20. a. 2-
10.

Nº

3
25-96

A
29
56

N. del collegio de la comp.a de Jesus de gr.
R-10.103




ABRAHAMI ORTELII ANTVERPIANI

# THESAVRVS GEOGRAPHICVS,

RECOGNITVS ET AVCTVS.






IN QVO

Omnium totius terræ regionum, montium, promontoriorum, collium, ſiluarum, deſertorum, inſularum, portuum, populorum, vrbium, opidorum, pagorum, fanorum, tribuum: Item Oceani, marium, fretorum, fluuiorum, torrentium, ſinuum, fontiũ, lacuum, paludumque nomina & appellationes veteres; additis magna ex parte etiam recentioribus.

EX

*Libris Typis excuſis,*
*Calamo exaratis,*
*Chartis geographicis,*
*Marmoribus vetuſtis,*
*Nummis, atque*
*Tabulis antiqui æris.*

OBITER

Multi in hoc Opere auctorum veterum loci corrupti, falſi, dubij, & diſcrepantes, emendantur, arguuntur, enodantur & conciliantur.

LABORE ET CONSTANTIA.

ANTVERPIAE
EX OFFICINA PLANTINIANA.
M.D.XCVI.



# NOBILI AC R°

## DOCTORI GARCIAE DE LOAISA GIRON, REGI AB ELEEMOSYNIS, PRINCIPIQVE A STVDIIS, ARCHIDIACONO CARACENSI, CANONICO TOLETANO MERITISSIMO S. P.

GRAVES & iuſtæ cauſſæ mihi ſunt, quibus inducor, imò quodam modo cogor hunc tibi viro R° THESAVRVM dedicare. Æquum enim, vtile, gratumque fore ſperaui, eum tibi potiſſimùm mittere, atque ſub tuo nomine fauſto omine emittere: vt Hiſpaniarum Princeps magni & inuicti Regis D. N. PHILIPPI II. filius, virtutiſque & imperij paterni hæres, faciliùs te docente poſſit cognoſcere, quibus nominibus olim appellabantur, ac hodie appellantur regna, populi, vrbes, & quidquid complectitur lato ambitu vniuerſus Orbis; cuius maxima & optuma pars aliquando ſub eius imperio altâ & almâ pace felix gaudebit. commodum, inquam, exiſtimaui fore illi qui regnis & populis præerit, prænoſſe regnorum, populorum nomina tum priſca tum recentia. Cùm verò, vt inter magnates viros doctiſſimus ac inter doctos prudentiſſimus, electus ſis ad ducendam formandamque iuuentutem Principis noſtri; ingenuo viro & proinde ingenio meo indignum fuiſſet, alium huic operi tutorem arrogare. Opus ipſum doctum & laborioſum eſt; quod iis qui idem tentarunt, eripiet gloriam, tentaturis præripiet materiam; verè THESAVRVS Onomaſticus omnium locorum, terreſtrium ſiue aquaticorum; verè theſaurus raræ & reconditæ doctrînæ: denique quod ſatis commendet ipſum Authoris nomen, ABRAHAMI ORTELII, GEOGRAPHI REGII. qui me præ ceteris elegit, cui ſuum librum daret; ac ita daret, vt & ſum-

ſumptibus faciendis beniuolam liberalémque opem ferret. opem dico, quoniam eò res facultatésque meæ redactæ ſunt, vt magnum quid aggredi non audeam, multo minùs abſoluere meis viribus poſſim. Ille itaque THESAVRVM hunc à ſe tanquam virgâ diuinâ quæſitum, inuentum, effoſſum, purgatum & ornatum, mihi dono dedit; &, pro veteri noſtrâ familiari amicitiâ ac amicâ familiaritate, iuſſit vt velut proprium haberem. Ego verò datum mihi apud te depono, tibi dico & dedico: tu accipe opus regium, te, Regij iuuenis ductore, Regio Eleemoſynario, Regioque Geographo dignum. Vale vir Nobilis ac R^e; & vt ſoles nos foue, conatibus noſtris faue.

Antuerpiæ. pridie Non. Maij. cIↃ. IↃ. LXXXVII.

*R^e V. cliens addictiſſimus*

*Chriſtophorus Plantinus.*

ABRA-

# ABRAHAMVS ORTELIVS
## CHRISTOPHORO PLANTINO
## ARCHITYPOGRAPHO REGIO,
S. D.

DECENNIVM *ferè eſt, ornatiſſime typographorum, quod Synonymiam noſtram Geographicam tibi dederim: & tu bonarum litterarum ſtudioſis. Hanc interea temporis relegi, recognoui, & ita auxi, vt nouum prorſus opus factum ſit, nouoq́ nomine inſcripſerim. nouum tamen illi patronum accerſire nolui. ſed eidem & veteri amico, hoc eſt tibi, illud denuò dico, dono, atque ex aſſe tui iuris facio tu hoc idem, ſi modò ex tuo aut R. P. Litteraria vſu exiſtimaueris, publici ex ſplendida tua atque inſtructiſſima typographia facies. Viue & vale, librorum bonorum vita & valor, immò æternitas. Hoc addo, memor epigrammatis, quod à clariſſimo viro & vtriuſque noſtri ſtudioſiſſimo amico Ben. Aria Montano, tabulæ quæ tuam exprimebat effigiem, adſcriptum legi. Erat autem tale:*

Qui Plantine bonas hoc tempore iuſſerat artes
　Creſcere, te iuſſit præla parare Deus.
Omnia χρῆστα, inquit, doctorum ſcripta manebunt,
　Hæc pius excudat dummodo Chriſtophorus.

*Ex noſtro Muſeio, Antuerpiæ Ambiuaritorvm. 1587.*

# REVER. AC ILLVSTRI DOCTORI

GARCIÆ DE LOAISA GIRON, ETC.

S. P.

THESAVRVM hunc GEOGRAPHICVM, iam olim ab ſocero meo Chriſtophoro Plantino (cui Deus bene faciat) miſſum Amplni Tuæ dicatumque, iterùm ego mittere dicareque volui; ſed ab auctore copioſè & induſtriè auctum, atque correctum. Quid autem rationes facti mei colligam, aut recenſeam? eædem illę ſunt, quæ dictum ſocerum impulerunt: illum ARCHITYPOGRAPHVM verè REGIVM (abſit inuidia, ſicuti abeſt adulatio) optimè de omni re litterariâ, & poſteritate meritum, & diuturniore omnino vita dignum, ſi Deo ita viſum fuiſſet. Illis igitur iiſdem de cauſſis, inquam, iuſtis boniſque apud bonos & iuſtos, hunc THESAVRVM Amplitni Tuæ conſecramus, cũ precibus & ſeriâ poſtulatione, vt ſi olim flectere oculos ad CONSTANTISSIMOS Plantini LABORES dignata eſt, nunc eoſdem à Generi conatibus ne auertat, per Soceri veſtigia, quantum licet, gnauiter & ſedulò euntis. Etſi enim (quod modeſtè & bonâ pace dixerim) bellorum iſti nimbi & clades in noſtras quoque operas & Typographiam ſæuierunt, imò in has vel maximè: non tamen prorſus eas ita adflixerunt, aut attriuerunt, vt non plurimi boni, boniſque laudati, libri in lucem exierint, & porrò exituri ſint, ſi Deus ille idem, qui hactenus, adſpirabit. Atque vtinam & ex hominibus adſpirent ij, qui in gradu poſiti ſunt, & qui poſſunt! quod feciſſe probos doctoſque quoſdam viros fateor, & gratanter agnoſco: inter eos ABRAHAMVM ORTELIVM iſtum, Geographum Regium, virum alio laudatore quàm me dignum, qui à morte Soceri, hunc ipſum Theſaurum amicè mihi donauit, atque etiam in edendo cudendoque benignè adiuuit. Hæc apud te profiteor candidè, confiſus tuam quoque, Illris Domine, beniuolentiam & benignitatem, in Plantinianos & vtiliſſimæ artis ſubſidium, non defuturam. Foue itaque & firma nos eius ſtirpem, & creſcet irrigata pariter à te hæc arbor in fructus vberiores Eccleſiæ & Reip. ſuppeditandos. animus adeſt, quem Amplni Tuę voueo, & Deum rogo, vt te ſeruet publico & MAGNI PRINCIPIS noſtri bono. Antuerpiæ in Officinâ Plantinianâ, KAL. IAN. M. D. XCVI.

*Ill. Amplni tuæ*

*Cliens addictiſſimus*

*Ioannes Moretus.*

# AD LECTOREM, AVCTOR.

NEQVE nouum neque meum exemplum eſt, ſed à pluribus olim & nuper tentatum, quod hoc opere noſtro molimur. Tradit enim Suidas Diogenianum quendam ſcripſiſſe ordine Alphabetico, de fluminibus, lacubus, fontibus, montibus, promontoriis, & vniuerſæ terræ vrbibus: Damaſten Sigeenſem, Gentium catalogum & vrbium: Callimachum Cyreneum, de Orbis terrarum fluminibus, deque origine inſularum, mutatiſque nominibus: Hellanicum librum de gentium nomenclaturis ſcripſiſſe, annotauit Athenęus. idem feciſſe Hippiam Deliam, ait Apollonij Scholiaſtes. Xenagoras quidam ſcripſit de inſulis. ſed hos ad noſtra tempora peruenire inuidioſa vetuſtas, aut hominum nimia ſocordia non permiſit. Habemus Vib. Sequeſtrem, qui in litteras direxit, vt ipſe inquit, flumina, fontes, lacus, nemora, paludes, montes, & gentes. at ex multis pauca: immo pauciſſima, atque nomina tantum. Huius veſtigiis, ſed ſtylo nonnihil diffuſiori, inſtitit quondam I. Bocatius. Auorum noſtrorum memoria ſimile quiddam nobis dedêre Zacharias Lilius Vicentinus, in libello cui titulum fecit Orbis breuiarium. & Guilielmus Paſtregius Veronenſis, in ſuo de Originibus opuſculo. ſed parca admodum manu, vterque. Nauarunt in eodem ſtadio operam ſuam poſt hos multi viri docti, in ſuis Dictionariis, Lexicis, Onomaſticis, Nomenclatoribus, & Elucidariis (vt appellãt) poëticis: Torrentinus, Nebriſſenſis, Geſnerus, Rob. Stephanus, aliique. at nullus horum ſatis ſtrenuè: ſed omnes obiter, & tanquam aliud agentes. Hos omnes autem diligentia atque vocaminum copia ſuperauerat quondam Stephanus, quem Byzantium cognominant, in ſuo περὶ πολεῶν volumine. Sed & huius epitomen tantùm, eamque mutilam, (in K enim littera non parua lacuna) noſtra ætas videt. Et licet ipſum ipſius Stephani opus integrum incolumeque exſtaret, quia dumtaxat Græcis auctoribus vſus fuerit, & multa apud Latinos eſſe, quæ non minus quàm Græca ad hoc opus perficiendum neceſſaria (quod neminem de hiſtoria aut Geographia rectè ſentientem latere puto) erant, nondum pro argumenti dignitate eo ſatis fieri potuiſſe, in confeſſo eſt. Lego Ioannem Wolfium Tigurinum collegiſſe Indicem Græcorum nominum quæ ad Geographiam pertinent, ex Ptolemæo, Strabone, Pauſania, Stephano, Euſtathio, & nonnullis aliis. hunc autem videre mihi minimè contigit. neque de eius editione aliquid certioris ad meas aures hactenus peruenit. Magnum quoque quiddam in hoc argumento promiſit Io. Franciſcus Quintianus. (vt Geſnerus mihi auctor eſt) ſed promiſit tantùm. Inchoauerat vir longè doctiſſimus Guil. Xylander Onomaſticon Geographicum, apud me ſanè magnæ ſpei: ſed quod, impeditus fortè aliis occupationibus, aut, quod faciliùs crediderim, morte præreptus, haud dedit: magna reuera ſtudioſorum iactura. Quod ſi vir hic ſuum hoc opus ad vmbilicum perduxiſſet, noſtrum fortaſsè minus neceſſarium quis exiſtimauerit. Habes quid alij in hoc ſcriptionis genere promiſerint, præſtiterint, dederíntve. quid eorum perierit, quid ad noſtra tempora ſaluum peruenerit. Nunc de noſtro in hoc Theſauro inſtituto. Primùm perluſtrauimus omne genus Scriptorum veterum, tam ſacrorum quam prophanorum: (inter quos etiam nonnullos hactenus nondum typis excuſos.) deinde mediæ ætatis: tum multos recentiores, cuiuſcunque etiam idiomatis. Ex veteribus omnia locorum nomina, ne vno quidem omiſſo, in noſtrum opus tranſtulimus. Ex mediæ ætatis quoque magnum aceruum. Ex recentioribus etiam multa. at ea ſolummodo quæ ad explicationem faciebant dictorum veterum. Adiecimus corollarij loco omnia quæ ex antiquis marmoribus, tabulis æneis, omniſque priſci metalli nummis, & vt vno verbo dicam, quidquid ex omni genere & vtriuſque linguæ inſcriptionum vetuſtarum huic noſtro argumento vllo

modo ſeruientium,haurire potuimus. Contulimus quoque non raro codices manu ſcriptos cum typis excuſis: quorum ſubſidio & ope multis interdum locis malè ſanis medicam manum adhibuimus. Hiſtoriarum fabularumq́ue collatione,non paucos locos obſcuros illuſtrauimus: barbara corruptaq́ue profligauimus. Ex iudicio etiam noſtro ſæpius,ni fallor, quaſdam prauas apud bonos auctores lectiones, emendauimus. Quædam tantum digito notauimus. Nihilominus multa huiuſmodi corrupta monſtroſaque vocabula in ſcenam produco,(nō citra notam autem) quæ libentius,vt verùm fatear, hinc ablegaſſem, niſi maluiſſem ſtudioſorum vſui & commoditati,quàm meo genio conſuluiſſe. Erunt fortaſsè qui plura vetera recentioribus interpretata deſiderabunt.& potuiſſem hoc quidem aliquanto crebrius ex aliorum libris, & noſtro iudicio: ſed conſulto & lubens multis in locis præterij, quòd videam huiuſmodi multa conſtare coniecturis tantùm: ijſq́ue haud valde firmis, & minimè à me approbatis. Pleriſque etiam à me ex aliorum ſententia inſertis,fidem nequaquam meam obſtringo: ſed potius lectorem ad auctores quos vbique adijcio,relego. Et erunt contrà (ſcio) qui his recentioribus minus delectabuntur, quos oratos volo, vt ea prætereundo non legant: atque quod ipſis minus ſapiat, aliorum palato relinquant.

Vocibus antiquis Græca toties, quoties per libros licuit, (nonnunquam enim Græcorum codicum nobis defuit facultas) ſubiunximus: vt eo melius ortographia conſtaret,atque conſeruaretur. Singulis quoque ſua,ſi quæ erant, ſynonyma addidimus. quòd viderem his attentè conſideratis, lucem non contemnendam, hiſtoriæ giographiæq́ue candidatis adferri. Ab epithetis & periphraſibus,poëtis,oratoribuſq́ue valde frequentibus atque familiaribus, etſi ſpeciem quandam nomenclaturæ præ ſe ferant, quia tamen ad grammaticos potius, quàm ad geographos; & ad gentis atque loci potius hiſtorias fabulaſq́ue, quàm ad eius cognitionem aut ſitum conducunt,conſulto(quamuis non prorſus) abſtinuimus. Et habent quorum hæc ſcire intereſt, auctorem ſatis in eo huberem I. Rauiſium Textorem. In locorum deſcriptionibus ſi quis fortè me prolixiorem optaſſet, is ſciat me nomenclaturam, non hiſtoriam inſtituiſſe, neque hoc noſtrum opus aliorum verbis in molem immenſam,ſumptuoſumq́ue euadere voluimus. Et tamen,cui ea tanti ſint, habet hac noſtra opera, quo ſibi ſatisfieri poterit: cùm ſingulis vocibus continuo ſuos auctores,qui earundem meminere, ſubnectimus. Ab ipſis certè fontibus, quàm ex riuulis lacuniſque à nobis aliiſq́ue inde deducendis, huiuſmodi multo ſecuriùs petenda, omnes mediocriter ſaltem eruditos, mecum rectè ſentire exiſtimo. Longior tamen ſum interdum: ſed tantùm vbi loci difficultas hoc deſiderare videbatur: aut in iis quæ ex libris vel litteris, hactenus non editis, aut ore amicorum noſtro inſtituto fauentium,habuimus. his quia ex libris excuſis haberi minimè poterant, & ſtudioſis tamen ſcire non inutile iudicabamus, paulò fuimus, quàm in ceteris,liberaliores. Atque hæc ſunt ea & talia, quæ tibi candide Lector, hoc noſtro labore candidè impartimur. Vale, & boni conſule.

IOAN-

# IOANNIS BOCHII, VRBI ANTVERPIENSI A SECRETIS, IN ABRAHAMI ORTELII THESAVRVM GEOGRAPHICVM,

## ELEGIA.

*NOSCERE qui mores hominum peregrinus, & vrbes,*
*Quiq́ remota graui rura labore petis:*
*Qui terras alio commutas Sole calentes,*
*Nec iuuat ad patrios conſenuiſſe Lares:*
*Huc ades, hîc animo liceat ſpectare quieto,*
*Huc ades, hac poteris tutior ire via.*
*Deſine, non pedibus labor hic, non corpore feſſo*
*Conſtat, & emeritum non latus ille facit.*
*Si mens culta bonis non deficit artibus, hîc eſt,*
*Lector, in externa quod tibi quęris humo.*
*Hac iter eſt totus tibi qua patet, aduena, mundus,*
*Et latet artifici machina tanta libro.*
*Exoritur nouus Alcides, qui pondera molis*
*Eſt humeris auſus tanta ſubire ſuis.*
*Qui maris, & vaſtę fundamina maxima terrę*
*Subiicit hîc oculis conſpicienda tuis.*
*Et Meroën ſpectare domi concedit, & ortus*
*Nile tuos refugis luxuriate vadis.*
*Ille colorantem radiis Hyperiona gentes,*
*Regnaq́ ſub gelido dat Nabathęa polo.*
*Ille tibi Scythicas illęſa calce pruinas,*
*Et Tanaim patrio dat ſuperare ſolo.*
*Neptunumq́ fretis procul à tellure furentem*
*Exhibet, & tumidis carbaſa vecta Notis.*
*Nec ſatis eſt tantam clauſiſſe volumine molem,*
*Terrarumq́ ſitus edocuiſſe vagos:*
*Nec ſatis, immenſos regionum indagine tractus,*
*Nec de montanis diſſeruiſſe iugis:*
*Non frondoſa ſatis pandentes brachia ſiluę,*
*Non mare, non portus, non freta pigra lacus:*
*Non fontes, non fana Deûm, numeroq́ carentes*
*Quas pelagus rapido gurgite ſorbet aquas:*
*Nec ſatis aëriis ęquatę nubibus arces*
*Non vrbes domitis quę dominantur agris:*
*Nec ſolùm innumeris populos diſcernere linguis,*
*Aut mores facili cum breuitate docet:*
*Sed liber hic patrię docet incunabula gentis,*
*Et noua cum priſcis nomina quemque ſuę.*

*Muta-*

*Mutatáſque vices rerum, mundíque ruinas,*
*Quum malè, quas ſtruxit, ſuſtinet orbis opes.*
*Tempora præteritis euoluit plurima ſæclis*
*Hoc opus, antiquam conciliatq́ fidem.*
*Errorumq́ tuos auctor caſtigat in vſus*
*Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.*
*Quid moror, Orteli: labor hic veteriſq́ nouæq́*
*Hiſtoriæ vero nomine lumen erit.*
*Salue æui decus hoc noſtri, lectoribus orbem*
*Munifica totum qui dare mente potes.*
*Theſaurúſque tua feliciter arte recluſus*
*Æternæ Genium poſteritatis habet.*

## IN THESAVRVM GEOGRAPHICVM

ABRAHAMI ORTELII, ORBIS ILLVSTRATORIS,
Geographorúmque huius æui principis,
Ioannis Geuartij Turnhoutani

Carmen.

CVNCTA *repræſentas cùm vaſti climata mundi*
*Orteli, ingenio gentis & orbis honos,*
*Quo ſint antiquis vel regna vel oppida & vrbes,*
*Cunctaque quo nunc ſunt nomine dicta notas.*
*Nominis æterna victurus laude paraſti*
*Immortale tibi perpetuúmque decus.*
*Plus aliis tota de poſteritate mereris,*
*Quòd loca, quòd mundi ſingula regna notas.*
*Quare magnificis te extollet laudibus Orbis,*
*Orbis quem tanta dexteritate canis:*
*Perpetuamque tuis famam virtutibus addet,*
*Quam poterunt nulli diminuiſſe dies,*
*Quæ tibi venturos ſemper durabit in annos,*
*Donec erit mundus, regnaque donec erunt.*

## NICOLAVS RHEDINGER

SILESIVS VRATISLAVIENSIS.

INVENTVM *nuper ſe iactat Iberus ob Orbem:*
*Ad radium, Orteli, ſed nihil iſta tuum.*
*Namque vna ſocias veterémque nouúmque tabella:*
*Et nouus ingenio eſt orbis vterque tuo.*
*Ergo Orbis matrem, ſi te Natura, vocamus:*
*Orbis te, Orteli, quis neget eſſe patrem?*

IOAN.

## IOAN. MATTHÆVS VACKHERVS

I. C. CONSTANTINVS.

ORTELI, *pater Orbium nouorum:*
*Nouorum? immo etiam vetuſtiorum,*
*Quos incude noua nouos paraſti,*
*Arte mirifica: improbo labore:*
*Pro tantis meritis quid vniuerſi*
*Orbes perſoluänt tibi? quid? anne*
*Fallor? an tibi forſan vniuerſi*
*Iſti Orbes ſtatuent nouum tropæum,*
*Quum tuo, titulos ſuperbiores*
*Ætas poſtuma, nomini ſacrando,*
*Te plaſtem, & figulum, politorémque,*
*Vel, quod verius eſt, nouum Architectum*
*Nouorum & veterum Orbium vocabit?*

## IANVS LERNVTIVS.

ORTELIVS *Phœbuſq́ pares, nam lumine terras*
*Ille ſuo luſtrat, luſtrat & iſte ſuo.*
*Imò impar Phœbus: iacta te maxime Scaldi*
*Diuo hominem meritis inſpicis eſſe parem.*

## AD VIRVM CLARISS. D. ABRAHAMVM

ORTELIVM, GEOGRAPHORVM PRINCIPEM,
ex nominis anagrammatiſmo Epigramma.

ABRAAMVS ORTELIVS.
MERA TVA LAVS, ORBIS.

EVEHIT *artificem, ſi, quod perfecit, ab omni*
*Laudarier dignum eſt opus:*
*At tuus ille labor laudem parit immortalem/*
*Supérque-greſſam ceteras.*
*Fallor? non equidem. cauſſam docte Orteli habeto:*
TVA MERA LAVS/ *terræ*-ORBIS *eſt:*
*Nam per te, in lepidis licet hunc peragrare Tabellis/*
*Oculis manuq́ peruium.*
*Arduum opus! Quare laus hæc nec in Orbe peribit,*
*Niſi ille concidat prius.*
*Macte, Theatro Orbem qui inferre potes, Virtutis*
*Theatrum & ipſe es, Orteli.*

Virtutis doctrinæque tuæ cultor
G. Suberinus, *aliàs* van Corck.

DE

# DE THESAVRO GEOGRAPHICO
## ABRAHAMI ORTELII, GEO-
## GRAPHI REGII, V. CL.

### Carmen.

TRES *tria certabant Saturnia pignora Diui,*  
THESAVRVS *cuinam cederet Ortelij.*  
*Iuppiter æterno qui proſpicit omnia cœlo,*  
*Imperij, dixit, ſit liber iſte mei.*  
*Neptunus contrà, contrà cui Tartara párent,*  
*Quiſque ſibi partes aſſeruêre ſuas.*  
*Terrarum primus, marium ſibi vendicat alter,*  
*Tertius inferni nomina dira ſpecus.*  
*Certatum ſatis eſt, Pallas comitata Camænis*  
*Inquit, nec vobis pars erit vlla libri.*  
*Tu cœlum terrasq́; pater, tu patrue pontum,*  
*Tu rege Tartareæ nigra fluenta domus.*  
*Debetur nobis, nobisq́; iuuantibus iſtud*  
*In lucem noſter protulit Ortel opus.*  
*Nos illi loca cuncta maris locaq́; omnia terræ*  
*Diximus, & Stygij quæ loca tetra lacus.*  
*Diui ceſſerunt tali cum voce: Mineruæ*  
*Et Muſis totum linquimus Ortelium.*

Fr. Pl. Raphelengius.

IN

# IN ABRAHAMI ORTELII
## THESAVRVM GEOGRAPH.

ORBIS *Theatrum, grandéque immenſumq́; opus,*  
*Labore, curâ, induſtriáque plurimâ*  
*Longis ſub annorum abſolutum ambagibus,*  
*Iuriſq́; & vſus publici quòd feceris,*  
*Liuore ab inuidiâque liber* ORTELI:  
*Debere tantam confitentur gratiam*  
*Regum, Ducumque, Principumq́; nomina,*  
*Quantam mereris. Nunc Geographicum quia*  
*Communicaris eruditis cum viris*  
*Theſaurum, abundè diuitem rerum omnium:*  
*Quid eſt, rependi quod tuis meritis queat,*  
*Benigne largitor? Solum omne, & omnia*  
*Pelage, iuga, ardua, & reducta vallium*  
*Clamant, & ipſa elementa; Deberi tibi,*  
*Quòd terram & ipſa hominum bearis ſæcula,*  
*Cælum & perenne nomen, ac quod nomine*  
*Cælóque dignius ſit aut perennius,*

Paulus Meliſſus Francus.

# IN DOCTISSIMVM VETERIS GEOGRAPHIÆ
## RESTAVRATOREM DN. ABRAHAMVM ORTELIVM,
## Antverpianum, Auunculum ſuum optimum,
## CARMEN Ἀναγραμματικῶς.

AN *noua nunc veteres animi ſibi corpora ſumunt,*  
*Ut induiſſe Panthoo ſatum ferunt?*  
*Quippe habet hæc ætas Flaccum, Senecam, atque Galenum,*  
*Suo eſt beata Tullio, Maroneque.*  
*Coſmographumq́; vides: animus ſed cuius in iſto?*  
*Vetuſtiorum is anteit cuilibet.*  
*Quis rediuiuus adeſt? priſcè num nominat vnus*  
*Plagas, lacus & Orbis oppida omnia?*  
*Hæc meditans, foliis inſcriptum cerno Sybillæ,*  
MELA, ARRIAN. STEPHAN. STRABO *iſte* VIVVS *eſt.*

Ludedat I.C. Ortelianus.

* IN CLAR.

IN CLAR. VIRI,

# ABRAHAMI ORTELII

GEOGRAPHI REGII

THESAVRVM GEOGRAPHICVM.

ORTELI, *eximium decus virorum,*
*Quem natura parens manu benignâ*
*Certat multiplici beare fructu,*
*Et gaudent Charites ſuos lepores*
*Adſpirare, ſuos Minerua mores:*
*Te terra genitum, canamne terræ*
*Parentem? quis enim mihi negarit*
*Te mortalibus eſſe digniorem?*
*Qui terram meritis & arctiori*
*Vinxiſti tibi iure, quàm vel ipſa*
*Dignas reddere gratias poteſſit.*
*Dum Mars aduena, peierante bello*
*Terreſtres quatit inquietus agros:*
*Nec paſſus decora vrbium ſuperba,*
*Aut priſcos ſupereſſe ciuitatum*
*Faſtus, omne ferox ſolum laceſſit:*
*Vnus tu patriâ quietus vrbe*
ORTELI, *ingenio, labore felix,*
ORBI *reſtituis ſuos honores;*
*Et iungis veteres nouis honores.*
*Fallor? terra ſuos tuo* THEATRO
*Spectari meliùs ſtupet decores.*
*Quæ Martis regio iacet ſub armis,*
*Chartis ſplendidior tuis reſurgit.*
*Aſt ne conciderent dein locorum,*
*Quæ quondam melior probauit ætas,*
*Aut noſtra arbitrio malo refinxit,*
*Libris nomina ſedulus reponis.*
*Quid libros voco? nam vel vniuerſi*
THESAVRVS *tibi conuocatur orbis:*
TERRARVM, *ſimul omnium* FRETORVM
THESAVRVS, *ſtudio tuo ſuperſtes*
*E mundi propiore iam ruinâ.*
*His ergo nimium beata viuet*
*Terræ relliquiis beatioris,*
*Et laudem tibi ceu pio parenti*
*Grata Poſteritas rependet heres.*

Balthaſar Moretus, Pl.I.F.



# INDEX RERVM ET VERBORVM.

## A.


*ABacuc prophetæ patria, vide* BITICVCHAR. *Eius ſepulcrum,* CEILAN.
*Abdalla qui Mehod,* SEMELLA.
*Abietes vbi plurimæ,* CRANE.
*Abiſaris rex,* BIASARI.
*Abramius epiſcopus,* VRIMORVM.
*Abſinthium vbi,* ARABIA. *Lacum inficiens,* SINNAVS.
*Acca Laurentia,* LINCERIVM.
*Accipitrum ſocietate homines aucupantur;* CEDROPOLIS.
*Achates lapis vbi,* ACHATES, & CHARIDEMI *Prom.*
*Achemenides herba,* TARDISTILI.
*Acteon vbi laceratus,* GARGA.
*Adagij cuiuſdam explicatio,* COS, THESSALIA, & CAPPADOCIA.
*Adalgarius epiſcopus,* BRVMENSIS.
*Adamas vbi inuenitur,* SABARÆ, MES, & MERCVRII *Delubrum.*
*Adcantuannus vel Adiatomus,* SONTIATES.
*Adelphius epiſcopus,* ANABISVM, & NVPHEOS.
*Adeſodatus epiſcopus,* SIMEDICITA.
*Adbaſta pagus,* IVVENATIVM.
*Adiatonus, vide Adcantuanus.*
*Adonidis templum,* ELYME. *Sepultura,* GAVANTIS.
*Adramilo ab Hercule deuictus,* PSYCTERIVS.
*Æacis monumentum vbi,* ÆANTIVM.
*Ægæum vnde nomen habeat,* AEX, & CANNA.
*Ægeſtus Troianus,* EGESTA.
*Ægialogia liber ſic dictus,* CVMERVM.
*Aegyptiorum vrbes, extra Aegyptum,* CVME, CYLLENE, LARISSA.
*Aelia & Helia malè legitur, pro Heluia,* RICINENSES.
*Aeliani locus digito monſtratus,* CYRRHADÆ, & PYTHIAS. *macula liberatus,* LANVVIVM, NESSVS, OMBRI, PSOPHILII, RHIZOPHAGI, & TANARVS. *Ex Plinio emendatus,* CHLORVS. *Ex Plutarcho,* IMBRVS.
*Aemilius Probus emendatur,* BISA.
*Aenea terra,* PEGADÆ.
*Aneas vrbem condidit,* APHRODISIAS, CAPYA, EGESTA, OEETIS. *Vbi habitauerit,* CISSVS. *Eius conſobrina,* LEVCOSIA.
*Aes & aurum ex lacu.* COTINAS.
*Aeſchines emendatur,* NERESSVS.
*Aeſculapio ſacer locus,* AGION, CAVS, & HYPSVS. *Vbi natus,* TRICCA. *Vbi ſepultus,* CYNOSVRÆ, & CROCODILORVM *Ciuitas.*
*Aeſtus Oceani admirandus,* VMBILICVS. *vbi vix deprehenditur,* BALTICVM *Mare.*
*Aethicus monſtroſorum vocaminum auctor,* GANGES. *Emendatur,* MINTVRNÆ, & TVBVRSVS.
*Aethiopes etiam Indos vocari,* ÆTHIOPES, INDI, & RHIZOPHAGI.
*Aetij patria,* AMIDA.
*Aetites lapis vbi,* CHIMOAS.
*Africæ pars veteribus incognita,* AGISYMBA.
*Agades tractus,* ZEVGITANA.
*Agaricum vbi naſcitur,* AGRIA, & CEDRIO.
*Agathias emendatus,* NEPHTHALITÆ. *Cum Procopio conciliatur,* TAVRESIVM. *Eius patria,* PYTHICVS.
*Agri arena obruti,* TOLIAPIS.
*Agrippinæ Neronis matris patria,* AGRIPPINA.
*Agro rex,* ESSIOS.
*Aiacis ſepultura,* MECON.
*Alabis Tridentinorum dux,* CORONATÆ.
*Alaphionis patria,* ASALEA.
*Alarici regis ſepultura.* CASVENTVM.
*Alas in capite geſtans populus,* NASAMONES.
*S. Albini monaſterium,* MOGOTIENSIS.
*Alcybiades,* GRYNIVM. *Vbi mortuus,* ELAPHVS.
*Alexander epiſcopus,* ADRINVS.
*Alexander rex,* INDICA.
*Alexander Seuerus Imp.* SICILA.
*Alexandri Magni patria,* PELLA. *Eius milites homonymia decepti,* SILYS.
*Aloe vnde ad nos,* DIOSCORIDV. *Aloe nigrum vnde,* MONDEL. *Aloes genus tertium,* SAMIES. *Vbi ſophiſticatur,* ALMASIA.
*Alypius epiſcopus,* THAGABENSINI, & THYGATA.
*Amaſis rex vbi natus,* SIVPH. *Quid perfoderit,* MAR&AN.
*Amazonum domicilium vbi,* THEMISCYRA. *Cum quibus connubia,* GYNÆCOCRATVMENI. *Vbi victæ à Theſeo,* AMAZONIVM.
*Ambar laudatius vnde,* SILACHE. *Viliſſimum,* AMPARIS. *Vbi naſcitur,* SYCHEVM.
*Ambiger rex,* HARMATELIA.
*Ambrus fluuius,* VIRVCINATES.
*Ambarualia quo loco,* PHESTI.
*Americam vocant Hiſpani falſo Indiam,* ATLANTIS *inſula. Quomodo appellanda,* PILA *Terræ.*
*Amilcar vbi obierit,* ALTVM *Caſtrum.*
*Ammiani locus animaduerſus,* CHATRACHARTA. *Coniectura reſtitutus,* RHETI. *Emendatus,* ARMENIÆ, AVLION, BOSPORVS, EENSEM, EVROPA, HATRA, & SCORDISCVS. *Caſtigatus à Rhenano,* SCHALDIS, & SEBVSIANI.
*Ammon epiſcopus,* BERNICA.
*Ammonis templum,* MESOGABA.
*Ammonius epiſcopus,* ELEARCHIÆ.
*Amomum vbi naſcitur,* CAERON, CORDVENI, & MOTENE.
*Amorrus Saracenorum rex,* CORBARIA.
*Amos prophetæ patria,* THECVE.
*Amoſis Aegypti rex,* ATHYRIA.
*Amphiarai templum,* NOPIA.
*Amymone puella,* LERNÆVS.
*Anacharſis Scytha vnde,* GALACTOPHAGI.
*Anaſtaſius epiſcopus,* PERRHENI.
*Anchiſes Aeneæ pater vbi obierit,* ANCHISVS, & ANCHIALVS.
*Andochus ſubdiaconus,* VIVARIENSE.
*Andocides rhetor vnde oriundus,* CYDATHENÆVM, & THORÆ.
*Andreæ Schotti obſeruatio,* EXITANI.
*Androcopus,* ARTIS.
*Androgini vbi,* MACHLYES.
*Androgium,* VESSANVM,
*Andromachus adulator,* CARPI.
*Anguillæ egregiæ vbi,* EVCLEVS. *Optimæ,* ERETRÆNVS. *E manibus præbentium cibum capiunt,* ARETHVSA.
*Anianus epiſcopus,* SYCAMAZONIS.
*Annianus diaconus,* CELEDENSIS.
*Annibal meretricio amori deditus,* SALAPIA. *Qua parte Alpes tranſgreſſus,* CREMONIS, & PENNINVS. *Annibal Plutarchi correctus,* GLERENVM.
*Annius nugator,* ECALIDVS, EGELIDVS, & VITERBVM.
*T. Annius Milo occiſus,* CARISSANVM.
*Antæus vbi ab Hercule occiſus,* ANTÆI *Vicus.*

Anthemius vbi imperium ſuſceperit, BRONTOTAS.
Antigonus emendatur, TANA.
Antinous Hadriani Imp. amaſius, CLAVDIOPOLIS.
Antipater Iolai F. PALIVRA.
Antonini Itinerarium reſtituitur, ÆMONIA, BODOBRIGA, CHERÆVS, CATHELAVNI, DVROVERNVM, ERACONIVM, FERITOR, GALEATE, HAIA, HALMYRIS, ICASIA, INCARVS, ISVRIVM, IZIRALLA, LIBARNA, MALECENA, MVRSA, PHOENICE, PORCIFERA, PRÆTORIVM, PROTO, SARABRIS, SEGIMONENSES, TANADARIS, & THVRIVM.
Antoninus Pius Imp. vbi natus, LANVVINAM. vbi mortuus, LORII.
Antonius Curchinus eſt, quem vulgus Haithonum appellant, CIMMERII, & PTEROPHOROS.
Antropophagi, AMARGVS, AMBRONES, BESSIGA, BESYNGETI, CABES, CALLATIÆ, CASIRI, HENIOCHI, IRIS, & MYRMENA.
Anuſius imperator exercitus, VNNIGARDÆ.
Apelles monachus, ACHORVS.
Apollinaris Meſopotamiæ rector, CRATERAS.
Apollini locus ſacer, CVRIDIVM. Templum, DELIVM. Sacer campus, CYRAEVS. Vbi natus, DELVS, & OLEA. Apollo Capitolinus vnde Romam aduectus, APOLLONIA. Apollo Diradiotis, DIRAS.
Apollonij patria, ASBAMEI.
Apphianus martyr, PAGÆ.
Appianus Alexandrinus emendatur, BETICA, BERENICE, CALOR, HIPPAGRETA, PANNONIA, SALATIA, & XOLLA. Eius lapſus, CARTHAGO NOVA.
Appion, PLISTONICENSIS.
Apries victus, MARIA.
Apſeſamus martyr, ANEA.
Apſimarus, CYNEGIVM.
Apulæi patria, MADAVRVS. Corrigitur, OCEA, & SORACTES.
Apum examina in caſtris, ARBALO.
Aqua dulcis è mari erumpens, CHIMERIVM. Aquæ Calidæ, ALLIANÆ. Calida & tantum potui idonea, ARTANÆ. Quæ nullo poteſt vaſe contineri, AMELES. Quæ igne accenditur, NIGRA Regio. Ignes euomens, SCANTIA. Sulfurea, VADIMONIS. Suauiſſima, DONYLÆVM. Nitroſa, LEON, & MENE. Calida & dulcis, CHARACOMETES. Venenati vaporis, CHYTRINVM. Omnes alias Græciæ pulcritudine antecellens, LADON. Mulieribus ſterilitatem adferens, HERACLEA, & PHETA.
Aquæus hallucinatur, CASSIOPE.
Arabiani hæretici, ALBERA.
Arabianus epiſcopus, ANTRON.
Arabius epiſcopus, ADRI.
Archelaus epiſcopus, AMENDVS, & DOLICHENA.
Architectus vbi nullus, SAVNIA.
Arena vitri fertilis, BELVS.
Aretæ regis palatium, PETRA.
S. Aretus occiſus, NEGRA.
Argantonius regulus, TARTESSIDEM.
Argenti fodinæ in Hiſpania, BEBELO, & ORINGIS.
Argonautæ in quem fluuium nauem per terram traduxerint, ACYLIS.
Aries Neptuni filius, CRINNISSA, & SALONVM.
Ariſtides ſophiſta, HADRIANOTHERAS.
Ariſtocles ſophiſta, MESÆPOLIS.
Ariſtoteles notatur, BOLBÆ, & ISTHMVS. Emendatur, HERACLEA, PANNONIA, & ERIDANVS. Eius patria, STAGIRA.
Ariſtus victus, vbi, ZVRTA.
Arius epiſcopus, PETRA.
Armacius epiſcopus, MNIZVM.
Aromatites lapis, vbi, PYRÆ.
Arquata opidum, POSTVMI Via.
Arriani lectio ventilatur, CYRRADÆ, HALMITIS, & MELANI. Emendatur, BERNICE, NESSVS, & APATHANATIZONTES.
Arriphonis patria, TRICONIVM.
Artabanus rex, TOCHARI.
Artapanus, CESSAN.
Artaxerxis cum Cyro pugna, CVNAXA.
Arugiſtus victus, vbi, VTVS.
Arundo laudatiſſima, CHYTRI. Indica, CORACII.
Aſarum herba vbi, VOGESVS.
Aſceltus rex, HORMETIONORVM.
Aſclepius epiſcopus, VAGIENSIS.
Aſinorum in prælijs vſus, SARACORI.
Aſius philoſophus, ASIA.
Aſparagus vbi optimus, NESIS.
Aſpilatis lapis, LEVCOPETRA.
Aſſacanus rex, MASOGA.
Aſtaron empyricus, TERESTIS.
Aſterius epiſcopus, PETRA.
Atergatis dea, BAMBYCA.
Athambylus, MESSENE.
Athaulfus rex, ROMA.
Athenæus emendatur, ABYLVM, ACARNIDEM, SCORDISCI, & THYRAMIS.
Athenienſes vbi triremes tredecim amiſere, CACHETVS. Vbi à Megarenſibus victoriam retulere, CIMOLIA.
Atlantis patria, PLYNVS. Vbi cæleſtia obſeruauerit, BOLOSVS. Atlantidis inſulæ fabula, veriſimilis, GADIRICVS.
Attagen auis, COELVS.
Attalus, PHARMACVSA.
Attila vbi Leoni pontifici obuiam venerit, ACROVENTVM. Vbi habitauit, GELONVM.
Au, Germanis quid ſignificet, DOCIRAVA.
Auctoris patria, SCALDIS.
Auentini & Taurini hallucinatio, ZARMISOGETHVSA.
Auguria capientes, vbi piſcibus inſident, SVRA.
D. Auguſtini patria, TAGESTENSE. Eius lectio emendata, OCEA.
Auguſtulus relegatus, LVCVLLANVM Caſtrum.
Auguſtus Imp. vbi educatus, VLVBRA.
Auienus notatur, CAMARITÆ, MESSABATÆ, & RAMASTRABALE.
Aureæ arenæ fluuius, DEBÆ.
Aurelianus Imp. vbi interfectus, ZENOPHVRIVM.
Aurel. Victor emendatur. CIMBARIONIS, EVXINIVM, & THICANVM.
Aures magnæ quibus ſunt gentibus, SATMALI.
Aureum later, LADON.
Aurifodinæ, SYSPIERETIS. Regis Luſitaniæ, DEORVM Currus.
Auripigmentum vbi, DISPONTVM.
Aurum vbi legitur, AVMASIPA, COTINAS, & SACER.
Auſonij locus emendatur, VELOCASSES. Verſus defenſus contra Titium, EVROPA.
Azarias propheta, SYNATHA.

B.

BAcchanalia, vbi, SIMILÆ Lucus.
Bacchides nymphæ, CORYCIVM.
Bacchus vbi natus, CISSVSA. Enutritus, MEROS. Hoſpitio exceptus. CAMARITÆ. Vbi ſacrificio demeretur, AMNITARVM. Campen feram peremit, ZABIRNA.
Balſamonis locus illuſtratus, TEMENSIS.
Balſamon herba, HELIOPOLIS.
Bartholomæus apoſtolus, vbi ſepultus, ALBANOPOLIS.
Baſaronagis regia, MALANGO.
Baſiliſcus Imp. vbi interfectus, ACVSI, & LYMINIS.
Bato dux, DESITIATES.
Battus tranſlatus, HIRASA.
S. Baudolinus martyr, FORVM.
Baumienſes natio, ZEVGITANA.
Becanus Iornandem carpit, TYRAS.
Belemarnis tribus, PATZINACÆ.
Beleocuris rex, HIPPOCVRA.
Beleſis principis regia, DARADAX.
Belgicæ linguæ voces, ARDVENNA, & MÆOTIS.
Belliuorum caſtellum, SCALDIS.
Bellonius deceptus, BVCEPHALOS.
Ben granum, vnde, NITRAN.
Ben. Ariæ Montani patria, NERTOBRIGA.
Berengarius rex, HORTA.
Bergo inſula, DEMONESVS.
Bernardus Siluanus, EBOLVM.
Beryllus lapis vbi naſcitur, OPHIETIS, & PVRATA.
Beſa Deus Abydi in Aegypto, BEZA.
Bibliorum interpretatio, PITHYS.
Bierſletum opidulum, SCALDIS.
Bilfeldum opidum, TEVTOBVRGENSIS Saltus.
Bilingues populi, BRANCHIADÆ.
Birſa fluuius, CORBARIA.
Biſons animal, REGIS Mons.
Biſtes epiſcopus, EREBA.
Bituminis fontes, MEMNIVM.
Blauia fluuius, DVMNITONI.
Blondus Plinium malè citat, ERIDANVS. Blondus & Leander malæ lectionis taxantur, GALLICANVS. Blondus nodum ſoluit, RVBICON. Hallucinatur, PRILLE.
Boatus Niceas, ROMATIANA.
Boccellaio Venetis panis genus, BVCCELLARIORVM.
Boccius, BVCTINVM.
Bochonium opidum, SCALDIS.
Bolus Armenus, vbi reperitur, AGARACES, & BAGANANA.
Bonacciolus & Xylander diſſentientes, VOMANVS.
Bonaſi animalis ſynonyma, MESSAPIVS.
Bonſinij lapſus, EXOPOLIS.
Boniſacius epiſcopus, FORATIANENSIS, & GAZANENSIS.
Bonus epiſcopus, SAVINAS.
Bos flammam euomens, FORVM ESII.
Boſa vrbs, FLEXVM.
Boues æneí mugientes, ATABYRIS.
Brachmani vbi, BITTIGO.
Brandanus abbas, PERDITA Inſula.
Brennus vnde oriundus, PRAVSI.
Brictius epiſcopus, MARTVLANA.
Brunehildis reginæ domus vbi, LECENNA.
Brutus Callaicus, MORON.
Buccilinus vbi à Narſete ſuperatus, TANNETA.

C.

CAcodemonis cunnus, HERCVLIS Columnæ.
Cadmi monumentum, CYLICES, & ENCHELEÆ.
Cæcilianus exul, BRIXIA.
Cælius prætor, TIBERIANVS.
Cælus vbi ſepultus, AVLATIA.
Caër quid ſignificet, LEGIONVM Ciuitas.
Cæſaris locus delibutus, CENIMAGNI, PHARSALVS, & TECTOSAGES. Reſtitutus, AREMICI, BELLIDENSES, FLVSTATES, NANTVATES, TIRIANVS, TVRINVM, & VRSO.
Cæſarius martyr, SVBEL.
Calami probatiores, vbi naſcuntur, ANAITICVS, BOEDRIAS, & PROBATIA. Calamus odoratus, AVLON. Aromaticus, MARSYA.
Calani philoſophi proprium nomen, CALANI.
Calaſtro locus, RETINA.
Calcem quis primus inuenit, CANI.
Cale portus, LVSITANIA.
Caligulæ Imp. patria, AMBIATINVM.
Calliſtephanus oliua, PANTHEIVM.
Calliſthenes, CARIATA.
Caluaria piſcis, CARNÆ.
Calypſonis habitaculum, NYMPHÆA.
Cameli in aciem producuntur, VRCILIANI. Eorum certamen in honorem Mineruæ, SAGARÆI.
Campe fera, ZABIRNA.
Camphora vnde, FAFFELLA.
Campi inſtar ſtellarum noctu lucentes, HESPERIVS.
Canariæ inſulæ quando inuentæ, FORTVNATÆ.
Cancri vbi naſcantur, ASTERIVS.
Candacis reginæ regia, TANAPE, & NAPATÆ.
Canes generoſi, ELYMÆI, ORCANÆ, & PSYLLICI.
Canis rabidi morſus remedia, ALYSSVS.
Caninis capitibus populi, CYNAMOLGI.
Canibus bellum gerens gens, CASTABALA.
Cantharus piſcis vbi, ASPRA.
Cantores vbi nulli, HELLI.
Capitolinus emendatur, LANVVINA villa.
Capræ feræ vbi, FISCELLVS. Sex menſibus non bibentes, GIMAS.
Caradri piſces, VMBRACIA.
Carinus Imp. vbi occubuit, MARGVM, & MVRTIVS.
Caroli Magni vitæ ſcriptores emendantur, HILINONICVM, & SMELDINGI.
Carterius epiſcopus, BVLTVS.
Carthaginienſium fœdus ictum cum Romanis vbi, AEGATHES.
Carthalus princeps, ÆGITHALVM.
Caruilius, VOLANA.
Caryſtius lapis, GERANDRVM.
Caſeus optimus vbi, CÆDITIVS, & CEBANVM.
Caſia vnde, CITIBÆNA, & MAMALIS.
Caſſij Vticenſis patria, MARATONYMA.
Caſſiodorus notatur, ELIS. Illuſtratur, DECENNONII.
Caſſiterides inſulæ, MELANCHLÆNI.
Caſteletum arx, SCALDIS.
Caſtor vbi occiſus, ARIADNIS.
Catuli Melitæi, vbi. MELITA, & MELITE.
Catulli verſus varia lectio, BRIXIA. Locus explicatus, MALLIA Aqua. Emendatus, CEOS.
Cedrenus emendatus, THALAMVM.
Cedri generis ſiluoſa inſula, OSERICTA.
Celtarum lingua, ALPES.
Celtica aqua, DANVBIVS.
Celtius longæuus, APILOCARIVM.
Ceraſorum copia vbi, PRVSA.
S. Cerbonius vrſis obiectus. MERVLI.
Ceres Poteriopheros, ANTHEORVM. Cereris domus LYCÆA.
Corobothrus rex, CARVRA.
Ceruæ ſciſſa aure, ELAPHVS.
Ceruorum multitudo vbi, CVRIDIVM.
Chæremon agricola, SIDIRVS. Chæremon epiſcopus, NILOPOLIS.
Chaganus princeps, CHAZARIA.
Chartæ vſus vbi inuentus, PERGAMVS.
Chiromantica gens, ZEVGITANA.
Cryſtallus vbi naſcitur, NERON.
Chromius Gelonem vbi fuderit, MARTIS Tranſitus.
Chryſopaſius vbi, NILION.
Cicero notatur, BLANDENONA, & SELONIVS Campus. Emendatur, CARACHIVM, & FORVM Voconi. Eius villæ, ACADEMIA, ARCANVM, & POMPEIANVM. Vbi occiſus, PHORMIANVM.
Ciconiæ vbi primò aduolant, PYTHONOS Come.
Cinamonum vnde, CITIBÆNA, MAMALIS, & MVSVLON.

Circes habitaculum, ÆANE. Eius ſepulcrum, PHARMACVSA.
Circknitz Lacus, LVGEVM.
Ciſindria, CENTRONES.
Claudiani locus illuſtratus, FRIGIDVS, VRBEM, & TITAN.
Clauis Ægypti, PELVSIVM.
Cleander vates, PHIGASEVM.
Cleanthes philoſophus, LYSIVM.
Clemens Alexandrinus emendatur, EVENITÆ, & GERMANES. Notatur, LYCIA, & LYSIVM.
Cleon latro, CALLYDIVM, & IVLIOPOLIS.
Cleopidis regia, DADAI.
Cliſthenes Sicyonius, CRISEORVM.
Cluſinius figulus, MARGINOS.
Cn. Carbo vbi cum Cimbris conflixit, NOREIA.
Cnopus rex, LEOPODVM.
Coccum optimum vnde, ANDABASIS.
Conchiliorum piſcatio vbi, BYBLOS.
Conradus Lichtenauius notatur, COMVM.
Conradus rex, ALPHESVM.
Conſiligo herba vbi naſcitur, NERVESIÆ.
Conſtantia Imp. vbi mortua, GALLICANA Statio.
Conſtantinus Magnus Imp. vbi baptizatus, AQVILO. Vbi obierit, ANCYRONEM. Toxico exſtinctus, SOTEROPOLIS.
Copronymi Imp. patria, CABALLA.
Corbis & Orſua, IBEM.
Corybantes vbi, SAMOS.
Corycæus auſcultauit, CORYCVS.
Cornua & pilos ex eſu herbæ amittere, PHALACRVS.
Coronæ in Olympicis ex qua arbore, PANTHEIVM.
Corui albi vbi, TRIGLYPTON. Coruorum opera venari. ERIZENA.
Coſingas dux, & ſacerdos, SCÆBOÆ.
Coſroes regis palatia, BECLAM, DAMASTAGAR, & DYSTAGERDA.
Cranaus rex Athenienſium, LAMPRÆ.
Crane nympha, HELERNI.
Craterus coruorum opera venabatur, ERIZENA.
Creſcens epiſcopus, CHALCEDON.
Creſconius, BVLLA Regia, & NICE.
Criſpi cautum reſponſum, VISELLIA.
Crocodili & delphini vbi, DYARDENES.
Crocus optimus vbi prouenit, CORYCVS.
Croeſi regis theſaurus, GAZACVM, & THEBARMA.
Croia quid ſignificet Epirotis, ANTIGONIA.
Cronius epiſcopus, METOLE.
Cruppellarij qui, GALAVLÆ.
Cteſias ex Plinio, aut hic ex illo caſtigandus, HYPOBARVM.
Culices feri, vbi, ARRHATA. A culicibus homines profligati, MYVS.
Curalium vbi gignitur, HELIA.
Curtius Thalaſſus combuſtus, ARDA.
Cuſpiniano non adſentitur auctor, PHILARCHI.
Cycnus vbi regnauit, CYCNITIS, & METORENSIVM.
Cymathius epiſcopus, BVLTVS, & TARADVS.
Cyminum herba vbi naſcitur, TERENTIA.
Cymon vbi mortuus, CYTHIVM.
Cynocephali homines, MVNITIA.
D. Cypriani natale, MARCILIANVM. Locus martyrij, SEXTI.
Cyrus rex vbi occiſus, MESANGIA.
Cyzicenum marmor, PROCONNESVS.
Cyzicus heros, PERICTIONES.
Czernigo vrbs, HYPACYRIS.

D.

D. Loco L. ſubſtituta, MELICAS.
Dagobertus rex, RIGODVLVM. Eius ſepultura, BINDIONVM.
Damaſus pontifex, VIMARENSE.
Dares Phrygius emaculatus, ALCEDO, AVZONIVM, & FLICONEA.
Daua, Getarum lingua vrbem notat, DOCIRAVA.
Dauid rex vbi claſſem ſuam parauerit, ACHANIS. Eius vxor vnde, ABESAR.
Daulia auis, ITYS.
Dauſas epiſcopus, ZABDÆA.
Decebalus rex, SARGETIA.
Decius Imp. vbi occubuit, ABRITTVM, & DECII Ara.
Delconis piſcis, DELCON.
Demacles orator, AMPHIPOLIS.
Democriti patria, ABDERA.
Demos, quid ſit, ERCHIA.
Demoſthenes vbi vitam finierit, CALAVRIA.
Dentium firmitati conſulens fons, ORAXVS.
Derceto dea, BAMBYCA.
Deriades Indiæ rex, LARES, GERIA, SIBÆ, & ZABII.
Deſcenſus ad Inferos, HERACLEA, & TÆNARIA.
Deſiderius rex victus, MORTARIA.
Deucalion vnde lapides ſumpſerit, AGDVS.
Diaconus emaculatur, FALCONENSEM.
Diadochus epiſcopus, PHOTICA.
Diana vbi primum venata, AGRA. Diana Amaryſia, ATHMONVM. Diana Peraſia, CASTABALA. Diana Daphnæa, HYPSVS. Vbi eam colunt formæ ligni indolati, CARII. Diana Piſæa, PISAVM.
Dictis Cretenſis locus notatus, CAPRAS, & GEBRENI. Emendatus, IALYSVS, & MARISBA.
Digeſtorum locus emendatus, ZERNENSIVM.
Dij immortales proprijs vtuntur vocabulis, BATIEIA, EVBOEA, PLANCTÆ, TENEDOS, TYPHONIS, & XANTHVS.
Diluuio abſumpta vrbs, LOCOZVS.
Dingelfingum vrbs, TIBERINA Caſtra.
Diodorus Siculus emaculatur, ALGIDVM, AMAXITVS, ASCALANI, BOIVM, CLVSIVM, EBVSVS, FILISCVM, FRETOMANORVM, LVCEA, LORYMA, NISSÆA, PACTOLVS, PHALERNA, SARDIANA, TARENTVM, TYRRHÆORVM, & VERREGINVM. Notatur, PRASIANA, SARONIDÆ, & TASCVTINI.
Diogenes epiſcopus, QVIRENSIS.
Diogenis Cynici habitaculum, METROVM.
Diomedeæ aues, SEBRIA.
Dione nympha, PALÆSTINA Aqua.
Dionis lectio Taciti præfertur, FOSSA CORBVLONIS. Locus citatus, DRVSI Monumentum.
Dionyſii ſepultura, OMPHALOS.
Dionyſij Afri locus corrigitur, MARGVS.
Dionyſij Alexandrini error, CASSITERIDES.
Dioſcorides defenſus contra ſuos interpretes, OCIMVM, & MEMPHIS. Emendatus, LYDIA.
Dioſcurorum fanum, ANACIVM.
Dioſcurus exſul, SOINES.
Diotimus vnde, CARYSIS.
Diſtantia freti inter Caletum & Doueram opida, ICCIVS.
Dius regis F. NVMAGANI.
Domini Saluatoris tunica, HEPHAD, & MARATSEMERE.
Dom. Nigri lapſus. NICOMEDIA, & CAMPI Lapidei.
Domnes epiſcopus, SIEMIVM.
Domninus martyr, IVLIA.
Dorotheus epiſcopus, ANCHERÆ.
Draco, vbi diuinis honoribus colitur, LAMVSIVM, LANVVIVM, & MELITA.
Dracuntius epiſcopus, THEVBATVM.
Drauus fluuius, OVILABIS.





Droctonus, BADRINVS.
Druſi Imp. Victoria. ARBALO.

E.

E Littera præpoſita vocabulis Latinis, ab S. incipientibus, Hiſpani & Galli ſua faciunt, IBERIA, & SCALDIS.
E. ſecundam vocalem, eodem ſono quo nos I. tertiam, pronunciant Britanni, HIBERNIA.
Ebion hæreticus, COCABA.
Ebuſops rex, SAMNI.
Egiptenaren, ZEVGITANA.
Elagabali patria, EMISSA.
Electrum vbi naſcitur, SICYON. Electrum ferentes arbores, HYPOBARVM.
Elephas locutus, SOLIS. Vbi ſe purificant, AMILO. Qui ijs veſcuntur, ASACHÆI.
Elianus epiſcopus, RANIENSIS.
Elleborus vbi prouenit, PYRA.
Endymionis ſomnus, ASELENVS.
Epaphroditus epiſcopus, HADRIANÆ.
Epicharmi patria, CRASTVS.
Epicuri patria, GARGETTIAS.
Epiphanius corrigitur, CVRCVDALOPADVSA.
Epirus, pro continente; non regionis proprio nomine, PYRIPHLEGETON, & TRAGESEÆ.
Epiſtola D. Iacobi ad Coloſſenſes, COLOSSÆ.
Epiſtrophus regis F. NVMAGANI.
Epiſtropolis, BVCTINVM.
Equæ à vento concipientes, TAGRVM.
Equi longæui, VGNICI. Præſtantiſſimi, MITHRACINI.
Equis alendis aptiſſimus locus. HIPPOBOTVM.
Equus ligneus vbi ſactus, GRASVS.
Eraſtus diſcipulus, MEVIDI.
Erechtei filiæ immolatæ, HYACINTHVS.
Erichtonius à Terra abſorptus, MACRÆ.
Eriphium herba, SORACTES.
Errit opidum, HYRCANIA.
Erythræi lapſus, BRIGANTIVM.
Erythri regis monumentum, ORGANA.
Eſcuriale monaſterium, PTEROPHOROS.
Eſtenſium familia vnde, ÆSTVNI.
Etymologicon notatur, PLIEVS.
Euandrus epiſcopus, VRSINVM.
Euliſius epiſcopus, NVPSAS.
Eumachus, EQVI ARX.
Eumenes victus, ORCYNIA.
Eunomius Epiſcopus, EVZIZENVS.
Euonymus, arbor, vbi naſcitur, ORCYNIVM.
Eunuchi vbi primi facti, SPADA.
Euphanius epiſcopus, PONÆ.
Euphraſius epiſcopus, CINNORVM.
Euphratis epiſcopus, CALANA.
Euphratis fluuij ortus, ABAS.
Euridica, TRIPARADISVS.
Euripides vbi à canibus laceratus, BORMISCVS.
Europæ terminus, PHASIS.
Eurylochus, LYSIAS.
Euſebius Epiſcopus, MARCELLA.
Euſebij Chronici error, MAZACA. Emaculatur, ARDA, ATLANTA, GEROICA, MACICRATIM, NINIVE, OSRHOENORVM, SISYDEM, SYSCIA, & TYRIANVS. Notatur, CHANTVS, POLIS, & SAMARIA.
Euſtathius defenditur aduerſus Guilandinum, MARE RVBRVM. Eius error de Columnis Herculis, ALYBE. Emendatur, LYRPESSVS.
Euſtathius epiſcopus Antiochiæ, CYZIA.
Euſtrathius epiſcopus, ARABRACIS, & SVFFECTANEVS.
Euthymius, RVBA.
Eutropij locus caſtigatus, BVCIA, MARCHOMODES, VARODOPA, & ZENOPHRVRIVM.
Eutropius epiſcopus, EVAZON.
Ezechiel propheta, SARIRA.

F.

Faba legumen vbi, TORON. Fabæ Aegyptiæ vbi naſcantur, THYRAMIS.
Fabatus, CAMILLIANA.
Fabius Fabricianus, TVXIVM.
Facundus epiſcopus in Africa, ERMIANENSIS.
Fauſtina Imp. vbi obierit, HALALE.
Fauſtinus epiſcopus, BVRTINITANVS.
Fazellus fallit, TIMETHVS. Ptolemæum redarguit, SIMÆTHVS.
Felis aurea pro deo colitur, RHADATA.
Felix epiſcopus, MICERIANVS.
Fœminæ vbi annum vitæ octauum non excedunt, CALINGÆ. Binis pupillis, BITHYÆ. Viris imperantes, GELÆI. Mulieribus tantum imperantes, BVAI. In prœliis fugientes à tergo ſagittant, SACIDÆ. vide Mulieres.
Ferarum carnes edentes populi, AGRIOPHAGI.
Ferreolus epiſcopus, VCECENSIS.
Ferrum præſtans fieri tinctu fluminis, BILBILIS, & CHALYBS. Optimum, NORACVM. Vbi naſcatur, DOLICHENA.
Ferrea Porta, locus, CAVCASIÆ.
Ficus Indica, vbi, ARCESINES.
Filius coctus & comeſtus à matre, BATHECHOR.
Figulinam quæ gens inuenerit, CANI.
Filogius epiſcopus, GETABINVSTIANVS.
Val. Flacci locus illuſtratus, MIRACE, & TIBISENA. Emendatus, ACESINVS, LYCES, PITYEA, & TYMAVI.
Flaccus Romanus dux, TROEZEN.
Flama innoxia, ESII Forum.
Flauianus epiſcopus, EPIPA.
Florianus notatur, ESTABERVM.
Flumina epota à Xerxis exercitu, ECHEDORVS, LISSVS, MELAS, ONOCHONVS, & SCAMANDER.
Fluuius Pythagoram ſalutat, NESSVS. Totius Orbis maximus, NILVS. Specie vini colitur, TELMESSVS. In quo omnia merguntur & nihil innatat, SIDEN. Quædam in lapidem vertens, MVABVS. Ligna cortice lapideo integens, SVRIVS. Ebrios faciens, CALENVM, ERGANE, LYNCESTIS, & NAVLOCHVS. Impetiginem abolens, OPHIVSA. Vini tedium adferens, CLITORIVS. Alba animalia faciens, CLITVMNVS. Nigras oues faciens, PSYCHRVS. Dulcis in ſalem mutatus, NEPTVNI. Aquæ pellucidæ, nigerrimos tamen piſces procreans, LVSIAS. Equos inſanire faciens, COSSINITVS. Periuros notans, ASBAMEVS, & OLACHAS. Oculis ſaluber, LYNCEVS. Fœminas ſteriles faciens, APHRODISIVM. Folia arborum ſub aqua mergens, SIACHA. In ſuperficie frigidus, infra calidus, CAPÆVS. Cruore inſectus, ADONIS.
Fons ex cuius potu nigræ fiunt oues, CERON, COCHRYNNA, & MELAS. In quo omnia innatant præter metalla, BALLADE. Cuius aqua lucernæ ardent, LYCOS. Qui rabidi canis morſum ſanat, ALYSSOS. Eunuchos faciens, NAVLOCHVS. Tamquam oleo fluens, CYSTITRATVM. Sine dolore, ſine remedio mortiferus, BEROSVS. Vinifer, NAXOS. Gemmifer, CYRVBS. Lacte ſuauior, LEVCI. Omnia abſorbens, & alter omnia reſpuens, CARRINENSIS. Mortem adſerens. CINCHROPSOSES, & CYCHRI. Vocem canoram faciens, ZAMÆ. Iucundè olens, CABVRA. Fœdus & turbidus, CHERSONESVS. Ex lacrymis natus, CLINA. Aquæ limpidiſſimæ.

diſſimæ, CVZINÆ. Calidus, SYDONIA. Frigidiſſimus, TILPHOSSA. Colorem mutans, IOB. Dentium firmitati conſulens, ORAXVS.
Fœnum noxium, & idem ſalubre, CRVSTVMERIVM.
Formicæ, quem fluuium non tranſeunt, CAMPYLVS. Quæ aurifodinas cuſtodiunt, DARDÆ.
Fortunati poetæ patria, DVPLAVLIS. Emendatur, Ibidem, & VIRDO.
Foſſiles piſces, ASCANIA.
Fotinus epiſcopus, SIRMIÆ.
Fraga vicus, CINGA.
Fredericus Imp. vbi ſubmerſus, CALYCADNVS.
Frontinus emaculatus, CADVRCI, CASVENTILLANI, CRISEORVM, ELEA, & FATVENTVM. Notatur, ATHMON, & HILDINACVM.
Frumentum ſatum, vbi non naſcitur, ARDANVS. Diſrumpens plus ſatis edentes, PISSOTIS.
Fulgentius epiſcopus, RVMPENSIS.
Fulguris beneficio aurum reperiri, SACER.
Fuluius Phryx longæuus, POLLISIA.
Fumum exhalans mons, CHIMERA.
Furari vbi omnino non liceat, ATRI.

G.

G. ſolent Galli, pro W. digamma ſcribere, QVARTENSIS. Latini idem, WALONES.
G. & Z. Itali ferè eodem ſono pronunciant, IGINIVM.
Gagates lapis vnde, GAGE, & LEVCOLA.
Gaius presbyter, DIDDA.
Galanga vnde, SITI.
Galbanum vnde, AMOMVM, & PACVS.
Galeni patria, PERGAMVS. Eius lectio ſuſpecta, TABIÆ.
Galerij Imp. ſepultura, ROMVLIANVM.
Galerius Maximianus Imp. vbi natus, GEROICA. & vbi occiſus, CALLINICVM.
Gallica lingua & Germanica eadem, ALPES, CIMBRI.
Galliæ reges vbi coronantur, DVROCOTTORVM.
Galliæ pars quædam Italia dicta, DECIATIVM.
Gallinacei vbi muti, NIBAS. Vbi barbati, TRIGLYPTON.
Gallinaceus loquutus, GALLERII Villa.
Gallorum ſtrages, TICINVM. Horum lingua, ALPES. Germanicè loquutos, Ibidem.
Gallus Imp. à Conſtantino interemptus, FALCONENSEM, FLAVONA, & THALAMVM.
Ganymedes raptus, HARPAGIA.
Gaura ſatrapa longæuus, ROXANI.
Gebel, quid ſignificet Arabibus, CALPE.
Gelenius notatur, ARBIS, & HIPPAGRETA.
Gellius ex Plinio, aut hic ex illo caſtigandus, SCIOPODÆ.
Gelonis regis ſepultura, ENNEA TYRSESIN.
Gemblacenſis ineptiæ, CORDVRVS.
Geminus presbiter, ZEBENNVM.
Gemmifer fluuius, CYRVBS.
Gennadius epiſcopus, THIENNA.
Gens imbellis, AVTARCIATÆ. A leonibus exſtincta, NOMÆA. Silueſtris ſine voce, CHOROMANDARVM. Sine proprijs nominibus, APHARANTES, & ATLANTES. Facie ſima, SESATÆ. Simis naribus, SCIRATÆ. Attritis naribus, CIRRHADIÆ. Narium loco, foramina tantùm habens, SYRICTÆ. Numquam caneſcens, METEREÆ. Odorato crine, MICELÆ. Vino dedita, APYRI. Sine capite, & oculis in pectore, BLEMYES. Quæ magis ſerpere quam ingredi videtur, HIMANTOPODES. Quadrupes, ARTHABATHITÆ. Canem referens capite & dentibus. CYNOPROSOPI. Auerſis plantis, & in eis octonis digitis, ANTIPODES, ABARIMON, & MILO. Quæ per noctem melius cernat, quàm per diem, GERMARA. Quæ naſcentes luget, & mortuis applaudit, CAVSIANI. Quæ equos curſu prævertit, AVTOLALÆ, TRAGODITÆ, & OCYPODES. Quæ feras curſu pedum adſequitur, TRAGODITÆ. Hominibus exitioſa, THYBII. Cynocephalorum lacte viuens, MENISMENI. Sine pane viuens, ALANÆI. Quæ pugnat haſtilibus flamma duratis, BAMVRÆ. Quæ in iuuentute candido capillo, in ſenectute nigro, PANDORÆ. Quæ mammillas peregrinorum edit, CHABARENI. Morientibus quæ veſcitur, PADÆI. Quæ veſcitur parentibus, CALLATIÆ. Quæ nullum animal mactat, ARITONI. Quæ ſeptuagenarios omnes interficit, BERBICCÆ. Ducentis annis viuens, PANDORÆ. Centenis quadragenis, CYRNI. Tantùm aqua viuens, DALION. Vino deditiſſima, TAPYRI. Quæ noctu pugnat, interdiu pacem agit, BASVLIENSES, & THYNI. Preter calicem & gladium nihil habentes, SORDOLIBYI.
Gentiana herba vbi, GEMELLI Colles.
Gentius rex, IGITVRVIVM, & LABEATES.
Genus hominum iuſtum vbi, VCHALDVS.
Georgij ab Auſtria obſeruatio, PYRENÆI.
Georgius Fabricius ſeductus ab impuro codice.
Gerardi Mercatoris laus & fides. ARSENARIA, COLAICVM, & PILA Terræ.
Germanicæ linguæ latiſſimus vſus, MÆOTIS Palus, & ALPES. Germanicæ linguæ etyma, ARDVENNA, DOCIRAVA, FENNI, GOTHI, HYPERBOREI, MÆOTIS, NEVRI, PYGMÆI, SCYTHÆ, SILVA CANDIDA, & WALONES.
Geſa telum bellicum, MAGETÆ.
Geta fluuius, DIABLINTRES.
Gigantum corpora vbi reperta, LITRÆ, & DIANÆ Spelunca.
Gilbertus Limburgius, TVNGRORVM Fons.
Gingiber vnde ad nos adferatur, BARBARIA.
Giſortium opidum, VELOCASSES.
Glandes mutili populi, CREOPHAGI.
Glaucus hiſtrio, GLAVCI.
Glicerius epiſcopus, PORTVS.
Gloſſarij in Iuuenalem geographiæ ignorantia, CORYCVS.
Godefridus rex Hieroſolymæ, BVLLONIVM.
Gongylus præfectus, GRYNIA.
Gordiani Imp. tumulus, CIRCESSVM.
Gorga ciuitas, NEPHTHALITÆ.
Gorgones vbi nati, TITHRASVS.
Gothicæ gentes, BVBEGENTAS.
C. Gracchus vbi interfectus, FVRINÆ. T. Gracchus vbi perijt, VETERES Campi.
Grammaticis interdum Geographiæ cognitio deeſt, APHESAS, CLVSIVM, CORYCVS, CYTHISA, ITVRÆI, ORICVM, PARNASSVS, PHYLLVS, PINDVS, PACTOLVS, TEMPE, & THEVMESIVS.
Gratius poeta emendatur, NEBRODES.
Gregorius Tripolitanus, LIMETARVM.
Gretas rex, ELVRI.
Gryphi aurum cuſtodientes, TARCYNITAE.
Guad, quid ſonet Arabibus, ANAS, & BAETIS.
Guerba fluuius, VOLCIANI.
Guilandus reprehendit Euſtathium immerito, MARE RVBRVM.
Guttur vbi incolis intumeſcit, MEDVLLI.
Gylippus, IEGAS.
Gyraldus emendatur, PATEIDES.

H.

HAbetdeus epiſcopus, TEVDELENSIS.
Hadrianus cum adſtatu, debere ſcribi, HADRIANI.
Hadriani Imp. ſepulcrum, HADRIANI Imp.
Hadriani Imp. patria, ATRIA.
Hadrianus epiſcopus, NIRIDANVM.
Hania fluuius, SCALDIS.





Harmoniæ monumentũ, CYLICES, & ENCHELEAE.
Harpocratio epiſcopus, BVCALTVM.
Hectoris Boethij error, GESSORIACVM.
Hecubæ ſepulcrum, CYNOSSEMA.
Hegeſippus emendatur, ARITHEDANA, CANOPVS, CLITRO, & MARESA.
Helena vbi ab Argonautis rapta, DIOSCVRON.
Helia, vide Aelia.
Helice ſtella vbi raro conſpicitur, PATAVITANVS.
Heliſeus propheta, ABELBVEL, & GARGALIS.
Heluius, Pertinacis Imp. prænomen, PELVSIVM.
Heraclij Imp. palatia, DAMASTAGAR, & DYSTAGARDA.
Herculis opus, GRÆCA Via. Gymnaſium, CYNOSARGES. Delubrum, GADES. Vbi leonem interfecerit, TRETVM. Vbi colitur, SVRASENI. Poculo vectus, CYLICRANI. Draconem occidit, CYLISTANVS. Eius ſignum ſudauit, MINVTIA.
Hermagoræ patria, TEMNOS.
Hermius tyrannus; ATARNA.
Hermolaus Barbarus hallucinatus, ZERYNTHIVM.
Herodoti interpretis lapſus, OARIA. Notatur ipſe Herodotus, PHILA, SAPIRES, & TERMERA.
Heroldi error, TARBELLA.
Heſiodus ubi trucidatus, NEMEIVM.
Heſychius emendatur, DRACANIVM. Heſychius epiſcopus, OPARIENSEM.
Hierax exſul, SOINES.
Hieremiæ prophetæ patria, ANATHOTH.
Hierocles philoſophus, HYLLARIMA.
Hieronymus reprehenditur à Poſtello, CÆSAREA Palæſtinæ.
Hieronymi Ruſcelli error, ALYBE.
Hilarionis monachi patria, THEBASA.
Hilarius monachus, CHARYBRIS.
Hippo fœmina, ERECHTHIA.
Hippocentaurus inuentus, SAVNA.
Hippocrates, ERGETIVM.
Hippolytus vitæ redditus, VIRBIVS.
Hippopotami & crocodili vbi, BAMBOTHVS. Hi quibus ſacri, PAPRIMIS.
Hiramus rex, EVCEI.
A. Hircius emendatur, CARBONIA.
Hiſpanorum nominis & originis coniectura, IBERIA.
Hiſtoria Miſcella corrigitur, THEBARMA.
Homo vbi adoratur, ANABIS.
Homines auerſis plantis, ABARIMON. Canoris vocibus vbi, THARSVS, & ZAMA. Vide gens.
Homines immolari vbi ſolent, LYCIA, & BLETONESII. Mutari in lupos, vbi, NEVRI. In aues, PELLENA.
Honoratus epiſcopus, BRELITENSIS.
Honorius Auguſtodunenſis emaculatur, EVZIZENVM, LEDRENSIS, & THEMVSEOS.
Honta fluuius, SCALDIS.
Horatij locus conſideratus, CONCANI. Explicatus, BASTVLI, & BASSARA.
Horatius deus, VRSVS Lucus.
Hordæi inſula, IABADII.
Hordeum vbi, GORDATVM.
Hortus penſilis, PARADISVS.
Hubertus Leodius fallit, MASACI.
Humanis corporibus qui veſcuntur, vide Anthropophagi.
Humus effoſſa, denuò repletur vltro, MYLVS.
Hycca piſcis, HYCCARA.
Hyginus emendatus, AMMÆDARA, & MATVSIVM.
Hyperides vbi ſepultus, HIPPADIS.

I.

IAcob patriarcha vbi mortuus, ACHAD. Iacobus apoſtolus vbi ſepultus, NERITVM.
Ianuarius epiſcopus, MALALITA.
Iarbas rex, MAZYES.
Iecora bina habentes lepores, BOLBA, BISALTIA, & BRILETVS.
Ieſus cognomine Iuſtus, CENTIPOLEOS.
Ignis templum, THEBARMA. Pro Deo habitus, PYREVM.
Igniuomi montes, ÆTNA, LISANICVLVS, & VESEVVS.
Imber feruens terremotu effuſus, SARNVS.
Impetiginem ſanans fluuius, OPHIVSA.
Indi colorati, ÆTHIOPES, & RHIZOPHAGI.
Indiam falſo Americum vocant Hiſpani, ATLANTIS Inſula.
Innocentius II. P.M. capitur, GALLVCIVM.
Inſula maris æſtu in profundo depreſſa, THASSVS.
Inſulæ mobiles, CHEMNIS, CVTILIÆ, NYMPHARVM, & VADIMONIS. Semperfluctuantes, CALAMINÆ, & ORCHOMENVS.
Inſulæ vocantur, non tamen inſulæ, SVNIVM, THEBÆ, MACARONNESVS, OASIS, & PHENNESOS.
Ioannes Lachana grammaticus, ZABARIA.
Io. Auſtriaci victoria naualis, ECHINADES.
Ioannes Baptiſtæ caput vbi inuentum, COSILAVS.
Ioannes epiſcopus, EATENORVM.
Io. Bodini error, BABYLONIA.
Io. Camers ſeductus, THANATOS.
Io. Heroldi error, ATVRRVS, & TARBELLA.
Iocinora bina vbi leporibus, vide Iecora.
Ioel propheta, BETHOMERON.
Ionæ prophetæ patria, CARIATHMAVS, & GETHEPHER.
Iornandes auctor valde deprauatus, HEDISCVM, HIPANIS, HIPPODES, & PHILIPPOPOLIS. Hallucinatur, BORYSTHENES, & RAVENNA. Emaculatur, BIOZIMETAS, CYRVS, & LORII.
Ioſephus emendatur, ASOPHOS.
Ioſiæ prophetæ patria, ANATHOTH.
Irlandiæ etymon, HIBERNIA.
Iromas rex, EVCBI.
Iſacij Tzetzis fides deſideratur, ÆGESTEORVM. Notatur, BOCOTA, & CARIVM. Emendatur, TYMPHRESTVS.
Iſidorus corrigitur, BLEMYES, CLITORIVS, CEOS, ERINVS, GELONIVM, HELLES, TELOS, & TRAGODITÆ.
Iſidos plocamos frutex, TROGLODYTARVM.
Iſmeni hiſtoria, EVRICOME.
Iſraelis ſolitudo, BATTARIDEM.
Italiæ pars Sicilia dicta, BAIÆ, BRVTTII, CAVLONIA, CRATHIS, LAGARIA, METAVRVS, NEÆTHVS, RHEGIVM Iulium, SICILIA, SINOESSA, & TARENTVM.
Ithacius epiſcopus, SOSSVBENSEM.
Iudæi puerum de ligno crucis ſuſpendunt, IMMOS.
Iudæorum in ſocietatem aſciti populi, ASIDÆI.
Iulianus apoſtata. Imp. vbi occiſus, PHRYGIA. In epiſtolis emendatur, ALDVABIS.
Iulianus epiſcopus, COEENSEM.
Iulius Pollux emendatur, BRAVRVM, & ENORCHOMENIORVM.
Iumenta minuta vbi, PSYLLI.
Iuno Martialis, PASSARON.
Iunoni ſacer locus, CELENNA.
Iuo Carnotenſis corrigitur, DREPANVM, DINOPOLIS, & GORDVS.
Iupiter vbi natus, TRIPOS. Vbi enutritus, CRETEA. Vbi ſepultus, LASIO. Mons ei ſacer, BAGISTANVS. Iupiter Caſius, CASIVS. Iupiter Labradius, LABRANDA. Iupiter Martialis, PASSARON. Iupiter Triphylius, PANARA, & PANCHÆA.
Iuſtiniani Imp. patria, TAVRESIVM. Vbi pontem ſtruxerit, AGOREI.
Iuuenalis verſus animaduerſus, CALLINARIA, & CAMBRE. Emendatus, COMBOS.

L.

L. pro D. ſubſtituta ab antiquis, MELICAS.
Laban epiſcopus, HELOSENSES.
Lac è cælo, CORTASI. Lac nigrum vbi, ASTACES.
Lactantij locus emendatus, AVLATIA.
Lacus miræ naturæ, LVGEVM, & MANDVRIVM. Inſaniam & ſoporem inducens, INATAMANA. Nocte nocens, alias innocens, PHENEVS. Veſtibus expurgandis idoneus, PAESA. In quo omnia fluitant, nihil immergitur, APVSCIDAMVS, & SATVRNI. Qui ligna accendit, INATAMANA.
Lacus marinus, PRILE.
Ladanum vbi naſcitur, SITACA.
Laertius emendatus, GARGETIAS.
Lais meretrix, HYCCARA.
Lallius Tionius, BIONIA.
Lambertus Imp. MARINCVM.
Lana pluit, CARISSANVM. Lana Indica ex herbis, VMBRACIVS.
Laphrius Mercurius, MERCVRIVS.
Lapis cuius ſuffitu ſerpentes fugantur, PONTVS. Lapis Iudaicus, vbi, SEN.
Laſthenes philoſophus, APAMIA.
Later aureum, LADON.
Lateres in aqua natantes, CALENTVM. Siccati in aqua non merguntur, MASSIA, & TANA.
Latimus Alcimus vnde, SONNICI.
Lazij error, ILLYRICVM, & LVETII.
Leander ſibi minimè conſtans, METAVROS. Eius error. ÆOLIÆ, ASTVRA, CANVSIVM, FLVENTIA, & SELINVS.
Leo ab Hercule ſublatus, GLEONÆ.
Leo Imp. vbi ſcientias didicerit, ANTRON.
Leo epiſcopus, FOCIÆ.
Leo Pontifex vbi Attilæ obuiam venerit, ACROVENTVM.
Leones gentem exſtinguere, NOMÆA. Manſueti, ELYMÆ.
Leonnatus præfectus, EVLYESTÆ.
Leontius, CYNEGIVM. Leontius epiſcopus, NEAPOLIS. Leontius presbyter, THALAMEPOLIS.
Leptimius, & Leptimagnus, LEPTIS.
LeWegildis, RECCOPOLIS.
Librarios ſcribere ſolere non ex lectione, ſed prælegentis ore, obſeruatum, AGASSÆ. ALYCÆA, ASTROMELA, AXONA, BELA, BERVNVS, CASTRVM, COMBOS, CONE, EDVRES, ELGOVÆ, ERANVSA, ERIDANVS, GORGYPPIA, HEGVA, IBI, ICONII, INDI, INDICA, MANDETRIVM, MARISBA, MASTROMELE, MELANI, MORGVS, NAIS, NANTVATES, OANI, OESTROS, ORGE, ORITÆ, PYTHICOS, SANDRISETES, SAPHAR, SARONIDÆ, SATYRVS, SINTHVS, SOPHIENSES, SVLCANVM, TENTYRA, TIBARENI, TYLANGIVM, VPPARA, & ZERNENSIVM.
Libri Notitiar. error, ANAMASCIA, PÆTAONIVM, & THERACVM. Defectus, RODRINA, SAMBRICÆ, & SCENÆ.
Libero Deo conſecratus aditus, LIGYRII.
Libror. Pontificior. linteor. fragmentum, TRES TABERNÆ, VRSVS Pileatus.
Licinij Cecinnæ pater vbi obierit, BAVILVM.
Licurgi ſepulcrum, PERGAMIA.
Ligno vrbes constructæ vbi, GELONVM.
Ligurum & Hiberiæ terminus, ORANVS.
Lilij lapſus, THESSASIA.
Lilingia piſcis, ASCANIA.
Lina vbi optima, ALLIA, & RETOVINA.
Linguæ, lingulæ & ligulæ vocum vſus, TÆNIAS.
Lintres monoxyli, COTTONA.
Liuius correctus, AGASSÆ, ANIANVS, EDESSA, ELEVSINA, MAEDI, MADVATENI, MEDOBITHYNI, POENINAE. Notatus, MENTESANI, VESTINI. Emendatus ab Ambroſio Morali, LETARVM.
Locus mortiferus, MEPHITIS Ædes.
Lomacum locus, BRONIVM.
Loripedes, SYRICTAE.
Lotharingiæ tabula, VOGESVS.
Lotuſa monaſterium, BRACHBANTIVM.
Loup Warou etymon, NEVRI.
Lucanus emendatus, IDALIS, ORESTAE, SENNA. Digito notatus, AXONA, CONE, FLAVI. Defenſus contra Scaligerum, SERES.
Ludouicus Hallerus, BOANENSIS, & NOVA.
Lunæ ſacrum opidum, DANA.
Lunæ & ſolis nomine veneratur locus, SARDO.
Lupus piſces capturam cuſtodiens, CONOPEIVM.
Lutatius Placidus corrigitur, PHYLLOS, TMOLVS, & QVILLÆVS.
Lycophron emendatur, SIRIS. Notatur, ARETHVS.
Lyra vbi inuenta, CHELYDORIA.
Lyſa fluuius, MENARIACVM.

M.

Macarea locus, ZEVGITANA.
Macarius vir ſanctus, VICARIA. Epiſcopus, PANTEI.
Macedonius epiſcopus, ZOES.
Macrobij locus enarratus, INFERNATES.
Macroſiris ſepultura, MACRANESVS.
Magas dux exercitus, CHIVS.
Magna hominum cadauera, LITRÆ.
Magnentius Imp. prœlio ſuperatus, MILTOSELEVCVS, & MVRSA. Eiuſdem victoria, THICANVM. Vbi vixerit, LETI.
Magnes lapis vbi reperitur, ECHIVM, & ZIMIRI. Eius vſus in nauigando, AMALFITANA.
Magnus, pater Magnentij Imp. DECENTII.
Mahumeti locus natalis, IESRAB.
Maiorianus Imp. vbi Auguſtus creatus, AD COLVMELLAS. Vbi occiſus, IRIA.
Malabathrum vbi, CYRRHADIA.
Malachias propheta, SVPHA.
Maleottus Pelaſgus, REGISVILLA.
Mamillæ muliebris formæ mons, HERODIVM, OLYMPVS, & STIBORTES.
Mamillas peregrinarum, qui comedunt, CHABARENI.
Mancipia non admittuntur in ſacrificijs, SVRII.
Manicheorum metropolis, CAMEIA.
Manſuetus epiſcopus, VIRICITANVS.
Manumittendi ex quo fonte bibebant, CVNADRA.
Marcianus epiſcopus, TIBERIADIS.
Mare quod Græci nauigant, OCEANVS ATLANTICVS. Spectatu digniſſimum, PONTVS EVXINVS.
Margaritæ vbi, PERIMVLA. Margaritifera inſula, ELYRA, & TOIDIS.
Mariangeli Accurſij lapſus, CLYLIPENVS.
C. Marius, TOVGENI. Vbi oppreſſus, SACRIPORTVS.
Marmor maculoſum, SYNNA.
Maroboduus Germaniæ princeps, BVTONES, & ZYMI.
Mars vbi colitur, ACITANI, & PARRIMIS.
Martis fanum, SYBARIS.
Martialis reſtitutus, BILBILIS.
Martianus Capella notatur, MESSVA, & CAPPADOCIA. Emaculatur, MENALA, SARDINIA, SERRHIVM, & TINDA.
Martyrius epiſcopus, ELISTRVS.
Maſiniſſæ lis cum Carthaginienſib. TYSCA.
Maſtix vbi prouenit, CHIOS.
D. Maternus vbi obierit, HELLVM.
Mathiolus notatur, OCYMVM.
Matrimonia cæca & ſine delectu contracta, DAPSOLIBYI.





Matthæus Euangeliſta, HIERAPOLIS.
Matthias Apoſtolus, HYSSVS.
Maurianus epiſcopus, VZIPARENSIS.
Mauritius tyrannus, FICVNDA. Mauritius Imp. vbi occiſus, EVTROPIVM.
Maurus epiſcopus, NEAPOLIS.
Maximianus epiſcopus, ACYREGENSIS. Maximianus Imp. vbi obijt, TARSIVM.
Maximinus Imp. ARCHIMEA.
Maximus epiſcopus, DIOPOLIS.
Megabazus, CYRTÆA.
Megabarnes rex, BARCANII.
Megarenſes vbi victi, CIMOLIA.
Mehodi, SEMELIA.
Mel vbi optimum, ACRAMAVMORIVM, TORINI. Vbi eius copia, CALYMNA. Ex floribus conficitur, GYZANTES.
Melæ ſuffragantur numiſmata, TEANVM. Locus dubius, CIRAVA, ERESSII, & TRITONICE. Notatur, HYDRVS. Vide Pomponius.
Melamborius ventus, CAMPI Lapidei.
Meleagrides aues, vbi, APHRODITES, & LEROS.
Memnon vbi occiſus, PAPHLAGONIVS. Vbi ſepultus, BADA. Memnon hiſtoricus emendatur, MARVCINI, & PELIGNI.
Menandrus Simonis Magi diſcipulus. CAPARETÆA.
Menulphus vbi occiſus, IVLIANI.
Mercurius vbi in lucem editus, TRICRENA. Vbi teſtudinem excoriauerit, CHELYDORIA. Inſula illi ſacra, CATÆA.
Metella à victima reſeruata, LAMVSIVM.
Mezentius rex, LYDI.
Micheæ prophetæ patria, MARESA, & MORASTHI.
Micythus rex TEVXVNTA.
Militaris via, HIGNATIA.
Milo oppreſſus, TIRIANVS. Lapide ictus interiit, COMPSA. Occiſus, CARISSANVM.
Miltiadis patria, LACIADÆ.
Mineruæ locus natalis, TRITON. Minerua Ophthalmitis, ALPIVM.
Mithridatis fuga, DASTRACVS.
Molo crucifixus, CALLONITIS.
Monachi capti & venditi, DATALARIA.
Monœtius Plutonius paſtor, ANTHEMVS.
Monops & Monotus, animal, MESSAPIVS.
Mons totius Orbis maximus, SEPHIR, & TAVRVS. Ex ſale vbi, ALPINI. Sciſſus & à loco remotus, EROGE.
Montani hæretici patria, ARDABA.
Montes ex piſcibus facti, TINNI.
Monychos animal, MESSAPIVS.
Mortui apud quos pro beatis habentur, CAVSIANI. Vbi arboribus ſuſpenduntur, NEORITAE. Vbi comburuntur, aut vulturibus obijciuntur, BARCÆI.
Moſchi ſpecies, TVPATA.
Moſes vbi mortuus, ABARIM.
Mugilum genus, quod pinnulis caret, SIPHARVM.
Mulieres ſex annos natæ, pariunt, PALAEA. Viris imperant, GELAEI. Mulieribus, BVAI. Iudaico more circunciduntur, CREOPHAGI.
Mummolus dux, MVSCIASCALMES.
Mures vbi in fonte generantur, COLVSI. Vbi incolas expulere, ELYMNIVM, & COSSA.
Muſcæ vbi non reperiantur, CARINA.
Muſcus vnde, BETHET.
Muſonius in exilium miſſus, TYARA.
Myrmecis philoſophi patria, ENETI.
Myrrha vbi prouenit, CITIBAENA, & MAMALIS.
Myſonis patria, ETIA, & OETAEVS.

N.

Nabor epiſcopus, CENTVRIONES.
Nani homines, BRIDINNAS.
Naptha vbi, AVSTAGENA.
Narciſcus epiſcopus, NERONIAS.
Naſcentes vbi luctu proſequuntur, CAVSIANI.
Naſturtium vbi loco piperis, PHALORCHIA.
Naues ex pellibus, OESTRYMNIS.
Naulochus, IONICA.
Naum propheta, ELLESI.
Neapolitani reges vbi coronari ſoleant, BARIVM.
Neceta epiſcopus, PARÆCII.
Nectarius hæreticus, CALAMA.
Necyn, Martis nomen, ACITANI.
Neptunus Heliconius, PANIONIVM.
Nerſam princeps, BERGAME.
Neſius epiſcopus, CORIBRASSI.
Neſſus centaurus, vbi ſepultus, TAPHIVS.
Neſtorius vnde oriundus, GERMANICIA.
Niceas epiſcopus, ROMATIANA.
Nicetas reſtituitur, CHONÆ.
Nictas quidam prodigus, PERGASA.
Nicolaus diſcipulus, SAPRIÆ.
Nicolaus Trelæus, NASIVM.
Niger ſibi minimè conſtans, VERVCA. Videtur errare, SOSIPPVS. Vnà cum Leandro deceptus, HELVINVM, & LAVS.
Nigerrimi piſces, LVSIAS.
Nigrum lac vbi, ASTACES.
Nilus vbi præcipitatur, STADISIS. Vbi minimè viſibilis, BLEMYES.
Nitrum optimum vbi, BVNÆ, & CLITÆ.
Niuellus epiſcopus, RHVSVRPENSIANVS.
Noctu pugnans gens, BASVLIENSES.
Noë arca vbi, APOBATERIVM, ARARATH, CAERON, & PAROPAMISVS.
Non. Marcellus emendatur, GADES, SARDIS.
Noua opidum, POSTVMIA Via.
Numerianus epiſcopus, RVSVGONIOTI.
Numiſmata ſuffragantur Pomponio, TEANVM. Numiſmata antiqua citantur, AMASENVS, ARDANVS, CASCANTVM, CASIVS, CERETAPEORVM, COLCARRENORVM, CONSTANTINOPOLIS, CYZICVS, DAMASCVS, DELMATIA, DEVANA, DIENORVM, EPIRVS, ERGAVICA, ERMIONE, FORVM Iulij, GERMANICOPOLIS, GLISSAS, GORDIANI Sepulc. GRACCVRIS, HIPPARIS, ILERCAONES, ILLICI, ITALICA, LEPTIS, MAVRITANIA, MEDIOLANIVM, MITHRIDATIS, NISIOBENSES, ORIENS, OSCA, PATRÆ, PANNONIA, PELLA, PRIVERNVM, QVINTVS, SANGARIVS, SERDICA, TARRACO, & VLPIA.
Nummularius vbi nullus, HELII, OTENE, & SAVNIA.
Nymphæ Caryſtiæ, CEOS.
Nymphæum, NYMPHARVM.
Nympharum antrum, PHORCYNVS.

O.

Obſequens emendatus, VESSANVM.
Obſequij thema, TRITON.
Oceani ſtupendum miraculum, TOLIAPIS, & VMBILICVS Oceani, Oceanus olim innauigabilis, OPHIR.
Oculos ſanans fluuius, LYNCEVS.
Odoacer ſuperatus à Theodorico rege, DVCA, & PONS CANDIDVS. Ab eodem fugatus, FOSSATVM, & ISONTIVM.
Oenides rex, GEBRENI.
Olea vbi, TYLVS.
Ollæ venales, & nihil aliud, vbi, CHYTROPOLIA.
Olympici ex qua arbore coronabantur, PANTHEIVM.
Olympius Arrianus, ELYANENSIS.
Onagri maximi vbi, CAVDO, & CLAVDOS.
Onuolphus Germanus, THVRINGOS.

*Onychis gemma*, PLYTHANA.
*Opalus gemma*, OPALVM.
*Opidum ex ſeſquifluuio factum*, TESSVINVM.
*Opium vbi paratur*, TRANVM.
*Optatus epiſcopus*, VESCETHER.
*Optima mala vbi naſcantur*, MORDIAEVM.
*Optimus epiſcopus*, AGDAMEA.
*Orbis terræ ſpatia qui noſſe profitentur*, NASAMONES.
*Oreſtes*, COMANA, EMET, & EVGION.
*Orichalcum vbi*, BETORICÆ.
*Orion vbi habitauerit*, THVRIA. *Vbi obierit*, PAVSTERII.
*Oroſius emendatur*, ADASPII, ADRAISTÆ, ATHABVRA, CALEARTIVS, EDVRES, GORDIEN, HELIOPOLIS, PARRHASIA, SACAVRACI, SVLGANVM, SVSARÆ, & SVSARGALA.
*Orpheus emendatur*, ENAVLVS, BOEANTIDOS, & TIBARENI. *Illuſtratur*, HERCYNIA. *Digito monſtratur*, TERNESII.
*Orphei caput in fluuium proiectum*, THRESSA.
*Orſua & Corbis nobiles Hiſpani*, IBEM.
*Oſcenſe argentum*, BEBELO.
*Oſeas propheta*, BELEMOTH.
*Oſias rex*, AILATH.
*Oſiridis natalis locus*, NYSSA. *Sepultura*, TAPOSIRIS.
*Oſroes, Arſacis nepos*, OSRHOENI.
*Oſtrea, vbi naſcantur*, GENO, PERIMVLA. *Vbi optima*, EDVLÆ, MEDVLI, & RVTVPIÆ. *Sicciora*, CORYPHANTIS.
*Oſwaldus epiſcopus*, DORCINCA.
*Otho Friſingenſis notatur*, COMVM. *Emendatur*, PATZINACÆ, & VEGISATVM.
*Othonis Imp. patria*, FERENTINVM.
*Ottomannorum familia vnde*, ITEA.
*Oues nigræ omnes, vbi*, BVDIANOS, & PSYCHRVS.
*Ouidij locus dubius*, AMPHISSIA, CASTRVM, DAMASENVS, ROMECHIVM, & TENTYRA. *Locus explicatus*, MEGARA, PALÆSTINA *Aqua*. *Emendatur*, CASTRVM, CEOS, LEVCOSIA, & SAPÆI.
*Ouis alba vbi nulla, ſed nigræ omnes*, BVDIANOS.
*Ouis auium & auena qui aluntur*, OONÆ.

P.

P. *Litteram Arabes non habere*, HISPALIS.
*Pachymeri error*, TVNES.
*Pacorus rex*, LADII.
*Pagumanis tribus*, PATZINACÆ.
*Pala arbor vbi*, SYDRACÆ.
*Palladis patria*, TRITON.
*Palladius epiſcopus*, ASPONITANÆ, & SYSENES.
*Palma arbor vbi*, DRYITÆ, & TYLVS. *Eius copia*, ELIS.
*Palmanethes rex*, CESSAN.
*Palus homines in aues commutans*, TRITON.
*Pampus eremita*, CELLVLÆ.
*Panace herba, vbi*, PHOCIS.
*Pandiæ gemmæ deſcriptio*, OPALVM.
*Pane non veſcentes populi*, ALANÆI.
*Pani deo ſacer fons*, MACHLÆI.
*Pani vbi habitent*, CHENNIN.
*S. Paraſceua*, CALLICRATIA.
*Paris vbi controuerſiam dearum diſceptarit*, ALEXANDRIA *Mons*. *Vbi oues paſcebat*, ANAVRVS.
*Paſinicus epiſcopus*, ZENORVM.
*Paterculus mendoſus*, OSCA.
*M. Pauli Veneti error*, AGIZYMBA.
*Paulinus emendatur*, LVPIÆ.
*Paulus Apoſtolus vbi conuerſus*, MARGISAFAR.
*Pauo vnde primum aſportatus*, PHASIS.
*Pauſanias emendatur*, ÆIANES. *Eius vetus lectio defenditur*, ÆGYPTIS, LYCÆA, DRABESCVS. *Digito monſtratur*, CNACADIVM.
*Pelamidum piſcatio vbi*, CHOENICIDES.
*Pennas in pileis geſtandi mos, vnde & quando*, PTEROPHOROS.
*Pentadius epiſcopus*, CARPETA.
*Periuri vbi notantur*, OLACHAS.
*Perrhenius epiſcopus*, THESSALONICA
*Perſeus, vnde auolauerit*, APHESAS.
*Pertinacis Imp. locus natalis*, MARTIS.
*Pet. Oliuarius deceptus*, AXIOPOLIS.
*Petra Piloſa, opidulum*, STRIDON.
*Phædini poëta patria*, BISANTHE.
*Phagrus piſcis vbi colitur*, EVENITÆ.
*Phalaris rex*, VESSA. *Eius patria*, ASTYPALAEA.
*Pharnabaſus*, CRYNIVM.
*Pharnaces rex*, ZELIA.
*Phauorini Lexicon emendatur*, CELTROS, DRACONON, GALESIVM, & MAEOTALIMNOS.
*Pherecidis patria*, SYRA.
*Philargyrus notatur*, CORONE, & CYTHISA.
*Philicadus epiſcopus*, AVGVSTADORVM.
*Philippus Iacobus Hoeſman*, RIGODVLVM.
*Philippi Imp. patria*, BOSTRA.
*Philippus rex vbi oculum amiſerit*, METHONE, & SARDONIS.
*Philocteta dea*, EREMVS.
*Philoctetes*, ACESIA, & MACALLA.
*Philoſtratus corrigitur*, ERCYNA, LAODICEA, & HIPHASIS. *Eius patria*, ASBAMEVS.
*Phryxa herba vbi*, BORÆÆ *Antrum*, & BORMISCVS.
*Picea arbor vbi*, PHELLVS.
*Picium opidum*, SEDECVLA.
*Pictor vbi nullus*, HELII, OTENE, & SAVNIA.
*Pilos & cornua amittere, ex herbæ eſu*, PHALACRVS.
*Pineti error*, MOLYBODES.
*Pintianus fallitur*, BEGIALIS, & ORGANA. *Male apud Plinium legit*, CESCVS. *Eundem reſtituit*, EVGANEI.
*Pipinus rex*, VERMERIA.
*Piſces nigerrimi*, LVSIAS. *Foſſiles*, ASCANIA. *Vbi è glacie effodiuntur*; GANGAMA. *E manibus hominum comedentes*, CHLORVS. *Inſtar turturis vocem edentes*, AORNVS. *Pecori pabulo ſunt*, MOSSINOPOLIS, & PAEONIDEM. *Fluuium implent*, CHALVS. *In montes tranſmutantur*, TINNI. *In ſicco oberrantes*, CERAS.
*Pixodorus Mauſoli F.* CIDYENSIS.
*Placidus notatur, vide Lutatius.*
*Plagius quidam*, PAGANORVM.
*Plauti patria quæ*, SARCINA,
*Plectra ex lapidibus*, ERYTHENA.
*Plethon Ptolemæi ſimia*, PAMISVS. *Eius locus animaduerſus*, PYLVS.
*Plinij locus adnotatur*, ASCANIVS, CANIS, CARISSANVM, CASVENTILLANI, COCILVM, DERXENE, EBVRONES, EDVLAE, FVCENTES, HEGVA, IGVINI, ILORCI, NARTHECVSA, NELEVS, ORGE, PASARGADA, PELESTINI, PHINA, PISISTRATI, SENONES, STATINAE, TONDEROS, TRERIENSES, ZAOPORTVS, & ZIZERVM. *Emaculatur*, ALBA AVGVSTA, ANTIOCHIA *Margianæ & Syriæ*, ASTROMELA, ATYS, BAEBRO, BRILETVS, CISIMBRENSIS, DINVS, EBVROBRITIVM, EPIROPIA, ERANVSA, IMBRI, IVLIOPOLIS, LIGAVNI, MAESIVS, MESVS, MORGVS, MVTIENSES, NEMENTVRI, OROBIS, PÆEESSA, PYRAS, REGIATES, SAMNI, SANDRISETES, SARSINA, SILIMNVS, SORACTES, SPIREOSTOMA, & VACCA. *Locus interpretatus*, TÆNIAS. *Emendatur à Pintiano*, SEBASTOPOLIS. *A morali*, EPORA, & VIBIENSES. *A Varrerio*, IACTVM. *Defenditur*, ASTROMELA. *Excuſatur contra Erythræum*, INARIME. *Antiqua lectio reponitur, contra Rhenanum*, VISTVLA. *Plinius ex Gellio, aut hic ex illo caſtigandus*, SCIOPODÆ. *Corrigendus ex Cteſia, aut hic ex eo*, HYPOBARVM.
*Plutarchus emẽdatus*, ALEXANDROPOLIS, CHEMNIS, GALEPSVS, IDITHYA, LAMVSIVM, LYSIVM, & PYRAMVS.
*Pluti patria*, TRIPOLVS. *Vbi currum fregit*, ZVGACTES.
*Pluuia tantum aqua vtens gens*, DALION.
*Policrates comprehenſus ab Oronte*, MYCALE.
*Polipodites vinum*, BABYLON.
*Pollia Polla longæua*, ÆTOSIA.
*Polyænus emendatur*, AVNENSES, COLOSSÆ, & PARNASSVS. *Notatur*, INDICA, LECHMIVM, & PANDÆA.
*Polybius emendatur ex iudicio*, ÆGOSAGÆ, ARGYPANA, DRATIGENA, HORACITÆ, IBONIVM, MERGANA, NARBON, & TYLANGIVM. *Ex Liuio*, ÆRENOSI, ANDOSINI, BABYLA, LECHETARVM, LORGITÆ, NVSEA, & PYRAMVS. *Ex Diodoro & Stephano*, HIPPAGRETA. *Digito notatur*, MAROS.
*Polypercus Alexandri Magni*, BVBACENE.
*Pomponius emendatur*, ASTROMELA, BVGES, FOSSÆ *Marianæ*, MARATHVSA, NAGIDOS, OESTROS, PHITIVSA, & RHODANVS. *Vide Melæ.*
*Pons factus ex cadaueribus*, GELLVS & VERGELLVS.
*Ponticus Virunius corrigitur*, PHILÆNI *Vicus*.
*Porrum præſtans vbi*, ORTHIA.
*Portula opidum*, STRIDON.
*Pramnium vinum*, LATOIS.
*Presbyteri Ioannis filij, vbi cuſtodiantur*, PYLÆ.
*Prima porta, locus*, CREMERA.
*Primentum opidum*, STRIDON.
*Priuatus epiſcopus*, MIMATENSIS.
*Probus grammaticus correctus*, PÆEESSA.
*Probus Imp. vbi occiſus*, TVRRIS FERRATA.
*Procopij error*, BASILIA, & PRECALIS. *Emendatur*, EVTHALITÆ. *Conciliatur cum Agathia*, TAVRESIVM.
*Proculus cognomine Torpacion*, EVHODEÆ.
*Promerus inimicus Euripidis*, BORMISCVS.
*Propertius emendatur*, CEOS.
*Propria nomina non debent interpretari ſignificatiuè*, SYMBOLON *Portus*.
*Proprijs nominibus carens gens*, ATLANTES.
*Proſerpina vbi rapta*, PERGVS.
*Pſittaci albi, vbi*, TRIGLYPTON.
*Ptolemæus emendatus*, ALBA, ATROPATIA, AVGVESSONVM, BOEVM, CATARZENA, DEOBRIGA, ELDIMÆI, INDI, LAMBANVS, LARISSA, RHETIGONIVM, & SALGANES. *Dubius*, MADISANITES. *Errat*, LONDINIVM, MILETVS, & VESVLVS. *Arguitur*, ABYLA, DRYBACTE, ICARIVM, MATYLVS, & VARIA. *Diſſentit ab alijs*, BAZACITIS, BERMIVS, GABALES, & PORTVS *Monœci*. *Ex Strabone & Arriano caſtigandus*, HERMONASSA, & SYMBOLON *Portus*. *Ex Plinio*, THIAPOLIS. *Ex Antonino*, DVROSTOLON. *A Fazello reprehenditur*, SIMÆTHVS. *Contra Pintianum defenditur*, DIANÆ *Fanum*. *Suppletur ex M.S. codice*, ALAVNA.
*P. Craſſus*, APIATES.
*Puer ſuſpenſus*, IMMOS.
*Pueri præcoce lingua*, COLYTTVS.
*Pulcrum eſt regionibus Chriſtianorum nomina indere*, PONTVS.
*Purpuræ tinctura vbi*, HYDRVS, & MELIBOEA.
*Pygmæi vbi*, INCLICA.
*Pyrrhus Epirota à Romanis victus*, ARVSINOS.
*Pythagoræ factum mirum*, CAVLONIORVM. *Eius mors*, CYLONII.
*Pytharco Cyri familiari vrbes donatæ*, ARTYPSVM, CAMANTIVM, OLYMPVS, PEDASA, SCEPTRA, & TORTYRA.

Q.

Q*Vadragenos non excedentes homines annos*, MANDRI.
*Quadrupes gens*, ARTHABATHIDÆ.
*Quadrupes, vbi nulla aurita*, SAMBRI.
*Quaternorum oculorum viri*, NISICATES.
*Quercus oraculum*, GERANDRYVM.
*L. Quinctius Cincinnatus*, QVINTIANA *Prata*.
*S. Quirinus epiſcopus*, SYSCIA.
*Quintus Curtius reſtituitur*, ARADVS, ASNAVS, CANYNDII, MARGINIA, NORA, & TITONI. *Vetus lectio adſeritur*, MESOGABA. *Digito monſtratur*, CARABACTRA, CEBESTVS, CHOASPES, ORITÆ, & ORON.
*Quoduultdeus epiſcopus*, BERISA, CENTVRIONES, & VCRENSIANI.

R.

R*Adbodi habitatio*, FOSETE.
*Ranæ mutæ, tranſlatæ canunt*, SICENDVM.
*Ranſdorp opidulum*, FOSSÆ DRVSIANÆ.
*Reccaredus*, RECCOPOLIS.
*Regionum confinia ab auctoribus ſepius confundi*, AMPHIPOLIS, ANTIGONIA *Taulantior.* PHILADELPHIA, TAVRESIVM, & VLPIANVM, &c.
*Reinfal. vini genus*, PVCINVM.
*Renes quaternos vbi habeant cerui*, BRILETVS. *Squammoſis pennatiſq; nulli, Ibidem.*
*Reſtitutus epiſcopus*, FLVMEN PISCENSIS.
*Rex octingentorum annorum*, LACHMIORVM. *Vbi ob formam eligitur*, CATHÆNA.
*Rhaſcupolis rex*, SALAPÆI. *Eius ditio*, TORPIDI.
*Rhegino emendatur*, MIMATENSIS.
*Rhellicanus fallitur*, ELAVER.
*Rhigitum*, REGILLVS.
*Rhodienſium in continente loca*, CAVNVS, CHALCIA, PARNASSVS, PIRÆA, POMPEIOPOLIS, RHODVSSA, SCOPE, & THERMYDRA.
*Ripſdorf vicus*, TALLIATES.
*Riſus luſuſq; quibus ſummum bonum*, TIBARENI.
*Rob. Cœnalis hallucinatio*, STALIOCANVS.
*Romæ vrbis mater primaria*, LANVVIVM. *Romani Imperij terminus*, OENOPLIA, ORVRA, & PITYVS. *Romanorum cum Carthaginienſibus fœdus ictum*, ÆGATHES.
*Romaorum & Perſarum terminus*, NYMPHIVS.
*Romelia ditio*, POLICHNION.
*Romerſuala vrbs*, SCALDIS.
*Romula mater Galerij Imp.* ROMVLIANVM.
*Roſaceum vnguentum, vbi optimum*, CORYNA.
*Rotunda, vti Lyciorum lingua vocentur*, PINARA.
*Rubia vbi naſcatur*, THEBANA.
*Rufinus ſpiculator*, AVGVSTALLIANA.
*Runco locus*, POSTVMIA *Via*.
*Rupela fluuius*, SCALDIS.
*Ruremunda vrbs*, TRAIECTVM.
*Rutilius à Marſis captus*, TOLENVS.
*Ruta herba mirabilis magnitudinis*, BAARAS.

S.

S*Abinus epiſcopus*, MARCELLIANENSIS.
*Saccharum, vbi olim*, EBOSIA.
*Saida epiſcopus*, PHÆNO.
*Salem producens ſtagnum*, BOTIEVM. *Sales ſub terræ corio*, CITTVM. *Sales qui pruritũ excitant*, SPAVTA.

*Salis faciendi ratio*, IMBRII. *Vbi inuenitur*, ASCANIA, & CITTVM.
*Sale domus conſtructæ, vbi*, HAMMANIENTES.
*Saliocanus vocabulum malum, peius interpretatum*, STALIOCANVS.
*Saluidienus*, BALARVM.
*Sandaracha vbi*, HYPANIS.
*Sandaſtros lapis vbi*, GARAMANTITES.
*Sanguinis riui è terra nati*, CAVRÆ.
*Sanguinolentus fluuius*, AMITERNVM, ATRATVS, & INTERNI.
*Santonica herba vnde*, SANTONES.
*Sardonichi lapilli vbi reperiantur*, DRIMYLLVS.
*Sataſpis nauigatio*, SYLOES.
*Satibarſanus*, CHORTACANA.
*Saturnus vbi colitur*, ASTO. *Inſula ei ſacra*, PELAGIA. *Eius regia*, TYRSIS.
*Satyris ſacer fons*, MACHLÆI. *Eorum habitatio*, CARTADVLORVM, CHENNINA, & CORVDA.
*Scandiæ inſulæ populi*, BERGIO.
*Scherenbeeck opidulum*, FOSSÆ DRVSIANÆ.
*Scipionis ſepulcrum vbi*, LINTERNVM.
*Scodra vrbs*, DRILO.
*Scolopendri homines abigunt*, TRERIENSES.
*Scrickſchoenen, calciamenti genus*, FENNI.
*Scutij*, COTTIÆ *Alpes*.
*Scylax mathematicus*, CARIANDA.
*Scythæ fraudulenti*, TRIBORI.
*Sebadeus, deus*, ZILMISSVS.
*Sebaſt. Corradus ſomniat*, THYRIVM.
*Secundus epiſcopus*, ERMIANENSIS.
*Secures vbi reperti*, CANTABRIÆ *Lacus*.
*Seleucus vbi à Ptolemæo occiſus*, ARGOS.
*Seneca defenditur*, MARE RVBRVM. *Notatur*, DANVBIVS. *Emendatur*, ELYSIVS. *Eius antiqua lectio approbatur*, PYRENÆVS.
*Senecio epiſcopus*, CODRIAS.
*Seniores viros qui præcipitant*, TIBARI.
*Sepham Diſcipulus*. CANIA.
*Septentrio vbi non conſpicitur*, ASCIA.
*Septuagenarij omnes vbi interficiantur*, BERBICCÆ.
*Serapio epiſcopus*, THEMVSEOS.
*Serapis vbi adoratur*, NEOGRORVM.
*Serauallis locus*, POSTVMIA *Via*.
*Sergio Jlluſtri templum ædificatum*, SVRVM.
*Sermonis vſu carens gens*, CYNOPROSOPI.
*Serpentes volucres vbi*, BYTVS. *Miræ longitudinis*, ARCESINES. *Qui indigenas non lædunt, aduenis verò nocent*, ISTRVNS. *Serpentinum marmor vnde*, NAXOS.
*Sertorius vbi interemptus*, OSCA.
*Serui cum vxoribus dominorum rem habentes*, TAPHRÆ.
*Seruius notatur*, ÆMVS, CARTHAGO, EDON, GANI, LYCIA, PARNASSVS, PROCHITA, TMOLVS, & VESEVVS. *Emendatur*, CITHISA, HIRPI, & SORACTES.
*Seſſuriana porta*, GABVS.
*Sethi columna*, SIRIDVS.
*Seuerianus quidam nomine, Diuitenſibus præeſt*, CALYDONA, & CALDONENSEM.
*Seuerus epiſcopus*, MARADVNVM, & MILEVITANA.
*Seuerus Imp. vbi occiſus*, TRES TABERNÆ.
*Sex. Pompeius vbi occiſus*, PACHISVS.
*Sex. Aurelij mendum ſublatum*, LOTHOPHAGITES.
*Sex. Ruſi error*, MAZACA.
*Sibylla Helleſpontia*, MARMISVM, & MARPESSVS.
*Sicilia, pars Italiæ dicta*, BAIÆ, BRVTII, CAVLONIA, CRATHIS, LAGARIA, METAVRVS, NEÆTHVS, RHEGIVM, SICILIA, & TARENTVM.
*Sidonius emendatur*, CLAVSETIA, ARVPNVM, & AVSCII. *Notatur*, RAVDI, & VRETI.
*Siduni populi*, PEISO.
*Sigeberti error*, AMBIANI. *Ineptiæ*, CORDVRVS.
*Signum, i. mille paſſus*, SISAVRANVM.
*Sigonij ad Liuium nota notatur*, OLLIVS, & STVRA.
*Sileno ſacer fons*, MACHLÆI.
*Sil. Italicus, digito monſtratus*, HIPPARIS. *A mendo vindicatus*, ARETHVSA, CYRENE, LANVVIVM, LIRINATES, & SENNA. *Illuſtratus*, CHELÆ.
*Simiæ candentes*, ORSEI. *Canum magnitudine*, PRASIANA. *Pro diis culti*, PITHECVSÆ.
*Simlerus fallitur*, GELASIVM, IVLIOPOLIS, & SVCCVBAR.
*Simonidis muſici patria*, AMORGVS.
*Simonis Magi patria*, GITTA. *Vbi ſe præcipitauerit*, BRVNDA.
*Sinarthocles rex*, SACAVRACI.
*Sindualus rex*, BRENTORVM.
*Sinbiuadus præfectus*, SANNII.
*Siphax rex*, THOLVNTEM.
*Siptachora arbor*, HYPOBARVM.
*Siroptolemæi regia*, BATHANA.
*Siſinus*, CADYNA.
*Smaragdus gemma, vbi reperitur*, CILNEORVM, HERMINEOS, SMARAGDITES, & THORICVS.
*Smylaca herba*, CARBONIA.
*Soldurij, vel Siloduni*, SONTIATES.
*Solinus reſtituitur*, AMBITVI, CÆSARIENSE, IASSVS, & SPIREOSTOMA. *Digito monſtratur*, SILVRVM.
*Solis domus vbi*, BÆSAMPSA. *Fanum*, GAZACVM. *Sacra rupes*, BAGIA. *Solis & Lunæ venerabilis locus*, SARDO. *Solis oues*, APOLLONIA.
*Sophaſenus rex*, GAZA.
*Sophoclis patria*, COLONVM.
*Sophones regia*, CARCATHIOCERTA.
*Sophonias propheta*, SABARTHATHA.
*Sorliuia lacus*, ABITACVM.
*Soſipater*, BETHAVNENSE.
*Sotades Maronites*, CAVNVS.
*Sozomenus emendatur*, BVBONIA, & LARNIA.
*Spa pagus*, TVNGRORVM *Fons*.
*Specus à vento factum*, SENTA.
*Sphines philoſophus*, CALANI.
*Sphingis habitaculum*, LYBORVM, MOABEN, & PHICEVM.
*Spongiæ vbi naſcuntur*, MALEA.
*Squillæ ubi magnæ*, CINTVRÆ.
*Stachys epiſcopus*, ARGYROPOLIS.
*Stannum vnde adfertur*, VISABAR.
*Staſioeces rex*, MANEI.
*Statanor Alexandri Magni*, ARGAEI.
*Statij verſus illuſtratus*, VMBILICVS *Maris*.
*Stephanus de Vrbib. notatur*, ADARCHIDAE, AMBASVM, ALMENE, APASIACAE, APHRODITIA, APOBOIOTI, ARBON, ARSVSIA, CLAVDIVM, CORILLA, CYDRA, DIATAE, DORA, EPIDAVRVS, ERINIATES, EVNAE, GILIGAMBAE, HYSTASPAE, INYSSVS, LAINI, & PROCHITA. *Emendatur*, ATARBICIS, AVCHISAE, BERVNVS, BOELLAE, CADYTIS, CALLATEBVM, COROCONDAMA, DICEAE, DRYME, HORICI, LAVNTIVM, MYTISTRATVM, OAXVS, SCOTITA, TOLOPHON, & VMBRIA. *Hermolaum ſeducit*, THVRIVM.
*Stephani Taurini, & Auentini hallucinatio*, ZARMIZOGETHVSA.
*Stephanus protomartyr vbi ſepultus*, CAPARGAMA.
*Strabo errat*, ASPHALTES, & SAVS. *Mendoſus*, NEPTVNI *Aſphaſij*. *Corrigitur*, BOTRVS, EPITERPVM, HEGVA, ICONII, IGVINI, MAEDI, MEDOBITHYNI, NAGIDOS, OLEATRVM, OSCA, & PHERRACIA. *Emendatur ex Pauſania*, PATROCLI. *Notatur*, BARGVS, SIDE, & VCETIA. *Digito monſtratur*, SYMBRII.
*Straua opidum*, HYRCANIA.
*Stuckij lapſus*, SEBASTOPOLIS.
*Stygis aqua*, PHOENIVM.
*Stymphalides aues*, ARRHENTIAS.
*Succinum vnde adferatur*, HÆSTÆ.
*Suidæ locus ſuſpectus*, CINTVRÆ, & LAZICI. *Emendatur*, ELYSIVS, LYSIVM, MACROCEPHALI, MOLIENSES, SARVS, & SYRA.
*Sues ſolidis vngulis*, EMATHIA.
*Suetonij locus interpretatus*, FARVM. *Digito notatus*, ALANI.
*Sullæ oſtentum*, LAVERNA.
*Sumen Italiæ vbi*, ROSEÆ *Campus*.
*Symmachus notatus*, IPPOMENSIVM.

T.

*TAciti locus notatus*, CINITHII. *Emendatus*, ANTIOCHIA.
*Talpæ nullæ vbi*, CORONÆ, & LEBADIA.
*Talus Cretenſis*, TALI *Statio*.
*Tamerlani regia*, MARACANDA.
*Taraſſa hallucinatur*, IDVBEDA.
*Tartari vbi primùm habitarint*, IMAVS. *Eorum Impp. vbi ſepeliantur, Ibidem*.
*Tatanum locus*, LEGIO GERMANICA X.
*Tauri quem Hercules interfecit locus natalis*, TETHRINES.
*Telamonis habitatio*, ATTHIS.
*Teleclus quas vrbes condiderit*, NEDVS.
*Teleſius ſtatuarius*, NEAPECHA.
*Temerindi, vox Germanica*, MÆOTIS.
*Tenera fluuius*, SCALDIS.
*Terentij Varronis patria*, ATAX.
*Teres rex*, DRYSORVM.
*Teribaſus præfectus*, HESPERITÆ.
*Terminus Aſiæ & Europæ*, PHASIS.
*Terra omnia ſanans vulnera*, PARASINVM. *Effoſſa, cuius cauernæ à natura rurſus implentur*, MYLVS.
*Teucrion herba vbi*, GENTIADAM.
*Teutus princeps*, VESSA.
*Textores optimi*, TOCHARI. *Texturæ optimæ ex lana*, CORAZI, & CORAXI.
*Thalaſſus combuſtus*, ARDA.
*Themiſtocli vrbes datæ à rege Perſarum*, LAMPSACVS, MAGNESIA, MYVS, PALÆSCEPSIS, & PERCOTE.
*Theodatus occiſus*, QVINTVS.
*Theodemir Gothorum rex*, CERRAS.
*Theodora Imperatrix*, VLPIANVM.
*Theodoretus epiſcopus*, CYRIA.
*Theodorus epiſcopus*, ANINYSIA, & DARNA.
*Theodoſius epiſcopus*, DEABOLIS. *Theodoſij Imp. patria*, CAVCA.
*Theodotus epiſcopus*, MNASES.
*Theon epiſcopus*, ANTROITES, & NELVPA.
*Theophanius poëta, & exul*, APHVSIA.
*Theophilus epiſcopus*, GOTHIA.
*Theophraſtus emendatur*, ACONÆ. *Notatur*, CARYNIA.
*Thermæ potu optimæ*, ONESIÆ.
*Theſei enſis & calcei vbi*, COLVRÆA.
*Theueti fides inſimulatur*, ARMVSIA, DEMONESVS, ENIPEVS, GEDROSIA, INDI, MALIACVS, MEROE, PANYASVS, STRYMON, TAPROBANA, & THEMISCYRA.
*Thinnorum piſcatio*, BIBONICVM.
*Thoas rex*, LEMNOS.
*D. Thomas vbi mortuus*, CALAMINA.
*Thraſippus præfectus*, EROENSIS, & EVLYESTÆ.
*Thraſylas*, AXONEVS.
*Thucydidis interpres notatus*, CORTYTA. *Emendatus ipſe*, BRILESSVS, & EIRGESTÆ. *vbi mortuus*, PARPARON. *Eius ſepulcrum*, COELA.
*Thyrxei Apollinis oraculum*, CYANEÆ.
*Tiaſtani regia*, OZENE.
*Timagenes vbi colitur*, ANASIA.
*Timon myſanthropos*, HALES.
*Timothæus apoſtolus vbi ſepultus*, PION. *Thimotheus Athenienſis*, ERICHTHON.
*Tina fluuius*, CORSTOPITVM.
*Tireſias vates*, THACI. *Ex potu fontis cuiuſdam moritur*, TILPHOSSA
*Titanes vbi bellum aduerſus Deos geſſere*, TARTESIORVM.
*Titius Burgenſis notatur*, EVROPA, & PLISTINA.
*Titus epiſcopus*, MEGRIPETANI.
*Tolum*, VVLCENTANVM.
*Tonus Iaſtius*, IASTIVS.
*Topazius gemma, vbi reperiatur*, ASDATÆ, OPHIODES, PHICARI, & TOPAZOS.
*Torpacion, ſiue Proculus*, EVHODEÆ.
*Totilas vbi interemtus*, CAPRAS.
*Traianus Jmp. vbi obierit*, SELINVS. *Troiani principis tribunal*, OZOGARDANA, & ZARAGARDIA.
*Tralliani locus dubius*, INTERAMNIESIA.
*Traminum vinum*, RHÆTICA *Iuga*.
*Triarius victus*, SCOTIVM.
*Tribus quid ſit*, ERCHIA.
*Triphilius epiſcopus*, LEDRENSIS.
*Triphon Diodotus*, SECOANVS.
*Triumuiratus fœdus*, CONFLVENTES.
*Trogus notatur*, THERA. *Emendatur*, ARACHOSIA.
*Troilus Heſiodi aſſecla*, DAPHNVS.
*Trophæum Claudij Imp.* FARVM.
*Tubera vbi*, AGARNIDEM, & TARÆ.
*Tunica Domini ſaluatoris*, GALATHEA, HEPHAD, & MARATSEMERE.
*Turci vnde*, IAXARTÆ. *Quo nomine appellant Chriſtianos*, EVROPÆI.
*Turnebus notatur*, AGASSÆ, ALMANA, BESTVS, & MALLIA.
*Tus vbi prouenit*, CITIBÆNA, MAMALIS, & SABÆI.
*TZetZa emendatus*, LEBADIA, PHARSALVS, & SVIDIADA.

V.

*VAcaras vir bellicoſus*, BVRNI.
*Valca pagus*, CREMERA.
*Valentinianus Iunior Imp. creatus vbi*, ACONCVM.
*Valeria Diocletiani Imp. F.* VALERIA.
*Valerianus epiſcopus*, HABENSSA.
*Val. Maximus corrigitur*, ATEGVA.
*Valeſij hæretici*, BACHATON.
*Vandala regina*, VISTVLA.
*Vaphres Ægypti rex*, BATHRITITES, & SEBRITHITES.
*Varronis locus animaduerſus*, TAGRVM. *Emendatus*, CASCINVM, FISCELLVS, & LVDINORVM. *Eius muſeum*, VINIVS.
*Vaſa minio tincta vbi*, COLIAS.
*Ve, vox repetita ſepius*, CVZINÆ.
*Veientes vbi à Tarquinio ſuperati*, ALLÆ.
*Velen, vicus*, VELICER.
*Velociſſimus apud quos rex*, ALETEMII.
*Venenati nihil ferens ſolum*, ISMVC.
*Venus cornuta*, THVSSÆ. *Victrix*, TVXIVM. *Aphacitis*, APHACA. *Veneri ſacra inſula*, CATÆA.
*Venlona vrbs*, MEDERIACVM.
*Ventorum vis mira, vbi*, RIFARGICA, & THRISOLTDA.
*Vernaciolum vinum*, RHAETICA *Iuga*.


*L. Verus*

*L.Verus Imp. vbi obierit*, ALTINVM.
*Veteranius præfectus*, ZIANNORVM.
*Vib.Sequeſter emendatur*, ALIS, DRINIVS, GARGA, HALETEM, HIMERA, INATAMANA, LETHÆVS, NEMEVS, NYMPHÆ, PACHINVS, & PHÆTELINVS. *Notatur*, CRVNISOS. *Memoriæ lapſus*, PETRA, & VIRBIVS.
*Victor epiſcopus*, CEMMENSIS, & PVPIANITES.
*Victor Vticenſis emendatus*, AMPSAGA, & EVGITANA.
*P.Victor emendatus*, SEPTIZONIVM.
*Victoriam quomodo nominent Britanni*, ANDATES.
*Victorius erroris arguit Ptolemaum & Strabonem*, ILVA.
*Victricius epiſcopus*, NERVII.
*Vincentius epiſcopus*, COLITANI.
*Vipera ſerpens vbi reperiatur*, ÆGAGÆES, ASELENVS, BVCARTERVS, CERCAPHVS, PAMPONIA, & CORACIS *Petra*.
*Virdumarus rex*, GÆSATI.
*Virgilij locus delibatus*, VERBANVS. *Illuſtratus*, RHIZOPHAGI, & GÆSATI.
*Virginum delectus optimo conceditur*, SVNITI.
*Viri in aues mutantur*, PALLENA, & TRITON. *In lupos*, NEVRI.
*Viri ſpecie cultus fluuius*, PORPACEM, PSOPHILIOS, & TELMISSVS.
*Viriatus à Plautio victus*, APHRODITES. *A Fabio profligatus*, BAECOR.
*Vitiges vbi Theodatum occidit*, QVINTVS.
*Vitiliginem tollens lacus*, ALPHION.
*Vitri fertiles arenæ*, BELVS.
*Vitruuij locus dubius*, AMNESTA, & CIBDELE.
*Vocem ſonaram faciens fons*, ZAMÆ.
*Volaterranus emendatus*, HIPPOS.
*Volucribus loca mortifera*, ANSANCTI, CHARONIA, & AVERNVS.
*Vorago ſub Oceano*, TOLIAPIS.
*Vrbs quam nemo bis inuenire poteſt*, DIONYSONOPOLIS. *Omnium in terris vetuſtiſſima*, LYCOSVRA.
*Vſia mulier ſancta*, HESICHA.
*Weeroy locus*, VMBILICVS *Oceani*.
*WeerWolf etymon*, NEVRI.
*Weſtcappelle pagus*, MAGVSANVS.
*Willebrordus epiſcopus*, VTRICESIVM.
*Witices rex Gothorum*, QVINTVS.
*Vultures vbi catulos ſuos enutriunt*, TORGIVM.
*Vxores communes vbi*, LIMYRNII. *Vbi cum maritis mortuis comburuntur*, CATHENA, CATHARI, & CRISTONEI.
*Vxoribus carens gens*, ABII. *Vxoribus regum Perſarum, vectigal vrbis in cincturas datum*, ANTHYLIA.

X.

X. *vel* Ξ. & Z. *indifferenter ſcribi*, ZIPHENE.
*Xantippi canis*, CYNOSSEMA.
*Xenil fluuius*, ASTAPA.
*Xenophontis patria*, ARCHIEOS. *Vbi hiſtoriam ſuam ſcripſerit*, SCILVNS. *Lectionis emendatio*, ANAPLYSTVS, MEGADINI, PETALIA, & PHAROS.
*Xerxis nauis congelata*, APOBATHRA. *Exercitui eius flumina non ſuffecere*, ECHEDORVS, LISSVS, MELAS, ONOCHONVS, & SCAMANDER.
*Xylander Strabonem emaculat*, EMPORIÆ. *Cum Bonacciolo diſſentit*, VOMANVS.
*Xyloaloe vnde*, SAMPHE.

Y.

*Ydacius epiſcopus*, LEMICAM.

Z.

Z. & X. *ſiue* Ξ. *indifferenter ſcribi*, ZIPHENE. *Z. & G. fere eodem ſono proferunt Itali*, IGENIVM.
*Zachariæ prophetæ patria*, CAPHAR. *Sepultura*, BETHARIA.
*Zekedenthes longæuus*, MVCASVM.
*Zamaris Iudæus*, VALATHA.
*Zamolxis habitatio*, SACER MONS, & COGÆNVM.
*Zarmanochagus philoſophus*, BARGOSA.
*Zeia, quæ regio eam producit*, CRASSOPOLIS.
*Zelandia*, MAGVSANVS.
*Zeno epiſcopus*, TYRINI. *Zeno philoſophus*, HYLE.
*Zenobia regina vbi capta*, HYMNAS.
*Zepherinus epiſcopus*, VRBICVS.
*Ziegeiner natio*, ZEVGITANA.
*Zielas rex*, PRVSA.
*Zingari populi*, ZEVGITANA.
*Zogoria regio*, ZEVGITANA.
*Zoilus epiſcopus*, ANDROMENA.
*Zonaras emaculatur*, ÆGITHALVM, BALEARES, CASILINVM, ELPIVS, & NORICVM.
*Zoſimus caſtigatus*, LARNIA, & LIBVRNA.
*Zoticus epiſcopus*, OSTRENVS, & QVINTIANVM.
*Zurumbeth vnde adfertur*, LVBNEN.



# THESAVRVS GEOGRAPHICVS ABRAHAMI ORTELII.

## A B

ABRASSVS ἀβράσσος, *Piſidiæ vrbs, Artemidoro, apud Strabonem*. Hinc ARASENSES *Plinij puto. vide* ARIASSIS.

ABA & ABAE ἄβαι, *Phocidis vrbs eſt Herodoto, Pauſaniæ, Straboni & Stephano, item Iſacio Tzetzæ; ſed hic, vt & Diodorus*, ABAS ἄβας *legit. Pauſanias & Diodorus* ABAS *quoque Locrenſium Epicnemidiorum vrbem habet.* ἄβαι *etiam Lyciæ locus, vbi Apollinis phanum, vt habet Sophoclis Scholiaſtes in Oedipo tyranno.* ABA *etiam Cariæ vrbs: Stephano.*

ABACAENA ἀβακαίνα, *Ptolemæo Siciliæ vrbs.* Ἀβακαῖνον *Stephano, & Diodoro lib. 14. & 19.* Bigenis ager *ſunt qui putant hodie appellari, inquit Fazellus. Apud eundem Stephanum Carica quædam vrbs Abacæna quoq; vocatur.*

ABACENA ἀβάκηνα, *Mediæ vrbs, apud Ptolemæum.*

ABAE, *vide* ABA.

ABAERA ἄβαιρα, *Arabiæ deſertæ vrbs, apud Ptolemæum. Per, O, hoc vocabulum exordiuntur interpretes.*

ABALA, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, Plinio.* ἀβάλα, *Appiano 5. Ciuilium, portus Italiæ videtur, inter Siciliam & Coccinum promontorium alicubi.*

ABALI, *Indica gens, circa Gangem eſt, Plinio.*

ABALITES, *vide* AVALITES, & DERE.

ABALLABA, *Britanniæ inſulæ vrbs eſt in libro Notitiarum.* Applebey *in Brigantibus interpretatur à Guilh. Camdeno.*

ABALLONE, *Galliæ Lugdunenſis vrbs, Antonino, vbi* LEGIO XVI. Auallon *nunc vocatur: cuius meminit Aimoinus. In Burgundia eſt.*

ABALVS, *inſula Germanici maris, diei nauigatione à Mentonomo æſtuario, vt tradit Plinius, ex Pithea traditione.* BALTIAM *hanc vocat Timæus.*

ABANA, (ἀμανὰ *ſeptuaginta Interpretibus*) *4. Reg. 5. fluuius Damaſci eſt.* AMMA *apud Tudelenſem vocatur, ſi rectè conijcio.* ABANA *quoque locus Capuæ videtur, apud Ciceronem contra Rullum 16.*

ABANNAE, *Mauritaniæ populi ſunt apud Marcellinum.*

ABANTA ἄβαντα, *vrbs iuxta Parnaſſum, vbi Apollinis ſacrum. Phauorinus.*

ABANTES, *in Eubœa inſula populi, Euſtathio ad Dionyſij Periplum. vide* ABII, AMANTENI, & AMANTIA.

ABANTIAS, *vide* EVBOEA, & NAPITIA.

ABANTIS *regio, & in ea Thronium opidum: in Theſprotide fuêre, ad montes Ceraunios. Pauſanias.*

ABAORTAE, *Indiæ populi, teſte Plinio.*

ABARA, *Armeniæ opidum videtur apud Cedrenum, & Curopalatem, qui* AVARA *legit.*

ABARADIRA, *Africæ Epiſcopatus, apud Vict. Vticenſem.*

ABARATHA ἀβαράθα, *Taprobanæ inſulæ opidum, Ptolemæo.*

ABARBINA ἀβαρβίνα, *Hyrcaniæ vrbs, apud Ptolemæum.*

ABARES, *Aſiatici Boreales populi, circa Caucaſum, Calliſto ex gente Scytharum, qui* HAMAXOBII *dicuntur, vt putat Euagrius.* AVARES *apud Corippum ſunt.* AVAR *in ſingulari. Idem alios deſcribit in Pannonia; ſed hos* PSEVDABARES *vocat lib 18. cap. 30. Ad Danubium fluuium ſunt Suidæ. Vide* SCYTHÆ, & HVNI.

ABARIM, *Joſepho, & Numeri 27. vt legit D Hieronymus, & Chaldæus interpres.* HABARIM *Pagninus. Septuaginta interpretes* NAΓAB, *alij* NABO. *Mons vbi Moyſes mortuus eſt; vt habetur Deut. 32. contra Hiericho eſt, cap. 34. Numeri autẽ 33. Abarim manſio vel caſtrametatio contra Nabo. Hunc montem Abarim docet Maſius ad 14. Ioſuæ, quoq;* NEBO & PHASGA *nominari.*

ABARIMON, *Scythica regio, in quadam conualle magna Imai montis, teſte Plinio. vbi homines ſilueſtres aneſis poſt crura plantis degunt.*

ABARINA, *Africæ regio, Victori Vticenſi, ſi ſincera ſit lectio.*

ABARINVS, & ABARMVS, *vide* PYLVS.

ABARIS, *vide* AVARIS.

ABARITANI *Epiſcopalis loci; meminit in Africa Propria, Victor Vticenſ. Hinc Abaritanam arundinem habet Plinius 16. cap. 36.*

ABARNE, *Meſopotamiæ vicus, Gumathenæ regionis, Ammiano 18.*

ABARNIS, & ABARNVS, *in Pariano tractu locus, vrbs, & promontorium, ad Propontidem: Stephano. Circa Aeſepum fluuium videtur ex Orphei Argonautici 5. Quidam Lampſaci arcem dicunt.* PHOCEΩN *vrbs eſt apud Heſychium. Vide* LAMPSACVS.

ABARPIS, *vide* LAMPSACVS.

ABARRAZA, *Syriæ vrbs, inter Cyrrham & Edeſſam. Simlerus ex Antonino manuſcripto.*

ABARSIS, *locus Epiſcopalis, in iure Orientali.*

ABAS, *mons vnde Euphrates oritur, vt habet Domitius Corbulo apud Plinium.* AGA *habebat* M. S. *exemplar. Eſt &* ABAS *Armeniæ maioris fluuius, Dioni 37. & Plutarcho in Dione. Eſt & Italiæ vrbs, apud Stephanum. vide* ABA, ABII, & ABVS.

ABASA ἄβασα, *inſula proxima Aethiopibus, in ſinu quodam maris Erythræi, vt habet Pauſanias 2. Eliacorum, circa finem.*

ABASCVS ἀβάσκος, *Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius eſt, qui ſe in Euxinũ Pontum effundit, Ptolemæus, & Arriani Periplus.*

ABASENI ἀβασηνοί, *Arabiæ gens, apud Stephanum, ex Vranio. Horum meminit quoquè nummus Seueri Imp. in Theſauro Goltzij. Ab Abaſa fortè gentile.*

ABASGI, *vide* IBERIA, MASSAGETAE, & SCYTHAE.

ABASITIS ἀβασῖτις, *Myſiæ Aſiaticæ tractus, in quo Ancyra vrbs. Strabo.*

ABASSVS, *Phrygiæ Maioris vrbs videtur, ad Toliſtobiorum fines: apud Liuium 38.*

ABASTANI ἀβαστάνοι, *libera Indorum gens, circa Indum fluuium videtur, apud Arrianum, 6. Alexandri.*

ABATHVBA ἀβάθουβα, *Marmaricæ vicus, Ptolemæo.*

ABATI, *vide* ARABES.

ABATVM ἄβατον, *petra eſt in Aegypto, non longè à Phylis: vt habet Seneca in* Naturalibus. *Inſulam facit Seruius in* VI. *Aeneid. in ea templum amœnum deſcribit Diodorus* III. *De eadem hæc Lucani 10.*
*Hinc Abaton, quam noſtra vocat veneranda vetuſtas.*

ABAVGI ἄβαυγοι, *Hunnorum gens videtur apud Procopium.*

ABAX, *vide* ALPES.

ABBA ἄββα, *Africæ Propriæ vrbs.* Polybius 14. & *Liuius 30.* ABBEZENSIS *Plebis in Africa, meminit Collatio Carthaginienſis.*

ABBATVS *amens, Sil. Italicus, 4.*

ABBIR, *vide* ABORIENSE.

ABDADA ἄβδαδα, *Galatiæ vrbs, Ptolemæo. cuius interpretes* AMBLADA *legunt.*

ABDARA ἄβδηρα, *Ptolemæo:* ABDERA αὔδηρα, *Straboni: Hiſpaniæ Bæticæ opidum. Tarapha & Moletius vocant hodie* Almeria, *Epiſcopus Gerundenſis* Vera, *Cluſius autem* Adra.

ABDELA ἄβδηλα, *vrbs circa Meſopotamiã videtur, apud Cedrenum.* AVDELA *legit Gabius, apud Curopalatem.*

ABDELAE, *Scytharum populi videntur apud Nic. Calliſtum, quos quoque* EPHTHALITAS *vocat.*

ABDERA ἄβδηρα *poſtea à Clazomeniis, eam in maiorem formam redigentibus,* CLAZOMENE *dicta fuit;*

Solino ſcriptore. Hanc interiectis deinde temporibus MAXIMIANOPOLIM vocatam ſcribit (neſcio quo auctore) Marius Niger; qui eam hodie Aſperoſa appellari ait. Sophianus eam Polyſtylo vulgò nominari dicit. Iacobus Nardus putat eam quoque Aſtrizza dici. Thraciæ vrbs eſt, & patria Democriti. Huius meminere Ptolemæus, Athenæus, aliíq; MAXIMIANOPOLIS Thraciæ vrbis meminit Ammianus, & Itinerarium quod Antonini nomine circumfertur. ſed quam antea PORSVLIM, item alibi IMPARIM & PYRSVM nomen habuiſſe tradit. Hancq; in locum Abderæ, aut ab eo non longè diſsitam, ex diſtantiarum intercapedine poni, mihi perſuadeo. ABDERA, Africæ Propriæ quoq; opidum, Apollodoro, & Ptolemæo. quo loco huius interpretes AVDIRA legunt. Vide ABDARA.

ABDITANA, Arriana nunc. vrbs Africæ Propriæ, circa Tunetum. Sic Marmolius.

ABDON, Palæſtinæ locus. Ioſuæ 21.

ABDVA vel ADDVA, Plinio, qui ADVAS ἀδδύας Straboni. Lombardiæ Tranſpadanæ fluuius. Nunc Adda dicitur, Leandro & Schudo auctoribus.

ABEA ἄβεα, Ptolemæo, Peloponneſi vrbs eſt, ad ſinum Meſſeniacum. ABEATAE pop. Plinio. Pauſanias dicit olim IRE appellatam. Hodie Calamata dici Sophianus ait.

ABEDONE ἀβηδώνη, nomen vrbis, Phauorino.

ABEL, locus Palæſtinæ. Iudic. 11. item 3. Reg. 15. vbi Ioſephus ABELLANE legit.

ABELA, & BETHMACHA, duæ vrbes ſunt, 2. Sam. 20. Ἀβελμαχία vna dictio Ioſepho.

ABELBVEL, in terra Ruben; vnde Heliſeus Propheta. Dorotheus.

ABELLA ἄβελλα, Indiæ locus, apud Zonaram. Vide ABELLINVM.

ABELLANE, vide ABEL.

ABELLINATES, ſunt Plinio Italiæ populi, qui PROTROPI cognominantur. item alij qui MARSI cognomen habent. circa Apuliam vtrique. AVELLINATES per V. habet Lucanus.

ABELLINVM Plinio, ABELLA ἀβέλλα Straboni & Ptolemæo. opidum Hirpinorum in Aprutio. Hodie Auellino appellari ex Blondo apparet. Ego auſim hoc Auellino, Ptolemæi Abellinum ἀβέλλινον dicere, quod in Hirpinis deſcribit: Abellam enim in Campania ſtatuit. quam Ambroſius Leo, qui de hac ſua patria tres libros ſcripſit, tradit à priſcis Græcis AELLA ἄελλα, à venti vertigine itidem hunc tractum perflante dictam. à poſteris Latinis verò B. inſertum. Sunt qui putant Virgilium hanc BELLAM per Synalœpham nominaſſe, eo verſu,

Et quos maliferæ deſpectant mœnia Bellæ.

AVELLA per V, apud Silium legitur lib. 8.

ABELMACHIA, vide ABELA.

ABELMAIM, Palæſtinæ vrbs. 2. Paralip. 16.

ABELMEVLA, locus vel crepido. Iudic. 7. & 3. Reg. 4. D. Hieronymus dicit vicum eſſe in Aulone: qui BETHAHVLA ſuo tempore vocabatur.

ABELTERIVM, Antonino Luſitaniæ vrbs, inter Olyſiponem & Emeritam. Ab Elterio diuiſim legit Simlerus. Vide ELTERIVM.

ABENDONIA, locus in Anglia, vt habet vita S. Ethelwoldi. Ibidem eſt & GLASCONIA.

ABENNA, vide ALYBE.

ABENNEZER, vide LAPIS ADIVTORII.

ABENSIS ciuitatis Africæ Epiſcopus Valerianus, eſt apud Victorem Vticenſem. HABENSSÆ alia lectio erat. An gentile ab Abba?

ABERITAE ἀβεερῖται, Ptolemæo, ARBITAE interpretibus, Gedroſiæ populi, in ora maritima.

ABESAMIS, Omanorum vrbs, in Arabia Felice, apud Plinium.

ABESAR ἄβεσαρ, ciuitas ex qua Dauidis prima vxor. Ioſephus Antiquitatum 6. cap. 15. Sed IESRAEL legunt hîc ſacra Biblia.

ABESTE, Arachoſiorum opidum, Plinio.



ABIA, Ἄβια, Arcadiæ vrbs, Straboni 6. vbi Eraſinus fluuius ſe ſub terra condit. Sed ASEA hîc legendum contendunt Sylburgius & Caſaubonus. Vide ANIA & PARAECI.

ABIANVS fluuius, vide ABII.

ABIAZARI, vide BIASARI.

ABICA, vide HYLEA.

ABIDA ἄβιδα, Cœleſyriæ opidum, Ptolemæo. Vide ADIDA.

ABIDDENSIS, loci Epiſcopalis in Africa, meminit Collatio Carthaginienſis.

ABIETA ἀβιῆτα, Iazygum Metanaſtarum opidum, Ptolemæo. ABRIETA legunt Latini interpretes.

ABIGAS ἀβίγας, Mauritaniæ fluuius ex Auraſio monte prorumpens: Procopio; & Suidæ, in dictione Rochmos.

ABIGENSIVM ciuitatis meminit lib. Prouinciar. in Gallia Aquitanica Prima. Sed ALBIENSIVM legit alius codex. Albic eſt Cœnali.

ABII, ἄβιοι, id eſt, vita expertes; ſic dicti Homero, quòd vxoribus careant. GABIOS ex Aeſchyli Prometheo vocat eos Stephanus. Strabo eos CTISTAS κτιστάς, id eſt, creatores vel conditores vocat. Thraciæ gens eſt Superioris Myſiæ ſunt apud Philoſtratum de viris illuſtribus. Alios ABIOS habet Ptolemæus, Arrianus 4. Alexandri, & Curtius 7. in Scythia, nempe extra Imaum.

ABII Stephano iuxta Abianum fluuium, atque Euxinum Pontum. ABII Tuſci ſunt apud Manethonem, vbi hodie Cap Abium videtur, circa montem Argentarium: vt placet Annio. Caput Aluei à Blondo vocatur, vt aſſerit Leander. Haud multum abſim, quin crediderim ABAS eſſe Stephani, & inde ABANTES & PLISTI.

ABILA ἄβιλα, quæ LYSANII λυσανίου, cognominatur, ab eius præſide nempe Lyſanio. teſtis Euſeb. 8. Demonſtrat. Cauæ Syriæ vrbs eſt, apud Ptolemæum, Polybium, & Plinium. Stephanus duas habet huius nominis Abilæ in hoc tractu, vrbes: vnam in Phœnicia, alteram circa Iordanem fluuium. ἄβιλη Ioſepho quoque vrbs ad Iordanem, vbi locus palmarum, Antiq 4 cap. 7. & 5. cap. 1. Pereæ regionis vocat idem, lib. 2. cap. 11. belli Iudaici. Lyſiæ Tetrarchiam vocat idem 20. Antiq. cap. 5. Ἀβιλήνη apud D. Lucam cap. 3. & Euſeb. 8. Demonſt.

ABILENA, vide ABILA.

ABILENI ἀβιληνοί, apud Goltzium ſunt, in nummo Antonini Britannici. Ab Abilena, ni fallor.

ABILIS Colonia. Ptolemæus. Sic Onuphrius falsò. pro Abyle columna. Vide ALYBE.

ABILLA, vide ALYBE.

ABILONCAE ἀβιλωγκαί, Syriæ populi ſunt apud Polyb. 5.

ABILVVM, ἀβίλουον Germaniæ vrbs, Ptolemæo.

ABIMAEL, vide IMAVS.

ABINA ἄβινα, Suſianæ vrbs, apud Ptolemæum.

ABINATAE, vide ABRINATAE.

ABINNA ἄβιννα, nomen vrbis. Suidas.

ABIRA, Phœniciæ vrbs, lib. Notitiarum.

ABIRIA, vide SABIRIA.

ABISA ἄβισα, Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo.

ABISAMA, vide EBISMA.

ABISONTES Plinij, & AMBISONTII ἀμβισόντιοι Ptolemæi, eoſdem eſſe populos putat Simlerus. In Vindelicia aut Norico ſunt.

ABISSENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag. APISSANENSIS ibidem. Eadem, ni fallor.

ABITACVM, prædium Sidonij, quod pulchrè ab eo deſcribitur 2. Epiſtolarum, & in Epigrammate de Balneis huius prædij. Maſſonus illud deſcribit iuxta lacum qui hodie Sorlinia vocatur: circa Claromontem. AVITACVM habet codex meus membraneus M. S.

ABITINENSES, Africæ populi, apud D. Auguſtinum, contra Parmenianum. & in Coll. Carthaginienſi. Vide ALVTINENSIS.

ABITVRAE, ciuitatis nomen, in Grammatica D. Auguſt.

ABLASENSIS Archiepiſcopatus meminit Decretalium lib 3. cap. 13. de Baptiſmo.

ABLATA ἄβλατα, Ponti Polemoniaci vrbs in Cappadocia. Ptolemæus.





ABLATO BVLGIO, ſic Antoninus in Itinere Britannico vocat locum circa Vallum. ſed LATVM BVLGIVM legit Talbotus. Ab, illi præpoſitio eſt. Quid ſi legatur, à Blato Bulgio?

ABLETES, ἀβλῆτες Myſiæ Aſiaticæ populi, confines cum Epicteto. Strabo 13.

ABLIALA ἀβλιάλα Albaniæ vrbs. Ptolemæus.

ABLY, Epiſcopatus ſub ſede Damaſcena Guil. Tyrius.

ABNOBI montes Germaniæ, pro locorum diuerſitate hodie varia ſortiuntur nomina. in Franconia namque Steygerwald vocantur. Eorum pars circa Mœnum fluuium appellatur Ottenwald. & inter Haſsiam & Frãconiam dicuntur Speſſart, Bircheimero auctore. Idem circa Wirtembergenſem ducatum, vbi Danubius oritur, Die Baar, Willichio & Tſchudo teſtibus. Sed ſciendum, quòd hi montes qui Ptolemæo ABNOBAEI αὔνοβαιοι vel AVNOBI αὔνοβοι potiùs nominantur: Tacito ARBONAE ſunt: nonnulla exemplaria ARNOBAE legunt. A Marciano capella AD NOVEM dici, annotauit Rhenanus. corruptè. RAVRACI montes, ſunt Ammiano. Vide quoq; HERCYNIA ſilua. nam hanc ſiluam cum illis montibus ſæpius ab auctoribus confundi videmus.

ABOBRICA, Luſitaniæ opidum, Plinio lib. 4. cap. 20.

ABOCCIS, vide ABVNCIS.

ABOCEDO, vide ABYDVS.

ABODRITI, vide ARBORICHAE.

ABOLANI, Plinio ſunt Italiæ populi.

ABOLLA ἀβόλλα Siciliæ opidum, Stephano, & Suidæ.

ABOLVS, vide ALABON.

ABONI TEICHOS, id eſt, mœnia, ἀβώνου τεῖχος, Galatiæ opidum Ptolemæo, & Arriano in Periplo. Petrus Bellonius & Gyllius ſcribit Boli hodie dici. Lucianus refert in ſuo Pſeudomante, quendam Alexandrum impoſtorem petijſſe à principe Romano, vt commutato vocabulo IONOPOLIS hæc ciuitas vocaretur.

ABONIS, Angliæ oppidum, Antonino IX. M. P. à Venta Silurum. Auington eſt Camdeno.

ABOR, circa Mediam regio. 4. Regum 17. & 1. Paralip. 5. Ad Gozan fluuium.

ABORA, vide ABORRAS.

ABORACA ἀβοράκη, vrbs in Sarmatia Aſiatica, vicina mari Euxino. Strabo.

ABORIENSE opidum Africæ Propriæ apud Plinium eſt. An ABBIR D. Auguſtini? ABBIRITANI Epiſcopi, alias GERMANICIANORVM, meminit concilium Carthaginienſe VII. ABORITANI Caſtelli meminit Vict. Vticenſis. ABBIR MAIVS in Coll. Carthag. eſt. & ibidem SVBOABVRITENSIS.

ABORIGENES Italiæ populos indigenas, vnà cum Troianis qui ſub Aenea in Italiam venerant, vno nomine LATINOS appellatos, ſcribit Liuius lib. 1. in principio. Circa ipſam Romam in Latio Straboni ſunt. Halicarnaſſeus 1. enumerat eorum opida. Feſtus dicit eam antiquiſſimam gentem eſſe Italiæ, & in agro Romano habitaſſe.

ABORRAS ἀβόῤῥας Straboni. ABORVS Stephano, CHABORAS χαβώρας Ptolemæo; eſt Meſopotamiæ fluuius. ABORA eſt apud Zoſimum & Marcellinum, BVRRHAS eſt Aeliano, animalium 12. cap. 30. ABORVS Stephani, ni fallor. XABORECTORAM vocat neſcio quo auctore Pomp. Lætus. Giulap nominari in tabulis geographicis videtur. Hormiz poſſit nominari ex Onuphrio, in vita Iulij III. P. M.

ABORVS, vide ABORRAS.

ABOTIS ἄβοτις, Aegypti ciuitas, Stephano & Suidæ.

ABOTRITI, qui vulgò PREDENECENTRI vocantur, contermini Bulgaris, Daciam Danubio adiacentem incolunt. Sic monachus anonymus in Francorum Annalib. ARBORICHAS hos interpretis vitio vocari apud Procopium contendit H. Iunius. vide ARBORICHAE.

ABRAGANA ἀβραγάνα, Serica vrbs, apud Ptolem.

ABRAHAMI Domus, pagus ſic appellatus in agro Damaſceno. Nicolaus Damaſcenus apud Ioſephum lib. 1. Antiq. & Euſebium 9. Præparationis Euangelicæ. HOBA fortè, Geneſeos 14. S. ABRAHAMI Caſtellum circa Sodomam & Gomorrham, habet auctor Anonymus, de bello Hieroſolymitano.



ABRANITIS, vide AVRANITIS.

ABRAVANNVS, vide AVRAVANVS.

ABRELIA, regio. Phauorinus.

ABRETA, vide MYSIA.

ABRETTINA ἀβρεττηνή, Myſiæ Aſiaticæ regio, apud Straboñ & Stephanum. ſed apud hunc quoq; Ἀβροττινὴ eſt. ἀβρεττανὴ per α, in penultima Suidæ. vide MYSIA.

ABRI ἄβροι, gens Taulantiorum, ad Adriam, vicina Chelidonijs. Stephanus ex Hecatæo.

ABRICIVM, vide ABRITTVM.

ABRIETA, vide ABIETA.

ABRINATA ἀβρίνατα, ſeu ἄβινα, Pontica gens. Steph.

ABRINCATVI, ſunt Galliæ Lugdunenſis populi, Plinio. & ἀβριγκατουοι quoq; Ptolemæo. ABRINCATA, vrbs Armoricæ eſt in lib. Notit. Auranches hodie, Scaligero & Vineto, in Auſonium. quæ & Arboretana dicitur, Cœnali. ABRINCATINVM villam nominat Sigebertus, quæ vocatur Landa Aronis.

ABRITVM. Apud Abritum qui locus FOROTEREBRONII dicitur. ſic Hiſtoria Miſcella. Mœſiæ alicubi locus, vbi Decius Imp. occubuit. Abrupto item Abruto legitur corruptè apud Iornandẽ, & Marianum. ABRICIVM Thraciæ locum, vocat Chronicon Caſsiodori.

ABITRVM etiam quidam Iornandi codex legit. Vide DECII ARA.

ABRODITI, vide ARBORICHAE.

ABROLEVA, lucus circa Thraciam videtur: in Miſcella hiſtoria 23.

ABROSTOLA ἀβρόστολα, Ptolemæo eſt Phrygiæ maioris vrbs.

ABROTONVM ἀβρότονον, Africæ vrbs ad mare Mediterraneum, Straboni & Plinio, circa Syrtim. Stephanus ait ex Ephoro eandem eſſe cum NEAPOLI. Hermolaus tradit à Strabone etiã LEPTEN cognominari. ego hoc apud Strabonem me non legiſſe fateor. vide TRIPOLIS.

ABROTTINE, vide ABRETTINA.

ABRVS ἄβρος, Sapæorum in Thracia vrbs: Pauſania in Achaicis, niſi mendoſus ſit locus, de quo vide Fuluium, in fragmentis Appiani. An Apros Ptolemæi? ſic conijcit Sylburgius mecum.

ABSARVM, vide APSORRVS.

ABSILE, vide APSILAE.

ABSITH, Europæ circa Dardaniam locus eſt, Calliſto lib. 18. cap. 38.

ABSITRIS, Aſsyriæ opidum, ad exortum hybernum. Plin.

ABSORVS & ABSYRTIS apud Melam, maris Illyrici duæ inſulæ ſunt. Ptolemæus APSORRHVS ἄψοῤῥος habet. ABSYRTIVM Plinio eſt. ABSYRTIDES, ἀψύρτιδες, numero plurali vocat Strabo, & Orpheus, qui eos in mari infructuoſo deſcribit. ABSYRTVS in hac continentia etiam fluuij nomen eſt, apud Lucanum 3.

ABSVS, Palæſtinæ fluuius, Vibio Sequeſtri.

ABSYNTHVS, vide AENVM.

ABSYRTHI, gens Scythica. Lexicon Phauorini.

ABSYRTVS, vide ABSORVS.

ABTE IVLIA, vide APTA IVLIA.

ABTVNGENSIS, vide APTVCHI.

ABVBVS, vide ABVS.

ABVCÆI ἀβουκαῖοι, Arabiæ Felicis gens, Ptolemæo.

ABVCINI portus, in Gallia Lugdunenſi V. Sequanorum, vt habet lib. Prouinciarum.

ABVDIACVM ἀβουδίακον, Ptolemæo, Bauariæ opidum in Germania, Abach Auentino, Fueſſen Pirchaimero. Fortè idem cum ABVZACO Antonini.

ABVLA ἄβουλα, Ptolemæo, Baſtitanorum in Hiſpania opidum, Auila hodie. Caſtellæ veteris, vt Cluſius opinatur.

ABVLCI ἀβουλκοι, gens quædam apud Zoſimum, in fine lib. 2. quorum dux Arcadius. Horum meminit etiam lib. Notitiar. in Littore Saxonico Britanniæ.

ABVMA, vide RVMA.

ABVNCIS ἀβυνκὶς, Ptolemæo opidum Aethiopiæ ſub Aegypto eſt. ABOCCIS Plinij fortè.

ABVNIA ἀβυνία, Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, Ptolemæo. ABVNIS interpreti.

ABVR ἄβυρ, Indiæ intra Gangem vrbs Ptolemæo.

ABVS ἄβος, Ptolemæo Albionis inſulæ fluuius, ad latus Orientale. ABVBVS legunt Latina exemplaria. VMBER eſt apud Bedam. Etiam Aſiæ mons, eidem Ptolemæo, qui ABAS Plinio, vnde Euphrates oritur. quem Theuetus ſcribit Caicol à Georgianis dici. Item ἆος Moloſſiæ regionis fluuius, in Epiro: apud Stephanum & Plutarchum in quæſtionib. Græcis. vide TAVRVS.

ABVSINA, Antonino, & Libro Notitiarum, Germaniæ vrbs, Abenſperg Auentino eſt: Bauariæ opidulum, ad Danubium.

ABVTICENSE opidum, in Africa Propria: Plinio. An VBATA Ptolemæi?

ABVZACVM, vide ABVDIACVM,

ABVZATHA, opidum à Perſis ſic vocatum circa Aſſyriam videtur. apud Zoſimum, 3.

ABYDI FRETA, vide HELLESPONTVS.

ABYDON, vide ABYDVS.

ABYDVS ἄβυδος Ptolemæo, Straboni, Plinio, aliiſq; Aegypti vrbs, Mennonis olim regia, Elfium fortè hodie. Caſtaldus Abutich vocat. ABOCEDO in libro Notitiarum dici, ſuſpicatur Simlerus. Quædam ciuitas in Italia quoq; Abydus vocatur, vt inquit Euſtathius. ſed nihil præterea. Stephanus eam circa Iapygiam locat in Peucetiis. ABYDON ἀβυδών, quoq; Macedoniæ regio Suidæ & Stephano, circa Axium fluuium. Eius auctorem faciunt Strabonem. Apud huius Epitomen autem AMYDVS lego. Vide AMYDVM, & SESTVS.

ABYLA, vide ALYBE.

ABYLAE, circa Abylam montem populi ſunt Plinio, ad Gaditanum fretum; in Africa.

ABYLLI ἀβυλλοι, gens apud Troglodytas, circa Nilum: Stephano, & Athenæo, lib. 15.

ABYLVM ἄβυλον, Aegypti vrbs, Athenæo, 15. vbi ſpinæ ſemper florentes proueniunt. Sed ἄβυδον per δ legendum ſuſpicor.

ABYRA, vide ABIRA.

ABYSTAEI, Libyca gens, Phauorinus.

ABYSTRVM ἄβυςρον, Magnæ Græciæ vrbs, apud Ptolemæum: quam hodie Vrſimorſo vocari, ſcribit in ſua Calabria Barrius. APRVSTANOS Plinij hinc puto.

ABZIRITANVM opidum Africæ Propriæ, apud Plinium. Huius meminit etiam Collatio Carthag.

ABZOE, gens multis nominibus, Plinio, circa mare Caſpium.

ACA, vide PTOLEMAIS.

ACABAROIS Ἀκοβάροις, Indiæ emporium, Arriani Periplus.

ACABE ἀκάβη, mons Aegypti, ad Sinum Arabicum. Ptolemæus. Fontis & fluminis quoq; nomen in Africa Propria: Idem. quo loco interpretes CABE legunt. An Tacape Plinij fortè?

ACABENE ἀκαβλωὴ, Meſopotamiæ regio: Ptolemæo. ACHAD Hebræis dici, ex D. Hieronymo Ar. Montanus ait. ACHAD ſcribit idem Hieronymus ab Hebræis pro NISIBI haberi.

ACABIS ἄκαβις, Pentapolis (in Africa) regionis opidum, Ptolemæo.

ACACESIVM ἀκακήσιον, Arcadiæ vrbs, apud Stephanum & Pauſaniam. cui ibidem quoq; tumulus eſt, vt habent eius interpretes. ANACESIVM per N, erat in Græco, per K autem pro vrbe.

ACAD, Pagnino ACHAD, Geneſ. 10. Principium regni Babyloniæ. ἀρχὰδ, legunt 70. Interpretes, & ἀρφὰλ, Epiphanius. Vide BABYLON.

ACADAMA, Syriæ aut Euphratenſis vrbs. Lib. Notit.

ACADEMIA, ſic dicta fuit villa Ciceronis, quæ occurrit ab Auerno Puteolos tendentibus, vt Plinius, lib. 31. cap. 2.



memoriæ prodiit. Eam hodie, Turlero teſte, i Bagni de Tritoli vulgò vocant. Vide ECHEDEMIA, & CICERONIS villa.

ACADERA, Indiæ vrbs, ſiue tractus: Q. Curtio, 8.

ACADRA, vide ACHATARA.

ACADVM, Syriæ vrbs videtur apud Sophronium, de Peregrinatione DD. Petri & Pauli.

ACALA ἀκάλη, Ptolemæo, ANCALE interpretib. Arabiæ Felicis vrbs.

ACALANDRVS ἀκάλανδρος, Magnæ Græciæ fluuius: Plinio & Straboni. Inter Tarentum & Thurium.

ACALARRITES ἀκαλαῤῥειτης, fluuius eſt apud Euſtathium, in Ιλιαδ.

ACAMANTIS, Cypri mons: Heſichio. ACAMAS ἀκάμας, Cypri prom. Ptolemæo, & Luciano in Votis. quod hodie S. Epiphanij nominatur: vt ſcribit Stephanus Luſignanus. Sed idem habet vrbem ſic dictam, quam nouo nomine Cruſocco vocat. Vide ACAMANTIVM.

ACAMANTIVM, Magnæ Phrygiæ vrbs. Item Atticæ regionis tribus. Pauſanias. ACAMANTIS eſt Iulio Polluci: ACAMANTIA apud Demoſthenem, aduerſus Bœotum.

ACAMAS, vide ACAMANTIS.

ACAMPSIS ἄκαμψις, Colchidis fluuius. Arr. in Periplo.

ACANNAE & ACCANAE, vide DAPHNVS.

ACANTHINA ἀκανθίνη, Arabici ſinus inſula, apud Ptolemæū. Angotina Stuckio eſt, vocis fortè fretus affinitate.

ACANTHON AVLONA. Ioſephus, belli Iudaici 6. cap. 2. Palæſtinæ locus, iuxta vicum Γαβάθσαυλ, diſtantem à Hieroſolymis ſtadiis ferè triginta.

ACANTHONITIS ἀκανθωνίτις, Ptolemæo, CHANTONICE interpretib. Carmaniæ regio.

ACANTHVS ἄκανθος, Macedoniæ vrbs, ad ſinum Syngiticum: Ptolemæo, Xenophonti, Thucydidi 4. & Diodoro 11. Eriſſo hodie, Sophiano. Etiam Ægypti vrbs, apud Ptolemæum, Diodorum, & Strabonem. Ibidem quoque teſte Strabone & Stephano, ACANTHAE Thebaicæ, lucus vnde gummi habetur. Acanthus, mons Aetoliæ eſt Plinio. item Propontidis inſula. Eſt & opidum Cherroneſi, iuxta Cnidum: Item Athamaniæ, vt Stephanus ait. Vide CANTHORVM, & DVLOPOLIS.

ACANTIVM, vide CANTIVM.

ACAPEATAE, Sarmatiæ Aſiaticæ populi, apud Plinium.

ACARA ἄκαρα, Aſiæ vrbs: quæ nunc NYSSA, νύσσα, Eam præterfluit Thymbros, vel Athymbros fluuius: Etymologico teſte. ἄκαρα, apud Strabonem quoque Galliæ Ciſpadanæ opidum videtur, quo loco Xylander ACERRAE legit. Vide ACHERAE, & ATHYMBRA.

ACARASSVS ἀκαρασσος, Lyciæ vrbs, Stephano. ex Capitone.

ACARIA ἀκαρία, fons iuxta Corinthum.

ACARIS ἄκαρις, Phrygiæ vrbs, Stephano in voce καρία

ACARMAN ἀκαρμάν, Ptolemæo, vel CARMAN interpretib. Arabiæ Felicis vrbs.

ACARNANAS, vide ACHELOVS.

ACARNANIA ἀκαρνανία, quæ antea CVRETIS appellata fuit, teſte Pauſania & Plinio, Epeiri regiuncula eſt. Marius Niger ſcribit hodie Deſpotato vulgò dici. eſt qui Carnia interpretatur. ACARNANIA etiam regio Aegypti, vt refert Zach. Lilius, ex Seruio ad 5. Aeneid. Fides ſit penes auctorem.

ACARNE, opidum circa Magneſiam Græciæ: Plinio. In Attica locus videtur; apud Senecam in Hippolyto.

ACARNIDEM ἀκαρνιδη, locum circa Lampſacum, habet Athenæus, tuberibus fertilem; pro ATARNIDE, mendoſè vereor: ex Plinio.

ACARRA ἀκαῤῥα, Achaiæ opidum, Stephano.

ACATEIRA, nomen vrbis in Phauorini Lexico. Vide HVNI.

ACATHARTVS ἀκάθαρτος, id eſt, impurus, ingens ſinus, in ſinu Arabico, verſus Aegyptum. Agatarchides, Diodorus 3. & Strabo 16. ACATHARTOS Nomades gentem hic quoque deſcribit Agatharchides.





ACATVCCI, Hiſpaniæ opidum, Antonino. In Baſtitania videtur.

ACAVATHA, Syriæ aut Euphratenſis vrbs. in lib. Not.

ACCABICVS Murus, ἀκκαβικὸν τεῖχος, vrbs iuxta Herculis columnas: Stephano.

ACCARON, ciuitas Philiſtinorum iuxta Azotum: IAMNETORVM Portum ἰαμνετῶν Ptolemæi eſſe, vult Poſtellus. Hæc IAMNIA Stephano eſt. Accaron etiam hodie vocatur, teſte Brochardo. Accaron & GETH putat eandem eſſe A. Maſius. vide CAESAREA PALAESTINAE, & ACHRON.

ACCASENA, vide SACCASENA.

ACCAVM, Palæſtinæ locus. ἐκεμ 70. interpret. Ioſue 15.

ACCETA, Perſarum opidum, Zoſimo.

ACCETANI, vide IACCETANI.

ACCHITAE, populi Arabiæ Felicis, circa fretum ſinus Arabici. Plinius. vide ANCHITAE.

ACCHO, Palæſtinæ locus. Iudicum 1.

ACCI ἄκκι Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis opidum. ACCITANA Colonia Plinij. Vaſæus & Amb. Moralis Guadix interpretantur. Vide ACITANI.

ACCIANVS, vide ACTIANVS.

ACCIENSES, vide ACIENSES.

ACCION Palus, in qua fluit & effluit Rhodanus. Auienus. An Lemanum ſic vocet?

ACCIPITRVM vrbs, vide HIERACON, & HIERAX.

ACCISI, apud Plinium Sarmatiæ Aſiaticæ populi ſunt.

ACCISSVM, Scythiæ Thraciæ vrbs. lib. Notitiar.

ACCITANA, vide ACCI.

ACCITVM; vrbem Hiſpaniæ Bæticæ eſſe in antiquis Inſcriptionibus, auctor eſt mihi Cluſius, diciq; hodie Finiana nominari. Circa Granatam. Vide ACITANI.

ACCVA, Liuio 24. Campaniæ vrbs eſt.

ACCVRA, Africæ opidum: in concilio Carthaginienſi, ſub D. Cypriano habito.

ACE ἄκη loci Græciæ meminit Polyenus 3. in Iphicrate. Ora libri NACE νάκη legebat. vide PTOLEMAIS.

ACEDICI populi, Aequicolis vicini, ſunt apud Plinium.

ACEDOSA ἀκέδωσα, vicus Iudææ. Ioſephus belli Iudaici 1. cap. 1.

ACEDVM ἄκεδον, Venetæ regionis opidum, Ptolemæo, Aſola hodie Leandro. Hermolaus verò & Niger putant Aſola ACELVM Plinij eſſe. Acelum fortè legendum apud Ptolemæum pro Acedo. Vide CENEDA.

ACELA ἀκέλη, Lyciæ vrbs: Stephano.

ACELISENA ἀκιλισηνη, variat ſic ſcriptura apud Strabonem: apud quem regio eſt, circa Armeniam Maiorem. Vide LISCENA, & ORBALISENA.

ACELVM Plinij, & ACEDVM Ptolemæi, Leander dicit hodie Monſelice appellari. Venetæ regionis in Italia opidum. Puto ACILVM Diaconi.

» ACEMA, Amnis Varus ex Alpium monte Acema profuſus. ſic Plinius. Hic fluuius Galliam ab Italia diſtinguit. Auguſtinus Iuſtinianus ſcribit hunc Varum hodie ex monte Camelione vocato oriri. Acema & Camelione ſunt ergo Synonyma.

ACEMERINIANVS Epiſcopus in Africa. Coll. Carthag.

ACENIPPO ἀκενιππῶ, Bæticæ Hiſpaniæ opidum: Ptolemæo. ACINIPO, Plinio.

ACENIS Epiſcopus Vindemius in Africa. teſtis Collatio Carthaginienſis.

ACERANI, vide ACERRAE.

ACERINA, Bruttiorum colonia, in Magna Græcia, ab Alexandro Epirotico capta. Liuius 8. TERINA legendum, ſuſpicatur Sigonius.

ACEROGENSIS, vide ACYREGENSIS.

ACERRAE, opidum in Italia, VI. regionis (in Vmbria Straboni) quod VAFRIAE cognominatum, & interiiſſe ſcribit Plinius, lib. 3. cap. 14. ACERRAE ἀχεῤῥαι, eſt in Græco, Campaniæ vrbs, Straboni, Appiano, Liuio, & Virgilio: ad Clanium fluuium, non longè à Neapoli, vt Seruius addit. ἀχεῤῥαι habet Appianus 1. Ciuil. & ἀχέῤῥαι Strabo. Plinio ACERANI ſunt in prima regione. Colonia Romana eſt Frontino. Videntur hactenus nomen retinere. Olim in monte erant, nunc in plano, ait Pomponius Sabinus, ad Virgilij Georgica. Vide ACARA, & ACHERAE.



ACERVETIS, vide CALLATIA.

ACES ἄκης, Aſiæ fluuius. Herodotus eum circa Hyrcaniam & Parthiam Choraſmioſq; deſcribit.

ACESAE ἀκέσαι, Stephano Macedoniæ vrbs eſt.

ACESAMENAE ἀκεσαμεναι, Macedoniæ vrbs: apud Stephanum.

ACESIA ἀκεσία, pars Lemni inſulæ, à Philoctete ſic dicta, quòd hîc curatus eſt: vt habet Philoſtratus de viris illuſtr.

ACESINE ἀκεσίνη, Thucydidis, ASINES Plinij, ONOBALA ὀνοβάλα, Appiani, Siciliæ fluminis ſynonyma ſunt Fazello. qui dicit eum hodie vulgò Cantara nuncupari, & Sarracenicè Alcantara. Vibius habet ASINIVS. Eſt & ACESINE fluuius Perſarmeniorum, qui ſe in Euphratem exonerat. Procop. 1. Perſicor.

ACESINES, vide ARCESINES, & ZADADRVS.

ACESINVS, apud Plinium & Val. Flaccum eſt Tauroſcytharum fluuius.

ACESTA, & ACESTAEI, vide EGESTA.

ACHABRON, vide PETRA.

ACHAD area, vel ATAD, trans Iordanem, vbi Iacob patriarcha mortuus eſt, locus: dictus Planctus vel luctus Aegypti. Geneſis 50. Vide ACAD, ACABENE, & ANTIOCHIA.

ACHACIB ἀχαζίβ, 70. interpretibus, Palæſtinæ locus: Iudicum 1.

ACHAEA, vide ACHAIA.

ACHAEI ἀχαιοὶ, Theſſaliæ populi, Stephano in φορβαι. Item gens circa Pontum Euxinum, in Sarmatia Aſiatica: teſtibus Ptolemæo, Plutarcho, Ouidio, Plinio, & Dionyſio. Vide CILICIA.

ACHAEIA ἀχαια, Collis in Caryſto. Stephanus.

ACHAEMAENES ἀχαιμαινεῖς, Africæ Propriæ gens. Ptolemæus.

ACHAEMENIA ἀχαιμενία, pars Perſidis regionis, Stephano. ACHAEMENIDAE gens, Straboni. ACHAEMENIOS vocat Ouidius, de Arte amandi, 1. Babylonem ἀχαιμενίπεδων, cognominari ſcribit Epiphanius, in libello de 12. gemmis Aaronis. Achæmenium Perſen habet Papinius 5. Siluar. & Achæmenium Medum Claudianus de Nuptiis Honorij. Achæmeniam ciuitatem Parthorum ſeu Medorum habet Lutatius, in Thebaidos 7. vbi addit ipſam Chaldæam ſic quoque vocari. Achæmeniam rupem nominat Boethius de Conſolatione 5. Metro 1. ἀκμαιονίδαι ſunt apud Suid. Vide PERSIA.

ACHAEORVM caſtra, & Statio, Vide ACHAEORVM portus.

ACHAEORVM littus, in Cypro eſt apud Ptolemæum. A Græcis appellatū fuiſſe Adriage, nūc verò pagum eſſe, & Accathou vocari, ſcribit Luſignanus. ACHAEΩN loci circa Aegyptum, meminit Concil. Epheſinum III.

ACHAEORVM portus, ἀχαιων λιμὴν, in Troade eſt, ad Sigæum prom. teſtibus Strabone, Pomponio, & Plinio, cui Achæorum Statio vocatur. Meminit huius etiam Liuius & Arrianus lib. 1. Alexandri. ACHAEORVM portum habet etiam Strabo in Aeolide, circa Myrinam. ACHAEORVM PORTVS, Plinio Tauroſcytharum eſt, ad Pontum Euxinum. Bon porto Pinetus vocat. BONVS PORTVS, vt nonnulla Latina, ſed meliùs PVLCHER PORTVS, καλὸς λιμὴν, hoc tractu quoq; Ptolemæo eſt. ACHAEORVM CASTRA, στρατόπεδον, locus ſic dictus, vicina huic ſunt Straboni quoque 13. ACHAEORVM Portus, in Peloponneſo: Pauſaniæ in Meſſeniacis. Vide CORONE.

ACHAEVS ἀχαιυς, fluuius Aſiaticus, qui ſe in Pontum Euxinum exonerat: vt docet in ſuo Periplo Arrianus. in Achaia regione puto.

ACHAEIVM ἀχαιίον, locus Troadis, Tenedo oppoſitus. Strabo.

ACHAEINEA ἀχαιΐνεα, vrbis nomen, in qua ſpecies magnorum ceruorum. Etymologicon.

ACHAIA ἀχαΐα Græciæ regio, quam Ptolemæus HELLADEM quoque nominat. Meram GRAECIAM vocat Plinius Cæcilius 8. Epiſtolarum, ad Romanum ſuum. Liuadia hodie vocari videtur. ACHAIA alia Peloponneſi quæ ab eodem Ptolemæo PROPRIA cognominatur. IONIA, IAS, & OLENVS eadem vocatur à Diodoro. AEGIALOS à Pauſania & Plinio. Incolas PELASGOS AEGIALES, id eſt, littorales appellatos ſcribit Herodotus in Polymnia. Romania alta nunc appellari, tradit Iacobus Caſtaldus. ACHAIAM nominat Apuleius totam Peloponneſum. de quo vide LACEDAEMON. Etiam vrbis nomen eſt Peloponnenſium, Thucydidi 1. ACHAIA regio, ACHAIA vicus, & ACHAII populi, ſunt in Sarmatia Aſiatica, ad Pontum Euxinum: Ptolemæo, Straboni, Pomponio, Dionyſio, Appiano, & Periplo Arriani. Quidam ACHAEA ἀχαια triſyllabicos ſcribunt. ACHAIA quoque Rhodi inſulæ vrbs. teſtis Diodorus, & Athenæus 8. Parthienæ eſt, Appiano in Syriacis. Macedoniæ quoque eidem. etiam Cretæ, niſi fallat Geſnerus, de Ceruo. ACHAIA Meſſeniæ quoque fons, prope Dorium vrbem: Pauſaniæ. ACHAICVM ſinum, habet Aelianus 1. Animal. cap. 12. vide ACHAEI, & GRAECIA.

ACHAIACHALA munimentum, fluminis circuitione vallatum, Ammianus: Euphratis nempe, & circa Meſopotamiam reor.

ACHAIS ἀχαΐς, tractus Lydiæ circa Mæoniæ fluuium. Stephanus in dictione μαιονία. Vide HERACLIA.

ACHALE Inſula, circa Malacam Hiſpaniæ. Sex. Auienus.

ACHAMAE ἀχάμαι, Libyæ Interioris gens. Ptolemæus.

ACHANA Arabiæ Felicis fluuius, circa Icharam inſulam. Plinius.

ACHANI ἀχανοι, gens circa Scythiam, quos Theopompus ACHARNOS vocat. Stephanus,

ACHANIS ἀχανις, Arabiæ vrbs; vbi Eupolemus tradit Dauidem naues præparaſſe, quæ in Vrphen (Ophir) nauigarent. Euſebius 9. Præparationis.

ACHARACA ἀχάρακα, Nyſæorum pagus, non procul ab vrbe. In Caria, vt habet Strabo 14. Plutonium antrum hîc eſt.

ACHARDEVS ἀχαρδέος, Straboni, VARADANVS οὐαραδάνος, Ptolemæi. (Vardanus, habent nonnulla exemplaria Latina, malè) Copa Mercatori; Ziigna Lazio dicitur. TOTORDANES videtur Ammiani. Accurſius autem eius loco VARDANVS legit. In Sarmatia Aſiatica eſt fluuius.

ACHARENSES, Siciliæ populi: Ciceroni 3. in Verrem. Circa Syracuſas ſunt Fazello, qui exiſtimat hodie ibi Carrano eſſe.

ACHARITANVM opidum, in Africa Propria, Plinio.

ACHARNA ἀχάρνα, Oeneidis tribus pars, Stephano. Meminit huius Diodorus 14. & Thucydides 2. Laërtius in Zenone, Lucianus in Timone, item Heſychius & Pauſanias, quibus in Attica eſt.

ACHARNI, vide ACHANI.

ACHARRAE, circa Theſſaliam vrbs. Liuius 32.

ACHAS, opidum contra Tripolim, in radicibus Libani ſitum; (niſi locus corruptus, vt multi ſunt apud hunc auctorem) Iſidoro.

ACHASA ἀχάσα, Scythiæ extra Imaum regio: apud Ptolemæum.

ACHATAGIA, regio Indiæ, inter Indum & Gangem flumina: Laonico. CHATAGIA eadem apud eundem videtur.

ACHATARA Ptolemæi, Synarum vrbs. Auter Mercator in ſua vniuerſali tabula vocat. Græcus Ptolemæus hoc loco legit ACADRA ἀκάδρα, & ACADRAE gens. Eſt & apud eundem Acadra in India extra Gangem.

ACHATES ἀχάτης, Siciliæ fluuius, Silio & Plinio. Solinus & Vibius ſcribunt eum Achatem lapillum generare. Cantara nunc vocari, ſcribit Leander. ACHATEM pro flumine Perſiæ, exponit Euſtathius, apud Dionyſium. ſed falsò. nam lapis ſic vocatur, ad Choaſpi fluminis ripas. Vide ACHETVS.

ACHEDRVS ἀχέρδροις, Hippothoontidis tribus pars. Stephanus. Vide ACHERDVSIVS.

ACHELOVS ἀχελῶος, Acarnaniæ in Epiro fluuius, Straboni. Sophianus Aſpri, Niger Catochi, Kyriacus Anconitanus Geromlea vocat. Pachicolamo eum ab accolis dici, ait Felix Petantius. Acheloum quondam THOAS, θόας, dictum, & ab incolis ACARNANAS appellari ſcribit Strabo. Item THESTIVS θέστιος, & AXENVS ἄξενος, auctore, qui ſcripſit de fluminibus & montibus, Plutarcho. Item CALYDON, vt tradit Niger, non adducto teſte. Aſiæ etiam fluuius eſt, ex Sipylo monte oriens, teſte Pauſania. Item Peloponneſi circa Dymam vrbem Achaiæ, vt habent Strabo, Pauſanias, & Euſtathius: qui ſubiungit multos eſſe huius nominis fluuios. Eſt etiam Achelous Bulgariæ caſtellum, Cedreno: quo loco apud Curopalatem ARCHELOVS legit Gabius.

ACHEMENIDES, populi Carmaniæ fuerunt: vt ſcribit Solinus. Vide ACHAEMENIA. ſic enim legendũ puto.

ACHERAE ἀχεραι, apud Stephanum, & Polybium 2. ſed geminato RR, apud illum, in Padum & Alpes vrbs. ACERRAE ἀκέρραι ad Padum fluuium, ſunt Plutarcho in Marcello. ACARA ἄκαρα malè legit Strabo 2. Acerano hodie dici, in Nouarienſi agro ſcribit Saccus. Vide ACERRAE.

ACHERDVSIVS ἀχερδούσιος, gentile apud Demoſthenem, aduerſus Midiam. An ab Achedro? CONCAVAM Acherdum habet Sophocles in Oedipo Coloneo.

ACHERNAE ἀχερναι, maximus omnium vicorum qui ſunt in Attica. Thucydides 2.

ACHERON, Bithyniæ fluuius eſt, qui iuxta Heracleam in Pontum Euxinum exit. Hic poſtea SOONAVTES, σωοναύτης, dictus eſt, auctore Apollonio, & Iſacio in Caſſandram. Habet hoc tractu Plinius quoque inter alia flumina SONAVTEM. Hic ab Ammiano quoque ARCHADIVS appellatur. Straboni & Plinio Brutiorum fluuius in Italia eſt: quem Niger Baſſento, Leander autem Sauto appellat. Barrius verò in ſua Calabria ſcribit eum Capaniano hodie dici. Riphæorum mõtium fluuius eſt apud Orpheum, in Argonauticis. Elidis regionis in Peloponneſo fluuius eſt apud Strabonem. ACHERON, ἄχερον Ptolemæo, & Pauſaniæ: Acheros Liuio: Strabo per ω, ſcribit in vltima. Epciri flumen eſt: quod Marius Niger Velichi interpretatur. Notandum quod Trogus 12. vtrumq; Acherontem & Brutium & Epiroticum ACHERVSIVM nominat. ACHERON etiam fluuius Infernalis, Senecæ in Hercule Furẽte: quam Acherontiam paludem, vocat Lucianus. MORTVVM flumen Apuleius 6. Aſini. Idem ibidem Pigrum fluentum. Vide ACHERVSIA, & ACHERONTIA. Nomen vrbis eſt, vltra Boryſthenem, in veteri inſcriptione, quæ Tiburi eſt.

ACHERONTIA, Diacono & Horatio Magnæ Græciæ vrbs: ACHERONTVS in Apulia, Liuio: Plinio ACHERON & ACHERONTINI ſunt. Matera nunc vocatur, teſte Michaële Bruto, Collenutio, & Leandro. Aliquibus Acerenza eſt, vt teſtatur Laurentius Ananienſis. Scipio Mazzella dicit Epiſcopum Acerenſem ſe Acherontinum vocare. Inter Euſemiam & Pandoſiam fuiſſe, putat Proſper Pariſius.

ACHERONTVS, vide ACHERONTIA.

ACHERRAE, vrbs Macedoniæ eſt, Liuio 32.

ACHERVSIA Palus, iuxta Hermionem in Argia: Pauſanias in Corinthiacis. Item inter Cumas & Miſenum promontorium, Straboni. quæ ACHERON apud Virg. 6. Æneid. ACHERVSIVS Senecæ Epiſtol. 7. alia ab Aorno videtur: ſunt tamẽ, vt idem addit, qui hunc eundem cum Aorno faciunt, vel Lucrino. Plinio autem diuerſa ſunt. Acheruſij meminit hoc tractu quoque Seneca, in epiſtolis. Hanc Acheruſiam paludem hodie Culuccia quaſi Acheruccia vulgò vocari, ſcribit Benedictus Falconius, in ſua Neapoli. ACHERVSIA Palus quoque ad Acherontem fluuium in Epiro: Thucydidi, Plinio, & Trogo. ACHERVSIA Cherſoneſus, circa Heracleam Ponticam, ſiue Mariandenorum, in Bithynia, ad Pontum Euxinum: vnde Herculem Cerberum ex inferis eduxiſſe credunt. Xenophon, & Euſtathius ex Diodoro. Eſt item ſpecus ibidem, Apollonio & Pomponio. Huius meminit Ammianus quoque, & addit ab accolis μυχοπουτίον appellari. Νυχοποντιον legit alius codex. Huius deſcriptionem lege apud Q. Calabrum 6. ACHERVSIVM Promontorium quoque ibidem: Apollonio. Vide ANTHEMOISIS, & AVERNVS.

ACHERVSIVS, vide ACHERON.

„ ACHETVS, in Sicilia Sil. Italicus 14. Et Netum & Mi-
„ cite, pubeſq; liquentis Acheti. Achates fortè Vibij Sequeſtri.

ACHIDANA ἀχιδάνα, Carmaniæ fluuius, Ptolemæo. ACHINDANA interpretibus.

ACHILA ἀχελα, ſilua ad dextrã deſerti Ziph. 1. Sam. 13. SYCELLA συκέλλα, eſt apud Ioſephum. vide GABAA.

ACHILLAEVM ἀχίλλειος, vel ACHILLIVM opidum Troadis, in littore Rhœteo, Plinio. propemodum interijſſe, ſcribit Solinus: exiguum pagum facit ex eo Strabo. Achillitidem huius agrũ vocat Laertius, in Pittaco. Caſtellum eſt iuxta Smyrnam. Huius meminiſſe videtur Xenophon 5. Græcor. Locus in Sicilia. Vicus & portus Meſenæ, apud Stephan. Portus eſt in Laconica, circa Tænarum prom. Pauſania. Locus ante Tanagræam Bœotiæ vrbem eſt Plutarcho, in Quæſtionib. Græcis. Mileti fons eſt dulciſſimæ aquæ, Athenæo 2.

ACHILLAS, nobile Galliarum opidum, à Gothis multa vi oppugnatum, donec imminẽte Aëtio non impuniti abſceſſerunt, Diacono teſte. ARCHILLAS habet Proſper Aquitanicus. Sed Arelati hanc hiſtoriã tribuit Chronicon Wandalor. vt annotauit Vignierius. ita vt ARELAS pro ACHILLAS reſtituendum videatur.

ACHILLEA, Ponti Euxini inſula; quæ & LEVCE, & MACARON Plinio. quam ante Boryſthenem fluuium deſcribit; vt Mela, & quoq; Dionyſius. à quo HEROVM ἡρώων, inſula dicitur. Leucan Achilleam iunctim nominat Euripides in Iphigenia Taurica. Huius deſcriptio extat apud Pauſaniam in Laconicis. Arrianus eam quoq; DROMVM ACHILLIS appellari ait. Plinius cum Strabone Dromon peninſulam faciunt, aliam ab Achillea inſula: quæ Sidoniſi Mercatori. Fidoniſi Bordonio vocatur: & rectius. error typographicus in primo elemento eſt. Marius Niger addit eam à quibuſdam Cacеariam, & Græciariam dici: ſed à quibus, non ſubdit: neque ego ſcio. Video à Nebriſſenſi Cacеariam, & à Carolo Stephano Cacariam in ſuis Dictionarijs poni; ſed pro Ponti inſula, quam dicunt apud Melam Colliſaria dici: ex deprauata forte lectione. Sic enim apud eum legitur, poſt huius
„ inſulæ Leucæ deſcriptionem: Non longè accolitur Aria, in
„ alio exemplari ſic: accoliſi Arii. Ptolemæi ACHILLEA (aut Achillis inſula, vt ipſe habet) quam & LEVCAM λευκὴν, appellat, alia videtur ab hac; eam namque cum Pauſania, & Max. Tyrio, Sermone 27. Danubij oſtijs opponit, Orientem verſus. Et Plinij LEVCEN videtur hic BORYSTHENIS inſulam nominare. Lycophron ſcribit LEVCEN oſtiis paluſtrium aquarum (Danubium innuens) Celtæ oppoſitam, eamq; SPILVM σπίλον, vocat, id eſt, ſaxoſum. Strabo hanc Achilli quoq; ſacram facit. ſed eam Tyræ oſtio opponit. ACHILLEA inſula vicina Samo: eſt apud Plinium. Vide DROMOS.

ACHILLEIENSES, populi videtur circa Macedoniam, aut Illyricum: apud Xenophontem, li. 3 hiſtoriæ Græcor.

ACHILLIS Lucus, vide HECATIS.

ACHILLIS Portus, in Laconica, circa Tænarium promontorium. Pauſanias.

ACHILLITIS, vide ACHILLAEVM.

ACHILLIVM ἀχίλλειον, Ptolemæo & Straboni opidum ad Fauces paludis Mæotidis, in Sarmatia Aſiatica, Capo Croſe hodie, vt puto.

ACHILLIVS fons, in Mileto. Athenæus 2. cap. 2. Vide ACHILLAEVM.

ACHINDANA, vide ACHIDANA.

ACHIRA, locus Epiſcopalis, ſub Patriarchatu Conſtantinopolitano: Balſamoni. An pro Ancyra?

ACHISARNI, Aethiopiæ ſub Aegypto populi: apud Plin.

ACHITAE, vide ANCHITAE.

ACHIVI, vide GRAECIA.

ACHLAB, vide ALAAB.

ACHMENII, vide ACHAEMENIA.

ACHNAE ἄχναι, Theſſaliæ vrbs eſt Stephano. Item Bœotiæ. Vide ICHNAE.

ACHNE, vide CASOS.

ACHOALI, Arabiæ Felicis populi apud Plinium.

ACHOLA ἄχολα, Africæ Propriæ vrbs maritima, Ptolemæo. Geminato LL, ſcribit Liuius, & Strabo. CHOLLA χόλλη Appiani. ACOLITANVM opidum Plinij fortè. & an ACILLA Hirtij ſit, ſubdubito.

ACHOMAE ἄχομαι, & ACHOMENI, Arabiæ Felicis populi. Stephanus: ex tertio Vranij.

ACHOR Vallis, Ioſ. 7. GHACHOR Chaldæo.

ACHORIS ἄχωρις, Aegypti locus: vbi Apelles monachus. Zozomenus lib. 6. cap. 18. Calliſtus 11. cap. 34.

ACHRADINE, vide SYRACVSAE.

ACHRADVS ἀχραδοῦς, Atticæ tribus. Stephanus.

ACHRIANA ἀχριανή, Hyrcaniæ opidum. Stephanus ex Polybio.

ACHRIDVS, vide PRIMA IVSTINIANA.

ACHRIS ἄχρις, vrbs in ſublimi colle, proximè lacum maximum, vnde Drinus fluuius verſus Septentriones effluit; deinde verſus Occidentem deflectens, in Ionium mare ſe exonerat, ad Iliſſum caſtellum. Cedrenus, & Curopalates. Bulgariæ metropolis & regia erat. Alchria nunc vocari æſtimo, ex Barletij lib. 11 etſi ibi OCRIDA pro Achride legatur. Eandem cum LYCHNIDO putauerim. Vide TAVRESIVM.

ACHRON, Palæſtinæ locus, Ioſue 19. ἀκκαρων, habent 70. interpretes.

ACHRONA, vide OCHRONA.

ACHRYLIS vide PHRYGIA.

ACHSAPH, vrbs & terminus tribus Aſer, ad Septentrionem. Ioſue 11. χασαφ legunt 70. Interpretes. D. Hieronymi tempore villula erat CHASALVS nomine, octauo lapide à Diocæſarea, ad radicem montis Tabor.

ACHZIB, Palæſtinæ locus. Ioſ. 15. In tribu Aſer ponit D. Hieron. qui eam eſſe DIPPA ſcribit in nono milliario Ptolemaidis, pergentibus Tyrum. Alia ab Achſaph, & eadem cum ECDIPPA. Vide ECDIPPA.

ACIBALIANA, Africæ locus; in Collatione Carthaginienſi.

ACIBI ἄκιβοι, Sarmatiæ Europeæ gens. Ptolemæus.

ACIDALIA, fons in Orchomeno Bœotiæ. Vibius, & Seruius ad 1. Aeneidos.

ACIDAS ἀκίδας, Peloponneſi fluuius apud Pauſaniam: cuius vetus nomen IARDANVS ἰαρδάνος, fuiſſe ſcribit. ἀκίδων, legit Strabo. & Phean vrbem alluere ſcribit Homerus. Vide LADON.

ACIDIOS, loci in Italia nomen, Antonino. Inter Venuſiam & Grumentum.

ACIDIZA, vide DACIDES.

ACIDVLA aqua, à Teano Sidicino quatuor mill. P. Plinio, Vide LYNCESTIS.

ACIDVLVS fons, in Venafrano eſt; apud Plinium. Non eſt proprium fortè.

ACIDVSA, vide GLAVCIA.

ACIENSES, Italiæ populi, Plinio. Geminato CC ſcribit quoddam exemplar. in Prima regione.

ACILA ἀκίλα, Straboni Arabiæ Felicis promontorium: Diræ Aethiopicæ oppoſitum. Libro M. S. autem hic ὠκίλα legere annotauit vir doctus Caſaubonus; & ſincerius, vt ego puto. Eſt enim OCILA Plinij, & OCILIS Ptolemæi. Plinius habet ACILAM emporium eiuſdem Arabiæ regionis: alibi tamen.

ACILESINA, *vide* AGELISENA, *&* ORBALISENA.

ACILIA, *vide* AVGVSTA ACILIA.

ACILIVS, *vide* ACIS, *&* ACITHIVS.

ACILLA, *vide* ACHOLA.

ACILVM. *Agnellum Epiſcopum de Acilo habet Diaconus 3. Longobardicor. In Italia, Germaniæ autem finibus.* ACELVM *Plinij crediderim.*

ACIMINCVM, *vide* ACVMINCVM.

ACINA, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinius. Vide* ACMA.

ACINACAE ἀκινάκαι, *Bactrianæ populi: Ptolemæo.*

ACINASIS ἀκίνασις, *Colchidis fluuius. Arr. in Periplo.*

ACINCVM, *vide* ACVMINCVM, *&* AQVINCVM.

ACINIPO, *vide* ACENIPPO.

ACIRIS ἄκιρις, *Straboni, & Plinio. Magnæ Græciæ (quæ nũc Calabria Superior dicitur) fluuius:* Acri *L. Alberto eſt.*

ACIRO, *vide* ANCYRONEM.

ACIS ἄκις, *Theocrito, Ouidio, Vibio, & Euſtathio, Siciliæ flumen. Aretius* Freddo *interpretatur, item Leander: qui eundem cum* BATHEO *Ptolemæi putat. Apud Silium per y. Acys ſcribitur. Iuxta Cataniam deſcribit eum Heſychius. Sed idem ſic quoque flumen quoddam in Aſia vocat. Acin Siciliæ Latinè* ACILIVM *dici, ſcribit Seruius in Virgilij Eclogam nonam. Vide* SIPHNOS.

ACITANI, *Hiſpaniæ gens, ſimulacrum Martis, radijs ornatum, maxima religione celebrant:* Necyn *vocantes. ſic Macrobius Saturnal. 1. cap. 19. An ab Accito? Sed alius codex legit* ACCITANI, *geminato* CC. *Ab Acci fortè.*

ACITAVONES, *vide* CENTRONES.

ACITHIVS ἀκίθιος, *Siciliæ fluuius apud Ptolemæum: quem Fazellus* Birgi, *Leander* Acilino *nomen habere ait.* ACIVS, ACILIVS, *&* ACITHIVS *ſynonyma ſunt Nebriſſenſi, in ſuo Dictionario. ipſe viderit.*

ACIVS, *loci nomen in Sicilia: apud Antoninum. Simlerus dicit arcem eſſe prope Catinam, hodieq́ue* Iaicis *dici.*

ACLEREMATI, *vide* EVCLEREMATI.

ACMA, *ſiue* FVLGVRITA, *villa eſt apud Antoninum, ſiue locus in Africa Propria. Pro Acma legit vetuſtior codex* ACINA.

ACMAEONIDAE, *vide* ACHAEMENIA.

ACMATHA, *vide* AMATHA.

ACMODAE, *ſeptem inſulæ, inter Britannicas: Plinio. Vide* SILVRVM.

ACMONIA ἀκμωνία, *Ptolemæo Daciæ vrbs eſt.* Seuerino, *Mario vocatur. Phrygiæ Maioris vrbs, eodem Ptolemæo, & Stephano. Phrygiæ Pacatianæ eſt, in Concilior. opere.* ACMONIENSES *habet Plinius.* ACMONIVM *Lucus eſt quoq́ue apud Stephanum, iuxta Thermodontem.*

ACNONIA, *vide* AGNONIA.

ACOEMETVM, *vide* IRENAEVM.

ACOLA ἄκολα, *Mediæ opidum, ad mare Caſpium: Ptolem.*

ACOLITANVM, *vide* ACHOLA.

ACONAE ἀκόναι, *opidulum Bithyniæ, iuxta Heracleam Ponti: Martiano, Stephano, & Plinio.* ACONE *Portus Ammiano eſt. Vicum Periandynorum* Πεειανδυνῶν *vocat Theophraſtus 9. Hiſtoriæ Plantar. Sed Mariandynorum lego. hos enim hoc tractu norunt Ptolemæus, Strabo, Plinius, alijq́ue. Periandyni autem omnibus ignoti.*

ACONCVM ἄκυνκον, *vrbem Italiæ habet Socrates lib. 4. cap. 26. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ, vbi ſcribit Valentinum Iuniorem Imp. à militib. creatum. Aquinatẽ vertit Langius, in ſuo Nicephoro Calliſto. Aquinum malim Ptolemæi.*

ACONE, *vide* CONE, *&* ACONAE.

ACONITES ἀκονίτης, *Sardiniæ populi. Straboni.*

ACONITVS ἀκόνιτος, *collis, circa Heracleam Ponticam, vt refert Natalis, ex Nicandri enarratore. Ab aconite herba ibidem creſcente, veriſimile eſt.*

ACONTIA, *vide* ACVTIA.

ACONTIMACARIA ἀκοντιμακαρία, *Arcadiæ opidum. Pauſanias. Diuiſim mauult legere Sylburgius,* ACONTIVM, *&* MACARIA.

ACONTISMA, *ſic dictus eſt vnus ex anguſtiſſimis aditibus*



*qui ducunt ex Macedonia Thraciam, Ammiano teſte. Antonino locus eſt in confinibus Thraciæ & Macedoniæ, inter Neapolim & Topinium. Vide Lazium de R. P. R. 12. cap. 1.*

ACONTIVM ἀκόντιον, *Arcadiæ vrbs, Stephano. Eſt quoq́ue Eubœæ opidum, apud eundẽ, ex Xenagora, & Androtione.*

ACONTIVS, *Mons in Bœotia. Straboni, Plinio, & Plutarcho in Sylla.*

ACONTOBVLVS ἀκοντοβόλος, *Aſiæ minoris locus, apud Apollonium lib. 2. ſub Hippolytæ Amazonum reginæ imperio. In Leucoſyria.*

ACORACA ἀκοράκα, *Syriæ vrbs, in Chalybonitide regione. Ptolemæus.*

ACORIS ἄκορις, *Aegypti vrbs, Ptolemæo.*

ACRA ἄκρη, *Stephano Iapygiæ vrbs eſt. aliquibus* HYDRVSA ὑδροῦσα, *dicta, vt ipſe ſubdit.* ACRA *alia, eidem eſt in Italia: in Eubœa: in Scythia: in Cypro: vltra Tigrim: ſupra Antiochiam, apud Daphnen lucum: item in Acarnania, (cuius quoq́ue apud Polybium eſt mentio) circa Brunduſium: in Sicilia, à Syracuſanis condita: hæc fortè* ACRAEAE *Ptolemæi. Eſt & Acra, apud Hannonem, Africæ vrbs, ad Oceanum Atlanticum. Item vicus Tauricæ Cherſoneſi ad os Boſpori, Plinio, & Straboni. Sarmatiæ quoq́ue Europeæ, apud Ptolemæum. Vide* AMPHIPOLIS, ACRAE, ACRIAE, *&* HATRA.

ACRA DAPHNE, *vide* APSASIVM.

ACRA IAPYGIA, *vide* IAPYGIVM.

ACRAMAVMORIVM *locum Cretæ, nominat Caſſius Dionyſius: vbi mel optimũ.* ACRAM AVMORIVM *fortè legendum diſtinctim. Græcum codicem videre non licuit.*

ACRA MELAENA, *id eſt, Nigrum promontorium, in Bithynia ad Pontum Euxinum eſt, circa Boſporum. Arr. in Periplo.*

ACRABA ἀκράβα, *Meſopotamiæ vrbs, apud Ptolem.*

ACRABATENA, *Iudææ toparchia eſt, Plinio.* ἀκραβατίνη *Ioſepho.* ARABATHENA *vertit D. Hieronymus 1. Mach. 5. vbi* ἀκραβαττηνη *legitur. Egeſippus 3. ſcribit Acrabathenorum terram eſſe, vbi Samaria regio finitur. Idem Iſidorus, qui* AGRABAT *legit per* G.

ACRABIS ἀκραβὶς, *70. interpretibus, D. Hieronymus Scorpionis aſcenſum vertit. Locus Palæſtinæ, Iud. 1.*

ACRACANVS ἀκράκανος, *fluuius ab Euphrate ortus; quem Nabuchodonoſor vnà cum Armacale fluuio obſtruxiſſe, ſcribit ex Abideno Euſebius, Præparationis 9.*

ACRADINA, *vide* SYRACVSAE.

ACRAE ἄκραι, *Peloponneſi mons: Pauſaniæ. Eſt Liuio & Thucydidi, Siciliæ vrbs: à Syracuſanis inhabitata.* AGRAE *per* G, *legitur apud Antoninum.* Ἄκραιαι, *ſunt Ptolemæo: &* ACRENSES *Plinio. Hodie* Palazzolo *vocari, apud Fazellum legitur. Eſt qui* Chiaramonte *facit. Vide* ACRA.

ACRAEAE, *vide* ACRA, *&* ACRAE.

ACRAEPHIA ἀκραιφία, *Bœotiæ mediterranea vrbs; Straboni, Liuio, Herodoto, Pauſaniæ, & Stephano: qui eam à Pauſania* ACRAEPHNIVM, ἀκραίφνιον, *dici ait. Strabo ex quorundam ſententia, dicit* ARENEM *ab Homero dictam. apud Ptolemæum* ACRIPHIA *per Iota in ſecunda legitur.*

ACRAGALLIDAE ἀκραγαλλίδαι, *gentes iniquiſſimi, qui olim iuxta Athenas habitabant: vt habet Aeſchines in oratione contra Cteſiphontem.*

ACRAGAS, *ciuitas Siciliæ, Thraciæ, Eubœæ, Ætoliæ, & Cypri: apud Stephanum. Eſt Siciliæ fluuius; Polybio, & Thucydidi.* Drago *hic à Fazello dicitur. Vide* AGRIGENTVM, *&* EGESTA.

ACRAN ἄκραν, *Palæſtinæ locus. Ioſue 19.*

ACRATH ἀκραθ, *Ptolemæo Mauritaniæ opidum.* Bellis de Gomera *à Caſtaldo nominatur: alij* Veles *ſcribunt. Ab Africanis* Deyrat Bedis *vocari, ſcribit Marmolius. Alio in loco idem eandem interpretatur* Ageima, *quam & ab alijs* Mezemme *nominari ait.*

ACRATHOS, *vide* ATHOS, *&* ACROATHON.





ACRE, *vide* ACRA.

ACRIAE ἀκρίαι, *Laconum vrbs libera eſt, apud Pauſaniam. Ad ſinum Laconicum deſcribit eam Strabo.* ἄκρεια *Ptolemæi eſt.* ACRA ἄκρα *eſt Polyæno 3.*

ACRIBA, *Peloponneſi vrbs: Laonico, 9.*

ACRIDEM ἀκρίδη, *Africæ opidum habet Diodorus, 20.*

ACRIDOPHAGI ἀκριδοφάγοι, *apud Agatarchidem ſunt populi, locuſtarum comeſtores.*

ACRILLAE, *Liuio 24.* ἀκρίλλα *Stephano, Siciliæ vrbs, circa Syracuſas.*

ACRINIPRION, *vide* ASCIBVRGIVM.

ACRIPHIA, *vide* ACRAEPHIA.

ACRITAS *Extremum,* ἀκρίτας ἄκρα, *Bithyniæ promontorium Ptolemæo, iuxta Boſporum Thracium. Gyllius dicit hodie vſque nomen retinere. Stukius hoc idem putat* PROMONTORIVM NIGRVM, ἄκρα μέλαινα, *ab Apollonio, Orpheo, & Theocrito appellari. Meſſeniæ promontorium Acritas quoq́ue Ptolemæo & Straboni eſt. quod Niger & Sophianus* Capo de Gallo *vocari hodie dicunt. Inſulæ etiam eſt nomen, apud Cedrenum, & Curopalatem. circa Propontidem ſit, nec ne, ignoro.*

ACROATHON, *opidum eſt in ſummo cacumine Athos montis, Mela auctore. Ptolemæus* ATHOS ACRON, ἄθως ἄκρον, *appellat. Straboni in ſelectis* ACRESTHOE *(vt quidam refert) ego autem ibidem, aut vt alius, lego* ἄκρα θῆς ἄκρον: *Stephano* ACROTHYNOE ἀκρόθωοι: *Thucydidi* ἀκροθώοις: *Herodoto* ἀκρόθων, *ſcribitur. Plinius etiã cum Mela* ACROATHON *habet, &* ACROTHON *in nõnullis exemplaribus. Vide* APOLLONIA.

ACROCERAVNII ἀκροκεραύνιοι, *Ptolemæo: qui &* CERAVNII *Straboni vocantur. Epeiri montes ſunt, ad mare Ionium, è regione Italiæ,* Monte de Chimara *hodie dicuntur, vt Leander, aut* Chimarioti, *vt Alphonſus Adrianus tradit, in Diſciplina militari.*

ACROCORINTHVS ἀκροκόρινθος, *arx & mons, qui Corintho imminet: Straboni 8. vbi eius deſcriptio. Plutarchus in Arato dicit eum è media Græcia enaſci.* CORYPHE *fortè apud Polyænum 4. de Demetrio.*

ACROLISSVS ἀκρόλισσος, *circa Liſſum vrbs, in Illyria. Strabo, & Polybius.*

ACROLOCHIAS ἀκρολοχιὰς, *Aegypti promontorium, circa Pharum, verſus Orientem, Straboni. Fortè idem cum Lochias.*

ACROMA, *vide* ARIETIS FRONS.

ACRONERITON, *vide* ASCIBVRGIVM.

ACRONIVS *lacus Melæ,* BRIGANTINVS *Plinio,* BRIGANTIA *Ammiano,* PODAMICVS *iunioribus nonnullis. lacus Heluetiorum maximus, quem* Bodenſee *Germani appellant. Hunc lacum Becanus docet (contra Vadianum)* ACRONVM *triſyllabicôs, & non* ACRONIVM *apud Melam vocari.* ACRONIVM *quoque locum ſic dictum circa Phrygiam, habet Hiſtoria Miſcella 21.*

ACROPOLIS ἀκρόπολις, *Libyæ vrbs: item Aetoliæ, apud Stephanum. Iberiæ, Aſiaticæ etiam vrbs: Dioni 37. Vide* ANTVERPIA.

ACRORIA ἀκρώρεια, *Elidis tractus videtur ex Xenophonte, 7. Græcorum hiſtoriæ. vbi Thrauſtum eius opidum nominat.* ACRORII ἀκρώρειοι, *Triphyliæ opidum, Thucydidi & Stephano.*

ACROTADVS, *inſula in ſinu Perſico, apud Plinium.*

ACROTHOVS, *&* ACROTHYNOE, *vide* ACROATHON.

ACROTHYNI ἀκρόθωοι, *Arabum vrbs eſt, iuxta Croitem, Stephano.*

ACROVENTVM MAMBOLEIVM, *in Italia locus Iornandi, vbi Mincius amnis commeantium frequentatione tranſitur. Hic ſcribit Leonem Pontificem max. Attila obuiam veniſſe.* Gouerno *nunc vocari, vult Gaud. Merula. Lectio alia, & melior fortè, in ora libri Fornerij, quæ hæc,* in agro Venetum Ambuleio.

ACRVRIVS, *vide* GALATA.

ACTA, *vide* ACTE.



ACTAEVS ἀκταῖος, *mons circa Thermodontem fluuium eſt, Lycophroni.*

ACTANIA, *Germanici maris inſula, apud Plinium.* Hepalich-landt *fortè.*

ACTE ἀκτη, *regionis nomen in Peloponneſo eſt; teſte Theophraſto 8. Plantar. item Plutarcho in Demetrio, & Arato. Locus circa Athon montem, eſt apud Thucydidem, 4. circa finem. Eſt quoque Acarnaniæ, Magneſiæ, Ioniæ, & Boſpori vrbs: vt refert Stephanus. Vide* ACTICA, ATTICA, *&* ILIVM.

ACTIANVS *Fundus, iuxta Piſaurum. ab Actio tragœdiarum ſcriptore. Chronicon Euſebij. melius* ACCIANVS. *Eſt qui* Farnazzano *interpretatur.*

ACTINE, *vide* APSASIVM.

ACTIPVS ἀκτίπους, *Iudææ vrbs, in Tribu Aſer, vt Ioſephus tradit: qui eam quoq́ue* ARCE ἄρκη, *vocat. Eadem* ARCA *Plinio.*

ACTIRI ἀκτίροι, *gens Hunnica, in Aſia. Suidas. Vide* HVNI.

ACTIVM ἄκτιον, *Colonia Auguſti in Epeiro; Ptolemæo, Straboni, & Plinio, alijsq́ue. Dioni 50. Apollinis templum eſt, vbi poſtea D. Auguſtus ciuitatem exſtruxit, vt idem 51. ſcribit; atque eandem* NICOPOLIM *nominaſſe tradit. Nicopolim apud Actium deſcribit Euſebius 6. Eccl. Hiſtor. cap. 12.* Cabo Figo *Pinetus nominat,* Figalo *ego ſcribendum puto. Vide* ATTIVM.

ACTORICVM, *vide* NERITVS.

ACTRIDA, *Plinio Arabiæ Felicis opidum eſt.*

ACVENSII, *vide* NACVENSII.

ACVFIDA, *Mauritaniæ Sitiphenſis vrbs Epiſcopalis. Vict. Vticenſis.*

ACVLA ἄκουλα, *Tuſcorum vrbs, Ptolemæo.* Aqua pendente *putatur. Vide* AQVILA.

ACVINCVM, *vide* AQVINCVM.

ACVMETENSE *Monaſterium, vide* IRENAEVM.

ACVMINCVM LEGIO ἀκούμινκον, *Ptolemæo, Pannoniæ Inferioris vrbs, ad Iſtri ripam.* ACVNINCVM *per* N. *legit Ammianus, lib. 19.* ACIMINCVM *habet Antoninus, & lib. Notitiarum.* Camerz *interpretatur Simlerus. Niger ſcribit* Petro Varadin *dici. ſed Arumictum, malè habet. Lazius tradit* Zalonkemen *ab Hungaris nominari.*

ACVR ἄκουρ, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæo.*

ACVRGIA, *vide* VCVLTINIACVM.

ACVS, *vide* PARIADES.

ACVSI, *locus Cappadociæ, Calliſto. vbi Baſiliſcum Imp. cum vxore & liberis interfectum tradit.* ἄκουσο *eſt Euagrio.* CVCVSVM *Cedreno. Vide* CVCVSSVS, *&* LYMINIS.

ACVSIORVM COLONIA ἀκουσιῶν, *Galliæ Narbonenſis vrbs, Ptolemæo.* Grenoble *nunc, vt Ioannes Poldus ſcribit.* GRANNOPOLIM *vocat Sidonius lib. 3. ad Placidum.* GRATIANOPOLIS *vocatur à D. Auguſt. de Ciuitate Dei.* CVLARO *aliquando appellatam vult Belleforeſtius, ex antiqua inſcriptione, quæ in huius vrbis porta legitur.* ACVSIOS *hos putat H. Stephanus in Xenophonte* EGVSIOS *appellari. de quibus adi eius Schediaſmata. Vide* CVRALONENSIVM.

ACVTAE *inſulæ, quas poëta* THOAS θοὰς *vocat, vicinæ Echinadibus. Strabo lib. 8. & Heliodorus 5. Vide* DVLICHIVM, *&* OXIA.

ACVTIA ἀκουτεια, *Stephano Hiſpaniæ vrbs eſt, ex Strabone, qui tamen hodie* ACONTIA ἀκοντία, *legit. Vaccæorum ad Durium fluuium eſt.* AQVITANOS *hos populos nominat idem Stephanus.*

ACYLEIA, *vide* AQVILEIA.

ACYLINA ἀκυλίνα, *Illyrica vrbs, Stephano. ex Theopompo.*

ACYLIS, *fluuius Eridanum influens; in quem Argonautæ adiuuantibus incolis, nauem Argum traduxere, eumq́ue in Eridanum detuliſſe, ſcribit Calliſtus lib. 7. cap. 50. Vide* ISTER.

ACYPHAS ἀκύφας, *vna quatuor vrbium Doricæ regionis.*

nis. *Stephanus. Vide* PINDVS.

ACYREGENSIS, *in Africa Maximianus Epiſcopus. In canonibus concilij Carthaginienſis* ACEROGENSIS *legit Morelij exemplar.*

ACYRVS, *loci nomen, apud Gratium poëtam: cuius canes laudat. In Græcia alicubi erit, ni fallor.*

ACYS, *vide* ACIS.

ACYTVS ἄκυτος, *inſula circa Cydoniam Cretæ. Stephano. Vide* MELOS.

ACZIBA, *D. Hieronymo,* ACHASIB 70. *interpretibus, locus Palæſtinæ. Ioſue 19.*

AD ALBVLAS. *locus in Mauritania Cæſarienſi. Antonin.*

AD ANGELOS, *vide* ANGELORVM *locus.*

AD ANSAM, *Angliæ vrbs eſt apud Antoninum.* Ithanceſter *Camdeno.*

AD AQVAS, *Antonino: quas idem ad* LARODAS *cognominat. Siciliæ vrbs, quam Simlerus* Xacca *vocari dicit. Vide* AQVAE, *&* THERMAE.

AD AQVAS SALSAS, *Monaſterium ſic dictum, & exſtructum ab Heracleo Imp. atque à ſe* HERACLIANVM *nominatum, ſcribit Otho Friſingenſis 5. cap. 9.*

AD AQVILAM, *vide* AQVILA.

AD AQVILAS, *Atticæ locus, apud Pauſaniam. Locus eſt vigeſimo à Rauenna miliari, vbi Baſilica S. Chriſtophori, vt legit in vita Zachariæ 1. Pontificis M. S.*
*Sic video etiam appellari pagum vetuſtum prope Treuiros: quem vulgò* Igle *nominant. Moles ibi antiqua Romani operis exſtat.*

AD CABALLOS, *vide* TIBERIACVM.

AD CALCVLOS, *vide* PSEPHIS.

AD CANDIDAM CASAM, *locus prouinciæ Berniciorum. Beda. Inſula videtur.*

AD CAPRAE PALVDES, *vide* CAPRILIA.

AD CASAS CAESARIANAS, *Antonino, quas idem* AD FINES *appellat. Locus eſt in Italia, quem Simlerus* S. Caſſano *vocari ait. In Tuſcia.*

AD CENTESIMVM, *locus Italiæ,* CVII. M. P. *ab vrbe diſtans, verſus Adriam; Antonino.*

AD CENTVRIONES, *vide* CENTVRIONES.

AD CEPASIAS, *vide* CEPASIAE.

AD COLVMELLAS, *eſt locus ſexto à Rauenna lapide: quo Rubeus ſcribit Maioranum Auguſtum in Imperatorem creatum.*

AD CRISPAS, *vide* CRISPAE.

AD DECIMVM SEPTIMVM, *vide* AD SEPTIMVM.

AD DIANAM, *vide* DIANA.

AD DVOS PONTES, *Antonino locus Hiſpaniæ eſt, inter Bracaram & Aſturicam.*

AD DRACONES, *in Mauritania Cæſarienſi locus: apud Antonin. In Armenia Minori quoque; apud eundem, Vide* DRACONTIVS.

AD FICOS, *vide* FICVS, *&* SISTINENSE.

AD FINES, *Antonino Caſtellum eſt Rhætiæ, in ripa Turiæ vel Thauri fluminis, quod hodie* Pfin *dicitur, vt Beatus Rhenanus docet.* Ander Thur, *nominat Simlerus.* AD FINES, *ſiue* CASAE CAESARIANAE *Antonino, locus inter Florentiam & Arrhetium. Eſt etiam Galliæ Belgicæ locus, apud eundem Antoninum; inter Fanum Martis & Condatem: qui mihi* Tuin *videtur, ad Sambram fluuium ex nomine & diſtantia haud diſſimili. Idem habet* AD FINES *in Liburnia, inter Quadranta & Scyſciam, in quo loco hodie* Samaguar *caſtrum: teſte Lazio. In limitibus Sauiæ Valeriæ, & Liburniæ. Vide* FINES.

AD FRATRES, *locus in Mauritania Cæſarienſi. Anton.*

AD GALLINAS, *Villa Cæſarum, ſic dicta: fluuio Tiberi impoſita, iuxta nonum lapidem ab vrbe, via Flaminia. Antea* VEIENTANVM *vocabatur. Plinius 15. cap. 30. & Suetonius in Galba.*

AD GALLVM GALLINACEVM, *vide* VIA.

AD GRADVS, *vide* GALLICVS SINVS.

AD HERCVLEM, *apud Antoninum, videtur mihi* Ligorno *Etruriæ portus, ad mare Mediterraneum.* LICVRNVM *legitur hoc tractu, in Antonini fragmento, quod circumfertur. Volaterranus tamen putat hunc portum apud eundem Antoninum* SALEBRO *vocatum; & à Cicerone* LABRO. *Idem eundem ſcribit à Ptolemæo* LIBVRNVM *dici. qui tamen in Græco eius codice non habetur: etſi in Latinis quibuſdã inter Populonium prom. & Portum Traianum inueniatur. Ad Herculem & Saleprone, Antonino hoc tractu diuerſa ſunt loca.* AD HERCVLEM CASTRA, *ſic nominat Antoninus Pannoniæ locum. item circa Gades.* AD HERCVLEM, *&* CASTRA HERCVLIS, *ſunt in libro Notitiar. duo diuerſa loca Pannoniæ. Vide* HERCVLIA, *&* HERCVLIS *Portus.*



AD INNOCENTES, *locus apud Mediolanum, vbi Dioclis & Diodori quorundam memoriam coluiſſe Chriſtianos, teſtis eſt Ammianus, 27.*

AD LAPIDEM, *locus Britanniæ inſulæ, in Vitarum regione Beda.* Stoneham *nunc vocari, ſcribit Camdenus.*

AD LAPIDES ATROS, *vide* LAPIDES.

AD LARODAS, *vide* AD AQVAS.

AD LIPPOS, *Hiſpaniæ Bæticæ locus, inter Salmanticam & Emeritam. Antoninus.*

AD MALVM, *Liburniæ vrbs: Antonino.*

AD MARCIVM, *locus dicitur non procul à Lanuvio. Liuius 6. Vide* MARCIVM.

AD MARCVM, *vide* MARGVM.

AD MARIOS, *vide* MERCVRIVS.

AD MARTIS, *Antonino Italiæ locus eſt, inter Narniam & Meuaniam. Item inter Seguſium & Brigantionem. in Alpibus. Fortè* MARTIS *vertex, Ammiani.*

AD MATREM MAGNAM, *Italiæ locus, in Campania aut Samnio videtur, apud Antoninum.*

AD MAVROS, *in lib. Notit. opidum,* Maurkirchen *eſt Lazio in Noricis. Vide* AD MVROS.

AD MORVM, *locus Hiſpaniæ, inter Acci & Carthaginem Spartariam. Antoninus.*

AD MVROS, *Antonino Auſtriæ opidum, quod Lazio* Dumerein *eſt: Cui idem* MVROCINCTA *Ammiani eſt. An ad* MAVROS *quoque, in lib. Notitiarum?*

AD MVRVM, *locus & villa regia circa murum quem Impp. Romani in Britannia inſula exſtruxere. Beda.* Waltowne *putat hodie vocari Camdenus.*

AD NOVAS, *vide* NOVAE.

AD OCVLVM MARIVM, *Africæ locus: in Tabula Peutingeriana, à M. Velſero edita.*

AD OLIVAM, *eſt locus Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Antoninum.* OLIVENSIS *meminit Collatio Carthag.*

AD PALATIVM, *Antonino vicus eſt inter Tridentum & Veronam.* Palazzo *hodie dictus Simlero.*

AD PALVDES, *Straboni locus Arabiæ, in Ægypto.* ARABICAS *Paludes vocat hos Solinus.*

AD PERTICAS, *locus ſic dictus circa Ticinum, in quo monaſterium* S. Mariæ ad perticas *dictum. Diaconus 5. & 6. Longobardic.*

AD PINVM, *in Samnio locus: Antonino.*

AD PIRVM, *apud Antoninum, locus in Piceno eſt.*

AD PISTORES, *vide* PISTORIA.

AD PONTEM, *Hiſpaniæ locus, Antonino: circa Gades. Vide* PONS, *&* PONS AELII.

AD PVBLICANOS, *Galliæ Narbonenſis locus, circa Tarantaſiam. Antoninus.*

AD PVLVINOS, *locus maritimus in Sardinia. D. Paulinus ad Macarium.*

AD PVTEA, *in Hiſpania locus, Antonino. inter Liminium & Cæſarauguſtam.*

AD PYRVM, *vide* PYRI *Mons.*

AD REGIAS, *Mauritaniæ Cæſarienſis locus, apud Anton.*

AD ROTAM, *Antonini, ſcribit Simlerus eam eſſe Numidiæ vrbem quam D. Auguſtinus lib. 3. contra Creſcentium* ROTARIAM *vocat.*

AD RVBRAS, *Hiſpaniæ Bæticæ locus: Antonino. circa Anæ fluminis oſtium. Vide* ADRVBAS.





AD SALICES, *circa Danubij oſtia locus, in Mœſia Inferiore, vt refert Antoninus. Huius meminit & Ammianus 31.*

AD SALINAS, *vide* PVBLICII *vicus.*

AD SEPTEM ARAS, *vide* SEPTEM ARAE.

AD SEPTEM FRATRES, *vide* SEPTEM FRATRES.

AD SEPTIMVM *habet Antoninus, in Aldino codice. Simlerus legit* AD DECIMVM SEPTIMVM: *in Hiſpania, inter Aſturicam & Tarraconem,* XVII. M. P. *ab hac diſtantem.*

AD SEX INSVLAS, *&* AD TRES INSVLAS, *ſunt loca Mauritaniæ Tingitanæ, teſte Antonino.*

AD SORORES, *Antonino Hiſpaniæ vrbs, circa Emeritam. Dn. Iacobus Delgadus putat reſpondere loco qui hodie* Val de Fuentes *dicitur.*

AD STATVAS COLOSSAS, *meminit Liber Notitiarum. Vrbs eſt Hungariæ ad Danubium ſita, (vt Lazius habet in ſua Corographica tabula) hodie* Colocza *dicta. Locus quoq; inter Arrhetium & Cluſium, (Tuſciæ vrbes) Antonino. Eidem in Hiſpania, circa Sucronem.*

AD TITVLOS, *Liburniæ vrbs, Antonino.*

AD TRES INSVLAS, *vide* AD SEX INSVLAS.

AD TRICESIMVM, *vide* TRICESIMVM.

AD TVRREM, *Sardiniæ vrbs Antonino.* TVRRES *vocat Vict. Vticenſis. Vide* PLVBIVM.

AD TVRRES, *Antonino Italiæ vrbs. In Calabria ſita eſt, &* Blazio *dici, ſcribit Barrius. Eidem Antonino in Liburnia quoque vrbs. Vide* TVRRIS.

ADACHA ἄδαχα, *Palmyrenæ vrbs, Ptolemæo.*

ADADA ἀδάδα, *eſt apud Ptolemæum Palmyrenæ opidum.* ADATHA *puto dici in libro Notit. etſi Phœniciæ ibidem adſcribatur. Sed* ADADA *habet idem liber in Euphratenſi regione. Eſt & locus in Palæſtina ſic dictus. Ioſue 15.*

ADADATES ἀδαδάτης, *Piſidiæ vrbs, apud Strabonem, ex Artemidoro.*

ADADENSIS *Epiſcopus Piſidiæ, fuit in Concilio Conſtantinopolitano 1.*

ADAE ἄδαι, *locus circa Aeolidem Aſiæ. Strabo 13.*

ADAGARII, *vide* SATAGARII.

ADALVNGA, *vide* HAVBERTINGA.

ADAM, *vide* SARTHAN.

ADAMA ἄδαμα, *Geneſis 10. 14 Palæſtinæ locus; & Sodomorum vrbs, Deut. 29. Vide* ADANA.

ADAMANTIS ἀδάμαντις, *Indiæ intra Gangem fluuius. Ptolemæus.*

ADAMI, *quæ eſt* NECEB; *ſic D. Hieronymus; Ioſue 19.* ADEMNI ANNECEB *legunt 70. Interpretes. Palæſtinæ locus eſt. Vide* EDEMA.

ADANA ἄδανα, *Ciliciæ vrbs, vicina Tarſo, apud Dionem, Cedrenum, & Ptolemæum:* Adena *eſt apud Curopalatem: & ſic hodie appellari ſcribit Ioſ. Barbarus.* AEDANA, *&* ADONA, *fortè corruptè apud Leonem Imp. capite de diuerſarum gentium aciebus. &* ADAMA *fortè apud Guil. Tyrium.* ADANA *regio quoq; circa ſinum Arabicum videtur, apud Calliſtum, lib. 9. cap. 18. Eſt & vrbs* ADANA *ad Euphratem, Stephano. Item Arabiæ Felicis Mediterranea, eidem.*

ADANI ἀδάνυ, *inſulæ duæ, apud Ptolem. in ſinu Arabico.*

ADAPA, *Galatiæ fortè opidum, apud Cedrenum. Zonaram* ADATAM *legere, auctor mihi eſt Xylander. Scio ſic Gabium apud Curopalatem habere.*

ADAPERA, *vide* APERA.

ADAR, *villa & terminus terræ Chanaan. Num. 34.*

ADARA ἄδαρα, *vicus magnus, apud Stephanum, in dictione ἀδαρούπολις. Eidem eſt quoq; Tertiæ Palæſtinæ locus, inter Areopolim & Characmobam.* ADRA *hæc fortè Ptolemæi.*

ADARAS, *Hiſpaniæ vrbs, inter Hiſpalim & Cordubam. Antoninus. Codex* M. S. AD ARAS *diuiſim legit.*

ADARBIGANI, *vide* ARDABIGARA.

ADARCHIDAE ἀδαρχίδαι, *Lybica gens eſt Stephano. ex Herodoto, vt ipſe inſit. corruptè, vereor, pro* Adyrmachidæ.



ADARI ἄδαρι, *Arabiæ Felicis opidum, Ptolemæo.*

ADARIMA ἀδάριμα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.*

ADARVPOLIS, *Perſiæ vrbs, Stephano.*

ADASA ἀδασᾶ, *Palæſtinæ locus. Ioſ. 15. & 1. Mach. 7. vbi D. Hieronymus* ADAZER *legit:* ADASO *Ioſepho.*

ADASATHRA ἀδασάθρα, *Ptolemæo,* ADISATHRA *interpreti, Indiæ intra Gangem opidum.*

ADASPIOS, *Populos Aſiæ, habet Oroſius 3. cap. 18. ab Alexandro Magno ſubiugatos.* ADHARPIOS *legit membraneus meus* M. S. *Vtraque vox mihi incognita.* ASPIOS *hoc tractu nouit Arrhianus. ſic quoq; hîc, ablata priori ſyllaba, legerim. Vide* HYDASPIOS.

ADATA, *vide* ADAPA, *&* ADADA.

ADATTHA ἀδάτθα, *Armeniæ Maioris vrbs, in Rhauena præfectura. Ptolemæus.*

ADAVGMAGDVM, *Africæ vrbs eſt apud Antoninum.*

ADAZER, *vide* ADASA.

ADBARIS, *vide* BARIVM.

ADDAEA ἀδδαία, *Meſopotamiæ vrbs, Ptolemæo.*

ADDAR, *Palæſtinæ locus. Ioſue 16.*

ADDARAM, *in Palæſtina locus. Ioſue 15.*

ADDENSE *Municipium, in Mauritania Sitiphenſi. Ammianus.*

ADDIANVM, *Africæ Propriæ vrbs, circa Hipponem Regium, Antonino. Vide* DIANA.

ADDIDA ἄδδιδα, *vrbem Iudææ, habet Ioſephus Antiq. 13. ſuper montem ſitam, vnde Iudææ campi pateſcunt. Ἀδιδὸς eſt 1. Machab. 13.* ADVS *legit D. Hieronymus. Vide* ADIDA.

ADDOMIN, *in tribu Iudæ. hodie* MALEDOMIN *vocatur. Sic D. Hieronymus in locis Hebraicis.*

ADDYMA ἀδδύμη, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo.* Ted Delez *Marmolio.*

ADEBA ἄδεβα, *Ilercaonum vrbs in Hiſpania, apud Ptolemæum.*

ADEDI ἀδήδυ, *vicus felicis Arabiæ Ptolemæo.* Aden *eſt, niſi Marius Niger fallat.*

ADEI ἄδεοι, *Arabes ſunt in Aegypto, apud Ptolomæum.*

ADELLVM, *Hiſpaniæ opidum, Antonino. Conteſtanorum videtur.*

ADELPHONNESVS, *vide* PROCONNESVS.

ADEMNI, *vide* ADAMA.

ADENYSTRAE, *caſtellum permunitum, in Aſia alicubi. Theodoſius ex Dione.*

ADERCON ἀδέρκων, *Iberiæ vrbs, apud Suidam & Stephanum. Ἀδερκωνιτῶν meminit Traiani nummus, in Goltzij Theſauro.*

ADES, *id eſt, Orcus: locus in Bithynia videtur, circa Niceam. ex Zonara & Cedreno.* PLVTONEM *vertit Gabius, apud Curopalatem.*

ADESA, *Lyciæ fluuius, Chomam vrbem præterfluens. Plinius.*

ADESAGA ἀδισαγα, *Indiæ extra Gangem vrbs, apud Ptolemæum.*

ADESSVS, *vide* BADESSVS.

ADHARNAHA, *opidum Etruriæ, apud Liuium, 10.*

ADIABARAE, *Aethiopiæ populi, contra Meroën Nili inſulam, quos aliqui* MEGABAROS *vocant. Plinius.* MEGABRADI μεγάβαρδοι *dicuntur à Ptolemæo, &* μεγάβαροι *à Strabone.*

ADIABAS, *vide* ADIABENA.

ADIABDA ἀδιάβδα, *Ptolemæo Albaniæ opidum.*

ADIABENA ἀδιαβηνὴ, *Aſſyriæ regio. Suidas & Stephanus ſcribunt hanc quoque* MESENE μεσήνη *vocari. Nomen habere tradit Ammianus à Diabas & Adiabas fluminibus, qui eam irrigant.* Botan, *Caſtaldus appellat. Strabo tradit Adiabenos etiam* SACCOPODES σακκόποδες, *dici.* ADIABENAM *etiam Indicam regionẽ eſſe, dicit Calliſtus 9. cap. 38. fides ſit penes auctorem: qui fortè omnia procul diſtantia (errore frequenti & populari)*

pulari) Indica exiſtimat. Vide ASSYRIA, SYRIA, & MESOPOTAMIA.

ADICARA ἀδικάρα, Arabiæ Deſertæ vrbs, Ptolemæo. Per I. in prima interpretibus.

ADIDA, Iudææ vrbs, Ioſepho 13. Antiq. cap. 23. & belli Iudaici 5. cap. 7. ABIDA Ptolemæi, in Cœleſyria mihi videtur. Eadem fortè cum Addida.

ADIDOS, vide ADDIDA.

ADIENVS ἀδιήνος, Colchidis fluuius, apud Arrhianum in Periplo.

ADIGERMARVM, vrbs & patria Eleuſij, qui vitam S. Theodori Archimandritæ deſcripſit. Circa Aſiam Minorem fortè.

ADILISIVS, vide ADYLISVS.

ADIPSON, vide GERRVM.

ADIRIS, vide ATLAS.

ADIS ἄδις, Polybio, 1. Carthaginienſium vrbs, in Africa eſt.

ADISAGA, vide ADESAGA.

ADISAMVM ἀδισάμον, Taprobanæ vrbs, Ptolemæo.

ADISATHRA, vide ADASATHRA.

ADISATHRVS ἀδίσαθρος, Indiæ intra Gangem mons. & ADISATHRI ibidem populi, Ptolemeo. qui XATHRI fortè Arrhiano.

ADISDARA ἀδίσδαρα, Indiæ intra Gangem opidum. Ptolemæus.

ADITHAIM Palæſtinæ locus. Ioſ. 15. AGETHTHAIM αγεθθαίμ, 70. interpret.

ADITTHA, in lib. Notit. pro Arabiæ opido legitur.

ADIVVENSE, vide IVVENSE.

ADMATHA, Palæſtinæ vrbs, libro Notitiarum.

ADMEDERA, vide AMMAEDARA,

ADMOT, vide IAMAN.

ADNAMANTIA, vide ANAMASCIA.

ADOBRICVS, vide ADROBICVS.

ADOGIT, in extrema parte Scandiæ (vel, vt ipſe ſcribit, Scanziæ) gens, apud Iornandem.

ADOMMIN Manſio, Ioſue 15. & 18.

ADONA, vide ADANA.

ADONIS ἄδωνις, Phœniciæ fluuius eſt Ptolemæo, & Luciano in Syria dea: qui ſcribit eum oriri ex Libano, & circa Byblim in mare effundi: quotanniſque cruore infici: ipſumq; mare magna parte purpureum efficere. Canis hodie Mario Nigro, & Tyrio. Iuſtus Giſtelius in ſua peregrinatione Hieroſolymitana noſtrate lingua edita, dicit ab accolis Naracellebe nominari, & canem ſignificare, à cane marmoreo in eius ripa olim poſito. Pauſanias 4. Rubræ aquæ fluuium circa Ioppen deſcribit. FONTEM HORTORVM de Libano in Sacris eſſe, credit Poſtellus.

ADOPISSVS ἀδόπισσος, Lycaoniæ in Cappadocia vrbs: Ptolemæo.

ADOR ἄδωρ, Syriæ opidum. Ioſephus Antiq. 13.

ADORAIM, vide ADVRAM.

ADOREVS, vide DIDYMVS.

ADORSI, apud Tacitum Annal. 12. gentis nomen, circa Boſporum. AORSI legit Lipſius.

ADOSYGNE, vide ALLOSYGNE.

ADQVESIRENSIS epiſcopus, in Africa. Coll. Carthagin.

ADRA ἄδρα, Illyrici vrbs, Ptolemæo. Zerunaz caſtellum eſt hodie, vt tradit Marius Niger. Phœniciæ vrbs eſt quoque. item Arabiæ Petrææ, eodem Ptolemæo auctore. Vide ADARA, & EDRAI.

ADRABAE CAMPI ἀδραβαι κάμποι, Ptolemæo. In Auſtria ſunt, vt Lazius docet: & Marckfeldt dicuntur. Vide FELDEN.

ADRACH, Palæſtinæ regio. Zach. 9. SEDRAC eſt 70. interpretibus.

ADRAGIA, pars Perſiæ eſt. in hiſtoria Miſcella, 18.

ADRAI, vide EDRAI.

ADRAISTAE ἀδραῖσται, Indiæ populi ſunt, circa Indi fluminis partem ſuperiorem degentes: vt tradit Arrh. 5. Alexandri. ANDRESTI Ἀνδρησοι, ſunt Diodoro 17. Malè apud Oroſium lib. 3. cap. 19. ARAESTAE, & ADRESTAE legitur: aut, vt membraneus codex, RESTAE.



ADRAMA ἀδράμα, Syriæ Cauæ vrbs, Ptolemæo.

ADRAMITAE ἀδραμῖται, Arabiæ Felicis populi, apud Ptolemæum. Theophraſtus habet ἀδραμύτταν, locum in eadem Arabia, vbi Thus, Myrrha, & Cinamomum gignuntur. Vide ATRAMITAE.

ADRAMYTTA, ADRAMITAE.

ADRAMYTTEOS, olim PEDASVS, Plinio auctore. Troadis aut Myſiæ opidum: ſupra Idam montem Stephano. quod nunc Landrimiti dicitur, Nigro teſte, Edromit Leonclauio eſt. ATRAMYTTIVM ἀτραμύττιον, Ptolemæi eſt. ADRAMYTTENVM Sinum hinc nominat Plinius. Vide THEBAE.

ADRAMYTTIS ἀδραμύττις, Lyciæ inſula: Stephano.

ADRAMYTTIVM, vide THEBAE.

ADRAMYTTVS, vide ADRVMETVM.

ADRANA, Tacito Germaniæ fluuius eſt. Rhoer fortè, vt ſcribit Ritheimerus. Aedera hodie dici, exiſtimat Althamerus. ſed is vbi locorum ſit, non addit. Eder ex eo facit Iunius in ſuo Nomenclatore, additque Cattorum fluuium eſſe, & in amnem Adan exire. In ſua Batauia autem ſcribit eum in Fuldam euolui; & hoc ex tabulis verum eſſe conſtat.

ADRANE ἀδράνη, quæ & in ſecunda per ν ſcribitur, apud Polybium 13. Stephano auctore: cui Thracica vrbs eſt haud longè à Berenice. Leonclauius ADRANEN in Bithynia ponit, haud procul à Pruſa: dicitque à Turcis Edrenos vocari. ADRANI fauces commemorat Zoſimus 2. ſed circa Pannoniam.

ADRANTIS Manſio, in Pannonia, Circa Celiam. Antoninus. An corruptè ab Adranis Zoſimi? Laſius putat hunc locum in Dragemel incidere. caſtellum hoc in ripa Saui.

ADRANVM ἄδρανον, Plutarcho, Aeliano, & Stephano, Siciliæ mediterranea vrbs eſt. HADRANVM habet Silius. Nunc Aderno dicitur, Fazello & Aretio auctoribus. Stephano quoque flumen eiuſdem nominis eſt, ibid.

ADRAON, epiſcopatus ſub ſede Arabiæ Boſtrenſi. Guilielmus Tyrius, & Synodus V. Conſtantinopolitana.

ADRAPSA ἄδραψα, Bactrianæ vrbs, apud Strabonem. Hyrcaniæ eſt, Ptolemæo.

ADRASII ἀδράσιοι, Aeliano lib. Animal. 15. cap. 25. Interpretes GEDROSII legunt.

ADRASSON, epiſcopatus ſub ſede Seleucienſi Ciliciæ; Alius ſub ſede Becerra Arabiæ. Guil. Tyrius.

ADRASTIA ἀδράστεια, Fons Sycioniæ, apud Pauſaniam. ADRASTIAE Montem, habet Plutarchus in Lucullo, circa Bithyniam. ADRASTII Campi ſunt Trogo 11. Circa Parium puto, prope Cyzicum, haud procul ab Ida.

ADRASVS, vide ANDRASSVM.

ADRATENI vrbis in Helleſponto meminit Chalcedonenſe Concilium.

ADRATVM, Arabiæ vrbs: quæ reſpicit ad Boſtrenſem Metropolim. nunc dicitur ciuitas Bernhardi de Stampis. Guil. Tyrius lib. 16. cap. 10.

ADREGIN, Angliæ regia villa, in Berniciorum prouincia, ad Glenim fluuium. poſtea dicta fuit Melmin. Beda.

ADREMMON, Zachariæ cap. 12. opidum eſt vicinum vrbi Ieſreel. Hieronymus ſcribit ſuo tempore MAXIMIANOPOLIM vocatam eſſe. Huius meminit etiam Nicenum Concilium.

ADRENE, vide ADRANE.

ADRESTIA, vide PARIVM & ADRASTIAE.

ADRI ἄδρει, Arabiæ Petrææ vrbs, Ptolemæo. Huius Epiſcopum Arabium vocat Epiphanius.

ADRIA, fluminis nomen, Straboni 7. inde Adriatico mari nomen, vt ipſe addit. ADRIACVM & ADRIATICVM, vide ATRIA, ATRIANVS, & HADRIATICVM.

ADRIAE Nauale, habet Strabo, ad oſtia Matrini fluminis in Italia.

ADRIAE inſulæ meminit D. Hieronymus, in epiſtola quadam ad D. Auguſtinum. Pelagoſa fortè hodie, in medio Sinus Hadriatici. Scopulum tantùm eſſe ſcribit Iuſtus Giſtelius. Vide HYDRIA.





ADRIANAE, locus in Cyrenaica regione, Antonino. ADRIANAE Ciuitatis meminit quoque Caſſiodorus Varior. 1. ad Saturninum. Vide ADRINVS.

ADRIANI, vide BITHYNIA.

ADRIANOPOLIS, vide HADRIANOPOLIS.

ADRIANOS, vide ADRINVS.

ADRIANVS Ager in Piceno. Plinius lib. 3. cap. 13. & 14. item Balbus Franc. Nanſij, M. S. Ab Adria, vt puto.

ADRIAS ἀδρείας, & SENON σένον, nomina ſunt fluminum in Ionicum ſinum confluentium. ſic Iſacius, in Lycophronem. Quid ſi ſint eadem cum Atriano & Senna? Stephanus etiam ADRIAM fluuium habet circa Adriam vrbem: quæ Ptolemæo non longè ab Atriano flumine eſt. Vide ATHESIS, & IDRIAS.

ADRIENI ἀδρεηνοί, Arabiæ populi, Stephano in verbo Ἀβασηνοί. Felicis, vt puto.

ADRIMACHIDAE, vide ADYRMACHIDAE.

ADRINVS ἄδρεινος, locus epiſcopalis in Iure Orientali. cuius epiſcopus Alexander. ADRIANOS ἀδρειανός legunt Calliſtus, Socrates, & Tripartita hiſtoria. Iuonis epiſtola vltima HADRIANOPOLIS legit. neſcio an verè.

ADRIS, vnus fluuiorum in Indum defluentium, Ptolemæo. RHVADIS ῥυάδις, habet autem Græcus codex. Vide HYDRAOTIS.

ADRIVS, vide ARDIVS.

ADROBICVS, Hiſpaniæ vrbs, in Artabris, Pomponio.

ADRON, Arabiæ ciuitas: in Synodo. Conſtantinopolit. V.

ADROS, vide HEDRVS.

ADROTTA ἄδροττα, Lydiæ maritima vrbs, Stephano. Huius meminit quoque Suidas, in Euſtephius.

ADRVBAE, vel AD RVBRAS, locus Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Antoninum.

ADRVMETVM Plinio, ADRVMITTVS ἀδρύμιττος Ptolemæo, ADRYMA ἀδρύμη Straboni, ADRYMES ἀδρύμης Stephano, ἀτραμυττός Thucydidi, ἀδραμύττιος Pauſaniæ. Africæ Propriæ vrbs, quam Marius Niger Siſſa, Alphonſus Adrianus Toulb appellat: ſed Mercator Machometta. ADRAMYTTVS eam vocat Procopius, Latinus, (hoc addo, Græcum enim exemplar hactenus mihi non videre licuit) & IVSTINIANAM ſuo tempore nominatam addit. HADRVMENTVM cum adſpiratione & N in penultima enuntiat Mela. Cum N in penultima etiam ſcribit Tacitus & Plinius, ſed ſine afflatu in prima. In Inſcriptionum Volumine Smetij eſt huiuſmodi antiqua inſcriptio: COLONIA CONCORDIA VLPIA TRAIANA AVG. FRVGIFERA HADRVMETINA.

ADRVS, Hiſpaniæ fluuius, Antonino. quo loco ANAS fortè legendum. Eſt qui hoc loco apud eundem DADRVS legere mauult, & DORIAM intelligit.

ADRYME, & ADRYMES, vide ADRVMETVM.

ADRYX ἄδρυξ, Syracuſiorum opidum, Stephano.

ADTEIATIS, opidi ager, eſt in lib. de limitibus. Vide ATTEIATIS.

ADVAS, vide ABDVA.

ADVATICI, ſunt Cæſari Galliæ Belgicæ populi, Neruiis & Eburonibus vicini ATVATICI ἀτυάτικοι, per T in prima habet Dio. Hos Rhenanus putat à Cicerone ATVAS dici. Becano ſunt hodie ij Brabantiæ populi qui Cameracenſi diœceſi ſubſunt. ADVATICORVM opidum deſcribunt Dio 39. & Cæſar 2. de bello Gallico, natura egregiè munitum: quod ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes habebat. Vide VATVCA, & ANTVERPIA.

ADVATICVM TVNGRORVM Ptolemæo, nunc Abbatia Brabantiæ quàm amœniſſima Tongerloo vocata, Huberto Leodio. Ego apud Ptolemæum Advaticum non inuenio, ſed ATVACVTVM ἀτυάκυτον. Et ADVACAM Tungrorum, Antonino.

ADVBANVS, vide DANVBIVS.

ADVENTIA vrbs apud Allobroges, condita eſt ſupra Ararim fluuium, tempore Veſpaſiani: vt ſcribit Goteſridus Viterb. Fides ſit penes Auctorem.



ADVLA ἀδούλη, Straboni & Ptolemæo: ex quo Rhenus & Addua profluunt. mons inter alpes S. Gothard Ioanni Poldo; Der Vogel Schudo; Etzel Willichio, qui addit eum ſic ab accolis vocari. Graius hodie appellari, ſcribit Iouius in Larij lacus deſcriptione. Bralium vocat ſimplicitas vernacula, vt ait Simlerus. Ptolemæo & Arrhiano, Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs; ad Sinum Arabicum. Eſt & ADVLI ἀδουλη, vicus hinc XX. ſtadiis diſtans, interiùs à ſinu; Arrhiano. Fortè hodie Ercoco. ADVLITON opidum Plinij, & Stephani ADVLIS ἄδουλις, quam PANIS πανὸς inſulam idem vocat. ADVLITAE gens hîc quoque Ptolemæo. ADVLA, Palæſtinæ etiam locus. Ioſue 15.

ADVLI, & ADVLITAE, vide ADVLA.

ADVLLA, vide ODOLLA.

ADVLLIAM habet tabula Peutingeriana, circa Flandriam Occidentalem.

ADVM, flumen, Hygeno. Circa Coloniam Claudiam.

ADVNICATES, Galliæ Narbonẽſis ſunt populi, apud Plinium.

ADVOCATENSIS Loci, in Africa, memoria eſt in Coll. Cart.

ADVRAM, vrbs à Solomone ædificata. 2. Paralip. 11. ADORAIM ἀδωραίμ, Ioſepho Antiq. 8.

ADVRNVM, littoris Saxonici in Britannia opidum lib. Notitiar. MADVRNVM habet membraneus codex. G. Camdeno Aderington. Ad Britannicum Oceanum.

ADVRVM, loci nomen videtur, in codice Theodoſiano. vbi Anianus hunc eundem iuſſu Alarici regis edidit.

ADVS ἄδος, Ciciliæ vrbs, Stephano, in verbo Ζύαγρα. Iuxta Syagram & Laerten eſt. Vide ADDIDA, & ONDICAEOVAE.

ADYLISVS, Plinio Bœotiæ mons eſt. ADILISIVS alio codice legitur.

ADYRMACHIDAE ἀδυρμαχίδαι, Africæ populi ſunt apud Herodotum, in Melpomene: habitantes ab Aegypto ad Plynum vſque. Per T in vltima, ſunt Ptolemæo. De his Silius 8. Vulgus Adrimachidæ pariter gens accola Nili. Vide MARMARICA.

ADYRVS, vide CAICVS.

ADYTOS, locus in Aegypto circa Memphim videtur. ex Germanico Cæſare, in Arati Phænomena.

AEA, Africæ vrbs, Silio 3. hoc verſu: Aeáque Trinacrios
Aphris permixta Colonos. Eſt & in Theſſalia vrbs αἶα, Stephano. Item Macedoniæ fons, circa Amydonem vrbem, eidem. Etiam Colchidis regionis vrbs, apud Apollonium 2. & eidem Stephano. AEAPOLIS hæc eſt, Ptolemæis Latinis. Vbi Græcus codex διάπολις legit. Vide DIOSCVRIA.

AEACIDES inſulæ, ſunt apud Stephanum. quarum vnam Oenonem Vocat. In Saronico ſinu eſſe, ex Thucydidis 2. & Strabonis 8. colligo.

AEACVS αἰάκος, fluuij nomen, Stephano; circa Narbonitem portum. In dictione Νάρβων.

AEAE αἶαι, inſula Colchidis, circa Phaſim: Apollonio 3. & eius Scholiaſti. Satabella, ſic dicta ab Herberſteinio, hoc loco videtur. Vide CIRCAEVM.

AEAEA, vide OCEA

AEAEAE, vide CIRCAEVM.

AEAMENA αἰαμήνη, Nabathæorum tractus, apud Stephan.

AEANE αἰανη, Macedoniæ vrbs, apud Stephanum. Etiam inſula vbi Circes habitabat. vt refert Iſaacius ad Lycophronem. Vide CIRCAEVM. nam eandem puto.

AEANIVM αἰάνειον, Lucus, & AEANIS Fons, eſt apud Strabonem 3. Macedoniæ, in Locris.

AEANTIS Αἰαντίς, Iulio Polluci in Attica tribus. Huius meminit quoque Plutarchus 1. Conuiualium.

AEANTIVM αἰάντειον, quaſi Aeacium, vbi monumentum eſt & ſtatua Aeacis, auctore Strabone: Troadis littorale opidum, circa Rhœtium, ab Achilleo quadraginta ſtadiis: Solino, Plinio, & Zoſimo. Apud Plinium quoque inſula eſt, circa Thraciæ Cherſoneſum, vt videtur. Vrbs Pelaſgiotarum in Macedonia eſt αἰάντιον, Ptolemæo. Vide AENA, & APSASIVM.

AEAPOLIS, vide THIAPOLIS.

AEAS ἄιας, fluuius, Pomponio, Straboni & Stephano. ex Lacmone Pindi promontorio oriens: Vicinum Epidamno deſcribit Valerius Maxim. de Ominibus. Vide AIAX, & LOVS.

AEBISOCI, vel AEBISOCENSES, vide AQVIFLAVIENSES.

AEBVDAE, vide EBVDAE.

AEBVRA, Liuio lib.40. Carpetanorum, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Nunc Talauera vocari ſcribit Beutherus. Cui quoque ſuffragatur Moralis.

AEBVROBISINGESIA αἰϐεροϐισιγγησία, Luſitaniæ vrbs. Phlegon Trallianus. Vocem corruptam puto. Vide EBORA.

AECALVM ἄικαλον, caſtellum Italiæ. Stephanus ex Dionyſij Antiq. 16. qui hodie deſideratur. An pro Aeculanum?

AECANI, vide AEQVI.

AECHILENSII, vide CORNENSII.

AECITVS, lacus Apolloniæ. Sic Vibius.

AECLI αἴκλοι, ſic Diodorus, pro AEQVI. Vide AEQVI.

AECVLANOS populos Italiæ, inter Hirpinos habet Plinius, lib.5. cap.11. Sed AVSECVLANOS habent tria mea exemplaria. (malè, procul dubio.) αἰκολᾶνον vrbem, vocat Ptolemæus. AECVLANVM Appiano 1. Ciuil. Quidam putat hodie Loconiano dici. Vide ECLANENSIS.

AEDANA, vide ADANA.

AEDEPSVS, vide AEDIPSVS.

AEDESSA αἴδεσσα, Macedoniæ vrbs in Aemathia regione, Ptolemæo. EDESSA eſt Liuio 45. & Ἔδεσα apud Polybium 5. AEGEAS poſtea hæc vocata fuit, vt docet Trogus 7. Vodena Sophiano, qui eandem MOGLAENA μόγλαινα dictam tradit, in ſchedula Græciæ ſuæ tabulæ adiecta.

AEDIPSVS αἴδιψος, Euboeæ inſulæ vrbs, Ptolemæo. Per η in medio AEDEPSVS legunt Strabo & Stephanus. Vide EDEPSVS.

AEDONIS ἀηδωνὶς, inſula Aegyptij maris, Ptolemæo. Hæc fortaſſe PLATAEA πλάταια Herodoto dicitur, in Melpomene. quam medio inter Gigamas & Adyrmachides deſcribit. πλαταιαι & πλατεῖα: Stephano Libycæ inſulæ ſunt. Vide ADANA.

AEDVI αἴδουοι Cæſari, Ptolemæo, & Straboni, quos Plinius FOEDERATOS cognominat. Galliæ populi ſunt, Bourgognions hodie interpretantur. BVRGVNDIONES enim, quos Agathias BVRGVZIONES vocat, (vt Rhenanus docet) ſub Theodoſio in horum regionem tranſgreſſi ſunt. Burgundiorum & Burgundionum meminit Plinius, & Panegyricus Maximiano dictus, in die ſuo natali. AEDVAE Ciuitatis meminit etiam Cæſar 2. Belli Gallici.

AEDVSII, Romanorum ſocij, iuxta Galliam, vt habet Stephanus ex Apollodoro. An Aedui fortè? ſic cenſet Robertus Stephanus apud Dionem.

AEETA, vide CAIETA.

AEETES αἰήτης, portus eſt in Italia, vbi Argo nauem applicuiſſe aiunt, & Iaſonem cum Medea à Circe expiatos ſcribit Iſacius, in Lycophronem. Caietam vult, vt puto.
" Valer. Flacc. 2 Phaſin & Aeeten, Scythicique pericula
" Ponti. Colchidis fluuius hic videtur.

AEGA αἴγα, Phocidis regionis fluuius: inde adiacens regio AEGAEVM αἰγαῖον, quoque dicitur, teſte Euſtathio in Dionyſium. Circa Cyrrham montem Stephano eſt. AEGA, opidum Aemoniæ, eſt apud Hyginum. AEGA Iſidoro inſula vel ſaxum potiùs eſt, inter Tenedum & Chium inſulas; à quo mari Aegæo nomen habere addit. Vide CANNA.

AEGABRO, vide BAEBRO.

AEGADES, vide AEGATHES.

AEGAE Αἰγαι, Achaiæ in Peloponneſo vrbs, ad Buraicum fluuium, Pauſaniæ. Macedoniæ opidum, Plinio & Diodoro MELOBOTERAM μηλοϐότειραν, quoque vocari ſcribit Stephanus. αἰγαία hac Ptolemæo. αἰγαι, vrbs Ciliciæ ad Iſſicum ſinum; Ptolemæo, Stephano, & Gregora. Apud eundem Stephanum αἰγαι ſunt quoque in Locride: Lydia: Euboea: Myrrhine: Thracenſi Cherſoneſo: in Aeolide: & in Aetolia. hanc vltimam etiam nouit Dioſcorides in Ceſco, & Plutarchus in Themiſtocle. Aeolidis meminit Strabo, & Plinius: quam vicinam Smyrnæ & Magneſiæ facit Suidas. Hæc AEGARA Ptolemæi eſt. Terræmotu collapſam ſub Tiberio tradit Tacitus. MEGAECHYERO corruptè legitur apud Euſebium, in chronicis. Ab hac Aegæ Porphyrogenneta AEGAEATICVM SINVM facit. Inſula ſic dicta eſt Heſychio ante Euboeam, vbi Fanum Poſidonij. Vide EGAS.



AEGAEA αἰγαῖα, Emathiæ regionis in Macedonia vrbs, Ptolem. Eadem fortè cum ea quam Iuſtinus olim EDYSSAM appellatam ſcribit. Mauritaniæ Cæſarienſis opidum eſt Ptolemæo. Vide EGAS, CARYSTVS, & OLENVS.

AEGAEAE, vide EGAS.

AEGAEI, vide AETAAEEI.

AEGAEONIS αἰγαίωνος, promontorium, circa Rhindaci fluminis oſtia. Apollonius 1. & eius Scholiaſtes.

AEGAEVM MARE αἰγαῖον πέλαγος, pars maris mediterranei, Græciam ab Aſia diſterminans. Aegæum vocari ab Aegæ Euboeæ, ſcribit Strabo & Euſtathius. Ab inſula Caprarum, Nicocrates Cyprius. A capra Percania περκανία, Conon. Ab Aegæo Neptuni F. vt ſcribit ex Homeri ſcholiaſte Porphyrogenneta. Feſtus putat ab Aegea Amazonum regina, ſiue quòd in eo Aegæus Pater Theſei ſe præcipitauerit: quod vltimum & Plutarcho placere video. AEGON vocatur à Val. Flacco. ſiue à crebris in eo inſulis: quæ procul aſpicientibus ſpecies caprarum videantur. Plutarchus hoc & Polyenus MARE GRAECVM Ἑλληνικὸν, vocant. item Thucydides. Huius autem Scholiaſtes ſcribit antea CARICVM Mare appellatum. Plinius auctor eſt, totum hoc mare à Romanis, duobus nominibus appellari; MACEDONICVM, quodcumque Macedoniam aut Thraciam attingit; GRAECIENSE verò qua Græciam alluit. Aethicus CYCLADVM Mare nominat, non malè, ſed nulla auctoritate. Hodie Archipelago ab Europæis vulgo dicitur. Turci autem Acdeniz, quod ſonat Mare album. Vide AEGA.

AEGAEVS αἰγαῖος, fluuius eſt Suidæ in voce Ὕλλεις, & apud Apollonium, 4. Corcyræ inſulæ addit eſſe, eius Scholiaſtes. AEGAEVS campus, & regio, in Phocide; Euſtathio in Dionyſium. Item Stephano.

AEGAGAEES αἰγαγαεῖς, mons alicubi in Aſia, vbi viperam ſerpentem reperiri, ſcribit Nicander.

AEGALEVM αἰγαλέων, Atticæ mons; è regione Salaminæ, Herodoto, Thucydidi, & Tzetzæ. AEGIALVS Plinio & Solino. NIPHADIS Petra, νιφάδος πέτρα, hic idem dicitur, apud Iſtrum, vt refert Scholiaſtes Sophoclis, in Oedipo Coloneo. Mons Meſſeniæ in Peloponneſo eſt, apud Strabonem.

AEGARA αἰγάρα, Lydiæ vrbs, Ptolemæo. Vide AEGAE.

AEGAS αἴγας, vocat Polybius 3. locum circa Dauniam, in Italia.

AEGATES, vide CANNA.

AEGATHES, inſula Africi maris, contra Carthaginis ſinum, Pomponio. AEGADES ſunt apud Nonium, ex Varrone, de Genere Armorum. Trium M. paſ. in ambitu eſſe ſcribit Pomponius Sabinus. qui, vt & Hermolaus, eam à nautis Gotham appellari opinatur: & Nardus Fauagnana. Pomponius & Florus Aegathes numero multitudinis proferunt. Virgilius eas vocat ARAS, & ab Italis SAXA nuncupari addit: quòd ibi fœdera icta fuere inter Carthaginienſes & Romanos, Lutatio Conſule. Singulari numero AEGATES legit vbique Liuius. PROPITIAE vocantur à Siſenna, vt tradit Seruius. Vide AETHVSA.

AEGE ad Climacas αἰγὲ πρὸς τοῖς κλίμαξιν, Hellenoponti locus, in Authenticis.

AEGEAS, vide TRAGIAS, & AEDESSA.

AEGEIS αἰγηῒς, tribus Atticæ, Heſychio & Stephano. Eadem cum Αἰγὶς Iulij Pollucis fortè.





AEGELI αἴγηλοι, gens Medica, apud Stephan. Vide AEGLI.

AEGERE vrbs, & AEGERIVS lucus, Romæ proximus, à quo Aegerius Iupiter. Fonteius in Cæſia familia. Vide EGERIA.

AEGESSI αἰγεσσοὶ, Lycophronis, Italiæ populi ſunt Iſacio. Sunt qui ANGAESI ἀγγαισοὶ, legunt.

AEGESTAEI, Theſprotiæ populi, Stephano. Vide THESPROTIS.

AEGESTA, vide EGESTA.

AEGETA, vide AGETA.

AEGETINI, Calabrorum gens mediterranea; Plinio. Sine A. Egetini legunt tres mei codices.

AEGIAE Αἰγιαι, Laconicæ opidum, Pauſaniæ. qui putat hoc ab Homero AVGEAS appellari Idem Strabo 8. confirmat. αὐγεία Stephano. Aetoliæ etiam AEGIAE Dioſcoridi, vnde crocus.

AEGIALA, Amorgi inſulæ vrbs. Hyali nouo vocabulo dicta Sophiano. Neſcio vbi is vetus nomen inuenerit niſi Suidæ αἰγιαλὸς ſit.

AEGIALIA, Plinio circa Peloponneſum inſula eſt: apud quem quoque AEGLIA legitur. quam Sophianus Cecerigo indigitat. Idem in ſchedula quam Græciæ ſuæ tabulæ adiecit, eandem ANTICYTHVRIAM, ἀντικυθηρία, EPLAM ἔπλα, AEGILEN αἰγίλη, & STYRAM, στύρα, appellat. Gerbelius quoque EPLAM à Ptolemæo dici putat. OGYLOS, per ω in prima videtur à Stephano nominari. Styreorum inſulam vocat Herodot. 6 ſed AEGILIA αἰγίλεια, hic legit. αἰγιαλία, etiam Antiochidis tribus, in Phauorini Lexico. Vide ARGOS, SICYON, & PELOPONNESVS.

AEGIALIVS, vide APSORRVS.

AEGIALVM αἰγιαλὸν, mons Aſiæ Minoris, apud Cedrenum. in Galatia mihi videtur. Idem cum Aegialus etiam. Vide AEGILVM.

AEGIALVS αἰγιαλὸς, Apollonio, & Arriano in Periplo, Aſiæ Minoris vrbs iuxta Cromnam. Huius etiam meminit Aelianus 10 Animal. cap 6. Strabo ſcribit nonnullos credere hanc ab Homero COBIALVM κωϐίαλον, vocatam. Cagiali nunc Leonlauto. Eſt & vicus eiuſdem nominis, ibidem: Stephano auctore. Eidem eſt locus Peloponneſi, inter Sicyonem & Bupraſium. item vrbs in Thracia iuxta Strymonem: & alia, quæ MAGNA μέγας, cognominatur: & in Aethiopia iuxta Nilum. item ſecundum Pontum, poſt Carambin promontorium, eidem Stephano. eandem cum dicta Arriani puto. Suidas habet huius nominis vrbem in Amorgo inſula. AEGIALAM eam Sophianus vocat. Vide AEGALEVM, ACHAIA, & AEGITNA.

AEGICOREVS αἰγικόρεος, Attica quædam antiqua tribus. Stephanus: & Pollux 8.

AEGIDA, Iſtriæ opidum, Plinio. Vide IVSTINOPOLIS.

AEGIDION, vel AEGIDIORVM, Vide SESECRIENE.

AEGILA αἴγιλα, Africæ duæ vrbes cognomines: diſtant à Boreo promontorio itinere dierum quatuor, viro expedito; verſus Meridiem. Proc. 6. Aedif. Adi de his Herodotum 2. & 4. qui AEGILAEOS inde habet. qui AVGILAE Ptolemæi, ſiue vt codex Græcus αὔγυλαι. Vide AVGILAE. AVGILA αὔγιλα, Ptolemæo, hoc tractu quoque vrbs. Eſt etiam Laconicæ vicus AEGILA, apud Pauſaniam.

AEGILIA αἰγιλία, inſula eſt inter Cretam & Peloponneſum: Stephano. Styreorum eſt, vt tradit Herodotus 6. Item tribus Antiochidis, Stephanus. item Atticæ vicus, Athenæo. Vide BEGIALIS, & AEGIALIA.

AEGILIPS αἰγίλιψ, Acarnaniæ vrbs eſt, Homero, Suidæ & Straboni 10. Eſt & locus iuxta Crocyleum Epiri; Stephano. quod idem cum præcedenti puto.

AEGILIVM, vide DIANIVM.

AEGILON, vide CAPRARIA.

AEGILVM αἴγιλον, locus Aſiæ Minoris eſt Zonaræ. AGILVM legit Curopalates. AEGIALVM Cedreni. AEGILVM Prom habet Lycophron, idque in Peloponneſo: vt addit Iſacius. ſed AEGIALVM hic ſcribit. Vide AEGIALVS.



AEGILVS αἴγιλος, locus in Attica regione, vbi vna tribus vrbis Athenienſis habitabat. vt habet Winshemius, in ſuo Theocrito. ab Aegilo heroe ſic dictus, teſte Athenæo. AEGILIENSIS Tribus meminit quoque Demoſthenes in Noæram.

AEGIMO αἰγιμὸ, vrbis nomen, apud Suidam. αἰγιμιω eſt Varino, tetraſyllabicos.

AEGIMVRVS, Hirtio & Liuio, αἰγίμουρος, Ptolemæo, Africi maris inſula, continenti proxima: hodie Gaietta, (Galetta alibi) vt habet Nardus in ſuo Liuio Italico. Strabo eam inter Siciliam & Africam deſcribit: Ptolemæus verò inter Sardiniam & Africam: Plinius Aegimoros numero plurali habet, ponitque eas contra Carthaginis ſinum; additque eas veriùs ſcopulos quàm inſulas eſſe. ARAE fortè Virgilij vel SAXA, vt Pintianus ſuſpicatur. Liuius 30. ita, Sinum Carthaginis claudit inſula Aegimurus.

AEGINA, Saronici ſinus inſula, quæ olim OENONE, αἴγινα, καὶ οἰνώνη, Herodoto, Strabone, Apollodoro, Mela, Pauſania, & Euſtathio teſtibus. MYRMIDONIAN à Stephano, & Myrmidones incolas à Strabone & Lutacio appellari video. Ouidius eandem quondam OENOPIAM dictam refert. E regione Epidauri eſt. Optimè deſcribitur à Pauſania in Corinthiacis. Legina hodie Sophiano: Xilocaſtro autem Theueto. Alia eſt AEGINA inter Cyclades, apud Pomponium. Etiam locus in Aſia, circa Smyrnam Ioniæ: teſte Plutarcho in Homero. Item circa Epidaurum Argiæ loco. Strabo.

AEGINAPS αἰγίναψ, inſula Peloponneſi. Heſychius.

AEGINENSES αἰγινεῖς, Atticæ regionis curia: Steph.

AEGINETES αἰγινήτης, opidulum & fluuius Paphlagoniæ: apud Stephanum. Galatiæ locus maritimus eſt in Arrh. Periplo. ſed per I, in vltima.

AEGINI, de quibus hæc Nonius ex libro 3. Hiſt. Siſennæ, Tum poſtquam apud Aeginos ac Peruſinos eius facti mentionem proiecit. " Hi vbi ſint in Italia, ex alijs diſcere " cupio.

AEGINIVM αἰγίνιον, Theſſaliæ aut ſaltem Macedoniæ vrbs videtur apud Liuium, 32. 33. & 45. Obiectum oppoſitumque Theſſaliæ ait Cæſar 3. Ciuil. In Pieria eſt apud Plinium. Tympheio confinis eſt Straboni.

AEGIOCHVS αἰγίοχος, in Creta locus, vbi Iupiter à capra enutritus eſt. Diodorus 1.

AEGIPAM, Aethiopiæ ſub Aegypto oppidum, in Nili ripa, Plinius.

AEGIPANES, vide AEGYPANES.

AEGIPLANCTVM αἰγίπλαγκτον, montē, habet Aeſchylus in Agamemnone. Circa Corinthum fortè.

AEGIRA αἴγειρα, Ptolemæo Pomponio & Plinio, Achaiæ in Peloponneſo opidum. Ab Homero, vt Pauſanias docet, HYPERESIA ὑπερησία, vocatur. HYPERIAM ὑπέρεια, quoque dictam docet Stephanus. Gemiſtus per Y in ſecunda ſcribit, AEGYRA. & etiam BOSTITZA βοστίτζα, nuncupari ait. Polybius 4. eam pulcrè deſcribit. Xylocaſtro dicitur à Mario Nigro. Ciliciæ vrbem eſſe AEGYRAM annotauit ex Philone, Geſnerus in tauro. Maris Aegæi quoque inſula apud Plinium ſic vocatur.

AEGIREA αἰγιρεῖα, pars Ithacæ inſulæ, apud Stephanum.

AEGIROESSA αἰγιρόεσσα, Aeolidis vrbs, Stephano.

AEGIRSIVS, vide EGIRCIVS.

AEGIRVM αἴγιρον, Leſbi inſulæ vrbs, inter Methymnam & Mytilenen, vbi arctiſſima eſt inſula, vt habet Strabo. A Mario Nigro Gernia dicitur. Vide AEGIRVSA.

AEGIRVSA αἰγείρουσα, Straboni, & Stephano. quam & ex Theopompo AEGYRVM αἴγειρον, appellat, & Megaridis vrbem dicit. Volateranus putat AEGOSTHENA αἰγόσθενα, Pauſaniæ eſſe. huius quoque ex eo meminit Stephanus. Per I, in ſecunda legit Pauſanias, Aegoſthenienſes habet Plinius. & agri Megarici opidum eſſe docet quoque Xenophon, 5. Græcor.

AEGIS αἰγὶς, Atticæ tribus. Iul. Pollux 8. Vide AEGEIS.

AEGISOLIAE. Eiuſmodi vini in locis Aegiſoliæ campeſtribus magnus eſt prouentus. ſic Galenus, in libro de attenuante victus ratione.

AEGISTE ἀιγίϑη, *Arabiæ Felicis vrbs. Ptolemæus.*

AEGISTHENA, *vide* AEGIRVSA.

AEGISTVM, & AEGISVM, *vide* AEGYPSVS.

AEGITAVRVS, *vide* TAVRVS.

AEGITHALVM ἀιγίϑαλον, *Siciliæ opidum Zonaræ: quod ſcribit à Carthalo potitum, & ibidem Iunium captum. Pro* AEGITHARSVM, *malè.*

AEGITHARSVS, *vide* AGATHYRSVS.

AEGITHIVM ἀιγίϑιον, *opidum ſitum excelſis in locis, remotum à mari ferè 80. ſtadiis. in Aeotolia videtur, apud Thucydidem, 3. ad calcem.*

AEGITNA ἀιγίτνα, *opidi Liguſtici nomen eſt in Polybij fragmento 34. ſed idem videtur* Aegialon *vocare, vt annotauit Fuluius.*

AEGIVM ἄιγιον, *Ptolemæo & Aeliano Achaiæ propriæ opidum.* Viſtiza *Mario Nigro*, Boſtizan *Kyriaco Anconitano dicitur. Vide* LASIVM.

AEGLE, *vide* SYME.

AEGLI ἄιγλοι, *Perſici populi videntur apud Herodotum, in Thalia, Quid ſi ſint* AEGELI ἀιγηλι, *Stephani, quam Medicam gentem vocat?*

AEGLIA, *vide*, AEGILIA.

„ AEGON, *de quo ſic Papinius 4. Peior & innumeris quas*
„ *ſpumifer aſſilit Aegon. pro* AEGAEVM. ἄιγων *Ariſto-*
„ *li in Metheoris fluuius Africæ, ex Aethiopiæ montibus naſcens. Vide* AEGAEVM.

AEGONES αἴγωνες, *Polybio Galliæ Ciſalpinæ populi, vbi hodie* Vicouenza *opidulum, vt Leander putat. quod idem* VICVS EGANVM *vocari Latinis ait. Sed* EGANES *malè, pro Aegones habet. Addam hoc loco hæc*
„ *ex Rauennatium hiſtoria, Rubei verba,* Vicohabentiam
„ VICVM EGONVM *fuiſſe plerique tradunt, ab eo lo-*
„ *co haud procul vbi Ferraria vrbs nunc ſita eſt, corruptóque vocabulo vicohabentium vocatum. Vide* LINGONES.

AEGONIA ἀιγώνεια, *apud Stephanum eſt Melienſium vrbs. ſic quoque Iſacio ad Lycophronem.*

AEGOS FLVMEN, *Plinio, Aemilio probo & Melæ in Thraciæ Cherſoneſo eſt opidum. Plutarchus in Alcibiade ad Helleſpontum ſitum ſcribit. in Lyſandro illud è regione Lampſacos ponit. Hoc Ammianus auctor Latinus* AEGOS POTAMVS *vocat.* POTAMVS *Caſtellum*, ποταμοῦς καστέλλον, *eſt apud Procop. 4. Aedific. Xenophonti & Herodoto* ἄιγος ποταμὸς. *Ioannes Tzetzes etiam meminit pro Thraciæ vrbe.*

AEGOSAGAE *Galatæ*, ἀιγοσάγαι, *Aſiæ populi erant apud Attalum Regem, quibus Aſiam debellabat: vt tradit Polyb. 5. Hos idem Attalus poſtea ad Helleſpontum habitandum dedit. Eoſdem alio in loco* RHISOGAGAS *vocat. Vtrobique* TECTOSAGES *legere malim.*

AEGOSTHENA, *vide* AEGIRVSA.

AEGOSTHENIA ἀιγοσϑένεια, *Phocidis in Achaia vrbs. Ptolemæus.*

AEGOSTIS ἀιγωστις, *locus & vrbs Locridis, apud Stephanum, ex Epaphrodito.*

AEGVA ἀιγυα, *Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, non procul à Corduba; Straboni. Vide* HEGVA.

AEGVSA, *vide* AETHVSA.

AEGVLA, Ἄιγυλα, *Dionyſio Afro eſt inſula maris Cretici, Amniſo ſeptentrionalior.*

AEGYLODES *ſinus, circa Laconicam. Plinius.*

AEGYNA, *locus eſt, in Theſauro Goltzij. fortè pro Aegina.*

AEGYPANES, *Africæ populi ſemiferi, in intimis regionibus: Pomponio & Plinio.*

AEGYPSVS, *Getica vrbs, in ſummo montis vertice ſita, iuxta Danubium. Ouidius de Ponto 4. Elegia 7. & 1. Elegia 9. Hanc vocem apud vllum alium auctorem me legiſſe memini. Gaud. Merula ad hunc locum ſcribit ex Plinij 6. cap. 7. Gypſos huius populos vocari. ſed neque hos apud hunc inuenio.* AEGISVM *Antonini puto: &* AEGISTVM Ἄγιστον, *Procopij 4. Aedif. in Thracia. item* AEGYSSVS *Libri Notit. quam in Mœſia inferiori ſtatuit. Hac Mœſia enim vna ex Thraciæ regionibus eſt apud poſteros ſiue mediæ ætatis ſcriptores: quam & Getæ quondam habitauere.*



AEGYPTIA, *vide* LARISSA.

AEGYPTIACVS *ſinus*, *vide* AELANITICVS.

AEGYPTIORVM *Murus, locus ſic dictus Apamienſi agro, in Syria, proximus: Straboni. cui quoque vicus eſt inter Catabathmum & Parætonium Libyæ.*

AEGYPTIS ἀιγυπτις, *regiuncula Peloponneſi eſt apud Pauſaniam, in Arcadicis. dicit enim Carnionis fluminis fontes eſſe in Aegyptide. pro qua Amaſæus Aepytide vertit; Aegyptios populos idem Pauſanias eodem in tractu nominat: pro quibus idem interpres Aegienſes ſubſtituit. Primam vocem vbique retinendam cenſeo: cùm bis idem Pauſanias hanc repetat: tum quod Stephanus quoque huius meminerit, in dictione* ηλις. *vbi nominat Aegyptiam Olympiam.*

AEGYPTIVM *Mare, quod Aegyptum alluit, Euſtathius* PHARIVM *Mare, &* PARTHENIVM *appellat. ſic quoque Ammianus. à Parthenio vrbe puto, quam alij* Parætonium *vocant.*

AEGYPTVS ἄιγυπτος, *Africæ regio celeberrima, quondam* AERIA ἀερία, AETIA ἀετία, POTAMIA *ſiue* ποταμίτις, OGYGIA ὠγυγία, MELAMBOLOS μελάμβολος, HEPHAESTIA ἡφαιστία, *atque* AETHIOPIA, *propter habitantes illic Aethiopes, Hiſtoricis vocata eſt, Stephano & Euſtatio auctoribus.* MELAMPODVM *regionem* μελαμπόδων χώρα, *appellat Apollodorus. &* MYARA μύαρα, *Stephanus.* THEBAE Θῆβαι, *Herodoto & Ariſtotele teſte olim dicebatur.* CHEMIA χημια, *in Aegyptiorum ſacris, vt Plutarchus habet in Oſiride. Pro* CHAMIA, *vt puto, à Chamo Noës filio.* MESRAIM, *vt Ioſephus tradit, Hebræis dicitur. Item* CHVS, *vt Arias Montanus vult. Neſcio vnde Honorius hauſerit eam olim* ΕΥΞΛΕΑΜ, *nuncupatam. Hodie ab omnibus Europæis adhuc* Aegyptus *nominatur. & à Turcis, ſi Pineto credendum eſt in ſuo Plinio Gallico,* Elchebitz: *Marmolio,* Elquibet: Chibth *ab indigenis vocari ſcribit Theuetus. Aegyptum vſque hodie Aegyptiorum lingua* Kam *vocari ſcribit Iſidor.* AEGYPTVS *etiam peculiaris Aegypti regio, in Lib. Notit. qui eam in ſex prouincias diuidit: quarum hæc vna. Vide* CVMAE.

AEGYPTVS INFERIOR, *quæ &* DELTA *antiquitùs: à Romanis poſtea* AVGVSTAMNICA *dicta videtur ex Marcellino & Libro Notitiarum.* AVGVSTANICA ἀυγυστανικὴ, *legitur in Nouellis Iuſtiniani; ibidemque in primam & ſecundam diuiditur. Hodie etiam duplici nomine indigitatur, vt Ioannes Leo docet. Ea enim pars quæ verſus Orientem Nilo flumini adiacet,* Bechria; *quæ verò ad Occidentem,* Errif *incolæ hodie vocant.*

AEGYPTVS SVPERIOR, *quæ &* THEBAIS *olim, hodie* Sahid *nominatur à Ioanne Leone. Aegypti quædam pars* ARCHADIA *dicitur, in Libro Notitiarum. de quo vide in dictione* HEPTAPOLIS.

AEGYPTI PARALIA, *locum circa Peluſium, quem latrones inhabitant: habet Statius 5. Amor.*

AEGYRA, *vide* AEGIRA.

AEGYRPANI, *vide* ARGYPANA.

AEGYS ἄιγυς, *Laconicæ vrbs, Stephano. ex Euphorione. Arcadiæ locus videtur apud eundem in dictione* καρυστὸς. *De eadem Pauſanias in Laconicis.*

AEGYSSVS, *vide* AEGYPSVS.

AEIANES ἀειᾶνες, *Græciæ populos, habet Pauſanias, in Phocicis. Cnemidis montis accolas fortè.* AENIANES *legere malo.*

AELANITICVS SINVS, *ab Aelana vrbe adiacente vocatur à Plinio pars Sinus Arabici, qui Ioſepho libro Antiquitatum 8. cap. 6.* SINVS AEGYPTIACVS *dicitur. Idem Plinius ſcribit hunc aliis* AELENATICVM, *ab Artemidoro* ALENITICVM, *& à rege Iuba* LAENITICVM *nominari.* LAEANITES, λαιανίτης, *eſt Agatarchidi.*

AELANVM ἀιλανον, *Arabiæ vrbs, in receſſu ſinus Arabici intimo; Stephano.* AILA, *Procopio eſt.* AELANA *Plinij ſit. & eidem* LAEANA.



AELAS, *ſuburbanum vrbis Cartaginenſis. Procopio 2. Wandalorum.*

AELETANI, *vide* LALETANI.

AELI, *vide* AELIEORVM.

AELIA, *vide* ELAEA, ZAMA, & HADRIANOPOLIS.

AELIA HADRIANA AVG. *Colonia. eſt in nummo Hadriani Imp. Vide* ZAMA.

AELIA AVGVSTA MERCVRIALIS THAENIT. *vide* THAENA.

AEL. AVG. *eſt in lapide antiquo, quem profert Marcus Velſerus. & interpretatur* AELIAM AVGVSTAM *Vindelicor.*

AELIA CAPITOLINA COLONIA, *eſt apud Goltzium, in Theſauro. Vide* HIEROSOLYMA.

AELIA RICINA, *vide* RICINETVM.

AELIANA, *Ponti vrbs eſt, in lib. Notit.*

AELICE, *vide* LASICE.

AELIEORVM ἀιλιεων, & AELIOTORVM ἀιλιωτων, *meminit Theſaurus Goltzij, ex nummis. Ab* ἄιλυ, *vico Arabiæ Felicis fortè. cuius apud Ptolemæum memoria eſt.*

AELIOPOLIS, *vide* PELVSIVM.

AELIOTORVM, *vide* AELIEORVM.

AELIVS PONS, *Romæ,* Ponte de S. Angelo *nunc dicitur. Locus Britanniæ quoque in libro Notit. Vide* PONS.

AELLA, *vide* ABELLINVM.

AELVAEONES ἀιλυαιωνες, *Germaniæ populi: Ptolemæo. Vide* HELLEVIONES.

AELVRI ἀιλυροι, *apud Suidam populi ſunt, inter quos & Gallos, Alpes ſunt. additque apud hos Aeluros accidiſſe, vt crebra caſtella eſſent, Gothóſque ab antiquo ibi excubias egiſſe. in dictione* Alpes. *Horum meminit quoque Zonaras, Tomo 3.* AELVROPOLIM *Aegypti ciuitatem, ſic dictam à felibus; habet Leonclauius ex Elia Cretenſi in Nazianzenum. Vide* ELVRI.

AELVS, *vide* HALVS.

AELYZIA, *vide* HALYZEA.

AEMARORVM *Mons,* Monlimar *hodie vrbs in Delphinatu. Caſaubonus ad 4. Strabonis.*

AEMATE, *vide* EMATE.

AEMERA, *vide* EPIDAVRVS.

AEMILIA, *quæ priùs* DORIA, *vt Sempronius habet. Italiæ regio.* Lombardia di qua dal Po, *(id eſt Lombardia cis Padum) à Leandro nominatur.* AEMILIAM, *Diaconus 2. Longobard. decimam Italiæ prouinciam facit. in qua vrbes Placentiam, Parmam, Regium, Bononiam, & Forum Cornelij deſcribit.*

AEMILIANA αἰμιλιᾶνα, *Oretanorum in Hiſpania opidum, Ptolemæo.*

AEMINIVM αἰμίνιον, *Luſitaniæ vrbs Ptolemæo:* EMENIVM *Antonino. Vaſæus putat hodie* Agada *dici. Varrerius autem* Coimbra *eſſe docet. Coimbra vocatur* COLVBRIA, *in Gregorij decretal. Vide* MINIVM.

AEMINIVS, *vide* LIMAEA.

AEMONA, *Aſiæ vrbs prima. Cicero pro L. Flacco.*

AEMONIA, *Hiſtriæ maritimam vrbem, & hodie* Citta nova *vocatam, ſcribunt Leander, Volaterranus, & Marius Niger. Ego verò, quis veterum huius Aemoniæ in Hiſtria regione ad mare ſitæ meminerit, planè ignoro. Scio Plinium habere* AEMONAM *Pannoniæ opidum, &* AEMONIAM *quoque in Noricis. quod Iul. Capitolinus* HAEMONAM *vocat. hoc idem* HEMA ἥμα, *apud Herodianum eſt. Ptolemæus* EMONAM *vrbem,* ἠμῶνα, *ſtatuit inter Italiam &* Noricum; *quam eandem eſſe puto cum Colonia* AEMONIA *Plinij. Sic etiam legendum erit apud Antoninum: (quo loco* Hennoma, Hemionia *&* Hennonia *malè habetur) Simlero Carniclæ caput eſt, quod hodie* Leybach *dicitur. & vulgus Latinum* LVBIANAM *nominant. in ea enim vrbe exſtat vetus Romana inſcriptio, in qua* AEMONAE *fit mentio. Sed Lazius potiùs credit hodie* Igg *ſiue* Iggium *eſſe, Carniolæ vrbem. Emonem hanc vocat Zoſimus.* AEMONIA *quoque Græciæ regio, quæ vt Plinius tradit, mutatis ſæpe nominibus* PELASGICVM ARGOS, HELLAS, THESSALIA, & DRYOPIS *dicta fuit. ſic ſemper à regibus cognominata.* AEMONIA *Theſſaliæ etiam opidum, Stephano.*



AEMVS, *Virgilio 1. & 2. Georgicorum. Seruio mons Theſſaliæ eſt. Ego Thraciæ dico; & Hæmum montem velle Virgilium. Vide* HAEMVS, & HEROPOLIS.

AENA αἶνα, *Arabiæ Felicis vrbs: Ptolemæo. Eidem, & Suidæ, Macedoniæ vrbs.* AEANITIS *regio apud eundem Stephanum, quam quoque* AEANTIVM *vocari ſcribit.*

AENARE, *inſula circa Ioniam, Plinio.*

AENARIA, *Vide* INARIME.

AENARIVM αἰναειον, *Iouis lucus, Achaiæ in Peloponneſo, Strabo 8.* ARNARIVM *alio in loco vocat.*

AENEA TESTA, *vide* CHALCVS CERAMVS.

AENEADAE, *vide* LATIVM.

AENEAE, *vide* ATHOS.

AENEIA αἰνεία, *quæ poſtea* IANICVLVM ἰανίκυλον, *Sic Halicarnaſſeus.* AENEIA *quoque Troadis apud Strabonem 13. & Stephanum. Apud eundem eſt etiam Thraciæ locus. Ad Pallenen inſulam; Halicarnaſſeo 1. Vide* AENIA.

AENESIPHYRA αἰνησιφυρα, *Marmaricæ portus, Ptolemæo.* ἀινυσιφυρα, *Straboni eſt.*

AENESIPA, & AENESIPASTA, *vide* ENISIPPA.

AENETHVS αἴνηϑυς, *mons eſt quidam, apud Stephanum: ex Aeſchylo.*

AENI αἶνυ, *ſinus Arabici inſula. Ptolemæus.*

AENIA, *Macedoniæ vrbs, quindecim millia paſſuum à Theſſalonica aduerſus Pydnam poſita, fertili agro, vt eam deſcribit Liuius 44.* Moncaſtro *hodie vocari ſcribit Nardus, qui eum Italica lingua interpretatus eſt. Eſt quoque Perrhebiæ vrbs, apud Stephanum, & Strabonem. ſed hic per* ει *dipthongum ſcribit in medio. Inde Aeneianes populi. Et* AENEIVS *Sinus, apud Polybium 10.*

AENIADAE, *vide* OENIADAE.

AENIANES *populi* αἰνείανες, *poſtea* PARAVAE παραυαι, *vocati fuere, cùm fugati Moloſſiæ regionem circa Auum fluuium occupaſſent. Plutarchus in Quæſtionibus Græcis. ſed* ἀραουαν ωραν *Græcus codex legit.* PARABAEI παραυαῖοι, *ab Abo fluuio alij ſcribunt, vt ait Stephanus ex Rhiano.* AENIANES *Straboni & Heliodoro ſunt Theſſaliæ gentes, ad ſinum Maliacum: Epicnemidiis Locris vicini, ad Oetam montem. gentile ab Aenia. Strabo quoque* AENIANES *in Media habet. Ibidem* AENIANAM *vrbem, in Vitia. Plinio* AENIENSES *in Aetolia.* AENIANES *alios eſſe in Ponto, quos* PARSIOS πάρσιοι, *vocant, ait Stephanus, ex Strabonis lib. 14.* ΟΙΝΙΑΝΩΝ *meminit vetus nummus æreus, cum capite bouis. Vide* AENIENSES & AENIANES.

AENIENSES, *vide* AENIANES.

AENI PONS, *Antonino;* Oetingen *Simlero eſt. Vide* OENI PONS.

AENIVS αἶνιος, *Perrheborum fluuius, apud Stephanum. Troadis fluuius quoque eſt Straboni, 13.*

AENNVM, *paruum opidum, pro quo alij* PHILOTERAM *ſcribunt. Plinius lib. 6. cap. 29. ad Sinum Arabicum eſt, à parte Occidentali.* PHILOTERIS *Melæ eſt:* φιλωτέρις *Ptolemæo.*

AENOANDRON, *vide* CEDEBRATIS.

AENON αἰνὼν, *locus iuxta Salim, vbi Ioannes baptizabat, Ioan. 3.*

AENONA αἰνῶνα, *Plinio & Ptolemæo.* ENONA *legunt Latini codices. Illyrici opidum.* Nona *Mario Nigro,*

AENVM & AENVS αἶνος, *Thraciæ opidum liberum, cum Polydori tumulo, vt Plinius habet. Hoc aliquando* POLTIOBRIA πολτιοβρία, *dictum fuit, Strabone teſte.* POLTYMBRIA πολτυμβρία, *habet Stephanus. cui quoque* APSYNTHVS *dicitur.* Oeno *hodie*

dici, Niger aſſerit. Inos & Ygnos legit Leonclauius. Aliam ab hac AENVM habet in Thracia, Suidas; ab Aeno Gogij fratre cognominatam. AENOS Stephano Theſſaliæ vrbs eſt. Apud Locros Ozolos quoque. Et circa Thapſacum, ad Euphratem fluuium. Cephalleniæ inſulæ mons eſt, apud Strabonem. Fluuius, & vicus propè Oſſam. Item locus in Rhodiorum continente, Stephano. Eidem eſt inſula iuxta Arabiam Felicem. Eſt & Cretæ vrbs, ab Ænea ibi poſita, ſi creditur Seruio 2. Aeneid. Vide OENVS, & CISSVS.

AENVS, vide OENVS.

AENYRORVM αἰνύρων, & COENYRORVM, κοινύρων, Thaſij inſulæ, meminit Herodotus in Erato. αἰνουροι ſunt Heſychio.

AENYSISPHYRA, vide AENESIPHYRA.

AEOLES, vide BOEOTIA.

AEOLIA αἰολια, inſula Eoli; Virgilio 1. Aeneidos, & Stephano, ex Homero. Idem ait Aeolos vocari Lesbii inſulæ incolas: à filiis Aeoli. AEOLIS & AEOLIA αἰολὶς, Aſiæ Minoris regio; in litore maris Aegæi. DORYCTETAM δορυκτήτην, eam appellat Diod. lib. 5. Incolæ olim PELASGI πελασγοὶ, dicti fuere; vt refert Herodotus in Polymnia. ALISAEI ἀλισαῖοι, dicuntur Ioſepho. HVL etiam Hebræi vocant, vt tradit Ar. Montanus, in ſuo Apparatu Biblico. Vide CALYDONIA & MYSIA.

AEOLIAE αἰολίαι, quæ & LIPARAEAE, & VVLCANIAE Latinis; HAEPHAESTIADES Græcis, Plinio auctore, quibus PLOTAE etiam vocantur à Dionyſio. ſeptémque eas numero facit, VVLCANI INSVLAE Liuio, AEOLIDES Trogo dicuntur. Leander ex Pomponio Mela addit in ſuo de Inſulis Italiæ libello eas quoque ab Aeolis OSTEADES vocatas. Sed pace Leandri, qui Melam attentiùs legerit, facilè videbit hoc vocabulum non eſſe commune Aeoliarum, ſed vnius harum; eius nempe, quam ceteri EVONYMON vocant. Sic enim habet Mela: Septem quas Aeoli appellant, Oſteodes, Lipara, Hiera, Didyma, Phœnicuſa, Ericuſa, & Strongyle. Si Oſteades commune nomen hoc loco fuerit, ſex tantùm erunt, non ſeptem; & ſeipſum in numero redarguet Mela. OSTEODES ὀϛεώδης, etiam habet Ptolemæus, & Diod. Siculus in hoc tractu, pro ſimplici inſula. Deceptum puto Leandrum codice malè diſtincto, quòd fortè poſt vocabulum, ſeptem, comma habebat. hoc modo; Septem, Aeoli appellant Oſteodes. quaſi dixiſſet, Aeoli populi eas vocant Oſteodes, &c. Harum porrò inſularum nomina hæc ſunt, LIPARA, HIERA, STRONGYLE, DIDYME, ERICVSA, PHOENICVSA, & EVONYMOS, Plinio, Straboni & Melæ. niſi quòd Mela hic pro Euonymo Oſteodem habet. Eundem numerum & nomenclaturam legimus apud Diodorum. ſed pro Ericuſa VSTICAM ponit. & Strabo THERMISSAM loco Hieræ. Sed hoc quoque hîc minimè tacendum duxi, quòd in hoc maris tractu, vbi veteres has ſeptem Aeolias deſcribunt, excepto vno Seruio, (quod Hermolaus antè me monuit) qui nouem habet, ſed nullo auctore, decem hodie exſtare tradat Fazellus. quod Tabulæ geographicæ Ptolemæi, & recentiorum, verum eſſe oſtendunt. Vide ſingula nomina ſuis locis. At in his ſuis neotericorum vocabulis reddendis admodum variant noſtri ſæculi ſcriptores. AEOLIAS generice Merleias vocat Had. Iunius: ſed qua fretus auctoritate non dicit. AEOLII inſulam quoque peculiarem habet Ptolemæus inter Aeolias. Ex omnibus Aeoliis ſola Lipara habitatur, vt docet Scipio Mazzella. Mare inter has inſulas & Siciliam AEOLIVM Pontum nominat Silius 14.

AEOLICA, vrbs Aeolidis fortè, ab Amaſone ſic vocata, dicta: Euſtathio.

AEOLIDA ciuitatem habet Euſtathius, in Tenedo inſula. Aliam videtur Herodotus 7. deſcribere in Achaia circa Thermopylas.

AEOLIDES, vide AEOLIAE.

AEOLIVM αἰόλιον Thraciæ Cherſoneſi opidum, Stephano. Plinius ſic vocat frontem huius Cherſoneſi, in qua



Eleus opidum. Atticæ ciuitas videtur quoque apud eundem Stephanum.

AEON, inſula in Atlantico mari: Tertulliano de Pallio. Vide ATLANTIS.

AEORPATA, vide AMAZONES.

AEPASIVS Campus αἰπασιων πεδιων, circa Lepreum Peloponneſi. Strabo 8.

AEPATIACVS Portus, littoris Saxonici, in Belgica. Teſtis lib. Notitiarum.

AEPEIA αἴπεια, Laconicæ vrbs. Cretæ etiam. Item Cypri, vt Stephanus habet. Hanc vltimam ad Clarium amnem ſitam, & poſtea SOLI σόλοι, nuncupatam tradit Plutarchus, in Solone. SOLI eſt quoque Ptolemæo: & SOLOE Plinio. & SOLII apud Strabonem. SOLI quoque gentile: auctore Laërtio in Solone. Vide CORONE, METHONE, & THVRAE.

AEPHVLLI ἀφύλλοι, locus Archiepiſcopalis in Sanctionibus pontificum Orientalium.

AEPISYNANGIS, Aſianus ager. In Græco erat αἰπισυναγγαις, & in margine αἰπυσυνάγγας. Theophraſtus 4. de Cauſſis Plantar.

AEPOLIVM, vrbs Sarmatarum Europeæ, circa Tyram & Iſtrum fluuios. Plinius. OEPOLIVM quidam codices. OBOLIVM quoq; vt Dalechampius ſcribit.

AEPOS αἶπος, Lydiæ mons: Stephano in verbo Ὕπαιπα.

AEPY αἰπυ, Meſſeniæ vrbs; Homero, Straboni, & Stephan. Item Thebaid. 4. De hac Aepy hæc Camerarius ad B. Ἰλιαδ. Aliquibus placet MARGALAS Amphipoleos eſſe: ſed „ quia natura non ſit, ideo ſumſere quidam in Maciſtia ne- „ ſcio quem locum editum & munitum natura: vbi ſteterit „ illud Aepy.

AEQVANA, Felicia Baccho Aequana, & Zephyro Sur- „ rentum molle ſalubri. Silius 5. In margine ſcriptum erat, „ Aequana montes Surrentini ſunt. Videtur Troia hodie: ex Pontani 3. de rebus geſtis Alphonſi primi. item in Vita Duodecim fratrum martyrum per Alphanum Salernitanum deſcripta. vbi hæc, Euolat interea præfectus verſus Ecanam Vrbem, quam vulgus mutato nomine Troiam Dicunt. VICVM AQVENSEM video hodie nominari ſedem epiſcopalem.

AEQVESILICI, ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi: apud Plinium. An fortè Aquæ Cilinorum Ptolemæi?

AEQVI, ſunt in Latio populi: qui poſtea AEQVICOLAE dicti. auctor Liuius. item Diodorus, qui Κικλοι & Αἰκικλοι legit. ſic quoque Ptolemæus. AEQVICVLANI apud Plinium ſunt. AECANI ſunt in antiqua inſcriptione: Beneuenti. Strabo & Florus eorum quoq; meminere.

AEQVICOLAE & AEQVICVLANI, vide AEQVI.

AEQVILIVM, vide EQVILIVM.

AEQVINOCTIVM, Antonino & libro Notit. Pannoniæ inferioris opidum. Viſchmundt Simlero.

AEQVLANVM, vide AECVLANI.

AEQVVM Colonia, αἴκουον, in Dalmatia. auctoribus Ptolemæo & Antonino.

AERA, Coeleſyriæ vrbs, inter Damaſcum & Capitoliam. Antoninus.

AERAE αἶραι, huius nominis vrbes habet tres, Stephanus. vnam in Macedonia. aliam in Ionia: tertiam in Helleſponto. Sunt quoque Carmaniæ populi, apud Ptolemæum.

AEREA VIA, vide LAVRIVM.

AERENOSI αἰρηνοσιοι, Hiſpaniæ populi: apud Polyb. 3. corruptam lectionem iudico. & Auſetanos habet hoc loco Liuius, 21.

AERETICA αἰρετικὴ, Armeniæ Minoris regio. Ptolem.

AERIA ἀερία, Galliæ Narbonenſis vrbs. ſic dicta, quod celſiſſimo ſita ſit loco. Plinius, & Strabo 4. Gratianopolim interpretatur Coenalis. Aire Cognatus. Vide AEGYPTVS, CRETA, LIBYA, & THASVS.

AERIVS, vide MISENVS.

AEROPOLITAE αἰροπολῖται, gentis nomen apud Sozomenum 7. cap. 15. In Arabia.

AEROPVS, vide ASNAVS.





AEROSA, vide CYPRVS.

AERRADI αἰῤῥαδοι, Indiæ intra Gangem populi: Ptolemæo. CIRRADEI ſunt interpreti: & rectè. nam idem paullo pòſt horum regionem CIRRADIAM nominat.

AERRONESIA inſula, eſt apud Nicetam. Inter Aulonem & Siciliam.

AESA αἶσα, Thraciæ vrbs, circa Pallenem. Vt habet Stephanus.

AESAGEES αἰσαγέης, mons altus, circa Aegæum pelagus alicubi: Homero in Hymno Apollinis. An circa Pallenen?

AESANITORVM αἰσανιτων, meminit Theſaurus Goltzij, ex Agrippinæ nummo.

AESAPVS, vide AESEPVS.

AESAR, vide AESARVS.

AESARONENSII αἰσαρωνήνσιοι, Sardiniæ populi, apud Ptolemæum.

AESARVS αἴσαρος, Dionyſio & Straboni, AESAR Ouidio 15. Metam. Magnæ Græciæ fluuius, circa Crotonem. Huius meminit etiam Lycophron, & Theocritus. cuius Scholiaſtes dicit eum per mediam vrbem fluere. Idem quoque in Sicilia fluuium ſic dictum habet. HYLIAM ὑλίαν, à Thucidide appellari putat Leander: qui eum hodie Eſaro vocat. Vide AVSERIS.

AESCHRIONA αἰσχριονη, Samiorum tribus; Oaſim Aegypti regionem incolens. Herodoti Thalia.

„ AESCVLAPII. De his Nonius ex Siſenna hæc: Caſtra „ de Paniæ conuertit in montes, vt crebro ferculis protinus procedundo poſſet intra fines Aeſculapiorum peruenire. Ignoro vbi ſit.

AESCVLAPII inſula, vide TIBERINA.

AESCVLAPIVM Fanum, vide ALVNS.

AESCVLAPII lucus, inter Berytum & Sidonem. Strabo. Aeſculapios incolas huius vocat Siſenna, apud Nonium, in voce Protinus. Alius in Co inſula. Lactantius 2. De origine Erroris. AESCVLAPII Puteum quendam celebrat Ariſtides.

AESEPVS αἴσηπος, Ptolemæo, Straboni, Homero, & Apollonio, fluuius eſt, & terminus inter Myſiam & Troadam. Ad Lampſacum eſt, Appiano in Mitridaticis. AESAPVS legunt Florus & Valer. Flaccus. apud quos interdum quoque ASOPVS legitur. ſed malè. Ex Ida monte profluit, teſte Heraclide. Per l. in ſecunda ſcribit Memnon.

AESERNIA αἰσερνία, Samnitum opidum, Ptolemæo, Halicarnaſſeo, & Straboni. AESERNINI Plinio: & Nonio Marcello. Colonia eſt apud Frontinum, alioſq;. Sergna Leandro. Vulturno flumini adiacet, auctore Liuio 10. Vide SERNICIVM, & SERENNIA.

AESIA, vide ESIA.

AESICA, Britanniæ inſulæ vrbs. Lib. Notit. Netherbij eſt Camdeno.

AESIPVS, vide AESEPVS.

AESIS, Plinio & Straboni Picenorum flumen. Sino vocat Leander. Fiumicino (quod idem eſt) Ligorius, & Volaterranus. ESIS Mela habet, ſine diphthongo. ASIVS ἄσιος, Ptolemæus. Leandro tamen diuerſa videntur Aſius & Aeſis. αἰσὶς, Vmbrorum vrbs, Ptolemæo: Gieſe Leander vocat. AESINATES populos habet Plinius ad dictum fluuium: in Vmbria. COLONIA vocatur in veteri inſcriptione. Vide ASIVS.

AESISIVM αἰσίσιον, Ptolemæo Vmbriæ opidum, quod Leandro Aſciſi dicitur. ESISIVM eſt ſine diphthongo in Originib. qui Catonis nomine circumferuntur. ASSISIVM eſt in vetuſto lapide. D. Franciſci patria. Aeſium fortè Strabonis. Aſſiſium à Propertio Axis appellari, ſcribit Zacharias Lilius in ſuo Orbis Breuiario. Ex hoc, vt „ puto, verſu: Scandentiſq; Axis conſurgit vertice murus.

AESITAE αἰσῖται, Arabiæ deſertæ populi, Ptolemæo. ASITITAE legunt interpretes.

AESIVM αἴσιον, vrbs in itinere ab Ocriculo Ariminum, verſus dextram, Strabo. Vide AESISIVM. ſic enim legendum.



AESIVS, Aſiaticæ Myſiæ fluuius videtur apud Plinium.

AESON αἴσων, & AESONIA, Theſſaliæ opidum, apud Stephanum. Magneſiæ, apud Apollonij Scholiaſtem. AESON, hoc tractu fluuij quoque nomen eſt; apud Plutarchum, in Aemilio.

AESOLANI, vide AESVLVM.

AESSVI, vide ESSVI.

AETHALOENS, vide ETHELEVM.

AESTRAEVM αἴστραιον, Aeſtræorum in Macedoniæ opidum, Ptolemæo. Hermolaus ad Plinij 4. cap. 10. hoc nomen ſine dipthongo per E in prima ſcribit.

AESTRI, vide HAESTAE.

AESTRIA, Hadriatici maris inſula: vt auctor Pomponius.

AESTVNI, nomen municipij videtur apud Caſſiod. 3. Varior. numero 9. ESTANI alia lectio. Vnde Theodoricus rex iubet columnas & lapides vetuſtatis inuidia demolitos, Rauennam deuehi. Eſte putauerim, in Venetia. vnde Eſtenſium familia. Facilis enim hinc per Brentam fluuium & mare iſtinc nauigatio.

AESTYI, vide HAESTAE.

AESVIVM, vide VRSVS LVCVS.

AESVLVM. Colonia Italiæ: Paterculo. AESOLANOS habet Plinius. Sigonius dicit ſe neſcire an idem ſit cum Aſculo Picentum: de quo Plinius. Vide ESVLAE.

AESYMA, Troica vrbs eſt apud Heſychium & Euſtathium in Homerum. Vide OESYMA.

AETAAEI αἰτααῖοι, Arabiæ Felicis populi, Ptolemæo. AEGAEI ſunt apud interpretes.

AETAEI Populi Græciæ. Aeſchyni de Falſa legatione.

AETARE αἰτάρη, Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo. APARI interpretibus.

AETEROCAMA, vide SABVRA.

AETHAEA αἴθαια, Laconiæ opidum vnum ex centenis, Stephano. ex Thucididis 1. Vide ANTHEA.

AETHALE αἰθάλη, Stephano Tyrrhenorum inſula eſt, LEMNOS cognominata, Eandem cum ILVA puto. diuerſa tamen apud Ptolemæum ſunt. Vide CHIOS & THALIA.

AETHALIA, vide CHIOS & ILVA.

AETHALIDAE αἰθαλίδαι, Leontidis tribus pars, Stephano & Suidæ. αἰθαλια Heſychio.

AETHALOES αἰθαλοεὶς, circa Troiam torrens: prope Scepſiam, Strabo. Aidoneus fortè Pauſaniæ.

AETHERIA & AETHERIOS, vide AETHIOPIA.

AETICES αἴθικες, populi qui Epirum attingunt & Theſſaliam, vt videtur ex Strabone, Heſychio, & Suida. Ibidem AETHICIA vrbs, & AETHICIVM regio, eodem. AETHICIA etiam ipſa regio dicitur Stephano, Suidæ, & Plutarcho ad Pindum montem in Theſſalia. Aut vt Marſyas apud Stephanum ait, inter Tymphæam & Athamaniam.

AETHIOPE, vide LESBVS.

AETHIOPIA Αἰθιοπία. Huius nominis regiones duas habet Ptolemæus in Africa. vnam quam ſub Aegypto cognominat: alteram quam Interiorem. Hæc hodie fortè Zanzibar: illa autem nunc Abyſſinis habitatur, vocatúrque Abexim à Garçia ab Horto: Hhabas, & addito articulo Arabico Alhabas à Beniamino. ſono tantùm differentibus vocabulis. Plinius ſcribit vniuerſam Aethiopiam olim AETHERIAM & ATALANTIAM nominatam. Hos Aethiopes tam à ſe ipſis, quàm ab Aſiaticis omnibus CHVSAEI nuncupantur, Ioſepho auctore: Cuſſios etiamnum hodie à Luſitanis appellari, Ar. Montanus mihi teſtis eſt. CEPHEIDAS vocari, tradit Iſacius Tzetza. Sed & INDOS quoque vocatos leges in verbo RHIZOPHAGI. Vetus autem hiſtoria habet Aethiopes tam Orientales, quam Occidentales, vt eos nominat Heliodorus 9. Hos in Aſia, illos in Africa. Eoſdem in Aſia apud Indos, habent quoque Herodoti Thalia & Polymnia: vbi vtriuſq; differentia deſcribitur. Hos ad Indum fluuium conſurgentes facit Euſebij Chronicon ad annū mūdi 3580. quos addit circa Aegyptum conſediſſe. Ad Gangem flu-

*nium quondam habitaſſe, priuſquam Africana eſſet Aethiopia, ſcribit, aut nugatur Philoſtratus 3. Sed & grauis auctor Pauſanias 2. Eliacor. apud Seres populos & Seriam inſulam, vbi ſerici è vermibus conficiendi mos. Hos eoſdem Orientales nempe, vocat Nigros Indos Claudianus de Sene Veronenſi, & in Panegyrico Stiliconi dicto. item Tibullus 4. de Laude Sulpitiæ. Atras gentes hos nominat Pomponius Mela.* AETHIOPES AETHERII *ſunt vltimi infra Carthaginem, attingentes Cinamomiferam regionem. Strabo.* AETHIOPES MACROBIOS *habet Herodotus 3. qui Africam ad Auſtrale mare habitant. Partem Aethiopiæ* ASIAM MAGNAM *nominat Enarrator anonymus vetus in Quadripartitum Ptolemæi. Apud D. Hieronymum in vita D. Matthiæ lego hæc:* AETHIOPIA *vbi eſt irruptio Apſari & Hyſſi portus.* AETHIOPIAM *Interiorem hanc vocat Dorotheus. Pro Apſari autem, hic Phaſim ponit. Circa Colchidem ergo hæc (ſiue vera, ſiue fabuloſa) Aethiopia.*

AETHIOPICVS OCEANVS, *vide* BORICVS.

AETHIOPIVM αἰθιόπιον, *Lydiæ regio, iuxta Hyllum, & Eurypum: Stephano & Suidæ. Huic quoque Eubœæ locus eſt, prope Eurypum.*

AETHIOPS αἰθίοψ, *fluuius Africæ eſt, in Aeſchyli Prometheo.*

AETHISIPHON, *vide* CHALAME.

AETHLE, *vide* CHIOS.

AETHRADARAN, *pagi nomen: in vita S. Acepſimæ: apud Metaphraſten. in Perſia videtur.*

AETHRAEA, *vide* RHODVS.

AETHRIA, *vide* ATHRIA, & THASVS.

AETRIBVM αἴθριβον, *loci nomen, apud Zonaram.*

AETHRVRIA, *vide* TVSCIA.

AETHVSA *aliis* AEGVSA αἰγοῦσα, *vt Plinius inquit. Stephanus ſcribit* CATRIA κατρία, *à Libiis vocari.* Limoza *Mercatori eſt;* Fauiana *Calueto Stellæ. Fortè* AEGATHES *Melæ eſt. Sed Aegates habent Liuius & Florus. Aeguſæ inſulæ ſunt quoque apud Polybium lib. 1. inter Africam & Lilybæum. Aethuſa & Aeguſa Ptolemæo diuerſæ ſunt.* AEGVSA *enim eſt illi iuxta Siciliam. hanc Fazellus* Fauagnana *interpretatur.* AETHVSA, *inter Meliten & Africam.* AETHVSA, *etiam inſula quondam, poſtea Myndo adiecta, vt perhibet Plinius.* ETHVSA *quædam huius exemplaria legunt. Vide* AEGATHES & CONSTANTINOPOLIS.

AETHYIAS αἰθυίας, *ſcopulus, id eſt fulica; in Megarenſium agro, teſte Pauſania.*

AETHYSSES αἰθυσσεῖς, *Libyca gens, iuxta Marmaricam: Stephano. Ex Rhiano, vt addit.*

AETIA, *vide* CHAMAVI.

AETINE αἰτίνη, *opidi nomen, Heſychio.*

AETINIVM αἰτίνιον, *Eſtiotarum in Macedonia vrbs, apud Ptolemæum.* ATHANAEVM *fortè Liuio, lib. 38.*

AETIVM *municipium, habet Frontinus M. S. Nanſij. In Italia.*

AETNA αἴτνη, *Siciliæ mons Vitruuio: perpetuo igne flagrans.* CAELESTEM COLVMNAM *eum Pindarus cognominat.* TIPHOEVM *eum vocat Silius Italicus.* BIRICHEN *eum vocat Serapio, cap. de aſphalto. Hodie* Mongibello *aut* Monte gibello *nominant. Siciliæ vrbs, ad Aetnæ montis radicem ſita;* αἴτνη *Ptolemæo. Diod. Siculus eam antea* ENNESIAM ἐννησία, *dictam ſcribit. Per i. in prima Strabo. Stephanus* INESSON, ἴνησσον. *Vibio* INESSA. Centorbe *Claudio Aretio.* Aterno *Leandro,* Maſcali *autem Fazello dicitur.* AETNAEOS *Lacus habet Ouidius 2. de Ponto, Elegia 10. Vide* CATANA.

AETOLIA, *auctore Xenophonte, Strabone & Ptolemæo, Achaiæ regiuncula eſt. Stephanus ſcribit priùs* HYANTIS *dictam. Arias Montanus* CEPHER *Hebræis eſſe, docet in ſuo Apparatu Biblico. Nouo vocabulo* Artinia, *à Niceta vocatur.* AETOLIA *Peloponneſi etiam vrbs, Stephano, & Polyb. 5.*

AETOSIA αἰτωσία, *Italiæ vrbs: apud Phlegontem Trallianum. vnde Pollia Polla longæua.*



AETV αἰτοῦ, *Epiſcopatus nomen, in ſanctionibus Pontificiis Impp. Orientalium.*

AETVATII αἰτουάτιοι, *Straboni Heluetiæ populi ſunt, apud quos Rheni fontes eſſe ſcribit idem.* AEIVATES *ſunt Cæſari 4. Belli Gallici, vt legit H. Iunius in ſua Batauia cap. 8. vbi eos* Tauetſcher *(cum Schudo) interpretatur. Xylander hoc loco in ſuo Latino Strabone lib. 4.* NANTVATES *ponit: quàm bene, ipſe viderit.*

AETVLANA αἰτυλανή, *Armeniæ Minoris regio. Ptolemæus.*

AETVS, *vide* AQVILA.

AETYMANDRI αἰτύμανδροι, *Ariæ gens; apud Ptolemæum.*

AEVEI, *Paleſtinæ populi, quorum metropolis Gabaon, & horum ciuitas Gaza. D. Hieron. in locis Hebraicis.*

AEX, *ſcopulus veriùs quàm inſula, inter Chium & Tenedum, qui Aegæo mari nomen dedit. Plinius.* ANTANDRVS *à Solino vocari videtur idem ſcopulus vel ſaxum, vt dicit.* αἴξ, *id eſt, Capra, in Italia Marſorum vrbs eſt apud Ptolemæum.*

AEXONE αἰξώνη, *pagus in Attica: Halicarnaſſeo & Straboni. Cecropidis tribum, vocat Stephanus & Suidas. Aexonides & Aexonicos diuerſos, habet hoc tractu Strabo 9. Thraſilli patria eſt Aeliano. Vide* HALAE.

AEXONIA αἰξωνία, *Magneſiæ vrbs: Stephano.*

AEZAEI, *vide* LYCAONES.

AEZALA αἰζάλα, *Armeniæ Maioris opidum. Ptolem.* DIZACA *interpretibus.*

AEZANIS αἰζανίς, *Ptolemæo Maioris Phrygiæ vrbs eſt.*

AEZARI αἴζαροι, *Marmaricæ nomi gens: Ptolemæo.*

AEZICA αἰζική, *Thraciæ pars apud Stephanum. ex Hecatæi Europa.*

AFCRIXIS, *mons inſulæ cuiuſdam. Vide* SIRCHINICE.

AFFACAE, *vide* APHACA.

AFFILE, *Colonia Italiæ. In lib. Coloniar. in cuius ora legebatur, fortè* ALTILE, *vel* ALLIFAE. *Sed Vide* POSSESSIO.

AFRA ἄφρα, *Africæ ciuitas, Ioſepho Antiq. 1. cap. 23. ſic dicta ab Aphra Abrahami filio; teſte Cleodemo. ſic quoque apud Euſebium 9. Præparat. Euangelicæ.*

AFRICA ἀφρική, *Latinis, quæ* LIBYA *Græcis dicitur, in Sacris litteris* CHAMESIA *vocatur. Eius populum* PHVTOS *appellat Ioſephus. Tertia Orbis pars Veteribus cenſetur.* Iphrichia *incolis vocari ſcribit Ioannes Leo. Theuetus dicit Arabibus & Aethiopibus* Alkebulan, *& Indis* Beſecath *nominari.* Moorenlandt *noſtratibus ferè. Pro Africa apud Dioſcoridem, legit Serapio* LYONOI, & LINOA: *item* LINTOVIN.

*Eſt &* AFRICA PROPRIA, *Ptolemæo Africæ pars ad mare mediterraneum; inter Mauritaniam & Cyrenen regiones.* ZEVGITANA *Plinio dicitur, qui eandem in* VETEREM & NOVAM *diuidit. vt quoque Dion.* NAPHTHVHIM *Hebræis, teſte Arr. Montano. Hodie* Tunetanum *regnum hoc loco eſt. Vide* CARTHAGO, LIBYA & ZEVGITANA.

AFRICANI *Maioris Caſtra, vide* CASTRA.

AFRICERONES, *vide* GAMPHASANTES.

AFRICVM *Pelagus vocat Ptolemæus, quod Africam Propriam à Septentrione alluit.* PVNICVM *nominat Florus 2.* MAVRVM *Oceanum Iuuenalis.* TVSCVM *Dionyſius Afer. dicitque huius inundatione attolli interdum Syrtim maiorem.*

AFRVM, *Paleſtinæ vrbs. lib. Notitiarum.*

AFVFENIENSIS, *Africæ loci epiſcopalis nomen, reperio in fragmento Vict. Vticenſis.*

AGABA ἄγαβα, *Palæſtinæ vrbs: Ioſepho Antiquit. 13. cap. 24.*

AGABANA, *circa Perſidem caſtellum. Ammianus 27. Vide* AGAMANA.

AGABRA, *Turdetanorum in Hiſpania opidum Vaſæo auctore. qui hoc hodie* Cabra *dici ait.*

AGACTVRI, *Plinio ſunt Arabiæ Felicis populi.*

AGA-



AGAGAMMATAE, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi ſunt apud Plinium.*

AGAGRIANAE *Portæ, Syracuſis. erat hîc magna frequentia ſepulcrorum, vt ait Cicero 5. Tuſcul. Archadinæ fortè legendum, vt digito monſtrauit Vrſinus.*

AGALASSES ἀγαλασσεῖς, *Indiæ populi, circa Indi fluminis partes ſuperiores. Diod. Sicul. 17. quos ab Alex. Mag. expugnatos tradit.*

AGALLA ἄγαλλα, *Arabum vrbs, in Palæſtina, Ioſepho Antiq. 14. cap. 2.*

AGAMANA ἀγαμάνα, *Meſopotamiæ opidum, Ptolemæo. Idem fortè cum Agabana Marcellini.*

AGAME, *vide* AGAMIA.

AGAMEDA ἀγαμήδη, *locus in Lesbo inſula, circa Pyrrham, Stephano, & Suidæ. opidum eſt Plinio. quod interiiſſe addit. Stephano eſt quoq; fontis nomen. ex Nicolao.*

AGAMENNONIAE *in Attica Graiorum claſſis in Troiam coniurantium ſtatio. Pomponius.*

AGAMENNONII *fontes tepidi, in Ionia, quadraginta ſtadia ab vrbe Smyrna diſtant. Philoſtratus de viris illuſtribus in bello Troiano.*

AGAMIA ἀγαμεια, *promontorium & portus eſt Troadis, apud Suidam & Stephanum: ex Hellanico. Dicitur etiam* AGAME.

AGAMVS ἄγαμος, *vrbs circa Heracleam Ponticam. Stephanus.*

AGAMZVA, *Mediæ vrbs, apud Plinium. An* ΑΓΑΝΖΑΓΑΥΑ *Ptolemæi? quæ interpretibus* AGANZAVA.

AGANAGARA ἀγανάγαρα, *Indiæ extra Gangem vrbs eſt Ptolemæo.* Agonara *interpretatur à Mercatore.*

AGANGINAE ἀγαγγῖναι, *Libyæ interioris populi. Ptolem.*

AGANIPPE ἀγανίππη, *Bœotiæ mons; antea* ENIPPE *dictus. vti eſt apud Vibium Sequeſtrem. Sed Aganippe fons eſt Bœotiæ apud Plinium, & Pauſaniam, ad Heliconem, iuxta Muſarum nemus.*

AGANTINNVS, *Vide* AGATHYRION.

AGANZAGAVA, *vide* AGAMZVA.

AGANZIAE, *vide* BERGIO.

AGAR, *eſt Africæ Propriæ opidum: apud A. Hirtium.*

AGARA ἄγαρα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus. vide* BARAD.

AGARACES ἀγαράκες, *ager Armeniæ. in quo bolum Armenum reperiri ſcribit Aëtius.*

AGARENI *Populi, 1. Paralip. 5. Vide* SARACENI.

AGARIA, *vide* AGRIA.

AGARLAVAE, *Africæ Propriæ locus: Antonino.*

AGARRHA ἄγαῤῥα, *Suſianæ vrbs: apud Ptolemæum.*

AGARVM ἀγάρον, *promontorium Sarmatiæ Europææ. Ptolemæus.*

AGARVS ἄγαρος, *Ptolemæo Sarmatiæ Europææ fluuius. Hunc Ouidius* SAGARIM *vocat. vt opinantur Hermolaus & Nebriſſenſis.* Schiret *nunc, quemadmodum Mercator ait in ſua Europæ tabula.*

AGASSAE, *Theſſaliæ aut ſaltem Macedoniæ vrbs eſt, apud Liuium, 45. Turnebus* PAGAVSA *legendum putat. ſed huius verbi ignoro quis auctor. An Pagaſa fortè velit? Auſim ego* TAGASAE *ex Athenæo legere. & ita ſcriptum fuiſſe ab ipſo Liuio contenderim. Erroris cauſſam librarius dedit: non percepto ex prælegentis ore* T. *elementi geminatione. Locus apud Liuium ſic habet, Ad Aeginium & Agaſſas diripiendas mittit, &c. Tagaſſas priùs ſcriptum non dubito.*

AGASVS *Portus, in Apulia Daunia. Plinius.*

AGATHA ἀγάθη, *Ptolemæo, Straboni, & Plinio, Galliæ Narbonenſis inſula & vrbs eſt.* Agde *Ioanni Poldo, qui ſcribit hanc à nonnullis hiſtoriographis quoque* CIVITAS NIGRA *appellari.* AGATHATYCHE, ἀγαθὴ τύχη, *id eſt, Bona Fortuna, à Timoſthene dici, tradit Stephanus. Sunt qui* AGATHA Montempeſſulum, *interpretantur. ſed hæc eſt in continente, vbi Ptolemæus quoque Agatham habet.* AGATHA *etiam Lyciæ inſula eſt apud dictum Stephanum.*

AGATHIA ἀγάθεια, *Stephano eſt Phocidis vrbs ex Hellanico.*



AGATHI DAEMONIS, *inſula eſt apud Stephanum in Indico mari. Eſt & fluuij nomen in Inferiori Aegypto, Ptolemæo.*

AGATHICVM *opidum, terræmotu collapſum, ſub Anaſtaſio Imp. ſcribit Marcel. Comes. Aſiæ minoris fortè.*

AGATHIRNVM, *vide* AGATHYRSVS.

AGATHOCLIS ἀγαθοκλέος, *inſulæ duæ in ſinu Arabico ſunt apud Ptolemæum.* AGATHOCLIS *Turris, in Africa locus, trigeſimo ab Vtica diſtans milliario: vt refert Appianus in Punicis.*

AGATHONIS ἀγάθωνος, *inſula ſinus Arabici, verſus Aegyptum. Ptolemæus.*

AGATHOPOLIS, *Thraciæ vrbs, videtur apud Nicetam, & Glycæ continuatorem.*

AGATHVSSA, *vide* TELVS.

AGATHYRION ἀγαθύριον, *Siciliæ vrbs Ptolemæo. Marius Niger dicit hodie* Pati *nomen habere.* AGATHYRION *hoc Ptolemæi idem eſſe cum* AGATHYRSO *Strabonis, &* AGATINNO *vel* AGANTINNO *Antonini putat Simlerus. Ego hoc idem cum Agathyrio Ptolemæi eſſe patiar; cum Agathyrſo verò Strabonis minimè. Liuius lib. 26.* AGATIRNAM *habet.*

AGATHYRSA, *vide* NIMBLIS.

AHATHYRSI ἀγάθυρσοι, *gens Thracica, intra Aemum montem, Stephano & Herodoto. Schythiæ intra Imaum populi, apud Ptolemæum. (ſed* ALANORSI *hi dicuntur ab interpretibus.) Etiam Sarmatiæ Europææ, apud eundem & Plinium. Vide* TRAVSI.

AGATHYRSVS ἀγάθυρσος, *Straboni, Siciliæ inſulæ promontorium. Ptolemæus* AEGITHARSVS αἰγίθαρσος, *vocat:* AGATHIRNA *Liuius. Plinius* AGATHIRNVM *habet:* Cabo S. Vito *hodie, ſi Fazello creditur;* S. Fradello, *ſi Claudio Aretio. A nonnullis tamen etiam video* S. Theodoro *interpretari. Quidam anonymus Aegytharſum prom.* C. de S. Theodoro, *& Agathyrſum* Piraino *appellat. Vide* NIMBLIS.

AGATINNVS, *aut* AGANTINNVS, *vide* AGATHYRION.

AGATIRNA, *vide* AGATHYRION.

AGAVA ἀγαύα, *Africæ in Pentapoli regione opidum, Ptolemæo.* ANDAN *Latini codices habent.*

AGAVI, *vide* HIPPOMOLGI.

AGAVNVM, *in Heluetiis opidum, quod rupibus vndique cingitur. Regino eius meminit, vt Schudus tradit, qui hoc hodie* S. Mauritz *dici addit. Simlerus putat* TARNADAE *Antonini eſſe.*

AGAZZIRI, *gentis nomen, circa Viſtulæ amnis oſtia. Agathiæ & Iornandi.*

AGBATANA, *vide* ECBATANA.

AGDAMEA ἀγδαμία, *Phrygiæ vrbs, apud Socratem, & Calliſtum, lib. 14. cap. 39. cuius epiſcopum Optimum nominat.* ARGADAMIA *apud Iuonem ad calcem Epiſtolarum.* ARGDAMIA *ſine* A. *in ſecunda in Tripartita hiſtoria 12. cap. 8. in iure Orientali* GENABVM γένασον, *legitur, longè diuerſa lectione.*

AGDAMI ἀγδάμη, *ciuitas Arabiæ Felicis: Ptolemæo.*

AGDENITES, *Carmaniæ populi, Ptolemæo. quos Græcus codex ignorat.*

AGDISTIS ἄγδιστις, *Mons Aſiæ Minoris, in Phrygia ad Peſſinuntem ciuitatem. Pauſanias in Atticis.* AGDVS *legitur apud Arnobium 5. inaudita per omnia vaſtitatis petra, in Phrygiæ finibus. ex ea Deucalione lapides ſumente, humanum genus prodiit. Apud Pauſaniam Agdiſtis quoque mentio.*

AGEDI, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi ſunt apud Plinium.*

AGDVS, *vide* AGDISTIS.

AGEDICVM, *vide* AGENDICVM.

AGELASTOS, *rupes in Attica, Heſychio. haud procul à Callichoro puteo: Apollodoro. Vide* IRESIA.

AGELE ἀγέλη, *tribus Attica, Lexicon Phauorini.*

AGELOCVM, *vide* SEGELOCVM.

AGEMYTHA ἀγεμύθα, *Indiæ extra Gangem vrbs, Ptolem.*

AGENDICVM *Cæſari,* AGEDICVM ἀγήδικον, *Ptolemæi;*

lemæi inter Celtas opidum. Prouins, Marliano auctore. Milly en Gaſtinois potiùs videtur Vigenereo. AGREDICVM Antoninus habet. pro quo Simlerus Agendicum legit.

AGENNVM, vide GARITES.

AGER Robuſtorum, in Gabaon, locus. 2. Samuel 2.

AGERENSEM Agrum, nominat Cicero de lege Agraria, contra Rullum. Aſiæ Minoris videtur.

AGERVA, vide LEBEDONTIA.

AGESINATES, Galliæ Aquitanicæ populos Pictonibus iunctos habet Plinius.

AGESSVS ἄγησσος, Thraciæ vrbs Stephano: ex Theopompo. ἀγεσσιων meminit Goltzius, ex Gordiani nummo.

AGESTA, vide EGESTA.

,, AGETA, Mœſiæ ſuperioris vrbs Antonino. AGETA, & ,, AEGETA, habet lib. Notitiarum, vtrumque in Dacia Ripenſi.

AGETHAIM, vide ADITHAIM.

AGGAI vide AIOTH.

AGGARITANVS episcopus, à loco Africæ ſic dictus, eſt apud Vict. Vticenſem. AGGERITENSIS eſt in Collatione Carthag.

AGGIVA, vide AVGINA.

AGGRINAE, Græciæ populi videntur apud Ciceronem, in L. Piſonem. hos dicit in Dolopum regionem demigratos. An corruptè ab Agrinio quæ in Acarnania?

AGGYA, Africæ locus, D. Auguſtino.

AGHEAMIA, Prouincia Syriæ videtur, in hiſtoria de Iudæis clauſis Eldadi Danij.

AGIAS ἀγιάς, locus in Argia, Diodoro 12.

AGIDOS ἄγιδος, apud Strabonem eſt Cypri vrbs, quæ hodie Borgus Templi vocatur, vt refert Luſignanus. inter Lapathum & Aphrodiſium. Etiam Siliciæ inter Anemurium & Arſinoem, apud eundem Strabonem. Vide NAGIDOS.

AGILAEI, vide GELAEOS.

AGILLAE, ſic malè ſcribunt plerique. Vide CAERE.

AGINEES Fontis memoria eſt in antiquo lapide, Hiſpaniæ. Vide Volumen Inſcriptionum Smetij.

AGIMYTHA, vide AGEMYTHA.

AGINIS ἀγινίς, Suſiorum pagus, ad Paſitigrim fluuium. Arr. de Indicis.

AGINNA ἄγιννα, Iberiæ Aſiaticæ vrbs, Ptolemæo.

AGINNATAE, vide SALINAE.

AGINNVM, vide GARITES.

AGION, mons in Scythia: Stephano in voce ψευδαρκτικη. Monti Sancti, montes etiamnum habet in Sarmatia Aſiatica, Herberſteinius. Idem Stephanus habet Ἄγιον locum in Scythia, vbi Æſculapius colebatur. Vide CONSTANTINOPOLIS.

AGIOS ADRIANOS, vide MYCENAE.

AGIRIA, Hiſpaniæ vrbs, Antonino: inter Cæſarauguſtam & Liminium. Vide AGRA.

AGISYMBA ἀγισύμβα, Ptolemæo. Extima Africæ regio, verſus Meridiem. Hæc omnibus veteribus geographis prorſus incognita fuit. Vocatur hodie à Perſis & Arabibus Zanguebar. Zangue autem his idem ſignificat, quod niger Latinis. A nigris enim totus hic tractus incolitur, Ioanne Barrio, & Garçia ab Horto auctorib. Melo eam, neſcio qua auctoritate vocat Hieronymus Giraua. Zenzibar hæc eſt M. Pauli Veneti, quam non ſine maximo errore inſulam credit; deſcribitque ab inſula Madegaſcar verſus Meridiem; eamq; in circuitu habere duo millia milliarium Italicorum addit.

AGITA, vide AGVTI.

AGIVM, vide AGIOS.

AGLA Minor, eſt Hiſpaniæ vrbs, teſte Plinio.

AGLAOPE, vide SIRENVSSAE.

AGLIA, Vide ZELLIA.

AGLOG, locus alicubi ad Euphratem. Teſtis Lib. Proprietat. Elementor. qui Ariſtoteli adſcribitur à quibuſdam falsò.

AGLON, Palæſtinæ locus, Ioſue 15.

AGMANISPHE, vide ATMANISPHE.



AGMONIS, (Aginois erat in margine) Galliæ fluuius. Circa Sithienſe monaſterium. Vita S. Audomari.

AGNA ἄγνα, Mauritaniæ Tingitanæ fluuius, in Oceanum Atlanticum ſe exonerans, Ptolemæus. AGNENSIS gentile in Collatione Carthag.

AGNEDA, vide ALATA CASTRA.

AGNI CORNV ἀγνοῦ κέρας, promontorium Aegypti, circa oſtium Heracleoticum, Strabo 17.

AGNICE, Armeniæ fluuius, aquas ſuas in Tigrim deferens. de quo Plinius 6. cap. 27. Fluminibus claris Parthem, ,, Agnice, Pharione, &c. pro quibus Pintianus, & codex ,, vetuſtus legunt, Parthenia ac Nicephorione. Vide NICEPHORIVS.

AGNINA, ciuitas epiſcopalis, apud D. Gregorium 3. Dialogor. Huius Epiſcopum Conſtantinum nominat. In Italia, vt conijcio.

AGNONIA ἀγνώνεια, Thraciæ vrbs, prope Amphipolim. vt tradunt Stephanus & Suidas.

AGNOS ἀγνός, Aeolidis tribus gens, Heſychio.

AGNOTES ἀγνῶτες, Galliæ iuxta Oceanum populi, Stephanus ex Artemidoro. Vide ANAGNVTES.

AGNVS ἀγνοῦς, Demetriadis tribus, in Attica regione. Stephanus & Suidas. An Agnos Heſychij quoque?

AGOCE, Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs, apud Plinium.

AGONES ἀγῶνες, Inſubrum populi, apud Polybium. Vgonia Schudo.

AGONIDA inſulam Hiſpanicam habet Sex. Auienus.

AGONVS ἄγωνος, fluuius circa Aethiopiam, Heſychius. Vide COLLINA & QVIRINALIS.

AGOPIER, Aniacæ regionis opidum, Curopalati. AMPIERVM eſt Cedreno.

AGORA ἀγορά, i. forum, vrbs in Thracica Cherſoneſo, auctoribus Herodoto & Stephano. Circa eius iſthmum eſſe, docet Demoſthenes, in Haloneſo. AGORAEORVM Mœnia ἀγοραίων τεῖχος, Europæ opidum, in Helleſponto, Stephano. Thraciæ, mihi perſuadeo: ex eo quod Helleſpontum vtrumque Helleſponti littus vocari videam. Idem fortè cum Agora. Leonclauius dicit hodie Malgara vocari.

AGORANIS ἀγόρανις, Indiæ fluuius, in Gangem effluens, Arriano de Indicis. Per Y. in ſecunda legit alius codex.

AGOREI Fluminis meminit Hiſtoria Miſcella. lib. 16. in quo pontem ſcribit ædificaſſe Iuſtinianum Imp. In Thracia videtur. iuxta Agoram fortè.

AGORESVS ἀγόρησος, Cariæ ciuitas, apud Stephanum.

AGORITAE ἀγορεῖται, gens in Sarmatia Aſiatica. Ptolemæus.

AGRA ἄγρα, Atticæ locus eſt, vbi primùm Diana venata eſſe fertur, Artemidoro ſcriptore. Et vnde Iliſſus amnis oritur, teſtibus Strabone & Pauſania. item Stephano, qui quoque ἄγρας legit. Suſianæ vrbs eſt Ptolem. AGRAE, Arcadiæ vrbs eſt apud Plinium. Arabiæ Felicis quoque. Circa Laconicum ſinum, apud eundem.

AGRA, vel AGIRIA, variat enim lectio: Africæ vrbs; in concilio Carthaginienſi, ſub D. Cypriano habito.

AGRABAT, vide ACRABATENA.

AGRADATVS, vide CYRVS.

AGRADIESIS (pro Agradienſis puto) Militis, meminit lapis antiquus, in Smetij volumine, fol. XC. numero 7. Italiæ videtur.

AGRAE, vide ACRAE & AGRA.

AGRAEA, vide AGRAEI.

AGRAEI ἀγραῖοι, & AGRENSES ἀγρεῖς, ſunt Plinio, Dionyſio, & Stephano, Arabiæ Felicis populi. In Arabia Deſerta ſunt AGRAEI apud Ptolemæum. Alij ſunt quoque ab his in Aetolia, Liuio & Straboni: qui ibidem etiam locum AGRAEAM dictum habet, cuius incolas EPHYROS vocat. & Thucydides 5. AGRAIM regionem. Vide AGRIAE & ARABIA.

AGRAGAS, Siciliæ fluuius, circa Agrigentum vrbem, à quo ea nomen acceperit, teſtibus Thucydide & Æliano. Draco hodie eius nomen eſſe credit Fazellus & Aretius.





Siciliæ mons, quoque, iuxta Gelam. niſi errauerit Vibius.

,, AGRAGANTINVM Fontem habet Plinius, ad ſca- ,, biem iumentorum vtilem. Eum accuratè deſcribit Gratius poëta. Vide AGRIGENTVM.

AGRAGIESIS, pro AGRAGIENSIS, (vt puto) Claſſis, meminit marmor inſcriptum: Romæ.

AGRANI, opidum Babyloniæ regionis, qua Euphrates deriuatur, Plinius.

AGRANORVM vrbē ἀγρανῶν, habet Strabo 16. in Arabia Felice. NEGRANORVM dicit habere M. S. codicem Caſaubonus. ſed ipſe AGRAEORVM legit. at quare non Negranorum? Negram vrbem norunt enim ſcriptores quidam hoc tractu.

AGRANTOMAGVM, Galliæ vrbs, Antonino. circa Rhedones videtur. Vide ARGANTOMAGVM.

AGRAS, vide AGRA.

AGRAVLE ἀγραυλή, Athenienſium, Erechteidis tribus eſt Stephano. Meminit huius etiam Plutarchus in Alcibiade. ἀγρόιλε legit Suidas. Eſt & Athenienſium locus in Sardinia, Stephano. Vide AGRIAVLE & AGRYLE.

AGRAVONITAE, Illyrici populi ſunt apud Liuium, 45.

AGRE ἄγρη, Stephano Lydiæ vrbs. ex Herodiani 11.

AGREDICVM, vide AGENDICVM.

AGRESTIA, locus vnde Amphius & Adraſtus, Græcis ſuppetias tulere, vt habet Dares Phrygius. An malè, pro Adreſtia?

AGRI, vide DOSCI.

,, AGRIA ἀγρία, Sarmatiæ regio, vbi Agaricus naſcitur. ,, Dioſcorides. AGARIA vertit Matthiolus.

AGRIAE, AGRAEI, AGRIANES, AGRIENSES, ἀγρίαι, ἀγραῖοι, ἀγριᾶνες, ἀγριεῖς, ſunt Pæoniæ gentis ſynonyma, apud Stephanum: qui inter Rhodopen & Aemum montes degunt. AGRIANI ἀγριανοί, vocantur à Curtio, Herodoto, Arriano, & Strabone in Epitoma, ab Agriane fluuio. Vocantur & AGRII, apud Antigonum. Vide AGRAEI.

AGRIANA, Cappadociæ vrbs, Antonino.

AGRIANES, Herodoto circa Thraciam fluuius. Vide AGRIAE.

AGRIASPE, vide ARIMASPI.

AGRIAVLE ἀγριαύλη, gens Attica, Heſychio. Agraulæ fortè Stephani.

AGRIGENTVM Plinio Siciliæ vrbs. ACRAGAS ἀκράγας, Ptolemæo, Laërtio, Xenophonti, & Tucydidi, qui cum Aeliano dicit à flumine Agragante ſic appellatam. Naro à Nigro hodie nominatur. Cuidam anonymo duo ſunt, cui Agragas Monte ſecco, & Agrigentum Gergenti eſt. hoc erit fortè Agrigentinorum emporium, ad mare. illud Agagras in mediterraneis. vtrumque Ptolemæi. Agrigenti huius ſitum lege apud Polybium 9.

AGRII, vide AGRIAE & CYNAMOLGI.

AGRINAGARA ἀγριναγάρα, Indiæ intra Gangē vrbs, Ptolem.

AGRINIVM ἀγρίνιον, Acarnaniæ vrbem habet Polybius 6. & Diodorus 19.

AGRIOPHAGI ἀγριοφάγοι, atque MOSCHOPHAGI μοσχοφάγοι, Aethiopiæ populi, vicini Tiſebaricæ regioni: in Arriani Periplo. Plinius & Solinus ſcribunt eos ſolas pantherarum & leonum carnes deuorare. Agriophagos habet Ptolemæus in India intra Gangem. Vide CYCLOPES.

AGRIPPA COR. Colonia eſt in Theſauro Goltzij, ex nummo. AGRIPPA PATRICIA, ibidem. AGRIPPAE Stagnum, Romæ: eſt apud Tacitum, Annal. 15. AGRIPPENSES ſunt Plinio Bithyniæ populi.

AGRIPPINA Colonia Taciti, Vbiorum vrbs, ad Rhenum. Agrippæ Neronis matris patria. COL. CLAVD. AVG. AGRIPPINENSIVM vocatur in antiqua inſcriptione, quæ extat in Aldi ortographia. & COL. AGRIPPINA VBIOR. in nummo Claudij COL. AGRIPPINA VBIOR. LEGIO XIX. in nummo Vitellij. AGRIPPINENSIS Legio, eſt apud Ptolemæum. & AGRIPPINENSIS Colonia, apud Suetonium & Plinium. Olim VBII dicti fuere, teſte eodem Tacito. Hodie Coelln, incolis: Cologne, Gallis: Hiſpani & Itali etiamnum Colonia vocant. Vide VBII.



AGRIPPIAS, vide ANTHEDON.

AGRIS ἄγρεις, Ptolemæo Carmaniæ vrbs. Apud Stephanum AGRISA eſt.

AGRIZAMA, vide ASPVNA & ARGIZALA.

AGROELA, vide AGRAVLE.

AGROIRA, vide ATTALIA.

AGROS ἀγρός, regionis nomen eſt apud Stephanum. Per ω etiam idem ſcribit. Μεγάλος ἀγρός, Cedreno loci nomen circa Propontidem alicubi.

AGROSPI opidum ad Nili ripam, in Aethiopia ſub Aegypto, Plinio.

AGRYLE, Erechteidis gentis tribus, Phauorino. Archeptolemum Agrylethem, habet Plutarchus, in Antiphone rhetore. Vide AGRAVLE.

AGVBENI ἀγουβηνοί, Arabiæ Deſertæ gens, apud Ptolem.

AGVENSIS Plebs, in Africa. Coll. Cartag. An pro Agnenſis? ab Agna? vel potiùs Aquenſis? ab Aqua?

AGVNTVM ἄγουντον, Ptolemæo, Plinio, & Antonino, Norici opidum. quod Lazio Innecken videtur. Gurcktal idem alibi.

AGVRIVM, Ptolemæo ἀγούριον, Siciliæ vrbs. AGYRINOS populos habet Plinius. Simlerus ſcribit AVGVRIVM Antonini eſſe, & hodie S. Philippo in Agirone appellari; cui aſſentitur Leander. AGYRENA ἀγύρηνα, legit Stephanus. AGYRINENSES apud Ciceronem ſunt. Diod. Siculus geminato γγ ſcribit. & idem alio in loco ἀργύειον, per ρ. in prima.

AGVTI, vel AGITA, Inſula inter Siciliam & Africam. Antoninus.

AGVZII, vide OGYZII.

AGYAMARIA, Epiſcopalis locus, ſede Sergiopoleos. Guilielmus Tyrius.

AGYLLA, vide CAERE.

AGYLINA VADA, vide TRASVMENVS.

AGYRANIS, vide AGORANIS.

AGYRENA, vide AGVRIVM.

AHEMREMMON, tribus Iudæ locus, Ioſue 15. vt vertit D. Hieronymus. Apud 70 interpretes duo loca ſunt, ἀῒν & Ῥεμμων. AIN tempore D. Hieronymi BETHENNIN vocabatur.

AHIALON ἐλῶν, 70. interp. locus Palæſtinæ, Ioſue 19. Vrbs eſt à Salomone ædificata, 2. Paralip. 11. hæc EALOM 70. interp. eſt; & ELOM Ioſepho Antiq. 8.

AHIAR, D. Hieronymo, AVAN, 70. Interpretibus. Aſſyriæ regionis populus videtur. 2. Regum 17.

AHOITH, vnde vnus fortium Dauidis, 2. Samuel. 23.

AHYLAM, apud 70. interpret. ELOTH, eſt loci nomen, 4. Regum 14.

AIACIS Murus, vide NAIN τεῖχος. AIACIS tumulus, vide AEANTIVM.

AIALON, vide HAIALON.

AIANTIVM, vide APSASIVM.

AIAS αἴας, Aegypti mons; ad ſinum Arabicum, Ptolemæo. Fluuij nomen eſt Stephano, ex Latmo fluentis. AEAS Latinis.

AIAX, inquit Gab. Barrius, Calabriæ fluuius à Lycophrone ſic dictus, eo verſu, Lacmonij bibentis Aiacis aquas, Crathis autem, &c. hodie Pilaca nominatur. Sed AIAS ſcribendum, ex Stephano: in verbo λακμον. neque in Calabria ſtatuendum, ſed è regione. in Macedonia aut Epiro crediderim. Vide AEAS.

AIDONEVS ἀϊδωνεύς, fluuius circa Troiam videtur, apud Pauſaniam in Phocicis.

AII ἄιοι, Indiæ intra Gangem populi, Ptolemæo.

AILA, Palæſtinæ vrbs, in lib. Notit. Vide AELANVM.

AILIM, vide ELIM.

AILON, idem cum AIALON, ni fallor. Vide HAIALON & OPHIR.

AILATH, vel AHILAT, ab Oſia rege ædificata vrbs, 2. Paralip. 26.

AIMILIVS, *vide* SVBLICIVS.

AIN, *locus Palæſtinæ; Ioſue 21. Vide* AHEMREMMON.

AINA, *vide* HAI.

ALVRENSIS *epiſcopus in Africa. Coll. Carthaginienſ.*

AIXIS, *vide* BERZOBIS.

AIY, *vide* ALYI.

AKYTANIA, *vide* AQVITANIA.

ALA, *vide* TAMI.

ALA ἄλη, *opidum Ciliciæ: quod* ἀλήϊος, *Ioanni Tzetzæ eſt, Chil. 7. numero 149. inde* ALEIVS *Campus, iuxta Mallum, inter Cydnum & Sinarum fluuios, teſtibus Strabone, Arriano, Plinio, & Euſtat. Vide* HAYLAM.

ALAAB, *Iudicum 1. Palæſtinæ locus.* ἀχλὰβ *70. interp.*

ALABA ἄλαβα, *Celtiberorum in Hiſpania opidum. etiam inſula ante Taprobanen, Ptolemæus.*

ALABAGIVM ἀλαβάγιον, *Carmaniæ promontorium, Ptolemæo.* ALAMBATERA *interpretibus.*

ALABANA ἀλαβάνα, *Ptolemæo,* ALBANA *eius interpretib. Arabiæ Felicis opidum.*

ALABANDA ἀλάβανδα, *Ptolemæo, Liuio, & Plinio. Aſiæ Minoris vrbs, in Caria.*

ALABASTRA ἀλάβαστρα, *Aegypti vrbs: apud Ptolemæum. Phrygiæ eſt quoque Stephano.*

ALABASTRINVS, *Mons Aegypti: Ptolemæo.*

ALABASTRVM, *opidum Aegypti, in Thebaide. vbi topaſius naſcitur. Plin. 37. cap. 8.*

ALABASTRVS, *Troadis fluuius eſt, apud Plinium. ex Ida monte oriens.*

ALABON ἄλαβων, *vrbis & fluminis nomen eſt apud Stephanum. vbi autem locorum, reticet.* ἄλαβως *etiam fluuius eſt Heſychio. An fortè in Sicilia? cum Ptolemæo, & Diodoro libro 4. qui Fazello hodie* Cantaro *nominatur? Puto eundem eſſe cum* ABOLOS ἄβολος, *Plutarchi, in Timoleonte: &* ALACHIS *Vibij. Vide* ARAETHVSA.

ALABONA, *vide* ALAVONA, ALLOBOVE, *&* ALAPVNTIS.

ALABVNTIS, *vide* ALAPVNTIS.

ALABVRIVM ἀλαβούριον, *Syriæ vrbs, Stephano. ex 8. Chronicorum Characis.*

ALABVS, *vide* ALABON.

ALACHIS, *vide* ALABON.

ALACHROAS, *vide* LOTOPHAGON.

ALAE, *vide* HALAE.

ALAE FLAVIAE βωμοὶ φλάυιοι, *Ptolemæi in Rhætia litorali opidum.* Nardlingen *vocat Ioannes* Heroldus. ARAE FLAVIAE *legit Appianus, &* Nordlingen *appellat. Vtrumque tamen eundem locum velle deſignare, non dubito. Pro Aræ apud Ptolemæum Alæ legendum opinatur* Heroldus. *Iudicium ſit apud ſtudioſos. Ego Aras malim:* βωμὸς *enim Græca exemplaria legunt.*

ALA FLAVIANA, CASTRA FLAVIANA, *item* FLAVIANVM *&* FABIANA, *nonnullis barbarici temporis hiſtoricis Vienna Auſtriæ vocatur. Wolfangus Lazius autem hanc à* Ptolemæo IVLIOBONAM ἰυλιόβωνα, VENDVM *à Strabone, &* VINDOBONAM *ab Antonino appellari ait.* VENDOBONAE *meminit quoque Aurel. Victor, in Vita M. Antonini Imp. &* VINDOMANAE *lib. Notitiarum. item* VINDOMINAE *Iornandes. Sunt qui* VIANAM *à Plinio in Noricis deſcriptam putent.* PANNONIAM VRBEM *eam vocat Iornandes, vt Lazius colligit in ſua Vienna.* VIENNA *vulgo Latino.* Wien *vernaculè dicitur.* Wijdme *Slauonicè. Auſtriæ vrbs clariſſima, ad Danubium fluuium ſita, Imperatoria ſede nobilis. Hanc vrbem Turcos* Petz *vocare, ex D. Carolo Rimio habeo, oratore quondam apud Zelimum Turcorum Imp.* Wetſch *vocat Leonclauius: item* Beetz.

ALA MILIARENSIS, *ſedes epiſcopalis: in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſis.*

ALAMNARISCAM *olim vocatam vrbem, quæ nunc* Alſtadt *dicitur, Heroldus ex eius loci antiqua Inſcriptione Romana colligit. Germaniæ vrbs eſt, ad flumen Almul ſita.*

A L

ALA NOVA, *Pannoniæ vrbs, Antonino.* Ebersdorff *Simlero.*

ALACV DVLCE, *locus in Africa, Coll. Carthag. An pro Lacus dulcis?*

ALAEENSIS *Municipij: ſic Suidas. In Græco non reperi.*

ALAEPHILA, *vide* GEMON.

ALAESA ἄλαισα, *Siciliæ litorale opidum, Ptolemæo.* Caronia *Fazello;* Siffalo *Nigro nominatur.* Coliſana *quoque cuidam. aut* Catonia, *vt coniicit Aretius. An eadem ſit cum* ALESA ἄλεσα, *quam Diodor. lib. 14. à conditore* ARCHONIDIAM ἀρχωνίδια, *cognominat, ſubdubito. nam multas vrbes in Sicilia Aleſæ nominis eſſe, idem dicit. Haleſa, Haleſina ciuitas, & Haleſini, ſunt apud Plinium, & Ciceronem contra Verrem, cum aſpiratione.* HALESINVM *fontem habet Priſciani Dionyſius. de quo vide* HALESVS.

ALAGONIA ἀλαγονία, *Libera vrbs Laconum, Pauſan.*

ALALAEI ἀλαλαῖοι, *inſulæ paruæ plures, in ſinu Arabico, in quibus teſtudines ſunt: Arriano teſte in ſuo Periplo.* ALIAEV *Plinio ſunt.*

ALALCOMENE, *vide* ITHACA.

ALALCOMENIVM ἀλαλκομένιον, *Bœotiæ vrbs; Stephano, & Plutarcho in Quæſtionibus Græcis, ſed per ω in penultima.* ἀλαλκομέναι *Pauſaniæ non magnus vicus. Deuriopum vrbs eſt in Macedonia, apud Strabonem. Niſi hîc Alcemenæ ſit legendum: vt ſcribit Caſaubonus.*

ALALIA, *Phœniciæ vrbs in Niceno concilio. Vide* ALLALIA.

ALALIS ἀλαλίς, *Palmyrenæ vrbs, Ptolemæo; iuxta Euphratem.*

ALAMA, *vide* SOTEROPOLIS.

ALAMANI ἀλαμάνοι, *populi Germaniæ finitimi, vocantur à Stephano:* ALAMANNI *Arnobio: per* E. *in ſecunda* ALEMANNI *Ammiano, aliiſq; Hi, vt ex dicto Ammiano lib. 18. 21 & 26. patet, confines habebant cum Gallis, Rhætis & Burgundionibus. à quibus in Capellatij regione lapidibus terminalibus diſtinguebantur. Idem 28. ad Padum fluuium aliquando eos habitaſſe iuſſu Theodoſij Imp. tradit. Horum meminere etiam Vopiſcus, & Spartianus. Poſterioribus verò ſæculis omnes ferè Germani Alamani dicti fuêre, & etiamnum ſic ab omnibus exteris Europæis appellantur.*

ALAMATA ἀλαμάτα, *vrbs iuxta Euphratem, Palmyrenæ regionis. Ptolemæus.*

ALAMONTEM *vrbem, habet Antoninus: in Gallia Narbonenſi. Vide* ALAPVNTIS.

ALAMVS ἄλαμος, *Albaniæ opidum, Ptolemæo.*

ALANA, *Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs, Plinius.*

ALANAEI ἀλάναιοι, *populi ſunt apud Euſebium 6. Præparat. quos carnibus ali ſcribit; panem minimè veſcentes.*

ALANDRI *fluminis fontes, ſunt in Phrygia Maiore, vt puto, ex Liuij lib. 38.*

ALANI, *vel vt Ptolemæus legit* ἀλαῦνοι: *ſunt* Lithuani *apud Willichium, in Tacitum. Alanorum frequens eſt mentio apud Claudianum. Meminit eorum quoque Dionyſius, Lucanus, Suetonius in Domitiano: & Lucianus in Toxari, qui dicit eos cultum & linguam communem habere cum Scythis. Caucaſigenas hos cognominat Sidonius. Sunt ibidem montes quoque cognomines, Ammiano 31.* ALANI *&* ROXOLANI, *ponuntur à Ptolemæo, & Plinio in Sarmatia Europæa. Iuxta Tanaim fluuium & Mæotidem paludem deſcribit eos Ioſephus. Conſule de his quoque Egeſippum 5. cap. 50. Obiter hoc addo, me apud dictum Suetonium malle Albanos quàm Alanos legere: hi enim Aſiæ populi vicini Parthis: Alani autem Europæi. Confirmat meam ſententiam Tacitus Annal. 12. 13. 15. Scio Zonaran 3. ſcribere Alanos à Veteribus Albanos dici. ipſe viderit. Vide* SCYTHAE *&* MASSAGETAE.

ALANIA ἀλανία, *Epiſcopatus in ſanctionibus pontificiis Orientalium Impp. Circa Byzantium alicubi in Europa aut Aſia.*

ALANORSI, *vide* AGATHYRSI.



A L

ALANTONIS, *Hiſpaniæ vrbs, Antonino.* VIII. *M. P. à Pampelone.*

ALANVS *Mons, Sarmatiæ Europææ, vnde Alani: vt habet Euſtathius. Scythiæ intra Imaum eſt Ptolemæo.*

ALAPENI, *vide* SALAPENI.

ALAPIA, *vide* NEREA.

ALAPTA ἀλάπτα, *plurali numero, locus Thraciæ apud Galenum.*

ALAPVNTIS, *vel* ALABVNTIS, *inconſtanti lectione. Galliæ Narbonenſis vrbis, mentio eſt apud Antoninum.* Talart *ex eo facit Simlerus. qui &* ALAMONTEM *legit.* ALABONA *legebat codex Reuerendiſſ. Torrentij.*

ALARES, *Pannoniæ populos, habet Tacitus, 15. Annal. ſed non gentis nomen, at militum puto, ab ala.*

ALARIA, *vide* AVLATIA.

ALARODII ἀλαρόδιοι, *gens Aſiatica circa Pontum, Stephano, & Herodoto in Polymnia, & Thalia.*

ALAS ἄλας, *regio quædam ſacra Atticæ, vicina ſaxis Caryſtiis. Euripides in Iphigenia, & Taurica. Fortè eadem cum* HALAE.

ALASARNE ἀλασαρνὴ, *Coorum gens, apud Heſychium. Vide* HALISARNE.

ALASI, *opidum Africæ Interioris, à Cornelio Balbo expugnatum. Plinius.*

ALASIA *metropolis, in ſanctionib. patriarcharum Orientalium. An* ALAZIA *Strabonis?*

ALATA ἄλατα, *Arabiæ Deſertæ vrbs. & alia in Arabia Felice. Ptolemæus.*

ALATA CASTRA πτερωτὸν στρατόπεδον, *Ptolemæo Albionis vrbs.* Edinburg *hodie Appiano, & Camdeno.* AGNEDAM *priùs vocatam ſcribit Hector Boëthius.* CASTRA EXPLORATORVM *Antonini hoc loco ſtatuit Talbotus.*

ALATRIVM *Coloniam, in Italia, habet Frontinus non excuſus Franc. Nanſij. Vide* ALETRIVM.

ALAVNA ἀλαῦνα, *Damniorum in Albione opidum, Ptolemæo.* ALONE *Antonino.* Allaway *interpretatur Guil. Camdenus. Vetus calamo exaratus liber legebat hoc loco* AVLANA αὔλανα. *Et idem vetus liber in Otalinis habebat inter* κοεια *&* βρεμενιον, *hanc vocem & notulas,* ἀλαυνα κγ νη *. Vide* LAVDVNVM, *&* OROLAVNVM.

ALAVNI ἀλαυνὶ, *Norica gens, apud Ptolemæum. & alia Sarmatica, eidem. Hos hodie* Volyniæ *(quæ olim* Volhania *) tractum inhabitare putat Ludouicus Decius. Vide* ALANI.

ALAVNIVM, *Galliæ Narbonenſis vrbs, Antonino.*

ALAVNIVS, *vide* HALAENVS.

ALAVNVS ἀλαῦνος, *Albionis inſulæ in Otadenis fluuius, Ptolemæo.* Alne *Camdeno. Mons eſt apud eundem Ptolemæum in Sarmatia Europæa.*

ALAVONA ἀλαυῶνα, *Vaſconum opidum, in Hiſpania, Ptolemæo.* ALLABONA *Antonino eſt.*

ALAZIA ἀλαζία, *de qua hæc Strabo ex Hecatæo. Ad Alaziam vrbem fluuius eſt Rhymus, qui per Mygdonium campum ab Occaſu labitur è lacu Daſcylitide, & in Rhyndacum exit.*

ALAZON, *fluuius eſt qui Iberiam ab Albania diſtinguit, vt Plinius tradit.* ALAZONIVS ἀλαζώνιος, *eſt Straboni.* ALAZONA *Flacco. Hunc Ptolemæus etiam deſcribit, ſed innominatum relinquit, ſub* ποταμοῦ *nempe vocabulo.*

ALBA, *duæ ſunt huius nominis celebres in Italia vrbes; quas à Iunioribus confundi ſæpiſſimè obſeruaui. Vna eſt in Latio, ſub monte Albano, ab Aſcanio condita in Via Appia, vt videtur ex Appiano 1. Ciuil. duodecimo ab Vrbe milliario, vt habet Eutropius. Hanc* LONGAM *cognominant auctores: incolaſque Albanos vocant. vti apud Virgilium, Liuium, Plinium, & Suidam videre eſt. (*ANOS *priùs dictos, poſtea* ALBANOS *dicit, non docet Hiſtoria Miſcella.)* ἄλβα *quoque Græcis ſcribitur, etſi* λευκὰ *dicerent; vt inquit Halicarnaſſeus. qui eam inter montem & lacum collocat. Aequorum metropolim & coloniam Romanam faciunt Liuius, & Appianus in Annibalicis: qui eandem quoque* Ἄλβην, *& incolas* Ἀλβηνσέας *nominat. Hodie, ſi Leandro creditur,* Sauello *nomen habet. alij putant circa Caſtellum* Gandolfi *fuiſſe, vt mihi Romæ ſignificauit Philip. Winghius, iuuenis longiori (ſi per fata licuiſſet) vita dignus.* ALBA *alia eſt in Marſis, ad Fucinum lacum, via Valeria; circa Anienis fontes. vbi eam deſcribit Strabo. Hanc Plinius* ALBENSIVM *cognominat. incolæ Albanenſes, teſtibus Plinio, Liuio, & Feſto. Albenſes vocat Varro. Eadem* ALBA FVCENTIS *à Soſipatro vocatur: à Fucino, ni fallor, lacu vicino.* ALBATVCENSIA *legitur in Antonini Itinerario, &* ALPHABVCELIS Ἀλφαβουκήλις *apud Ptolemæum. vtrobique corruptè.* ALBAM *tertiam habet in agro Piceno, Procopius 2. Gothorum. Eſt quoque* ALBA *cuius meminit Fl. Vopiſcus in vita Probi Imp. his verbis; "Reliquias vltra Nicrum fluuium, & Albam remouit." ſunt qui eo tractum Wirtenbergenſem non longè à Nicro intelligunt, quem accolæ* Alb *aut* Rauch Alb *nominant. Rhenanus autem mauult* Albis *legi, pro fluuio.* ALBA, ἄλβα, *Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius ad Pyrenæi radices, Plinio. Item Siciliæ circa Heracleam, Diodoro 36. Vrbs in Vardulis eſt, apud Ptolemæum & Antoninum. Hiſpaniæ Bæticæ vrbs eſt alia, Antonino, inter Virgi & Acci. Vide* LAVINIVM, MEDIOLANVM, SENONES, *&* VALLIS.

ALBA AVGVSTA ἄλβα αὐγοῦστα, *Elicocorū in Gallia Narbonenſi opidum, Ptolemæo.* ALBA HELVORVM *Plinio. (vt quidam putant) pro quo Pintianus hoc loco* HELVCOCORVM *legit. Hodie* Albi *vocatur Ioanni Poldo in ſua Nemauſienſi hiſtoria.* ALBENSES *ſunt Sidonio. Vide* HELVII.

ALBA COLONE, *vide* COLONE.

ALBA ELVIA, *ſiue vt alius codex habet,* HELVIA. *Plinius 14. cap. 3. Dalechampius* Aubenas de Viuarez *interpretatur, Vide* HELVII.

ALBA IVLIA, *Daciæ vrbs, ſic dicta à Iulia Auguſta, M. Aurelij Antonini Imp. matre: vt oſtendit ex antiqua inſcriptione eiuſdem loci, Stephanus Taurinus, in ſua Stauromachia. Hodie, teſte Lazio, Germani* Weyſſenburg *vocant; Hungari* Gulafeiruar. *In Tranſſiluania eſt. Vide* APVLVM.

ALBA LONGA, *vide* ALBA.

ALBA POMPEIA *Plinio Lombardiæ Ciſpadanæ vrbs, quam coloniam Romanam factam credit Onuphrius. Incolas Albenſes Pompeianos nominat idem Plinius.* Alba *Leandro & Georgio Merulæ; ad Tanarum fluuium. Horum terram omnium fecundiſſimam, &* Languvillam *nominatam, ſcribit Procopius, lib. 1. Gothor.*

ALBA REGALIS, *Hungariæ vrbs, Latinis.* Stulweiſſenburg *vernaculè nominant.*

ALBA TVCENSIA, *Italiæ vrbs, inter Tiburtum & Corfinium. Antoninus. Vide* ALBA.

ALBA VALLIS, *vide* VALLIS.

ALBA, *quæ &* VIRGAO *Plinio dicitur, Hiſpaniæ vrbs.* Biana *à Tarapha dicitur.* ALBA VARCAONENSIS *vocatur in antiqua inſcriptione, quæ habetur in Auguſto Goltzij. Municipium* ALBENSE VRGAVONENSE *vocatur in lapide antiquo, quem adducit Moralis: qui hoc nouo nomine* Arjona *circa Iaen opidulum interpretatur. In Bætica eſt. Vide* RHODA.

ALBACE ἄλβακη, *Heracleæ Cariæ locus, apud Suidam in voce Diogenianus.*

ALBAMANA, *vide* ALBIMANA.

ALBANA ἀλβάνα, *Ptolemæo Albaniæ opidum eſt.* ALBANAM *villam, habet circa Vrbem Tacitus in Vita Agricolæ.* ALBANAM *Aquam nominat Liuius 22. Vide* ALABANA.

ALBANENSES, *Hiſpaniæ populi; Plinio 3. cap. 3. Vide* ALBA.

ALBANI, *Macedoniæ populi, apud Ptolemæum. Eſt & nomen Gentis Galatarum: quorum terram felicem eſſe aiunt, & frugiferam. gignere etiam vinum & ſuaue &*

onultum. Suidas. ALBANORVM Terram vocat Euſtathius, vbi mons Circæus eſt. in Italia nempe. Vide ALBA, ALANI & SENONES.

ALBANIA, Aſiæ regio. Ptolemæo, ἀλβανία: Zuiria vocatur ab Hieronymo Ruſcello, & Alphonſo Adriano. Chipiche à Caſtaldo. Dominicus Niger ſcribit eam ab incolis Zitracha, & quibuſdam Gaizena nominari. Plinius 7. cap. 2. & Gellius 9. cap. 4. habent vltimam quandam terram quam ALBANIAM nominant. vbi homines, qui in pueritia caneſcunt, & plus cernunt per noctem, quàm per diem. An alia ab illa, videndum. Hoc vltimum Celticæ cuidam nationi adſcribit Apollonius in Mirabilib. Vide COLCHIS & ALBANOPOLIS.

ALBANIA antiquo vocabulo, dicitur Britanniæ inſulæ Septentrionalior pars: quàm Latini SCOTIAM appellant, & vernaculè Scotlandt nominatur. Ab eius Mediterraneis incolis autem, qui antiquam linguam hactenus retinent, etiamnum Albain vocatur. Hæc pars BRITANNNIA quoque MINOR, & SECVNDA, à Sexto Ruſo nuncupatur. Hæc ex Humfredi noſtri fragmento.

ALBANOPOLIS vrbs, in Albanorum règione Macedoniæ eſt apud Ptolemæum. Armeniæ Maioris vrbs, vbi ſepultum D. Bartholomæum Apoſtolum, refert Sophronius Græcus. ALBANIAM vocat Dorotheus. ALBANVM Freculphus.

ALBANVM, Pannoniæ Sauiæ vrbs, in lib. Notitiarum. ALBANVM Pompei, inter Pomtinum & Vrbem habet Cicero ad Atticum 6. Inter Antium & Romam eſt, Suetonio in Nerone. Pompei villam ſic vocatam reor, in Albæ ſuburbio. ALBANVM habet Procop. 2. Gothor. opidum ſtadiis centum & quinquaginta ab Vrbe, in via Appia ſitum. ALBANVM Mare, vocat Caſpij partem Plinius, qua nempe Albaniam attingit. CASPIVM Sinum, eundem nominat Pomponius. Vide ALBANOPOLIS.

ALBANVS ἀλβανός, Ptolemæo & Plinio, Albaniæ regionis fluuius. Videtur à Matth. Michouienſe Cohan dici. ALBANVS Lacus, in Latio, vt apud Liuium habetur. Lago di caſtel Gangolfo vocat Leander. ALBANVS Mons hîc quoque eſt, Liuio, Suetonio, & Straboni. & ALBANVM nemus, eidem Liuio & Obſequenti. Eſt quoque mons aut fluuius in Aſia Propria: item Appiano, ad duodecimum ab Vrbe lapidem. Ptolemeus enim ibidem habet Heracleam ad Albanum. Eidem Ptolemæo etiam montis nomen eſt in Pannonia. ALBIVS Straboni, Auff der Alben, Lazio.

ALBARA, Syriæ vrbs, Gulielmo Tyrio. circa Phœniciam.

ALBAS, & ALBE, vide ALBVLA.

ALBE ἄλβη, Cretæ vrbs. Stephanus.

ALBENSIVM ciuitas, nunc VIVARIO, (alius codex BELISIO legit.) ſic liber prouinciarum, in prouincia Viennenſi Galliæ. Maurienne nunc, Cœnali. ALBIENSIS vrbis meminit quoque Sidonius 6. ad Patientem papam. Vide ALBA, ALBA POMPEIA, & ABIGENSIVM: item AQVAE ALBENSES.

ALBERAM vrbem, nominat Vignierius, vbi ſcribit concilium habitum, præſente Origine, contra Arabianos hæreticos. Vbi locorum ignoro.

ALBI Campi, vide LEVCOPEDION.

ALBI Montes, vide LEVCA ORE.

ALBIA, vide ALBIS.

ALBIANA ἀλβιανα, Corſicæ inſulæ vrbs. Ptolemeus.

ALBIANVM, Norici vrbs, Antonino.

ALBICI populi, montes ſupra Maßiliam incolentes. Cæſar, Ciuilium 1. Vide ALBENSIVM, & ALBIENSES.

ALBIENSES ἄλβιεις, & ALBIOECI ἀλβίοικοι, Galliæ populi poſt Salyas. Strabo. Iidem cũ ALBICIS Cæſaris videntur. & Albic hodie dici, in Aquitania, ſcribit Cœnalis. Vide ALBENSIVM.

ALBIETAE ἀλβιῆται. Latinorum populi, Halicarnaſſeo, 8. ALBIOLANOS vertit Gelenius. Quid ſi LABINIATAS legamus, inquit Sylburgius ad hunc locum.



ALBIGA, Galliæ vrbs, Turonenſi 2. In Cadurcis eſt, Maſſono: ad Tarnem auriferum fluuium. (à qua Albigenſes hæretici.) Alby fortè hodie.

ALBIGAVNVM ἀλβίγαυνον, Ptolemæo, quod ALBINGAVNVM Straboni, cum N. in ſecunda, & ALBIVM GAVNVM Plinio: eius opidanos LIGVRES INGAVNOS appellat Strabo. & ALBINGAVNOS populos, Vopiſcus in Proculo. Liguriæ opidum eſt, quod Leander Albenga dici ait.

ALBIMANA, vel ALBINIANA eſt apud Antoninum. Alphen vertit Simlerus. Hollandiæ vicus, inter Lugdanum & Traiectum. Cohortis III. Albinianæ, meminit ex vetuſto lapide, Goltzius. ALBAMANA eſt in tabula Peutingeriana.

ALBINGAVNVM, vide ALBIGAVNVM.

ALBINI villa, vide SALINAE.

ALBINIANA, vide ALBIMANA.

ALBINIMINIVM ἀλβινιμίνιον, Ptolemæo, Liguriæ vrbs; quæ Plinio, Straboni, Tacito & Antonino ALBIVM INTEMELIVM dicitur: ALBINTIMILIVM habet Tacitus, quem Lipſij manus non correxit. INTIMELIVM per I. in ſecunda legit Cicero: non addito Albio. in Epiſtolarum lib. 8. INTEMELIOS populos nouit quoque Liuius, 40. Leander Vintimiglia hodie nominari ait. illud neſcio: ſed hoc ſcio; VINTIMILLIVM hoc tractu à Varrone vocari, lib. 3. Rei ruſticæ.

ALBINOVANVS. Pedonis Albinouani Poëtæ, meminit Ouid. aliíq; Cognomen à loco videtur, mihi incognito.

ALBIOECI, vide ALBIENSES.

ALBIOLANI, vide ALBIETAE.

ALBION Ariſtoteli, Apuleio, Plinio, ALVION ἀλούιον, Ptolemæo. quæ & BRITANNIA aliis. ALBIONVM inſulam vocat Auienus. Sed verius, vt ex huius inſulæ annalibus antiquißimis docet Humf. Luydus, PRYDANIA. Ea eſt inſula quæ hodie Angliæ & Scotiæ regna continet. Vide BRITANNIA.

ALBIONA, ager trans Tyberim. Feſt. Pompeius. Vnde Lucus Albionarum..

ALBIS ἄλβις, Ptolemæo, Senecæ in Medea, & aliis, Germaniæ celeberrimus fluuius. Barbari ſæculi ſcriptores Latini ALBIAM vocant. Germanis Elbe dicitur. Bohemis verò, apud quos originem ſumit; Labe. Nomen habere à numero indicat Fabricius in ſuis rerum Miſnicarum libris. fontium nempe vndecim, vt Bohemi, ſiue, vt Saxones dicunt, tot amnium influentium. Oritur enim, vt idem tradit, in tractu Hercyniæ ſiluæ, qui à Gigantibus nomen habet, vulgo Riſenberg, ex vndecim (quorum ſingula nomina adiicit) fontibus. qui tandem conflati, Albim fluuium conficiunt. Elue & Elbe Germanis vndecim ſignificat. Hunc montem Riſenberg (vt hoc præter inſtitutum addam) Bohemi Cerconeſſos vocant, vt ſcribit Dubrauius.

ALBIVM mons in Iapodibus ſublimis, extremitate quodammodo Alpes attingens, Straboni. Alben Idriæ hodie vocari ſcribit Lazius. Hic mineræ argenti viui. ALBANVS Ptolemæi eſt.

ALBIVM INTEMELIVM, vide ALBINIMINIVM.

ALBIVS, vide ALBANVS.

ALBOCELLA ἀλβόκελλα, Vaccæorum mediterranea vrbs, in Tarraconenſi regione, Ptolemæo. ARBOCALA Liuij puto, & ARBVCALE ἀρβυκάλη, Stephani, ex Polybij 3. & ALBVCELLA Antonini.

ALBOCENSII ἀλβοκήνσιοι, Daciæ populi, apud Ptolemæum. Horum tractus videtur mihi hodie Campus quem Raſciani Coſoua, Hungari Rigomezu vocant.

ALBONENSES, Illyrici populi, Plinio: ALVONA ἀλούονα, Ptolemæo. Albona nunc, Hermolao teſte.

ALBONICA, Hiſpaniæ vrbs, Antonino. inter Liminium & Cæſarauguſtam.

ALBOTI ἀλβωτοι, Macedoniæ populi: Ptolemæo.

ALBVCELLA, vide ALBOCELLA.

ALBVDINVS, vide CLAVDIAE AQVAE.

ALBVLA



ALBVLA, nobilißimus Italiæ fluuius, qui aliàs THYBRIS & TIBERIS vocatur. TEBERIS τίβερις, apud Stephanum legitur. Idem eundem ALBE & ALBAS ἄλβη καὶ ἄλβας, item THYMBRIS θύμβρις, appellat. vt quoq. Dionyſius Apher. (Malè igitur adnotant Seruius & alij in Virg. eſſe metatheſin litterarum, Thymbre caput, pro Tibre, vt monuit Schottus.) A Dehebri Veientum regulo DEHEBRIM nuncupatum ſcribit Ter. Varro. LYDVM TVSCVM & VOLTHVRRENVM, & per ſyncopen VOLTHVRNVM olim vocatum, auctor eſt An. Viterbienſis. Lydum, & Tuſcum à Virgilio ſcio nuncupari, à duobus fratribus Lydo & Tyrrheno: ſed epitheta videntur, non nomina. Eundem ab antiquis RVMON, & in aliqua vrbis parte TARENTVM, dictum tradit Seruius, in eo Virgilij verſu, Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem. Idem eodem in loco, addit eum in ſacris SERRAM dictum. Tiberim IANVM vocat Athenæus lib. 15. dicit enim Ianum fluuium & montem vocari vbi Ianus habitauit. IANICVLVM non ſemel Pſeudoberoſus vocat. Teuere accolis hodie. Huius deſcriptionem habes apud Plinium 3. cap. 5. Eius laudes autem in Panegyrico Conſtantino Magno dicto. ALBVLA quoque fluuius in Pelignis; teſte Plinio. Nonnulla Plinij exemplaria legunt ALBVLATES. Pintianus tamen Albula legendum docet. Liberata hodie nomen habet. vt tradunt Blondus & Leander. Viperata quoque hodie appellari ſcribit Alexander Andreas. Vide MATRINVS.

ALBVLAE Aquæ, iuxta Anienem fluuium; Straboni, Plinio & aliis celebres. Via Tiburtina erat teſte Vitruuio 8. Has quoque deſcribit Pauſanias 4. Bagni di Tiuoli hodie dicuntur.

ALBVLENSIS vrbis Epiſcopalis in Hiſpania, meminit concilium Toletanum. Chronicon Moralis. ALBVLENSIS in Mauritania Cæſarienſi, meminit Victor Vticenſis.

ALBVM Promontorium Africæ, ad Fretum Herculeum, Plinio in Prooemio lib. 3. Phœniciæ quoque eidem 5. cap. 14. inter Tyrum & Ptolemaidem.

ALBVNEVS fluuius, Virgilio: in Tiburtinis altißimis montibus, vt docet Seruius, 7. Æneid. Cui & ALBVNEA ſilua ibidem eſt. ſed idem in Georgicis habet ALBVNIAM Laurentinorum ſiluam. Mons in Lucania eſt, ſi creditur Philargyrio 3. Georgicor. Meminit eius quoque Horatius lib. 1. Carminum. vbi & TVBVRNI lucus, pro eadem.

ALBVRNVS, Lucaniæ mons, Vibio, Virgilio, & in eum Seruio. Opidum quoque Lucaniæ eſt, ad Silarum fluuium, Vibio ſeq. Ad huius oſtia deſcribit illud Seruius. Vide SILER.

ALBVS Murus, Vide LEVCOTICHVS.

ALBVS Pagus λευκὴ κώμη, inter Berytum & Sidonem eſt, caſtellum ſic dictum à Plutarcho in M. Antonio. Eſt quoque locus ſic dictus in Arabia Felici, ad ſinum Arabicum: Arriano in Periplo: & Straboni 16. qui Nabathæorum emporium vocat.

ALCAEOS populos, Centuripi vicinos, multi conſtituere. ſic Aethicus, ignobilis auctor.

ALCARSVS, vide CALEARTIVS.

ALCATHI ἀλκάθου villa, in Cypro inſula. Iul. Pollux de Dentibus.

ALCATHOE, vide MEGARA.

ALCE, Hiſpaniæ vrbs, Liuio 40. in Celtiberis. Fortè ALCES Antonini, quam inter Emeritam & Cæſarauguſtam ponit.

ALCEDO, nomen loci, apud Dar. Phrygium: vnde Thoas claſſem Græcis aduexerat. Sed CALYDONIA legendum haud dubiè. Codex meus membraneus Caledone habet.

ALCES, Bithyniæ fluuius, apud Plinium. Vide ALCE.

ALCETIENSIVM, meminit vetus lapis, qui eſt in Auſtria, Lambachi. Lazius in R. P. Romana 5.

ALCHAZAR Regio, vnde Euphrates oritur. Sic liber Proprietatum Elementorum Arabis cuiuſdam, ſed falsò Ariſtoteli attributus.



ALCHAT, Palæſtinæ locus, Ioſue 19. 21. ἐλκάθ legunt 70. interpretes.

ALCHIONE, mons eſt circa Pallenen, Macedoniæ peninſulam. Plinius.

ALCYDAE STATVAE, vide ABYLAE.

ALCHIPPE, vide ARCHIPPE.

ALCIDZVRI, vide BOISCI.

ALCIMEDON Campus in Arcadia. Pauſanias.

ALCIMOENNIS ἀλκιμοεννὶς, Ptolemæo, Germaniæ vrbs. Althamerus & Villanouanus, Vlm, eius loco ponunt.

ALCIMVS ἄλκιμος, locus in Attica, iuxta Piræeum. Plutarchi Themiſtocles.

ALCINOI Portus, in Corcyra, Euſtathio.

ALCLYTH, Scotiæ fluuius, Cloyd hodie, Ger. Mercator. Mihi videtur vrbis nomen, non fluuij, ex Hect. Boëthio. Et ALCLVIT vrbem videtur mihi Beda deſcribere, qui tradit eam ſic dici à fluuio Cluit nuncupato, ad quem ſita eſt: AL, enim petram ſignificare ait. Dounbriton hodie dici ſcribit Boëthius. Vide GLOTA.

ALCMANIA, vide HERACLEA.

ALCOBRICENSES, vide ARCOBRIGA.

ALCOMENE ἀλκομεναι, Illyridis vrbs, Stephano. Vide ITHACA.

ALCONA, Galliæ Narbonenſis portus, Antonino. XVIII. M. P. à Telone Martio. Vide NACONA.

ALCTA ἄλκτα, Siciliæ mediterranea vrbs, Ptolemæo. ALETA legunt interpretes.

ALCYONIVM MARE, vide CORINTHIACVS SINVS.

ALCYONIVM STAGNVM ἀλκυωνία λίμνη. Pauſanias in Corinthiacis ſic de eo: Stagnum hoc infinitæ eſt altitudinis. Nero Imp. enim iunctis ad multorum ſtadiorum funibus, ad eoſq; plumbo religato, additis eo aliis ad vſum inſtrumentis, nullum tamen potuit altitudinis terminum deprehendere. An hoc idem ſtagnum ab eodem Pauſania quoque AMPHIARAI FONS dicatur, mihi non ſatis liquet.

ALDESCVS ἄλδησκος, Sarmatiæ Europææ fluuius Dionyſio; qui ſe vnà cum Panticape ex Rypæis montibus oriens in mare Glaciale exonerat. Suidæ eſt fluuij & vrbis nomen. ARDESCVS Heſiodi eſt: quem eius commentator Iſacius Scythiæ fluuium facit.

ALDVABIS, ſic legit Ful. Vrſinus apud Cæſarem, quo loco alij codices ALDVASDVBIS & ALDVASDALIS habent. Ptolemæo DVBIS δοῦβις eſt. Iulianus apoſtata in epiſtola ad Maximum philoſophum, eum non ſine mendo DANVBIM δάνουβιν vocat. tu DVBIN reſtitue. Galliæ Narbonenſis fluuius eſt, quem Poldus & Marlianus hodie Doux nomen habere aiunt. In Burgundiæ comitatu.

ALE, regio vbi filij Iſraël tranſlati fuere ab Aßyriorum rege, 1. Paralip. 5.

ALEA ἀλέα, Arcadiæ vrbs, apud Pauſaniam, cuius ruinæ abſunt à Tegea circiter decem ſtadiis. Carpitaniæ vrbs: & Theſſaliæ, Stephano. Hæc ALEAS eidem, & Suidæ dicitur. Vide HALEA.

ALEAS, vide ALEA.

ALEBECERIORVM in Gallia Narbonenſi, meminit Plinius.

ALEBVS Fluuius Hiſpaniæ, in Gymnetibus: circa Baleares. Sex. Auienus.

ALECTORIS ἀλεκτορὸς, propugnaculum, circa Boryſthenis oſtia. Dioni Pruſæo, in Boryſthenica oratione.

ALEDON, vide MALEDIS.

ALEIVS Campus, circa Troiam: Straboni 14. vide ALA.

ALELE, Africæ vrbs, circa Syrtim minorem alicubi videtur, apud Plinium.

ALEMANNIA, vide ALAMANI.

ALEMANNVS, Sueuiæ in Germania fluuius, quem Altmul hodie vocant. Georgius Fabricius. ALOMORA legitur corruptè apud Aimoinum.

ALEMI, regionis nomen, 1. Machab. 5.

ALENITICVM, vide ÆLANITICVS.

ALENS, ἄλενς, Coi inſulæ locus, Theocrito. Etiam Siciliæ fluuius, eiuſdem Scholiaſti. Vide HALES.

ALEON, Plinio fluuius eſt, circa Ioniam Aſiæ. ALES Pauſaniæ crediderim.

ALEOS amnis Erythris, pilos gignit in corporibus. ſic Plinius. Vbi ſit neſcio. Plurimæ ſunt enim Erythræ. Niſi idem ſit cum Aleon præcedente.

ALEPTIMVS, loci nomen in Africa, in concilio Carthaginenſi, ſub D. Cypriano habito. Corruptè fortaſſis, pro LEPTIS MINVS.

ALERIA, vide VALERIA COLONIA.

ALES, Pauſaniæ fluuius apud Colophonem, omnium in Ionia gelidiſsimus. Idem auctor, vt Hermolaus annotauit, flumen Colophonis frigidiſsimum AVELONTA vocat. Sed quòd ſynonima ſiat, non aſſero.

ALESCA, vide ALISCA.

ALESENI, ἀλεσηνοί, Arabes ſunt circa Perſicum ſinum, & Babyloniæ regionem, Straboni.

ALESIA, vide ALEXIA.

ALESIAE, vide HALESIAE.

ALESICHORIVM, ἀλησιχωρεῖον, Aeſchines in epiſtol.

ALESIVM, Vide ALISIVM, & HALESIVM.

ALESTES, & CELANDVS, Hiſpaniæ fluuius, qui fortè Cauado hodie dicitur: Sic mihi Cluſius in ſuis ſchedulis manuſcriptis, ex Hiſpanica ſua peregrinatione allatis. Celandum, apud Melam inuenio. Aleſtes Bracaram Auguſtam irrigat, Vaſæo auctore.

ALESVS, Siciliæ fluuius eſt, littore Septentrionali, prope Aletam vrbem: cuius meminit antiqua tabula marmorea, vt tradit Fazellus, qui eum hodie Pittineo vocari, ait. De hoc flumine Columella 10. Et quæ Sicanij Flores legiſtis Haleſi. Eſt & fluuius Tuſciæ, iuxta Alſium, Silio 8. Sanguinara fortè hodie. Vide ALAESA.

ALETA, ἄλητα, Illyrici in Dalmatia opidum, Ptolemæo: quod hodie Moſth appellant, vt ſcribit Marius Niger. vide ALCTA, & ALLATA.

ALETE, vrbs Siciliæ maritima Ptolemæo. ſed Græcus codex hanc ignorat.

ALETHA, vrbs Galliæ maritima, quam Rinctus fluuius alluit, haud procul ab Aaronis inſula. vt eam Surius deſcribit, ex Gemblacenſe: in S. Maclouij vita. Britanniæ Minoris eſt. & S. Malo hodie dicitur ALETVM in lib. Notitiarum videtur, Neruicani littoris.

ALETHIAE .i. veritatis Fons in India apud Brachmanes. Dion Pruſæus, Oratione 35.

ALETINIVS, vide LATMVS.

ALETIVM, ἀλήτιον, Ptolemæo & Plinio opidum Salentinorum, in Italia: Leze Mario Nigro dicitur. ALETINOS populos quoque habet Plinius. Idem cum Lupijs eſſe, nondum perſuaſit Galatæus.

ALETRINI, vide ALETRIVM.

ALETRIS vide SEBRIA.

ALETRIVM, ἀλέτριον, Straboni Latij opidum eſt. ALATRO nunc dici, ſcribit Leander. Incolas ALETRINATES habet Plinius & Cicero: item vetuſta inſcriptio, in Goltzij Theſauro. In Hernicis ſunt Liuio. ſed per A. in ſecunda. ALETRINI populi apud Plinium, ſunt alibi, circa Apuliam.

ALETVM, ἄλητον, tumulus ad portum Nouæ Carthaginis: Polyb. 10. Vide ALETHA.

ALEV, Arabiæ Felicis inſula, Plinio.

ALEVADES, ἀλευάδες, Theſſaliæ populi, apud Pauſaniam, in Laconicis. item Platoni, Sozomeno, Ariſtidi, & Polyæno 4. Aeliano quoque Animal. 8. cap. 11. Circa Lariſſam, & Oſſam montem fuere. Ipſos Lariſſenſes ſic nominat Diodorus 15.

ALEX, ἄληξ, Straboni, Dionyſio & Thucydidi; CAICINVS, καίκινος, Pauſaniæ, Aeliano, & Plinio; ſynonyma ſunt Hermolao iudice, Locrorum fluminis in Italia. Aleſſo hodie dici, ſcribit Leander. LOCANVS, λοκάνος, Ptolemæi videtur. Caicinum Locrenſium, in Magna Græcia fluuium eſſe, qui horum agrum à Rhegino diuidit, Pauſanias in Eliacis docet: hoc idem attribuit Aleci Antigonus in Mirabilib. at Cæcinus & Alex ſunt diuerſa flumina Thucydidi, lib. 3. Alecem hunc fluuium credo Ciceronem ad Trebatium, HALETEM nuncupare Et fortaſſe eundem Theocritus ALLENTEM, ἄλλεντα, vocat. Caicinum vocat Aelianus 8. Variæ hiſtoriæ CAECIN, καίκιν. Recentior quidam Saienaro nouo nomine interpretatur.



ALEXANDRESCHATA, vide ALEXANDRIA.

ALEXANDRI, quæ & ARACIA, inſula Perſidi adiacens, ἀλεξάνδρου, ἡ ἀρακία, Ptolem. ARATIA Plinij.

ALEXANDRI Caſtra, ἀλεξάνδρου παρεμβολή, locus in Libyæ nomo. Ptolemæus. inter Gazam & Peluſium, Q. Curtio.

ALEXANDRI Columnæ, στῆλαι, in Sarmatia Aſiatica ſunt Ptolemæo. Horum nulla autem veſtigia hodie.

ALEXANDRI Portus, locus in Gedroſia. Arrianus in Indicis.

ALEXANDRI Vicus, ad Tiberim, inter Vrbem & Hoſtiam, tertio ab vrbe lapide. Ammianus 17.

ALEXANDRI Turris, circa Tempe locus: Polybio 17.

ALEXANDRIA, ἀλεξάνδρεια, Huius nominis octodecim vrbes numerant Euſtathius & Stephanus. Prima Aegyptia eſt: altera Troadis: tertia Thraciæ: quarta Neartorum, gentis ichthiophagorum: quinta Opiana, circa Indiam: ſexta Indica: ſeptima Ariæ, gentis Parthyeorum iuxta Indiam: hanc Ptolemæus & Strabo quoque agnouere. octaua Ciliciæ: nona Cypri: decima Cariæ ad Latmum: vndecima iuxta Bactram: duodecima Arachoſiæ: decimatertia Macarenæ, ad quã Maxates fluuius defluit: decimaquarta Sorianorum, Indicæ gentis: decimaquinta iuxta Arachoſiam, contermina Indiæ: decimaſexta ad Melam ſinum: decimaſeptima Sogdianæ, vicina Parepomiſadis: decima octaua ad Tanaidem fluuium. Huius ad Tanaidem fluuium meminit quoque Arrhianus & Curtius ad Iaxartem; quæ Tanais etiam vocatur. Circa Oritas ad maris littus: Diodoro 17. Sogdianam Ptolemæus Oxianam ab Oxo præterfluente cognominat. Arachoſiæ Ptolemæo nota eſt. quemadmodum & Ariæ, cuius quoque apud Plinium memoria eſt. Thraciæ huius in nummo veteri æreo exſtat inſcriptio ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ ΦΙ. ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ. Aegypti celebre ab omni æuo emporium. MAGNAM hanc cognominat Galenus. anteà RACASTA, ῥακάστη, dicta fuit, Cedreno teſte. Plinio auctore lib. 5. cap. 10. olim RACOTIS appellata fuit. Idem Stephanus tradit. Idem innuit Pauſanias in Eliacis. Straboni certè lib. 17. ῥακῶτις. RACOTIS, pars Alexandriæ eſt, qui olim vicus. Hãc Alexandriam LEONTOPOLIM, λεοντόπολιν, quoque vocatam ſcribit Euſtathius & Stephanus; qui eam etiam POLIM, per excellentiam dictam ait. Etiam PHAROS, & in Rebus Romanis SEBASTE, σεβάστη, id eſt, AVGVSTA, item IVLIA, ἰουλία, CLAVDIA, κλαυδία, DOMITIANA. δομιτιανή, & ALEXYNTERIA, ἀλεξυντηρία. eodem teſte. NOO Hebræis nominatur, vt docet D. Hieronymus. Scanderia hodie dici aſſerit Buonacciolus, in ſuo Strabone, quem ex Græco Italicum fecit. Hanc in quinque regiones diſtinctam, ſingulaſq; à primoribus litteris denominatas, ſcribit Philo in Flaccum. Sed huius deſcriptionem lege apud Strabonem 17. Diodorũ 17. & Statium Alexandrin. 5. Amorum. Ciliciæ meminit Ptolemæus, ſed in Syria, ad Iſſicum ſinum. Concilium Conſtantinopolitanum autem, vti & Stephanus, eam Ciliciæ adſcribit, & Alexandriam Minorem nominat, ad differentiam Aegyptiacæ, quam Magnam cognominat. Hanc noſtra ætate Alexandreta vocari ſcribit Marius Niger. Alexandrona Curopalatæ eſt. Præter has iam numeratas Alexandrias habet Ptolemæus aliam in Carmania regione, deſcriptam quoque ab Ammiano & Plinio. In Mygdonia Aſſyriæ regione quoque Plinius Alexandriam. Eſt & Alexandria quædam ad Caucaſi montis radices, ab Alexandro condita; teſte Q. Curtio. Hanc puto à Ptolemæo in Sogdiana poni, vltimamq;



cognominari: habet enim duas huius nominis in eadem Sogdiana. Ἀλεξανδρέσχατα, hæc Appiano. Video itaque viginti ſex vrbes, hoc nomine Alexandriæ apud idoneos auctores, inſignes. Cæteras vide in dictionibus ANTIOCHIA, BVCEPHALA, CHARAX, EXOPOLIS, & TROIA.

ALEXANDRIA AVG. COL. in Elagabali nummo. Goltzius teſtis.

ALEXANDRIA mons, & pars Idæ, Antandro imminens: vbi controuerſiam Dearum aiunt à Paride diſceptatam. Strabo & Stephanus. Siluæ quoque nomen Alexandria, Chalcidenſium: ſupra Clazomenios, in Ionia. Strabo.

ALEXANDRINES locus ſic dictus circa Perſidem. Hiſt. Miſcella 17.

ALEXANDRINORVM Nomus, in Aegypto: Ptolem.

ALEXANDRIVM, ἀλεξάνδρειον, Iudææ caſtellum in monte excelſo deſcribitur à Ioſepho Antiq. 14. & belli Iudaici 1. cap. 5. & apud Zonaram lib. 1. G. Tyrio ALEXANDRIA inter Ptolemaidem & Tyrum ad mare eſt; & hodie Scandalia appellari addit. dicitq; ab Alexandro Magno extructam. Scanderia fortè melius nouo vocabulo.

ALEXANDROMEGAPOLIS, Ἀλεξανδρομεγάπολις vrbs, quorum Epiſcopi aliquãdo Timotheus & Alexander. Teſtes Canones concilij Conſtantinopolitani, ſub Iuſtiniano Imp. habiti. An Aegypti? vbi Alexandria? quam Galenus Magnam cognominat.

ALEXANDROPOLIS, Medorũ vrbs, (μεδάρων, erat in Græco.) ab Alexandro Magno ſubacta, & ſic vocata: eſt apud Plutarchũ in eius vita. In Thracia forte, vbi Mædi ſunt. ſed per Æ diphthongon. In India habet Appianus Ἀλεξανδρειόπολιν, Vide MEGARA.

ALEXIA, Cæſari Mandubiorum in Celtis opidum. ALESIA Paterculo ſcribitur, & Diodoro. Polyænus lib. 8. Stratagematum, ἀλασία. Rob. Cœnalis dicit l'Auçois vocari: Gab. Simeonius Luſſoia, fortaſſe Italica lingua, Paradinus verò dicit eius hodie nihil exſtare, præter nominis vmbram Alize. cui ſubſcribit Vigenereus.

ALEXIOPOLIS, ἀλεξιούπολις, vrbs epiſcopalis, Calliſto. & in Reſponſis patriarcharum Orientalium.

ALEXYNTERIA, vide ALEXANDRIA.

ALFATERNI, Vide NVCERIA.

ALFELLANI, Italiæ populi, circa Apuliam. Plinius. Vide AMALFITANA.

ALGÆ, Antonino Italiæ portus. III. M. P. à Centum cellis. Vide ALLON.

ALGARIXA, vide HIEROSOLYMA.

ALGIDVM, Straboni, Liuio, & Stephano, ἄλγιδος, mediterraneum Latij opidum. Leander, & alij, hodie Roccha del Papa vocant. An Algedon Procopij 3. Gothorum? Apud Diodor. Siculum 12. vt hoc obiter annotem, malè legitur λαγαδίῳ, pro Algido, vbi hiſtoriam Virginij & filiæ ab eo occiſæ deſcribit.

ALGIDVM NEMVS, in Latio: Selua del Aglio nunc. Marius Niger, & Leander. ALGIDVS mons, duodecimo ab vrbe lapide. Eutropius 1.

ALGONVM, ἀλγωνον, locus apud Strabonem, vbi ferunt XXV. virgines in turrim in portu ſitam ſpectandi cauſa, cum Theſmophoria agerentur, accurriſſe, ac ruina turris in mare decidiſſe. In Attica forſan.

ALIA, vrbs Aſiæ alicubi, Calliſto. circa Syriam fortè. vide ALLIA.

ALIACMON, ἀλιάκμων, Macedoniæ fluuius, Ptolemæo, Plinio, & Claudiano. item Cæſari 3. Ciuil. (ſed cum afflatu HALIACMON) qui ſcribit eum Macedoniam à Theſſalia diuidere. At hoc Peneum facere, tradit Strabo. Pelecas Sophiano eſt: at Mercatori Platamona.

ALIÆV, vide ALALÆI.

ALIANORVM Pacatianæ ciuitatis, meminit V. ſynodus Conſtantinopolitana.

ALIANVS, Caſtellum Liguriæ, circa Genuam videtur; ex ænea tabula antiqua, ibidem.



ALIARDII, ἀλιάρδιοι, Africæ Propriæ gens. Ptolemæo.

ALIARIA, Commagenæ vrbs: Antonino.

ALIARTVS, ἀλίαρτος, Ptolemæo Meſſeniæ ciuitas ꝯ Niocaſtro, Nigro; Archadie, Theueto.

ALIBACA, ἀλίβακα, Pentapolis regionis vrbs, in Africa. Ptolemæus.

ALIBAS, ἄλιβας, fluuius infernalis, omnia exſiccans. Suidas, in dictione κῆρες. Vide AMELES.

ALICADRA ἀλικάδρα, Mediæ vrbs: Ptolemæo.

ALICANVM, vide HALICANVM.

ALICARNA, vide CHALCIS.

ALICENSIS loci, in Hiſpania Bætica, meminit vetus lapis: apud Amb. Moralem.

ALICHORDA, ἀλιχόρδα, Ptolemæo eſt Bactrianæ opidum. ALICODRA apud Marcellinum nominatur.

ALICIENSES, vide HALICA.

ALICODRA, vide ALICHORDA.

ALYCIÆ, & ALICYCÆ, vide HALICYÆ.

ALICYRNA, ἀλικυρνα, Acarnaniæ vicus, apud Stephanum, ex Strabone.

ALIDÆ, vide ELII.

ALIEIS, ἀλιεῖς, Laconicæ vrbs, apud Diodorum, Xenophontem, Thucydidem, & Stephanum. Atticæ tribus eſt Straboni.

ALIEMEN, vide HEGEN.

ALIEV, inſulæ Aethiopiæ, in Adulico ſinu. Plinius. vide ALALAEI.

ALIFA, vide ALLIPHA.

ALII, vide ELII.

ALILÆI ἀλιλαῖοι, Arabiæ Felicis populi: Agatarchidi, & Diodoro 3.

ALIMALA, ἀλίμαλα, Lyciæ regio: Stephano. ex 2. Iſauricor. Capitonis.

ALIMVS, vide HALIMVSII.

ALINA, ἄλινα, Cariæ vrbs. ex Polyhiſtore Stephano. etiam Cryeorum inſula; eidem. vide ALINDA.

ALINDA, ἄλινδα, Ptolemæo, & Arrhiano in vita Alex. Cariæ opidum. Idem videtur cum Alida. Stephanus enim ab Alina facit gentile Alindeus.

ALINDOIA, ἀλινδοια, Macedoniæ eſt opidum. apud Stephanum.

ALINGONIS Portum, habet Sidonius 8. Epiſtolarum, ad Trigeticum. Circa Garumnam fluuium videtur. Alingonenſis Eccleſiæ meminit queq; Paulinus, ad Amandum, & Delphinum. ALINGANIENSIS eſt apud Greg. Turonenſ. 16. quam Langeſt, hodie nominari putat Belleforeſtius.

ALINZA, vide OROSA.

ALION, Britanniæ inſulæ vrbs lib. Notit. Lancaſter eſt Camdeno. vide AVLION.

ALIONORVM, vide ALIANORVM.

ALIPHERA, ἀλίφειρα, Arcadiæ vrbs, auctoribus Polybio, Liuio, Pauſania, Cicerone, & Stephano. ALIPHIRÆI ſunt Plinio. HALIPHTORA, ἀλιφθόρα, eſt quoque Arcadiæ apud eundem Pauſaniam. an pro eadem? ſic enim videtur ex Stephano & Apollodoro. ἀλίφειρα. Thraciæ vicus eſt apud Heſych. ALIPHIREVS, ἀλιφειρεὺς, fluuij nomen, in lexico Zonaræ.

ALIPHIÆ, vide ALLIPHA.

ALIPSVRI, vide BOISCI.

ALIPTES, ἀλείπτης, fontis nomen apud Epheſum. Lexicon Græcum.

ALYS, Aſiæ fluuius. Sic Vib. Sequeſter. pro HALYS, putauerim corruptè. ALIS pro ELIS regione, ſcribi à veteribus, obſeruauit Turnebus, Aduerſarior. 23. cap. 24.

ALISÆI, vide ÆOLIS,

ALISARNA, vide HALISARNA.

ALISCA, Pannoniæ vrbs Antonino. ALESCA lib. Notitiarum, ſed Aliſca legebat quoque codex MS. in Valeriæ prouincia opidum. Simlerus Anyauara vocat. Lazius Almas. Ad Iſtri ripam.

ALISDACA, ἀλισδακα, Mediæ vrbs, Ptolemæo.

ALISINCVM, vide ASILINCVM.

ALISIVM, AMONIVM, BRANDELA, BVCCIACVM, CARIACVM, CARNONA, CERVEDO, EXONA, MANTOLA, MORVINNVM, NONIGENTVM, RAVSIDO, ROTEGIACVM, SECORBIACVM, SEVERIACVM, TASILIACVM, VALLO (*vel* AVALLO,) *&* VINDOCINVM, *Galliæ loca ſunt, apud Fortunatum, in Vita S. Germani. Hoc Vindocinum, Philibertus Pingonius* Vendoſme *interpretatur.*

ALISIVM ἀλείσιον, *Elidis vrbs, apud Strab. & Heſych.* HALESVS *eſt Steph. In Etymolog. eſt locus iuxta Colonẽ, haud procul ab Olenia petra. Et hoc ex Strabonis 8. qui addit ſuo tempore ipſam* ALESIAEVM ἀλεσιαῖον *vocatam. atque à quibuſdam ſic quoque vocari fluuium.* ALESIVM *Tumulum idem ibidem habet ex Homero.*

ALISO *Caſtellum, habet Tacitus circa Rhenum. huius & Paterculus quoque meminit. Hodie* Weſel *vocari, ad oſtium Lupiæ fluminis, H. Iunio placet.* Iſelburg *eſt Hieronymo Verrutio. quod magis probo. in doctiſſimis Scenkij ad Velleium Notis lego à Rhenano pro* Altzheym *haberi.* ALISO *Dioni fluuius eſt, quem idem Verrutius* de oude yſel *interpretatur.* ALISVM ἄλεισον, *Ptolemæo ad Rhenum vrbs. hanc Villanouanus* Harnſtein *putat. ipſe viderit. Heroldo circa* Hailprun *&* Saltzborn *videtur: ad Cocharum amnem. Vide Comment. Lipſij ad Tacitum.*

ALISONTIA *Antonini, fluuius eſt in Moſellam erumpens.* Alſ *à Scaligero interpretatur.* Alſitz *vocari, ab ipſis accolis didici.*

ALISTA ἄλιστα, *Ptolemæo Corſicæ inſulæ opidum:* Iſta, *Pineto.*

ALISVM, *vide* ALISO.

ALISVS ἀλεισὸς, *Ptolemæo Germaniæ vrbs, in partibus Septentrionalibus.* Parthen *Villanouano.*

ALITAMBI ἀλιταμβοι, *Libyæ interioris populi, Ptolem.*

ALITEMII ἀλιτέμιοι, *gens in Libya: vt refert de Legibus Stobeus, ex Nicolao. qui velociſſimum ex ſe regem creare ſcribit. Eoſdem pro* ALITAMBIS *Ptolemæi habeo.*

ALITES, *gentis barbaræ nomen, apud Sidonium, in Panegyrico Maiorano dicto.*

ALITROPHAGI, *ſunt Scythæ apud Ammianum: Ptolemæus, ex quo ille ferè omnia ſua ſumſit geographica, hoc tractu* ANTROPOPHAGOS *habet.*

ALIVM ἄλιον, *Peloponneſi opidum eſt Diodoro 14. An* ALLON *Herodoti?*

ALIVS, *vide* ALOS.

ALIVSA ἀλιοῦσα, PITIVSA πιτιοῦσα, *&* ARISTERAS ἀρισπερὰς, *tres inſulæ ſunt ſic dictæ: ante Bucephalum Argiæ promontorium. Pauſanias.* ARISTERAM *Plinius etiã nouit, ſed contra Hermionium agrum.*

ALISONES, *vide* CHALIBES.

ALLABONA, *vel* ALLABOVE, *vide* ALAVONA.

ALLAE ἄλλαι, *ſunt Halicarnaſſeo 3. vbi à Tarquinio prælio ſuperati fuere Veientes. Bœotiæ maxima vrbs eſt apud Pauſaniam.*

ALLAGES ἀλλαγῆς, *Thraciæ pagus, iuxta Lyſimachiam. Gregoras.*

ALLALIA ἀλλάλια, *Corſicæ inſulæ opidum, apud Stephanum: ex Theopompo.* ἀλαλία *Herodoto.*

ALLANTE ἀλλάντη, *quod &* ALLANTIVM *dicitur Stephano, Arcadiæ opidum. Macedoniæ quoque, eidem. de quo hæc Plinius, Allantenſes gremio terrarum praiacentes.* ALLANTII *ſunt Stephano.*

ALLATA ἄλλατα, *Arabiæ Deſertæ opidum, Ptolemæo. Dalmatiæ Antonino. quæ fortè Aleta Ptolemæo.*

ALLAVA, *Siciliæ locus, apud Antoninum.* ALLEVA, *per* E. *legit alius codex. Vide* ELAVIA.

ALLASONIVM, *vide* HALYSONES.

ALLECTVM, *Scotiæ vrbs, quæ poſtea* Deidonum *appellatum eſt; vt teſtis eſt Polydorus, & ante eum Boëtius.* Dunde *vernaculè dicitur apud eundem.*

ALLENS, *vide* ALEX.

ALLIA, *Vmbriæ fluuius in Sabinis, Cruſtumenis montibus defluens, apud Liuium, Vibium, Eutropium, Lucanum & Oroſium.* Caminate *Leander vocat, & alio in loco* Rio de Moſſo. *Blondus ſcribit nonnullis* Curteſio *videri. Hoc nomen vnica* L. *ſcribendum docet Aldus in ſua Orthographia. Sed* ALLIA *quoque opidi nomen in Italia, apud Frontinum Nanſij.* ALLIANIS *ſ[illegible]ndam in lino palmam tribuit Plinius. Inter Padum Ticinúmque hi.*

ALLIANAE. *In Allianis circa Pergamum, (vt ſcribit Galenus 6. de Sanitate tuenda) ſunt aquæ calidæ.*

ALLIFIVM, *vide* ALLIPHA.

ALLIPHA ἀλλιφαὶ, *Samnitum ciuitas, Plinio, & Ptolemæo.* ἀλιφαι, *Strabonis,* ALLIFIVM *Liuio.* Alphi, *Mario Nigro. inter Venafrum & Beneuentum: Singulari* L. *& per* F. *ſcribitur apud Sil. Italicum lib. 12. & Horatio Epiſtolarum lib. 2. Inter colonias Romanas numeratur à Frontino.*

ALLOBII, *vide* GERMANES.

ALLOBOVE, *&* ALABOVE, *item* ALABONA, *Antonino Hiſpaniæ vrbs;* XVI. *M. P. à Cæſarauguſta. Simlerus legit* ALLABONE, *&* ALONA.

ALLOBRYGES ἀλλόβρυγες, *Ptolemæo, Narbonenſis Galliæ populi.* Sauoie *Schudo,* Doulphinois *Marliano, Poldo, & Rhenano auctoribus. Stephanus etiam Alobriges per* I. *ſcribit, ex Polybio.* ALLOBROGES *per omicron in pænultima Latinis, vt Cæſari, Plinio, &c.* ALLOBROGICINVS *in lapide antiquo Romæ, habetur* Q. FABIO ALLOBROGICINO MAXIMO.

ALLOERA, *vide* ATTALIA.

ALLON *Achaiæ* ἄλλον τῆς ἀχαΐης, *quaſi littoralia Achaiæ. Herodotus 7. Sunt qui hoc loco* ALGAE, *legunt.*

ALLON BACHVT, βάλανος πένθος *habent 70. interpretes, id eſt,* QVERCVS FLETVS. VALLIS PLANCTVS *vertit Chaldæus paraphraſtes.*

ALLOPHYLI, *vide* PHILISTAEI.

ALLORIA ἀλλώρια, *Cretæ vrbs, Stephano: ex Polyhiſtore.*

ALLOSSYGNE ἀλλοσσύγνη, *apud Ptolemæum;* ADOSYGNE *interpretibus; Indiæ intra Gangem vrbs.*

ALLOTRIGAE ἀλλότριγαι, *Hiſpaniæ Septentrionales gentes. Strabo. Autrigones fortè: vt cenſet Caſaubonus.*

ALVMAEOTAE ἀλλυμαιῶται, *Arabiæ Felicis gens, apud Ptolemæum.*

ALLVRIA, *Siciliæ vrbs, ad Herbeſum fluuium. Vibius Sequeſter.*

ALLVS, *regio Idumæorum, quæ nunc* GABALENE *dicitur. D. Hieron. in locis Hebraicis.*

ALLYDA, *vide* ALYDNA.

ALMA, *Etruriæ fluuius, Antonino. qui Leandro* Arbia *eſt. Vide* ALMVS, *&* BORTINA.

ALMAENA ἀλμαινα, *Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo.*

ALMANA, *vrbs iuxta Axium fluuium Macedoniæ. Liuius 44.* Albana *mauult hoc loco legere Turnebus. &* ALBANOPOLIM *Ptolemæi putat. ſubdubito an iure. ſed vide* ALMON.

ALMASIAE *Montes habet Platearius; vbi Aloen ſophiſticari ait. In Cappadocia ſunt, vt mihi perſuadeo.*

ALMATH, *locus* I. *Paralip. 6.*

ALMAYVM, *vide* LEMNOS.

ALMEAS, *locus ſic dictus, Curopalati, circa Byzantiũ fortè.*

ALMEDENA, *ciuitas metropolitica Meſopotamiæ. Chalcedonenſis ſynodus.*

ALMEDESSVS, *vide* HALMYDISSVS.

ALMENE ἀλμήνη, *vrbs iuxta Põtum Euxinum, Stephano. ex Arriano, vt addit.* ἁρμενη *legunt hodie noſtri codices.*

ALMENTIA, *vrbs quæ olim ſcrinium, ſiue antiqua Lotharingiæ cancellaria. Ex archiuis, quas profert Roſierus, in ſua Lotharingia.* Amance *hodie, ni fallor.*

ALMIA ἀλμία, *Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs. Ptolemæus.*

ALMIANA, *fluuius Tuſciæ, Antonino in ſuo Portuum itinerario.*

ALMINA ἀλμίνα, *Epiri regio, apud Ptolemæum.*

ALMIRA, *Phœniciæ Libaniſiæ opidum. Concilium Chalcedonenſe.*





ALMO *ſiue* ALMON, *fluuiolus eſt territorij Romani: D. Hieronymo, Vibio, Prudẽtio, Flacco, Lucano, Ammiano, & Ouidio. item Silio 8. Hodie* Dachia *nominatur. In via Appia eſt, teſte Papinio 5. Siluarum. In Tiberim influit.*

ALMON, ἄλμων, *ciuitas Bœotiæ, quæ ab Hellanico malè* SALMON *etiam dicitur, vt Stephanus habet. Plinio* ALMON *alia eſt in Theſſalia, quam* ELMON *ab alijs vocari ſcribit. Hæc* ALMANA *Liuij eſt, ad Axium fluuium, vt ego iudico. Eſt etiam* ALMON *Palæſtinæ locus, Ioſue 21. Vide* ALMO, OLMONES, *&* BAHVRIM.

ALMONIA, *Macedoniæ vrbs, prope Ciſſum montem: vbi &* RHACELVS, *auctor Euſtathius ad Lycophronem.* ALMOPIA *autem ex eodem legit Stephanus: quem ſequuntur Scaliger & Canterus, Lycophronis interpretes. Almon Theſſaliæ fortè Plinij. vide* MINYA.

ALMOPIA, ἀλμωπία, *Macedoniæ regio eſt apud Stephanum. &* ALMOPIOS *populos habet Plinius. vide* ALMONIA.

ALMVS, *mons in Illyrico, circa Sirmium, in Mœſia ſuperiori, vt habet Aurel. Victor. quem Probus Imp. vitibus electiſſimis ex Italia allatis (vt tradit in eius vita Aurel. Victor) conſerit.* Arpatarro *&* Tarczal *incolis vocatur, vt teſtatur Lazius, qui eum in Hungaria deſcribit. Vopiſcus & Dion* ALMA *habent.* ALMVS *quoque opidum Mœſiæ Superioris, ad Danubium Antonino.*

ALMYRÆ, ἀλμύραι, *Mareotis vicus, Ptolemæo. Hunc locum quoque ſic nominat Strabo. 1. Caſaubonus autem pro Myride habet. Lacum ſalſum appellatiuè vertit Xylander.*

ALNA, *pagus Hannoniæ, tribus milliaribus à Laubaco. In vita S. Landelini. Fluuius Angliæ, apud Bedam, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ 4. cap. 28.*

ALNIDENA, *ciuitas Cariæ, in concilio Chalcidonenſi.*

ALNIENSIS *pagus Angoliſmenſis; meminit Hiſtoria de reuelatione capitis S Ioannis, quæ cum D. Cypriani exeuditur.* Auny *hodie puto.*

ALO, ἄλω, *Marmaricæ vicus: Ptolemæo.*

ALOA, *vide* ALYBE.

ALOBE, *vide* ALYBE.

ALOCIÆ, ἀλοκιαι, *ſupra Cimbricam Cherſoneſum tres inſulæ, Ptolemæo.*

ALOE, ἀλόη, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. Cum afflatu in prima legunt interpretes.*

ALOIVM, ἀλώιον, *Theſſaliæ opidum circa Tempe. Steph.*

ALOMORA, *vide* ALEMANNVS.

ALON *fluuius, circa Sebaſtiam vrbem Ciliciæ, vti videtur. Hiſtoria Miſcella, lib. 18.*

ALONE *Pomponio,* ALONE ἀλῶναι, *Ptolemæo. Regni Valentiæ in Hiſpania opidum,* Alicante. *Cluſio. Eſt & Paphlagoniæ vrbs, Stephano. Inſula quoque inter Lebedum & Teon Ioniæ, apud Plinium lib. 2. cap. 88. Eandem, ni fallor,* HALONE *vocat lib. 5. cap. 31. Vide* ALAVNA, ALION *&* PROCONNESVS.

ALONESVS, *vide* HALONESVS.

ALONI *populi, circa Meſopotamiam alicubi, Plinio.*

ALONIS, ἀλωνὶς, *inſula & vrbs Maſſiliæ, apud Stephanum: ex Artemidoro.*

ALONIVM, *locus Cretæ, in vita decem martyrum Cretenſium. auctore Metaphraſte. vt Surius habet.*

ALONTA, ἀλόντα, *Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius, Ptolem.*

ALONTIGECELI, *Hiſpaniæ populi, in Bætica prope Menobam fluuium, Plinio. Diuiſim quidã codex excuſus legit,* Alontigi, celi. *Ibidem quoque* ALOSTIGI, *eidem.*

ALONTIVM, *vide* ALVNTIVM.

ALOPE, ἀλόπη, *Theſſaliæ ciuitas eſt Pomponio & Stephano; inter Lariſſam Cremaſten & Echinum. item Liuio. ſed cum adflatu. Eſt & vrbs Locrorum Epicnemidiorum, Stephano, Plinio, & Straboni. cui etiam vrbs in Phthiotide. item alia apud Locros Ozolos eſt. Idem Stephanus alias habet in Attica: in Ponto: circa Eubœam: & circa Delphos. Item inter Cariam, Lyciam, & Myſiam.* ALOPE *etiam maritima regio, vbi ſal fit, circa Epheſum: quæ &* LYCIA *vocatur. Vide* ALYBE.

ALOPECE, *vt Plinius, &* ALOPECIA, ἀλωπεκία, *vt Strabo & Ptolemæus, qui eam* TANAIS, ταναΐς, *quoque appellari ait. Mæotidis paludis inſula.* Iſle des Renards *vocat eam Pinetus, idq; ne magis ſignificatiuè, quam propriè, ſubdubito.* CALARVS, κάλαρος, *etiam vocari, ex Stephano videtur. Inſulam ante Smyrnam,* ALOPECEN, *habet quoque Plinius: cuius quoque meminit Stephanus ex Strabone. Tribus Antiochiæ municipium ſic dicitur, apud Suidam, & Heſychium. Hinc Socrates oriundus: teſtibus Laërtio in huius vita, & Platone in Gorgia, Vide* TAVRICA *Cherſoneſus.*

ALOPECIA, *vide* ALOPECE.

ALOPECONNESOS, ἀλωπεκόννησος, *vrbs eſt Helleſpontiæ Cherſoneſi, Suidæ, Pomponio, & Liuio. eſt quoque inſula haud procul à Cœlo, Cherſoneſi Thraciæ portu; Plinio: Alopeconneſi meminit etiam Demoſthenes aduerſus Ariſtocratem.*

ALOPECOS, *vide* ORCHALIS.

ALOPES, *vide* EPHESVS.

ALOR, ἄλωρ, *Appiano 2. ciuit. Macedoniæ fluuius: circa Oricum, vide* CALOR *&* ALOVS.

ALORIVM, *vide* HALORIVM.

ALORVS, ἄλωρος, *Pæoniæ in Macedonia vrbs, Ptolemæo.* HALORITÆ *ſunt apud Plinium. Alia eſt* ALORVS, *Stephano & Strabonis Epitome, etiam Macedoniæ, ſed in Bottaica regione: ad intimum Thermaici ſinus receſſum.* OLORVS *hæc apud Plinium. Vide* LOVS.

ALOS, ἄλος, *Argiæ vrbs, in Peloponneſo; Heſychio. Achaiæ vrbs eſt, Euſtathio, & Stephano. Etiã Phthiotidis eidem: & Plinio. ſed hic cum afflatu* HALOS *legit. Straboni* ALIVS, ἀλιοῦς *eſt.* ALON *Malliacam habet etiam Stephanus, Achilli ſubditam.* ALOS, *Theſſaliæ vrbs. Etymologicon.*

ALOSANGA, ἀλοσάγγα, *Indiæ extra Gangem vrbs. Ptol.*

ALOSTIGI, *vide* ALONTIGECELI.

ALOVS, ἄλωος, *vrbs videtur Illyridis, apud Stephanum. circa Apſyrtum.*

ALPENVS, ἄλπηνος, *Locrorum metropolis, prope Thermopylas: Herodoto in Polymnia. Vicum ibidem* ἀλπηνοὶ, *vocatum habet Stephanus, ex eodem. vide* ALPONVS.

ALPES, *montes longiſſimi tractus, qui Italiam à Germania & Gallia tamquam muro natiuo ſeparant.* ALBIA, *&* ALPIONIA *olim dictos fuiſſe, ſcribit Strabo. Stephano etiam* ἄλπεια, *&* ἄλπειοι, *dicũtur.* ὄλπια *ſint Phauorino. Hodie multis locis, in Germania, adhuc* Alben *vocantur. Iſidorus, item Iun. Philargyrus ad Virgilij Georgica ſcribit altos montes Gallorum Alpes vocari. Locutos ergo Gallos olim Germanica lingua, conijcere ex eo quis poterit, & ni fallor, verè. quod multis argumentis nuper docuit doctiſſimè doctiſſimus noſter Goropius, & nos pluribus quoque poſſemus; ſi quàm verum, tam gratum illi genti putauerimus. Immò omnes Celtas hac vna eademq; (quid mirum) lingua vſos; differente etſi, (quod commune omnibus linguis) dialecto. Celtæ autem vbi, & quàm latè olim habitauerint (ne eadem bis repetamus) legere licet ad noſtram Europæ veteris tabulam.* SALPII, σάλπιοι, *videntur à Lycophrone appellari. vt ſentit eius commentator Iſacius.* ALPIS, ἄλπις, *quoque ſingulari numero (vt & hoc addam) vſus eſt Lucanus & Dionyſius Alexandrinus. item Iuuenalis, & Ouid. 5. amandi: Nec quot in Alpe feræ.* ABAX *vocat Serapio, cap. de reſina.* CELTICOS *montes eos vocat Procopius* I. *Gothicor. De Alpibus vide Alciatum, in Commentariis in libellum Taciti, de Germania: Sed in primis Ioſiam Simlerum, in libello quem de Alpibus inſcripſit.* ALPES IVLIÆ *Tacito, in Foro Iulio, regione Italiæ.* Zeliæ *Leandro,* Iulien *Schudo hodie.* IVLIAS ALPES *à Mela* TAVRVM *appellari putat Gaud. Merula. Eas quoq;* CARNICAS, *&* NORICAS, *nominari ſcribit Simlerus: ſed lege ipſius de Alpibus commentarium. Am. Marcellinus tradit Iulias Alpes antiquitatem* VENETAS *nominaſſe. Vide* ARDIVS.

ALPES SVMMÆ, *Cæſari, & Antonino:* S. Gotardo, *vel* S. Gotthardsberg *Leandro, & Schudo.* ALPES VENETÆ, *Vide* ALPES IVLIÆ.

ALPES, *vide* ALPIA.

ALPESA, *Hiſpaniæ Bæticæ vrbs: Plinio.*

ALPHA, *fluuius, non longè ab Aquileia, vbi occiſus & protectus dicitur Cõſtantinus. Hiſtoria Miſcell. 11. Vide* ALSA.

ALPHABVCELIS, ἀλφαβουκηλις, *Marſorum in Italia vrbs. Ptolemæus.* Auezzano *hodie, vt ſcribit quidam. ſed hoc eſt, mulgenti hircum, cribrum apponere, vide* ALBA.

ALPHARINE, *vide* ERTE.

ALPHATEMIA, & ALPHATERNA, *vide* NVCERIA.

ALPHEÆ, *vide* ALPHIONIÆ.

ALPHESVM, *locus eſt apud Gratianum. Sic enim decret. 2 cauſa 31. In concilio apud Alpheſum habito preſente Conrado rege.*

ALPHEIVS, ἀλφειὸς, *Peloponneſi fluuius, Ptolemæo, Philoſtrato in Imaginibus, & aliis.* Rophea *Sophiano eſt,* Alabo *Alph. Adriano. Marius Niger ſcribit ab accolis* Orphea, *à nautis verò Italis* Carbon *vocari.* Darbon *in tabulis neotericorum lego. Video à Gemiſto* ROPHÆAS, ῥοφεὰς *appellari. Huius naturam lege apud Suidam. Hic fluuius; (ſi veteribus in eo fides habenda fuerit,) in Arcadia regione, prope Elidem ciuitatem oritur, & ſubter mare Adriaticum defluens, in fontem Arethuſæ, in Sicilia erumpit. Hunc auctor de fluminib. ſcribit antea* STYMPHELVM, σύμφελος, & NYCTIMVM, νύκτιμον, *vocatũ. De hoc fluuio Alpheo adi Chorographiam Siciliæ Claudij Aretij, qui ſcribit hunc non in fontem Arethuſæ, ſed è mari ante huius os erumpi, vocariq; vulgo* Oculum Zilice. *De eo vide etiam Fazellum, lib. 4. Decad. 1.* ALPHEVS *eſt & vrbis nomen in Elide: Heſychio. Eſt quoque fluuius* Nycæenſium, *Euſtathio. ſed non addit quorum Nycæenſium.*

„ALPHION *lacus, vitiligenes tollit. ſic Plinius. In India talem eſſe, ſcribit ex Cteſia Antigonus.*

ALPHIONIÆ *ſiue* ALPHIVSÆ *Dianæ lucus,* ἀλφειονίαι ἢ ἀλφιυσαι, *in Peloponneſo, ad Alphei fluminis oſtium eſt: Straboni 8.* ALPHEÆ *mauult legere Gyraldus Syntagmate Deorum 12.*

ALPHIVS, *vide* MYENVS.

ALPHOCRANENSEM *Epiſcopatum in Ægypto, habet Lazius, 2. R. P. Romanæ.*

ALPIA, ἄλπεια, *Stephano littus eſt verſus Septentrionem Tyrrheni & Ionij maris.*

ALPIS, ἄλπεις, *Sozomeno 9. cap. 9. qui ſcribit ſtadijs plus minus* LX. *à Rauenna diſtare.*

ALPINI, *de quibus Gellius lib 2. cap. 22. Nã cùm de Hiſpanis Alpinis ſcriberet, qui circa Iberum colunt, verba hæc poſuit [ Varro nempe ] Sunt in his regionibus ferrariæ argentifodinæ pulcerrimæ, magnus ex ſale mons, quantum demas, tantum accreſcit, &c.*

ALPIS, *vide* ALPIA, ALPES, & CARPIS.

ALPIVM, *Laconicæ vicus; vbi Mineruæ Ophthalmitidis ædes. Pauſanias.*

ALPONOS, ἄλπωνος, *vrbs & mons Macedoniæ. Alia Locrorum Epicnemidiorum. Stephanus. Huius meminit quoque Aeſchines in Oratione de falſa legatione, vide* ALPENVS. *idem enim eſſe reor.*

ALRI, *vide* ALYI.

ALSA, *Plinio Fori Iulij fluuius.* Anſa *Leandro,* Auſa *Nigro, in alterutro fortè error typographicus eſt.* Limino, *Blondus eum vocat, &* Lizonzio *Lazius. & melius mea ſententia.* ALSVANVS *ego eum apud Caßiodorum Variar. 4. numero 8. dici ſuſpicor.* ALSAM *fluuium non longe eſſe ab Aquileia, ſcribit in vita Conſtantis Imp. Aurel. Victor.* ALPEN *vocat Diaconus M. S. Longobard. 2. cap. 10. Excuſus codex hoc loco* PLAVE *legebat.* ALPHA *corruptè legitur in Hiſtoria Miſcella.*

ALSADAMVS, *vide* SARION.

ALSÆA, ἄλσαια, *vrbs Achais ſubdita. Plutarchus in Cleomene.*

ALSIA, *vide* ALSIETINVS.

ALSIENSES, *Italiæ populi, (ab Alſio gentile, ni fallor.) Liuio 27.* ALSIENSIS *vllæ meminit Cicero pro Milone. vide* ALSIVM.

ALSIETINVS *Fons, vel* ALSIETINA *Aqua, quæ eadem vocatur* AVGVSTA. *In via Claudia eſt, milliaria* XIIII. *ab Vrbe. Aqueductuum vrbis Romæ eſt, apud Frontinum, & P. Victorem.* ALSIA *aqua eſt in lib. Notitiar. Vide* ALSIVM.

ALSIVM, ἄλσιον, *maritimum Tuſciæ opidum eſt apud Ptolemæum, Plinium, Strabonem & Ciceronem. Colonia vocatur à Liuio, & Paterculo.* Cere *Leandro, quod quoq; adfirmat Fuluius, ex lapide antiquo ibidem eruto. in Notis ad Ciceronem.* S. Seuera *Nigro: & Antonio Maſſæ eſt.* ALSIA *Tellus eſt apud Rutiliũ.* ALSIENSIS *villa, ſocrus Plinij. Epiſtolarum lib. 6. Vide* RVFI *Villa.*

ALSIVS, *vide* TRAGASÆ.

ALSVANVS, *vide* ALSA.

ALSVCA, *Tractus Lombardiæ ſic vocatur, à P. Diacono 5. Longobardicorum.*

ALSVS, ἄλσους, *Achaiæ in Peloponneſo fluuius, qui è Sipylo monte in Hermum fluit. Pauſanias.*

ALTABA, *Africæ Propriæ vrbs: Antonino. Victor Vticenſ. deſcribit eam in Mauritania Cæſarienſi.*

ALTANVM, *Calabriæ opidum Antonino, Hodie* Soreto *dici, ſcribit Gab. Barrius.*

ALTAO, ἀλτάω, *Ptolemæo vrbs in Mauritania Cæſarienſi.* ATAO *ſcribunt interpretes malè. Hæc* Calao *eſt apud Marmolium.*

ALTARIPA, *circa Moguntiam in Germania vrbs. in lib. Notit. Huius meminit quoque codex Theodoſianus.*

ALTEIA *fluuius, in vita S. Iudoci. Circa Pontini confiniæ.*

ALTEIVM, *locus in Codice Theodoſiano, 10. Titulo de actorib.*

ALTERNIA, ἀλτέρνια, *Carpitanorum in Hiſpania vrbs. Ptolemæus.*

ALTES, ἄλτης, *Peloponneſi vrbs, ad Cladaum amnem, qui in Alpheum influit. Xenophon 7. hiſtoriæ Græcorum.* ἄλτις *Pauſaniæ in Eliacis eſt.*

ALTHA, ἄλθα, *Babyloniæ vrbs, Ptolemæo.*

ALTHAEA, *Vide* OLCADES.

ALTHÆNVS, ἀλθαινος, *fluuius omnium ſanans vulnera animalium, ope Podalirij. Iſacius in Lycophronem. circa Daunios in Italia eſt: teſte Strabone 6. quamuis eum non nominet.*

ALTHEPIA, *Vide* ORÆA.

ALTI EVROS, *Africæ Propriæ locus, apud Antonin.*

ALTIBVRITENSIS *Plebs, Vide,* ALTVBARITANI.

ALTINVM, ἄλτινον, *Herodiano, Tacito, Pomponio, Straboni, & Ptolemæo, eſt Venetiæ mediterranea vrbs. quam Villanouanus* Torcello *dici ait. Nomen* Altino *retinere putarim. Antonino, & lib. Notit. Mœſiæ Secundæ opidum quod Lazius* Tolna *vocari ait.* Boſock *Simlero videtur. L. Verum Imp. hic diem ſuum obijſſe putat ex Capitolino, Lazius.*

ALTIS, *Vide* IOVIS LVCVS, & ALTES.

ALTISSIODORVM, *vide* VELLAVNODVNVM.

ALTO, *fluuius Dyrrhachij, decurrit in mare Illyricum. ſic Vib. Sequeſter.*

ALTOMONS, *monaſterium Hannoniæ ad Sambram fluuium. S. Anſeberti vita.*

ALTOS, ἄλτος, *vrbs prope Theſſalonicam. ex Theagene, Stephanus.*

ALTVBARITANI, *loci in Africa Propria, meminit fragmentum Vict. Vticenſis. Puto idem eſſe cum* ALTIBVRITENSI *in Collatione Carthag.*

ALTVM CASTRVM, *locus inſignis morte Amilcaris. Liuius 24. In Hiſpania.*

ALVACA, ἀλουακα, *Mediæ opidum, Ptolemæo.*

ALVARE, ἀλουάρη, *Arabiæ Felicis vrbs apud Ptolem.*

ALVCA, ἄλουκα, *Ptolemæo eſt Corſicæ opidum.*

ALVERNENSIS *Concilij, non ſemel mentio eſt in Decretis. Malè pro* ARVERNENSIS, *vide* ARVERNA.



ALVION, *vide* ALBION.

ALVL, *Palæſtinæ locus. Ioſue 15.*

ALVNS ἀλοῦς, *Arcadiæ vicus, quem* ÆSCVLAPII FANVM *quoque vocant, auctor Pauſanias. vide* CAVS.

ALVNTIVM *Plinio,* ALONTIVM, ἀλόντιον *Ptolemæo,* HALVNTIVM *Ciceroni, Siciliæ opidum:* S. Angelo *nunc dici; Aretius teſtis eſt.* S. Philadelpho *Fazellus.* Caſtello da Brolo *nominat Leander. an hoc* SOLVSABRE *Antonini ſit, videat Simlerus. ego* SOLVNTVM *potius eius putarim.*

ALVNTVS, *vide* HALETEM.

ALVONA, *vide* ALBONENSES.

ALVSIA, & ALVSIVS, *vide* THALAMVS.

ALVTA ἀλοῦτα, *Ptolemæo Daciæ fluuius:* Aluata *Mercatori. Lazius & Sambucus ſcribunt* Olt *Hungaris, &* Altt *Germanis dici. Peucerus putat* ARARVM ἄραρον, *Herodoto eſſe. Fides ſit penes auctorem.*

ALVTÆ, *Illyrica gens: Plinio.*

ALVTH, *vide* LVITH.

ALVTINENSIS *ciuitatis in Africa, mentio eſt apud Suriũ ad 11. Febr. Sed* ABITINESIS *habebat ora libri.*

ALVTRÆNSES, *Alpini populi, apud Plinium:* Lodro *opidum putat Simlerus. à quo Lodronij comites.*

ALVVM ἄλουον, *Ptolemæo Hiſtriæ opidum mediterraneum. Leander ſcribit* Algona *vocari.*

ALYATTVS, *locus circa Tectoſagos. In Aſia minori. Liuius 38.*

ALYBAS ἀλύβας: *portus in Italia: & Troia.* ἀλύβη *Troica vrbs. Heſychius. Mons eſt, in Etymologico. Vide* METAPONTVM.

ALYBE COLVMNA *Græcis,* ἀλύβη, *quæ* ABYLA *Latinis: In Africa eſt, ad Fretum Gaditanum:* Ceuta *Caſtaldo,* Sierra dalmarſa *Petro Oliuario,* Almiña *Carolo Cluſio hodie dici videtur. Ego* Schemin̄ckelberg/ *à ſimiarum multitudine ibi degentium, à nautis noſtratibus dici puto. Pet. de Medina eum* Sierra Ximiera *vocat; quod idem ſignificat.* Alcudia, *Arabibus dici, eſt auctor Marmolius. Hanc* ALYBA *Græcis &* CALPE *Barbaris vocari; alteram verò, quæ è regione eſt, in Libya, à Græcis* CYNEGETICA κυνηγητικὴ, *& à Barbaris* ABENNA ἄβεννα, *nuncupari ſcribit Euſtathius. Idem inquit eas* SATVRNI, *deinde* BRIAREI, *poſtea* HERCVLIS *dictas.* HERCVLIS SPECVLAS *vocat Florus 4. cap. 2. (*HERCVLI *ſacrum ſpecum, habet haud procul hinc Mela 1. cap. 5.)* ALCIDAE STATVAE, *ſunt in Priſciani Periegeſi. A Pindaro* PORTAS GADIRIDAS πύλας γαδειρίδας, *quoq; appellatas, tradit Strabo.* CAELI & TERRAE *columnas Aeſchylo in Prometheo. Errat Euſtathius in eo, quòd ex Calpe & Alybe ſynonyma facit; cùm ab omnibus Geographis Calpen in Europam, Abylam autem in Africam ſtatui, in confeſſo ſit.* ABYBE ἀβύβη, & ABINA ἄβινα, *etiam malè vocat eas Tzetza, &* ἄβιννα *geminato* N, *Philoſtratus. Sic quoque* ABILYX ἄβιλυξ, *Suidas, & Fauorinus.* ABILLA *Antonini eſt.* ALYBE *alia eſt, cuius meminit Homerus* ἰλιάδος B. *& Stephanus. in Halizonibus Aſiæ Minoris, iuxta Myſiam locus; vbi argentifodinæ ſunt.* ALOPE ἀλόπη, ALOBE ἀλόβη, & ALOA ἄλον, *Strabonis hæc videtur. Vide* CALPE, ALYBAS, & HERCVLIS *Columnæ.*

ALYBES, *vide* CHALYBES.

ALYCAEA ἀλυκαια, *Arcadiæ opidum, apud Pauſaniam. Sylburgius ad hunc auctorem ſubdubitat ne malè ſcriptum ſit pro* λύκαια, *ego adfirmare auſim: Cauſſam vide in* COMBOS: *Græcus enim codex ſic,* δειπαία ἀλυκαία.

ALYCHME ἀλύχμη, *locus vbi Mercurius colitur: Stephano. Vbi ſit ignoro.*

ALYCVS ἄλυκος, *locus Megaricæ regionis, vbi Alycus tumulatus eſt. Plutarchus in Theſeo. Peloponneſi vrbs circa Aſinen eſt Stephano. Vide* HALYCVS.

ALYDDA ἄλυδδα, *Phrygiæ Maioris vrbs, Ptolemæo.* ἄλλυδα, *legit Tzetza. Vide* ALYMNE.

ALYI, *Antonino Aegypti vrbs.* ALY *in lib. Notitiarum, vt cenſet Simlerus.* ALRI *etiam Antonini codex legit.*

ALYMNE, *vrbs Phrygiæ Maioris. Liuio 38. an Alydna Ptolemæi?*

ALYNTVS, *vide* HALETEM.

ALYS, *vide* HALYS.

ALYSONII, *Vide* HALYZONES, & HALYDIENSES.

ALYSSVS ἄλυσσος, *fons Arcadiæ, ex quo ſi quis à cane rabido morſus, biberit, ſanatur, teſte Pauſania.*

ALYTA ἄλυτα, *nomen vrbis. Sic Suidas.*

ALYSIA, *Vide* HALYZEA.

AMAAD, *Palæſtinæ locus. Ioſue 19.*

AMACASTIS ἀμάκαστις, *Indiæ intra Gangem vrbs Ptolemæo.*

AMACCVRA, *Africæ vrbs, D. Auguſtino.*

AMACHAN, *Arabum caſtrum. Hiſtoria Miſcell. 23.*

AMACI ἀμακοι, *Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Ptolem.*

AMADOCOS ἀμαδόκοις, *populos, & montes, habet Ptolemæus, in Sarmatia Europæa. Item* AMADOCAM *vrbem, &* AMADOCAM *paludem: quam Peucerus ab Herodoto* MATREM HYPANIS *vocari ſcribit. cui accinit Mela.*

AMAEA ἀμαία, *Ptolemæo Luſitaniæ vrbs eſt.* AMMIA, *hic legit Hermolaus, à quo* AMMIENSES *Plinius facit.*

AMAGABARI, *Vide* CATELANI.

AMAGETROBIA, *vide* MAGETROBIA.

AMALAE, *vide* ETHESPAMARAE.

AMALCHIVM, *vide* MORIMARVSA.

AMALECHITIS, *vide* GOMOLITAE, IDVMAEA, & AVTAEI.

AMALFITANAE *Eccleſiæ, meminit Gratianus, Decret. 2. Cauſa. 35.* MALPHITANVM *opidum eſt apud Volaterranum. & putat Plinij Alſellanos eſſe.* Melfi *hodie, vt puto. In Lucania. Ab huius vrbis ciue Ioanne Goia magnetis vſum nauigantibus traditum Anno 1300. putant.*

AMALI, *gens Getica, cui ſeruiebant Oſtrogothæ. Iornandes. Horum meminit quoque Caßiod. in Variis.*

AMALLOBRICA, *Hiſpaniæ vrbs, Antonino. inter Salmanticam & Complutum.*

AMALTHEAE *Cornu, locus quidam apud Hipponij ciuitatem, Athenæus lib. 12. cap. 20. In Bruttiis, vt putat Barrius. Item Libyæ locus, apud Diodorum, lib. 3. Videtur ſic quoque Ciceronis prædium vocari, 2. ad Atticum, Epiſtola 1.*

AMAMASSVS, *vide* TAMASSVS.

AMAN, *vrbs circa Meſopotamiam: Cedreno, & Curopalati.*

AMANA, ἄμανα, *Mediæ vrbs, Ptolemæo: ad mare Caſpium. In Canticis Solomonis quoque eſt Amana. ex quo Chaldæus Paraphraſtes fluuium facit. Vide* ABANA.

AMANDRA ἀμάνδρα, *vrbs in Aethiopia, Cephei regis regione. Suidas in voce Meduſa.*

AMANDRAE, *Indiæ populi, ſunt apud Plinium.*

AMANDRVS, *vide* PARIVM.

AMANICAE ἀμανικαὶ, *Pylæ, vel Portæ Ptolemæo; quæ Curtio, & Straboni,* AMANIDES ἀμανίδες: *Polybio* MANIDAE *ſunt, ſine A. Plinius Portas* AMANI *Montis, appellat. Sunt montis Amani anguſtiæ vel fauces.* Scanderona *vocantur ab Abylfedea, vt exiſtimat Bap. Ramuſius.* Portella *nominantur à Mario Nigro.* SYRIAE *Portæ ſunt eædem Ptolemæo; aut non longè hinc diſtantes.* CILICIAS *portas Plinius hoc tractu quoque deſcribit. Sed has ab Amanidibus diuerſas eſſe, ex Polybij fragmentis diſcitur.*

AMANOIDES, *promontorium Ciliciæ, inter Pyramum & Cydnum fluuios. Pomponius.*

AMANTENI *Ptolemæo* ἀμαντηνοὶ, *Pannoniæ Inferioris populi: Plinio* AMANTES *ſunt. Eoſdem videtur Stephanus* ABANTES ἄβαντες, *vocare, & regionem*

AMANTIAM ἀμαντίαν, AMANTINI, *Sex. Ruſo. inter Sauum Drauumq́; flumina.* AMANTINORVM *ciuitatis meminit Plinius, quam La*z*ius Quinquecleſienſem putat.*

AMANTIA ἀμαντία, *Oreſtidis regionis duæ vrbes in Macedonia. vna in littore, altera in mediterraneo ſunt Ptolemæo. Stephano Illyrica regio eſt, iuxta Oricum & Corcyram. Hi* AMATINI *Cæſari 3. Ciuil. Videtur & ibi* AMANTIAM *vrbem nominare.* AMANTINI *ſunt Plinio.* AMANTES, *&* ABANTES *in Etymologico. Calabriæ vrbs eſt, Cedreno & Curopolati. Vide* NAPITIA, *&* TEVTOBVRGVM.

AMANVM PORTVS, *vide* FLAVIOBRIGA.

AMANVS ἀμανὸς, *mons Stephano, & Ptolemæo in Cilicia eſt. Syriam à Cilicia diuortio aquarum diuidit; teſte Cicerone ad Atticum 5 Epiſt. 20.* MELANTIVM μελάντιον, *prius vocatum ſcribit Iſacius T*z*etza. Melantij montis in Syria, meminit quoque Cedrenus,* Monte Negro *Poſtellus & Bellonius vocant: Theuetus* Areuna. *Amani montis deſcriptionem pete à Cicerone ad M. Catonem. Vide* TAVRVS.

AMARA ἀμαξα, *circa Armeniam fortè vrbs. apud Cedrenum. Arabiæ Felicis vrbs eſt Ptolemæo.*

AMARANTI ἀμάραντοι, *Colchidis regionis gens, Stephano & Apollonio. iuxta Phaſis fluuij originem. vbi & mõs* AMARANTIVS *dictus. Item vrbs in Ponto. vt refert eius Scholiaſtes. Vide* PHASIS.

AMARBI, *videntur populi circa Caſpium mare: apud Plinium. corruptè vereor, pro* AMARDI.

AMARDI ἀμαρδοὶ, *Hyrcaniæ populi, Pomponio, Straboni, & Stephano. cui etiam* MARDI, *biſyllabicos. ſed hi in Perſia ſunt.*

AMARDVS, *vide* MARDVS.

AMARGVS, *populus quidam Aethiopes inter, ſtatura procera, nigrior coruo, carnibus humanis veſcens. auctor Eldad Danus.*

AMARI *Fontes, circa Arſinoen, ad ſinum Arabicum, in Africa. Plinius, Agatarchides, & Strabo.*

AMARIACAE, *vide* ANARIACA.

AMARISPII ἀμαρίσπιοι, *Bactrianæ gens, Ptolemæo.* ARIMASPI *fortè legendum.*

AMARSI, *vide* MINNA.

AMARTVS ἄμαρτ☉, *Græciæ vrbs, alicubi; Homero in Apollinis Hymno.*

AMARVA ἀμαρέα, *Ptolemæo Lib. 6.* AMARVSA *Interpreti, & eidem Ptolemæo, ſed lib. 8. Geographiæ. Hyrcaniæ vrbs. vide* ARVAS.

AMARYLLIS, *vide* ROMA.

AMARYNTHVS ἀμαρυνθος, *fluuius, inter Arcadiam & Triphyliam, in Alphæum defertur. Strabo.* AMARYNTHVS ἀμάρυνθ☉, *inſula Euboeæ. Pauſanias, & ex eo Stephanus. Straboni pagus eſt Eretriæ, in Euboea inſula. Ptolemæo, & Pauſaniæ quoque vrbs, ibidem.*

AMAS ἀμάς, *mons in Laconica regione. Pauſanias.*

AMASEA, *vide* MYRMIDON.

AMASENVS *Virgilio, 7. & 11. Aeneid.* Abbatia *Georg. Fabricio. Priuernatium in Campania fluuius eſt, Vibio, & Seruio. De eodem hoc Pomponius Sabinus, Amaſenus fluuius in æſtate parum habet aquæ. In montibus Hernicorum, qui ſunt Alatrinorum, oritur. Agrum Verulanum ſecat & Fruſinatem. Tereno flumine miſcetur, & ambo fluunt in Lirim. Alius huius nominis eſt in Sicilia, apud Ouidium 15. Metamorph. ſed* AMENA *hic vult legi Ful. Vrſinus.*

AMASIA ἀμάσεια, *Ptolemæo Germaniæ vrbs: quam idem* AMISIAM ἀμεισίαν *vocat lib. 8. Geog.* Martpurg *Cattorum in Haſſia academiam interpretatur Appianus.* AMISSA *fortè Stephani. Ponti Galatici quoque vrbs, in Cappadocia; eidem Ptolemæo, & Straboni, 2. loco s. habent numiſmata, vt mihi idoneus teſtis eſt Busbequius in ſuo itinerario. Hæc Amaſia cognominatur* MARMARITANORVM, *ab Vſuardo; dicitq́; natalem S. Theodori martyris.* AMASIAE *Metropolis Helleſponti, meminit non ſemel Conciliorum opus. Vide* AMASVS.

AMASSI, *Plinio ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ populi.*

AMASTRA, *vide* MVSISTRATVM.

AMASTRIS ἀμάστρις, *Ptolemæo, Luciano in Toxari, & Plinio in Epiſtolis, aliis etiam* AMASTRVM, *Aſiæ Minoris in Bithynia opidum ad Pontum Euxinum; quod olim* SESAMVM *vocatum fuit, auctore Plinio:* CROMNA *quoque Stephano. T*z*etza ſcribit ſic ab Homero vocari: ſed Strabo lib. 12. tradit illud ex quatuor pagis constructum,* SESAMO *nempe,* CYTORO κύτωρ☉, CROMNA κρῶμνα, *&* TEIO τῆιον: *Ptolemæus Tion, τῖον habet. Sed hæc tria vltima ſunt illi diuerſa, vicina tamen Amaſtri vrbi.* Samaſtro *hodie dicitur, teſte Nigro.* AMASTRIDIS *inſulæ meminit hoc tractu Glycas.*

AMASVS ἀμασὸς, *Ptolemæo,* AMASIA ἀμασία, *Straboni,* AMISIA *Tacito,* AMISIVS *Plinio, & Pomponio: Germaniæ fluuius, in eius Oceanum erumpens.* Eems, *hodie.*

AMATAE, *Indiæ populi, apud Indum fluuium. Plinius.*

AMATHA ἄμαθα, *regio Arabiæ, quæ nunc* ACMATHA ἄκμαθα, *vocatur, vt Stephanus perhibet.* AMATHITES *regio eſt apud Ioſephum, Antiquit 13. & 1. Mach. 12. Apud eundem Antiq. 17. cap. 12. eſt* AMATHA *vrbs, ad Iordanem fluuium.*

AMATHE ἀμάθη, *Siciliæ vrbs; Stephano, & Suidæ. Vide* ECBATHANA, *&* EPIPHANIA.

AMATHAEI, *Arabiæ Felicis populi. Plinius.*

AMATHVS, *Ptolemæo Paleſtinæ vrbs, quæ Græcè* THERMAE *dicitur, Hegeſippo teſte, lib. 4. cap. 16. eo quòd fontem calidum habeat: Syro enim ſermone, ἀμαθοῦς, aquarum vapor appellari fertur. Trans Iordanem eſt Ioſepho, ἀμμαθῆς; lib. 8. & 13. Antiq. Cypri inſulæ opidum eſt Ptolemæo. quod* Limiſſo *Mercatori. Laconicæ vrbs eſt Straboni, ad ſinum Laconicum, quæ Plinio* PSAMATHVS. *quod annotauit Caſaubonus. Fluuij nomen eſt apud Homerum, Ilid. B. qui circa Pylum labitur, vt habet Euſtathius, ex Strabone. Vide* PAMISVS.

AMATHVSA, *vide* CYPRVS.

AMATIANA, *vide* POSSESSIO.

AMATINI, *vide* AMANTIA.

AMATIVM ἀμάτιον, *Arcadiæ vrbs, Pauſaniæ.* SVMATIVM *putat ſcribendum Sylburgius.*

AMAVRENSIS *loci epiſcopalis, meminit Vict. Vticenſ. in Mauritania Cæſarienſi.*

AMAXA ἄμαξα, *Bithyniæ regio, Stephano: ex Eratoſtene.*

AMAXAMPEIVS, *vide* EXAMPAEVS.

AMAXANTIA ἀμαξαντεια, *Hippothoontidis tribus. Stephanus & Heſychius.*

AMAXIA ἀμαξία, *Ciliciæ Aſperæ vrbs: Straboni, & ex eo Stephano.*

AMAXICI, *vide* HAMAXICI.

AMAXITVS ἀμαξιτος, *Troadis opidum, prope Sminthium: ad Alexandreorum territorium pertinẽs: Aeliano, Plinio, Xenophonti, & Thucididi. Cum adflatu Simboni* HAMAXITVS. *apud Diodorum 14. mendosè* ANAXITVS ἀναξιτος, *legitur per* N. *Vrbs in Doridis ſinu eſt apud Plinium.*

AMAXOBII ἀμαξόβιοι, *Sarmatiæ Europææ populi, Ptolemæo: Græcis ceteris ferè cum afflatu in prima.* HAMAXOBITAE *vocantur Pomponio. Vide* SCYTHAE.

AMAYA, *vide* AREGIA.

AMAZIA, *vide* AMASIA.

AMAZONES ἀμάζονες, *muliebris gens, veteribus decantatiſſima, iuxta Thermodontem fluuiũ. A Tanai flumine digreſſas ſcribit Salluſtij Frag. Sauromatum feminas facit eas Theophraſtus de Aere & Aquis. Lege de iiſdem Trogum 2. Oroſium 1. cap. 15. In Germania quoq́; eas deſcribit P. Diaconus 1. Longobard. cap. 15. Vocantur quoque* SAVROMATIDES σαυρομάτιδες, *&* SAVROPATIDES σαυροπατίδες, *Euſtathio, & Stephano.* AEORPATA αἰόρπατα, *i. Viricidas eas vocant Scythæ. vt Tradit Herodotus.* MELANES *eas nominat Iornandes niſi corruptus ſit locus. Pertingebant ad Hyrcanum mare, in Caucaſi partibus, vt refert Ptolomæus: & in vita Pompeij, Plutarchus. ibidem quoque, ſed paulò magis verſus Septentrionẽ Ptolemæo & Straboni. immo ad Hyrcaniam regionem vſque, teſte Q. Curtio 6. Hodie adhuc tale genus apud Americanos, ad flumen quod Hiſpani ab illis* Rio de las Amazones *vocant, degere ſcribunt, qui regiones illas nuper inuentas perluſtrarunt, negat autem Giraua. Fides ſit penes auctores. Legimus autem apud Diod. lib. 3. Ama*z*ones habitaſſe inſulam quandam Atlantici maris maximam. Fuere & in Libya, eodem auctore.*

AMAZONIA, *Meſſapiæ vrbs. Suidas.*

AMAZONICVS, *vide* PHASIS, *&* TAVRVS.

AMAZONIS, *Cariæ loci epiſcopalis, meminit concilium Epheſinum, at malè, pro* AMYZON.

AMAZONIVM, ἀμαζόνιον, *locus in Attica, vbi Theſeus Ama*z*ones vicit; Plutarcho in vita Theſei:* AMAZONIVM *Cornu appellat Suidas. Eſt & Bœotiæ locus, quem per κ.* AMAZONICVM *pronũciant. & in Bithynia, quem* MAZÆVM; μαζαῖον, *per errorem vocant; Stephano teſte. Pomponio Ama*z*onium locus eſt circa Thermodontem, vbi Ama*z*onum aliquando caſtra fuere. Plinius montem & opidum ſic vocatum, ad Thermodontis fontem habet. Vide* CVMÆ.

AMAZONIVS, *vide* CVMÆ, TANAIS, PONTVS, *&* CLETA.

AMBAITÆ, *vide* AMBASVM.

AMBARRI, *populi apud Cæſarem, & Liuium.* Charrolois *hodie, Vigenereo.* Niuernois *alius facit. Vide* BITVRIGES.

AMBACIENSIS *Vicus ad Ligerim Flauium, Turonici territorij. Greg. Turonenſ.* Amboiſe *hodie.*

AMBASITORVM, *Metropoliticor.* ἀμβασιτων μητροπολεων, *meminit Golt*z*ius, ex nummo Claudij.*

AMBASTÆ, *vide* AMBATÆ.

AMBASTVS, ἀμβάστος, *Sinarum fluuius, Ptolemæo.*

AMBASVM ἄμβασον, *Phrygiæ metropolis. Ex Alexandro Polybiſtore Stephanus. huius incolæ* AMBAITES. *Sic codex Aldinus.* AMBASITES *autem Xylandri, & melius* ἀμβασιτων μητροπολεων *meminit Golt*z*ius ex nummo Claudij Imp.*

AMBATÆ ἀμβάται, *Ptolemæo,* AMBASTÆ *interpreti, Indiæ intra Gangem gens. Sinarum quoque apud eundẽ.*

AMBAVTÆ ἀμβαῦται, *Paropaniſi gens, Ptolemæo.*

AMBE, ἄμβη, *apud Ptolemæum eſt Arabiæ Felicis vrbs.*

AMBENVS *mons, circa Iſtri oſtia; Val. Flacco. alij legunt* AMBOLVS, *&* EMBOLVS.

AMBI, *Arabiæ populi; Pomp. Sabino, ad hunc Virgilij, Ante pererratis amborum finibus exul. Nõ placet interpretatio.*

AMBIALITES, *vide* AMBILIATES.

AMBIANI ἀμβιανοὶ, *Gallorum populi, apud Ptolemæum, Cæſarem, & Plinium.* Amiens, *Marliano cenſore. Sigebertus ſcribit* AMBIANVM *primum* SOMMONOBRIAM *dictam. Sed Sommonobriam, pro Samarobrina eum dixiſſe puto: neque eũ ſciuiſſe Samarobrinam & Ambianum duas eſſe vrbes apud Antoninum. bonos enim auctores, eius ſæculi ſcriptoribus non admodum familiares fuiſſe, ex eo liquet, quòd idem hanc Sommonobriam ab Antonino Pio conditam addat: cuius tamen memoria apud Iulium Cæſarem habetur. Ambiano tribuit Antoninus* LEGIONEM XXIII. *vide* AMBITVI.

AMBIATINVM, *vicus in Treuiris, ſupra Confluentes. vbi Suetonius Caligulam natum tradit. Ambitarinum ſunt qui legunt.* AMBITIVVM *fortè, de quo in noſtro Itinerario.*

AMBIBARETI, *vide* AMBVARETI.

AMBIBARII, *apud Cæſarem populi Celtarum; inter Armoricos.* Ambie *eo in loco ponitur à Vigenereo; prope Montem S. Michaëlis.*

AMBICAS ἄμβικας, *locus in Sicilia. Diodorus 20.*

AMBIDRANI ἀμβιδρανοὶ, *&* AMBILICI, ἀμβιλικοὶ, *Norici gentes ſunt Ptolemæo.*

AMBIENSIS, *loci epiſcopalis, in Mauritania Cæſarienſi, memoria eſt apud Vict. Vticenſ.*

AMBILATRI, *apud Plinium ſunt Galliæ Aquitanicæ populi.*

AMBILIATES, *Galliæ populi apud Cæſarem:* Auranches *Marliano, & Orontio.* Lambalois *Cænali ſunt.* AMBIALITES, *alia lectio.*

AMBILICI, *vide* AMBIDRANI.

AMBISNA, *Marbogorum vrbs eſt, Ptolemæis Latinis. In Hiſpania.*

AMBISONTII, *vide* ABIZONTES.

AMBITIVVM, *vide* AMBIATINVM.

AMBITVI *Galli, qui Galatiam aliquando tenuerunt. Plinius.* AMBIANI, *apud Solinũ ſunt, ſed* AMBITII *legit Solinus meus membraneus.*

AMBIVARITI, *Cæſari Galliæ Belgicæ populi:* Antwerpen/ *mihi ſunt, & Petro Diueo: Ioannes Becanus verò eos* d'Lant van Ryen *interpretatur, voce non admodum diſſona, dicitq́; ea Brabantiæ opidula comprehendi, quæ in* Berg *terminatur: quæ ſunt* Bergen op Zoom/ Steenbergen/ Zevenbergen/ *&* Geertruydenbergen / *inter Moſam & Scaldim ſita. Vide* ANTVERPIA.

AMBLADA ἄμβλαδα, *Piſidiæ vrbs, Stephano, ex Strabone: qui eam tamen Cariæ tribuit. Vide* ABDADA.

AMBLAVA, *&* CALLA, *fluuiorum nomina, in vita S. Remacli. Circa Coloniæ Agrippinæ diœceſim.* AMBLAVIA *eſt apud Adonem.*

AMBOGLANNA, *Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notitiarum. Antiquæ eius ruinæ exſtant apud* Cambec; *vt docet Camdenus.*

AMBOS, *vide* OMBRI.

AMBRA, *Antonino Vindeliciæ vrbs: Simlero* Wug *eſt, ad Ambrum fluuium.* Friſingen *quidam putat.*

AMBRACIA, *Straboni & Plinio;* AMPRACIA *per* P. ἀμπρακία, *Ptolemæo, Aeliano & Herodoto: Græciæ vrbs in Epiro eſt, quondam* EPVIA, ἐπυία, *&* PARALIA παραλία *dicta, Stephano teſte.* Ambrachia *adhuc hodie vocari auctor eſt Sophianus.* Larta, *Nigro dicitur. melius* Arte, *vt Laonicus legit. Eſt ibidem paludis nomen, ſi Vibio creditur. vide* AMBRACVS.

AMBRACIVS SINVS, *Epiri, ad mare Ionium:* Golfo del Arta, *Sophiano.*

AMBRACVS ἄμβρακ☉, *Epiri opidulum, aliud ab Ambracia; vt docet Stephanus. Meminit huius Polyb. 4. ſed idem tamen cum Ambracia puto.*

AMBRENA, *vide* PIDRI.

AMBRI, *Indiæ populi, ab Alexandro deuicti: Trogo. (*MARDI *hoc loco habet Oroſius. ſed* MANDRI *mẽbraneus codex. hos vide ſuis locis.* MARDOS μάρδους, *maluerim, ex Diodoro 17. Sunt hi* MARDYENI *Ptolomæi)* Mallos *legit hoc loco Fabricius apud Oroſium.*

AMBRITÆ ἀμβρῖται, ἀβρῖται, *habebat ora libri. Diodorus 17. Indiæ populi ab hac parte fluminis Indi. vide* ARBIS.

AMBRODAX, ἀμβροδάξ, *Parthiæ vrbs, Ptolemæo. Alia Ariæ, eidem.*

AMBRONES ἄμβρωνες, *Gallica gens maritima eſt Feſto. Deuictos in Liguria à C. Mario, & Maſſilienſibus, narrant Plutarchus & Strabo.* Ambrun *hoc tractu hodie opidum. an ab his Ambronibus ſic dictum, videndum. Saxones ſunt, ſi credendus Ponticus Virunnius.* Amerlander *credit Laurentius Michaëlis, qui ſunt in Comitatu Oldenburgenſi.* AMBRONVM *meminit Martianus Capella 2. Scythas facit ad eundem B. Vulcanius, carnes humanas veſcentes, Vide* LIGVRIA *&* LAMBRANOS.

AMBROS, *vide* CIMBIS.

AMBROSII *Mons, in Anglia, Britannorum Heroum clade nobilitatus: hodie* Stoneheg *nominatur, vbi immenmenſæ magnitudinis ſaxa conſpiciuntur, modo tam incredibili constructa, vt omnes in admirationem tantæ ſtructuræ conuerterint. Alex.* Neuillius, *in ſuo libello Noricus inſcripto.*

AMBRVSSVS *ciuitatẽ habet Antoninus, circa* Nemauſum *Galliæ. Num fortè à Phocenſibus ex Ambryſo conditam?*

AMBRYSVS ἄμϐρυσ☉, Phocidis opidum, Polybio, Liuio, Plinio, & Straboni. Sed & huic quoque Bœotiæ vrbs eſt. Item flumen Theſſaliæ. Pauſanias per o. in ſecunda, & interdum per ω. etiam quandoque geminato ss. ſcribit. vide APHRYSVS, & AMPHRYSVS.

AMBVARETI, Galliæ populi apud Cæſarem, lib. De bello Gallico 7. Ambrun interpretatur à Blaſio Vegenereo. AMBRVARETI quidam legunt. AMBIBARETI etiam ſunt eidem Cæſari 7. Belli Gallici.

AMBVLEIVM, vide ACROVENTVM.

AMBVRENSIS locus epiſcopalis, in Africa. Collatio Carthag.

AMEBI ἀμείϐι, Hippadis pelagi inſula: apud Ptolemæũ. AMICI legunt interpretes.

AMELAS, Lyciæ opidum: Plinio.

AMELES ἀμελης, fluuius cuius aquam nullum vas continere poteſt, apud Inferos eſt. Plato de R. P. ad calcem libri 10. An idem cum Alibas?

AMELIANVS, vide AMENANNVS.

AMENA, vide ANISENA, AMENANNVS, & AMASENVS.

AMENANNVS ἀμέναννος, Straboni; AMENES, ἀμένα, Græcè legitur, Pindaro. Synonyma eſſe cuiuſdam Siciliæ fluminis, ad Aetnam montem: & hodie Indicello dici, ſcribit Fazellus, AMELIANVS ἀμηλιανὸς, Stephani videtur in verbo κάτανη.

AMENDVS ἄμενδος, Cariæ vrbs, cuius epiſcopus Archilaus. Concil. Nicen. III.

AMERA ἄμηρα, Antorum circa Mæotidem paludem vrbs, Procopio.

AMERIA, ἀμερία, Vmbriæ opidum Feſto, Ptolemæo, & Ciceroni. ἀμέριον, Steph. AMERINVM vocat Seruius. AMERINI ſunt Plin. Amelia Leandro. vide AMORIA.

AMERIOLA, Latij vrbs: Plinio & Liuio.

AMERIVM, vide AMERIA.

AMERON ἄμηρον, mons, Stephano: apud Encheleas. in voce δέξαροι.

AMERYTHA ἀμηρυθα, Galilææ ſuperioris vicus: Ioſepho in Vita ſua.

AMES, vide CINESIA.

AMESINES, vide TANAIS.

AMESTRATINI, vide MVSISTRATVM.

AMIBI, & AMICI, vide AMEBI.

AMICENSES, & PICENSES, ita ex regionibus vocati conterminis, Ammianus. Sarmatæ circa Mœſiam Superiorem videntur. vide PICNESII.

AMICVSIA ἀμικυσία, inſula Rubri maris. Stephanus.

AMIDA, lib. Notit. hanc vrbem Procopius .1. Perſicor. ad Tigrim locat, in Meſopotamia. vt quoque Am. Marcellinus: Meſopotamiæ regioni adſcribit, eamq; à Conſtantino Imp. ampliatam, & CONSTANTIAM, appellatam tradit. Sabellico auctore Caramida hodie dicitur. Caramit vulgari lingua, opinor. opinionem confirmat epiſtola Petri Gyllij, Aleppi exarata, quã MS habeo. Cedrenus autem & Curopalates ſcribit eam à Saracenis Emet vocari. Aetius medicus hinc oriundus. Vide AMVDVM.

AMIDO, vide AMYDO.

AMILICHVS, vide MILICHVS.

AMILO, fluuius Mauritaniæ, ad quem elephantum greges noua luna deſcendere ſolent, vt ſe purificarent. Plin.

AMILTON, Promontorium, propè Byzantium. vt ſcribit ex Dionyſio, Gyllius: qui addit hodie Tripition nominari.

AMILVS ἄμιλος, opidum quondam in Arcadia: nunc locus tantum. Pauſanias.

AMINACHA, vide ANINACHA.

AMINEI Vites, ſunt apud Virg. in Georgicis vbi Philargyrius hæc verba, AMINEOS Ariſtoteles in Politijs ſcribit Theſſalos fuiſſe, qui ſuæ regionis vites in Italiam tranſtulerant: atque illis inde nomen impoſitum. Fides ſit penes auctorem vide FALERNVS.

AMINIVS ἀμίνιος, Arcadiæ fluuius eſt, apud Pauſaniam: qui eum in Eliſſontem labi ſcribit.

AMINONE, fluuius Ciliciæ, non longè à Thebis: Vibio. Thebas eſſe in Cilicia, Stephanus teſtis eſt.



AMINSVS, vide AMISVS.

AMINVLA, vrbs paruarum opum fuit in Apulia; ſic „ Feſtus. ANIMVLA erat ad oram libri.

AMIRA, Palæſtinæ opidum. Hiſtoria Miſcella, 19.

AMISIA, vide AMASIA.

AMISSA, vide AMASIA.

AMISVS ἀμισὸς, Ptolemæo, Polyæno, & Plinio in Epiſtolis: AMINSVS, ἀμινσὸς, Straboni, & Photio, Galatiæ opidum. HENETA à Poëta dictum, ſcribit Zenodotus, apud Strabonem. HENETVS Solino. HENETOSA fortè Martiani. Idem Strabo tradit illud ab Athenienſibus frequentatũ, & PIRÆVM dictum. Plinius auctor eſt, Mithridate victo, POMPEIOPOLIM vocatũ. Niger putat hodie Simiſo dici. ſed Amid & Hemid Leonclauius. Aliam ab hac Amiſum habet Stephanus, in Ponto.

AMITERNVM ἀμίτερνον, Plinio, Halicarnaſſeo, & Ptolemæo Italiæ opidũ, inter Veſtinos. Laurentius Ananienſis Peſcara ex eo facit. Samnitum vrbs eſt apud Liuiũ 10. & 21. AMITERNOS habet Plinius quoque inter Sabinos. Falsò autem, vt putat Baronius in Martyrologio. Sic dictos ſcribit Varro de lingua Latina 4. quod circa Aternum flumen habitant. ſed AMITERNINOS legit. Amiternum quod dirutũ Aquilam vrbem auxit, inquit Baptiſta Fonteius, in Caſia-familia. Flumen ex Amiterno facit Pomp. Sabinus ad 7. Aeneid. quod Veſtinos & Marrucinos à ſiniſtra habet. ſupra ſunt Peligni. Ex Liuij 24. fortè malè intellecto. Ibi enim hæc verba, Flumẽ amiterni cruentum fluxiſſe. „

AMITHOSCVTA, Arabiæ Felicis regio: apud Plinium.

AMITINENSES, Italiæ populi, in Tuſcia, Plinio.

AMITROCHITONES, vide HERACLEA.

AMMA D. Hieronymo, ἐλϐὰ, Septuaginta interpretibus. Palæſtinæ locus; Iudic. 1, Vide ABANA, & CHRYSORRHOAS.

AMMA, qui GHVMA Chaldæo, Paleſtinæ locus, Ioſue 19.

AMMÆA ἀμμαῖα, Meſopotamiæ vrbs Ptolemæo: Amit Nigro. Vel Emed, vt Maſius habet. Amet legit Platina. Arabiæ Deſertæ etiam vrbs, iuxta ſinum Perſicum: Ptol.

AMMÆDARA ἀμμαίδαρα, Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo. METRIDERA apud Oroſium, MERCIDES apud Freculphum nominatur. Apud Hygenum, ad MEDERE, diuiſim legitur, malè pro ADMEDERE, in libello de Limitibus, ADMEDERA colonia apud Antoninum. An hæc ſynonima, an corruptas lectiones vocitem, neſcio.

AMMAITHA, Syriæ vrbs, aut Euphratenſis. lib. Notit.

AMMANA, Vide PHILADELPHIA.

AMMANITES regio, 2. Machab. 4. Ammanitidem gentem etiam agnoſcit Ioſephus 8. Antiq. cap. 2. Eadem cum AMMONITIDE.

AMMATA, vide ATHMATHIA.

AMMATH, Palæſtinæ locus, Ioſue 19.

AMMAVS, Iudææ vrbs: Ioſepho lib. 17. Antiq. cap. 12. vbi aquæ calidæ. Diſtat ab Hieroſolymis 30. ſtadijs. vt idem ait 8. antiq. cap. 2. Eadem cum AMMONITIDE. vide EMMAVS.

AMMIENSES, Hiſpaniæ populi, in Luſitania: Plinio. Vide AMMÆA.

AMMINEIA, & AMMINEA, vide FALERNVS.

AMMITES ἀμμίτης, fluuius qui ſtagnum Bolycam influit, circa Apolloniam vrbem, in Chalcide Macedoniæ regione.

AMMOCHOSTVS, vide PEDALIVM.

AMMODIS, Vide ARENOSVM.

AMMODIVS, locus à Dara Diſtans XX. ſtadiis. Procopius 1. Perſicorum.

AMMON ἄμμον, locus videtur ex Thucydide, apud Stephanum, in dictione χάλκη. Caſtellum eſt Stereæ: Aeſchinẽ in epiſtola 12. ad Athenienſes, vbi ſe ſcribit in exilium viuere. in Attica puto. Ciuitas eſt in Libyæ Nomo, apud Ptolemæum. eius etiam Aethicus meminit. Fluuius Arabiæ Felicis etiam, Plinio.

AMMONIA, Vide LIBYA, & PARÆTONIVM.

AMMONIACAM, regionem Aegypti vocat Ptolemæus. Item



Item Stephanus ἀμμώνια. HAMMODES Hyginus in Ariete. Lege de eadem Germanicum, ad Arati Arietem. Hodie Cançaron de Mahoma dici ſcribit Villanouanus in ſuo Ptolemæo.

AMMONII ἀμμωνίς promontorium, in Arabia Felici. Ptolemeus. Vide HAMMÆVM, & AMMONIS Tẽplum.

AMMONIS Templum, in Africa: diſtat ab vrbe Cyrenis quadraginta millia paſſ. Templo fons Solis proximat. ſic „ Solinus. Huius deſcriptionem vide apud Diodorum 17. AMINOIS Regis terra, in partibus CODI, vocatur Serapioni de Ammoniaco. AMMONIS Delubrum, eſt quoque in Meroe inſula; teſte Plinio. AMMONIS Nemus eſt apud Q. Curtium 5. Huius incolas AMMONIOS vocant. AMMONIS Nemora duo, ſibi inuicem vicina, habet Q. Curtius 4. In Africa ſunt. AMMONIS Promontorium, vide BRACHODES. AMMONIS Vrbes habet Diodorus 17. dici itinere ab Ammonis delubro, in Africa.

AMMONITÆ ἀμμονιται, Palæſtinæ gens, Gen. 19. vide AMMANITES.

AMMONVS ἀμμῶνος, Africæ Propriæ vrbs, Ptolem.

AMNAMETHV, Arabiæ Felicis inſula, in mari Indico: apud Ptolemæum.

AMNESTA, loci nomen videtur apud Vitruuium 3. cap. 1. Scio tamen ab aliis pro ſtatuarij nomine haberi.

AMNESVS ἄμνησος, Apollonio 3. Argon. videtur circa Paphlagoniam fluuius.

AMNIAS ἀμνίας, Straboni: ἄμνειος, Appiano in Mithridaticis: Aſiæ Minoris fluuius, circa Bithyniam. Idem fortè cum Amniſo. Vide AMNISVS, & ZALISCVS.

AMNISVS ἀμνισος, Straboni, Cnoſſi nauale, in Creta inſula. Geminato SS. eſt apud Homerum τ. οδυς. Euſtathius ad eundem dicit Minoæ vrbis nauale. AMNIAS Rufo Epheſio nominatur. Picorna Nigro. Eſt etiam fluuius Cretæ, Callimacho in Dianam, Apollonio & Suidæ.

AMNITARVM ἀμνιτάρων, mulierum meminit Dionyſius circa Britannicas inſulas, propè Neſidum littora, vt habet interpres Priſcianus. SAMNITICAS, σαμνιτας, has vocat Strabo, easq; in inſula Ligeris oſtio obiecta deſcribit. Vterq; tradit eas Bacchum ſacrificiis demereri. Samnitas populos, habet quoque Ptolemæus, ad oſtia Ligeris. ſed in continente.

AMNIVS, vide AMNIAS.

AMNON, Arabiæ Felicis fluuius. Plinius.

AMOENVM, Stagnum, appellat Plinius lib. 3. cap. 3. quod circa Valentiam eſt, in Hiſpania Tarraconenſi. Albufera hodie vocant.

AMOLBVS ἄμολϐος, Magnetum vrbs, in Macedonia: Stephano. ex 2. Macedonicor. Balagri.

AMOLGVS, vide AMORGVS.

AMONIVM, vide ALISIVM.

AMOMVM, Syriæ montem, habet Iſidorus. vbi galbanum creſcit.

AMORDACIA ἀμορδακία, tractus regionis Babyloniæ: Ptolemæo. MARDOCÆA eſt apud interpretes.

AMORDI, vide SCYTHÆ.

AMORGVS ἀμοργὸς, Straboni, & Heraclidi, AMVRGVS ἀμυργὸς, Ptolemæo: vna ex Cycladibus inſulis eſt, in Mari Aegæo. Hæc quondam HYPERE PATAGE, (vel, vt alij, PLATAGE) Plinio dicitur. Stephanus ſcribit eam quoque PANCALE, παγκάλη, PSYCHIA ψυχία, & CARCESIA καρκισία, appellari. Hermolaus addit ab eodem MORGE nuncupari. Amurgo adhuc nomen retinere, dicit Sophianus. Mergo Bordonius. ΑΜΟΛΓΟΣ vocatur à Porphyrogenneta. Hæc Simonidis muſici patria.

AMORIA ἀμορία, Armeniæ vrbs, Procopio 3. ædificior. AMERIA pagus opido ſimilis, Straboni eſt: vt cenſet Swalembergius.

AMORIVM ἀμόριον, Phrygiæ Maioris opidũ. Ptolemæo. AMOROS, eadem, teſte Suida.

AMOROIS, vide MARISVS.

AMORRHÆI ἀμορραῖοι, Paleſtinæ gens: Geneſ. 15. EMORÆI vertit Pagninus. Ioſue 24.



AMOS ἄμος, Cariæ opidũ: Steph. ex Alexand. vide HYMOS.

AMOSA, locus Palæſtinæ: Ioſue 18. MASSA, μασσα, legunt 70. interpretes.

AMOTHDOR, Palæſtinæ locus. Ioſue 21.

AMPARIS Fontem, habet Simeon Sethi: vnde ambar nigrum, & peſſimum.

AMPE ἄμπη, vrbs ad mare Rubrum, Stephano. ad oſtium Tigris, Herodoto 6. Tzetza, Chil. 7. numero 156. Perſas in eandem coloniam duxiſſe ait.

AMPELIOTÆ, apud Suidam ſunt Libyæ populi, quos ſilphij caulem Delphis dedicaſſe ſcribit. Gentile ab Ampelos Cyrenæ.

AMPELOESSA, Iudææ vrbs: apud Plinium.

AMPELONE, colonia Mileſiorũ, in Arabia Felici. Plinius, 6. cap. 28. Vide EMBOLON.

AMPELVS ἄμπελος, Plinio Cretæ vrbs eſt: Ptolemæo autem promontorium. Eſt quoque eidem & Herodoto promontorium Paraxiæ, ad ſinum Singiticum. Apud Stephanum Ligurum vrbs eſt: Item Italiæ vrbs, promontorium, & portus. Etiam Cyrenes, & Sami promontorium. Thraciæ littoralis opidum, apud Heſychium videtur. Eidem etiam promontorium Mycales. Etiam Toronæorum. Vide CERCETIVS, & ISMARVS.

AMPELVSIA, vide COTTES.

AMPHANÆ ἀμφαναι, Doridis vrbs, Steph. ex Hecatæo. Eſt & regio Theſſaliæ apud eundem. Huius meminit in Hercule Furente Euripedes.

AMPHAXIS, regio Macedoniæ, circa Axium fluuium. Ptolemæus. Huius meminit etiam Stephanus, ex Strab. 7.

AMPHE, vide CASOS.

AMPHECA, vide APHECA.

AMPHIA ἄμφεια, Pauſaniæ & Stephano Meſſeniæ opidum: in Laconicæ finibus.

AMPHIALE ἀμφιαλη, promontorium Atticæ, cui incumbit lapicidina, & traiectus in Salaminã inſulam. Strab.

AMPHIARAI fons, vide ALCYONIVM ſtagnum.

AMPHIARAI λουτρα, i. balnea, vide HARMA.

AMPHICÆA, vide AMPHICLIA.

AMPHICLIA ἀμφίκλεια, Phocidis opidum: Herodoto & Pauſaniæ. ἀμφίκαια, legit Stephanus. Vide OPHITEIA.

AMPHICTYONES ἀμφικτυονες, Attica gens videtur apud Diod. 12. quam vnam ex Thuriorum tribubus facit. Apud alios autem ſcriptores ea voce potius video ſignificare eos, qui ex variis Græciæ populis (duodecim nempe, quos nominat Aeſchines De falſa legatione) venire ſolent Thermopylas ad conuentum, quod inde Amphictionium dicebatur. De ijs apud Pauſaniam, Strabonem, Halicarnaſſeum, & alios.

AMPHIDOLI ἀμφίδολοι, Triphyliæ opidum; Xenophonti & Stephano.

AMPHIGENIA, ἀμφιγένεια, vrbs Meſſeniaca: Straboni, Homero, Statio & Stephano. Vel etiam Maciſtiæ, ſecundum Apollodorum, apud eundem Stephanum. Pylẽ vrbem vocat Heſychius.

AMPHILOCHI ἀμφίλοχοι, Aetoliæ populi, Straboni Liuio, & Stephano. Apud quos AMPHILOCHIA vrbs iiſdem teſtibus. & ARGOS AMPHILOCHICVM, Ptolemæi. AMPHILOCHI Pagi, meminit Hippocrates 4. De Morbis popularib. In Græcia vſpiam eſt. AMPHILOCHI Tumulus, locus Ciliciæ: Iſacio ad Lycophronem. Vide CALLAICI.

AMPHILOCHIS, Straboni 8. in Peloponneſo circa Elidem locus.

AMPHILYSVS ἀμφίλυσος, Sami inſulæ fluuius, apud Stephanum.

AMPHIMALES Sinus ἀμφιμαλῆς, ad Cretam inſulam Ptolemæo. Golfo de la Suda indigetatur à Sophiano. AMPHIMALIA Pagus Straboni hic eſt. ſed vrbs Plinio: quàm ἀμφιμάλλιον, Stephanus vocat.

AMPHIMETRIVM, vide CERNE.

AMPHIPAGVS, vide CORCYROPOLIS.

AMPHIPOLIS, Syriæ vrbs, ad Euphratem, quam Syrĩ quoque TVRMEDA τούρμεδα, vocant. Ex Stephano.

AMPHIPOLIS *etiam Macedoniæ vrbs, ad Strymonem fluuium, Ptolemæo. Hæc prius* ACRA, EION εἴονα, MYRICA μυρίκη, CRADEMNA κρήδεμνα, ANADRÆMVS ἀνάδραιμος; *item* VRBS MARTIS, *&* NOVEMVIÆ ἐννέα ὁδοὶ, *appellata fuit, Suida auctore. at hic eam in Thracia ponit, vt etiam Herodotus, in Polymnia; vbi eam* NOVEMVIAS HEDONORVM ἠδωνῶν, *vocat, Item Thucydides lib. 1. (vbi tamen interpres malè Decem viæ habet.) Sed regionum confinia ab auctoribus interdũ confundi non eſt infrequens. Nouem vias ab Agnone conditas, & Amphipolim appellatam ſcribunt Thucydides, & Polyænus lib. 6. ad calcem. Thucydidis Scholiaſtes dicit eam quoque* STRYMON, *vti fluuius, vocari. Hodie* Chriſtopoli *eſt, vt Nardus in ſuo Liuio perhibet: ſed Empoli eſt Leonclaio, cui lubentius fido, vt horum locorum magis perito.* Chriſtopolis *fortè melius, cuius hoc tractu meminit Gregoras.* AMPHIPOLITANVM *Lacum, habet Suidas: in quo Demadem coniectum & periiſſe ſcribit. vide* EVROPVS, *&* MYRCINVS: *eadem enim ne ſit, ſubdubito.*

AMPHIPPI, *Danubij accolæ ſunt, apud Aelianum de re militari. ſic dicti, quod alijs equis in alios tranſiliunt.*

AMPHISSA ἄμφισσα, *Locrorum Ozolorum, in Achaia vrbs ſecundum Ptolemæum, Strabonem, Pauſaniam, Plutarchum, Herodotum. & Aeſchinem contra Cteſiphontem: cui diſtat à Delphis ſexaginta ſtadijs. Phocidis eſt Plinio, Nigro* Lambino *dicitur. Armeniæ Minoris quoque regio, ſic dicta, Stephano & Lycophroni.*

AMPHISSIA, *Ouidio lib. 15. Metamorphoſeon nota, eo verſu; Læuiſq; Amphiſſia remis, Saxa fugit. vbi quidam codices malè Amphryſia legunt. Hodie* Arocella *nuncupatur, auctore Barrio. Magnæ Græciæ vrbs eſt.*

AMPHITHEATRVM *vrbis Romæ,* ἀμφιθέατρον, *Italis* Coliſeo, *Belgis Germanica lingua vtentibus,* Het huys van wonderen, *id eſt, domus admirabilis, vocatur.*

AMPHITROPE, ἀμφιτρόπη *Antiochidis tribus pars: Stephano & Heſychio.*

AMPHITVS, *vide* BALYRAS.

AMPHORENSIS, *vide* AMPORENSEM.

AMPHRYSIA, *vide* AMPHISSIA.

AMPHRYSVS, *Theſſaliæ fluuius; Seruio 3. Georgicorum. & Straboni 9. ſed geminato SS.* AMPHRYSI *Nemus habet Columella 10. Vide* APHRYSVS, *&* AMBRYSVS.

AMPIERVM, *vide* AGOPIER.

AMPORENSEM *ſedem Epiſcopalem, in Numidia, habet Vict. Vticenſ. &* AMPHOR. *per* PH. *Collatio Carthag.*

AMPOTES, *vide* VMBILICVS.

AMPRACIA, *vide* AMBRACIA.

AMPRÆ, *Plinio Arabiæ Felicis populi ſunt.*

AMPREVTÆ, *populi Colchidis regionis: apud Plinium.*

AMPSA, *caſtellum in Numidia. Mela,*

AMPSAGA ἀμψάγα, *Ptolemæo, & Pomponio Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius: Marius Niger* Collo *appellat.* Suf Gemar *eſt Marmolio. Pro Ampſaga, Auiſagas corruptè legitur apud Vict. Vticenſem 2. qui eũ Cirtenſem cognominat: à Cirta vrbe, ni fallor. in huius ripa.*

AMPSALIS ἀμψαλις, *ciuitas in Sarmatia Aſiatica: Ptol.*

AMPSANI ἀμψανοι, *Germaniæ populi, à Germanico Cæſ. deuaſtati. Strabo.*

AMPSITANARVM *in Africa, meminit vetus lapis.*

AMPVCIVS *vicus, in Rhodani ripa. S. Eligij vita.*

AMRINVM *lucum ſilueſtrem, quẽ incolæ loci* Wildloch *nominant. Sic Albertus Stadenſis. In Weſtphalia eſt.*

AMSANCTI, *vide* ANSANCTI.

AMVDVM *munimentum, Ammiano; circa Perſidem videtur.* AMVDA *fortè Euphratenſis, in lib. Notit. an eadem cum Amida?*

AMVNCLA ἀμύνκλα, *Ptolemæo eſt Aſiæ Propriæ vrbs.*

AMVRDASA, *Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo. Byzacenæ regionis.* AMVDARSA, *lego in Fragmento Victoris Vticenſis.*

AMVRGVS, *vide,* AMORGVS.

AMVSAN, *Arabum locus. Hiſtoria Miſcella. 23.*



AMVTRIVM ἀμύτειον, *Daciæ vrbs, apud Ptolemæum*

AMYCI, *vide* AMYCLI.

AMYCI *Campus* ἀμύκης πεδίον, *inter Libanum & Antilibanum. per quem Orontes fluuius fertur. Polybius 5.*

AMYCLÆ *in Latio, à ſerpentibus deletæ, dein locus Speluncæ, ſic Plinius. Huius meminit Virgilius 10. Æneid. & in eum Seruius, qui addit inter Caietam & Tarracinam eſſe.* AMYCLANVM *Mare habet Tacitus lib. 4. Annalium, his verbis: Veſcebantur in Villa cui vocabulum Speluncæ, mare Amuclanum inter Fundanosq; montes. Hoc mare, vel maris ſinum dicit Sanfelicius hodie* Il mar de Sperlunga *vocari.* AMYCLÆVM *fluuium habet Ioannes Tzetza Chil. 1. numero 11.* AMYCLÆ, ἀμύκλαι, *Laconicæ vrbs Straboni, Euſtathio, Pauſaniæ, & Plinio. olim appellata* LIMMÆ λίμναι, XX. *ſtadii à Lacedæmone, verſus mare, Polybio 5. In hoc loco nunc* Vordonia *eſt, vt tradit Mar. Niger.*

AMYCLÆI *Populi, in Cyrene Africæ regione. Dionyſius Afer.*

AMYCLEVM, *ciuitas & portus in Creta. Euſtathius in* Ἰλιάδ. *B.*

AMYCLEVS, *vide* TAYGETVS.

AMYCLI PORTVS *Plinio,* DAPHNE *vel* LAVRVS INSANA, δάφνη μαινομένη, *Arriano; Boſphori Thracij, ad litus Aſiaticum. Hodie* Lamia *&* Scala marmorea *dici, ſcribit Pet. Gyllius in ſuo Boſporo. Ego* AMYCI, *non amycli, apud Plinium legendum cenſeo, ex Apollonij lib. 2. Vide* DAPHNE.

AMYDO, *Iuuenalis 1. Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta, &c. Sunt qui per 1. Amido ſcribunt.*

AMYDVM ἀμυδῶν, *Pæoniæ opidum, ad Axium fluuium: Homero, Stephano, & Epitome Strabonis. Aliquibus* ABYDVS, *vt tradit Euſtathius. Sic Stephano quoque ex Strabone, vt addit.*

AMYMNÆI, *&* AMYMNI, *vide* THESPROTIS.

AMYMONE, *Laconicæ fons, Plinio. Argiæ fluuius, Ouidio 2. Metamorph.* ἀμυμώνες, *Apollodoro, Pauſaniæ, & Papinio, fontes propter quos hydra latitare ſolebat. Idem cum Lernæo eſt. vide* TRIÆNA.

AMYMONIVS, *vide* LERNÆVS.

AMYNTÆ ἀμυνται, *Theſprotica gens, Stephano.*

AMYRGIVM, ἀμύργιον, *Sacarũ campus, apud Steph. ex Hellanico.* AMYRGIOS, *Scythas habet Herodotus 7.*

AMYRICVS, *vide* AMYRVS.

AMYRVS ἄμυρος, *Theſſaliæ vrbs, Stephano. Fluuius quoque Theſſaliæ, iuxta Melibœam fluens, vt tradit Apollonij Scholiaſtes, lib. 1. & 4. item Val. Flaccus 2. Huius meminit quoque Q. Calaber 8. Apollonius 1. & Strabo ex Heſiodo. Inde* AMYRICVS *campus; Polybio 5.*

AMYSCHNÆVM, ἀμυσχναῖον, *loci nomen eſt apud Stephanum in dictione* ἀρχναῖον.

AMYSTIS ἄμυστις, *Indiæ fluuius, qui in Gangem aquas ſuas euomit. Arrhianus de Indicis.*

AMYSTVS, *amnis, in Hiſpania Tarraconenſi, iuxta Tonitæ promontor. Sex Auienus.*

AMYTHAONIA, ἀμυθαονία, *Stephano ex Rhiano pars Elidis regionis. Hygino in Aſtronomico, Aegypti tractus eſt, (niſi locus mendoſus ſit) in deſcriptione Aquilæ.*

AMYTRON ἄμυτρον, *Thraciæ vrbs, Heſychio.*

AMYZON ἀμύζον, *Cariæ vrbs: Ptolemæo, & Plinio.*

ANA, *&* AVA, *loca; 4. Reg. 18. 19. & Hieremiæ 37.*

ANAB, *Paleſtinæ locus, Ioſue 11. & 15. vide* NOB.

ANABÆNVS, *vide* MÆANDER.

ANABARZVS, *vide* ANAZARBVS.

ANABILI *vide* DARANISENSIS.

ANABIS ἄναβις, *Iacetanorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo. Pagus Aegypti, vbi hominem adorant; Euſebio 3. Præparationis. Per μ* ANAMIS *idem eodem libro ſcribit. Huius etiam meminit Porphirius 4. de Abſtinentia. Puto* ANASIA *ab Epiphanio nominari.*

ANABISVM, *locus in Aſia alicubi: cuius Epiſcopus Adelphius vocatur, in vita D. Ioannis Chroſoſtomi, auctore Metaphraſte.*





ANABLATA, *Paleſtinæ villa, circa Bethel. D. Hieronymus.*

ANABVCIS, *Africæ Propriæ locus, Antonino.*

ANABVM ἄναβον, *Ptolemæo Germaniæ vrbs eſt.*

ANABVRA ἀνάβυρα, *circa Phrygiam Maiorem vrbs, Liuio, 38. Piſidiæ vrbs eſt Artemidoro, apud Strabon.*

ANACAEA ἀνακαία, *pars municipij Hippothoontidis: apud Stephanum, & Laërtium in Zenone: vide* ANACIVM.

ANACE ἀνάκη; *Achaiæ vrbs, Stephano.*

ANACESIVM, *vide* ACACESIVM.

ANACIVM ἀνάκειον, *mons, in quo Dioſcurorum Fanum. Lexicon Phauorini. Huius meminit etiam Polyænus. In Attica eſt. Idem fortè cum Anacea.*

ANACOLAE, *Aegæi maris inſula: Antonino.*

ANACTORIA, *vide* ANACTORIVM, *&* MILETVS.

ANACTORIVM ἀνακτόριον, *Epiri opidum, ad ſinum Ambracium, Straboni, Plutarcho, & Thucydidi: quod* ANACTORIA *Plinij.* Vonizza, *Sophiano dicitur.*

ANACVPHES, *Abaſgiæ arx: Cedreno.* ANACVPHIA *Curopalati.*

ANADRAEMVS, *vide* AMPHIPOLIS.

ANAEA ἀναία. *Cariæ ciuitas, è regione Sami, Thucydidi 4. Stephano, Suidæ, & Euſtathio. Huius etiam meminit Thucydides 3. 4. & 8. Phrygiæ quoque vrbem eſſe, apud Suidam legitur.*

ANAETIA, *de quo hæc Plinius, de Euphrate fluit Derxenen primum, mox Anætiam, Armeniæ regiones à Cappadocia excludens.*

ANAGNIA ἀναγνία, *Tacito, Straboni & Ptolemæo, item Ciceroni, & Frontino, cui colonia Romana eſt.* ANAGNINI *Plinio: Latinorum vrbs illuſtris: Hernicis tribuitur à Liuio 9. & Macrobio 5. Saturnal. Leandro* Anagna *eſt.* ANAGNINVM *habet Cicero in Epiſtolis. prædium fortè in huius agro. Regio vicina Tridento eſt, in vita S. Siſinnij. Vide* MAGNOS.

ANAGNVTES, *Galliæ Aquitanicæ populi, apud Plinium.* AGNOTES, *ſunt Stephano.*

ANAGOMBRI ἀνάγομβροι, *Marmaricæ populi, & montes, Ptolemæo.*

ANAGRANA ἀνάγρανα, *videtur Arabiæ Felicis opidum, apud Strabonem.*

ANAGYRASIVS, *vide* ANAGYRVS.

ANAGYRVS ἀναγυρ⊙, *pars tribus Erechteidis, Stephano. Apud Strabonem & Pauſaniam Atticæ municipium vocatur.* Ἀναγυράσι⊙ *eſt Platoni, Heſychio, & Suidæ.*

ANAIA, *vide* ANAEA.

ANAITICVS *Lacus, in Aſia, vbi probatiores calami naſcuntur. Plinius. Ab Anaia ſic denominatus, vt cenſet Hermolaus.*

ANALATRASVS, *opidi nomen; in Hiſtoria Miſcella, 24. Circa Galatiam.*

ANALIBA ἀνάλιβα, *Armeniæ Minoris opidum; Ptolemæo, & lib. Notit.* ANABILA *Antonino.*

ANALITAE, *Arabiæ Felicis populi, Plinio.*

ANAMARI ἀνάμαροι, *populi circa Maſſiliam habitantes. Polybius 2.*

ANAMASCIA, *Pannoniæ Inferioris vrbs, Antonino:* Almaz *Simlero: qui addit pro eo in libro Notitiarum malè* ADNAMANTIA *legi: ſed* ANAMATIA *habet Lazius, in ſua Vienna; & R. P. Romana, vbi dicit eam hodie* Mohaczium *vocari. Vide* TEVTOBVRGIVM.

ANAMATIA, *vide* ANAMASCIA.

ANAMIS ἄναμις, *Carmaniæ fluuius, circa Armozum promontorium. In Arrhiani Indicis. Vide* ANABIS, *&* ANDANIS.

ANANAGARHON, *Archiepiſcopalis vrbs Aſiæ. Guil. Tyrius.*

ANANAHEL *Turris,* PECHOS *legit Chaldæus. Hieremiæ cap. 31.*

ANANES ἄνανες, *populi, apud Polybium. In Gallia Ciſpadana.*

ANAO, *Galliæ Narbonenſis, circa Nicæam portus, Antonino.* NAO *legit Simlerus. Vide* AZAOPORTVS.



ANAPHAVSTVS, *vide* ANAPLYSTVS.

ANAPAVOMENVS, *vide* IOVIS FONS.

ANAPHE, *maris Cretici inſula, apud Plinium. hanc Strabo, & Stephanus iuxta Theram deſcribit, & tradit* MEMBLIARVS μεμβλίαρος, *à Cadmi comite Europam quærentis, appellatam. Huius & Herodotus 4. meminit item Phurnutus.* BAIE βαίη, *eadem vocatur in Phauorini Lexico. Scribitur &* BLIARVS, *per aphæreſin.* Namphio *hodie dici, ſcribit Sophianus, qui eam quoque* HIPPVRIM ἵππουριν, *vocat. Hippuridis etiam meminit Apollodorus 4. & circa Anaphen eam quoque collocat eius Scholiaſtes. Hippuris & Anaphe duæ diuerſæ quoque ſunt apud Plinium.* ANAPHE ἀνάφη, *locus quoque videtur Laconicæ: Straboni ex Callimacho. Vide* DELOS.

ANAPHLYSTVS, *vide* ANAPLYSTVS.

ANAPIS, *vide* ANAPVS.

ANAPLVS ἀνάπλους, *ſuburbium Conſtantinopolitanum; Procopio, & Cedreno. Circa Ponti ſuperiora loca, Euſtathio: quatuor ab Vrbe mill. diſtans: ad quem Theodoricum regem veniſſe ſcribit Marcellinus Comes. Vide* ESTIAE.

ANAPLYSTVS ἀνάπλυστος, *Atticæ tribus eſt Pauſaniæ, Laertio in Zenone, Straboni: &* ἀναφαυστος, *malè Xenophonti. Sexaginta ſtadijs à Thorico vbi argentifodinas eſſe tradit. Pars Antiochidis tribus eſt Stephano. Vrbs Atticæ eſt apud Ptolemæum, ſed per φ* ἀναφλυστός. *Anaphlyſtiorum meminit nummus antiquus, in Goltzij Theſauro.*

ANAPVS ἄναπος, *Thucydidi, Theocrito, Plutarcho, Aeliano, & Ouidio, qui eum* ANAPIN *vocat.* ANATIS *fortè Liuij. Siciliæ fluuius eſt, hodie* Alpheo *dictus, Aretio. Anapus alius eſt fluuius Thucydidi, in Chaonia, 80. ſtadiis à Strato vrbe diſtans. vide* ANECVS.

ANARA ἀνάρα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.*

ANAREI ἀναρεοι, *Scythiæ intra Imaum montes, Ptolemæo. Vide* SCYTHAE.

ANARIACA ἀναριάκα, *vrbs circa mare Caſpium: Straboni & Stephano.* ANARIACI *populi ſunt ibidem, Straboni & Plinio. Hi apud Ptolemæum* AMARIACAE, ἀμαριάκαι *ſunt, Mediæ gens. Polybio lib. 4.* ARIARACAE ἀριαράκαι, *fortè. Vide* ARATIATICI.

ANARISMONDI, *vide* ANDRASIMVNDI.

ANARITI, *vide* NARITI.

ANARIVM ἀνάριον, *Armeniæ Maioris vrbs: Ptolemæo.*

ANARPI ἄναρποι, *apud Ptolemæum Germaniæ gens eſt.* AVARPI *interpretibus.*

ANARTES, *Cæſari ſunt populi Dacis vicini.* Walachi, Seruij, *&* Bulgari *ſunt Blaſio Vigenereo.* Ἄναρτοι *ſunt Ptolemæo.*

ANARTOPHRACTI ἀναρτοφρακτοι, *Ptolemæo gens in Sarmatia Europæa.*

ANARVS, *vide* ANDROS.

ANARSVE, *vide* TRIPOLITANA.

ANAS ἄνας, *Hiſpaniæ fluuius Pomponio, Straboni, Plinio, & Ptolemæo,* Rio Guadiana *dicitur Hiſpanis, ab Arabibus recepto vocabulo, quibus* Guad *fluuium deſignat: quaſi dicerent fluuium Ana. Circa eius originem autem* Reydera *nominari, ſcribit Garibaius lib. 3. cap. 2. Hiſpanicæ hiſtoriæ. Vide* LOVS.

ANASAR, *Archiepiſcopalis locus, in Aſia, Guil. Tyrio.*

ANASIA ἀνασία, *locus videtur, vbi Epiphanius Timagenem coli tradit. Vide* ANABIS.

ANASIS, *vide* OASIS.

ANASSVS *Plinio, Carnorum fluuius, Venetæ ditionis:* Piaue *interpretatur à Leandro,* Brenta *à Caſtaldo. Marius Niger dicit eum hodie* Lugnano, *& à quibuſdam* Stella *vocari, Piaue à Fortunato* PLAVIS *appellatur. Huius meminit quoque Diaconus.* ANASSVM *Lazius 12. R. P. R. pro Iſtriæ vrbe habet, & circa* Altenburgum *deſcribit, vbi duo caſtra, Inferior & Superior* Naſſenfues *nominis veſtigium conſeruare putat.*

ANASTASIA, *vide* DARIA.

ANASTASIOPOLIS ἀναςασιόπολις, *Thraciæ littoralis vrbs, in Rhodopa regione: Procopio 4. Aedificioru͂. Phrygiæ Pacatianæ quoque opidum; cuius eſt mentio in ſynodo Conſtantinopolitana* VI. *Ibidem aliud eſt in Caria regione. Aliud in Galatia, circa Ancyram, ſi creditur qui ſcripſit vitam S. Theodori archimandritæ. Vide* DARIA.

ANATHA ἄναθα, *appellat Arrianus* TYRVM, *inquit Stephanus. Neſcio an inſulam Perſici ſinus, vel Phœniciæ vrbem velit. Vide* PHATVSAE.

ANATHEMATA *Pompei: Vide* POMPEIA TROPAEA.

ANATHON, *vide* NATHAN.

ANATHOTH, *Palæſtinæ locus, Ioſue 21. Vnde vnus fortium Dauidis, 2. Samuel. 23. & 3. Samuel. 2. Hieremiæ patria, Ioſepho Antiq. 10. In terra Beniamin, tribus M. P. à Hieroſolymæ diſtans, vt teſtatur D. Hieronymus, in vita Ioſiæ prophetæ, hinc oriundi. viginti ſtadiis, habet Joſephus, 10. Antiq. 10.*

ANATILIA, *Tricaſtinorum, vt legit Pintianus in Gallia Narbonenſi vrbs. vide* AVATICI.

ANATILORVM *regio* ἀνατιλῶν, *eſt in Gallia Narbonenſi, Ptolemæo:* Prouence *Poldo eſt. Hanc Cœnalis putat* NARBONENSEM II. *apud mediæ ætatis ſcriptores eſſe. Vide* AVATICI.

ANATIS, *Mauritaniæ Tingitanæ fluuius: Plinio & Solino.* Zilia *bodie eſſe, ſcribit Ioan. Mariana. Siciliæ, Liuio 24. circa Syracuſas. niſi Anapus ſit legendum. Vide* ANAPVS.

ANATOLE ἀνατολὴ, *id eſt,* ORIENS, *dictus eſt mons circa Gangem fluuium. qui poſtea* CORYPHE κορυφὴ, *id eſt,* VERTEX *nominatus fuit. ex eo quòd Sol Anaxibiam nympham in eo compreſſerit. vt ſcribit Plutarchus de Montibus.*

ANATOLICVM *Thema, apud Conſt. Porphyrogennetam, ea pars Aſiæ Minoris quam Turcæ etiamnum corruptæ* Natolia *vocant.*

ANAVA ἄναυα, *Phrygiæ opidum: Herodoto, in Polymnia.*

ANAVDOMA, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio.*

ANAVRVS ἄναυρος, *huius fluminis meminit Heſychius, Heſiodus in Aſpide, Orpheus in Argonauticis, & Apollonius 1. & 3. Apud Lucanum, Callimachum & Vibium eſt Theſſaliæ. ſic dictus, quod ex ſe neque auram neque nebulam emittat. Iuxta Peliacum littus: Euripidi in Hercule Furente. Eſt quoque Troadis fluuius ad Idam montem, vbi Paris paternas paſcebat oues. vt refert Coluthus Thebanus, de raptu Helenæ. Syriæ fluuiu͂, Neandro ad hunc Coluthum: & Brodæo in Miſcellaneis.*

ANAXITVS, *vide* AMAXITVS.

ANAZARBVS, *quæ nunc* CAESARAVGVSTA, *inquit Plinius, Ciliciæ vrbs eſt, ad Pyramum fluuium, Dioſcoridis patria. Ciliciæ 11. eſt in co͂cilio Epheſino.* ANAZARBA ἀναζαρβα, *Legit Stephanus. Suidas ſcribit eam olim* CYINDA κύϊνδα, *poſtea* DIOCAESAREA *vocatam. Huius* διοκαισαρείας *meminit hoc tractu Ptolemæus. & idem habet hoc tractu Cæſaream apud Anazarbum. In ſynodo Conſtantinopolitana* V. *hæc Anazarbus appellatur quoq;* IVSTIANOPOLIS. *Euagrius 4. cap. 8. legit* IVSTINOPOLIS. Axar *bodie nominatur, ſi Moletio credendum ſit. aut potius* Acſerai, *vt placet Leonclauio. Videtur Cedrenus hanc Anazarbum* ἀνάβαρζαν *vocare.*

ANAZARCVS, *vide* NEAPOLIS.

ANCAE, *vide* ANXA.

ANCALE, *vide* ACALE.

ANCALITES, *Britanniæ inſulæ populi, apud Cæſarem.* Ankenlut *Glareano:* Tho hundred of Henley, *Camdeno. Ad Tameſim fluuium ſunt, verſus Septentrionem.*

ANCARA ἄγκαρα, *apud Stephanum eſt Italiæ vrbs. ex Polybij 8. Vnde gentili Ancarius, Nonio apud Lucilium. Et Ancariana familia, apud Fabium.*

ANCHERAE *Epiſcopum Dorotheum, habet Marcell. Comes, ſi fida lectio.*

ANCHESMVS ἀγχεσμὸς, *eſt Atticæ mo͂s, apud Pauſaniam.*

ANCHEVSANVS, *quaſi à loco, legit ex antiqua inſcriptione Moguntiæ exſtante, Lazius 4. de R. P. R. cap. 5. Vox nihil abludens ab* Enchuſa *Hollandiæ celebri opido maritimo.*

ANCHIALA ἀγχιάλη, *Ciliciæ ciuitas, Straboni, quæ &* PARTHENIA παρθενία, *& tandem etiam* TARSVS *dicta fuit. auctor Stephanus. Sed idem ſubiungit aliquibus diuerſas eſſe vrbes, Anchialem & Tarſum. Plinio certè, Dionyſio, Athenæo 12. & Arrhiano 2. Alexandri (qui* ANCHIALVS *legit) diuerſæ ſunt. Anchialeam ibidem habet Euſtathius. Anchiale, Illyriæ opidum, habent Suidas, & Stephanus. Vide* TARSVS.

ANCHIALEVS *fluuius Ciliciæ, circa Anchialam vrbem. Euſtath. in Dionyſium.*

ANCHIALI *Regio locus Colchidis, ad Prytanim fluuium, Arrianus in Periplo Euxini.*

ANCHIALVS ἀγχίαλος, *Ptolemæo Thraciæ vrbs, ad Pontum Euxinum.* MESSA *olim hoc loco erat. vt Plinius tradit.* Anchialo *hodie, Sophiano teſte,* Achello *apud alium lego.* Kenkis *Mercatori, in ſua Europæ tabula recognita. Eſt quoq; locus circa ſinum Pelaſgicum, Orpheo, in Argonauticis.* ANTRON *eundem à Zenodoto vocari, annotauit Hermolaus ad Pomponium.* ANCHIALVS *etiam circa Epiru͂ vrbs: Procopio 3. Gothor. vbi Anchiſen Aeneæ patrem obiiſſe fabulantur. Vide* ANCHIALA.

ANCHIAXVS, *veteris Epiri ciuitas, in concilio Chalcedonenſi, cuius Epiſcopus Claudius. Sepius huius loci mentio in eodem concilio. Videndum an ſit Anchialus Procopij.*

ANCHISE ἀγχίση, *Italiæ opidum. Stephanus, ex Dionyſio* ANCHISAE *Portum apud hunc inuenio, ſed in Epiro, vel haud procul inde.*

ANCHISVS ἀγχίσος, *Arcadiæ mons eſt apud Pauſaniam. ad cuius radices Anchiſæ monumentum. ibi enim Anchiſem Aeneæ patrem & mortuum & ſepultum credunt.*

ANCHITAE ἀγχῖται, *Ptolemæo,* ACHITAE *interpretibus, Arabiæ Felicis gens.* ACCHITAE *Plinij.*

ANCHOE ἀγχόη, *locus circa Cephiſſi fluminis oſtia. Ibidem lacus eode͂ nomine, auctor Strabo.* ANICHIA *fortè Plinij.*

ANCHORARIVS, *vide* ANCORARIVS.

ANCHYRONA, *vide* ANCYRONEM.

ANCYANVM, *vide* ANEIANVM.

ANCLACAE, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi, Plinio.*

ANCOBARITIDEM ἀγκωβαρῖτιδα, *regionem, quæ Deſertæ Arabiæ opponitur, habet Epitome Strabonis lib. 11. In Meſopotamia eſt apud Ptolemæum.*

ANCON ἄγκων, *Leucoſyrorum vrbs eſt in Cappadocia, Ptolemæo, & Apollonio. Ancon portum vocat Arrhiani Periplus.* ANCON *etiam Italiæ locus, contra Capreas inſulas, qui cognomen habet à Minerua* ἀθηνᾶ, *quia huius in eo templum. Vide* CONOPON.

ANCONA, *vrbs Piceni, prius* PICENA *dicta. Cato in Originibus.* ANCON ἀγκὼν *Ptolemæo eſt. Colonia vocatur in antiquo lapide: & à Plinio. Nomen retinet,* Ancona. *Vide* CONOPON.

ANCORARIVS *Mons, in Mauritania, circa Tingitanum caſtellum; vt refert Ammianus.* ANCHORARIVS *eſt Plinio, in Mauritania Citeriore.*

ANCORE, *vide* NICAEA.

ANCRINA ἄγκρινα, *Siciliæ opidum: auctore Ptolemæo.*

ANCVS, *apud Pomponium eſt Numidiæ fluuius, iuxta Icoſium fluens.* ANCVSENSIS *epiſcopi Africæ meminit Vict. Vticenſis.*

ANCYRA ἄγκυρα, *Galatiæ in Tectoſagibus vrbs, Straboni, Ptolemæo, & Plinio. Galatiæ 1. eſt in concilio Epheſino: Galatiæ Minoris apud Socratem Scholaſticum. Onuphrius coloniam ex ipſa facit, non ſine errore.* Vncra *fortè Laonici. Tzetzes Chil. 1. numero 2. eam ad Halym fluuium deſcribit.* Angouri *hodie dicitur, Bellonio & Nigro.* Enguri *Leonclauio, & eidem* Ancara. *Aliam Ancyram habet idem Plinius & Ptolemæus in Phrygia Maiori. Et aliam Liuius 43. circa Macedoniam aut Illyricum.* ANQVIRAM *canones Ancyram vocare, ſcribit Busbequius. Vide* TAVIVM.

ANCYRAE ἀγκύραι, *Diodoro 14. Siciliæ vrbs eſt.*

ANCY-



ANCYRANI, *vide* GALATIA.

ANCYREVM, *Aſiæ Minoris promontorium; Dionyſio: vbi Pontus finitur, incipitque Boſporus. Hodie* Pſomion. *Ex Petri Gyllij Boſporo. Vide* ANCYRONEM.

ANCYRIVM ἀγκύρειον, *Italiæ opidum, Stephano.*

ANCYRONEM *villam publicam, iuxta Nicomediam habet D. Hieronymus in ſuo Chronico: ſed ſine* N. *in prima Caßiodorus, & cum afflatu Anchyrona apud Victorem, quem Schottus edidit. vbi Conſtantinum Magnum obiiſſe ſcribunt.* ANCHIRONEM *habet Marianus Scotus. Idem fortè cum Ancyreo.*

ANCYRVM, *vide* ANGYRORVM.

ANDA ἄνδα, *Africæ vrbs, Appiano in Punicis.*

ANDABASIS, *regionis nomen, vnde coccum optimum adfertur, Serapioni.*

ANDABILIS, *Cappadociæ ciuitas, apud Antoninum.*

ANDACA ἄνδακα, *Indiæ vrbs, quam Alexander deditione accepit. teſte Arrhiano in eius vita. Circa Indi fluminis originem puto.*

ANDAGIVM, *vide* ANDAINVM.

ANDAINVM *olim vocabatur monaſterium in Arduennæ ſilua, quod hodie* S. Huberti *nomine inſigne eſt. Molanus in S. Huberto, ex Berigiſo.* ANDAGIVM *eſt apud Sigebertum.*

ANDAN, *vide* AGAVA.

ANDANIA ἀνδανία, *Arcadiæ vrbs, quàm malè Scepſius* OECHALIAM οἰχαλίαν, *putauit, vt ſcribit Strabo lib. 10. Andaniam Pauſanias Meſſeniæ tribuit. Hanc olim Oechaliam vocatam, ſcribit Etymologicu͂. Vide* MESSENE.

ANDANIS ἄνδανις, *Carmaniæ fluuius, Ptolemæo, Pomponio, & Plinio.* ANAMIS *fortè Arriani. vide* HYTANIS.

ANDARBA, *Dalmatiæ vrbs, Antonino.*

ANDARISTVS ἀνδάριςος, *Pelagonum in Macedonia vrbs, apud Ptolemæum.* Voſtance *apud Theuetum nomen habet.* ANDARISTENSES *Plinio ſunt, ſed* AV *pro* AN *legit.*

ANDATES ἀνδάτης, *lucus in Britannia inſula; de quo hæc Xiphilinus in Nerone. In luco Andates, ſic enim vocant Victoriam, eámque celebrant ſtudioſiſsimè.*

ANDATIS, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, in Nili ripa, Plinio.*

ANDAVTONIVM ἀνδαυτόνιον, *Pannoniæ Superioris opidum, Ptolemæo. Vide* DAVTONA.

ANDECAVI, *vide* ONDICAEOVAE.

ANDECRIVM ἀνδέκριον, *Ptolemæi, &* ANDRETRIVM ἀνδρήτριον, *Strabonis, eaſdem eſſe ſcribit Villanouanus. Scio* ANDERIVM ἀνδήριον, *Dionis eſſe. Dalmatiæ mediterranea ciuitas. Vide* MANDETRIVM.

ANDEGAVENSES, *vide* IVLIOMAGVS, *&* ONDICAEOVAE.

ANDEIRA, ἄνδειρα, *Phrygiæ opidum, iuxta Scepſim, Straboni & Plinio. Eſt & altera eiuſdem nominis in Troade, Stephano, vt Pintianus perhibet.*

ANDELAVS, *locus Galliæ: Greg. Turonenſi 9. Paradinus ſcribit cœnobium eſſe in ora Sequanæ, haud procul à Rhotomago, & nunc dici* Ad Gemellos. *Recentioris nominis locum* Andely *dictum reperio tamen in tabulis geographicis, quod* ANDEOLVS, *ni fallor, vocatur à Mariano Scoto. Vide* VIVARIENSE.

ANTELVS ἄνδηλος, *Vaſconum in Hiſpania opidum. Ptolemæus.*

ANDEOLVS, *vide* ANDELAVS, *&* VIVARIENSE.

ANDERAE, *populi Aethiopiæ ſub Aegypto, apud Plinium.*

ANDERICA ἀνδέρικα, *Ciſſiæ regionis ſtathmus, ducentis ac decem ſtadiis à Suſis. Herodoti Erato.*

ANDERIDA, *littoris Saxonici vrbs, in Britannia. Lib. Notit.* Newenden *in Cantia eſt Camdeno.*

ANDERIDVM ἀνδέριδον, *Tabalorum in Gallia Aquitanica opidum. Ptolemæus.*

ANDERIVM, *vide* ANDECRIVM.

ANDES, *Euſebio & Silio, Virgilij Maronis patria, Lombardiæ Tranſpadanæ vicus, Mantuani territorij.* Petula *Leandro, & ante eu͂ Bocatio. vide* ONDICAEOVAE.

ANDETHANNALIS, *vicus in Gallia Belgica, Antonino: quod* Echternach *Simlero. De quo ſic Sulp. Seuerus 3. de D. Martini virtutibus. Andethanna vicus à quo vaſtas ſolitudines ſiluarum ſecreta patiuntur. Fortunatus quoque 4. Vitæ D. Martini, Progreßis ſociis, vbi ſe Andethanna propinquat. In Treuirenſi agro vidimus hunc vicum, aut potius abbatiam cum adiuncta vrbecula.*

ANDIANTES ἀνδιάντες, *Ptolemæo Pannoniæ Inferioris populi; quos Strabo* ANDIZETIOS ἀνδιζητίους, *vocat.*

ANDIRA, *vide* ANDEIRA.

ANDIVM, *vide* HEDRVS.

ANDIZETII, *vide* ZANDRIZETES.

ANDOLOGENSES, *Hiſpaniæ Tarraconenſis populi: apud Plinium.*

ANDOMATIS ἀνδώματις, *Indiæ fluuius, qui in Gangem erumpit, & oritur ex Mandiadinis, Indica gente. vt habent Arrhiani Indica.*

ANDOMATVNVM ἀνδομάτουνον, *Longonum vrbs, Ptolemæo, in Gallia Belgica:* ANTEMANTVNNVM, *Antonino.* Langres, *Villanouano eſt, & Cognato.*

ANDONA, *circa Cilicia͂ vrbs videtur, apud Curopalatem.*

ANDORISIPPO, *Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, Plinio.*

ANDOSINI ἀνδοσῖνοι, *Hiſpaniæ populi, apud Polybium 3. Vox corrupta mihi. Auſetaniam legit eius loco Liuius 21.*

ANDOVERPVM, *vide* ANTVERPIA.

ANDRA, *vide* AVGVSTAM.

ANDRACA ἄνδρακα, *Cappadociæ, in Chamana regione vrbs, Ptolemæo.*

ANDRAGATHIA, *in Brutijs, Poſidoniatarum regione. Diodorus.*

ANDRAPA, *vide* ANTRAPA, *&* NEOCLAVDIOPOLIS.

ANDRAPANA, ἀνδράπανα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.*

ANDRAPENORVM *ciuitatis Hellenoponti, mentio fit in Conſtantinopolitana ſynodo* VI. *Ab Andrapa Ptolemæi, & Antrapa Porphyrogennetæ.*

ANDRASIMVNDI ἀνδρασιμοῦνδου, *Taprobane inſulæ promontorium, Ptolemæo.* ANARISMONDI *legit interpres.*

ANDRASSVM ἄνδρασσον, *Cedreno vrbs, neſcio vbi. an in Aſia Minori circa Galatiam?* ADRASVS *legit Gabius, apud Curopalatem. Vide* TARSVS.

ANDREAE, *vel S. Andreæ inſula Propontidis, In conſtitutionib. Emanuelis Comneni Imp.*

ANDREIS ἀνδρηὶς, *Pauſaniæ, Græciæ regio. quæ poſtea* PHLEGYANTIS φλεγυάντις, *dicta fuit. Vide* GYRTONE.

ANDRETRIVM, *vide* ANDECRIVM.

ANDRESTI, *vide* ADRAISTAE.

ANDRI *populi* ἀνδρωνχόες, *circa Claſtidium in Gallia Ciſalpina. Polybius 2.*

ANDRIA ἀνδρία, *Elidis vrbs eſt. item Macedoniæ: Stephano, & Thucydidi 5.*

ANDRIACA ἀνδριάκη, *Thraciæ vrbs eſt, Salmideſſo contigua, apud Strabonem: quæ* Gatopoli *Nigro nominatur. Lyciæ opidu͂, Ptolemæo: quod Myrenſium nauale, Appiano. Mediæ quoq; ſed per æ in vltima eide͂ Ptolemæo.*

ANDRIACIAMA, *Lyciæ opidum, ſubiectum Myrenſibus. In S. Nicolai vita Metaphraſtes.* ANDRIACA *Ptolemæi fortaſſe.*

ANDRICLVS ἄνδρικλος, *Ciliciæ mo͂s, apud Strabonem.*

ANDRICVS, *Ciliciæ fluuius, Plinio.*

ANDRIVS ἄνδριος, *fluuius in Scamandrum ſe exonerans. Strabo 13.*

ANDROCALIS, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, apud Plinium. Vide* TAMALME.

ANDROEGA ἀνδρόηγα, *regio eſt, Cedreno circa Perſidem.*

ANDROGYNI, *in Africa populi, Plinio, ſupra Naſamones, & confines Machlyis. his dextra mamma virilis, læua muliebris. credat Iudæus Apella, non ego.*

ANDROLITIA, *vide* MAGNESIA.



ANDRO-

ANDROMENA, *loci nomen in Aegypto videtur, apud D. Athanaſium: in concilio Alexandrino. Zoilum eius Epiſcopum vocat.*

ANDRON ἄνδρων, *vrbs, &* ANDROPOLITES *Nomus, in Aegypto. Ptolemæus.*

ANDRONA, *Cyrrheſticæ regionis, in Syria opidum, Antonino.*

ANDROPHAGI, *Scythiæ gentos, in Europa. Herodoto & Melæ.*

ANDROS ἄνδρος, *maris Aegæi inſula, prima inter Cyclades. Hanc ex Myrſilo ſcribit Plinius primò* CAVRON, *deinde* ANTANDRON *cognominatam. Callimachus eam* LASIAM, NONAGRIAM, HYDRVSSAM, & EPAGRIN *dictam reliquit. Sophiano teſte,* Andro, *nomen retinet.* ANDROS, *Britannica inſula, Plinio. Galatiæ opidum eſt Ptolemæo;* ANARVS *autem legunt pro eo interpretes. Vide* HEDRVS.

ANDROSIA ἀδρωσία, *apud Ptolemæum Galatiæ opidum eſt.*

ANDVETIVM ἀνδύετιον, *Germaniæ opidum, Ptolemæo.*

ANDVS, *vide* ONDICAEOVAE.

ANEA, *pagus in finibus Eleutheropolis, vnde Apſelamus martyr. Euſeb. Hiſt. Eccl. 8. cap. 20. Ex Anea vrbe Cariæ oriundum habet Melam hiſtoricum, Bibliotheca Geſneri, ex Stephano. Ciuitas eſt Phrygiæ, in conſilio Epheſino* III.

ANECVS, *Siciliæ fluuius, qui per duo millia paſſuum ſub terra mergens, Syracuſis miſcetur mari, appellatúrque* ANO, *poſt* ANOPOSCAENOS, *ſuperior* ANOTISPHOROS. *Vib. Sequeſter. Videtur* ANAPVS.

ANEIANVM *Antonino, hodie* Monte Agnano, *Simlero: vrbs Italiæ, inter Patauium & Mutinam.* ANCIANVM *legit Sigonius hoc loco.* ANETIANVM *M.S. codex. Aliud* ANNEIANVM *geminato* N *eſt apud eundem Antoninum, inter* Florentiam *&* Fauentiam.

ANELONTIS ἀνελόντος, *fluminis, iuxta Colophonem, meminit Pauſanias, cuius prædicat frigiditatem. Sed ἀλέοντος vel ἀλέοντος, putat ſcribendū Sylburgius. Vide* HALES.

ANEM *locus, 1. Paralip. 6.* ἐνάμ, *70. interpretib.*

ANEMA *Caſtellum, circa Conſtantinopolim videtur, apud* Nicetam.

ANEMO, *Plinio & Antonino, Flaminiæ fluuius, propè Rauennam. Volaterranus & Leander* Lamone *indigitant. Hier. Rubeus in ſua Rauennatum hiſtoria, ſcribit eum quoque* Raſanario, Fantino, & Santerno *hodie appellari. Idem Fauentiam diuidere tradit. Anemonis meminit Cicero quoque 3. Deorum.*

ANEMOLIA ἀνεμώλεια, *Phocidis vrbs, quæ &* ANEMORIA, *per* R. *poſtea* HYAMPOLIS *nominata eſt. auctore Strabone lib. 9. Bœotiæ ciuitas eſt apud Ptolemæum,* ὑάμπολις. HYANTVM *in principio dictam, ſcribit Gerbelius. Hyampolim primùm* HYANTONPOLIM *vocatam, tradit Camerarius, in Commentariis ſuis Homericis. Præter hanc Hyampolim, quam Strabo in finibus Phocenſium & Delphorum deſcribit, aliam habet ad Parnaſſum. Plinius Hyampolim quoque habet apud Locros Epicnemidios.*

ANEMOSA ἀνεμῶσα, *vicus in Arcadia. Pauſanias.*

ANEMOTICHOS ἀνεμότειχος, *circa Cariam vrbs, Porphyrogennetæ.*

ANEMVRIVM ἀνεμούριον, *Ciliciæ ciuitas, Ptolemæo & Plinio.* Stalemura *Nigro eſt. Straboni duo huius nominis promontoria ſunt in eadem Cilicia.*

ANEMVSA ἀνέμουσα, *inſula maris mediterranei, Ptolemæo. circa Africam Propriam.*

ANERITTAE ἀνίεριτται, *Marmaricæ Nomi gens. Ptol.*

ANESICA, *vide* AVESICA.

ANETVSSA ἀνητοῦσα, *Libyæ vrbs, apud Stephanum: ex Polyhiſtore.*

ANGAE ἀγγαί, *Palæſtinæ locus, intra quem & Bethel Abraham aram exſtruxit, cùm à Sichem veniret. Cedrenus. Montes quoque ſic dicuntur à ſiniſtro Ciliciæ. Iudith 2. Vide* HAI.

ANGAESI, *vide* AEGESSI.

ANGARIS, *Palæſtinæ mons, Plinio.*

ANGARVS ἄγγαρος, *Bithiniæ emporium, prope Helenopolim. Socrates lib. 8. cap. 20. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.*

ANGAVCANI, *vide* IANGACAVCANI.

ANGE ἄγγη, *Arabiæ Felicis vicus, Ptolemæo. Vide* HAI.

ANGEAS, *Theſſaliæ vrbs, apud Liuium.*

ANGELA ἀγγελή, *Pandionidis Atticæ tribus, Stephano & Heſychio,* Ἀγγελή, *vnica γ progente quadam Attica. Vide* CATAGELA.

ANGELINA, *locus eſt vltra Meſopotamiam. vnde Angelici hæretici. vt putat Epiphanius. ſed* INGELINA, ἰγγίλινη, *in Græco eſt. Huius meminit quoque codex Iuſtiniani lib. 1. Titul. de Magiſtro militum: pro Armeniæ Interioris regione.*

ANGELLAE, *Bæticæ vrbs, Antonino; inter Cordubam & Hiſpalim.* AVGELLAE *quoque legitur Simlero.*

ANGELORVM *locus, vbi Diuus Marcus occiſus. Bucolij regionis, circa Alexandriam Aegypti. Dorotheo teſte.* ADANGELOS *vocat incertus auctor.*

ANGELVM, *vide* ANGOLVS.

ANGERIACVM, *in membranis appellari, Galliæ Aquitanicæ Santonum vrbem, quam hodie* S. Ioannis *vocant: teſtatur Vinetus in Auſonium. Vide* ENGERIACVM.

ANGERIS, *Galliæ fluuius. Circa Bituriges videtur, ex Turonenſi, in vita SS. Vrſi & Lebatij. vbi* LOCIS *Monaſterium.*

ANGETORVM ἀγγετων, *meminit Theſaurus Goltzij, ex nummo Antonini Britannici.*

ANGILI, ἄγγιλοι, *gens quæ habitat Britanniam inſulam. Procop. 4. Gothor. Teſtis Camdenus in ſua Britannia, capite de Saxonib. Vide* SVEVI.

ANGISCIRI, *vide* BITTVGORES.

ANGITES ἀγγίτης, *Thraciæ fluuius, qui Strimonem ſubit, Herodoto 7. Iuxta Pangæum, Heſychio. Idem fortè cum* GANGA & GANGITAE *Appiani.*

ANGITIAE Nemus. *Virgilius: Te nemus Angitiæ vitrea te Fucinus vnda. In Marſorum regione.* ANGVITIAM *vrbem hic deſcribit Polyhiſtor.*

ANGITVLA, *Antonino Italiæ flumen, in Calabria regione. Eſt ibidem teſte Barrio in huius regionis deſcriptione,* Angitula *vrbs, quam* CRISSA κρίσση, *à Lycophrone dictam putat.*

ANGIVM, *Laonico 7. vrbs opulenta eſt, circa Peloponneſum.*

ANGLESIS, *vide* POSSESSIO.

ANGLI, *vide* SVEVI, & BARANGAE.

ANGLIA, *pars Albionis inſulæ, Meridionalior. Nomen habet ab Anglis Saxoniæ populis, quorum Tacitus meminit; qui hanc regionem occuparunt. Vnde hodie etiamnum* Engelandt *(primo mutato tantùm elemento) vocatur.* TRANSMARINAM SAXONIAM *nominat eam Wunefridus. vt annotauit Rhenanus, lib. 1. rerum Germanicarum. Incolas* ANGLOSAXONES *vocant Latini Iuniores.*

ANGLON, *vide* DVBIVM.

ANGOLVS ἄγγολος, *Italiæ opidum, in Veſtinis ponitur à Ptolemæo.* ANGVLANIA *à Plinio vocantur.* Citta S. Angelo *hodie, Orlandio, Volaterrano, & Blondo.* ANGELVM *fortè Antonini.*

ANGON, *vide* MARSOG.

ANGRIVARII ἀγγριουάριοι: *Ptolemæo & Tacito. Germaniæ populi, quos Althamerus* Engern *putat. potèns Saxonum dynaſtia.* Angeren *per A in prima eſt, apud Had. Iunium; ad Luppiæ fluminis caput. Hoc opidum* Engers Cunenengers *vocatum fuit à Cuno archiepiſcopo Treuirenſi eius conditore, vt refert Trithemius in chronico Hirſaugienſi. Ex Angriuarijs Peucerus* Angermund *facit.*

ANGRVS ἄγγρος, *fluuius, planitiem Triballicam interfluēs, Brongum intrat, Brongus Iſtrum. Sic Herodotus lib. 4. De quo ſic Peucerus:* SAVVM *eum intelligere arbitror, cui Dryna miſcetur, priuſquam Iſtro miſcetur.*

ANGVIÆ *Nemus Lucaniæ. Vibius Seq. An Angitiæ legendū?*

ANGVIENSIVM *Plebis, in Africa, memoria eſt in Collatione Carthag.*

ANGVILLARII, & ANGVLARII, *vide* SABATIA.

ANGVITIA, *vide* ANGITIA.

ANGVLAE, *vide* POSSESSIO.

ANGVLANI, *vide* ANGOLVS.

ANGVRVS, ἄγγυρος, *mons Scythiæ, iuxta Iſtrum fluuium, Apollonio 4.*

ANGVTTVRI, *gens circa Indum fluuium, Occidentem verſus, vt refert Plinius.*

ANGYLLA, *vide* CAERE.

ANGYRIVM, *vide* AGVRIVM.

ANGYRORVM ἀγγυρῶν, *vrbs in Ægypto, Ptolomæo.* ἀνκυρῶν, *fortè Stephani.*

ANHELAE, *de quo in lib.* Notitiar. *Cinegei Iuuarenſis rei priuatæ Meti tranſlatæ Anhelas. In Belgica videtur.*

ANIA, ἀνία, *Peloponneſi fluuius, apud Pheneum. Strabo ex Eratoſthene. Scriptos libros* ABIA *legere, annotauit Caſaubonus.*

ANIACA *regio, circa Armeniam, Cedreno.*

ANIANA ἀνίανα, *Meſopotamiæ vrbs, apud Ptolemæum.*

ANIANAE THERMAE, *Cumanorum in Campania Felici.* Bagni del lago. *Leander Albertus.*

ANIANVS *ſinus, Liuio 28. circa Maliacum Sinum.* AENIANVS *malo, ab Aenianibus accolis.*

ANICHAE ἄνιχαι, *Ptolemæo,* NANICHAE *interpreti, Indiæ intra Gangem gens.*

ANICHIA, *Bœotiæ opidum, Plinio.*

ANICIANAE *Lapidicinæ, in Tuſcia, circa lacum Volſinienſem. Plinius.*

ANICIORVM *villa, vide* CASAE, & MEGDII.

ANICIVM *vocant Gaguinus & Ioannes Poldo, eam Galliæ vrbem, quam* PODIVM *Latinè, & vulgò* Puys *appellant. Circa Ligeris originem.*

ANIDO, *Liguriæ montes, habet Liuius 40.*

ANIEN, & ANIENVS, *vide* ANIO.

ANIESES, *vide* ARISTES.

ANIGER, *vide* ANIGRVS.

ANIGRAEA, *Peloponneſi locus, apud Pauſaniam.*

ANIGRVS, ἄνιγρος, *fluuius Peloponneſi, olim* MINYEIVS, & MINTERIVS *vocatus: Straboni, Pauſaniæ, & Ouidio.* ANIGER *apud Vibium legitur. Iuxta Arenen Homero. in Elide eſt Dioſcoridi. Vide* ORCHOMENVS.

ANIMOTHA, *Arabiæ vrbs, lib.* Notitiarum.

ANINA ἀνίνα, *vrbs Indiæ extra Gangem, Ptolemæo.* ANTHINA *interpreti.*

ANINACHA ἀνίναχα, *Indiæ intra Gangem opidum, Ptolemæo. Et* ANINACHI *gens, ibidem. eidem. Per M. in prima, Interpreti.*

ANINETVS, *cuius epiſcopus Diodorus. Concil. Epheſinū* III.

ANINSVLA, *monaſterium eſt Cenomanorum, cui* Carileſo *hodie nomen: non procul à ripa Ledi amnis, & Vindocino vrbe, Ptolemæo cognita. Sic Maſſonius, in Chilperico.* ANISOLA *eſt apud Surium, in S. Carilepho.*

ANINVSIA Ἀνινυσία, *vrbis nomē; in concil. Epheſino* III. *cuius epiſcopus* Theodorus.

ANIO, *Latij fluuius, Plinio, & Halicarnaſſeo, Romanos à Sabinis diſterminans.* Teuerone *Blondo, & aliis.* ANIENVS *etiam legitur apud Statium in* Tiburtino: ANIEN *legit Vibius, & lacui Velinorum infundi ſcribit. Delicatiſsimum amnium vocat eum Plinius in Epiſtolis. Ad Trebam vrbem oriri ſcribit Frontinus 1. Aquæductuum.* PAREVSIVM *olim vocatum ſcribit Plutarchus, in Paralellis Minorib. niſi corruptus ſit locus.* ANIO *etiam Tuſciæ locus maritimus eſt apud Pomponium: inter Pyrgi & Caſtrum nouum.*

ANISENAq; *flumina. in Sicilia, Ouidio 4. Faſtorū. Quid ſi Amaſenus ſit legendum? aut fortaſsis Arecus Vibij?* AMENAq; *legi in aliquot M.S. Codicib. teſtatur Cioſanus.*

ANISOLA, *vide* ANINSVLA.

ANISVS, *Auſtriæ fluuius, cuius mentio ſit, (vt Rhenanus teſtatur) in perueteri Calendario,* Ens *hodie vocatur. Meminit eius S. Floriani vita.*

ANITHA ἀνίθα, *Arabiæ Petrææ vrbs: apud Ptolemæum.*

ANITIANAE *Lapidicinæ, in agro Tarquinienſi Tuſciæ. Plinius & Vitruuius.*

ANITORGIS, *Celtiberorum vrbs, circa amnem quendam, Liuio. Vide* ATHANAGIA, & LOBETVM.

ANIVS, *Locus Puteolis vicinus eſt, qui hodie* Lago ſudatorio *dicitur, vt tradit Erythræus in ſuo Indice Virgiliano, & ante eum Bocatius. Vide* LOVS.

ANKALIA, *vide* HYRCANIVM.

ANNA ἄννα, *Iudææ vrbs, ſupra Hierychonta, Stephano; ex Ioſepho, vt addit. Vide* ANNANA.

ANNADA, *vide* HENADDA.

ANNAE PERENNAE Nemus, *de quo Martialis 1. de Hortis ſuis. Et quod Virginio cruore gaudet Annæ pomiferum nemus Perenne. Circa Flaminiam viam fuiſſe reor. Haud procul à Tibri. Adi Ouid. 3 Faſtor.*

ANNANA, *Arabum vicus, à quo non longè Antiochum Dionyſium regem occiſum ſcribit Egeſippus, 1.* CANA, κάνα, *legit Ioſephus. & puto apud Stephanum* ANNA *appellari.*

ANNEIANVM, *vide* ANEIANVM.

ANNESEL, *Africæ Propriæ vrbs, Antonino.*

ANNESTVS, *Arabiæ Felicis opidum, à Gallo deletum, deſcribit Plinius.*

ANNIANI *Poëtæ fundus, in agro Faliſco. Gellius 20. cap. 7*

ANNIA *Aqua, Vrbis Romæ, Lib. Notitiar.*

ANNIBA, *vide* ARIA.

ANNIBALIS, *vide* CASTRA, PORTVS, & SCALAE. ANNIBALIS Δίοδος, *i. Tranſitus. Vide* CREMONIS *Iugum.* ANNIBALIS *Inſula, de qua Plinius, lib. 3. cap. 5. Tiquadra & parua Annibalis, pro & parua, legit Florianus, patria. In Balearico mari.* ANNIBALIS *Speculæ, terrenæq; turres iugis montium impoſitæ, in Hiſpania. Plinius 35. cap. 14. & 2. cap. 71. De his quoque Liuius 22. itē Hirtius in Bello Hiſpanienſi. etſi eas proprio non deſcribat nomine. Vide* TVRRIS. ANNIBALIS *Tumulus, vide* LIBYSSA. ANNIBALIS *Turris, vide* TVRRIS.

ANNIBI ἀννίβοι, *montes & gentes, in Serica regione, Ptol.*

ANNICHORVM ἀννίχωρον, *Perſis vicinus locus, aut populi, Stephano.*

ANNIVM ἄννιον, *Elidis in Peloponneſo opidum. Strabo 8.* SAMICVM, *pro eo legit Caſaubonus.*

ANONARIAE *Regionis, in Italia, meminit Trebellius Pollio, in Tetrico. vide* PICENVM & TVSCIA.

ANO, ANOPOSCAENOS, & ANOTISPHORVS, *vide* ANECVS.

ANOEGATH ἀνοιγάθ, *Libyæ Interioris vrbs, Ptolemæo.*

ANOLVS ἄνωλος, *Stephano Lydiæ vrbs.*

ANONIVM ἀνώνιον, *Bechunorum in Italia ciuitas, Ptolemæo. Quidam nomen retinere putat.*

ANNVODENSIS *Plebs, in Africa. Coll. Carthag.*

ANONVS *fons, haud procul à Taygeto monte. Pauſanias.*

ANOPAEA ἀνόπαια, *mons & via, ſic dicta, propè Aſopum fluuium, in Melienſi regione; circa Alpenum Locrorum vrbem.* Herodotus 7.

ANOPOLIS ἀνώπολις, *quod ſuperiore loco ſita ſit, vocatæ fuit* ARADEN ἀράδην, *Cretæ vrbs. Stephanus in verbo* Ἀράδην,

ANOSTOS ἄνοστος, *voraginis ſiue hiatus nomen, in finibus Meropum, libro 3. cap. 18. Variarum Aeliani. Fabuloſum.*

ANQVIRA, *vide* ANCYRA.

ANSA, *Lugdunenſis Galliæ locus: in Iuonis epiſtola 238. & 239.*

ANSAMVM, *Mœſiæ Secundæ vrbs; lib. Notit.*

ANSANCTI *Valles, Virgilij; Vmbilicum Italiæ à coſmographis dici addit Seruius. eſſéque in latere Campaniæ & Apuliæ, vbi Hirpini ſunt. Horū meminit quoque Cicero, de Diuinatione. Hodie* La valle de Frecente *dicitur,*

vt tradit Sanfelicius in ſua Campania. Antrum quod in hac valle deſcribit Virgilius, ab accolis Os inferni appellari, ex Pomponio Sabino habeo. Vibio quoque lacus eſt (locus fortè ſincerius legitur) cuius halitus volucres necat. Parrhaſius in Proſerpinā Claudiani dicit ab accolis Mephitin nominari. & Calorem amnem illac præterfluere.

ANSIBARII, Germaniæ populi ſunt apud Tacitum, Dauentrienſes putat Had. Iunius. & Anſe ſtadt inde nomen habere credit. Lazius 8. Migrationum Entzbauren vocat, ab Encza fluuio, circa Wirtenbergam. Vide ATTVARII.

ANSIDONA, Tuſciæ vrbs, ſi creditur Edicto Deſiderij regis. Nomen retinet, Limeſq́ eſt Patrimonij D. Petri.

ANSVRII, vide FOVENCVLARII.

ANSTAMIDON, Epiſcopatus ſub Boſtrenſi ſede. Tyrius.

ANTACAE, Aſiaticæ Sarmatiæ populi, Plinio.

ANTACHARA ἀντάχαρα, vrbs Indiæ intra Gangem. Ptolemæus.

ANTAE, populi qui trans Iſtrum fluuium, nec procul ab eius ripa incolunt loca. Procopius 1. & 3. Gothicorum, Item Iornandes in Geticis. ANTI ſunt. quos vide ſuo loco. Vide quoque ANTES.

ANTAEI Vicus ἀνταίου κώμη, Aegypti in parte Arabiæ, iuxta fluuium, locus ſic dictus ab Antæi morte, ab Hercule ibidem occiſo. Diodorus 1. Idem cum ANTAEOPOLI reor. ANTAEI Regna, de quibus Lucanus 4 hæc. Inde petit tumulos, exceſſáſque vndiq́ rupes, Antæi quæ regna vocat non vana vetuſtas. In Mauritania Tingitana locum eſſe, docet Mela 1. cap. 5. & 3 ad finem.

ANTAEOPOLIS, ἀνταιόπολις, Aegypti vrbs, Ptolemæo, & Stephano. ANTEV Antonino. Vide ANTAEI vicus.

ANTANDROS ἀντανδρος, Ptolemæo, Aſiæ Minoris opidum, in Myſia regione, ad mare Aegæum. quod, vt apud Plinium eſt, EDONIS, prius vocatum, deinde CIMMERIS, & ASSOS. idem APOLLONIA. ἠδῶνις, & κιμμερίος, etiam Stephano teſte. Hodie S. Dimitri, Sophiano ſcriptore. Antandrum & Aſſon duo diuerſa ſunt Ptolemæo opida. ANTANDRVS Solino ſaxum hoc tractu eſt, quod procul viſentibus capræ ſimile creditur. ANTANDRVM fluuium, habet alicubi locorum Aelianus; animalium 8. cap. 21. Vide AEX.

ANTANII ἀντανιοι, gens in Caria eſt, apud Porphyrogennetam.

ANTAPRISTENA, Myſiæ vrbs. Calliſtus lib. 14. cap. 39. & Iuo, Epiſt vltima. ἀνταπρείστης, in Reſponſis patriarcharum Orientalium. Circa Priſtam fortè. vel pro SEXTANTA PRISTA. vide TIRISTA.

ANTARADVS ἀντάραδος, Ptolemæo & Plinio. Syriæ vrbs, quæ Vitriaco, Tyrio, & Volaterrano nunc Tortoſa. CONSTANTIAM nominatam à Conſtantio Imp. ſcribit Cedrenus.

ANTARIANI, vide SCYTHAE.

ANTELIA ἀντέλεια, Armeniæ Minoris vrbs, in Rhauenæ præfectura, Ptolemæo. ENTELIA eſt interpretibus.

ANTEMANTVNNVM, Galliæ Belgicæ locus, Antonino. Circa Burgundiæ Comitatum videtur. Vide ANDOMATVNVM.

ANTEMNA ἄντεμνα, Italiæ vrbs, Sabinorum, Stephano. ANTEMNAE Halacarnaſſeo, Varroni, Plutarcho, Plinio, & Straboni, 30. aut 40 ſtadiis ab vrbe Roma. Hanc veteriorem eſſe Roma. ſcribit ex Varrone Priſcianus. Varro quoque dicit ante amnem ſitam qui influit in Tiberim. Seruius ſic dictas tradit, quod amnis præterfluit. quaſi ante amnem poſitæ. ſed quis autem ille? an Anio? ANTEMNATES ſunt apud Liuium.

ANTENACVM Ammiano. ANTONACVM habet lib. Notitiarum. ANTVRNACVM legunt Antonini exemplaria. Germaniæ opidum ad Rhenum, Andernach vulgò. ANTONACENSE Caſtellum nominat Fortunatus lib. 10. in poëmate de Nauigio ſuo.

ANTENORIDARVM Collis, vide MYRMEX.

ANTENOV, vide ANTINOE.

ANTEQVIA ἀντεκυία, Antrigonum in Hiſpania vrbs, Ptolemæo. S. Antander fortè, inquit Henr. Coquus.



ANTERADENSIS, vide ARADVS.

ANTES, gens Scythiæ fortiſſima, habitat ad Ponticū mare, extenduntúrque à Danubio, ad Danaſtrum vſque, teſte Agathia. An alij ab Antijs? vide APESANTVS.

ANTEV, vide ANTAEOPOLIS.

ANTHANA ἀνθάνα, Laconicæ vrbs, Plinio. item Stephano. qui eandem à Charace ANTHENA vocari ait. Apud eundem eſt quoque Arcadiæ vrbs.

ANTHANIS, vide TROEZEN.

ANTHEA ἄνθεια, & Pauſaniæ, & Solino Laconicæ vrbs. An AETHAEA Stephani? vide THVRIVM. THRALLIS, TROEZEN, & ANTHEORVM.

ANTHEADAE, vide HALICARNASSVS.

ANTHEDON, Syriæ vrbs, Plinio: Paleſtinæ, Ptolemæo. Poſtea dicta AGRIPPIAS, Ioſepho auctore. Geth Volaterranus vocat. Lariſſa Niger. idem alibi dicit præſidium nunc eſſe, quod Daron appellant. huius non ſemel meminit Tyrius. Eſt & Bæotiæ vrbs, Ptolemæo, Athenæo 7 & Dicæarcho, qui eam centum ſexaginta ſtadijs à Thebis diſtare ait. item ſeptuaginta à Chalcide. Talandi, fortè hodie. ANTHEDON PORTVS Peloponneſi eſt, inter Spiræum prom. & Bucephalum portum. Plinius lib. 4. cap. 5. ATHENIENSIVM PORTVS apud Ptolemæum videtur.

ANTHEDONIA, vide CALAVRIA.

ANTHELA ἀνθήλη, vicus circa mare, quem Aſopus amnis præterfluit. in Trechinia regione, Herodoto lib. 7. Apud Stephanum quoque vrbis nomen eſt, quæ & ATHENA ἀθήνη, dicitur.

ANTHEMIS, vide SAMOS.

ANTHEMOESSA, vide SIRENVSAE.

ANTHEMOISIS ἀνθεμοισις, paludis nomen: circa Mariandynos. Apoll 2. Argonauticor. Eadem cum ACHERVSIA videtur.

ANTHEMVS ἀνθεμοῦς, regio, vrbs, & fluuius, eſt Heſychio. Macedoniæ vrbs, Plinio, Suidæ, & Aeſchini. apud quem circa Thermam videtur. Meſopotamiæ vrbs eſt Plinio, quam & idem ANTHEMVSIAM vocat. Et eidē fluuius Colchidis circa Dioſcuriadem. Hiſpaniæ Bæticæ aut Gadis inſulæ fluuius eſt, vt refert Apollodorus 2. & Tzetza in Lycophronem, vbi Hercules Monoctium Plutonis boum paſtorem occidit. Vide ANTHEMVSIA.

ANTHEMVSIAM Aſiæ tractum, in Meſopotamia, habet Ptolemæus & Ammianus. Vrbis quoque nomen eſt, eodem tractu. de qua Tacitus: Annal. 6. At Tiridates Nicephoriū & Anthemuſiada, cæteráſque vrbes. quæ in Macedonibus (ſunt enim hi in Meſopotamia, in qua & Macedonopolis vrbs) ſitæ, Græca vocabula vſurpant, cepit. ſed hæc eadem cum Anthemo Plinij. Vide OSRHOENORVM.

ANTHENA ἀνθήνη, Cynuriæ terræ, in Peloponneſo vrbs: Thucydidi 5.

ANTHEORVM Ἀνθέων, Portus, in tractu Achaiæ meminit Athenæus 11. vbi Ceres Ποτηελοφορος, (i. poculifera) colebatur. An ab Anthea?

ANTHEPOLI ἀνθηπολοι, Stephano in dictione χαλαίων ciuitas Locrorum videtur. Ozolorum, ni fallor.

ANTHIA ἄνθεια, Peloponneſi vrbs, vicina Argiæ; Pauſaniæ, & Stephano. Apud hunc etiam eſt Ponti vrbs, iuxta Thraciam. Etiam Libyæ vicus, apud eundem. Vide ANTIVM, & SCELERDRIA.

ANTHIAS, locus quidam Armeniæ, apud Curopalatem.

ANTHINAE, vide PISISTRATI.

ANTHITORVM Aegypti mentio eſt in epiſtola Epiſcoporum Aegypti, ad Leonem Aug. in Opere conciliorum.

ANTHIVM, vide ANTIVM, & APOLLONIA.

ANTHORIATAE, vide AVTORIATAE.

ANTHRACEORVM mons, ἀνθρακέων ορει, in Græcia, Theſſaliæ regione. Xenophon de Ageſilao rege.

ANTHROPOPHAGI, Solino & Ptolemæo ſunt Aſiæ populi, verſus Septentrionem, apud Seras. Vbi hodie Tartari. Eidem & Philoſtrato etiā in Africa ſunt, inter Aethiopes. Plinius quoque quoſdam deſcribit inter Scythas Europæos. Ptolemæus in Aethiopia interiori. Hodie paſſim ſunt in Nouo Orbe. Vide CASIRI. & HIPPIOPROSOPI.



ANTHROPOPHAGORVM inſulæ, vide SINDAE.

ANTHVSA, vide CONSTANTINOPOLIS, & ROMA.

ANTHYLLA ἄνθυλλα, Aegypti vrbs, Stephano, & Herodoto in Euterpe. ANTYLLA eſt apud Athenæum, qui ſcribit eam non longè ab Alexandria diſtare. eiúſque loci vectigal Perſarum reges vxoribus ad cinctuum impenſas dare.

ANTHYPATIANAE ἀνθυπατιανῆς, regionis in Africa, mentio eſt in Canonib. concilij Carthaginenſis. An vicini Pacatis?

ANTI ἄντοι, Hunnorum gens, circa Mæotidem paludem. Procopius. Hinc puto Fl. Iuſtinianum Imp. in Digeſtis ſe Anticum vocare: à deuicta nempe hac natione. Iornandes ſcribit ANTES, VENETOS, & SCLAVOS ab vna ſtirpe exortos, ſed tria nomina habere.

ANTIANAE, Pannoniæ opidum, Antonino. Baranuwer Simlero, Zamko Lazio. Ad Drauum fluuium.

ANTIATES, vide ANTIVM.

ANTIBACCHI, vide BACCHI.

ANTIBARRANI, Aſiæ populi ſunt Pomponio. Scythæ, vt videtur.

ANTIBOLE, ἀντιβόλη, vnum oſtiorum fluminis Gangis. Ptolemæus.

ANTICARAI, vide SINGYLIA.

ANTICEITAS ἀντικείτης, Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius, Straboni; ATTICITVS ἀττικίτος, Ptolemæi eſt. Villanouanus eum Latiti hodie vocari ait. Strabo huius Anticeitæ ramum ad Os Boſpori vſquè deducit, dicitq́ ab aliquibus HYPANIS nominari, & ſic eum vocat Ammianus 22. vbi ſcribit Hypanim Panticapæū vrbem prætexere.

ANTICIMOLIS, vide CIMOLIS.

ANTICOLI ἀντικόλοι, Libyæ Interioris populi, Ptolem.

ANTICONDYLES ἀντικονδυλεις, Bœotiæ populi, apud Strabonem, & Stephanum.

ANTICRAGVS, Lyciæ mons, Straboni, & Stephano.

ANTICVM vocat ſe Fl. Iuſtinianus Imp. in Digeſtis; à deuictis Antis, vt videtur. Vide ANTI.

ANTICYRAE Phocidis vrbis priſcum nomen putat fuiſſe Pauſanias CYPARISSVM. ANTICYRRA ἀντίκυῤῥα, habet Ptolemæus. In Locride vicina regione deſcribitur à Liuio 26. Hodie Suola eſt, ſi Pineto creditur. ἀντικυρεαι, etiam vrbs ad Melidem ſinum, quam Sperchius fluuius alluit, Herodoto & Straboni. ANTICYRAM inſulam habet Plinius lib. 25. cap. 5. & Gellius 17. cap. 15 vbi elleborum tutiſſimè ſumi ſcribit. Vide ERCEHALON.

ANTICYTHVRIA, vide AEGIALIA.

ANTIDALEI, ſunt Arabiæ Felicis populi, apud Plinium.

ANTIGONA PSAPHARA ἀντιγόνη ψαφαρα, Macedoniæ Paraxiæ regionis vrbs. Ptolemæus.

ANTIGONIA ἀντιγόνεια, Ptolemæo Epiri ciuitas, Croia dicitur, vt Lazius & Sophianus perhibent. Croia Epiroticum nomen eſſe, & idem ſignificare quod Latinè fons, ſcribit Mar. Barletius; nam in ea ſunt fontes, inquit, iuges & perennes. Sed Marius Niger tradit hanc Antigoniam hodie Argirocaſtro appellari. Macedoniæ opidum Plinio, in Mygdonia regione Ptolemæo eſt. quod noſtro tempore Coiogna dicitur; niſi Pinetus fallat, in ſuo Plinio Gallico. Eſt & caſtellum Cyzicenorum, Stephano. Inſula Boſpori Thracici, quæ Græcis hodie Inſula principis, à frequenti filiarum Principum habitatione, virginitatem ſolitariam profitētium. Ex Pet. Gillij Boſporo. Principis inſulæ meminit Cedrenus. & hanc primùm PANORMVM vocatam ſcribit Zonaras. Antigonia autem, & Principis inſula, duæ diuerſæ ſunt, in Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp. Vide MANTINEA, NICIA & TROIA.

ANTIGONIS, pars Atticæ, Stephano: & Iulio Polluci, qui eandem lib. 8. nominat ANTIGONIDEM & DEMETRIAM: quas poſtea ATTALIDEM, & PTOLEMAIDEM nominatas dicit.



ANTILIA, apud Suetonium locus, ex quo Volaterranus Liguriæ vrbem facit, quam Alteiola vocat. Haud longè à Seraualle abeſſe, ſcribit G. Merula, ad Iriam fluuium. Sed exemplarium admodum dubiam fidem hoc loco deploro. cùm alij ANTLIA, alij LATOMIA, alij aliter legunt. vide PERDITA.

ANTILIBANVS, Ptolemæo, Plinio, cæteriſq́, mons Sacris litteris celebratiſ. Abelinas hodie vulgo dici, perhibet Poſtellus. In Syria eſt.

ANTINOE ἀντινοόπολις, Ptolemæo Aegypti vrbs, ad Nilum fluuium. Anthios hodie dici, ex Ioannis Leonis Africæ deſcriptione deprehenditur. ANTINOIA ἀντινόεια, etiam & ADRIANVPOLIS ἀδριανόπολις, appellatur, Stephano teſte.

ANTINTANES, vide ANTITANES.

ANTIOCHIA ἀντιόχεια, Ptolemæo Syriæ metropolis, & colonia Romana, teſte Onuphrio ex Vlpiano. ſuper Oronte fluuio. EPIDAPHNE à Plinio cognominatur. MAGNAE epitheto eam ornat Philoſtratus 1. vitæ Apollonij. & PVLCHRAE Athenæus. Primariam Syriæ facit Eunapius in Libanio. IONE ἰώνη, eam quoque vocat Stephanus. IOPOLIM locum alium, ſed huic propinquum, facit Euſtathius. REBLATHA, vel REBLA Hebræis, vt habet D. Hieronymus in Ezechielem. Iuſtiniani Imp. tempore THEOPOLIS ab eodem dicta fuit. vt ſcribunt Procopius, Cedrenus, Nicephorus Caliſtus, & Euſtathius. (Cedrenus tradit eam ante à Conditore ANTIGONIAM appellatam. Dioni quoque Antigoniæ Syriæ vrbs eſt. vti etiam Stephano: Sed qui eam vicinam Antiochiæ habet.) Niger dicit etiamnum Antiochia vocari. Villanouanus & alij, eam Aleppo nominant. Antiochia & Epidaphne diuerſæ apud Tacitum videntur, 2. Hiſtoriar. ſi vera lectio. vbi ſcribit Germanici ſepulcrum Antiochiæ eſſe, & Epidaphne eius tribunal. Pro Epidaphne autem apud Daphnen legendum omnino adſirmauerim. & Latina ea phraſis Ammiano, Capitolino, & Lampridio eſt. Epidaphnen locum enim nullum apud veteres ſcriptores noui, præterquam vnum Plinium 5. cap. 21. vbi cognomen huius Antiochiæ facit, à quo malim quoque (vt dicti Latini ſcriptores) hoc Græcum verbum Latinè interpretaſſet apud Daphnen. & vt Strabo, Plutarchus in Lucullo, qui ἐπὶ Δαφνῶν, diuiſim legunt. Hinc quoque Sex. Rufus Antiochiam Daphnenſem nominat. Huius ſitum lege apud Guil. Tyrium 4. cap. 10. Alia Ptolemæo & Straboni, quam Margianam nominant, Margianæ vrbs. De eadem hæc Plin. lib. 6. cap. 16. Hac diruta à Barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco reſtituit SYRIANAM, interfluente Margo, qui corriuatur in Zotale. is maluerat illam ANTIOCHIAM appellari. Sed monendus eſt lector, quoſdam codices hoc loco pro Syrianam, SELEVCIAM legere: idq́ fortaſſe ſincerius. cùm idē Plinius addat, hanc eſſe, in qua Orodes Romanos Craſſiana clade captos deduxerat. Circa enim Seleuciam Craſſum periſſe, ex Parthicis bellis, ab Appiano deſcriptis, liquet. Hæc eadem primo ALEXANDRIA ab Alexandro Macedone eius conditore appellabatur. auctor idem Plinius & Solinus. Ad Cragum cognomento, in Cilicia vrbs, Ptolemæo auctore. Hæc MINOR cognominatur à Porphyrogenneta. Antiochetta Nigro, & alijs. Piſidiæ Ptolemæo. Hanc Plinius lib. 5. cap. 27. CAESAREAM Coloniam quoque cognominat. Sed duas Piſidiæ Antiochias habet Ptolemæus. Eſt quoq́ Cariæ vrbs ad Meandrum, Ptolemæo: huius meminit quoq́ Calliſtus: & Phlegon Trallianus. Hæc etiam PYTHOPOLIS πυθόπολις, dicitur. Stephanus. Pieriæ regionis vrbs. quæ à Syris ARADOS ἄραδος, vocatur. Idem. Hos ni fallor, vocat Plinius Antiochenſes in gremio terrarum. Meſopotamiæ in Arabum regione deſcribitur à Plinio, lib. 6. cap. 26. quam ARABIM vocatam addit. Etſi pro Arabim ibidem ARBELIM legendum putat Gelenius. ANTIOCHIA Mygdoniæ, Aſiæ opidum in Meſopotamia. quæ NISIBIS νίσιβις, incolis, Plutarcho, Ioſepho, Theodoreto, Eunapio, & Plinio auctoribus. NISIBIVM

 appellat

appellat Marcellinus Comes. Stephanus dicit MYGDONIAM μυγδονίαν, (à flumine Mygdonio ciuitatem mediam diuidente, vt teſtis eſt Hiſtoria Tripartita.) & ab incolis ASIBEN ἀσίβην, vocari. Sibin barbaris hodie dici, vult Marius Niger. ACHAB Hebræis appellari docet D. Hieronymus, & addit à Lucullo Romanorum conſule olim captam, & ante paucos annos à Iouiano Imp. Perſis traditam. Comagenæ etiam vrbs in Syria eſt Antiochia, Stephano, & Plinio: ad Taurum, Ptolemæo cognominata. Stephanus & Ptolemæus Lydiæ quoque Antiochiam habet. Item inter Arabiam & Coëleſyriam. Et aliam ad Callirrhoen paludem. [ſed hanc Plinij Edeſſam puto] In Aſſyria Plinio alia eſt, inter Tigrim & Tornadotum flumina. ANTIOCHIAM ad Euphratem, habet Lucianus, in Syria dea, & Plinius 5. cap. 24. ANTIOCHIA in Piſidia, Phrygiæ Salutaris eſt, in Concilior. opere. Antiochiæ nominis vrbes tredecim, numerat Stephanus, quatuordecim Euſtathius: ſexdecim condidiſſe Seleucum Antiochi F. auctor eſt Appianus, in Syriacis. Plures autem ego ex ſcriptoribus claſſicis colligo. Vide de iiſdem, CHARAX, CRAGVS, EMATH, EDESSA, IONE, MARGINIA, NISIBIS, TARSVS, & TRALLIS.

ANTIOCHIA Coloniæ, eſt in M. Aurelij nummo.

ANTIOCHIAM, inſulam Propontidis nominat Plinius. Idem ANTIOCHI inſulam Lyciæ habet, contra Sidyma. ANTIOCHIENSES quoque Macedoniæ deſcribit, in gremio terrarum, idem Plinius.

ANTIOCHIANA regio, in Cappadocia, Ptolemæo eſt.

ANTIOCHI PHARANX, i. Vallis, vrbs Syriæ eſt, apud Ioſephum belli Iud. 1. cap 4 & Antiq. 13.

ANTIOCHI SOLEN, σωλὴν, locus Aethiopiæ, ad ſinum Arabicum. Ptolemæus.

ANTIOCHI Vallis, vide ANTIOCHI PHARANX.

ANTIOCHIS Ἀντιοχὶς, Aticæ tribus. Iul. Pollux.

ANTIPATRIA, Daretidis vrbs eſt Polybio 5. Macedoniæ eſt Liuio 31 ſita in faucibus anguſtis.

ANTIPATRIS ἀντίπατρις, Ptolemeo, vel ANTIPATRIDA, Palæſtinæ vrbs. Arſur, vel Aſſur hodie. Nigro, Poſtello, & Tyrio teſte. CAPHARSAMALAH, χαφαρσαλαμὰ, in Græco codice in Machabæorum libris vocari, refert Zieglerus. Scio à Ioſepho lib. Antiq. 16. cap. 9. campum in quo hæc Antipatris constructa fuit, CAPHARSABA χαφαρσαβὰ, nominari & lib. 13. cap. 23. CHABARZABA χαβάρζαβα Vide ASSVR.

ANTIPHAROS, vide PHAROS.

ANTIPHELLVS ἀντίφελλος, Ptolemæo & Straboni. quondam HABESSVS Plinio. Liciæ opidũ maritimum. Nomen retinere Antiphello, Sophianus auctor eſt.

ANTIPHILI Portus ἀντιφίλου, Maris Rubri à latere Africano, apud Strabonem eſt lib. 16. Vella hodie dici putat Stuckius. Mareotis Nomi vrbs, eſt Ptolemæo.

ANTIPHORVM, locus in Daphne Antiochiæ. Niceph. Calliſtus.

ANTIPHRA ἀντίφρα, opidulum circa Alexandriam, non procul à Mari, Stephano. Libyæ Nomi eſt apud Ptolemæũ: quod Antiphræ Straboni.

ANTIPODES in Libya; plantas habent verſas poſt crura: & octonos digitos in plantis. ſit fides penes Iſidorum.

ANTIPOLIS ἀντίπολις, Deciatiorum vrbs in Gallia Narbonenſi. auctore Ptolemæo. Coloniam facit nummus Titi Imp. Antibe Pineto: Sed Ragni, Poldo. ANTIPOLIS, quod nunc IANICVLVM in parte Romæ. Plinius lib. 3. cap. 16. Vide AENEIA.

ANTIPYRGVS ἀντίπυργος, Ptolemæo; Marmaricæ portus in Africa. Caſtaldus putat Luco dici.

ANTIQVA Petra, vide PLATEA petra.

ANTIRRHIVM, vide RHIVM.

ANTIRRHODVS Aegypti inſula, circa Pharum. Strabo 17.

ANTISARA ἀντίσαρα, quæ & aliquibus TISARA, τισάρη, Stephano ex Heracliano, Datinorum nauale, & vrbs. Datinos non noui. Datenos in Thracia ſcio.



ANTISSA ἄντισσα, Lesbi inſulæ vrbs, Ptolemæo, Liuio, Pomponio, Straboni, & Suidæ; item Antigono in Mirabil. & Ouidio 15. Metamorph. vbi inſulam quondam hanc fuiſſe tradit. Vrbis quoque nomen eſt circa Mæotim, à Ponto abſorptam, vt refert Plinius. Cycladum etiam inſula: Item Indica, apud Stephanum.

ANTISSIODORVM, Antonino, vbi LEGIO XXII. vide VELLAVNODVNVM.

ANTISTIANA, Hiſpaniæ Citerioris vrbs, Antonino. inter Barcinonem & Tarraconem.

ANTITANES ἀντιτάνες, Græciæ populi ſunt, Thucydidi 2. quos cum Moloſſis numerat. ATINTANES ἀτιντάνες, ſunt Straboni. Horum meminit etiam Plinius, à quibus Piſarum originem ducit. ATINTANIAM nominat regionem Macedoniæ, Liuius, Polybius, Polyenus, & Stephanus. Legitur & ANTINTANES, tribus N. ἀντιτανία, eſt Ariſtoteli, in Mirabilib. Illyricæ populi ſunt ATINTANI, apud Appianum. Circa Apolloniam videtur, nam Apolloniatidis petram in ea deſcribit Ariſtoteles in Admirandis.

ANTITAVRVS, Aſiæ Minoris mons. Theuetus ſcribit à Perſis Rouhan Thoura vocari. Vide TAVRVS.

ANTIVESTAEVM ἀντιουέσταιον, Ptolemæo Albionis inſulæ promontorium. ἀλπιουέσταιον, legebat M. S. liber. Peurhynguaed dicitur Lhuydo. The Cape of Cornwal Camdeno. Lands end. i. Terræ finis. etiam vocari puto. Item Ptolemæus BOLERIVM βολέριον, vocat. BELERIVM per E in prima, legit Diodorus.

ANTIVM ἄντιον, Latinorum portus, in Italia, Ptolemæo teſte. ANTIATES Liuio. Dici itinere diſtare ab Vrbe, ſcribit Procopius, cui in Samnitibus ſunt. ANTHIAM ἄνθειαν, vocatam ſcribit Stephanus: & eandem ANTHIVM ἄνθιον vocat. COL. ANTIAT. LEG. IIII. ITALICA. habet nummus Neronis, in Goltzij Theſauro. Cabo d'Antio, Petrarchæ, & Leandro Alberto eſt. Antij hodie nihil præter ruinas exſtare, ſed in eius veſtigiis nunc Neptunium ædificatam, volunt Volaterranus, Blondus, & Ciofanus.

ANTIXENI, Indiæ populi; apud Plinium.

ANTOBROGES, Galliæ Aquitanicæ populi. Plinio. Tarne amne à Toloſatibus diſcreti. Corruptè autem pro NITIOBRIGES putat Ful. Vrſinus.

ANTONA, Tacito Britanniæ inſulæ fluuius, in Sabrinam fluens. Hodie Veium vocari, auctor eſt Polydorus. Camdenus Auſonam mallet legere. Lipſius pro ciuitatis nomine habet: & Northampton interpretatur.

ANTONACVM, vide ANTENNACVM.

ANTONIA, vel AVTONIA Αὐτωνία, vrbs in agro Bruttio videtur: apud Appianũ in Annibalicis. vide BARIS, CONSTANTINOPOLIS, VOLATERRAE, & VTRICESIVM.

ANTONIANA, vide POSSESSIO.

ANTONIANVS, vide FVNDVS.

ANTONII Mons, vide PISPIRI.

ANTONINIA, vide CONSTANTINOPOLIS.

ANTONINIANA via, in Syria, ad Lycum fluuium, teſte inſcriptione apud Dominicũ Nigrum lib. 4. IMP. CÆS. ANTONINVS PIVS FEL. AVG. BRIT. MAX. MONTIBVS IMMINENTIBVS LYCO FLVMINI CAESIS, VIAM DILATAVIT PER ANTONINIANAM SVAM.

ANTONIOPOLITAE, in Lydia: qui Mæandro alluuntur. Plinius.

ANTONINVPOLIM Ciuitatem, à Conſtantio Imp. exſtructam, circa Meſopotamiam habet Ammianus. 18.

ATORCHENIA, vide ORCHENI.

ANTRACA, Vaccæorum in Hiſpania opidum. In Ptolemæi codicibus Latinis.

ANTRAPA ἄντραπα, Cappadociæ Armeniacæ vrbs, apud Porphyrogennetam. ANDRAPA Ptolemæi eſt.

ANTRICVM, vide VELLAVNODVNVM.

ANTRON ἄντρων, Theſſaliæ opidum maritimum, Homero, Straboni, & Liuio. ANTRONIA Melæ. AN-

TRONES



TRONES ἀντρῶνες, Suidæ, vnde maximi aſini, vt ipſe dicit. Syriæ vrbs videtur apud Socratem in Hiſt. Eccleſiaſtica: cuius Epiſcopũ Arabianum vocat. Ἄντρον, inſula Cedreno eſt, vbi Leo Imp. ſcientias didicit, & cũ Michaële Pſello verſatus erat. Vide ANCHIALVS.

ANTRONES, & ANTRONIA, vide ANTRON.

ANTROS inſula, in æſtu Garumnæ fluminis. Pomponius. Tour de Cordan ibi hodie. aut vt alij pronunciant, Cordouan.

ANTRVM, inſula Ligeris fluminis. Vita S. Anſeberti. Alia quoq; huic vicina ANTRIGIVM dicta. Vita Hermelandi.

ANTRVM HECATAE, vide ZERYNTHVS.

ANTRVM SIBYLLAE, vide CIMMERII.

ANTVATES, Galliæ populi, apud Cæſarem. Pais de Vault, Scudo. Pais de Ælen, Vigenereo. NANTVA legit vbique apud Cæſarem Ludouici Halleri Hallerſteynij liber, ex M. S. idem meus pergamenus. atque ſic ipſum Cæſarem ſcripſiſſe, minimè dubito. Cauſſam corruptionis vide in NANTVATES.

ANTVERPIA, & HANDOVERPIA, vocant Latini eam Brabantiæ vrbem, quam incolæ Antwerpen/ Angli Anwerp/ Galli Anuers, Hiſpani Enueres, Itali Anuerſa vocant; Germani ſuperiores Antorff; qui inde interdum quoque vocem ANTORPIAM faciunt. Lamb. Schafnaburgenſis ANTWERPHAM, Sigebertus ANDOVERPVM ſcribit. Ante annos mille & centum Andouerpos populos, ſiue Andoverpam gentem, Francorum chronographis cognitam fuiſſe, Petrus Diuæus docet. Hic eos AMBIVARITOS Cæſaris, ob loci conuenientiam, & nominis ſonum non adeò diſſimilem, putat. (Diſtinguitur hodie hæc mea natalis vrbs in tres regiones; mediam PALEOPOLIM, quæ verſus ſeptentrionem NEAPOLIM, & quæ verſus Meridiem ACROPOLIM nominamus.) Ioannes Becanus in ſuis de huius vrbis Originibus, Cæſaris ADVATICOS eſſe oſtendit, & vrbem ATVATICVM antiquitùs dictum cõſtanter aſſirmat. ἀτουακοῦτον, Ptolemæus habet, at veriſimilior mihi Diuæi ſententia. Emporium eſt, non ſolum totius Europæ celeberrimum; ſed potius, vt eam Chriſtophorus Stella Hiſpanus vocat, vniuerſi terrarum Orbis Forũ nundinarium. tanta enim omnium gentium confluentia, merciúmque omnigenum hic eſt negotiatio, vt orbem quis in vrbe contemplari videatur. Huius deſcriptionẽ lege apud Lud. Guicciardinũ.

ANTVNNACVM vrbem habet Antoninus, XVII. M. P. infra Bingium. Hæc circa S. Gouari opidum incidit.

ANTVRNACVM, vide ANTENNACVM.

ANTYLLA, vide ANTHYLLA.

ANVATH, vide BORCEOS.

ANVBINGARA ἀνουβιγγάρα, Taprobanæ inſulæ vrbes duas habet Ptolemæus, differente autem accentu.

ANVBITIS, vide EZOMITIS.

ANVCHTHA ἀνοῦχθα, apud Ptolemæum Suſianæ vrbs eſt.

ANVMETA, Africæ regio, per quam Nilus fluit, ſi creditur Cæſario fratri Nazianzeni, in Dialogis. Vide EZOMITIS.

ANVROGRAMMI, ἀνουρογραμμοι, Taprobanæ populi: & ANVROGRAMMVM regia, Ptolemæus.

ANVS, vide ARVS, & NVS.

ANVSCANAE ciuitatis in Italia, meminit Gratianus Decret. 2. Cauſſa 16.

ANXA Plinio, & GALLIPOLIS Melæ, Magnæ Græciæ vrbs, quæ Callipoli nunc, Leandro teſte. ANCAE Liuio, 24. In Apulia.

ANXANTINI, Marſorum populi, apud Plinium.

ANXANVM ἄνξανον, Ptolemæo Ferentanorum in Italia opidum. Lanzano, vel Lanziano eſt Collenutio, & Mario Nigro. Incolæ Plinio ANXANI dicuntur, & cognominantur FRENTANI.

ANXVR lingua Volſcorum, quæ Latinis TARRACINA, vt Plinius tradit. Stephanus ταῤῥακίνη legit, geminata ρρ. Latij opidum, ſed Volſcorum, vt Diodorus tradit. Hoc prius TRACHINA τραχίνη, dictum fuit, vt ſcribit Strabo. TRACHAS vocatur ab Ouidio 15. Metamorph. AXVR ſine N in numiſmate Vibij Panſa lego: & Coloniam eſſe, ex antiquo lapide ſcio. Quinquageſimo milliario ab Vrbe eſt, Appiano 3. Ciuil. Terracina etiamnum nominari, tradunt Leander, & cæteri. ANXVR etiam fontis hoc loco nomen, ſi Seruio creditur.



ANYDROS, inſula prope Ioniam. Plinius.

ANVGATH ἀνουγαθ, Libyæ Interioris vrbs, Ptolemæo.

ANYM, Palæſtinæ locus, Ioſue 15.

ANYSIS ἄνυσις, Aegypti vrbs, Herodoto, & Stephano inde ANYSITIS.

ANYTHINES fluuius, in Indicũ mare defertur. Laonicus.

ANYTIOS ἀνύτιος, eſt Aegypti Nomus, Herodoto in Euterpe.

ANYTI Monumentum, in ſuburbio Heracleæ Ponticæ, habet Euphrada Oratione 2.

ANZABA, fluuius circa Tigridem, Ammiano 18.

ANZETA ἄνζητα, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo.

ANZIS ἄνζις, locus circa Aſiam Minorem, vt videtur apud Cedrenum, & Curopalatem.

ANZITENE, vide AZETENE.

AOA, vide CILICIA.

AOIVS ἄοιος, Cypri mons. Etymologicon.

AOBRIGENSES, vide AQVIFLAVIENSES.

AONIA ἀονία, pars Bœotiæ montoſa. Inde pro tota BOEOTIA capitur. auctores Pauſanias, Stephanus, Euſtathius, & Gellius. AONIVS Mons, de quo Claudianus: Sic mõs Aonius rubuit, cùm Penthea ferrent Mœnades. & idem, Nulla per Aonios hoſtilis buccina campos. AONIVM Laticem habet Medea Senecæ. AONAS populos petiiſſe regionem, quæ poſtea Venetia dicta, ſcribit Pomponius Sabinus: an verè, ipſe viderit.

AORBIGENSES, vide AQVIFLAVIENSES.

AORNITIS, vide AVERNVS.

AORNVS ἄορνος, Bactrianæ vrbs, Arrhiano 3. Alexandri. Apud eundem 4. Petra eſt non procul à Niſa, Indiæ vrbe: ſpatium habet quindecim ſtadiorum in latitudine, vt tradit Philoſtratus 2. vitæ Apollonij. ἄορνις, Dionyſio & eius interpreti Priſciano. Alluitur à fonte Indi fluminis, Strabone auctore. Apud Curtium 8. malè DORINIS ſcriptum. AORNVS quoque locus in Epiro eſt, Plinio. vnde peſtifera auibus exhalatio. Athenæus ex Philoſtephano habet Aornum fluuium, qui per Pheneum fluit: in quo piſces ſunt qui vocem emittunt inſtar turturis. in Arcadia hic. Vide AVERNVS, ACHERVSIA, & OLBIVS.

AORRHVS ἄοῤῥος, locus in Theſprotide, vbi oracula per vmbrarum euocationes reddebantur. Pauſanias in Bœoticis. AORNVS autem legendum.

AORSI ἄορσοι, Ptolemæo & Straboni gens quæ Tanaim accolit, in Aſia. AORSI alij ſunt Plinio, & Ptolemæo quoq;, in Scythia. Vide ADORSI, & SCYTHAE.

AORVS, per ω mega, ἄωρος, ciuitas Cretæ inſulæ. etiam ELEVTHERA ἐλευθήρα, dicitur, Stephano teſte.

AOTI, Thraciæ populi, verſus Iſtrum ſunt. Plinio teſte.

AOVS ἄωος, Cypri fluuius. Etymologicon. Vide LOVS, & CEPHALVS.

APADNA, Meſopotamiæ vrbs. lib. Notit. APHPHADANA forte Ptolemæi. vide APATNA.

APADNAS ἀπάδνας, locum in Iſauria, habet Procop. 5. Aedific. vbi Iuſtinianum Imp. monaſteriũ ædificaſſe ſcribit.

APADNO, locus apud Danielem 11. ἀφαδανῶ; in Græco erat.

APAEI, vide SAPAEI.

APAESANTVS, vide APESANTVS.

APAESVS, vide PAESVS.

APAIS ἄπαις, nomen vrbis, apud Heſychium.

APAITAE ἀπαῖται, Aſiæ Minoris populi, ſupra Trapezuntium. Hi quondam CERCITAE κερκῖται, vocati fuere. Strabone teſte. Per E in ſecunda ſcribit Plinius, & alij Latini: CERCETICOS habet Mela. CERCETAEOS Stephanus, in χαρμάτι. Vide ZYDRITAE.

APAMENA ἀπαμηνη, Syriæ regio, Ptolemæo. In qua Apamia vrbs. Item Magnæ Phrygiæ regio: in qua

Apamia

Apamia vrbs. Idem APAMENAM coloniam habet in interiori Bithynia.

APAMESTINI, Calabriæ gens, Plinio. APANESTINI legit autem Hermolaus, ab vrbe Apaneſte ſiue Apeneſte.

APAMIA ἀπάμεια, Syriæ vrbs eſt, Straboni, Ptolemæo, Dionyſio, & Euſtathio, ad Orontem fluuium ſita. hanc PHARNASCAM, φαρνάσκη, & PELLAM πέλλα, Dionyſius dictam fuiſſe, ait. Stephanus & Strabo eam quoque CHERRONESVM vocari ait. Syriæ II. eſt in Concil. opere. Hamous hodie dici, Bellonius tradit: Hama Leonclauius. APAMIA, Magnæ Phrygiæ vrbs, proxima poſt Epheſum dignitate. Ad Marſiæ fluminis (qui cum Mæandro coit) oſtia, ſita eſt, & CIBOTVS cognominata. auctores Strabo, Ptolemæus, & Plinius. qui eam CELAENAS κελαινὰς, & initio DAMEAM dictam tradit, cui ſuffragatur Liuius, lib. 38. item Strabo, cui quoque tumulus ibi eſt: à Celenis nomen habens. Hanc eandem Euſebius ad Mæandrum deſcribit, Hiſt. Eccleſ. 5. cap. 15. Ptolemæo vrbs eſt Meſopotamiæ, iuxta Tigrim; Meſenes regionis, vt Plinius & Stephanus perhibent, & vbi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluit. Hæc MESENE Ammiano cognominatur. Stephanus tradit dextra Dela, ſiniſtra Tigri fluminibus allui. Traxt hanc nominat Rawolfius. Hæc forte ea eſt, cui Plinius 6. cap. 27. ſcribit Antiochum matris ſuæ nomen impoſuiſſe. Alia APAMIA eſt Bithyniæ vrbs, Ptolemæo & Zoſimo, ad Propontidem. Sic hodie etiámnũ vocari ſcribit Sophianus. Hanc MYRLEAM μύρλειαν, appellatam ſcribunt Suidas & Stephanus. Myrleam Colophoniorum ibidem habent Pli-
» nius, & Mela. APAMIA Mediæ opidum, RAPHA-
» NE cognominatum. ſic Plinius. Puto hanc in Parthia à Ptolemæo & Strabone deſcribi: in Mediæ autem finibus. Præter has Plinius aliam habet in Meſopotamia ad Euphratem, ex aduerſo Zeugmati. Reperio itaque ſex Apamiæ nomine, apud idoneos ſcriptores, inſignitas vrbes. Vnã harum inter colonias Romanas numerat Onuphrius, ex Plinio & Vlpiano, vt addit. APAMIENSIS Stagni, meminit Aelianus 12. Animal. cap. 29. Vide EPAVNENSE, & ORTHOSIADA.

APARI, vide AETARE.

APARNI ἄπαρνοι, Hyrcaniæ proximè adiacent. Strabo 11. Vide DAI, & PARNI.

APARNIS, vide LAMPSACVS.

APARTHENI, ſunt Aſiaticæ Sarmatiæ populi: apud Plinium.

APARYTAE ἀπαρυται, Perſiæ populi. Herodoti Thalia.

APASIACAE ἀπασιακαὶ, Maſſagetarum gens eſt, Stephano. ex Strabone 11. & Polybij 10. Apud hunc hodie ἀπασίαι, apud illum ἀσπασιάται legimus. inter Oxum & Tanaidem eoſque deſcribit. Vide ASPASIAE.

APATAEI, vide NABATHAEA.

APATAE, vide SYBI.

APATNA, Oſrhoenæ vrbs, lib. Notitiar. Eadem fortè cum APADNA: Oſrhoena enim in Meſopotamia eſt.

APATHANATIZONTES ἀπαθανατίζοντας, Getas vocari, ſcribit Arrhianus 1. Alex. ſed ATHANIZONTES reſtituendum ex Herod. 4. quaſi dicas immortales.

APATVRVM ἀπάτουρον, Stephano, APATVROS Plinio: Strabo Veneris Fanum cognominat. locus ad Euxinum Pontum, in Corocõdama peninſula. Ptolemæi ἀπάτουρος eſt huic oppoſitum. ad Mæotidem nempe paludem.

APEAVROS ἀπέαυρος, mons in Peloponneſo, circa decem ſtadia à Stymphaliorum vrbe diſtans, Polyb. 4.

APEILOCARIVM, vide APILOCARIVM.

APELIOTIS, locus in Aegypto, auctore Ruffino, in Hiſtoria Eccleſiaſtica. vbi ait Scyrionem, Heliam, & Paulum habitaſſe.

APELLAEI, vide SCYTHAE.

APELLINATES, vide COL. VEN.

APENESTAE ἀπενέσται, Ptolemæo, Apuliæ Dauniæ opidum. Beſtie, Nigro. Manfredonia, Ligorio. Vide ARNESTVM.

APENNIA, villa Toxandriæ. in Hiſtoria DD. Marcellini & Petri, ab Eginhardo deſcripta.

APENNINA, vide ITALIA.

APENNINVS ἀπέννινα, Ptolemæo & alijs, mons eſt quẽ Italiam ſecundùm eius longitudinem diuidit. APENNION ἀπέννιον Stephanus vocat. In Saxonum chronicis (vt Reinechius tradit, in ſuo de Familiis ſyntagmate) Das Parther gebirge appellatur. vnde autem huius denominationis originem ducat, ſe neſcire addit, neque ego facilè dixerim. Apud Diaconũ 5. & 6. Longob. & Ottonem Friſingenſem lib. 2. De geſtis Frederici I. vocatur BARDONIS mons. Item PARDONIS per P apud Conradum à Lichtenau. atque ab his vocibus Parther Germanorum effluxiſſe, aut contrà, minimè dubito. Hoc Bardonis Apennini iugum, Blondus inter Parmenſem & Lucenſem agrum eſſe conijcit. Itali varia illi attribuunt pro locorum varietate nomina. Monte Fiſcello vocant eius iugum, vnde Nar fluuius emanat. Sub APENNINI Alpibus Diaconus Nonam Italiæ regionem comprehendit, in eáque Feroniamen, Montem bellum, Vrbinum, Bobium, & Veronam numerat. Pars Alpium circa Carnos quoque APENNINVS vocatur apud Strabonem lib. 4. ſi locus fidus. Pœninas enim ſcribendum cum Caſaubono, putauerim.

APERA ἄπειρα, locus videtur apud Homerum, Odyſſ η.

APERA vel ADAPERA, Galatiæ opidum, Antonin.

APERANTIA ἀπεράντεια, Theſſaliæ vrbs, Plutarcho, Liuio, Steph. & Polybij fragmento 26. ſed ἀπεραντία.

APERETHES ἀπερέθεις, Arcadiæ vrbs, apud Pauſaniam.

APERIA, circa Mœſiam Inferiorem vrbs videtur in Hiſtoria Miſcella 17. APPIARIA in Lib. Notitiar.

APEROPIA ἀπεροπία, inſula Argiæ regionis, ante Buporthmum promontoriũ, Pauſania teſte. vide EPIROPIA.

APERRAE ἄπερραι, Lyciæ vrbs, apud Ptolemæum. APYRAE Plinio. Phinica Sophiano eſt, & Nigro.

APESANTVS, Plinio Argiæ, Peloponneſiacæ regionis mons. APESAS ἀπεσὰς, & Stephano dictus. Item SELENE σελήνη, i. LVNARIS Pauſaniæ. Plutarchus in libello de Fluminibus & Montibus, eum per diphthongum ſcribit in ſecunda, APAESANTVS ἀπαίσαντος, & addit eundem aliquando ARGIVM ἄργιον, MICAENAM μικαῖναν, SELENVNTIVM σεληνούντιον, & OPHELTIVM ὀφέλτιον, appellatum. Quidam Plinij codices pro Apeſantus, Apeſas, Antes, diuiſum legunt. duóſque faciunt montes. Vide APHESAS.

APESAS, vide APESANTVS.

APETEIVM locus, in Goltzij Theſauro.

APETVA ἀπέτυα, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, non procul à Corduba, Straboni. Vide ATETONA.

APHACA ἄφακα, Phœniciæ locus, inter Heliopolim & Byblum: vbi Fanum eſt Veneris Aphacitidis. propter fanum iſtud, lacus quidam, Zoſimus lib. 1. Iuxta Adonim fluuium, in vertice Libani, teſtibus Euſebio, Socrate, & Hiſtoria Tripartita. item Nicephoro. AFFACA habet Diaconus, & Apollonius Collatius. ἀφάκη, Libyæ vrbs: apud Stephanum. Vide NACLES, & APHECA.

APHADONVS, vide APADNO.

APHAE ἀφάη, locus in Aegina inſula. Antonius Liberalis.

APHAEREMA ἀφαίρεμα, Iudææ vrbs, 1. Machab. 11. ἀφερειμα, Ioſepho Antiq. 13. cap. 8.

APHAMIOTAE, gẽtis nomẽ apud Cretenſes, Strabo 15.

APHANNAE ἀφάνναι, Siciliæ regio, Stephano. Damartidis tribus municipium, Heſychio. In Attica hoc, ni fallor.

APHAR ἀφάρ, Arabiæ Felicis metropolis: circa fretum ſinus Arabici videtur, in Periplo Arrhiani: vbi & Homeritarum regia vocatur. Huius Aphar meminit quoque lib. Notit. ſed fluuium ex eo facit: ad cuius ripam Arnona, & Arnonenſia caſtra deſcribit. Vide SAPHAR.

APHARA, Palæſtinæ locus. Ioſue 18. ἀφρὰ, 70. interp. Vide OPHERA.

APHARANTES ἀφάραντες, gens in Libya, nominibus carens. Soli orienti conuiciatur. Nicolaus apud Stobeum, de legib. Hoc Plinius Atlantibus adſcribit. ſic quoque Herodotus. ex quo vocem corruptam putarim.

APHAS, Moloſſorum fluuius. vt Plinius docet. Hunc Inachos Pinetus vocat.

APHASIVS Mons, diſtans à Chalcedone decem ſtadijs. Polyænus 7. de Dario.

APHECA, Paleſtinæ locus, Ioſue 13. & 15. APHEC. eidem 17. & Iudicũ 1. item 1. Samuel 4. & 3. Regum 20. vbi Ioſephus AMPHECA ἀμφέκα legit. ἀφακα eſt, 70. Interp. Sed & idẽ Ioſephus ſine M. Antiq. 8. cap. 8. vbi hãc vrbem in Magno Campo ſtatuit. Faba nouo nomine eſt Bredenbachio. Duo autem huius nominis loca in Palæſtina oſtendit Maſius ad 13. cap. Ioſue. Et plurium locorum nomen eſſe docet idem ad caput 15.

APHERIMA, vide APHÆREMA.

» APHESAS, Statius. 4. Thebaid. Nomine Lernæi memo-
» rant Apheſanta coloni. Lutatius Placidus dicit Ciliciæ montem. vnde Perſeus auolauit, quando ad Gorgonis caput auferendum in Africam proficiſceretur. Lutatium hic hallucinari puto, grammaticulorum more, & APESAS ſine adflatu ſcribendum apud Statium.

APHESDOMIN, vide DOMIN.

APHETÆ ἀφεταὶ, Magneſiæ littoralis vrbs, Herodoto, Straboni, Diodoro 11. & Plutarcho in Themiſtocle. item Melæ, & Apollodoro, cui in Theſſalia eſt. Vide APHYTE.

APHETERION ἀφετήριον, Indiæ intra Gangem locus, vnde ſoluunt qui in Chryſam nauigant, Ptolemæo. Zeython Nigro dicitur.

APHIDANTES ἀφείδαντες, pars Moloſſiæ regionis. Stephanus.

APHIDANTVM ἀφειδάντιον, Tegeatarum curia, ſeu municipium: in Arcadia. Pauſanias.

APHIDNA ἄφιδνα, municipium Atticæ, Herodoto, Pauſaniæ, Luciano, Straboni, Plutarcho in Theſeo, & Iſocrati in Laudatione Helenæ. Tzetza in Lycophronẽ circa Lichniũ Athenarum ponit. Ptolemaidis tribus gens eſt apud Heſychium. APHIDNÆ pluraliter apud Senecã in Hippolyto.

APHLE, Plinio, ad Chaldaicum lacum vicus. Alarch Pineto, in ſuo Plinio.

APHNÆI loci, circa Aegyptũ, meminit Concil. Epheſ. III.

APHNETI, vide APHNITIS.

APHNEVM ἄφνειον, Phrygiæ vrbs. Et alia Lydiæ. Stephan.

APHNI ἄφνι, Iudææ locus. Ioſue 18. Per O Diuus Hieronymus auſpicatur OPHNI.

APHNIDÆ ἀφνίδαι, Aſancorum vrbs videtur, apud Heſychium. In dictione ἀσανεων.

APHNITIS ἀφνῖτις, Straboni & Stephano lacus prope Cyzicum, qui prius ARTYNIA ἀρτυνία vocabatur. Eundem Strabo, & Plutarchus in Lucullo DASCYLITIDEM δασκυλῖτις appellat. & DASCYLIA Stephanus. Vide ARTYNIA.

APHORMIVM ἀφόρμιον, Theſpienſium locus, Stephano. ex Aphrodiſio.

APHPHADANA ἀφφαδάνα, Vrbs eſt Ptolemæo, in Meſopotamia. Alia ab Apphadana. vide APADNA.

APHRA, Epiſcopalis locus, Guil. Tyrio. circa Syriam alicubi. vide APHARA, & AFRAN.

APHRICA, vide AFRICA.

APHRISO, vide MIHDIMON.

APHRODISIAS, Ptolemæo Ciliciæ vrbs. Plinius VENERIS Opidum vocat. hodie S. Theodoro dici, ſcribit Coriolanus Cepio. Ad Melam fluuium Thraciæ vrbs eſt, Ptolemæo. Eidem in Caria. quod Plinij Aphrodiſium eſt. & vt puto, Liuij Aphrodiſias Crene. & hanc eſſe cuius mentio in Oraculo, apud App. in Mithridaticis. Thraciæ Cherſoneſi eſt, apud Agathiam. 5. Procopium 4. Aedific. ſed eadem cum Ptolemæi, vt credo. Circa Dionyſopolim Thraciæ, ad Pontum Euxinum, Plinio. Circa Cnidum, Porphyrogennetæ, & Stephano: in Aethiopia, eidem. Idem Scythiæ littoralem Aphrodiſiam habet. ſed hæc fortaſſe eadem cum Plinij dicta circa Dionyſopolim. Eſt & Laconica vrbs, Thucydidi 4. & ex eodem Stephano: item Pauſaniæ, qui eam ab Aenea conditam ſcribit. Eſt & inſula circa ſinum Perſicum, alicubi, Solino, & Plinio, qui Aphrodiſia ſine S in vltima legit. Martiano quoque, apud quem ſine H. corruptè. Stephanus habet quoque duas huius nominis paruas inſulas, iuxta Libyam, & Alexandriam. Aphrodiſiades numero octodecim reperio apud claſſicos auctores. Vide BOEÆ, GADES, LÆA, NINOE, POLITICEORGAS, TROEZEN, & THVRIVM.

APHRODISIVM ἀφροδίσιον, duorum opidorum in Africa Propria nomen eſt, apud Ptolemæum. quorum alterum COLONIAM, alterum FANVM cognominat: hoc Caſtaldus Mahometta interpretatur. Mercator verò Africa. Sic etiam Caluetus Stella, qui eius expugnationem à Carolo V. Imp. factam, deſcripſit, illúdque à Mauris Mahadian appellari ait. Idem ex Fazello didici, qui Mahdiam habet; Theuetus Elmahdua. Marmolius Mehedia vocat. & alio nomine Tobulba. Mahdia fortè apud Ioannem Leonem. APHRODISIVM quoque Latij vrbs, circa Ardeam: Strab. Eſt & promontorium Hiſpaniæ, Ptolemæo, ad mare mediterraneum, ad radices montis Pyrenæi. PYRENEA VENVS, Straboni & Plinio dicitur. VENERIS Portus, Melæ: in ſinu Salſo. MASSILIENSE quoque dicitur, Strabone teſte. VENERIS FANVM Latinis. Cabo de Cruz, Cognato, Floriano, & Moletio. Vicus in Arcadiæ eſt, apud Pauſaniam. Eſt Cypri vrbs, Ptolemæo; quæ Achotou Luſignano eſt. Flumen in Pyrrha eſt apud Plinium, quod fœminas ſteriles facit. Circa Delphos fortè hoc. Vide SEMELIA, THYMNIAS, & IOVIS INDIGETIS Lucus.

APHRODITES ἀφροδίτης, iuxta Athribin eſt Stephano vrbs. Aphroditopolis Aegypti, hæc eſt Strabonis. cui quoque alia eſt in Thebaide, ad Nilum. Idem Stephanus habet aliam in Æthiopia. & aliam in Thracia. eadem fortè cum Aphrodiſiade. Aphrodites (i. Veneris) montem deſcribit Appianus in Hiſpania, vltra Tagum fluuiũ, oleis conſitum, vbi Viriatum à Plautio victum tradit. Aphrodites Fanum eſt in Hiſpania Citeriore, circa Saguntum opidum, Polybio 3. Aphrodites templum in promontorio Pallenæ inſulæ, Halicarnaſſeo 1. In Cithera inſula quoq; eidem, ibidẽ. Itẽ in Zacintho. Aphrodites ſtagnum coloris viridis, ad ſinum Arabicum, verſus Ægyptum depingit Diodorus 3. in quo tres inſulas eſſe ait: quarum duæ oliuas ac ficus vberrimè producunt: tertia meleagrides aues nutrit. Vide LÆA, & MYOSHORMVS.

APHRODITIA ἀφροδίτια, Laconicæ regio. Stephanus ex Thucydidis 4. vbi noſtri codices Aphrodiſian per S legunt.

APHRODITOPOLIS vrbs, & APHRODITOPOLITES Nomus, in Ægypto, Ptolemæo. quæ APROSOPITES ἀπροσωπίτης, Straboni. Alia eidem eſt APHRODITES vrbs, in eadem Aegypto, ad Nilum, verſus Orientem. hanc VENERIS vrbem vocat Plinius. APHRODITON fortè Antonini. & D. Hieronymi in Hilarione.

APHRYSVS ἄφρυσος, Magneſiæ fluuius; Iſacio in Lycophronem. cui ſunt ibidem APHRVSII populi. ſed AMPHRVSII verterunt Canterus & Scaliger. Sic quoque legunt Stephanus, & Ouidius, item Vibius, qui eum Theſſaliæ adtribuit. Eſt quoq; Amphryſus Phocidis vrbs, Stephano. quam nunc per B pronunciant, vt addit, ἀμβρυσος. ſic quoque apud Polybium 4. Goltzius ex Domitillæ nummo, legit ἀμφρυσιεων καὶ δαυλιδων ὁμονοια. & rectè. vide AMPHRYSVS.

APHTHA, vicus Palæſtinæ. Ioſepho, belli Iudaici 4.

APHTHALA ἀφθαλλα, & ἀφθαια, Ægypti Nomus, Stephano.

APHTHITES ἀφθίτης, Nomus Aegypti, Herodoto in Euterpe & Stephano.

APHVSIA ἀφυσία, inſula in qua exularunt D. Theophanius poeta, & frater eius Theodorus. Suidas, & Hiſtoria Miſcella.

APHYTE ἀφύτη, & APHYTIS, item APHYTEIA, vrbs circa Thraciæ Pallenen. Herodotus 7. Thucydides 1. Xenophon 5. Græcorum, Plutarchus in Lyſandro, & Heraclides in Politiis. In ipſa Pallene deſcribit Strabonis Epitome, & Pauſanias 3. An idem cum APHETÆ?

APIA ἄπια, Herodoto vrbs in Ægypto, circa fines Libyæ. APIS Ptolemæi puto. vide ARGOS, & PELOPONNESVS.

APIACVM, vide EPIACVM.

APIANVM, Heppen caſtrum hodie, vt putat Lazius in R. P. R. Ego Auiano malim. vide FAGITANA.

APIARÆ Æ, Epiſcopum Lucipinum habet Simeon Metaphraſtes, in vita B. Chryſoſtomi. In Aſia alicubi videtur. ſed locus fortè mendoſus.

APIAS ἀπίας, Campi nomen, in Aſia minori: apud Polybium 5. Circa Æoliden.

APIATES ἀπιάτες, Aquitaniæ populi à P. Craſſo ſuperati. Dion. 39. Sontiates Cæſaris, putat Xylander.

APICRIDIVM, locus circa Byzantium, Laonico.

APIDANEI, vide ARCADIA.

APIDANVS, vide APPIDANVS.

APIENNATES, Vmbriæ populi, Plinius.

APILAS, vide ASOPVS.

APILOCARIVM ἀπιλοκαρίον, Luſitaniæ vrbs, Phleg. Tralliano. vnde Celtius Pellij F. longæuus.

APINA, Plinio Dauniorum vrbs, in Italia.

APIOLA ἀπίολα, Stephano, & Halicarnaſſeo. APIOLÆ Plinio, Italiæ opidum, in Latio.

APIRA, vide APERA.

APIRI, vide ATTIRI.

APIROTA ἀπειρωτα. Eſt in Theſauro Goltzij, ex nummo. pro Epirota fortè.

APIS ἄπις, Marmaricæ opidum, Ptolemeo Ægypti vocat Martianus: & quoq; Plinius, qui vicum facit. Eſt & inſula iuxta Cretam: Apollonij Scholiaſti, & Varino. vide APIA.

APISSANENSIS, vide ABISSENSIS.

APITAMI, Arabiæ, Felicis populi, Plinio.

APLIVM, vide HYPIA.

APOBATERIVM ἀποβατήριον, i. egreſſorium. vocant Armenij locum, vbi Noe ex arca egreſſus fuit. Ioſephus 1. Antiquit. EGRESSORIVM, Noe, vocat quoque Pſeudoberoſus.

APOBATHMVS, Peloponneſi vicus. Pauſaniæ.

APOBATHRA ἀποβάθρα, locus in Aſia, iuxta Abydum, vbi Xerxis nauis dicitur congelata. Strabo & Euſtathius.

APOBOIOTI ἀποβοιωτοι, Aetoliæ populi, apud Stephanum: ex Thucidydis 3. At ego lego APODOTI, ex eodem Thucidide.

APOCOPA ἀποκοπα, Arabici ſinus receſſus. Stephanus.

APOCOPON emporium eſt quoque ad ſinum Barbaricum, in Aethiopia: Ptolemæo, & Arrhiano in Periplo. Montes Indiæ intra Gangem ἀποκοπα ὄρη, qui POENÆ DEORVM. ποιναὶ θεῶν, appenllatur. Ptolemæus.

APODAS, populos habet Trithemius circa Moguntinenſes & Rhenanos. in Compendio Annal. Reg. Francorum.

APODASMII ἀποδάσμιοι, Græciæ populi. Herodotus.

APODASMVM Iudæorum captam ab Ocho, & incolas eius tranſlatos in Hyrcaniam, iuxta mare Caſpium, tradit Chronicon Euſebij. Sed fortaſſè propria non eſt vox, quæ partem Græcè ſignificat.

APODOTI, Ætoliæ populi, Polybio 17. & Liuio 32. vide APOBOIOTI.

APOLLINARES Aquæ, vide AQVAE.

APOLLINARIS, vide FLAMINII PRATA.

APOLLINARIVM meminit in Gallia Narbonenſi, Plinius.

APOLLONEATES tribus Tegeatarum, in Peloponneſo. Pauſanias.

APOLLONIA ἀπολλωνία, Taulantiorum in Macedonia opidum, Liuio, Ptolemæo, & Pomponio. Ad Ionicum mare ſitum eſt. Siſſopoli Pineto appellatur. Niger dicit hoc loco caſtellum eſſe Piergo dictum. Sophianus ait antiquum nomen retinere. Arbitrij ius ſit apud lectorem. Hanc Apolloniam vocat Plinius Corinthiorum Coloniam. ex quo eandem eſſe ſuſpicor cum ea quam Stephanus GYLAX γύλαξ, & GYLACIA: γυλακία, dictam ſcribit (etſi eam in Illyrico ponat) nam & coloniam Corinthiacam eſſe ait, non longè ab Epidamno ſitam, quod in Macedoniæ confinibus eſt. vbi eadem à Ptolemæo & Plinio deſcribitur: Fines namque regionum ab auctoribus confundi, non ſemel experimur. Cyrenaicorum Nauale, in Pentapoli regione, Ptolemeo, & Pomponio auctore. APOLLONIAS Straboni. Eadem fortè cum Libycæ Stephani, quam CYRENEM quoque vocat. Ptolemæus tamen duas ex his facit. Hanc Apolloniam Marmolius & Caſtaldus Bonandrea dici hodie ſcribit. Præter hanc, aliam in Libya habet idem Stephanus. Phrygiæ item vrbs, quam MARGION μάργιον, quoque vocat Stephanus. & THEODOTIANAM appellari in Synodo V. Conſtantinopolitana. APOLLONIA, Cretæ inſulæ vrbs, iuxta Cnoſſum. & alia ibidem, quæ antea ELEVTHERA ἐλευθέρα, appellata. Stephanus. Athi montis opidum eſt Plinio, cuius incolas MACROBIOS cognominat. Sed hoc epitheton videtur Pomponius vrbi ACROATHON, in montis huius vertice ſitæ, tribuere, cùm inquit, huius incolas dimidio longiorem vitam, quàm in aliis terris eſſe. Vide ſupra, ſuo loco. Hanc Apolloniam nunc Eriſſos appellari, ſcribit Ioannes Lydus. Bolina interpretatur Leonclauius: non bene, vereor. Straboni vrbs eſt in ora Ponti, Mileſiorum Colonia, maiori ſua parte condita in parua quadam inſula. prope Salmydeſſum, vt habet Stephanus. Hancq; Plinius in Thracia ponit, & APOLLONIATARVM INSVLAM vocat. & ANTHIVM olim appellatam addit. MAGNAM cognominat Mela. Siſſopoli à Nigro dicitur. Pinetus autẽ vetus nomen retinere dicit. Ex hac Apolloniatarum inſula ſcribunt Strabo & Plinius, Capitolinũ Apollinem à M. Lucullo aduectum. CHERRONESVS fortè eſt in Arrhiani Periplo. ab vrbe Apollonia ſexaginta ſtadia diſtans. atq; idem cum Thynias Apolloniatarum; quam vide ſuo loco. Diodoro 20. & Stephano, vrbs Siciliæ eſt propinqua Leontinis. eadem proculdubio APOLLONIENSIS vrbs eſt Ciceroni in Verrem. Pollina hodie eſt, cuidam anonymo, ſed non inerudito. Eſt & APOLLONIA MYGDONIA, Ptolemæo & Stephano: Mygdoniæ, in Macedonia vrbs. Hodie Ceres, Nigro teſte. APOLLONIA Myſiæ vrbs ad Rhyndacum fluuium, Ptolemæo, Stephano, & Plinio, cui ASSOS quoque vocatur. Palæſtinæ iuxta Ioppen, Ptolemæo & Stephano. Syriæ iuxta Apamiam, Stephano. In Galatia, Ptolemæo. & eidem in Aſſyria. Cæleſyriæ quoque. item iuxta Epheſum & Thyatiram, eodem Stephano, ex Strabone, auctore. Etiam in Acarnaniæ inſula; (quæ vna Echinadum eſt.) hæc fortè Apollonia Epiri eſt apud Strabonem, ſeu Ætoliæ apud Liuium. Apollonia quoque Plinio eſt circa Arethuſam, quæ ad Strymonicum ſinum eſt. Chalcidis in Macedonia eſt, Athenæo 8. quam duobus amnibus adflui tradit: Olynthiaco nempe & Amnite. Eſt & in Aegypto, Stephano. cuius Plinius etiam meminit. cui & Apollopolites Nomus eſt. In Lydia quoque. In Meſopotamia. in Siphno inſula: & alia in Lyciæ quadam inſula: item Ιώνων Thraciæ habet Stephanus. Idem aliam inter Babylonem & Suſam. APOLLONIAM iuxta regionem Atlantinorum, ἀτλαντίνων, deſcribit Ariſtoteles in Mirabilib. pro ταυλαντίων fortè. APOLLONIAM Beliadis, habet Concil. Epheſinum. APOLLONIAM quandã habet Herodotus 9. vbi Solis oues: circa Epirum Taulantiorũ puto. nam Epiroticam hanc vocat Strabo. Viginti quatuor vrbes huius nominis numerat Stephanus. Videor his, ſeptem addere, quas vide in ANTANDROS, CÆSAREA, CYPARISSVS, CYDONIA, MORDIÆVM, THYNNIAS, & TROEZEN.





APOLLONIA, quædam Colonia Romana eſt, in Hadriani nummo.

APOLLONIAS, Metropolis Phrygiæ Maioris, Straboni. Eſt APOLLONIA ad Lambanum, Ptolemæo. Eſt & Cariæ vrbs, ſic dicta in concilio Chalcedonenſi. Vide CYPARISSVS.

APOLLONIATIDIS Petra, in Atintania. Ariſtoteles de Mirabilib.

APOLLONIATIS, vide APOLLONIVS, & SITTACENE.

APOLLONIDIENSES habet Plinius, in Aſia Propria alicubi. item Cicero pro Flacco, quos amantiſſimos P. R. dicit.

APOLLONIENSES ἀπολλωνεις, Aeolidis tribus pars, Stephano.

APOLLINIS CIVITAS MAGNA, in Aegypto eſt, Ptolemæo. Munfia nunc dici, ex Ioanne Leone, collegit Zieglerus. APOLLINIS CIVITAS PARVA, in Aegypto, apud eundem, & Stephanum. APOLLINEM Minorem, & Superiorem habet Antoninus.

APOLLONOPOLITARVM in nomo Tentyritidis, meminit Aelianus 10. animal. Vide REFVGIVM.

APOLLINIS Alti arx, ad Sibyllæ antrum, cuius meminit Virgilius 6. Aeneid. hodie Arco Felice nominari tradit Pighius, in Prodicio.

APOLLINIS Fanum, Ptolemæo in Africa Propria ſitum. Tamaclati hodie, ſi Caſtaldo creditur.

APOLLINIS Fons, apud Cyreneos, in Africa, Euſtathio.

APOLLINIS lucus, vide ONCIVM.

APOLLINIS Promontorium, Ptolemæo & Liuio, in Africa Propria eſt. Raſamuzat Gerard. Mercatori eſt. APOLLONIVM vocat Strabo. Eſt & Apollinis promontorium in Mauritania Cæſarienſi, eidem Ptolemæo: quod Cabo de Tenes Caſtaldo eſt.

APOLLINIS Templum, ZERINTHIVM vocant incolæ, Liuio teſte lib. 38. qui hoc in Thracia deſcribit, in Aeniorum finibus. APOLLINIS Templum in Myrienſi ſinu, Lyciæ. Aelianus 12. Animal. capite 1. APOLLINIS Actij templum in Magneſiæ ora maritima, ad Pagaſas. Hyginus in Argo dicit hic Argum nauem fabrefactum. Vide APOLLINIS Fanum, & ZERYNTHVS.

APOLLINIS Phæſtij portus, apud Locros Ozolos. Plinius. Apud Phæſtum vrbem videtur.

APOLLINIS opidum, Megabrorum, in Aethiopia ſub Aegypto, habet Plinius.

APOLLINIS Regio, in Aethiopia, Straboni.

APOLLINIS vrbs, vide DELOS.

APOLLONIVM, vide APOLLINIS Prom.

APOLLONIVS Lacus, in Aſia; prope Pergamum. Suidas ἀπολλωνιατις, eſt Straboni.

APOLLONOS, inſula Libyca ſic dicta; apud Stephanum.

APOLLONOS HIERITÆ. in Lycia, Plinio.

APOLLOPOLITES, vide APOLLONIA.

APOLOGVS, vide TEREDON.

APONIANA, vide PACONIA.

APONVS, Martiali, & Lucano 7. Titi Liuij patria, in Venetorum ditione. Quinque à Patauio milliaribus; vt ſcribit Bartholomæus Viottus. Abano, Leandro. Vide FONTES APONI.

APORIDOS Come. vide OBRIMÆ Fontes.

APOSPHENDONETI, vide METHONE.

APOSTANOS ἀποστάνος, locus Perſidis, ad eius ſinum. Arrh. de Indicis.

APOSTOLOPOLIS, loci nomen: In ſynodo Nicena II. Neſcio vbi locorum.

APOSTROPHOS, locus videtur ad littus Propontidis, apud Cedrenum.

APOTOMITÆ ἀποτομῖται, Marmaricæ nomi gens, Ptolemæo.

APPA ἄππα, Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo. Vide SIBY.

APPADAN Α ἀππαδάνα, Perſiæ vrbs, apud Ptolemæum. ASPADANA apud interpretes.

APPENCENSIVM ciuitatem, habet lib. Prouinciar. in Galliæ Narbonenſi. II. WAPPINCENSIVM legit alius codex.

APPHA ἄπφα, Parthiæ vrbs, Ptolemæo.

APPHADANA ἀπφαδάνα, apud Ptolemæum Meſopotamiæ vrbs. Alia ab Aphphadana. Vide APADNA.

APPHANA ἀπφάνα, Perſici ſinus inſula. Ptolemæus.

APPHAR ἄπφαρ, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum: vt Ptolemæus auctor eſt.

APPIA VIA, quæ ab vrbis Romæ porta Capena Capuam, aut, vt alij prodidere, Brundiſium vſque lapidibus ſtrata erat, longitudine CCCXXX. M. paſſuum, quibus nonnulli XX. adijciunt propter ambages: etiam LATIA ſiue LATINA, AVSONIA, CLAVDIA, & TRAIANA dicebatur. vt annotauit Goltzius in ſua Magna Græcia, capite de Tiano. Appiam & Latinam diuerſas eſſe, dicit Procopius. idem videtur quoque apud Liuium 22.

APPIANI, Aſiæ Minoris populi, Plinio. circa Phrygiam videntur.

APPIARIA, Myſiæ Inferioris, aut Secundæ opidum, ad Danubium, Antonino & lib. Notit.

APPIANVM, vide APIANVM.

APPIDANVS. Propertius lib. 1. ad Cinthiam: Qualis ״ in herboſo concidit Appidano. Eſt fluuius Theſſaliæ. Meminit huius Ouidius, Lucanus, Strabo, Thucydides, Orpheus, & Herodotus: qui eum in Peneum fluere ſcribit. Phthiam vrbem alluere lego apud Hecubam Euripidis. Singulari P. ferè legunt.

APPVLIA, vide APVLIA.

APRAGOPOLIS ἀπραγόπολις, de quo in vita Augusti Suetonius hæc: Vicinam Capreis inſulam ἀπραγόπολιν, appellabat, à deſidia ſecedentium illuc è comitatu ſuo.

APRI, vide APROS, & CAPRVS.

APRILIS, vide PRILLE.

APROS COLONIA ἄπροι, Thraciæ opidum eſt, Plinio & Iuſtino, ἄπροι Ptolemæo. Hoc THEODOSIOPOLIS θεοδοσιόπολις, dictum ſcribit Cedrenus. Apri tamen hodie, Sophiano. APRI Sepulcrum, vicus Meſſeniæ, apud Pauſaniam.

APRONA ἄπρονα, fluuium, habet Polybius in fragmento 134. Circa Liguriam videtur.

APROSITVS ἀπρόσιτος, inacceſſibilis, vna inſularum Fortunatarum. Ptolemæus. vide OMBRIO.

APROSOPITES ἀπροσωπίτης, nomus Aegypti, eſt apud Strabonem. PROSOPITIS Ptolemæo eſt, & Plinio. Vide APHRODITOPOLIS.

APRVSA, Plinio Flaminiæ fluuius. Pluſa, L. Alberto.

APRVSTANI, Plinio Brutiorum mediterranei populi: Gabriel Barrius ex iis Caſtrovillano vrbem Calabriæ facit. Alio in loco dicit fortè Vernicarium opidum in eo loco eſſe. Vide ABYSTRVM.

APSALVS ἄψαλος, Albotarum opidum, in Macedonia, Ptolemæo.

APSASIVM, ACRA DAPHNE, ACTINE, AIANTIVM, ARCHIVM, ARGYRONICVM, AVLETES: BACHIAS, BATHEIA SCOPIA, BLACHERNAE: CALOS AGROS, CALAMVS, CAMARA, CEPVM, CHARANDAS, CHOERAGIA, CITTOS, COMMARODES, CYPARODES: DELPHINVS, DISCOS, EVDION CALON; GYPOPOLIS COLLIS: HERMAGORA Fons, HIPPOSTHENES: IASONIVM, INGENIDAS: LEMBVS, LICNIAS, LYCIORVM Portus: MANDRAE, MELLAPOCOPSAS, MILTON, MYRLAEVM: NAVSICLIA, NYMPHAEVM: PALINORMICVM, PARABOLVS, PENTACON-TORICVM, PHIELA, PIRAEVM, PITHECI Portus, POLYRRHETIVS, POTAMION, PYRRHIAS CYON; SCLETRINAS Sinus & Fluuius, SIMAS, SYAPHAS, THERMASTIS Petra, THERMERIA, & TIMAEA: circa Conſtantinopolim loca, habet in ſuo Boſporo P. Gyllius, ex Dionyſio Byzantio, veteri ſcriptore.

APSARVS, vide APSORVS.

APSILAE ἄψιλαι, gens Lazis vicina, Arriano; & ex eo Stephano. ABSILAE ſunt apud Plinium. APSILIA fortè & DAPSILIA in Hiſtoria Miſcella lib. 21. vide SCHYTHAE.

APSINTHVS, vide APSYNTHVS.

APSORRVS ἄψορρος, Ponti Cappadocici vrbs, & fluuius, ad mare Euxinum, Ptolemæo. ABSARVM, habet Plinius flumen & caſtellum. APSARVS ἄψαρος, habet Arrianus in Periplo. & dicit eam quoque olim APSYRTVM ἄψυρτον, appellatam, quòd Medea ibi Apſyrtum occiderit. ſed idem regionem vocat non vrbem. Strabo & Plinius hoc in mari Hadriatico in eiuſdem nominis inſula factum ſcribunt. (Tanta eſt inter veteres rerum præclarè geſtarum inconſtans deſcriptio.) Hunc fluuium antea AEGIALIVM appellatum, ſcribit Stukius. & num idem NAXIVS dicatur ab Æliano, ſubdubitat. Vide ABSORVS.

APSVS ἄψος, Macedoniæ fluuius Plutarcho, Cæſari 5. Ciuilium, Lucano 5. Straboni & Ptolemæo. Spirnaſſe Theueto; Vreo, Nigro, qui dicit eum à quibuſdam THAPSVS vocari. Mihi hoc nondum conſtat.

APSYNTHVS, Thraciæ fluuius, apud Dionyſium, & inde APSYNTHII populi, ibidem. Scribitur etiam per I. in ſecunda, Stephano teſte. vide AENVM.

APSYRTIDES, vide ABSORVS.

APTA IVLIA, Vulgientium opidum, in Gallia Narbonenſi, Plinio. AVIA IVLIA, & ABTEIVLIA corruptè apud Antoninum. APTENSIS Epiſcopatus eſt mentio in Aurelianenſi concilio V. & aliis. ab Apta Iulia, que Apte hodie, Cænali.

APTERA ἄπτερα, Lyciæ vrbs, Stephano, vide APTERIA.

APTERIA ἀπτερία, Cretæ mediterraneum, inſulæ opidum, Ptolemæo. APTERON, fortè Plinij. APTERA, Suidæ, Pauſaniæ, & Stephano. ſed proprius mari. Chronicon Euſebij dicit ſic vocatum ab Aptera ibidem regnante. Marius Niger Paleocaſtro nominat.

APTIVM, vide HYPIA.

APTVCHI ἀπτέχοι, Fanum, Pentapolis regionis, in Africa, apud Ptolemæum. Lungifariæ Marmolio dicitur. Hinc APTVNGIS facit D. Auguſtinus. Epiſt. 86. & idem APVMGITANVM vitioſè, pro APTVNGITANVM. Epiſt. 161. Idem quoque ABTVNGENSIS. In Collatione Carthaginienſi APTVGINENSIS legitur.

APTVNGENSIS, vide APTVCHI.

APVA opidum eſt ad fontes Macri fluminis, Catoni. Caſtello di ponte tremulo, Aug. Iuſtiniano, & Leandro. APVANI Ligures, ſunt apud Liuium, lib. 39. his Auguſtinus Iuſtinianus partem Tuſciæ, quæ inter Macram & Tiberim fluuios eſt, adſcribit. Hanc partem hodie Maremma vocari intelligo.

APVLAE, vide VERETVM.

APVLENSIVM Colonia Italiæ, eſt in Orthographia Aldi fol. 340. ſine N. tamen in Smetij Inſcriptionum volumine, & apud Onuphrium. APVLENSIS loci meminit Digeſt. lib. 50. Titulo de Cenſibus. Onuphrio in Syria eſt. Errare puto. Vide APVLVM.

APVLIA DAVNIA, Ptolemæo ἀπυλῶν δαυνιῶν, Italiæ regio, quæ nunc Puglia plana eſt, Leandro teſte. APVLOS Græcè DAVNIOS appellatos, ſcribit Strabo.

APVLIA PEVCETIA ἀπυλῶν πευκετιῶν, Italiæ regio, Ptolemæo. PEDICVLOS vocat incolas, Plinius. Terra di barri, Leandro. Apulia quoque appellata fuit MESSAPIA, Feſto auctore. Geminato PP. eſt apud Varronem. Vide IAPYGIA.

APVLVM, ſiue APVLENSIS Colonia, Daciæ vrbs, ad Mari fluminis ripam qua hodie Alba Iulia. ex Inſcriptionibus antiquis, & interpretatione Lazij, in R. P. Romanæ volumine. ἄπυλον, eſt Ptolemæo. vide ALBA IVLIA.

APVMGITANVM, Vide APTVCHI.

APVSCIDAMVS, Africæ lacus, in quo omnia fluitant, nihil mergitur. Plinius. PORCIDAMVS in Originib. Iſidori. vbi & Alce pro Africa: malè vtrobique.



APYRAE, Phrygiæ Pacatianæ vrbs. In ſynodo Conſtantinopolitana VI. vide APERRAE.

APYRI ἄπυροι, quos TAPYROS vocat Geographus. vt Euſtathius tradit, in Dionyſii Periegeſi. Strabo ſic quoq; populi ſunt Hyrcanis vicini. Eoſdem puto TOPYROS, & TOPVROS vocari ab Arrhiano 3. Alexandri. τάπυῤῥοι geminato RR. ſunt Muſonio & Stephano, Polybius 5. habet montes ſic dictos hoc tractu. TAPYRI ſunt apud Ptolemæum in Media. & TAPORI in Margiana, Hyrcaniæ Vicinis regionibus. Vino vltra modum deditos ſcribunt Aelianus & Athenæus. Vide PYRI.

AQVAE, vide CASTELLVM Aquarum, & NVAGERRA.

AQVAE, in Liguria locus, Antonino: inter Genuam & Vada Sabatia. Hæ Statiellorum mihi videntur in regione Montisferrati, ad Bormiam fluuium: vbi Aquæ calidæ deſcribuntur à Bartholomæo Viotto: circa quingentos paſſus à dicta vrbe. Hæ fortè BORMIAE Aquæ à Caſſiodoro nominatæ. Idem Antoninus AD AQVAS vocatum habet locum in Mauritania Cæſarienſi. Item in Africæ Propria LXXV. M. paſſ. à Carthagine. In Mœſia quoque Superiore, inter Viminacium & Dorticum. Item in Pannonia Superiori, inter Vindobonam & Scarabantiam: quam Furſtenfeldt in Styria, putat Lazius. In Dacia Ripenſi etiam: in Nouellis de Priuilegiis archiepiſcopi Iuſtinianæ. Primæ. Si quoque in Hiſpania, inter Bracarum & Aſturicam: eidem Antonino.

AQVAE ALBENSIVM, locus Epiſcopalis, Mauritaniæ Sitiphenſis. Vict. Vticenſ. & Coll. Carthag.

AQVAE APOLLINARES, in Tuſcia: inter Vrbem, & Coſas. Antonino.

AQVAE AVGVSTAE ὕδατα αὐγοῦστα, Ptolemæo. opidum Tarbellorum, ad Pyrenæos montes. Baiona, Cælio Auguſtino, ſed Acs Vineto. Eſt qui GENNVS, neſcio quo auctore, dictum ſcribit. Vide TARBELLA.

AQVAE BALISCAE, aut BASISCAE vt Simlerus legit, Pannoniæ vrbs, apud Antoninum. BASILLAE legit Lazius. & dicit hodie corruptè ab Hungaris Selle vocari. Quatuor milliaribus à Quinqueeccleſiis diſtare ait, verſus Styriam.

AQVAE BIGERRONVM, vide AQVENSIVM.

AQVAE BILBITANORVM Antonino, quod in Bilbilis Tarraconenſis vrbis agro ſitæ ſint, fortè ſic dictæ. In Arragoniæ regno ſunt, & Los Baños de Alhama vocantur, Varrerio teſte. Cui & Suritæ, ſunt etiam hodie aliæ ſic dictæ, in Bætica, de quibus vide ARTIGIS.

AQVAE CAIAE, Horum meminit Strabo, lib. 5. vt refert Ann. Viterbienſis. Item Tibullus, in eo carmine.
» Nunc autem ſacris Caiarum maxima lymphis.
» etſi Baiarum in exemplaribus impreſſis legatur, vt idem Annius dicit. ſed rectè nec ne, alij videant. Bagni de Bollicano, Leander vocat. eaſq; prope Viterbum deſcribit. Ipſi videant, ego apud Strabonem & Tibullum Baiæ, non Caiæ lego. Habet autem AQVAS Calidas in Tuſcia, Varro 8. an hæ ſint quæ hodie Bollicano vocentur, mihi incertum.

AQVAE CALIDAE ὕδατα θέρμα, Ptolomæo. Cilinorum in Hiſpania Tarraconenſi opidum. Orenſe, Beuterus vertit. & addit AMPHILOCHIAM Strabonis eſſe. Eandem cum CALLAICA eſſe, putat Gomecius 3. Vitæ Franciſci Ximenij. Additq; eam à Sueuis Germaniæ populis, qui quondam hanc oram ſibi ſubiugarunt, proprio idiomate Warenſe appellari. Warmſe autem ſcribendum mihi perſuadeo. quod idem ſignificat, quod calidus lacus. AQVAE CELINAE ſunt Antonino. Haud multum abſum quin credam à poſteris inde VLMARENSE corruptè dictum. AQVAS calidas deſcribit Iornandes de Gothicis, decimo quinto milliario ab Anchialo Thraciæ. Eaſdem idem THERMAS vocat. Has à Iuſtiniano mœnibus munitas, tradit Procop. 3. Aedificior. AQVÆ Calidæ opidum Albionis Dobunorum. Item Hiſpaniæ, Authetanorum, quas puto AQVICALDENSES Plinij. Mauritaniæ Cæſarienſis quoque. Sic quoque Africæ propriæ. Ptolemæus. Sunt & aliæ, Liuio 30. aduerſus ipſam Carthaginem, in maris littore. Vide AQVÆ Voconis, EAMIN, & THERMÆ.



AQVAE CELINAE, vide AQVAE Calidæ.

AQVAE CONVENARVM, in Gallia Aquitanica opidum, Antonino.

AQVAE CVTILIAE, Vide CVTILIAE.

AQVAE FLAVIAE, Portugalliæ opidum, quod hodie Chaues nominatur. Hoc mihi Claſius cõmunicauit. Vetuſta inſcriptio huius loci quam Aldus in ſua Orthographia, & Moralis in ſuis Antiquitatibus edidit, AQVIFLAVIENSES hos vocat. Sed AQVAE FLAVAE, ſiue I. legit Smetij inſcriptionum liber.

AQVAE FLVMINA, vide SELEVCIA Syriæ.

AQVAE FRIGIDAE ψυχρὰ ὕδατα, locus Sabinorum: ad Cotiſcolias: Straboni, ſi locus integer.

AQVÆ HYPSITANAE, vide AQVÆ NEAPOLITANÆ.

AQVÆ LÆÆ, Turodorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi. Ptolemæus.

AQVAE LARODAE, vide THERMAE.

AQVAE LISITANAE, vide AQVAE NEAPOLIT.

AQVAE MAMEAE, vide MAMEAE.

AQVAE NEAPOLITANAE, & HYPSITANAE, item LISITANAE, tres vrbes ſunt in Sardinia, teſte Ptolemæo. NIAPOLINIS AQVAS habet Antoninus.

AQVAE NOBENSES, & NONENSES, vide NOVA.

AQVAE ORIGENIS, Luſitaniæ, Antonino. inter Bracaram & Aſturicam.

AQVAE PATAVINAE, vide APONI Fontes.

AQVAE PERTICIANENSES, Siciliæ locus, apud Antoninũ.

AQVAE QVERQVENNAE, inter Bracaram & Aſturicam, Hiſpaniæ. Antoninus. vide QVACERNI.

AQVAE QVINTIAE, ſiue QVINTIANAE, ὕδατα κοίνττια, Ptolemæo Seurorum in Hiſpania Tarraconenſi opidum. Aquecaldes, Moletio dicitur.

AQVAE REGIÆ, dulces & calidæ; circa Pruſam Olympi. Athenæus 2. Etiam in Africa. teſtes Vict. Vticenſ. & Coll. Carthag. Item in Epiro, ſub Chimera, in Acroceraunijs Plin. 4. cap. 1. in Lycia quoque Solino. Vide LACVS REGIVS.

AQVAE SABINAE, vide CVTILIAE.

AQVAE SALVIAE, extra Romam locus, vbi Monaſterium B. Pauli, teſte Adone. Tertio eſſe ab vrbe lapide, & GVTTA IVGITER MANANS appellari, ſcribit Baronius in Annalibus.

AQVAE SEPTEM, vide HEPTA YDATON.

AQVAE SEXTIAE ὕδατα σέξτια κολωνία, Ptolemæo, Galliæ Narbonenſis opidum. Coloniæ huius mentio quoq; apud Strabonem, Paterculum, Solinum, alioſq;. Aix, Ioanni Poldo. SEXTILIA habet Plutarchus in vita C. Marij. COLONIA IVLIA AQVAE SEXTIAE LEGIO XXV. vocatur in antiqua inſcriptione, & nummo Veſpaſiani. vt patet in Theſauro Goltzij. COLONIA IVLIA AVGVSTA AQVAE SEXTIAE, etiam in vetuſta Inſcriptione, quam habet Scaliger, ad Auſonium.

AQVAE SICCAE, Aquitanicæ vrbs, apud Antoninum.

AQVAE SILVIAE, pagi nomen extra Romam. In vita S. Gordiani. An corruptè, pro Saluiæ?

AQVAE SOLIS, Antonino opidum, THERMAE, vel AQVAE CALIDAE ὕδατα θέρμα, Ptolemæo. Bedæ & Gyldæ BADONIVS, vel BADONICVS MONS eſt. vt Lelandus docet. qui hoc Britannicè Cairbadon appellat. Opidum eſt Belgarum, Albionis inſulæ. Lhuydus & Camdenus ſcribit Anglicè Bathe vocari.

AQVAE STATELLORVM ἀκυαιστατέλλα, Straboni; STATYELLORVM Plinio, STATELLATES vocat Liuius. STATIELLENSES ſunt lib. II. Epiſt. Ciceronis. Lombardiæ Ciſpadanæ opidum eſt, quod Acqui hodie dicitur. vt Leander vult. Hermolaus autem putat Alexandriam, quæ Della paglia cognominatur, eſſe hoc loco, cùm inquit,
» Hinc ſe noſter Merula Statyelenſem nominat. ibi natus, vbi nunc Alexandria palea-
» rum cognomine eſt ſita.
» Rob. Cænalis in ſua Gallia, ſcribit hanc Alexandriam olim vicum fuiſſe, Roboreto nomine, & ab Ænobarbo Imp. in vrbem extructam, atque ab eo Cæſarea appellatam: poſtea verò ab Alexandro Pontificè Alexandria nuncupatam. vide AQVAE.



AQVAE SVESSANAE, vide SVESSANAE.

AQVAE TACAPINE, vide TACAPE.

AQVAE TARBELLAE, vide TARBELLA.

AQVAE VIVAE Coloniæ, meminit vetus inſcriptio. Italiæ Epiſcopatus ſic vocatur, in Concilio Romano. In Campania eſt, Ligorio; à Venafro Boream verſus. Vide AQVAVIA, & CLAVDIAPOLIS.

AQVAE VOCONIS, Antonino Hiſpaniæ Tarraconenſis opidum. Balneole Epiſcopo Gerundenſi. Sunt AQVAE Calidæ, Ptolemæo. In Authetanis.

AQVA MARCIA, Vrbis Romæ; quondam AVFEIA dicebatur. & fons eius PICONIA. Plinius lib. 31. cap. 3.

AQVA NIGRA, fluuius Pannoniæ, apud Iornandem. vide CHRYSIVS.

AQVARIAE Viæ, iuxta Capuam, meminit Martyrologium Vſuardi. ad Cal. Septemb. Vide CALOR.

AQVARIVS Vicus, vide VISONTIVM.

AQVAVIA, Pannoniæ vrbs: apud Antoninum. AQVA VIVA fortè, vt in alio loco, XX. M. paſſ. à Pœtauione. in veteri lapide colonia nominatur, vt tradit Onuphrius. AQVAMA legit Lazius, (neſcio an vitio typographi.) & Thermas ibidem eſſe addit, Teplicza dictas. Idem AQVAM VIVAM putat hodie Fuczel nominari ad Sauum fluuium.

AQVENSES, Italiæ populi, cognomine TAVRINI, Plinius lib. 3. cap. 5. AQVENSIS Epiſcopum habet Vict. Vticenſ. in Mauritania Cæſarienſi. Ab aquis Calidis fortè.

AQVENSIVM CIVITAS, in Nouempopulana eſt, teſte Libello Prouinciarum. Huius incolas VICANI AQVENSES dici, docet Scaliger, ex lapide antiquo: ibidem extante. Idem Scaliger eandem AQVAS BIGERRONVM dicit vocari. & Tarbe hodie. Dax patria lingua vocari, ſcribit Cænalis, quod aquam ſignificat. vide TARBELLA.

AQVICALDENSES, ſunt Hiſpaniæ Citerioris populi Plinio. vide AQVÆ CALIDÆ.

AQVIFLAVIENSES, AORBIGENS. (AOBRIGENS. legit alius) BIBALI, COELERINI, EQVAESI, INTERAMICI, LIMICI, ÆBISOC. QVARQVERNI, TAMAGANI. Nomina hæc decem ciuitatum Hiſpaniæ exſtant in antiquo lapide, in opido Galiciæ Chaues dicto, ad amnem Tamagaſito, vt habet Moralis, in ſuo Chronico lib. 9. cap. 25. An in dictione Æbiſoc erratum ſit, ignoro. primum certè eius elementum A locum non habere inter L. & Q omnes ſciunt. videntur tamen hæc nomina ſecundum Alphabeti ordinem diſtributa. Fortaſſè LEBISOC, pro LIBISOCA Ptolemæi melius. Non habeo tamen quod adfirmem.

AQVILA αἶτος, Scythiæ fluuius. Natal. Comes, in ſua Mythologia, lib. 4. cap. 6. ex Herodoto & Agræta. Scholiaſtes in 3. Apollonij huius quoque meminit, circa Caucaſum. AQVILA Maior, & AQVILA Minor, Mauritaniæ Tingitanæ loca duo, apud Antoninum. AQVILA ἄκυλα, Tuſciæ mediterranea vrbs, apud Ptolemæum. Leander Aqua pendente vocat. AQVENSES fortè Plinij, quos TAVRINOS cognominat. Vide ACVLA, ISTER, & NILVS.

AQVILAE Prædium, αἴτυ, in Phrygia videtur, apud Nicetam.

AQVILARIA, in Africa locus, XXII. M. paſſ. à Clupeis diſtans. habetq; non incommodam æſtate ſtationem: duobus eminentibus promontoriis continetur. Cæſar 2. Ciuil.

AQVILEIA ἀκυιλήια κολώνια, Fori Iulij vrbs primaria, Ptolemæo, Straboni, Plinio, Liuio, & aliis. Incolis nomen retinet. Germanis Aglar vocari puto. AQVILIAM quoque vocatam, teſtatur Euſtathius. ACYLEIA ἀκυλήια, eſt Stephano. Colonia dicitur in Veſpaſiani nummo. ROMATIANAM aliquãdo dictam lego, vide ROMATIANA.

AQVILEIVS SINVS, *vide* TERGESTINVS.

AQVILIANAE, *vide* NOVAE.

AQVILITANI *loci in Africa: meminit lapis inſcriptus.*

AQVILO, *villa non longè à Nicomedia. Damaſus & Platina in Felice 11. Vbi Conſtantinum Imp. baptizatum ſcribunt.*

AQVILONIA ἀκυιλώνια, *Liuio & Ptolemæo Hirpinorum ciuitas, in Italia.* Agnone *Caſtellum, Leandro.* Anglona, *Nigro. Hodie nulla eius veſtigia, ſcribit Volaterranus. Sed audi Celſum Cittadinum Roma ad me, Errat Leander credens Aquiloniam fuiſſe vbi nunc eſt Agnone: nã Agnone eſt in Frentanis prope Pelignos. Aquilonia autem Ptolemæo erat in Hirpinis media inter Beneuentum, Luceriam, & Auellinum. Errat etiam Niger, nam Anglone eſt vrbs epiſcopalis in finibus Lucaniæ & Brutiorum. quantum mea coniectura valet, putarem Aquiloniam fuiſſe vbi nunc* Laquedonia *Latinè, vulgò* Lacedogna *vrbs archiepiſcopalis in Hirpinis.* AQVILONI *ſunt apud Plinium. vide* NOVAE.

AQVILVS, *vide* ISTER.

AQVINATES, *vide* GALLIANI *Saltus.*

AQVINCVM ἀκύινκον, *Pannoniæ inferioris vrbs Ptolemæo, & Antonino, cui* LEGIO II. ADIVTRIX *eſt. Volunt* Budam *(quæ* Offen *dicitur) eſſe, dicit Simlerus.* ACINCVM *hoc etiam nominari apud Antoninum, & lib. Notitiarum, idem tradit. Acinci meminit quoque lib. Dignitatum. Ammianus Acinci quoque meminit. Lazius putat circa eam inſulam eſſe, quam Hungari* Cepol, *Germani* Raczenmarck *vocant. vide* SEPTA QVINCI.

AQVINVM ἀκύινον, *Ptolemæo, Latinorum, in Italia opidum. Romana colonia eſt: teſtibus Tacito, Plinio, & Frontino.* Aquino *Leandro.*

AQVIRIA, *locus Brabantiæ. In vita S. Lutgardis.*

AQVISGRANVM, *vide* NVAGERRA.

AQVISREGIENSIS *ciuitatis in Africa, meminit Victor Vticenſis, lib. 2. Perſecutionis Wandalicæ. Et* AQVISIRENSIS *idem quoque in Mauritania Cæſarienſi, ſed in Fragmento hactenus eius non excuſo: quod à viro nobili & docto Ludouico Hallero Hallerſteynio habui. Ab* AQVAE REGIAE *gentile.*

AQVITANIA ἀκυϊτανία, *pars Galliæ, Ptolemæo, & aliis. Hæc aliquando* AREMORICA *dicta fuit, teſte Plinio. Hodie* Guienne *vocatur, Marliano. Stephanus per* Y *ſcribit in ſecunda. Vide* ACVTIA, & AREMORICA.

AR, *vrbs circa fines Moab. Deut. 2.* ἀρωὴρ *legunt 70. interpretes. vide* AROER.

ARA, *vbi filij Iſrael tranſlati fuere, ab Aſſyriorum rege. 1. Paralip. 5.* RAGES *Tobiæ, putat eſſe D. Hieronymus.*

ARA *amoris,* βωμὸς ἔρωτος, *Æthiopiæ promontorium, ad Arabicum ſinum. Ptolemæus.* ARA *Decij, vide* DECII *Ara.* ARA FLAVIA *Colonia, eſt in Domitiani nummo. Goltzius.* ARA *Herculis, in inſula quadam, circa Fretum Gaditanum, vt refert Plinius 5. cap. 1. & Strabo 17.* ARA *Iouis Montani* βωμὸς τοῦ Διὸς τοῦ ὀρείου, *locus ad Iſthmum Cherſoneſi Thraciæ, inter Pteleum & Leuce acte. Demoſthenes in Haloneſo. Cherſoneſi terminus eſt, eidem.* ARA *Iouis Panomphæi, in Troade, inter Sigæum & Rhœteum promontoria. Ouidius 11. Metamorph.* ARA LAPIDEA *olim, inquit Lazius, Pannoniæ vrbs, quæ hodie* Pechlarn *in Auſtria dicitur. Retinet adhuc nomen fluuius præterfluens* Erlaph. ARLAPA *habet lib. Notit. Vide* AREDATE, & ARLAPE. ARA *Lugdunenſis, cuius Iuuenalis meminit: aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram. Ad confluentes Rhodani & Araris erat. vt vetus eiuſdem loci inſcriptio indicat. Strabo docet eam in templo D. Cæſari Aug. decreto, fuiſſe.* Ainay, *vel Athenatenſe hodie monaſterium ibi, vt Cœnalis & Paradinus docent. Vide* ATHANACVM. ARA TVTILA τουτίλα βωμὸς, *opidum Corſicæ inſulæ Ptolemæo.* Calonica *dicit Pinetus vulgo dici.* ARA *Vbiorum, Tacito, locus, Annalium 1. Apud Diuitenſe munimentum, è regione Coloniæ Agrippinæ fuiſſe, putat Iunius in ſua Batauia. Vide de ea Epiſtolam 3. Nouantiquarum Lectionum Modij: vbi eam circa Bonnam ad Rhenum ſtatuit. Conſule quoque Lipſij commentaria, ad Tacitum.*

A R

ARAE ἀραὶ, *Ioniæ tres inſulæ; apud Stephanum & Ælianum. Inter Symen & Gnidum eas deſcribit Athenæus. 6. Quare ſic vocentur, lege ibidem.* ARAE *in quibus eſt Æthiopum præſidium. circa Philam inſulam eſt, vt habet Ariſtides in oratione Aegyptiaca. Vide* ÆGATHES, & AEGIMVRVS.

ARAE *Alexandri, in ripa Hypaſis fluminis, termini eius itineris: vt tradunt Plinius, & Solinus.* COLVMNAS στήλη, *nominat Philoſtratus 2.* ARAE *Alexandri, in promontorio Carmaniæ, ad Perſicum fretum, Plinio. Ad radices Ammani montis quoque ſunt Ciceroni Familiar. 15. Epiſt. 4. In Sogdianis etiam Plinio. In Sarmatia Europæa ſunt Ptolemæo* ARAE *Alexandri. apud Roxolanos, Oroſio.* ARAE *Apollinis Didymæi, vltra Iaxartem fluuium. Plinius, & Martianus.* ARAE *Cæſaris in Sarmatia Europæa, Ptolemæus.*

ARAE *Cononis, vide* CONONIS.

ARAE *Cyri, in Sogdianis. Plinius.* ARAE *Flauiæ,* Blaubeuren *Lazio. vide* ALAE *Flauiæ.*

ARAE *Herculei, locus in Graiis Alpibus, Petronio, his verſib.*

*Eſt locus Herculeis aris ſacer, hanc niue dura*
*Claudit hiems. &c.* deinde:
*Hæc vbi calcauit Cæſar iuga milite læto,*
*Optauitq́; locum, ſummo de vertice montis*
*Heſperiæ campos latè proſpexit. Vide* HERCVLIS.

ARAE *Herculis, ſunt in Sogdianis: Plinio.*

ARAE *Murtiæ, in Veiente. hic in terram depacta non poſſunt extrahi, vt habet Plinius. Etruriæ opidum eſt; Catoni in Originibus.*

ARAE PHILAENORVM, *vide* PHILAENI VICVS, & ARAE *Philiſtenorum.*

ARAE *Semyramidis, in Sogdianis, Plinio teſte.*

ARAE SESTII, *vide* ARAE SEXTIANAE,

ARAE SEXTIANAE *Plinio,* TVRRIS AVGVSTI *Pomponio,* LVCVS AVGVSTI λοῦκος αὐγούστου, *Ptolemæo; ſunt ſynonyma eius vrbis in Hiſpania, (vt Villanouanus, Moralis, & Tarapha volunt) quæ hodie* Lugo *dicitur.* ARAS SESTIANAS *tres Auguſti nomine ſacratas in peninſula apud Aſtures, habet Plinius, & Pomponius.* ARAE SESTII σηστίου βωμοὶ, *promontorium ſic dictum, habet Ptolemæus, ad Oceanum Cantabricum, in Artabris. Latini codices* ARAE *Solis legũt. Moletius* Cabo de Mongia *interpretatur.*

ARAE *Solis, vide* ARAE *Sextianæ.*

ARAB, *Paleſtinæ locus, Ioſue 15.* EREB *70. Interp.* Heromith *dicebatur D. Hieronymi tempore.*

ARABA, *(planities interpretatur Num. 14.) Vrbs etiam, tribus millibus à Scythapoli, Occidentem verſus. Et alia, in finibus Diocæſareæ, quæ olim* SEPHORINE *dicebatur. ſic D. Hieronymus in Locis Hebraicis.*

ARABAEGYPTII, *iuxta Arabicum ſinum, in Africa, Ptolemæo.*

ARABAM, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, in Nili ripa, Plinio.*

ARABANITAE, *vide* RHAMNITAE.

ARABATH, *locus vnde vnus fortium Dauidis. 1. Paralip. 11.*

ARABATHANE *vide* ACRABATHENA.

ARABEIA, *pro Siciliæ opido habet P. Marſus ad hoc Silij 14. Sidonia Arabeia ferox, & celſus Ietas.*

ARABENI ἀραβηνοὶ, *populi ſunt in Plutarchi Lucullo. Arabiæ fortaſſe ſelecta gens.* ARABENE *meminit Theodoretus, in vita Symeonis.*

ARABES SCENITÆ, *à Diodoro* ABATI *vocantur. vide* SARACENI.

ARABIA ἀραβία, *Gentium nulli poſtferenda, amplitudine longiſſima; à monte Amano è regione Ciliciæ, Comageneſq́; deſcendit ad mare noſtrum, littuſq́; Aegyptiacum, inquit Plinius lib. 16. cap. 28. Idem Arabes ad Nilum fluuium pertingere à Syene ad Meroën, ex Iuba auctore ſcribit; & vltra Tigrim ad Characem vſque verſus Ortum extendit. Arabes Troglodytis conterminos facit Heliodorus 8. Hi eorum populi à Plinio quoque enumerantur:* AROEI, ASCITÆ, AVTEI, AZAREI, CATABANI, ELDAMARII, ESBONITÆ, CNEBADÆI, MARDANI, MASEI, OREI, RHETAVI, & SCENITÆ. *Strabo hos addit:* CHAVLOTÆOS χαυλοταῖοι, AGRÆOS ἀγραῖοι, & CHATRAMOTITAS χατραμωτῖται. *Arabiæ deſcriptionem lege apud Xenophontem 1. Cyriacor.* ARABES *Mauritaniam habitantes,* Alarabes *hodie nominantur.*

A R

ARABIA, *Pomponio, Ptolemæo & Arriano, qui ei* FELICIS *quoque cognomen addit: Arabiæ Felicis opidum, ad Sinum Arabicum. Hodie* Aden *Pet. Appiano eſt. ſed hæc* OCELIS *Iouio videtur: hallucinatur autem.*

ARABIA DESERTA ἔρημος, *Ptolemæo. quã* INFERIOREM *Seruius, &* ASPERAM *Arabiam vocat Ariſtides, in oratione Ægyptiaca.* CAVAM κοίλη, *Lucianus, in Apologia pro mercede cõductis.* SCÆNITÆ *ſunt Euſtathio. quos inter Euphratem & Cauam Syriam ſtatuit. Hebræis* CEDAR. Beriara, *Villanouano hodie.*

ARABIA FELIX εὐδαίμων, *Græcis. Solino ex Plinio* BEATA *dicitur.* EVDAEMON *Pomponio. De hac Arabia multa apud Agatarchidem ad finem libri 5.* PANCHAIAM *vocat Virgilius, vt Seruius annotat. Plinius ſcribit eius incolas* SABÆOS *olim nuncupatos.* Aiman *hodie dicitur, in tabulis recentioribus.* Mamottam *à Saracenis vocari, tradit Pinetus. vide* ARABIA.

ARABIA PETRÆA πετραία, *Ptolemæo,* PETRODES *Seruio, quæ Straboni & Plinio* NABATAEA. *In ſacris litteris eam incolunt* AMALECHITAE. *Aſiæ regio eſt, Palæſtinæ contermina. Hæc eadem* VETVS ARABIA, & TERTIA PALÆSTINA *vocatur Procopio & Stephano.* MONTANAM *Arabiam, hanc vocat Stephanus: in verbo* Ῥαββαταμμανα. SECVNDA ARABIA *à Tyrio, lib. 11. cap. 26. & idem eandẽ lib. 13. cap. 3. item 15. cap. 21. quoque* PETRACENSEM *cognominat, à Petra eius metropoli.* Barraab *Zeglero,* Bengaucal *Caſtaldo dicitur.* Rathalalhaga *apud Theuetum eſt. Arias Montanus ſcribit in ſuo Apparatu Biblico Hebræis* THROSIM *appellari. Arabiam Petræam apud Dioſcoridem, vertit Scrapio* GARBI. *Vide* SYRIA MAACHAE.

ARABIAM *in Ponto, habet Plautus in Trinummo. vbi abſinthium naſcitur. Abſinthium in Ponto naſci, teſtes ſunt mihi Plinius, Dioſcorides, Apuleius, Ouidius, & Apitius. Nemo autem hic Arabiæ meminit. Factum vltro ab auctore puto, vt Sycophantæ imperitiam proderet rei geographicæ. idq́; decore.*

ARABIAE *Dorſum, vide* ISTHMVS.

ARABIAE *Nomus, in Ægypto. Ptolemæus.*

ARABICAE *Paludes, vide* AD PALVDES.

ARABICVS *mons, vide* TROICI.

ARABICVS SINVS, mare Rubrum *Europæis,* mar di Mecha *ab accolis vocatur. Barrius ſcribit* Bohar corſun, *(i. mare clauſum) appellari.* Calçun *ab Arabibus vocari, Marmolius mihi teſtis. Theuetus autem (ſi & huic fides) dicit ab Arabibus* Zocoroph, *vel* Boharzocoroph, *& aliis* Zahara *nuncupari.* BRACHIA, βράχια, *etiam dici, Stephanus auctor eſt. Hebræi* MARE SVPH *nominant.*

ARABIANÆ *Villæ ſuburbanæ, meminit Symmachus. lib. 2. cap. 57. & lib. 6. cap. 6. Circa Romam fortè.*

ARABII, *vide* ARBIS.

ARABIONIS ἀραβιῶνος, *caſtellum, inter Perſiam & Meſopotamiam videtur, ex Epiphanio.*

ARABIS ἀραβὶς, *Aethiopiæ vicus, circa Nili plagam Orientalem. Ptolemæus. vide* ANTIOCHIA, & ARBIS.

ARABISCI, *vide* ARAVISCI.

ARABISSENSIS *Epiſcopus, in Armenia Minori; eſt in concilio Conſtantinopolitano 1.* ARABISSVM *quoque Antonino, & Calliſto. Huius meminit quoque Suidas, in voce Eudoxius.*

A R

ARABITAE, *vide* ARBIS.

ARABIVS, *vide* ARBIS.

ARABOTH, *vide* ARBOTH.

ARABRACIS *regionis, Armeniæ finitimæ, meminit Calliſtus, vnde Euſtrathium martyrem oriundum tradit.* ἀραβρακηνοὶ *ſunt huius incolæ, apud Porphyrogennetam.*

ARABRIGA ἀράβριγα, *Ptolemæo Luſitaniæ vrbs mediterranea.* Rabida *nunc, Ariæ montano. vel* Arrabida, *vt legit Varrerius.* ARABRICENSES *habet vetus inſcriptio. vide* IERABRICA.

ARABYZA ἀράβυζα, *Cauconidis vrbs. quæ &* PESINES πησινὴς *vocatur, auctor Stephanus.*

ARACAE, *vide* ARECA.

ARACÆI, *vide* ARCE.

ARACÆLVM, *vide* ARACILLVM.

ARACCA, ἄρακκα, *Ptolemæo:* ARECHA *Ammiano. Suſianæ vrbs.*

ARACH, *Armeniæ vrbs apud Curopalatem videtur. fortè* ARCHIS. ARACH *Geneſeos 10. principium regni Babylon.* ERECH *legit Pagninus,* ὀρέχ *habent 70. interp. Vide* CYRRHESTICA.

ARACHNÆVS, *vide* SAPYSELATVM.

ARACHOSIA ἀραχωσία, *Aſiæ regio, Ptolemæo.* ARACHOTIS *etiam dicitur.* Cahul *Caſtaldo,* Poholich *Theueto,* Cheſimur *Mercatori nuncupatur.* ARACHOSIAM *ad Ponticum mare pertingere, ſcribit Q. Curtius 7. Alia hæc, (ſi locus ſincerus) aut Ponticum pro Hyrcano habet: quod videtur apud eundem paulo inferius, eodem libro, vbi Taurum montem deſcribit. Vrbis quoque nomen* ARACHOSIA, *eiuſdem regionis, Iſidoro. item Suidæ, qui addit eandem* COPHEN *vocari, & non procul à Maſſagetis deſcribit. Pro Arachoſii apud Trogum 13. mendosè legitur* ARACOSSI: *quod animaduerti ex Diodori 18. vbi huius loco* ἀραχωσία *habet. Vide* DRANGIANA. & IARAH.

ARACHOTVS ἀραχωτὸς, *Arachoſiæ lacus eſt, apud Ptolemæum. fluuius eſt apud Stephanum. Marcellinus* ARACHOTOSCRENE *nominat. Item vrbis eiuſdem regionis nomen eſt apud Ptolemæum: Hanc Solinus* ARACHOSIAM, *& Plinius* ARACHOSIORVM *opidum vocat. Hæc vrbs* ARACHOSIA ἀραχωσία, *etiam à Stephano dicitur. additq́; eam à Semiramide conditam, & nominari* κώφην, COPHEN.

ARACHTHVS ἄραχθος, *Ptolemæo, Aetoliæ in Achaia vrbs. N. Gerbelius ſcribit eam ab aliis* ARACYNTHVS *appellari. Scio hoc loco à Strabone & Plinio Aracynthum montem poni. Epiri fluuius Ptolemæo, Liuio, & Plinio. Gerbelius putat eundem eſſe cum* ARETHONE *Liuij. Arachtum tamen Liuius quoque hoc tractu habet.* Spagmagmuriſi *hodie dici, Dom. Niger mihi auctor eſt. Vide* ARAETHVS.

ARACIA, *vide* ALEXANDRIA.

ARACIANA ἀρακίανα, *Parthiæ vrbs, Ptolemæo.*

ARACILLVM, *Hiſpaniæ opidum, Oroſio 6. cap. 21. (*RACILLVM *habebat membranum) ab Aug. Imp. captum & dirutum. Geminato. R.* ARRACILLVM *Florus legit,* ARACÆLVM *Antoninus.* Arracola *vallem in Cantabria putat Stephanus Garibaius libr. 4. cap. 2.* Arexil *ſcribit lib. 14. cap. 13. Nonnullis* Verri *putatur, inquit Petrus Antonius Beuterus.*

ARACLIA, *Palæſtinæ vrbs, Epiſcopi ſedes, ſub Tyro. Guil. Tyrius.*

ARACYNTHVS ἀράκυνθος, *Bœotiæ mons, Stephano, ex Rhiano. Sed Ætoliæ mauult legere Caſaubonus. Acarnaniæ, Plinio & Solino. Aetoliæ Euſtathio. Atticæ, Sex. Empirico, & Vibio Seq. Thebanus mons, Seruio. vide* ARACHTVS.

ARAD, *locus deſerti, in Palæſtina. Iudic. 1. Fons ſic vocatur, Iudic. 7.*

ARADA, *Iſraëlitarum manſio, in deſerto. Num. 33.*

ARADEN, vide ANOPOLIS.

ARADIS ἄραδις, Sardiniæ vrbs, à Mena expugnata. Dion. 40.

ARADITANI loci epiſcopalis, in Africa propria meminit Vict. Vticenſis. Fragmentum M. S. Ab Aradi forte Sardiniæ: quam ſub Africæ Diœceſi computat.

ARADRIPHE, ἀραδρίφη, Mediæ vrbs, apud Ptolemæum.

ARADVCA, Callaicorum opidum Ptolemæo. in Hiſpania Tarraconenſi. Arzua, Moletio. ſed Guimaraez, Floriano dicitur. In Latinis Ptolemæi codicibus hoc nomen habetur; in Græcis verò non item.

ARADVCTA ἀραδοῦκτα, Luſitanorum vrbs, Ptolemæo. Lamarante, Moletio.

ARADVS ἄραδος, Ptolemæo, Plinio, Arrhiano, & Stephano, Phœniciæ inſula, quæ NARDVS eſt apud Q. Curtium: ſed ARADVS bene reſtituit Modius. Tota quantum patet opidum, vt ſcribit Pomponius. Anteradenſem vocat Curchinus, quod ſit contra Antaradum opidum fortè. Inſula ARADVS, maris Rubri, Stephano. in ſinu Perſico, apud Euſtathium. Ibidem deſcribunt quoque Ptolemæus & Strabo. Circa Cretam quoque inſula, Stephano. Eſt & Phœniciæ vrbs, teſte Pomponio. Vide ANTIOCHIA, & PARIA.

ARAE, Vide ARA.

ARAENVS ἀραῖνος, nomen fluuij. Suidas. ARAINVS ἀραῖνος, Vicus eſt Laconicæ, vbi Laidis ſepulcrum. Pauſanias.

ARAENI LITTVS ἀραίνου ἀκτή, Thraciæ, antea DRACONTIS δράκοντις, dictum fuit. Plutarchus in Quæſtionibus Græcis. Ad Iſthmum Athi montis eſt.

ARÆSTÆ, vide ADRAISTÆ.

ARÆTHVS ἄραιθος, apud Lycophronem fluminis nomen eſt. In Epiro eſſe ſcribit, ex Callimacho, Iſacius, pro Arachtus fortè mendosè.

ARÆTHYRAEA, Vide PHLIVS.

ARAGA ἀράγα, Ptolemæo, DRAGA interpreti. Arabiæ Felicis vrbs.

ARAGARA ἀράγαρα, Indiæ extra Gangem vrbs, apud Ptolemæum. AGANAGORA legunt interpretes.

ARAGVS ἄραγος, Iberiæ fluuius Straboni, qui eum confluere cum Cyro amne tradit. Ptolemæus hunc non nominat: tantum appellatiuè ſub voce fluminis eum deſcribit. Huius nominis quoque in Hiſpania fluuius à diuo Eulogio citatur. hodie Arga vocatur; vt Ambroſius Moralis addit, qui dicit eum non longè à Baiona vrbe oriri, & in Egam flumen intrare. quod idem Eulogius CANTABRVM vocat. vide ARRHABON.

ARAINVS, vide ARAENVS.

ARAM, Vide ARMENIA MAIOR, MESOPOTAMIA, SYRIA, & PHADANA.

ARAMA ῥαμά, Palæſtinæ locus, Ioſue 19.

ARAMÆI, & ARAMI, vide SCYTHÆ, & SYRIA.

ARAMAGARA ἀραμαγάρα, Ptolemæo eſt vrbs Indiæ intra Gangem. BRAMAGARA, eſt interpretibus.

ARAMATHA ἀραμαθά, Ioſepho lib. 7. Ammonitarum metropolis. CHARANACAN habet interpres vetus: Videtur 2. Samuelis 10. RABBA à D. Hieronymo, & ῥαβάθ, à 70. interpretib. vocari.

ARAMATHAIM, vide RAMATHAIM.

ARAMAVA ἀραμαύα, Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo.

ARAMBIS ἄραμβις. Africæ opidum, ad Atlanticum oceanum conſtructum, ab Hannone. vt habetur in huius Periplo.

ARANA ἀράνη, Armeniæ minoris vrbs, Ptolemæo. quæ ARANIS Antonino. Drangianæ quoque eſt apud eundem Ptolemæum. Vide ARBANA.

ARANATIVM, vide HERENATIVM.

ARANDIS ἄρανδις, Luſitaniæ vrbs, Ptolemæo. Torre Vedra, Moletio dicitur. vide ARANNVM.

ARANE, circa Peloponneſum locus videtur: apud Statium 4. Thebaidos. An pro Arene?

ARANGAS, ἀράγγας, Ptolemæo mons Libyæ Interioris eſt.

ARANIS, vide ARANA.



ARANIVM, Æthiopiæ ſub Ægypto opidum. Plinius.

ARANNVM Hiſpaniæ opidum, Antonino: inter Eſurim & Pacem Iuliam. Pro ARANDIS Ptolemæi quidam habet.

ARANTIA, Vide PHLIVS, & ARANTINVS.

ARANTINVS Collis, in Peloponneſo: in quo Arantiæ vrbs: in Arantia regione. Pauſanias.

ARAPHEN ἀραφὴν, tribus Ægeidis pars. Demoſthenes, & Stephanus.

ARAPHIA ἀραφεια, Cariæ inſula, Steph. ex Parthenio.

ARAPOTES Plinio, MARIA, & MARÆOTIS, μαρίας, καὶ μαρειῶτις, Straboni. Stephanus μαρεία, & μαρεῶτις, habet. Lacus Ægypti eſt, qui Alexandriæ incumbit, à plaga Meridiana. Buheira Zieglero dicitur. Lago de Antacon ab opido, eius nominis ei adiacente, videtur appellari, in quadam Ægyptiacæ topographiæ tabula manuſcripta, quæ apud me eſt. Ego ex eadem tabula ſuſpicor hoc opidum Antacon, Strabonis SCHEDIA σχεδία, eſſe. Pro Arapotes, RHACOTES legendum, & non lacum, ſed locum, ſuadet Pintianus, in ſuis Caſtigationibus Plinianis, lib. 5. cap. 10. Vide ALEXANDRIA.

ARAPVS ἄραπος, Carmaniæ fluuius, apud Ptolemæum. CHATRAPPVM legunt eius loco interpretes.

ARAR ἄραρ, Ptolemæo Galliæ Narbonenſis fluuius. Plinio, & Virgilio ARARIS eſt. Ab Am. Marcellino SANGONA appellari, ſcribit Paradinus. SAVCONNA ego apud Marcellinum lego. Videtur SCORAS à Polybio appellari, σκόρας. Hodie Saone vocatur. Auctor de Fluminibus tradit antea BRIGVLVM βρίγουλος, nuncupatum. Fides ſit penes auctorem.

ARARACH ἀραράχ, Armeniæ videtur vrbs, apud Cedrenum.

ARARATH ἀραράθ, Phrygiæ Nigræ mons, vnde manat Marſyas fluuius. ſupra hunc montem arcam Noë poſt diluuium conſtitiſſe, ſcribitur in oraculis Sibyllinis, fol. 59. vide ARMENIA, & TAVRVS.

ARARAVCELES, vide ARAVRACIDES.

ARARENA ἀραρηνή, Nomadum regio Arabiæ Felicis, apud Strabonem 16.

ARARI, & ARODI loca, vnde fortiſſimus vir Dauidis, 2. Sam. 23. Sept. interpretes pro vtroque, ἀροδὶ legunt.

ARARVS, vide ALVTA.

ARAS, Mauritaniæ Cæſarienſis locus, apud Antoninum. Item Macedoniæ fluuius, in Ionium mare decurrens, Vibio: vbi ÆAS legendum puto. vide ARÆ, ÆGATHES, & SAXA.

ARASACI, vide ASPII.

ARASAMO ἀρασαμώ, Ioſepho; vnde Eleazar oriundus. vnus fortium Dauid. cuius memoria eſt 2. Samuel 23. SERPHA habebat Latinus vetus interpres Ioſephi.

ARASAXA ἀράσαξα, Murianæ præfecturæ, in Armeniæ Minori vrbs. Ptolemæus.

ARASENSES populos, habet Plinius, in Aſia Minori. An ab Aaraſſo Strabonis?

ARATHA ἀράθα, Margianæ vrbs, Ptolemæo. Syriæ, aut Euphratenſis, in lib. Notitiar. Alexandriæ Ægypti orientaliorem decem gradibus, ab æquatore autem verſus Septentrionem triginta ſex diſtare, ſcribit ex Albategnio Monteregius.

ARATIATICI populi, circa Caſpium mare videntur, apud Plinium. Corruptè, pro ANARIACI, vt vult Caſaubonus ad 11. Strabonis.

ARATRII ἀράτριοι, Indiæ intra Gangem gentes, circa Barygazam. Arrhiani Periplus.

ARAVCÆ, vide SACAVRACI.

ARAVENA, vide RHAVENA.

ARAVI, ſunt in Goltzij Theſauro, ex vetuſta inſcriptione.

ARAVISCI, Pannoniæ populi, Plinio. in margine ERAVISCI erant. ἀράβισκοι, ſunt Ptolemæi.

ARAVNIA, circa Galatiam opidum videtur; in S. Theodori Archimandritæ vita.

ARAVRA, vide CESSERO.

ARAVRACIDES ἀραυρακίδες, Pentapolis regionis in Africa, populi Ptolemæo. ARAVRACELES legunt interpretes.. ARAVRACELES Plinij ſunt.



ARAVRARIS, & ARAVRIVS, vide RHAVRARIS.

ARAVSA, Vide ARAVZONA.

ARAVSACVS, Armeniæ Minoris vrbs, apud Antoninum. Eſt ibidem quoque ASAVRACVS: an idem, aut alius locus, in dubium ponit Simlerus. ARAVRACE meminit lib. Notit. in Ponto, vicina regione.

ARAVSIO ἀραυσίων, Sidonio & Ptolemæo. Plinius SECVNDANORVM cognominat. COL. ARAVSIO SECVNDANORVM. COH. XXXIII. VOLVNT. legitur in antiquo lapide. Galliæ Narbonenſis vrbs, quæ hodie Orange dicitur, Poldo teſte, & aliis.

ARAVZONA ἀραυζῶνα, Illyrici opidum, Ptolemæo. Oſtrouiza Nigro. Suonigra Simlero. cui etiam ARAVSA Antonini eſt. ego aliter ſentio.

ARAXA ἄραξα, Lyciæ vrbs, apud Ptolemæum, & Stephanum. Vide ARAXIS.

ARAXÆ, & ARAXI, Illyridis populi ſunt, Stephano, ex Alexandro Cornelio. Colchidis ſunt Orpheo, in Argonauticis. Vide ARAXVS.

ARAXATES, vide IAXARTES.

ARAXENA, vide ARAXINA.

ARAXES ἀράξης, Armeniæ fluuius apud Melam, Virgiliū, Lucanum, Senecam, Ptolemeum, & Strabonem. Auctor Plutarchus de fluminibus, tradit eum prius BACTRVM βάκτρον, & HALMVM ἅλμον, dictum. DORINX alio nomine vocari ſcribit Erythræus. in ſuo Indice Virgiliano. Videtur nunc Arais dici. Achlar vocat Leonclauius. Theuetus ſcribit incolis Colachz vocari. Araxen fluuium Mediam ab Armenia diuidere, ſcribit Plutarchus in M. Antonio. Atropatenen ab Otene Armeniæ regione diſcernere, ſcribit Plinius 6. cap. 13. Circa Meſopotamiam & Arabiam fluuius eſt, Xenophonti 1. Cyri exped. ARAXEN alium habet Strabo 15. & Curtius 5. viginti ſtadiis à Perſepoli fluentem. vide BACTRVM, THERMODON, PENEVS, & CHOARAXES.

ARAXINA ἀραξίνη, Armeniæ Maioris regio, Straboni. Per ι quoque in penultima. ARAXANA Procopio eſt.

ARAXIS, ciuitas Lyciæ, vt teſtatur Chalcedonenſ. concil. cuius epiſcopū Leontium nominat. ARAXA Stephani puto.

ARAXVS ἄραξος, Peloponneſi eſt promontorium, apud Ptolemæum, Strabonem, Pauſaniam, & Polybium 4. Bordonius Chiarenza, Niger Torneſe indigitat. Eſt & fluuius circa Colchidem, Orphæo. vbi & ARAXÆ populi.

ARAZVS ἄραζος, vrbs iuxta Pontum. Stephanus.

ARBA ἄρβα, Achaiæ in Peloponneſo vrbs, Pauſaniæ, ſed rectius hoc loco AROA ἀρόα, legit Sylburgius. Scardonæ Illyridis inſulæ vrbs eſt, apud Ptolemæum. Plinio tota inſula ſic vocatur.

ARBACA ἀρβάκα, Ptolemæo & Marcellino Arachoſiæ opidum.

ARBACE ἀρβάκη, vrbs Celtiberiæ, apud Stephanū. ex Iobæ.

ARBACHOS, puto Auctori de Viris illuſtribus, quos ſcribit à Q. Cæcilio Metello domitos. Eoſdem quoque cum AREVACIS & ARREBACIS habeo.

ARBALI ἄρβαλοι, Sarmatica gens, Ptolemæo; circa Rha flumen, in Aſia. VALI ſubſtituere interpretes.

ARBALO locus, apud quem, interea quod à Druſo Imp. proſperrimè pugnatum fuit, apum examina in caſtris ſederent. Plinius. In Germania eſt, vt videtur ex Obſequēte, inter Lupiam & Viſurgim flumina fuiſſe, ex Dionis 54. intelligi poteſt.

ARBANA ἀρβάνα, Ptolemæo inſula ante Taprobanam. ARANA interpretibus.

ARBANIVM ἀρβάνιον, circa Pontum opidum, Steph.

ARBAS ἄρβας, mons vbi Hercules pernoctauit. circa Gades inſulam. Apollodorus 2.

ARBASES, vide NARBASES.

ARBATH ἀρβώθ, vnde vnus fortium Dauidis, 2. Sam. 23. ARBATTÆ loci, meminit 1. Machab. 5. circa Galilæam.



ARBAXANI, vel ARBAZANI, vide IPSICVRI.

ARBE, vide CARIATHARBE.

ARBEA, vide HEBRON.

ARBEIA, Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notit. Ierbey interpretatur Camdenus.

ARBEL, ciuitas Perſarum, in vita S. Acepſimæ, per Metaphraſten deſcripta. Arbela fortè.

ARBELA ἄρβελα, Perſica vrbs, Stephano, ex Philiſto. Aſſyriæ eſt apud Strabonem, & Ptolemæum. Per I. in medio, ἄρβιλα, ſcribit Plutarchus, in Alexandro. ARBELAM vicum habet Egeſippus 1. & Ioſephus belli Iudaici 1. cap. 12. Item Antiq. lib. 13. quam Galilææ ciuitatem vocat. quo loco, 1. Machab. 9. legitur MASALOTH, quæ eſt in Arbelis. Idem Ioſephus in vita ſua, habet ARBELORVM Speluncam, vicum in Galilea.

ARBELE ἀρβέλη, Siciliæ vrbs, Stephano, ex Philiſto.

ARBELITIS, vide SITTACENE.

ARBELON ἀρβηλῶν, Paleſtinæ villa, Ioſeph. Antiq. 14.

ARBERNA nomē loci, apud Varronē 4. de lingua Latina.

ARBI, vnde vnus fortium Dauidis. 2. Samuel. 23.

ARBII, vide ARBIS.

ARBINATE ἀρβινάτη, Pontica gens eſt Stephano.

ARBIOS ἄρβιος, Cretæ mons, Stephano.

ARBIS ἄρβις, Straboni & Plinio; ARTABIVM Marcellino, & ARABIVS ἀράβιος, Ptolemæo. Gedroſiæ in Aſia fluuius. Indorū ab Occidente (vt Plinius, & Nearchus apud Arrianum perhibent) terminus. Berbero hodie vocatur, Nigro. Euſtathius & Strabo quoque Arbim fluuium habent. & inde ARBIES ἀρβιεῖς, populi. Fluuius eſt ARABIS apud Stephanum. & accolæ ARABITÆ. Sed & idem ARBIM alium habet, cuius accolas ARBITAS vocat. ARABII ἀράβιοι, etiam Indica gens eſt, circa Indi fluminis oſtia. nomen ab Arabio fluuio trahens, Arriano auctore. Hi ſunt (vt vult in ſuis doctiſſ. ad Strabonem Commentariis Caſaubonus) Dionyſii ARIBAE: Plinij ARBII: & Strabonis ARIBES. Iidem ſunt, vt puto, ARRABII apud Appianum in Syriacis, vbi male Arabes legit Gelenius. Pro AMBRITIS Diodori 17. quoque habeo. ARBIS etiam Gedroſiæ vrbs eſt, Ptolemæo.

ARBITÆ, vide ARBIS.

ARBOCALA, Vide ALBOCELLA.

ARBOC, Vide HEBRON.

ARBON ἄρβων, Illyridis vrbs, ex 2. Polybij, Stephanus. Sed NARBON legit interpres vetus; & Xylander in ſuo Polybio Germanico: idq; mea ſententia melius. Erroris cauſſam lege in AGASSAE, & alibi. Sic enim in Græco Polybio τὸν ἄρβωνα.

ARBONÆ, vide MAMBRE, & ABNOBI

ARBONAIS ἀρβωναΐς, torrens inter Meſopotamiam & Ciliciam. Iudith. 2.

ARBOREAM, ſcribit Leander Alb. olim vocatam Sardiniæ vrbem, quam hodie Oriſtagni vocant.

ARBORETANA, vide ABRINCATVI

ARBOR FELIX, Ammiano, & Antonino, Heluetiæ opidum, ad Brigantium lacum ſitum. Arbon, Rhenano teſte. ARBOR ſimpliciter lib. Notit.

ARBORICHÆ, Galliæ Belgicæ populi, Procopio. Iacobus Meierus eos Zeelanders vocat. Becanus lib. 3. Francicorum, docet Brabantos præcipuos Arborichorum eſſe, quibus adiungit Eburones. Sed ABRODITI hoc loco apud Procopium legendum contendit Pet. Diuæus, quorum mentio eſt apud Witichindum, Annonium, Eginarthum, & eius ſæculi ſcriptores. Sigebertus etiam hos à Carolo Magno perdomitos ſcribit. Sed ABOTRITI lego quoque apud Eginarthum. Vide ABOTRITI.

ARBOROSA, Ammiano lib. 16. Vrbs Galliæ. Arbois eſt, in Comitatu Burgundiæ. Hoc me docuit Vict. Giſelinus.

ARBVA ἀρβοῦα, Perſidis vrbs, Ptolemæo.

ARBVCALA, vide ALBOCELLA.

ARBVTI Montes ἄρβυτα, Gedroſiæ, Ptolemæi; à Marcellino BARBITANI vocantur.

ARCA ἄρκη, Phœniciæ vrbs mediterranea; Ptolemæo & Antonino. Apud Ioſephum belli Iudaici 7. ARCÆA ἀρκαία, eſt vrbs Iudææ, regni Agrippæ. ARCA, Tertiæ Armeniæ vrbs eſt in Authenticis. vide ARCAS, ACTIPVS, & ARCENA

ARCADES ἀρκάδες, Cretæ vrbs: Polybio 4. & Stephano. ARCADIA Plinio eſt, & Senecæ 3. Natural. ARCADES, etiam Veteris Latij gens; Plinio. In ripa Tiberis, Senecæ.

ARCADIA ἀρκαδία, quam DRIMODIS primò vocatam, mox PELASGIN, tradit Plinius. Euſtathio & Stephano auctoribus, quoque AZENIS, AZANIA, GIGANTIS, LYCAONIA, PELASGIA, & PARRAHASIA, πελασγὶη, ἀζανία, γύγαντις, παῤῥάσια. Item PANIA πανία, Regio Peloponneſi eſt. Nomen Arcadię nondum amiſiſſe puto. Incolas AZANES, & BALANIPHAGOS dictos, ex Herodoto monuit Camerarius, in ſuis Homericis Commentariis. Stephanus Arcades PROSELENOS προσελήνους, appellat. Sic quoque Cicero, Apollonius, & Seruius. Dionyſius APIDANEOS ἀπιδανῆες, & in tres diuidit. in PARRHASIOS, AZANAS, & TRAPEZVNTIOS, τραπεζουντίους. CORTINIOS quoque vocatos Arcades, tradit Heſychius. ARCADIA, etiam maritima ciuitas eſt Stephano. Zacynthi inſulæ, vt habet Diodorus 15. Vide HEPTAPOLIS, & ARCADES.

ARCADIACVS, vide PAMISSVS.

ARCADICVS, vide PYLVS.

ARCADIOPOLIS, Thraciæ vrbs, Curopalati, & Cedreno. item Hiſtoriæ Miſcellæ, quæ Archadiopolis, cum afflatu malè legit. Xylander tamē (neſcio quo iure) hoc loco apud Cedrenum, Adrianopolim interpretatur. vide BERGVLA, & BIOZIMETAS.

ARCADIS, vide ARCHABIS.

ARCÆA, vide ARCA.

ARCANVM, Ciceronis villa, Blondo. cui opidum Caſinati propinquum, quod Arce nunc dicitur. Cicero eius meminit in Epiſtolis ad Atticum. lib. 7. & 10. ſed fratris ſui dicit. Non procul à Minturnis fuiſſe videtur.

ARCAGANTES, gens vicina Sarmatibus, quos expuliſſe paternis auitiſque ſedibus dominos ſuos, ſcribit Vignierius. i. Bibliotheca hiſtorialis ex Ammiani 17. & 19. In Euſebij
» Chronico circa an. 338. lego hæc verba, Sarmatæ litigātes
» [dimicantes legit pergamenus codex] dominos ſuos qui nūc
» ARCARAGANTES vocantur facta manu in Ro-
» manum ſolum expulerunt. LIMIGANTES Sarmatas habet Ammian. locis ſupra citatis.

ARCAS, Armeniæ Minoris vrbs, Antonino. Eadem fortè cum ARCA.

ARCATI REGIA SORA ἀρκάτου βασίλειον σῶρα, Indiæ intra Gangem regia, Ptolemæo. Biſnagar, Caſtaldo.

ARCE ἄρκη, vrbs in Libano monte, Ioſepho 1. Antiq. 7. ARACEI huius incolæ. vide PETRA, & ACTIPVS.

ARCENA, Imp. Alexandri patria vrbs: auctore Lampridio. Syriæ eſſe, ex eiuſdem Alexandri vita apparet; & apud Aurel. Victorem Schotti, vbi ARCHA legitur. Daciæ facit Lazius, & dicit agro proximo adhuc manere nomen Aradienſis comitatus. Sed hoc de hac Lampridij Arcena minimè verum.

ARCENNVM, Tuſciæ vrbs eſt, M. Catoni. Ann. Viterbienſis dicit quoque BARCENNVM, & BRYGIANVM vocatum. Hodie, cum Leandro, ait Bracciano nominari.

ARCENSIVM Coloniæ meminit vetus lapis, nuper repertus, inquit Moralis. & putat eo vocabulo denotari Arcos, non longè ab Hiſpali, in Bætica.

ARCESI CERATA, vide EPIPHANIA.

ARCESINE ἀρκεσίνη, Ptolemæo & Stephano, Amorgi inſulæ opidum.

ARCESINES ἀρκεσίνης, Indiæ fluuius, in Indum decurrens. ſerpentes fert longitudine cubitorum ſeptuaginta. vt fertur apud Philoſtratum 2. Apollonij. Sine R. ACESINES ἀκεσίνης, apud Plinium eſt, item Strabonem, Melam, Diodorum & Arrhianum de Indicis. Ficum Indicam circa hunc fluuium, deſcribit Theophraſtus. SANDAROPHAGOS σανδαροφάγος, Alexandro vocatur, vt tradit Heſychius. Apud Curtium autem ACESINES fluuius eſt qui in Gangem ſe exonerat.



ARCESIVM ἀρκήσιον antrum in Ida, Cretæ monte. Etymologicon.

ARCEVTHVS ἀρκευθος, fluuius circa Antiochiam Syriæ. Strabo 16.

ARCHA fluuium, prope Winterſhouum, habet Surius, in vita S. Landoaldi. In Leodienſi diocœſi eſt, haud procul à Tungris. Herck hodie. vide ARCENA.

ARCHABIS ἄρχαβις, fluuius in Euxinum erumpens, deſcribitur ab Arriano: ARCADIS ἀρκάδις, Ptolemæi videtur, Cappadociæ.

ARCHAD, vide ACAD.

ARCHADIA, vide ÆGYPTVS, & LYDIA.

ARCHADIOPOLIS, Aſiæ epiſcopatus: vt habet ſynodus Conſtantinopolitana V. vide ARCADIOPOLIS.

ARCHADIVS, vide ACHERON.

ARCHÆA ἀρχαια, Æolidis in Aſia vrbs, Pauſaniæ. Fortè ARCHEOPOLIS Plinij, in Ionia. Strabo Galabrorum, in Dardania vrbem, ſic nominat. Circa Phaſidem quoque locum Archæopolim dictum habet Agathias, ad finem lib. 2. Ἀρχαιόπολις, in Authenticis quoque.

ARCHÆATIDIS ἀρχαιάτιδις, regio; circa Peloponneſum videtur, apud Polybium 4.

ARCHÆOPOLIS, vide ARCHÆA.

ARCHAMA ἄρχαμα, Ciliciæ præfecturæ in Cappadociæ vrbs, apud Ptolemæum. ARCHALLA pro eo interpretes habent.

ARCHANDROPOLIS ἀρχανδρόπολις, Ægypti vrbs: Herodoto in Euterpe, & ex eo, Stephano.

ARCHELAIS ἀρχελαΐς, apud Ptolemæum Iudææ vrbs eſt. Eſt quoque vici nomen, in Palæſtina, ab Archelao ædificatus, Ioſepho Antiq. 17. Conuallem nominat palmis fertilem, Plinius 13. cap 4. In Cappadocia quoque opidum, ad Halym fluuium: quam coloniam duxit Claudius Cæſ. Plinio & Solino teſtibus. Ptolemeo quoq; in Cappadocia eſt, ſed (ni fallant tabulæ) longè ab Haly fluuio.

ARCHELES, vide ORCHALIS.

ARCHELOVS, vide ACHELOVS.

ARCHEMORVS, fluuius, qui antea LANGIA dicebatur, Statio auctore. LARGIA habet Vibius, malè. Vide NEMEA,

ARCHIATAROTH, Palæſtinæ locus. Ioſue 16. Conſule de hoc loco Commentaria A. Maſii. Aliqui enim diuiſim legunt, ARCHI, & ATAROTH.

ARCHIBIVM, Vide EVBOEA.

ARCHIDEMIA, agri Syracuſani fons, Plinio.

ARCHIDIVM ἀρχίδιον, Cretæ vrbs. Pauſaniæ in Arcadicis.

ARCHI, Vide ARECHI.

ARCHIEO ex pago Atticæ, fuit Xenophō: auctore Laertio.

ARCHILE ἀρχίλη Pentapolis regionis, in Africa opidum. Ptolemæus.

ARCHILLAS, Vide ACHILLAS.

ARCHIM, vide PETRA.

ARCHIMEA vrbs, quæ deſerta à ciuibus venienti Maximino patuit, vt ſcribit Capitolinus, in eius vita. In Hiſtria fortaſſe ſita eſt.

ARCHINARA ἀρχινάρα, Indiæ extra Gangem vrbs, Ptol.

ARCHION, locus iuxta Byzantium; qui Agios Phocas nunc. Pet. Gyllius.

ARCHIPPE, Marſorum opidum, à Fucino lacu hauſtum, ſcribit Solinus; & Gellianus, apud Plinium. Sed ALCHIPPE per L. habent tres mei codices. etiam ARCIPE exemplar calamo exaratum. Marſiglia eſt in tabula geographica Regni Neapolitani, Ligorij.

ARCHIS ciuitatis Primæ Armeniæ, meminit Conſtantinopolitana ſynodus VI. Inter Antaradum & Tripolim Syriæ, alia Archis ad Libani radices, eſt apud Guil. Tyrium. Vide ARACH.





ARCHIVM, vide APSASIVM.

ARCHONENSIS Galliæ vici, circa Aruernum, meminit Greg. Turonenſ. in vita S. Portiani abbatis.

ARCHONIDIA, vide ALESA.

ARCHOVS, Aſſyriæ fluuius eſt, apud Plinium.

ARCI, opidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, quod hodie Hariſa dicitur. Ex antiqua inſcriptione eiuſdem loci. hoc me docuit Cluſius. Deceptum Cluſium putat And. Schottus Cyriaci Anconitani fictis lapidum titulis. eiuſmodi enim hic nihil exſtare dicit.

ARCILACHITÆ, Tauricæ Cherſoneſi populi. Plinius. ARCISSALITÆ in alio codice lego.

ARCILACIS ἀρκίλακις, nomen duorum in Hiſpaniæ opidorum, Ptolemæo. alterum in Bætica, quod Moletius Alcala horra vocat. Alterum Baſtetanorum, in Tarraconenſi regione. Archiſana idem Moletius appellat.

ARCINA ἄρκινα, Daciæ vrbs Ptolemæo.

ARCINATINA Poſſeſſio, eſt apud Caſſiod. 4. Variar. ad actores Probini.

ARCIROESSA ἀρκιρόεσσα, vrbs in Ponto, Heracleæ tributaria. Stephanus; ex Domitio Calliſtrato.

ARCISSALITÆ, vide ARCILACHITAE.

ARCITANE, vide ORBETANE.

ARCITANVM, Syriæ caſtrum, Guill. Tyrio.

ARCOBADARA, Daciæ vrbs, in Ptolemæis Latinis.

ARCOBRIGA ἀρκόβριγα, Ptolemæo ſunt duæ huius nominis vrbes. primam in Luſitania ſtatuit. Huius nomen neque veſtigium hodie exſtare dicit Varrerius: quamuis Alcaſor nominet Moletius. alteram in Tarraconenſi, Celtiberorum regione. hæc Varrerio, & Cluſio Arcoz eſt. ALCOBRICENSES hos vocat Plinius. Hanc nouit quoque Antoninus.

ARCON, Italiæ ciuitatem, à Giſulpho captam, habet Diaconus Longobardicor. 6. cap. 27.

ARCONESVS ἀρκόννησος, Æolidis inſula, inter Lebedum & Teum, quæ & ASPIS, Straboni. Geminato NN. ſcribit Stephanus. Plinius aliam huius nominis deſertam inſulam habet in mari Ægæo, circa Cherſoneſum Thraciæ.

ARCONNESVS, ARCTON, & ARCTONNESVS, vide ARCONESVS, CYZICVS, & ASPIS.

ARCTANES ἀρκτάνες, Epirotica gens. Stephano: ex quarto Theſſalonicor. Rhiani.

ARCTICENA ἀρκτικηνή, Parthiæ regio, apud Ptolemæū. PARATANTICENE interpretibus. An Artacena Strabonis?

ARCTVM ἄρκτον, mons eſt circa Æſepum fluuium, Troadis. Apollonius 1. Circa Thraciæ Cherſoneſum eſſe videtur, ex commentariis in eundem Apollonium, quos citat Natalis 2. Mythologiæ. Vide CYZICVS.

ARCTVRVS, vide PHASIS.

ARCVLA. vide DAMALIS.

ARCVS Vallis, vbi balſamum naſcitur. Trogus 36. Alia exemplaria Hiericho legunt, pro Arcus.

ARCYES ἄρκυες, populi circa Colchidem, ad Pontum Euxinum. Orpheus in Argonauticis.

» ARDA, Euſebius in chronico: Curtius Thalaſſus in inſula
» Arda cum quatuor cohortibus viuus combuſtus eſt, quod
» tributa grauius exegerat. Sub Auguſto, vt puto. Sed ARADO legit M. S. codex ex pergameno, quam ſcripturam imitantur quoque Lichtenauius & Marianus. Glandorpius in Onomaſtico, pro Inſula Arda, territorio Ardeæ legit: aut auctorem huius non adducit. Salaſſus fortè pro Thalaſſus legendum, ex Ciceronis Epiſt. 18. Lib. 6. ad Leptam.

ARDABA ἄρδαβα, vicus vnde ortus Montanus hæreticus. Calliſtus & Euſebius. In Myſia Phrygiæ.

ARDABIGARA, in Aſſyriis opidum, Procopio 2. Perſicorum. ADARBIGANOS legit paulò infra pro iiſdem fortè.

» ARDÆA ciuitas, in octauodecimo milliario ab vrbe poſita. Eutropius. Rutulorum vrbem facit Oroſius & Liuius qui eam inter Colonias Romanas numerat. Meminit huius quoque Plutarchus in Camillo. ἀρδέα legit Strabo, Ptolemæus, & Stephanus. qui eam quoq; TROIAM dictam ſcribit. Dauni vrbem appellat Virg. 10. Æneid. Ardeæ nomen retinere ſcribit quidam. ARDEATINVM Prædium Pomponij Attici, eſt Æmilio Probo in huius vita.



ARDALA ἄρδαλα, vrbs Armeniæ videtur, apud Cedrenum & Curopalatem.

ARDALIO, vide RVBRICATVS.

ARDALVS ἄρδαλος, locus aut vir, à quo Ardalides Muſæ. quæ coluntur in Troezene. Stephanus. Sed viri nomen videtur, ex Plutarchi conuiuio, & Pauſaniæ Corinthiacis.

ARDANAXES, & ARDANIA, vide ARDANIS.

ARDANIS ἀρδανὶς, Marmaricæ prom. Ptolemæo. ARDANAXES Straboni 17. eſt. Et ARDANIA I.

ARDANVS ager, in quo ſatum frumentum non naſcitur. Plinius. HARPANVS editio Veneta. & M. S. codex ARPANVS legebat. ſic duo quoque excuſa exemplaria. ΑΡΠΑΝΩΝ Arpanorum numiſmata exhibet in ſua Magna Græcia, Goltzius. Gentile eſt ab Arpi.

ARDATH Campus. huius meminit lib. 4. Eſdræ.

ARDAXANVS ἀρδάξανος, fluuius Illyriæ, circiter Lyſſum vrbem, Polyb. 5. & 8.

ARDEA ἀρδέα, Perſiæ vrbs, Ptolemæo & Ammiano, Vide ARDÆA, & ARDIA.

ARDEALIO flumen, quod fluit inter Teneſten & Amedaram. In Africa Propriæ. Hiſtoria Miſcella lib. 13. vide RVBRICATVS.

ARDERICA ἀρδερικὰ, Aſſyriæ pagus, quem Euphrates ter influit. inter Babylonem & mare ſitus. Herod. Clio.

ARDERNA, Silua Angliæ. in S. Oſithæ virginis vita.

ARDESCVS, vide ALDESCVS.

ARDIA ἀρδία, Illyridis vrbs, Stephano ex Strabone. qui ἄρδεια legit.

ARDIÆI, vicini Autariatibus ſunt: Ariſtoteli in Admirandis: gentile ab Ardia. ſed Vide VARALII.

ARDINACHIA, Hiberniæ ciuitas, in qua alitus S. Malachias, teſte Surio. ex Bernardo Claraualleñſi.

ARDISTAMA ἀρδίσταμα, Galatiæ opidum. Ptolemæus.

ARDIVS, vt Xylander legit apud Strabonem. Græca ἄρδιον, habent. mons eſt qui Dalmatiam mediam ſecat. Hic, vt Beat. Rhenanus (in Pacati Panegyrico Theodoſio Aug. dicto) ſcribit, ſub IVLIARVM Alpium nomine à Sex. Rufo deſcribitur.

ARDOLA, opidi in Italia nomen videtur, apud Varronem, 4. & ARDOLIS gentile, apud Priſcianum 2.

ARDONA, & ASPANVS, ciuitates Calabriæ, ſiue Apuliæ: lib. de limitibus. ARDONEA Liuio 24. vide ERDONEA.

ARDONE ἀρδόνη, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs.

ARDONEÆ, vide ERDONIA.

ARDOTIVM ἀρδότιον, Illyrici opidum, Ptolemæo. Magonicha, Mario Nigro vocatur.

ARDVBA, ἄρδουβα, Dalmatiæ opidum, à Tib. expugnatum. apud Dionem 56.

ARDVENNA, Tacito & Cæſari maximus Galliæ ſaltus. ἀρδουέννα, Straboni. nomen à circumhabitantibus retinere obſeruaui; Ardenne enim hactenus vocant accolæ. Beat. Rhenanus appellat Luitticher Walde. quaſi dicat Leodienſium nemus. à vicinia nempe. Achterwaldt à Franc. Irenico nominatur. Putauerim Latinos, & ab iis Græcos, Arduennæ vocem ab incolis eius recepiſſe, qui Hardeuenne (quod ſi interpreteris, dura paluſtria ſonat) eam vocabant. Venne enim loca ſtagnantia nobis ſignificat: Herd autem, durum ſiue aridum, vt ſunt loca altiora è paluſtribus eminentia. Alia ſanè voce non poſſet huius ſaltus ſolique vtraque facies æquè propriè vno verbo deſcribi. Scio aliud etymon à noſtro Goropio adduci, in ſuis Aduaticis. De vtroque ferant iudicium lectores. ARDVENNA legitur in antiquo lapide. Claudianus GALLICAM Siluam nominat. Phœniciæ opidum ſic vocatur, apud Suidam. vnde Pollucem oriundum quidam tradunt.

ARDYENSES ἀρδυες, circa Rhodanum gens, Polyb. 3. DRVENSES legebat eius interpres Perottus.

ARDYNIVM ἀρδύνιον, vrbs in Thebes campo. Stephanus ex Xantho. de hoc campo, vide in THEBAE.

ARE ἄρη, regia Arabiæ Felicis, Ptolemæo. Et inſula in ſinu Arabico, eidem.

ARBA, Galatiæ locus videtur apud Metaphraſtem in vita S. Theodori Archimandritæ.

AREACIDÆ ἀρεακιδαι, Numidica gens, Polybio.

AREATÆ, vide ARRAEI.

AREBRIGIVM, Antonino opidum ſupra Auguſtam Salaſſorum. quidam ERIBVRICVM vocant. & veteri Celtica lingua, Eerenburg dictum putant. Hodie fortè Tuile. vt Simlerus in Alpium Commẽtariis. Bourg de la Duila autem nominat idem, in ipſo Antonini itinerario à ſe edito.

AREBRIGNVS pagus ab Eumenio, in Panegyrico nominatur. Æduorum videtur circa Ararim fluuium.

AREBVRIVM vicus, Arensberg: inter Treuiros & Col. Agrippinã. Sic Simlerus, ex Antoniniano itinerario Schudi.

ARECA ἀρήκα, Syriæ vrbs, in Comagena. Ptolemæus. ARACÆ legunt interpretes.

ARECAIRORVM, CONDEATIVM, & VIEMENS. memoria eſt in antiquo lapide, Lugduni, in Galliis. Lazius. R. P. R. Romanæ. lib. 6. cap. 5. Paradinus autem in Lugdunenſi hiſtoria ARECARORVM, & PONDERATIVM. item VIENNENS.

ARECHA, vide ARACA.

ARECHON ἠρεκον, Paleſtinæ locus. Joſue 19.

ARECINATINAE Caſæ, meminit Caſſiodorus 2. Varior: ad Prouinum. ARCINATICIA habebat vetus codex.

ARÆCOMICI Plinio; ARICOMII ἀεικόμιοι, Ptolemæo: ARICOMISCII ἀεικομισκιοι, Straboni. hic eos eoſdem eſſe cum VOLCIS ſcribit. & VOLCI ARECOMICI legendum, annotauit Caſaubonus. Galliæ Narbonenſis populi ſunt. Niſmes hodie, aut Nemauſienſium territoriũ potius, vt Ioannes Poldus tradit. Ipſa vrbs NEMAVSVS νέμαυσος, Ptolemæo dicitur. COL. AVG. NEMAVSVS, legit Goltzius, ex veteri inſcriptione.

ARECOS, vide INARIACVM.

ARECTAEI vide CARYSTVS.

AREDATE ἀρεδάτη, Ptolæmeo eſt, Auſtriæ opidum ad Danubium, quod nunc Lintz vocant. teſte Pyramio, in ſua Germaniæ tabula. Lazius Ardacher putat, monaſterium. quod idem ARAM LAPIDEAM appellat. Sed vide ARA LAPIDEA.

AREESA, vide ARSENA.

AREFA, Phæniciæ vrbs. lib. Notit. ARFA fortè Iſidori. & ARPHAS Ioſephi.

AREGIA, Hiſpaniæ vrbs, Iſidoro: quam alij BAREGLAM vocant. Moralis fatetur ſe neſcire quo loco ſita fuerit. Sed idem alio in loco dicit eam quoque AMAYAM vocatam, atque hoc nomen ad hunc diem vſque retinere. Interq; Burgos & Legionem ſtatuit: circa locum haud procul à monaſterio Sagabuno.

AREI populi, in Africa, Liuio 33.

AREIA ἀρεια; Thebarum fons. Etiam locus cuius incolæ ARII ἄρειοι, vocantur, vt perhibet Stephanus.

AREIAS PORON ἀρειας πορον, Vide MARTIS Tranſitus.

ARELAS Oroſio, ſiue ARELATVM Colonia ἀρελᾶτον, Ptolemæo ARELATE Sextanorum Plinio, & Caſſiodoro. Galliæ Narbonenſis nobilis vrbs. Multarum ciuitatum decus, vocat Marcellinus. Hodie Arles Ioanni Poldo. GALLVLAM ROMAM nominat Auſonius. CONSTANTINAM appellari, ſanxit Fl. Conſtantinus Imp. vt docet in Auſonium ſuum, Scaliger. qui antiquam inſcriptionem etiam profert, in qua ARELATE MAMILIARIA vocatur. Antiqua inſcriptio eſt in Goltzij Theſauro, quæ habet COL IVLIA PIA ARELATE. THELINEN vocatam priore ſæculo, à Græcis eam incolentibus, ait Sex. Auenus, in Ora Maritima. ARAM LATAM olim dictam, à duabus columnis, quibus ara impoſita erat, ſcribit ex Geruaſio Guaguinus; ſed magis ridiculè, quàm verè, vt ego autumo.

AREMBVS ἀρεμβος, Indiæ intra Gangem opidum, Ptolemæo.

AREMORICA: AQVITANICAM Galliam ſic olim vocatam ſcribit Plinius 4. cap. 17. Inde fortaſſè hodie etiamnum quidam tractus in ea Armignac dicitur. vt colligit Robert. Conſtantinus. Dalechampius autem hoc loco ad oram ex vetuſto codice legit ARECOMICA, quod magis placet. Aremorica enim longè verſus Septemtrionem hinc abeſt.

ARENACVM, Tacito Germaniæ vrbs, eaq; in Geldriæ ducatu. hodie Arnhem dicta, vt Diuæus, & Rhenanus tradunt. vide HERENATIVM.

ARENÆ ἀρῆναι, Stephano Triphyliæ opidum. Caſtrum quoque in Palæſtina alicubi: Guil. Tyrio 4. cap. 7. vide ARENE.

ARENARIVM, locus ſexto ab Vrbe lapide, inter viam Aureliam & Triumphalem. Baronio ex Actis martyrum. circa annum Chriſti. 192.

ARENATES, Hiſpaniæ populi, in lapide antiquo; qui exſtat Caparræ, Moralis lib. 8. Chronici Hiſpaniæ.

ARENDÆ ἀρένδαι, Lyciæ vrbs, Ptolemæo.

ARENE ἀρήνη, Straboni Meſſeniorum opidum, in Peloponneſo. prope Minyium fluuium. ARENAE legit Stephanus. Meminit eius Plinius, & Pauſanias. qui addit hoc OEBALIAM nuncupatum poſtea. Scholiſtes Apollonij Rhodij dicit ex Piſandro, HIERANAM quoque dictam. SAMICVM, σαμικὸν, heroum temporibus, aut aliquanto ante, Arenen vocatam fuiſſe, Pauſaniæ perſuaſum eſt. Eſt hoc tractu etiam ERENA ἐρήνη, vrbs Straboni, quam falſo quidam quoq; Arenam appellauere.

ARENE Stephano, altera Meſſeniæ; altera Triphyliæ eſt. Fons Elidis etiam ſic dicitur, non procul ab vrbe Lepreatarum, Pauſaniæ. vide ARNE.

ARENENSIS Plebis, in Africa: meminit Collatio Carthaginienſis.

ARENIVM, Italiæ locus, inter Hiſtionium & Forum Cornelij. Antoninus.

ARENOSVM LITTVS ἀμμῶδες, Ptolemæo Corſicæ inſulæ vrbs maritima. Laiere, interpretatus eſt Pinetus.

ARENTIAM Ciuitatem Apuliæ, habet Paul. Diaconus M.S. Longobard. 5. ACHERONTIAM legit alius codex. ARENTINI ἀρεντῖνοι, Latij populi ſunt Polybio 3. Fuluius LAVRENTINI legit.

AREON, vide GOGANA.

AREOPOLIS ἀρεόπολις, Palæſtinæ vrbs eſt D. Hieronymo: quam Hebræis MOAB vocari dicit. RHABATHMONA ῥαβάθμωνα, etiam vocari ſcribit Stephanus. ſed hic eam in Tertia Palæſtina, hoc eſt Arabia Petrea, ponit. RHABMATHMOMA ῥαβμαθμῶμα, habet Ptolemæus, in Arabia Petræa quoque. vide AROER.

AREOS NESOS, vide ARIA.

AREOS PAGOS ἄρειος πάγος, promontorium Athenienſium. & vicus ibidem, Pauſaniæ. Eſt & Thraciæ ſilueſtris campus, apud Stephanum. AREOSPAGOS, CRONOSPAGOS, PANOSPAGOS, POSSEDONOSPAGOS, & HERMISPAGOS. item TRITONII Mons, regiones ſunt vrbis Athenienſis, ſi creditur Hilduino in vita D. Dionyſii Areopagitæ. De Areopago vide, ſi lubet. Iſidorum Peluſiotam 2. Epiſtola 91. & 92.

ARES, vide OCINARVS.

ARETAN ἀρεταν, Calabriæ fluuius eſt, vt ex Etymologico ſcribit Gab. Barrius in ſua Calabria; qui eum nouo nomine Lipuda vocat. In agro Crotonienſium.

ARETALESIORVM vrbem, ἀρεταλησίων πολιν, habet Euſebij hiſt. eccleſiaſtica lib. 10. ARELATE putatur à quodam.

ARETE de quo Pomp. Sabinus ad Virg. Bucolica, hæc: Herodotus ait, in Sinu Magneſio locus, in quo relictus Hercules, ab Iaſone cum Hyla dimiſſus aquatum. locus autem dicitur ρετη. i. dimiſſio.





ARETES, populi videntur, hoc verſu ab Iſidoro citato, lib. 9. Ibis Aretes procul vſque Dacos.

ARETH, χαρὴθ, ſaltus nomen, 1. Samuel. 22.

ARETHON, vide ARACHTVS.

ARETHVSA, ἀρέθουσα, Ptolemæo, Plinio, & Ammiano, Amphaxitidis regionis, in Macedonia opidum, ad Sinum Strymonicum. Tadino hodie, niſi fallat Pinetus. Eadem fortè eſt cum ea quam Stephanus Thraciæ adſcribit. Alia ARETHVSA eſt vrbs in Syria, Caſſiotidis regionis, circa Apamiam: auctoribus Strabone, Appiano, Plinio, Zoſimo, Stephano, Antonino, & Plutarcho in Antonio. Secundæ Syriæ eſt in Conciliorum opere. Eſt & Arabiæ Felicis opidum, Plinio. Iudææ quoque, apud Egeſippum lib. 1. ARETHVSA, Ithacæ inſulæ fons eſt, qui etiam CYPARA κύπαρα, dicitur, Stephano. Eſt quoque celebris Virgilio, & aliis, iuxta Syracuſas fons, quem ALABVM ἄλαβος, Ptolemæi eſſe, vult Erythræus. Fides ſit penes illum. Sed VAGEDRVSA malè legitur pro hoc Arethuſa apud Silium, omnibus quos hactenus vidi excuſis codicibus. Verſus eſt lib. 14. qui ſic ſonat: Qui fontes Vagedruſa tuos, & pauperis alui, Hypaten, &c. quo deceptus Volaterranus lib. Geographiæ 6. Vagedruſam inter Siciliæ fluuios enumerat. Armeniæ Maioris lacum ſic dictum, habet Plinius. 2. cap. 103. & 6. cap. 27. Idem in Bœotia. Circa Thebas, Solinus. (qui fortè idem, cum Bœotico.) Eſt Chalcidis Eubœæ fons Straboni & Plinio: in quo, vt Athenæus refert, mugiles & anguillæ domeſticæ cibum ex præbentium manibus capiunt. ex quo ipſa Chalcis ARETHVSA quoque nominatur: teſte Euſtathio ad Dionyſium. Circa Smyrnam quoque eſſe, docuit me Hartungus, ex Didymo. Caſſiodorus (vt legit Barrius) deſcribit Arethuſam fontem in Scyllatico, Magnæ Græciæ territorio. alia exemplaria pro Arethuſa, Aruthuſa oſtendunt. lib. Variar. 8 ad Seuerum. Sunt itaque ſex aut ſeptem numero, hoc nomine inſignes fontes. Vide ARSENA, & CORACIS Petra.

ARETHVSII. Vide CHALCIS.

ARETHYREA, Vide ASOPHIS.

ARETIAS, Vide ARRHENTIAS.

ARETINI, Etruriæ populi Plinio, qui ter eos eodem capite nominat; cognominàque addit VETERES, FIDENTIORES, & IVLIENSES.

ARETINVM Plinio, ARRHETIVM, ἀῤῥήτιον, Ptolemæo & Straboni: Tuſciæ vrbs. & Romanorum colonia, apud Frontinum. Hodie Arezzo, vt Niger, Leander, & alij credunt. ARETINI Stagni meminit Obſequens. An ſic Clanis fluminis paludes nominat? quia Aretio vicinæ?

ARETIS Lacus, meminit Aldi Ortographia, fol. 548.

AREVA, fluuius Hiſpaniæ, de quo hæc Plinius lib. 3. cap. 3. Areuacis nomen dedit fluuius Areua. Ereſma nunc appellari credit Nauagierus, in ſuo Itinerario Italica lingua ſcripto.

AREVACÆ ἀρεουάκαι, Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt. Strabo & Plinius AREVACI legunt. Per duplex cc. habet App. Alexandrinus, ἀρεουάκκοι. Hoc tempore, eorum vrbem Marqueſia dici, ex eius antiquis ruinis colligit Car. Cluſius. Eſt tamen in hoc tractu pagus qui antiquum nomen retinere videtur, Arauacca enim vulgo etiamnum vocatur. 3000. paſſuum à Madrito diſtat Septentrionem verſus. Nauagierus Areualo vrbem habet, quam credit antiquum Areuacorum nomen retinere. Vide ARREBACI.

AREVS, Bithyniæ fluuius. Plinio.

ARFA, vicus vnde initium longitudinis Iudææ, vſque ad vicum Juliadem. Iſidorus 14. Originum. ARPHAS Ioſepho. Vide AREFA.

ARGA vicus, ἄργα, in Arabia Felice. Ptolemæus. Vide ARGOB.

ARGADES ἀργάδης, fluuius, ad Perſicam Sittacen. Ael. Animal. 16. cap. 42. ARGADES, Attica tribus Herodoti Melpomene. ERGADES ſunt Plutarcho in Solone.



ARGADAMIA, vide AGDAMEA.

ARGADINA ἀργαδινα, Margianæ opidum, Ptolemæo.

ARGÆI, Indiæ populi videntur, apud Iuſtinum 13. quorum cura data fuit Statanori. Vicini ſunt Dracis.

ARGAEVS, Cappadociæ mons altiſſimus, Straboni. Sine diphthongo ſcribit Ptolemæus, ἄργαιον. ARGEREORVM ab hoc monte, ni fallor, meminit Goltzius; ex Hadriani Imp. nummo. Bocatius eum ARTAGVM vocat, quo, neſcio teſte. Vide LIBYSSVS.

ARGAIS ἀργαις, inſula iuxta Lyciam. Item parua inſula iuxta Canobum, vt refert Stephanus hæc ARGEI ἀργέε, quoque eſt, eidem.

ARGALI, vide ARGIRI.

ARGALIO, vide QVILLAEVS.

ARGANTE ἀργάντη, vrbs Indiæ, apud Steph. ex Hecathæo.

ARGANTHONINI CAMPI, vide TARTESSIDEM.

ARGANTHONIS ἀργανθώνις, Myſiæ mons, ſupra Cium. Strabo, Apollonius, & Stephanus. ARGANTVM vocat Orpheus. ad Fauces Ponti eſt, Antonio Liberali. In Cio inſula eum deſcribit Suidas, vocatq; Arganthonium. Simonidi quoq; fluminis nomen eſt, in Myſia, teſte Etymolog.

ARGANTOMAGVM, Aquitanicæ Galliæ opidum, Antonino. An idem ſit cum AGRANTOMAGO eiuſdem, ſubdubito. Argenton mihi videtur in Biturigibus, & ARGENTOMAGVM Floriacenſis.

ARGARAVDACA ἀργαραύδακα, Mediæ vrbs. Ptolem.

ARGARICVS Sinus ἀργαρικος κόλπος, Ptolemæo. qui eundem alio in loco ORGALICVM ὀργαλικὸν, vocat. In India intra Gangem. Mercatori Golfo di Bengala eſt.

ARGARIZIN, vide HIEROSOLYMA.

ARGATH ἀργαθ, Armeniæ vrbs videtur, apud Cedrenum. ARGAVTH Curopalati.

ARGAVM ἀργαῦν, loci nomen; Curopalati, & Cedreno. circa Armeniam fortè.

ARGEADAE ἀργεάδαι, Macedonum quædam gens. Appiano in Syriacis.

ARGEADES, vide EVGYON.

ARGEATHE ἀργεάθαι, Arcadiæ vicus. Pauſanias.

ARGEI inſula & opidum Aegypti, iuxta Canobum. Stephano. vide ARGAIS.

ARGELIA ἀργέλια, Germaniæ vrbs Ptolemæo. Torgaw Saxoniæ, Petro Appiano.

ARGENNVM ἄργεννον, promontorium Ioniæ, Straboni & Ptolemæo in Aſia Minori. ἄργινον, Thucydidi eſt, per ι & ſimplex ν. Cabo Stellaro Sophianus: Cabo Bianco Niger, & Bordonius indigitant. Aliud ARGENNVM, Ptolemæo Siciliæ promontorium eſt, ad Fretum Mamertinum. Leander Lingua del Faro interpretatur. Fazellus Cabo de S. Aleſſo vocat, melius vt puto. Idem ſcribit Lingua del Faro quoque Brachium S. Reineri appellari. at quo nomine antiquitus vocatum hoc fuerit, ipſe non addit. ARGENNVM; Lesbos inſulæ promontorium Ptolemæo. Hoc Niger ſcribit SIGRIVM σίγριον, à Strabone appellari: ſed fallitur. hoc enim SINGRIVM σιγγειον, Ptolemæi eſt, geminato γγ. eiuſdem inſulæ SIGRE σιγρη, Suidæ, in dictione Neſiope. Sigrij huius meminit quoque Arrh. 2. Alex. ARGENNVS, inſula in ora Ioniæ, Plinio. Vide HERA.

ARGENOMESCVM ἀργενομέσκον, Hiſpaniæ Tarraconenſis opidum, Ptolemæo. Arnano Moletio, in ſuo Ptolemæo. vocatur.

ARGENTA, Theſſaliæ vrbs. Liuius. 32.

ARGENTANVM, opidum Brutiorum eſt apud Liuium. Marco hodie, teſte Gab. Barrio.

ARGENTARIVS Mons, peninſula ſiue promontorium Tuſciæ, cuius meminit Rutilius, in ſuo Itinerario. Monte Argentaro vernaculè dicitur. ETRVRIÆ caput vocatur in libello qui inſcribitur Cato de Originibus. Et puto ETRVRIÆ Promontorium eſſe, apud Tacitum Annal. 2. Apud Damaſum in vita Silueſtri, lego hæc verba: Inſula Matidiæ, quæ eſt mons Argentarius. vide ARGENTEVS.

ARGENTEA, vide ARGYRA.

ARGENTEOLA ἀργεντεόλα, Aſturiæ vrbs in Hiſpania, Ptolemæo. ARGENTIOLVM Antonino. Medules Moletius vocat.

ARGENTEVS, amnis vocatur à Plinio, & Cicerone lib. 10. Epiſtolarum Famil: Galliæ Narbonenſis fluuius: quem Pinetus Argentine interpretatur. Villanouanus habet Argenton. ἀργέντιος habet Ptolemæus, per I, in penultima. ARGENTEI Pontis hoc tractu, ad Forum Vocontij, meminit quoque Cicero, ibidem.

ARGENTEVS Mons, in Hiſpania, non procul à Caſtaone, & vnde Bætis effluit, vt tradit Strabo; ἀργυροῦς. ARGENTARIVS vocatur ab Auieno. Sierra Segura incolæ appellant, vt Florianus & Gometius teſtantur. Sierra d'Alcara eſt Cluſio. TVGIENSIS Saltus erit Plinij, ex eo enim ipſe Bætim oriri ſcribit.

ARGENTIA, Vide SARGETIA.

ARGENTILLA, locus qui ſic à riuulo ſuo dicitur. ARENTELLA à vulgo dicitur. Sic in S. Deodati vita. Galliæ eſt.

ARGENTINI Calabriæ populi, Plinio. Sed ARINTHINI mauult Hermolaus: ab Arinthe vrbe.

ARGENTIOLVM, Vide ARGENTEOLA.

ARGENTOMAGVM, locus Galliæ apud Sigebertum, & in vita S. Marcelli; apud Surium. Argentan hodie. In Normandia. Idem cum ARGANTOMAGVM. Aliud tamen ARGENTOMAGVM habet Aimoinus, in Aquitania. Vide ARGANTOMAGVM.

ARGENTORATVM ἀργεντόρατον, Ptolemæo, Marcellino, & Sex. Aurelio; ARGENTINA recentioribus. Germaniæ vrbs eſt, per ſe ſatis nota. Hodie Straſburg. LEGIONEM VIII. SEBASTEN hic collocat Ptolemæus. STRASBVRGVM etiam nominat Regino, qui ante annos quingentos, & amplius ſcripſit. Exteri omnes etiamnum Argentina vocant. Rob. Conſtantinus hanc eandem eſſe putat cum ea quam Aurel. Victor, & Diaconus ex Marcellino, ARGENTARIAM appellant, trigintáque Alemannorum millia à Gratiano Imp. ibidem cæſa tradit. Sed Rhenanus legit cum Ptolemæo ARGENTVARIA, de qua vide ſuo loco.

ARGENTVARIA ἀργεντουαρία, Galliæ Belgicæ vrbs eſt Ptolemæo. Hodie vicus eſt Ello flumini imminens, Horburg nomine, vt Rhenano placet. Irenicus & Vrſtiſius putant Colmar ciuitatem eſſe.

ARGENVS Portus, Carmaniæ; Plinio. Ptolemæo ἀργένους, Galliæ Lugdunenſis vrbs eſt, pro flumine autem legunt Latini interpretes.

ARGEREORVM, vide ARGAEVS.

ARGESSA, Vide ITALIA.

ARGESTE promontorium, alicubi ad ſinum Arabicum eſt Plinio. in Æthiopia, vt mihi videtur.

ARGETÆ, populi circa Indum, Occidentem verſus. Plin.

ARGEVS, vide ARGAEVS.

ARGI, vrbs ad Ambracium ſinum, in Epiro: Pomponio. Pro Argos fortè. vide ARPI.

ARGIA ἀργεία, Peloponneſi regio, Ptolemæo. ARGOLIS Melæ. Saccania Caſtaldo. Ego puto Romania hodie dici.

ARGIAE inſulæ, viginti ſunt apud Plinium, in ora Cariæ.

ARGIBOEVM, Vide EVBOEA.

ARGIDAVA ἀργίδαυα, Daciæ opidum. Ptolemæus. Argilch, vel Argetma hodie, vt ſuſpicatur Lazius.

ARGILA ἄργιλα, Cariæ opidum, Stephano.

ARGILETVM, locus in vrbe. Liuius 1.

ARGILIA ἀργιλία, apud Heſychium gens Attica eſt.

ARGILIVM, Bithyniæ opidum mediterraneum, Ptolemæo. Sed AGRILIVM ἀγρίλιον habet Græcus codex.

ARGILLÆ, Vide CIMMERII.

ARGILLVS ἄργιλλος, Ægypti mons, circa Nilum fluuium, vt tradit Plutarchus de montib. An ARGYRVS?

ARGILVS ἄργιλος, Thraciæ vrbs, non procul ab Amphipoli, & oſtio Strymonis, Thucydid. 4. & Herodot. 7. Strabonis epitome, Stephano, & Heraclidi in Politiis.

ARGINA, Locrorum Ozolorum opidum. Plinius.

ARGINVM, Vide ARGENNVM.



ARGINVSÆ ἀργινοῦσαι, inſulæ ſunt in continente Troadis, circa Argenum, Stephano. Mitylenæ oppoſitæ è regione Lesbi, ad Maleam promontorium, Xenophonti lib. 1. & 8, hiſtoriæ Græcorum. Tres numero ſunt apud Strabonem, circa Canas Aeolidis, continenti appropinquantes. Plinius habet ARGINVSSAS Lesbo appoſitas, quatuor millibus paſſ. ab Ægis diſtantes. Inter Lesbum & Cumas, ſunt Diodoro 13. Apud eundem Plinium ARGINVSA ſingularis eſt, Chio finitima.

ARGIOPIVS ἀργιόπιος, locus ad amnem Meloentem. vbi templum Cereris Eleuſinæ eſt. Herodotus 9. In Achais regione.

ARGIOPOLIS, vide ARGOS.

ARGIPPÆI ἀργιππαῖοι, Herodoto in Thalia, Scythiæ populi, quos Zenobius ORGEMPEOS appellat. vt ſcribit Pintianus, in Melam.

ARGIRI ἀργεῖροι, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. quæ Oriſa, Nigro. ARGALI ἀργάλοι, eſt in Periplo Arrhiani.

ARGIRVNTVM, vide ARGYRVTVM.

ARGISSA, vide ARGVRA, & LARISSA.

ARGITA ἀργίτα, Hiberniæ fluuius, Ptolemæo. Swilli Guil. Camdenus interpretatur. Malim Banney, vbi ſalmonum ſaltus.

ARGITHEA, Athamaniæ caput. Liuius 38.

ARGIVI, Vide GRÆCIA.

ARGIVI Regnum. Martialis 1. ad Fauſtum:

"Tu colis Argiui regnum, Fauſtine, coloni,
"Quo te bis decimus ducit ab Vrbe lapis.

ARGIVS, vide APESANTVS.

ARGIVVS, Vide INACHVS.

ARGIZALA ἀργίζαλα, Ptolemæo Galatiæ vrbs eſt. pro quo Latini codices AGRIZAMA legunt.

ARGOB, regio Og, in Baſan. Deuteron. 3. & 3. Reg. 4. D. Hieronymus in locis Hebraicis dicit circa Geraſam vrbem Arabiæ, quindecim ab ea diſtare milliarib. contra Occidentem, quæ ARGA appellatur.

ARGODA ἄργωδα, Tauricæ Cherſoneſi vrbs. Ptolemæus.

ARGOLAS ἀργόλας, tumulus in Locris Epicnemidiis, Diodoro 16. ἀργόλαιος, erat in margine.

ARGOLICVS Sinus, Ptolemæo ad Peloponneſum. Sophiano Golfo de Napoli eſt.

ARGOLIS, vide ARGIA.

ARGONAVTÆ dicuntur quoque MINYÆ, Feſto. DIOSCORI διόσκουροι, & TYNDARIDÆ, τυνδαρίδαι, Diod. Siculo. Sed poetica hæc, non geographica, & præter inſtitutum.

ARGOS ἄργος, Peloponneſi opidum, in Argiæ regione, Ptolemæo. Eius arx LARISSA vocatur à Strabone. Duo ſunt Plinio hoc tractu huius nominis opida. alterum HIPPIVM, alterum DIPSIVM cognominat. POLYDIPSIVM πολυδίψιον, ab Homero dicitur, Strabone teſte, PHORONICVM φορωνικόν, videtur primo appellatum, ex Pauſania, & Stephano. apud quem etiam ἰάσον & δίψιον, dicitur. Euſtathius quoque tradit à Sophocle DORICVM δωρικόν, HIPPOBOTVM, ἱππόβοτον, & IASVM cognominari. Item ÆGIALIAM, αἰγιάλειαν, & APIAN ἀπίαν, vocatā. Sophianus auctor eſt, hodie adhuc Argo nominari. ARGOS, Seruio, Lucano, & Stephano auctore eſt ciuitas in Theſſalia: Huic etiam in Nyſiro, Cycladum inſula: & aliæ iuxta Troezenen: iuxta Macedoniam: in Caria quoque: Habet idem Argos Phaeacorum Hyperia, ὑπέρεια. ARGOS Ciliciæ vrbs, quæ nunc ARGIOPOLIS, ἀργειόπολις, apud eundem eſt. Caſtellum excelſum quoq; Straboni: ad Taurum, in Armenia Minore. ARGOS, Ara ſic dicta fuit inter Helleſpontum, & Lyſimachiam. Hanc apud Seleucus à Ptolemæo occiſus fuit: referente Appiano in Syriacis. ARGOS ACHAICVM, vide LACONICA. ARGOS AMPHILOCHIVM, Ptolemæo & Straboni eſt Acarnaniæ opidum. ARGOS ORESTICVM, apud Oreſtas Epiri populos. Strabo 7. In Scythia vrbs. Stephanus. ARGOS PELASGICVM vide,



Vide ÆMONIA, & THESSALIA. Vndecim vrbes Argos nominatas fuiſſe, tradit Euſtathius. Nos plures ex omni antiquitate eruimus. Vide ARBI, CORCYRA, LARISSA, PELOPONNESVS.

ARGOVS ἀργῷς, Æthaliæ inſulæ portus, Straboni, & Apollonio, ſic dictus ab Argonautis, hic appellentibus. Porto Ferraro putat Iouius, in Ilua inſula. Habet idem Apollonius 4. ARGOVM portū in Africa, iuxta Tritonidem paludem.

ARGVDA ἀργοῦδα, Paropaniſi vrbs, Ptolemæo.

ARGVRA ἄργουρα, quæ olim ARGISSA ἄργισσα, inquit Strabo & Stephanus. cuius incolas quoque ARGVRIOS, & LEONTINOS λεοντίνους vocat. Theſſaliæ vrbs eſt. ARGVRA eſt quoque locus Euboëæ, Demoſtheni, & Stephano. Vide LARISSA.

ARGVS Campus eſt apud Pauſaniam, in Arcadicis.

ARGVSA ἀργοῦσα, Euboëæ opidum, Chalcidi adhærens. Phauorini Lexicon. Mendosè fortè, pro Argura.

ARGYNNÆ ἀργύννου, ſtare templum Veneris propter Argennum ab Agamemnone dilectū, ſcribit Clem. Alexand. ad Gentes. Circa Cephiſum fluuium eſſe, diſco ex Athenæo 13. atque in Bœotiæ, (nam plures ſunt Cephiſi) quod docuit me Stephanus in ἀργεννος.

ARGYPANA ἀργυπάνη, Dauniæ vrbs eſt apud Polyb. 3. quam ab Annibale deuaſtatam ſcribit. Ibidem infra idem ἀργυρίππανα, vtrobique malè, pro ARGYRIPA, Vide ARPI.

ARGYPHEA ἀργυφέη, videtur vrbs in Peloponneſo. Homerus in Hymno Apollinis.

ARGYRA ἄργυρα, regio Indiæ extra Gangem. Vrbs Iabadij inſulæ. Metropolis Taprobanæ inſulæ. Ptolemæus & Stephanus. Eſt & in Achaia vrbs. & ibidem ARGYRVS Fons, Pauſaniæ. ARGYRA quoque locus, iuxta quem alius locus à tota Aſia Auguſto Imp. conſecratus. vt habet Ioſephus 16. Antiq. 10.

ARGYRÆ inſulæ, ſunt extra Indi fluminis oſtia, Plinio. ARGYRA Solino. Ad Gangis oſtia, Pomponio.

ARGYRIA ἀργυρεία, locus in Cappadocia, ad Pontum Euxinum: in Arrhiani Periplo. Circa Troadem vrbs eſt, Scepſio, apud Strabonem.

ARGYRINI ἀργυρῖνοι, Epirotica gens, apud Stephanū.

ARGYRIPA, vide ARPI, & BENEVENTVM.

ARGYRIVM, vide AGVRIVM.

ARGYROCASTRVM, opidum in rupe ſitum, habet Cedrenus & Curopalates. Syriæ videtur.

ARGYRONICVM, ſiue ἀργυρώνιον, vt Procopius nominat, mēdicorum ægrotantium habitaculum, extra vrbem. An idem cum Argyropoli? Vide APSASIVM.

ARGYROPOLICHNA, circa Macedoniam videtur, apud Laonicum 4.

ARGYROPOLIS, ſuburbium Conſtantinopolis, Chryſopoli oppoſitū. Calliſtus lib. 14. cap. 24. Argyropolis Thraciæ Epiſcopi nomine Stachys, meminit Dorotheus. Vide ARGYRONICVM.

ARGYRVS, ciuitas apud Philiſtum; vt refert Stephanus. Vide ARGYRA, LVNÆ Mons, & ARGENTEVS Mons.

ARGYRVSCI ἀργυροῦσκοι, Strabonis, ſunt ijdē cum AVRVNCIS, Italiæ populis. vt habent Notæ Sylburgij ad Halicarnaſſeum. vide RHÆCI.

ARGYRVTVM ἀργυροῦτον, Illyrici vrbs, Ptolemæo, Nunc Scriſia pagus, vt Niger perhibet. Plinius ARGYRVNTVM habet per I. in ſecunda, & N. in pænultima.

ARIA ἀρία, Aſiæ regio, Ptolemæo & aliis. ARII, ἄρειοι, ſunt Arrhiano. ARIEI Curtio: ARSI (vt habet Aldi editio) & ARIENSES, ſunt Stephano. & ARIENI ἀριηνοί, videntur apud Dionyſium. Sernere Mercatori, Turqueſtan Pineto, Hetia Girauæ, Coraſan Caſtaldo, Coraſones eius incolas vocari, tradit etiam Garzias ab Horto. Ponti Euxini inſula Pomponio; alio nomine CHALCERITIS, Plinio teſte. Farnaſia interpretatur à Pineto. AREOS NESOS ἄρεως νῆσος, id eſt, Martis inſula, eam appellat Stephanus. Ariæ regionis lacus, apud Ptolemæum, quæ mihi, ex Aſiæ Abylfedeæ tabulis, Burgian vocari videtur. ARIA huius regionis etiam vrbs; item fluuius eſt, qui ARIVS ἄρειος, Polybio 10. & Arriano in vita Alexandri eſt. ARIA, Aſiæ mons, Ammian. 23. vbi ANNIBA legit Accurſius. Annibi Ptolemæi videntur. vide ARLA, IARACH, MEDIA, NOVARIA, THRACIA, & TAVRVS.



ARIACA ἀρίακα, Margianæ vrbs, Ptolemæo.

ARIACÆ ἀριάκαι, Ptolemæo Scythiæ populi, iuxta Iaxartem fluuium. Decan Iacobo Caſtaldo. vide SCYTHÆ.

ARIACES SADINORVM ἀριάκης σαδινῶν, Indiæ intra Gangem gens: apud Ptolemæum. SADANORVM per A. in ſecunda legit interpres.

ARIACOS, Plinio opidum Myſiæ, vel Troadis eſt.

ARIADNIS in opido, Caſtor fuit occiſus. vt refert Hyginus, in Gemini. Aphidna legendum, vt Modius monuit. "

ARIÆI ἀριαῖοι, populi, Athenæo 10. ſunt quos ſcribit poſſidere triginta myriadas Proſpelatorum. ij ſunt veluti Helotes. Cum Celtis bellum geſſiſſe ſcribit. Gentile puto ab Aria, quæ Thracia.

ARIALBINNVM, apud Antoninum eſt. Quidam exiſtimant opidum Sequanorum Mulohauſen, inquit Simlerus, qui etiā ARTALBINNVM legit. Bantzenheim videtur B. Rhenano, & Lazio.

ARIALDVNVM, Hiſpaniæ vrbs, Plinio.

ARIAMAZI, vide OXIPETRA.

ARIANA, Aſiæ regio, Plinio. Vicina Ariæ videtur apud Melam 1. Maritima eſt Straboni: inter Gedroſiam, Indiam, & Carmaniam. ARIANI ſunt Curtio: & ARIANOS Indos vocat Ælianus. Ignota regio Ptolemæo.

ARIANDA, Cariæ vrbs, inter Myndum & Iaſſum, Pomponio. CARIANDA mauult legere Hermolaus. ARIANDICI argenti tamen meminit Iul. Pollux. vide ARYCANDA.

ARIANIA ἀριάνια, gens vicina Caduſiis. Steph. & Suidas.

ARIANTHE ἀριάνθη, Oenotrorum vrbs, Stephano: ex Herodiani 12. Folone fortè hodie. vt refert Barrius. vide ARINTHE.

ARIANVS ἀριανός, inſula nomē Epiphania. circa Ægeum mare videtur.

ARIANZVS, locus Cappadociæ, non multum à Nazianzo poſitus, in quo Nazianzenus prædium habuit. auctore Gregorio presbytero, in eius vita.

ARIARACÆ, vide ANARIACA.

ARIARATHIA ἀριαράθεια, opidum prope Cappadociam, Antonino & Stephano. Apud Conſtantinum Porphyrogennetam locus eſt eius nominis, ſalem gignēs, quem Barbari modò (vt addit) CARATIA χαράτια, vocant. ARIARATHIRÆ in Armenia II. meminit concilium Chalcedonenſe. pro eadem habeo.

ARIARICA, Antonino in Sequanis opidum. XVI. M. paſſ. à Viſontione. Antoninus.

ARIASPE ἀριάσπη, Drangianæ vrbs, apud Ptolemæum. An Agriaſpe legendum? Agriaſpæ, ſane hoc tractu ab Arriano & Curtio deſcribuntur.

ARIASSIS ἀριασσίς, Phrygiæ in Pamphiliæ opidum, Ptolemæo. Ariaſſenſis Epiſcopi in Pamphilia, meminit concilium Conſtantinop. An fortè Aaraſſus Strabonis?

ARIBELA pro ARBELA, (vt cenſet Sylburgius) eſt in concilio Epheſino.

ARIBES ἀρίβες, cis Indum fluuium populi. Dionyſius. Vide ARBIS.

ARICADA ἀρικάδα, Drangianæ vrbs. Ptolemæus.

ARICANDA, vide ARYCANDA.

ARICHI, Vide ARRECHI.

ARICIA ἀρικία, Latij vrbs Ptolemæo, Liuio, Stephano, & Ciceroni; Colonia Romana eſt apud Florum. XX. M. P. ab Vrbe. vt habet vetus Horatij interpres. XVI. autem ab vrbe eſſe ſcribit ad me Roma Celſus Cittadinus: (propè nempe Albam longam, vulgo Albano: & Lanuuium nunc citta Indouina.) Rizza Leandro Alberto. ARICIVS Lacus eſt apud Ouidium 4. Faſtor. ARICINVM Nemus, Tacito 3. Hiſt. Vide ARITIA.

ARICINVS Lacus. Vide TRIVIÆ.

ARICOMII, & ARICOMISCII, vide ARECOMICI.

ARICONIVM, Angliæ opidum, Antonino. Kenceſter eſt Guilielmo Camdeno, in ſua Britannia.

ARIEI, vide ARIA.

ARIELDELA, Paleſtinæ vrbs, lib. Notitiarum. ARINDELA Stephani puto.

ARIENATES, cum CRINIVOLO interiere. Plinius. In Vmbria.

ARIENI, vide ARIA.

ARIETIS FRONS κριμέτωπον, Tauricæ Cherſoneſi promontorium, apud Ptolemæum. ACROMA eſt apud Paul. Diaconum. BRIXABA prius vocatum ſcribit Plutarchus de fluminibus. Famat Niger nominat. Vide CRIV Metopon.

ARIGÆVM ἀρίγαιον, vrbs Indiæ, quam Alexander incenſam & deſertam reperit. Arrhianus 4. Circa Indi fluminis partes ſuperiores, ni fallor.

ARIGENSIS loci, in Hiſpania, (circa Galliceam, vt videtur,) meminit Iſidorus in hiſtoria Sueuorum. Ab Aregia fortè.

ARII, Arabiæ populi, Plinio. Germaniæ etiam, Tacito. quorum nominis reliquias putat And. Velleius in Ar, Danica inſula, ſupereſſe. vide ARIA, & MEDIA.

ARIMA ἄριμα, mons Ciliciæ Lydiæ. Tzetzæ in Theogoniã Heſiodi. Vide ARIMI, & TYPHONIS Scopuli.

ARIMANA, vide COLCHIS.

ARIMANON, vide RAMOTH.

ARIMANTIS ἀρίμαντις, Pentapolis regionis, in Africa vrbs. apud Ptolemæum.

ARIMARA ἀρίμαρα, Syriæ ad Euphratem, vrbs. Ptol.

ARIMASPA, vide AVMASIPA.

ARIMASPI ἀριμασποὶ, Scytharum vnocula gens, maximè Septentrionalis. quæ antea CACIDIRI, Plinio. Hos Diodorus 17. & Stephanus quoque EVERGETAS εὐεργέται vocat. Hos olim AGRIASPAS ἀγριάσπαι nuncupatos tradit Arrianus. apud Ennium hæc verba leguntur, Decem Coclites, quos montibus ſcimus Riphæis fodere. De Arimaſpis hæc intelligi puto, cum Iacobonio in doctiſſimo ſuo De Cæſiorum familia opere. Eoſdẽ putat Villanouanus à Ptolemæo BARTIETAS, βαρτιῆται, (PARGYÆTÆ legit interpres) dici. ARIMASTÆ fortè Orphei. Vide ARIASPE, & AMARIISPII.

ARIMASTHÆ ἀριμάσθαι, populi iuxta Pontum Euxinum. Orpheus in Argonauticis. vide ARIMASPI.

ARIMATHÆA ἀριμαθαία, Paleſtinæ locus. Matthæus 27.

ARIME, vide INARIME.

ARIMI ἄριμοι, montes & populi Homero, Suidæ, & Straboni 13. Circa Myſiam & Lydiam Euſtathio. INARIMI legit Fabricius apud Oroſium 6. cap. 2. CATECAVMENI vocantur apud Vitruuium 2. cap. 6. PLVTONIA ſunt Ciceroni. 1. de Diuinatione. Vide SYRIA, & TYPHONIS Scopuli.

ARIMINVM, Viæ Æmiliæ fluuius, apud Plinium. Marida, Merulæ & Blondo; Marechia, Leandro dicitur. Eſt & ARIMINVM ἀρίμινον, Ptolemæo, & Plinio, Flaminiæ, ſiue Romandiolæ opidum. Rimine incolis hodie, vt Leander & alij ſcribunt. Rumelen Germanis, vt Simlerus tradit. Coloniam eſſe, diſco ex veteri inſcriptione. vide GALLIA TOGATA.

ARIMPHÆI, Solino ſunt Aquilonares populi, in Aſia: ad initium Orientis æſtiui. vbi deficiunt Riphæorum montium iuga. Hiperboreis ſunt ſimiles. Pomponius per Y. in ſecunda ſcribit. De ijs hunc Licentij verſum ex D. Auguſtini Epiſcopi Epiſtolis accipe, aut ab Arimphæis Riphæos aut opida Caſpij.

ARINA ἄρινα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo. Tezela eſt apud Marmolium.

ARINCHI, vide ARRECHI.

ARINDELA ἀρινδήλα, Tertiæ Palæſtinæ vrbs, aut vicus, apud Stephanum.



ARINIANVM Coloniam, ad ripam Arni fluminis, condidiſſe Ianum, ſcribit Cato. Leander Albertus putat noſtræ ætate eſſe Arignano. Aliam idem Cato habet ad ripas Tiberis.

ARINTHE ἀρίνθη, Oenotrorum vrbs, in Meſopotamia. Stephanus, ex Hecatæo. Vocem Meſopotamia, non propriam intelligo pro regione Aſiatica: (quis enim credat Oenotros in Aſia vrbẽ habuiſſe) ſed inter flumina, interpretor. Meam ſententiam confirmat Gab. Barrius in ſua Calabria: vbi hanc Arinthen inter duos amnes collocat, quos Emulam & Sordum nouè nominat. An eadem cum eiuſdem Stephani Arianthe?

ARIOBARZANES Mons, inter Parthos, & Maſſagetas. Oroſius, & ex eo Æthicus.

ARIOCH, vide ERIOCH.

ARIOLA, Galliæ Belgicæ vrbs, Antonino. Inter Durocortorum & Diuodurum.

ARIPA, vide RHITIA.

ARIPPARA ἀρίππαρα, Ptolemæo. ARISPARA interpreti. Indiæ intra Gangem vrbs.

ARIS ἄρις, Meſſeniæ fluuius iuxta Thuriatas. Pauſanias.

ARISABIVM ἀρισάβιον, Ptolemæo. Indiæ extra Gangem vrbs. Aua Iac. Caſtaldo.

ARISBA ἀρίσβη, opidum Troadis, inter Percoten & Abydum: Plinio, Homero, Diodoro, Polybio, & Strabone teſtibus. Eſt & in Leſbo vrbs, apud Strabonem, Stephanum, Herodotum, & Plinium. ſed quam terremotu euerſam ſcribit. Bœotiæ vrbs eſt etiam, apud Suidam.

ARISBVS ἄρισβος, Troadis fluuius Straboni. Item Thraciæ, apud eundem & Stephanum. In Hebrum deſinens, Euſtathio in Catalogo nauium.

ARISERIA ἀρισερία, Cyrrheſticæ regionis, in Syriæ vrbs. Ptolemæus.

ARISI ἀρεισοι, gens Perſica. Lexicon Phauorini.

ARISOEGE ἀρεισοιγή, gens Perſica, Heſychio.

ARISOTH, vide AROZETH.

ARISPÆ ἀρίσπαι, Indica gens, circa Indum alicubi. In Arrhiani Indicis.

ARISTÆVM, in vertice mõtis Hæmi, Plinio, & Diodoro. Circa ora Ponti videtur. ARISTII loci epiſcopalis, meminit concil. Chalcedonenſe.

ARISTERAS, vide ALIVSA.

ARISTES ἀρίστεις, Ptolemæo. ANIESES interpreti, Sogdianæ gens.

ARISTEV, Marmaricæ locus, Antonino.

ARISTIBI fluminis, mentio eſt apud Polyænum lib. 4. in Lyſimacho. Pæoniæ videtur. At ἀστικῶ, legitur in Græco codice: An circa Aſticam Thraciæ regionem?

ARISTOBATHRA ἀριστοβάθρα, Indiæ intra Gangem opidum. Ptolemæus.

ARISTOBVLIADEM vicum, iuxta Ziphon ſolitudinem; habet Surius in Euthymio abbate. In Palæſtina eſt. Hinc non procul erat PARABARICHOS Vicus.

ARISTONAVTÆ ἀριστοναῦται, Pellenæorum nauale eſt, in Peloponneſo, Pauſaniæ, in Corinthiacis.

ARISTONIS, in Ægypto vrbs. Antoninus.

ARISTOPHILI ἀριστόφιλοι, Paropaniſi populi, apud Ptolemæum.

ARITHEDANA, Iudææ ciuitas maritima, Egeſippo 1. cap. 34. Corruptè autem, pro ANTHEDONIA, ſiue ANTHEDON.

ARITHEI ἀριθαῖοι, Palæſtinæ gens. Ioſephus 5. Antiq. cap. 1.

ARITIA, Virgil. 7. Æneid. ciuitas iuxta Albam eſt Seruio x. millib. paſſ. ab Vrbe. vt habet Acron, in Horatium. Sed ARICIA ſcribendum, per C. non T.

ARITIVM ἀρίτιον, Luſitaniæ vrbs, Ptolemæo. ARITIVM PRÆTORIVM Antonini, aliud eſt opidum, inter Vliſipponem & Emeritam, vide TRITIVM TVBORICVM.

ARITONI ἀρίτονοι, nullum animal mactant; Oracula ſua teſtis inſcripta habent, quæ in aureis inuolucris cuſtodiunt. Nicolaus Damaſcenus.

ARIVATES, Pannoniæ populi, Plinio.





ARIVS, apud Plinium Arianæ fluuius. vide ARIA.

ARIVSIVS ἀριουσία χώρα, Ager aſper & importuoſus eſt Chius inſulæ, vinum omnium Græcanicorum optimum ferens, teſte Strabone. Hoc vinum Plinius & Virgilius per methateſin Aruiſinum vocant. Vib. Sequeſter (niſi corruptus ſit locus) ARVIS legit, & montem ex eo facit. Amiſta hodie videtur. vide ARSYSIA.

ARIZANTI ἀριζαντοι, Mediæ gens. Herodotus, in Clio.

ARLA ἄρλα, Parthorum validiſſimũ caſtellum. Strabo 11. Sed ARIA emendat Caſaubonus.

ARLAPE, legitur apud Antoninum, & lib. Notit. ex quo Simlerus facit Erla, apud Pechlarn. In Noricis. Pechlaro ipſum eſt Lazio, 12. R.P.R. Sectione 6. vide ARA LAPIDEA.

ARMA, vide HARMA.

ARMACA, vide ARMAXA.

ARMACALA, vide EVPHRATES.

ARMACTICA, vide HARMASTIS.

ARMACVRIVM, Thracenſium vrbs. Curopalati & Cedreno.

ARMAGARA ἀρμαγάρα, Ptolemæo eſt Indiæ intra Gangem vrbs.

ARMALA, vide HARMALA.

ARMALCHAR, vide EVPHRATES.

ARMAMENTA ἀρμάμεντα, loci nomen, apud Cedrenũ.

ARMAMENTARIVM Romanorum olim fuit apud Batauos, in oſtio Rheni, hodie obſtructo, ad Cattorum vicum, pagum ſic hodie dictum. Huius Armamentarij veſtigia & ruinæ quæ exſtant, accolæ Thuys te Britten vulgo vocant. Antiqua inſcriptio ibidem inuenta, huius loci meminit, quam quia ab aliquibus vulgatam admodum mendosè videam, hic adſcribere, in gratiam antiquariorum operæpretium duxi. IMP. CÆS. L. SEPTIMIVS SEVERVS AVG. ET M. AVRELIVS ANTONINVS CÆS. COH. XV. VOL. ARMAMENTARIVM VETVSTATE CONLABSVM RESTITVERVNT SVB. VAL. PVDENTE LEG. AVG. PR. PR. CVRANTE CÆCILI BATONE PRE. Caſtra Legionum Germaniæ, (quorum Plinius meminit) hic fuiſſe puto.

ARMANAZON, Vide POSSESSIO.

ARMATHA, Vide NAIBOTH.

ARMATVS, Vide HARMATVS.

ARMAVIARA ἀρμαουίαρα, Armeniæ Maioris opidum, Ptol.

ARMAXA, Cappadociæ vrbs, Antonino. Eadem ARMACA, apud eundem.

ARMEDON, Cretica inſula, ante Sammonium promontorium, Plinio.

ARMEMANENSIS Fundi, in campo Bullenſi, Africæ, meminit D. Auguſtinus, in epiſtola ad Xantippum.

ARMENA ἀρμένη, Paphlagoniæ vicus, circa Sinopen, Ptolemæo, Straboni, & Stephano. vrbs eſt Plinio, Pomponio, & Solino. ſed per I. in media. In Periplo Arrhiani, & apud Xenophontem, videtur cum afflatu in prima ſcribi. vide ALMENE.

ARMENIA ἀρμενία, Ptolemæo, & cæteris, Strabo cum aſpiratione ἁρμενία, Aſiæ regio. In MAIOREM & MINOREM eã diſtinguunt. MAIOR poſterioribus ſæculis SECVNDA cognominata fuit. vti liquet ex libro Notitiarum. ARAM Hebræis dici, Arias in ſuo App. Biblico teſtis eſt. Turcomania dicitur Mercatori, & Girauæ. Theuetus ſcribit à Meſopotamiis & Perſis Thoura Aremnoë, id eſt, montes Armeniæ; & à Neſtorianis Zelbicdibes, id eſt, montes à lupis habitati nominari. Antiquum nomen obtinere Chriſtianis inhabitantibus crediderim. PERSARMENIAM ſuo tempore dictam hanc Armeniam Maiorem, ſcribit Euagrius, lib. 5. cap. 7.

ARMENIA MINOR in lib. Notitiarum PRIMA cognominatur: LEVCOSYRIA λευκοσυρία, etiam dicitur Procopio, lib. 1. De bello Perſico. In Sacris ARARAT dicitur. Item VS, Aria Montano teſte. Hodie, ſi verum dicit Giraua, Anaduole vocatur. Si Caſtaldo creditur, Pegian. Vbi Colchidi vicina eſt Acoionlon



dici, auctor mihi eſt Leonclauius. Armeniam à Iuſtiniano rege in quatuor partes diuiſam, ſcribit Euſtathius. Primam HEPTAPOLIM ἑπτάπολις, dictam. ſecundam PENTAPOLIM πεντάπολις, tertiã HEXAPOLIM ἑξάπολις, quartam TZOPHAREM τζοφαρὴ, & BALBITENAM βαλβιτηνὴ, vocatam. TZOPHANE, & BALABITENE, legitur in Authenticis. Armeniam aliquando SACACENAM σακακηνὴ, appellatam fuiſſe, ſcribit idem Euſtathius. à Sacis nimirum, eam occupantibus. QVARTAM Armeniam nominat Cedrenus, & Iuſtinianus Imp. in Nouellis, Conſtitutione 31. ARMENIOS Ciſeuphratenos, & Tranſeuphratenos nominat Appianus 2. Ciuil. ARMENIAM Interiorem habet Eunapius, quæ Perſarum regioni contigua eſt. vide CHALDÆA, & MESOPOTAMIA.

ARMENIÆ PYLÆ, Vide TAVRVS.

ARMENIÆ Sinum, habet Ammianus; paulò ſupra Sachalitem. ſed CARMANIÆ, pro Armeniæ emendo. PARAGONTICVS Ptolemæo eſt.

ARMENIVS Mons, apud Dionyſium, ex quo Phaſim fluuium dicit habere originem. Fortè MOSCHICVS mõs Ptolemæi eſt. ARMENIVS etiam vrbis nomen, Straboni, iuxta Bœbeidem paludem, inter Lariſſam & Pheras. vide PHASIS, TAVRVS, & ANTITAVRVS.

ARMENOCHALYBES, Cappadociæ populi, Plinio. Circa Armeniam Maiorem. Mixti ex Armenijs & Chalybibus.

ARMETILLI, Agri mentio eſt, apud Iul. Frontinum Siculum, de Limitib. ſiue Menſuris agrorum, qui manuſcriptus adſeruatur apud C. V. Franciſ. Nanſium. longè alius ab eò qui excuſus proſtat. In Italia locus eſt.

ARMIÆ ἀρμιαῖαι, Libyæ interioris populi. Ptolemæus.

ARMIANA ἀρμίανα, Ptolemæo Parthiæ opidum eſt.

ARMINA, vide ARMENA.

ARMISTÆ, Dalmatica gens, Plinio.

ARMON, Amos 4. ρευμαν habent 70. interpretes. Armeniæ montes ſunt Chaldæo.

ARMONIA ἁρμονία, Strabo ex Callimacho. Huius Harmoniæ, & Cadmi turris, meminit Apoll. 4. Argonauticorum: qui eas tradit habitari ab Encheleis. Hi ſunt in Illyrico. Vide in dictione CYLICES.

ARMONIVS, vide SCORDISCVS.

ARMORICÆ Ciuitates, citantur à Cæſare, in eo tractu, qui BRITANNIA Minor Sigeberto vocatur. BRITTONES incolæ, apud Iornandem & Eginarthum. Hermionia etiam, & vulgo Bretaigne, Rob. Cœnali auctore. Antiqua Britannica lingua adhuc hodie Lhydaw appellatur: vt ſcribit Humfredus in ſuo Britannicæ deſcriptionis fragmento. Ioannes Lelandus Armoria idem ſignificare dicit, quod ſupra mare, in ipſa Britannica lingua. Sunt Plinij BRITANNI. Pontico Virunnio ſi fidendum, LETAVIA quoque dicta fuit hæc Armorica. Vox ex vernaculo Lhydaw facta videtur. Hanc BRITANNIAM prius CORNV GALLIÆ dictam lego in veteris hiſtoriæ Francorum libellulo. vide BRITANNI.

ARMOZEI, vide ARMVZIA.

ARMOZICA, vide OSICA.

ARMOZVM ἄρμοζον, Ptolemæo: HARMOZONTA Marcellino: PADICHORA, vel BADEICHORA βαδειχώρα, Arriano: Carmaniæ promontorium eſt, ad Fretum Sinus Perſici, è regione Arabiæ felicis. Cabo Iaſquette mihi hodie videtur.

ARMVA, vide RVBRICATVS.

ARMVZA, vide ARMVZIA.

ARMVZIA, & ARMOZEI, Plinio. ARMVZA ἄρμουζα, Ptolemæo: in Carmania. HARMOZIA ἁρμόζεια, Arrhiano. Videtur hodie occupare Ormus regnũ, & in eo eiuſdem nominis celeberrimum emporium, ad Fretum Sinus Perſici. Marius Niger putat VOROCHTA ὀορόχτα, Ptolemæi, eſſe inſulam hodie Ormus dictam. Ormus inſulæ ab incolis alio nomine Gerum vocari, ſcribit Varrerius. In Itinerario Beniamini deſcribitur ſub nomine Nekrokin, vt ego auguror. Ormus inſulam dicit Theuetus ab Armeniis, Tartaris, & Caſpiis Zamri

vocari, & Rohoboth à Chaldæis. Ormus autem Luſitanis tantùm, ob auri abundantiam vocari aſſerit. hoc mihi non conſtare fateor. ſed quod addit olim Ogyrim dictam, in eo eum hallucinari credo.

ARNA ἄρνα, Vilumbrorum, Ptolemæo, & Silio 8. in Italia vrbs. Plinio ARNATES ſunt. Eſt Phthiotidis etiã vrbs, apud eundem. Et Theſſaliæ apud Strabonẽ. vide XANTHVS.

ARNÆA ἄρναια, regionis nomen. in Bœotia. Stephanus, in voce Philenorium. Arnæum quendam Terpandrum poëtam facit Suidas.

ARNARIVM, vide ÆNARIVM.

ARNATES, Vide ARNA.

ARNE ἄρνη, Theſſaliæ, Bœotiorum Coloniæ, que quoque CIERIVM κιέριον, dicitur, Stephano auctore. Eadem ARENE, & TARNE vocatur, ſi creditur Etymologico. Meſopotamiæ vrbs: & Eraſiniorum, iuxta Thraciam, eſt apud eundem Stephanum. Arnen quandam habet Strabo à Copaide lacu abſorptam. Fons quoque ſic dicitur in Arcadia, vt refert Pauſanias. Bœotiæ vrbs, quæ poſtea CHÆRONEA χαιρώνεα, dicta fuit. vt apud eundem Pauſaniam legitur. Prius SINOVSA σινόεσσα, vocata fuit. Item COS κῶς, Iſacio teſte in ſuis Lycophronicis Commentariis. Vide ACRÆPHIA, BOEOTIA, & CHÆRONEA.

ARNEÆ ἀρνεαὶ, vrbs Lyciæ parua, Stephano: ex Capitone.

ARNENSIS, Vide ARNIENSIS.

ARNESTVM, Italiæ locus, Antonino. inter Barium & Egnatiam. Sed APENESTE legit Sigonius. An Arnetium legendum, ſubdubitat Celſus Cittadinus.

ARNIDILLA, Epiſcopalis locus, ſub ſede Rubba, Moabitarum. Guil. Tyrius.

ARNIENSES, Tribus populi Romani, Liuio 34. ARNENSIS in nonnullis lapidibus ſcribi tradit Iacobonius. vide FLVENTIA.

ARNINE, fluuij nomen, inter Pyrgos & Portum Herculis, Antonino. In Tuſcia. Sunt qui HARNINE, & ARMINE legunt. an Peſcia hodie?

ARNISSA ἄρνισσα, Greciæ vrbs, ditionis Perdiccæ regis. Thucydides 4. ſub finem. Taulantiorum regionis, in Macedonia: eſt apud Ptolemæum.

ARNON ἀρνὼν, in ſacris litteris, fons aut flumen eſt, inter Amorrhæos & Moabitas diſtinguens. Adramelech hoc dicitur, ſi quæ fides ſit Theueto. Eius mentio eſt apud Ioſephum, & Iudicum 11. item Num. 21. In Aſphaltidem erumpit. Ioſuæ 12. Pro Arnon legunt quidam Ἀροεϱ; vt monuit Syxti V. editio Romana. vide APHAR.

ARNONENSIS, Vide ARONVM.

ARNVS ἄρνος, Tuſciæ fluuius, Ptolemæo, Straboni, Plinio, & cæteris. Nomen retinet, Arno.

AROANII ἀροάνια, montes in Arcadia ſunt, Pauſaniæ.

AROANIVS, vide OLBIVS.

AROATIA, vide ARRHATA.

AROAVA, vide ÆNIANES.

AROCELVM, vocat Varrerius Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbẽ, haud procul à Segoncia. quã vulgò Nodales appellant. Circa Medinã Cæli eſſe, putat D. Iacobus Delgadus. AROCELITANI Plinio ſunt. vide ARACILLVM.

AROCHA, Locrorum in Italia fluuius. Plinius.

AROCHIRANNI, Vide BERGIO.

ARODI, Vide ARARI.

AROE, vide PATRÆ, & ARBA.

AROEI, Arabes ſunt, Plinio, circa Meſopotamiam & Syriam. vide ARABIA.

AROER ἀροὴρ, vrbs ad Torrentem Arnon. Deuter. 2. Ioſue 12. Iudicum 11. 1. Samuel. 30. A filiis Gad extructa. Num. 32. Vide AR.

AROERNI, vide ARVERNI.

AROLA, Heluetiæ fluuius. Die Arr Scudo. Regino Prumienſis eius meminit.

AROLVS ἄρωλος, Beſaltiæ regionis, in Macedonia vrbs. Ptol.

AROMA, vide AROMATA.

AROMATA ἀρώματα, Africæ promontorium, & emporium Æthiopiæ, ad Sinum Barbaricum; Ptolemæo auctore. Cabo de Guardafu Gerardo Mercatori; Guardafuni Sanuto, & Barroſo. ἄρωμα habet Stephanus ex Marciano, Æthiopiæ vrbem. Cariæ pagus in monte ſitus, eſt apud Strabonem: ſed o. breui. Quidam AROMA triſyllabicos legunt: ſic quoque Stephanus ex Strabone hoc loco. vide AVSTRI Cornu.

AROMATIFERA Regio, in Arabia Felici. Strabo 16.

ARONICÆ, vide AROCCÆ.

ARONIIM, vide ORONAIM.

ARONVM, & ARONENSIA Caſtra, duo Palæſtinæ opida ſunt in lib. Notit. ARNONI legunt quoque 70. interpretes, vbi apud Neemiam 2. HORONITES eſt D. Hieronymo.

AROPVS, vide OROPVS.

AROR, vide ORODI.

AROSAPES, Arianæ regionis fluuius, apud Plinium. vide ARVSASEM.

AROSETH, ἀϱισώθ, 70. interp. locus Palæſtinæ. Iudic. 4. Aroſeth gentium ibi quoque mentio.

AROSIS, Vide OROATIS, & ARAXES.

AROTERES Æthiopes, circa Adulicum ſinum ſunt, Plinio. Sunt & alij, Scythæ circa Dionyſopolim Thraciæ vrbem, ad Euxinum, eidem Plinio. ἀροτῆρες Herodoto. Vide SCYTHÆ, & MEGASA.

AROTREBÆ, vide ARTABRVM.

AROTRIA, vide MELANEIS.

ARPANI, in Secunda Italiæ regione populi, Plinio. Vide ARDANVS.

ARPANVS, Vide ARDANVS.

ARPASA, vide HARPASA.

ARPESSVS ἄρπησσος, Thraciæ fluuius, in Hebrum cadens. Appianus 4. Ciuil.

ARPHAS ἀρφᾶς, vicus Iudææ. Ioſepho Belli Iudaici 3. cap. 2. Vide ARFA, & ARTHA.

ARPHASSAD, vide SVSIANA.

ARPHAT, locus. 4. Reg. 19.

ARPHAXADÆI, Vide CHALDÆA.

ARPI ἄρποι, Liuio, Ptolemæo, Straboni, & Plinio; qui addunt aliquando ARGOS HIPPIVM ἄργος ἵππιον, & ARGYRIPPA ἀργύριππα, vel per ſyncopen ARGYRIPA ſimplici P dictum. LAMPE λάμπη, antea quoque vocatum, Stephanus auctor eſt. DIOMEDIS Vrbem nominat Virg. 7. Æneid. & Ouid. 14. Metamorph. In Apulia eſt, vel, vt idem Stephanus dicit, in Daunia. ARPINI, Gentile, Liuio. Seruius ad 7. Æneid. dicit hanc primùm ARGI, poſtea ARGYRIPA, & ARPI vocatam. Sarpi, dicitur Nigro. Sed Monte S. Angelo, Erythræo. vide ARDANVS, & DIOMEDIA.

ARPII ἄρποι, Myſiæ Inferioris populi. Ptolemæus. Beſſarabia ibi hodie. vide HARPIS.

ARPINA, vide OLYMPIA.

ARPINAS Inſula, nominatur à Cicerone lib. Epiſtolarum Atticarum. 13. In Fibreno fluuio ſitam putat Turnebus. Inter Apenninum & viam Appiam Simeo Boſius.

ARPINNATES, Vide HARPINNATES.

ARPINVM Liuio, ARPINATES Plinio, Ciceronis patria. Hirpinorum vrbs, in Samnitibus eſt. Arpino nomen habet, apud Leandrum. In huius agro ARPINATEM Fundum, nominat Cicero, ad ſuam Terentiam. Ad Lirim amnem videtur, ex Silij 8.

ARPONIVM Ἀρπώνιον, Italiæ opidum, in Magna Græcia, à Brutiis direptum in bello ſeruili. Diodor. lib. 16. Gabr. Barrius pro Quarquario habet, Calabriæ vrbe.

AXPOXÆ, vide SCYTHÆ.

ARPYIA, vide HARPYIA.

ARQVI, Epiſcopalis locus, ſub ſede Emſſena Guill. Tyrius

ARRA, Arabiæ Felicis opidum: vbi omnis negociatio conuenit. Plinius. ἄρρη vicus quoque Ptolemæo. Chalcitidis regionis locus, in Syria: eſt apud Antoninum.

ARRABII, vide ARBIS.

ARRABO, qui & NARRABO, Pãnoniæ, vel (vt hodie) Hungariæ fluuius. Sic Lazius, & Wermherus, qui eum Rab. vocant. NARABO νάραβον, apud Ptolemæum lego. ARRABO neſcio quis hoc tractu auctorum meminerit. ARRABONA eſt apud Antoninum. ſed pro opido, vti videtur. quod hodie Laurinum nominant. vide AVRAS.



ARRACILLVM, Vide ARACILLVM.

ARRÆI Sarmatæ. quos AREATAS vocant. Thraciæ populi, Iſtrum verſus. Plinius.

ARRATA, vide ARRHATA.

ARREBACI Hiſpaniæ populi, Plinio 3. cap. 3. ATREBACI, quidã codices legũt. Pro AREVACIS habeo.

ARRHA ἄῤῥα, Illyridis vrbs Stephano.

ARRHABON ἀῤῥαβὼν, Iberiæ fluuius, qui è Caucaſiis oriens, à Cyro recipitur, vt habet Strabo 11. ARRHAGON in M. S. quod Caſaubonus teſtatur. Idem fortè cum ARAGO.

ARRHADE ἀῤῥάδη, Arabiæ Deſertæ vrbs, Ptolemæo.

ARRHAPA ἀῤῥάπα, Aſſyriæ opidum. Ptolemæus.

ARRHAPACHITIS, ἀῤῥαπαχῖτις, Aſſyriæ regio: apud Ptolemæum.

ARRHATA, vel ARRATA ἄῤῥατα, Africæ lacus, apud Rhizophagos, vbi feri culices. Ælian. 17. Animal. cap. 40. Lacum Monachorum vocari in Tabula Sanuti video.

ARRHECHI ἀῤῥήχοι, gens Mæotica, Stephano. ARRICHI, Pomponio. ἄριχοι ſingulari ρ Ptolemæo. ARCHI, Plinio, & ARINCHI Ammiano.

ARRHENE, Armeniæ Maioris regio, in qua Tigrim tam vicinum Arſaniæ fluere, ſcribit ex Claudio Cæſ. Plinius, vt cum intumuere, confluant, nec tamen miſceantur.

ARRHENTIA ἀῤῥέντια, Italiæ opidum, apud Stephanum. Suſpecta lectio.

ARRHENTIAS ἀῤῥηντίας, Arrhiano, ARETIAS, ἀρητιάς, Apollonio. Euxini maris inſula circa Pontum Cappadocicum. in qua Stymphalides aues. Vide ARIA.

ARRHETIVM, vide ARETINVM.

ARRHIANA, Thucydidi ad calcem, lib. 8. circa mare Ægæum, & Cherroneſum Thraciæ, locus.

ARRHINA ἀῤῥίνη, loci nomen circa Aſiam propriam videtur: ex Diodoro 5.

ARRIACA, vide CARACCA.

ARRIANVM, vrbs Pannoniæ, vel Norici, in lib. Notit. Altenhofen infra Aniſum eſt Lazio.

ARRIBANTIVM ἀῤῥιβάντιον, Dardaniæ vrbs, in Myſia Superiori; Ptolemæus. A Lazio, in ſua Græciæ tabula Wueziterno vocatur.

ARRICHI, vide ARRECHI, & DOSCI.

ARROCCÆ ἀῤῥόκκαι, Libyæ Interioris populi, Ptolemæo. ARONICÆ malè, in Latinis codicibus. Simplici ρ legit quoque idem Ptolemæus ἀρόκκαι.

ARROTREBÆ, vide ARTABRVM.

ARRVBIVM, Mœſiæ Inferioris, vel Scythiæ opidum, ad Danubium. Antoninus, & lib. Notit.

ARRYBA ἀῤῥύβα, loci nomen eſt apud Stephanum ex Alemanno.

ARSA ἄρσα, Ptolemæo, Appiano, Plinio, & Stephano, Hiſpaniæ Bæticæ opidum eſt. Arcoz Ioſepho Moletio interpretatur, non verè, vt puto. Aruaga fortè, ex Amb. Morali. Indiæ intra Gangem etiam regio eſt, apud Ptolemæum. Sed & aliud opidum Hiſpaniæ eſt apud eundem. in Ileditanis nempe.

ARSACIA ἀρσακία. Mediæ vrbs, & Ptolemæo, & Ammiano. vide RAGEIA.

ARSACIANA, ſiue NOVIS, Pannoniæ Sauiæ vrbs. lib. Notitiar.

ARSACIDA ἀρσακίδα, lacum habet Plutarchus de Fluminibus: in quo Tigris defluit.

ARSÆ ἄρσαι, Arabiæ Falicis gens, teſte Ptolemæo.

ARSAGALITÆ, Indiæ populi, circa Caucaſum. Plinius.

ARSAMETES, Aſiæ fluuius, circa Parthiam aut Armeniam: vti videtur apud Tacitum, Annal. 15. ARSANIAS autem legit hoc loco Lipſius, ex Fragmento Dionis: quod Fuluius edidit.

ARSAMVM ἄρσαμον, Arabiæ caſtrum. Ioſephus 20. Antiquit.

ARSAMOSATA, vide ARSAMOTE.

ARSAMOTE, opidum Armeniæ Maioris, ad Euphratem fluuium, Plinio. ARSAMOSATA, ἀρσαμόσατα, Ptolemæo. Huius etiam meminit Tacitus 15. Annal.

ARSANE ἀρσάνη, vrbs, vbi ſepultum Aſam regem Iſrael, ſcribit Ioſephus 8. Antiq. cap. 6.

ARSANIAS, & ARSANVS, duo flumina Armeniæ Maioris in Euphratem defluentia, Plinio. Huius ἀρσανίας meminit quoque Plutarchus in Lucullo, vide DARSANIA, & ARSAMETES.

ARSAPHAR, vide SAPHER.

ARSARATHA, eſt Beroſo vrbs apud Scythas. Armeniæ Maioris, Ptolemæo.

ARSARETH regionis; meminit 4. lib. Eſdræ, cap. 13.

ARSATIANVM, Pannoniæ vrbem habet Lazius, ex Antonino & Scoto. Arſa nunc; haud procul Drauo.

ARSCENNENEN, Medorum regionis vrbem captam à Mauricio Imp. ſcribit Hiſtoria Miſcella 17.

ARSEA, vide ARCESA.

ARSEN ἄρσην, Arcadiæ fluuius. Pauſanias in Arcadicis.

ARSENA ἀρσηνὴ, quæ & THONITIS θωνῖτις, vt Strabo habet. Huius meminere quoque Dionyſius Afer, & eius Scholiaſtes Euſtathius. Palus eſt Armeniæ Maioris, nitroſa & vnius generis piſces habens, per quam Tigris fluit. AREESA Ptolemæi eſt. Videtur à Plinio ARETHVSA, vel ARETHISSA à Solino, vocari. huic enim omnia, quæ Strabo ſuæ Arſenæ tradit, adſcribit. SOSINGITES Ammiano eſt. Poſſet THOSPITIS θωσπῖτις, Ptolemæi videri, niſi Plinius ex Arethuſa, & Thoſpite duas faceret. vide ARSYSIA.

ARSENARIA Colonia, ἀρσηνάρια, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo, & Pomponio. Arzerum Caſtaldo. at Gerardo Mercatori (cui ego vbique magnam in rebus geographicis fidem tribuo) Arzen vocat. Arzeo vocatur à Marmolio.

ARSENICAE ſynodi, meminit D. Athanaſius, in epiſtola ad epiſcopos in Africa. Huius ſitus mihi ignotus eſt. An pro Arſinoitæ?

ARSESA ἄρσησα, Armeniæ Maioris regio, Ptolemæo. ARSEA interpretibus.

ARSESOVAL ἀσεσουάλ, Terræ Canaan locus. Ioſue 19. ACERSVSA D. Hieronymo.

ARSIA, Plinio Hiſtriæ fluuius, & ab ea parte Italiæ terminus. ARZIA eſt apud Curopalatem, in Maximo. Arſa. Leand. Alberto. ARSIA Silua, eſt Liuio lib. 2. in agro Romano, ab Arſio heroe ſic dicta, teſte Halicarnaſſeo 5. Circa Prata Iunia. Haud procul à Veientibus videtur ex Val. Max. de Miraculis. A Plutarcho VRSON ἄρσον, dicitur, in Poplicola. vide VRSVS Lucus.

ARSIÆ Bœotiæ vrbs, quam à Phocẽſibus occupatam, ſcribit Gemiſtus Plethon. Græcum codicem videre non licuit.

ARSIANA, Suſianæ vrbs, Ammiano. ſine s. legit Accurſius, ARIANA.

ARSICARITANVM Epiſcopum, à loco habet Vict. Vticenſ. In Numidia eſt.

ARSICODANI, Plinio Arabiæ Felicis populi ſunt.

ARSICVA ἀρσικούα, Germaniæ vrbs eſt Ptolemæo. Wiſin Sileſiæ eſt Villanouano.

ARSIETÆ ἀρσιῆται, gens Sarmatiæ Europææ. Ptolemæus.

ARSII, vide ARIA.

ARSIM ἄρσιν, Piceni fluuium videtur habere Plutarchus in Pompeio. ÆSIS fortè.

ARSINARIVM Promontorium, ἀρσινάριον, Ptolemæo: Libyæ interioris. Cabo Verde Ioanni Barrio & Maffeio dicitur. Videtur SVRRENTIVM Plinij. Hoc Promontorium Capitis Viridis ſcribit Theuetus Macandan, & Beſenege vocari, & ab Arabibus Hacdar.

ARSINE, ex Cedreno videtur circa Euphratem, fluuius.

ARSINNARITANVM epiſcopum à loco Mauritaniæ Cæſarienſis, habet fragmentum Victo. Vticenſ. ab Arſenaria credendum.

ARSINOE ἀρσινόη, Tres huius nominis habet in Cypro maritimas vrbes, Strabo. vnam inter vtramq; Paphum. hanc

Stephanus Luſignanus ſcribit nouo nomine Afdime appellari. Aliam inter Pedalium & Salaminem: quam idem Luſignanus Famagoſtam putat. Tertiam circa Callinuſam, quam & Ptolemæus nouit. Leſcare hæc Luſignano. Vnam harum MARIVM dictam Stephanus de Vrbibus dicit. Marium autem & Arſinoe duæ ſunt vrbes apud Plinium. Præter has tres, quartam huius nominis deſcribit in mediterraneis Luſignanus, & Porcarcius, quam addit Arzes nunc vocari. Ptolemæo eſt Ægypti vrbs, ad ſinum Arabicum, quæ nonnullis CLEOPATRIS vocatur, vt Strabo refert. Hanc ſcribit Becanus à Moyſe BAGVLSTEPHON vocari; licet alij BEELSEPHON perperam efferāt. Sues hodie, P. Gylius. Stukius à Saracenis Barraarn dici ait. Opidum eſt Ptolemæo & Pomponio; quod & TEVCHEIRA τεύχειρα, Marcellino, & Straboni: Pentapoleos in Africa opidum. TAVCHEIRA per A in prima, legitur apud Stephanum. qui alio in loco illud TAGEIRA τάγειρα, appellat, TEVCHIROS Lycophron. Toacara Mercatori, Trochara Marmolio, & Oliuerio. Ægypti ciuitas Arſenoiticæ præfecturæ, ad Nilum eſt; quæ olim quoque CROCODILORVM ciuitas dicebatur, Strabone teſte. Sed Crocodilorū ciuitas eſt alia apud Strabonem, & Ptolemæum: in Aphroditopolitica præfectura. Vrbs Troglodit ica, prius OLBIA dicta, Stephanus. Ad ſinum Arabicum eſt Straboni: ſiue Adulicum, Ptolemæo. Apud Strabonem Ætoliæ opidum eſt, antea CONOPA κονώπα, dictum. eius puto quoq; meminiſſe Ciceronē in Piſonem. Syriæ opidum, in Aulone. Aliud in Cœleſyria: & aliud in Cilicia, habent Stephanus & Ptolemæus. Quatuordecim huius nominis vrbes exſtare, ex ſcriptorum monumentis conſtat. Sed & ARSINOE etiam fons, in monte Ithome: teſte Pauſania. Vide EPHESVS, MARIVM, & PATARA.

ARSINON, Syriæ vrbs, colli adhærens, Phauorino. item Armeniæ vrbs videtur apud Curopalatem.

ARSINVS, vide ERASINVS.

ARSISACA ἀρσίσακα, Mediæ vrbs, Ptolemæo.

ARSITIS ἀρσῖτις, Hyrcaniæ regio, apud Ptolemæum.

ARSONIVM ἀρσόνιον, Ptolemæo Germaniæ vrbs.

ARSOPÆ ἀρσῶπαι, gens circa Pontum Euxinum. Orpheus in Argonauticis.

ARSVRITANVS Epiſcopus, à loco ſic nominatus. Vict. Vticenſ.

ARSYINVM ἀρσύινον, Vinum habet Galenus, à loco ſic dictum videtur. Hoc alijs, ARVISIVM credo.

ARSYSIA ἀρσυσία, regio Pſyrorum & Chij. Stephanus ex Strabonis 14. vt inſit ſed ARIVSIVS hic legit. Alijs per metatheſin ARVISIVS eſt. Vide ARIVSIVS.

ARSYSSA, Ptolemæo, in Latinis codicibus, ſed melius AREESA ἀρέησα, vt Græcè ſcriptum habet. Armeniæ Maioris palus. Giocho ex recentiorum tabulis hodie videtur. Vide ARSENA.

ARTABATITÆ, Æthiopes quadrupedum ferarum modo vagi. Plinius, & Iſidorus. ARTHABATHITÆ Solino ſunt.

ARTABIVM, vide ARBIS.

ARTABRVM promontorium, Plinio auctore. quod CELTICVM idem quoque appellat. NERIVM νέριον, eſt apud Ptolemæum, & IERNE apud Strabonem. pro quo Xylander, & ante eum Pintianus Nerium reſtituit. Hiſpaniæ promōtorium (ſiue frons, vt cum Plinio loquar) eſt, qua ſe ex Septentrione verſus Occidentem vergit. SPECVLAM Britanniæ, vocant Æthicus, & Oroſius. Hode Cabo de finis terre nautarum vulgus appellat. Pet. de Medina autem dicit Cabo de Mongia vocari. Strabo tradit ARTABRIS ἀρτάβροι, ſuo tempore AROTREBARVM ἀροτρέβαι, nomen tribui. AROTREBÆ ſunt Plinio. & ARTABRORVM Portum habet ibidem Ptolemæus: quem Finis terræ hodie nominari puto. ARTABRA hic vocatur in Strabonis Epitome.

ARTACACNA, vetuſtius exemplar habet ARTACANA, Aſiæ vrbs, circa Ariæ regionem fortè. Q. Curtius 6.

ARTACOANA ἀρτακόανα, eſt apud Arrianum 3. CHORTACANA eſt apud Diodorum. 17. Hanc quoque Plinius 6. cap. 23. agnoſcit. An Articaudnæ Ptolemæi?

ARTACÆON, inſula cum opido, in Propontide. Plinius.

ARTACÆON ſepulchrum, circa Athon montem locus: Æliano animal. 13. cap. 20.

ARTACANA ἀρτακάνα, Parthiæ vrbs, Ptolemæo. vide ARTACACNA.

ARTACE ἀρτάκη, Ptolemæo Bithyniæ vrbs, ad Pontum Euxinum. Phrygiæ vrbs, Herodoto, Plinio, & Stephano. Idem montem Cyzicenum habet, & cum eo Strabo. Mons quoque in Beſbico videtur apud eundem. Eſt ſuburbium Cyzici, Procopio 1. Perſicor. Hoc Herodoto 4. ARTACIA vocatur. ARTACIVM Fontem habet Apollonius 1. circa Cyzicum. Heſychio Armeniæ eſt ARTACE; & eidem Helleſponti vrbs.

ARTACENA ἀρτακηνὴ, Aſſyriæ regio, circa Arbelam. Strabo. Conſule Commentaria Caſauboni ad hunc locum. qui ARCTENE legit.

ARTACH, opidum Syriæ videtur, circa Hierapolim. Curopalates.

ARTACIA ἀρτακίη, fons circa Lami vrbem. Circa Caietam, in Campania, ni fallor. Homero Odyſ. κ. Euſtathius dicit apud Læſtrygones eſſe. Meminit huius Orpheus in Argonauticis, & quoque Apollonius. ſed circa Propontidem in Aſia. vide ARTACE.

ARTACII ἀρτάκιοι, circa Myſiam & Thraciam gens, Dioni 51. quàm à M. Craſſo deuictam ſcribit.

ARTACINA ἀρτάκινα, Cretæ vrbs. Ptolemæus.

ARTACOANA, vide ARTACANA.

ARTÆA ἀρταῖα, Perſiæ regio. Pauſanias. Et ARTÆI ibidem populi, Herodoto. vide PERSIA.

ARTÆI Murus ἀρταίου τεῖχος, opidulum ad Rhyndacum fluuium, Stephano.

ARTAGERA Armeniæ maioris vrbs, apud Paterculum. ἀρταγήρας eſt Straboni. Aliis ARTAXATA, vt putat Vinetus. Strabo tamen vtriuſque meminit.

ARTAGIGARTA ἀρταγιγάρτα, Armeniæ Maioris opidum, Ptolemæo. An pro CARCATHIOCERTA? ſed vide EPIPHANIA.

ARTAGIRA ἀρτάγειρα, apud Ptolemæum eſt Libyæ interioris vrbs.

ARTAGVS, vide ARGAEVS.

ARTALBINVM, in Rauracis videtur vrbs, apud Antoninum. Eadem cum eiuſdem ARIALBINO.

ARTALESVM ἀρταλέσον, inexpugnabile præſidium. in Armenia fortè. vt ex Procopij de Ædif. 3. videtur.

ARTAMIS ἄρταμις, Pentapolis in Africæ regionis vrbs, Ptolemæo. Bactrianæ fluuius eidem.

ARTAMITA, vide ARTEMITA.

ARTANES, ἀρτάνης, Bithyniæ fluuius, in Pontum Euxinum effluens. In Arrhiani Periplo. ARTANÆ Thermæ, ſunt Ariſtoteli in Problematib. cuius aquæ calidæ, & tamen potu idoneæ.

ARTANISSA ἀρτάνισσα, Iberiæ Aſiaticæ opidum, Ptol.

ARTASIA, vel ARTESIA, Syriæ vrbs, circa Antiochiam videtur apud Guil. Tyrium. lib. 4. cap 7. vbi ſcribit eandem quoque CALQVIS vocari. Quindecim milliaribus ab Antiochia diſtare, ſcribit Matthæus Pariſius.

ARTASIGARTA, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo Latino. Vox ſuperflua, & expungenda.

ARTATVS, Illyriæ amnis Liuio lib. 44. iuxta Oeneum. Fiume della Iſtria hodie, teſte Nardo. vide DRINIVS.

ARTAVNVM ἀρταυνον, Germaniæ vrbs, apud Ptolemæū. Aurach haud procul à Tubinga arcem putat Io. Heroldus. Petr. Appianus Wirtzburg interpretatur. Hanc vrbem Wirtzburgenſem MARCOPOLIM & PEAPOLIM antiquitùs dictam, ſcribunt Irenicus, & Althamerus, ex Abb. Spanheymenſe. Auentino olim POEONIA vocata fuit. Vulgus Latinorum eam HERBIPOLIM nuncupat. vocabulo Latino Græco appellationem interpretantes.





ARTAXATA ἀρταξατὰ, Ptolemæo, & Plinio Armeniæ Maioris vrbs, iuxta Araxen, Tacito. Choin, Ionio. Hanc Strabo etiam ARTAXIASATA, ἀρταξιάσατα, & Stephanus ARTAXIAZOTA ἀρταξιαζώτα, appellat. Idē cum Tacito 2. Annal. etiam ARTAXIA ἀρταξία, habet. Xiphilinus ſcribit eam NERONIAM nuncupatam.

ARTAXIA, vide ARTAXATA.

ARTEATAE ἀρτεᾶται, Perſicæ gentes, apud Stephanum.

ARTEMIA, vide ARTEMITA.

ARTEMIDIS, vide DIANÆ.

ARTEMIDITA ἀρτεμίδιτα, Armeniæ Minoris opidum, Ptolemæo. ARTEMITA interpretibus.

ARTEMISIA, vide DIANIVM, & NARTHECVSA.

ARTEMISIVM ἀρτεμίσιον, ſiue DIANIVM Oenotriæ opidum, Stephano. quod illi & ARTEMITIVM per τ ſcribitur. Barrius hoc putat hodie Agatha appellari. ARTEMISIVM vrbem habet Herodotus littoralem, in Magneſia Græciæ, apud Sepiadem. Eubœæ inſulæ vrbs eſt Diodoro 11. Stephano, Plinio, & Tzetze. Item littus in eadem inſula, ſupra Heſtiæam, ad Boream ſpectans: cui è regione ferè opponitur Olizon, vt refert Plutarchus in Themiſtocle. Inſulæ nomen eſt apud Arrianum 6. inter Eubœam inſulam & Sunium promontoriū. Peloponneſi eſt opidum; apud Polybium 4. In Sicilia quoque locus, vbi Dion Sex. Pompeium caſtra poſuiſſe ſcribit. huius meminit etiam Appianus 5. Ciuil. Promontorium cum Fano eſt in Rhodienſium continente. Locus ſiue caſtellum Græciæ, ad Rechij fluminis oſtium: à Iuſtiniano Imp. extructum, teſte Procopio 4. ædific. Eſt locus in Delo apud Herodoti Melpomenen, & Clementem Alexandrinū, ad gentes. Mons ſic dictus, in Arcadia, circa Ladonem amnem, vbi Hercules ceruam occidit: vt refert lib. 2. Apollodorus. in eo Inachi fontes eſſe dicit Pauſanias. Decem huius nominis antiqua loca habentur. vide DIANIVM, ARTEMIVS, & NARTHECVSA.

ARTEMITA ἀρτεμιτὰ, Stephano & Plinio inſula eſt, contra Acheloi fluminis oſtium. ARTEMIA ἀρτεμία, Straboni dicitur. Inſula eſt quoq; Tyrrhenica, circa Thaliam ſiue Æthaliam inſulam, quæ Parmaiola hodie dicitur: Item alia, propè Oxiorum inſulam, eidem Stephano. Vrbs eſt ἀρτεμιτα, Aſſyriæ; & Arabiæ Deſertæ, Ptolemæo. Babyloniæ, eſt apud Strabonem. In Meſopotamiam eam collocat Plinius. Parthicum opidum vocatur à Tacito & Stephano. Eſt etiam Cherroneſus ſic dicta, circa Acheloi fluminis oſtia, eidem Stephano. Per A. in ſecunda etiam ſcribitur, eodem teſte. vide ARTEMIDITA.

ARTEMITES, vide RHENE.

ARTEMITIVM, Vide ARTEMISIVM.

ARTEMIVS, Mons Argiæ. Plinius. ARTEMISIVM Pauſaniæ eſſe, docet ad eundem Sylburgius.

ARTENA, Volſcorum opidum; de quo Liuius 4. circa calcem hæc: „Sunt qui Artenam Veientium, non Volſcorum fuiſſe credant: præbet errorem, quod eiuſdem nominis vrbs inter Cere atque Veios fuit. ſed eam reges Romani diruerunt: Ceretúmque, non Veientum fuerat. Duæ ſunt ergo Artenæ nominis vrbes.

ARTENIA, vide BILIGA.

ARTESIA, Galliæ Belgicæ regio, quæ vulgo Artois. ATREBATII olim. vide ARTASIA.

ARTHA, vicus vbi initium longitudinis Iudææ. Egeſippus 3. ARPHAS, hoc loco legit Ioſephus Antiq. 3. cap. 2. vide IARDA.

ARTHABATHITÆ, proni atque quadrupedes: Æthiopum gens, in Africa. Solinus.

ARTHEIDON, inſula ante Troada: teſte Plinio.

ARTHITÆ, apud Plinium Dalmatiæ gens.

ARTIACA, Galliæ vrbs, Antonino. Circa Tricaſſos. vbi LEGIO XII. Alius codex M.S. ARCIACA per C. legit. Hodiè fortè Arſij.

ARTICAVDNA ἀρτικαῦδνα, Ariæ vrbs, Ptolemæo, vide ARTACACNA.

ARTICOME, Barbaricæ vrbs, circa Græciam, alicubi. Euſtathio, in Amatoria Iſmeni fabula.

ARTIGIS ἄρτιγις, Ptolemæo, ARTIGI Plinio, quod IVLIENSES vocant. Turdelorum, in Hiſpania opidum. Hodie, vt Coquus & Tarapha ſcribit, Alhama. Eſt & ARTIGIS Antonino alia, inter Emeritam & Cordubam, quam quoq; Alhama nunc vocari autumo.

ARTIGVLA, inſula Nili videtur, apud Pliniū: in Æthiopia ſub Ægypto.

ARTIS ἄρτις, Straboni 14. locus eſt Ioniæ, vbi Lebedus ædificata fuit ab Androcopo.

ARTISICA, Antonino locus in Mauritania Cæſarienſi. ARTISCVS ἄρτισκος, amnis eſt, per Odryſas fluens, in Thracia, Herodoti Melpomene. An Harda hodie? qui in Marizam ſiue Hebrum influit.

ARTOARTA ἀρτοάρτα, Paropaniſi vrbs, Ptolemæo.

ARTOARTAR ἀρτοάρταρ, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

ARTOBRIGA ἀρτόβριγα, Vindeliciæ vrbs, in Germania, Ptolemæo. Beltenburg, à Lazio, & Pirckheimero vocatur. Auentinus Artobrigam Maiorem & Minorem facit. dicítque Minorem, CENVM quoque; & Maiorem VALENTIAM vocari, duobusq; paſſuum millibus ab inuicem diſtare. nomenq; in Principum Pontificumq; inſtrumentis retinere; Vulgoq; Artzburg dici. Villanoranus Regenſpurg ex ea facit. Ego malim cum Plinio credere, quemque eos ſitus diligentiſſimè dicere, in quibus ipſe prodebat. In proemio lib. 3.

ARTOGERASSA, circa Armeniam, aut Colchidem vrbs eſt, apud Ammianum 17.

ARTOMICI, legit Fuluius apud Cæſarem 7. belli Gallici: vbi alij ARECOMICI habent.

ARTYMNESOS ἀρτύμνησος, vrbs Lyciæ, à Xanthijs condita. Stephanus. Vide PINARA.

ARTYNIA ἀρτύνια, ſtagnum, Stephano & Plinio eſt, ex quo Rhyndacus fluuius oritur. Strabo AZANITIDEM ἀζανίτις, vocare videtur, lib. 12. Vide APHNITIS.

ARTYPSVM ἄρτυψον, vna ſeptem vrbium, quas Cyrus familiari ſuo Pytharco largitus eſt; teſte Athenæo. Aſiæ Minoris putarim.

ARTZANVCVS ἀρτζάνυκος, Cedreno fluuius eſt, circa Meſopotamiam, vt videtur.

ARTZE ἄρτζη, pagus Cedreno. proximè Theodoſiopolis vrbi. ARZE legit Curopalates. Artzerum hodie vocari, & à Turcis Rum ſcribit Leonclauius, eſſeq; ſitam ad Armeniæ, & Cappadociæ fines.

ARVALTIS ἀρουάλτης, Libyæ Interioris mons: Ptolemæo.

ARVARI ἀρούαροι, Indiæ intra Gangem populi, Ptolemæo. eoſdem alio loco ARVARNOS vocat.

ARVAS, opidum Aſiæ, circa Caſpium mare vſpiam. Q. Curtio 6. Hyrcaniæ videtur. & AMARVA Ptolemæi putarim. huc enim M. vocis præcedentis finale elementum ad hanc pertinere arbitrauerim. ſic enim ibi legit, „opidum Aruas.

ARVBIVM, vide ARRVBIVM.

ARVCCI, Plinio, Antonino, & antiquæ lapidi, Hiſpalenſis conuentus vrbs. Moron hodie; vti ex Cluſio habeo. ARVCI ἀροῦκι, alia Ptolemæo in Turdetanis, quam Moralis inter Cazallam & Alannis deſcribit: & Aroche interpretatur. Puto ARVNCI Plinij.

ARVCIA ἀρουκία, Ptolemæo in Illyrico opidum; quod Bregna Nigro dicitur.

ARVDIS ἄρουδις, Syriæ opidum ad Euphratem: Ptolemæo.

ARVEDORVM, ἀρουέδων, montes; in India intra Gangem, Ptolemæo. ORVDII interpreti.

ARVENNA, vide DOROMELLVM.

ARVENSE, vide FLAVIVM.

ARVERNA, ciuitas Galliæ Epiſcopalis, Greg. Turonenſi. ex Sidonio. In Aquitanica prima. ARVERNÆ Plinio 34. cap. 7. Clermont hodie eſt apud Pap. Maſſonum. Aimoinus lib. 1. Francor. legit, ARVNNNIAS, quæ nūc „Clarus mons vocatur. An corruptè pro Aruernus? „

ARVERNI ἀρυερνοὶ, *Cæſari & Ptolemæo ſunt Galliæ populi.* ARGERNI ἀρόεργοι, *Stephano. Hodie* Auuergne *nominatur eorum regio. Horum agri deſcriptionem lege apud Sidonium 4. ad Aprum ſuum.*

ARVII, *vide* ARVVII.

ARVIS, *mons in Chio vnde Aruiſium vinum, ſic Vibius. vide* ARIVSIVS, *&* ARSYSIA.

ARVIVS, *vide* ARYIVM.

ARVN ἀρυν, *vicus Samariæ. Ioſephus belli Iudaici 2. cap. 3.*

ARVNCA *vrbs Italiæ, ab Auſonibus condita. Feſtus. Legitur &* AVRVNCA. *ſed ab illa diuerſa: ſi creditur Fabricio ad 7. Æneid.*

ARVNCI, *Bæticæ populi, apud Plinium. vide* ARVCCI.

ARVNDA ἀρῦνδα, *Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, Plinio, & Ptolemæo.* Rhonda *hodie vocari, ex Carolo Cluſio habeo. is tamen dicit, huius loci inſcriptiones antiquas habere* MVNDA. *Cl. Aretius ſcribit* MVNDA *Cæſaris & Plinij, nunc* Mundecaran *nuncupari. Sed hanc* MVNDAM *Cluſius etiamnum* Monda *nominari ait. cui ſuffragatur Moralis. Hæc Arunda haud procul à Malaca, quæ Plinij eſt. Ptolemæi nempe eſt alia ab hac, in Celticis.*

ARVNNIAS, *vide* ARVERNA.

ARVNTES VETERES, *cognomine* CAMILLARII. *in Tuſcia, niſi fallit libellus, qui Cato de Originibus inſcribitur.* ARRVNTIAM *Familiam habet Tacitus 11. Annal.*

ARVPENVM ἀρύπενον, *Straboni,* AVRVPINOS *habet Appianus: Iapidum vrbs. Lazius* Aurſperg *in Garnis putat.* ARVPIVM *Antonini eſt Simlero. & idem fortè cum* ARRVBIVM *eiuſdem.*

ARVPIVM, *Vide* ARVPENVM.

ARVPNVM, *Galliæ opidum, in Aquitania. Sidonius ad Papam Agretium, lib 7. epiſtolarum. Sed* ARVERNVM *legit M.S. Codex ſincerius.*

ARVRITÆ, *Aſiaticæ gẽtis nomẽ, in Hiſtoria Miſcella 22.*

ARVS ἄρυς, *Lyciæ fluuius, Stephano, in dictione* Δρῦς, *Videndum an corruptè pro* ANVS. *Vicus quoq; circa Samariam mihi videtur, ex Ioſephi Antiq. 6. cap. 14. & belli Iudaici. 2. cap. 3.*

ARVSACEM *Aſiæ fluuium, habet Mela: inter Indum fluuium, & ſinum Perſicum, alicubi videtur.* ARVSAPE *Plinij.*

ARVSINOS *Campos, habet Frontinus; in quo Pyrrhum Epirotam à Romanis victũ, ſcribit lib. 4 cap. 1.* AVRVSINOS *lego ex Floro & Oroſio. In Lucania ſunt: neque alios ab* AVRVNCIS *puto.*

ARVVII ἀρυίοι, *Galliæ Lugdunenſis populi, apud Ptolemæum.* ARVII *melius ſcribendum.*

ARVZIS ἀρυζίς, *Ptolemæo Mediæ vrbs.*

ARXAMA ἀρξάμα, *Ptolemæo vrbs eſt in Meſopotamia.*

ARXANA ἀρξανα, *Armeniæ Maioris regio, circa Nymphium fluuium. Procopius 3. ædific. Vide* ARAXINA.

ARXATA ἀρξάτα, *Armeniæ Maioris vrbs, Straboni 11.*

ARXEN ἄρξεν, *Thraciæ vrbs. Procopius 4. ædificiorum Iuſtiniani Imp.*

ARXIANVS *ager, circa Carduchios montes, & Zirmam fluuium. Agathias ad finem lib. 4.*

ARYANDA, *Vide* ARYCANDA.

ARYCA ἀρύκα, *Locrenſium qui Epicnemidij vocantur, ciuitas. Diodorus 14. & 16* ARYCVS *Strabonis lib. 9.*

ARYCANDA ἀρυκανδα, *Lyciæ opidum, Athenæo, & Stephano. an* ARYANDA *Pomponio?* ARYCANDVS, *Lyciæ fluuius in Lymiram defluens, Plinio. cui &* ARICANDA *vrbs ibidem.*

ARYCVS, *vide* ARYCA.

ARYMAGDVS ἀρυμάγδος, *Ciliciæ fluuius, Ptolemæo.* Sequino, *Nigro.* ORYMAGDVS *ſcribunt Ptolemæi interpretes.*

ARYMPHÆ, *vide* ARIMPHÆI.

ARYPE ἀρύπη, *vrbs in Ægypto. Stephan. ex Herodiano.*

ARZANENA, *Tranſtigritana regio eſt apud Ammianum.* ARZAMNA *legit Accurſius.* ARZANEN, *&* ARZANIORVM *opidum habet Procopius, quod dicit duorum iter dierum à Cõſtantiana diſtare. Perſicorum 2.*



ARZE, *Vide* ARTZE.

ARZVGES, *vide* TRIPOLITANA.

ARZVS ἄρζος, *Thraciæ fluuius Ptolemæo.* Chiaurlic *Bellonio. Vrbs eſt Thraciæ quoque apud eundem Ptolemæũ.*

ASABAIA, *Arabiæ vrbs. lib. Notit.*

ASABO, *Vide* MELANI.

ASABORVM ἀσάβων, *Arabiæ Felicis promontorium, apud Ptolemæum.* Mochandan *Ioannes Barrius vocat. Eſt* MACETA μάκετα, *Arrhiani, in Indicis:* MACES *Ammiano.* MACÆ *populi ſunt quoque huic finitimi, apud Plinium.*

ASACHÆI, *Æthiopum populi, qui captos venatibus elephantos deuorant. Solinus & Plinius. qui quoque* ASACHAS *alibi legit, pro iiſdem.*

ASÆ ἀσαὶ, *Corinthiacus vicus: & alius Thraciæ: vt tradit Stephanus: ex Theopompo.*

ASÆI ἀσαῖοι, *ſunt Aſiæ populi, Dabis vicini; Ptolemæo. In Sarmatia. Vide* SCYTHÆ.

ASALEA ἀσαλέα; *Paleſtinæ vrbs: Socrati, in hiſtoria Eccleſiaſt. Alaphionis patria.*

ASAMA ἀσάμα, *Ptolemæo Mauritaniæ Tingitanæ fluuius.* Omirabi, *Caſtaldo.* Tenliſt *eſt Marmolio.* ASANA *Plinij eſt, & Solini.* Aſanaga *vocari, & eandem eſſe cum* NIGRO *veterum, ſcribit Ioan. Mariana.*

ASAMON ἀσαμών, *mons Galilææ, contra Sepphorin. Ioſephus belli Iud. 2. cap. 22.*

ASAMPATÆ, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi, Plinio.*

ASAN *Lacus. 1. Samuel. 30. item locus, 1. Paralip. 4. Ioſue 15. & 19 vbi 70. interpret.* ἀσαννὰ *legunt.*

ASANA, *vide* ASAMA.

ASANAMARA ἀσαναμαρα, *Indiæ extra Gangem vrbs, Ptolemæo.*

ASANCA ἀσανκα, *Germaniæ vrbs, apud Ptolemæum. ex qua Villanouanus* Cleppern *facit; Poloniæ ciuitatem.*

ASANÆI, *Vide* APHNIDÆ.

ASANGÆ, *Indiæ populi, Plinio.*

ASANNA, *vide* ASAN.

ASAPAVLI, *Galliæ Lugdunenſis vrbs, Antonino. vbi* LEGIO X.

ASAPHI, *vt habent Ptolemæi interpretes, vel* ASAPHIDAMA ἀσαφειδάμα, *vt Ptolemæus ipſe, Syriæ vrbs eſt, in Chalcidica regione.*

ASAR, *Palæſtinæ locus, Ioſue 13. Opidum circa Nilum, ſub regina Candace.*

ASARATH, *vide* ASSARA.

ASARSASVSIM, *vbi habitabant filij Semei, 1. Paral. 4.* ESESVSIM ἐσεσυσιμ, *legunt ſeptuaginta interpretes.*

ASASOBAS, *vide* ASTAPVS.

ASASONTHAMAR ἀσασονθαμαρ, *Geneſeos 14.* CHAASESON THAMAR *interpretatur Pagninus. vide* ENGADA.

ASATENI, *vide* ASTAGENI.

ASAVA *municipium, Antonino, in Mauritania Cæſarienſi.* ASSAFA *crediderim Victoris Vticenſis, in Fragmento M.S.* AVASAVA *putat Simlerus. cuius meminit Carthaginenſe conſilium, ſub Cypriano habitum.* AVSAFA *putarim D. Auguſtini.*

ASAVRACVS, *vide* ARAVSACVS.

ASBAMEI *Iouis templum, in Cappadocia, apud Tyanam opidum. vbi natus traditur Apollonius, Ammiano Marcellino. Aquam ibi ſic vocatam* Ἀσβαμαῖον, *Iouiq; ſacratam, dicit Philoſtratus, additq; periurantibus aduerſari.*

ASBOTVS ἄσβωτος, *Theſſaliæ vrbs apud Stephanum.*

ASBYSTÆ ἀσβυσται, *Stephano & Lycophroni Libyæ vrbs eſt. Herodoto, Dionyſio, & Euſtathio populi ſunt ſupra Cyrenem, in mediterraneis, Idem Euſtathius Ammonis delubrum apud eos ſtatuit; & Solis fontem. accolasq; Ammonios vocat. Ad Tritonem fluuium ſunt Callimacho.*

ASBYTÆ *ſine s. in penultima ſunt Ptolemæo. ſed huic diuerſi ſunt ab Ammoniis. ab vtriſque habet etiam Solis fontem longè diſtantem.* HASBITÆ *Plinio. Horum meminit etiam Silius 2.*





ASCA ἀσκᾶ, *Arabiæ Felicis vrbs, ab Ælio Gallo capta. Strabo 16.*

ASCALANI ἀσκαλανοὶ, *Italiæ populi, Romanos oppugnantes. Diodoro 37. Pro Aſculani mendosè.*

ASCALINGIVM ἀσκαλίγγιον, *Germaniæ vrbs Ptolemæo. quam Irenicus ait* Hildeſhepm *appellari.*

ASCALON ἀσκάλων, *Palæſtinæ vrbs, Ptolemæo, Põponio, & Straboni:* ASCALO *opidũ liberũ, Plinio. Initio* BENIBERA *appellata fuit. vt Beniamin tradit. Etiã* PALESTIN, *ſi Honorio creditur. &* PHILISTINA, *ſi Iſidoro. qui &* PHILISTIM *habet. Eadem ante* GERARIS, *Cedreno. Huius memoria fit Iudicum 1.* ASCALONIS *Stagnum, habet Athenæus, lib. 8.*

ASCANDALIS, *opidum Lyciæ, Plinio. Alius codex M.S.* DIANDALIS *legebat.*

ASCANIA ἀσκανία, *vel* ASCANIVS, *Ptolemæo Bithyniæ lacus. in agro Daſcylitide, Halicarnaſſeo 1. Is Caſtaldo* Iſnich; *Nigro* Londar *vocatur.* Aclu *Leonclauio. At Petrus Gyllius eum* Lago de Nicea *appellat; is oculatus teſtis eſt. dicitq; eum fertilem eſſe piſcium, quos Græci Lilingia vocant, & quos crudos, ſole exſiccatos, edere ſolent Conſtantinopolitani. Hunc idem in Sagarim effluere tradit in quadam epiſtola M.S. quæ apud me eſt. de qua in* DASCVTA. *Eſt Troadis vrbs Stephano, Phrygiæ Heſychio. lacus, pagus, & fluuius Myſiæ eſt apud Strabonem. Idem ſub Cio habet lacum* ASCANIVM, *in quo foſſiles piſces. idem fortè cum ſuperiori, Ptolemæi.* ASCANIA *ibidem quoque regio Straboni. quam Hermolaus duplicem intelligit: alteram Phrygiæ: alteram Myſiæ. Arrianus 1. Alex. meminit* ASCANI *lacus Phrygiæ, inter Piſidiæ regionem & Celænas vrbem, in quo ſal, quo vtuntur accolæ, ſuapte natura concreſcit.* ASCANIÆ *inſulæ ſunt Plinio ante Troadem. cui quoque* ASCANIA *in ſingulari in mari Ægeo alicubi inſula eſt. vide* CIOS ASCANIVS *&* SVNONENSIS.

ASCANIMIA, *vide* TAVRVS, *&* ASCATANCAS.

ASCANIVS ἀσκανιος, *Phrygiæ fluuius, Seruio. Sed Bithyniæ, ſecundum Plinium & Ptolemæum. qui hodie fortè* Aſcu, *ex tabulis dicitur.* ASCANIVS *Portus, in Æolide Aſiæ, eſt apud Plinium.* ASCANIVS *Sinus, apud eundem 5. cap. 32. ad quem Nicæam deſcribit. Malim* ASTACENVS *legere, ad quem Olbia Ptolemæo, quæ eadem cum hac Nicæa. Et Aſtacenus hic ſinus nominatur à Strabone, ab Aſtaco nimirum vrbe, huic imminẽte.*

ASCANTICI, *Plinio ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ populi.* ASCANCÆ *videntur Ptolemæi.*

ASCAPHOS, *Ægæi maris inſula, apud Antoninum.*

ASCATANCÆ, *Vide* SCYTHÆ, *&* ASCANTICI.

ASCATANCAS ἀσκατάγκας, *apud Sacas mons, Ptolemæo.* ASCANIMIA *huius loco in aliquibus Marcellini codicibus legitur.*

ASCAVLIS ἀσκαυλὶς, *Germaniæ vrbs, Ptolemæo: in tractu Septentrionali. Villanouanus* Swatz *vocat.*

ASCERRIS, *Vide* SECERRÆ.

ASCALITÆ, *Vide* ASCITÆ.

ASCHANAXI ἀσχάναξοι, *populi qui nunc* RHEGINI ῥηγινες, *à Græcis nominantur. Ioſephus Antiquitatum lib. 1. cap. 7. Gothicæ gentes ſunt Euſebio. Germani verò, Poſtello. idque ex Iudæorum ſcriptorum poſterorum ſententia. Matthæus autem Beroaldus contendit Aſiaticam eſſe gentem. Vide* REGIVM *Iuliam.*

ASCHASIB, *vide* ACHASIB.

ASCHEION ἀσχειον, *apud Stephanum eſt Achaiæ vrbs.*

ASCHILACÆ, *Troadis populi, Plinio.*

ASCIA, *vocantur Indiæ loca, vbi Septentrio non cõſpicitur. Plinius, 2. cap. 73.*

ASCIBVRGIVM ἀσκιβέργιον, *Germaniæ vrbs, Ptolemeo.* Asburg, *Thomæ Leodio. Vicus infra Coloniam, ad Rhenum; vbi multa vetuſtatis monumẽta ex terra eruuntur. Rhenanus opinatur* Duysborg *eſſe ciuitatem trans Rhenum, Montenſis comitatus.* Emmerich *vrbem vult Althamerus. Aſciburgij reliquias ſtatuit Ioan. Mercator inter Murſam vrbem & Rhenum fluuium, medio itinere. Aſciburgiũ ab Vlyſſe* ACRINIPRION ἀκρινιπριον, *vocatum, ſcribit Tacitus.* ἀσυπύργιον, *reſtituit Rhenanus. &* ἀσκιπύργιον, *legit Lipſius.* Ἀκρονίκιτον, *Althamerus.* Duysborg, *ab Adone* DYSPORVM; *& à Gregorio Turonenſi, Aimoinoq;* DISPARGVM *nominatur.*



ASCIBVRGIVS *mons, in Germania, Ptolemæo.*

ASCITÆ ἀσκῖται, *populi circa Indicum Sinum, Stephano ex Marciano. Eoſdem* ASCHALITAS ἀσχαλίτας, *vocari ſcribit.* ASCITÆ *ſunt etiam Arabiæ Felicis populi, apud Ptolemæum, & Plinium.*

ASCLEPIVM ἀσκληπιον, *ad Carthaginis Nouæ portum, tumulus. Polyb. 10.* ASCLEPIVM *circa Æolidem Aſiæ Propriæ, à Lyſimacho conditum, habet ex Strabone Hermolaus, ad Plinium.*

ASCLOS, *vide* ASCVLVM.

ASCOMARCI, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi, ſunt apud Plinium.*

ASCONIS FOSSA, *Vide* PADVSA.

ASCONITANVM ἀσκονίτανος, *vinum, habet Athenæus, à loco ſic dictum. quod bonum & pingue eſſe tradit. In Italia. An pro Anconitanum.*

ASCRA ἄσκρη, *Bœotiæ vrbs prope Heliconem, Straboni, & Pauſaniæ. Heſiodi patria, Seruio, & Vibio. Huius* ASCREVS *quoque mons, ibidem.*

ASCRVVIVM ἀσκρύιον, *Ptolemæo Illyrici vrbs.* Catharo, *Mario Nigro, qui ſcribit* DEGVRTVM *à Plinio vocari. Hoc neſcio.* ASCRVVIVM *apud eum hoc tractu quoque inuenio.*

ASCVA, *vide* ASENA.

ASCVILAREM *locum, ab Aquiſgrano quatuor leugarum ſpacio diſtantem, habet Eginhartus lib. 4. tranſlationis DD. Marcelli & Petri Martyrum.*

ASCVLVM ἄσκυλον, *Ptolemæo Picenorum in Italia mediterraneũ opidum. Aſcoli hodie. In Apulia eſt aliud L. Floro. & caput gentis Picentum. Coloniæ ius habet apud Plinium, & in antiquo lapide.* ἄσκλος *Stephano eſt.* Aſcalo *Leandro: ſed cognomine* Satriano, *teſte Mazzella: ad differẽtiam alterius. Hoc idem* Troia *quoq; vulgo vocari, ſcribit ad me Roma Celſus Cittadinus. vide* ÆSVLVM.

ASCVRA ἄσκυρα, *Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo.*

ASCVRIS, *Vide* LYCHNIDVS.

ASCVRVS ἀσκυρός, *Colchidis fluuius. Arrh. in Periplo. Africæ opidum in Mauritania, ſub Bogudis Imperio. Hirtius.*

ASDARA, *vide* OSDARA.

ASDATÆ, *Indiæ populi, ad Caucaſum: apud quos Topazius lapis. Plinius.*

ASDOD, *vide* AZOTVS.

ASDYNIS ἀσδύνις, *inſula lacus Moeridis, in Ægypto. Stephanus: ex Eudoxi 2.*

ASEA ἀσέα, *Arcadiæ vicus, qui* ASEATES ἀσεάτης, *etiam dicitur. Ex eo Alpheus fluuius profluit. Stephanus. Eurotam inde quoque emanare, ſcribit Euſtathius. cui fontis quoque nomen ibidem. vide* ABIA, *&* IASÆA.

ASEATÆ, *vide* ASTHEATÆ.

ASEDOTH, *vel* SEDOTH, *nomen loci. Deuter. 3. & 4. Ioſue 13. Aliũ ab hoc habet D. Hieron. in Locis Hebraicis.*

ASEL *opidum, in Medoe inſula Nili. Plinius.*

ASELENVS ἀσέληνος, *locus in Europa, vbi vipera ſerpens reperitur. vt habet Nicander. Eius interpres dicit montem Locrorum eſſe. In Ætolia eſt Etymologico. quod addit Endymionem hic obdormiuiſſe. Endymionem in Latmo obdormiuiſſe alij ſcribunt: In antro nempe quodam, quod* MVSARVM *nominat Q. Calaber:* ORYGMA *Antigonus.*

ASEM ἀσεμ, *70. interp. Palæſtinæ locus, Ioſue 19. Vide* HVMESEN.

ASEMONA ἀσεμωνα, *terminus terræ Chanaan. Num. 34. Deut. 1. Hic erant aurifodinæ. Ioſue 15.*

ASENA, *Hiſpaniæ vrbs, Carpeſiorum, vt videtur apud Liuium 23.* ASCVA *veteres libros legere, annotauit Sigonius. Locus Palæſtinæ quoq;* ASENA *vocatur: Ioſue 15.*

ASENEM SALEMSIS *ſedis Epiſcopalis, in Africa: meminit Coll. Carthag.*

ASENI, Indiæ populi, quorum caput Bucephala. Plinius.

ASER, ciuitas Nepthalim, apud Tobiam, in tribu Manaſſe, deſcendenti à Neapoli Scytopolim: in decimo quinto lapide iuxta Viam publicam. vt ſcribit Euſebius.

ASERGADDA, locus Palæſtinæ. Ioſue 15.

ASERI, Vide GESSVRI.

ASERLANVS ager, in Piceno. In Balbi lib. de Limitibus, quem M.S. adſeruat Nanſius. Corruptum puto.

ASERMVS, vicus Cherſoneſi (Thracici vt puto) eſt, in vita S. Parthenij.

ASEROTH ἀσηρώθ, vna manſionum Iſraëlitarum, in deſerto. Numer. 33.

ASERVAL, Paleſtinæ locus, Ioſue 15.

ASERSVSA, vide ARSESOVAL.

ASERVS, vide ASSORVS.

ASFELD Campus, ſic nominatus apud Diaconum 1. Longobardicor. cap 24. circa Daciam videtur.

ASFINVS, vide ASPHINVM.

ASGILIA, Inſula Arabiæ Felicis, in ſinu Perſico. Plinius.

ASIA ἀσία, tertia Orbis pars, & maxima à veteribus cenſetur. SEMIA Sacris ſcriptoribus eſt. In MAGNAM, & MINOREM diuidit eam Ptolemæus. Vno vocabulo hodie minimè vulgo exprimi ſcio. Partem eius citeriorem video ferè Leuante vocari. idq; ni fallor, ea ratione, qua Turcæ Cõſtantinopolitani ASIAM MINOREM Natolia nuncupant: vtrumque enim vocabulum idem ſignificat, quod Plaga Orientalior. Natoliæ meminit Metaphraſtes in S. Ioannicio. Aſiam vniuerſam Strabo in quinque portiones diuiſit: Ioannes Barrius noſtro tempore eam in nouem diſtinxit. Nos eam in noſtra Aſiæ tabula in tot, quot Strabo, partes diſtinximus: ſed non iiſdem cum Strabone limitibus. idq; craſſiore Minerua. Ab Ouidio Metamorph. 9. ASIS dicitur. SIANA à Serapione, cap. de Cocco infectorio, ex Dioſcoride. ASIAM MINOREM vocat Appianus 2. Ciuilium huius partem maximè Occidentalem, quam & MAGNAM PENINSVLAM nominat. MINOREM quoque Ptolemæus, qui eam inter maria & Euphratem conſtringit. Sed intra Halym, Herodotus & Strabo. In hac Minori eſt ea, quæ PROPRIA appellatur, à Ptolemæo, Solino, & Plinio: qui eandem, ex Agrippæ ſententia, in duas diuidit, 5. cap. 27. eamq; inter Europam & Orientem ſtatuit 14. cap. 20. In INFERIOREM & SVPERIOREM diſtinguit Herodotus 1. PRIOR à Varrone 4. de Lingua Latina: INFERIOR à Pauſania & Stephano vocatur: EPIRVM appellatam aliquando, tradit Euſtathius. EPIROPVM appellat Cedrenus: corruptè forſan. incolas THRACESIOS dictos, ſcribit Porphyrogenneta. Regiones quæ ſub hac Aſia Propria (quam Noſtram appellat Cicero) continentur, lege apud eundem, in Oratione pro Flacco: Eunapium in Maximo: Plinium libro ſupradicto: Solinum cap. 43. & librum Notitiar. qui eius decem prouincias numerat, nominátque. Obſeruatum hoc à me, veteres vtriuſque linguæ hiſtoricos cum Aſiam nominant, hanc tantũ velle. Teſtis mihi Varro 4. vbi hoc, ASIA pars Aſiæ, in qua Ionia ac Cilicia. Idem in Iuriſperitorum ſcriptis, & opere Conciliorum intelligendum. Suidas tradit regionem Troianam, prius Aſiam dictam; ab Aſio philoſopho. Apud Strabonem 13. lego, à Romanis ſic dictam, poſtquam eam ab Attalo huius rege in hæreditatem accepiſſent, atq; in prouinciæ formam redegiſſent. Hanc Propriam Aſiam video ſubinde à noſtræ ætatis ſcriptoribus Turciam Maiorem nominari. Turciam Nouam à noſtris, à barbaris verò Rum dici, tradit Marius Niger. eam partem nempe quæ verſus Septemtrionem Bithyniam, Galatiam & Cappadociam comprehendit. Auſtralem autem Tractum, in qua Lycia, Cilicia, & Pamphilia ſunt, Cottomanidia nuncupari. Plura loca alia ſub ASIÆ nomine ab auctoribus celebrãtur. eſt enim Suſianæ vrbs, Ptolemæo: Lydiæ, Suidæ, & Stephano; circa Tmolum montem. Mons eſt Laconicæ, ſic dictus, Pauſaniæ: in cuius vertice Las opidum aliquando, quod poſtea in conualle reædificatum fuit. Eſt & inſula Æthiopiæ, apud Stephanum. Virgilio palus eſt, aut lacus, prop. Cayſtrum fluuium, in Myſia, vt habet Vibius. Hoc A. longa eſt: de regione autem corripitur, vt tradit Seruius. vide ORIENS, ERIONIA, & LYDIA. ASIÆ Maximum ſinũ, vocat Pomponius, in quo Cyprus inſula eſt.

ASIACE ἀσιάκη, vrbs Arachoſiæ, Ptolemæo.

ASIANA ἀσιανὴ, vrbs Elidis; Stephano, in verbo ἀσια.

ASIBA ἄσιβα, Ponti Cappadocici vrbs mediterranea, Ptolemæo.

ASIBES, vide ANTIOCHIA.

ASICCENNA, Africæ vrbs. Coll. Carthag.

ASICHA vicus, Theodoreto in vita Euſebij.

ASICHVM ἄσιχον, portus Arabiæ Felicis, è regione Zenobiorum inſularum. Arrhianus in Periplo.

ASICINSINA ἀσικινσινὴ, Armeniæ Maioris regio, Straboni.

ASIDÆI, populi ſunt à Matathia contra Antiochum Iudæis in ſocietatem aſciti. vt habet Egeſippus. Gens Iudaicæ ſynagogæ videtur, ex 1. Machab. cap. 2.

ASIDO, quæ CÆSARIANA, conuentus Hiſpalenſis vrbs, in Bætica, Plinio.

ASIGRAMMA ἀσιγράμμα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

ASII ἄσιοι, gens circa Bactrianam regionem, Straboni 11. Eſt & gentile ab Aſas oppidulo, apud Stephanum.

ASILI, Italiæ populi, Silio 8. In Piceno, vt mihi videtur. Fictum nomen à poëta, dicit ad hunc locum Pet. Marſus.

ASILINCVM, (vel vt Simlerus) ALISINCVM, Galliæ Lugdunenſis opidum. Antoninus.

ASIN, regionis nomen, in hiſtoria Eldadis Danij, de Iudæis clauſis.

ASINÆVS, vide MESSENIACVS.

ASINARIA Via, vrbis Romæ. Feſt. Pompeius, & libr. Notitiarum. ASINARIÆ Portæ, meminit Procopius 1. Gothicor.

ASINARVS, vide ASSINARVS.

ASINDA ἄσινδα, Ptolemæo, AVSINDA Interpreti, Indiæ intra Gangem opidum.

ASINDVM ἄσινδον, Hiſpaniæ in Turdetanis vrbs, Ptolemæo. Medina Sidonia Cluſio. Sed hæc Sidonia eſt ASYLA ἄσυλα, Ptolemæi, ſi Moletio creditur.

ASINE ἀσίνη, Meſſeniæ opidum, Straboni, & Ptolemæo, in Peloponneſo. Anchora, Nigro dicitur. ſed Phaneromini, Fauolio & Sophiano. Hi Aſinæi, Parnaſſi olim accolæ, DRYOPES δρύοπες appellabantur. quod nomen, in Peloponneſum reuerſi, diu retinuere, vt Pauſanias ſcribit. Pro Aſine, legit Plethon hoc loco (nam is quoque in deſcribenda Peloponneſo Ptolemæum ſequitur) MISYNE μεισύνη. ASINE Argiæ vicus, propinquus Naupliæ, Pauſaniæ & Straboni, quam HERMIONICAM cognominant. Marius Niger Vulcanos appellat. MESINE μεσίνη, legit Plethon. Laconicæ quoque vrbs, Xenophonti, & Straboni. item Cypri: & Ciliciæ, apud Stephanum. Eſt & inſula ſic dicta, in Hadriatico mari. & alia inter Sporades, Pomponio. Inſula quoque eſt circa Peloponneſum, vicina Pylo, vt habet Thucydides 4.

ASINES, vide ACESINE.

ASINI AVRES, vide ONOV OTA.

ASINI MAXILLA, vide MALEA.

ASINIANI Horti, in regione Viæ Nouæ. Front. 2. Aquæduct.

ASINIVS, vide ACESINE.

ASIONGABER, (70. interpretes Γασιωγάβερ, legunt) 3. Reg. 22. Manſio Iſraëlitarum in deſerto. Num. 23, Iuxta Haylam in littore maris Rubri, in Idumea, 3. Reg. 4. BERENICEN poſtea vocatam, & haud procul ab Elana vrbe eſſe, ſcribit Ioſephus. Antiq. 8. cap. 2. D. Hieronymo teſte fertur ESSIAM eſſe, haud procul ab Ailath. vide BÆTOGABRA.

ASIOTÆ, vide IOTÆ.

ASIRINATES, Vmbriæ populi, in Italia. Plinius.

ASIS, vide ASIA, & SEIS.

ASISA-



A S

ASISARATH ἀσισαράθ, vrbs in Mauritania Cæſarienſi, Ptolemæi.

ASISIA ἀσισία, Ptolemæo. ASSESIATES vocat Plinius. Illyridis vrbs. Hanc ſcribit Niger nunc ſolo æquatam eſſe, ibidemq; multa antiquitatis monumenta exſtare. & locum Beribir dici, addit. Niſi tabulæ geographicæ fallãt, videtur mihi etiam Bergane vocari.

ASISINATII Municipij, meminit vetus inſcriptio; in Goltzij Theſauro. Ab Aeſiſia fortè.

ASIVS ἄσιος, Ptolemæo Semnonum in Italia fluuius. Chiazzo, Leandro dicitur. Lazo mihi videtur. ASIVS Campus, circa Cayſtrum fluuium. Stephanus ex Homero. item Euſtathius in eundem, Ἰλιάδ. β. Vide ÆSIS, & ASSOS.

ASMACH ἀσμάχ, locus Herodoto. vide AVTOMOLI.

ASMANI, vide AZANI.

ASMIRA, vide TAVRVS.

ASMIRÆI ἀσμίραιοι, Montes in Serica regione: apud Ptolemæum. ibidem ASMIRÆA regio, & vrbs: eidem.

ASMVRA ἄσμουρα, Ptolemæo Hyrcaniæ vrbs eſt; quam Marcellinus AZMORNAM vocat.

ASNAVS & ÆROPVS, ſunt duo montes in Macedonia, inter quos anguſta valle Aous amnis defluit. Liuius 32. Huius Aeropi quoque meminiſſe puto Arrhian. 1. atque ibidem hanc vocem in Accuſatiuo non generandi caſu legendum, vt ſit montis, non Alexandri patris nomen.

ASOCHIS ἀσωχὶς, circa Syriam vrbs: Ioſepho, belli Iud. 1. cap. 3. In Magno Campo, vt ipſe auctor eſt, in vita ſua. Galilææ vrbs, haud longè à Sepphora: eidem 13. Antiq. cap. 20. Vide ASOPHOS.

ASOM, vbi habitabant filij Semei. 1. Paralip. 4.

ASOPHIS, Achaiæ regiuncula, quæ prius ab Homero ARETHYREA dicta fuit. vt auctor eſt Plinius. Circa Phlium Elidis eſt.

ASOPHOS ἄσωφος vrbs, haud longè diſſita à Iordane. Ioſephus 13. Antiq. cap. 21. Sed idem cum ASOCHIS eſt. & ſic hic quoque ſcribendum.

ASOPIA ἀσωπία, Peloponneſi regio circa Aſopum fluuium. Strabo.

ASOPIDES, vide THEBAE.

ASOPIS, vide EVBOEA.

ASOPVS ἀσωπὸς, Pauſaniæ, & Straboni, Laconicæ opidum mediterraneum: Ptolemæo autem maritimum. Rampano, à Nigro interpretatur. ASOPVS, Liuio Macedoniæ fluuius, Heracleam alluens. Item Straboni, qui huius accolas Paraſopios vocat. Sunt qui eundem eſſe putant cum APILAS Plinij. Aſiæ minoris fluuius eſt apud Pliniũ. Laodiceam que ad Lycum eſt alluẽs. Thebarum quoque fluuius, in Arethyrea regione originem habere tradit Scholiaſtes Apollonij, lib. 1. Corinthiacæ regionis fluuius eſt apud Ptolemæũ, Pauſaniam, & Strabonẽ. hunc Theuetus Arbon vocat. Bœotiæ quoque fluuius Ptolemæo, Straboni, & Diodoro 11. qui, vt refert Pauſanias in Corinthiacis, Thebanam regionem à Plataica diuidit. eundem cum dicto Apollonij Scholiaſtis puto. De eodem lege hiſtoriolam apud Iul. Pollucem; Strabo habet etiam Aſopum fluuium in Paro. Vide AESEPVS.

ASOR ἀσώρ, Ioſue 11. 15. 19. Iudic. 4. HHASZOR legit Chaldæus. Palæſtinæ locus, ad lacum Semechonitidem eum deſcribit Ioſephus belli Iud. 3. cap. 18 ad Geneſſarum lacum, Antiq. 13. ex quo conijcio has duas voces einſdem lacus eſſe ſynonyma. Duos autem huius nominis oſtendit D. Hieronymus in locis Hebraicis. vide ASOR, & NASOR.

ASOS, Cretæ opidulum; Stephano. ASVM Plinius vocat. vide ASSOS, & APOLLONIA.

ASOTH. vide VSATI.

ASPA ἄσπα, Parthiæ vrbs, Ptolemæo.

ASPABOTA ἀσπαβότα, Ptolemæo, ASPOBATA Ammiano, Sacarum ciuitas.

ASPACARA ἀσπακάρα, vrbem, & ASPACARAS gentes, habet Ptolemæus in Serica regione. ASPARATA & ASPARATAS legit pro iiſdem Am. Marcellinus.

ASPACHAN, loci nomen Cedreno. circa Perſiam fortè. Spahan nunc dici, ſcribit Leonclauius.

ASPADANA, vide APPADANA.

ASPAGONÆ, & ASPAGONES, Indicæ gens, circa Indi fluminis fontes, Plinio & Solino.

ASPALATHIA ἀσπαλαθεία, Taphiorũ vrbs. Stephanus.

ASPALATHIS ἀσπαλαθὶς, Lyciæ inſula, apud Stephanũ.

ASPALLVCA, vide ASPARLVCA.

ASPANEVS ἀσπανεὺς, cædua ſiluæ Idæ pars. Strabo 13.

ASPANVS, vide ARDONA.

ASPARAGVS, locus circa Dyrrachium. Cæſar 3. Ciuilium. circa Genuſum fluuium fuiſſe videtur.

ASPARATA, vide ASPACARA.

ASPARLVCA, vel ASPALLVCA, Aquitaniæ vrbs. ad Pyrenæos. Antoninus. ISPALVCA legit Hermolaus.

ASPASIÆ ἀσπασίαι, ſunt populi qui habitant inter Oxum & Tanaim flumina, Polybio 10. ASPASIATRÆ ſunt Straboni. ASPISII fortè Ptolemæi. Vide APASIACÆ.

ASPATHESIS ἀσπαθέσις, Ptolemæo Indiæ intra Gangem opidum. ASPATHIS legunt interpretes.

ASPAVLA, Hiſpaniæ opidum Hirtio, ad Salſum fluuium, prope Cordubam: V. millib. P. ab Vcubi. Fortè Apea, iuxta Caſtro el Rio, Nonnullis ipſum Caſtrum el Rio: vt mihi Cluſius auctor eſt.

ASPELIA, vide CYRVS.

ASPENDVS ἄσπενδος, Pamphiliæ opidum, Ptolemæus, Liuius, Zoſimus, & Stephanus. ad Eurimedontem fluuium eſt Philoſtrato, & Arriano. In Ptolemæi tabulis ad Catarractum ponitur.

ASPERVM MARE τραχεῖα θάλασσα, qui & SINVS BARBARICVS, Ptolemæo. BARBARICVM Pelagus, Stephano. TROGLODYTICVS SINVS Plinio eſt. Eum maris tractum obtinet, qui hodie Golfo de Melinde dicitur.

ASPETIANI, apud Procopium 2. Perſicorum; gens maxima Perſidis.

ASPHALTES, ſiue, vt Ptolemæus, vt ASPHALTITES, ἀσφαλτίτης, lacus Iudææ, qui Hebræis, MARE PALÆSTINORVM, ORIENTALE, SOLITVDINIS, ſiue DESERTI) & SALIS dicitur; Item MARE MORTVVM, (quo nomine eum Pauſanias, & Iuſtinus hiſtoricus quoq; deſcribit.) SODOMÆVS apud Galenum dicitur. Vide eius deſcriptionem apud Hegeſippum 4. cap. 18. PENTAPOLIM olim dictum ſcribit Oroſius à quinque ciuitatibus in eo, priuſquam cæleſti igne arſiſſent. TRISTEM Sinum appellat Solinus. VALLIS Puteorum bituminis à Ioſepho, Antiq. 1. cap. 10. antea appellatus. Hodie ab omnibus Europæis Mare Mortuum, variis vernaculis vocabulis, hoc idem ſignificantibus, nuncupatur. Strabo aliàs diligentiſſimus Geographus, hoc Mare, cum Sirbonide palude confundit. quod ante nos Zieglerus monuit. Huius pars verſus Iordanem LINGVA MARIS in Sacris vocari video. Eſt & ASPHALTIS Limne (i. Lacus) circa Babylonem Aſſyriæ: Vitruuio 8. cap. 3. ſed tacita huius proprio nomine. Item in Africa, circa Sigam vrbem.: Straboni 17.

ASPHAR λάκκος ἀσφάρ, lacus. 1. Machab. 9. Ioſepho Antiq. 13. Fortè idem cum LACCI Ptolemæi.

ASPHAX ἄσφαξ, Cypri gens, Stephano.

ASPHYNVS, Ægypti vrbs. lib. Notit. ASFINVM legit idem.

ASPHODELODES ἀσφοδελώδης, Africæ populi, colore nihil ab Æthiopibus differentes. Diodorus 20.

ASPIDVS, vide MVSLO.

ASPII ἄσπιοι, THYRÆI θυραῖοι, & ARASACI ἀρασακοι, Indiæ populi videntur: ſed cis Choen fluuium. circa Paropamiſum fortè. Arrh. 4. Alex.

ASPIONIA ἀσπιωνία, Bactrianæ ſatrapia eſt, Straboni.

ASPIS ἀσπὶς, Africæ propriæ mons, Straboni, Polybio, & Procopio; prope Taphitim promontorium. Ptolemæo vrbs hic eſt, intra Hermeæ prom. Meis dici putat Auguſtinus Curio. Ad Syrtim Maiorem quoque vrbs, Straboni &

K Ptolemæo.

*Ptolemæo. quam Marmolius* Lard *vocat. Dioni 37. eſt caſtellum in Syria vſpiam. Stephano eſt Macedoniæ vrbs. Circa Conteſtaniam in Hiſpania vrbs eſt, Antonino. Promontorium Æthiopiæ ſub Ægypto, ad ſinū Arabicum: & Libyæ Exterioris mons, eſt apud Ptolemæū. Stephanus habet Aſpidem inſulam, prope Cyclades: aliam iuxta Lyciam: aliam Pſyris vicinam: & aliam vltra Piſſam. Plinio inſula eſt in Saronico ſinu. de qua Plutarchus fortè in Pyrrho. Vide* CLVPEA, ARCONNESVS, & IASPIS.

ASPISII ἀσπίσιοι, *Scythiæ intra Imaum montes, Ptolemæo. Populi quoque cognomines, ibidem. Vide* SCYTHÆ, & ASPASIÆ.

ASPITHRA ἀσπίθρα, *Sinarum vrbs, apud Ptolemæum:* Aſpida, *Gerardo Mercatori.* ASPITHRÆ, *populi ſunt ibidem, apud eundem Ptolemæum.*

ASPLEDON ἀσπληδών, *Achaiæ vrbs, quæ à nonnullis* SPLEDON *dicta fuit; deinde etiam* EVDIELVS εὐδίελος, *quo nomine quoque eius ager nominatus fuit. Strabo. Bœotiæ eam tribuit Plinius, & Heſychius. Phocidi Stephanus. Vide* HYETTOS.

ASPOBATA, *vide* ASPABOTA.

ASPONITANÆ *ciuitatis, Galatiæ Primæ, meminit ſynodus Conſtantinopolitana* VI. ASPONA *eſt Antonino.* HAPONA *legit Ius Orientale.* ASPVNA ἀσπυνά, *Socrati, Calliſto, & Ammiano, cuius epiſcopus Palladius. circa Ancyram videtur, ex concilio Epheſino* III. AGRIZAMA *hoc loco legit Accurſius apud Ammianum: corruptè, vt puto. Vide* ARGIZALA.

ASPORDENVM ἀσπόρδηνον, *locus apud Pergamum Troadis. in tractu ſterili & aſpero, Straboni.* ASPORENVM, *fugiendi fœditatis gratia dicitur, eodem auctore.*

ASPRACAN, *Vide* MEDIA.

ASPVCA ἀσπύκα, *Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo.*

ASPVNA, *vide* ASPONITANÆ.

ASPVRGITANI, ἀσπουργιτανοί, *circa paludem Mæotidem gens, Stephano, & Straboni, qui eos prope Sindicam deſcribit. ſed* ASPVNGITANI ἀσπυγγιτανοί, *hic legit. Inter Phanagoriam & Gorgippiam, in Aſia.*

ASSA ἄσσα, *vrbs circa Athon montem;* Herodoto, *in Polymnia; & Stephano. Idem habet vicum in Scythia, ſic dictum.*

ASSABENSIS *Plebs, in Africa:* Coll. Carthag. *Ab Aſaua puto.*

ASSACANI, *vide* ASSACENI.

ASSACENI, ASTACOENI, ASTACENI, & ASSACANI ἀσσακηνοί, ἀστακοινοί, ἀστακηνοί, καὶ ἀσσακανοί, *idem populus, ſed diuerſa ſcriptio, Plutarcho, Straboni & Arriano de vita Alexandri, qui eum inter Cophenem & Indum fluuios deſcribunt. Eidem tamen de rebus Indicis* ASSACENI & ASTACENI *diuerſi ſunt. Aut* SVASTENE σουαστηνή, *regio eſt Ptolemæi, aut vicina. Horum nomen & progeniem putat referre Marmolius, quos iuniores* Aſſaſinos *vocāt. quorum memoria frequens apud Belli ſacri ſcriptores. Vide* ATTACENI.

ASSAFA, *vide* ASAVA.

ASSANITÆ, *Saracenica gens, eſt apud Ammianum.*

ASSARA ἀσσάρα, *Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius.* ASARATH *interpretibus.* Sesfis *Caſtaldo. Meſopotamiæ vrbs, eſt in lib. Notit.*

ASSARACÆ ἀσσαράκαι, *Libyæ Interioris gens: apud Ptolemæum.*

ASSARAMEL σαραμέλ, *70. interpret. locus videtur, 1. Mach. 14.*

ASSAREMOTH ἀσσαρημώθ, *locus circa Palæſtinam; 1. Mach. 4.* GEZERON *vertit D. Hieronymus. alius habet* GAZERON.

ASSARON, *vide* SARON.

ASSBCOMA, *Antonino Hiſpaniæ opidum: intra Bracaram, & Aſturicam.*

ASSEDIM, *D. Hieronymo,* TYRIORVM *legunt 70. Interp. Ioſue 19.*

ASSEDOD, *vide* AZOTVS.



ASSEDONES, *vide* ESSEDONES.

ASSEMONA, *vide* ESMONA.

ASSERA ἄσσηρα, *Chalcidenſium opidum. Stephanus: ex Theopompo.*

ASSERIATES, *Plinio Alpini populi.* Val de Serra *fortè, inquit Simlerus.*

ASSERINA ἀσσερίνα, *locus in Tenedo inſula: vbi fluuiolus. Suidas in* τένεδος.

ASSESIATES, *vide* ASISIA.

ASSESVS ἀσσησός, *opidum Mileſiorum. Pauſanias, & Herodoti Clio. Vbi Mineruæ Aſſeſiæ templum.*

ASSETERI ἀσσέτεροι, *gens, aut militum potius genus videtur apud Arrianum 5. Alexandri.*

ASSIDONA, *ſic olim ſuſpicatur Cluſius vocatam fuiſſe eam Hiſpaniæ vrbem, in Bætica regione, quam hodie* Xeres de la Frontera *vocant. Cum eo ſentit Alphonſus à Carthagena.*

ASSINARVS ἀσσίναρος, *Thucididi, vno s, Plutarcho eſt: Siciliæ fluuius.* Falconara, *Leandro, Aretio, & Fazello. ſed hic addit eum intus etiam* Noti *vocari. Leander ſcribit hunc Aſinarum eundum eſſe cum Orino Ptolemæi, & Eloro Plinij. iudicent ſtudioſi.*

ASSIPITI, *vel* ASPICII *populi, Diacono* I. *Longobard. Circa Mauringam, Germaniæ Septentrionalis regionem. Eſt qui* VSIPETES *legit.*

ASSIS, *inſula quæ eſt inter Hoſtiam & Portum. Damaſus in vita Silueſtri papæ, & Volumen Conciliorum, de munificentia Conſtantini Imp.*

ASSIVM *Tuſciæ vrbs, ſi fides Edicto Deſiderij regis.*

ASSO ἄσσω, *Baſtetanorum opidum, Ptolemæo. in Hiſpania Tarraconēſi.* Oſſea, *Moletio, in ſua Geographia Ptolemæi.*

ASSOR, *vel* ἀσσώρ, *Ioſue 15 & 3. Reg. 4. vbi 70. interpretes* ἀσσώρ, *legunt: D. Hieronymus autem* HESER. Antiopia *à Brochardo vocatur. Vide* ASOR.

ASSORVM ἄσσωρον, *Sami inſulæ mons, Stephano auctore.*

ASSORVS ἄσσορος, *Mygdoniæ regionis in Macedonia vrbs Ptolemæo. Ciceroni Siciliæ vrbs eſt:* ASSORIVM ἀσσωρεῖον, *Stephano,* ASERVS ἄσηρος, *Ptolemæo:* ASSORINI *Plinio ſunt.* Aſoro *vel* Aziro *hodie, Fazello & cuidam Anonymo.* Niger Monreal *appellat. Vide* TRIOPALA.

ASSOS ἄσσος, *Æolidis vrbs, iuxta Helleſpontum, Straboni. In Epiro vrbs: etiā Lyciæ, prope Aternen. Eſt & in Bœotia fluuius, qui ſub radice Edylij montis in Cephiſum erumpit: teſte Plutarcho in Sylla. Pratum quoque ſic dicitur Stephano, in Lydia, iuxta Cayſtrum fluuium, & Celbianum agrum. Idem fortè cum Aſius. Actor. cap. 20. Aſſos (quod alijs* ASSVM,*) circa Troadem eſt. (ſed hæc, teſte Plinio, eſt* APOLLONIA*) ibidem Cap. 27. Aſſos quoque locus Cretæ eſt, in latere meridionali.* ἀσσὸς *fortè Pauſaniæ. & Stephani: &* ASVM *Plinij. ſed hoc in mediterraneis. Alij tamen hoc* ἆσσον *apud D. Lucam interpretantur,* prope, *appellatiuè. Vide* ANTANDROS.

ASSOTANVS *à loco quidam dicitur, in hac inſcriptione quæ Carthagine Noua legitur,* L. ÆMILIVS. M. F. M. N. QVIR. RECTVS. DOMO. ROM. QVI. ET. CARTHAGINIENSIS. ET. SICELITAN. ET. ASSOTAN. ET. LACEDÆMON. ET ARGIVVS. ET. BASTETANVS. *&c.*

ASSVM ἄσσον, *Troadis promontorium, Ptolemæo. vrbs eſt Pomponio, & Straboni.* Santi quaranti, *Sophiano. Thraciæ opidum eſt Antonino. Vide* ASSOS.

ASSVR, *Palæſtinæ vrbs maritima haud longè à Ramas* Arſid *Vulgariter dici, ſcribit Anonymus de bello Hieroſolymitano. Idem fluuium Aſſur dictum, hoc tractu habet.* ANTIPATRIS *veteribus eſt, vt addit in eundem Reineccius.*

ASSVRVS ἀσσουρος, *Africæ Propriæ opidum, Ptolemæo.* ASSVRIS *eſt apud D. Auguſtinum, Cyprianum & Vict. Vticenſ.* ASSVRAS *Antoninum. An fortè* AZVRITANVM *opidum Plinij?* ASVRENSIS *meminit Coll. Carthag. an pro eodem, videant peritiores.*





ASSYRANI, *opidum Tauricæ Cherſoneſi eſt apud Plinium.* ASTIRANI *legit alius codex.*

ASSYRIA ἀσσυρία, *Aſiæ regio. quæ poſtea* ADIABENE *dicta fuit, Plinio teſte. item Theodoreto in Sanctor. hiſtoria. Barbari commutata s. in* T. ATTYRIAM *eam vocant, Dione auctore. Niger ſcribit eam ab indigenis* Adrinza *appellari. A Girauа* Acimia; *à Pineto* Moſul; *à Caſtaldo* Arzerum; *à Mercatore* Sarh *dicitur. Dauus hic ſum, non Oedipus. Aſſyrios* PERSAS *dictos, ſcribit Suidas. Aſſyrij qui poſtea* SYRI *dicti ſunt. ſic Trogus 1. Aſſyrios Hyrcanis finitimos facit Xenophon 4. Cyropediæ. Vide* MESOPOTAMIA, & LEVCOSYRIA.

ASSYRITIS ἀσσυρῖτις, *vide* PSYCHRIS.

ASSYRIVM STAGNVM, *vide* TIBERIADIS.

ASTA ἄστα, *Liuio, Hirtio, Ptolemæo, & Straboni.* HASTA *Antonino. Turdetanorum in Hiſpania vrbs.* REGIA *cognominatur à Plinio.* Xerea, *Moletio dicitur.* Xeres de la Frontera *Nauagiero. Sed Moralis quem his libentius prætulerim, ſcribit adhuc* Aſta *vocari: vel* Maſa de Aſta, *circa Guadeleten amnem locus. Ego haud multum abſum, quin ſubnerſam putarim, cū ſua inſula Tarteſſo. in Bætis oſtio. Alia Ptolemæo* ASTA *Colonia Liguriæ vrbs, in Italia. Huius meminit quoque Claudiani Panegyricus, & Caſsiodorus* II. *Variar.* Aſti, *Leandro. Drangianæ quoque vrbs eſt, eidem Ptolemæo. Indiæ vrbs, aut locus, circa Barygazenum ſinum, eſt in Arrhiani Periplo.* COL. AST. AVGVSTA, *meminit quoque Auguſti nummus. teſte Goltzio.*

ASTABARRI, *Vide* SABATHENI.

ASTABENI ἀσταβηνοί, *Hyrcaniæ ſunt populi, Ptolemæo.* Aſtriadi *Nigro.*

ASTABORAS ἀσταβόρας, *Æthiopiæ fluuius, Meroën inſulam alluens, & Nilo ſe iungens. Strabo, & Ptolemæus. Per o. in ſecunda ſcribit Ioſephus.* Tacui *à Nigro.* Taccaſij *à Mercatore ex Barrio appellatur.* ESTABARAS *eſt apud Ælianum, vt vertit Gyllius. ſed* ἐστάμενος, *eſt in Græco codice.*

ASTACANA ἀστακάνα. *Bactrianæ vrbs, Ptolemæo.* ASTACIA *eſt apud Marcellinum. Vide* ATTACANA.

ASTACAMPRVM ἀστακάμπρον, *Indiæ promontorium, circa Barygazenum ſinum, verſus Orientem, Arrh. in Periplo.*

ASTACAPRA ἀστακάπρα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. Idem cum Aſtacamprum puto.* Campanir *Caſtaldo.*

ASTACENI, *vide* ASSACENI.

ASTACENVM ÆSTVARIVM, ἡ κατὰ ἀστακηνῶν ἀνάχυσις, *Ptolem. in Hiſpania Bætica;* La Mareſma *hodie vocatur.*

ASTACENVS *ſinus* ἀστακηνὸς κόλπος, *Propontidis pars, Straboni. In eo Nicomedia ſita eſt.* Golfo de Nicomedie, *Bellonio & Gyllio, vide* ASCANIVS.

ASTACES, *fluuius Pōti, Plinio: vbi paſtæ nigro lacte equæ, gentem alunt.*

ASTACIA, *vide* ASTACANA.

ASTACILICIS ἀστακιλικὶς, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo quæ* Tefezara *apud Marmolium.*

ASTACOENI, *Vide* ASSACENI.

ASTACVRES ἀστακουρες, *Africæ Propriæ gens, apud Ptolemæum.* ἀστακοῦροι *ſunt apud eundem in Libya interiori.*

ASTACVS ἀστακός, *regio Byzantiorum, Stephano. Etiam Acarnaniæ vrbs, Thucydidi 2. teſte quoque eius Scholiaſte. Vide* NICOMEDIA, & STRATVS.

ASTÆ ἀσταὶ, *Thraciæ gens. Stephanus. vide* ASTICA.

ASTAGENI ἀσταγηνοί, *Ptolemæo.* ASATENI *interpretibus. Arabiæ Felicis gens.*

ASTANDA ἄστανδα, *Ariæ opidum, Ptolemæo.*

ASTAPA, *Liuio Hiſpaniæ vrbs; quam Nauagierus putat hodie* Steppa *dici, vel vt alij ſcribunt,* Eſtepa. *Negat hoc Moralis, qui dicit aliam quādam fuiſſe, hinc duobus leucis diſtantem, circa fontem fluminis Xenil: quæ hodie ruinis fœdata iacet. vide* OSTIPPO, & SISAPONE.

ASTAPÆI ἀσταπαῖοι, *Libyca gens, Stephano, ex 8. Appiani.*



ASTAPVS ἄσταπος *fluuius, Ptolemæo, & Straboni, Meroën inſulam Æthiopiæ alluens.* ASTVSAPES *habet Solinus.* ASASOBAS ἀσασόβας, *Heliodorus 10. Strabo dicit eum à nonnullis* ASTOSABA ἀστοσάβα, *vocari.* Niger *ſcribit eum accolis* Abaui *dici:* Abanhi *Ioan. Barrius. Vide* NILVS, & NIGER.

ASTAROTH ἀσταρώθ, *vrbs à filiis Gad exſtructa. Num. 32. Ioſue 9. quo* GASTAROTH *legit Chaldæus. Ioſue quoque 16. quo* ἀταρώθ *legunt 70. interpretes: &* GHATEROTH *Chaldæus.* ASTAROTH CARNAIM *eſt Geneſ. 14.* ASTAROT ADDAR *quoque locus, Ioſue 16. Adi Maſium ad hoc Ioſue cap. D. Hieronymus ſcribit duo caſtella huius nominis exſtare in Batanea, nouem inter ſe millibus ſeparata inter Adaram & Abilan ciuitatem.*

ASTARTA ἀστάρτη, *inſula Æthiopica, apud Stephanum. ex Marciani Periplo. vide* PHILADELPHIA, & ASTRATA.

ASTASANA ἀστασάνα, *Ptolemæo Ariæ opidum.*

ASTAVENI, *vide* STAVENI.

ASTEIXIS *Mons, diuidit inter viuam terram, & arenas iacentes vſque ad Oceanum. Cæſarienſi Mauritaniæ à Meridie eſt. Oroſius. Vide* ATLAS.

ASTELEBE ἀστελέβη, *Lydiæ opidū Stephanus: ex Xantho.*

ASTELEPHVS ἀστέλεφος, *Colchidis amnis, Arrhiano in Periplo. vide* ATELPOS.

ASTENAS ἀστήνας, *Hiſpaniæ Bæticæ opidum: paulo à Bæti remotior quam Ilipa. Strabo 3.* Ἀστυγα, *legit Caſaubonus.*

ASTERIA ἀστερία, *ſiue* ASTERIS ἀστερὶς, *Stephano, Straboni, & Auſonio in Perioche 4. Odyſſeæ. Inſula inter Ithacam & Cephaleniam.* PIRIES πειρίης, *quoque dicitur ab Heſychio.* Didaſcalio *Sophiano. Stephano & Suidæ, Lydiæ vrbs eſt. vide* DELOS, & LADE.

ASTERION ἀστερίων, *Argiæ fluuius eſt apud Pauſaniam. Huius meminit quoque Papinius 4. Thebaid. Eraſinus & æquus Fluctibus Aſtereon. Theſſaliæ opidum eſt Heſychio, & Stephano. ſic dictum, quod in altiſsimo monte ſit ſitum. In Tenedo locus quoque vt habet Plutarchus in Pythiæ oraculis.* ASTERIVM, *Pæoniæ vrbem habet Liuius 40. vide* PERFSIA.

ASTERIS, *vide* ASTERIA.

ASTERIVS ἀστέριος, *loci nomē in inſula Tenedo, vbi cancri naſcuntur. Plutarchus in libello cur Pythiæ non reddat oracula. vide* CITHÆRON, & ISMENVS.

ASTERVSIA ἀστερουσία, *Cretæ mons, ad partem Meridionalem verſus mare. Etiam vrbs ad Caucaſum ab eius accolis exſtructa, Stephanus. Eſt & vrbs Panchea, inſulæ Arabiæ Felicis: Diodoro 5.*

ASTHÆA ἀσθαία, *Gedroſiæ inſula, apud Ptolemæum.*

ASTHAGVRA ἀσθάγουρα, *Indiæ intra Gangem vrbs Ptol.*

ASTHEATÆ ἀσθεᾶται, *Peloponneſi populi: Xenophonti 7. de reb. Græcorū.* ASEATÆ ἀσεᾶται, *erat in margine.*

ASTHEMO ἀσθεμώ, *70. interp. D. Hieronymus* HISTEMO *habet. Palæſtinæ locus. Ioſue 15.*

ASTHIANENA ἀσθιανηνή, *Armeniæ* IIII. *id eſt Minoris, regio. In Authenticis.*

ASTIÆ, *promontorium Europæum, ad Boſphorum Thracium:* Cecrium *vulgo. Pet. Gyllius.* ASTOS ἀστὸς, *populos habet hoc tractu Strabo.*

ASTIAGIS, *Antonino Africæ Propriæ vrbs.*

ASTICA Ἀστική, *regio Thraciæ; Plinio; & Ptolemæo. Circa Anchialum, vbi Aſtij & Aſtæ populi fortè.*

ASTICLA *inſula, iuxta Cretam, Pomponio. An* ASTYPALEA *Plinij?*

ASTICVS, *vide* ARISTIBVS.

ASTIGI, *vide* ASTYGIS, & ASTENAS.

ASTII, CÆNI, MADVATENI, & COELETÆ, *ſunt Liuio 38. Thraciæ populi.* ASTORVM ἀστῶν, *Thraciæ regionis meminit etiam Stephanus, in* χαβύλη.

ASTIRANI, *vide* ASSYRANI.

ASTO ἀστῶ, *Proſopitis nomi Ægypti ciuitas & metropolis, vbi Saturnus colebatur. Epiphanius. Huius Proſopidis metropolis,* NICII *à Ptolemæo vocatur.*

ASTOA ἄςοα, vicus Arabiæ Felicis, Ptolemæo.

ASTOBORRAS, vide ASTABORAS.

ASTOMI, i. ſine ore, gens circa Gangis fontem. Plinius.

ASTOSABA, vide ASTAPVS.

ASTOVIA ἀςουΐα, Germaniæ vrbs, in climate Septentrionali, Ptolemæo.

ASTRABE, vide CASOS.

ASTRÆA ἀςραῖα, Illyriæ vrbs, Stephano: ex Hadriani Alexandreidibus.

ASTRÆVS ἀςραῖος, fluuius eſt Macedoniæ, qui inter Theſſalonicam & Berrhœam medius fluit. Ælian. 15. animal. Idem cum Axio, aut huic vicinus. Vide CAICVS.

ASTRAGON, Stratonicenſis agri vrbs, Liuio 33.

ASTRAS, vide PHOLOE.

ASTRASSVS ἄςρασσος, Ptolemæo eſt Indiæ intra Gangem opidum.

ASTRATA ἄςρατα, Arabici ſinus inſula, apud Ptolemæum. Caiaſſa ex Tabulis apparet. ASTARTA Stephani ſuſpicor.

ASTRINGI, (in margine codicis erat ASDINGI) Gothica gens apud Iornandem. ASTINGI ſunt Theodoſio Dionis abbreuiatore.

ASTRIXIS, vide ATLAS.

ASTROBI ἄςροβοι, Indica gens, circa Indum fluuium. Arrhiani Indica.

ASTROMELA, Galliæ Narbonenſis ciuitas, Plinio. Martegues, Pineto interpretatur. MASTRAMELLA μαςραμέλλη, Stephano eſſe, non dubito. nam ſic is vocat ſtagnum & opidum in Celtis. Huius Aſtromelæ meminit Plinius lib. 3. cap. 4. his verbis: Vltra foſſa ex Rhodano C. Marij opere & nomine, inſigne ſtagnum; Aſtromela opidum, maritima Auaticorum. Ego ſic malim legere, vt primam periodum finirem poſt dictionem, nomine. aliam poſt Aſtromela. tū maritima, maiuſcula notarem, ſcriberemq́ hoc modo: nomine. Inſigne ſtagnum Maſtromella. Opidum Maritima Auaticorum. Maritima enim hoc loco non eſſe appellatiuum, ſed vrbis proprium, ex Ptolemei Geographiæ lib. 2. liquido apparet. Poſtquam nos hæc ita caſtigaſſemus, incidimus in Pintiani Obſeruationes; vbi deprehendimus eum hunc locum ante nos ſic quoque emendaſſe. Eandem caſtigationem apud Melam, 2. cap. 5. deſidero. vt nempe maritima, cum M. maiori ſcribatur. vide STOMALIMNA.

ASTRON, Troadis fluuius, ex Ida monte oriens. Plinius. ASTRVM, in Ptolemæi Latinis, Argiæ in Peloponneſo maxima vrbs.

ASTRVDIS, vide LYCHNIDVS.

ASTVRA, qui & STVRA, Latij fluuius. de quo Feſtus inquit: Stura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam ASTVRAM vocant. Sex millibus erat ab vrbe, vt ait Liuius 26. Stora hodie dici, ſcribit Leander. qui ſubiungit eum à Plinio NYMPHÆVS appellari. ſed pace Leandri dixerim Stura & Nymphæus duo diuerſaq́ eſſe flumina apud Pliniū. STORAS ςόρας, Straboni nuncupatur. & Liuio lib. 26. Videndum num eadem cum Satura ſit. Haud longè à Tarracina opidū eſt Aſtura, & eiuſdem cognominis fluuius inquit Seruius 7. Æneid. Hæc Aſtyra Stephano. Huius vrbis meminit & Cicero ad Atticum. ASTVRA Plinio inſula quoq́ ibidem, circa eius oſtium. Videtur etiam loci nomen hoc tractu, apud Suetonium. ASTVRA etiam flumen eſt apud Aſtures; vt habet Oroſius libr. 6. cap. 2. & Florus 4. cap. 12. Eſt & Pannoniæ vel Norici vrbs, in lib. Notit.

ASTVRES, Hiſpaniæ populi, quorum regionem Ptolemæus ASTVRIA ἀςυρία, vocat. ASTYRIA per ypſilon quoque in antiquo lapide. Aſturias hodie appellant. ASTVRES diuidit Plinius in AVGVSTANOS, & TRANSMONTANOS. Ab Aſturia flumine vicino ſic dictos, ſcribit Iſidorus. Yſturam hunc nominant codices typis excuſi.

ASTVRICA AVGVSTA ἀςέρικα αὐγȣ̃ςα, Ptolemæo Aſturum, in Hiſpania vrbs. Colonia vocatur in Auguſti nummo. Aſtorga, Cluſio, Taraphæ, & Moletio. In Schedis Illuſtris viri D. Georgij ab Auſtria, lego Aſtorgam antiquitus RAMA vocatam.



ASTVRICANI ἀςυρικανοὶ, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, Ptolemæo.

ASTVRVM LVCVS λȣ̃κος ἀςυρῶν, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, Ptolemæo. Ouiedo Moletio, & Coquo.

ASTVSAPES, vide ASTAPVS.

ASTY ἄςυ, pagus Aegypti, Diodoro. iuxta Canobum, Stephano. vide ATHENAE.

ASTYANENA, regio Aſiatica: in Codice lib. 1. Titulo de magiſtris militum.

ASTYCVS, vide ARISTIBVS.

ASTYENTIS ἀςύεντος, fluminis meminit Strabo, inter Colophonem & Smyrnam, vt videtur.

ASTYGIS ἀςυγὶς, Turdetanorum, in Hiſpania Bætica vrbs, Ptolemæo. Eçeja vocat Nauagierus, P. de Medina, & Cluſius. qui idem annotauit ASTIGI per I. legi in antiquis ibidem inſcriptionibus. AVGVSTA FIRMA cognominatur à Plinio. Idem habet ASTIGI veterem quoque in Hiſpalenſi conuentu. Vide ASTENAS.

ASTYPALÆA ἀςυπάλαια, inſula Maris Aegæi apud Ptolemæum, & Strabonem. Achillem hic coli, tradit Cicero 3. Naturæ Deorum. Stephano item PYRRHA πύῤῥα, PYLÆA πύλαια, & THEON TRAPEZA, θεῶν τράπεζα, id eſt, Deorum menſa dicitur. Sophianus eam Stampaliam vocat. ASTYPALÆA, Co inſulæ vrbs quoque Stephano. In Samo etiam, eidem: & Tzetzæ, vnde oriundus Phalaris. Straboni 9. eſt promontorium Atticæ vicinum. apud eundem lib 14. eſt promontorium iuxta Myndum Cariæ. Eſt & inſula inter Cretam & Rhodum, Stephano. an hæc eadem cum ſuperiore Strabonis?

ASTYPYRGIVM, vide ASCIBVRGIVM.

ASTYRA ἄςυρα, Troadis vel Myſiæ vrbs, Straboni & Plinio. vide DIANAE Aſtyrinæ. Vicus eſt etiam Straboni, vicinus Adramyttio. Sunt & Thermæ ſic dictæ à Pauſania, circa Atarnum Myſiæ. Eſt Phœniciæ vrbs iuxta Rhodum, Stephano. Eidē eſt regio Italiæ. Etiam Bœotiæ, circa Potnias. vide ASTYRA. Prædium quoque Ciceronis maritimum eſt, quod Plutarchus in eius vita, inter Cyrceium & Tuſculum videtur deſcribere. Fortè Aſturi.

ASTYRIA, vide ASTVRES.

ASTYRON ἄςυρον, vrbs in receſſu Illyrici maris, ab Argonautis condita, & à Colchis POLAS dicta. Strabo. ex Callimacho. Vide IVLIA PIETAS.

ASVADA, Palæſtinæ opidum. lib. Notit.

ASVAGA, & ASVAGIGA incerta lectione; Africæ vrbs, apud D. Auguſtinum.

ASVCIANDÆ, Sarmatiæ Aſiaticæ populi, apud Plinium.

ASVLANI, Campaniæ aut Latij gentes ſunt, teſte Plinio.

ASVM, vide ASOS.

ASVOREMIXTENSIS loci epiſcopalis, in Mauritania Sitiphenſi, meminit Vict. Vticenſis.

ASVRA, Syriæ opidum, circa Euphratem videtur apud Plinium.

ASYBI, vide IRI.

ASYLA, vide ASINDVM.

ASYLVM Perſarum, locus ſic dictus apud Plinium, per quem Hedypnus fluuius labitur. Vide BACCHI Mons.

ASYPHVS ἄσυφος, Marmaricæ mons, Ptolemæo.

ATABOLVS, vide OCTOLOPHVS.

ATABVLI, Aethiopiæ ſub Aegypto gens, vltra Meroen, Plinio teſte.

ATABYRIA, vide RHODVS.

ATABYRIM Montem Siciliæ, citat ex Timæo Stephanus: item Pindari Scholiaſtes, qui addit in eo boues æneas fuiſſe, qui mugirent, quoties iniqui ibi quippiam fieret. Hoc annotauit Gyraldus, Syntag. 2. Deorum. Ex Polybij 9. circa Agrigentum videtur. Eſt & Phœniciæ: & Perſiæ vrbs, Stephano. vide THABOR.





ATABYRIS ἀταβυρὶς, mons in Rhodo inſula. Strabo, & Apollodorus. ATABYRVM vocat Stephanus; & hunc, & etiam Siciliæ. Inde Atabyrius Iupiter.

ATACH, 1. Samuel. 30. locus.

ATACINI, vide ATAX.

ATAD, qui & PLANCTVS ÆGYPTI, item BETHAGLA, Locus iuxta Iordanem, tertio ab Iericho lapide. Hieronymus de locis Hebraicis. Vide ACHAD.

ATÆA ἄταια, Stephano Laconica vrbs eſt.

ATAGIS, vide ATHESIS.

ATAGVS, vide ATAX.

ATALA, locus inter Conſtantinopolim & Theſſalonicam. auctor Harmenopulus. vide ENTELLA.

ATALANTA, exigua inſulula, prope Eubœam inſulam, è regione Opuntiorum, Plinio. Talandi à Sophiano dicitur. ATALANTE NESIVM ἀταλάντης νησίον, Ptolemæo, eſt Eubœæ inſulæ opidum, è regione Atalantæ. quod fortè Pomponij NESOS erit. hoc Marius Niger Talandi vocat; & ipſam Atalantem, dicit Caloiero appellari. ATALANTA eſt, Straboni vicina Pſyttaliæ: & alia Locrenſis eidem. Stephano eſt inſula iuxta Piræeum. Vide ATLANTA.

ATALENVM, in Armenia Prima vrbs. Concil. Chalcedonēſe.

ATALLA, vide ENTELLA.

ATAO, vide ALTAO.

ATAPHITAS Arabes habet Curopalates.

ATAPHYNI ἀταφυνοι, Magna gens Arabiæ. Stephanus.

ATARANTAS ἀτάραντας, Libyæ populos cis Atlantes, habet ex Arrhiano (vt ipſe fatetur) Euſtathius in Dionyſiū.

ATARBECHIS, vide ATERBECHIS.

ATARBICIS ἀταρβίκις, vrbs eſt in Propontidis quadam inſula. Stephanus. Proſopitidis pro Propontidis legendum puto. Et eandem eſſe cum Atarbechi, non dubito.

ATARIATÆ, Vide AVTARIATÆ.

ATARNA ἀταρνα, & ATARNEVS, opidum Myſiæ ad Helleſpontum, è regione Lesbi ſitum, Hermiæ tyranni regia. Strabo, Herodotus, Polyænus, & Suidas, cui quoque regio ſic vocatur, in voce Hermias. Æolidis eſt vicus nunc, olim opidum. ſic Plinius. ATARNEVS ἀταρνεὺς, Straboni quoque locus in mari eſt, apud Pitanen. vide ATARNVS, & ACARNIS.

ATARNES ἀτάρνης, Herodoto Scythiæ fluuius eſt. Morauam nunc appellari, putat Peucerus. Sed vide CIABRVS.

ATARNVS ἄταρνος, Pauſaniæ vicus eſt contra Lesbum, vbi Thermæ ſunt. Idem eſt cum Atarna, haud dubiè.

ATAROTH, duas huius nominis vrbes habet D. Hieron. vide ARCHIATAROTH.

ATAX ἄταξ, Straboni & Vibio Sequeſtri. ATAGVS, ἄταγος, Ptolemæo: Galliæ Narbonenſis fluuius. qui Aude, Cluſio. NARBO vocatur hic fluuius à Polybio, lib. 3. quem non longè ſcribit à Maſſilia & Rhodani oſtiis diſtare. ATAX vrbis quoque ibidem nomen, Euſebio in Chronicis, Terentij Varronis patria, quam Plinius 1. Atacinum inde vocat. Et non infrequens eſt vrbem, & præterfluentem amnem cognominem audire. ATACINOS populos habet Pomponius, huius accolas.

ATEGVA, Cæſari. ἀτέγουα Dioni. Hiſpaniæ Bæticæ ciuitas. hodie eius veſtigia haud procul ab Alcala regali extare ſcribit Nauagierus, fontemq́ tamen ibidem nomen quodammodo ſeruare; vocant enim Fuente de Teiuela. Morali Tebala vieja eſt. qui eam quoque TEGVA vocari addit. Tebe nunc dici, ſcribit Io. Mariana. diſtareque à Corduba XVI. lapide. vide HEGVA.

ATEIA ἀτεία, Palmirenæ opidum, Ptolemæo. ATERA legunt interpretes.

ATEL, vide RHA.

ATELEBVZA, vide ATTELEBVSSA.

ATELICA, opidum in Piceno. Balbus Franciſci Nanſij M.S. Pro MATILICA, auſim pronunciare.

ATELLA ἀτέλλα, Straboni & Ptolemæo, Campanorum in Italia opidum. Auerſa, Fabricio & Leandro. Sanfelicius autem dicit eſſe, vbi hodie eſt Santo Arpino.



ATELLANI Municipij, in Gallia, meminit Cicero ad Cluuium, lib. epiſt. Famil. 13.

ATELPOS, Plinio Colchidis amnis eſt, quem Stukius ASTELEPHVM ἀςέλεφος, Arrhiani putat.

ATENA ἀτλών, pars tribus Antiochidis. Stephanus.

ATENTINVS, vide AVENTINVS.

ATER, mons Africæ, circa Syrtim Minorem vſpiam. Plinius dicit eum longo ſpacio in Occaſum ab Ortu tendi.

ATERA, vide ATEIA.

ATERBECHIS ἀταρβηχις, per α. in ſecunda, Ægypti opidum, in inſula Proſopitidis. Herodotus in Euterpe. Vide ATARBICIS.

ATERIVM ἀτέριον, Siciliæ vrbs, Stephano.

ATERNVM, vide ATERNVS.

ATERNVS, Plinio, Ptolemæo, Straboni, & Varroni 4. de Lingua Latina, Pelignorum fluuius in Italia. Peſcara dicitur Leandro, Collenutio, & Blondo. qui ſcribit ad eius oſtium eiuſdem recentis & antiqui nominis opidum. Antonino & Liuio 24. opidum eſt Aternum. ſed & Straboni fluuius eſt & vrbs cognominis. Hodie vrbs & fluuius quoque Peſcara nominatur. vt Roma ad me ſcribit Celſus Cittadinus. Aterni agri in Piceno meminit etiam Balbus Nanſij M. S.

ATES, ſic dicti colles Troiani. teſtibus Lycophrone & Phauorino. ATES campi, ſunt etiam apud Syneſium, Epiſtola 147.

ATESINVS, vide ATHESIS, & OENVS.

ATESTE ἀτέςε, Tacito & Ptolemæo eſt Venetæ ditionis opidum, quod Plinius coloniam Romanam facit. Leandro eſt Eſte, caſtellum. Vide ÆSTVNI.

ATETONA ἀτετονα, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, Straboni. Pro eo Xylander ſubſtituit APETVA ἀπετυα, contra fidem eius qui Epitomen Strabonis ſcripſit.

ATEVS ἄτευς, Caſtellum, Cedreno, & Curopalati. in Thracia fortaſſe.

ATHA, Oroſio lib. 6. cap. 2. Lucullus impetu Apamiam vaſtauit, & ſub monte Olympo prius Athan munitiſſ. ciuitatem captam expugnatamq́ diripuit. Pro, prius Athan, ego Pruſiadam reſtituo. ex hiſtoria Mithridatica Appiani.

ATHAGVS, Macedoniæ locus, apud Liuium, 31.

ATHAMANIA, regio Illyriæ, Stephano. Athamanum meminit Strabo, Liuius, & Plutarchus in Pompeio. ſed eos vicinos Theſſaliæ habet. Plinio ſunt quoque ATHAMANES, ſed in Ætolia. quos iuxta Ptolemæo etiā ſunt.

ATHAMANTIVS ἀθαμάντιος, campus, Apollonio 2. In Halo, ſiue Haloneſo eſt; vt addit eius Scholiaſtes. Planities in Theſſalia, Etymologico.

ATHAMAS, Phthiotidis mons, Plinio. vide TEOS.

ATHANACVM, locus in Gallia: Greg. Turonenſi, de Gloria Martyrum 1. cap. 43. Circa Lugdunum videtur. Aiſnay abbatiam hodie puto. Vide ARA Lugdunenſis.

ATHANÆVM, vide ATHENÆVM.

ATHANÆ, eſt Plinio Arabiæ Felicis opidum.

ATHANAGIA, Liuio Citerioris Hiſpaniæ, in Ilergetibus vrbs. Pampelona eſt Epiſcopo Gerundenſi: Manreſa Floriano. Quibuſdam Tarrega eſt, aliis Sanahuja, vt Beuterus tradit, in ſuo Hiſpaniæ Chronico. Idem alio in eiuſdem chronici loco, quaſi ſui oblitus, hæc omnia nomina recentia ANITORGI tribuit. Huius Anitorgi quoque Liuius mentionem facit, lib. 25.

ATHAMAS Petra, vide LAVRIVM.

ATHANATIS, vide THANATOS.

ATHANEATIS tribus, Tegeatarum, in Peloponneſo. Pauſanias.

ATHAR, Palæſtinæ locus: Ioſue 19. ἰθὲρ, legunt 70. interpretes. THOCEN, in Paralipomenis vocari; adnotauit And. Maſius. Pagum quendam Iethira nomine hunc locum repræſentare putat Euſebius.

ATHARÆ, & ATHAGORÆ, vide ETHAGVRI.

ATHARRABIS ἀθαῤῥαβις, Stephano opidum eſt Ægypti. quod ab Hecatæo ATHARAMBE ἀθαράμβη, dicitur. Vnde ATHARAMBITES Nomus. qui ATHARRABITES Plinij.

ATHELANÆ, *Phocæ grammatico vrbis nomen. an pro Atella corruptè?*

ATHELNIL, *vide* BERGIO.

ATHENA, *locus Argiæ, vicinus Laconicæ. Pauſanias. vide* ANTHELA.

ATHENÆ ἀθῆναι, *Græciæ nobiliſſima vrbs, & omnis eruditionis fons. Splendidiſſimam vrbem omnium quibus illucet Iupiter, vocat Athenæus. idem & Græciæ Muſeium. nunc tantùm caſulæ ſuperſunt quædam. locus* Satine *hodie dicitur, Sophiano & Fauolio teſtibus*, Sethine *eſt in Itinerario Scepperi M.S.* ASTY ἄϛυ, *per excellentiam, & eius incolæ* ASTI ἀϛοὶ, & ASTICI ἀϛικοὶ, *dicti fuere, vt Stephanus tradit. Vocati ſunt etiam (vt Euſtathius teſtatur)* PELASGI πελαϛγοὶ, CRANAI κράναοι, CECROPIDÆ κεκροπίδαι, IONES ἴωνες, *& tandem* ATHENIENSES. *Idem ſcribit Herotus lib. 8. Athenarum partem* HADRIANOPOLIM *nominatam ab Imp. Hadriano, ſcribit Spartianus.* QVADRVRBEM *ab Attio appellatam litterarum monumentis reliquit Feſtus. quòd ſcilicet ex quatuor vrbibus* BRAVRONE, ELEVSINE, PYRÆEO, & SVNIO *conſtabat. Duodecim numerat & nominat Strabo 9 quas in vnas Athenas contraxiſſe Theſeum dicit. Athenarum deſcriptionem lege apud Dionem Pruſeum, Oratione 6.* ATHENÆ *etiam opidum Euboeæ inſulæ, apud Strabonem. ab Athenienſibus conditum: &* DIADES δίαδες, *dictum. idem ait Euſebius in Chronico ſuo; & addit quoq;* ORCHOMENON *appellatum. Sunt alio locorum plures Athenæ; vt in Felici Arabia, Plinio. In Cappadocia, Arriano. ad Pontum Euxinum circa Trapezuntem, eidem: in Laconica, Polybio & Pauſaniæ: in Bœotia apud Tritonem fluuium, ſed diluuio abſorptam, Straboni. Aliæ etiam in Caria: alia in Italia: alia Ligurum, Stephano. In Lucania colonia: Frontino in Libro Coloniar. in Sicilia, Diodoro. Sunt itaque Athenarum nominis duodecim ad minus vrbes. Eſt & inſula, maris Ionij ſic dicta, prope Epidamnum. Ælian. 14. Animal. vide* LEGIO, MINERVÆ, & OLYMPIEVM,

ATHENÆVM, *Promontorium Magnæ Græciæ, Halicarnaſſeo: vbi* VENERIS *Portus. hoc hodie in Calabria* Roſſia *dicitur, teſte Gab. Barrio. vide* MINERVÆ. ATHENÆVM ἀθήναιον, *(ſiue* MINERVAE *Promontorium, vt hoc vocat Vitruuius) in* Campania. *quod alij* PRENVSSAM πρηνυσσὰ, *vocant, inquit Strabo. Idem Plinius* SIRENVM *Promontorium appellat. ex quo libens cum Caſaubono apud Strabonem hoc loco* Σιρηνουσσῶν, *pro* Πρηνουσσῶν *lego.* Campanellam *Iouius indigitat. &* Capo de Campanella *Scipio Mazzella. ſed idem illud* Monte di Maſſa *vocat, ab vrbe eidem imminente. Mineruæ huius promontorij meminit quoque Liuius 42. & Ptolemæus Latinus.* ATHENÆVM *vicus etiam Arcadiæ, Pauſaniæ. Megapolitarum vocat Polybius 4. Caſtellum Athamaniæ, finibus Macedoniæ ſubiectum, Liuio 38. ſed per* A. *in ſecunda quoque idem. Argiæ portus, ad ſinum Saronicum, Ptolemæo. vide* PRENVSSVM, & ANCON.

ATHENÆVS, *vide* CERAVSIVS.

ATHENAGVRIVM ἀθηναγυριον, *Indiæ extra Gangem vrbs, Ptolemæo.*

ATHENARVM ἀθηνῶν, *promontorium, Ponti Cappadocici, habet Ptolemæus. vbi Athenæ Arrhiani nempe.*

ATHENIENSIVM *Portus, vide* ANTHEDON.

ATHENOPOLIS, *Galliæ Narbonenſis vrbs, in ora Maſſilienſium, Plinio, & Pomponio.* Ries Cœnalis. Yres, *Pinetus vertit.* ATHENAS *Stephani puto, quas Liguribus tribuit. Vide* MASSILIA.

ATHENSIVM, *vide* DECENSIVM,

ATHER, *Paleſtinæ locus, Ioſue 15. ſecundum 70. interp.* ETHER *D. Hieronymo.*

ATHESIS, *Plinio Rhetiæ fluuius eſt, meminit eius quoque Panegyricus Conſtant. Imp. dictus. Niger vult Strabonis* ATAGIN ἄταγις, *eſſe. Is tamen* ATESINI ἀτησινὸς, *fluminis nomen etiam habet; quem in Iſtrum exire ſcribit. Atagim verò in Mare Hadriaticũ effluere dicit. Videant ſtudioſi, quibus otium eſt, an hæc ſynonyma ſint nec ne. Atheſim Germani hodie* Etſch *vocant. Itali* L'adice. *Accolas* ATHESINOS *appellat Fabricius. vulgo* Etſchlender. *Atheſim* ATRIANVM ἀτριανος, *Ptolemæi eſſe, vult Torellus, in ſua Veronenſi hiſtoria. Videtur quoq;* ADRIAS ἀδριας, *Stephani, Euſtathij, & Tzetzæ. vide* ATRIA.

ATHEVS, *Caſtri nomen, in Hiſtoria Miſcella 21.*

ATHIS ἄθις, *Syriæ vrbs ad Euphratem, Ptolemæo.*

ATHLIBIS, *vide* ATHRIBIS.

ATHLVLA ἀθλȣλα, *quæ Dioni Caſſio Arabiæ vrbs eſt, à Xiphilino* EPIBVLA ἐπιβȣλα, *vocatur.*

ATHMATHIA, *vna poſſeſſionum tribus Iudæ. Ioſue 15.* AMMATA *legunt 70. interpretes.*

ATHMONVM ἄθμονον, *Stephano & Suidæ Cecropidis gens eſt in Attica. Athenienſium curia,* Pauſaniæ. *Huius meminit & Demoſthenes in Neeram, atque in Stephanũ, item Suidas, in* τρυγᾶιος. ATHMON *apud Frontinum eſt, lib. 2. cap. 5. vbi* ISTHMVM *mauult legere Caſaubonus, vt annotauit ad* Polyænum 2. *de Epaminonda. Veterem lectionem pace tãti viri retinere malo. Hiſtoriam enim vterque eandem hic ad Onium, ille ad Athmon deſcribit. loca inter ſe vicina: in Attica nẽpe, circa Corinthũ.*

ATHONA ἀθώνη, *Ioſepho Antiq. 14. cap. 2. Arabum vrbs, in* Palæſtina *videtur.*

ATHOS ἄθως, *Macedoniæ mõs, Ptolemæo, Vitruuio, Luciano, & aliis. Liuio lib 45.* ÆNEÆ *dicitur. Eius deſcriptio exſtat apud Herodotum 7.* Monte ſanto, *ſiue incolarum vernacula lingua* Agion oros *hodie. vt tradit Ioannes Tzetza, & Bellouius, qui eum admodum accuratè deſcribit, in ſuis Obſeruationibus.* Manaſtir *à Turcis vocari, ſcribit Leonclauius.* ATHOS *quoque vrbis nomen eſt, in hoc monte, auctore Stephano. Locus quoque in Ægypto, vbi Artapanus ait Iudæos templum condidiſſe. Euſebius 9.* Præp.

ATHRES ἄθρη, *Scythiæ Europeæ fluuius,* Herodoto. *quem Peucerus hodie* Labus *vocari dicit.*

ATHRIBIS ἄθειβις, *Ptolemæo Ægypti metropolis.* ATHLIBIS ἄθλιβις, *Stephano ſcribitur.* ATHRIBITES *Nomus, inde &* ATHRIBITICVS *fluuius. Ptolemæo, & Straboni. Eſt & alia vrbs huius nominis, in Arabia, Stephano.*

ATHRIGETARVM *Prouinciæ Auguſtamnicæ, meminit concil. Epheſinum. In Ægypto eſt. Sed* ATHRIBETARVM *ſcribendum: ab Athribis.*

ATHRITÆ ἀθρίται, *Arabiæ Felicis gens. Ptolemæus.*

ATHROITES Ἀθροίτης, *loci, cuius Epiſcopus Theon, meminit concil. Epheſinum* III.

ATHRONA ἀθρώνη, *Æſchini in epiſtolis: Videtur Aſiæ locus, circa Rhodum:*

ATHRVLLA ἄθρȣλλα, *Arabiæ Felicis vrbs eſt, apud Strabonem.*

ATHVA, *vide* ZATHVA.

ATHVAL, *vide* BVBEGENTÆ.

ATHVE, *vide* HANA.

ATHYMBRA ἀθύμβρα, *poſtea* NYSSA νύσσα, *dicta. Cariæ vrbs, Stephano. iuxta Mæandrum fluuium.*

ATHYMBROS, *vide* THYMBROS.

ATHYRAS ἀθύρας, *Thraciæ fluuius, Ptolemæo. Apud Plinium & Melam ſine aſpiratione ſcribitur.* PYDARAS *etiam apud Plinium vocatur. Hodie* Acqua dolce *appellari, aſſeruit mihi clariſſimus Carolus Rimius, Maximiliani* II. *Imp. apud Turcarum regem legatus. A Græcis* Glyky nero *nominari, lege apud Leonclauium. Scythiæ fluuium eum facit Stephanus, ex Nymphodoro. Vrbs eſt Thraciæ, Nicetæ: ad Athyræ oſtium, vt tradit Suidas. iuxta Rhegium, Procopio 4. ædificiorum. nauale vocat Stephanus portum Ammianus. Sinus eſt quoque ſic dictus, Stephano. Vrbem hodie* Pons grandis *vocari, dicit Leonclauius. Suburbium Conſtantinopolis eſt Calliſto, lib. 13. cap. 33.*

ATHYRIA Ἀθυρία, *Clemens Alex. in Stromatib. Effodit*

autem



*autem Amaſis [Ægypti rex] Athyriam. Ex quo Ægypti foſſa quædam, aut fluuius videtur.*

ATIA ἀτία, *Romanorum vrbs, in Campania, à Samnitibus expugnata, Diodoro 20.* ATINA, *Liuij eſt lib. 9.* ἀτίνα, *Latij vrbs eſt Ptolemæo.*

ATILIA, *huius meminit vetus inſcriptio: quam profert Auentinus in ſuis Annalib.* Altenburg *hodie nominari, idem addit. in Bauaria.* Aȝelburg *videtur Velſero.*

ATILIANA, *Hiſpaniæ opidum, inter Aſturicam & Tarraconem, Antonino.*

ATINA, & ATINATES, *vrbs & populi Siciliæ, apud Ciceronem, pro Cn. Plancio.* ATINA *potens, Virgilio 7. Æneid. Meminit huius etiam Liuius 9. Inter colonias Romanas numerat Frontinus. Nomen retinere dicit Petrus Marſus ad 8. Silij Italici. hocq; media ſyllaba graui, quòd à Celſo Cittadino didici. In Campania eſt, iuxta Pontinas paludes eſt Seruio. Pomponius Sabinus eam in excelſo colle deſcribit, poſt Fabateriam, verſus* Itrum: Tarracina *habet eam à ſiniſtris.* ATINATES *vocat eos quoque Plinius. Sed idem 3. cap. 11. habet etiam* ATINATES *Lucanorum populos: in* II. *Italiæ regione, hæc vulgo* Atina *quoq;, ſed media correptæ: vt dictus mihi teſtis Cittadinus. item eidem Plinio etiam Pelignorum.* ATTINATES *eidem alibi ſunt, circa Apuliam. vide* ATIA, & VTINVM.

ATINTANES, & ATINTANIA, *vide* ANTITANES.

ATISIS, *vide* ATISO.

ATISO ἀτισών, *Inſubrum fluuius, Verbanum lacum influens.* Toſa *hodie vocari, Leander & Caſtilioneus aſſerunt. Huius Plutarchus meminit, in vita C. Marij & in Apopthegmatis Lutatij Catuli. Xylander & Cruſerius pro eo Atheſim interpretãtur. quàm bene, ipſi viderint.* ATISIS *habet Liuianæ epitome. Florus etiam* ATHESIM *legit. Sed ipſius Caſtilionei, ex quo Leandrum eandem de hoc flumine tranſtuliſſe ſuſpicor ſententiam, hic in gratiam ſtudioſorum, quibus fortaſſe eius libellus, quem de Inſubrum antiquis ſedibus edidit, copia non erit, libẽter hic adijciam. Is enim vbi de hoc flumine* Toſa *vocato, loquitur, hæc inquit: Amnis hic haud dubiè olim Atiſo dictus eſt. cuius ripas Catulum C. Marij collegam valle & foſſa muniuiſſe legimus: vt Cimbros & Teutonas à tranſitu Alpium prohiberet. quos ab earũ ſaltu arcere non poterat. Recentiores malè Græcum Plutarchi codicem ſunt interpretati, dum pro* ἀτισωνὰ, *Atheſim fluuium qui Veronam præterfluit, poſuere: Titi Liuij errores ſecuti: qui celebritatem Gallicam pertæſus, & Venetæ gloriæ ſtudioſiſſimus, Atheſim, pro Atiſone ſcripſit. quòd illud Veronenſis, hoc Nouarienſis flumen eſſet agri. Conſtat ſiquidem inter auctores omnes (illum vnum ſemper excipio) flumen illud, apud quem ſuperatis Alpibus, Cimbri conſedere, duorum tantùm dierum itineri ab eo loco in quo ſuperati ſunt Cimbri, à Vercellis diſtare. C. enim Marius caſtrametatus fuerat citra Seſitem, nõ procul à Vercellarum vrbe; in agro tamen Nouarienſi: quem locum accolæ Camarianum vocant. peritiores Caſtra Mariana. Porrò Caudius ager, nunc* Caudia *dicitur: Lacmellini tractus opidum; non longè à Pado. Huius noſtræ opinioni calculum adijcit Euſebius chronographus diligentiſſimus, qui Cimbros atteſtatur à Romanis profligatos, non procul ab vrbe Vercellarum, & Pado. Verùm cùm Caſtra Mariana licet agri ſint Nouarienſis, proximè tamen ſunt Vercellas, quàm Nouariam. Idcirco falſo hæc in Vercellenſi agro geſta prodũtur ab auctoribus. qui hæc interſtitia prorſus ignorabant. huiuſmodique victoriæ nomina ſemper ſumunt à locis proximioribus. Porro Atheſim ſex dierum ſpatio, cuiuſcumque etiam exercitui expeditiſſimo, diſtare ab illis Alpibus per quas Cimbri tranſiuere, nemo eſt qui ambigat. Hæc de hoc fluuio Bonauentura Caſtilioneus. Huic quoque ſuffragatur Gaudentius Merula, in ſua Gallia Ciſalpana.*

ATLANTA *ciuitas, apud Locros terremotu inſula facta eſt, ante Platonis natiuitatem. Euſebij Chronicon. Pro Atalanta, mendoſè.*

ATLANTES, *Herodoto, Pomponio, & Plinio ſunt populi Æthiopiæ, inter quos nullam nominum appellationem eſſe, ſcribit. Hi fortè hodie regnum* Borno *dictum, habitant. quorum incolas nullum proprium nomen habere, tradit Ioannes Leo, omneſq; à quodam accidente appellari: vt quem procera ſtatura conſpiciunt, procerum; quem pinguedine onuſtum, pinguem; ſic cæcũ, caluum, ſurdum, &c. nominant. vide* NASAMONES.

ATLANTICI, *vide* CAMBOLECTI.

ATLANTIS INSVLA, *cuius Plato meminit; & Ammianus Europeæ orbe potiorem ſcribit: Mercator, & alij nonnulli volunt hodie* Americam *eſſe. Hæc quarta pars Orbis numeratur, & Hiſpani* Indiam *vocant. ſed falsò & impropriè. cùm vera India, quæ Aſiæ regio eſt, ab inſigniore fluuio Indo nominatur. Si verò hanc partem ab eius flumine primario nomen indere libuiſſet,* Amaſoniam, *vel* Orelianam *potius, quàm Indiam indigitaſſent. Ne hanc tamen cum vera India confunderent, eam* Occidentalem, *aut* Hiſpanicam *cognominarunt. cùm altera & vera,* Orientalis *aut* Luſitanica *vulgo vocatur: ab Orbis plagis, & regibus nempe, quibus ſubſunt, aſcitis nomenclaturis. Hanc Atlanticam Plutonis inſulam, vocat Tertullianus de Pallio,* ÆON. *quem locum, etſi ſuſpectum cenſet Turnebus, approbat & retinet tamen Pamelius. Hanc eandem puto à plutarcho de Facie in orbe Lunæ, ſub nomine* Μεγάλη ἤπειρ⊙· MAGNÆ CONTINENTIS *deſcribi; inter quam & Britanniam Ogygiam collocat inſulam: in Cronio ſiue Saturnio mari.* ATLANTICAS *Inſulas duas, anguſto admodum freto diſiunctas quas &* FORTVNATAS *ſiue* BEATAS *vocat, deſcribit Plutarchus, in vita Sertorij: decem millibus ſtadiorum ab Africa remotas. Has Plinius* HESPERIDES *vocare videtur. nam & duas etiam numerat in Mari Atlantico eaſq;, ex Statij Seboſi ſcriptis, vltra Gorgonas, prænauigatione Atlantis dierum quadraginta diſtare ait. Quæ de ijſdem ſcribit Non. Marcellus, vide in* GADES. *Erunt fortaſſe* Spagnola, & Cuba: *vt Poſtello placere video. Vide* PILA *Terræ.*

ATLAS ἄτλας, *Africæ mons notiſſimus. Incolæ eum* ADIRIM *vocant, auctor Marcianus Capella.* DVRIN *habet Solinus, ex Plinio.* COLVMNAM CÆLI *ab indigenis dici, ſcribit Herodotus. Atlas mons, aut ſaltem eius pars, circa Mauritaniam Cæſarienſem, ab Iſidoro, & Æthico* ASTRIXIS *vocatur;* ASTEIXIS *apud Oroſium legitur. à Dioſcoride* TMOLVS; *vbi dicit Euphorbium prouenire in Mauruſiorum Tmolo monte. (Serapio* TABEX *habet) Plinius idem in Atlante naſci ait.* ATLAS MAIOR, *Africæ mons, apud Ptolemæum.* Montes claros, *vocatur à Marmolio, & alijs.* Hanchiſa, *ab Auguſtino Curione.* ATLANTIS *Maioris prom. quod Ptolemæus ad Oceanum Atlanticum in Africa ponit.* Cabo d'alguer *à Mercatore interpretatur.* Aytuacal *à Marmolio: item* Iduacal. ATLAS *Minor, Africæ mons, Ptolemæo.* Errif *vocari hodie, tradit Lud. Marmolius.* ATLAS, *quoque fluuius Scythiæ Europææ, ex Hæmo monte verſus Septentrionem defluens, Herodoto in Melpomene.* ATLANTEM *Latine* TELAMONEM *vocari ab Ennio, ſcribit Seruius ad 1. 2. & 4. Aeneid.*

ATLAS *Hyperboreorum locus vbi Heſperidum mala, quæ non vt quorundam opinio eſt, in Libya erant. vt docet Apollodorus 2.*

ATLANTICVS *Oceanus, vide* OCEANVS, & GERMANICVM *mare.*

ATMANISPHE ἀθμανισφη, *Arabiæ Felicis vicus Ptolemæo.* AGMANISPHE *legunt interpretes.*

ATMONI, *vide* BASTARNÆ.

ATRACES, *Ætoliæ populi, Plinio.* ATRACII *Propertio, qui* ATRAGES *ab Eupolide nominantur: teſte Hermolao.* Voidonat, *Pinetus vertit.* ATRACEM *fluuium habet ibidem Plinius.* ATRACESIA *Stagna,* ἀτρακηΐδα λιμνην, *ſunt Orpheo.*

ATRÆ ἄτραι, *Stephano vrbs eſt, inter Euphratem & Tigretem, circa Meſopotamiam. Huius meminit quoque Herodianus, 3. ſed* ATRENI *legit.* ATRI ἄτροι, *habet Xiphilinus*

pbilimus in Seuero. Arabiæ vrbem facit Zonaras. Vide ATRENA.

ATRAGES, vide ATRACES.

ATRAMITÆ ἀτραμῖται, Arabiæ Felicis gens, Stephano. Sabæorum pagus eſt, Plinio & Solino. Per D. in ſecunda, Adramitæ, ſcribit Ptolemæus.

ATRAMITINE, CHRYSE, & CYLLA, tria opida circa Thebas. Phauorinus in χρύση. Vide CHRYSE.

ATRAMOTITÆ, vide ATRAMITÆ.

ATRAMYTTENVS Sinus, vide IDÆVS.

ATRAMYTTIVM, vide ADRAMITTEOS.

ATRANI, Apuliæ populi, apud Plinium.

ATRAPVM ἀτραπὸν, locus prope Thermopylas: Appiano in Syriacis. per quem Xerxem Lacedæmonios aggreſſum ſcribit. Huius quoque videtur meminiſſe Strabo 1. quod monuit Caſaubonus.

ATRATVM fluuium ſanguine fluxiſſe, ſcribit Cicero de Diuinatione 2. In Piceno idem accidiſſe, tradit Plutarchus in Marcello, & Obſequens. Idem de flumine Amiterni tradit idem. Aternus fortè vbique legendum.

ATRAX ἄτραξ, & ATRACIA, Stephano Theſſaliæ vrbs eſt, Pelaſgiotidis partis. Ptolemæo in Pelaſgia eſt. Atracem vrbem Theſſaliæ vocat Liuius. Eſt & fluuij nomen ibidem: Catullo. Vide ATRACES.

ATREBACI, vide ARREBACCI.

ATREBATES, Galliæ Belgicæ populi, Cæſari. Artoys eorum regionem hodie vocant. ATRIBATIOS ἀτρεβάτιοι, eos Ptolemæus appellat. Sunt autem huic multò Meridionaliores quàm hodie Arteſia (vulgo Artois,) regio ſit.

ATREBATII ἀτρεβάτιοι, Ptolemæo ſunt Albionis inſulæ populi, qui Barcockſire menne, ſunt Lelando. Birckſire menne, Lhuydo. Barkeshire Camdeno. Vide ATREBATES.

ATRECTIANÆ Alpes, ſunt in Goltzij Theſauro, ex vetuſta inſcriptione.

ATRENA ἀτρήνη, ciuitas quædam eſt apud Stephanum. Vide ATRAE.

ATRI ἄτροι, populi ſunt, apud Euſebiũ 6. Præparat. Euang. vbi ne minimum quidem furari liceat. Vide ATRÆ.

ATRIA ἄτρεια, Venetorum vrbs, Ptolemæo, ad Atrianum fluuium. Tuſcorum opidum vocat Plinius, Coloniam Liuius. Hinc ATRIANOS Tuſcos habet Varro 4. Hæc ADRIA ἀδρεία, per D. Liuio & Straboni eſt, qui addit illuſtrem fuiſſe; & vt Plinius & Liuius quoque referunt, mare Adriaticum inde nomen ſortitum. Stephanus hanc quoque ÆTHRIAM αἰθρία, dictam tradit. Torellus in vrbis Veronæ deſcriptione dicit hodie Adri adhuc vocari, monſtrariq; in agro Ferrarienſi. Portius Cato, (ſi verus eſt titulus,) eam interijſſe ait. Adrias fluuius huic vrbi contiguus eſt, teſtibus Stephano & Euſtathio. Aliam præter has nominat Stephanus ἀδρείαν Boiorum, Celticæ gentis. Alia eſt ADRIA in Piceno, apud Ptolemæum, Strabonem, Silium, Plinium, & Melam: Adriani Imp. patria, vt auctor eſt Aurel. Victor. & idem ab hac mare Adriaticum nominari aſſerit. HADRIA Catoni, ſed in Præcutiis eam ponit. Vulgo Atri appellari, apud Franciſcum Pamphilum in ſuo Piceni libello lego. Hæc eadem ἀδρεία eſt apud Stephanum & Euſtatium. Siniſtram partem Tiberis ATRIAM olim vocatam, annotauit Ioſeph. Caſtalio ad Rutilium, ex hoc Ouidij,
„ Fluminis ad flexum veniunt, Tiberina priores
„ Atria dixerunt, vnde ſiniſter abit.
vide ATRIANVS.

ATRIANORVM Paludes, quæ SEPTEM MARIA appellantur. Plinius lib. 3. cap. 16. Tartari fluminis paludes, ſunt Tacito 3. Hiſtoriar. Locus eſt circa Padi oſtia. RAVENNÆ paludes ſunt Straboni 5. Has diligenter deſcribit Caſsiodorus 12. Variar. ad Tribunos maritimorum. vide GALLICÆ Paludes.

ATRIANVS ἀτριανός, Italiæ fluuius, Ptolemæo. Mercator ſcribit eum eſſe quem hodie Tartaro vocant. Tacitus hoc tractu TARTARVM habet. ADRIAS eſt Stephani & Euſtathij. Vide ATHESIS.



ATRIATES, vide ATRIA.

ATRIBATII, vide ATREBATES.

ATRICANI ἀτρικανοί, Italiæ populi, Halicarnaſſeo 5. SATRICANI vertit Gelenius. Sed & Halicarnaſſeus 8. habet Σατρικανοί. SATRICVM Liuio & Plinio, Latinorum vrbs circa Volſcos. item Oroſio.

ATROA ἄτρωα, locus videtur apud Cedrenum. Thraciæ fortè.

ATROPATIA ἀτροπατία, pars Mediæ regionis, Straboni. TROPATENA τροπατηνή, Ptolemæo corruptè vocatur. apud Plinium ATROPATENE eſt; & ATROPATENI incolæ. Hos nouit quoque Dionyſius Afer. Ammianus 23. ſcribit Aſiæ regionem domitis Aſſyriis, in ijs plurimos pagos in ATROPATENE vocabulum permutatos poſſediſſe. Siruan propriè hæc regio vocatur, teſte Leunclauio. Vide MEDIA.

ATTA ἄττα, Arabiæ Felicis vicus, Ptolemæo. vide ATTABA.

ATTABA ἄτταβα, Aureæ Cherſoneſi fluuius, apud Ptolemæum. ATTA videtur eundem alio in loco idem vocare.

ATTACANA ἀττακανά, Armeniæ Maioris opidum, Ptolemæo. ASTACANA interpretibus.

ATTACENI ἀττακηνοί, Indiæ populi, Arriano de Reb. Ind. fortè ijdem cum Aſtacenis.

ATTACHA vrbs, C. ſtadiis à Martyropoli diſtat. Procop. 1. Perſicorum.

ATTACI, Serica gens videtur apud Solinum & Plinium: quam ſcribit eadem temperie qua Hyperborei degere. vide ATTANVS.

ATTACORI, vide OTTOROCORRA.

ATTACOTTI, Marcellino, Scotorum populi, Humf. Lhuydo. Buchananus putat eos inter Hadriani & Seueri vallum habitaſſe. ATACITTI, alia lectio, Baronio.

ATTACVM ἄττακον, Celtiberorum, in Hiſpania vrbs, Ptolemæo. Alegon Moletio, ſed Ateca, Cluſio. ATTACENSIS Municipij meminit vetus lapis: apud Moralem.

ATTÆA ἄτταια, ſtagnum in Botieo vrbe, Phrygiæ regionis. Stephanus, in voce Βοτίειον.

ATTALI latrones, Arabum gens, circa Tigridis oſtia. Plinio auctore. Circa Altha Ptolemæi, vt quidam putat.

ATTALIA ἀττάλεια, Ptolemæo Pamphiliæ vrbs, iuxta Corycium promontorium, vt habet Suidas. Hodie Satalia, Hermolao, Nigro & Sophiano. Antali Turcis dici, tradit Leunclauius. Attaliam Æolidis vrbem habet Plinius. Lydiæ vrbem facit Stephanus. quam ALLOERAM ἀλλόηρα, & AGROERAM ἀγρόειρα, etiam dictam ait. In Cilicia eſt etiam ATTALIA, eodem auctore.

ATTALIS ἀτταλίς, Atticæ pars. Stephanus, & Iul. Pollux. 8. Vide ANTIGONIS.

ATTALYDA ἀττάλυδα, Lydiæ opidum, apud Stephanum.

ATTANVS Sinus, & ibidem ATTACI populi; in Aſia, verſus Septentrionem videntur apud Seras. Solinus & Plinius.

ATTASI, locus circa Syriam, aut Ægyptum. Guilielmus Tyrius 9. cap. 13

ATTASII ἀττάσιοι, Maſſagetarum & Sacrarum gens, Straboni. ATTASINI, Sogdianæ populi, videntur apud Plinium. Pro Attaſij, AVGASII ſcribit Caſaubonus apud Strabonem. an rectè, ipſe viderit.

ATTEA ἀττέα, Aſiæ pagus, ad ſinum Adramyttenum. Strabo 13.

ATTEGVA, vide ATEGVA.

ATTEIATIS opidi, meminit lib. de Limitibus. Italiæ puto. In Piceno, teſte Balbo, Nanſij.

ATTELEBVSSA ἀττελέβουσα, ſingulari τ & ς Ptolemæo. Lycij maris inſula eſt apud Plinium.

ATTENA, Æthiopiæ ſub Ægypto opidum, Plinio. ATTENE, Arabiæ Felicis regio, circa Gerram opidum, eidem.

ATTHIS ἀτθίς, inſula vbi Telamon habitabat. Apollonius 1. Salamine, Attica inſula videtur. Vide SALAMIS, & ATTICA.

ATTHVARII, vide ATTVARI.

ATTIA ἀττία, Ptolemæo eſt Arabiæ Felicis opidum.

ATTICA ἀττική, quæ & ATTHIS ἀτθὶς, regio, vt Euſtathius



Euſtathius ait. ATTIS, vt Mela. Idem Euſtathius hanc olim ACTE ἀκτὴ, ACTICA ἀκτικὴ, POSIDONIA ποσειδώνια, ATHENÆ ἀθῆναι, IONIA ἰωνία, & MOPSOPIA μοψοπία, dictam ſcribit. & ASIDA aliquando. OGYGIA, Stephano. HELLAS quoque, Solino. & CECROPIA κεκροπία, Apollodoro. Græciæ ſiue Achaiæ notiſſima regio. in qua Athenæ, omni æuo celebres. vnde adhuc Ducatus Athenienſium vulgò dicitur, ſi verum ſcribit Pinetus. Ioniam hanc quondam vocatam, Plutarchi Theſeus docet, ſtatua illa, quam in Iſthmo Corinthiaco poſitam tradit. De natura huius regionis lege Dionis Pruſæi orationẽ VI. & Athenæum 2. Eiuſdem laudem, apud Platonem in Menexemo, & Critia. Vide HIPPONICA.

ATTICITVS, vide ANTICEITAS.

ATTICVM, Cyreniacæ regionis locus, Antonino.

ATTIDIATES, Vmbriæ in Italia populi. Plinius.

ATTINATES, vide ATINATES.

ATTINGVENSES, vide ATEGVA.

ATTINIACVM, locus vbi ſynodus habita fuit, S. Lupo præſente. & ipſo teſte, Epiſtola 60. In Gallia. Huius non ſemel memoria eſt apud Aimoinum. Nomen retinet.

ATTIPIACVM, pagus circa Axonam alicubi. in S. Medardi vita. Mendosè fortaſſe, pro Attiniacum.

ATTIRI ἄττιροι, Æthiopiæ ſub Ægypto gens Ptolemæo. APIRI habent interpretes.

ATTIS, vide ATTICA.

ATTIVM ἄττιον, promontorium Corſicæ inſulæ, apud Ptolemæum.

ATTVARI, ſunt Velleio Paterculo Germaniæ populi. Atthuarij, Ammiano 20. Francorum gens. Eadem, vicina Bructeris. Scio Rhenanum & Iunium hoc loco Anſiuarij legere apud Ammianum.

ATTVBI, quæ CLARITAS IVLIA; Hiſpaniæ Bæticæ vrbs & colonia. Plinio lib. 3. cap. 1. Eſpejo hodie, Morali. qui malè VCVBIS pro eodem ſcribi putat, apud Hirtiũ VCVBI tamẽ legit quoq; exemplar Plinij, M. S.

ATTVSA, vrbs immenſa in Aſia minori, circa Myſiã. Plin.

ATTYRIA, vide ASSYRIA.

ATVACVTVM, vide ANTVERPIA, & VATVCA.

ATVAE, & ATVATICI, vide ADVATICI.

ATVRBVRNITENSIS epiſcopus, Africæ. Coll. Carthag.

ATVRENSIVM ciuitatis meminit Libellus Prouinciarum, in Nouempopulana, Galliæ regione. Nomen retinere, ſcribit Scaliger. ſed deprauatione Vaſconica Airenſium ciuitatem dici. Vulgò incolarum Aire, ni fallor.

ATVRIA ἀτυρία, regio Aſſyriæ in qua Ninus & Gaugamela ſita eſt. Strabo 16. vide ASSYRIA.

ATTVRENSIS loci in Africa: meminit Coll. Carthag.

ATVRRVS Auſonio, ATVRIVS ἄτουρις, Ptolemæo, ATYRVS Lucano, ATYR Vib. Sequeſt. Tarbellorum in Gallia Aquitanica fluuius, in Oceanum erumpens. Dour fortè hodie, vt conijcit Vict. Giſelinus. Ador, vel l'Ador, vocat Ioſephus Scaliger. Adour Belleforeſtius. Tarn Vinetus. Idem poſtea dixit Adou ab accolis vocari. Landu interpretatur Nauagierus. Heroldus ATVRNVS legit. & non paruo errore ſcribit Galliæ Belgicæ fluuium eſſe, in regione Eyſalia, & vulgo Geln dici. Vide SATYRVS.

ATYN, IANVM, duas vrbes habet Port. Cato. vnam ad
„ Tiberis, alteram ad Arni ripas.

„ ATYR, Doctus Atyr, tactuq; graues ſopire chelydros. Sic Silius, i. gens Africana videtur. Vide ATVRRVS.

ATYRAS, vide ATHYRAS.

ATYS, Plinio 3. cap. 8. Siciliæ fluuius. Carabi, Fazello. ACIS autem legendum, & ſic ſcripſiſſe Plinium, minimè ambigo.

ATZANIRCH, fluuij nomen; Curopalati. Circa Armeniam alicubi, fortè.

AVA, vide ANA.

AVACARIA, vide VACARIA.

AVADIÆ αὐαδίαι, Ptolemæo, SAVADII interpretibus, Bactrianæ gens.



AVALITES αὐαλίτης, ſinus Rubri maris, ad dexteram Stephano & Ptolemæo. ABALITES Plinio. AVALITES ibi emporium, & AVALITÆ populi, Ptol. in Æthiopia. Ibidem quoque ſic dicti: in Arriani Periplo.

AVALLENSIVM Comitatus, in Gallia Aquitanica: meminit S. Lupus, Epiſt. 28. Ab Aualle veriſimile.

AVALLO, Vide ALYSIVM.

AVALOCIVM, Carnotenſis vicus, in Gallia. Gregorius Turonenſis.

AVALONIA, vrbs Albionis inſulæ. Inis Aualon, Britannis dicitur. & Inis Wytin Saxonicè. Ioannes Lelandus, in ſuo Arturio. Glaſconiam interpretatur Matth. Weſtmonaſterienſis.

AVAN, vide AHIAR.

AVANTICI, Galliæ Narbonenſis populi, ex Inalpinis. Plinius. αὐάντικον, Sequanorum vrbs, Ptolemæo eſt, in vicinia Narbonenſium. Vide AVENTICVM.

AVAR, Vide ABARES.

AVARA, Vide AVATHA, & ABARA.

AVARENI αὐαρηνοὶ, Sarmatiæ Europeæ populi. Ptol.

AVARES, Vide ABARES, & VNNI.

AVARIA, vide AVSTRIA.

AVARICVM, Antonino & Cæſari opidum in finibus Biturigum. Viarons Marliano eſt, & Petro Saniuliano: Sed Bourges vocant Ioannes Calamæus, & Theobertus Fagotius. Vide BITVRIGES.

AVARIS ἄβαρις, Iſraëlitarum in Ægypto ciuitas, apud Manethonem. (vt Ioſephus auctor eſt.) Wiſſenburgius dubitat num eadem ſit, quæ in ſacris Bibliis RAMESSES, vel, vt alij, litterarum metatheſi, RAEMSES dicitur. quæ quoque GOSEN vocatur. Vide BVBASTIS.

AVARPI, vide ANARPI.

AVARVM ἄυαρον, Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium, Ptolemæo. Cabo de Viana, Moletio dicitur.

AVASAFA, Africæ vrbs, apud D. Cyprianum: in concilio Carthaginenſi.

AVASIS, vide OASIS.

AVASTOMATES, Ammiano ſunt Mauritaniæ populi.

AVATHA αὔαθα, Arabiæ opidum, in lib. Notitiar. quod & AVARA αὔαρα, Stephano. In Arabia Petræa Ptolemæo αὔαρα. Eſt quoque Phœniciæ opidum, in eodem libro Notit.

AVATICI, Galliæ Narbonẽſis ad Rhodani oſtia populi, apud Plinium. quos videtur Ptolemæus ANATILOS ἀνατίλοι, vocare. ſed habet quoque Plinius hoc tractu populos, quos Anatilios nominat. Idem habet ANATILIAM vrbem, ibidem. AVATICORVM Stagna, in Galliæ Narbonenſi, ſunt Melæ. vbi Foſſa Mariana.

AVAXA, Ponti vrbs, lib. Notit.

AVBORITANI epiſcopi, in Mauritania Cæſarienſi, meminit Vict. Vticenſ. Ab Aubureum. Vide ABORIENSE.

AVBVREVM, Africæ Propriæ locus, apud Antoninum.

AVCA, vide BRAVVM.

AVCHA, vide GALTIS.

AVCHANITES, Vide AVRANITIS.

AVCHATÆ, vide AVCHETÆ.

AVCHETÆ, Scythiæ gens, apud quos Hypanis oritur. Solino & Plinio. αὐχάται, Herodoti.

AVCHIS, vide LOCHIS.

AVCHISÆ αὐχίσαι, Cyrenes regionis gentes, Diodoro 3. AVCHITÆ, per T. ſunt Ptolemæo. etſi Latina exemplaria per S. legant. AVSCHYSÆ αὐσχύσαι, ſunt Herodoto; qui eos ſupra Barcam, ad mare, vſque ad Heſperides habitare dicit. AVSCHYTÆ, per T. in vltima, ſunt apud Stephanum, Lybiæ ὑπερβάλλοντες, ex Apollodoro. mendosè pro ὑπὲρ Βάρκης.

AVCHITÆ, vide AVCHISÆ.

AVDANII, vide PEVCETII.

AVDARISTENSES, vide ANDARISTVS.

AVDATHA αὐδάθα, Arabiæ Deſertæ vrbs. Ptolemæus.

AVDEA αὐδηα, Caſsiotidis regionis, in Syria vrbs, Ptolemæo. LYDIA legunt peſſimè interpretes.

AVDELA, vide ABDELA.

AVDENA, *Liuius 41. Inter Audenam amnem P. Mutius cum iis qui Lunam Piſasq́; depopulati erant, bellum geſſit, omnibusq́; in ditionem redactis, arma demit.*

AVDERIENSIVM *ciuitatis, meminit Goltzius, ex vetuſta inſcriptione: in ſuo Theſauro. Extat Moguntiæ, ad Rhenum.*

AVDIA αὐδία, *Arabiæ Petrææ vrbs, Ptolemæo.* LYDIA *legunt Latini interpretes. Vide* AVDEA.

AVDIENSE *caſtellum, in Mauritania, habet Ammianus. Huius etiam meminit Notitiar. lib. Idem Ammianus paulo infra habet* DVODIENSE *caſtellum, pro quo Accurſius, Audienſe, vt ſupra legit. An circa Audum fluuium? an montem?*

AVDIRA, *vide* ABDERA.

AVDON αὔδων, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo.*

AVDVRVS, *fundi nomen in Africa, vbi D. Stephani eccleſia. In huius vicinia quoque* CASPALIANA *quædam poſſeſſio eſt. D. Auguſtinus de Ciuitate Dei.*

AVDVS αὖδος, *Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius, Ptolemæo. Africæ Propriæ mons, eidem.*

AVELLA, *vide* AVELLANI, & ABELLINVM.

AVELLANI, *Campaniæ gens videtur apud Plinium. alia ab Auellinatibus.* AVELLANVM *Campaniæ opidum, Seruio, in 2. Georgicorum.* AVELLA, *Silio 8. Vide* ABELLINVM.

AVELLINATES, *vide* ABELLINATES.

AVELLONI, *vide* ALES.

AVENDONIS, *Antonino Liburniæ vrbs. aliàs* VENDVM *dicitur. Simlerus.* Adelsſperg *eſt Lazio.*

AVENIO αὐενίων, *Cauarum, Ptolemæo. qui eam Coloniam vocat. Galliæ Narbonenſis vrbs. Huius memoria quoque eſt apud Caſsiodor. 3. Variar. ad Wandilum.* Auignon *hodie. Hanc vrbem Petrarcha, & poſt eum Bocatius, ſub nomine* BABYLONIS *deſcribit.*

AVENNÆ *vrbis in Gallia, non ſemel meminit Greg. Turonenſis.*

AVENS, *Sabinorum fluuius. Seruius enim ad 7. Æneid. ſcribit Sabinos à Romulo accepiſſe montem, quẽ ab Auente prouinciæ ſuæ flumine Auentinum appellarent.*

AVENTICVM, *Heluetiorum opidum, apud Tacitum.* AVENTICVLVM *Antonino.* AVANTICVM *Ptolemæo.* Wiefelſburg *Germanicè, Rhenano.* Auenche *Gallicè, Marliano. Marcellinus ſcribit ſuis temporibus deſertam fuiſſe ciuitatem. Ciuitas* ELVICORVM, *hoc eſt Auentico. ſic legit lib. Prouinciar. Marcus Velſerus ad Inſcriptiones antiquas Vindelicorũ hãc edit inſcriptionem:* COLONIA PIA FLAVIA CONSTANS EMERITA AVENTICVM HELVETIORVM FOEDERATA. *Neſcio quid hæc verba velint apud Freculphum de Tito Imp. Ciuitatem Auenticum, quam pater eius Veſpaſianus ædificare cœperat, conſummauit. In Gallia Ciſalpina eſt.*

AVENTINVS, *Vrbis Romæ collis. etiam* RVMVRIVS *dictus fuit, vt ait Fab. Pictor.* MVRCVS *antea dicebatur, vt ait Pomp. Feſtus. Auentinum vocat Vib. Sequeſter montem, in quo Præneſte ciuitas. Sed* ATENTINVS *legit Bocatius.*

AVERA αὐερα, *Palmirenæ opidum Ptolemæo.*

AVERNVS, *Lacus Campaniæ, Straboni, Melæ, Suetonio, & Plinio, prope Puteolos eſt, Liuio, Græcis* AORNOS ἄορνος, *dicitur. vt Strabo atteſtatur.* AORNITIS *eſt Antigono.* Lago di Tripergola *vocatur ab Erythræo, & Georgio Fabricio.* STYGA *quondã appellatam ex hoc loco Silij apparet lib. 12. Ille olim populis dictum Styga nomine verſo, Stagna inter celebrem nunc mitia monſtrat Auernum.* INFERNVM *Lacum vocat Virg. 3. Æneid. & idem* ACHERONTEM *6. Adi de hoc lacu Seruium ad eundẽ, & Philargyrium ad eiuſdem Bucolica. & Dionem 48. item Ariſtotelem de Mirabilib.* STYGAM *etiam vrbem & Ditis regiam, facit Ouid. 4. Metam. Vide* AORNVS.

AVESICA, *Antonino Dalmatiæ vrbs.* Scenaſechie *dicitur quibuſdam, Simlero auctore.* ANESICA *legit Lazius. Sic quoque codex M. S. Reuerendiſs. Terrentij.*

AVFEIA, *vide* AQVA MARCIA.

AVFIDENA, *in Samnio opidum, à Cn. Fuluio captum, Liuio 10.* αὐφιδήνα, *Ptolemæo, in Caracenis. Meminit eius quoque Antoninus. Coloniam Romanam facit Onuphrius. Monuit autem Romã me Celſus Cittadinus apud Antoninum malè legi Anſidena, in via Flaminia, pro Aufido amne.*

AVFIDENATES, *vide* AVFINATES.

AVFIDI *Pons, vide* PENTAFIDVS.

AVFIDVS, *Italiæ fluuius, in Apulia, Ptolemæo, & Plinio teſte.* L'Ofanto, *Leandro vocatur.* CANNA *in carmine fatidico vocatur, apud Liuium lib. 25. Hic fluuius ſolus, vt refert Polybius lib. 3. Apenninum diuidit. Vide* VFENS.

AVFINATES *Ciſmontani, Veſtinorum populi ſunt Plinio. Ibidem* AVFIDENATES *alij, eidem.*

AVFVSTIANÆ, *Dalmatiæ vrbs, Antonino. XXV. M. P. à Narona.*

AVGÆA αὐγαία, *Chalcidicæ regionis vrbs, in Macedonia. Ptolemæus.*

AVGÆAS, *Vide* ÆGIÆ.

AVGALA αὔγαλα, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptol.*

AVGALI αὐγαλοὶ, *ſunt apud Ptolemæum Sogdianæ pop.*

AVGARA αὐγάρα, *Ariæ vrbs. Ptolemæus.*

AVGASII αὐγάσιοι, *Maſſagetarum gens, Stephano. Vide* ATTASII.

AVGE, *vide* TEREDON.

AVGEIÆ αὐγέιαι, *Locridis Epicnemidij vrbs, Strabo, & Stephanus ex Homero, Ἰλιάδ. β. Etiam Laconica Straboni, & Euſtathio, in eundem Homerum.* AVGEIÆ *Stabulum, in Peloponneſo, locus iuxta Alpheum Peneiumq́; fluminæ. Auctor Apollodorus.*

AVGELLÆ, *vide* ANGELLÆ.

AVGEMMVM, *Africæ Propriæ vrbs. Antoninus.*

AVGES αὔγης, *mons Arcadiæ: Callimacho in Delos.*

AVGI, *vide* MASSAGETÆ.

AVGIA, *vide* AVGEIA.

AVGILA, *vide* ÆGILA, & AVGILÆ.

AVGILÆ αὔγιλαι, *Africæ gens; Plinio, Pomponio & Solino. item Ptolemæo, in Marmarica: ſed per* Υ. *in ſecunda. Eidem & Stephano vrbs, ibidem* AVGILA *eſt. Idem Ptolemæus habet eiuſdem nominis vrbem, in Mauritania Cæſarienſi. Vide* ÆGILA.

AVGINA, *Africæ Propriæ vrbs, Antonino. Concilium Carthaginenſe ſub D. Cypriano habitum meminit* AGGIVAE *Epiſcopatus.*

AVGINVS, *mons Liguriæ, apud Liuium, lib. 39. qui an is ſit qui hodie* Augonius *dicitur, diſcere mallet, quàm affirmare, Bernardinus Saccus.*

AVGVRENSEM *Epiſcopum Numidiæ, à loco ſic nominatum, habet Vict. Vticenſis.*

AVGVRINA, *vide* SEGEDA.

AVGVRIVM, *Vide* AGVRIVM.

AVGVSTA, *Vide* ALEXANDRIA, ASTVRICA, BILBILIS, DIOSPOLIS, LONDINVM, PAPHOS, POSSESSIO, TREVIRI, & TRICASSINI.

AVGVSTA ACILIA, *(auctorem huius neſcio) Auentino Germaniæ vrbs eſt, ad Danubium, hodie* Straubingen *dicta, Idem alibi ait extra Straubingam ſitam, &* Azalburg *vocari.* AVGVSTÆ, *ſine cognomine videtur apud Antoninum. Vetus inſcriptio quæ Firmi eſt,* AZALIORVM *meminit, inter Danubianas gentes.* AZALI ἄζαλοι, *ſunt Ptolemæo.*

AVGVSTA *Auſciorum, Ptolemæo Galliæ Aquitanicæ vrbs.* Auch, *Villanouano eſt. item Mercatori.*

AVGVSTA BADACVM, *Vide* BIDAIVM.

AVGVSTA *Bracarum Plinio,* BRACAR AVGVSTA βράκαρ, *Ptolemæo. Citerioris Hiſpaniæ vrbs, quæ hodie* Braga, *Amb. Morali. Pro Bracar apud Ptolemæum* BRÆCAR *ſcribendum ſuſpicor, cum Bræcariorum gentis (vt vocat ipſe, cum Strabone, Ptolemæus) caput ſit. hæc* BRAGARA *Antonino.*





AVGVSTA *Druſi, vide* AVGVSTA *Vindelicorum.*

AVGVSTA EMERITA ἠμέριτα, *Ptolemæo. Luſitaniæ vrbs, quæ in Bæturia ponitur, ab Hygeno: Luſitaniæ eſt etiã Plinio & Melæ, item Straboni, qui eam Turdulis tribuit.* COLONIAM *factam ex nummo Auguſti patet, apud Goltzium.* Medina del rio Secco, *Taraphæ. ſed melius* Merida *Varrerio, & Villanouano nominatur.*

AVGVSTA EVPHRATESIA, *vide* COMAGENA.

AVGVSTA FIRMA, *vide* ASTYGI.

AVGVSTA GEMELLA, *vide* TVCCI, & GEMELLA.

AVGVSTA *Nemetum, vide* NEMETES.

AVGVSTA NOVA, *Areuacorum in Hiſpania opidum Plinio. Tarapha ſcribit* PORTA AVGVSTA *à Ptolemæo appellari. & hodie* Torre quemada. *Fallitur. eſt enim* Νεαυγοῦστα, *apud Ptolemæum.*

AVGVSTA PRÆTORIA αὐγοῦστα πραιτορία, *Ptolemæo, Salaſsiorum Colonia, Plinio teſte.* COL. AVGVSTA PRÆTORIA *eſt in Tib. Imp. nummo. In Lombardia Tranſpadana eſt. Germani* Augſt, *Itali* Oſta *vocant. In aditu vallis, quæ ab eo nomen accepit, ſitum eſt opidulum. Hic arcum triumphalem antiquum, ſed imaginibus & inſcriptione orbatum conſpeximus.*

AVGVSTA *Quintanorum, vide* QVINTANÆ.

AVGVSTA *Rauricorum,* ῥαυρικῶν, *Ptolemæo Galliæ Belgicæ vrbs.* COL. AVG. RAVRACOR. *eſt in nummo Tiberij Aug. Pagus hodie tantum, prope Baſileam. vulgò* Augſt *dictum, B. Rhenano.* RAVRICVM, *opidum eſt Plinio.* RAVRACVM, & RAVRIACA *Colonia Ammiano.*

AVGVSTA RHETORVM, *vide* AVGVSTA VINDELICORVM, & DRVSOMAGVS.

AVGVSTA *Romãdiorum, Ptolemæo, Galliæ Belgicæ vrbs. Pet. Appianus vocat* Lutzelburg *Volaterranus* Conſtance, *vrbem Normanniæ deſignare ſcribit. & ipſos Romandios, Normannos eſſe vult. ſed ſitus non congruit. vt obſeruauit Villanouanus.*

AVGVSTA *Sueſſonum, vide* AVGVSTA *Veſſonum.*

AVGVSTA *Taurinorum, Ptolemæo Italiæ vrbs, in Salaſsijs.* Turino *hodie, in regione Pedemontana.* TAVRASIA ταυρασία, *vocatur hoc opidum ab Appiano, in Annibalicis. ab Auguſto coloniam huc deductam, eſt auctor Plinius.*

AVGVSTA TIBERII. *Onuphrius ſcribit eius memoriam in antiquo lapide extare. Goltzius adducit nummum Tiberij, cum huius hac inſcriptione,* COL. AVG. TIB. Regensburg *hodie, vt Auentinus ſcribit, dicitur ad Danubium fluuium, in Germania ſita ciuitas. Hanc Regenſburgum putat Simlerus* REGIVM *Antonini eſſe. & in lib. Notitiarum* CASTRA REGINA *dici. Alia multa, ſed à barbaris indita nomina ſunt apud Althamerum: vt Reginoburgum, Rhætobonna, Rhætopolis, Hyaſpolis, Imbripolis, Regnipolis, Tetrapolis, Quadrata, & Germaniſheym. Vulgus Latinorum* RATISBONAM *vocat.*

AVGVSTA *Treuirorum, vide* TREVIRI.

AVGVSTA *Tricaſtinorum, Plinio. Galliæ Narbonenſis vrbs.* Aymargues, *Ioanni Poldo, aut* Trois chaſteaux, *vt idèm alibi dicit.* S. Pauli *eſt Cœnali. Simlerus* Trieues *vocari hodie ſcribit.* NEOMAGVS *fortè Ptolemæi eſt. eam enim in Tricaſtinis ponit. vide* TRICASSINI.

AVGVSTA *Trinobantum, vide* LONDINIVM.

AVGVSTA *Vagiennorum, Liguriæ opidum, Plinio. Merula eam hodie* Baſsignana *appellari tradit.* BATIENORVM βατιενῶν, *eſt Ptolemæo, in Taurinis.*

AVGVSTA VALERIA. *Sic habet Tarapha: qui eam* Xatiua *indigitat. quæ eſt ciuitas Regni Valentiæ, in Hiſpania. eandem idem* SETABIM *vocat. Ptolemæus* VALERIAM οὐαλερία, *habet in Celtiberis, & Plinius Valerienſes hoc tractu. quos an Auguſtanos cognominet, neſcio. cõſulatur cap. 3. lib. 3. eiuſdem. vide* SÆTABIS.

AVGVSTA *Veromanduorum, (Rhomandui habet Ptolemæus; Veromandui Plinio & Cæſari ſunt.) Galliæ Belgicæ vrbs eſt.* S. Quintin, *Sigebertho, & Marchantio. Sed Rob. Cænalis ſcribit hanc Auguſtam omnino dirutam, atque eius nihil hodie exſtare, præter cœnobium. Idque etiamnum nomine* Vermand Abbaye *ſupereſſe, in tabula Veromanduorum, (quam Surhonius deſcripſit) videtur. Sub Medardo eius loci pontifice eius ſedem Nouiodunum tranſlatum, ſcribit Bouillus.*

AVGVSTA *Veſſonum,* οὐεσσόνων, *in Gallia Belgica opidum eſt, teſte Ptolemæo:* Soiſſon *Villanouanus nominat. Sed* SVESSONVM *emendo apud Ptolemæum. Sic enim apud Antoninum lego. Et ciuitatis Sueſſonum meminit Dignitatum libellulus. Veſſonum autẽ nuſquam memoria.*

AVGVSTA VINDELICORVM οὐινδελικῶν, *Ptolemæo, Vindeliciæ vrbs.* Augſpurg *hodie, ad confluentes Vindonis & Lyci. quamquam Auentinus non exſtare dicat, extitiſſe autem proximè* Wolfartzhauſen *vicum & arcem, ad pontem* Schaftlaren *dictum, vbi Iſara & Loyſa confluunt, paullo ſupra Monachium, primariam Boiorum vrbem. Auentinum multi ſequuti. Lazius etiam pagum* Binding *id loci ſupereſſe ſcripſit, Reip. Rom. lib. 12. ſect. 2. c. 1. Verum omnes peruerſa Vindeliciæ deſcriptio in errorem traxit; quod Vindelicam vrbem vltra Lycum, quem limitis loco Ptolemæus nõ rectè poſuit, ſtetiſſe incredibile videretur. Argumẽto nullo præterea nituntur. At ex quatuor milliaribus lapidibus Sept. Seueri qui ſuperſunt, & ſpatia viarum reſtitutarum ab Aug. inſcripta habent, Antonini aliquot itineribus, & Fortunati verſu, Pergis ad Auguſtam quam Vindo Lycusq́; fluentat, Prior ſententia perſpicuè vera, poſterior iſta falſa eſt. Accedunt innumeri fere omnis ætatis teſtes. Hæc Tacito ſplendidiſsima Rætiæ prouinciæ colonia. Quod Althamerus & Rhenanus dudum obſeruauere; qui ceteroquin de Aug. Vind. in Auentini hæreſi. Coloniæ Auguſtæ Vindelicorum, & Coloniæ Auguſtæ Rætorum meminere antiqui lapides, vt Onuphrius; nummi Tiberij, vt Goltzius prodidit. Quos ad hãc vnam eandem pertinere inde intelligimus, quod Rætia Vindeliciam complectebatur, vti ex Ptolemæo præter reliquos haurire eſt. Liechtenauius retulit ante coloniam deductam Zizerim ſiue Ciſaram dictam, proxima circumquaque loca* Criechen Aucron, Habinoberg/Bernſee, *forum ipſum vrbis* Perlaich, *à Romanæ legionis quæ id loci perierit cæde: Sed hæc aut in vniuerſum fabuloſa, aut fabulis intermixta ſunt. Sic ad me de ſua Auguſta doctiſs. Marcus Welſerus, antiquitatum patriæ ſuæ peritiſsimus.* COLONIAM IVLIAM AVGVSTAM *eandẽ nominatam, idem docet. Hanc Ausburgam ſcribit Lazius* I. R. P. R. *cap. 8.* AVGVSTAM *Druſi eſſe, apud Strabonem, apud quem, vt monuit me idem Velſerus, nec volam neque veſtigium ſit reperire. At plura de hac vrbe idem in libris Rerum Auguſtanarum, poſtea editis. Vide* ÆL. AVG.

AVGVSTA *quæ cognominatur* MAGNA, *ſita vbi Apſaris & Phaſis confluunt. Sophronius in catalogo Græco virorum in eccleſia illuſtrium.*

AVGVSTA αὐγοῦστα, *Ciliciæ vrbs, Ptolemeo.* AVGVSTÆ *Stephano.* SEVESTA *eſt apud M. Venet. vt putat Ramuſius. Galliæ Narbonenſis, Antonino. Daciæ Ripenſis, lib. Notit. item Rhætiæ, eidem. Alba Italiæ, teſte Steph.*

AVG. IVL. PHILIP. *Colonia. In Theſauro Goltzij, ex nummo.* AVGVSTA KARCENNA *Colonia, ibidẽ.*

AVGVSTÆ, *locus in Mœſia Inferiore, Antonino, vide* AVGVSTA.

AVGVSTALDVM, *vide* LINDISFARNA.

AVGVSTAM *Coloniam habet liber Hygeni de Limitibus. in cuius tractu deſcribit flumen* RENTA, & BODVM: *montem* META PVBLICA, ANDRA PVBLICA, PECINARIVS. *Confines* TACENSIVM, COTTIMORVM, RITIVAMENSIVM, & CARVORVM.

AVGVSTAM AQVAM, *vocauit Agrippa* VIRGINALEM *Vrbis Romæ, auctore Dione.*

AVGVSTADORVM αὐγουσταδῶν. *Phrygiæ epiſcopum Philicadum, nominat Epiphanius.*

AVGVSTALDVM, *vide* LINDISFARNA.

AVGVSTALLIANA, *loci nomen: apud D. Athanaſium, vbi Rufinum quendam ſpiculatorem agere ſcribit.*

AVGVSTAMNICA, & AVGVSTANICA, vide ÆGYPTVS.

AVGVSTANA CASTRA, habet Lazius, ex codice Præfecturarum, & Gaſtanium hodie dici addit. In Norico locus, aurifodinis & Thermis celebris.

AVGVSTANÆ CLAVSVRÆ, ſunt Caſſiodoro Variarum 2. ad Fauſtum Præpoſitum. Cluſæ nomen alicubi in Italia, ni fallor. EXCLVSAS vocat Aimoinus.

AVGVSTANI, vide AVGVSTINI, CERRETANI, SÆTABIS, & ASTVRES.

AVGVSTENSIS Limitis, in Mauritania Cæſarienſi, meminit lib. Notit. Idem in Britannia.

AVGVSTI Vrbs, vide ROMA.

AVGVSTI Portus, vide PORTVS Aug.

AVGVSTIA αὐγυςία, Daciæ vrbs. Ptolemæus. Kuſty nouo nomine vocat Lazius.

„ AVGVSTINI, Frontinus de Limitib. agrorum: Multis „ enim in locis aſſignationi agrorum immunitas ſuperfuit, „ ſicut in Luſitania in finibus Auguſtinorum. AVGVSTANOS Plinij puto.

AVGVSTOBONA, Galliæ Lugdunenſis vrbs, Antonino. vide AVGVSTOMANA.

AVGVSTOBRIGA, Pelendonum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, Ptolemæo & Antonino. opidulũ eſt hodie quod Aldea el muro appellant. vt tradit Amb. Moralis. AVGVSTOBRIGA αὐγυςόβειγα, Vettonum, in Hiſpania Luſitanica vrbs, Ptolemæo. AVGVSTOBRICA Antonini hæc. Medina celi. Moletio. Burgos, Floriano. Villar de Pedroſo, Cluſio, & Morali.

AVGVSTODVNVM, Æduorum caput, Tacito. Meminit eius etiam Ammianus. Burgundiæ opidum, quod hodie antiqui nominis, primam & penultimã ſyllabam retinens Autun vocatur. FLAVIA ÆDVORVM aliquando dictũ, ſcribit Paradinus, ex Panegyrico fortè Conſtantino dicto, vbi legitur Ciuitatem Æduorum Flauiam dictam. Antonino hic LEGIO XXII. eſt. De HEDVA hac vrbe, hic verſus exſtat apud Hericum lib. I. vitæ S. Germani.
„ CELTICA ROMA dein voluit cœpitq́ vocari. vide BIBRACTE.

AVGVSTO FLAVIANENSIA caſtra, in Mœſia Prima. Lib. Notit. vide FLAVIANA.

AVGVSTOFRETENSIS, vide COMAGENA.

AVGVSTOMANA αὐγυςόμανα, Tricaſiorum vrbs: in Gallia Lugdunenſi, Ptolemæus. AVGVSTOBONA legunt interpretes. vide TRICASSINI.

AVGVSTOMAGVS, Galliæ Belgicæ vrbs, apud Antoninũ. Simlerus vocat maximũ opidum Syluanectarum. & Ptolemæum dicit mendoſiſſimè pro eo Rhatomagum ſcribere.

AVGVSTONEMETVM αὐγυςονέμετον, Ptolemæo. Aruernorum in Gallia vrbs. Neuers Villanouano & Cænali eſt. NEMOSSVS apud Strabonem dici puto.

AVGVSTOPOLIS, Epiſcopalis locus, ſub Rubba Moabitarum ſede. Guill. Tyrius. Phrygiæ vrbs eſt Suidæ. vnde Eugenium Grammaticum ortum tradit. vide SEBASTA.

AVGVSTOPHRATENSIS, vide COMAGENA.

AVGVSTORITVM αὐγυςόειτον, Pictonum in Gallia Aquitanica vrbs, Ptolemæo. AVGVSTORICVM per c. in penultima, Antonino. Poictiers, Appiano; & Cænali. PICTAVAM vrbem vocat Greg. Turonenſis. Ab hoc autem Auguſtorico Antonini aliud eſt Auguſtoritum Ptolemæi. ſitu enim multis diſtant paraſangis.

AVGVSTVS, vide COELIVS.

AVGVSTVM αὐγυςόν, Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo. VICVS Auguſti apud Antoninum appellari, putat quidam. Galliæ Narbonenſis alia, Antonino.

AVGYLE, vide AVGILE.

AVIA, Ptolemæo, Vacceorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi. Villalon, Moletio. Is addit hoc loco in Græco codice LIVIA legi. Ego LOVIA, vel LVIA λυία, habeo. AVIA, Ptolemæo ἀυία, Veſtinorum in Italia vrbs. Alano quidam nominat. vide FLAVIONA VIA.

AVIA IVLIA, vide APTA.

AVICOATERI Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

AVIDVS αὐιδος, Ptolemæo eſt Africæ Propriæ vrbs. An Abiddenſis inde? de quo ſupra.

AVIM, Palæſtinæ locus, Ioſue 18. vide HVMESEN.

AVINENSE opidum, in Africa Propria, Plinio. AVINSENSIS meminit Coll. Carthag. & eadem AVINICENSIS quoque.

AVIONES, vide REVDIGNI.

AVIRA, vide AVERA.

AVIRI, vide VNNI.

AVISAGAS, vide AMPSAGA.

AVITH, vide GETHEM.

AVITTA αὐίτ\ια, Africæ Propriæ opidum, Ptolemæo.

AVIVM inſula, vide TRVLLA.

AVLA αὐλη, arx eſt haud procul ab Hadrianopoli, ad Hæmi radices: apud Curopalatem, & Cedrenum. Eſt & Arcadiæ locus, in quo Panos delubrum: Æliano Animalium 11. cap. 6.

AVLADIS αὐλαδίς, Meſopotamiæ vrbs. Ptolemæus.

AVLÆ αὐλαὶ, nauale Ciliciæ, inter Tarſum & Anchialum, Stephano & Suidæ.

AVLÆI Mœnia αὐλαίου τεῖχος, Thraciæ locus ad Pontum Euxinum. Arriani Periplus.

AVLANA, Egeſippo 5. Samariæ vrbs, diſtans à Hieroſolymis XXX. ſtadiis. vide ALAVNA.

AVLATIA opidum, in quo Euhemerus dicit Cælum auum Iouis ſepultum, poſtquam in Oceano obijſſet. Lactantius 1. de falſo religione, cap. 11. ALARIA legit vetus codex impreſſus. Codex calamo exaratus pro Oceano, Oceaniæ habebat, melius fortè. Nam in Lybia, quæ & Oceania Stephano, Vranium ſiue Cælum habitaſſe, inter ceteros, Diodorus auctor eſt.

AVLE, vide AVLA.

AVLEON ſinus, iuxta Conſtantinopolim. Gyllius ex Dionyſio Byzantio.

AVLERCI, Galliæ Lugdunenſis populi; qui EBVROVICES cognominantur. Plinius lib. 4. cap. 18. AVLIRCII EBVRAICI αὐλίρκιοι ἐϐυραϊκοὶ, habet Ptolemæus. Orleans vocatur Villanouano. AVRELIANENSIS VRBS legitur apud Sidonium, lib. 8. Epiſtolarum, ad Proſperum Papam. Quos Plinius Eburouices, Cæſar EBVRONICES vocat: ſed idem quoque AVLERCOS habet, ab Eburonicibus diuerſos. EBVRONICI Cæſaris, ſunt Orontio, qui Eureux inhabitant, vrbem Normandiæ: ſic quoque Vigenereo, & Vineto. AVLERCOS Cæſaris interpretatur Vigenereus Rouen, ſed ex aliorum magis ſententia quàm ſua: Idem enim putat Aulerci prænomen tantùm populorũ quorundam eſſe. itaque citra diſtinctionem ſuadet legendum apud Cæſarẽ, Aulerci Eburonices, Aulerci Brannonices, Aulerci Cœnomanni, & Aulerci Diablintres. AVLERCOS CENOMANOS etiam Plinius habet: AVLIRCIOS DIAVLITAS, & AVLIRCIOS EBVRAICOS Ptolemæus. Cenomannos Aurelianenſes habet quoque P. Diaconus 6. Lõgobardicor. Vide DIABLINTRES, CENOMANI, & EBVRONES.

AVLETERIVM αὐλητήειον, locus circa Tarentinos. Lexicon Phauorini

AVLETES, vide APSASIVM.

AVLI αὐλοι, Macedoniæ populi, ad mare Ionium. Ptol.

AVLICOME vrbs Græca, Euſtathio in ſua Iſmeni fabula amatoria.

AVLION αὐλίον, Antron circa Callichorum Paphlagoniæ fluuium. Apollodorus 2. ALION mendoſè apud Ammianum legitur.

AVLIS αὐλις, Bœotiæ vrbs, iuxta Chalcidem. Stephanus, Strabo, Ptolemæus, & Pomponius. Cedreno locus eſt circa Tauricam Cherſoneſum.

AVLOCRENE, locus in Aſia Minore, decem millibus ab Apamea, Solino. Conuallis eſt apud Plinium, ex qua amnis Mæander & per quam ab Apamea in Phrygiam itur. Idem quoq́ montem, in quo Meandri fons, ex eodem facit. Regionis ſic dicti meminit quoque Calliſtus lib. 12. cap. 27. CRENI fortè Silij Italici.





AVLOES, vide GAVLALES.

AVLON Plinio, AVLORVM NAVALE αὐλῶν πόλυ ἐπίνειον, Ptolemæo. Macedoniæ vrbs, ad Mare Hadriaticum. Velona Sophiano. qui eam quoque (neſcio an rectè) CAVLONIAM vocat. AVLONEM Macedoniæ, ſupra Strymonẽ, habet Galenus, 3. de Sanitate tuenda. Laconica vrbs, Straboni, & Stephano. itẽ Orpheo in Argonauticis. Arcadiæ etiam Stephano: & Cretæ, eidem. Idem habet locum in Creta. & quoque in Arabia, ſic dictum. AVLONEM Campum pulcerrimũ & ampliſſ. habet 9. hiſt. Plantar. Theophraſtus trans Libanum: & alium quendam montem paruum, vbi calamus odoratus prouenit, in ampliſſimo lacu. AVLONEM Regium, hunc vocat Strabo. & AVLONEM magnum, Memnon. AVLONEM Apameorum prouinciæ tractum in Syria, habet Sozomenus 7. cap. 15. AVLON etiam Horatio
„ eſt lib. Carm. 2. hoc verſu, Iupiter brumas, & amicus Aulon, &c. quod fortè hodie, vt inquit Galateus, Caulon: in Lupienſi agro Iapygiæ. Commentator vetus Horatij, quem Cruquius publici iuris fecit, dicit iuxta Tarentũ eſſe: optimiq́ vini feracem. quod (ni fallor) Strabo 6. atteſtatur. AVLONIAM habet Nicetas ad Ægeum pelagus, circa Helleſpontum alicubi, quam & BARE vocat. Vide CAVLONIA, & CILICIVM.

AVLOS, Peloponneſi vrbs, ad Alpheum amnem. Plinius.

AVLVCVM, nomen loci in Mauritania Tingitana. lib. Notitiar.

AVLZIAGRI, iuxta Cherſonem populi Hunnici. vt habet Agathias.

AVMASIPA, gentis Scytharum fluuius, vnde aurum legunt. ſic Vibius. ARIMASPA erat alia lectio, & verior. Aurum enim apud Arimaſpos inueniri, idoneos ſcriptores teſtes habeo.

AVNEDONACVM, vrbs circa Santones, in Gallia. Antoninus.

AVNENSES populos, habet Polyænus lib. 8. de Pinario. Italos puto. ENNENSES emendo, ex Liuij 24. In Sicilia ſunt ab Enna.

AVNIOS, Hiſpaniæ inſula, circa Artabrum promõtorium, videtur apud Plinium.

AVNO, vide TRASVMENVS.

AVNOBÆI, vide ABNOBI.

AVNONA αὐνονα, fluuium Libyæ habet Palæphatus, in Phorcyni filiabus.

AVNXI, vide BVBEGENTÆ.

AVO, vide AVVS.

AVONES, vide FRISIABONES.

AVOTHIAIR, id eſt, Villa Iair. vide IAIR.

AVPATRIDORVM αὐπατειδῶν, meminit Goltzius in Theſauro, ex nummo.

AVRADIS αὐράδις, Mediæ vrbs, Ptolemæo.

AVRAN, vide AVRANA.

AVRANA αὐράνα, Arabiæ Deſertæ vrbs, Ptolemæo. fortè AVRAN Ezechielis 47.

AVRANITIS αὐρανῖτις, Babyloniæ regionis tractus: Ptolemæo. AVCHANITES legunt interpretes. Ioſephus Antiq. 15. ἀβρανῖτις habet. AVRANITIDEM regionem habet Guil. Tyrius ad mare Tiberiadis, in qua locũ deſcribit Cauan nomine. Hæc αὐρανῖτις, Ioſepho eſt.

AVRARACI, Aſiæ Minoris videtur quædam gens, apud Metaphraſten, in S. Euſtratij vita. In margine erat ARABRACINI.

AVRARIARVM in Dacia, plures exſtant marmoreæ inſcriptiones. Lazius ſcribit locum eſſe paulo ſupra Albam Iuliam, & gentilitia lingua Kereſwanya, Slotna, & Abruckbania vocari. 12. R. P. Romanæ. Eſtq́ ibidem vetus lapis qui meminit PRÆFECTI SLOTNÆ.

AVRAS αὔρας, Europeæ Scythiæ fluuius, ex Hæmo monte verſus Septentrionem profluens. Herodotus in Melpomene. Narabonem Ptolemæi putat Lazius in R. P. Romana. vide CVSVS.

AVRASIVS αὐράσιος, Mons in Mauritania, teſte Procopio, Wandalicor. 2. & Ædificior. 6. item & Suida. decem dierum iter à Carthagine diſtat, Tamugam ciuitatem habet ad latus Orientale, in iugo montis ſaxum abruptum eſt, Petra Geminiani ab accolis vocata. Zebes regio illi vicina eſt, & Abigas amnis ex eo defluens, campum pro habitatorum arbitrio irrigat. Hunc Auraſium Montem ſuſpicor à Ioanne Leone Auraz vocari; & ZEBEN regionem, Zeb.

AVRAVANVS αὐραυανὸς, Albionis inſulæ fluuius, Ptolemæo. ABRAVANNVS eſt apud interpretes. Rian hodie dici, putat Camdenus. Aber Ruanus enim Britannicè oſtium Ruani ſignificat.

AVREA CHERSONESVS χρυσῆς χερσόνησος, Ptolemæo eſt Indiæ peninſula. Malaca, Iacobo Caſtaldo, & Ioanni Barrio dicitur. Iapan, inſula, Gerardo Mercatori. Mihi Samotra videtur. Inſulam eſſe, ignorauit antiquitas: quia minimè à Græcis aut Latinis circumnauigata. Vide MVSICANA TERRA.

AVREA Inſula, vide CHRYSE.

AVREATVM, Germaniæ opidum eſt, Aichſtadt nomine, auctore Gaſp. Brucio. Naſſenfues eſt Lazio. Nouum puto vocabulum.

AVRELIA ANTONINIANA, & AVR. ÆL. CAP. COM. P. F. item AVRELIANA LAVREANC. Colonias, habet Goltzius in ſuo Theſauro. AVRELIA, cognomine CARISIA, Plinio Hiſpaniæ vrbs, in Bætica. Caroza Taraphæ, Cazorla Moletio eſt. Videtur CARISSA κάρισσα, Ptolemæi, quam Carixa vocat Moralis, ſed locus deſertus tantùm eſt hodie. Vide OVILABIS.

AVRELIA Porta, Vrbis Romæ; à Procopio PANCRATIANA vocatur, vt tradit Marlianus. cui tamen non videtur veriſimile. Aureliam Portam nunc S. Petri vocari, lego apud Procopium. AVRELIA loci nomen extra hanc portam eſt, in Fragmento Antonini. vocat enim iter inde AVRELIANVM, quod & CLAVDIANVM. AVRELIAM vocat partem Tuſciæ verſus Circium, Diaconus 2. Longobard. 16. AVRELII Agri, meminit Rutilius etiã pro parte Vrbis, ni fallor, in Regione XIII. vbi Aurelius pons (vnde Ponte Rotto, Blondo teſte,) item Tribunal Aurelianum. Pro Aurelius ager, apud Rutilium, legit Aurelius agger, Ioſephus Caſtalio: & Aureliam viam ſignificare docet. Vide CLAVDIÆ.

AVRELIÆ vel CAMPANIÆ regionis, meminit Nanſij Frontinus. AVRELIÆ Via meminit vetus inſcriptio. vide VIA.

AVRELIANENSIS Vrbs, vide AVLERCI.

AVRELIANVM, Auſtriæ opidum Lazio. hodie Lintz dictum. ad Danubium ſitum eſt. In antiquo lapide exſtat eius nomen. vide AVLERCI.

AVRELII VICVS, vide BIRACELLVM.

AVRELIOPOLIS, Libyæ prouinciæ opidi, meminit ſynodus Conſtantinopolitana VI. habita ſub Conſtantino Magno Imp. At Lydiæ lego in Concilio Epheſino III. quod magis probo.

AVRELIVS Ager, & AVRELIVS Agger, vide AVRELIA Porta.

AVREOLVS PONS, apud quem, vt Trebellius ſcribit, Aureolus tyrannus à Claudio Imp. interfectus fuit. Bap. Egnatius ait eum in agro Mediolanenſi extare. vulgóque Pontirolo vocari. idem G. Merula.

AVREVS MONS χρυσοῦν ὄρος, Ptolemæo, Corſicæ inſulæ. Monte Gradachio Leandro dicitur. Platina in vita Paſchalis II. habet AVREVM montem inter Sutrium & Romam, quem quoque Malum & Guadij vocat. Eſt quoque AVREVS MONS in Moeſia I. ſiue Superiori, teſte Lib. Notit. & Antonino. Hunc ſcribit Aurel. Victor. à Probo Imp. vineis conſitum. Lazius eum in Hungaria deſcribit eumq́ ab accolis Mathecgk, ſiue vt alibi ait, Meczek vocari, tradit. An autem apud Antoninum Aureus mons, pro monte, an pro vrbe accipiendum, ſubdubito. vide ICAR.

AVREVS Sinus, vide MALEA.

AVRI CORNV, vide CORNV Byzantior.

AVRIA, *Carolo Cluſio* Orenſe *eſt. Callaicorum, in Hiſpania opidum eſt, ad Minium fluuium. Huius memoria eſt in* Concilior. *opere.* AVRIENSIS *Epiſcopatus eſt quoque in Mauritania. vt docet Gomecius, 5. vitæ Ximenij.*

AVRIGIA, *vti legitur in eiuſdem loci antiquis inſcriptionibus, qui nunc* Ariona *appellatur, Floriano, & Carolo* Cluſio; Moron *Beutero eſt, in Andaluzia. Bætica Hiſpaniæ opidum eſt.* AVRINX *eſt apud Liuium, lib. 24.*

AVRINIANA ALA, *cuius meminit Tacitus 3. Hiſt. in Norico locus, quem Lazius putat* Riedium, *ſiue* Haulruckium *eſſe.*

AVRININI. *vide* SATVRNIANI.

AVRINX, *vide* AVRIGIA.

AVRISII, *Pontici populi ſunt, Agathiæ 3.*

AVRITINA αὐριτινα, *Africæ vrbs, Pentapolis regionis, Ptolemæo.*

AVRV, *Tripolitanæ regionis in Africa Propria locus, apud Antoninum.*

AVRVM, *vide* MVRVM.

AVRVNCA, *vide* ARVNCA, & SVESSA.

AVRVNCI, *Veteris Latij populi, Plinio 3. cap. 5. vide* AVSONIA, ARVSINI, & ARGYRVS.

AVRVPINI, & AVRVPIVM, *vide* ARVPENVM.

AVRVSINI *Campi. vide* ARVSINOS.

AVRVSPI, *Aethiopiæ ſub Ægypto populi. Plinius.*

AVRVSVLIANENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.*

AVS, *vide* LOVS.

AVSA αὖσα. *Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs Authetanorum. Hinc Plinio* AVSETANI. Vich *hodie.* C. *Cluſio. qui hoc ex eius loci vetuſtis inſcriptionib. habet.* Vicque *Moralis ſcribit. differt autem ſcriptura, non loco. At* Auſona *facit ex eo Io. Mariana.*

AVSANA LEGIO VIII. *vicus inter Treuiros & Agrippinam. Antoninus.*

AVSANENSIS *Diœceſis in Africa Propria. Vict. Vticenſ. M. S.*

AVSANCALI αὐσαγκαλοι, *Liburniæ opidũ Ptolemæus.*

AVSARA αὔσαρα, *duas huius nominis vrbes habet Ptolemæus, in Arabia Felice. Plinius inde myrrham Auſaritin nominat. vide* TINCI.

AVSCELINI *Agri, in Italia, meminit Lib. Coloniar.*

AVSCHYSE, *vide* AVCHISÆ.

AVSCIAGA, *Africæ vrbs: D. Cypriano, in concilio Carthaginenſi.*

AVSCII αὔσκιοι, *Galliæ populi, in Aquitania, Ptolemæo.* Auchx, *Orontio Fineo. Vide* AVGVSTA *Auſciorum.*

AVSECVLANI, *vide* ÆCVLANI.

AVSENSES, *vide* AVSCII.

AVSER *Plinij & Caſſiodori.* AVSVR *Rutilij,* ÆSARVS αἴσαρος, *Strabonis,* BOACTVS βοάκτος, *Ptolemæi, Liguriæ fluuius eſt is qui hodie* Serchio *dicitur, Leandro teſte. Videtur mihi* Oſari, *ex tabulis. Sed & Boactum alium ab Auſeri eſſe ſuſpicor. Blondus addit hunc Æſarum eundem eſſe cum eo qui à Liuio* MERA *dicitur. ſed male legit. nam* MAGRA *hoc loco apud Liuium in caſtigatis exemplaribus legitur; eſtq; is alius ab Auſeri.*

AVSES, *vel* AVSENSES αὐσέες, *Libyæ gens, Herodoto, & Melæ, quæ circa paludem Tritonidem habitat.*

AVSETANI, *vide* AVSA, & AVTHETANI.

AVSIGDA αὐσίγδα, *Ptolemæo, Lycophroni, & Stephano, Africæ vrbs, in Pentapoleos regione.* Zadra *Marmolio. Inſula quoque eſt Stephano, ex Hecatæo.*

AVSILENDVM, *Africæ Propriæ locus, Antonino. Pro tertio elemento,* S. *quidam* X. *ſcribunt.*

AVSIMAS, *vide* AVXVMVM.

AVSINA αὔσινα, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum Ptolemæo.* AVXIA *habent Latini codices.* AVZEA *Taciti eſſe putat Munſterus.* AVSINÆ *ciuitatis mentio eſt in Epiſtolis Gregorij P. M. ad Gregorium Seuerum Anconitanum Epiſcopum, quæ fortè in Italia alicubi eſt.*

AVSINDA, *vide* ASINDA.

AVSINZA αὔσινζα, *Ptolemæo eſt Perſidis vrbs.*

AVSIRA, *vide* CYSTRA.

AVSITIS αὐσίτις, *terra, Hieremiæ 25. quam 70. interpretes* HVS *interpretantur. Vide* BVZITEN.

AVSOBA αὔσοβα, *Hiberniæ fluuius. Ptolemæus.* Bay of Galwey *à Camdeno interpretatur.*

AVSONA, *& Minturnæ, Veſcia, vrbes erant. Liuius ſic, lib. 11. Italiæ loca.* Ventuſiam *nouo nomine vocat hanc Auſonam Elyſius Calentius.*

AVSONIA, *eſt ea pars Italiæ, in qua Beneuentum & Cales, teſte Liuio & Feſto: vel vt ſcribit Iſacius in Lycophronem, propriè* AVRVNCORVM *Terra* αὐρύγκοι, *ſola dicitur inter Campanos & Volſcos, iuxta mare ſita. Idem Ioannes Tzetza. Sanfelicius putat vrbem ſolo æquatam, circa Seſſam. Horum Auruncorum etiam meminit lib. 6. Halicarnaſſeus, & Virgilius Æneid. lib. 7. quos Græci* AVSONES *vocari addit in eum Seruius. Vide* ITALIA, SABELLI, OPICI, ARGYRVSCI, & APPIA *Via.*

AVSONII, *vide* OPICI.

AVSONITIS, *Regio Syriæ ſic dicta videtur, apud Curopalatem.*

AVSONIVM *Mare, tempore Strabonis* SICVLVM *vocabatur. vt ſcribit lib. 2. &* TYRRHENVM, *vt habet Halicarnaſſeus 1. vide* HADRIATICVM.

AVSPHA, *Africæ vrbs, D. Auguſtino.*

AVSTAGENA, *Parthiæ tractus, vbi Naptha profluit. Plinius.*

AVSTANITIS αὐστανῖτις, *Armeniæ Maioris regio. Ptol.*

AVTHITES αὐθίτης, *Ægypti præfectura. Stephanus.*

AVSTICVLA, *vide* COMBVLTERIA.

AVSTORIANI, & AVSTVRIANI, *Africæ gentes videntur apud Ammianum, circa Leptim, & Tripolim, in Africa Propria. Vide* TINCI.

AVSTRA *Plinio,* CLOSTRA κλώστρα, *Ptolemæo. Latij maritimum opidum,* Aſtura *hodie; vt habet Leander. Auſtra apud Plinium non noſco. ſed idem habet* CLOSTRA ROMANA *in Latio. & ibidem Aſtura fluuium.* AVSTRA, *Æolidis vrbs eſt, apud Pomponiũ. vide* LYSTRA.

AVSTRASIA, *regio Galliæ, aut, ſi quis mauelit, Germaniæ eſt, auctorib. qui Caroli Magni res geſtas ſcripſere, cognita. Comprehendit eum tractũ qui eſt inter Moſam, Moſellam & Illum fluuios, Rheno adiacet.* Oesterich *his quoque dicitur. & inde quoq;* AVSTRIAM *Latinè fecere. Legẽ Auſtriam Lazij, lib. 1. vide* LOTHARINGIA.

AVSTRAVIA, *vide* GLESSARIA.

AVSTREBATENSIS *pagi, memoria eſt in vita D. Richtrudis. Tractus Hannoniæ eſt, qui* Osteruandt *vocatur. Huius vrbs primaria hodie* Bouchain *dicitur.*

AVSTRI *Cornu,* νότου κέρας, *Aethiopiæ ſub Ægypto promontorium. Strabo 16.* CERAS *Auſtri eſt Pomponio. Extremum Africæ eſt verſus Orientem. Videtur* AROMATA *Ptolemæi.*

AVSTRIA, *Germaniæ regio ad* Danubium; *quam vulgo* Oesterich *vocant.* AVARIAM *quoque in Annalibus vocatam, ab Auaribus eam occupantibus, ſcribit Lazius.* Rakuska, *Slauonicè nominatur.* Beetſtan *à Turcis, vt ſcribit Leonclauius.* AVSTRIA *etiam locus in Italia, vt videtur ex Diacono 5. Longobard. cap. 39. Orientalem partem Italiæ ſignificare, ſcribit Sigonius. vide* AVSTRASIA, & LOTHARINGIA.

AVSTRO *Sacram rupem, habent Plinius, & Pomponius in Cyrenaica. Iuxta Ammonis oraculum.*

AVSTROGONIA, *Hiſpaniæ Orientalis regio, apud Iornandẽ. An pro Arragonia, quæ maximè verſus Orientem?*

AVSTROGOTHI, *vide* SCYTHÆ.

AVSTRVXI, *opidum in Hiſpania: quod eſt ab attraho, & vexi. Sic Victorinus, de Ortographia.*

AVSTVRIANI, *vide* AVSTORIANI.

AVSVCCVRENSEM *Epiſcopum in Numidia; ſic dictum à loco, habet Vict. Vticenſ.*

AVSVFAL, *Marmaricæ locus, Antonino.*

AVSVGRABENSIS *Epiſcopus Africæ, Coll. Carthag.*

AVSVGVM, *Antonino Rhætiæ vrbs In valle* Sugana, *vt opi-*



*& opinatur Hermolaus ad Plinij 19. lib. 8.*

AVSVM αὔσουν, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptolemæus.*

AVSVR, *Vide* AVSER.

AVSVRIANI, *Vide* TINCI.

AVTÆI αὐταῖοι, *Æthiopicæ quædam gens videtur, apud Agatarchidem.* AMALECHITÆ *vocantur in ſacris; vt ſcribit Zieglerus. Agatarchides autem illos vſque Carmaniam & Gedroſiam extendit. Vide* ARABIA.

AVTARCIATÆ αὐταρκιάται, *milites imbecillos in itineribus nunquam viuos relinquunt. Stobeus de Impp. ex Nicolao.* ἀπαριάται, *erat in libri margine. Fortè ijdem cum Autariatis, nam & hos imbelles facit Arrianus.*

AVTARIATÆ αὐταριᾶται, *Theſprotica gens: etiam Illyrica, apud Strabonem, Arrianum, Diodorum, Polyænum, & Stephanum.* AVTARIENSES αὐταρεῖς, *ſunt Appiano. In Illyrico circa maris littus. Vide* AVTORIATÆ.

AVTARIS, *Plinio Arabiæ Felicis locus.*

AVTEI, *Arabiæ Felicis populi. Plinius.*

AVTENTVM, *Byzacenæ regionis opidum, in Africa Propria, Antonino. Hinc* AVTENIENSIS *Epiſcopus apud Vict. Vticenſ. corruptè pro* AVTENTENSIS *conijcio.*

AVTERI αὔτεροι, *Hiberniæ populi, Ptolemæo.*

AVTHARIS *Columna, Vide* COLVMNA *Regia.*

AVTHETANI αὐθητανοί, *Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt Ptolemæo. Hos Liuius & Plinius* AVSETANOS *vocant. In Catalonia hodie ſunt Morali.*

AVTHITES αὐθίτης, *Nomus Ægypti, Stephano.*

AVTOBA αὐτόβα, *Æthiopiæ vicus, circa Nilũ. Ptolemæus.*

AVTOCANES αὐτοκάνης, *mons altus circa Ægeum pelagus vſpiam eſt, Homero in hymno Apollinis.*

AVTOCHTONES, *in Attica tribus. Iull. Pollux 8. de Trittyarchis.*

AVTOCRATORIDA, *vide* SEPPHORIS.

AVTOLALA αὐτολάλα, *Libyæ Interioris opidum, Ptolemæo. Vide* HERAS.

AVTOLALÆ, *Mauritaniæ Tingitanæ gens, inter Salam opidum & Atlanticas ſolitudines: Solino, & Plinio. In Libya Interiore ſunt* αὐτολάται, *per τ. Ptolemæo.* AVTOLES *Silio 3. & 6.* ,, *Cui ſonipes curſu, cui ceſſerit incitus amnis, Tanta fuga eſt, &c.*

AVTOLATÆ, *vide* AVTOLALÆ.

AVTOMALA αὐτόμαλα, *Straboni opidum Africæ, apud Philenorum aras. Ptolemæo* AVTOMALAX, *& Stephano* AVTOMALACA *legunt. Hodie* Zanagra *à Mario Nigro interpretatur. ſed* Alcudia *à Marmolio.*

AVTOMALACA, *vide* AVTOMALA.

AVTOMATE, *inſula inter Theram & Theraſiam recenter enatam, &* HIERA *quoque vocari, ſcribit Plinius. Stadiorũ* XXX. *eſſe eam ſcribit Euſebius in Chronicis.* XII. *habet Strabo 1. etſi eam non nominet, ſed deſcribit.*

,, AVTOMELA, *Indiæ opidum, littori impoſitum, quinque* ,, *amnium in vnum confluente concurſu emporium nobile. Plinius.*

AVTOMOLOS αὐτομόλοι, *populos habet Herodotus, quibus nomen eſt* ASMACH ἀσμάχ, *quòd lingua Græca ſignificat, Siniſtræ regiæ aſſiſtentes. Hos autem ab Elephantina quatuor menſium nauigationis aduerſo Nilo diſtare ſcribit. Stephano* AVTOMOLI *ſunt Æthiopiæ gentes. Pomponio* AVTOMOLÆ *vocantur, Meroẽ inſulæ incolæ.*

AVTONIA, *vide* ANTONIA.

AVTONOMI, *gens circa Philippos Thraciæ. Arr. 1. Alexand. Vide* THRACIA.

AVTORIATÆ αὐτωριάται, *Indica gens, Æliano 17. Animal. cap. 41.* αὐθωριάται, *habebat libri margo. Caſaubonus putat vocem* Indica *reijciendam, aut in aliam mutandam. eandem enim gentem cum Illyrica credit. Ego aliter ſentio: quia* AVTARIATÆ *per* A *in ſecunda, ſunt Agatarchidi, in India quoque.*

AVTOSIDORVM, *vide* VELLAVNODVNVM.

AVTRICVM αὔτρικον, *Ptolemæo in Gallia Lugdunenſi vrbs.* Chartres *putant Villanouanus, & Cenalis. Vide* VELLAVNODVNVM.

AVTRIGONES αὐτρίγονες, *Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt, Ptolemæo, Pomponio, & Plinio.* Nauarre *regnum eſt Pineto.*

AVTVMNITANI *Epiſcopi, in Africa, meminit Optatus Afer. municipium vocat Coll. Carthag.*

AVVIDARSENSIS *Epiſcopus, in Africa, Coll. Carthag.*

AVVS αὖος, *Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius.* Auia *dicitur Floriano, & Cluſio. Hermolaus putat* AVONEM *Pomponij eſſe. vide* ABVS, & PARAVÆI.

AVXACII αὐξάκιοι, *ſunt montes in Sogdiana, Ptolemæo.* OXII *legunt interpretes.*

AVXACITIS αὐξακῖτις, *regio, Ptolemæo.* AVZACITIS *per* Z. *interpretibus.* AVZACIAM αὐζακίας *vrbẽ habet ibidẽ Ptolemæus Scythia intra Imaum.* X. & Z. *etiã apud veteres indifferenter ſcripta, lege in* XIPHENE.

AVXANVM, *locus inter Hiſtonium & Ortonam: in Italia. Antoninus. Vrbs archiepiſcopalis, quæ vulgo* Lanciano, *vt ex Celſi Cittadini ſchedis habeo.*

AVXENTIVS αὐξέντιος, *mons, ſitus è regione Byzantij, circa Bithyniæ prouinciam: vicinóſque montes omnes altitudine ſuperat. Ex Stephani Iunioris vita, quæ cum I. Damaſceni operib. impreſſa eſt. Huius montis meminit quoque Cedrenus, Curopalates, & Zonaras, qui Diui Auxentij eum nominat.* OXEÆ *montem anteà appellatum ſuſpicor, ex huius Auxentij vita, à Metaphraſte deſcripta.*

AVXIDITÆ *populi, circa Cyrenen Africæ; Videntur apud Syneſium, Epiſtola* CXXII. *An ab Auſigda Ptolemæi?*

AVXILENDVM, *vide* AVSILENDVM.

AVXIMA, *Hiſpaniæ vrbs: L. Floro 3. cap. 1.* VXAMA *eſt, Oroſio,* AVXVMA *Iulio Exuperatio vocatur.*

AVXIMIS αὔξιμις, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptolemæus.*

AVXIMVM, *vide* AVXVMVM.

AVXOAMIS, *vide* AVXVMIS.

AVXVMATES, *vide* AVXVMVM.

AVXVME αὐξούμη, *Regia ciuitas Æthiopiæ, Ptolemæo.* AXOMITE ἀξωμίτη, *vocatur ab Arriano in Periplo Maris Rubri.* ἀξωμίτης *habet Stephanus.* Chaxumo, *fortaſſe hodie.* AZVMITÆ *ſunt in Hiſtoria Miſcella.*

AVXVMVM αὔξουμον, *Straboni:* AVXIMVM αὔξιμον, *Plutarcho, & Lucano.* OXIMVM *Liuio:* AVSIMAS *apud Balbum de Limitibus. Colonia eſt Paterculo, & in veteri inſcriptione. Picenorum vrbs in Italia eſt. Procopius ſcribit Romanis* METROPOLIS *dici, & à Ionico ſinu octoginta ſtadijs diſtare. Hodie* Oſmo *vocari, Leander auctor eſt.* AVXVMATES, *Plinio.*

AVZA, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, apud Antoninum.* AVZEA *Taciti forſan.*

AVZACIA αὐζακία, *Ptolemæo Scythiæ extra Imaum montem vrbs eſt.* Saccio *incolis dici, ſcribit Marius Niger; Vide* AVXACITIS.

AVZAGGA, *duo huius nominis loca habet in Africa; Coll. Carthaginienſis.*

AVZARA αὔζαρα, *Ptolemæo Arabiæ deſertæ vrbs.*

AVZATA αὐζάτα, *vrbs in Libya ædificata, ab Achab rege. Ioſephus 8. Antiq.*

AVZEA, *Numidicum Caſtellum, in Africa, Tacito Annal. 4. Vide* AVSINA.

AVZEGERENSIS *Epiſcopatus, in Africa: Vict. Vticẽſi. Per* A. *in ſecunda legit Coll. Carthag. Gentile videtur, ab Auzagga.*

AVZIQVA, *Africæ Propriæ vrbs. Antoninus.*

AVZOMIS, *regia vrbs Auzomitarum, ſiue Homeritarum; in Arabia Felice. Procopius 1. Perſicorum.*

AVZOMITÆ, *vide* HOMERITÆ.

AVZONIVM, *locus vnde Græcis ſuppetias tulit Epiſtrophus, vt refert Dares Phrygius. Sed* ALIZONIA *legit codex meus membraneus, verius.*

AVZVIS, *vide* AZVIS.

AXAB, *Paleſtinæ locus; Ioſue 19,* ἀχαζιβ, *70. interpretibus.*

AXA-

AXABRICENSES, *Hiſpaniæ populi, Plinio.* In *Luſitania videntur. Num Arabricenſes legendum? Sed* TAXABRICENSES *legunt duo alia mea exemplaria. & tertium* TAXABRITENSES.

AXALITA, *Bæticæ opidum, quod* Lora *hodie. Cluſius, ex eius loci Inſcriptionibus antiquis. Moralis* FLAVIVM AXATITANVM *vocat, ex antiquo lapide. Inter Hiſpalim & Cordubam ſitum eſt.*

AXANTOS, *Plinio Britannica inſula.* Vshant *hodie Camdeno. Vide* VXANTISSENA.

AXATIARA, *Hiſpalenſis conuentus vrbs. Plinius.*

AXELODVNVM, *Britanniæ inſulæ opidum. Lib. Notit.* Hexham *ex eo facit Camdenus.*

AXENIVM, *vide* AXINIVM.

AXENVS, *vide* PONTVS, *&* ACHELOVS.

AXIA ἄξια, *Locrorum Ozolorum vrbs. & alia Italiæ. Stephanus.*

AXIACÆ, *vide* AXIACES.

AXIACE, *Mercatori Europæ opidum, ad Pontum Euxinum. quod nunc* Oczakou *dici autumat. Neſcio quis huius nominis antiqui auctor eſt.*

AXIACES ἀξιάκης, *Sarmatiæ Europeæ amnis, Ptolemæo. In mare Euxinū ſe exonerat. Huius meminit Strabo, Plinius, & Mela. Vterque habet quoq;* AXIACES *populos,* AXIACAS *Solinus.* Solina *Bordonio vocatur. Alium* AXIACEN *habet Ptolemæus in eadem Sarmatia, qui ſe in paludem Mæotidem ingerit: ſed neſcio qua impudentia in omnibus ferè codicibus Latinis in eius locum* PASIASCVS *irrepſerit, & in nonnullis* PASIATVS.

AXIANI ἀξιανοί, *populi Phrygiæ Epictetæ. Epitome Strabonis 12.*

AXICA ἀξίκα, *Ptolemæo,* AZICA *interpreti, Indiæ intra Gangem vrbs.*

AXIERI, *locus Epiſcopalis, ſub ſede Sergiopoleos. Tyrius.*

AXIMA ἄξιμα, *Perſidis vrbs Ptolemæo. Eidem in Centronibus: quam quidam* Lanſiſſa *interpretatur. Vide* BERINSONA.

AXINIA ἀξενία, *Arcadiæ mons, apud Callimachi Scholiaſten.*

AXINIVM ἀξένιον, *Hiſpaniæ Celtiberorum vrbs. Appianus in Ibericis.*

AXINVM *flumen, habet Hygenus. vide* IVLIA AVGVSTA.

AXIOPOLIS ἀξιόπολις, *Myſiæ inferioris vrbs, Ptolemæo: cui Danubius ab hac ad Pontum vſque Iſter nominatur. Hanc vrbem hodie* Galacz *nominari, tradit Lazius.* Colonamich *dici ſcribit Oliuarius in Melam: etſi malè Aria, pro Axiopoli legat, deceptus tabulis Ptolemaicis minus caſtigatis.*

AXIOTÆ, *vide* AZIOTÆ.

AXIOTHEATON, *vide* PONTVS EVXINVS.

AXIS, *vide* ASISIVM.

AXITANORVM ἀξιτανῶν, *vrbis meminit Strabo, ad Herculis columnas. Sed* EXITANORVM *legendum puto. vide* SEX.

AXIVS, ἀξειός, *Ptolemæo Macedoniæ fluuius, in Sinum Thermaicum erumpens. Huius meminit quoque Epitome Strabonis. item Herodoti Polymnia, quæ dicit eum Mygdoniam à Bottieidis regione diuidere. Ioannes Tzetza* Bardare, *Sophianus* Vardati, *vocat.* Bardarium *quoq; appellari ſcribūt Zonaras & Curopalates. Alius* AXIVS *in Italia eſt fluuius, qui ex Crotone mōte oritur: teſte Stephano. Alius Syriæ, circa Apameam; quod lego in Hiſtoria Eccleſiaſtica Sozomeni, & apud Calliſtum. Heſychius habet alium Pæoniæ.*

AXOLA, *vide* OZOLA.

AXOMITE, *vide* AVXVME.

AXON, *Ariæ fluuius, apud Plinium.*

AXONA, *Cæſari fluuius eſt Galliæ Belgicæ, in Rhemorum finibus. qui* Diſne *Cœnali,* Ayſne *Marliano & Vigenereo interpretatur.* AXONES *populos agnoſcit Lucanus.*

AXONEVM ἀξώνιον, *quendam Thrazylum, nominat à loco, Athenæus. Atticæ tribum putarim.*



AXVENA *Galliæ vrbs, Antonino, inter Durocortorum & Diuodurum. Non eſt Auxerre, vt credit falso Simlerus. Vide* VELLAVNODVNVM.

AXVMIS ἀξουμίς, *Ptolemæo.* AVXOAMIS *interpreti; Indiæ intra Gangem vrbs.*

AXVMITES, *vide* AVXVME.

AXVR, *vide* ANXVR.

AXVS ἄξος, *Stephano Cretæ vrbs. ex Herodoti 4. Vide* OAXVS.

AXYLIS ἄξυλις, *Marmaricæ villa, Ptolemæo, in Africa. Ger. mercator* Forſeli *vocat. Videtur* AZILIS, ἄζιλις *Stephani: & Callimachi in Apollinem, cui mons & fluuius eſt. per* R. AZIRIS *legit Herodotus, qui eodem tractu* AZIRISTVM ἀζίειστον, *locum habet è regione Theræ inſulæ, amœniſſimum, collibus vtrinque concluſum: vtrinque flumine præterlabente. Vide* AZIRIS, *&* AZARIVM.

AXYLON *(quam vocant terram) ab re nomen habet, non ligni modò quicquam, ſed ne ſpinas quidem, aut vllum aliud alimentum fert ignis. fimo bubalo pro lignis vtuntur. Sic Liuius 38. Circa Bithyniam videtur. Verſus Cappadociam, vt ex Busbequij Itinerario didici.*

AXYM, *vide* MEDECVEL.

AXYRITANORVM *meminit Theſaurus Goltzij, ex nummo. ab Axuri, vti opinor.*

AYDEB, *locus Ægypti, ad ſinum Arabicum, quà Aſiaticæ merces adferuntur. G. Tyrius lib. 19 cap. 27.*

AYLI *Campi, vide* CAMPI LAPIDEI.

AYM, *Palæſtinæ locus. Ioſue 19* ἀίμ *70. interpretibus.*

AZA, *Plinio eſt Armeniæ Minoris opidum. Videtur etiam Syriæ, apud Cyropalatem. Ponti Cappadocici eſt Ptolemæo.* AZA *etiam montis nomē, in Palæſtina; Ioſepho 12. Antiq. ad calcem. vbi Machabæorum liber* AZOTI *legit. vide* GAZA, HAIA, *&* HAZIA.

AZABETISTÆNIA Ἀζαβητίς ταινία, *Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, Ptolemæo.* AZABITESMISTRA *legunt interpretes.*

AZADES, *Arcades, habet Iſacius, ad Lycophronem.*

AZAGA, *vide* AZATA.

AZAGARIVM ἀζαγάριον, *Sarmatiæ Europeæ opidum. Ptolemæus.* AZAGGARICVM *legit Hermolaus.*

AZALEVM ἀζάλεον, *mons. Homerus* Ιλιαδ. γ. *appellatiuum puto.*

AZALI, *ſunt Pannoniæ populi, apud Ptolemæum & Plinium. vide* AVGVSTA *Acilia.*

AZALIVM, *caſtellum Syriæ, bidui itinere à Berrhoea diſſitum. Cedrenus.*

AZAMA, *vide* ZAMA.

AZAMIA, *vide* PERSIA.

AZAMORA ἀζάμωρα, *Armeniæ Minoris circa Cataoniam, caſtellum, Straboni.*

AZANES, *vide* ARCADIA.

AZANI ἀζανοί, *Scythiæ intra Imaum gens, Ptolemæo.* ASMANI *legunt interpretes. vide* SCYTHÆ.

AZANIA ἀζανία, *Æthiopiæ regio Ptolemæo, & Arriano.* Xoa *fortè hodie regio. Plinius* AZANIVM *mare hinc nominat.* AZANIA *etiam Maſſilienſium vrbs eſt, apud Stephanum, ex Philone. Vide* ARCADIA, *&* PHAZACA

AZANITIS, *vide* ARTYNIA.

AZANIVM ἀζάνιον, *Phrygiæ vrbs; ab Hermogene initio vocatam* HEXAGZANON; *ex Stephano ſcribit Hermolaus: quo loco* ἐξζάνων, *ego apud Stephanum reperio.* AZANORVM *Ciuitatis, prouinciæ Phrygiæ Pacatianæ, memoria eſt in ſynodo V. Conſtantinopolitana. vide* HIPPADIS. *Eſt &* AZANIVM *Promontorium, quod alij* HISPALVM *ſcripſere, inquit Plin. ad Azanium mare eſt, in Æthiopia. vide* AZANIA.

AZANOTH THABOR, *Palæſtinæ locus. Ioſue 19.*

AZAR ἄζαρ, *Ægypti mons, Ptolemæo.*

AZARA ἄζαρα, *Armeniæ Maioris vrbs, iuxta Araxen fluuium Straboni. ſed* ZARA *legit rectè Caſaubonus. Erroris cauſſam intelliget lector in* COMBOS, *& alibi in hoc*



*Theſauro. In Græco enim legitur* τὰ Ἄζαρα, *Huius etiam, ni fallor, meminit Ioſephus.* AZARA *quoque templum quoddam Dianæ circa Perſiam, vocatur ab eodem Strabone. Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs eſt apud Ptolemæum. vide* OZARA.

AZARABA ἀζαράβα, *vrbs eſt Ptolemæo, in Sarmatia Aſiatica.*

AZARÆ, *vide* SVSARÆ.

AZARE, *vide* IESRAEL.

AZAREI, *Arabes apud Troglodyticos, in Æthiopia. Plinius. Vide* ARABIA.

AZARITIA ἀζαριτία, *Straboni fons eſt Bithyniæ, circa os Ponti. qui crocodilos paruos alit. Hunc Stephanus* ZARETAM ζάρητα *vocat.*

AZARIVM Ἀζάριον, *in Syneſii epiſtolis. Locus maritimus Africæ eſt, circa Cyrenen. An Aziris Herodoti?*

AZATA ἄζατα, *Mediæ vrbs, Ptolemæo.* AZAGA *eſt interpret.*

AZATHA ἄζαθα, *Armeniæ Maioris opidum. Ptolemæus.*

AZAZENA, *vide* AZETENE.

AZAZIVM *caſtellum, bidui itinere à Berrhoea diſſitum. Cedrenus.*

AZECHA, *locus Palæſtinæ. Ioſue 10, vbi Chaldæus* CHAZECHA *legit. Huius etiam mentio eſt, Ioſue 15. 1. Samuel 7. & 2. Paralip. 11. ſcribitur à Salomone extructa.* ZECA ζηκά, *Ioſepho eſt, Antiq. 8.*

AZELLIA, *vide* ZELLIA.

AZENIA, ἀζηνία, *Atticæ regionis tribus; Straboni, Æſchini, & Stephano. Hippopontidis, Heſychio. Vide* AXENIA.

AZENIS, *vide* ARCADIA.

AZETENE ἀζητηνὴ, *Armeniæ Maioris regio, apud Ptolemæum.* ANZITENE *apud interpretes. ſic quoque in codice Iuſtiniani, lib. 1. titul. de Magiſtro militum.* AZAZENA *Calliſti videtur, & Socratis. vbi fortè Anzeta vrbs, Ptolemæi.*

AZIBINTHA, *inſula alicubi in mari Ægæo, eſt apud Plinium*

AZICA, *vide* AXICA.

AZICIS ἄζικις, *Ptolemæo Marmaricæ vicus eſt.*

AZILIS, *vide* AXYLIS, *&* AZIRIS.

AZIOTÆ ἀζιῶται, *Troica gens apud Stephanum. vocantur quoq;* AZII ἄζιοι, *eidem.* AXIOTÆ ἀξιῶται, *ſunt Heſychio.*

AZIRIS ἄζιρις, *Armeniæ Minoris opidum, Ptolemæo.* Arzicham *Nigro.* AZIRIS *Nemora, citat Callimachus Hymno in Apollinem. Vrbem & fluuium Libyæ dicit eius Scholiaſtes. Sed per* Λ. ἄζιλις *legit alius codex. vide* AXYLIS.

AZIRISTVM, *vide* AXYLIS.

AZMORNA, *vide* AZMVRA.

AZOCHIS, *circa Meſopotamiam vrbs. Plinius.*

AZOLVS, *Epiſcopalis ſedes, ſub Cæſarea Stratonis. G. Tyrius.*

AZONE, *Ioſue 15. Palæſtinæ locus.* ἀζανὼ *70. interp. eſt.*

AZORVS ἄζωρος, *Pelagoniæ opidum, Stephano ex Strabone.* ἀζώριον, *Ptolemæi eſt.* AZORIVM *eſt vrbs Pelaſgiotarū, quæ alia ab illa videtur: Vide* TRIPOLITIS.

AZOTI, *vide* AZA.

AZOTVS ἄζωτος, *Achaiæ vrbs, Stephano. quam* PELORIAM πελωρία, *quoque appellatam ſcribit. Eſt & alia* AZOTVS, *Ptolemæo Palæſtinæ vrbs.* ASDOD *Hebraicè dici, D. Hieronymus in locis Hebraicis tradit. Iuniores* Beroaldum *vocant, Nigro auctore. Beniamino* Palmis *appellatur.* Alzette *habet Theuetus. Huius Azoti mentio eſt 1. Samuelis 5. & Ioſue 11. quo loco 70. interpretes* ASSEDOD ἀσεδὼδ *legunt.*

AZVGENSIS *Epiſcopus, in Africa Coll. Carthag.*

AZVIS ἄζυις, *Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo.* AVZVIS *Antonini videtur. vide* TRIPOLITANA.

AZVMITÆ, *vide* AVXVME.

AZVRENSIS, *&* AVZVRITANVM, *vide* ASSVRVS.

AZYLIA, *vide* HALIZEA.



BAALA, *quæ eſt* KIRIATH-IARIM, *Ioſue cap. 15. & 19. Vrbs Palæſtinæ, in tribu Beniamin. Hæc eadem* BALA *Ioſue 19. quod monuit in eundem A. Maſius.*

BAALAD βααλώθ, *Palæſtinæ locus. Ioſue 19. & 1. Reg. 9. vbi* BALETH *Ioſepho legitur.*

BAALAD BEERAMATH, *Palæſtinæ locus ſub monte Hermon. Ioſue 19.*

BAALGATH, *Palæſtinæ locus. Ioſue 11. & 13. Ad Libanum montem pertinere, quà nempe Sidonijs obijcitur, putat And. Maſius.*

BAALHERMON *mons. Iudicum 2.*

BAALMEON βεελμεὼν *70. interpretibus, à filijs Ruben exſtructum opidum. Num. 32. Ioſue 13.*

BAALTHAMAR, *Palæſtinæ locus. Iudicum 20.*

BAARAS, *vallis quæ Macheruntа caſtellum Paleſtinæ à parte Septentrionali cingit. Ioſephus belli Iudaici 7. cap. 23.*

BAARSARES βααρσάρης, *Ptolemæo Babyloniæ regionis fluuius, qui* MAARSARES *interpretib. ſcribitur. &* MARSIAS *apud Appianum. hic videtur mihi idem cum eo qui ab Arriano lib. 7. vitæ Alexandri, ſub nomine* PALLACOPA παλλακόπα, *deſcribitur.* PALLACOTTA παλλακόττα, *habet Appianus 2. Ciuilium.*

BAASPRACAN, *vide* MEDIA.

BABA, BABÆ, *&* BABBA, *vide* IVLIA CAMPESTRIS.

BABÆ βάβαι, *Libyæ vrbs, ex Martiani Periplo, Stephano. An eadem cum Iulia Campeſtris?*

BABANENSES, *Stipendiariorū celeberrimi in Hiſpania Citeriore. Plinius.* ALABANENSES, *C. M. legebat.*

BABANOMVS, *&* XYMENA βαβανόμος καὶ Ξυμήνη, *loca circa Halym fluuium. Strabo.*

BABARDILLA, *fundus in territorio Siccenſi, Africæ. auctor vitæ D. Fulgentij epiſcopi.*

BABASES, *vide* BEBASES.

BABDICENI, *per* R. *littera prima erat in margine, & fortè melius. Perſarum populi, Zoſimo 3. Vide* ZABDICENA, *&* RHABDIOS.

BABEL, *vide* BABYLON.

BABIA, *loci nomen in Italia videtur apud Plinium: cuius vina laudat. Vide* BALBIA.

BABIBA βάβιβα, *Libyæ Interioris opidum. Ptolemæus.*

BABILA βαβίλα, *Ptolemæo Armeniæ Maioris vrbs.*

BABORANA, βαβοράνα, *Paropaniſi vrbs, apud Ptolemæum.*

BABRANTIVM βαβράντιον, *locus circa Chium. Stephanus ex Polybij 16. qui hodie mutilus eſt.*

BABRAS βάβρας, *Æolidis opidulum, circa Chium, Stephano ex Polybij 16. Fortè idem cum Babrantium.*

BABRENSIS *Epiſcopus, in Numidia. Victoris Vticenſis fragmentum.*

BABVLINA, *vrbs in Chalcedonenſi concilio. Circa Ægyptum videtur. An corruptè pro Babylonia?*

BABYCE βαβύκα, *&* CNACIO κνακιών, *locus in Laconica. Spartanorum imperij videtur, ex Plutarchi Lycurgo, & Pelopida. In huius enim medio Spartani publicas conciones habebant. Hunc Babycam & Cnacionem ſcribit idem ſuo tempore* OENVNTEM *appellatum. Ariſtoteles Babycam pontis nomen, & Cnacionem fluuij eſſe tradit.* OENNVS *fluuius apud Liuium eſt.* GNACIO *per* G. *legit Cruſerius.*

BABYE, *nomen torrentis & vrbis, apud Phauorinum.*

BABYLA βαβύλα, *in Hiſpania vrbs, circa Caſtulonem. hinc non procul argenti fodina erat. vt docet Polyb. 10. Corrupta lectio, pro* BÆCYLA βαικύλα, *vt ipſe idem legit lib. 11. &* BÆCVLA *vtrobique habet Liuius, pro eadem. Vide* BÆCYLA.

BABYLE βαβύλη, *vrbs videtur apud Stephanum. in Odryſiis forte. pro Cabyla.*

BABYLON βαβυλών, *Ptolemæo & aliis Aſſyriæ ſiue Babyloniæ primariæ vrbs. Hanc accurratè deſcribunt Hero-*

…ctus 1. & Curtius 5. item Philoſtratus 1. Pauſanias tradit omnium quas vnquam Sol aſpexit vrbium maximam: ſed nihil præter muros reliqui eſſe. Quadringentorum ſtadiorum in circuitu facit Dion Pruſeus, Oratione 6. His octoginta adijcit Oroſius 2. cap. 6. Theueto Boughedor, Iacobo Caſtaldo Baldach, Barrio Bagadad. Bagdad & Bandas habet Poſtellus, in Hiſtoria Orientali. Pogdatim, & alio loco Pagdaciam appellat Chalcondilas. & Bagda Curopalates. Pro vario gentium idiomate, ſic variè ſcribi & pronunciari autumo. Sunt qui SVSAM veterum ſic nominari hodie volunt, vt Sabellicus, & in ſuo Compendio hiſtorico Ioannes Bodinus. ſed magno errore, cùm Suſa Suſianæ metropolis ſit, ad Eulæum fluuium ſita, & Babylon omnium auctorum teſtimonio, in Aſſyria ad Euphratem ponatur. vbi hæc Baldach quoque hodie videtur. Otto Friſingenſis lib. 7. ſcribit partem antiquæ Babyloniæ, quæ adhuc habitatur, Baldach dici, ſe ex populis tranſmarinis intellexiſſe. Sed ſi nobis quoque in re longinqua & obſcura diuinare liceat, auſim huic Babyloni accidiſſe, quod Auguſtæ Rauracorum, & aliis euenit, affirmare. Vt, quemadmodum pro hac Auguſta (quæ in ignobilem hodie pagum, vulgo Augſt, euanuerit) locum celebrem, illiq; propinquum Baſileam accipimus, ſic pro illa Babylone (quam penitus interijſſe conſtat) Baldach illi proximam, & Calyphæ Babyloniæ ſede nobilem, nobis obtrudi ſinimus. (In ſimili errore Zonaras quoque eſt, vbi veterem Aquileam Venetam vrbem interpretatur.) Hanc noſtram coniecturam ex Tabulis Aſiæ, quas Iacobus Caſtaldus Venetiis edidit; ſed quæ (quod aliàs in maiori noſtra Aſiæ tabula monuimus) verè Abylfedeæ Iſmaëlis ſunt, ſumpſimus. In his namque tabulis iuxta Baldach opidum, videntur quædam antiquæ vrbis fragmenta, quibus aſcriptum eſt, BABYLONIA. Inſpice in Theatro noſtro Tabulam regni Perſici. Beniamin Tudelenſis certè in ſuo Itinerario diuerſas vrbes facit ex Babylone, & Bagdad. hanc enim ille ad Tigrim, illam verò funditus deſtructam perhibet. Hanc Babylonem Ann. Viterbienſis Tetrapolim facit, ex Geneſeos cap. 10. dicitque eam conſtare ex BABEL, EREGH, ACAD, & KALNE. de quo alij iudicent.

BABYLON Ptolemæo etiam Aegypti vetuſtiſſima & maxima vrbs. Vocatur Arabicè Mazar aut Mizir, Armenicè Maſſar, Chaldaicè Alchabyr, Hebraicè MESRAIM: ſic in libello anonymo, ſed Poſtelli, ni fallor. Idem in libello ſuo hiſtoriæ Orientalis Mitzir, Foſtat, & Nitzrnlatik habet. Miſraim eam quoque Tudelenſis nominat. Ab omnibus Europæis hodie Cairo, & Alcairo appellatur. Babylonia & Cairus duo eſſe opida, ſed in vnum coniuncta, ſcribit Brocardus. Ioſephus lib. Antiquit. 2. cap. 5 ſcribit hunc locum LETVSPOLIM λητῦπολιν, appellatam, & poſtea Babylonem in eo à Cambyſe ædificatam. BABYLONEM Phœniciæ, habet Aetius medicus; vbi vinum Polipodites præparatur: in Batanea nempe regione: Βαϐυλώνιοι ſunt etiam hi, apud Ioſephum, in vita ſua. Vide SELEVCIA, BATHYRA, & NINIVE.

BABYLONIA βαϐυλωνία, Ptolemæo, & alijs, Aſiæ regio. Videtur SINEAR à Moyſe vocari. Gen. cap. 10. ASSYRIAM & MESOPOTAMIAM Babyloniam vocari, ſcribit Capella, ex Plinio. Vide ROMA & AVENIO.

BABYLONII βαϐυλώνιοι, Æthiopiæ ſub Ægypto gens: Ptolemæo. BABYLINII interpretibus ſunt. Vide BABYLON.

BABYRSA βαϐυρσα, Armeniæ Maioris regio: Straboni.

BABYSENGA βαϐύσηγγα, apud Ptolemæum, BEGYNGA interpreti, Indiæ extra Gangem emporium. BESSYGA eſt Stephano.

BABYTACE βαβυτάκη, opidum in Septentrionali Tigris alueo, Plinio & Stephano. Pinetus Bayburt appellat. Babytacæ ſic meminit Capella; Suſæ, iuxta CARBILE, ſiue BABYTACE. quaſi Carbyle cum eo ſynonymon eſſet. Apud Solinum, cap. 58. hæc verba; A Suſis Babytace opidum. vbi Carolus Langius ad oram ex M.S. codice adſcripſerat, A Suſis Carbilo ſiue Barbite opidum. Codex meus pergamenus hoc modo; à Suſis Arbile ſiue Barbite opidum.

BACA βακὰ, vicus qui diuidit terram Tyriorum à Galilæa ſuperiore: Ioſepho belli Iud. 3. cap. 2. BATHATA vocat Hegeſippus. Caſtellum eſt ab Emanuele Comneno Imp. Perſarmenis ereptum. vt docet Nicetas, & is qui Glycæ hiſtoriam continuauit.

BACALES, vide CABALES.

BACALITIS βακαλῖτις, Æthiopiæ ſub Ægypto regio. Ptolemæo.

BACANARIA, locus epiſcopalis, in Mauritania Cæſarienſi. Fragmentum Vict. Vticenſ.

BACARE βακάρη, Indiæ intra Gangem vrbs littoralis eſt, Ptolemæo. Videtur in Arriani Periplo BARACE βαράκη, vocari. vide SOSIPPVS.

BACASCAMI, Zamarenorum opidum, in Arabia Felici. Plinius.

BACASIS βακασὶς, Iaccetanorum in Hiſpania Tarraconenſi opidum, apud Ptolemæum.

BACATÆ βακᾶται, Ptolemæo Marmaricæ nomi gens.

BACATAILLI, vide BACTAIALA.

BACATVM βάκαθον, Arabiæ Philadelphicæ principalis pagus, Epiphanio: & Damaſceno, qui Bacchaton legebat.

BACAVDÆ, vide BAVCAVDÆ.

BACCADES, Palæſtinæ locus. in finibus Zabulon. vulgò Buccabel dicitur. ſic Guil. Tyrius, lib. 21. cap. 26.

BACCÆ, vide VALERIA.

BACCÆI βακκαῖοι, Hiſpaniæ gens, Stephano. VACCÆI dicuntur Plinio, οὐακκαῖοι, Ptolemæo. Caſtellam veterem interpretatur Io. Mariana.

BACCANAS locum habet Antoninus, inter Sutrium & Romam. In via Appia ponitur à Marco Papa, in Decretis. Baccano hodie etiam.

BACCARÆ, vide VALERIA.

BACCAVATÆ, Vide BACVATÆ.

BACCHATON, vide BACATHVM.

BACHARIDES, vide VALERIA.

BACCHI Mons, Διονύσου λόφος, in Thracia eſt, circa Philippos: in eo ſunt aurifodinæ, quod Aſylum ἄσυλα vocant. Inde ad decimum ſtadium progreſſis efferunt ſe alij duo tumuli. App. 4. Ciuil. BACCHI Columnæ, ad Gangem, Dionyſio Afro. BACCHI Nemus, circa Tmolum montem, habet Ouid. 2. Faſtor. BACCHI vrbs, vide DIONYSOPOLIS. BACCHI & ANTIBACCHI βακχου καὶ ἀντιβάκχου, inſulæ duæ, in Arabico ſinu, Ptolemæo & Stephano. BACCHIAS, & ANTIBACCHIAS ſunt apud Plinium. vide SABI.

BACCHIA βάκχεια, Albaniæ vrbs, Ptolemæo. BANCHIA legunt interpretes.

BACCHIAS, vide APSASIVM, & BACCHI.

BACCHIS βακχὶς, vrbs Aegypti, iuxta Moeridis ſtagnũ, Ptolemæo, BANCHIS legunt interpretes.

BACCHIVM, inſula maris Aegei, imminet vrbi Phocenſium, Aeolidis. Liuius lib. 37.

BACCIA, vide VACCA.

BACENIS, Germaniæ ſilua Cæſari, Cheruſcos à Sueuis dirimens, quam Althamerus putat Turingerwaldt. Vbi fortè SEMANA Ptolemæi. vide HERCYNIA, & MARTIANA ſilua.

BACHAS βαχας, loca ſic appellata in Armenia Maiori, Ptolemæo. Interpretes habent BOCCHE.

BACHILITÆ, Arabiæ Felicis populi ſunt apud Plinium.

BACHINA, Plinio ante Smyrnam inſula eſt.

BACIENNI, vide BATIENI.

BACMA, KAMTVA, KACVA, KOHA, MARHVGIA, TAKVL, TVSIGA, regiones trans flumina Aethiopiæ. vicinæ Iudæis clauſis. vt refert Eldad Danius.

BACRA, vide SOBARI.

BACTA-



BACTAIALA βακταίαλα, Caſſiotidis opidum, in Syria, Ptolemæo. Interpretes BACATAILLI legunt. An CATELA Antonini?

BACTRA βάκτρα, Ptolemæo & Stephano regia Bactrianæ regionis. Huius etiam meminit Arrianus, item Curtius.

BACTRI βάκτροι, Mediæ pop. Dionyſio. Neſcio qui ſint BACTRI, quorum memoria eſt apud Silium, hoc verſu, & BACTRIS nomina ducens Caſperula. vide PARNESSVS.

BACTRIANA βακτριανὴ, Aſiæ regio, Ptolemæo, quorum incolas BACTRIOS vocant Pomponius & Stephanus; ſed BACTROS Dionyſius. Mille vrbium regnum eſſe tradit Trogus 41. Caraſſan à Caſtaldo dicitur: ſed Batter à Ramuſio. BACTRIANAM, cum MARGIANA, SOGDIANA, & SACARVM regionem, hodie Tartariam Zagatheam appellari ſcribit Mar. Niger.

BACTRII βάκτριοι, ſunt apud Ptolemæum Drangianæ populi. BATRII interpreti vide BACTRIANA.

BACTRVM, vide ZARIASPE.

BACTRVS, Plinio, Polyæno, Curtio, Ariſtoteli, & Iſidoro, eſt Bactrianæ regionis fluuius, ex Tauro monte oriens. Bochara nunc nominari, Mar. Niger aſſerit. vide ARAXES.

BACTVNIVM, locus in Thracia, Nicetæ.

BACVATÆ βακουᾶται, Mauritaniæ Tingitanæ gens, apud Ptolemæum. BACCAVATÆ legit Antoninus.

BACVNTIVS, Pannoniæ ſiue Hungariæ fluuius, in Saum effluens. Plinius huius meminit. Boẑwtha vocatur Lazio. TAGVNTIA fortè in vita S. Seuerini.

BACVRII βακούριοι, qui & BACYRIANI βακυριανοὶ, populi ſunt Parthis & Medis vicini. Stephanus.

BADA βάδα, Syriæ fluuius, iuxta Paltũ vrbem, Straboni, 5. vbi Memnonem ſepultum tradit. Βαύδον ſcriptos libros legere, annotauit Caſaubonus. An ſynonymon cum Belo? Africæ vrbs, D. Cypriano, in concilio Carthaginenſi. CAPVDBADA à Procopio vocari puto. & Vata fortè Straboni.

BADACA βαδάκη, aut alia lectione BAGADA, ad Eulæum fluuium opidum in Suſiana regione. Diodorus 19.

BADACHAS, vide THRACIA.

BADACVM βάδακον, Norici vrbs, Ptolemæo. Obdach, ad Lauandũ fluuiũ, Lazio. AVGVSTA BADACVM eſt in antiquo lapide. vide BIDAIVM, & IVVAVIA.

BADAIS βαδαίς, Arabiæ Felicis opidum, Derrarum regionis, Ptolemæo.

BADANATHA, apud Plinium Arabiæ Felicis vrbs, Thamudeorum regionis.

BADARA βαδάρα, Carmaniæ littorale opidum, Ptolemæo. videtur BARNA βάρνα, vicus, Arrhiani; in libello de rebus Indicis. Gedroſiæ quoque opidum eſt Badara: eidem Ptolemæo.

BADATIVM βαδάτιον, Tauricæ Cherſoneſi opidum. Ptolemæus. PALACIVM παλάκιον, Strabonis puto.

BADAVS natione, eſt in Theſauro Goltzij: ex antiquæ inſcriptione. A Bada fortè. Sed pro BATAVVS habet Leonclauius, in Notis ad Dionem.

BADAVSA βάδαυσα, Meſopotamiæ opidum, Ptolemæo. DABAVSA eſt interpretibus.

BADEICHORA βαδειχώρα, Carmaniæ locus cultus, ad mare, Arrhiano. CARPELLA καρπέλλα, vel ARMOZVM promontorium Ptolemæi eſt. vide ARMOZVM.

BADEL βάδελ, Ptolemæo. BADEA Latinis interpretibus. Mauritaniæ Tingitanæ opidum.

BADENSIS Limitis, meminit lib. Notit. In Africa Propria. A Bada, ſi rectè conijcio.

BADEOS βάδεος, Arabiæ Felicis, ad maris Rubri littus, Stephano. Caſſanitarum regionis, apud Ptolemæum.

BADESSVS βαδησσός, Cariæ vrbs, Ptolemæo. ADESSVS legunt interpretes.

BADIA, Hiſpaniæ opidum, à Scipione deuictum. Val. Max. 3. cap. 7. Eandem eſſe cum PAZEAVGVSTA Strabonis, vult D. Iacobus Delgadus, in quadam ad D. Ariam Montanum epiſtola; cuius hic mihi (pro ſua erga me ſtudiaq; mea beneuolentia) copiam fecit.

BADIAMÆI βαδιαμαῖοι, Indiæ intra Gangem populi. Ptolemæus.

BADIATH βαδιάθ, Ptolemæo eſt Libyæ Interioris vrbs.

BADIES vicus, inter Truentũ & Interocream. Antoninus.

BADIMVM, Armeniæ Minoris vrbs, apud Antoninum.

BADIS, Africæ vrbs epiſcopalis, D. Auguſtino. BADIENSIS meminit Coll. Carthag. vide BADRIS.

BADISVS, pagus circa Ægyptum. In S. Euſtatij vita.

BADIZA βάδιζα, Britanniæ vrbs, Stephano.

BADONICVS Mons, in Anglia, agri Thermarum Solis. nunc Baunesdowne, vt teſtatur Camdenus. vide AQVÆ SOLIS.

BADRINVS. Diaconus 3. Longobard. de Droctone, Puppibus exiguis decertans amne Badrino. Bardorum immuneris vicit & ipſe manus. Circa Rauennam videtur. VATRENVM Plinij eſſe perſuadent me vocis conſonantia, & loci ſitus.

BADRIS, Marmaricæ vrbs; Antonino. BADIS in concilio Carthaginenſi nominari, putat Simlerus. & BATRACHVM Ptolemæi fortè.

BADVHENNÆ Lucus, in Friſiis, Tacito. vbi nongentos Romanorum confectos ſcribit. Seuen Wolden fortè, id eſt, ſeptem ſiluæ. Hieronymus Verrutius Friſius dixit mihi hodie locum adhuc Bacueen appellari. Huius Friſiæ antiquæ doctiſſima commentaria auidè expectamus.

BADY βαδὺ. Peloponneſi locus, in Elide. Etiam fluuius hunc locum præterfluens. Pauſanias 5.

BÆA βαία. Cephalleniæ mons. Stephanus.

BÆACA βαιάκη, apud Stephanum eſt Chaoniæ vrbs: ex Hecatæo.

BÆÆ βαιαι. inſulas & ciuitates, (circa Siciliam vt videtur) habet Iſacius in Lycophronem. BÆI quoque portum, in Italia, iuxta Aornum. Pro BAIÆ. non dubito. In Campania.

BÆBÆ βαῖβαι, opidulum Cariæ: Stephano.

BÆBARSANA βαιβαρσάνα, Ariæ vrbs, Ptolemæus.

BÆBIANI, vide LIGVRES.

BÆBRO, vrbs Hiſpaniæ eſt Plinio, lib. 3. cap. 1. Amb. Moralis autem hoc loco ÆGABRO legit. antiquis adiuuantibus exemplaribus. additq; eam hodie Cabra dici, & à Corduba milliaribus ſex & triginta diſtare.

BÆCOLICVM βαικόλικον, Pentapoleos regionis in Africa, mons. Ptolemæus.

BÆCOR βαίκωρ, locus in Hiſpania Bætica: vbi Viriatus à Fabio Max. Æmiliano profligatus, hiemauit. App. in Iberic.

BÆCVLA βαίκουλα, Autbetanorum opidum, in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo. Aliud à Bæcula Liuij. vide BÆCYLA, & BETYLO.

BÆCYLA βαίκυλα, Hiſpaniæ vrbs, circa Caſtulonem: Polybio, & Liuio, qui BÆCVLA habet. quidam tamen codices malè BETVLA legunt. Sed Stephanus βαικόλα, extra Herculis columnas habet. vide BÆBILA.

BÆDVI βαιδύοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Ptol.

BÆI, vide BÆÆ.

BÆLO, vide BELO.

BÆMA, vide RHÆBA.

BÆMI, vide BOIEMVM.

BÆNACVS, vide BENACVS.

BÆNIS, vide MINIVS.

BÆNVM βαῖνον, Ptolemæo. BENVM interpreti. Arabiæ Felicis vrbs.

BÆONES βαιώνες, Indici maris inſulæ: inter Gangem & Indum flumina vſpiam. Arr. in Periplo.

BÆRVS βαιρος, apud Ptolemæum eſt Mygdonidis vrbs. in Macedonia.

BÆSAMPSA βαισάμψα, ciuitas in Arabico ſinu, circa mare Rubrum: in qua Solis domus. Stephanus. Inde BAIΚΑΜΨΙΝΩΝ gentile, cuius Goltzius meminit, ex nummo Traiani.

BÆSIPPO βαισίππω, Turdetanorum, in Bætica opidum, Ptolemæo. An Plinij BESIPPO ſit, ignoro.

BÆSOBA legit vulgata editio 2. Paralip. 8. vbi D. Hiero-

 nymus

*nymus* EMATH SVBA, *αἰμαθ σωβα*, 70. *Interpreti-bus Syriæ opidum eſt, à Salomone exſtructum.*

BAESON, *vide* SCYTHOPOLIS.

BAETANA, *vide* BATHANA.

BAETARRENI, *Ituræorum gens, in Syria, Plinio.* BAETARRHVS *βαιταῤῥοῦς, Tertiæ Palæſtinæ vrbs, Stephano. qui quoque* BÆTARRAM *habet, an aliam ab illa, neſcio. Vide* BLITERAE.

BAETCHAR, *vide* BETHCHAR.

BAETHASETTA, *vide* BETHSECA.

BAETHAVTHA *βαιθαύθα, Meſopotamiæ opidum: Ptolemæo. per* E. *in prima, interpretibus.*

BAETHBASEM, *vel vt legit D. Hieronymus*, BETHBESSEM, 1. *Machab.* 9. BETHALAGA *βηθαλαγα, eſt Ioſepho, Antiq.* 13. *Palæſtinæ vrbs, in deſerto.*

BAETHBERA, *vide* BETHBERA.

BAETHEL, *vide* BETHEL.

BAETHORO *βαιθορον, Palæſtinæ locus; Ioſue* 21. *Ioſepho belli Iud.* 2. *cap.* 21.

BAETHZACHARIA *βεθζαχαρεία, Ioſepho* 12. *Antiq. Palæſtinæ fauces, vel locus.* BETHZACHARAD. *Hieronymo* 1. *Machab.* 6.

BAETICA *βαιτική, Hiſpaniæ regio, Ptolemæo, quam Plinius* HISPANIAM VLTERIOREM *vocat. & Strabo* TVRDETANIAM *τουρδητανία. Sic enim lib.* 3. *Regionem à flumine Bæticam, ab incolis Turdetaniam nominant.* Andaluſia, *hodie, Floriano.* BAETYCA *βαιτύκη, Hiſpaniæ vrbs, Appiano. Circa Lerſam videtur. ſed* BAECYLA *legendum.*

BAETICI CELTICI, *vide* CVNEI.

BAETIRAE, *vide* BLITERAE.

BAETIS *βαῖτις, Hiſpaniæ fluuius Ptolemæo, qui &* TARTESSVS *ταρτησσὸς, Straboni vocatur & Pauſaniæ. Liuius tradit* CIRCEN *ab incolis appellari. Stephanus verò* PERCEN *πέρκην*, Guadalquiuir *ab Hiſpanis nuncupatur. Marius Niger ſcribit Afrorum lingua* Circin *vocari. quod miror tamen, cùm Guadalquiuir Africanum ſiue Arabicum ſit. & idem ſignificare, quod fluuium magnum, docet Vaſæus.*

BAETIVM *βαίτιον, Macedoniæ vrbs eſt Stephano, ex Theopompo.*

BAETIVS *βαίτιος, fluuius Arabiæ Felicis, Ptolemæo:* Eda *hodie, vt Tabulæ oſtendunt. Apud eundem quoque Drangianæ eſt mons, quem alibi in deſcriptione Gedroſiæ* BARTIVM *βάρτιον, vocat. vitio typographico fortè.*

BAETOBIVM, *vide* PATAVIA.

BAETOGABRA *βαιτογάβρα, Ptolemæo Iudææ mediterranea vrbs eſt. Becanus dicit eandem eſſe cum* CASTRA CHABRIAE *χαβρίου χάραξ, Strabonis: quam tamen hic ad Mare Mediterraneum ferè deſcribit. In eodem loco* ASION, *vel* HESION GABER *(cuius in Bibliis frequens mentio ſit) eſſe contendit; ſed malè à neotericis ad ſinum Arabicum, ſiue Mare Rubrum collocari. Idem Ioſephum reprehendit, quòd hanc poſtea* BERENICEN *appellatam ſcribit. De his diffuſè ſatis in ſuis Hiſpanicis, quæ legant & iudicent eruditi. Mihi hæc indicaſſe ſufficit.*

BAETORVM *Cohortis, meminit vetus lapis, in Goltzij Theſauro.*

BAETVBIVM, *vide* PETOVIO.

BAETVLO, *vide* BETVLLO.

BAETVRIA, *tractus Hiſpaniæ, qui incolis* Eſtremadura *dicitur. Varrerius.* BETHVRIA *lego apud A. Hirtium. &* BETVRIA *apud Liuium. ſine diphthongo apud vtrumque. Item apud Plinium, qui eos in* CELTICOS, *&* TVRDVLOS *diuidit. Beturiam hodie* Petroche *ex petrarum frequentia magna ex parte nominari, ſcribit Sepulueda ad F. Pincianum in Epiſtolis Claror. Viror.*

BAETYCA, *vide* BAETICA.

BAETYLVS, *vide* TYLVS.

BAGA *βαγὰ, Africæ Propriæ vrbs, quam Iuſtinianus Imp. reſtaurauit, & incolæ eam* THEODORIADEM *appellarunt. vt ſcribit Procopius lib.* 6. *de Ædificiis Iuſtiniani, Videtur* BAGASIS *apud eundem, lib.* 4. *Belli Wandalici, vt monuit Swalembergus.* BAGENSIS *Epiſcopi, meminit Carthaginenſe Concil. quo loco Morelij codex* BAGATENSIS *legebat.* BAGAIENSIS *eſt in Coll. Carthaginienſi à Maſſono edita. Fortè* VAGA *οὔαγα. Ptolemæi & Silij.* VAGENSE *opidum Plinij.* VAGA *Ptolemæi.* Necaus *Marmolio eſt.*

BAGACVM, *vide* BAGANVM.

BAGADA, *Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs, apud Plinium. Vide* BADACA.

BAGADANIA *βαγαδανία, Cappadociæ pars, apud Strabonem, qui eam inter Taurum & Argæum deſcribit. Videtur à Suida* BAGDALONIA *βαγδαλονία, vocari, & βαγαδαονία, apud Stephanum. Per e. in ſecunda βαγηδ, in Theſauro Goltzij legitur.*

BAGAI, *vrbs Africæ.* BAGAIENSIS *Concilij non ſemel meminit D. Auguſtinus. Vide* VAGAL, *&* BAGA.

BAGANANA *βαγανανα, mons Armeniæ, in quo bolus Armenus reperitur, teſte Aetio medico.*

BAGANEOS, *Bithyniæ locus, Antonino.*

BAGANVM *βάγανον, Ptolemæo, ſiue, vt Antoninus habet,* BAGACVM. *Galliæ Belgicæ opidum. quod Diuæus & Mercator* Bauay *indigitant. Hannoniæ ditionis opidulum magnæ vetuſtatis. Sunt qui* BAIACVM *apud Antoninum legunt. Vide* TORNACVM.

BAGARACA, *Antonino Thraciæ vrbs eſt.*

BAGARDA, *vide* BARRARDA.

BAGASIS, *ciuitas circa Abigam fluuium Mauritaniæ. Procop. Wandal.* 2. *Vide* BAGA.

BAGAVDÆ, *vide* BAVCAVDÆ.

BAGAZE *βαγαζη, Libyæ Interioris vrbs, Ptolemæo.*

BAGDALONIA, *vide* BAGADANIA.

BAGEDAONIORVM *βαγηδαονιων, meminit ex nummo, Goltzij Theſaurus. Vide* BAGADANIA.

BAGENSIS, *vide* BAGA.

BAGIA *βαγία, Carmaniæ promontorium, Ptolemæo. Hic rupes Soli ſacra, Arriano.*

BAGIENNI, *vide* BATIENI.

BAGINNA *βαγιννα, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo.* BATINNA *interpretibus.*

BAGISARA *βαγισαρα, Carmaniæ portus, in Arriani Indicis.*

BAGISTAMA, *vide* BAGISTANVS.

BAGISTANVS *βαγιστανος, mons, inter Babyloniam vrbem, & Mediam regionem: Ioui ſacer. Diod.* 2. *Idem* BAGISTAMAM *βαγισταμη, regionem amœniſſimam habet lib.* 17. *eodem, vt videtur, in tractu.*

BAGOI *βαγωοι, montes Tauri, circa Indi fontes. Epitome Strabonis. Vide* BATOVS.

BAGOV, *vide* BATTI.

BAGRADA *βαγράδα, Carmaniæ Deſertæ fluuius, Ptolemæo. Hodie* Bintmir *N. Nicolao, ſiue vt alij,* Budmir. *Niger dicit incolis* Biſerti *vocari.* Biquelmic Arabicè *vocari addit Theuetus, homo apud me infidæ fidei. videtur* AGRADATVS *Strabonis, qui &* CYRVS.

BAGRADAS *βαγράδας, Africæ fluuius, apud Ptolemæum.* Megrada *Caſtaldo & Marmolio.* Magiordeh *Iouio.* Magrida, 1. *Leoni.* BAGRADA *apud Liuiū vocatur, vbi Romanorum legatos à Carthaginienſibus præter fœderis pactum inuaſos ſcribit. Idem à Polybio lib.* 1. MACROS *μακρὸς, aut* MACRIS *dicitur. & etiam* MACRA *apud eundem, lib.* 15.

BAGRAVANDENA *βαγραυανδηνὴ, Armeniæ Maioris regio. Ptolemæus.*

BAGVLSTEPHON, *vide* ARSINOE.

BAHALSEPHON *vide* BEELSEPHON.

BAHANNENSIS *Plebis, Africæ: memoria eſt in Coll. Carthag. ſub Honorio Imp.*

BAHVRIM, *locus* 2. *Samuel.* 16. CHORAMON, *χώραμον, habet Ioſephus. &* 2. *Samuel* 17. *vbi idem Ioſephus legit* BOCCHVRES *βοκχυρες, & Chaldæus*

GHALEMETH. *Vicus agri Hieroſolymitani. Ioſepho* 7. *Antiquit. cap.* 9.

BAIACVM, *vide* BAGANVM.

BAIÆ *βαΐαι, Cumanorum opidum in Campania, Straboni, & Vitruuio.* Baia *Leandro Alberto. Sinodus Conſtantinopolitana* VI. *habita ſub Conſtantino Magno Imp. has Baias Siciliæ tribuit. Harum Baiarum deſcriptio exſtat apud Caſſiod.* 9. *Variar. ad Primiſcrinium.* BAIENSIS *vici Epiſcopus Aſclepius, eſt apud Gennadium. Forte à Baijs Campaniæ. Vide* BÆÆ.

BAIANENSIS *Epiſcopi, in Africa, meminit D. Auguſt.*

BAIANVS *Sinus, Maris Inferi, prope Neapolim.* CRATER *κρατὴρ, dicitur à Strabone. eumque inter Athenæum & Miſenum promontoria deſcribit. Idem dicit eundem ab Eratoſthene* CVMANVS *dici.* LVCRINVM *ſinum vocat eum Symmachus, epiſtola* 229. *libri* 2. Golfo di Napoli *hodie vocari credo. Huius deſcriptionem lege apud Dionem* 48. BAIANVM *lacum habet Tacitus* 14. *Annal. alium à Lucrino.*

BAIE, *vide* ANAPHE.

BAIENNI *populi ſunt in antiquo marmore quod euulgauit vir doctiſſimus M. Velſerus: qui* Fainge *interpretatur Germaniæ vrbem, vbi hoc hodie exſtat.*

BAIESITENSIS *Epiſcopi, in Africa. Coll. Carthag.*

BAIOCA, *Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. lib. Notitiar.*

BAIOCENSIS *vrbis, meminit vita S. Vigoris, eius Epiſcopi, apud Surium. An à Baioca? vel Baiocaſſibus?*

BAIOCASSES, *Galliæ Lugdunenſis populi, apud Auſonium, de Profeſſorib. carmine* 4. *Horum ciuitatem hodie* Baieus *appellari, ſcribit Vinetus.* BAIOCASSINA *Prædia, in Gallia Lugdunenſi* II. *habet Sidonius* 4. *epiſtolar. ad Lucontium. vide* VELOCASSES.

BAIS, *locus Ciliciæ, Antonino. circa Alexandriam Syriæ.*

BAIVLVM, *vide* BAVILVM.

BAIVRAS *populos habet Ammianus; in Mauritania. Iidem cum Baniuris Plinij.*

BALA, *nomen vrbis Sodomorum, quæ ſola precibus Loti ſeruata ſcribitur. Hæc eadem* SEGOR *dicitur lib. Geneſeos. ζογορ, legunt* 70. *interpretes. Item* SALISSA, *D. Hieronymo. qui eam ſuo tempore* ZOARA *nuncupatam addit. βάλα Ioſepho & Stephano. βαλακ* 70. *interpretib.* Palmer *vulgari vocabulo dici, ſcribit G. Tyrius.* BALA, 1. *Paralip.* 4. *locus eſt vbi habitabant filij Semei. vide* BALLA, BAALA, *&* SALISA.

BALABITENA, *vide* ARMENIA.

BALACA *βαλάκα, inſula ante Taprobanam, Ptolemæo.*

BALACRI *βαλακροι, gentes in exercitu Alexandri Magni ſunt; apud Curtium* 4. *& Arrianum* 3. *An Mileſij? quos à Balacro quodam captos, ſcribit idem Curtius.*

BALÆVM *βάλαιον, Indiæ intra Gangem promontorium, Ptolemæo.* MALÆVM, *&* MAREVM *legit interp.*

BALAGALA, *vide* BALATÆA.

BALAGRITÆ, *gentis nomen videtur apud Syneſium Epiſtola* 104. *Circa Pentapolim Africæ forſan.*

BALAMO *βαλαμω, circa Dothaim locus. Iudith* 8.

BALANÆÆ *βαλαναῖαι, Syriæ Cauæ opidum, Ptolemæo: Stephano Phœniciæ, cui &* LEVCAS *vocatur. Syriæ* II. *eſt in Concilior. opere.* Bagnias *Poſtellus,* Valania *Niger appellat. Eandem puto apud Guil. Tyrium* VALANIA, VALENIA, VALENTIA, *&* VALERIA, *librariorum vitio appellari.*

BALANAGRAE *βαλανάγραι, Cyrenæorum populi, apud quos Æſculapius colebatur. Pauſanias in Corinthiacis.*

BALANEOTORVM *βαλανεωτων, meminit Goltzius, in ſuo Theſauro, ex nummo. A Balanææ nempe. teſtante hoc Stephano.*

BALANIPHAGI, *vide* ARCADIA.

BALANTIPYRGON *βαλαντίπυργον, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs.* Capilamba *Mercatori vocatur.*

BALANTIVM, *vide* PALATIVM.

BALARA *βαλαρα, emporium ad Indicum mare, (quod Erythræum vocat) inter Indi & Euphratis oſtia, (in Sinu Perſico puto) habet Philoſtratus* 3. *Apollonij.*

BALARECENSIVS, *vide* BVLLA REGIA.

BALARETANI *limitis, in Africa Propria meminit Not. lib.*

BALARI *βαλαροι, populi Sardiniæ inſulæ, apud Plinium, Strabonem, Pauſaniam, & Liuium. Fortè qui Valeriam vrbem habitant, vt addit Caſaubonus.* Baromela *Pineto.*

BALARIA, *vide* BAREA.

BALARVM *βαλαρόν, portus, freto Mamertino proximus: vbi Saluidienus naues ſuas ſubduxit. Appian.* 4. *Ciuil.*

BALASIRZA, *Clidij loci mons eſt, Gabio apud Curopalatem, circa Thraciam & Bulgariam. βαλαθιστα Cedrenus legit.*

BALASOR, *iuxta Ephraim vrbs* 2. *Samuel* 13. BELSEPHON *eſt Ioſepho.*

BALATÆA *βαλαταία, Arabiæ Deſertæ vrbs apud Ptolemæum.* BALAGALA, *apud interpretes.*

BALATHISTA, *vide* BALASIRZA.

BALDENSES, *Italiæ populos, in Ducatu Romano: habet Sigonius* 3. *Regni Italiæ.*

BALBIA, *Auſoniæ vrbs; vt habet Gabriel Barrius ex cap.* 6. *lib.* 14. *Plinij: etſi nonnulli* BABIA *legunt; (vt Hermolaus.) qui dubitat an Barbia legendū ſit, ex Athenæi* 1. *Cuius vinum Barbinum vocat. Hodie* Altimonte *dici, ſcribit idem Barrius.*

BALBINÆ *Cœmiterium, in Via Ardeatina. Platina in Marco* 1.

BALBITENA, *vide* ARMENIA.

BALBVRA *βάλβουρα, Lyciæ vrbs eſt Stephano & Ptolemæo.* Caraburum *Turcis: teſte Leunclauio.*

BALBVS, *in Africa mons: ſic dictus, circa Carthaginem. herbidus, aquoſus, pecori quoque alendo bonus. Liuius* 29.

BALCEA, *vide* BALCIA.

BALCHA, *Dalmatiæ vrbs, lib.* 17. *hiſtoriæ Miſcellæ.*

BALCIA, *βάλκεια, Stephano Propontidis vrbs.* BALCEA *Plinij eſt.*

BALDA *βάλδα, Turdulorum in Bætica vrbs. Ptolemæus.*

BALDARIOLIARIA, *vide* MASSA.

BALDOS *βάλδος, Phœniciæ vrbs, Stephano. An idem cum Paltos?*

BALEARES *Melæ, & Floro.* BALLIARIDES, *βαλλιάρειδες, Ptolemæo, βαλλεαρίδες, habet Strabo. βαλιαρίδες, Stephanus.* GYMNESIAS *γυμνησίαι, à Græcis appellatas ſcribit Dioſcorides, & Plinius. Duæ ſunt numero, quamuis* BALEARIS *in ſingulari vſus eſt Suetonius.* CHOERADES *χοιράδες, ab Apollonio vocari annotauit Gerbelius. & idem tradit ex Timæo Iſacius Tzetza. Maris Mediterranei inſulæ ſunt, iuxta Hiſpaniam, de quibus Ariſtoteles in admirandis. Hodie* Mallorca *&* Menorca *Hiſpanis indigitantur. quaſi Latinè diceres* MAIOR *&* MINOR, *vti eas Pomponius & Procopius quoque nominant. Sic eas diſtinguit etiam Antoninus. qui Maiorem* COLVMBAM *& Minorem* NVRAM *vocat.* VALERIAS *&* HYASSVSAS *ab Hiſpanis dici, (ſed corruptè, pro Baleares, & Ebyſſus) ſcribit Zonaras. Alteram harum* APHRODISIADEM *vocari, ſcribit Iſidorus. qua autē auctoritate, ignoro.*

BALEIANVM, *eſt Antonino Italiæ locus, circa Samnitium.*

BALENÆ *Vadum, Syriæ locus, inter Antiochiam & Alapiam, alicubi. Guil. Tyrius.*

BALENEFENE, *vide* FAGITANA.

BALENSIS *Limitis, meminit lib. Notitiarum, in Africa.* BALLITANI *Epiſcopi memoria eſt apud Optatum Afrum.* VALLITENSIS *puto in Coll. Carthag. à Vallis, quod vide ſuo loco.*

BALERIDES, *&* BALLIARIDES, *vide* BALEARES.

BALESASENSIS *epiſcopatus, in Numidia. Victor Vticenſis.*

BALESIVM, *Meſſapiæ vrbs videtur apud Plinium.* VALETIVM *Pomponij eſt, ni fallor. Niger ſcribit hodie* S. Caſtaldo *nominari. Vide* ALETIVM.

BALESOS, *apud Antoninum Ægæi maris inſula eſt.*

BALETH, *vide* BALAAD.

BAZETVM, vide BATVM.

BALGENCIACVM, municipium Aurelianenſis epiſcopatus. Iuo, Epiſtola 169.

BALGERACVM, loci nomen in Gallia videtur; apud Iuonem, Epiſt. 196.

BALIA βαλέια, ciuitas Macedoniæ eſt: Galeno in Hippocratis vocum expoſitione. vide BALLA.

BALIANENSIS, Epiſcopalis ſedis, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſ.

BALIENSIS Epiſcopi, Oſrhœnæ regionis, meminit Concil. Nicænum.

BALINIENSES, vide MVTVSCÆ.

BALION, vide LIMÆA.

BALIPATNA βαλιπάτνα, Indiæ intra Gangem opidum, Ptolemæus, PALÆPATMA Παλαιπατμα, Arriani eſt, in Periplo maris Erythræi.

BALIS βάλις, Libyæ vrbs; circa Cyrenen. Stephanus.

BALISAMA, vide BELISAMA.

BALISBEGA βαλισβηγα, Ptolemæo. Armeniæ Maioris vrbs.

BALISSÆ, vide AQVÆ.

BALISSVS βάλισσος, Aſſyriæ fluuius videtur apud Plutarchum in Craſſo, & Appianum in Parthicis, ad quem ſcribit Craſſum per campos ſqualidos arboribusq; nudos perueniſſe. Quid ſi βασιλισσος, aut Baſilius legendum ſit? BALISSI terræ, iuxta Euphratem, meminit Hiſtoria Miſcella.

BALISTA, Mons Liguriæ, apud Liuium. Valeſtra Leandro. Baliſtæ monti huic idem Liuius alterum non ſemel adiungit, quem SVIMONTIVM vocat. item SVISMONTIVM lib. 38. iiſdem LETVM.

BALITA, vide BAMBALA.

BALLA βάλλα, Macedoniæ vrbs, Stephano: ex Theagine. An Balia Galeni?

BALLADE βαλλάδη, fons eſt apud Indos, in quo ſpectatiſſimi quique Indorum ſe lauant, in quo omnia præterquam ferrum, argentum, aurum, & æs, innatant: hæc autem in fundum demittit. Græcè ΩΦΕΛΙΜΗ, id eſt, vtilis, vocatur. Cteſias in Indicis.

BALLAMENSA, vide BVLLAMINSA.

BALLATHA, βάλλαθα, Ptolemæo Meſopotamiæ vrbs. BATHNE Antonini videtur quibuſdã, inquit Simlerus.

BALLENE præſidium, in Mauritania Cæſarienſi. Antoninus.

BALLENEVS βαλληναῖος, Phrygiæ regionis mons, finitimus Sagari fluuio. Plutarchus de fluminibus, & mõtibus.

BALLERA, in Hiſpania mons. In fragmentis hiſtoriarum Salluſtij.

BALLIACAE βαλλιακή, & OREVM ὠρεόν, poſt Apolloniam, ad ſinum Ionicum vrbes ſunt Straboni 7. An Bullis & Oricum legendum ſit, ſubdubitat Xylander.

BALLITANI, vide BALENSIS.

BALLÓNOTOS populos, à Valerio Flacco nominatos, Nebriſſenſis putat BVRGVNDIONES, HESSOS, BASTERNÁSQVE eſſe. Vide BELIONOTHVS.

BALMENSE Caſtrum. Huius mentio fit in vita D. Coletæ virginis, apud Surium. Ibidem POLINIACENSIS Pagus. Bapalme, & S. Pol. puto hodie, in Arteſia.

BALNENSIS Epiſcopi meminit Conſtantinopolitana ſynodus VI. ſub Conſtantino Magno habita. In Italia videtur. In Pentapoli huius regione eſſe, lego apud Rubeum, in Rauennatium hiſtoria. à Palma Plinij ſi rectè coniecero. & BALMENSIS legendum.

BALNEVM Regis, Tuſciæ vrbs, P. Diacono, in Longobardicis. & in Epiſtolis Gregorij I. Pont. Max. In ducatu Romano eſt, teſte Sigonio. vide POSSESSIO, & BALNENSIS.

BALOIVM βάλοιον, Macedoniæ vrbs. Stephano.

BALOMVS βαλωμος, locus maritimus Carmaniæ. Arriani Indica.

BALONCA βαλόνκα, Aureæ Cherſoneſi vrbs. Ptolemæus.

BALONGA βαλόγγα, metropolis Indiæ extra Gangem, Ptolemæo.

BALOTH, Palæſtinæ locus, Ioſue 15. 3. Reg. 4.

BALSA βάλσα, Ptolemæo & Pomponio, Luſitaniæ vrbs. Bufera dicitur Nigro. Tauila, Coquo. Africæ Interioris opidum, à Corn. Balbo expugnatum, habet Plinius.

BALSIO, vide BELISSO.

BALTHI, Getica gens; cui Viſigothi parebant. Agathias.

BALTIA, vide BASILIA, & ABALVS.

BALTICVM Mare Xenophonti, Gerardo Mercatori eſt Sinus Maris Germanici, quem hodie Germani Ooſtſe, Ruteni Wareczkouie mozie vocãt. SVEVICVM Mare (ab accolis fortaſſe Sueuis) & PIGRVM à Tacito videtur nominari, ab effectu, ni fallor, quòd non vt cæteræ maria moueatur. nam æſtus eius, vt ex ijs non ſemel intellexi qui illud ſæpius nauigauerunt, vix deprehenditur, continuóque fluxu ex Oriente verſus Occidentem deſcendit. CODANVS Sinus Melæ eſt. Sigiſmundus Herberſteinius ſcribit idem Mare ab Auctoribus VENEDICVM, & BALTÆVM appellari: ad quod alludentes Germani accolæ, illud Belts indigitant. Ego tamen video ex Tabula Daniæ quam Cornelius Antoniades edidit, totum hoc Mare nomine Belts non comprehendi ſed eius Sinus tantum, vbi Cimbricam Cherſoneſum attingit, prope inſulam Langlant appellatam. Ex quo veriſimile eſt, eundem à Plinio lib 4. cap. 13. LAGNVS Sinus dici, quem conterminum Cimbris tradit.

BALTITZES βαλτίτζης, ager, in Sanctionibus pontificiis Impp. Orientalium. Vide SMOCOBVS.

BALTOLIBAS, inter Armeniam & Ciliciam locus videtur, apud Curopalatem.

BALYRAS βαλύρας, Meſſeniæ fluuius, in quem duo alij fluunt, Leucaſia λευκασια, nomine, & Amphius ἄμφιτος. Pauſanias.

BAMACCORENSIS, vide VAMACVRES.

BAMBALA βαμβάλα, vrbs Indiæ intra Gangem, in littore maris. Ptolemæus. Videtur eam Arrianus in ſuo Periplo BALITAM βαλίτα, vocare.

BAMBOTHVS, Africæ fluuius, crocodilis & hippopotamis refertus, in Mauritania Tingitana: Solino & Plinio. ſed apud hunc potius Libyæ Interioris videtur: & ſine afflatu in vltima ſcribit.

BAMBYCA βαμβύκη, quæ & EDESSA ἔδεσσα, & HIERAPOLIS ἱεράπολις, vocatur Straboni, Æliano, & Plinio; qui addit eam à Syris MAGOG appellari: in qua atergatis Dea, quam Græci Derceto vocant, colebatur. Trans Euphratem quatuor ſchœnorum ſpatio, eam collocat Strabo, vbi Edeſſa etiam Ptolemæo eſt. in Meſopotamia nempe. Hanc Hebræis RAGES vocatam, & nunc Raſe dici, ſcribit Brochardus. Idem ait alio in loco, à nonnullis Orpha nuncupari. Vide EDESSA.

BAMMAGVRA βαμμαγῦρα, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.

BAMONITIS βαμωνίτις, eſt Aſiæ minoris regio: apud Strabonem circa Halym fluuium.

BAMOTH βαμώθ, vallis in Moabitarum regione. Num. 21. Ioſ. 13.

BÀMPHYLIAS, vide BOMBYLIVS.

BAMVRÆ, Africæ populi. Silius 3. Tum Chalybis pauper "
Bamuræ cruda iuuentus, Contenti parua duraſſe haſtilia "
flamma. "

BANA βάνα, Ptolemæo, Arabiæ Felicis vrbs. Vallis BANÆ meminit Auſonius in Epigrammatis. vide VALLEBANA.

BANAAVSI βαναανσι, apud Ptolemæum eſt Indiæ intra Gangem vrbs.

BANABE βανάβη, Meſopotamiæ opidum, apud Ptolemæũ.

BANACHE, vide NACHABA.

BANADEDARI, Africæ Propriæ locus. Antoninus.

BANAGARA βαναγάρα, Indiæ intra Gangem opidum Ptol.

BANASA, Oſrhoenæ regionis vrbs. lib. Notit.

BANASSA βάνασσα, Ptolemæo, & Antonino; Plinius ſimplici s. ſcribit. Mauritaniæ Tingitanæ colonia, quam Plinius VALENTIAM cognominatam prodit. A Moletio Fanfara vocari video. ſed fortaſſe non rectè. Tefenſara eſt Marmolio. vide BANASA.





BANATIA βανατία, Vacomagorum opidum, in Albione Ptolemæo. Banſey nunc, auctore Guil. Camdeno.

BANAVRIDES βαναυρίδες, Tyrrhenicæ inſulæ ſunt, Stephano. à Banauro filio Aeantis, ſic dictæ. An circa Circæium promontorium?

BANCHIA, vide BACCHIA.

BANCHIS, vide BACCHIS.

BANCONA, Georgio Fabricio Germaniæ opidum eſt, quod Oppenheim vocari vulgo dicit. In ſuis Itinerariis.

BANDALI, & BANDILI, vide VANDALI.

BANDOBENA βανδοβηνή, Strabonis, & BARBORANA βαρβοράνα, Ptolemæi, eaſdem eſſe vrbes in India intra Gangem, ſcribit Villanouanus, in ſuo Ptolemæo.

BANDVSIÆ, vide BLANDVSIÆ.

BANEIACHAN, vna manſionum Iſraëlitarum, in deſerto. Num. 33. Μανιαχαν 70. interpretib.

BANE, & BARACH, Hieremiæ: βανηβαράκ, 70. interp. Ioſ. 19.

BANES βανῆς, Bithyniæ circa Chryſopolim palus, videtur apud Zonaram.

BANI, gens quæ Pontum inuaſit, Anaſtaſio Imp. regnante. Ex Theodori Lectoris Collectaneis.

BANIANA βανίανα, Turdulorũ in Bætica vrbs. Ptolem.

BANIENSES, vide IGÆDITANI.

BANISÆ, qui melius BASANISÆ βασανίσαι, Thraciæ populi. Stephanus.

BANISIA, regio circa Syriã videtur, apud Curopalatem.

BANIVBÆ βανιοῦβαι, Mauritaniæ Tingitanæ gens, Ptolemæo. Vide BAIVRAS.

BANIVRI βανίουροι, Ptolemæo, in Mauritania Cæſarienſi. BANVRRI Plinio. vide BANIVBÆ, & BAIVRAS.

BANIZOMENÆ, vide CNIZOMENÆ.

BANNAVANTVM, vide BENNAVENTA.

BANNOMANNA, vide BASILIA.

BANORMVS, inſula circa Thráciam fortè. Hiſtor. Miſcella 24. per P. fortè ſcribendum, Panormus.

BANTHISIS, vide BAVTISVS.

BANTIA βαντια, Calicœnorum opidum, in Macedonia, Polybio 5. Eſt & Apuliæ vrbs, Plutarcho in Marcello. diſtat à Venuſia trib. M. paſſ. Liuio 27. BANTINI ſunt Plinio, in Lucania, βαντεια eſt Stephani, vt puto. BANTINOS Saltus, habet Horatius.

BANTII βάντιοι, Thraciæ gens eſt, apud Stephanum. vbi Bantia opidum fortè. Vide CALICOENI.

BANTINI, vide BANTIA.

BANTAIBI, BVRGANDAIBI, & ANTAIBI, ſunt apud Diaconum I. cap. 9. Longobardicor. arbitratur ipſe nomina pagorum, ſeu quorumcunque locorum eſſe. Circa Germaniæ Septentrionalia littora videntur.

BANTVRARI βαντουράροι, gens in Cæſarienſi Mauritania, Ptolemæo.

BANVBARI βανούβαροι, Arabiæ Felicis gens Ptolemæo.

BANVRRI, vide BANIVBÆ.

BAPARENSIS Epiſcopalis ſedis, in Cæſarienſi Mauritania, meminit Vict. Vticenſ.

BAPHYRA, & BAPHYRVS, vide HELICON.

BAPVTA βαπουτα, Armeniæ Maioris vrbs, apud Ptolemæum. CAPVTA apud eius interpretes.

BARA inſula, non longè à Brunduſio, inde Barium vrbs; ab incolis Baræ inſulæ condita. hæc Feſtus. PHAROS eſt, ni fallor, hæc inſula apud Pomponium. Fortè hodie S. Andrea, niſi tabulæ fallant. βάρα Ptolemæi Sarmatiæ Aſiaticæ portus. vbi BATA legunt interpretes. & mea ſententia ſincerius, ex Strabone.

BARABA βάραβα, eſt apud Ptolemæum metropolis Arabiæ Felicis. MARA interpretibus, idq; ex Ammiano.

BARABOSTHENES, vide BARBOSTHENES.

BARACE βαράκη, Indiæ intra Gangem inſula, in Sinu Canthi, Ptolemæo; in Barace ſinu Arriano. Hodie Diu, ſi Alph. Adriano creditur. Bazaim Ger. Mercatori eſt. Vide BACARE. & CANTHI.

BARACH, vide BANE.

BARACVM, opidum Africæ Interioris, à Corn. Balbo expugnatum. Plinius.

BARACVRA βαράκουρα, Indiæ extra Gangem emporium Ptolemæo. Bangela Appiano, Bacala Caſtaldo dicitur.

BARACVS βαράκος, Ptolemæo Taprobanæ fluuius.

BARAD βαράδ, Gen. 16. locus, quem Chaldæus AGARA vocat. idem cap. 20. SVR nominatur.

BARÆ βάραι, Indiæ extra Gangem gens, Ptolemæo. Geminato R R ſcribunt interpretes.

BARAGAZA, Æthiopiæ opidum, in littore ſinus Æthiopiæ, circa Abaliten ſinum. Plinius.

BARAMALACVM, vide MARIABA.

BARAMATIS βαραματίς, Ptolemæo. BARDAOTIS interpreti, Indiæ intra Gangem opidum.

BARANGÆ βαράγγαι, populi, apud Cedrenum: quos ſcribit vna cum Francis in Iberia militaſſe, ſub Michaële Imp. Idem Glycas tradit, & Curopalates, qui Celticam nationem eſſe ſcribit. Video hos à Nadabo in ſuum Curopalatem pro Anglis accipi. ijs nempe quibus OROVICES nomen apud Ptolemæum eſt, ab ijſdemq; Brannogenium dici putat. fides ſit penes auctorem. βαράγγη, Hyrcaniæ vrbs eſt apud Ptolemæum.

BARAOMATÆ, Indiæ populi, Plinio.

BARASA, vide BOSOR.

BARATHA, vide BARATTHENSIS.

BARATHEMA βαράθεμα, Arabiæ Deſertæ opidum. Ptolem.

BARATHIA βαραθία, Africæ Propriæ vrbs eſt Ptolemæo, quam Caſtaldus Brata, Mercator Blata nominat. ſed Caçar Haſcen Marmolio eſt.

BARATHRVM βάραθρον, locus cauus eſt, qui ORYGMA ὄρυγμα, quoque vocatur, inquit Stephanus. In Attica eſt Suidæ. In Thracia Demoſtheni. vide SIRBONIS.

BARATHRVM Magnum, Campi nomen, in Africa. Appianus in Punicis.

BARATTHENSIS Epiſcopi, meminit Nicenum concilium, in Iſauria. Synodus Conſtantinopolitana VI. hanc vrbem in Lycaonia ſtatuit. βάραθα, Ptolemæi eſt, in Lycaonia Cappadociæ. BARATRA legunt interp. vno T.

BARAXMALCHA, locus circa Meſopotamiam videtur; ducentis ſtadiis ab Achaiacala diſſitus. Ammianus.

BARAZA βαράζα, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo.

BARBA, vide IVLIA AVG. & POGON.

BARBALESO, ciuitas prope regionem Limitaneorum. Sic Metaphraſtes in vitis SS. Sergij & Bacchi. Aſiatica videtur. Cappadociæ fortè.

BARBALISSVS βαρβάλισσος, caſtellum muris circundatum, in Oriente. Stephanus.

BARBANA, Illyrici fluuius, qui Scodram vrbem ab Occidentali plaga alluit, ex Labeatide palude oritur. Liuius 44. BARBENNA apud Vibium eſt.

BARBANISSA, vide SARBANISSA.

BARBARANVM, Tuſciæ opidum. teſte Edicto Deſiderij regis, apud Annium. ſi cui huic fides.

BARBARENSIS, vide NOVA.

BARBARI βαρβάροι, Aſiæ vrbs, circa Indi fluminis oſtia, Ptolemæo & Arriano. Bermet, Caſtaldo; ſed Meti, Reſendio; qui eam inſulam, non vrbem appellat: cùm Ptolemæo vrbs ſit, in inſula ſita.

BARBARIA βαρβαρία, Ptolemæo, Arriano in Periplo, & Stephano, Æthiopiæ regio, ad Sinum Barbaricum: TROGLODYTICA ARABIA hæc eſt Dioſcòridis, & BARBARIA Galeni, vnde vterque Gingiber ad nos deuehi ſcribit. Hîc hodie Quiloa regnũ inuenitur. Meminit etiam BARBARIÆ regionis Lampridius, in vita Seueri, eius fortè quæ hodie quoque Barbaria vocatur, ad Mare Mediterraneum. vti ego ex contextu conijcio. Homo Thracius ex vltima Barbaria. ſic Gellius 19. cap. 12. ſed appellatiuè, putarim.

BARBARIANA, Hiſpaniæ vrbs, Antonino inter Aſturicam & Tarraconem. Arauiana fortè nũc, vt ſcribit Ioan. Mariana. Et altera, inter Malacam & Gades, eidem. Hanc eandem eſſe cum BARBESVLA quidam putat.

BARBARICORVM meminit Lib. Notitiar. In Rætia.

BARBARICVS Campus Syriæ dictus, in qua Zenobia & Sergiopolis vrbes. Procop. 2. Perſicorum.

BARBARICVS Sinus, vide ASPERVM Mare.

BARBARISSVS βαρβαρισσός, Syriæ vrbs, ad Euphratem. Ptolemæus, & lib. Notitiar. Circa Barbaricum Campum videtur.

BARBARIVM prom. βαρβάριον ἄκρον, Ptolemæo, in Luſitania. Cabo de Spichel hodie, Cluſio & Taraſſæ.

BARBATIA, Arabum opidum, circa Paſitigris ripam. Plin.

BARBATIANVS, vide FVNDVS.

BARBENNA, vide BARBANA.

BARBESOLA βαρβησόλα, Baſtulorum in Hiſpania, Ptolemæo, vrbs: hanc Florianus Marbella appellat. BARBESVL Melæ eſt. In numo Galbæ Imp. eſt COL. BARBESVLA LEG. XVIII. BARBESOLA, hoc tractu fluuij quoque nomen, Ptolemæo, Tzetzæ, & Plinio. cui per E. in prima ſcribitur. qui Rio Verde appellatur à docto quodam Hiſpano.

BARBETIVM Iugum, Hiſpaniæ beticæ. Auienus.

BARBIA, vide BALBIA.

BARBILIANI Fundi, in via Oſtienſi, meminit S. Gregorius 4 epiſtol 87. & 93.

BARBINVM vide BALBIA.

BARBYTANI, vide ARBYTI.

BARBORANA, vide BANDOBENA.

BARBOSTHENES mons, decem millia paſſuum à Lacedæmone. Liuius 35.

BARBYSES, aliis BARBYSSVS, fluuiolus, circa Byzantium, in Ceratinum ſinum effluens: à Byzantinis Chartaricon; à ruſticis qui accolunt eius fontes, Pectinacorion, à vico illius vicino, appellatus. Pet. Gyllius, in ſuo Boſphoro. BARYBYSSVS βαρύβυσσος, lego apud Suidam.

BARCÆI βαρκαῖοι, Heſperia gens, Aeliano 10. Animal. cap. 22. Hi ex morbo mortuos comburunt, ab hoſte autem occiſos, vulturibus obijciunt. Malim Baccæi legere. Vide MARMARICA.

BARCÆNI, & BARCITÆ, vide MARMARICA.

BARCANII βαρκάνιοι, populi Hyrcanis contermini, Cteſias & Stephanus. BARCANI ſunt Q. Curtio 3. quos inde expulit Modius inſontes. Megabernem horum regem factum à Cyro, narrat Cteſias.

BARCARIORVM Claſſis, in Gallia Riparienſi, meminit lib. Notitiar.

BARCE, Indiæ vrbs, ab Alexandro Magno constructa. Iuſtinus 12. βάρκη, etiam Bactrianæ vicus eſt, apud Herodotum. Libyæ Interioris mons eſt, & promontorium quod SVRRENTIVM vocatur Plinio. vide PTOLEMAIS, & MARMARICA.

BARCENNVM, vide ARCENNVM.

BARCHEN, Vide LIPARA.

BARCHMIT, vide BEROMI.

BARCHVSA βαρχοῦσα, Phœnicię opidum, Stephano.

BARCINO βαρκινών, Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, in Laletanis BARCINVS eſt in D. Paulini Epiſtolis. Plinio auctore, aliquando FAVENTIA dicta fuit. Ad Mare Mediterraneum nauale. Hodie Barzelona vocatur. BARCILONAM etiam appellat Iornandes. Colonia eſt, in Galbæ nummo. vbi COL. BARCINO. FAVENTIA. Ant. Auguſtinus Dialogo 7. de Nummis antiquis. habet COL. F. I. A. BARC. ex antiqua inſcriptione: & legit COLONIA FAVENTIA IVLIA AVGVSTA BARCINO.

BARCITÆ, vide MARMARICA.

BARCVSENÆ, ſiue IVSTINIANOPOLIS ciuitatis meminit Synodus v. Conſtãtinopolit. an fortè BARGAZA βάργαζα, quam Ptolemæus Lydiæ? aut BARGASA βαργάσα, quam Stephanus Cariæ adſcribit?

BARDAICI cuculli, ſunt apud Iul. Capitolinum, in Pertinace, an à loco, incertum.

BARDAMANA βαρδαμάνα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

BARDANIVS βαρδάνιος, fluuius eſt circa Arabiam Petræam, aut Deſertam, vt apud Cedrenum videtur. Verſus Damaſcum, lib. 18. Hiſtoriæ Miſcellæ. Vide CHRYSORRHOAS.



BARDAOTIS, Vide BARAMATIS.

BARDAXIMA βαρδάξιμα, Syraſtenæ regionis vrbs, in India. Ptolemæus.

BARDEI, vide VARALII.

BARDERATE, circa Padum vrbs, Plinio. Nomen retinet, vt ſcribit Volaterranus.

BARDI βάρδοι, Strabonis; SARONIDÆ Diodori; SEMNOTHEI Laërtij; EVBAGES Amminiani; ſynonymæ Gallorum vatum, vt cenſet P. Pithœus. BARDI pro LONGOBARDI legit quodam in loco P. Diaconus. Vide THRACIA, BADRINVS, & SARONIDÆ.

BARDIABOCH, Perſiæ vicus. In vitis Ionæ & Barachiſij.

BARDINE, vide CHRYSORRHOAS.

BARDINES βαρδίνης, fluuij nomen, ſic dictus à magnis vorticibus. Suidas.

BARDITVS βάρδιτος, Interioris Aethiopiæ mons, apud Ptolemæum.

BARDOMAG. Vicus, eſt in Goltzij Theſauro, ex vetuſtæ inſcriptione, quæ Mediolani exſtat. Sed BARDOMICI legit Pighius in Hercule Prodicio.

BARDON, & CARDON, Hiſpaniæ Vlterioris opida, Liuio 33.

BARDONGANENSES, Germaniæ quidam pop. Reginoni 2.

BARDONIS Mons, Vide APENNINVS.

BARDORES, Vide BITTVGORES.

BARDVLI, hi TVRDVLI, & TAPORI quoque dicuntur, Plinio. Hiſpaniæ populi ſunt, qui nunc Caſtiliam veterem inhabitãt. vt Cluſius vult. Aliis eſt Guipuſcoa. ſed de eo Vide VARDVLI. Caſaubonus putat Plinium hic eſſe corruptum, & Tapori aliæ gentis nomen eſſe, non cognomen Bardulorum. De his Taporis qui velit, adeat Michaëlem Mercatum de Obeliſcis.

BARDVM, Luitprando Ticinenſis vicus eſt, in Alpibus, inter Eporediam & Auguſtam Salaſſiorum. Im Barr hodie vocari, ſcribit Simlerus.

BARDYALI, vide BARDVITÆ.

BARDYETÆ βαρδυῆται, Hiſpaniæ populi, ad flumen Iberum, quos Strabo ſuo tempore BARDYALOS βαρδυάλους dictos, tradit. ſed idem alio in loco βαρδύηται legit.

BARE, Vide AVLON.

BAREA, Citerioris Hiſpaniæ vrbs: Bæticæ adſcripta à Plinio. βάρεια Ptolemæo. interpretibus BALARIA. Io. Marianæ Veria eſt.

BAREGIA, vide AREGIA.

BAREMA βαρήμα, Indiæ quidam populi, Epiphanio.

BARENA βαρήνη, Mediæ vrbs, iuxta Ecbatanam. Stephanus & Cteſias.

BARENSIS Epiſcopus, in Piſidia. Concil. Nicænum.

BARENTINVS, vide CASVENTVM.

BARETIVM βαρήτιον, locus iuxta Adriam, Stephano. ex Theopompo. Gaud. Merula ſcribit ſe facilè paſſe adduci, vt putet illud opidum eſſe quod in Gallia Ciſalpina ad radices collium ſitum eſt; qua ad Verbanum Lucanumq; & Larium lacum iter eſt. & quod Latini VALESIVM, item VASISIVM nominãt. Vareſcio vulgò dicitur, vt prodit L. Albertus. Hoc BARETIVM Stephani potius crediderim loco Bareti poſitum. de quo adi BARIVM.

BARETVS, vide BARIVM.

BAREVATHRA βαρευάθρα, Ptolemæo, BARVAORA interpreti. Indiæ extra Gangem vrbs.

BARGASA βάργασα, Cariæ vrbs eſt Straboni, & Stephano. βαργασηνῶν meminit Veſpaſiani nummus. teſtis Goltzij Theſaurus.

BARGAZA βάργαζα, Ptolemæo Lydiæ opidum mediterraneum, aliud à Barguſa Strabonis.

BARGENI, Troglodytici populi, in Æthiopia. Plinius.

BARGIACIS Municipium, habet in ſuo Theſauro Goltzius, ex nummo Galbæ. Vaccæorum vrbs eſt Ptolemæo, βαργιακίς. in Hiſpania Tarraconenſi.

BARGILVS, Syriæ mons, Plinio & Martiano. Inter Libanum & Antilibanum videtur.

BARGOSA, βαργόσα, Indiæ vrbs; Zarmanochagæ Philoſophi patria. Strabo BARYGAZA Ptolemæi puto.

BARGVLIA, Liuio 29. Illyriorum opidum.





BARGVS βάργος, quem alij MARTVM μάρτος, vocant, vt ait Strabo. Fluuius Illyrici. Mar. Niger putat DRINVM Ptolemæi eſſe. ego potius eius DRAVVM putarim: niſi ipſius Draui idem Strabo quoque meminiſſet. BARGVS Plinio fluuius eſt, in Hebrum cadens. Vide MARGIS.

BARGVSII, vide BERGVSIA.

BARGYLLA βάργυλλα, Cariæ vrbs, Stephano. βαργυλία, eſt Ptolemæo. BARGYLOS Pomponio, & Plinio. Bargyliticum inde ſinũ habet Polybius, Liuius, Stephanus, & Plutarchus in Flaminio. μάργυλια, per μ etiam ſcribitur apud Porphyrogennetam.

BARGYSI, vide HIPPIOPROSOPI.

BARIA, apud Horatium, 1. Epiſtolar. Vicus in Sabinis eſt, Porphyrio. Lipſij Commentator vetus ad hunc locum ita, VARIA opidum in Sabinis olim, nunc vicus Anieni imminens. vide BAREA.

BARIENSE CASTRVM, vide CASTROBARIENSIS.

BARIANA βαρίανα, Meſopotamiæ vrbs. Ptolemæus.

BARIS βάρις, Caſtellum templo Hieroſolymitano adiacẽs, quod poſtea ANTONIA Ἀντωνία, cognominatum eſt. Ioſephus de Bello Iudaico lib. 1. locus BRIOS primùm nuncupabatur. Egeſippus lib. 5. BARIS Pamphiliæ etiam vrbs, Ptolemæo. Et Indiæ intra Gangem fluuius, eidem. Vide BARIVM, GORDIÆVS, & VERETVM.

BARISEI, ſunt Arabiæ Felicis populi, apud Plinium.

BARISSARA, Armeniæ Primæ vrbs: Chalcedonenſi concilio.

BARITOS, vide VERETVM.

BARIVLVM, vide BRIVLVM.

BARIVM βάριον, Ptolemæo & Tacito Apuliæ Peucetiæ vrbs maritima. BARETVM βάρητος, nominat Strabonis Epitoma. BARIS legit Acron apud Horatium. additq; ex Theotiſto Grammatico hodie Adbaris nominari. Alius Horatij commentator, quem Cruquius edidit, ſcribit Barin hanc, aliam à Bario eſſe, quod & video Xylandro placere, ad 6. Strabonis. Leandro, Barri vocatur. βάρις Cedreni puto. Hic reges Neapolitani coronari ſolebant. Hiſtorici tradunt à Guilielmo I. Siciliæ rege funditus deletam, ex quo eandem eſſe æſtimo, quam Beniamin Miquoles deuar appellat. eam enim in Apulia deſcribit, additq; à Guilielmo dirutam fuiſſe, & ſuo adhuc tempore incolis vacuam. VARIA videtur Antonini, ſed VRIA habet hoc loco Sigonius, inter Canuſium & Egnatiam. Vide VERETVM.

BARNA, vide BADARA, & ODYSSVS.

BARNACIS βαρνακίς, Carpitanorum in Hiſpania opidum. Ptolemæus.

BARNÆ, locus quidam circa Danubium, vbi Nicetas & Cedrenus Bulgaros habitaſſe ſcribunt. BARNI Procopio 3. Gothor. An Varna hodie?

BARNICHIVS, vide SALMONE.

BARNVMTEM βαρνοῦντα, locum habet Strabo, in Macedonia, circa Illyridis fines.

BAROMACVM, Angliæ vrbs in Cantio. teſtis Tabula Peutingeriana.

BAROPHTHAS, Perſarum opidum, circa ipſam Perſiam videtur, apud Zozimum, lib. 3.

BAROS βάρος Meſopotamiæ locus, præſidio munitus. Procop. 2. Ædificior.

BARPONA, Plinio Tuſci maris inſula. Vide CARBANIA.

BARRA, Orobiorum in Italia vrbs, Plinio. quam interijſſe ſcribit, & vnde Bergomates ortos, ex Catonis ſententia, addit. Leander Barriano caſtellum vocat, in Lombardia Tranſpadana. Decimo ab vrbe Bergoma diſtat lapide, vt ſcribit Zanchus.

BARRÆ, vide BARÆ.

BARRARDA βαρράρδα, Paropaniſi vrbs: apud Ptolemæũ. BAGARDA apud eius interpretes eſt.

BARRASSON, locus in Africa videtur, lib. 22. Hiſtoriæ Miſcellæ.

BARSA, Antonino Britannici maris inſula. Camdenus ſcribit hodie Anglis Baſepole, & Gallis iſle de Bas vocari.



BARSALA, Caſtrum præſidiarium, circa Syriã & Meſopotamiam. Ammianus 18. LAVDIAS aliud, ibidẽ: eidem.

BARSAMPSA βαρσάμψη, Ptolemæo Meſopotamiæ vrbs. vide BÆSAMPSA.

BARSILT, Hunica gens apud Calliſtum 18. cap. 30.

BARSITA, vide BORSIPPA.

BARTIETÆ, vide ARIMASPI.

BARTINISIENSIS Plebis, in Africa. Coll. Carthag.

BARTIVS, vide BÆTIVS.

BARVC, alia lectio BVRVCH, apud D. Auguſtinum, & Cyprianum, Africæ opidum.

BARVLVM vocant mediæ ætatis ſcriptores, in Apuliæ opidum, quod vulgo Barletta.

BARVSSÆ βάρουσαι, quinque inſulæ in Indico pelago. Ptolemæus. Mercatori ſunt Mindanao, Cailon, & Subut, cum reliquis duabus Circium verſus.

BARYANDENI βαρυανδηνοί, apud Porphyrogennetam ſunt populi Aſiæ Minoris. Pro MARYANDENIS habeo.

BARYBYSSVS, vide BARBYSES.

BARYGASA, βαρυγάσα, Ptolemæo & Arriano, Indiæ intra Gangem vrbs. Bacam, Caſtaldus nominat, Ramuſius Goa, vel Calicut ex ea mallet facere. Gædroſiæ emporium eſt Stephano. Vide BARGOSA.

BARZALA, & LAVDIAS, caſtra duo præſidiaria, in Aſia, Ammiano. Circa Meſopotamiam fortè.

BARZALO βαρζάλω, Armeniæ Minoris, in Rhauenæ præfectura vrbs. Ptolemæus. Barzala Ammiani forſan.

BARZAN, Prædium Perſidis regionis, circa Cteſiphontem. Lib. 18. Hiſtoriæ Miſcellæ.

BARZAVRA βαρζαύρα, Ptolemæo Paropaniſi vrbs.

BAZABOCATES, Galliæ Aquitanicæ populi ſunt apud Plinium. VOCATES Cæſaris putauerim.

BASAG, inſula Indici maris, circa Arabiam Felicem. Plin.

BASAN βασὰν, locus in deſerto, regis Og. Numer. 21. In Tribu Manaſſis. GALADINÆ, vel GAVLANITIDIS regionem vocat Ioſephus, lib. Antiq. 4. cap. 5. And. Maſius ad 12. cap. Ioſue dicit hanc eandem MATHANAN à Chaldæis vocari: ſed BATHANA ſe malle legere. putatq; BATHANÆAM Ptolemæi eſſe. Vide SCYTHOPOLIS.

BASANARÆ βασαναραῖοι, Indiæ extra Gangem gens, Ptolemæo.

BASANBVRGVM Caſtellum conſtructum ad ripam Rheni, à Baſano Sicambrorum rege: ſcribit Trithemius ex Hunibaldo: vt videtur. Dicerem Batenburg huius nomen retinere, ſi non vererer mulgenti hircum cribrum apponere.

BASANISÆ, vide BANISÆ.

BASANITVS βασανίτος λίθος, lapis, Ptolemæo. Mons in Ægypto, ſic dictus.

BASARONAGVS, vide MALANGO.

BASCA, Ioſepho. BASCAMA, 1. Machab. 13. vrbs Palæſtinæ.

BASCATIS βασκάτης, Sogdianæ fluuius, Ptolemæo.

BASCHAT, Palæſtinæ locus, Ioſue 15.

BASCISI βασκισοι, montes Ægypti. Ptolemæus.

BASCONTVM βασκοντόν, Vaſconum vrbs, Tarraconenſis Hiſpaniæ. Ptolemæus. Fortè Caſcantum.

BASELON, vide BESOR.

BASENTELLI fluminis meminit Platina; in Benedicto VII. Circa Calabriam. vide CASVENTVM. nam eundem puto.

BASENTIVS, vide CASVENTVM.

BASERA βάζηρα, Phœniciæ opidum, eſt Stephano. βασηρέων, meminit Goltzius, ex nummo Titi.

BASGOEDARIZA βασγοιδάριζα, Armeniæ Minoris caſtellum. Strabo 13.

BASI βάσι, Caſtellanorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi. Ptolemæus.

BASIANA βασίανα, Pannoniæ Inferioris vrbs: apud Ptolemæum. vide BASSIANA.

BASICA βασίκη. Ariæ vrbs, Ptolemæo. CASCHE legunt interpretes.

BASILÆI Epiſcopatus, ſub ſede Ancyrano metropoli me-

minit Conſtitutio Alexij Imp. Βασίλειον, habet Porphyrogenneta hoc tractu: ſub Buccellariorum Themate.

BASILIA βασίλεια, inſula Diodoro, & Pythea apud Plinium. BALTIA Timæo, apud eundem Plinium. Eandem Plinius alio in loco, ex eodem auctore, BANNOMANNAM vocat: item ABALVM, Pythea auctore. SCANDIA, & SCANDINAVIA, Plinio etiam & Solino dicitur. Hanc pro inſula Germaniæ maxima deſcribunt dicti auctores: dicuntq; eam verſus Septentrionem ſitam, & incompertæ magnitudinis eſſe: & Alterum Orbem terrarum appellari, ſcribit dictus Plinius. Hanc à Procopio ſub nomine THVLE verè deſcriptam legimus. (Pro Scandinauia malè legunt GANGAVIA apud Solinum, Nebriſſenſis in ſuo Dictionario; & Lilius in ſuo Orbis Breuiario. GALGAVIA legit meus Solinus M.S. Iornandes huic Cedri folij formam adſcribit: ſed SCANZIAM etiam perperam vocat.) Sed non eſſe inſulam, at pæninſulam, noſtra ætas cognouit. & eam eſſe putamus quæ hodie tria ampliſſima regna, nempe Noruegiam, Suediam, & Gothiam, aliasq; regiones comprehendit. Ex Scandia, vel Scandinauia, Sconen, quæ huius eſt pars, facit Zieglerus. Idem pro Bannomanna, PANNONIA apud Plinium legere mauult; & Finlandiam, huius pæninſulæ partem, pro ea accipit. Suiones Taciti, Willichius Sweden interpretatur. Hanc pæninſulam Baſiliam, Marius Niger VERGION appellatam ſcribit. Haud longè abſum ego quin credam eos populos huius peninſulæ, qui hodie Sweden habitant à Plinio 2. cap. 67. & Pomponio 3. cap. 5. SVEVI nominentur, à quorum rege nempe, Indos ad horum oram adnauigantes, dono accepit Q. Metellus Cæſar. BASILIA, Italiæ vrbs; apud Phleg. Trallianum.

BASILIA, Marcellino lib. 30. Hodie Baſel vocatur. Germaniæ vrbs ad Rhenũ. Item in Gallia Belgica, Antonino inter Durocortorũ & Virodunum. Βασίλεια, etiam locus munitiſſimus ad Thapſin fluuiũ in Scythia Europæa, circa Boſporũ Cimmeriũ deſcribitur à Diod. Siculo, li. 20.

BASILICA Foſſa, βασιλικὴ διῶρυξ, Aſſyriæ tractus, circa Tigrim videtur, ex Polybij 5.

BASILICA, vel AD BASILICAM, locus in Mauritania Cæſarienſi. Antoninus. Vide SICYON, & THERMA.

BASILICVS Sinus, Cariæ; Pomponio. diſcriminans inter Ioniam & Cariam.

BASILIDÆ, Scytharum in Europa populi, Pomponio & Plinio. BASILIOS Strabonis puto.

BASILII Monumentum, locus latrociniis infeſtus. Via Appia, prope Vrbem. Aſconius Pædianus. vide BASILIDÆ, IAZYGES, & PATZINACÆ.

BASILINÆ, vide CASILINVM.

BASILIONOPOLIS, vrbs Bithyniæ, in concilio Chalcedonenſi, & ſynodo VI. Conſtãtinopolitanæ. Eadem fortè cum Baſinopolis.

BASILIPPVM, Bæticæ vrbs, XX. M. paſ. ab Hiſpali. Antoninus. Eadem eſt cum BESIPPO.

BASILIS caſtellum, Cedreno: ad lacum Preſpam. in Macedonia alicubi. Arcadiæ vrbs, eſt apud Pauſaniam; & ex eo, apud Stephanum.

BASILISCÆI βασιλισκαῖοι, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, Ptol.

BASILISENE βασιλεισηνὴ, Armeniæ Maioris regiuncula, Ptolemæo. quam Caſtaldus Turcomaniam vocat. Vide LISCENA.

BASILITZA, regionis nomen. In Thracia videtur, apud Laonicum.

BASILIVM, vocat Strabo fluuium inter Euphratem, & Tigrim. FLVMEN REGIVM appellatur ab Ammiano, lib. 23. BASILIVS eſt fluuius, qui irrigat totam Cappadociam, vt ſcribit Theodoretus in vita Zenonis. Vide EVPHRATES.

BASINIANA, Pannoniæ vrbs, Antonino. Vide BASSIANA.

BASINNI βασιννοὶ, Stephano, Arabica gens. ex 3. Arabicorum Glauconis.

BASINOPOLIS, in Bithynia Epiſcopatus, apud Syneſiũ, epiſtola LXVI. vide BASILIONOPOLIS.



BASIONENSIS vicus Galliæ. S. Lutrudis vita, apud Surium. Pro VASSIONENSIS putandum.

BASISTANI βασισανοὶ, Hiſpaniæ populi, circa Calpen montem, Strabo 3. ijdem apud eundem cum BASTETANIS videntur.

BASISTIS vide BAZARIA.

BASOROPEDA βασοροπέδα, Mediæ regio, Strabo 11.

BASPRACAN, vide MEDIA.

BASSA βάσσα, inſula ante Taprobanam. Ptolemæus.

BASSACHITÆ βασσαχῖται, Marmaricæ nomi gens: apud Ptolemæum.

BASSÆ βᾶσσαι, Arcadiæ vicus, in Cotilio monte, Pauſaniæ.

BASSALENSES, Hiſpaniæ gens, quæ inde pulſa, in Hiberniam nauigauit, eamq; primi mortalium habitarunt, ſi Vitrunnio creditur.

BASSANIA, Cauiorum gentis vrbs, quæ quinque milliaria à Liſſo diſtat, Liuio, 44.

BASSARA, locus Lydiæ, vbi genus veſtis ſit quæ ad pedes dimiſſa. Sic Lipſij vetus interpres ad illud Horatij 1. Carminum, non ego te candide Baſſareu, additque Liberum patrem ſic vocare, quod tali induatur veſte.

BASSI, vide HASSI, & FRANCONES.

BASSIANA, Iornandi & Antonino eſt Pannoniæ Primæ vel ſuperioris opidum. BASINIANA alia, Pannoniæ Secundæ vel Inferioris: eidem. Baſſianenſis, Pannoniæ Secundæ, meminit quoq; lib. Notitiar. Βασίανα Ptolem. Boſſega putat Lazius. Path, vel Papocz, idẽ alio in loco.

BASSITANI Epiſcopi Hiſpaniæ, meminit concilium Eliberitanum. Pro Baſtitani, vt puto.

BASTA, Calabriæ opidum, apud Plinium, inter Hydruntem & Iapygium promontorium. HASTA legunt tria mea exemplaria excuſa. VASTA habet Galatæus in ſua Iapygia. qui nunc viculum dicit eſſe vix quindecim focis habitatum. An eadem autem cum Plinij Baſta, valde ambigo ego.

BASTALENSIS Epiſcopi in Africa, meminit Coll. Carthag.

BASTANABOS βασαναβος, Arabiæ ſtatio, Stephano.

BASTANÆI βασαναῖοι, Arabiæ Deſertæ gens. Ptolemæo. eius interpretes hoc loco habent BATAVI, BOTANI, & BATANI.

BASTARNÆ βασάρναι, quorum alij nominantur, ATMONI ἀτμονοι, alij PEVCINI πευκινοὶ, SIDONES σιδόνες, & ROXOLANI, vt vertit Xylander. in Græco tamẽ codice eſt ῥοξανοὶ, ROXANI. Strabo lib. 7. Peucini, quos quidam Baſtarnos vocant, inquit Tacitus in ſua Germania. qui Baſternas cum Dardanis ibique coniungit. BASTERNÆ per E. in pænultima ſunt Plin. BATARNÆ, ſine s. ſunt apud Flaccum. In Thraciam eos ſedem habere conceſſit Probus Imp. vt habet Zoſimus 2. Dacos contingere à Septentrione facit Iornandes.

BASTAROTH, locus videtur circa Cteſiphontem alicubi, vbi Damaſtager palatium Coſdroes Perſarum regis. Hiſt. Miſcella 18.

BASTE, Africæ vrbs, ſex dierum iter à Carthagine diſtans, Procop. 2. Wandal.

BASTERBINI, Calabriæ populi. Plinius.

BASTERNÆ, loci nomen, apud Nicetam. In Mœſia. idem cum BASTARNÆ credendum.

BASTETANI, vide BASTITANI.

BASTI, Antonino Baſtetaniæ vrbs videtur. Baza nominari, ſcribit Io. Mariana.

BASTIA, vide MONS SABASTIANI.

BASTIÆI βασιαῖοι, Bœotiæ populi, Phauorino.

BASTIRA, vide MASTIRA.

BASTITANI βασιτανοὶ, Ptolemæo ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. BASTITANIAM regionẽ nominat Plin. VASTETANOS per V. habet Liuius lib. 37. Beuterus in ſuo Chronico Hiſpaniæ adducit duos lapides antiquos, in quibus BATESTANII legitur. dicitq; hodie eos eſſe qui Baça incolũt. vel Baza, vt ſcribit Gometius. BASTETANI Straboni ſunt inter Gades & Calpen. vide BASISTANI.

BASTVLI βασύλοι, qui & POENI ποινοι, cognominantur, inquit Ptolemæus. Populi ſunt Hiſpaniæ Bæticæ, ad

Fretum



Fretum Gaditanum, in eo tractu quẽ hæc ætas Andaluzia vocat. Pœni ergo teſte Seneca de Conſolatione, vt quoque Plinio lib. 3. cap. 1. itẽ Pomponio 2. cap. 6. ab vtraque Freti parte habitauerunt, ad quod Horatius mihi alluſiſſe videtur, cùm inquit, vterque Pœnus. ſed quia carmen elegans eſt, hic integrum adijcere lubet:

Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterq; Pœnus
Seruiat vni.

Non me latet à Turnebo hoc aliter interpretari, ſed ſuum cuique pulcrum. vide MENTESANI.

BASVLA, Hiſpaniæ flumen, ad quod Scipio templũm poſuiſſe, fidem facit vetus inſcriptio, quæ inter Occonis, fol. 12. numero 5.

BASVLIENSES βασυλιεις, Libyæ gens, quæ cùm bellum gerit, noctu pugnat. Nicolaus, apud Stobeum de Legibus.

BATA βάτα, pagus & portus Sarmatiæ Aſiaticæ, ad Pontum Euxinum, Straboni. Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. Vide BARA,

BATÆ βᾶται, Serica gens Ptolemæo, Marcellinus BETAS habet.

BATANA, vide BATHEA.

BATANAGRA, vide CATANAGRA.

BATANCÆSARA βατανκαισάρα, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. Baicadul Caſtaldo eſt.

BATANEÆ βαταναῖαι, Stephano, vel BATANÆA, vt Ptolemæus habet, & Ioſephus in vita ſua, Syriæ regio, cuius incolas BABYLONIOS facit. Vide GOLAM, & BASAN.

BATANI, vide BASTANÆI.

BATANIA, vide ECBATANA.

BATARNÆ, vide BASTARNÆ.

BATAVÆ, locus in Rhætia eſt. Libro Notit. vbi cohors noua Batauorum erat. Paſſaw ad Oeni oſtium eſt M. Velſero. Bolſan quod & Potzen, putatur à Lazio. Videtur mihi hoc BAVZANVM Diaconi, in Longobardicis: & BOCZINGA Luitprandi. Vide PATAVIA.

BATAVIA βαταυία, Ptolemæo, Tacito, & Cæſari, Germaniæ Inferioris regio eſt, ad oſtia Rheni poſita, quam Hollandt vocant. ſed impropriè. Ea enim Hollandiæ pars olim Batauia dicta fuit, quæ hodie inter veterem Rhenum & Vahalim fluuios, à Lobico ad Oceanum vſque, quaſi duobus brachiis conſtringitur. Atque hic tractus etiamnum veteris nomenclaturæ veſtigia retinet. nam Betuwe ab incolis vocatur. Hæc ferè Lamb. Hortenſius, in libello Vltraiectinarum ſeceſſionum. BETAVOS per E. in prima vocari in antiquo lapide, didici ex Notis Leunclauij ad Dionem. De huius nomine & ſitu adeundus quoque H. Iunius in ſua Batauia. BATAVORVM Inſula hæc vocatur à Plinio, Dione, Cæſare, & Tacito. Betuwe, BATTVA ab Aimoino; & BADVA à Reginone nuncupatur. Vide NOVIOMAGVM.

BATAVODVRVM, Tacito, Batauiæ hodie opidum, quod Rhenanus Wijck te Wuerſteden appellat. Wuerſteden Diuæus. Vtroque modo vulgò vocatur. Doreſtadum quod nunc Wijck vocatur, legitur in vita S. Friderici Epiſcopi Traiectenſis. Exſtat nummus argenteus Ludouici Imp. Aug. cum pictura nauis, & inſcriptione DORESTATVS. Mercatori omnino perſuaſum eſt, hodie Batenborch eo loco eſſe, vbi Ptolemæi Βαταυόδουρον. De Doreſtato vico ſcribit Trithemius in Chronico Hirſangienſi, olim ſub ſe habuiſſe quinquaginta parochiales eccleſias.

BATAVORVM inſula, vide BATAVIA.

BATE βάτη, vicus ſeu pars tribus Ægeidis, apud Stephanũ. Nicomachum quendam Batenſen, nominat Iſocrates, & Ariſtodemum Batethenſem Plutarchus. An eiuſdem loci, ignoro.

BATENI, ſunt Plinio circa Bactrianam populi. Vide BATINI.

BATESTANI, vide BASTITANI.

BATETARA βατέταρα, Lygiorum vrbs. Stephanus.

BATHA, Æthiopiæ ſub Ægypto opidum, apud Plinium. An Bathys portus, Ptolemæi?



BATHE, vide BITHIAS.

BATHALE βαθάλη, Fons Ameriæ. Phauorinus.

BATHANA βάθανα, regio Siriptolemæi, in India extra Gangem, Ptolemæo. eius interpretes per Æ. & T. ſine afflatu BÆTANA ſcribunt.

BATHANATII βαθανάτιοι Via, nominatur tractus circa Danubium, per quam Bathanatius Galatas ſub Brenno militantes, transmigrare fecit, vt docet Athenæus 6. Ad confluentes Sauwitzæ & Iſtri ſupra oſtium Draui eſt, ſi Lazio credimus. vbi hodie Bathaſeck, Bathmonſter, & Bathienſis comitatus.

BATHANEI, vide CATANEI.

BATHATA vicus, vbi Galilææ Superioris exordium. Egeſippus 3. Vide BACA.

BATHEA Ponti, vocat Plinius, Ponti Euxini locum immenſæ altitudinis. BATANA videtur eum quoque appellare Ælianus lib. 3. cap. 13. de animalibus, vt vertit Gyllius. pro quo in Græco codice apud Geſneros excuſo, Ἐκβάτανα, legitur, vrbem Perſiæ. De his quoque videndus Ariſtoteles 1. Meteorolog. cap. 13. Vide APSASIVM.

BATHECHOR βαθεχώρ, id eſt domus hyſopi, vici nomen trans Iordanem. patria eius mulieris quæ in Hieroſolymæ obſidione filium coxerat. Ioſephus. VETEZOBRA habebat vetus interpres.

BATHEL, vbi habitabant filij Semei. 1. Paralip. 4.

BATHENAS, Syriæ opidum, Antonino: inter Cyrrhum & Edeſſam.

BATHEVS βαθεύς, Siciliæ fluuius, apud Ptolemæum. Iati, Th. Fazello eſt. ſed BATHIS habet, malè. Vide ACIS.

BATHIATES, Illyrij populi, Appiano.

BATHINVS, vide BATHYNIAS.

BATHNÆ, vide BALLATHA.

BATHNÆ, locus in Tribu Aſer, nũc appellatur BETHEBEM. eſt in octauo milliario Ptolemaidis, contra Orientem. D. Hieronymus in locis Hebraicis.

BATHONIA, locus Angliæ. In vita S. Elphegi martyris. Akenianceſtre vulgo vocari, apud Matthæum Weſtmonaſterienſem lego.

BATHORES, vide PATHVRES.

BATHOS βάθος, Arcadiæ vallis, circa Alpheum fluuium. Pauſanias.

BATHRACVS βάθρακος, Ptolemæo Marmaricæ in Africa portus. Trabuco Gerar. Mercatori dicitur. MENELAVS Straboni appellatur, coniectore Villanouano: Ptolemæo tamen hæc diuerſa ſunt, in eadem regione.

BATHRITITHES βαθριτίθης, Ægypti nomus, vnde Rex Vaphres Solomoni ſuppetias miſit. Euſebius 9. Præparationis Euang.

BATHYCOLPVS ſinus, & fluuius Europæus eſt ad Thracium Boſporum; à Turcis Biutere, quod magnum nemus; & Biudere, quod magnum fluuium ſignificat, nominatur, Pet. Gyllio teſte. Meminit eius quoque Heſychius.

BATHYLLVS βάθυλλος, Fons Megalepoli, in Arcadia, Pauſaniæ. in Heliſſontem influit.

BATHYMEDÆ βαθυμήδαι, gens circa Lydiam. Phauorinus.

BATHYMI, Plinio ſunt Arabiæ Felicis populi.

BATHYNIAS, Thraciæ fluuius, Plinio. BATHYNIVS, βαθύνιος, Ptolemæo. BITHIAS βίθυας, eſt apud Appianum, in Mithridaticis. BATHINIVS eſt apud Paterculum. BATHYNIS eſt Pomponio.

BATHYRA βάθυρα, circa Syriam vicus, contra Trachonitas. Ioſephus Antiq. 17. cap. 2. & in Vita ſua, vbi huius incolas BABYLONIOS nominat.

BATHYRRIACA βαθυρριακὴ, locus in Armenia videtur, apud Cedrenum & Curopalatem.

BATHYS βαθύς, Colchidis regionis fluuius, Plinio, & Arriano in Periplo. Aethiopiæ portus, Ptolemæo, ad Arabicum ſinum. Circa Phrygiam locus videtur, apud Nicetam. Vide PROFVNDVS, & BATHA.

BATI βατοι, Indiæ extra Gangem populi. Ptolemæus.

BATIA βατία, Aboriginum opidum, in Latio. Halicar-



naſſeus

maſſus 1. qui Reate ad trigeſimum ſtadium hinc abeſſe ſcribit. Aegeidis tribus, apud Phauorinum. Vide BOÆ.

BATIÆ βάτιαι, Straboni Epiri mediterraneum opidum.

BATIEIA, βατίεια, Stephano locus Troadis. In Iliacum campum eum deſcribit Strabo. additq; ex Homero MYRINNÆ μυρίνης TVMVLVM à Diis immortalibus vocari. Idem Dion Pruſæus, in oratione Troiana. ſed βαττίεια, & μυῤῥίνη geminato ττ. & ρρ hic legit. Cura inſtitutum autem de Deorum lingua addam hunc verſum ex Ouidij Metamorph. Hunc Icelen ſuperi, mortale Phobetera vulgus. Et Homerus 14. Ιλιαδ, dicit chalciten auem à diis Cymindis vocari. Idem aiunt Plato in Cratilo: & Dion Pruſæus Oratione 10. vide BOTIEVM.

BATIENI βατιενοὶ, Ptolemæo Italiæ populi. BACIENNI ſunt apud Paterculum 1. VAGIENNI Plinio. BAGIENNOS vocat Varro. Ad caput Padi ſunt. Vide AVGVSTA Vagiennorum.

BATINA, apud Horatium vrbs, quam Apuliæ adſcribit Acron, & addit inde dici Matini campi, abuſiuè, pro Batini. auiq; vrbem ipſam vicinam eſſe Venuſinæ ciuitati. BATINOS ſaltus habet ibidem Horatius. ſed BANTINOS melius, vt putat Cruquius ex codicibus M.S. MATINVM montem habet quoq; Horatius in Epodis: quem Porphyrion in Calabria ſtatuit, vt etiam Commentator quem Cruquius publici iuris fecit. BATINA hæc vrbs, apud Plutarchum in Marcello BANTIA eſt: vt quoque Liuio 27. Mediæ vrbs eſt βατίνα, apud Ptolemæum.

BATINI, populi circa Oxum fluuium. Plinio, & Solino. Βατεινοὶ ſunt Germaniæ populi, apud Ptolemæum.

BATINNA, vide BAGINNA.

BATINVS, Piceni fluuius, Plinio: quem Pontanus in hiſtoria Neapolitana Tordino vocat, MATRINVM Strabonis putat Caſaubonus.

BATMIZOMANES βατμιζομάνεις, gens Arabica quædam, Agatarchidi.

BATNÆ βάτναι, Oſrhoenæ vrbs, Stephano, Zoſimo, & Ammiano, in Anthemaſia, haud procul ab Euphrate. Ex Xiphilino in vita Traiani videtur non longè à Niſibi abeſſe. Huius meminit quoque Procop. 2. Aedificior. & Iulianus Imp. in Epiſtolis, vbi eam valde diligenter non tantum deſcribit, ſed & ſummoperè laudat, ab amœnitate, ita vt eum Theſſalicis Tempis anteferat. Videtur BATHNÆ Antonini; quam habet inter Callecomen & Hierapolim.

BATONES βάτωνες, Pannonici populi videntur, apud Dionem 56. A Batone duce ſic dicti. quos eoſdem Strabo DÆSIATAS vocat.

BATOVS βατοῦς, Ptolemæo, BAGOVS interpreti: Aſiæ mons, inter Ariam & Drangianam.

BATRACHARTA, βατραχάρτα, Babyloniæ regionis vrbs. Ptolemæus.

BATRACHE βατράχη, Ptolemæo Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs.

BATRACHOCASTRVM, Thraciæ locus, apud Nicetam.

BATRASABBES, Omanorum vrbs, in Arabia Felici. Plinius.

BATRII, vide BACTRII.

BATTARIDEM βατθάριδην, Eremum, vocat Io. Damaſcenus, in quo Iſraël quadraginta duobus annis conuerſatus traditur.

BATTARVS, Scaligero fluuij nomē eſt, in Dyrarum Poëmate; putatque Corſicæ inſulæ eum deſignare, qui hodie Guattarus vocatur.

BATTEIA, vide BATIEA.

BATTHINA βατθίνα, Perſiæ vrbs, Ptolemæo.

BATTI Specula, locus in Peloponneſo, circa Mænalum montem. Ant. Liberalis. BATTI βάττι, HORTI prope Babylonem, vbi palmæ genus prouenit, quod Regium vocant. Theophraſtus. BAGOV legit Plinius. BATTI Sepulcrum apud Cyreneos: Catullo ad Lesbiam. Vide ERYTHRÆ.

BATTIADAS nominat Silius 2. & 3. CYRENÆOS, in Africa.

BATVLVM, caſtellum Campaniæ, Seruio in hoc Virgilij: Quiq; Rufas, Batulumq; tenent. &c. Meminit eius quoque Silius 8.

BATVM Brutiorum fluuius, Plinio. BALE quædam mea exemplaria legunt.

BAVBOTA, vide BAVOTA.

BAVCAVDÆ, populi circa Alpes videtur apud Zoſimū 6. fortè circa Sabaudiam. An BAGAVDÆ Eutropij? Hoc nomen in Gallia ruſticis Prouinciam populantibus, impoſitum, ſub Diocletiano. VOCAVDÆ hi ſunt apud Oroſium 7. BAOGANDÆ ſunt apud Saluianum 5. de Prouidentia. BACCHARIDÆ vocantur corruptè in Euſebij Chronico. Caſtrum Bagaudarum appellatum aliquando locum agri vrbis Lutetiæ (quod horum Bagaudarum tunc receptaculum fuit) quem hodie S. Maur des Foſſez nominant, vt ſcribit Vigenereus. Ad Matronam fluuium eſſe, apud alium lego.

BAVCIDIAS, Plinio inſula eſt: in Saronico ſinu.

BAVDOBRICVM opidum, in Treuirorum regione, Antonino.

BAVILVM, loci nomen videtur, ex hoc Plinij: Sic ſcimus interemptum Licinij Cecinnæ prætorij viri patrem, in Hiſpania Bauili. Locus fortaſſe male ſanus. BAIVLI legūt tres mei codices. ſed conſule Pintiani Obſeruationes.

BAVLI, locus circa Baias: Plinio, Ciceroni, Silio, Suetonio, & Dioni, item Tacito, qui eum deſcribit inter Miſenum promontorium, & Baianum lacum, ad mare. Symmachus de eodem, hoc verſu, Inde recens ætas Boaulia Baulos Nuncupat. Hortenſii villam prius fuiſſe, docet idem. A Puteolis diſtare viginti ſex ſtadiis, ſcribit Zonaras 2. Lege quæ annotauit ad Dionis 59. Leunclauius. Hodie Bauli adhuc dici, refert Ferd. Loſredus. Bagola vocabat nautæ cuius opera ſinum Puteolanum nauigaui. Monte Barbaro interpretatur malè, ni fallor, Benedictus Falconius

BAVMA, Aethiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plinius.

BAVMÆ βαῦμαι, Meſopotamiæ vrbs, ad Euphratem fluuium Ptolemæo. MAVBÆ legunt interpretes. BAVRA βαυρα, locus apud Stephanum, vnde gentile Baurai. In voce Παναῖυροι.

BAVRVM, vide BRAVRVM, & CASSINATIVM.

BAVOTA βαυότα, Salentinorum in Italia vrbs, Ptolemæo. cuius interpretes BAVBOTA legunt.

BAVTÆ, Antonino vrbs, inter Auguſtam Prætoriam, & Veſontionem. Bona, eſt Simlero.

BAVTES, vide BAVTISVS.

BAVTISVS Ptolemæo Sericæ regionis, in Aſia fluuius. Quiam eum interpretatur Mercator. At Græci codices BAVTES habēt, βαύτης. BANTHISIS Marcellinus.

BAVXARIS, loci nomen, in Codice Theodoſiano 6. titulo de Palatinis.

BAVZANVM, vide BATAVÆ.

BAVZARENSIS loci, in Africa, meminit Coll. Carthag.

BAXACHA βαξάχα, Ptolemæo Meſopotamiæ vrbs. BAZALA habent interpretes.

BAZACATA βαζακάτα, Indici Maris Inſula, Ptolemæo. Baſſe, Caſtaldo.

BAZACITIS, Africæ Propriæ eſt regio, apud Ptolemæū, eadem, ni fallor, cum BYZACIVM. ſed nimis verſus Occidentem ille ponit. Vide BYZACIVM.

BAZALA, vide BAXACHA.

BAZANIS βαζανὶς, Armeniæ vrbs, quæ prius LEONTOPOLIS dicta fuit. vt Euſtathius ait. hanc poſtea IVSTINIANOPOLIM à Iuſtiniano Imp. dictam, annotauit Guilielmus Stuckius. BYZANA Procopij eſt.

BAZARIA, regio Aſiæ, Scythiaca. vti videtur apud Q. Curtium 8. Vrbem BASISTIN βασιστιν, habet in ea Diodorus, vt apparet ex fragmento libri 17. quod H. Stephanus edidit.

BAZARITANI βαζαριτανοὶ, loci in Africa, meminit concilium Carthaginenſe III. VAZARITANVM habet alius codex. Opus Surij legit VZARITANVM. VIZARITANVM cenſeo Victoris Vticenſis.

BAZENSIS Limitis, in Africa Propria, meminit lib. Notitiar. BAZENVM ibidem opidum, eidem.





BAZES βάζεις, Tyanitydis vrbs, in Cappadocia, Ptolemæo.

BAZIOTHIA, Paleſtinæ locus. Ioſue 15. βεζιωθία, habent 70. interpretes.

BAZIRA βάζιρα, Indiæ vrbs, ab Alexandro Magno expugnata, circa Indi fluminis partes ſuperiores. Arrianus. Vide BEZIRA.

BAZITENSIS, vide MARCELLIANA.

BAZIVM βάζιον, Ægypti promontorium, ad ſinum Arabicum, Ptolemæo.

BEANA βέανα, Ptolemæo Babyloniæ vrbs.

BEATA, vide MACARIÆ.

BEATÆ Inſulæ, vide THEBÆ, ATLANTIS, FORTVNATÆ, OASIS, & THYRSIS.

BEBASES villa, Ammiano, quæ centeſimo lapide à Conſtantia diſparatur. BABASIS legit alius codex. Circa Meſopotamiam eſt, ni fallor.

BEBBA, nomen vrbis regiæ, apud Bedam. Nordumbrorum videtur. In Britannia inſula.

BEBE, opidum Bethuliæ vicinum videtur. Iudith 15.

BEBELO, argenti puteus, ab Annibale inchoatus, in Hiſpania. Plinius. An circa Pyrenæos montes? nam dicit Aquitanos huius putei aquas egerere. Et circa Oſcam in Ilergetibus? Liuius enim non ſemel Oſcenſis argenti meminit.

BEBEM, vide LAMONIA.

BEBIANI, qui & VEVIANI, vide LIGVRES.

BEBII βέβιοι, Campi, meminit Suidas, in Crœſo. Circa Adramittium videntur. BEBII βέβιοι, montes in Pannonia ſunt apud Strabonem, & Ptolemæum.

BEBIVS Mons Campaniæ, fluuium emittens. Sic Vibius. pro VESVVIVS, vide VESEVVS.

BEBOEIS Theſſaliæ locus: Liuio 27. Bœbeis fortè ſcribendum.

BEBRIACVM, vicus eſt inter Cremonam Veronamq;, inquit Tacitus. Huius etiam meminit Suetonius. Hic Vitellius Othonem ſuperauit. Leander ſcribit à nonnullis pro Labinia haberi. BEDRIACVM per D. legit Lipſius, ex Vaticano exemplari. In quibuſdam manuſcriptis quoque BETRIACVM per T. legi, monuit illum Palmerius. Sed & Plutarchus in Othone per T. Βητριακὸν, habet. φρηγδιακον, legit corruptè Ioſephus.

BEBRYCES, vide NARBONENSIS GALLIA.

BEBRICI βέβρυκοι, ſunt duo diuerſi populi, apud Stephanum alij ad Pontum in Aſia. Alij iuxta Iberos, in Europa. Circa Pyreneos mōtes videntur, de quibus Silius 3. Nomen Bebrycia duxere à virgine colles. Narbonenſes ſunt hi, Tzetza auctore. Sunt etiam BEBRYCES ad Peneum fluuium, niſi fallat Vibius.

BEBRYCIA, Lampſacena regio vocatur, vt ſcribit enarrator Apollonij. Eadem HERACLEA poſtea dicta fuit. vt patet ex Apollodori 2. vide BITHYNIA.

BEBRYCIVM Mare, vide PROPONTIS, & NARBONENSIS.

BECARE, Arabiæ Portus, Plinio. Vide SOSIPPVS.

BECCENSES, & MOLISMENSES, in Gallia ſunt. Iuonis epiſtola 9. & 112. Vide MOLISMVM.

BECENA βηκένη, nomen loci, cuius mentio eſt in Canonibus concilij Carthaginenſis III. DECENA legit alius codex. In opere autem Surij pro eo TVBVNIESIS legitur. vide RHECENSIS.

BECERRA, Epiſcopatus in Arabia. G. Tyrius.

BECERRITANVS ſedes epiſcopalis, in Numidia. Victoris Vticenſ. Fragmentum M. S.

BECHAL, vide DAMASTAGER.

BECHIRES Plinio, βεχεῖροι, Dionyſio, βέχειρ Stephano, Pontica gens: magis verſus Septentrionem quàm Macrones. vide SCYTHÆ.

BECHIS, vide METELIS.

BECHVNI, vide FOCVNATES.

BECLAM βεκλαμ, palatium Coſroes, in Perſide. Cedreno. BECHAL fortè in Hiſtoria Miſcella. Vide DAMASTAGAR.

BECTILETH βεκτιλεθ, cāpus inter Ciliciam & Syriam. Iudith 2. ANGÆ Montes legit D. Hieronymus.

BEDA, vicus circa Treuiros, Antonino. Bitburg fortè, Treuirenſis diœceſis. Vide BIDA.

BEDAR, municipium in territorio Aconenſi, Syriæ. Gulielmus Tyrius.

BEDDARACH, vide DAMASTAGER.

BEDDORO βηδδώρω, Iudææ vrbs. Ptolemæo. vide BETHORON.

BEDEGENE, locus circa Damaſcum, ad radices Libani ſitus, perſpicuas emanat aquas: vnde Domus Voluptatis dicitur. ſic Guliel. Tyrius.

BEDERINA, vide TAVRESIVM.

BEDESIS, fluuius prope Rauennam, Plinio. Montone, H. Rubeus vocat. BESEDIS tria mea exēplaria habent.

BEDIRVM βέδειρον, Ptolemæo Libyæ interioris vrbs. DEBRIS Plinij eſt, vt ſcribit Hermolaus. Garamantū vrbs.

BEDRIACVM, vide BEBRIACVM.

BEDORA, vide BETARO.

BEDVNESII βεδουνήσιοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Ptolemæum.

BEDVNIA Municipiū, in nummo Claudij, vt refert Goltzius in Theſauro. βεδουνία, Ptolemæo eſt Beduneſiorum opidum. vide BETVNICA.

BEDYS βέδυς, Biſaltiæ opidum, Diodoro 19.

BEELMEON, locus 1. Paralip. 5.

BEELPHEGOR, Ioſue 2. locus. φογὼρ ſiue Beel, legunt 70. interpretes.

BEELSEPHON βεελσεπφῶν, in Aegypto, circa mare Rubrum; Exodi 14. BAALSEPHON legit Pagninus. vide ARSINOE.

BEESTHERA, vide BOSRA.

BEGABRI Ioſepho, LIGARVM Egeſippo 1. Idumeæ locus.

BEGAMINI, vide BOIEMVM.

BEGANNA βηγάννα, Arabiæ Deſertæ opidum, Ptolemæo. RHEGANNA interpretibus.

BEGERITANI, vide BIGERRIONES.

BEGERRI, vide BIGERRIONES.

BEGESELITANA, vide BEGETHSELITANA, & VEGESELA.

BEGETSELITANÆ regionis Africæ, meminit cōcilium Carthaginenſe, cuius Epiſcopus Reginus nominatur. Aliud exemplar legebat, Reginus Baget Selianæ regionis. Balſamonis commentaria in hoc concilium legūt SELETIANÆ. Vide VEGESELA.

BEGIALIS βεγιαλὶς, Ptolemæo Amorgi inſulæ vrbs eſt, in Myrtoo pelago. ÆGIALOS per Æ. diphthongon apud Suidam legitur, in dictione Simmias. Stephanus hoc loco MELANIA μελανία, habet, in dictione Arceſine. Pintiano videtur eadem eſſe ÆGILIA Plinij. Æglia meum exemplar legit. At deceptus eſt hic Pintianus Myrtoi maris vocabulo. aliud enim Myrtoum pelagus Ptolemæo, aliud Plinio cæterisq; eſt: Ptolemæus namque id circa Cariam Aſiæ minoris regionem deſcribit. Plinius verò ſuum inter Peloponneſum & Atticam. vbi etiam Strabonis, Pauſaniæ, & Melæ Myrtoum pelagus reperitur.

BEGIS βῆγις, Tralleorum vrbs, Stephano. Circa Illyricum.

BEGORRA, vide BIGERRIONES, & CALAGORGIS.

BEGORRITIS, Macedoniæ lacus, Liuio 42.

BEGYNGA, vide BABYSENGA.

BEHETHELIM, circa Meſopotamiam videtur opidum. G. Tyrius.

BEIBAL, vide DAMASTEGAR.

BEII, vide LARTHENIANVM.

BEIVDA, Perſiæ vrbs. Suidas in verbo Σαπώρ.

BEILA ſilua; in S. Bauonis vita. Flandriæ videtur.

BELA βήλη, Africæ mons, circa Gaditanum fretum. Strabo Xylandri. ABELE autem, & melius ABYLE, legendum. Errorem fecit ſcriptura, quæ hoc modo ὄνομα βίλη. A. enim geminandum erat. at hoc librarius ex prælegentis ore non perceperat.

BELABITENA, circa Armeniam regio. in Codicis lib. 1. Titul. de Magiſtro militum. Pro BALBYTENA, corruptè.

BELÆNA βελαίνα, *Laconicus vicus, Heſychio.*

BELBINA βέλβινα, *Straboni inſula eſt in Argolico ſinu, è regione Athenis.* Blenda *Sophiano vocatur.* BELBINA βέλβινα, *Laconicæ opidum, in Peloponneſo. vt teſtatur Plutarchus in Parallelis.* BELBINITIS *ager Liuio. Hoc opidum, vt auctor eſt Xylāder, in ſuis ad Plutarchum, annotationibus, apud Pauſaniam* BELEMINA βελεμίνα, *apud Ptolemæum* BLEMMINA βλέμμινα, *& apud Suidam* BELYBINA *vocatur. Ego tamen apud eundem Suidam* BEMBINA βεμβίνα, *lego. Sic quoque apud Stephanum. Blemmina Ptolemæi,* BLEMENA, βλέμινα, *à Plethone nominatur. Vide* BELMINATIS.

BELBINITIS, *vide* BELBINA.

BELBINTHITES βελβινθείτης, *gentile eſt, apud Stobeū, de Exilio. Neſcio cuius loci. An corruptè pro* Belbinites? *gentile à Belbina?*

BELCANIA βελκανία, *Armeniæ Maioris opidum, Ptol.*

„ BELCAS. *Auſonius, vſque in Tectoſagas, primæuo nomine Belcas. Sūt qui Belgas legunt.* VOLCAS *interpretantur Turnebus, & Vinetus, &* Languedoc *intelligunt.*

BELCIANA βελκιάνα, *apud Ptolemæum Aſſyriæ vrbs.*

BELCIONACA, *inſula Galliæ, haud procul à Sequano. In S. Audoeni Rhotomagenſis vita.*

BELEA, *Galliæ Lugdunenſis vrbs, Antonino. vide* BELIA, & VELIA.

BELEB *locus, apud Hieremiam.* Μεελέφ, *legunt 70. interpretes.*

BELEDONII βελιδόνιοι, *gens circa Oceanum, Stephano. ex Parthenio.*

BELEIA, *Antonino Hiſpaniæ opidum; inter Viroueſcam & Pampelonem. Vide* BELIA & VELIA.

BELEMINA, *vide* BELBINA, & BELMINATIS.

BELEMOTH, *in tribu Iſachar: Oſeæ prophetæ patria. Dorotheus.*

BELENDI, *Galliæ populi, in Aquitania,* Plinio.

BELEOCVRVS, *vide* HIPPOCVRA.

BELERIDAS *inſulas, aliquos haud procul à Sardinia ponere, ſcribit Plinius.* Tauro & Vacca *eas interpretatur Dalechampius.*

BELERIVM, *vide* ANTIVÆSTÆVM.

BELESVM βελεσόν, *Macedoniæ caſtellum. Gregoras.*

BELEVS, *vide* BELVS.

BELFROT, *Palæſtinæ Municipium; Tyrio. Fortè* Belfort.

BELGÆ βέλγαι, *Albionis inſulæ populi. Ptolemæus.* Somerſetshire, Wilshire, & Hamshire *hodie, vt Camdeno placet. Galliæ Belgicæ etiā populi, de quibus multa apud Cæſarem, imprimis 2. Belli Gallici.*

BELGICA *Gallia, vt Cæſar, Plinius, & Strabo eam vocāt, Ptolemæo* CELTICA κελτική, *eſt, vitio typographico, vt puto. nam poſtea eandem* κελτογαλατίαν βελγικὴν *appellat. Hanc poſterior ætas, teſte Ammiano, in* PRIMAM & SECVNDAM *diuiſit.* GALLIAM SVPERIOREM *vocat D. Athanaſius, in qua Agrippina.* BELGICA, *locus apud Antoninum, inter Agrippinam & Treuiros.* Bullingen *à Simlero interpretatur.*

BELGIDA, *Celtiberiæ vrbs, à Pompeio capta, vt refert Oroſius 5. cap. 23. (pro quo Fabricius reſtituit* Segeda) *& Florus 4. cap. 12. in antiquo codice. Hanc circa Oſcam fuiſſe, putat Moralis. Video hodie circa hunc tractum, in Valentiæ ſcilicet regno opidulum* Belgida *exſtare. Vide* SEGEDA.

BELGIDVM, *vide* BERGIDVM.

BELGIS βέλγης, *ciuitas, à qua Belgica prouincia. Iſidorus, Honorius, & Heſychius. Inde* βελγαῖος, *gentile, apud Phauorinum. Hanc ciuitatem vulgus ſcriptorum* Bauay *interpretatur. Si huius verbi Belgis auctores maiorum gentium haberem, auſim ex ea* Veltſig *vel* Veltſick *facere: propter non tantum maiorem ſoni adluſionem, ſed & propter loci antiquitatem, quam oſtendunt ruinarum ſub terra multa hactenus veſtigia. vnde ſingulis diebus ferè omne genus veteris ſupellectilis, vt ſimulacra, numiſmata, vaſcula, fibulæ, &c. eruuntur. Si enim* B. *pro* V. *pronunſias, &* G. *pro* S. *quod noſtris familiare, vix inter Belgis &* Velſick *audienda differentia. Vide* CICERONIS *caſtra.*

BELGITES, *Pannoniæ populi, Plinio.*

BELGIVM, *in quo ſcribit Cæſar ſe tres legiones collocaſſe, Hircius quatuor. Marlianus & Glareanus pro vrbe, non pro regione accipiunt: in quorum ſententiam ſuccedit Blaſius Vigenereus in ſuis Annotationibus Gallica linguæ ſcriptis ad Cæſaris Commentaria; eamq;* Bauay *Hannoniæ vrbem interpretatur.* Beauois *in Picardia regione, eſt Marliano, Cognato, & Guicciardino. Vnam vrbem capacem eſſe quatuor legionum, fortaſſe vix credet Vegetius. Sed & ſub Belgio plures ciuitates comprehendi, docet ipſe Cæſar lib. 5. vbi dicit Britanniæ maritimam partem ab iis incoli, qui præda ac belli inferendi cauſſa, ex Belgio tranſierant, qui omnes ferè iis nominibus ciuitatum appellātur, quibus orti ex ciuitatibus eo peruenerunt. Nec etiam ſub Belgio totam Belgicam intelligit. A Belgio enim, (eodem libro) Neruios, Morinos, & Eſſuos (Belgicæ populos) diſtinguit. Partem Belgicæ itaque, Belgium videtur vocare; eam fortè, quæ verſus Septentriones eſt, quo hodie Hollandiam, Zelandiam, Flandriam, Brabantiam, Geldriam, &* Cliuiam *habemus. vbi confluentia maximorum fluminum, quorum oſtia facilem deſcenſum in Oceanum, indeq; in Britanniam præbent.*

BELGIVS βέλγιος, *fluuius in Libya. Heſychius.*

BELGNÆA βελγναία, *Arabiæ Deſertæ opidum. Ptolemæus.*

BELGRADVM, *vide* TAVRVNVM.

BELIA βέλεια, *Hedetanorum in Hiſpania opidum, Ptolemæo. Vide* VELIA.

BELIAS, *Aſiæ fluuius, qui in Euphratem effunditur, Ammiano. circa Perſidem fortè. Vide* BELLIADIS.

BELION, *vide* LIMÆA.

BELIPPO, *Gaditani conuentus vrbs, in Hiſpania. Plinius. lib. 3. cap. 1.*

BELISAMA, βελίσαμα, *Aeſtus Albionis, apud Ptolemæū. per α in prima, erat in M. S. codice.* Rebel *vocatur apud Guil. Camdenum.*

BELISENSIS *Eccleſia, in Gallia, meminit concil. Lugdunenſe 1. An* Blays *hodie?*

BELISIVM, *Vide* ALBENSIVM.

BELISSO, *Hiſpaniæ vrbs, Antonino; inter Tarraconem & Aſturicam.* BALSIO *alio in loco legit idem. Pro* BELSINO *Ptolemæi habeo.*

BELITÆ, *vide* BELLITÆ.

BELITANI, *vide* LVSITANIA.

BELITRA, *vide* VELITRÆ.

BELIVS, *vide* BELVS.

BELLA βέλλα, *nomen Epiſcopatus, in Sanctionibus pontificiis Impp. Orientalium.*

BELLADIS, *vide* VELLADIS.

BELLEROPHONTIS *Vallum, iuxta Antiochiam ad Mæandrum, habet Strabo.*

BELLI βελλοὶ, *Celtiberorum populi, in Hiſpania. Apian. in Ibericis. quorum vrbs Segeda. An Bellitani Plinij?*

BELLIADIS βελλιάδος, *epiſcopi Philici, meminit concil. Epheſinum III. Vno* L. *etiam, quod monuit Sylburgius.*

BELLIDENSES, *Illyrici populi videntur, apud Cæſarem, Ciuilium 3. corruptè puto, pro* BVLLIDENSES *hoc tractu populi notiſſimi; à Bulli nempe opido. Bellidenſes veteribus omnibus ignoti. Bellidenſem autem Epiſcopum Felicem, agnoſcit concil. Chalcedonenſe.*

BELLISSO, *vide* BELISSO.

BELLITÆ, *Curtio lib. 4. ſunt gentes Aſiaticæ, in exercitu Darij, contra regem Alexand. Mag. Vno* L. *alius codex.*

BELLITANI, *ſunt Hiſpaniæ Citerioris populi, Plinio. Alij ergo à Belitanis. Vide* BELLI.

BELLITRENSIS, *vel* BELLITRANVS *Epiſcopus, eſt in Decretal. 2. cauſſa 7. cuius nomen Ioannes. cui Gregorius Papa ſcribit, vt ſedem ſuam transferat in locum quondam* Arenatarum, *ad S. Andræam. An Velitræ fortè, in Latio?*

BELLIVM *mons, Galliæ Ciſalpinæ vrbs, Diacono 2. Longobard. cap. 18.*





BELLOCASSES, *vide* VELOCASSES.

BELLONÆ εννοις, *Templum, ab accolis* COMANA κόμανα, *dictum. Ad Antitaurum, in Cataonia. Strabo 12. In Cappadocia eſt A. Hirtio.* BELLONÆ *Mons, in Africa eſt, vel Carthagine videtur, ex Coll. Carthaginēſi.*

BELLONOTHVS, *ſiue* BELLONOTVS *differente ſcriptura, gentis Barbaræ nomen, apud Sidonium, in panegyrico Maiorani. Num iidem cum* BALLONOTIS?

BELLOVACI, *Galliæ populi, in Rhemenſi prouinciæ, apud Cæſarem, Ptolemæum, & Plinium. Hodie* Beauvoiſin, *Marliano.*

BELLVRVS βέλλουρος, *vrbs in meditullio Thraciæ, in Europa regione. Procop. 4. ædific.*

BELMEN βελμὼν, *Iudææ vrbs: Iudith 4.* βελμαιμ *&* βελμα, *cap. 7.*

BELMINATIS *regio,* βελμινάτις, *Lacedæmoniorum, in* Peloponneſo. *Polybius 2.* BELBINITIS *Liuio 38.* BELEMINA *Pauſaniæ 3. pro Belbinatis (vt puto) à Belbina. vide* BELBINA.

BELMINDON, *Epiſcopatus Syriæ, ſub Boſtrenſi ſede. Guilielmus Tyrius.*

BELO βελὼν, *Straboni vrbs & fluuius Hiſpaniæ Bæticæ. Ptolemæus cum diphthongo* BÆLO βαίλων, BELLO, *duplici* L L. *habet Mela, in vetuſto exemplari. Epiſcopus Gerundenſis vrbem vocat* Tariffa, *Cluſius* Brabate. *Iunius dicit fluuium* Trafalgar, & Rio Vernator *appellari. Vide* BELVS.

BELOACVS *Cœnobium, quod &* WASLOY, *nominatur in vita S. Popponis.* WAPLOY *per* P. *alio in loco, apud eundem ſcribitur. In Belgica alicubi.*

BELOCLAVDIA *vrbs, eſt Antonino inter Mellariam & Barbeſulam, in Bætica.*

BELOIVM, *vide* VIA *Beloium.*

BELOVOCORVM *ciuitas, in Codicis lib. 12. titul. de Veteranis. Pro Bellouacorum fortè.*

BELSATHIM, *Iſraëlitarum manſio. Num. 33.*

BELSEPHON, *vide* BALASOR.

BELSIA, *Galliæ prouincia, apud Fortunatum.* Beauſſe *nunc incolis.*

BELSINVM βέλσινον, *Celtiberorum vrbs, Ptolemæo. in Hiſpania Tarraconenſi. Villanouanus appellat* Borgia. Belioco *apud Coquum eſt. vide* BELISSO, & BERSINVM.

BELSONANCVM, *villa in medio Arduennenſis ſiluæ. Greg. Turonenſis 8. An* Baſtonach *hodie, quæ incolis* Baſtoigne?

BELTE βέλτη, *regiuncula Phrygiæ. Heſychius.*

BELVNVM βελοῦνον, *Ptolemæo, & Plinio, Venetorum in Italia vrbs.* Belluno, *Leandro & Nigro.* VIA BELOIO, *Antonino, vt putat Simlerus.*

BELVS, *Phœniciæ fluuius, quem &* PAGIDAM *vocari, ſcribit Plinius. E palude Cendeuia profluit, & vitri fertiles arenas producit. Meminit huius Beli etiam Tacitus, qui ſcribit eum Iudaico mari illabi.* βήλιος *Ioſepho, 2. Belli Iudaici, cap. 3. iuxta Ptolemaidem. item Plinio, & Guil. Tyrio. Ptolemæus habet Seleuciam ad Belum, in Caſſiotide regione. & Plinius Chalcidem ad Belum, in Chalcidena regione. alius ab hoc, ſiue fluuius, ſiue mons.* βῆλος *vel* MELOS μῆλος, *Hiſpaniæ vrbs, ad Herculis columnas. Stephanus.* BELO *Strabonis fortè. vide* BADA.

BELYBINA, *vide* BELBINA.

BELZITIA, *Slauinorum locus. Hiſtoria Miſcella 23.*

BEMATRA, *vide* BIMATRA.

BEMBINA βεμβίνα, *Nemeæ vicus, apud Stephanum, ex Hellanico.* BEMBINÆOS *populos vocat Theocritus, Eidyllio 32. vide* BELBINA.

BEMBINADIA, *Arcadiæ regio; quæ &* NEMEA *etiam vocatur, vt prodit Plinius lib. 4. cap. 6. Vide* BELMINATIS.

BEMESESIM, *vide* BESEMELEL.

BEMMARIS, *circa Commagenam Syriæ vrbs: Antonino. An Bethammaria Ptolemæi? Sed vide* BEVMARIS.

BEMPETZO, *circa Euphratem opidum, Nicetæ.*



BENA βῆνα, *eſt Cretæ opidum, quod quidam* CERÆTEM κεραίτην, *dicunt, Suidas in dictione Rhianus. vide* BENNA, & THÆNA.

BENACVS, *Plinio, & Sexto Aurelio,* BÆNACVS βαίνακος, *Ptolemæo. Italiæ lacus, in Lombardia Tranſpadana, quem Catullus ad Sirmionem,* LYDIVM *vocat, à Lydis. i. Tyrrhænis, qui hunc tractum olim habitabant.* Lago di Garda *Italicè,* Gardſee *Germanicè hodie nominatur. vt referunt Leander & Scudus. Leander & Capriolus, quoque* BENACVM *vrbem (vnde lacui nomen) hoc tractu olim fuiſſe refert. cuius hodie veſtigia cernuntur in pago* Tuſculano *vulgo dicto. Horum* BENACENSIVM *meminit quædam antiqua inſcriptio, in Orthographia Aldi. Videant peritiores an hæc Vopiſci ſit, cuius ad finem vitæ Probi. Imp. mentio ſit. poteſt enim tam ad vrbem quam ad lacum referri.*

BENÆ, *vide* BENNA.

BENADAB, *vrbis nomen. Hieremiæ 49.*

BENAGVRVM βηνάγουρον, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

BENAINAS, *vide* BERANENSIVM.

BENANAN, *vide* BETHANAN.

BENARNA, *vide* BENEHARNVM.

BENDA βήνδα, *fluuius Indiæ intra Gangem, Ptolemæo.* BINDA *interpreti. & etiam eidem Ptolemæo, alio in loco.*

BENDENA, βένδηνα, *apud Ptolemæum Africæ Propriæ vrbs.*

BENDIDIVM βενδίδιον, *templum Thraciæ, Liuio 38. Straboni 10. & Luciano in Icaromenippo. Videtur & locus circa Athenas, Xenophonti 2. Græcorum. eſt & alius locus maritimus circa Marmaricam; vt videtur ex Syneſij Epiſtolis.*

BENE, *vide* BENA.

BENEBENDOS βενεβενδὸς, *Campaniæ vrbs, Stephano. cuius gentile facit* βενεβενδεὺς. *Alia à Beneuento. vt addit. ſed falli, & ſcriptura tantùm, non loco differri puto.*

BENEFENSIS, *vide* BENNEFENSIS.

BENEHARNVM, *Antonino opidum Galliæ Aquitanicæ.* BENARNA *Greg. Turonenſi. Hodie* Hortenſis *dici, ſcribit Scaliger.* Bierne *eſt Nebriſſenſi.*

BENENNVM *Vallis, 2. Paralip. 28. & 33. vide* ENNOM.

BENENTENSIS *Epiſcopi, in Africa; eſt in Fragmento M. S. Vict. Vticenſis: quod habeo à Clariſſimo Lud. Hallero ab Hallerſtein.*

BENEPOTENTIS *loci epiſcopalis, in Mauritania, meminit Fragmentum M. S. Vticenſis.*

BENETIA βενετία, *regio Italiæ: Stephano in* Τροίᾳ. *Vide* VENETI.

BENEVENTVM, *quod olim* MALEVENTVM, *inquit Plinius.* βενεβεντον, & βενεβεντος, *Ptolemæo.* BENEBENTOS, & MALOENTOS, βενεβεντὸς καὶ μαλοεντὸς, *Stephano. Colonia eſt, in antiquo lapide. Pelignorum, in Samnitibus opidum, quod Leāder* Beneuenti *appellat.* CONCORDIA *Colonia cognominatur apud Frontinum. Olim* ARGYRIPPA *dictum, ſcribunt Suidas & Cedrenus. non ſine errore, vt puto.*

BENI, *vide* BENNA.

BENIBERA, *vide* ASCALON.

BENLAVNI, βενλαῦνοι, *Vindeliciæ populi ſunt Ptolemæo. Hodie in hoc tractu eſt* Wailheim *opidum. Vide* LEVNI.

BENNA βέννα, & BENA *Stephano Thraciæ vrbs, & inde Bennicus ſinus. item* BENNASII *populi, eidem.* BENÆ, *vel* BENI, *populi ſunt apud Plinium.* BENNICAM *præfecturam habet Ptolemæus.*

BENNAMIA βενναμία, *Epheſiorum Curia. Stephanus.*

BENNAVENTA, *Britannicæ inſulæ vrbs eſt Antonino. quam Lelandus æſtimat* Northeavondune *vocari. Eadem apud eundem Antoninum* BANNAVANTVM, & ISANAVANTIA *nominatur, vt docet Talbotus, in Commentariolo non edito, ad hoc iter Britanniarum. vbi vtrobiq; eodem modo debere ſcribi tradit. Bannauantum* Northampton *hodie vocari, vult G. Camdenus. qui hoc diſtin-*

diſtinguit à Banauanta. Vide ISANNAVARIA.

BENNEFENSIS Eccleſiæ, in Africa. Coll. Carthag. Vno N. BENEFENSIS eſt in Fragmento Vict. Vticenſis.

BENNESII, vide BENNA.

BENNOPOLIS, quæ nunc Hildesheim vrbs Saxoniæ. Surius in S. Bennonis vita.

BENTENSIS loci in Britannia, meminit lib. Notitiar. pro VENTENSIS, à Venta, vt ſcribit Guil. Camdenus.

BENTICHI, vide HERACLIA.

BENVM, vide BÆNVM.

BEPARA βέπαρα, Thraciæ opidum: Procopio 4. ædific.

BEPHYRVS Βηφύρος, apud Lycophronem. Macedoniæ fluuius eſt apud Iſacium huius Commentatorem. Circa Pieriam videtur. vide HELICON.

BEPYRVS vrbs, ponitur à Gerardo Mercatore in ſuo Ptolemæo ad Orientalem fluminis Gangis partem. hodiéque Bonpruo dici addit. Ego hoc vocabulum pro vrbis nomine, apud Ptolemæum non inuenio.

BEPYRRVS, vide TAVRVS.

BER, Theſaurus Goltzij ex Commodi nummo, habet COL. BER. SEC. Et ex Philippi, COL. BER. IO. M. H. Quid ſignificet, mihi incertum. An fortè BERYTI?

BERA, vrbs Palæſtinæ. Iudicum 9.

BERABÆ βήραβαι, Indiæ extra Gangem opidum, Ptolemæo. BEROBE interpreti.

BERABONNA Βηραβόννα, Ptolemæo eſt Indiæ extra Gangem emporium.

BERACVM, nomen loci, in Codice, lib. 7. titul. 19.

BERAMBE Βηράμβη, Babyloniæ vrbs, apud Ptolemæum. interpretes legunt BIRANDE.

BERANIA, vide GERANIA.

BERANENSIVM ciuitatis, id eſt, BENAINAS, meminit Liber Dignitatum; in Nouempopulana regione Aquitanica. Bierne Cœnali. vide BENEHARNVM.

BERATHSATIA, vide CELA.

BERAVA, Turonicæ vrbis pagus. G. Turonenſis 6.

BERBERES, fluuij nomen in Burgundia. teſtis Greg. Turonenſis 1. de Miraculis D. Martini. Idem in vita Lupicini habet BERBERENSEM vicum, quẽ ſuo tempore LIPIDIACVM vocari ſcribit. Ibidem TRANSALIACENSIS vici in Gallia, meminit.

BERBESVLA, vide BARBESOLA.

BERBICCÆ βερβίκκαι, populi, omnes ſeptuageſimum annum egreſſos interficiunt. Ael. Variæ hiſtoriæ 4. VEBICES Ptolemæi puto.

BERBIS βερβὶς, Pannoniæ inferioris opidum. Ptolemæus. Huius ruina quærenda in Barbowyna, vt cenſet Lazius.

BERCETESIVS βερκετήσιος, mons Macedoniæ, apud Ptolemæum. vide CERCETI.

BERCETVM Monaſterium in Bardonis Alpibus, à Luitprando constructum, habet P. Diaconus.

BERCORCATES Galliæ Aquitanicæ populi, apud Plinium. vbi hodie viculus Beaulieu dictus; vt quidam autumat, qui ſcribit vitam Radulphi Ardentis, impreſſam cum huius operibus.

BERDERIS, vide BIDERIS.

BERDIGVM FLAVIVM, Ptolemæo vrbs Hiſpaniæ, in Aſturica. BELGIDVM Antonini fortè.

BERDRIGEI populi, circa Margianam. Plinius.

BERE βέρη, Arabiæ Deſertæ vrbs. etiam Indiæ intra Gangem. Ptolemæus.

BEREA, vide BERZETHO.

BERECINGVM, locus apud Saxones Orientales, in Anglia. Teſtis Beda.

BERECYNTHIVS βερεκύνθιος, Mons Marſyæ amni vicinus: vt refert Plutarchus de Montibus. BERECYNTIVM tractum, in Caria regione, huic vicina, habet Plinius. Eſt & βηρεκυντος, vrbs Phrygiæ, & BERECYNTIA Regio, Stephano. iuxta Sangarium fluuium, vt addit Seruius. & idem adſerit Vibius. BERECYNTHIA vrbs, circa Nolon flumen, Feſto: vbi Æneam ſepultum ait. BERECYNTES Phrygiam & Troicam gẽtem facit Strabo 16. circa Idam habitantem. Vide NOLON.



BEREGABA βερεγάβα, Anguſtiæ apud Bulgaros, locus, Cedreno.

BEREGRANI, Piceni populi ſunt apud Plinium. VEREGRANI tres alij mei codices legunt. VERAGRANVM Agrum habet Lib. Limitum. Monte Granario hodie, vt putat Franciſcus Panphilus.

BERENICE βερενίκη, habet Stephanus opidum circa Syriam, quod PELLA vocatur. BERENICE, eidem. opidum prius CHIOS χῖος, dictum. At quibus in terris, nobis diuinandum reliquit. Africæ vrbs in Pentapoli regione, quam alio nomine HESPERIDES ἑσπερίδες, vocat Ptolemæus. Stephanus BERONICE per O. in ſecunda, & HESPERIS in ſingulari apellat. HESPERIA eſt Pomponio. Benich, hodie eſt, ſi Caſtaldo creditur, nam Berbich habet Marmolius. BERENICE, Ægypti ad Sinum Arabicum vrbs, Ptolemæo. BERNICE triſyllabicos corruptè apud Arrianum legitur, in Periplo Maris Rubri. Choſair Zieglerus vocat. Alchaſer Niger. idem eſt; Al, enim, quod Niger addit, articulus Arabicus eſt. (Sic quoq; Cairo & Alcairo hodie vulgo dicitur.) Plinius in hoc tractu præter hanc duo alia huius nominis opida ponit: quorum vnum PANCHRYSOS, alterum EPIDIRES cognominatum. Strabo & Mela quoque duas habet, ſed hic per O. in ſecunda. Hallucinatum Ioſephum vult Becanus, vbi ſcribit Berenicen hanc olim Aſion-Gaber vocatam. Plutarchus in vita Pyrrhi habet BERENICEN opidum in Epiri Cherſoneſo, ſic quoque Appianus in Mithridaticis. BERENICE etiam Thraciæ vrbs eſt Stephano, in voce Ἀδραιη, Ciliciæ quoque vrbs eſt apud eundem. qui ſex huius nominis vrbes numerat. Nouem videtur ex hac noſtra deſcriptione. Vide ASION GABER.

BERENICIDÆ βερενικίδαι, ſub Athenienſibus Ptolemaidis tribus pars. Stephanus. Per O. in ſecunda, Heſychio.

BERENICIDIS Mons, eſt in Goltzij Theſauro ex veteri inſcriptione. quæ Romæ exſtat.

BERENTHEATES βερενθεάτης, Arcadiæ amnis eſt, qui in Alpheum effunditur. In eiuſdem ripa eſt BERENTHE βερένθη, opidum. Auctor Pauſanias 8. BRENTHE diſſyllabicos, Stephano, & BRENTHEATES idem Paſanias, 5.

BERES βέρης Thraciæ ciuitas, apud Stephanum.

BERETHIS βερηθὶς, Æthiopiæ vicus, circa Nili plagam Orientalem, Ptolemæo.

BERETHRA βερέθρα; Græci vocant: ZERETHRA ζερέθρα, Arcades, inquit Strabo. Voragines quædam ſunt in Arcadia.

BERETRA βερέτρα Ptolemæo; Prægutiiorũ in Italia vrbs. Celino Niger appellat. Montorio alijs.

BEREVM, vide PETINA.

BEREX βέρεξ, gens inter Indiam & æthiopiam.

BERGA, vide BERGE.

BERGAN βεργᾶν, Suſianæ vrbs, Ptolemæo.

BERGE βέργη, Thraciæ vrbs, circa Cherroneſum, Stephano. BERGA βέργα, Ptolemæo eſt Macedoniæ vrbs, Edonidis regionis. Africæ Propriæ locus, eſt apud Antoninum. BERGEPOLIS βεργέπολις, Abderitarum vrbs, ſic Stephanus. quæ fortè eadem cum Thracia.

BERGEME, BETHLAPAT, & ARDA, (huius princeps Nerſan vocabatur) locorum nomina, apud Metaphraſtem, in vita S. Bademi. Situs mihi incognitus.

BERGENTIO, vide BREGETIVM.

BERGIDVM βεργίδον, Ptolemæo, Ilergetum vrbs. Commemoratur in antiquo marmore quod Tarrogonæ eſt in Hiſpania. Ciuitatis nomen, quæ hodie Vierço appellatur, Morali teſte. VERGIVM Liuij videtur.

BERGINE, Galliæ Narbonenſis vrbs. Sex. Auienus.

BERGINTRVM, & BERGNITRVM, (inconſtanti lectione) Antonino. Hodie eſt cœnobium D. Bernardo ſacrum. idq; in ſummo vertice Graiarum Alpium, vt prodit Simlerus.

BERGIO, SVETHANS, THEVSTHES, VAGOTH, HALLIN, LIOTHIDA, ATHELNIL, FINNAI-



FINNAITHÆ, FERVIR, GAVTIGOTH, EVAGORÆ, OTHINGI, RAVMARICÆ, RAVGNARICII, VINOVILOTH, SVETHIDI, COGENI, GRANNII, AGANZIÆ, VNIXÆ, ETHELRVGI, AROCHIRANNI, Scandiæ inſulæ barbarorum gentium nomina, apud Iornandem. corrupta fortaſſè pleraque. Vide BERGOS.

BERGISTANI, Hiſpaniæ populi ſunt inter Iberum & Pyrenæos, apud Liuium 34. Videtur eoſdem paulo infra VERGISTANOS appellare.

BERGIVM βέργιον, Germaniæ vrbs, Ptolemæo.

BERGNITRVM, vide BERGINTRVM.

BERGOMVM βέργομον, Plinio & Ptolemæo Cenomanorum in Italia vrbs; hodie Venetorum ditionis eſt, & Bergamo dicitur. teſte Leandro & alijs. PERGAMVM apud P. Diaconum vocatur. VERGAMVM legit Bongarſius, apud Trogum 20.

BERGOS, inſula circa Britanniam, videtur apud Plinium. Bergen Norwegiæ fortè innuit. & eſt. BERGIO, aut hallucinor, Iornandis.

BERGROBIN, ſuffraganeus locus, Syriæ: videtur apud Guil. Tyrium.

BERGVLA βεργούλη, Thraciæ vrbs, Antonino & Ptolemæo. βεργούλιον, Cedreno. qui eam quoque ARCADIOPOLIS nominatam tradit. Bergas hodie, Mercatori. BERGVLA quoq; Baſtitanorum in Hiſpania vrbs, Ptolemæo.

BERGVLIVM, vide BERGVLA.

BERGVSIA βεργουσία, Ilergetum vrbs Ptolemæo, in Tarraconenſi Hiſpania. In Pyrenæis eſt, & Pertus hodie dicitur, auctoribus Varrerio, & Beuthero. BARGVSIOS βαργούσιοι, populos habent Liuius & Stephanus. PERCVSAM videtur hoc loco habere Antoninus, pro quo Simlerus PERCVLA legit. BERGVSIA eſt quoque vrbs in Gallia Narbonenſi, auctore Antonino.

BERIA, locus Syriæ, apud D. Hieronymum: in vita Malchi, Circa Seleucidem regionem.

BERIDE βηρίδη, nomen loci littoralis, Cedreno. Circa Conſtantinopolim videtur.

BERIGIENA Liguriæ mons, circa Genuam. teſtis ænea tabula antiqua ibidem.

BERINI, vide TEROTÆ.

BERINSONA, vel BELINCIONIS caſtrum, vt Leander ſcribit. Bonauentura Caſtilioneus BILLINZONA: BILITIONIS caſtrum vocat Diaconus. opidulum Lombardiæ Tranſpadanæ, quod hodie Belinzona appellant. Niger putat AXIMA ἄξιμα, Ptolemæi in Centronibus eſſe.

BERIPARA βερίπαρα, Thraciæ opidũ. Procop. 4. Ædificiorũ.

BERIS βῆρις, Cappadociæ fluuius, Arriano in Periplo.

BERISA βερίσα, huius epiſcopum Quoduultdeum nominãt Canones concilij Carthaginenſis. Africæ Propriæ eſt.

BERITHRVS βήριθρος, Troica vrbs, apud Stephanum. BERYTIS eadem, apud eundem puto.

BERMIVS βέρμιον, Phrygiæ mons, ex quo Mydas metalla hauſerit, Strabo. Phthiotidis mons eſt apud Plinium. Pelaſgiotarum apud Ptolemæum videtur. Herodotus lib. 8. huius quoque meminit.

BERNAMA βέρναμα, Hedetanorum in Hiſpania opidum. Ptolemæus.

BERNENSES, Rhæticum opidum. Plinio. Vide VERONA.

BERNIA, vide HIBERNIA.

BERNICA βέρνικη, Epiri vrbs, Appiano in Mithridaticis. Ammonem Berenicæ epiſcopum, habet Euſeb. 7. Hiſt. Eccleſiaſticæ, cap. 21. Mendosè vtrobique pro BERONICE. Vide BERENICE.

BERNICIORVM Prouincia, in Britannia inſula. Beda.

BEROBE, vide BERABÆ.

BEROE, & alia lectio BIROE, Mœſiæ Inferioris ad Danubium opidum, Antonino, & lib. Notit. vtriuſque Imperij, ſed hic BIREVM BEROEN. vrbem à Saturno conditam, habet Nonnus in Dionyſiacis. Vide BERROEA.

BEROELIORVM βεροιλίων, meminit ex Traiani numiſmate, A. Occo. βεροιαίων legendum puto, à Beroea.



BEROMI, vnde vnus fortium Dauidis. 2. Samuel. 23. βαρχιμιτ, legunt 70. interpretes. Vide BAVRANITEM.

BERONES βήρωνες, Hiſpaniæ Tarraconenſis ſunt populi, apud Ptolemæum, & Strabonem. quos hic antea TYRIOS vocatos ſcribit. Vide VERO.

BERONICE, vide BERENICE, & ASIONGABER.

BERONICELIBIA, vide MASSYLA.

BERONICIDÆ, vide BERENICIDÆ.

BEROSABA, vide BERSABE.

BEROSVS, Taurorum collis, in eo tres fontes ſunt, ſine dolore, ſine remedio mortiferi. Plinius. Circa Arietis promontorium in Taurica Cherſoneſo puto. ex Plutarchi capite, de Tanai, vbi Beroſi olei meminit.

BEROTA locus, Ezech. 14. Vide BEROEA.

BEROTH vrbs, Ioſue 9. & 18. Vide BETHE.

BEROTHE, vide BETHORON.

BERRESA, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plinius.

BERRHOEA. Tres vrbes ſic dictas reperio: inconſtanti admodum ſcriptura. ſunt enim qui βέρροια, legunt: ſunt qui vno R. BEROEA. ſunt qui BEROE βεροῆ, & BOREA, vt Stephanus & Antoninus. Prima huius nominis eſt in Syria, Cyrrheſticæ regionis, Ptolemæo: inter Antiochiam & Hierapolim. ab vtriſque diei vnius itinere: vt ſcribit Procop. 2. Perſicor. (ex quo quis quartam Aſiæ tabulam Ptolemæi corrigere poterit.) Hæc hodie Aleppo ſiue Chalepium vocari, mihi auctores ſunt Zonaras, Choniates, Cedrenus, & Gyllius. item Ius Orientale, in quo hæc verba Berrhoea ſiue Chalepo. Altera Macedoniæ eſt, in Emathia regione. Plinio: Ptolemæo, & alijs. ad Bermij montis radices vt habet Strabonis Epitome. Huius etiam meminit D. Lucas in Actis. Hanc ab Irene Imperatrice refectam, & IRENOPOLIM nominatam, tradit Cedrenus. Sed hodie Veria vocatur, teſte Sophiano. Boor Leunclauio, an hoc Turcicum? illud Grecum? Tertiam in Thracia, ſiue Moeſia ponunt ſcriptores, vt ſunt Procopius, Ammianus, (apud quem BEROTA corruptè legit Accurſius) Sozomenus, & Iornandes. hic eam inter Nicopolim Moeſiæ & Philoppopolim Thraciæ conſtituit. De hac Zonaras & Hiſtoria Miſcella dicunt, quod Cedrenus de Macedonica, nempe Irenopolim ab Irene Imp. vocatam. Vide BEROE.

BERSABE Moyſi, quæ BERSANA Ptolemæo; Palæſtinæ vrbs, & terminus. Hodie Gibelin dicitur, Ex Brochardo, Giſtelio, & Volaterrano. Gallyn vocat Bredenbachius. Poſtellus ſcribit apud Ptolemæum BERSAMNE vocatam. fortè ex Latinis exemplaribus. Neutrum Ptolemaicum eſt, ſed Interpretum. Ptolemæus enim hoc loco MEZARMÆ μεζάρμαι, legit. BEROSABA fortè in lib. Notit. Bethgebrim, id eſt, domus Gabrielis, Arabicè nominari ſcribit G. Tyrius, Turbayſel autem vocat auctor Anonymus belli Hieroſolymitani.

BERSABORA, vrbs populoſa, ampla, munitiſſimaq; eſt, Zoſimo: PYRISABORAM vocat eam Ammianus. circa Naarmalcham amnem ſita eſt.

BERSAN, ſiue SERTOPOLIS Tertiæ Palæſtinæ metropolis, Guil. Tyrius. An fortè Betſan & Scythopolis legendum?

BERSILIA, vide BERZILIA.

BERSIMA βερσίμα, Meſopotamiæ vrbs: Ptolemæo.

BERSINVM, vel BELSINVM, Galliæ vrbs, Antonino. XII. M. paſſ. à Lugduno.

BERSOBE βηρσόβη, Galilææ vicus, à Ioſepho munitus, vt ſcribit in vita ſua.

BERSTVM, loci nomen; in Codice 11. Titul. 4.

BERSYNGA, vide SYPA.

BERTA βέρτα, Beſaltiæ regionis, in Macedonia vrbs, Ptol.

BERTISCVS βερτίσκος, Macedoniæ mons, Ptolemæo, & Strabonis epitome.

BERTISVM βερτισον, Thraciæ opidum, apud Procop. 4. de Aedificiis Iuſtiniani Imp.

BERVA, & BERVENSES, ſunt in Goltzij Theſauro, ex inſcriptione vetuſta. Circa Feltriam & Altinum videntur, in Gallia Ciſalpina.

BERVBIVM βερβίον, promontorium Albionis inſulæ. Ptolemæus. VERVVIVM legunt Latini interpretes. ὀυερουιον, erat in M.S. codice. Dume appellatur Boëthio, ſed falſo, vt tradit Buchananus. qui addit hoc Dunis Bei vulgo dici, vel vt alij pronunciant, Duncans Bei.

BERVLÆ, vide FVNDVS.

BERVNIVM, vide VIRVNVM.

BERVNVS βέρυνος, Italica vrbs, in medio Horicorum, ὡειικων, Stephanus. Sed νωρικων legendum, & eandem cum Viruno cenſeo. των Ωεικων, legit Græcus codex. idq́; librarij negligentia, qui ex prælectoris ore non animaduertit N. geminatum. των Νοεικων enim ſcripſiſſe ipſum Stephanũ, minimè dubito.

BERYBRACES, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi maritimi videntur, apud Sex. Auienum.

BERYTIS βέρυτις, Troica vrbs, Stephano.

BERYTOS βηρυτὸς, Phœniciæ vrbs, Ptolemæo, & alijs. Baruti, Oliuario nomen habet. Berytus Colonia, quæ FELIX IVLIA appellatur, inquit Plin. lib. 5. cap. 20. COL. AVGVSTA BERYTVS FELIX IVLIA, eſt in nummo. Hanc ſtudiorum matrem, vocat Eunapius. Et Phœniciæ ornamentum, Agathias. BERYTOS, Arabiæ vrbs Stephano, quæ prius DIOSPOLIS vocabatur.

BERZETIA βερζητία, Bulgariæ circa Thraciam locus videtur, apud Cedrenum. BERITIA habet Diaconus. vt annotauit Xylander. BERZITIA in Hiſtoria Miſcella 22. An idem cum Berzilia?

BERZETHO, βηρσηθώ, Palæſtinæ villa, Ioſepho Antiq. 12. BEREA eſt 1. Machab. 9.

BERZILIA Sarmatiæ Primæ regio. Hiſtoria Miſcella 19. Vide BERZETIA.

BERZOBIS. Inde Berzobim, deinde Aixi proceſſimus. ſic Priſcianus, ex primo Dacicorum Traiani.

BESA, nomen loci in Ægypto videtur, circa Abydum. Ammianus enim 19. hic Beſæ Dei, localiter ſic appellati, meminit. An circa Memphim, vbi Beſſa? Attici agri tribum, ſic vocatum, ſcribit Pithoëus 1. Aduerſarior. cap. 4. Vide BESAENSES.

BESADÆ βησάδαι, Ptolemæo ſunt Indiæ extra Gangem populi, qui apud eundem PLADÆ πλάδαι, dicuntur. Sunt enim breues, inquit, craſſi, lati, atque preſſa facie, colore candido. In Latinis codicibus TILEDÆ & BASADÆ per A. in prima legitur.

BESAENSES βησαιεῖς, Attica curia. Strabo.

BESALTIA, vide BISALTIA.

BESANDVCEM βησανδουκη, vicum, Eleutheropolis præfecturæ, Epiphanij patriam, habet Calliſtus 11. cap. 39.

BESARA βησαρα, ſtadio vigeſimo à Gaba; in Ptolemaidis confinibus. Vita Ioſephi. Galliæ Narbonenſis vrbs quondam, teſtis Auienus, in Ora Maritima. An Beliers?

BESARO, Gaditani conuentus opidum. Plinius.

BESBICVS βέσβικος, Stephano & Plinio, idem Straboni, Propontidis inſula: in eius vmbilico, Ammiano: Bellonius & Mercator Calomio appellant. Theuetus dicit Zoëgua Arabibus dici; & ſtatim alio in loco addit Burſe vocari.

BESBIVS, vide VESEVVS aut VESVVIVS.

BESCIA βεσκία, Stephano Auſoniorum vrbs eſt. Ambroſius Leo putat eam in Samnio fuiſſe. ſed ea deleta, ciuium reliquias tranſmigraſſe in locum propinquum, & opidum condidiſſe, quod hodie Veſciano vocatur. Eſt autem hoc opidum in confinibus Hirpinorum & Campanorum, prope Nolam. An Veſcia Liuij, aut Veſcianum Ciceronis? Vide BESIDIÆ.

BESECHAT, patria Ididæ, matris Ioſiæ regis Iſraël. 4. Reg. 22. BOSCETH βοσκέθ, Ioſepho nominatur. βοσκωθ habent 70. interpretes. Vide BEZAETH.

BESEDIS, vide BEDESIS.

BESEMELEL Egeſippo 1. BEMESELIM βεμεσελιμ, Ioſepho de bell. Iud. 1. cap. 3. ſed eſt qui ibi MESSELIM legit. Palæſtinæ vrbs eſt.

BESER, vide BOSOR.

BESTACVM βησιακὸν, poculum, nominat Pollux. an à loco, ſubdubito.

BESIDA βεσίδα, Caſtellanorum in Tarraconenſi Hiſpania vrbs, Ptolemæo.

BESIDIÆ, Brutiorum opidum, Liuio lib. 30. Barrius putat idem à Stephano BESCIA βεσκία, dici: & hodie Beſidiano. Mazzella Biſignano legit.

BESILLVS Fluuius, Hiſpaniæ Bæticæ, eſt apud Sex. Auienum.

BESIMOTH βησιμωθ, Iudææ vrbs, Ioſepho belli Iudaici 5. cap 3. BETESMON eſt apud Hegeſippum.

BESIPPO, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, apud Plinium, & Melam, qui eam Freti oram occupare dicit. Ciclana fortè hodie, ait A. Schottus. Ptolemæus eam in mediterraneis ponit ſed per Æ. diphthongum in prima. Vide MENESTHEI Portus.

BESIRA, vide SIRA.

BESOR, 1. Reg. 30. torrentis nomen. βοσὸρ, legunt 70. interpretes. BASELON βάσελον, apud Ioſephum eſt. Videtur THABATA Sozomeni.

BESSA βῆσσα, Locrorum Epicnemidiorum vrbs eſt apud Strabonem, Homerum, & Stephanum. Municipium eſt Antiochiæ tribus, apud Suidam. Eſt & Ægypti pagus, circa Memphim. Heliodorus 6. & 7. BESSÆ meminit quoque codex Theodoſianus.

BESSÆ, vide BESSI.

BESSAPARA, Thraciæ vrbs, Antonino. XXII. M. P. à Philippopoli. Vide BESYPARVM.

BESSARA βεσσάρα, Aſſyriæ vrbs, Ptolemæo.

BESSI βεσσοὶ, Thraciæ populi ſunt Solino, & Herodoto, ad Neſſum amnem. Liuio & Straboni ſunt ad Æmum montem. Vſcudamam vrbem habitare, ſcribit Eutropius. BESSÆ ſunt Suetonio in Auguſto. (Pro Beſſi MESSI ſemper legi in M. S. annotauit Caſaubonus.) Hi TETRACHORITÆ, & TETRACOMI vocantur, vt teſtis Stephanus. Strabo tradit eoſdem à prædationibus PRÆDONES λῃσαὶ appellatos. BESSICAM Præfecturam habet Ptolemæus. Beſſos auri quæſitores, habet Latinus Pacatus. BESSI propiores Danubio & Getis ſunt Ouidio in triſtibus, vbi Boſnia fortè hodie.

BESSYGA βήσσυγα, Indicum emporium Stephano. & BESSYGAS fluuius, & BESSYGITÆ populi anthropophagi, ibidem. vide BABYSENGA, BESYNGETI, & SYPA.

BESTINI βεστῖνοι, Italiæ populi ſunt apud Suidam VESTINI ὀυεστινοι, Ptolemæo, Liuio, Plinio, & alijs. In Campania, vicini Falernis. Etiam vrbis apud illos nomen. VESTINVM ſaltum habet ibidem Liuius.

BESVCHIS circa Cteſiphontem vrbs, Zoſimo 3. Ammianus eam non nominat: ſed deſcribit tamen in medio flumine: lib. 24.

BESVLA vide BETVLLO.

BESYNGA, vide SYPA.

BESYNGETI βεσυγγιτοι, Antropophaga gens, in India extra Gangem, Ptolemæo. BESSYGITÆ ſunt Stephano. Vide BESSYGA.

BESYPARVM βεσύπαρον, Thraciæ opidum habet Procop. 4. ædific. BESSAPARA fortè Antonini.

BETA, eſt apud Plinium Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs.

BETACHORA, vide BETHORON.

BETADALIVM, vide DÆDALIVM.

BETÆ, vide BATÆ.

BETAGABEORVM vicus, vel TAGABEORVM, à Gaza ad duodecimum lapidem; habet Surius in S. Euthymio Abbate.

BETAGBARENSIS loci, in Africa meminit concil. Carthag.

BETANE βεταινη, circa Palæſtinam opidum. Iudith. 1.

BETARIS βήταρις, Idumeæ vicus. Ioſephus belli Iud. 8. cap. 4.

BETARMONES, vide CVRETÆ.

BETARO, Phœniciæ vrbs maritima; inter Dioſpolim & Cæſaream Stratonis, Antonino. BETHARO & BEDARO legit quoque Simlerus. BÆTHARRVM Stephani putat Hermolaus.



BETASII, Tacito & Plinio, Galliæ Belgicæ populi. Beato Rhenano videntur Brabantiæ populi, vulgò Peelanders dicti. De Betaſiis hæc dicit Pet. Diuæus: Vicus eſt haud procul Halis Brabantiæ opido, Beets nomine, qui an Betaſiorum nomen referat, vt aſſeuerare nolim; ita indubitatum habeo, Betaſios illic habitaſſe. Placentinus ponit Traiectum ad Moſam, in Betaſiis. vide VETASIORVM.

BETASIMVS, fluuij nomen, in Ægypto aut Syria videtur. apud Io. Moſcum, in vita Theodori.

BETAVI, vide BATAVIA.

BETELON Caſtrum, in Syria. Rob. Monachus.

BETEMESTHAM βετμεσθαμ, circa Bethuliam vrbs: Iudith 4. Per O. in ſecunda, & A. in tertia legitur, cap. 15.

BETERNÆ, vide BLITERÆ.

BETERRARVM vina in Gallia apud Plinium 14. cap. 6. laudantur. An Bliterarum legendum?

BETESMON, vide BESIMOTH.

BETHABARA, vide BETHANIA, & ELLESI.

BETHACAREM (βηταχάρμα, 70. interpretib.) vrbis nomen; Hieremiæ 6.

BETHAGATO βηθαγάθω, Palæſtinæ vrbs, Alexionis patria; Sozomeno.

BETHAGLA, Palæſtinæ locus: Ioſue 18. Vide ATAD.

BETHALAGA, vide BÆTHBASEM.

BETHALLAHA, Meſopotamiæ vrbs. Lib. Notitiar.

BETHAMMARIA βηθαμμαρία, Syriæ vrbs ad Euphratem. Ptolemæus. Vide BEMMARIS.

BETHANA βεθανα, Ptolemæo Babyloniæ vrbs.

BETHANAM, locus, 3. Reg. 4. βαιθαναν, 70. interpretibus.

BETHANIA βηθανία, ciuitas ad montem Oliuarum. Matth. 21. Marc. 11. & Ioannis 1. ſed hic BETHABARE legendum vult Suidas. non ſine errore autem: vt docet And. Maſius ad 3. cap. Ioſuæ.

BETHANIM, locus Palæſtinæ, Ioſue 13. βοτανιμ, legunt 70. Interpretes.

BETHANOTH, Palæſtinæ locus. Ioſue 15. 19. Iudicum 1, βηθαναθ, 70. interp.

BETHAPHNA, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

BETH-HARA, Galilææ opidum, non longè à Mari Tiberiadis. IVLIAS poſtea ab Herode nominatum ſcribit D. Hieronymus. ἰουλίας Ptolemæo eſt. BETHARANTIVM ad Iordanem, meminit quoque Ioſephus 2. Belli Iud. cap. 2.

BETHARABA, locus terræ Chanaan. Ioſue 15. 18. Per αι. in prima 70. interpretibus.

BETHARAM, locus Palæſtinæ. Ioſue 23.

BETHARAMPHTHA βηθαραμφθα, Palæſtinæ opidum, ab Herode IVLIA dictum fuit. Ioſephus Antiquit. 18. cap. 3. Idem cum BETH-HARA, puto.

BETHARGA βηθάργα, Mediæ opidum, apud Ptolemæum. THEBARGA interpreti.

BETHARIA Ager Noeman, ſtadiis diſtat à Hieroſolyma 150. ab Eleuthropoli 40. vbi Zacharias propheta ſepultus. Dorotheus.

BETHAVEN, locus in terra Chanaan, circa Bethel & Hay. Ioſue 7. 18. & 1. Samuel 13. Bethel ipſa (quod domum Dei ſignificat) poſtea BETHAVEN .i. domus iniquitatis) dicta fuit: cum falſos Deos recepiſſet. quòd annotauit Maſius ad 3. cap. Ioſuæ. Idem D. Hieronymus.

BETHAVLA, vide ABELMEVLA.

BETHAVNENSIS in Arabia, Epiſcopus Sopater, vel Soſipater, nominatur in concilio Niceno.

BETHAVTHA, vide BÆTHAVTHA.

BETHBERA, Palæſtinæ locus: Iudic. 7. per αι in prima. 70. interpretibus.

BETHBESSEM, vide BÆTHBASEM.

BÆTH-CÆNO, & BETH-RAMAN, Aſſyriæ ciuitates, Andreæ Maſio: ſed incertæ poſitionis. In libello Moyſis de Paradiſo, à Plantino excuſo.

BETHCHAR βαιθχαρ, in Palæſtina, 1. Samuel. 7.

BETHDAGON, vide DAGON.

BETHE, & BEROTH, ciuitates Adadezer, regis Sobæ. 2. Samuel. 8. βεταία, & μαχων legit Ioſephus.

BETHEL, nomen vrbis in Tribu Beniamin, quæ quoque LVZA dicebatur. teſtis liber Geneſeos cap 12. 28. & 35. Ioſue 15. 18. βαιθηλ, legũt 70. interpretes. BETHELIA eſt Sozomeno & Calliſto. Beniamin eam Sargoreg vocat. Pro LVZA legit VLAMMAVS Iuſtinus philoſophus, in libello Veritatis Chriſtianæ. ſic quoque 70. interpretes. non ſine errore autem D. Hieronymo teſte. LVZA alia autem eſt ab hac, apud Hethæos. Eſt & montis nomen: Samuel 1. cap. 13. Vide BETHAVEN, & HIEROSOLYMA.

BETHELLA, vide BETHEL.

BETHEM, Palæſtinæ locus. Ioſue 19.

BETHEMECH βηθαεμεχ, locus in Palæſtina, Ioſue 19. BETHMESRA legit Chaldæus.

BETHENNABRIS βηθενναβρὶς, Iudææ vicus. Ioſephus belli Iud. 5. cap. 2.

BETHERA, vide BETHTHERA.

BETHENNIN, vide AHEMREMMON.

BETHERAI, βεθβαραι, 70. interp. locus vbi habitabant filij Semei. 1. Paralip. 4. vide BETHLEBAOTH.

BETHESDA, vide BEZETHA.

BETHET, SENI, TYMBASCI, item THEBET regio & vrbs. loca Serapioni, vnde muſcus adſertur.

BETHIESIMVTH locus. Ezechiel. 25.

BETHTHLEBAOTH, locus in tribu Symeon. Ioſue 19. In Paralopomenis vocatur BETHBIRI, quod annotauit And. Maſius. BETHERAI eſt D. Hieronymo.

BETHLEHEM, in Tribu Iuda, vrbs; quæ quoque EPHRATA dicta fuit. teſtis Euſebius, in Præp. Euãgelica ex capite Geneſeos 35. & 48. vbi loco Euphrate HIPPODROMON legunt 70. interpretes. Stephanus βηθλεεμα, ſcribit. In tribu Zabulon alter BETHLEHEM, auctore D. Hieronymo.

BETHLEPTEPHON βεθλεπτηφων, Toparchia quædam in Iudæa. Ioſephus belli Iudaici 5.

BETHMACHA, vide ABELA.

BETHMARCHABOTH, locus Palæſtinæ, vbi habitabant filij Semei. Ioſue 19. & 1. Paralip 4.

BETHMAVS βηθμαοῦς, vicus quatuor ſtadijs à Tiberiade in Ioſephi vita.

BETHNEMBRA, vrbs à filiis Gad extructa. Num. 32. Ioſue 13.

BETHNOADARA, BETHLABVCA, & BITHMADA, pagorum Perſici regni nomina, apud Metaphraſten, in vita S. Acepſimæ.

BETHOLEMEM Toparchiam, habet in Palæſtina, Plinius. An à Bethlehemo?

BETHOME βηθόμη, Syriæ vrbs. Ioſephus Antiq. 13. cap. 22.

BETHOMERON, In Ruben, Ioëlis prophetæ patria. Dorotheus.

BETHORA, Arabiæ vrbs. Lib. Notitiar.

BETHORON, Palæſtinæ locus, Ioſue 10. 18. βηρωθη, Ioſepho, & Galilææ Superioris vrbem vocat. Duplex eſt, Inferior & Superior, 1. Paralip. 7. & 2. Paralip, 8. Eius etiam mentio eſt 3. Reg. 9. vbi Ioſepho BETACHORA eſt. Quæ inferior cognominatur, Beniamitis fortè obtigit: quæ Superior, Ephraimitis. ſed Leuitis poſtea attributa fuit: vt docet A. Maſius, ad 10. cap. Ioſue. An Beddore Ptolemæi?

BETHPHAGE βηθφαγῆ, locus ad montem Oliuarum. Matth. 21. Luc. 19. BETH-POGE legit Syrus.

BETHPELETH, Palæſtinæ locus. Ioſ. 15.

BETHPHESES, locus in Palæſtina, Ioſ. 19.

BETHPHOGOR, vide PHOGOR.

BETHRAAB, vide ROOB.

BETHSAIDA, βηθσαιδα, Galilææ opidum. Matth. 11. Marci 6. Iuxta lacũ Genezareth deſcribit illud Ioſephus, Antiquit. 18. cap. 3. & IVLIAM cognominatam ſubdit.

BETHSEMERA, vide BETHSAMES.

BETHSAMES, Palæſtinæ locus: Ioſ. 19. & 1. Reg. 6. Ioſepho in tribu Iuda eſt, & BETHSEMERAN vocat 9. Antiq. 10. Plures huius nominis vrbes fuiſſe, putat Adri-

chonius. Duas facit D. Hieronymus in Locis Hebraicis. vnam in tribu Nepthalim: alteram in tribu Beniamin.

BETHSAN, Iudææ locus. Ioſue 17. Vide SCYTHOPOLIS.

BETHSECA, locus Paleſtinæ, Iudicum 7. βαιθασεττα, 70. interpretibus.

BETHSEMES, vide HELIOPOLIS.

BETHSIMON, manſionis nomen. Num. 32.

BETHSIMOTH, locus. Ioſue 12. ISIMON vocat D. Hieronymus in locis Hebraicis.

BETHSOR, Palæſtinæ locus, Ioſue 15. BETHSVR, vrbs à Salomone extructa. 2. Paralip. 11. BETHSVRA, Iudææ vicus, 1. Machab. 4. & Ioſepho 12. Antiquit. cap. 11. BETHSVRVM βηθσουρον, vrbs Iudææ. Ioſepho belli Iud. 1. cap. 1. Fortè Bethſura caſtellum, ſtadijs quinque à Hieroſolymis. 2. Machab. 11. Adi And. Maſium ad 15. caput Ioſue. BETHSVR in tribu Iuda ſiue Beniamin, hodie Bethoron vicus eſt euntibus ab Ælia Chebron, in vigeſimo lapide. Sic D. Hieronymus in locis Hebraicis.

BETHTHERA βηθθηρα, vrbs non longè à Hieroſolyma. Euſeb. in hiſtoria eccleſiaſtica. BETHERA interpreti.

BETHVL, Ioſue 19 locus Paleſtinæ in tribu Symeonis. Idem eſſe cum CHESVL apud eundem 15. annotauit Maſius.

BETHVRA βηθοῦρα, Aſſyriæ vrbs, Ptolemæo. THEBVRA interpreti.

BETHVRIA, vide BÆTVRIA.

BETHVZA, BETHLAPAT, & SADEC, circa Perſidem videntur loca: in vita S. Sadathi Epiſcopi.

BETHZACHARIA, vide BÆTHZACHARIA.

BETHZECHA, & BETHZETHO, vide BEZÆTH.

BETILIVM, locus Palæſtinæ circa Ægyptum eſt; apud D. Hieronymum, in vita Hilarionis.

BETOMASTHEM, vide BETEMESTHAM.

BETORICÆ, de quo ſic Æthicus Sophiſta. Apud Orcadas inſulas & Betoricas orichalcum plurimũ inuenit. G. Camdenus (cui in hoc argumento non parum tribuo) putat hunc Æthicum Hebrides, hoc nomine ſignificare.

BETPROCLVM, Phœniciæ vrbs. lib. Notitiarum.

BETRIACVM, vide BEBRIACVM.

BETTÆA, Vide BETHE.

BETTEGENE, Palæſtinæ locus; Guil. Tyrio.

BETTERES βετῆρες, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, circa mare: inter Iberum & Pyrenæos, Straboni. VETERES interpretatur Xilander. SECERRAS Antonini mallet Caſaubonus.

BETVLA, vide BÆCVLA.

BETVLIA βετυλύα, vrbs Iudeæ, ex Iudithæ hiſtoria cognita. βετυλοία, eſt apud Suidam. Eſt in itinere inter Ptolemaidem & Tiberiadem, ſi Brochardo creditur.

BETVLLO Melæ, BÆTVLO, βαιτυλων, Ptolemæo, & Plinio. Hiſpaniæ Tarraconenſis opidum, quod Florianus Ant. Auguſtinus; & Moralis, Badelona vocant. Eſt apud eundem etiam BETVLLO fluuius, in eodem tractu, ad Iouis montem, quem fluuium hodie Beſon, vt Tarapha; aut Beſes, vt Florianus; vel Beſons, vt Varrerius tradit, appellant. BESVLA vocatur in Scipione, qui Plutarcho adſcribitur.

BETVLO, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs apud Liuium; quam Moralis putat circa Baeça & Vbeda fuiſſe; in Andaluzia. BETVLA ego lego in codicibus olim excuſis. Sigonius verò habet BÆCVLA. Βαίκυλαι meminere Stephanus & Polybius, circa Herculis columnas.

BETVNICA, Hiſpaniæ vrbs, Antonino, circa Aſturicam. BEDVNIA forſan Ptolemæi.

BETVRIA, vide BÆTVRIA.

BETVSA βετοῦσα, Meſopotamiæ iuxta Tigrim opidum, Ptolemæo. BETVM eſt interpretibus.

BEVCENNENSIS Plebis, in Africa, mentio in Collatione Carthaginienſi.

BEVDOS, (quod ſignificat vetus) Phrygiæ opidum, videtur apud Liuium 38. παλαιὸν βεῦδος eſt Ptolemæo. in Pamphilia, ſed Phrygiæ tamen.

BEVE vide BEYE.



BEVMARIS in Aldini, VEVMARIS in Simleri Antonini itinerario: Cœleſyriæ opidum. EVMARIS alia lectio. BEMMARIS fortè legendum. cuius alio in loco idem meminit.

BEVVS, Macedoniæ fluuius eſt, apud Liuium 31. Βεῦς Stephano.

BEYE βεύη, Macedoniæ ciuitas iuxta Beuum fluuium. Stephanus.

BEZABDE, vrbs Aſſyriæ; quam veteres quoque PHOENICHAM appellauere, inquit Ammianus 20. PHINICHAM alius codex legit. BIZABDA legit D. Hieronymus in Chronicis.

BEZÆTH βηζαιθ, loci nomen, 1. Machab. 7. BETHZECHA legit D. Hieronymus. & βηθζηθὼ Ioſephus Antiquitatum 12.

BEZEC, locus Palæſtinæ: Iudic. 1. ζεβεκα, legit Ioſephus. An Zebeca Stephani? Duæ villæ nomine BEZECH, tempore D. Hieronymi erant vicinæ inter ſe.

BEZEDEL βεζεδὲλ, vicus Iudeæ. Ioſephus belli Iudaici 3. cap. 1.

BEZENI βηζηνοὶ, Galatiæ Gens, apud Ptolemæum.

BEZEREOS, Africæ locus, apud Antoninum. BIZERENTANI Limitis meminit lib. Notitiarum.

BEZETHA locus, in vrbe Hieroſolyma: Ioſepho 2. belli Iud. BETHESDA apud Hegeſippum.

BEZIOTHIA, vide BAZIOTHIA.

BEZIRA, (Beira, ſine z. legit alius codex) Indiæ opidum. Q. Curtius 8. BAZIRA legit Arrianus.

BIABANA βιαβάνα, Arabiæ Felicis opidum. Ptolemæus.

BIADYNA, vide BIANDINA.

BIANDINA βιάνδινα, Laconicæ opidum, Ptolemæo. Prignico Mar. Nigro. BIADYNA βιάδυνα, ſine N. legit Plethon.

BIANNA, vide VIENNA.

BIANORA, vide GALLIA CISPADANA.

BIAS βίας, amnis in Meſſenia. Pauſanias.

BIASARI βιασάροι, regionem Indiæ habet Strabo interpres ABISARI legit. Abiſarem regem habet Curtius. SABIZARES, & alia lectione SABARSANES habet Diodorus. Abiſarum loci nomen eſſe, apud Suidam, addit Xylander. ſed & apud Phauorinum quoque. Circa Taxilam eſſe reor.

BIATIA, Ptolemæo Hiſpaniæ vrbs. Baeza hodie, Ioanni Marianæ. Vide LAPIDES ATROS.

BIBACTA βίβακτα, & DOMA δόμα, inſulæ ſunt circa Indi fluminis oſtia. Arrianus in Indicis. BIBAGA fortè Plinij.

BIBACVM βίβακον, Ptolemæo, Germaniæ vrbs. Bibrach eſt, niſi fallat Villanouanus.

BIBAGA, vide BIBACTA.

BIBALA, vide BVRBIDA.

BIBALI βίβαλοι, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis. & in ea FORVM BIBALORVM, Ptolemæo. VIBALI ſunt apud Plinium. Vide AQVIFLAVIENSES.

BIBASIS βίβασις, Indiæ fluuius eſt Ptolemæo, in Indum ſe exonerans HYPANIS ὕπανις, Straboni eſt. & HYPASIS Plinio. quod ante me dixit Villanouanus, in Geog. Ptolemæi. HYPHASIS Philoſtrati 2. vita Apollonij videretur, niſi is eum in mare egredi ſcriberet, libro 3.

BIBASTVS βίβαστος, Stephano Thraciæ vrbs eſt.

BIBERIS fluuij, in Sequanam confluentis, meminit vita S. Germani Pariſienſis Epiſcopi.

BIBESIAM, PERESIAM (PEREDIAM legit Feſtus) fictitias voces, pro regionum nominibus, habet Plautus in Curculione. Ibidem & alias, eiuſdem generis.

BIBENSES, vide BIBONVM.

BIBISCVM, Antonino, Viuis Simlero. opidum eſt inter Auguſtam Prætoriam, & Aug. Rauracorum.

BIBIVM, Antonino Liburniæ vrbs: quæ hodie Billigrack Simlero. BILBILIS legit Lazius. qui Spilemberg ex eo facit. BIBILIS alius codex legit.

BIBLE, vide BILBA.

BIBLIA βιβλία, Thraciæ regio; quæ poſtea TISAREπαρη, & OESYMA οἰσύμη, dicta fuit. Athenæus. Inde idem vitem Biblinam vocat, quam quoque εἰλεὸν, nominat. BIBLINA βιβλίνη, regio eſt Stephano.



BIBLIAPHORIVM βιβλιαφόριον, vicus in Libya nomo. Ptolemæus.

BIBLINA, vide BIBLIA.

BIBLIS βιβλὶς, Mileſiorum in Caria vrbs, Pauſaniæ, & Ant. Liberali. Ibidem fons BIBLIS, quem dictus Liberalis dicit Lacruma Biblidis vocari.

BIBLVS βίβλος, Naxi inſulæ fluuius. Stephanus.

BIBONA, vide HIPPO.

BIBONICVM Promontorium, ad quod maximam thynnorum piſcationem deſcribit Ælianus 15. Animal. In Græco βιβώνιον, & βιβωνικὸν legitur. Neſcio vbi ſit, fortè circa Euxinum mare alicubi.

BIBONVM ciuitas, Tacito lib. 13 Romanis ſocia. Ad Nicrum fluuium eſt, verſus Decimatos agros, ab eodem commemoratos. Bibelingen & Bebenhuſen non multum alludere videntur. BIBENSES in antiqua inſcriptione vocantur. Hæc Rhenanus. Sed vide FEBIANA, & IVHONVM.

BIBRACTE βιβρακτε, Æduorum longè maximum & copioſiſſimum opidum; Cæſari, & Straboni. Beaulne Orontio, in ſua Galliæ tabula; item Vigenereo: Bibracte aliquando IVLIA dicta fuit, niſi corruptus ſit locus Panegyrici Conſtantino dictus, vbi hæc in calce leguntur: Bibracte quidem hucuſque dicta eſt Iulia. Bibracte & Auguſtodunum vnum & eundem locum deſignare, vult Petrus Santo-Iulianus in ſua Burgũdia. Marlianus ſcribit Bibracte nomen retinere. cui magis fido. nam Beureƈt hodie vocari, à Ioanne Macario habeo: & quatuor milliaribus ab Auguſtoduno diſtare: idq; verſus Septẽtrionem & paullulum ad Occidentem. ſed locum eſſe deſertum, vepribus & dumis obſitum.

BIBRANTENSIS Archidiaconi; meminit Epiſtola Iuonis 89. In Gallia locus, ni fallor. Et fortè Bibractenſis legendum, à Bibracte.

BIBRAX, Cæſari Remorum, in Gallia opidum. Braine, quatuor millibus à Sueſſione. H. Leodio: Bray in comitatu Rhetelenſi, H. Stephano in Dictionario ſuo. Breſne eſt Vigenereo.

BIBROCI, pro quibus nõnulli BIBROCASSI legunt, ſunt Britanniæ inſulæ populi apud Cæſarem. Glareanus eos nominat Bibrogger. The Hundred of Bray vocat Camdenus: cui potius fidendum, vt magis huius perito.

BICE, vide BYCE.

BICENSIS loci, in Africa, meminit Coll. Carthag.

BICENTION, vide VESONTIO.

BICVRGIVM βικούργιον, Germaniæ vrbs Ptolemæo. Pyramio in ſua Germaniæ tabula Erffurdt eſt; quæ hodie maxima totius Germaniæ vrbs cenſetur.

BIDA βίδα, vrbs & colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Ptolemæum. BEDA legunt interpretes Latini. BIDENSIS Limitis meminit lib. Notit. in Africa Propria.

BIDAIVM Antonino Auſtriæ opidum eſt, Dietmainung hodie dictum, vt ſcribit Lazius. Nonnulli Birckhauſen volunt, vt Simlerus ſcribit. qui illud BADACVM Ptolemæi putat. AVGVSTA BADACVM eſt in Theſauro Goltzij, ex vetuſta inſcriptione.

BIDASPIS βιδάσπις, Ptolemæo amnis, in Indum fluuium ſe exonerans. HYDASPES Straboni, Luciano, & aliis eſt.

BIDERIS βιδέρις, Ptolemæo, BERDERIS interpreti; Indiæ intra Gangem vrbs.

BIDIL. municipium Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Antoninum.

BIDINE, vrbs Scythiæ, Suidæ. βιδίνη, Bulgarorum vrbs eſt Cedreno & Zonaræ. An in Budinis?

BIDINI, Siciliæ populi Plinio. quorum opidum BIDIS eſt apud Ciceronem lib. 2. in Verrem. vbi ſcribit tenue eſſe opidum, non longè à Syracuſis: eius populos autem Bidenſes, & Bidinos vocat. Fortè vbi hodie Bigenis ager viſitur: aut vbi D. Ioannis Abidini ædes ſacratæ ſunt, vt Aretius & Fazellus putant. Bizini quidam anonymus, ſed huius inſulæ valdè tamen peritus.



BIDIS, vide BIDINI.

BIDIVS, vide BIDVS.

BIDVCESII βιδουκέσιοι, Galliæ Lugdunenſis populi. Ptolemæus.

BIDVS βίδος, Siciliæ caſtellum, Stephano. cui & aliud BIDIVS βίδιος, in Taurominitanorum agro, eiuſdem inſulæ.

BIDYNE, vide BIDINE.

BIENDIVM portus, vrbs Cantabrorum. Plinius.

BIENNVS βίεννος, vrbs Cretæ, apud Stephanum. Vide VIENNA.

BIEPHI βίηφοι, Daciæ gens, Ptolemæo.

BIESSI βιεσσοὶ, Sarmatiæ Europææ populi, apud Ptolemæũ.

BIGAI, vide VAGAL.

BIGASTRVM, ciuitas Epiſcopalis in Hiſpania. huius meminit concilium Toletanum. Moralis ſcribit fuiſſe in tractu qui la Mancha hodie dicitur: verſus Caporlam.

BIGERMANICIANA, vide GERMANICIANA.

BIGERRA βίγερρα, Baſtitanorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo & Liuio; Bejar, Beuſero & Vaſæo videtur. Florianus ſe neſcire fatetur, quod nomen hodie habeat Bigerra. Cluſius verò Villena docet eſſe, ex eius loci vetuſtis Inſcriptionibus, quæ Bigerra legunt. In regno Valentiæ hæc eſt.

BIGERRIONES, Cæſari Galliæ Aquitanicæ populi, BIGERRI Plinio & Pontio Paulino, qui eos Pellitos cognominat. BEGERITANI Auſonio, & BIGERRICVS Ager Sidonio. BEGORRAM eius ciuitatem, habet G. Turonenſis 9. BIGORRITANÆ Eccleſiæ Epiſcopalis in Gallia, meminit Maticonenſe Concil. II. Bigorre Orantio Fineo, Scaligero, & Vineto. Vide TVRSAMBICA.

BIGIS βιγίς, Drangianæ vrbs, Ptolemæo.

BIGORRA, vide BIGERRIONES.

BII βιοὶ, ſunt apud Ptolemæum Pannoniæ Superioris populi.

BILÆNA βίλαινα, Ptolemæo Arabiæ Felicis vrbs. BILBANA habent interpretes. Berou apud Caſtaldum eſt.

BILÆVS, BILIS, & BILLÆVS, vide ZALISCVS.

BILBA βίλβα, Babyloniæ opidum, Ptolemæo. BIBLE legunt interpretes.

BILBANA, vide BILÆNA.

BILBILIS βίλβιλις, eſt Straboni Hiſpaniæ Tarraconenſis opidum, in Celtiberis; Martialis poëtæ patria. Hæc BILBIS βίλβις, corruptè Ptolemæo. Vulgò Calataiud dicitur. vt putant Villanouanus, & alij. AVGVSTA BILBILIS eſt in æreo Tiberij Imp. nummo. Sed hanc Bilbilim non eſſe Calataiud, docet Gaſpar Varrerius in ſuo Itinerario Luſitanica lingua excuſo; ſcribit enim Calataiud in campeſtri loco ſitum: Bilbilis verò in monte, vt multis verſibus apud Martialem & alios, clarum eſt. Sed montem quendam Baubala (Bambola lego in Dialogis Ant. Auguſtini de Nummis veteribus, ex Surita, vt ibidem habetur) dictum, abeſſe medio miliari Hiſpanico à Calataiud, in orbem ferè cinctum à Salo flumine, in quo monte etiamnum hodie multæ antiquitatum ruinæ, multaq; numiſmata, omnis generis metalli quotidie reperiuntur. Atque hæc Bilbilis veſtigia eſſe, ex nominis alluſione, & ipſa Martialis deſcriptione liquet. Sic enim ille:

Municipes auguſta mihi, quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quos Salo cingit aquis.

Sic legit Varrerius, Acri, pro agro. BILBILIS Hiſpaniæ fluuius quoque eſt, cuius tinctura ferrum acrius reddi, tradit Trogus 44. Putarim hunc fortè eſſe quem Varrerius Xilooa vocat, & circa Bilbilim in Salonem effluere tradit. Cognomines enim vrbes cum alluente flumine, non ſemel apud auctores idoneos reperire eſt. Scio tamen quendam, qui hunc fluuium in Gallicia ponit, & nouo nomine Bubal vocat. Vide SALO, & BIBIVM.

BILBINA βιλβίνα, Perſica vrbs; Stephano.

BILBIS, vide BILBILIS.

BILBITANI, *vide* AQVÆ BILBIT.

BILBIVM, *locus Hiſpaniæ, qui* Caſtillo Villonio *hodie. non longè à monaſterio quod vulgò* de S. Maria de la Cogolla *dicitur: iuxta Naiara. Morali lib. 11. chronici Hiſpaniæ.*

BILIGA CONIHONA, MEMASVM, OSOPIVM, ARTENIA, REVMARI, GLEMONA, *caſtrorum nomina. In Venetis, circa Forum Iulium videntur, apud Diaconum, in Longobardicis. In M.S. codice meo pro Biliga, erat* IBLIGO. *pro Memaſum, & Oſopium,* MEMASOPIVM *iunctim. Et pro Reumari,* REVNIA. OSVPVM *tamen idem quoque legit codex. Nomina retinere puto, vt* Oſopo, Gemona, Artegnia, *&c. Loco Memaſi hodie abbatia eſt* Mazo *nomine, vt credit Lazius. Idem ex Conihona* Coniglona *facit. Fori Iulij loca omnia. In alio codice excuſo typis, lego* MIBLIGO, *pro Ibligo.*

BILIN *locum, à Hieroſolyma diſtantem quinque aut ſex milliaribus verſus Septentrionem, habet Guill. Tyrius, lib. 13. cap. 12. quem hodie celebriori vocabulo* Mahomena *appellari ait.*

BILIS, *vide* ZALISCVS.

BILITIO, *vide* BERINSONA.

BILLA βίλλα, *Marmaricæ vicus, apud Ptolemæum.*

BILLÆVS, *vide* ZALISCVS.

BILLA RHECENTII, *vide* BVLLA REGIA.

BILTA, *Africæ vrbs, D. Auguſtino, & Cypriano, in concilio Carthaginenſi.*

BILTERA, *vide* BLITERÆ.

BILVDIVM, *Dalmatiæ vrbs, Antonino.*

BILVMNVM, *Galliæ Narbonenſis opidum Antonino. XIII. M. paß. à Tarantaſia.* Beauuois *interpretatur Simlerus, in Valleſiæ deſcriptione.*

BIMATRA, βιματρα *in Græco codice eſt Meſopotamiæ vrbs. Ptolemæus.*

BIMINATIVM, *vide* VIMINATIVM.

BIMONIVM, *ſic nominat Humf. Lhuydus ex Ptolemæo Angliæ vrbem, quàm vulgò* Binceſtre *appellant.* VINNOVIVM οὐιννόβιον, *legitur apud Ptolemæum, Brigantum vrbs.* VINOVIA *Antonino eſt.* BINONIVM *legit G. Camdenus: & hodie tantum vno aut altero tuguriolo exſtare dicit. ſed multa rudera & numiſmata Romani operis.*

BINAGARA βιναγαρα, *Indiæ intra Gangem vrbs, apud Ptolemæum.*

BINDA, *vide* BENDA.

BINDIONVM, *locus vbi teſte Iuone, Dagobertus rex, Clotarij F. ſepultus.*

BINGIVM, *Germaniæ opidum ad Rhenum. Hodie* Bing *dicitur. Memoratur à Tacito, Marcellino, & Antonino: qui &* VINGIVM, *alio in loco legit.*

BINNA βίννα, *Aſſyriæ vrbs, Ptolemæo. interpretibus* CINNA *dicitur.*

BINOVIVM, *vide* BIMONIVM.

BINSITTA βινσίττα, *apud Ptolemæum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis opidum.*

BINTHA βίνθα, *Libyæ interioris vrbs, Ptolemæo. Oſroenæ quoque, in lib. Notit.*

BINVSVM, *Aſiæ minoris locus videtur, in Hiſtoria Miſcella 23.*

BIOEA βίοια, *Sardiniæ vrbs, Ptolemæo.* BIORA *videtur Antonini.*

BION βίον, *vel* BOEO βοιῶ, *Doridis vrbs, Ptolemæo. Plinius, Strabo, & Stephanus,* βοῖον, *habent, & ab Homero* BOEBIN βοίβην, *dici tradit. Vide* BOEVM, *&* BOIVM.

BIONIA βιωνία, *Italiæ vrbs videtur, apud Phlegontem Trallianum. Vnde oriundus C. Lallius Tionius, longæuus.*

BIOZIMETAS *populos, &* SCANDIOPOLIM *vrbem, habet Iornandes circa Sarmatiam Europæam alicubi. Voces incognitæ mihi. Conradus Lichtenauius aliquanto melius, vt puto, legit; vbi hunc locum citat in Chronico ſuo. Bizim, enim, &* ARCHADIOPOLIM *habet. pro* BIZYA *&* ARCADIOPOLIS. *Libenter itaque pro Biozimitas,* BIZYNITAS *legerim.*

BIPEDIMVI, *Galliæ Aquitaniæ populi videntur, apud Plinium.*

BIRACELVM βιράκελον, *Tuſciæ opidum Ptolemæo.* Vicarello *eſt Leandro, ſed errare puto.* AVRELII VICVM *vocat Volaterranus recenti, vt ego opinor, vocabulo, hunc locum.*

BIRANDE, *vide* BERAMBE.

BIRBILI, *loci nomen videtur, in antiquo lapide. Smetij volumen.*

BIRDAMA βιρδάμα, *Ptolemæo.* BRIDAMA *interpreti. Indiæ intra Gangem vrbs.*

BIRDIGVM FLAVIVM, *vide* BERDIGVM.

BIREVM, *vide* BEROE.

BIRGEGIVM, *Hiſpaniæ locus: Morali lib. 11. chronici Hiſpaniæ.*

BIRGILLELLORVM *ciuitatis Galliæ, meminit Athanaſius; in concilio Alexandrino, cuius Epiſcopus Euſebius erat.*

BIRGINIVM, *nominatur ab Epiſcopo Gerundenſi. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, quæ vulgò* Berga *dicitur.*

BIRGVS βίργος, *apud Ptolemæum Hiberniæ fluuius.* Barrowij *Camdeno.*

BIRIAS βιρίας, *Italiæ vrbs, quam Narſes à Gothis recepit. Cedrenus.*

BIRICHE, *vide* ÆTNA.

BIROE, *vide* BEROE.

BIRRICHEI *montes, &* TARACONTÆ *inſulæ, in qua &* TARACONTA *vrbs: propè Euxinum mare videntur habere locum; niſi fallat Æthicus Sophiſta. Horum meminit quoque Barletius 2. Hiſtoriæ Caſtrioti.*

BIRRVS, *vide* BYRRVS.

BIRTELLA, *Pelagoniæ vrbs, Guill. Tyrio.*

BIRTHA βίρθα, *Meſopotamiæ vrbs, apud Ptolemæum. Vide* BITHRA, *&* IVRTA.

BIRTHAMA βιρθάμα, *Aſſyriæ vrbs, Ptolemæo.* BITHABA *autem interpretibus.*

BIRTONA, *vide* HORTANVM.

BIRZIMINIVM, *vide* RHIZINIVM.

BISA βίσα, *Thraciæ vrbs, Stephano.* BIZYA *idem Stephanus, Suidas, & ante hos Ptolemæus.* BYZIA *Solinū puto. In Cænica regione, non longè à Flauiopoli Coloniæ.* Vize *Leunclauio eſt.* BIZA, BORNOS, THEMEONTICHOS. *de quibus Æmilius Probus ſic, in vita Alcibiadis: Id ille vt audiuit, domum reuerti noluit, & ſe Patara contulit. Ibiq; tria caſtella communiuit, Bornos, Biſan, Themeontichos. Locus malè ſanus. Pro Biſa, nonnulli Biza. pro Patara, Pactia. & pro Themeontichos, Temeontichos. Ego hoc modo lego. Et ſe Pactiam contulit, ibique tria caſtella communiuit; Bornos, Biſanthen, & Macrontichos. ex Ptolemæi Thraciæ deſcriptione. & Plutarchi Alcibiade.* BISA *fons quoque in Peloponneſo, Straboni, qui &* PISA, *item* PISTRA *.i.* POTISTRA *dicitur, quaſi potum ſuggerens.*

BISALTIA βισαλτία, *regio & vrbs Macedonica, circa Thraciam. & ibidem* BISALTES *fluuius, Stephano.* BISALTÆ *populi, ſunt apud Plinium & Claudianum.* BESALTIA, *per e in prima, eſt apud Ptolemæum. Amphipolim in Biſaltia ponit Athenæus. Hic duplex habere iecur lepores tradit Ælianus: ex Ariſtotelis admirandis, qui addit hoc circa Creſtoniam euenire.* BISALTÆ *ſunt etiam Val. Flacco, iuxta Colchidem, ad Pontū Euxinum.*

BISANTHE βισάνθη, *Thraciæ opidum, Ptolemæo, quod idem quoque* RÆDESTVM ῥαίδεστον, *vocat. Phœdini poëtæ patriam, dicit Stephanus. Hodie adhuc* Rhodoſto *dici, intelligo.* Doroſton *apud Beniamin eſt, niſi me coniectura fallat. Vide* RESISTON.

BISCARGIS, *vide* BISGARGITANI.

BISENTVM, *vide* VISENTVM.

BISETIA, *&* BITETIA, *vide* VICENTA.

BISGARGITANI, *Tarraconenſis Hiſpaniæ populi, Plinio.* BISCARGIS *per* C. *eſt in nummo Germanici Cæſ. teſtis Theſaurus Goltzij: Ptolemæus* βισκαργὶν *in Heditanis habet.*





BISINGESIA, *vel* BRISINGESIA, *vide* CONIMBRICA, *&* EBORA.

BISMANTVM *caſtrum Italiæ, Surius, in S. Bertulphi vita. Celſus Cittadinus putat eſſe illud de quo Dantes Aligerius in ſuo Tuſco poëmate inquit:*

Montaſi ſu in Biſmantua cacumine
Con eſſo i pie.

*Mons eſt præruptus vndique & altiſſimus in Rhegij Lepidi territorio.*

BISONTII, *vide* VESONTIO.

BISSONIS TVRRIS, *vide* LIBYZONIS TVRRIS.

BISSONNVM, *loci nomen, Fortunatus lib. 1. ad Placidium. Incola Biſſonum vocat hunc de nomine priſco, Millia ſeptem vrbs hinc Burdegalenſis abeſt. Vinetus in ſua Burdegala putat hodie* Beſſan *vocari.*

BISTESIACVM, *in Gallia locus. Iuo, epiſt. 115.*

BISTIRVS βίστιρος, *Thraciæ vrbs, Stephano. Vide* PISTIRVM.

BISTONIS βιστονίς, *Lacus Thraciæ regionis, apud Ptolemæum.* BISTONIVM *ſtagnum Solino. hodie* Poru, *vt Sophianus; vel* Borun, *vt Bellonius tradit.* APHNETIN ἀφνῖτιν, *ſuo tēpore appellatum ſcribit Strabo 13. non* ἀφνιτιν *per* I. *in ſecunda. nam hunc in Aſia deſcribit, lib. 1. ſunt tamen apud Veteres Scriptores eiuſdem nominis multa loca Thraciæ & Bithyniæ communia: exemplo Thyni, Bithyni, Bebryces, Thraces, Heraclea, & Halmideſſus. Sic poſſet quoque Aphnetis & Aphnitis indifferenter ſcribi.* BISTONES, *Thraciæ quoque populi, apud Iſacium, in Lycophronem. &* BISTONIA *vrbs, apud Stephanum. Circa Pontum ſunt Ouidio.*

BISTRITIA, *Latinis dicitur Hungariæ vrbs; quæ Germanis* Noeſn / *Hungaris* Beſtercze *nominatur. Auctor Sambucus.*

BISVLA, *vide* VISTVLA.

BISVRGIS, *vide* VISVRIGIS.

BISYA, *vide* BISA.

BISYNGETI, *vide* BESYNGETI.

BITAZA βιτάζα, *Ariæ vrbs, Ptolemæo.* BITAXA. *Marcell.*

BITELLA βίτελλα, *Italiæ vrbs eſt apud Stephanum.* VITELLA *Liuio 5. Æquorum in Latio eſt.* VITELLIA, *Suetonio. Et eidem* VITELLIA *Via: quæ à Ianiculo ad mare.*

BITENSIS *Epiſcopus* Mauritaniæ *Cæſarienſis. Victoris Vticenſis Fragmentum.*

BITETIA, *vide* VICENTA.

BITHABA, *vide* BIRTHAMA.

BITHALBES, *vide* DREPANVM, *&* HELLENOPOLIS.

BITHERA *vrbs, non procul ab Hieroſolyma, Calliſto.* BITHER *quoque meminit Ioſippus. Pro* BERYTO *habet, ni fallar, Galatinus.*

BITHIA βιθία, *Mediæ vrbs, Ptolemæo. Vitia Strabonis videtur.*

BITHIAS βιθιάς, *Ptolemæo Meſopotamiæ vrbs eſt.* Bir *incolis, & nonnullis* Perazuch *nominatur: Mario Nigro teſte.* BATHÆ *Antonini videtur Simlero. Vide* BATHYNIAS.

BITHIBANITÆ βιθιβανῖται, *Ptolemæo.* CITHEBANITÆ *interpreti, Arabiæ Felicis gens,* GEBANITAS *Plinij putauerim.*

BITHIGA βιθίγα, *Meſopotamiæ vrbs. Ptolemæus.*

BITHRA, *opidum eſt Zoſimo, quod Marcellinus* MAIOZAMALCHA *appellat. Bithra* βίθρα, *Ptolemæi eadem videtur iuxta Euphratem, in Arabia deſerta, quam* BIRTHA *malè interpretes vocant.*

BITHREREBIS, *Palæſtinæ vrbs, Calliſto 14. cap. 8. & Sozomeno 9. cap. 17.*

BITHYÆ βίθυαι, *Thraciæ gentes, apud Stephanum. Et* BITHYAS *fluuius ibidem; Appiano in Mithridaticis. Vide* BATHYNIAS.

BITHYNIA βιθυνία, *Aſiæ Minoris regio. Per* EI *in ſecunda, nummus antiquus* Hadriani *Imp. habet. ſic & alij quoque. Hæc olim* MYGDONIA μυγδονία, *&* BEBRYCIA βεβρυκία, *dicta fuit, Marciano Capellæ. item* CRONIA, MALIANDE, STRYMONIS, *&* THESSALIS *Plinio.* PHRYGIAM *Maiorem vocatam, dicit Salluſtius apud Seruium, ad 5. Aeneid. Eius incolas* HALYZONAS, *(*ἀλαζόνες, *eſt in Græco) vocat Suidas & Herodotus. & idem dicit eos primum* STRYMONIOS στρυμόνιοι, *dictos.* THYNOS *priuſquam ex Europa in Aſiam tranſmigraſſent, dictos, ex Heſychio, & Plinij lib. 5. cap. 31. docetur. Bithyniæ ea pars quæ ſpectat ad Pontum Euxinum, à Boſpori initio, ad Heracleam vrbem vſque* ASIATICA THRACIA, *teſte Xenophonte, nuncupatur. Eadem* THRACESIVM, *vt Euſtathius ait.* METAPONTVS *videtur à Iuſtino, lib. 16. nominari: vbi ſcribit Heracleam à Phocenſibus in Metaponto conditam. Pro Metaponto autem legit Bongarſius, in Pontum)* BITHYNIA *ſimul cum* PONTO, *hodie* Burſia, *vt Giraua refert; &* Becſangial, *vt Caſtaldus tradit, vocatur. Oram omnem Thyni, interiora Bithyni tenent, inquit Plinius.* BITHYNIA, *Myſiæ vrbs eſt; apud Suidam, hanc olim* ADRIANI *vocatam addit. Adriani non magnam eſſe ciuitatem in Myſia, refert Philoſtratus in Ariſtide, cuius patriam eſſe dicit. Bithyniam cum parte Phrygiæ Maioris, à Turcis* Osman ili *vocari, ſcribit Leunclauius.* BITHYNIAM *conditam à Phœnice, & prius* MARIANDYNAM *vocatam; ſcribit Euſebius in Chronico. Neſcio an vrbem vel regionem velit. Eadem fortè eſt cum* CLAVDIOPOLI, *de quo ſuo loco. Vide* THYNIAS.

BITHYNIVM, *vide* CLAVDIOPOLIS.

BITHYNOPOLIS βιθυνόπολις, *à Bithya dicta vrbs, apud Stephanum. ex Arriani 5. Bithynicor.*

BITICVCHAR, *patria Abacuc prophetæ, Dorotheo: qui eum Ambacum vocat. Hunc quoque* ἀμβακουμ, *vocant Sibyllina oracula.*

BITOANA βιτόανα, *Lydiæ vrbs, Ptolemæo.* ITOANA *acephalos habent interpretes.*

BITSAMA, *Palæſtinæ vrbs, lib. Notit. fortè* BETHSEMES.

BITTIGO βιττίγω, *Indiæ intra Gangem mons, Ptolemæo, vbi ſunt Brachmani*

BITTORES βίττορες, *Hunnica natio, apud Agathiam, libro 2.* BRITTONES *legebat vetus interpres.*

BITTVGORES, ANGISCIROS, BARDORES, VLZINGVRES, *Hunnorum gentes, apud Iornandem.*

BITVNTVM, *Huius eſt memoria apud Martialem ad Luciū: Chalderinus facit ex eo opidum ſterile in Hiſpania. Recentior autem codex hoc loco* BRITANNOS *legit.*

BITVRGIA βιτουργία, *Tuſciæ mediterranea vrbs eſt, Ptolemæo. Aliquibus hodie* Borgo S. Sepulchro *dicitur, vt tradit Leander.*

BITVRIGES, *Cæſari Galliæ populi, qui Ligeri fluuio ab Æduis diuiduntur. Hos Plinius* LIBEROS, *& cum Strabone & Ptolemæo,* CVBOS κοῦβοι, *vocatos ſcribit.* Pais de Berri *hodie eſt: Ioanne Calamæo docente, in Libro Gallico, quem de Biturigibus inſcripſit. Hos* AMBARROS *eſſe, dicit Villanouanus ex Paulo Aemilio. Horum meminere Cæſar & Liuius.* BITVRIGES VIBISCI βιτούριγες οὐίβισκοι, *ſic dicti ſunt Ptolemæo, & lapidi inſcripto antiquo, populi Aquitaniæ, in Gallia; circa Burdigalam.* Bordeaux *fortè nunc.*

BITVRIS βιτουρίς, *Vaſconum vrbs, in Hiſpania. Ptolemæo.*

BITVRIX, *Galliæ vrbs; G. Turonenſi 4.* Bourges *nunc.* BITVRIGO *eſt Oroſio 6. cap. 11.*

BITYLA βίτυλα, *Ptolemæo; Laconicæ mediterranea vrbs.* Brodegni, *Moletio,* Vitilo, *Sophiano; qui eam quoque* OETYLVM οἴτυλον, *vocat in ſchedula ſua Græciæ. Erit ergo eadem cum* TYLO *Strabonis.*

BITZINE, *ſedes epiſcopalis, ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. Balſamon, & Curopalates.*

BIVDA, *vide* BEIVDA.

BIVLA βιούλα, *Cariæ vrbs, Straboni.*

BIZABDA, *Perſarum vrbem, ſub Conſtantio Imp. captam, tradit D. Hieronymus in ſuo Chronico. in Meſopotamia videtur. Vide* BEZABDE.

BIZALA ϐιζαλα, Ptolemæo, ZIBALA, interpreti, inſulæ ante Taprobanam.

BIZANONIAS, ſedes Epiſcopalis, ſub Sergiopoli. Guilielmus Tyrius.

BIZENIA caſtellũ, quod poſtea MELINCVM dictum. Æneas Siluius in vita S. Wenceſlai. Bohemiæ eſt.

BIZERENTANI, vide BEZEREOS.

BIZES, Ammiano Bithyniæ fluuius eſt; inter Rheban & Pſylin.

BIZICANIA, vide BYZACIVM.

BIZONA, vide BIZVS.

BIZVS ϐιζ☉, Scythiæ (Mœſiam Inferiorem ſic vocat) vrbs ad Pontum Euxinum, Arriano in Periplo, inter Tetriſiada & Dionyſiada. BIZONA βιζωνη, Strabonis & Pomponij eſt. Ptolemæus habet hoc tractu BIZYAM ϐιζύη, ſed in Thraciæ mediterraneis, Stephano. Βιζύη Thraciæ, & ϐιζώνη Pontica vrbs eſt. Vide BIZA.

BIZYA, vide BISA, & BIZVS.

BLABE βλάϐη, Boſpori Thracici inſula, apud Dionyſium Byzantium.

BLABERYRA, vide INDICA.

BLABIA, Armoricani vel Neruicani opidum: in lib. Notitiar. Blauet putauerim.

BLACHERNÆ, locus extra Conſtantinopolis mœnia, mari finitimus. Procop. 1 ædifi. Vide APSASIVM.

BLACHI Βλαχοι, (pro Valachi) ſic Moeſi vocantur apud recentioris æui ſcriptores. MAVROBLACHIAM, & VNGROBLACHIAM nominat Curopalates in Officialibus Conſtantinopolitanis. Hanc Moeſiam Superiorem, (quæ Hungariæ proxima eſt exiſtimo:) illam inferiorem (quæ Ponto Euxino, hodie Maurum dicto) interpretor. vide MOESIA.

BLACHIA Magna, ſunt Theſſaliæ Montana. Nicetas, in Balduino Flandro.

BLADIENSIS Plebis, in Africa, meminit Coll. Carthag. ſub Honorio Imp.

BLÆANDER ϐλαίανδρ☉, Phrygiæ Maioris vrbs, Ptolemæo. Vide BLEANDER.

BLAENA & DOMANETIS ϐλαλωνη κ Δομανητις, loca Paphlagoniæ, circa Olgaſsim montem, Straboni 12.

BLAGIANÆ, vide BLANGIANÆ.

BLANCAGVARDA, id eſt, alba ſpecula, circa Aſcalonem, Guilielmo Tyrio.

BLANDA βλάνδα, Ptolemæo, & Pomponio. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, quæ Blanes Beutero, Floriano, & Nauagiero. BLANDA, agri Brutij vrbs, Plinio & Pomponio teſtibus: Blandæ pluraliter legit Liuius. at Lucanis adſcribit. Beluedere, Gab. Barrio auctore. Bucino alius interpretatur.

BLANDÆ, vide BLANDA.

BLANDENONA, locus apud Ciceronem ad Q. Fratrem. in ora libri erat LAVDENONA. Italiæ Ciſpadanæ videtur, circa Placentiam. Quid ſi LAVDE NOVA diuiſim legas? Et laudem Pompeiam intelligas?

BLANDIANI, vide BLANGIANÆ.

BLANDINIVM cœnobium, in vrbe Gandauo. vt habet Surius in S. Bertulphi vita. S. Petri nomen hodie obtinet.

BLANDINVS, vide TVRRES.

BLANDONA, Antonino vrbs Liburniæ maritima, XX. M. P. à Iadera, Orientem verſus. Vide FLAVONA.

BLANDOS, Cappadociæ locus, Antonino.

BLANDVSIÆ Fons, in Sabinis eſt: Horatio 3. Carminum. Regio agri Sabinenſis Blanduſia eſt, ſi creditur Acroni. Sed BANDVSIÆ habere omnes libros manuſcriptos, annotauit Cruquius.

BLANGIANÆ, vel BLANDIANI, ſunt Germaniæ populi, apud Iſidorum. BLAGIANÆ legebat codex meus pergamenus.

BLANII βλάνιοι, Hiberniæ populi, apud Ptolemæum. HEBDYNI ἑϐδυνοι, erat in M.S. codice.

BLANONA ϐλανῶνα, apud Ptolemæũ eſt Liburniæ opidũ. Vide FLAVONA.

BLANVTVM, vide BLAVIA.



BLASCON ϐλάσκων, inſula in Sinu Gallico, ad Oſtia Rhodani, Ptolemæo & Plinio. Languillade, fortaſſe hodie. Martianus eandem quoque METINAM vocat, cùm inquit, Metina, quæ Blaſcorum vocatur. Plinius tamen videtur duas facere. Is enim ſic. Metina mox quæ Blaſcon vocatur. Blaſcon, Dalechampio Gianca eſt.

BLASTOPHOENICES ϐλαςοφοινίκας, populos Hiſpaniæ, (in Luſitania fortè) habet Appianus in Ibericis. Hos ex Libya ab Annibale eò traductos putat.

BLATVM BVLGIVM, ſic legit Camdenus ex Antonino, in ſua Britannia, & interpretatur Bulneſſe, in Cumberlandia. Vide ABLATO BVLGIO.

BLAVDVS βλαῦδ☉, Phrygiæ vrbs, Stephano. ex Menecrate. An fortè BLANDOS Antonini?

BLAVIA, locus Galliæ Aquitanicæ, Auſonio in Epiſtolis. & Greg. Turonenſi, de Gloria confeſſorum. BLABIA eſt in Notitiarum libro, vt autumat Vinetus. cui hodie Blaie eſt; opidum munitiſs. in Garumnæ ripa, duodecim leucis ab eius oſtio. BLAVVTVM putat idem Vinetus dici in Itineratio Antonini, vbi ego BLANVTVM reperio. fortè vitio exemplaris. BLAVIVM eſt apud Turpinum, in vita Caroli.

BLEANDRI Ciuitatis, mentio ſæpius in Concil. opere. Eadem fortè cum Blæandro.

BLEDA, in Tuſcia vrbs, ducatus Romani. Sigonius 3. Regni Italiæ. Vide HERCVLIA.

BLEMENA, & BLEMMINA, vide BELBINA.

BLEMMENIA, vide EZOMITIS.

BLEMMYÆTÆ, Indica gens, quæ Venerem colit. Enarrator anonymus, in Quadripartitum Ptolemæi.

BLEMMYES, vide BLEMYES.

BLEMYES βλέμυες, Æthiopiæ ſub Ægypto gens, Ptolemæo, Heliodoro, & Stephano. item Straboni, ſed geminato MM. Sic BLEMMYÆ ſunt Pomponio, Plinio, & Solino. Meminere horũ quoque Vopiſcus in Probo & Valeriano Impp. Procop. 1. Perſicor. Nicephorus 14. cap. 54. & Sulp. Seuerus Dialogo 1. cap. 15. Põponius, Plinius, & Martianus ſcribunt eos ſine capite eſſe: oculosq; in pectore gerere. LEMNIAS corruptè legit Iſidorus, in Originib. Blemiorũ Petræ, meminit Theocritus, vbi Nilum fluuium non amplius viſibilem ſcribit.

BLENINA ϐλενινα, Arcadiæ opidum, Pauſaniæ.

BLENTANÆ Ciuitatis, in Italia meminit Concil. Romanum, ſub Gregorio 1. habitum.

BLEPSIADÆ tribus quædam, in Ægina. Pindarus, & eius Scholiaſtes.

BLERA βλῆρα, Ptolemæo Tuſcorum mediterranea vrbs. Bieda Leandro Alberto, & Morali. BLERE Catoni. BLERANI Plinio ſunt, & BLERATI ϐλεράτοι, Strabonis videntur. Vide PLERA.

BLESENSE caſtrum, ad montis cuiuſdam latus, quem Liger fluuius præterfluit. Agiulphi vita. Bloys vulgò.

BLESINO, CHARAX, ENICONIÆ, VAPANES, ϐλησινο, χαραξ, ἐνικονίαι, ὀυαπανες, Corſicæ opida, apud Strabonem.

BLESTIVM, Antonino Angliæ opidum. Ola towne Camdeno videtur.

BLETANÆ Eccleſiæ Epiſcopus, Maximus. Decret. 1. diſtinct. 96. An pro Bleranæ?

BLETISA, nuncupatur à Vaſæo Hiſpaniæ vrbs, in territorio Salmanticenſi, quæ vernaculo vocabulo Ledeſma dicitur. Ego apud nullum veterem auctorem illud vocabulum reperi. extat eius memoria autem in lapide antiquo eius loci. Ad Thormin fluuium eſt.

BLETONESII, βλετονησιοι, populi barbari ſunt à quibus Romani cùm intellexiſſent homines Diis immolari, eorum magiſtratum exciuere, atque hoc inſtitutum illis interdixerunt. Plutarchus in quæſtionibus Romanis. Non addit quo locorum ſint.

BLIARIDES, vide BALEARES.

BLIARVS, vide ANAPHE.

BLITERÆ, Septumanorum vrbs, & colonia Plinio in Gallia Narbonenſi. BÆTIRÆ βαιτίρὰι, Ptolemæo eſt.





BILTERA ϐιλτέρα, Straboni. Hodie B-ſiers, teſtibus Cognato & Paldo. BÆTARRVS ϐαιταῤῥ☉, Stephani puto. & BETERNÆ Antonini, & fortè BESARA Sex. Auieni.

BLIVLÆI βλιυλαῖοι, apud Ptolemæum ſunt Arabiæ Felicis populi.

BLOETINI, & ISANGRINI, vocantur à quodam poëta qui res geſtas Philippi Aug. regis Francorum deſcripſit, quidam Flandriæ populi, Furnenſium, Bergenſiumque clientes. Hoc annotauit Iacobus Meyerus. BLAVOTINI, legebat alius codex.

BLVCIVM βλέκιον, Tolibiſtogiorum in Galatia caſtellum, Strabo. BLVBIVM quoq; legi, annotauit Caſaubonus.

BLVSIACVS, vide BRISACVS.

BLVSTIEMELVS Iugum, habet ænea tabula antiqua, Genuæ.

BNIZOMENÆ, vide CNISOMENES.

BOACEAS, Italiæ locus, Antonino, inter Piſas & Genuam. An fortè Boactus legendum?

BOACTVS ϐοακτὸς, Liguriæ fluuius Ptolemæo. Fortè Vara hodie. Auguſtinus Iuſtinianus enim hunc ſe in Magram (qui Marcalla Ptolemæi eſt) effundere ſcribit. Vide AVSER.

BOÆ ϐοαι, Ptolemæo. BOEÆ βοῖαι, Pauſaniæ. Laconicæ opidum: quod ſcribit à Boeo conditum, ex tribus alijs ETIDE ἐπιδ☉, SIDA σιδη, & APHRODISIADE. Gemiſto BOA eſt. & nouo nomine Batica. Nigro Vatica. BOEOTIACVS βοιωτιακ☉ ſinus inde, eodẽ Pauſania. BOAE quoq; Dalmatiæ locus, Marcellino 28.

BOAGRIVS βοάγρι☉, qui & MANES μάνης, Strabone auctore. Locridis fluuius eſt Thronium præterfluens. Apud Epicnemidios, Ptolemæo.

BOANÆ, & TARSENÆ, Bithyniæ regiones ſunt, Conſtantino ſiue Dionyſio Vticenſi de Agricultura 4. cap. 1. BOANE & TARSIA idem eſſe reor.

BOANDVS, Vide BVVINDA.

BOANE βοάνη, lacus ad Nicomediam eſt; Euagrio, 2. cap. 14. & Calliſto, 15. cap. 20.

BOANENSIS Epiſcopus, in Africa: eſt in fragmento Vict. Vticenſ. ſæpius hoc opere citato. cuius copiam mihi fecit vir optimus, ſummúſq; meus amicus, natalibus, doctrina & humanitate clarus D. Ludouicus Hallerus ab Hallerſtein.

BOARIVM Forum, Vrbis Romæ, CACVM vocari, ait ſua auctoritate Aethicus.

BOAS, Dalmatiæ inſula, Ammiano. Idem alibi locum ſic nominat. Vide BOÆ, & PHASIS.

BOATIVM, vide BOIATVM.

BOAVLIA ϐοαυλεια, Scythiæ vrbs, Stephano.

BOBBA, Africæ vrbs, D. Auguſtino.

BOBIANVS, vide BOVIANVM.

BOBILE, vide BOVILLÆ.

BOBIVM, ciuitas in Nona Italiæ regione, Apenninis Alpibus. BOBIVM monaſterium, S. Colambano conſtructum, in Quinta regione, Alpibus Cottijs: quadraginta millibus ab vrbe Ticinenſi. Hæc P. Diaconus 2. & 4. Longobard. Sunt ergo duo huius nominis loca, etſi hoc neget Leander. BOBIANI opidi meminit Lib. Limitum. Monaſterij meminere inter alios Platina, Volaterranus, Blondus, Merula, Sigonius, Leander, & S. Columbani vita.

BOBONIA βοϐώνεια, eſt apud Stephanum Italiæ vrbs. An corruptè pro Bononia?

BOCALIAS, vide BOCARVS.

BOCALIVM, Arcadiæ opidum, Plinio.

BOCANA, vide COMANA.

BOCANI ϐοκᾶνοι, Taprobanæ inſulæ populi. Ptolemæus.

BOCANVM HEMERVM ϐοκανὸν ἥμερον, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs, Ptolemæo. Marocco, ſiue, vt Hiſpani pronuntiant, Marueccos, opinione Oliuarij, & Auguſtini Curionis; item Nigri. Hæc hodie totius Africæ vrbs ampliſsima iudicatur.

BOCARVS ϐωκαρ☉, fluuius eſt, qui & BOCALIAS βωκαλιας, dicitur, vt Strabo refert. Idem BVRINA



Italicè, ϐουρινα, vocari, ſcribit Euſtathius. In Salamina inſula eſt.

BOCCHE, vide BACHAS.

BOCCHVRIS, vide BAHVRIM.

BOCCHYRIS ϐοκχυρις, Marmaricæ vicus, Ptolemæo.

BOCCORI vide CONCORDIENSES.

BOCHERNVS, vide ERIDANVS.

BOCHI, & BOGVDIANA, vide MAVRITANIA.

BOCHIANA, Plinio Aethiopiæ ſub Ægypto opidum.

BOCHIM, locus flentium, vt vertit D. Hieronymus, & 70. interpretes. Iudicum 2.

BOCOTA Βοκότη, pro Bœotia malè, legitur apud Iſacium ad Lycophronem; in qua Orchomenum deſcribit. Vide ORCHOMENVS.

BOCZINGA, vide BATAVÆ.

BODECIA, vrbs inter Piſam & Genuam. Antoninus. BONDELIA videtur Ptolemæi.

BODENA, caſtellum eſt ſaxo prærupto impoſitum: per quod ſaxum aqua paludis Oſtrobi occultè infra terram defluit, indeq; rurſum emergit. ſic Cedrenus. Macedoniæ aut Theſſaliæ videtur. Meminit huius quoque Glycas & Curopalates.

BODENI ϐωδηνοὶ, Sarmatiæ Europææ populi, Ptolemæo. Podolia, regis Poloniæ ditio; Willichio. vide BVDINI.

BODERIA, vide BODOTRIA.

BODIANVS opidum. Lib. de Limitibus. Italiæ eſt, ni fallor. Vide num Boiianum legendum.

BODINCOMAGVM, quod & INDVSTRIA vocabatur ſuo tempore, inquit Plinius. Opidum ad Padum fluuium, vbi præcipua eius altitudo incipit. Blondus ſcribit hodie Bondeno vocari. hoc negat Marius Niger. Odolengo Leandro eſt; qui hoc ex vetuſta inſcriptione hic inuenta colligit. BONDINCOMAGVS eſt in veteri inſcriptione, Romæ.

BODINGVS, vide ERIDANVS.

BODIONTII, ſunt Plinio populi, ad Lacum Lemanum. Val Fontenay Gallicè, Fuſſeneir Germanicè hodie dicitur, vt Scudus aſſerit. EBRODVNTII verò legitur in caſtigatioribus exemplaribus. Conſule Hermolaum. vide EBRODVNTII.

BODOBRIGA Germaniæ opidum ad Rhenum. Huius meminit lib. Notitiarum, Boparten eſt, vt Bircheimerus cenſet. Apud Antoninum BOVDOBRICA legitur. ſed tranſpoſita ſunt apud eundem Boudobriga & Antennacum, in Itinere ab Argentorato Aranatium.

BODONA ϐωδώνη, Perrhebica vrbs, Stephanus ex Apollodoro. ſed verius Theſſaliæ. vt idem ait.

BODONÆVS, vide DODONA.

BODOTRIA Taciti, BODERIA βοδερία, fortè Ptolemæi eſt. Βογδερια, in M. S. codice. Scotiæ, Albionis inſulæ partis fluuius; Fortheia dictus, Lhuydo & Buchanano. Freth alij cuidam. Leuinum vocat H. Boëthius. Edenborowfrith à Camdeno nominatur.

BODVM fluuius, vide AVGVSTAM.

BODVNNI ϐοδύννοι, Britanniæ inſulæ populi, à Claudio Imp. in fidem accepti. Dion. 60. Vide DOBVNI.

BOEA, locus epiſcopalis in Africa, teſtes. Coll. Carthag. ſub Honorio Imp. habita, & Concil. Carthag. ſub D. Cypriano habitum. Vide BOAE.

BOEÆ, ϐοιαι, Cretæ opidum, Stephano. Vide BOÆ.

BOEAMBA ϐοίαμϐα, Ptolemæo Gedroſiæ vrbs. COIAMBA interpreti.

BOEANTIDOS ora, ϐοιαντιδ☉, iuxta Themiſcyrides regionem. Orpheus in Argonauticis. Mendoſè videtur, pro Dœantidos. Vide THEMISCYRA.

BOEBAIS, vide XYNIA.

BOEBE, Cretæ palus Stephano. Theſſaliæ regio, iuxta Bœbein paludem: eidem, & Euſtathio ad Homerum. Vide BOION, & BOEBVS.

BOEBEIS ϐοιϐηίς, Straboni Theſſaliæ palus: BOEBE Stephano. Eſero hodie, vt Sophianus ſcribit. Ezoræ me-

minit Ius Orientale. epiſcopatumq́; vocat, ſub metropoli Lariſſa. Vide XYNIAS.

BOEBVS βοῖϐος, Homero & Orpheo Theſſaliæ opidum, quod βοίϐη, Straboni. Vide BOEBEIS.

BOEDRIAS ϐοηδρίας, Bœotiæ locus, circa Oxiam Campen, verſus Aquilonem ad Cephiſi oſtium, vt eum deſcribit Theophraſtus 4. Hiſt. Plantar. Hic optima Calamus.

BOELLÆ βοῖλλαι, Latinorum opidum, Stephano, ex Halicarnaſſei, 8. apud quem ego βοιλλᾶνοι lego, libro 5. non 8. at μνημονικὸν ἁμάρτημα, hoc. BOVILLANI eſſent apud Latinos ſcriptores. Vide BOVILLÆ.

BOEN lapis, locus ſic dictus, Ioſue 15, & 18.

BOENASA βοίνασα, Ponti Galatici vrbs, in Cappadocia. Ptolemæus.

BOEO, vide BION.

BOEODVRVM, vide BOIODVRVM.

BOEON ϐοιῶν, opidum mediterraneum Tauricæ Cherſoneſi; apud Ptolemæum. Czurgati, Nigro. Doridis quoque Thucididi 1. iuxta Parnaſſum. vt addit eius Scholiaſtes.

BOEONOA, vide OENOE.

BOEOTIA βοιωτία, Græciæ regio antiqua, olim AONIA ἀονία, OGYGIA ὠγυγία, MESSAPIA μεσσαπία, & CADMEIA καδμηΐς, vocata fuit, vt prodit Stephanus ex Thycidide. HYANTIS ὕαντις, Straboni; & ARNE ἄρνη, Diodoro; auctoribus, quoque dicta fuit. Hodie Stramuzupa, teſte Lazio. Incolæ ÆOLES BOEOTII vocantur à Varone 3. de R. R. non ſemel. apud
„ Trogum 7. hæc verba, populus PELASGVS, regio
„ BOEOTIA dicebatur. LELEGES apud Solinum appellantur. & TEMMICI τέμμικοι, apud Stephanum, & Lycophronem, vt Iſacius eius commentator ſcriptum reliquit. TEMNIX apud ipſum Stephanum. vide MACEDONIA.

BOEOTIACVS Sinus, vide BOI.

BOEOTII populi in Peloponeſo, quorum vrbes Leuctrum, Chacadra, & Thalamus. Strabo 8.

BOEOTIVM, vide ORCHOMENVS.

BOETH, ſtagni nomen: Germanico in Aratum. In Syria circa Euphratem eſſe, videtur ex Hygino in Piſces.

BOEVM βοιὸν, Thucydidi 1. Lacedæmoniorum metropolis: in Dorica regione: & vt addit huius Scholiaſtes. circa Parnaſſum montem. Huius meminit etiam Stephanus. Eſt BION Ptolemæo corruptè.

BOFET, locus epiſcopalis in Africa. Coll. Carthag. ſub Honorio Imp. habita.

BOGADIA, vide BORADIA.

BOGADIVM ϐογάδιον, Germaniæ vrbs, Ptolemæo. Forſtleiſz, Villanouano.

BOGDERIA, vide BODOTRIA.

BOGDOMANTIS ϐογδομάντις, Aſiæ Minoris regio, apud Ptolemæum. Chiutaie, Caſtaldo dicitur.

BOGORRA, vide TVRSAMBICA.

BOGVDIANA, vide MAVRITANIA.

BOHABEL, Syriæ vrbs, Guil. Tyrio, 22. cap. 14.

BOHILLA, opidum in Italia, quod eò bos inteſtina vulnere trahens aduenerit. Sic Non. Marcellus. An idem cum BOVILLÆ? hanc enim hiſtoriam Bouillis adſcribit Cornutus in Perſium.

BOIA, maris Ægæi inſula, Antonino. vide BOII.

BOIÆI βωΐαιοι, Ætolica natio, apud Ophienſes. Strabo 10. ſed BOMIÆI ſcribendum putat Caſaubonus.

BOIANVM, vide BOVIANVM.

BOIATVM, vel BOATIVM, Nouempopulanæ ciuitas, vt habet Libellus Prouinciarum, qui addit BOT vocari. Fouais nominat Canalis. Scaliger pro Baiona intelligit.

BOIBIS, vide BION.

BOICVS Ager, à Boiis Gallis, in qua ſunt Mediolanenſes. Feſtus. Boiorum vrbis expugnatæ à M. Furio & P. Cornelio, meminit Diodorus 14. Vide BOII.

BOIEMVM Tacito, BOIOHEMVM Paterculo; qui id regionis nomen eſſe dicit, quam incolebat Marobodus.

BÆMI βαῖμοι, vocantur à Ptolemæo. COLDVLOS κολδούλους, eos appellat Strabo, lib. 7. vbi dicit: In Germania Hercynia ſilua eſt, quidam in ipſa ſilua habitant, vt Colduli, in quibus eſt Bouiaſmum, Marobodui regia. Hodie hæc regio Bohemia dicitur. Incolæ ſeipſos Czechos nuncupant. Apud Aimonum 4. BEGAMINI appellantur corruptè.

BOII, Galliæ populi apud Cæſarem: hodie Bourbonnois eorum regio dici creditur. Habet & idem Cæſar BOIA, lib. 7. belli Gallici. BOII quoque ſunt Aquitanici populi, apud Auſonium, in Epiſtola Paulini ad Auſonium, vbi eos PICEOS cognominat. Horum tractum putat Vinetus circa oſtium Garumnæ fluminis eſſe, & vocari Buies vulgò. & eorum regio Buchs. BOIORVM meminit Polybius 5. & Thucydides 1. in Peloponneſo, Laconicæ regionis, à Boeæ gentile eſt. Hinc quoque BOEOTIACVS Sinus, Pauſaniæ. BOII etiam Ptolemæo & Diodoro in Italia, circa Padi oſtia. Straboni 5. etiam ad Iſtrum, circa Tauriſcos. Polybio 5. quoque inter Illyriam & Macedoniam. BOII etiam in Germania, Tacito. Vide BOICVS.

BOILLÆ, vide BOELLÆ.

BOIODVRVM, ϐοιόδουρον, Ptolemæo, Vindelicia vrbs, ad Danubium. BOLODERVM (niſi mendoſa ſit lectio) Antoninus habet. PATAVIAM, ſiue BATAVIAM, poſtea appellatam putat Lazius 1. R. P. R. à Batauorum coborte ibidem exiſtente. Auentinus, Pyramius & Lazius Paſſaw interpretantur. Gaſp. Bruſchius putat Inſtat ad oſtium Oeni fluminis. Meminit Boioduri etiam lib. Notitiarum, in Pannonia Prima, vel Norico Ripenſi. quam Cuſpinianus in ſua Auſtria Bewtern interpretatur: ſed vicum dicit circa Oenum fluuium. Boiodurum nominis veſtigium putat M. Velſerus remanere in riuulo Boitre. vide PATAVIA.

BOIOHEMVM, vide BOIEMVM.

BOION, vide BION.

BOIORVM DESERTA, Plinio & Straboni memorata. Wienerwaldt hodie, auctore Lazio. Plinius dicit hæc Noricis iungi. Strabo à Vindelicis ad Pannonios vſq; ait ea pertingere.

BOIOS, & BOSOS, legit Simlerus apud Antoninum: pro Aquitanica vrbe, XVI. M. P. à Burdegala.

BOISCI, TVNCASSI, ITAMARI, ALCIDZVRI, & ALIPSVRI, gentes ab Hunnis deuictæ: ſunt apud Iornandem.

BOIVM βοίου πόλιν, vrbem à Gallis occupatam, habet Diodorus 14. VEIVM legendum autem. BOIVM ϐοιῶν, caſtellum etiam circa Thraciam: Cedreno. BION legit Gabius, apud Curopalatem.

BOLA ϐῶλα, Virgilio, Stephano, Diodoro 20. Italiæ vrbs, in Samnitibus. Liuio ſunt BOLÆ, ſed Æquorum apud eum videntur. BOLANI ϐωλανοί, eorum populi, ſunt Plinio, Stephano, & Halicarnaſſeo 8. Ad decimum tertium lapidem ab Vrbe ſtatuit Plutarchi Coriolanus. vide VOLÆ, & BOVILLÆ.

BOLACA βωλακα, Triphyliæ vrbs, in Peloponneſo. Polybio 4.

BOLANI, vide BOLA.

BOLAODYPARA ϐολαοδυπάρα, Thraciæ opidum, ſiue mercatum, vel emporium præcipuorum boum. Procopius 4. Ædificior.

BOLASVM βόλασον, Æquorum vrbs, à Romanis expugnata. Diodorus 13.

BOLBÆ βόλϐαι, Cariæ vrbs. eſt & fluuius BOLBÆOTES βολϐαιώτης, qui HERACLEA dicitur. Item BOLBE ϐόλϐη, vrbs & palus, Stephano: quam Thucydides ad Mygdoniam vrbem, in Macedonia deſcribit. Huius meminit quoque Æſchylus in Perſis. Lacus in Sycino agro, circa quem lepores bina iecinora habere creduntur. Ariſtoteles de animal. 2. cap. 17. Alius à prædicto, ſi proba ſcriptio. nam Sycinus mihi ignotum, quamuis ſciam ab Hermolao illud à Syce deriuari, loco in Cherroneſo, vt ait.





BOLBE, vide BOLBÆ.

BOLBENA βολϐηνη, Armeniæ Maioris regio, apud Ptolemæum. HOBORDENE apud interpretes, quos valdè maleſidos (ſi vnum Nouiomagũ exceperis) hactenus habuit.

BOLBITINA βολϐιτίνη, Ægypti vrbs, Stephano. Vnde BOLBITINVM oſtium, Ptolemæo.

BOLBVLÆ, inſulæ circa Ioniam; Plinio.

„ BOLCORVM inſulam accepit. Sic Eutropius de Traiano Imp. in vetuſtis exemplaribus, pro quo Schonhouius, Colchorum in fidem recepit. Colcorum legebat alius codex M. S.

BOLEGALGVS Antonino, Simlero quoque OLIGASCVS. Galatiæ vrbs eſt.

BOLEI, locus in Argia. Pauſanias.

BOLENSIS, & COLOSSITANI epiſcoporũ, meminit D. Auguſtinus in vita D. Ambroſij. In Africa videntur.

BOLENTIVM βωλήντιον, Pannoniæ Superioris vrbs, Ptolemæo. Rackelſpurg Villanouano.

BOLERVM, loci nomen apud Bulgaros, Cedreno, & Curopalati. vide BOLYRVS.

BOLERIVM, vide ANTIVESTÆVM.

BOLERVS, vide BOLYRVS.

BOLGI, & BOLPI, vide TROGLODYTÆ.

BOLINA ϐολίνη, Achaiæ vrbs, in Peloponneſo. Iuxta quam BOLINÆVS fluuius, non procul ab Argyra vrbe. Pauſanias in Achaicis.

BOLINGÆ ϐολίγγαι, Indiæ populi, iuxta Indum fluuium, Plinio, & Ptolemæo. Βώλιγγα, Stephano. Ptolemæi interpretes BROLINGÆ legunt, malè, vt ſæpius.

BOLISCVS, vide BOLISSVS.

BOLISSVS ϐολισσὸς, Aeolica vrbs: Herodoto in Homeri vita, & Stephano: iuxta Chium, quam addit à Thucydide BOLISCVS vocari. etſi ϐολισκὸς, quoque apud hunc reperio, per Σ. non per K. libro 8.

BOLITÆ, vide CABOLITÆ.

BOLLIA, amnis Pannoniæ. Iornandes. Polán hodie, Lazio. In Styria Inferiori.

BOLOCASSIVM ciuitatis, in prouincia Lugdunenſi 11. meminit Prouinciarum liber. An Bellocaſſium fortè? Vide VELOCASSES.

BOLODERVM, vide BOIODVRVM.

BOLOGESIA, & BOLOGESIPHORA, vide VOLGESIA.

BOLORVM ciuitas eſt, in Goltzij Theſauro, ex vetuſta inſcriptione. Circa Danubium in Norico videtur. An mendosè, pro BOIORVM? vide BOICVS Ager.

BOLOS, vide APSASIVM.

BOLVM, arx Lazorum, in Perſarmenia, propinqua Theodoſiæ vrbi, vt refert Procop. 1. Perſicorum. vbi aurum effoditur.

BOLVRVS βόλουρος, Theſprotiæ vrbs. Item Tralleorum in Illyria. Stephanus. qui fortè BOLERVS Cedreni & Curopalati.

BOLYCA ϐολύκη, ſtagnum circa Olynthum vrbem: in quo Amnites & Olynthiacus amnes influunt. Athenæus lib. 8.

BOMAREI populi, circa Margianam, Plinio. Inter Scythas fortaſſè. Horum Pomponius quoque meminit.

BOMBÆA, mons cauus, quem ars & natura congreſſæ; propugnaculum fecere. In Africa circa Cyrenen puto, ex Syneſij Epiſtola CIIII.

BOMBOS, Ciliciæ fluuius. Plinius.

BOMBYLIVS ϐομϐύλιος, Lycophroni: Bœotiæ opidum, & mons, Iſacio. In margine legebatur ϐαμφυλιας.

BOMI βωμοὶ, Aetoliæ colles, apud Stephanum. cuius accolæ BOMIENSES. Meminit horum Thucydidis 3. BONNENSES legit Winſemius, eius interpres: malè opinor.

BOMI FLAVII, vide ARÆ FLAVIÆ.

BOMITE, opidum in monte Amano, qui Syriam à Cilicia ſeparat. Plinius.

BOMIVM, Angliæ vrbs, Antonino. in itinere Britannico decimo. BOVIVM legit Camdenus; & Cowbridge interpretatur.

BONA, CAMPOGENESTVM, SABONARIVM, & alia locorum in Gallia nomina habentur in Vita S. Liborij. BONENSIS Epiſcopi, in Italia, non ſemel meminit Synodus Lateranenſ.

BONÆ DEÆ Sacellum, paullo vltra Bouillas Ariciam tendenti ſitũ eſſe, patet ex Aſconio Pædiano, in Miloniano.

BONÆ FORTVNÆ ἀγαθοῦ δαίμονος, Maris Eoi inſulæ, apud Ptolemæum. Burneo, Mercatori. vide AGATHA.

BONA MANSIO, locus, in Codice, lib. 12. Titulo 38. Item in Codice Theodoſiano, Titulo de erogatione militaris annonæ. An BONAMASIVM? quod XL. M. Paſ. ſupra Philippos Thraciæ deſcribitur in vita S. Alexandri martyris?

BONCHÆ, vide BONCHNÆ.

BONCHIS ϐῶγχις, Aethiopiæ vrbs. Stephanus. Iuxta tertiam Cataracten.

BONCHNÆ ϐόγχναι, Aſiæ populi, Carrenis vicini: inter Euphratem & Cyrum fluuios. Stephano. Sine N. in vltima habet Aldinus codex; & καρῆνοι, vno R.

BONDELIA ϐονδελία, Tuſcorum vrbs. Ptolemæus. Vide BODECIA.

BONDINCOMAGVS, vide BODINCOMAGVM.

BONDINVS, vide BVDINVM.

BONDITRA βονδίτρη, Epiſcopatus, in Sanctionibus pontificijs, Impp. Orientalium.

BONENSIS, vide BONA.

BONI, Africæ interioris opidum, à Corn. Balbo expugnatum, vt tradit Plinius.

BONI Portus, vide PVLCHER Portus.

BONIAGRI Portus, circa Propontidem videtur. Hiſtoriæ Miſcella 21.

BONIS ϐῶνις, apud Ptolemæum Indiæ intra Gangem vrbs.

BONIVM, vel BOVIVM, Angliæ opidum, Antonino: in Itinere Britannico ſecundo. Bangor, in Flindſiria, eſt Camdeno. Ad Deuam fluuium.

BONITIVM, vocant Latini Tuſciæ opidum, quod vulgo Poggibondi dicitur, vt tradit Leander.

BONNA Tacito, & Antonino; Item Ptolemæo ϐόννα. Germaniæ vrbs ad Rhenum eſt, quæ etiamnum Bon vulgo dicitur. COL. IVLIA BONNA habet Goltzius, ex Augusti nummo. VERONAM aliquando dictam, & VOCONIAM ſcribit Georg. Bruno in ſuo Ciuitatum volumine. Ibidem ex Virunio, eam quoque BRIENNONAM vocat. Veronam ſcio vocari in vita S. Annonis. CASTROBONNENSE opidum vocari, in monumentis eccleſiaſticis antiquis, annotauit Modius in Nouantiquis. Sed de hac Verona ſi lubet, lege Almerium, in H. Iunij Batauia. Vide BOMI.

BONOCHÆMÆ ϐονοχαῖμαι, Germaniæ populi, apud Ptolemæum.

BONOGILI Prædij Pariſior. memoria eſt in Epiſtola 18. S. Lupi.

BONONIA, Galliæ Togatæ vrbs, Ptolemæo: Aemiliæ Zoſimo: quam FELSINAM Plinius cognominat. Coloniæ eſt Tacito & Liuio. Bologna hodie, academia celebris. Etiam Pannoniæ Inferioris vrbs, Antonino, & Ammiano nono & decimo milliario à Sirmio diſparata. Hanc Simlerus putat hodie Bonmonſter vocari, ad Danubium fluuium. An Sophia hodie, incertum, inquit Lazius. ſed idem alio in loco videtur Simlero ſuffragari. Sed aliam BONONIAM habet Ptolemæus, in Pãnonia Superiori, ad Drauum fluuium. In Dacia Rapenſi habet quoque Lib. Notit. In Moeſia Superiori, Antoninus. vide BVLONIVM, BOVIANVM, GESSORIACVM, & FELSINA.

BONTAS, & TABAS, Daciæ duos acceſſus tantum habet Iornandes, aliàs montium iugis circumcirca cingitur. Rottenthurn & Broſt fortè hodie: his enim ſolũ duobus anguſtiis Tranſiluaniam adiri poſſe, recentiores tradunt. Adi Laziũ de R. P. R. 12. Sectione 2. cap. 1. vide TAPÆ.

BONVSTENSIS Epiſcopatus, in Africa Proconſulari; eſt apud Vict. Vticenſ. & Coll. Carthag.

BOON βοῶν, portus Cappadociæ, inter Cotyoram & Iaſo-

*nium promontorium: Arriano in Periplo. Aethiopiæ vicus eſt, circa Nilum, Ptolemæo.*

BOONETA Βοώνητα, *in Sparta vrbe locus. Pauſanias.*

BOOSCEPHALA, *vide* BVCEPHALA.

BOOSCOETE, *vide* GERMANICOPOLIS.

BOOSVRA Βοοσουρα, *Cypri opidum, Straboni 14.* Οὐρα Βόος *eſt Ptolemæo.*

BOOTÆ βοῶται, *torrentis, vbi Eraſinus habitabat, meminit Hippocrates, lib. 2. de morbis vulgaribus. Neſcio vbi ſit locorum.*

BOPLO, *Apennini mons. Ænea tabula Genuæ.*

BOPVS Βωπὸς, *Ægypti locus, inter Thœnin & Dioſpolim. Agatarchides.*

BOPYRVS, *vide* NOBOPYRVS.

BORA, *Macedoniæ mons. Liuius 45. Circa Illyrici confinia alicubi. An Boreas Sequeſtri?*

BORADI, *gentis nomen, in epiſtola Gregorij Thaumaturgi. Cum Gothis eam coniungit.*

BORADIA Βοραδία, *Ariæ vrbs, Ptolemæo. eius interpretes* BOGADIA *legunt.*

BORÆTA Βοραῖτα, *Indiæ extra Gangem opidum. Ptolem.*

BORANI, *Scythica gens videtur apud Zoſimum: propter Iſtrum ſedem habentes. hi poſtea ſub Iuliano Imp. per Boſporum in Aſiam traiecerunt. Circa Boram montem fortè.*

BORBETOMAGVS βορβητόμαγος, *Ptolemæo. Germaniæ vrbs, in Vangionib.* Ogerſheim *Heroldo eſt.* Wormbs *potius ex alluſione videtur.* BORMITOMAGVM, *&* BROMITOMAGVM, *habet Antoninus.*

BORBORVS Βόρβορος, *fluuius Pellam vrbem ambiens, ſic dictus à Macedonibus. Plutarchus de exſilio. Huius meminit Laërtius, in vita Ariſtotelis.*

BORBOTANA *regio munita Græciæ. Laonicus 8.*

BORCANI, *Apuliæ populi. Plinius 3. cap. 11. Hermolaus ad hunc locum, facit horum auctorem etiam Strabonem.*

BORCEOS βορκέως *vicus qui etiam* ANVATH ἀνουάθ, *appellatus, in confinibus Samariæ regionis. Iudææ limes à Septentrione. Ioſephus, Belli Iud. lib. 1. & Egeſippus 3.*

BORCOBE, *Thraciæ vrbs, circa Mœſiā Inferiorem, Plinio.*

BORCOVICVM, *Britanniæ inſulæ opidum. lib. Notit.* Barwijck *videtur, vel* Warwijck. *in Northumbria ad Pontum fluuium, ſic æſtimat quoque G. Camdenus. qui* Borwick *legit.*

BOREA, *vide* BERHOIA.

BOREÆ *Antrum, circa Tanaim amnem, apud quod herba, phrixa vocata, naſcitur, vt ſcribit Plutarchus de fluminibus. Circa Arietis frontem, in Taurica videtur.*

BOREÆ *Thorus, vide* CAVCASVS.

BOREADVM *Columnæ, in Teno inſula, ab Hercule erectæ. Apollonius 1. Argonauticor.*

BOREAS *mons Dyrrachij, apud Vibium Seq. de quo ſic*
„ *Boccatius, mōs eſt Epiri, Dyrrachio primus. Locus Chalcidicæ regionis, in Syria, videtur apud Antoninū. vide* BORA.

BOREOSTOMA, *vnum oſtiorum Danubij, Ptolemæo, & Plinio.*

BOREVM Βόρειον, *Hiberniæ inſulæ promontorium, Ptolemæo.* Tellinghead *hodie, vt ego ſuſpicor.* Helenſhead *ab alio interpretatur. Eſt mons in Arcadia, Pauſaniæ. Tenedi inſulæ portus, apud Arr. 1. Alex. Cyrenaicæ regionis promontorium. ad Syrtim magnam, Ptolemæo. quod* Cabo de Teiones, *Marmolio. Taprobanæ inſulæ, eidem Ptolemæo. Promontorij, & fluminis nomen, eſt Oroſio, in Aſia: verſus Oceanum Septentrionalem, quem Euroborum à Iornande vocari puto.*

BORGI Βόργοι, *Ariæ populi, Ptolemæo.*

BORGODI, *Plinio ſunt Arabiæ Felicis populi.*

BORGVM CENTENARIVM, *Valeriæ Ripenſis vrbs. Lib. Notit.* Zentmar *hodie appellari, exiſtimat Lazius, qui Antonini Itinerarium huius Borgi quoque auctorem facit. quod ignoro: niſi ſit huius Burgium.*

BORGVS Βόργος, *Arriano in ſuo Periplo fluuius eſt Sarmatiæ Aſiaticæ, in Pontum Euxinum ſe exonerans: quem Stuckius putat* BVRCAM Βούρκα, *Ptolemæi eſſe.*

„ BORICVS, *ſiue* ÆTHIOPICVS *Oceanus: ſic Priſcianus ad illud Virgilij, Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit.* „

BORIIARVS Βοριίαρος, *Thraciæ opidum. Procop. 4. ædific.*

BORIVM, *vide* BOREVM.

BORMANICO, *&* MACINA, *Galliæ Narbonenſis opida, Plinio. Pintianus autem populos facit, & legit* BORMANI, COMACI. *Bormani hodie* Obrac, *& Comani* Le Caue *eſt Dalechampio. vide* LOCOBORMANVM.

BORMANVM, *vide* CORMANVM.

BORMIÆ *Aquæ, podagricis vtiles. Meminit harum Caſſiodorus, 10. Variar. ad Vincinadum. quo autem locorum reperiantur, reticet. (*BORNITIÆ *legit Fornerius) An Burmienſes fortè? quas Baccius & Simlerus deſcribit ad Adduam fluuium? Hæ ſunt inter Adduæ & Ollij fluminum fontes, vbi hodie* BVRMIÆ *Aquæ, quæ* Bormio *Italis,* Wormſe, *Germanis. Cētum millibus à Nouocomo diſtare, ſcribit Pet. Paullus Parauicinus. vide* AQVÆ.

BORMISCVS Βορμίσκος, *Macedoniæ locus, vbi Euripides à canibus laceratus fuit. Stephanus. A Promeri canibus hoc factum, tradit Suidas. Bromiſcus apud Thucydidem 4. Circa Bolben lacum. Lege Vitruuiū 8. cap. 3. vbi deſcribit duos diuerſæ naturæ riuos ad huius Euripedis ſepulcrum. Hos hactenus ibidem profluere, annotauit Bellonius, in libro de Admirabili antiquorum operum præſtantia.*

BORMITOMAGVS, *vide* BORBETOMAGVS.

BORNITIÆ, *vide* BORMIÆ.

BORNOS, *vide* BIZA.

BORON, *Aethiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plinius.*

BORRAMA Βόρραμα, *&* SINNAM Σινναν, *iuxta Libanum montem loci ſiue munitiones, Straboni. vbi prædonum receptacula.*

BORRV *flumen, Plinio. Circa Arachoſiam, aut Gedroſiam alicubi videtur.*

BORSIPPA Βόρσιππα, *Strabonis, &* BARSITA βάρσιτα, *Ptolemæi, eadem eſt, vt Villanouanus ſcribit. Babyloniæ vrbs eſt. Borſippæ meminit quoque Ioſephus contra Appionem.*

BORTIA, BVRTODEXION, *&* EVROPOLYTÆ, *loca & gens circa Thraciam, deſcribuntur in vitæ S. Alexandri martyris. pro* BVRTVDIZVM, *& ijs qui Europam Thraciæ regionem habitant.* BORTIA *neſcio quid ſit.*

BORTINE, *vide* BVRTINA.

BORTNA *vocatur Friſiæ fluuius, qui Oeſtergoeam ab Weſtergoea diſterminat. In vita S. Bonifacij Archiepiſcopi.* ALMA *huius loco reperio M.S. codice meo.*

BORVCTVARII *nominantur in vita S. Swiberti Horum villa quædam* Welſenberch *vocatur. Circa Comitatum Bergenſem (qui Cliuiæ duci paret) videtur. Iidem fortè cum Bructeris.* Brouck *inter Duiſburgum & Werden, an inde nomen retineat, videndum.*

BORVS, *vide* SPERCHIVS.

BORVSSI Βορούσκοι, *Sarmatiæ Europeæ populi, Ptolemæo.* Pruiſſen *hodie.*

BORYSA Βόρυσα, *Pontica vrbs, Stephano.*

BORYSTHENES Βορυσθένης, *Sarmatiæ Europææ fluuius, Ptolemæo.* BORVSTENES *per quintam vocalem, & ſine afflatu, in antiqua inſcriptione.* Dnyepr, *Ludouico Decio.* Nieper, *Mercatori;* Briſna, *Lewenclaio,* Bereſina, *Peucero;* Neſter *&* Dneſter, *Cromero dicitur. hic addit eum à Iornande* DANASTER, *& ab alijs* TYRCIS *vocari.* HELLESPONTIVM *etiam à Græcis appellari ſcribit Stephanus. Iornandem errare non dubito, vbi dicit Boryſthenem ab accolis Danubium vocari.* DIABORYSTHENEM *nominat Ariſtoteles Boryſthenem minorem, vt Mathias Michouienſis tradit. hunc Mercator* Pripetum *appellat.* Nieper *fluuius vocatur ab accolis* Danambre, *& Italis* Lereſſe, *auctore Ambroſio Contareno, niſi deprauatus ſit codex.* Δανάστρεως, *&* Δανάπρεως *meminit Cedrenus, cui diuerſa ſunt flumina.* DANASTVS *quoq; alius à Boryſthene Marcellino, inter hunc nempe & Danubium.* BORYSTHENES *lacus, eſt quoque apud Plinium. item vrbs, Martiano, & Pomponio. vide* OLBIA, ACHILLEA, *&* TIBISENA.

BORYSTHENITÆ Βορυσθενεῖται, *populi ſic dicti à Græcis; ſe ipſos* OLBIOPOLITAS ὀλβιοπολῖται, *appellant. Herodotus in Melpomene. Olbia & Boryſthenes duo ſunt opida circa Boryſthenidis oſtium, Melæ 2. cap. 1.*

BOS, *ſiue* DAMALIS, *promontorium è regione Byzantij. Gyllius in ſuo Boſporo. Vide* CHRYSOPOLIS.

BOSA Βῶσα, *Sardiniæ inſulæ opidum Antonino & Ptolemæo.* Buoſa *hodie appellari credo.* BOSENSES *habet Plinius. Vide* FLEXVM.

BOSARA Βώσαρα, *ciuitas maritima Ptolemæo. omnia Latina exemplaria, quæ mihi hactenus videre contigit, habent huius loco* COSEVDE, *vtrumque recipit Mercator in Ptolemaicis ſuis tabulis, & ſynonima facit. Fides ſit penes illum. In Arabia Felici eſt.*

BOSCHETH, *vide* BESECHAT.

BOSES, *vide* SENA.

BOSFORANI, *vide* BOSPORVS.

BOSIRARA Βοσίραρα, *vrbs Ægypti, apud Stephanum.*

BOSOR Βοσόρ, *fugitiuorum ciuitas. Ioſue 20. 21. Deuteron. 4. In ſolitudine Ruben. In Arabiæ finibus, Ioſepho.* BESER *legit Pagninus.* BOSOR *meminit quoque 1. Machab. 5. vbi D. Hieronymus* ABOSOR *habet, & quoque* BOSOR. *Ioſephus* BARASA. *Idem Machabeorum caput* BOSORRÆ *meminit: quo loco Ioſephus quoque* BARASA *legit. Vide* BESOR.

BOSOS, *vide* BOIOS.

BOSPARA Βόσπαρα, *Thraciæ vrbs, Procopio 3. Ædificior.*

BOSPORIVM *promontorium, vocat Dionyſius Byzantius, in quo ſitum eſt Byzantium. Gyllius in ſuo Boſporo.*

BOSPORVM, *vide* PANTICAPÆA.

BOSPORVS THRACIVS *Ptolemæi, vocatur Italis* Stretto di Conſtantinopoli. *quaſi dicas fretum Conſtantinopolitanum. A Græcis autem hodie* Laimon, *& à Turcis* Bogazin, *eodem ſenſu, appellari, tradit Petrus Gyllius in ſuo Boſporo, vbi eum accuratiſſimè & doctiſſimè deſcribit. Hunc Boſporum Strabo* OS BYZANTIACVM, *Arrianus* FRETVM MYSIVM, *Iulianus Apoſtata* FRETVM CHALCEDONIVM, *Herodotus (qui cum Philoſtrato, quatuor ſtadiorum eſſe dicit)* BOSPORVM CHALCEDONIÆ, *nominat.* OS PONTI *Martianus.* OS PONTICVM *Tacitus.* OSTIVM PONTI EVXINI *à Pindaro,* PORVS *(id eſt traiectus)* THRACIVS *ab Apollodoro indigitatur.* PONTI FRETVM *Aurelio Victori. Sunt & alia eius nomina apud auctores, quorum quædam Gyllius in ſuo Boſporo enumerat; ſed quia mihi potius epitheta quàm ſynonyma videbantur, conſulto omiſi. Ioannes Tzetza cum* BOSPORVM HELLESPONTIVM *nominat, Chiliade prima, numero trigeſimo primo. Idem Tzetza, & Euſtathius dicunt eum* DAMALIS δάμαλις, *vel* DAMALITES *vocari. Vide* HELLESPONTVS.

BOSPORVS CIMMERIVS *Plutarcho,* FRETVM Πορθμὸς CIMMERIVM *Herodoto, qui* MÆOTICVS *Euſtathio;* OS MÆOTIDIS *Martiano, &* PATARES ANGVSTIÆ *Marcellino. Patreæ autē legendum contenderim, à Patræo vico, Straboni ad hunc Boſporum ſito. Patares enim vox omnibus ignota. Itali vocant* Bocca S. Ioanni. *Caſtaldus tradit* Stretto di Caffa *nominari. Georgius Interianus dicit à Tartaris* Voſpero *dici.* Voſpico *malè habet Pinetus. Boſporus hic, deſcribitur ſub nomine* TANAIS *ab Arriano, in Periplo. Euagrio 4. cap. 22. Sic quoque ab auctore, de Montibus, Plutarcho: vbi Arietis frontem, promontorium, ad Tanaim collocat. Ex quo apparet, veteres Tanaim à fontibus vſque in Euxinum mare produxiſſe, eiúſque oſtium Boſporum Cimmerium vocaſſe, atque Mæotim Tanais paludem putaſſe, quod ex Strabonis 2. colligitur, vbi ſcribit Meotidem quaſi Tanaidis partem eſſe. Iſidorus quoq; (in nominata Meotide) dicit Tanaim immediatè ex Riphæis montibus in Euxinum mare deduci. qua ratione fortè hactenus hanc Mare Tanais. vel* Mar della Tana, *vulgò vocant. Vide* PHOSPHORIVM.

BOSPORVS, *Indiæ vrbs, Stephano. Meminit & Boſpori Indici Euſtathius in Dionyſium. Ad Helleſpontum quoque Suidæ. quam dicit à Bochano Turco ſub Iuſtiniano Imp. deuaſtatam. Alia Ponti, iuxta Cimmerium ſinum: vt idem habet Stephanus, vel ad Mæotidem paludem, vt ſcribit Procop. 3. Ædific. Huius non ſemel meminit App. in Mithridaticis. Hoc tractu Ptolemæus, Strabo, ceteriq;* BOSPORANOS *populos deſcribunt, ad vtramq; Boſpori Cimmerij ripam.* BOSPHORANORVM *meminit vetus lapis, erutus in Campania ad portum Iulium, Anno 1585. Circa Boſporum Cimmerium habitantes puto.*

BOSRA, *Palæſtinæ locus, Ioſue 21. & 1. Paralip. 1.* BESETHERA Βεσεθηρα, *70. interpretibus.* BOSRAM *aliam in Idumæa eſſe, docet Maſius, ex Iſaiæ, cap. 34.*

BOSSA, *vide* SINNA.

BOSSOGRADA, *opidum Europæum eſt, Cedreno, & Curopalati. Circa Bulgariam fortè.*

BOSTINE, *pro* BORTINE, *corrupta lectio apud Antoninum, Hiſpaniæ vrbs. Vide* BVRTINA.

BOSTITZA, *vide* ÆGIRA.

BOSTRA Βόστρα, *Arabiæ vrbs, Ammiano, Stephano, & lib. Notitiar.* COL. BOSTRA, *eſt in antiquo lapide. Et* COL. BOSTRA. N. T. R. ALEXANDRIANÆ, *in Iuliæ Mammeæ nummo.* BOSTRA · LEGIO *in Arabia Petræa, Philippi Imp. patria, vulgari appellatione* Buſſereth *vocari ſcribit Brochardus, & Gul. Tyrius, qui eam in Prima Arabia ponit.* Baſra *nominat Leunclauius. Philippus Imp. videtur eam accepto imperio inſtauraſſe, &* PHILIPPOPOLIM *nominaſſe, apud Zonaram, in eius vita. vide* BOTRVS.

BOSTRENVS, *vide* TAMYRAS.

BOSVTENSIS *loci epiſcopalis, in Africa, meminit Coll. Carthag.*

BOTACHIDÆ Βωταχίδαι, *Arcadiæ locus, apud Stephanum.* POTACHIDÆ *ſunt apud Pauſaniam: qui Tegeatarum curiam facit.*

BOTAMANIS, *vocatur à Serapione, capite de bdellio, locus qui à Dioſcoride* PETRA *vocatur. Arabiæ eſt.*

BOTIÆI, *vide* BOTTIÆA.

BOTIEVM βοτίειον, *Phrygiæ opidum, cum ſtagno ἄτλαια, quod ſalem producit, teſte Stephano. Meminit huius etiam Epitome Strabonis.* Βώτιον, *regionem circa Ilium habet Lexicon Phauorini. Videndum an idem cum* BATIEIA.

BOTOLIANÆ Βοτωλιον, *eccleſiæ memoria eſt apud Sozomenum 7. cap. 27. Circa Palæſtinam videtur.*

BOTONTINVS *Ager Calabriæ. Lib. de Limitibus. Vide* BVTENTINENSES.

BOTORDVS, *vide* BOTRODVS.

BOTRI *Torrens, vel vallis, vide* NACHAL ESCOL.

BOTRIANENSIS *Plebs, in Africa. Coll. Carthag.*

BOTRODVS. *Martialis lib. 1. delicati dulce Botrodo nemus. Idem eius lib. 12. meminit. Perottus dicit vicum eſſe, non longè à Segobriga: & quondam opidum fuiſſe; atque à Graccho dirutum, teſtem adducit Polybium. Sed hic* BOTORDVS *legit. Turnebus in Aduerſariis* BOLETI *Nemus.* „

BOTRVS βότρυς, *Syriæ vrbs, Ioſepho, Pomponio, Ptolemæo. A Volaterrano* Boteron *dicitur. Poſtellus ſcribit* Botrun *(quod idem eſt) à Chriſtianis, &* Elpatron *à Syris appellari. Si El, articulus Arabicus ab hac voce deſit, eiuſdem erit cum ſuperioribus, ſoni. Diagoram Botryenſem citat Plinius Lib. 1. Huius Botrys meminit etiam Strabo 16. at malè* BOSTRA *legunt codices typis excuſi.*

BOTTAICA, *vide* BOTTIEA.

BOTTIA, *&* BOTTIAEA Βοττιαία, *Greciæ regio, in qua Spartolus vrbs, Thucydidi 2. Chalcidenſibus vicina. Huius vrbes præterea ſunt Pella, & Ichnæ; apud Herodotum.*

BOTTAICA Βοττιαίκη, eſt in Strabonis Epitome. in ea Alorus vrbs. Thraciæ regionem vocat Diodorus 12. Plutarchus in Theſeo, & Quæſtionibus Græcis. BOTIÆI ſunt quoque Thraciæ populi, Plinio, & Diodoro. Sed ijdem cum Superioribus.

BOTTION Βοττίαιον, gens in Macedonia; & BOTTIA regio, alia à Bottiæa, ſi creditur Etymologico.

BOTYRA, vna ex amicis vrbibus Troianis. Dict. Cretẽſis 2.

BOVA, Locrorum vrbs, cuius epiſcopus Laurentius interfuit Synodo Romanæ, ſub Symmacho 1. Ex Gab. Barrij Calabria.

BOVCARENSIS locus, in Africa, teſtis Coll. Carthag.

BOVCONIA, vrbs inter Bormitomagum & Moguntiam. Antoninus.

BOVDOBRICA, vide BODOBRIGA.

BOVIANVM Βοΐανον, Ptolemæo eſt Samnitum in Italia vrbs: Pentrorum caput vocat Liuius. Βοίανον, Stephano eſt. BONONIAM ab Antonino appellari vult Simlerus, ſed Bouianum hoc loco legit ex codice M. S. Sigonius. Boiano Leander vocat. BOBIANI Agri in Samnio, meminit Lib. Coloniar. Plinius hoc tractu duo opida Bouianum dicta habet, quorum vnum VETVS, alterum VNDECVMANORVM cognominat. Vtramq; coloniam Romanorrm fuiſſe, ex eodem Plinio & Frontino conijcitur.

BOVIASMVM, vide BVBIEMVM.

BOVILLÆ, Plinio, Tacito, Liuio, Propertio, & Perſio. Βοΐλλαι, Appiano. Italiæ vrbs, in Latio. Babuca Leandro. Baccucci apud aliũ lego. BOBILE colonia, apud Frontinum Nanſii. Sunt in Via Appia, ad vndecimum ab vrbe lapidem; teſte Cicerone, & Cornuto in Perſium. Centum ſtadijs Bollam diſtare ab vrbe (quod ferè idem eſt) ſcribit Plutarchus. Has Bollas eaſdem cum Boellis puto: etſi duas ex illis facere malit Sigonius. BOVILLANI fundi, in huius agro, meminit Cicero 3. ad Q. Fratrem. vide BOELLÆ, & BOLA. Vide BOHILLA.

BOVINIACVM, LONNIA, & SOLOMANNIA, pagorum nomina; circa Lutzenburgum, vt in S. Remacli videtur vita. Bouines, & Salmaigne, ad Moſam fluuium reor. De Lonnia autem nondum mihi conſtat.

BOVIS AVLA Βοὸς αὐλὴ, Euboææ inſulæ locus, in ora Ægæi maris, vbi Io Epaphum enixa dicitur, Strabo.

BOVIS AVREI Templum, χρυσῆς βοὸς νεὼν, locus Palæſtinæ, circa Semechonitidem lacum, ſub quo Iordanem Minorem fontes ſuos habere, ſcribit Ioſephus, Belli Iud. 4. cap. 1. Iouis pro Bouis legunt Latina exemplaria.

BOVIVM, vide BOMIVM, BONIVM, & BOBIVM.

BOVTA Βοῦτα, Libyæ Interioris opidum: Ptolemæo.

BRABISCVS, vide DRABESCVS.

BRABON Βραβὼν, vrbs Atticæ, Phauorini Lexicon.

BRABONIACVM, vide BROVONACIS.

BRACA, vide HEBRAICA.

BRACAR, vide AVGVSTA BRACARVM.

BRACARI Βρακάροι, Vide BRÆCARI.

BRACCATA, vide NARBONENSIS.

BRACHBANTIVM, locus Germaniæ Inferioris; in vita S. Landoaldi. BRACHBENT eſt in vita S. Ludgeri: in quo monaſterium Lotuſa. Klepn Brabant hodie nominari opinor. Regiuncula eſt in confinibus Flandriæ Brabantiæque.

BRACHIA, vide ARABICVS Sinus.

BRACHMANES Βραχμᾶνες, Ptolemæo, Straboni, alijſque, Indiæ philoſophi. Stephanus eos etiam BRACHMAS Βράχμας, vocari ſcribit. BRACHMAEorum opidum habet Ptolemæus. Horum habitationem, viuendi morem veſtitumq;, lege apud Strabonem 15. Philoſtratum 3. Dionem Pruſæum Oratione 35. & Suidam. In ſiluis habitare, & corpus frondibus tegere, ſcribit Theodoretus 12. Græcar. Adfection. Oxidracis finitimos facit Lucianus in Fugitiuis. Idem eoſdem videtur facere cum Gymnoſophiſtis: ſic quoq; Apuleius Floridor. 2. BRACHMANEN Inſulam habitare, ſcribit Suidas, cui ijdem cum CALANIS videntur, Multarum gentium cognomen facit Plinius. Videntur Bramini hodie, de quibus multa paſſim apud recentiores ſcriptores, qui eas partes perluſtrarunt. Naires tamen interpretatur Maffeius, vide GYMNOSOPHISTÆ.



BRACHODES Βραχώδης, Promontorium in Africa Propria, eſt apud Ptolemæum. Videtur à Strabone AMMONIS vocari.

BRACHONESIVM Βραχόνησον, Propontidis inſula. In Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp. TRAGONESIVM legebat Latinus interpres.

BRACHYLA Βραχύλη, Ceretanorum vrbs, vicina Iberis. Stephanus.

BRACTI, vide BRITANNICÆ.

BRADAM Italiæ fluuium, habet Antoninus: inter Potentiam & Venuſiam. Circæ Apuliam.

BRÆCARII, Ptolemæo ſunt, BRACARI Plinio, & Appiano. Vide LVSITANIA, & AVGVSTA Bracarum.

BRÆSI Βραισοὶ, Stephano Macedoniæ gens. Ex Dionyſij 3. Baſſaricorum.

BRÆSII, vide PRASIANA.

BRAGÆ, inſulæ deſertæ ſunt, Arabiæ Felicis, verſus Ortum. Plinius.

BRAGARA, vide AVGVSTA BRACARVM.

BRAGE, vide BRIGE.

BRAGODVRVM Βραγόδουρον, Rhætiæ opidum, in Germania, Ptolemæo auctore. Bibrach Lazio, Rockenburg Rhenano.

BRAGVLÆ, Thraciæ vrbs, Antonino. corruptè pro Bergula.

BRAMAGARA, vide ARAMAGARA.

BRAMAGVM, vel BROMAGVM, apud Antoninum eſt Maximæ Sequanorum opidum, quod Simlerus Bragans nominat, & Bramaſans, in itinere Auguſta Pratoria, Rauracum. Idem alibi Romont vocat.

BRAMENIVM, vide BREMENIVM.

BRAMMA Βράμμα, Sinarum regionis vrbs, Ptolemæo. Brema vocat Mercator, in ſua tabula vniuerſali.

BRANA, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs: Plinio.

BRANCHIADÆ, Aſiæ populi bilingues, circa Oxum fluuium vſpiam, quorum vrbem adeò exciſam ſcribit Curtius 7. vt ne eius veſtigium exſtet. In Sogdiana eſt Straboni 11. Βραγχίδαι, ſunt Diodoro 17. capitum Elencho: nam ipſe liber hic mancus eſt. Non placet BRANCIDÆ, vt quidam legit.

BRANCHIDÆ, vide FRANCI.

BRANCHIDARVM Oraculum, nunc DIDYMÆI Apollinis, locus Cariæ, apud Plinium. Βραγχίδαι, Straboni, & Pomponio, cui in Ionia, finitima regione eſt. In ora Mileſiæ, eſt Herodoto 1. Pauſaniæ 5. & Suidæ. Niger ſcribit Petron vocari. Vide BRANCHIADÆ.

BRANCOSI, Indiæ populi, ſunt apud Plinium.

BRANDEIA, vide ALISIVM.

BRANGONIA, vide BRANOVIVM.

BRANISOBA. Hungariæ vrbs videtur, apud Nicetam, & Glycæ continuatorem. Nouum nomen puto.

BRANNACVM villa, Gregorio Turonenſi, Hiſtoriar. 4.

BRANNESIA, vide VRBS VETVS.

BRANNOGENIVM Βραννογένιον, Ordouicorum vrbs Ptolemæo. In Albione. Vide BRANOVIVM, & BARANGÆ.

BRANNOVICES, Cæſari Galliæ populi ſunt; inter Æduorum clientes numerati. Moriane, Marliano & Pingonio. Iidem cum BRANNOVIIS fortè, vt putat Marlianus, qui apud eundem Cæſarem ſunt: ſed hos putat Vigenereus hodie Briançon occupare. Diuerſos eſſe, docet Cæſar, de Bello Gallico 7.

BRANODVNVM, littoris Saxonici in Britannia opidum. lib. Notit. Branceſtre hodie eſt: vt docet Camdenus, in ſua Britannia.

BRANOVIVM, vel BRAVINIVM, Angliæ opidum, Antonino: quod Britannicè Caervragon, & Anglicè Worceſter vocatur; vulgo Latino. BRANGONIAM



vocat Lhuydus. BRANNOGENIVM Ptolemæi putat eſſe Camdenus: eſſeq; ab eo malè in Ordouicibus poſitum.

BRASIÆ Βρασιαὶ, olim OREATÆ ὀρειάθ. Laconicæ opidum eſt Pauſaniæ. PRASIA πρασία, Ptolemæo eſt. PRASIÆ ſunt apud Stephanum, Polyænum, Polybium 4. Thucydidem 2. 6. & 7. Fortè etiam PRACIÆ eiuſdem Stephani. Ciparifli, Zardo; Tiros, Nigro. Plethon duplici ss. πρασσία, habet. Vide BRYSEÆ.

BRASIEÆ ſepulcrum, locus in Co inſula. Theocritus.

BRATTIA, vide BRETTANIS.

BRATVSPANTIVM Cæſari, inter Bellouacos & Ambianos, fortè pagus hodie Granuiller, vel Grattepancé dictus, vt Car. Bouillus æſtimat. Sunt quibus videtur Clermont en Beauuoiſis. alij malunt Beaumont ſur Oyſe, vt Vigenereus prodit, in ſuis Cæſaris Commentarijs. Bratuſpantij etiam memoria eſt in vita S. Guiberti. Item in Ansfridi Epiſcopi Vltraiectenſis, apud Sigebertum.

BRAVRVM Βραύρων, Atticæ municipium, Straboni, Plinio, Plutarcho in Solone, Pauſaniæ, & Stephano. BAVRVM Βαυρων legitur in Euripidis Iphigenia Taurica, mẽdoſè, vt annotauit Hartungus. Eadem lectio tamen apud Iul. Pollucem eſt, lib. 8. Vide ATHENÆ.

BRAVVM Βραῦον, Ptolemæo Murbogorum, in Hiſpaniæ Tarraconenſi vrbs, Burgos Tarapha teſte. Villanouanus in ſuo Ptolemæo addit Brauum olim MASBVRGI, & AVCA dictam, auctores eius vellem protuliſſet. Aucam Moralis deſcribit in montibus, quos Doca vulgò vocant; in loco qui hodie Nueſtra Señora de Oca nominatur. Iuxta Villam Francam, vt tradit Nebriſſenſis.

BRE, Βρε, Thraciæ vrbs. Procop. 4. Ædificiorum.

BREA Βρέα, Athenienſium ciuitas, in quam poſtea coloniam miſerunt. Stephanus.

BRECANTIA, vide BRIGANTIVM.

BRECELLÆ. vide VERCELLÆ.

BREGÆTIVM Βρεγαίτιον, Pannoniæ Superioris vrbs, Ptolemæo. Bregnitz dicitur Pircheimero. Locum Bonruda appellant, vbi antiqui Bregætij ruinæ & veſtigia apparent hodie, inquit Lazius. Puto hoc Bregætium Ptolemæi ab Ammiano BREGETIO, & ab Aurelio Victore BERGENTIO dici: ſic enim hi nominant vrbem, in qua Valentianus Imp. Quadorum legationi reſpondens, obierit. Paulus Diaconus BRIGIO appellat. BRIGITIO Calliſtus.

BREGES, vide PHRYGIA.

BREI, vide BRIONES.

BRELITENSIS Epiſcopus, Honoratus nomine. Decret. 1. Diſtinct. 16. Interfuit Aluernenſi Synodo. Pro Bliterenſis fortaſſe.

BREMENIVM Βρεμένιον, Otadenorum vrbs in finibus Scotiæ & Angliæ, Ptolemæo. Hodie Barwick, Villanouano cenſore. Bamborow mallet ex ea facere Talbotus, non tamen affirmare audet. Sed Brampton Camdeno eſt. Antoninus BRAMENIVM legit.

BREMETONACVM, Angliæ opidum, Antonino. An fortè BREMETENRACVM in lib. Notit? Rhibceſter Guilielmo Camdeno eſt.

BREMITANI, vide FOROBREMITANI.

BRENCI, vide BREVNI.

BRENDA, & BRENDESIVM, vide BRVNDISIVM.

BRENDICA Thraciæ vrbs, Antonino. BRISIZE legit Simlerus. Vide BRIZICA.

BRENNACVM, Galliæ opidum, Greg. Turonenſi 4. & Aimoino 3.

BRENNI, vide BREVNI.

BRENNVM montem, nominat Philargirius ad III. Georg. ex quo Mella fluuius oritur. vide PYRENÆVS.

BRENTESIA, vide MEDOACVS.

BRENTHE, vide BERENTHEATES.

BRENTII, Βρέντιοι, gens in Italia. Heſychius. Vide BRVTTII.

BRENTONICVM, Brentoni caſtrum, hodie, Lazio. Ad Atheſim, inter Tridentum & Veronam. Brentorum regionis, vt puto. vide FAGITANA.



BRENTORVM ſiue, vt alius codex, BRENTONORVM Regis, Sinduali, meminit Diaconus. quos Blondus ſcribit antea HERVLOS nominatos. atq; in eo angulo Alpium & Apennini eos ſtatuit, vbi Tanarus fluuius triginta torrentibus auctus, regionem irrigat. vide BRENTONICVM, & BRIONVM.

BREONES, vide IBRIONES.

BREPVS, vide BRESSVS.

BRESSVS Βρέσσος, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo. BREPVS interpreti.

BRETANI, vide BRITANNI.

BRETINA, vide SABONA.

BRETOLÆVM Βρετόλαιον, Celticorum in Luſitaniæ vrbs Ptolemæus.

BRETONI, vide BRENTORVM.

BRETTALIA Βρεττάλια, inſula circa Oceanum. Heſychius. Corruptè, ni fallor, pro Βρεττανία.

BRETTANIA Βρεττανία, Iſacio in Lycophronem inſula Oceani eſt, inter Britanniam occidentalem & Thulen. Angliam haud dubiè ſignificat. & pro BRITANNIA. ſic legit quoque Dion. 60. Vide BRVTTII.

BRETTANIS Βρεττανίς, inſula in Mari Hadriatico eſt Stephano, quam quoque BRETTOTIAM Βρεττοτία, vocat. & à Græcis ELAPHVSSAM appellari ſcribit. Hæc eſt quæ (vt Hermolaus cenſet) BRATTIA à Plinio & Antonino dicitur, contra Surium ſita, bubus & capris laudata. BRETTIA habet Etymologicum. Brattia quoque hodie vocari idem Hermolaus ait.

BRETTI, vide BRITANNICA.

BRETTIA, vide ITALIA, & BRETTANIS.

BRETTII, vide BRVTII, & BRETTVS.

BRETTIVM, Vide BRVTIVM, & LEVCOPETRA.

BRETTIVS Βρέττιος, Brettotiæ inſulæ fluuius, quæ in Hadriatico mari eſt. Stephanus, in verbo Βρεττοτία.

BRETTOTIA, Vide BRETTIVS, & BRETTANIS.

BRETTVS Βρέττος, Italiæ vrbs, Tyrrhenorum: in Brettia regione, & Brettiis populis. Stephanus.

BREVCI Βρεῦκοι, Pannoniæ populi, Ptolemæo, Dioni, & Plinio, qui eos perflui à Sauo flumine dicit. Vide BREVNI.

BREVCOMAGVS, vide BROCOMAGVS.

BREVIODVRVM, Galliæ Lugdunenſis vrbs, Antonino. BRIGAODORVM legit quoque Simlerus.

BREVIS, Hiſpaniæ locus, inter Bracaram & Auguſtam. Antoninus.

BREVNI Βρεῦνοι, Ptolemæo Vindeliciæ populi. Perlacherheyd hodie, Auentino. qui eoſdem dicit ab Horatio & Floro BRENNOS vocari. Strabo eos BRENCOS, (Βρεῦκος, ego lego) appellat, vt Simlerus prodit, qui eos Brunauwer interpretatur, qui ſunt ad Ænum fluuium. Idem ſubdit Bruneck, in Alpibus opidum, huius nominis veſtigia ſeruare. Plinio BREVNI in Lepontiis: Palenſerthal, & Vallis Breunia, Æg. Scudo.

BRIADA Βρίαδα, Piſidiæ vrbs, Straboni ex Artemidoro.

BRIANEÆ collis, circa Galatiam eſt: in vita S. Theodori Archimandritæ.

BRIANTICA Βριαντικὴ, Thraciæ regio, quæ olim GALAICA γαλαϊκὴ. Herodotus in Polymnia. PRIATICVM Campum Liuij crediderim. BRIANTAS populos habet Solinus. alij PRIANTÆ legunt.

BRIARÆI Columnæ, vide ALYBE.

BRICICVM, Hiſpaniæ vrbs Antonino. inter Aſturicam & Ocelum Durij. BRICIVM quoque legit.

BRICINNIA Βρικιννίαι, arx agri Leontini, in Sicilia, Stephano, & Thucydidi in principio lib. 5.

BRICIVM, vide BRICICVM.

BRICTATES fluuius, ex Timato monte Arno miſcetur. Sic Vibius. Tifata fortè, pro Timato. Bocatius autem habet, BRICRATES fluuius ex Timaro monte progrediens, miſcetur Arino. Vtriuſq; lectio mihi ſuſpecta.

BRIDAMA, vide BIRDAMA.

BRIDINNAS inſulas Septentrionalis maris, habet Æthicus Sophiſta: vbi nanos homines dicit: ad minorum cubitorum menſuram vix peruenientes.

BRIDO-

BRIDOBORVM, *Lugdunenſis Galliæ vrbs; Antonino.* Briare *Simlero videtur. Ad Ligerim fluuium hæc eſt.*

BRIENNONA, *vide* BONNA.

BRIETVM, *vide* BRYAZON.

BRIGA, *vide* AVGVSTOBRIGA, & FLAVIOBRIGA.

BRIGÆCIVM βεργαίκιον, *Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs.* Briuieſca, *Moletio;* Ouiedo, *Tarapha.* BRIGÆCINI *populi, ibidem: eodẽ auctore Ptolemæo.* BRIGECVM *habet Antoninus circa eundem tractum, quod ego* Leon *interpretari malim. Vide* TRIGÆCINI.

BRIGANTES βρίγαντες, *Albionis inſulæ populi, Ptolemæo. Hi ſunt* Eboracenſes *Lelando, ſed* Galwei *Hect. Boëtio. His Brigantibus ſcribit Pauſanias magnam agrorum partem ab Antonino Pio Imp. ademptam.* BRIGANTES *ſunt etiam in Hibernia, eidem Ptolemæo. vide* PHRYGIA.

BRIGANTIA, *Vide* BRIGANTIVM, & FLAVIVM.

BRIGANTINVM, *Rhætiæ lacum habet Plinius lib. 9. cap. 17. de eo ſic Erythræus in ſuo Indice Virgiliano: Brigantinus lacus Rhætiæ, in Alpibus abſtruſus, qui hodie Hydrius, in Tridentinorum finibus: vnde Cluſius amnis emittitur.* Lago de Idro *vulgò eſt. Quòd Erythræo hic minus aſſentiar, Ammianus facit lib. 15. diligens admodum in locis deſcribendis auctor: Is enim Rhenum fluuium per quadraginta & ſexaginta ſtadia per Brigantiam lacum diffuſum ait, ex qua deſcriptione eundem eſſe cum Acronio, nemo non videt. Vide* ACRONIVS.

BRIGANTIVM βεργάντιον, *Ptolemæo in Rhætia, Straboni in Vindelicis opidum circa Lacum Acronium; Antonino* BRIGANTIA. Bregent *eſt Schudo. item Simlero.* BRECANTIA *fortè libri Notitiarum.* BRIGANTIVM, *Seguſianorum eſt vrbs, Straboni, Ptolemæo, & Antonino: Hanc Ammianus* VIRGANTIAM *nominat, vt ſcribit Varrerius, cui hodie vrbs eſt in Delphinatu,* Brianſon *nomine. Maioris Britanniæ etiam vrbs,* BRIGANTIVM, *55. gradib. diſtans ab æquinoctiali verſus Boream. ſic Almageſtum lib. 2. Eboracum hanc eſſe, putat Camdenus. Vide* FLAVIVM.

BRIGAODORVM, *vide* BREVIODVRVM.

BRIGAS, *vide* BRIGANTES.

BRIGE, *vel* BRAGE, *Angliæ vrbs, Antonino. Brige meminit etiam Beda.* Brougthon *eſt G. Camdeno.*

BRIGES, *vide* PHRYGIA.

BRIGI, *vide* THRACIA, & BRINCI.

BRIGIA *ſilua, iuxta Raſbacum fluuiolum, in Gallia. S. Audoeni Rhotomagenſis vita.* BRIGENSEM *ſaltum vocat Aimoinus.*

BRIGIANI, *Alpini populi, Plinio. Hi fortè ſunt, Simlero auctore, qui* Brigantione *ſupra Caturiges habitarunt, in Alpibus Cottiis.*

BRIGIO, *vide* BREGÆTIVM.

BRIGOBANNIS, & TENEDO, *Germaniæ opida, trans Rhenum, ad ſiluam Martianam. B. Rhenano ex charta Peutingeriana.*

BRIGVLVS, *vide* ARAR.

BRILESSVS, βειλησσός, *mons in Attica, Solino, & Thucydidi 2. & Etymologo, ſed ſingulari S. ſic quoque apud Empiricum. vide* BRILETVS.

BRILETVS, *bina iocinera leporibus circa Briletum & Tharnen. ſic Plinius. idem & quaterni renes cerui: contra ſquamoſis pennatiſq; nulli.* THERNE *per* E. *in prima, legunt quædam exemplaria. Sed* TARNE *reponendum. Brilettus Attico more per T. ſcribi, & idem eſſe cum Brileſſo puto.* BRILESSVS *quoque apud Thucydiden 2. lego, &* PARNE *male, pro Tarne.*

BRINCAS βρίγκας, *Italiæ vrbs à Gothis recepta, per Narſetem. Cedrenus.*

BRINCI βρίγκοι, *Thraciæ populi, circa Hedones: Suidæ, in voce Thamyris. Fidem cum* BRIGIS *ſunt.*

BRINIATES *Ligures, habet Liuius, 39. & 41. Vide* FRINIATES.



BRINNIACVM *fundum, habet Cicero 13. epiſtolarum ad Atticum, epiſt. 48. In Campania videtur.* BRINNIANVM, *alia lectio.*

BRINTA, *vide* MEDOACVS.

BRIONVM *Regio, vbi ſanguis de nubibus fluxit. P. Diaconus 4. Longobard. An eadem cum* BRETTONORVM? Braunecken *ex Briono facit Lazius. In Ducatu Tirolenſi, Vide* IBRIONES. *Adi quoque M. Velſerum 8. Auguſtanarum.*

BRIOS, *locus prope Vercellas, vbi Carolus Iunior Imp. obijt. Onuphrius. vide* BARIS.

BRISA βρίσα, *Lesbi promontorium, Stephano. Armeniæ Maioris vrbs, in Authenticis. An hæc Brizaca Ptolemæi? vel Breſſus?*

BRISABRITÆ, *Indiæ populi ſunt apud Plinium.*

BRISACVS MONS, *inter Argentoratum & Baſileam vrbes, Antonino. idem* BLVSIACVS *etiam legit.* Briſach *in Rheni ripa, Beato Rhenano.*

BRISIGAVI, *ſunt in lib. Notitiar. vbi inter auxilia Palatina numerantur. An* Briſgawer *Germaniæ populi?*

BRISINGESIA, *vide* EBORA, & CONIMBRICA.

BRISIZE, *vide* BRENDICA.

BRISNIACVM, CLYPIACVM, SANCIACVM, *Galliæ loca, in S. Audoeni Rhotomagenſis vita.*

BRISOANA, *vide* BRISANA.

BRISTOLIVM, *vide* VENTA *Belgarum.*

BRITABLVM, *vide* LITABRVM.

BRITANNI, *Galliæ Belgicæ populi, Plinius 4. cap. 17. An fortè vbi hodie* Thuys te Britten *nominatur, ad Rheni oſtium?* BRITANNICIANI *hi videntur in lib. Notitiar. &* LITTVS BRITANNICVM *hoc tractu ab Eginartho deſcribi puto. In Gallia etiam* BRITANNI *ſuper Ligerim ſiti, ſunt Sidonio lib. 1. ad Vincetium.* Bretaigne *hodie. Hanc Plinius 3. cap. 18. Peninſulam Galliæ Lugdunenſis ſpectatiorem appellat.* BRETANI βρεττανοὶ, *hi ſunt apud Dionyſium Afrum, &* BRITTONES *apud mediæ ætatis ſcriptores.* Bretons *hodie. vide* BRITONES.

BRITANNIA MINOR, *vide* ARMORICÆ.

BRITANNIÆ *Specula, vide* ARTABRVM.

BRITANNICÆ *Inſulæ vocantur apud auctores, eæ quæ hodie Anglicum & Scoticum regnum continent; cum Hibernia, & inſululis circumiacentibus.* BRETANIDES βρεττανίδες, *eas appellat Dionyſius Alexandrinus. Harum maxima, in qua hodie Anglicum & Scoticum regnum,* ALBION ἀλβίων, *à Ptolemæo dicitur; & ab alijs etiam* BRITANNIA, *per excellentiam, quaſi inter Britannicas primaria. Dion. lib. 60.* BRETTANICA βρεττανικὰ *legit, ſic quoque Appianus in Proemio hiſtoriæ. Stephano* PRETANICA πρεττανικὰ, *per* P. *ſcribitur. Hanc inſulam Romani poſtquam eam imperio ſuo totam ſubiugaſſent; in prouincias & nomina diſtinxere. In Almageſto libr. 2.* MAIOR *vocatur pars quæ verſus Auſtrum eſt: &* MINOR *quæ verſus Boream. Xiphilinus & Dion eam diuidit in* SVPERIOREM & INFERIOREM. *Apud Sex Rufum qui ſub Valentiniano Imp. floruit, ſunt* BRITANNIA PRIMA, BRITANNIA SECVNDA, FLAVIA, & MAXIMA CÆSARIENSIS. *Liber notitiarum addit* VALENTIAM; *cuius quoque Marcellinus meminit. Has prouincias ſic interpretatur Humf. Lhuydus, Britanniam primam vocat, quæ à Tameſi ad Vallum vſque extenditur. Hæc ferè hodie comprehenditur ſub* Angliæ *(vt Latinum vulgus vocat) nomine. Secundam, quam & Minorem ſcribit vocari, quæ vulgò* Scotia *appellatur, eſſe affirmat. Ex Maxima Cæſarienſi,* Cantium *facit cum Atrebatẽſi regione. Ex Flauia,* Weſtſaxonum *tractum, cum* Wicht *inſula. Valentiam,* Cambriam *indigitat. Sed neque hoc omittendum duximus, quod Humfredus ex Sigeberto litteris prodidit, hanc nempe inſulam antequam à Romanis aut exteris cognita eſſet, in tres regiones diſtinctam; quas indigenarum lingua (quæ hactenus in Cambria, eius patria in vſu eſt)* Lhoëgria, Cambria, & Albania *vocitarunt, & etiamnum vocitant, de quibus vide ſuis locis. Idem ex vetuſtiſſimis eius regionis monumentis docet generali vocabulo hanc inſulam* PRYDAIN *dictam, ex qua Græcos & Latinos ſuam Britanniam feciſſe veriſimile eſt. Britanni,* BRACTI *vocantur corruptè, in Witichindi hiſtoria. ſed* BRETTI *lego in eiuſdem codice M. S. Cambriam putat Ponticus Virunius à Iuuenale Satyra 7. celebratam hoc verſu, Occidit miſeros Cambre repetita magiſtros. vide* ALBION, ARMORICA SCOTIA, & VALENTIA.



BRITANNICIANI, & BRITANNICVM *Littus, vide* BRITANNI.

BRITANNICVS *Portus, Morinorum, in Galliæ. Plinius 4. cap. 23. Vide* ICCIVS.

BRITANNICVS *Oceanus, Ptolemæo; qui inter Angliam & Galliam eſt, Nautis noſtratibus* Canale *dicitur;* Manche *Gallis:* Sleiſe *Anglis. Plinio 4. cap. 9. alius eſt: is nempe, qui inter Rhenum & Sequanam. Hic apud alios* GERMANICVS *vocatur. Vide* GERMANICVM *mare.*

BRITINI *villam, habet Apuleius 8. de Aſino. Beroaldus ad hunc locum annotauit hæc verba, Fortaſſis à Britia ciuitate Bythiniæ deductum, vt ſentit Hermolaus.*

BRITINIA, *vel* BRITONIA, *eſt Hiſpaniæ vrbs, Amb. Morali; qui addit eam hodie circa* Mondoñedo *locum habere.*

BRITIVM, *vide* EBVROBRITIVM.

BRITOLAGÆ βριτολάγαι, *Myſiæ Inferioris populi. Ptol.*

BRITOLENSIS *Epiſcopus Hiſpaniæ, nominatur in Concilio Toletano* III.

BRITONES, *Iuuenalis, Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones vnquam.* BRITONVM *ſtigmatum meminit quoque Tertullianus de Velandis virginibus,* NATIONE BRITTO, *legit vetus lapis in Vrbe. vide* BRITANNI, BITTORES, & ARMORICÆ.

BRITONIVM, *Hiſpaniæ vrbem Epiſcopalem habet Moralis, in concilio Toletano, libro 12. ſui Chronici. vide* BRITINIA.

BRITTII, *vide* BRVTTII.

BRITTONES *vide* BRITONES.

BRITTVM βρεττον, *Myſiæ Aſiaticæ tractus. Galenus de Antidoto. Verſus Pergamum puto quia addit, Prouinciæ noſtræ finitimus eſt. Pergamenum enim Galenum fuiſſe, notiſſimum.*

BRIVA ISARÆ, *Antonino:* Pontoyſe *Simlero. Galliæ Lugdunenſis opidum* XV. M. *Paſſ. à Lutetia.* BVRVSARA *videtur M. Velſero, in Tabula Peutingeriana, vbi &* BRVISSARA *legitur, in tertia nempe huius tabulæ ſcheda nondum edita.*

BRIVAS, *Sidonio Galliæ opidum, vbi oſſa Iuliani. Vicum* BRIVATENSEM *vocat Hericus lib. 4. vita S. Germani.* BRIVA CVRRETIA *eſt apud Greg. Turonenſem 7. vbi S. Martinus S. Martini diſcipulus, requieſcit. In Aruernis eſt, hodie* Briue *vocatur, Cœnali. vel* Bruine en Limoſin *Belleforeſtio.* BRIVATEM βριουάτεν, *Portũ habet Ptolemæus in Gallia Lugdunenſi: circa Ligeris fluminis oſtia.* Breſt *interpretatur à Scaligero.*

BRIVENES *ciues, habet Lazius 5. R. P. R. ex antiqua inſcriptione, quæ ad Danubium eſt, propè Laugingam Sueuiæ. Iacobus Scepperus docet eos fuiſſe, vbi hodie* Prentz *pagus & fluuius.*

BRIVLVM, *cuius Epiſcopus Timotheus. Epheſinum concil.* III. BARIVLVM *alia lectio.*

BRIXABA βριξάβα, *Mons Tanai fluminis vicinus, qui poſtea* ARIETIS FRONS, κριοῦ μέτωπον, *dictus fuit; auctor Plutarchus de fluminibus.*

BRIXANTÆ, & BRIXENTES, *vide* SVBLAVIO.

BRIXELLVM βρίξελλον, *Ptolemæo, & Suetonio, item Plinio, cui Colonia eſt, ſed per I. in ſecunda legit, vt quoque Plutarchus in Othone. Galliæ Togatæ in Italia vrbs. Leandro* Breſcello *dicitur.*

BRIXIA βριξία, *Straboni, Ptolemæo, Liuio, Nazario in Panegyrico, & Plinio in Epiſtolis, Cenomanorũ opidum, & caput, Liuio. in Italia Coloniam Romanam facit Onuphrius.* Breſcia *hodie, Leandro. Sub Venetorum dominio eſt, populoſa & ampla ciuitas; & ditiſſimis incolis habitata. Hanc Vrbis Venetæ ſponſam vulgò cognominari didicimus. Chryſoſtomus Zanchus in ſuo de Orobijs libello, putat hanc Brixiam à Catullo ſub nomine* CYGNEÆ *Speculæ deſcribi, hoc verſu: Brixia Cygnea ſuppoſita in ſpecula. alia eſt autem lectio in excuſis exemplaribus. Meminit* BRIXIÆ *Optatus. & D. Auguſtinus, contra Creſconium lib. 3. vbi ſcribit Cæcilianum exilio condemnatum. fortè alia ab hac. Eſt* BRIXIA *etiam Suſianæ fluuius, Plinio.*



BRIXIANVM, *vide* FAGITANA.

BRIXILLVM, *vide* BRIXELLVM.

BRIXINA, & BRIXINORA, *vide* SVBLAVIO.

BRIXIORVM *Tractus, ſiluoſus videtur circa Beneuentum: ex Diaconi 4. Longobard.*

BRIZACA βρίζακα, *Armeniæ Maioris opidum, Ptolemæus. vide* BRIZA.

BRIZANA βρίζανα, *Arriano,* BRISOANA βρισόανα, *Ptolemæo, Perſidis fluuius: fortè* Sirt, *hodie. Alteruter inuertit ordinem poſitionis huius Brizanæ & Rogamis fluuiorum.* BRIZANOS *Germaniæ Septentrionales populos, habet Helmoldus.*

BRIZICA, *Thraciæ vrbs, Antonino: inter Maximianopolim & Traianopolim.* BRENDICA *an eadem, neſcio.*

BROCHOTVS βροχωτὸς, *mons acceſſu difficilis, regiã pulcherrimam habens: alij* PRONISTA προνίστα, *vocant. Sic Curopalates, & Cedrenus. Circa Bulgariam vſpiam eũ refero. Sed* PEOMISTA *legitur apud Curopalatem.*

BROCHVS βρόχον, *Phœniciæ opidum, prope Marſyam locum; inter Libanum & Antilibanum. Polybius 5. ad paludem ſitam ſcribit.*

BROCOMAGVS, *vt Rhenanus ex Marcellino habet.* BROTOMAGVS *per* T. *meum exemplar legit. per* C. *autem apud Antoninum. Ptolemæo* BREVCOMAGVS βρευκόμαγος, *eſt: Germaniæ vicus, duobus milliaribus infra Argentoratum ſitus, &* Brucomat *vocatus, vt Rhenanus putat.*

BROCOVO, *vide* BROVONACIS.

BRODENTIA βροδεντία, *Germaniæ vrbs eſt apud Ptol.*

BRODOLIVM, *locus in Gallia, Meldorũ. Vita S. Fiacrij.*

BROLINDVM, *vide* DIOLINDVM.

BROLINGÆ, *vide* BOLINGÆ.

BROMAGVM, *vide* BRAMAGVM.

BROMISCVS βρωμίσκος, *Græciæ vrbs, qua ſtagnum Bolbe mari infunditur. Thucydides 4. eſt ergo in Macedonia, nõ procul à Mygdonia: vt apparet ex eiuſdem libro 1. vide* BORMISCVS.

BROMITOMAGVM, *vide* BORMETOMAGVS.

BRONCOTAS, *vide* BRONTOTAS.

BRONGVS, *Mœſiæ fluuius, in Iſtrum influens, Herodoto. Vide* ANGRVS.

BRONIVM *pagus, in Lomacenſi territorio. In S. Gerardi Abbatis vita. Lotharingiæ videtur.*

BRONTOTAS, *locus in Italia, tertio ab Vrbe milliario, vbi Anthemius Imperium ſuſcepit. Caſſiodori Chronicon.*

BROSACVM, *loci nomen;* Niceta. *In Macedonia fortè.*

BROTOMAGVS, *vide* BROCOMAGVS.

BROVONACIS *legitur apud Antoninum, pro Angliæ vrbe, & alio loco, pro eadem* BROCOVO. BRABONIACVM *in libro Notit. dici putat Simlerus.* Brougham *eſt Camdeno.*

BROXAS, *locus haud procul à Foro Iulij. Diaconus in Longobardicis.*

BROYLVS, *vide* MENARIACVM.

BRVANIVM, *vide* BRYANIVM.

BRVCCA, *putat Cl. Aretius olim dictam Siciliæ vrbem; hodie* Longobaldam *vocatam. ſed* BVCRA βύκρα, *legendum ex Ptolemæo.*

BRVCHION, *locus circa Alexandriam Ægypti. Ammianus & Freculphus. In ipſa vrbe fuiſſe olim videtur.* BRV-

TION, ni fallor, eſt D. Hieronymo, in Hilarione.

BRVCTERI ſiue Brockmerlandij, in Orientali Friſia, vt ſcribit Cornelius Kempius. vide BVSACTERI, & BORVCTVARII.

BRVGES, vide PHRYGIA.

BRVLLITÆ, Aſiæ Minoris populi, circa Epheſum. Plinius.

BRVMBESTINI, Calabriæ gens, Plinio. Dubito de ſcriptura. non conuenit enim litterarum ordini, quam Plinius in enumerandis locis obſeruare ſæpiſſime ſolet.

BRVMENSIS Epiſcopus Adalgarius, interfuit concilio Triburiæ habito, anno 895. in Germania. PRVMIA vocatur apud Eginarthum, in Carolo Magno. Pruim adhuc hodie, Abbatia in Comitatu Lutzelburgenſi.

BRVNDA, locus videtur apud Arnobium contra gentes, lib. 2. vbi Simonem Magum ſcribit ex altiſſimo culmine ſe præcipitaſſe. Haud procul, aut potius in ipſa Vrbe fuiſſe reor. E monte Capitolino hoc factum, tradit Abdias Babylonicus. vide BRVNDISIVM.

BRVNDISIVM Plinio, BRENDESIVM Βρενδέσιον, Ptolemæo. Colonia eſt apud Liuium, Florum, & Paterculum. In Salentinis eſt, Liuij Epitome 19. BRENTESIVM Græcis ſcribi, per T. ait Stephanus. Numiſmata habent BRYNDISIVM, cum Ypſilon in prima. In veteri inſcriptione BROVNTESION eſt. Quidam poëtæ, breuitatis cauſa, BRENDAM (aut, vt alia lectio eſt, BRVNDAM) dixerunt, inquit Feſtus. Brindiſi hodie vulgò nuncupatur. Barnedis appellatur à Beniamino. Calabriæ vrbs eſt.

BRVNDVLVM Portus Padi, apud Padum eſt Plinio. puto hodie adhuc Brondolo vocari.

BRVSCA, & LIGO fluuiorum nomina, in S. Columbani vita. Circa Moſellam alicubi, forſan.

BRVSIS Βρῦσις, Macedoniæ pars, Stephano.

BRVTATES, vide BRVTTII.

BRVTIVM Promontorium Magnæ Græciæ, Pomponio; BRETTIVM quibuſdam. LEVCOPETRA mihi videtur à Ptolemæo nominari. quod vide ſuo loco. Eſt & locus circa Alexandriam: D. Hieronymo in vita Hilarionis. Vide BRVCHION, CORNVA, & LEVCOPETRA.

BRVTOBRIA Βρουτοβρία, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs: inter Bætim & Tyritanos. Stephanus.

BRVTTII Βρέττιοι, Italiæ populi, Ptolemæo. Calabria Inferior vocatur, Leandro teſte. Brutios prius LVCANOS dictos, ſcribit Iuſtinus, lib. 23. BRITTII non ſemel vocantur in Codice Theodoſiano. BRETTII legunt numiſmata. BRENTII βρέντιοι, ſunt apud Dionyſium Afrum. BRVTATES apud Feſt. Pompeium. BRETTANIAM Βρεττανία, regionē vocat Polybius 11. Hāc regionē SICILIAM vocari à Stephano, Theocriti Scholiaſte, aliiſq; ex eo apparet, quòd multa flumina & opida in hoc tractu ſita, Siciliæ aſſcribant, vt quoq; Euſtathius, qui Sibarim ciuitatem, & Crathin fluuium Siciliæ vocat. Sed & hodie eam Siciliam cis Pharum nominant. BRVTTIOS Saltus, habet Seneca, de Tranquillitate vitæ.

BRVTTIVS Sinus, vide HIPPONIATES.

BRYANIVM Βρυάνιον Deuriopum opidum, in Macedonia, Straboni. Apud Liuium BRVANIVM legitur.

BRYAS Βρύας, locus ad mare videtur, Africæ Propriæ, apud Cedrenum, & Zonaram.

BRYAZON, Bithyniæ fluuius, apud Plinium. Idem habet hoc tractu BRIAZVM, templi & Dei nomen: iuxta Olacham fluuium. ſed alius codex hîc BRIETVM legit.

BRYCES Βρύκης, & BRYCÆ βρύκαι, item BRYCEII, Βρυκήιοι, Thraciæ populi, ſunt Stephano. BRYSÆ apud Plinium ſunt.

BRYCHVS Βρύχος, fluuius circa Pellenen. Heſychius. Huius Lycophron meminit.

BRYELICA Βρυηλική, Ciliciæ regio, Ptolemæo.

BRYGÆ, vide BRYX.

BRYGEIDAS duas inſulas, in Illyria habet Apollonius 4. vt legunt Hartungus & Rotmarus, ſed βρυγηίδες, per Γ. habet Græcus codex. Videtur eas deſcribere circa Hiſtriam & Abſyrtidas, in Hadriatico mari: eaſq; Dianæ ſacratas dicit.

BRYGI βρύγοι, Macedoniæ aut Epiri populi videntur, apud Strabonem lib. 7. vbi & PHRYGI legitur. vide BRYX.

BRYGIANVM, vide ARCENNVM.

BRYGIAS βρυγίας, Macedoniæ opidum, Stephanus.

BRYGIVM βρύγιον, Macedoniæ vrbs, circa Pallenen peninſulam, Stephano, & Plinio.

BRYLLIVM Βρύλλιον, Plinio vrbs ad Propontidem; cuius regio BRYLLIS. Ephorus putat vrbem quoque CEIVM appellari. vt ſcribit Stephanus.

BRYORVM βρύων littus, Cyrenaicæ regionis: Ptolemæo. Ardbrij Marmolio.

BRYSACIVM Βρυσάκιον, Parthynorum vrbs. Stephanus. In Illyride.

BRYSE, vide BRYCES.

BRYSANI, Indica gens, Plinio.

BRYSEÆ Βρυσέαι, opidum quōdam Laconicæ. Pauſanias. Pro Braſiæ fortaſſe: vt credit Sylburgius, in ſuis doctiſſimis ad hunc auctorem Notis.

BRYSIÆ Βρυσιαί, Elidis vrbs, Homero, & Stephano. Idem forſan cum Bryſeæ Pauſaniæ, ad Laconicæ confinia.

BRYSIS βρύσις, Magna, Epiſcopatus: & BRYSIS Parua, Archiepiſcopatus: nominantur in Sanctionib. pontificiis Imp. Orientalium. Item in Officialibus Conſtantinopolitanis, apud Curopalatem.

BRYSTACIA Βρυστακία, Oenotrorum vrbs, Stephano. Calabriæ Epiſcopalis ſedes eſt apud Gab. Barrium, Briatico hodie dicta.

BRYTANI, gentis nomen videtur, apud Iſacium ad Lycophronem. vnde Vlyſſem in Tyrrheniam veniſſe ſuſpicatur. An pro Bruttij?

BRYTEIDES, vide BRYGEIDAS.

BRYX, & BRYGÆ gens Macedonica, Illyriis vicinæ. Stephanus. Etiam Strabo 7. vt legit Caſaubonus: vbi excuſus codex PHRYGI habet.

BVAI βουαῖοι, Libyæ populi, apud quos vir ceteris viris, mulier mulieribus imperat. Stobeus de Legibus, ex Nicolao.

BVANA Βουάνα, Armeniæ Maioris opidum. Ptolemæus.

BVBA, Βοῦβα, Ptolemæo Frentanorum in Italia vrbs: quæ à Ligorio Peſchara interpretatur. Termole antē, ab alio. vide BVCA, & RVBA.

BVBACENE, Aſiæ regio, à Polyperco in ditionem, ſub Alex. Magno redacta, vt tradit Curtius 8.

BVBALIA PANNONIA, hodie Symich vocatur, teſte Lazio. vide PANNONIA.

BVBASIS Βούβασις, Ægygti pagus. Etymologicū. aliud à Bubaſti.

BVBASSVS, regio Cariæ, Plinio. Βούβασσος, vrbs Cariæ, Stephano. quam Ephorus, vt addit, BYBASTVM, & BYBASTIVM vocat. Puto idem cum BVBESSO Pomponij. Vide BVBASTIS.

BVBASTIACVM Βουβαστιακόν, flumen Ægypti Inferioris. Ptolemæus.

BVBASTIS βούβαστις, Cariæ vrbs eſt, Stephano. quam etiam MVMASTIM appellat, μούμαστις, Eandem cum BVBASSVS credo.

BVBASTVS Βούβαστος, Ptolemæo, Bubaſtis, per I. in vltima Herodoto eſt, vt ſcribit Stephanus. Ægypti vrbs, in Nili ripa. Hodie Azioth videtur, ex Ioanne Leone. VICVS IVDÆORVM, & PIBESETH Hebræis dici, ſcribit Zieglerus. Wiſſenburgius verò dubitat an Bubaſtus, & vicus Iudæorum vnum ſit. additq; Vicum Iudæorum à Ioſepho Antiq. 14. ἰουδαίων στρατόπεδον, appellari. Liber Notitiarum quoque Ægypti vrbem quandam CASTRA IVDÆORVM vocat. Bubaſtin olim AVARIM vocatam, adducit teſtem Manethonem Ioſephus. BVBASTVM lacum videtur habere in Ægypto, Ælianus. BVBASTVS Agria, locus in Ægypto, circa Leontopolim, in Præfectura Heliopolitana, apud Ioſephum, Antiquit. 13. BVBASTI vrbis meminit quoque Polybius 15. An pro Ægyptia, iudicent peritiores.

BVBEGENTAS, COLDAS, NAVEGO, THVIDOS, in AVNXIS, VASINA, BRONCAS, MERENS, MORDENSIMNIS, CARIS, ROCAS, TADSANS, ATHVAL, NAVEGO, gentes Gothicas à Wandalis ſub Armanaraco rege domitas, enumerat Iornandes.

BVBEII, Africæ interioris populi, à Corn. Balbo ſuperati. Plinius.

BVBELIANENSEM Epiſcopatum, habet in Africa, Victor Vticenſis.

BVBENSIS Limitis, in Africa, meminit Notit. Lib.

BVBENTANI βουβεντανοί, ſunt apud Halicarnaſſeum 5. Italiæ populi. BVBETANI, ſine N. vertit Gelenius, & ſic Plinius vocat quoſdam Italiæ populos.

BVBESSVS, Doridis regionis ſinus, in quo Cinotus vrbs, Pomponio.

BVBETANI vide BVBENTANI.

BVBIEMVM, ſic legunt Rhenanus, Auentinus & alij, apud Strabonem, lib. 7. in Græcis tamen excuſis exemplaribus BOVIASMVM βουίασμον, habetur, ſed hanc lectionem Rhenanus deprauatam cenſet. & in vetuſtis libris BVIÆMVM βουίαιμον legi annotauit Caſaubonus. Hanc Strabo ponit in Silua Hercynia, & Marobodui regiam vocat. Auentinus ſcribit Bubiemum à Maroboduo MAROBVDVM μαρόβουδον, appellatum. & ſibi conſtare ex diligentiſſima ſegmentorum & partium obſeruatione, Bubiemum Strabonis, & Marobudum Ptolemæi, eam eſſe ciuitatem quam hodie Praga vocamus, regni Bohemiæ vrbem primariam. Chriſtophorus Pyramius tamen Pragam CASVRGIM κασουργίς, Ptolemæi vult. Et Lazius docet Marobodum Ptolemæi, eſſe opidum in eadem Bohemia, quod noſtra ætate Budweis appellant. MAROBODVVM eſt quoque apud Tacitum 3. Annal.

BVBILIA, vide BVCOLIVM.

BVBNIDA vide BVVINDA.

BVBO βούβω, Ptolemæo. Liciæ vrbs, quæ Stephano & Plinio BVBON βούβων, eſt.

BVBONIA βουβονία, Galliæ ciuitas, qua traiecit ex inſula Britannia Conſtantinus Imp. vt refert Sozomenus 9. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. BOLONIA legendum.

BVBVLCI, gens Indica, quæ nihil quam bubulcitare nouit. Apuleius 1. Floridor.

BVBVLCORVM, & CROCODILORVM ciuitates deletas, inter Ptolemaidem & Carmelum, habet Strabo.

BVCA Βοῦκα, Straboni & Plinio Samnitum, in Pelignis opidū. Videtur BVCARA Pomponij. Villanouanus dicit BVBA Βοῦβα, Ptolemæi eſſe. Leander ſcribit hodie Secca dici. Celſus Cittadinus in ſchedis ſuis mihi Roma miſſis putat eſſe vbi hodie Termelo penultima breui, vrbs Epiſcopalis.

BVCÆA βουκαία, vrbs Phocidis. Suidas. In Parnaſſo, vt addit Etymologicon.

BVCALTVM, Ægypti locus: D. Athanaſio, cuius Epiſcopum Harpocrationē vocat. An corruptè, pro Bucolium? videant hoc, quibus Græci codicis copia eſt.

BVCARAS βουκάρας, fluuij nomen, Suidæ, ex Polybio. BOCARVS Strabonis fortè.

BVCARTERVS βουκάρτερος, mons Aſiæ alicubi: vbi vipera ſerpens reperitur. Nicander in Thiriaca.

BVCCIACVM, vide ALISIVM.

BVCCONIENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

BVCCVLA, vide OBOLCOLA.

BVCELLARIORVM regio, quæ MARIANDYNORVM propriè, vt ſcribit Porphyrogenneta, qui ſic dictam addit à Buccello cibarij genere, circularem figuram præſeferēte. Hoc genus panis & formā retineri apud Venetos obſeruaui, quod Boccellaio appellāt. vide GALATIA.

BVCEPHALA βουκέφαλα, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs, in Pandanorum regione, ad Hydaſpen fluuium. BVCEPHALIA Straboni. Plinius Aſenorum caput vocat. Arrianus in Periplo Maris Rubri, hanc quoq; ALEXANDRIAM vocat. Gelfeten hodie dici, prodit in ſua Vniuerſali tabula Mercator.

BVCEPHALAS, Portus Achaiæ, vel Atticæ. Sic Geſnerus de Boue & Vacca.



BVCEPHALOS, Melæ & Plinio Peloponnēſi promontorium, ad Saronicum Sinum, BVCEPHALVM PORTVS Ptolemæo dicitur, & Pauſaniæ. Bellonius tradit hodie Caualla nominari. Sed hanc ſuam Cauallam in confinibus Thraciæ & Macedoniæ ponit. Vnde non video quomodo hæc duo nomina vnius & eiuſdem loci ſynonyma ſint. Ego non dubito Bellonium deceptum, tum alluſione vocabuli vernaculi; tum incolarum fabulis, qui, vt ipſe ſcribit, vetus ſepulcrum marmoreum oſtendunt, litteris Latinis inſcriptum, quod ipſi præſepe equi Alexandri (Bucephali intelligentes) vocant. Idem addit Cauallam opidum prius CHALASTRA dictum, de quo ego nihil pronuncio. Vnum ſcio, Chalaſtra ad Thermæum Sinum à Stephano deſcribi. Et Plinius lib. 4. cap. 10. hoc tractu, aut non longè ab eo Chalaſtram habet. Sed hanc vnquam Bucephalos nominatam, mihi non liquet. Pauſanias BVCEPHALOS Prom. habet in eadem Peloponneſo, ſed ad Argolicum ſinum.

BVCERAS βουκέρας, Fons circa Platæas. Etymologicon.

BVCHETIVM Βουχέτιον, Caſſiopæorum opidū: in Epiro, Strabo. Fortè idem cum BVCHETA βούχετα, plurali numero, apud Suidam. Huius meminit quoque Demoſthenes in Haloneſo, vocatq; Eleorum coloniam.

BVCHAMBARI, vide SVCCVBAR.

BVCHETA, vide BVCHÆTIVM.

BVCHIVM præſidium, in Lazorum confinibus ſitum. Agathias 3. Βούχλοον autem eſt in B. Vulcanij codice.

BVCHRIS, trans mare Rubrum locus: Io. Moſcho, in Prato Spirituali.

BVCIAM omnem cepit. ſic Eutropius 6. de Lucullo. Circa Pontum locus videtur. BVRZIAM habet vetuſtior codex. BVSIO, M.S. codex. BVRCHAONEM legit hoc loco Hiſtoria Miſcella. MVSIAM ego legerim libentius. inter M. enim & B. quædam adfinitas: & C. à quibuſdam vt S. pronunciatur vulgò, ex quo prælectorem puto Myſiam legiſſe, & exſcriptorem Byciam intellexiſſe. Et eſt Myſia, Ponto vicina.

BVCIANA, Sardiniæ inſula, in qua exularunt Pontianus & Hippolytus. Damaſus in Pontiano Papa.

BVCINNA Βούκιννα, Siciliæ opidum, apud Stephanum: ex 3. Baſſaricor. Dionyſii. Siciliæ inſula eſt Plinio.

BVCINOBANTES, Marcellino Germaniæ gens contra Moguntiacum eſt. Weisbaden opidum contra Moguntiam, putat Heroldus.

BVCITATVM, antiquum opidum, Varro 4. Ling. Latinæ. Circa Romam. Scio à Turnebo hoc verbum reiectum, tanquam ſpurium. Scio etiam quid Ioſ. Scaliger ad idem.

BVCOLEVM, vide BVCOLIVM, & BVCOLICVM.

BVCOLIVM Βουκόλειον, id eſt paſcuum, locus ſic ab Ægyptiis dictus: circa Nili oſtium Heracleoticum, vt refert Heliodorus 1. hiſtoriæ Æthiopicæ. HERACLEOBVCOLI Stephano. Buculi loci circa Alexandriam Ægypti, mentio quoque ſit in D. Marci Euangeliſtæ, incerti auctoris vita. Iuxta mare, ſub rupibus deſcribitur. BVBILIA à Metaphraſte, in S. Epiphanij vita vocatur. Eſt & BVCOLVM locus iuxta Conſtantinopolim. Gyllius ex Dionyſio Byzantio. BVCOLEVM Βουκολέον, hoc Cedreno, Manaſſi & Curopalati. Βουκολίων, etiam Peloponneſi locus, Thucydidi 4. ad finem. In Arcadia eſſe, inter Mantineam & Tegeam, refert eius interpres Winſemius. BVCOLICVM Βουκολικόν, pſeudoſtium Nili habet Euſtathius in Dionyſium, ex Herodoti Euterpe. BVCOLICVS, in Attica quoq; locus, circa Athenas: Iul. Polluci 8. de Trittiarchis. Hoc Βουκολεῖον Suidæ, propè Prytaneum.

BVCOLO Βουκολῶ, vrbs Pharſaliæ, aut Thraciæ. Varinus.

BVCOLVM, vide BVCOLIVM.

BVCRA, vide BRVCCA.

BVCTERI, vide BVSACTERI.

BVCTINVM, locus vnde Epiſtropolis & Boccius ſuppetias tulere Græcis. D. Phrygius. BOBTINOB habet codex M. S.

BVCVLITHVS, i. bucci ſaxum: loci nomen eſt Cedreno:

circa Caſaream, neſcio quam, ſed Aſiæ Minoris Mazacam, vt puto.

BVDÆA Βούδαια, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.

BVDALIA, Antonino eſt Pannoniæ vrbs. Num Bubalia fortè legendum? à quo Pannonia Bubalia?

BVDEI, vide BVDII.

BVDIA Βούδεια, Magneſiæ vrbs, Homero & Stephano. Apud hunc eſt Phrygiæ vrbs quoque. Phauorinus & Euſtathius habent Βούδειον, Bœoticam vrbem.

BVDIANOS βουδιανοι, Cariſci (vel Scariſci, variat enim lectio) accolas, habet ex Ariſtotele Aelianus 16. Animal. Apud hos nullam albam ouem naſci ſcribit: ſed nigras omnes eſſe, idem tradit lib. 11.

BVDII Βούδιοι, Mediæ gens, Herodoto. In Macedonia gens Straboni 6 ſed per T in penultima. Vide BVDIA.

BVDINI Βουδῖνοι, Scythiæ Europææ populi, quos Græci, ſed non rectè, GELONOS vocant, inquit Herodotus. BVDINICA Regio, apud eundem. Pomponio quoque Budini & Geloni, diuerſi ſunt. BODENI ſunt Ptolemæo. & VIDINOS Ammiani puto. Vide DVDINI.

BVDINVM Βούδινον, Sarmatiæ Europææ mons, Ptolemæo. BONDINVS in Latino eſt.

BVDIVM, vide BVDIA.

BVDORÆ, duæ Creticæ inſulæ, contra Cydoniam. Plin.

BVDORGIS Βουδοργὶς, Germaniæ vrbs, Ptolemæo. Breſlaw eſt, Sileſiæ, ad Oderam fluuium, vt Cureo, & Pyramio placet. VRATISLAVIA hæc Latinis recentioribus nominatur. Malim ego Ratibor ex Budorgi facere.

BVDORIGVM βουδόριγον, Ptolemæo Germaniæ opidum eſt. Preſlau mihi videtur, quæ Latinis Vratiſlauia.

BVDORIS Βουδορὶς, Germaniæ opidum eſt, Ptolemæo. Durlach potius eſſe credam, quàm Heydelberg / inquit Rhenanus: quòd veteris nominis partem referat, & magnam alioqui præ ſe fert antiquitatem.

BVDORVS Βούδωρος, Eubœæ inſulæ fluuius, Ptolemæo & Straboni. Huic quoque eſt mons Salaminæ, Atticæ vicinæ. Meminit huius promontorij Stephanus, Thucydides 2. & 3. & Diodorus 2.

BVDRVNTVS, (alij legunt BVTVNTVS melius, ni fallor, à quo Butuntinenſes) Italiæ locus, inter Erdoniam & Brundiſium. Antoninus. Bitonto nunc, Celſo Cittadino. inter Rubos & Barium, epiſcopalis ciuitas.

BVDVA, Hiſpaniæ vrbs, inter Olyſiponem & Emeritam, Antonino. Pro PEZAVGVSTA Strabonis habet D. Iacobus Delgadus, hinc oriundus.

BVFFADENSIS Epiſcopalis vrbis, in Numidia, meminit Fragmentum M. S. Vict. Vticenſis.

BVGARACVM, Huius meminit lib. Notitiar. Neſcio an circa Thraciam aut Mœſiam.

BVGES, Plinio lacus & fluuius, apud Tauroſchythas. Ptolemæo fortè BYCE Βύκη, palus, & BYCVS Βύκος, fluuius. Pomponius quoque BVGEN fluuium agnoſcit. etſi quidam codices eo loco BVTES, BYCES, BYGES, & HYGES mendosè legunt. Non placet HYRGIS, pro eo à recentioribus ſubſtitutum.

BVGLENSIS in Gallia comitis, meminit Iuo, Epiſt. 204.

BVGVNTOS Βούγουντοι, Ptolemæi, putat Bon. Caſtalioneus BVRGVNDOS eſſe. In Germania.

BVIANVM, vide BOVIANVM.

BVIZA, vide QVIZA.

BVLÆ Campus; in Byzacio videtur, apud Procop. 1. Wandal. A Bula fortè ciuitate, cuius meminit Carthaginenſe concilium, ſub D. Cypriano habitum.

BVLAGORÆ Villa, meminit Hippocrates 4. de Morbis popularibus. In Græcia alicubi. vide BYLAZORA.

BVLANES Βούλανες, Sarmatiæ Europææ populi, apud Ptolemæum. SVLANES habet interpres Latinus.

BVLENSES, vide BVLIA.

BVLENSII, vide OBVLENSII.

BVLGA Βούλγα, Bulgariæ quidam fluuius, trans Iſtrum, verſus Septentrionem, à quo regionis nomen. Gregoras.

BVLGARI, dicuntur à Diacono CONTRAGI, & ONOGVNDVRI. Bulgarorum meminit quoque Leo



Imp. 8. cap. 8. Paragrapho 44. vide TRIBALLI.

BVLGIATENSIS villa Aruernorum, Greg. Turonenſi.

BVLIA Βούλεια, Ptolemæo, Βοῦλις Pauſaniæ, & Stephano BVLIS. eſt Phocidis vrbs. BVLENSES habet Plinius.

BVLICAS, portus Homeritarum, in Arabia Felice: vnde ſoluunt cùm ad Aethiopes applicare ſolent. Procop. 1. Perſicorum.

BVLIMEI, BVLINA, & BVLINI, vide BVTVA.

BVLIS, vide BVLIA.

BVLLA REGIA, Plinio & Antonino, BVLLARIA, Βουλλαρία, Ptolemæo eſt. In Africa Propria vrbs. eandem alio in loco idem BVLLAM REGIAM quoque, vt Plinius, vocat. RHECENSIS ſimpliciter, & βιλλαρεκενσιου, meminere Canones Concilij Carthaginenſis. Huius Epiſcopus Creſconius erat. BALARECENSIVS legit Morelij codex. Eandem puto.

BVLLÆ βοῦλλαι, archiepiſcopatus, ſub ſede Conſtantinopolitana. Curopalates.

BVLLÆVM Βούλλαιον, Albionis inſulæ vrbs Ptolemæo eſt. quam Villanouanus Witlam appellat. Buelth autem eſt Camdeno, magis fidendo. Vide BVRRIVM.

BVLLAMINSA βουλλαμίνσα, Africæ Propriæ opidum, Ptolemæo. Interpretes BALLAMENSA legunt.

BVLLIDENSES, vide BVLLIS.

BVLLIS Βουλλὶς, Ptolemæo Macedoniæ vrbs, ad Ionium ſinum. Βύλλις Stephano. BVLLIDENSIS colonia Plinij. BYLLIONES βυλλίονες, Straboni. Vide BELLIDENSES.

BVLLONIVM Caſtrum, in Arduenna ſilua, diœceſis Leodienſis, cuius memoria eſt apud Sigeb. Gemblacenſem. Boullion vulgò nominant. Cùm Bononia (quod hic monendum duxi) vrbe Gallica, ad mare Britannicum ſita, à ſummis in hiſtoria viris confundi deprehẽdimus non ſemel. vt in Godefrido Lotharingiæ duce & Hieroſolymorum rege, quem Bononienſem imperitè nominant: pro Bullonienſem aut Bollonienſem.

BVLSINVS Lacus; Procopio & Agathio; VOLSINIENSIS Plinio; VVLSINIENSIS Columellæ. TIRENSIS vocatur quoque in Decreto Deſiderij regis Longobard. à Tirena ibidem vrbe. Alij TYRENSIS per Y. ſcribunt. Hodie Lago di Bolſena vocari video.

BVLTVRIENSIS Epiſcopalis loci, in Mauritania Cæſarienſi, mentio eſt apud Vict. Vticenſ.

BVLTVS, cuius Epiſcopi Cymatius, & Carterius: apud Athanaſium, de fuga ſua. Syriæ videtur. An corruptè pro Paltos? ſic videtur ex eiuſdem Epiſtola ad Solitariam vitam degentes.

BVLVA, vide BVTVA.

BVLVLA, opidum Africæ Interioris, quod Plinius tradit à Corn. Balbo expugnatum.

BVMADVS, vide BVMELVS.

BVMATHANI Βουμάθανοι, Taprobanæ populi, Ptolemæo. BVMASANI legunt interpretes.

BVMELVS βούμηλος, Aſſyriæ fluuius, apud Gaugamelam vrbem; Arriano lib. 6. Alexandri. Eundem videtur idem lib. 3. BVMADVM Βούμαδος, vocare. Sic eum nominat quoque Q. Curtius. hancque veram ſcripturam puto. & A. pro Δ. malè irrepſiſſe. Dom. Niger vult eundem eſſe cum Capro, Fides ſit penes illum.

BVNA, HYNIA, & PETON, loca circa Aſiam Minorem, in vita S. Theodori Archimandritæ, Simeon Metaphraſtes.

BVNÆ, locus maritimus, circa Anticyram: Plutarcho de Animantium comparatione. E Bunis nitrum adferri, tradit Dioſcorides.

BVNARTIS Βούναρτις, Libyæ vrbs eſt, teſte Stephano.

BVNIMA Βούνειμα, Epiri opidum, apud Stephanum.

BVNITIVM Βουνίτιον, Germaniæ vrbs, Ptolemæo, in parte Septentrionali. Sund. Villanouano.

BVNIVS, fons in agro Amiterno. niſi fallat Pomponius Fortunatus, in hoc Columellæ, Queq; Amiterninis defertur Bunias aruis.

BVNNVS Βοῦννος, Illyriæ vrbs, Stephano: ex Artemidoro.





BVNOBORA Βουνοβώρα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, apud Ptolemæum. Batha vocatur à Marmolio.

BVNOMEIA, vide PELLA.

BVNTHVM Βούνθων, Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo.

BVOLVSCI, vide VOLCI.

BVONOMÆ Βουνόμαι, populi ad Euxinum Pontum. Orpheus in Argonauticis. Circa Colchidem.

BVPHAGVS Βούφαγος, Arcadiæ fluuius. & ibidem BVPHAGIVM opidum. Pauſanias.

BVPHIA Βουφία, Sicyoniæ vicus, Stephano.

BVPHRADEM locum, aut montem, habet in Coryphaſio, Thucydides, ad calcem lib. 4.

BVPORTHMVS βουπορθμος, Argiæ mons, ſiue promontorium, apud Pauſaniam.

BVPRASIVM βουπράσιον, vrbs & fluuius Elidis regionis, apud Stephanum. Interijſſe ſcribit vrbem Strabo. & nunc eſſe partem ſiue agrum Elidis vrbis. ſic quoque Heſychius. Achaiæ vrbs eſt Plinio.

BVRA βοῦρα, Achaiæ in Peloponneſo opidum Ptolemæo, & Pauſaniæ, qui & BVRAICVM fluuium ibidem deſcribit. Hoc opidum à Gemiſto recentiori nomine PERNITZA περνίτζα, vocatur. Pro Bura, malè apud Oroſium lib. 2. cap. 3. EBORA legitur. Bura etiam opidum ad Pellacontam ſlumen, in Meſopotamia, Plinio.

BVRÆA Βουραία, Italiæ vrbs, eſt apud Stephanum.

BVRAICVS, vide BVRA.

BVRBIDA, Antonino Hiſpaniæ vrbs: inter Bracaram & Aſturicam. BIBALA legit Simlerus in alio exemplari.

BVRBVRES, vide GVRGVRES.

BVRCA Βοῦρκα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo. BVRCENSIS Prouinciæ, meminit Coll. Carthag. vide BORGYS.

BVRCHANA, vide BYRCHANIS.

BVRCINACIVM, Antonino Cliuiæ vrbs, Branteburg nomine, vt Simlero placet. Pro eadem habeo cum ea quam idem Antoninus BVRGINATIVM vocat.

BVRCONIA, vide BVRONIA.

BVRDIDIZVM Vide BVRTVDIZVM.

BVRDIGALA Βουρδίγαλα, Ptolemæo, Sidonio, & Auſonio, Biturigum Vibiſcorum vrbs: Bordeaux nomine, hodie celebre emporiũ eſt, ad Garumnæ fluminis oſtium. A Burgis Gallis conditam & nominatam, ſcribit Iſidorus, fides ſit penes illum.

BVRDIPTA, apud Antoninum Thraciæ vrbs.

BVRDOA Municipium, Goltzio in ſuo Theſauro. ex Tib. nummo. Βούρδουα, Ptolemæo Luſitaniæ vrbs eſt.

BVRGAON Βουργαών, mons in Occidente. Suidas. In Africa eſt Procopio, Wandalicor. 2. cui propinquam ciuitatem Tingen habet. in Byzacio.

BVRGARACENSIVM, meminit Goltzij Theſaurus. titulo de Re militari.

BVRGENA, Pannoniæ Sauiæ vrbs. Lib. Notit.

BVRGI, vide BVRDIGALA.

BVRGINATIVM, vel BVRCINACIVM, vbi LEGIO VI. Antonino Germaniæ Inferioris vrbs. circa Calker, in Cliuiæ comitatu. BVRGIANTIVM legit Rhenanus, ex vetuſta tabula. vide BVRCINATIVM.

BVRGIONES Βουργίωνες, Sarmatiæ Europææ gens, apud Ptolemæum.

BVRGIVM Rhætiæ locus, Antonino Simleri. An Mal-Borgetto hodie? ad Fellam fluuium.

BVRGVM, vide ORVDIZA, & BORGVM.

BVRGVNDIONES βουργουνδοι, Zoſimo 1. populi. BVRGVNTIONES Βουργουντίωνες, ſunt Olympiodoro. BVRGVNDOS Agathias 5. inter Hunnos nominat ſed & idem BVRGVZIONES Βουργουζίωνες habet. Vide BVGVNTI, & ÆDVI.

BVRGVS Βοῦργος, Thracica regio: in qua SECVRISCA σεκουρίσκα, caſtellum, à Iuſtiniano Imp. ædificatum. Procop. de Aedific. Huius Securiſcæ meminit Antoninus, & lib. Notit. in Mœſia 11.

BVRGVS NOCE, vide LONGINI FOSSATVM.

BVRGVS Pontij Leontij, deſcribitur à Sidonio, in Garum-



næ fluminis ripa. Bourg du mer hodie etiamnum nominari, credit Vinetus, in ſua Burdegala. BVRGVS ſimpliciter à Sidonio appellari, credit Ioſ. Scaliger. Vide HEBROMANI.

BVRGVS SEVERI, Ægypti vrbs. Lib. Notit.

BVRGVS NOVVS, & BVRGVS ZONVS, Daciæ Ripenſis opidum: in Libro Notitiar.

BVRGVZIONES, vide BVRGVNDIONES.

BVRI, vide LVTI.

BVRIA, locus ſub monte Thabor, iuxta Naim; teſte Guil. Tyrio.

BVRIDEENSII βουριδεήνσιοι, Daciæ populi, apud Ptolemæum. Waradinum huius loci veſtigium cõſeruare exiſtimat Lazius. BVRI apud Dionem fortè.

BVRII, Germaniæ populi, apud Tacitum, quos Lutos cognominat. BVRIOS habet Ptolemæus. BVRIOS Taciti putat Georg. Brunus ex Ranzouij ſententia, habitare inſulam Bornholm in Sueuico mari. ſiue Burundholm, quod idem eſt, vt ſcribit And. Velleius. Sed vide LVTI.

BVRINA Βούρινα, Theocrito fontis nomen. in Co inſula eſt eius Scholiaſti. Geminato RR. erat in alio codice. Eundem ſic vocat Varinus. vide BOCARVS, & SALAMIS.

BVRITANÆ Plebis, in Africa: meminit Collatio Carth.

BVRMIÆ, BORMIÆ.

BVRNI populi; Gothi, ſunt apud Agathiam, lib. 1. Vnde Vacarus vir quidam bellicoſus.

BVRNISTÆ, vide BVRNVM.

BVRNIVM, vide BVRNVM.

BVRNVM Βοῦρνον, Illyrici opidum Plinio, & Ptolemæo; quod Grachoua Nigro interpretatur. BVRNIVM triſyllabicos vocat Liuius 14. Cauijſq; gentibus adſcribit. BVRNISTÆ ſunt etiam apud Plinium. BVRNVM quoque Procopius nouit: quod Lazio auctore, ad Iſtriam eſt, in ſaltu quod Pirnpamerwaldt appellant. BVRNVM etiam Africæ vrbs, in vita S. Fulgentij.

BVRONIA ſilua, circa Coloniam Agrippinam, in qua Lucium patrem ſuum occidiſſe, tradit Tritemius, in Compendio Annal. Francor. Weſterwaldt quidam interpretatur. BVRCONIAM ſiluam habet Turonenſis. ſed circa Scaldim videtur. Hiſtoriar. 2.

BVRONITANVS, vide BVRTINITANVS.

BVRRAS, vide ABORRAS.

BVRRHI, videntur Daciæ populi, ex Traiano Imp. Xyphilini. BVRI ſunt apud Capitolinum. Item apud Theodoſium, vt annotauit Leunclauius ad Dionem. An Lutẽ Buri Ptolemæi? Vide BVRIDEENSII.

BVRRIS, vide BVRINA.

BVRRIVM, Angliæ opidum, Antonino. quod Vske Camdeno. Idem fortè cum Bullæo Ptolemæi.

BVRSADA, βούρσαδα, Celtiberorum in Hiſpania opidum Ptolemæus.

BVRSAONENSES, ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Plinium. BVRRAVONENSES habet M. S. codex. BVRSAVOLENSES fortè A. Hirtij. Vide VRSO.

BVRSENSIS Epiſcopi, in Numidia, meminit Vict. Vticẽſ.

BVRSIA, vide BYRSIA.

BVRTADIZVM vide BVRTVDIZVM.

BVRTINA βουρτίνα, Ilergetum vrbs, in Hiſpania. Ptolemæus. BORTINE Antonino. Balbaſtro cuidam. Almudeuarem autem Hieronymo Surith. Vide BOSTINE.

BVRTINITANVS Epiſcopus Africæ, Fauſtinus; eſt Victori Vticẽſi. Aliud exemplar BVRONITANVS legit. Gentile à BVRTINA putauerim: quæ fortè ſub Africæ diœceſi.

BVRTVDISVM, Thraciæ vrbs, Antonino. BVSTVDISVM, & BVRDIDIZVM alibi legit. BVRTADIZVM in Codice nominatur.

BVRTVRGVRES βουρτούργουρες, Africæ Propriæ gẽs, Ptolemæo. Latini codices MVTVRGVRES vitiosè legunt.

BVRVCH, vide BARVC.

BVRVESCA, vide VIROVESCA.

BVRVGIATENSIS Epiſcopus in Africa. Coll. Carthag.

BVRVM Βϐρον, Callaicorũ Lucenſium opidum, Ptolemæo. In Tarraconenſi Hiſpania.

BVRVNGVM, Antonino, vbi LEGIO V. Burijck pagus in Rheni ripa mihi videtur, è regione Duiſſeldorpio.

BVRYTVS Βύρυτος, magnus fluuius. Phauorinus.

BVRZIA, vide BVCIA.

BVSACTERI ϐυσάκτεροι, MAIORES & MINORES, Ptolemæo ſunt Germaniæ populi. Regio Tranſiſalana eſt Pyramio. Eoſdẽ putat eſſe cum BRVCTERIS Paterculi, Taciti, & Strabonis, qui Βύκτεροι ſine ρ in prima legit, vitio fortè codicis) Willichius, qui eos ſcribit habitare Monaſteriũ, in Weſtphalia. Huic aſſentitur quoque H. Iunius. Hos Taciti Bructeros, VLMIGEROS etiam dictos, vult Glareanus. A Bructeris dictus eſt etiam hodie Brockersberg, ſub Goſlaria, vt Melanchthoni placet, & Peucero, qui hunc montem veteri nomine Melibocum vocat. Vide ISTHEVONES.

BVSÆ Βοῦσαι, Medorum gens, Herodoto, & Stephano.

BVSAN, caſtellum circa Amidam Meſopotamiæ, Ammiano 18. BROSAN eſt Baronio 3. Annal.

BVSIRIS, Βούσειρις Ægypti vrbs, ad Nilum fluuium, Stephano, Straboni, & Ptolemæo. cui ibidem BVSIRITICVS fluuius eſt. in Triopolitica regione deſcribunt vetera Concilia. BVSIRIS etiam vicus Ægypti; Plinio. prope Pyramides. vide THÆBE.

BVSLACENA, Africæ vrbs eſt, apud D. Auguſtinum, & Cyprianum, in Carthaginenſi concilio.

BVSMADIS Βούσμαδις, Stephano Iſaurica vrbs.

BVSTVDIZO, vide BVRTVDIZVM.

BVSTVM BASILI, Ciceroni 7. epiſtolarum ad Atticum. Vide BASILII MONVMENTVM.

BVSVS, vide EBVSVS.

BVTA, vide BVTVS.

BVTADÆ Βουτάδαι, Ægeidis tribus pars. Stephanus. Oeneidis: Etymologicon. ETEOBVTADARVM meminit Plutarchus, in Licurgo Oratore.

BVTAMA, Dalmatiæ opidum, Cedreno. BVTOMA habet Curopalates.

BVTELIA Regio, in Pelagonia: Cedreno, & Curopalati.

BVTERÆ, Galliæ vrbs, vbi Sulp. Seuerus 2. ſcribit Concilium habitum. BÆTIRÆ Ptolemæi, puto. Vide BLITERÆ.

BVTHIA Βούθια, Ioniæ vrbs, Stephano; ex Theopompo. Eſt & eidem Stephano locus iuxta Rizona vrbem. Item fluuius quoque eiuſdem nominis.

BVTHOE, & BVTHOIN, vide BVTVA.

BVTHROTORVM Sinus, Βουθρωτῶν κόλπος, Epiri regionis, apud Ptolemæum. Golfo de Butronto, Moletio indigitatur. BVTHROTVM Βουθρωτὸν, Straboni & Virgilio vrbs in Epiro. Coloniam vocat Plinius. Butrinto nunc vocari, tradit N. Sophianus. BVTHROTVS, Locrorum in Magna Græcia amnis, non procul à Locris vrbe, apud Liuium lib. 29. Nouito vocatur hodie, teſte Barrio, in ſua Calabria.

BVTHVRVS, Βούθυρος, Libyæ Interioris vrbs, Ptolem.

BVTIA, Oenææ eſt municipium, apud Suidam.

BVTIS, vide PELLA.

BVTOA, Cretica inſula, circa Hierapytnam. Plinius.

BVTONES Βούτονες, Germaniæ gens, quam Maroboduus ſibi ſubiecit, Straboni 7. GVTONES mauult legere Lipſius.

BVTRIVM, Βούτριον, Straboni, Ptolemæo, & Stephano, Flaminiæ opidum agri Rauennatis. Butrio, caſtellum eſt Leandro.

BVTTA, Βοῦττα, Africæ Propriæ opidum, Ptolemæo.

BVTVA Plinio, Βουθόη Stephano, & BVLVA, Βουλούα, Ptolemæo; Illyrici opidum. Butua, vel Budua, Hermolao & Volaterrano: Budouo, Sophiano. Idem eſt vocabulum, pronunciatione tantùm differens. Idem Sophianus illud quoque BVLINA Βουλίνη, vocat. BVLINI populi hi ſunt apud Stephanum, & BVLIMEI apud Dionyſium. Circa Liburnicas inſulas.

BVTVNTINENSES, Calabriæ gens; apud Plinium.

BOTONTINI in lib. Limitum. Vide BVDRVNTVS

BVTVS, Βοῦτος, Deltæ metropolis, in Ægypto, Ptolemæo & Stephano. BOTVS etiam in Concil. Epheſino III. BVTA apud Ælianum. BVTICVS lacus eſt ibidem, Straboni. BVTVS, Arabiæ locus eſt, apud Herodotum; vicinus ægypto, vbi ſerpentes volucres ſunt. Eſt & Gedroſeæ vrbs, apud Stephanum.

BVVINDA Βουουίνδα, Hiberniæ inſulæ fluuius, Ptolemæo. Βουβίνδα, erat in M. S. codice. Slayne vocatur Villanouano. Sed Banna Cãdeno qui BOANDVS Gyraldo eſt.

BVXEDI, Pomponio populi in Cappadocia.

BVXENTVM Βούξεντον, Colonia Ptolemæo, Melæ, Velleio, & Liuio; Lucanorum in Italia opidũ. A Græcis PYXIS, πύξις, vocatur, Strabone auctore. Piſciotta Leander nominat. Foreſta Ligorius. Idem Strabo habet eodem tractu, arcem, portum, & fluuium huius nominis: PYXI nempe.

BVXERI, vide BYZERI.

BVXERTA, Italiæ arx, circa Æmiliam videtur: ex Diaconi 6. Longobard.

BVXVDIS (ſic lego in codice meo M. S. pergameno veteri. BVXIDIS nam habent excuſi codices) caſtelli ad Hanam fluuium, meminit Sigebertus Gembl. Bouſſut nunc dici autumo. in Hannonia.

BVZÆ, Indica gens, Plinio auctore.

BVZÆORVM regio, vide GORDIANA.

BVZARAS Βούζαρας, mons Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Ptolemæum.

BVZES Βούζεις, Marmaricæ nomi gens. Ptolemæus.

BVZITEN Βουζίτην, quendam nominat Liber Iob, cap. 32. à regione. Alicubi circa Syriam. AVSITIDEM eum faciunt 70. interpretes. ZOBITEN ζωβίτην, à natali, vocat eum Euſebius 9. Præparationis.

BVZYGÆVS, Phthiodis mons, Plinio.

BVZYGIVM Βουζύγιον, locus vbi ſacrum habebant Athenienſes. Plutarchus in præceptis coniugalib. Xylander locum interpretatur, ſub ipſa Athenarum vrbe. in Græco erat ὑπὸ πόλιν. ita vt PELIS proprium nomen vrbis ſit. An mendosè pro πόλις?

BYBASSVS, & BVBASTVS, vide BVBASSVS.

BYBE Βύβη, Peucetiæ vrbs. Eſt & gens Thracica. Stephanus. Gentile huius Bybæ, illius Bybæi.

BYBLESIA Βυβλεσία, Doridis, aut Cariæ locus videtur apud Herodotum.

BYBLII Βύβλιοι, Scythica gens. Stephanus: in Βύβλος. Eſt & vrbs munitiſſima, in Nilo; eidem.

BYBLINI, vide LVNÆ Mons.

BYBLIS Βυβλίς, mons circa Miletum, & fons Cariæ, vt tradit Scholiaſtes Theocriti. Huius meminit quoque Ouidius 9. Metam. Fortè BIBLIS ſcribendum. Vide MELOS.

BYBLOS Βύβλος, Ptolemæo, & Pomponio Phœniciæ vrbs. Hieronymus in locis Hebraicis dicit GOBEL Hebræis appellari. GABALENOS eoſdem dici, putat Maſius, ad 13. cap. Ioſue. Oliuario vocatur hodie Saites; Brochardo Giblec; Nigro & Giſtelio, Zibelletto, GIBLII vocantur eius incolæ, Ezech. 27. Priſco vocabulo EVE dictam, ab Eueo filio Chanaan, refert Guil. Tyrius 11. cap. 9. BYBLOS etiam munita vrbs in Ægypto, Cteſiæ, & Stephano. item Plutarcho in Iſide. Βύβλον, (BABYLONA in Latino exemplari eſt) Philoſtrato 3. Apollonij, inſula parua maris Rubri, vbi magna piſcatio conchiliorum. Eſt etiam PALÆBYBLOS in Phœnicia, Plinio. παλαιόβυβλος, Ptolemæo.

BYBONICVM, vide BIBONICVM.

BYCE Βύκη, Palus apud Ptolemæum, & Val. Flaccum, eſt pars Paludis Mæotidis, videtur SAPRA σαπρὰ. i. putris, Strabonis. vide BVGES.

BYLAZORA Βυλάζωρα, vrbem, habet Polyb. 5. in Pæonia maximam, & peropportunè ſitam: ad confines Macedoniæ & Dardaniæ. Hanc Philippus rex cepit. Huius Liuius 44. quoque meminit. An BYLAGORA Hippocratis?





BYLE, vide VELIA.

BYLLIS, vide BVLLIS.

BYLONENSE Concilium, nominatur in Decret. I. Diſtinct. 18. CABYLONENSE reſtituit Ant. Auguſtinus.

BYLTÆ Βύλται, Sacarum gens, Ptolemæo.

BYMAZVS Βύμαζος, Pæoniæ vrbs, Stephano.

BYRACHIVM, locus in Africa. Varro 1. de re Ruſtica, 48. Sed Dirrachium alius codex legit. Fuluio Vrſino BYZACIVM magis placet, cui libens ſubſcribo.

BYRCHANIS Βυρχανὶς, Straboni. BVRCHANIS Βούρχανις, Stephano; inſula eſt quæ à Strabone in Mari Germanico (Celtico, à Stephano) deſcribitur: quam à Druſo ſubactam addit. BVRCHANAM Plinius vocat: dicitq; à Romanis FABARIA appellari, à frugis ſimilitudinis ſponte prouenientis. Borkum intelligit Camdenus, inſulam è conſpectu oſtij Amaſii fluminis, cui aſſentitur doctiſſ. Hieronymus Verrutius Friſius, qui addit ibidem hactenus exſtare turrim vulgò dictam, Het Boonhuys, quaſi dicas ædem Fabariam.

BYREN, vide HEREN.

BYRIDAS, locum maritimum habet Zonaras 3. Thraciæ videtur mihi.

BYRITI, meminit non ſemel Codex Theodoſianus. Num Berytus legendum? ſed ſæpius per th. ibidem, Byrithus.

BYRRHA, fluuius iuxta Narbonam Galliæ. Eginarthus in vita Caroli Magni.

BYRRIBEROEA, nomẽ loci: in Adonis Martyrologio ad VII. Kal. Iul, BYRRHI, BEROEA diuiſim legit Vſuardus.

BYRSA, pars vrbis Carthaginenſis, mari imminens, Oroſio. Vide CARTHAGO.

BYRSI Βύρσοι, Macedoniæ populi, in quibus Cydriæ vrbs. Strabo & ex eodem Stephanus.

„ BYRSIA. Iuſtinus 12. de Alexandro, Ob hoc omiſſa
„ Babylonia, in Byrſiam vrbem trans Euphratem, deſertam
„ olim, conceſſit.

BYSALTÆ Seruio Scytharum populi. Vide BISALTÆ.

BYSNÆI Βυσναῖοι, Bebrycorum gens, apud Stephanum.

BYSOS, & per duplex SS. BYSSOS, item BYTHOS, Gentis nomen Stephano: ex Herodiano. Vide EBVSVS.

BYTHARIA Βυθάρεια, loca, ſic vocata; habent Calliſtus, & Euagrius, in Thracia, ad mare, vt videtur. lib. 16. cap. 38. Vide BYTHOS.

BYTHEMANEORVM Βυθεμανέων, terra ampla, & campeſtris, poſt Lœanitem ſinum, Agatarchidi. In Arabia.

BYTHIOS, locus prope Conſtantinopolim; Dionyſio Byzantio. BYTHARIAM Euagrij, putat Gyllius in ſuo Boſporo. BYTHARII ſuburbij Conſtantinopolitani mentio in Authenticis, Coll. 9. Tit. 41. quod PHILOTEI nuncupatur,

BYZACINA, vide BYZACIVM.

BYZACIVM Βυζάκιον, Straboni tractus eius regionis quæ Africa Propria dicitur. Circa Adrumetum fuiſſe, ex poſteriorum temporum ſcriptoribus intelligitur. PROVINCIA VALERIA BYZACENA vocatur in quadam antiqua Inſcriptione, quam Goltzius habet in ſuo Theſauro. BYZACINA Βυζακίνα, vrbs eſt Ptolemæo hoc tractu. quæ Stephano ZYGANTIS: & Euſtathio BYZANTIVM eſt. Eius incolas apud Strabonem BYZACII ſunt. Apud Euſtathiũ video eos GYZANTAS appellari. ZYGANTES ζύγαντες, apud Herodotum inuenio. BYZANTES Βύζαντες, habet Stephanus, & GYZANTES γύζαντες, etiam malè legi apud Herodotum monet. VIZACENOS mendosè vocat Coll. Carthag. Hos Byzantes Stephanus & Etymologicon circa Carthaginem locat, & horum vrbem quoque Byzantium vocat, ſic quoque Euſtathius. Vide Plinium lib. 5. cap. 4. vbi huius regionis habitatores LIBYPHOENICES, (vt & Ptolemæus, λιβυκοφοίνικες) nominat. Hanc regionem Byzaciũ nonnulli Iuniores, perperam Byzantium appellant. Regnum Tunetanum hodie fortè occupat. BAZACITIS Βαζακῖτις, Ptolemæi, magis verſus Occidentem videtur.

BYZANI Βυζάνοι, Procopio 3. ædificior. aut BYZANA, vrbs Armeniæ Maioris, in loco paluſtri & malè ſano. Hanc Iuſtinianus Imp. alibi ædificauit, ipſi regi cognominem: in eo loco qui TZVMINA τζουμινὰ vocatur. Vide BAZANIS.

BYZANTII Portus, vide BOSPORVS.

BYZANTIVM Toparum, Arriano Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæo ſimpliciter BYZANTEVM Βυζάντειον, dicitur. BYZANTIVM etiam Libyæ ciuitas, vt habet Euſtathius. ſed corruptè pro Byzacium. Vide BYZACIVM, & CONSTANTINOPOLIS.

BYZERES, Dionyſio, & Stephano ſunt ad Pontum gentes, circa Trapezunta, ni fallor. vbi & BYZERICVS Portus, Euſtathio, & Stephano. Credo eoſdem vocari BVZEROS à Plinio. BVXEDI fortè Melæ. Vide CHALYBES, & HEPTACOMETÆ.

BYZIA, vide BISA.

CABADINA, vide CABEDENA.

CABALA κάβαλα, in Sicilia locus, vbi Dionyſius rex contra Carthaginẽſes dimicans, victoria feliciter vſus fuit. Diodorus 15. Eiuſdem nominis vrbs eſt in Cilicia, Appiano in Mithridaticis. Eſt etiam Thraciæ vrbs, Cedreno, & Zonaræ. Eidem quoque caſtellum ſupra Iconium, ſed haud procul ab eodem.

CABALACA, Albaniæ opidum, Plinio. CHABALA, χαβάλα, fortè Ptolemæi.

CABALES κάβαλες, In margine erat Βάκαλες, Africæ populi circa mediam Auchiſarum plagam habitantes. Exigua natio, ad mare pertingens. ad Tauchiram vſque opidum, agri Barcæi. Herodotus.

CABALIS καβαλὶς, Stephano. CABALLIS gemino LL. Straboni. vrbs vicina Cybaritidi, ſupra Meandrum.

CABALLA, loci nomen, vnde Conſtantinus Copronymus ortus, ſi creditur Glycæ.

CABALLINVM καβάλλινον, Æduorum, in Gallia Lugdunenſi opidum, Ptolemæo. Cæſar CABILONVM vocat. CABELLIO Antonino, item alio in loco CABILVNVM, vbi LEGIONEM XIIII. collocat. Καβυλλῖνος Straboni: CABILLONES ſunt Ammiano. CASTRVM CABALLIONENSIVM eſt in lib. Prouinciar. Orbandale hanc antiquitus appellatam, tradit Pet. Saniulianus. Chalons ad Ararim ſitum interpretatur Marlianus, & cum eo Vigenereus, item dictus Saniulianus. Sed idem Cæſar eodem lib. 7. Ciuilium. CAVILLONVM habet per V. & gemino LL. quod idem Vigenereus quoque Chalon vertit, in ſuo Cæſare Gallico. Ad Matronam fortè hæc. Chalon ſur Marne hodie. CATALAVNVM Belgicæ II. puto, cuius in libello Prouinciar. mentio.

CABALLINVS Fons, vide PIRENE, & HIPPOCRENE.

CABALLIS, vide CABALIS.

CABALSVM, Antonino Aegypti vrbs.

CABANA κάβανα, Carmaniæ littoralis locus videtur, apud Arrianum in Indicis. vide CAVANA.

CABANDENA καβανδηνὴ, Suſianæ regio. Ptolemæus.

CABARBARICHA καβαρβαριχὰ, ciuitas Paleſtinæ: tribus ſignis vltra Cherbon. Epiphanius.

CABASA, vide CABASITES.

CABASITES καβασίτης, nomus Ægypti, Ptolemæo. & in ea CABASA opidum. CAPASITES nomus Plinio. CABASSVS καβασσὸς, Ptolemæo Armeniæ Minoris vrbs, Cataoniæ præfecturæ. Hodie Thebaſſe, ſi Theueto creditur. Stephano in Cappadocia eſt.

CABATANVM καβάτανον, Chatramotitarum vrbs, in Arabia Felici. Strabo.

CABBVLA, locus CXX. ſtadiis à Colchis. Procop. I. Perſic.

CABE, eſt in nummo argenteo Aemiliæ gentis. Fuluius Vrſinus dicit Africæ vrbem. Mihi nõ conſtare fateor. vide ACABE.

CABEDENA καβηδηνὴ, Carmaniæ regio, apud Ptolemæum. CABADINA legunt interpretes.

CABELEES καβηλέες, Maones populi ſunt, qui LASONII λασόνιοι, vocantur. vt eſt apud Polymniam Herodoti.

CABELLIO, vide CABALLINVM.

CABELLIORVM *Colonia*, καβελλιῶν κολώνια, *Ptolemæo, Antonino, & Stephano.* CABELLIO Plinio. *Strabo per* A. *in ſecunda legit*, καβελλιὼν, *Galliæ Narbonenſis, aut, vt Stephanus ait, Maſſalienſium opidum eſt.* CABILLONENSIS *Portus meminit Panegyricus Conſtantino dictus.* Cauailon *Ioanni Poldo, & Pet. San-Iuliano interpretatur. Rob. Cœnalis putat hos quoque* GABALES *eſſe.*

CABERASA καβηράσα, *Mediæ vrbs, Ptolemæo.*

CABERI *gens, Cedreno, Aſiatica: ſub* Turcis.

CABERON *fluuius, Sorarum oſtio portuoſus.* Plinius. *vide* CHABERIS.

CABERVS, *Vide* MYLANTIA.

CABES κάβες, *Antropophagum gens, Aſiatica, Cedreno.*

CABESVS, *vide* CABESSVS.

CABESSVS καβησσὸς, *Cappadociæ vrbs, Stephano, qui & per* A. *in ſecunda ſcribit in Aldino codice. ex Homero & Apione. inter Tarſum & Mazaca. Thraciæ vrbs eſt, apud Heſychium & Hecatæum: vltra Hæmum montem. Hellanico Lyciæ opidum eſt. Stephanus. Vide* CEBESTVS.

CABILLO, *vide* CABELLIORVM.

CABIOSA, *vide* LAODICEA.

CABIRA, *vide* DIOPOLIS, *&* CABIRII.

CABIRI, *vide* CVRETÆ.

CABIRIA καβειρία, *Inferioris Aſiæ opidum, Stephanus.*

CABIRII καβειραῖοι, *Bœotiæ populi, Pauſaniæ & Stephano. Aſiaticus populus circa Myſiam alicubi, Memnoni, & Plutarcho in Lucullo. Idem eodem* καβειρων, *inter regias Aſiæ ciuitates à Lucullo captas & incēſas, numerat. Huius meminit quoque Appianus in Mithridaticis. & Salluſtius 4. Hiſtoriar.* καβειρία, *eſt Stephano.*

CABIRVS κάβειρος, *Phrygiæ mons, à quo Cabiri dicti. Apollonij Scholiaſtes.*

CABITORVM καβειτων, *meminit nummus Veſpaſiani, in Goltzij Theſauro.*

CABOLITÆ καβολῖται, *Paropaniſi gens, apud Ptolemæum.* BOLITÆ, *ſine capite apud interpretes.*

CABSEEL, *Palæſtinæ locus; Ioſue 15.*

CABVBATHRA καβουβαθρα, *Ptolemæo Arabiæ Felicis mons eſt. Ioannes Barrius* Darzira *vocat.*

CABVL, *Palæſtinæ locus: Ioſue 19.* χαβὼλ, *70. interpretib. Chabul Chaldæo.*

CABVLLINVM, *vide* CABALLINVM.

CABVRA, *locus Meſopotamiæ, vbi fons vnus in toto orbe eſſe traditur iucundè olentis aquæ, vt refert Plinius.*

CABYLA καβύλα, *Thraciæ regiuncula, ad Taxum fluuium. In meditullio regionis. Phauorinus.* CAMBYLA *eſt, ni fallor, Suidæ, in* μαςεχ. *Vide* CALYBA.

CABYNIA, *vide* CARYNIA.

CACABVS *inſula,* MAIESTRÆ *inſulæ, &* MACRI *loca, memorantur in Hiſtoria Tranſlationis S. Nicolai Myrenſis. Inter Ciliciam & Cretam videntur.*

CACARIA, *vide* CALCARIA, *&* CALATVM.

CACCABARIA, *Vide* HERACLEA.

CACCABE, *Vicus, vbi habitabat Diomedes quidam. Concil. Chalcedonenſe. Vide* CARTHAGO.

CACHAGE, *vide* CACHASSÆ.

CACHALES καχάλης, *fluuius Phocidis, qui præter Tithoreæ mœnia labitur. Pauſanias.*

CACHASSÆ καχάσσαι, *Ptolemæo.* CACHAGE *interpretib. Scythica gens, intra Imaum. Vide* SCHYTHÆ.

CACHETVS καχητ͂ος, *Ponti fluuius, ad Heracleam vrbem, per quem Athenienſes eam adoriri putantes triremes tredecim oborta tempeſtate amiſere, vt ſcribit Diodorus. Vide* CALES, *&* LYCVS.

CACHVRA, *vide* IACHVRA.

CACIDIRI *vide* ARIMASPI.

CACOBÆ κάκοβαι, *Indiæ intra Gangem gens. Ptolemæus.*

CACOBASILEA λακοβασιλεα, *ædificium ſpecioſum iuxta Paphum Cypri. Val. Max. 1. cap. 5.*

CACOENSII κακοήνσιοι, *Daciæ gens, apud Ptolemæum.*

CACRA, *vide* VLYSSIS *Portus.*

CACVS, *vide* BOARIVM.



CACVTHIS κάκουθις, *Indiæ amnis, in Gangem effluens. Arr. in Indicis.*

CACYPARIS κακύπαρις, *Thucydidi Siciliæ fluuius, quem Aretius & Fazellus* Caſſibili *vocant. Sed hic eum etiam* Manghiſi *nomen ſuſcipere, & Saracenicè* Yhaſibli *dici ait.*

CACYRON κάκυρον, *Ptolemæo Siciliæ mediterranea vrbs. hodie* Caſſaro, *vt Cl. Aretius teſtatur.* CACIRINI *fortè Plinij.*

CADARA, *Rubri maris peninſula ingens, cuius obiectu vaſtus efficitur ſinus, Plinio. Arabiæ Felicis vrbs ad ſinum Perſicum, Ptolemæo. vbi interpretes* CARADA *legunt.*

CADATIA, *colonia Romana, Frontino. Ora libri legebat ſic,* Collaria fortè.

CADAVM *Caſtra, in Mauritania Cæſarienſi. Antoninus.*

CADEMOTH, *Chanaan regionis locus. Deut. 2. & 1. Paralip. 6.*

CADENA, *Bithyniæ vrbs. Synodus Conſtantinopolitana* VI. *vide* CADYNA.

CADENI, *vide* CADI.

CADES, *fons Palæſtinæ, in deſerto Pharam: eundem* BARNA, *&* MISPHAT *cognominari, ſcribit Becanus in ſua Hiſpania.* CADES *mentio eſt Geneſeos 16. vbi Chaldæus* RECAM *legit.* CADES *in Galilæa locus, 1. Machab. 11.* CADES NEPTALIM *locus: Iudicum 4.* CADES BARNA *Deſertum, hodie* Cawara *vocari, ſcribit Iuſtus Giſtelius, & Breytenbachius. Vide* SIN.

CADETES, *populi inter Celtas, apud Cæſarem.* Chaſteaubriant *Orontio; Vigenereo vrbs Britanniæ, non longè ab Andibus. Fuluius corruptè pro* CALETES *ſcriptum ait.*

CADEVMA, *Æthiopiæ ſub Aegypto opidum, Plinio.*

CADI κάδοι, *Phrygiæ Epicteti vrbs Ptolemæo, Propertio, & Straboni, qui addit eam ab aliquibus Myſiæ adſcribi. Gentile apud Stephanum* CADENI. CADVENOS MACEDONES *habet hoc tractu Plinius. Circa Lydiam nempe.*

CADIS κάδεις, *Attica tribus: Iul. Pollux lib. 8.*

CADISCVS, *mons Cretæ, Plinio, & Solino, circa maris littus vſpiam. vti videtur. E regione Maleæ promontorij Peloponneſi.*

CADISENI, *vide* CADVSII.

CADME, *vide* PRIENE.

CADMEIA, *vel* CADMEA, *arx Thebarum Bœotiæ vocatur: apud Aemil. Probum, in Pelopid. vide* BOEOTIA, *&* CARTHAGO.

CADMI PES, *vide* ISMENVS.

CADMVS κάδμος, *mons & fluuius ſic dictus: ſupra Laodiceam, quæ ad Mæandrum eſt. Ptolemæus, Plinius, & Strabo. Vide* ARMONIA, *&* CYLICES.

CADO. *Colonia Cado, legit Goltzius, ex nummo M. Aurelij Imp.*

CADOMVM *Galliæ vrbem, habet Rob. Gaguinus: quam hodie* Caen *vocant in* Normandia.

CADO SENE, *inſula eſt apud Beroſum, ex qua eius commentator Annius, Sardiniam facit. Fides ſit penes illos.*

CADOSIA, *epiſcopalis vrbs, in vita S. Theodori Archimandritæ, à Metaphraſte deſcripta. Circa Aſiam Propriam eſt.*

CADRA, *&* DAVARA, *duos colles habet Tacitus: in Aſia Minori, circa Taurum montem, vt videtur.*

CADREMA κάδρεμα, *Lyciæ vrbs. Stephanus.*

CADRVSI *opidum, Plinio: ab Alexandro ad Caucaſum conditum. circa Indum fluuium vſpiam, verſus Orientem.* CADRVSIA *eſt apud Solinum.*

CADVENI, *vide* CADI.

CADVMIM καδυμίμ, *torrens: in Paleſtina. Iudicum 5. Idem cum* CISON; *cuius epitheton videtur.*

CADVPI, *vide* CATARRHACTES.

CADVRCI, *Cæſari & Frontino (quamquam ſine* R. *corruptè, apud hunc) Celtarum populi eorum vrbs hodie* Cahors *eſt; vt credit Orontius, in ſua Galliæ tabula,* CADVRCVM *vrbem vocat Greg. Turonenſis.*

CADVSII καδούσιοι, *gens inter Caſpium mare & Pontum,*



*Stephano. Sunt Mediæ populi, Ptolemæo, ad Caſpium mare.* CADISENOS *puto, apud Procop. 1. Perſicor.* CADVSIÆ *Ora eſt Plinio circa Margianam, vt puto.* CADVSIORVM *Vallum eſt in Media, ad mare Caſpium, Ptolemæo. vide* GELÆ.

CADYNA καδυνα, *(variat ſcriptura) Armeniæ Minoris, Straboni 12. Siſini regia, in montibus Lycaoniæ, in Cappadocia.*

CADYTIS κάδυτις, *vrbs, in Herodoti Euterpe, Clio, & Thalia. Circa Aegyptum.* CALYTIS *per* L. *legit ex eodem Stephanus.*

CÆADA, *vide* CEADA.

CÆCILI *Portus, Antonino in Mauritania Cæſarienſi eſt.*

CÆCILIANA, *vide* CICILIANA.

CÆCILIVS *Vicus, inter Emeritam & Ocelodurim, Antonino.*

CÆCINVM καίκινον, *Italiæ regio eſt. Stephano. ex Philiſto, Siculorum 2.* COECINVM *Pomponij fortè.*

CÆCINVS καίκινος, *Pomponio & Stephano Locrorum in Italia vrbs: Gab. Barrius ſcribit hodie* Satriano *nuncupari. Vide* CARCYNVM *&* ALEX.

CÆCIS, *vide* ALEX.

CÆCLVS, *vocatur Lazio,* Den Schekel, *Mons Hungariæ.*

CÆCORVM *vrbs, vide* CHALCEDON.

CÆCVBVM καίκουβον, *in Latio locus paluſtris & vitifer: circa Caietanum ſinum, Straboni.* CÆCVBI *in Pontinis paludibus, ſunt apud Plinium 17. cap. 5. Hinc vinum Cæcubum.*

CÆDESA καιδέση, *Galilææ ciuitas. Ioſephus 5. Antiq. 1. Vide* CEDES.

CÆDITIANI *coloni, numerantur cum Sinueſſanis, à Goltzio, in Theſauro. ex antiqua inſcriptione.*

CÆDITIVS *Campus, circa Veſtinos alicubi. vnde optimus caſeus. Plinius.*

CÆLEMONTANVS *Campus, in Lapide vetuſto Romæ. A Cælio monte veriſimile.*

CÆLEVM *quendam Archiuū habet Æſchines contra Cteſiphontem. ab Attica tribu conijcio.*

CÆLESTINI, *Vmbriæ populi, Plinio.*

CÆLI *Aenei ager. In Theſauro Goltzij, ex inſcriptione vetuſta.*

CÆLI SEDES, *vide* OLYMPVS, *&* TRIPHYLIVS.

CÆLI *Stella, vide* PANTVM.

CÆLIANVM, *Italiæ locus, Antonino. Inter Venuſiam & Heracliam. Lib. Limitum huius etiam meminit.* CÆLIA *mihi videtur Ptolemæi & Strabonis, &* Ciliano *hodie.* CÆLIANENSIS *Epiſcopi meminit in Africa, Vict. Vticenſ.*

CÆLIGI καίλιγοι, *Mediæ gens: Ptolemæo.*

CÆLINA, *Plinio Venetorum vrbs.*

CÆLIOMONS, *vel* CELIOMONS, *Antonino opidum Rhætiæ, quod hodie* Kelmuntz *dicitur, vt Simlerus ſcribit.*

CÆLIVM, *Calabriæ opidum, Plinio: an* Celio *hodie inter Tarentum & Brūduſium? Rhætiæ vrbs eſt, in lib. Notit.*

CÆLIVM *Lar, locum ſic dictum habet Symmachus, lib. 7. epiſt. 18. & 19. Circa Formianum ſinum.*

CÆLIVS, *vide* COELIVS, *&* CELNIVS.

CÆLVM *vocant accolæ montis Olympi ſumma. Solinus.*

CÆLVM AVREVM, *in ſuburbio Ticinenſi monaſterium, à S. Luitprando rege conſtructum. Diaconus 6. Longobard.*

CÆNA PAREMBOLA, *Ponti vel Armeniæ opidum. lib. Notitiar.* παρεμβολῆς, *meminit etiā Concil. Epheſinum.*

CÆNÆ καιναὶ, *magna ciuitas, circa Tigrim fluuium. Xenophon 2. Expeditionis Cyri.*

CÆNÆVS, *vide* DODONA.

CÆNE καινὴ, *Laconicæ vrbs, Ptolemæo,* Carnares *Mario Nigro appellatur. Eidem Ptolemæo eſt quoque Aegypti vrbs. etiam Antonino, ſed alia ab hac, inter Memphim nempe & Oxyrinchum. Sicula inſula eſt, apud Plinium. Eſt & locus in deſerto Ziph: Ioſepho 6. Antiq. cap. 14. Vide* CANNA, *&* OTHENE.



CÆNEPOLIS καινόπολις, *Africæ Pentapolis regionis vrbs. Ptolemæo. vide* CARTHAGO, *&* TÆNARIVM.

CÆNEVM, *vide* CENÆVM.

CÆNI καινοὶ *Thraciæ populi, Liuio & Stephano.* CÆNICI *ſunt apud Plinium. &* CÆNICA *regio. quam quoque Ptolemæus nouit.* CENIENSIS *regio eſt Solino, ni fallor.*

CÆNINA, *vrbs vicina Romæ, ſic Feſtus. In Latio eſt, Plinio.* CÆNINENSES *ſunt Liuio.* Καινίνη, *Stephano, & Halicarnaſſeo 2. in Sabinis. Colonia Romana eſt.*

CÆNIS, *Italiæ in Bruttiis promontorium Plinio, è regione Peloro. Hodie* Coda di Volpe *dicitur, vt Fazellus auctor eſt:* Seglio *Leander vocat. Per* Y. *in vltima ſcribit Stephanus,* καινύς. *& Polyb. lib. 1.* SENIS σηνεὶς. *Sed & Stephanus inſulam ex eo facit. Gab. Barrius ſcribit idem à Stephano* CÆNYSIVM καινύσιον, *dici falſò.* CENVS *legit D. Hieronymus pro hoc Italiæ promontorio.*

CÆNITARVM, *vide* SESECRIENÆ.

CÆNITES, *portus Argiæ. Plinius.* SCHOENITIS *melius legendum. cum Pomponio: monuit Sylburgius, in ſuis ad Pauſaniam Notis.*

CÆNON, *vide* HYDREVMA.

CÆNOMANI, *vide* CENOMANI.

CÆNOPHRVRIVM, *vide* ZENOPHRVRIVM.

CÆNOPOLIS καινόπολις, *vel* NOVA *vrbs, Pentapolis in Africa opidum, Ptolemæo. Eſt & locus in vrbe Hieroſolyma, apud Ioſephum 2. belli Iudaici. Armeniæ vrbs Suidæ.*

CÆNOS GALLICANOS, *Statio in Bithynia, Ammiano & Antonino. Inter Dadaſtanam & Dablin. Vide* GALLICANA *Statio.*

CÆNVRGIA καινουργία, *Rhodopæ regionis in Thracia vrbs. Procop. 4. ædific.*

CAENVS καινός, *Galliæ Narbonenſis fluuius, Ptolemæo. item Plinio, vt Pintianus legit. pro eo quod in impreſſis eſt, claſsica: amnis in ea Argenteus: ille reſtituit, Amnes Cænus, Argenteus.*

CAENYSIVM, *vide* CANVSIVM.

CAEPHIRA, *vide* CAPHIRA.

CAEPORI, *Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Plinium.* CAPORI κάποροι, *Ptolemæo.*

CAEPTIEMA *conuallis. In Liguria: teſte ænea tabula antiqua, quæ Genuæ eſt.*

CAER, *Municipium. Goltzius in ſuo Theſauro, ex vetuſta inſcriptione, In Britannia inſula fortè. Vrbem ſignificat antiqua Britannica lingua.* CAERPERIS, *Angliæ vrbs, Virunnio & Lhuydo. hodie* Portcheſtre *vocata.* CAERSEVERVS, *vel* CARADOC *antiquitus dictum Angliæ opidum, quòd vulgò* Sarysbury *vocant; ſcribit Humf. Lhuydus. apud priſcos auctores Latinos hoc vocabulum non exſtare puto. Sed apud Matthæum Weſtmonaſterienſem, qui ſcripſit ante annos trecentos, hæc reperio; qui &* CAERCONA *vocat. Item* CAERLINDCOIT, *quod* Lincolnia.

CAERATVS, *vide* CERATVS.

CAERE καῖρε, *Virgilio* VETVS *cognominata; Tuſciæ vrbs maritima.* AGYLLA ἀγύλλα, *antea vocata fuit, Plinio, Seruio, & Halicarnaſſeo teſtibus.* Ἀγύλλα *apud Lycophronem eſt.* CAERITES *inde gentile. Hac tempeſtate* Ceruetere *dicitur, vt Leandro placet.* CERETIVM *Municipium fortè, apud Frontinum C. V. Franciſci Nanſij. vide* CEREIAS.

CAERESI, *Germaniæ populi, apud Cæſarem. Nunc* Ripenſes *appellantur, inquit Hub. Leodius, vbi arx* Cerey *nuncupata, ad Moſam:* Namur *eſt Vigenereo.*

CAERETANORVM *Nauale, vide* TVRRES.

CAERETANVS, *Tuſciæ fluuius, Plinio.* CAERITIS *Amnem vocat Virgilius 8. Aeneid. qui hodie* Eri *vocatur, vt Leander ſcribit. vide* MINIO.

CAERIANA καιριάνα, *Turdulorum in Bætica vrbs. Ptolemæo.*

CAERIVM, *vide* CAPRIVM.

CAERITIS, *vide* CAERETANVS, *&* MINIO.

C[AE]RON καρρῶν, prouinciam amomi feraciſsimam habet Ioſephus, Antiq. 20. cap. 2. in qua reliquias Noë arcæ oſtendi refert.

CAERVLEVS, vide CLAVDIAE AQVAE.

CAESA, vide CIASA.

CAESADA, vide CESADA.

CAESAENA Καισάϊνα, Galliæ Togatæ opidum, Ptolemæo, & Plinio. Ceſnadigo nunc vocari, ſcribit Georg. Fabricius. Sed Leander Ceſena appellat: & addit CVRVAM CÆSÆNAM ab Antonino, & FLAVIA CVRVA PAPIA in vita S. Mauri Epiſcopi, nominari. In ſecūda, ſine diphthongo debere ſcribi, docet in ſua Orthographia Aldus. Ceſna ab accolis etiam diſſyllabicos appellatur: vti non ſemel ipſo in loco obſeruaui. CÆSENA habet marmor inſcriptum.

CÆSAN, vide GOSSEN.

CAESANA, vide CARNASA.

CAESANI, Arabiæ Felicis populi, apud Plinium.

CAESARA, ad Orontem fluuium opidum ſuffraganeum, Antiocheni patriarchatus. G. Tyrius.

CAESARAVGVSTA ſic Plinius, CAESAREA AVGVSTA Ptolemæus, Colonia immunis, amne Ibero affuſa, vbi opidum antea vocabatur SALDVBA. Regionis Sedetaniæ, in Hiſpania. Plinius lib. 3. cap. 3. Carragoça hodie. In veteri inſcriptione eſt COL. CAESAREA AVG. SALDVBA. Sed alia eſt Salduba, in Bætica, Plinio & Ptolemæo. vide ANAZARBVS.

CAESAREA, Inſula maris Britannici, apud Antoninum. Gerzey Camdeno eſt, qui addit eam à Papirio Maſſono Conſtantini littoris inſulam vocari, quod ea Conſtantiæ vrbi Galliæ obiaceat. CAESAREA Καισαρεια, Ciliciæ vrbs, apud Ptolemæum: quæ apud Paullū Venetum Caiſaria vocatur, vt putat Ramuſius, in Nauigationū volumine. Aliam CAESARIAM præter hanc Ptolemai, habet habet in eadē Cilicia, Ioſephus. de qua vide SEBASTE. CÆSAREA, Plinio Armeniæ Maioris vrbs, alia à Cappadociæ. Pannoniæ vrbs eſt apud Antoninum. quæ fortè Thata, vt ait Lazius. CÆSAREA PALÆSTINÆ, Palæſtinæ vrbs ad Mare Mediterraneum: olim PYRGOS vel TVRRIS STRATONIS dicta, Ptolemæo, Egeſippo, & Ioſepho Antiquit. 15. teſtib. D. Hieronymus ACCARON etiam vocat: ſed falſo, vt ſcribit Poſtellus in ſua Syria. Plinius APOLLONIAM, & COLONIAM PRIMAM FLAVIAM appellatam ſcribit. Azor noſtra ætate nominari, Pinetus putat. Siſeria ſuo tempore, & olim GAD PALAESTINORVM nominatam tradit Beniamin. Balbec & Beline, Theueto eſt. Ptolemæus habet hoc tractu Apolloniam ab hac diuerſam. CAESAREA PANIAS πανιὰς, Ptolemæo Phœniciæ vrbs. Πανοσὸς legitur vitioſè apud Cedrenum. Hæc & CAESAREA PHILIPPI, quondam LESER, deinde DAN, aliquando etiam LACHIS vocata fuit: vt Wiſſenburgius docet. NERONIAM νερωνίας, quoque dictam, teſtatur Ioſephus. Ab Euangeliſtis MAGGEDAN, & DALMANVTHA nominari, ſcribit Poſtellus. Hodie à Barbaris Belina dici, auctores ſunt Neubrigenſis, Volaterranus, Tyrius, Brochardus, & Poſtellus. Balbec vocat Bellonius. Sed Poſtellus tradit Balbec olim HELIOPOLIM fuiſſe. CAESAREA, quæ & SMYRALEA σμυραλεια, Bithyniæ vrbs eſt apud Ptolemæum. Inter Rauennam & Claſſem eſt opidum, aut potius ſuburbium, vt apud Iornandem videtur. Blondus & Rubeus tradunt Monaſterium S. Mariæ in Portico hodie ibi exſtare. Idem ſcribit Leander. Mauritaniæ vrbs, Plinio. Cabo Figalo, Pineto. In Cæſarienſi Mauritania hæc eſt: Poſſidonio in vita D. Auguſtini. Sunt qui Feſsa hodie dici putant, non ſine errore. Hæc enim hinc procul in mediterraneis. Illa verò ad littus Mediterranei maris, & eadem cum IOL CAESAREA. CAESAREAM Arabiæ habet Nicolaus Mirepſius de Theriacis. vide ANTIOCHIA, IOL, MASACA, TINGIS, SICELIA, & ALBA REGALIS.

CAESAREA ARCHELAIS, GERMANICA, STRATONICA, & PHILIPPOPOLIS, ſunt in Theſauro Goltzij, ex nummis. ΚΑΙΣΑΡΕΙΑC ΓΕΡΜΑΝΙΚΗC legitur quoq; in nummo Peſcennij, quem Sambucus edidit ad calcem Emblematum.

CAESARIANA, Antonino circa Nerulum, Lucaniæ vrbem. CAESARIANA MASSA, ſiue Poſſeſsio, loci nomen in Præneſtinæ finibus, Symmacho 10. Epiſtolar. cap. 41. Vide ASIDO.

CAESARIENSE Spatium. Solinus 35. de Nilo, hæc, Deinde in Cæſarienſe ſpatium prorumpens amplior, eadem indicia præfert. Pro ſpatium, quidam ſpecus legunt. Hunc locum ſic ſcribo ex meo Solino M. S. pergameno, Deinde in Cæſarienſi (ſubaudi Mauritania) petita prorumpens, ampliora eadem indicia. Plinio 5. cap. 9. apud Maſſæſylos eſt, in Mauritania Cæſarienſi.

CAESARIENSES, Ioniæ populi. Plinius.

CAESARIS DICTATORIS Villæ, Tacitus meminit, 14. Annal. Ferdinandus Lofredus, putat eam fuiſſe, vbi hodie eſt Bagno de Saluiati. Ad ſinum Cumanum eſt.

CAESARIS SALVTARIENSIS, Gaditani conuentus loci, meminit Plinius.

CAESARI VENALES, vide CASTVLO.

CAESARIVM, locus apud Alexandriā Ægypti, Strab. 17.

CAESAROBRICENSES habet Plinius Luſitaniæ pop.

CAESARODVNVM καισαρόδουνον, Turupiorum vrbs, in Gallia Lugdunenſi. Ptolemæus. pro Tours habetur ab aliquibus hodie.

CAESAROMAGVS καισαρόμαγος, Antonino, & Ptolemæo, Belluacorum ciuitas, quam Beauais putat Diuæus. Eſt Angliæ vrbs apud Antoninum: Talbotus credit in Eſſexia regione hodie Chenford aut Churnforde vulgò dici. Burgſted autem in Eſſexia eſt Camdeno.

CAESAROTIVM, vide CAESORTIVM.

CAESARVM Nemus, locus ad Tiberim. Suetonius. vbi Nauale ſtagnum, cuius Tacitus 14. Annal. meminit. Vide Xiphilinum. Huius mentio ſit quoq; in veteri inſcriptione, quam Busbequius Ancyra adtulit. CAESARVM Villæ, vide AD GALLINAS.

CAESENA, vide CAESAENA.

CAESERO, vide CESSERO.

CAESIA Silua, Tacito. Chryſantus Bois eam prope Dinſlaken, in Ducatu Cliuenſi ponit; eamq; Heſerwaldt nominat.

CAESIAE, vide LITTVS.

CAESIVS, nobilis fluuius è Monte Tauro. CAESI populi. CAESIVM opidum. Sic Baptiſta Fonteius, in ſuo de Cæſia gente, opere. Mihi ignota ſunt, & fortaſſe recentiora.

CAESORTIVM, vel CAESAROTIVM, Galliæ Lugdunenſis vrbs, ex Antonini Itinerario manuſcripto, intra Rotomagum & Petromantalum. Cum Simlero mihi Giſoirs videtur. GISORTIVM hanc vulgus Latinum vocat.

CAETOBRIX, vide CETOBRICA.

CAETVLVM καίτυλον, Oretanorum primaria vrbs, in Hiſpania, Straboni. Quid ſi CASTVLON Ptolemæi? Caſaubonus certè, ſic exiſtimat.

CAFAVES, Mauritaniæ populi, Ammiano.

CAFERONIANVM, id eſt, poſterius Feronianum: in Tuſcia. Annius ad Fragmentum Antonini. In Tuſcia, vide FERONIAE LVCVS.

CAGACO καγακω, fons in Laconica, circa Gythium vrbem. Pauſanias.

CAGRINVM, circa Aſſyriam & Mediā opidum, Laonico.

CAGVLATAE populi, Elamitis iuncti: in Arabia Felici. Plinius.

CAICANDRVS καικανδρος. inſula deſerta & exigua, ſinus Perſici. & in ora Perſidis. Arrianus in Indicis. Vide CASCANDRVS.

CAICAPHA, vide ZEOPHIR.

CAICINVS, vide ALEX.

CAICVS καϊκος, Aſiæ Propriæ fluuius apud Ptolemæum, Plinium, & Liuium 37. Æolidis Straboni lib. 12. Vib. Sequeſter



Sequeſter per K. & Y. ſcribit KAYCVS. Huius Caici meminit quoque Xenophon 7. Cyri, vbi Καρκασος, legitur ad oram libri. Hic fluuius prius ASTRÆVS ἀστραῖος, ADVRVS ἄδουρος, & PAVRÆVS παυραῖος, dictus. auctore qui ſcripſit de Fluminibus & Montibus. Videtur ex tabulis Gitmaſti vocari. Niger eum Caſtri nominat.

CAIETA Virgilio, CAIATTA καϊάττα, Straboni, Antea ÆETA αἰήτη, dictus, teſte Diod. Siculo. Hodie Gaietta nomen habet. Campaniæ portus in Italia eſt. CAIETANVM Sinum, hic quoque habet Strabo. Vide LAMVS.

CAINAS καίνας, Indiæ fluuius, qui ſe in Gangem exonerat. Plinius & Arrianus de Indicis.

CAINVM. Meſopotamiæ vrbs. lib. Notit.

CAIPHA, vide PORPHYREVM.

CALA, vide BABYLON.

CALABASTORES, Africæ opidum; Procop. 2. Wandalicor.

CALABRIA, Ptolemæo, & Liuio, pars Italiæ; quæ olim PEVCETIA, & MESSAPIA, Solino auctore. DAVNIORVM, IAPYGVM, & SALENTINORVM regiones, nunc ſub Calabrorum nomine contineri, ſcribit Tzetza, Chiliade 1. numero 27. CALABROS prius AVSONES dictos, ait M. Cato, in Originib. Calabria ſiue SALTVS CARMINIANENSIS habet lib. Notitiarum. Vide DAVNIA, & IAPYGIA.

CALABRITES, Achaiæ vrbs, in Peloponneſo. Laonicus 9.

CALABRVS κάλαβρος, Calabriæ fluuius. Pauſanias in Eliacis.

CALABRYA καλαβρύη, locus ſic dictus, à bonæ aquæ ſcaturiginibus: Zonaræ, & Curopalati, apud quem in Aſia Minori videtur.

CALACHANA, & CALACHENA, vide CALACINA.

CALACINA καλακίνη, Aſſyriæ regio, apud Ptolemæum. CALACHANA Strabonis eſt: quam eandem etiam per E. in penultima ſcribit.

CALACTA καλάκτα, Siciliæ lateris Septentrionalis vrbs maritima, Ptolemæo. CALE ACTE Herodoto eſt. apud Antoninum corruptè GALEATE legitur. Acque dolci Leandro, Calora Nigro, & S. Marco Fazello dicitur.

CALACTICVS Sinus, circa Hiſpaniam Bæticam. Sex. Auienus.

CALADVNVM καλάδουνον, Callaicorum Braccariorum vrbs, Ptolemæo. Etiam Antonino, inter Aſturicam & Bracaram.

CALÆADVA καλαιαδοῦα, Ptolemæo, CALANDADRVA interpreti inſula ante Taprobanam.

CALÆCIA, vide CALLAICI.

CALÆGIA καλαιγία, Ptolemæo Germaniæ opidum eſt, quod Pet. Appianus Wittenberg interpretatur. In Saxonia ſitum eſt, ad Albim fluuiū. Aliis autem Calbe videtur.

CALÆI καλαῖοι, inſulæ ſunt in oſtio ſinus Perſici. Arriani Periplus.

CALÆNVS καλαινος, Lyciæ fons; qui & olim CALBIVS κάλβιος, dictus eſt, Stephano teſte. Quidam per M. ſcribunt, vt idem tradit.

CALAGARRA, vide CALAGVRIS.

CALAGNA, Colonia eſt apud Onuphrium, ex Frontino.

CALAGORGIS, Gallicæ Aquitanicæ vrbs, apud Antoninum. BEGORRA in lib. Notit. dici, ſcribit Simlerus. Fortè BIGERRIONES Cæſaris hi ſunt.

CALAGORINA, vide CALAGVRIS.

CALAGVM, vide CALATVM.

CALAGVRIS FIBVLARIA, in Hiſpania Vaſconum vrbs eſt Plinio. Καλάγυρις quoque Straboni, & Liuio, ſed hic geminato RR. ſcribit. CALAGORINA Ptolemæus habet corruptè, vt annotauit Amb. Moralis ex marmoribus: cui hodie Calahorra eſt, in ripa Ebri fluminis. huic accinit Varrerius. CALAGARRA eſt Antonino, corruptè. CALAGVRIS NASCICA Plinij, CALAGVRIS IVLIA in lapidibus vocatur, iudice Morale, qui hanc iuxta Hueſca ſitam docet. MVN. CALAG. IVL. eſt in nummo Aug. apud Goltzium.

CALAMA, Africæ vrbs eſt Oroſio, inter Conſtantinam & Hipponem, vt docet D. Auguſtinus lib. 2. Retractationum. Vicinior tamen Hippone, vt idem docet lib. 2. aduerſus Donatiſtas. Nectarij patria eſt, vt legitur apud eundem, Epiſtola 201. An hodie Calamata ſit, quæ hoc fere tractu oſtendit Theatri tabula Barbariæ; videant Geographiæ periti. CALAMA etiam Carmaniæ vicus, littori vicinus, apud Arriani Indica. CALAMA vel GALAMA corruptè legi, pro Gaza, apud Trogum 15. docent Bongarſij Notæ, in eundem.

CALAMÆ καλάμαι, Meſſeniæ vrbs, in Peloponneſo, Polybio 5. atque Pauſaniæ, & ex eo, Stephano.

CALAMATA, vide THALAME.

CALAMATIVM, vide CALARMARCVM.

CALAMENTHA, καλαμένθη, per E Libyæ vrbs. Καλαμίνθη, per I. Phœniciæ. Stephanus.

CALAMINA, Indiæ opidū eſt apud Abdiam, Dorotheum, & Sophronium: vbi D. Thomam apoſtolum obdormiuiſſe ſcribitur. Hodie Malapur credunt.

CALAMINÆ, Lydiæ inſulæ ſunt, Plinio. ſemper fluctuantes, contis quo libeat, impelluntur. Inſulas fluctuantes alibi habet etiam Theophraſtus 4. Hiſtoriæ Plantar. vt in Ægypto, circa paludes, & Theſprotide, alijſq; ſtagnis. In Vadimone lacu quoq; ſunt Plinio. In noſtro Belgio etiam circa S. Audomari fanum, in Flandriæ Occidentalis parte. etſi hoc præter inſtitutum. Vide NYMPHARVM.

CALAMINTHA, vide CALAMENTHA.

CALAMIS, vide CARMINNA.

CALAMISSVS, Locrorum Ozolorum vrbs, ad Sinum Cryſſeum. Plinius 4. cap. 3.

CALAMONA, Ægypti vrbs. Etiam Arabiæ lib. Notitiar.

CALAMVS καλαμος, Phœniciæ vrbs, Polybio libro 5. item Plinio. vide APSACIVM.

CALANA, loci nomen, cuius Epiſcopum Euphrationem nominat D. Athanaſius, Tomo 2. Circa Syriam fortè. CALANNE mentio eſt Amos 6.

CALANDADRVA, vide CALÆADVA.

CALANENSIS Plebis, meminit Coll. Carthag. Corruptè, vt æſtimo, pro CALAMENSIS, à Calama.

CALANI καλανοι, Indiæ populi philoſophi, ex quibus oriundos Iudæos tradit Clearchus, apud Euſebium 9. Præparationis. & Ioſeph. 1. contra Appionem. Calanos autem ab Indis quoduis genus ſapientum vocari, ſcribit Suidas. quod idem ex Plutarcho veriſimile eſt, qui Calanum philoſophum (cuius memoria in Alexandri Magni vita celebris) proprio nomine Sphinen nominat. etſi hic Calani vocem deducit nō à Calana gente, ſed à Cale quod Indico ſermone, ſalue ſignificat. Huic conſentit Aelianus, qui eundem Calanum, Brachmanum ex gente Indica facit. Dum hæc ſcripſiſſem, incidi poſtea in Miſcellanea Brodei, idē mecum ſentientis. Vide BRACHMANES.

CALANNO, vel, vt Hebræi, CALENEH, Amos cap. 6. D. Hieronymus ſcribit eam ſuo tempore CTESIPHONTEM vocari. Vide CHALANNE.

CALAONTEM καλάοντα, fluuium, circa Colophonem Aſiæ vrbem, habet Pauſanias, in Achaicis.

CALAPIS καλαπις, & CHERSONESVS Heracleotarum quæ in Bithynia ſunt coloniæ, Strabo 12.

CALARIS, vt Plinius & Mela; CARALIS Hirtio; vel CARALLIS καραλλὶς, vt Ptolemæus habet; Sardiniæ inſulæ littorale opidum eſt. CARNALIS καρναλις, habet corruptè Pauſanias, in Phocicis. Per O. in ſecunda ſepius in Decretis mentio CAROLITANI concilij. Calari vel Caglire hodie. Florus eam Vrbem vrbium vocat.

CALARITANVM Promontoriū, inſulæ Sardiniæ apud Plinium. eſt Cabo Calari Pineto.

CALARMARCVM, loci nomen apud Frontinum 2. cap. 4. CALAMATIVM erat in magine. CALAMARCVM erat in alio codice. CALAMATRVM legebat Pergamenum. Nuſquam vera ſcriptura, neque ex auctoribus meliorem ſpero. In Apulia videtur, ex Eutropij 6. In Magna Græcia, ex Plutarchi Craſſo. Circa Petiliam & Lucanam paludem.

CALARNA, *vide* TVRRIS *Calarnea.*

CALARONA, *Galliæ Riparienſis Sabaudiæ vrbs. lib. Notit. In Narbonenſi puto. Eadem cum* CVLARONA *puto. Apud Adonem ſic dicitur fluuius agri Lugdunenſis, in Gallia.*

CALARVS, *vide* ALOPECE.

CALASARNA καλασάρνα, *Straboni Lucanorum vrbs:* Capana *nunc eſt, in Calabria; vt oſtendit Gab. Barrius.*

CALASIRIS καλάσιεις, *pars Ægypti: cuius populi Calaſirij, & Calaſiriæ. Stephanus, ex Herodot. 2. à quo Deltam eos incolere diſco.*

CALATE, *vrbs Siciliæ Ciceroni 3. in Verrem. cuius incolas Calatinos vocat.* Calatagirone *putat Aretius.* GALATANI *fortè Plinij, &* CALLANTIS *Suidæ.*

CALATARÆ καλατάρει, *Bactrianæ populi, apud Ptolemæum.* SALATARÆ *legunt interpretes.*

CALATERIVM *Nemus, in Albania, ſeu Scotia: Pontico Virunnio.*

CALATHANA, *Macedoniæ vicus eſt, Liuio 32.*

CALATHE καλάθη, *Ptolemæo eſt Africi maris inſula, iuxta Numidiam.* GALATA *eſt Antonino.* GAVLOS *&* GALATA *Plinij eſſe ſcribit Villanouanus. quod minus probo. duas enim & diuerſas inſulas Plinium his deſignare, ſcio.* GAVLON *Solini potius crediderim. Stephano vrbs eſt ad Herculis columnas, quæ &* CALATHVSA καλάθυσα, *dicitur. vide* GAVLOS.

CALATHION καλαθίον, *Laconicæ mons, Pauſaniæ.*

CALATHVA, *vide* CALATHVSA.

CALATHVSA, *nomen inſulæ deſertæ, Plinio. circa Thraciæ Cherſoneſum videtur. Ponti vrbs eſt Stephano,* καλάθουσα, *Ptolemæo eſt Arabiæ Deſertæ opidum, ſed* CALATHVA *legunt interpretes. vide* CALATHE.

CALATIA, *Campaniæ Felicis opidum, cuius Liuius, Cæſar, Appianus, & Silius lib. 8. meminit.* GALATIA *colonia Frontini M. S. Plinio* CALATIÆ. Gaiazzo *à Leandro indigitatur. item à Sanfelicio.*

CALATIÆ καλατίαι, *Stephano Indica gens. vide* CALATIA *&* CALLATIÆ.

CALATIBVS, *vide* CALLATEBVM.

CALATINI, *Italiæ populi, Liuio 22. & 23. à Calatia, vt puto, vide* TEANVM.

CALATIS, *Straboni Myſiæ Inferioris, in Europa vrbs. vide* CALLATIA, *&* GALTIS.

CALATVM κάλατον, *Albionis inſulæ inter Brigantes opidum, Ptolemæo. (*καλαγον *erat in M. S. codice.) Hodie* Tadcaſtre *dici, & aliquando* Helecaſtre *vocatum, ſcribit Lhuydus. Idem tradit ab Antonino* CALCARIA *appellari.* CACARIA *habet Aldinũ exemplar. Simlerus verò* GALACVM *Antonini putat. Camdeno* Ouerburrow *vocatur.*

CALAVII, *Campana gens, apud Liuium 26.*

CALAVRES, *Phrygiæ fluuius. Liuius 38.*

CALAVRIA καλαύρεια, *Argolici ſinus inſula, Plinio, Melæ, & Pauſaniæ. Ante Troezenem eſt: vt refert Tzetza in Varijs. Inſula Demoſthenis morte nobilis. Sophiano* Sidra *dicitur. Calauriam olim* IRENEN εἰρηνὴ, *appellatam ſcribit Stephanus, à femina Irene. Poſtquam verò Anthus & Hyperes ſedes ibi poſuiſſent, inſulam* ANTHEDONIAM ἀνθηδονία, *&* HYPERIAM ὑπέρεια, *vocatam, tradit Plutarchus, in Quæſtionibus Græcis. Plinius Calauriam & Irinen per* I. *in ſecunda duas habet inſulas. Calauriam ſinus Argolici, vocat Mercator* SIPARENVM *in ſua Europæ Tabula, neſcio quo auctore.* CALAVRIA, *in Sicilia eſt, apud Plutarchum, in Timoleonte. Ante Cretam quoque, Stephanus.*

CALAVRITA *vrbs, in Peloponneſo: Laonico 9.*

CALBIENSES, *populos habet Goltzij Theſaurus, ex vetuſta inſcriptione: quæ Romæ supereſt.*

CALBIS κάλβις, *Doridis regiunculæ in Aſia Minori fluuius, Ptolemæo, & Pomponio. Hunc Marius vult à Plinio* INDVS *nominari. Sed Hermolaus putat hoc loco apud Plinium* NINVS *legi debere, ex Stephano fortè, qui hoc tractu* νινε *meminit. Liuius tamen lib. 38. hoc tractu cuiuſdam Indi fluminis meminit: quem ab Indo quodam ab elephanto deiecto, ſic nominatum dicit.*

CALBIVM, *vide* SACRVM *Promontorium, &* OSTIDAMNIORVM.

CALBIVS, *vide* CALÆNVS.

CALCARIA, *Antonino locus eſt inter Maſſiliam, & Foſſam Marianam. Eidem Angliæ opidum, pro quo etiam* CACARIA *legitur. hoc* Kalcaceſtir *vocatur: auctore Beda. Hanc eandem hodie* Abberford *dici putat Camdenus. vide* CALATVM.

CALCHEDON, *vide* CHALCEDON.

CALCIACI *populi, ſunt Tacito, vt Iunius, & alius quidam tradit, qui* Calkar *Cliuiæ vrbem ex eo faciunt. Ego hos Calciacos apud Tacitum non noui.* TALBIACVM *in finibus Agrippinenſiũ reperio apud eum lib. 4. Hiſtoriar.*

CALDONENSEM *Epiſcopum, nomine Seuerianum, habet Marcell. Comes. Suſpecta lectio mihi. Vide* CALYDONA.

CALDVBA καλδυβα, *Turdetanorum in Bætica vrbs. Ptolemæus.*

CALE, *vocatur Cluſio vrbs Portugalliæ,* Buerto *vernaculè dicta. Vrbs etiam in Flaminia. & alia in Gallia, ſi creditur Seruio, in 7. Aeneidos, qui eam captam à Perpenna narrat, ex Salluſtio Calem & Calenſem villam ab vrbe Pariſiorum quaſi centum ſtadijs diſtantem, habet Greg. Turonenſis. Haud procul à Matrona flumine, vt Gaguinus ait. Item inſula maris Ægæi, apud Antoninum. Vide* LVSITANIA, *&* NINIVE.

CALE ACTE καλη ακτη, *Cretæ vrbs, Stephano. Eſt & eidem magnus vicus. Eubœæ inſulæ vrbs eſt Ptolemæo. Apud Herodotum in Erato, eſt quoque Siculorum ad Tyrrhenum mare opidum. item Diodoro 12. Hæc* CALACTA *Ptolemæi. Palcrum littus Latinè ſignificat, eoq;* Belle riue *vertit appellatiuè Amiotus. Fazellus tradit hic tabulam repertam marmoream, in qua hæc vrbs* LIVIÆ AVGVSTIDÆ *municipium vocatum.* AVGVSTIDIÆ *malim: Sic* ΚΑΙΣΑΡΙΔΙΑ *Stephanus, in verbo* Μαυειτανία. *pro Cæſarienſis.*

CALEARTIVS, *Lacus Africæ, Oroſio. ſunt qui* ALCARSVS, *alij qui* CHALCARSVM *legunt.* GALEARVM *legit huius ſimia Aethicus.* CLEARTVS *legendum ex Ptolemæo.*

CALEB, *locus, 1. Samuel. 30.* χειλὲβ, *legunt 70. interpret.*

CALECARIÆ, *vide* CALLICARIS.

CALEDONIA *Regio, Albionis ſiue Britanniæ: Tacito in vita Agricolæ. Et* CALEDONIA *ibidem Silua,* καληδόνιος δρυμὸς, *Ptolemæo. Huius noſtra ætate vix reliquiæ ſuperſunt. Hæc tamen nominis veſtigia exſtant:* Caldar *&* Calendar, *vt ſcribit Hector Boëtius, in ſuo Scotiæ chronico.* CALEDONII καληδόνιοι, *Ptolemæo Scotiæ populi.* Roſſia *eorum tractus videtur hodie, ex tabulis, vocari. Buchananus* Duncalden *opidum ad Taum fluuium nominis veſtigium retinere dicit. Vide* SCOTIA.

CALEDONIVM, *vide* EPIDIVM.

CALEDONIVS OCEANVS, *vocatur à Val. Flacco, (à Caledonia fortè ſilua, quæ huic vicina eſt,) qui hodie* Scoticus *dicitur.* DVECALEDONIVS δυηκαληδόνιος, *à Ptolemæo vocatur, non Deucaledonius, vt ferè ſemper in Latinis codicibus legitur. M. S. codex* δυκαληδόνιος *ſine* ε *quoque legit.*

CALELA καλήλη, *Larinatium locus, circa Gerunium. Perottus eius interpres hunc locum innominatum reliquit, in Italia, Polybio 3.*

CALEM, *Antonino vrbs inter Vlyſiponem & Bracaram.* Gaia *hodie nominari, ſcribit Varrerius.* CALEM, *Antonino prope Anconam.* Caglie, *Simlero eſt. Geminato* LL. *ſcribit Sigonius. vide* CALE, *&* CALLES.

CALENI, *vide* CALLENI, *&* CALLENVM.

CALENSIBVS EMANICI, *ſic Plinius. In Bætica.*

CALENTINI, *vide* TEANVM.

CALENTVM. *Eſt autem in Hiſpania vlteriore Calentum. Sic Vitruuius 2. cap. 3. Item Plinius, vbi lateres fiunt, qui proiecti in aquam, natant.*

CALENVM καληνῶν, *Straboni & Plinio Campaniæ Felicis vrbs, in cuius agro aquam fluere homines inebriantem, vt vinum, tradit Val. Max. de Miraculis.* CALENI *fortè in Plutarchi Annibale. Caſilino contigua.* Carinula *vocant Leander, Blondus, & Niger. An idem cum Cales? Val. Max. enim lib. 3. cap. 8. de Conſtantia,* CALENAM *à Cale deducit.*

CALEPODIVM *Cœmiterium, in via Aurelia: tertio ab Vrbe lapide. Damaſus in Iulio. Per* O. *in ſecunda eſt in Codice 1. Tit. 2. Leg. 25. An idem autem cum illo, ignoro.*

CALES καλὴς, *Ptolemæo Campaniæ Felicis vrbs. Huius Coloniæ meminere etiam Liuius, Paterculus & Virgilius. item Cicero ad Atticum, ſed numero multitudinis, vbi ſepè de Calibus mentio. Hodie* Calui *eſt, teſtibus Erythræo, Nigro, Blõdo, & Leandro. Bithyniæ emporium, ad Pontum Euxinum, eſt Arriano, in Periplo. Fluuius ibidem, ſic dictus, Euſtathio. Geminato* LL. *ſcribit Memnon.* CACHETVS *hic eſt Diodoro.* CALES DROMVS Καλῆς δρόμος, *locus haud procul à Megara Atticæ, Plutarch. 5. Conuiual. cap. 3. Vide* CALENVM *&* LYCVS.

CALESIA καλησία, *Auſonica vrbs, in Italia. Stephanus: ex Dionyſio 15. Antiq. quo hodie caremus.* CALES *putarim, &* CALENVM.

CALETÆ, *vide* CALETES, *&* CALITÆ.

CALETE, *inſulæ deſertæ nomen, apud Plinium. circa Thraciæ Cherſoneſum, vt mihi videtur.*

CALETES, *Cæſari ſunt Galliæ Belgicæ populi. Strabo eos ad Sequani oſtia pertingere facit. eorum regionem eſſe putat Diuæus, quæ hodie* Le pais de Caulx *vulgò dicitur.* Caletenſes *hodie appellari, ait Turnebus, qui Iuliobonam & Dipam eorum opida dicit. Normanniæ annumerantur.* καλῆται, *habet Ptolemæus.* SALETES, *corruptè legit Oroſius 6. cap. 11. Vide* GALLETI, HYADETÆ, *&* ICCIVS *Portus.*

CALETRANVS *ager, in Italia: in quo Saturniam coloniam ductam, tradit Liuius 39. In Tuſcia eſt Plinio.*

CALEVA, *Albionis inſulæ vrbs, in Atrebatiis Ptolemæo, vt Humfredus tradit, qui eam* Wacklinford *vocari ſcribit.* Wallinford *Lelandus, & Camdenus. Priſco videtur* Oxenford. *Caleua in vulgatis Latinis codicibus eſt. in Græcis verò hoc loco* NALCVA ναλκοῦα, *legitur, & eſt* GALLEVA *Atrebatum apud Antoninum.*

CALEX *vide* LYCVS.

CALGVIA καλγυία, *Arabiæ Petreæ vrbs. Ptolemæus.*

CALI, *Paleſtinæ locus. Ioſue 19.*

CALIABRIAM *vrbem Hiſpaniæ, habet in ſuo Chronico, Amb. Moralis. & dicit hodie ab aliquibus pro* Montanjes *haberi. coniectura non ſatis probabili, vt putat Io. Mariana. Idem Moralis meminit etiam, ex concilio Toletano vrbis Hiſpaniæ, Epiſcopalis, quam* CALIABRVM *nominat. Fortè eadem.*

CALICINVS *tumulus, alicubi in Macedonia videtur, apud Liuium, 42.*

CALICOENI καλικοῖνοι, *Macedoniæ populi, Polybio 5. in quibus Bantiam vrbem deſcribit. Bantios populos habet Stephanus in Thracia. in horum confinibus hi Calicœni ſtatuendi fortè.*

CALICVLA καλίκουλα, *Ptolemæo, Turdulorum in Hiſpania Bætica opidum.* Oſca *Mario Nigro dici videtur. Eſt eiuſdem nominis etiam opidum in Turdetanis, apud eundem Ptolemæum.*

CALIDONA, *vide* CALYDONA.

CALIDAS *Aquas, locum ſit dictum, in littore maris, circa Carthaginem, habet Liuius 30. Thermæ etiam ibidem Straboni 17. Non ſunt* ὕδατα θερμὰ *Ptolemæi, ne quis erret. vide* AQVÆ.

CALIGARDAMANA, *vide* COLAICVM.

CALINDA κάλινδα, *Lyciæ vrbs Ptolemæo. Apud Strabonem, & Dionem Pruſæum* CALYMNA κάλυμνα, *legitur. Plinius* CALYDNA *habet.*

CALINDOEA καλίνδοια, *Mygdonidis in Macedonia vrbs, Ptolemæo. Indiæ intra Gangem, eidem.* CALINDOCA *hic legunt interpretes.*

CALINGÆ, *Indica gens, quorum fœminæ quinquennes pariunt: octauum vitæ annum non excedunt, teſte Plinio; qui eos cis Gangem deſcribit, & mari proximos. E regione Taprobanæ inſulæ ſunt apud Ælianum 16. Animal. quo loco Græcus codex* κωλίγγαι *legit.*

CALINGII, *ſunt Plinio Arabiæ Felicis populi.*

CALINGON, *promontorium Indiæ, inter Gangis & Indi fluminum oſtia. Plinius.*

CALINICVM, *vide* CALLINICVM.

CALINIPARA, *Indiæ opidum, Plinio.*

CALIORDI, *Tauricæ Cherſoneſi populi, ſunt apud Plin.*

CALIPODIS καλίποδος, *fluminis meminit Ptolemæus, in Luſitania, hunc* Ruffano *Niger;* Palma *hodie vocari ſcribit Goropius in ſua Hiſpania.*

CALIPPIA, *maris Ægæi inſula, Antonino.*

CALISIA καλισία, *Germaniæ opidum, Ptolemæo. Circa* Clusburg *fortè.*

CALISSÆ, *Plinio Indica gens, vltra Gangem.*

CALITÆ καλεῖται, *Libyæ interioris populi. Ptolemæus.*

CALIVR καλίυρ, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem opidum.*

CALLÆ, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Antonino. Alius codex* CELLÆ *legit.*

CALLAICI καλλαϊκοί, *Ptolemæo & Straboni: aliis* CALLÆCI, *&* GALLÆCI *dicuntur, vt Xylander annotauit.* GALLICIOS *vocat Eutropius 4. Hiſpaniæ populi ſunt, qui hodie* Galiciam *regionem incolunt. vt Tarapha & alij tradunt.* CALÆCIA καλαικία, *etiam Dio habet. Galleciæ portio* AMPHILOCHI *dicitur, inquit Iuſtinus 43. Idem Strabo. ſed hic vrbem ſic dictam tradit.* CALAICVM *Oceanum, hinc facit Martialis, ad Maternum. Vide* LVSITANIA, LVCENTES, *&* AQVÆ CALIDÆ.

CALLANTIA, *vide* CALLATIA.

CALLANTIANI καλλαντιανοι, *ſunt populi habitantes in ſiniſtris partibus Ponti. Diodorus lib. 19. Gentile eſt à Callatia.*

CALLANTIS κάλλαντις, *Siciliæ vrbs: vnde Cæcilius rhetor. auctore Suida. Vide* CALATÆ.

CALLAS κάλλας, *Eubœæ inſulæ fluuius. Straboni. Mauritaniæ Cæſarienſis locus, apud Antoninum.*

CALLATEBVM καλλάτηβον, *Aſiæ propriæ vrbs, in Cariæ regione. vti ex Herodoti in Polymnia deſcriptione videtur.* καλατιβος, *legit Stephanus, & malè eam Libyæ attribuit.*

CALLATIA καλλατία, *Ptolemæo,* CALLACIS *Antonino;* CALATIS κάλατις, *Straboni; Ammiano, & Plinio; qui eam quoque* ACERVETIM *antea appellatam ſcribit.* GALATIS *Pomponio eſt. Arrianus in Periplo Euxini,* CALLANTRAM, κάλλαντρα, *vocat. Mœſiæ Inferioris opidum eſt, hodie* Pandalla *dictum, ſi non errauerit Mar. Niger, ſed* Kilia *Lazio.* CALLIACRÆ *apud Laonicum puto.*

CALLATIÆ καλλατίαι, *Indica gens, quæ veſcitur parentibus, Herodoto, in Thalia. Vno L. ſcribit Stephanus, ex Hecatæo.*

CALLECOMA, *circa Euphratem locus, Cyrrheſticæ, vel Meſopotamiæ regionis; Antonino. Per I. in ſecunda idem, alio in loco.* CASSICOME *etiã, vt Simlerus fidẽ facit.*

CALLE VICVS, *Antonino Senonum in Picenis opidum. Leander* Caglio *vocat. An idem cum Callem?*

CALLEM, *vide* CALEM.

CALLENI καλλῆνοι, *Campaniæ mediterranei populi, Polybio 3. Vetus interpres legebat* CALENI *vnico* L. *ſic quoque Plinius, & Annibal Plutarchi. A Cales puto, aut à Calenum.*

CALLENSIBVS, *vide* CALENSIBVS.

CALLENTINI, *vide* TIANVM.

CALLES, *apud Mediæ ætatis ſcriptores, Pentapolis regionis in Italia vrbs. vide* CALES *&* CALEM.

CALLET *Stipendiaria, Hiſpalenſis cõuentus ciuitas, Plin.*

CALLIÆ καλλίαι, *Aetoliæ vrbs, Stephano. Callienſes ſunt Thucydidi, & Pauſaniæ. Regio quoque vicina Talantiis, apud Stephanum.*

CALLIARVS καλλίαρος, *Locrorum Epicnemidiorum opidum, Homero, Straboni, Pomponio, & Stephano.*

CALLIAS καλλιάς, Pauſaniæ Arcadiæ opidum. Fontis nomen quoque, qui & CYLLOPERA dicitur, teſte Suida. Vide TRIPOLIS.

CALLICA καλλίκα, Bithyniæ mediterranea vrbs, Ptolemæo. GALLICA legunt interpretes. GALLICANÆ Prouinciæ Bithyniæ, Epiſcopi; meminit concilium Conſtantinopolitanum. GALLICANA fortè Statio, apud Metaphraſtem, in S. Artemio.

CALLICARIS καλλικαρις, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. Promontorium eſt interpretibus, & CALECARIÆ vocant.

CALLICHORVS Καλλίχορος, vel CALLICHORVM, apud Orpheum, Ammianum, & Plinium, Paphlagoniæ fluuius; olim OXYNVM ὀξύνον, vocatus fuit, Apollonij Scholiaſte teſte. Idem ab Arriano OXINAS ὄξινας, appellatur. CALLICHOROS etiam locus aut fluuius in Attica eſt, Euripidi in Supplicib. Siciliæ fluuius videtur apud Callimachum, in Hymno Cereris. Puteus in Attica eſt, Apollodoro & Pauſaniæ. Huius etiam meminit Clem. Alexandrinus, ad Gentes. In Cnoſſo, Adriani locus, vt habet Phauorinus. Vide PANOPE.

CALLICOLONA καλλικολώνα, Homero locus Troadis, circa Simoenta fluuium, quem Strabo dicit diſtare ab Ilio quadraginta ſtadia. Puto vrbem eſſe, quæ COLONÆ κολωναι, à Strabone, Apollonio, Pauſania, Aemilio Probo, Arriano in Alexandro, & Xenophonte 7. Græcorum ad finem, vocatur. Plinius hanc intercidiſſe ſcribit, deportata Adramyttium negotia. Vide COLONE.

CALLICRATIA locus, lib. 17. Hiſtoriæ Miſcellæ. Circa Thraciam fortaſſe. Vicum vocat Balſamon, vbi S. Paraſceua colebatur. Vide eius Commentaria ad ſynodum VI. in Trullo habitam.

CALLICVLA, antiquitus dictum ſcribit Leander, quod hodie Caianello vocant, opidum Campaniæ eſt, in Italia. CALLICVLÆ iugi meminit Liuius 22. vide GALLICANVS.

CALLIDROMOS, vide THERMOPYLÆ.

CALLIENA Καλλίενα, Indiæ emporium. Arrianus in Periplo maris Rubri.

CALLIENSES, vide CALLIÆ.

CALLIFÆ, vrbs in Samnio. Liuius 8.

CALLIGA καλλίγα, apud Ptolemæum eſt Indiæ intra Gangem opidum.

CALLIGERIS καλλίγεεις, Ptolemæo: Indiæ intra Gangem vrbs. Caſtaldus eam Cananor appellat.

CALLIGICVM, vide COLAICVM.

CALLIII καλλίιι, Libyæ nomi promontorium, Ptolemæo. Apud eundem vicus, in eadem regione.

CALLINARIA pinus, Iuuenalis 1. Satyra 3. Et Pontina palus, & Callinaria pinus. ſed Gallinaria legendum non dubito. quod vide ſuo loco.

CALLINICVM καλλίνικον, Perſarum opidum, in Euphratis ripa, Procopio de ædif. & de bello Perſico. Oſroenæ regionis; in lib. Notit. Meſopotamiæ vocat Marcellinus Comes. CALLINISVM fortè Ammiani: & GALLICINVM Eutropij: item GALLINICVM Zoſimi & Oroſii: inter quod & Charras Galerium Maximianum à Narſeo victum referunt. Hoc puto quoque CALINICVM, de quo D. Ambroſius, in epiſtola ad Theodoſium Imp.

CALLINISVM, vide CALLINICVM.

CALLINVSA καλλινουσα, promontorium Cypri. Ptolem.

CALLIOPE καλλιόπη, Parthyæorum vrbs, Appiano, & Stephano. Parthorum, quondam oppoſita Medis, Plinio.

CALLIPEVCEN Saltum, habet Liuius 44. in Macedonia vſpiam.

CALLIPIA, Fons Epheſi. Plinio. ALIPIA habebat codex M.S.

CALLIPIDÆ καλλιπίδαι, qui ſunt Græcoſcythæ. Herodotus in Thalia. In Scythia Europæa ſunt, circa Mæotidem paludem. Pomponio & Solino ſunt apud Hypanim fluuium. vide HIPANIS.

CALLIPOLIS καλλίπολις, Thraciæ Cherſoneſi opidum. Ptolemæo, Straboni, & Stephano. Gallipoli Sophianus vocat. Geliboli Turcis, teſte Leunclauio. Etiam Cariæ: cuius videtur quoque Arrianus 2. meminiſſe. & alia iuxta Anaplum, Stephano. Peloponneſi quoque vrbs eſt, Elidis vel potius Achaiæ, circa Cyllenen, Pomponio. Videtur & vrbs Epiri, apud Stephanum, in voce κόραξ. Circa Ætoliam videtur, ex Appiani Syriacis, & Liuio 36. Hiſpaniæ Tarraconenſis eſt, apud Sex. Auienum. Circa Galatiam aut Armeniam ciuitas eſt Cedreno & Curopalati. Vide ANXA, EVBOEA, & NAXOS.

CALLIPOS, Iornandi opidi nomen, ad Pontum Euxinum, in Europa.

CALLIRRHOE καλλιῤῥόη, vrbs Iudææ, apud Ptolemæũ. quæ LAZA Hebræis eſt, teſte D. Hieronymo in quæſtionib. in Geneſim. Palus Meſopotamiæ, Stephano: ad Antiochiam vrbem. Calidus fons eſt, circa Aſphaltitem lacum, Plinio. Proximum Hieroſolymis eum facit Solinus. Vltra Iordanem eſt Ioſepho Antiq. 17. cap. 8. Item Belli Iudaici 1. cap. 21. vbi eum in Aſphaltidem lacum effluere tradit. Etiam in portu Calydonis Epiri. teſte Pauſania in Achaicis. Vide EDESSA, & ENNEACRVNOS.

CALLIS, vide CALEM.

CALLISTÆ vide THERA.

CALLISTO, vide NOÑA.

CALLISTRATIA καλλιςρατία, Galatiæ opidum, Ptolemæo. quod Caſtellas à Theueto nominatur.

CALLISTVM, ſuburbium Babylonis Aſſyriæ: apud Aelianum.

CALLISTVS κάλλιςος, mons circa Pamphiliam: Porphyrogennetæ. Inter Selgam & Anemurium.

CALLITHERA, Macedoniæ opidum Liuio 32. Καλλιτέρα, Ptolemæi, in Biſaltia regione.

CALLONA, Lesbi inſulæ vrbs opulentiſſima, apud Laonicum 10.

CALLONIA, vide CAVLONIA.

CALLONIANA, vide MANSIO.

CALLONITIS καλλωνῖτις, Aſſyriæ tractus finitimus Mediæ, ad Zagrum montem. vbi Molonem crucifixum ſcribit Polybius 5. Vide CHALONITIS.

CALLYDIVM καλλύδιον, caſtellum munitiſſimum, quo Cleo prædonum diu vſus eſt pro receptaculo: Strabo 12. Circa Myſiam Aſiaticam fortè.

CALMÆ, vide CONTRA.

CALMIVS, vide CALÆNVS.

CALON ACROTERION, vide PVLCHRVM Promont.

CALONIS, Antonino, vbi LEGIO IX. Gelre Simlero, Cleue Lazio. Ducatus Gelriæ vel Cliuiæ vrbs primaria. eſt qui Berick ad Rhenum putat. GOLONIS legit idem Antoninus alio in loco.

CALONNA, Galliæ vicus, ad Ligerim. In S. Mauritij vita.

CALONORVS καλὸν ὄρος, id eſt, Pulcer mons, ad oſſinus Perſici; in Arabia. Arr. in Periplo.

CALONYMOS Inſula, in Propontide. Nicetas.

CALOPODIVM, vide CALEPODIVM.

CALOR, Italiæ fluuius, propè Beneuentum, teſte Liuio & Vibio Sequeſtri. Vltra Salernum eſt Antonino. In Sabbatum fluuium incidere, ſcribit Volaterranus. Nomen Calore retinere hactenus, auctor mihi Celſus Cittadinus. Ex Amſancto valle præceps ferri, inter opidum Aquarias & Pæſtanos agros, Silaróque miſceri ſcribit Pomponius Sabinus, in VII. Aeneidos. Hodie vſque Pugna dicitur, inquit P. Diaconus. (In manu ſcripto codice PVGNA non eſt fluuij, ſed loci iuxta fluuium nomen.) Scipio Mazzella ſcribit Dentecane vulgò appellari (etſi inquit) nonnulli ſic vocent tabernulam haud procul inde. ALOR ἄλωρ corruptè lego apud Appianum in Annibalicis.

CALOS AGROS, portus Aegypti, Cedreno. Vide APSASIVM.

CALOS LIMEN, id eſt, Bonus vel Pulcer portus, in Creta: circa Salmonium promontorium. Actuum 27. quam iuxta erat λασαία, opidum. Eſt & portus Scythicus ad Cercinitem paludem, Arriano. etiam Straboni, vt legit Caſaubonus.





CALOSTOMVM, vnum oſtiorũ Danubij Ptolem. & Plin.

CALOTYCHAS, locus in Cherſoneſo, vt habet Balſamon, in ſynodũ ſextã, in Trullo habitam. In Thracica, ni fallor.

CALPAS, Portus à Plinio nominatur in Bithynia. Eius etiam meminit Arrianus, & Xenophon, CALPEN portum nominãs: ſitum inter Byzantium & Heracleam, medio itinere. Ptolemæus & Strabo hoc tractu CALPAM κάλπη, fluuium habent. Stephano κάλπαι vrbs, & κάλπη portus eſt. Καλπῖτος in Polybij fragmento 55. eſt. Portus Zigari interpretatur à Pineto, in ſuo Plinio Gallico. fluuius Mengrelienſibus Carrathaſſan vocari ſcribit Theuetus. Vide BITHYNIA.

CALPE κάλπη, Ptolemæo mons Hiſpaniæ, ad Fretum Gaditanum. Gibraltar, Cluſio & Aretio. Gebel Tarif (id eſt mons Tarif) Arabis, vt Beuterus tradit. Eſt & aliud CALPE, Hiſpaniæ opidum, ad Fretum Gaditanum: antiquitus HERACLEA dictum, vt auctor eſt Timoſthenes apud Strabonem. vide ALYBE, CALPAS, & HERCVLIS Columnæ.

CALPITVS, vide CALPAS.

CALPIVS κάλπιος, vertex, Orpheo in Argonauticis, qui eum circa Riphæum montem deſcribit.

CALPVRNIANA καλπουρνίανη, Turdulorum in Bætica vrbs. Antoninus & Ptolemæus. Carpio apud Henricum Coquum interpretatur.

CALQVIS, vide ARTASIA.

CALTADRIENSIS epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Victor Vticenſ.

CALTHAEI Καλθαῖοι, Indiæ populi: ab Alex. Magno ſuperati. Polyænus 4. vide CATHÆI.

CALTIORISSA καλτιόρισσα, Ptolemæo Armeniæ Minoris vrbs. Antonini OLITTO EVLARISA eſt, vt Simlerus annotauit.

CALVCONES καλούκονες, Rhætiæ populi, apud Ptolemæum. Algoew, fortaſſe inquit Scudus. Sed ipſe CVLVCONES legit. COLLVCONES habent tria mea Plinij exemplaria. Leutkirchen facit ex eo Lazius, qui locus abeſt à Campiduno tribus milliaribus.

CALVCVLA, Plinio conuentus Hiſpalenſis opidum.

CALVELLVM, Tuſciæ vrbs. ſi fides Edicto, quod Deſiderij regis vocat Annius.

CALVI Caſtrum, vide PHALACRVS.

CALVISIANA, Siciliæ vrbs, Antonino. vide PLAGA.

CALVMACVMA καλουμάκουμα, Africæ Propriæ pagus, ad Syrtim magnam, Ptolemæo. MACOMACA habet vitioſè Latinus codex. MACOMADÆ Antonino eſt. Mecellata nunc, Marmolio.

CALVNS, vide CAVS.

CALVPENA καλουπηνὴ, Armeniæ Minoris regio. Straboni. An Colopena Plinij?

CALVS κάλος, Colchidis fluuius. in Arriani Periplo.

CALVSIVM καλούσιον, Tyrrheniæ opidum. Diodorus 14. CLVSIVM legit Amiottus: melius.

CALVTVS, vide CAVS.

CALVVS Mons, vide PONTESIVM.

CALYBE καλύβη, ſupra Byzantium opidum, Straboni, & Stephano, Aſtorum gentis. Videtur mihi potius CABYLA καβύλη, Ptolemæi, & Ammiani, quam Philippopolis. etſi Hermolaus aliter ſentiat. Vide PHILIPPOPOLIS.

CALYCADNVS καλύκαδνος, Ciliciæ fluuius, Ptolemæo. quidam CALYDNVM vocat, vt Stephanus ſcribit. Seleuciam adluere, ſcribit Ammianus 14. Mar. Niger Saleſo appellat. Fortè Salepho, quem Matthæus Pariſius Saphet nominat: alij Selephium, vt Auguſtinus Iuſtinianus in ſua Genuenſi hiſtoria. qui eum addit hodie del Ferro vocari. In hunc Fridericum Imp. perijſſe, tradunt Belli ſacri Scriptores. CALYCADNVS etiam Ciliciæ promontorium eſt, apud Liuium 38. & Appian. in Syriacis.

CALYCVS κάλυκος, fons in Calabria videtur: apud Pauſaniam, in Eliacis.

CALYDION Καλύδιον, Straboni, in Via Appia. CLVSIVM repoſuit huius loco Xylander, at CLAVDIVM ſiue CAVDIVM Caſaubonus.

CALYDNA κάλυδνα, inſula Carpathij maris, in qua ciuitates COOS, & OLYMNA, vt refert Plinius 4. cap. 12. Idem 5. cap. 31. habet circa Gnidum Doridis Calydnam, cũ tribus opidis: NOTIO, NISYRO, & MENDETERO. Aut eadem, aut inuicem valde vicina. niſi locus malè ſanus. Calydnæ numero multitudinis ſunt apud Heſychium. CALYDNAS etiã generatim vocat Tzetza in Lycophronem TENVM & MYCONVM inſulas. Calydna etiam inſula, & vrbs Libyca, Stephano. Vide CALINDA, PLOTAE, SPORADES, TENEDOS, & TYPHONIS Inſula.

CALYDNÆ, numero plurali, iuxta Troiam, ſunt Tzetzæ, in Lycophronem. vide CALYDNA.

CALYDNVS κάλυδνος, Lycophroni, ſunt Thebæ Bœotiæ, Iſacio. vide CALYCADNVS.

CALYDON καλυδῶν, Aetoliæ opidum Xenophonti & Ptolemæo. Hoc MELEAGRIAM quoque à Meleagro vocatum, ſcribit Perottus. ſed malè fortaſſe, ex Statij verſu. de quo vide in dictione PLEVRONE. Aiton hodie dici, tradit Kyriacus Anconitanus. vide ACHELOVS, & GYRVS.

CALYDONA locum, habet Ammianus lib. 27. circa Germaniam alicubi. ſcribit enim Seuerianum quendam nomine, apud Calydonam (ſi proba lectio) Diuitenſibus & Tungricanis præfuiſſe; contra Alemannorum inſultus. vide CALDONENSEM.

CALYDONIA καλυδωνία, Græciæ regio; quæ olim ÆOLIS αἰολὶς, dicebatur. teſte Thucydide, lib. 3. Circa Epirũ.

CALYDONIOS Scopulos, habet Heliodorus 5. ad Calydonem Ætoliæ vrbem. Ibidem idem CALYDONIVM Fretum. vide RHIVM.

CALYMNA, inſula, Aegæi maris, Ouid. 8. Metamorph. quam melle fœcundam dicit. vide PACHINNE. CALYNDA, & TENEDOS.

CALYNDA κάλυνδα, Stephano Cariæ vrbs. CALYNDICOS montes, habet hoc tractu Herodotus, in Clio ſiue 1. Stephanus octauum citat.

CALYPSONIS Inſulam, iuxta Puteolos deſcribit Philoſtratus 7. & 8. Apollonij: falsò. CIRCES dicere debuiſſet.

CALYPSVS κάλυψος, inſula Ionij Maris, ante ora Lacinij promontorij. Ab Homero creditur OGYGIA appellata, vt Plinius tradit. NYMPHÆA νυμφαῖα, Stephano. item Apollonio Argonautico. Calypſus inſulam MILETVM quoque dictam, ſcribit Euſtathius. CALYPSON inſulam habent Æthicus & Oroſius contra Syrtim Maiorem.

CALISTRII, vide CINOCEPHALI.

CALYTIS, vide CADYTIS.

CAMA, vide CAMEIA.

CAMACHVS κάμαχος, metropolis cuiuſdam regionis. In ſanctionib. pontificum Orientalium. Circa Ciliciam videtur lib. 20. Hiſtoriæ Miſcellæ. Epiſcopalis ſedes eſt Balſamoni, ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. Kemach hodie nominari ſcribit Leunclauius.

CAMÆ, & CAMACÆ, vide SCYTHÆ.

CAMALA, Hiſpaniæ vrbs, XXIIII. M. paſſ. à Lacobrigæ, Antonino. vide GAMALA.

CAMALETVM, vocat Lelandus Albionis inſulæ opidum. in Murotrigum limitibus, Cairmalei vocatum.

CAMALINICHVM καμαλινίχων, Tzanorum regio, ſic dicta. Procop. 3. ædific.

CAMALODVNVM, vide CAMVLODVNVM.

CAMANDODVM, loci nomen videtur, apud Sex. Empiricum. de quo controuerſiam fuiſſe Lebediis tradit cum vicinis. ex Hipponacte grammatico: qui Libediam caricam ex Camandodo nominat. Circa Bœotiam vſpiam.

CAMANE καμάνη, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs. Cambayth, Nigro. Chaul, Caſtaldo dicta.

CAMANI καμανοὶ, Germaniæ populi. Philippo Appiano ſunt qui Cham opidum habitant, ad Regenum fluuium. Antonio Schonhouio autem Campen ad Iſalam fluuium videtur, vt refert Iunius in ſua Batauia. Vide CHAMAVI.

CAMANTIVM καμάντιον, Athenæo vna ex ſeptē vrbib. quas Cyrus familiari ſuo Pytharco largitus eſt. Aſiæ Minoris.

CAMARA κάμαρα, Ptolemæo Cretæ inſulæ vrbs. LATO λατὼ, quoque dictam, tradit Stephanus. Camera hodie dicitur, ſi quis ſe ſidat Pineto. CAMARA etiam Indiæ intra Gangem emporium; ſupra promontorium Cory. Arrianus in Periplo. vide APSASIVM, & CHABERIS.

CAMARACVM, Antonino Belgicæ regionis opidum, Incolis Cambray. Teutonis Camerijck.

CAMARATA, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, apud Antoninum.

CAMARE, (& CAMERE, vacillante ſcriptura.) Ouidius 3. Faſtorum: Eſt prope piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes, Paruus ager; Cameren incola turba vocat. Circa oſtia fluuij, vt veriſimile eſt.

CAMARENI, vide CAMARI.

CAMARI, inſula Arabiæ Felicis, verſus Meridiem. Plinius. Καμαρηνοὶ, inſulæ ſunt apud Stephanum.

CAMARIA, inſula ad Rhodani oſtia, Aimoino. A. C. Mario nomen ferre videtur, ex Plutarchi Mario. Camargue vulgò. vide CAMERTES.

CAMARICA καμάρικα, Cantabrorum vrbs, in Hiſpania. Ptolemæus.

CAMARINA, Siciliæ vrbs, Ptolemæo & Plinio. Camarana nunc dici, tradunt Fazellus & Aretius. In huius agro erat CAMARINÆ Palus, quam antè HESPERIAM dictam ſcribit Vib. Sequeſter.

CAMARINÆI, vide LOTOPHAGON.

CAMARINVM καμαρῖνον, Ptolemæo, & Straboni Vmbrorum vrbs eſt. CAMERINVM Antonini eſt in via Flaminia. CAMERIVM Plinij mihi videtur. Camerino Leandro Alb. dicitur.

CAMARITÆ καμαρῖται, in Iſthmo Caſpij Euxiniq́ maris, ad ipſum mare Caſpium: qui Bacchum à bello venientem, hoſpitio quondam exceperunt. Dionyſius in Periegeſi. Meminit horum quoque Ammianus. TAMARITÆ legit Feſtus Auienus, vitioſè. nam à cameris nauigij genere nomen habere, tradit idem Dionyſius.

CAMARS, vide CLVSIVM.

CAMATVLLICI, Galliæ Narbonenſis populi. Plinius.

CAMAVES, vide CHAMAVI.

CAMBALA κάμβαλα, Armeniæ Maioris locus, Hiſpiratidis regionis. vbi ſunt auri metalla. Strabo.

CAMBALIDVS, Perſidis mons, Caucaſi ramus. Plinius.

CAMBATE, Antonino Galliæ Belgicæ locus. Circa Burgundiæ comitatum videtur. Vide CAMBETIS.

CAMBEI, gens Illyrica, Appiano.

CAMBERICHVM καμβέριχον, vnum oſtiorum Gangis fluminis. Ptolemæus.

CAMBETIS, ab Antonino poſt Auguſtam Rauracorum proximo loco ponitur. Germanis Caemps nominatur, B. Rhenano teſte. CARIBETE pro Cambete, etiam legit Simlerus, apud Antoninum. Idem puto cum eiuſdem CAMBATE.

CAMBETVM κάμβετον, Lubenorum ciuitas, in Hiſpania Tarraconenſi, apud Ptolemæum.

CAMBISTHOLI καμβισθόλοι, Indica gens, circa Indum vſpiam: vbi Hidroates fluuius cum Gange aquas ſuas confundit. Arrianus in Indicis.

CAMBODVNVM, per B. καμβόδουνον, Vindeliciæ opidum, Ptolemæo. München Bauariæ, eſt Pet. Appiano; Baergen Auentino; Kempten autem Pyramio: & doctiſſimo Velſero. qui hoc ex veteri inſcriptione certum eſſe, ſuis ad me litteris, docuit. CAMPODVNVM per P. habet Strabo, & Antoninus. Hanc ego circa Kempten ſtatuo. Ptolemæi verò circa München. Munſterus ſcribit Kempten, aliquando VERMETAM, deinde TRETTICAM, tertiò VERTICAM, vltimò CAMPIDONAM dictam. CAMBODVNVM, etiam Angliæ vrbs, apud Antoninum. Vide CAMVLODVNVM.

CAMBOLECTI. qui ATLANTICI cognominantur, Galliæ Narbonenſis populi Plinio. Et CAMBOLECTRI apud eundem Aquitaniæ populi.



CAMBORICVM, Angliæ vrbem habet Antoninus; quam Grancestre vel Cambridg eſſe putant Camdenus & Talbotus.

CAMBRE, vicum Campaniæ eſſe, in Italia, ad montis Gauri radicem; eumq́ hodie Campana vulgò dici, docet Ioannes Scoppa, in ſuis Collectaneis, & Franc. Lombardus, in libello de Puteolanis balneis. Iuuenalis Sat. 7. ſic: Occidit miſeros Cambre repetita magiſtros: etſi nonnulli crambe legunt hoc loco. Sed Ponticus Virunius putat Britanniæ inſulæ regionem eſſe; quæ vulgo Zambre adhuc nominatur. (Cambriam vult ni fallor.) vide BRITANNICÆ.

CAMBRIA, vide BRITANNIA, & VALENTIA.

CAMBRISOPOLIS, ſub Anabarza ſede Epiſcopatus, apud Guil. Tyrium.

CAMBVNII Montes, in Macedonia ſunt, Liuio. quos ab incolis VOLVSTANA appellari ſcribit. Vide CANALVVII.

CAMBVS, fluuius, cuius Eginarthus & Aimoinus meminit; Lazio Auſtriæ fluuius eſt, in Danubium ſe exonerans, Camb. dictus vulgò.

CAMBVSIS, opidum Æthiopiæ ſub Ægypto, Plinio. CAMBYSI Ærarium, καμβύσου ταμιεῖα, Ptolemæi puto.

CAMBVSVM κάμβ[illegible] Gangis fluminis oſtium. Ptolem.

CAMBYLA, vide C[illegible]BYLA.

CAMBYSES, Albaniæ fluuius, ex Caucaſiis mōtibus ortus, Plinio, & Agathiæ. de quo hæc Pōponius. Cyrus & Cambyſes ex radicibus Coraxici montis vicinis fontibus editi, & in diuerſa abeunt, perq́ Iberos & Hyrcanos diu & multum diſtantibus alueis diſſluunt: poſt non longè à mari, eodem lacu accepti, in Hyrcanum ſinū vno ore perueniunt. καμβύσης, Mediæ fluuius eſt, apud Ptolemæum. CAMBYSENEN, & XERXENEN ξερξηνὴν, Perſicas regiones, habet Stephanus. Inter Albaniam & Iberiam. Ad flumen Alazonium ſunt Straboni 11. vide CATARZENA.

CAMBYSV, opidum eſt inter Nelos & Marchades, circa Arabici ſinus receſſum, vt refert Plin. Vide CAMBVSIS.

CAMECHIA, καμεχία, Albaniæ opidum, Ptolemæo. Per M. in principio, eius interpretibus.

CAMEIA, Manichæorum metropolis, apud Cedrenum, Armeniæ videtur. GAMA Curopalati.

CAMELANI, vide NVCERINI.

CAMELIDES, duæ inſulæ ante Ioniam, Mileto vicinæ. Plin.

CAMELITÆ, Aſiæ populi, vltra Euphratem, Strabo.

CAMELOBOSCI καμηλοβοσκοὶ, Ptolem. Carmaniæ populi.

CAMELOCOMI καμηλοκόμοι, Arabiæ populi, Stephano.

CAMENA Colonia, à Latino Siluio ducta: eſt in libello originis Romanæ, ab Andrea Schotto in lucem edito. An pro Capena?

CAMERE, vide CAMARE.

CAMERIA, vide CAMERIVM.

CAMERIENSES, qui ſacram Soli incolunt inſulam. Sic Macrob. 1. Saturnal. cap. 17.

CAMERINVM, vide CIVARO, CAMARINVM, & CAMERIVM.

CAMERIVM, Latij opidum, Tacito & Plinio. CAMERIA Liuij eſt, & Halicarnaſſei. Coloniam Romanam factam à Romulo & Tatio regibus, ſcribit Onuphrius. CAMERINVM eſt Ciceroni, ad Atticum 8. Epiſt. 12. Feſto quoque, qui opidum pulcrum eſſe ait.

CAMERSOL, vide CLVSIVM.

CAMERTA καμέρτη, vrbs in itinere ab Ocriculo Ariminū, dextram verſus. vt habet Strabo. vide CAMERTES.

CAMERTES Populos, habet Plinius 3 cap. 14. vbi fortè CAMERTA Strabonis. & CAMARIA, καμαρία, Stephani, Albanorum ædificium. vide MARINVM.

CAMESENA, nomen duorum opidorum in Italia, Catoni. Vide ITALIA.

CAMESVS καμησὸς, Thraciæ vrbs. Phauorini Lexicon.

CAMICOS καμικός, Siciliæ fluuius, Agrigentinos diuidens. Vib. Sequeſt. Eodem tractu vrbis nomen eſt; apud Diodorum 4. Vide INYCVS.

CAMIGARA καμιγάρα, Indiæ intra Gāgem vrbs. Ptolem.

CAMILETÆ καμιλῆται, populi, duplices ſunt, habitantq́ iuxta Scenas vrbem, vltra Euphratem. Strabo 16. Bonacciolus camelarios vertit appellatiuè. qui καμηλῖται, fortè legit.



CAMILLARII, vide ARVNTES.

CAMILLIANÆ Villæ, in Campania, à Fabato ſuo poſſeſſæ; meminit Plinius 6. Epiſtolarum.

CAMILLOMAGVM, vide CVMILLVM.

CAMILLOS, vide INYCOS.

CAMINA, inſula eſt alicubi in mari Ægæo: Plinio.

CAMINOS, Cyrenaicæ regionis locus, apud Antoninum. Vide INYCVS.

CAMIRINE, vide VR.

CAMIRVS κάμιρος, Rhodi inſulæ opidum, Ptolemæo, Straboni & Stephano. Ferachio appellat Pinetus. vide HIERAPYTNA.

CAMISA, vrbs Camiſenæ regionis, in Parthia: Straboni. EVMEIS hæc Antonini eſt, vt placet Simlero ad eūdem: CAMISA tamen Antonino circa Armeniam Minorem vrbs eſt: In Camiſena regione veriſimile. CAMISANÆ ciuitatis epiſcopalis meminit Gratianus, Decr. 2. Cauſſa 16

CAMISCVS καμισκός, fluuius, quem ſcribit fluente mari fluere, Antigonus ex Megaſthene.

CAMISENA καμισηνή, Parthiæ regio, Straboni 11. eidem 12. eſt Armeniæ Minoris regio: & in ea vrbs CAMISA. Vide COMINSENA.

CAMMANENA, vide CAPPADOCIA.

CAMMANIA καμμανία, pars Theſprotiæ, Græciæ regionis: poſtea CESTRINIA κεστρινία, appellata. auctor Stephanus. CESTRIA eſt Pauſaniæ.

CAMMONI, vide HERONE.

CAMMVNII, vide CAMVNI.

CAMOENARVM Lucus, extra portam Capenam. Aſconius Pedianus, & Liuius 1. An idem cum Lucis CAPENIS, de quibus Virgilius? vide EGERIA.

CAMOLODVNVM, vide CAMVLODVNVM.

CAMON, locus vbi Iain ſepultus. Iudicum 10. Galadenæ regionis facit eum Ioſephus. Vicus CIMANA hodie, vt ſcribit D. Hieronymus.

CAMPÆ κάμπαι, Ciliciæ præfecturæ in Cappadocia opidum. Ptolemæus.

CAMPANA Via, circa Faliſcos eſt. Vitruuius 8. cap. 3.

CAMPANIA FELIX, Plinio Italiæ fertiliſſima regio. καμπανία, quoque Græcis: vt Ptolemæo, Straboni aliiſq́, à Campis, vel CAMPO ciuitate nomen habere, ſcribit ad Dionyſium Euſtathius. Hanc geographicè depingunt Florus 1. cap. 16. & Iul. Firmicus Aſtronomicor. 1. Laudat Eutropius. Hodie Terra di lauoro vulgò appellatur. CAMPANIA, Antonino Valeriæ vrbs. vbi Simlerus quoque CAMPONA legit: & Campen ex eo facit. Lazius ſubdubitat, num eadē ſit cum ea quam Hungariæ Annales in Hiſtoria Attilæ POTENTIANAM vocant, & hodie Thetten, & Hungari Adom appellant. Ad Danubij ripam. vide AVRELIA.

CAMPASVS καμπάσος, Maſſagetarum fluuius, apud Hyperboreos. Ioannes Tzetza Chiliade 7. numero 144.

CAMPI: 1. Felden, Vide FELDEN, & ADRIABÆ.

CAMPI LAPIDEI Plinio, vel SAXOSI, deſcribuntur à Strabone inter Maſſiliam & Rhodani oſtia. CAMPOS LAPIDARIOS habent Solinus & Marcianus, ſed eos in Liguria ponunt. LITTVS LAPIDEVM à Mela dicitur. Liguriæ fines olim Maſſiliam vſque extenſos fuiſſe, ex Trogo Pompeio liquet. vbi ſcribit Maſſiliam inter Ligures & Gallos conditam. Maſſilienſes etiam in Liguria Sempronius collocat, dicitq́ hos campos, LAMONES vocatos, ab ipſius Herculis filio Lamone. Hodie La Crau nominari ſcribunt Cluſius & Poldus. MELAMBORIVM vocari ab auctoribus hunc campum, ſcribit Marius Niger, & Stunica, ſed ventum pro campo accipiunt, apud Strabonem. ſic enim ille ventum vocat, cui hic campus expoſitus eſt, quo lapides huius interdum agitantur. Melamborij venti, etiam meminit Hegeſippus 3. cap. 20. AYLI Campi ſunt apud Turpinum, in vita Caroli.

CAMPI MACRI, Liuio & Straboni lib. 5. vt vertit Xylander. nam ναχροι κάμποι, per N. in Græco exemplari habetur. Lombardiæ Ciſpadanæ locus, vbi ſollemnis conuentus habebatur. Circa Mutinam & Parmam ſunt Columellæ 7. cap. 2. Valle di Montirone vocatur Leandro Alberto. vide MACRI.



CAMPI PHLEGRÆI, vide FORVM VVLCANI.

CAMPI TIBERIANI, qui inter Romam & Tibur eſſe videntur. Frontinus. Horum meminit lib. Coloniar.

CAMPI VETERES, vide VETERES.

CAMPODVNVM, vide CAMBODVNVM.

CAMPONA, Antonino. Koppel Simlero. Pannoniæ Inferioris vrbs. Eundem locum idem alibi CAMPANIAM vocat malè, quod annotauit Pithoeus in Aduerſarijs. Vide CAMPANIA.

CAMPONI, Galliæ Aquitanicæ populi, ſunt apud Plinium.

CAMPOS κάμπος, vrbs à Campanis condita. Stephanus.

CAMPSA κάμψα, vrbs circa Pallenem videtur, apud Herodotum 7. Vide CAPSA.

CAMPSARI κάμψαροι, Africæ Propriæ populi Ptolemæo. MAMPSARI habent Latini interpretes. & Ptolemæi codex alius Græcus, & ſincerius. nam ſic quoque montem vocat, huic genti vicinum.

CAMPSAS καμψας, Agathia 2. in Italia vſpiam vrbs, quam à Gothis captam ſcribit. Eſt & vicus Phrygiæ, vicinus vrbi Apameæ. Metaphraſti in vita Tryphonis.

CAMPSEONYSIS, vide SEBASTOPOLIS.

CAMPSIANI καμψιανοὶ, Germaniæ populi, Straboni Ad Oceanum.

CAMPVS, locus ſic dictus extra ciuitatem Conſtantinopolim. Hiſtoria Miſcella 14. vide CAMPANIA.

CAMPVS Piorum, ſic dictus locus in Sicilia, circa Catanam. quod ibi duo iuuenes ſublatos parentes euexerunt, inter Ætnæ flammas illæſi ignibus. Solinus.

CAMPVS Regius, vide SAVE.

CAMPYLVS καμπυλος, Ætoliæ fluuius, ad quem caſtrametatus Caſſander Ætolos depreſſit. Diodorus 19. CAMPYLIS, vel vt in margine erat καμπυλινος, pro flumine Indico habet Ælianus 3. animal. quem formicæ numquam tranſeunt. vbi & Iſſedones habitant.

CAMVDOLANVM vide CAMOLODVNVM.

CAMVLIANI Epiſcopi, in Aſia Minori, (vt videtur) meminit Conſtantinopolitana ſynodus VI. ſub Conſtantino Magno habita. In Cappadocia eſſe, ex Cedreno: & IVSTINIANA NOVA dici, ex Synodo Conſtantinopolitana V. diſco.

CAMVLIENSES, vide IVSTINIANA Noua.

CAMVLODVNVM καμουλόδουνον, Britanniæ Inſulæ vrbs, Ptolemæo, in Brigantibus. (aliqui codices καμουνλόδουνον, legunt.) Tacitus eam coloniam vocat. CAMALODVNON apud Plinium. ſic quoque per A. in ſecundæ in antiquo lapide: vbi VICTRICENSIS cognominatur. Legionem VI. NICEPHORIAM ei adſcribit Ptolemæus. Hanc Plinius circiter ducentis millibus à Mona inſula diſtare ſcribit. CAMBODVNVM corruptè Antonino eſt. Hodie Weſtceſtre nominari putat Talbotus: at Almansburi Camdenus. In eadem Britanniæ eſt CAMVDOLANVM καμουδόλανον, in Trinobantibus, Ptolemæo. Hanc Tacitus etiam CAMALODVNVM Coloniam nominat: CAMOLODVNVM Antoninus. CAMVLODVNVM καμουλόδουνον, Dion: qui eam Cinobellini regiam facit. Ab Humfredo Lhuydo hæc Colceſtre interpretatur, at malim cum Camdeno Malden nouo nomine vocare. Sunt qui huic epithetum Victricenſis tribuunt, ex marmore inſcripto. Ego, quod priori in Brigantibus à Ptolemæo adſcribi Legionem Nicephoriam videam, Victricenſis quoque titulum (idem cum Nicephoria notantem) libentius illi adiecerim, ſuffragante quoque ipſo marmore, vbi Camaloduno, non Camuloduno adſcribitur.

CAMVNI Plinio, καμοῦνοι, Dioni, CAMVLCI corruptè apud Strabonem, vt ſcribit Schudus. Ego tamen CAMVNI Καμοῦνοι, apud ipſum lego, qui eos Rhætiæ populos facit.

ſacit. quos dictus Schudus Camunen hodie vocari tradit. Hos Brixienſibus ſubeſſe ait Simlerus.

CAMVNLODVNVM, vide CAMVLODVNVM.

CAMVRISARBVM καμυρίσαρβον, Ptolemæo Ponti Cappadocici vrbs.

CAMVS καμμ☉, Syriæ Caua ciuitas. Polybius 5.

CANA, Turiferæ regionis portus in Arabia Felice, Plinius lib 6. cap. 23. Canacain nunc vocari, ferè credit Ramuſius. Vicus quoque κανὰ Arabiæ, Ioſepho, belli Iud. 1. cap. 4. Item locus in Cœleſyria, Ioſepho 15. Antiq. 6. CANA, etiam in Superiori Galilæa opidum. & altera in Galilæa Inferiori. Hæc MINOR, illa MAIOR vocabatur: teſte D. Hieronymo. Vide ANNANA, & CANE.

CANAAN, Palæſtinæ gens, quas Suidas CHETTÆOS vocat. vide PALÆSTINA.

CANABIACA, vide CANDOLLICA.

CANABVM, vide GENABVM.

CANACA κάνακα, Turdetanorum in Hiſpania vrbs. Ptolemæus.

CANÆ κάναι, vrbs ad Tigrim fluuium, Stephano. vide CANNA.

CANAGORA καναγορα, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. Canago Caſtaldo; Cangigu Mercatori eſt.

CANAIVS, amnis Aſiæ Minoris, Plinio. In Myſia, vt videtur.

CANALES, locum Italiæ, habet Antoninus: XIII. M. paſ. ab Hydrunto. Huius quoque meminit D. Athanaſius, in Concilio Sardiano.

CANALICVM, in Liguria, Antonino. inter Vada Sabatia, & Genuam. Caralupo vocat Simlerus. CANALII Italiæ meminit D. Athanaſius.

CANALITÆ, Slauonica gens eſt, apud Cedrenum, & Curopalatem.

CANALIVM, vide CANALICVM.

CANALVVII Montes, καναλύϊοι, in Macedonia ſunt, Ptolemæo. CAMBVNII à Liuio dicuntur: additque eoſdem ab incolis VOLVSTANA appellari. CANDAVIÆ Montes ſunt apud Plinium & Strabonem. CANDAVIÆ ſaltus, Lucano. Habet & Cæſar Candauiam regionem. vide CANDAVIA.

CANANÆI, vide PALÆSTINA.

CANANITA à pago quodam Ciliciæ cognominatur Athenodorus Sandonis poëta quidam, à Strabone. Circa Tarſum, vt videtur. An à Canas?

CANAR promontorium, in Mauritania Tingitana, Antonino. Ad mare Mediterraneum.

CANARIA καναρια, vna ex Fortunatis inſulis, Ptolemæo, & Plinio. Nomen retinet.

CANARII populi, circa Atlantem, Plinio. quod canibus veſcantur, ſic dicti.

CANAS, Plinio Lyciæ opidum.

CANASIDA κανασίδα, Carmaniæ vrbs littoralis. in Indicis Arrhiani.

CANASTRA, vide CHALADRA.

CANASTRVM κάναςρον, Stephano promontorium Thraciæ & Macedoniæ. Eſt CANASTRÆVM καναςραιον, Ptolemæi, Paraxiæ regionis. Epitome Strabonis huius quoque meminit.

CANATH, Palæſtinæ locus, Iudicum 1. & 1. Paralip. 2. Vicum Arabiæ dicit D. Hieronymus, qui nunc CANNATHA dicitur, quem cum cepiſſet Naban NABOTHOLIAM vocauit. Fortè CANATHA.

CANATHA καναθα, Cœleſyriæ opidum, Ptolemæo, & Ioſepho, de bello Iudaico 1, cap. 14. Ptolemæo eſt quoque Mediæ vrbs. Ante Boſtram Arabiæ opidum; teſtibus Egeſippo & Stephano.

CANATHRA κάναθρα, Ptolemæo inſula ante Taprobanam.

CANATHVS κάναθος, fons Naupliæ, in Argia regione. Pauſanias in Corinthiacis.

CANAVNA, regio Arabiæ Felicis. Plinius.

CANCHLEI, populi Arabibus Petræis iuncti, ab Oriente. Plinius.



CANDÆI, vide OPHIOPHAGI.

CANDALI κάνδαλοι, Ptolemæo, CONDALI interpreti. Indiæ intra Gangem gens.

CANDALICAE, vide CANDOLLICA.

CANDAMIVS Mons, in Hiſpania, quà ex Legionenſi prouincia in Aſturiam itur. Candañedo hodie vocatur. IOVI CANDAMIO habet ibidem vetus inſcriptio. A. Moralis.

CANDANI ciuitatis Cretæ, non ſemel meminit Conſtantinopolitana ſynodus VI. Cantanus Stephani fortè. An Candia hodie?

CANDANVM κάνδανον, Iazygum Metanaſtarum vrbs. Ptolemæus.

CANDARA, κάνδαρα, Stephano Paphlagoniæ opidum. tribus ſchœnis à Gangris diſtans. Candari & Canduraie interpretatur Leunclauius.

CANDARI κάνδαροι, Melæ & Ptolemæo, GANDARI Plinio, Sogdianæ gens.

CANDASA, κάνδασα, Cariæ caſtellum, Stephano. ex Polybij 16. quem mutilum tantum habemus.

CANDAVIA, Macedoniæ tractus, Cæſari 3. Ciuil. Circa Heracleam Senticam. CANDAVIÆ deſerta habet Seneca in Epiſtolis. vide CANALVVII.

CANDEI, vide OPHIOPHAGI.

CANDIA, vide CRETA.

CANDIDA Caſa, vide LVCOPIBIA, & CASA CANDIDA.

CANDIDIANA, Antonino & Libro Notit. Myſiæ Inferioris vrbs.

CANDIDVM Promontorium, Plinio, Solino, & Melæ, in Africa Propria eſt. Cabo Ferrata eſt Mercatori. Etiam Galliæ Narbonenſis eſt, apud Auienum.

CANDILIANVS fluuius, à quo haud Procul Petrarius mons. Vita Romualdi. Circa Hiſtriam videtur.

CANDIONORI, vide PANDIONIS.

CANDIPATNA, κανδίπατνα, Indiæ intra Gangem opidum. Ptolemæus.

CANDOLLICA, ſic vetus inſcriptio habet. vrbs eſt Germaniæ, in Noricis, hodie S. Veit dicta, vt Simlerus dicit. cui eadem eſt cum CANDALICÆ Antonini, & CANABIACA, lib. Notitiarum. Circa Iudenburgũ fuiſſe, putat Wolfg. Lazius.

CANDOVM κανδοῦον, Germaniæ vrbs, apud Ptolemæum.

CANDROGARI, Æthiopiæ ſub Aegypto opidum. in Nili ripa, Plinius.

CANDVVM, Vide CANDOVM.

CANDYBA κανδυβα, Lyciæ vrbs, Stephano, & Plinio. CONDYBA per O. in prima, Ptolemæo.

CANDYS κανδυς, Mediæ regionis vrbs, apud Ptolemæum. Niger eam Cremani vocat. & dicit eam opibus & magnitudine conſpicuam eſſe.

CANE κανη, emporium & promontorium Arabiæ Felicis, Ptolemæo, & Arriano. CANA Plinio. Mons circa Caycum amnem, in Aſia Propria, Herodoto 7. Locus Palæſtinæ, Ioſue 19. qui CHANAD. Hieronymo. vide CANNA.

CANEBIVM κανήβιον, Cariæ vrbs, poſtea CYON, κυών, appellata. auctor Stephanus.

CANELATE κανελάτη, Corſicæ inſulæ vrbs, Ptolemæo. Scala di Canello eam appellat Leander.

CANENS, locus circa Tiberim, de quo Ouid. 14. Metamorph. ſic dictus à nympha Pici regis vxore.

CANENTELVM κανέντελον, Ptolemæo eſt Galliæ Aquitanicæ fluuius. CARANTONVS Auſonij videtur. Fortè hodie Charente. vide ELAVER.

CANESTRINVM, locus in Palæſtina, G. Tyrio 14. cap. 7.

CANETHVM κανηθον, Eubœæ inſulæ locus. poſtea intra muros Chalcidis receptus, Straboni, ex Theophraſto. Mons in Bœotia eſt, Apollonio 1. & eius Scholiaſti.

CANGANORVM καγκανῶν, Promontorium Albionis inſulæ, verſus Occidentem, Ptolemæo. γαγγανων, erat in M.S. codice. Lheyn Camdeno, Gogarth hodie Humf. Lhuydo. CANGORVM meminit Tacitus. Hos idem Humfredus ſcribit Gannock Anglicè; & Wiganwy Britan-



Britãnicè hodie appellari. Canigton putat dici Cãdenus.

CANI κάνοι, gens videtur apud Clementem Alexandrinum 1. Stromatum, quos dicit primos ſigulinam & calcem excogitaſſe.

CANIA, cuius epiſcopum Sepham vocat Dorotheus. CANIANENSIS loci in Africa meminit Coll. Carthag.

CANINDANA κανίνδανα, Iſauriæ vicus. Stephanus.

CANINEFATES, Paterculi, Batauorum inſulæ partem habitant, auctore Tacito. CANNVNEFATES eos vocat Plinius. CANNANEFATES dicuntur in quadam antiqua Inſcriptione. Kennemerlander/ B. Rhenano ſunt. De Veluwe/ Henr. Aquilio. Hæc FELVA vocatur, in vita S. Werenfridi. De Caninefatibus adi H. Iunium cap. 3. Batauiæ.

CANINI Campi, Rhætorum ſunt, apud Marcellinum. Graupundtner Germanicè, Griſoni Italicè vocantur. teſte Schudo. voces tres idem ſignificantes. Vide RHÆTI, & RAVDI Campi.

CANIPSA κανίψα, Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo. quæ CAPSINA interpretibus.

CANIS, Arabiæ Felicis fluuius eſt Plinio 6. cap. 28. verſus Carmaniam. Idem eſſe cum eo quem paulo antè CYNOS vocat, ſuadent hæ voces idem ſignificantes non ſolum, ſed & vtriuſque deſcriptio.

CANIS Luctus κυν☉ θρην☉, locus in Ægina inſula, de quo Ælianus 10. Animal. cap. 41.

CANISIÆ Regionis meminit Marcellinus Comes. In Auſtria eſſe puto, inter Drauum & Arrhabonem flumina. Caniſcha vrbs ibi hodie. Vide SARNVS.

CANNA, Æolidis opidum Pomponio Melæ. CÆNE Promontorium καινὴ ἄκρα, vocat Ptolemæus. CANÆ, & CANNÆ Liuio: TROICVM Prom. videtur apud Philoſtratum 4. CANÆ, Plinius, & Strabo, qui hoc tractu ſic quoque promontorium ſiue montem appellat, qui & ÆGA αἶγα, vocatur, à quo Mare Ægæum nomen habet. vide Strabonem lib. 13. ÆGATES αἰγάτης, nominatur à Stephano. qui addit CANÆ, & CANE, κάναι ἢ κάνη, dici. Αἰγὰ autem hic quoque legendum, putat B. Vulcanius, ad Porphyrogennetam ſuum. nempe Αἰγὰ τῆς αἰολίδος, pro Αἰγάτης αἰολίδος. κάννα, Lycaoniæ in Cappadocia quoque ciuitas, Ptolemæo. CANNA quoq; vrbs inter Cyrrhum & Edeſſam, Antonino. Vide AVFIDVS.

CANNABA, Cyrrheſticæ regionis, in Syria vrbs, Antonino.

CANNABIACA, vide CANDOLLICA.

CANNÆ, geminato NN. iuxta Carthaginem locus. Stephanus. CANNÆ, in Italia quoque locus, clade Romanorum nobilis, de quo Liuius & alij. In Argyrippæ territorio fuiſſe, ſcribit Tzetza in variis ſuis. In Apulia Dauniorum campo Diomedeo, ad Aufidi oſtia, Zonaras 2. Vide CANVSIVM, & CANNA.

CANNAGARA κανναγαρα, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs.

CANNANEFATES, & CANNVNEFATES, vide CANINEFATES.

CANOBOSA, & CANOBVS, vide CANOPVS.

CANODIPSAS, vide CONADIPSAS.

CANOGIZA κανόγιζα, Indiæ extra Gangẽ vrbs, Ptolem.

CANONIVM, Angliæ opidum. Antoninus. Canonden in Eſſexia, Camdeno eſt.

CANOPICA Foſſa, vide FOSSA.

CANOPIVM, vide CONOPIVM.

CANOPVS, & CANOBVS, Ægypti vrbs, & Menelaitis metropolis, Ptolemæo, ad Heracleoticum Nili oſtium. κάνωπος, per P. & per B. legitur. CANOBOSA quoque Stephano. Huius meminit quoque Seneca in Epiſtolis. Hegeſippus ſcribit Antonium victum Conopæa luxuria. CANOPAEA verò legendum. Canopum hanc enim delicijs celebrem, memorant inter alios, Strabo & Ammianus: Conopum non item. Bochir, vt Zieglerus: vel Bichieri. (vt Guilandinus & Caſtaldus habent) nunc appellatur. Non longè ab hac vrbe, vti dico, Nili oſtium eſt. quod Mela inde CANOPICVM nominat. Terminus



Aſiæ & Africæ, ſi Hygino credatur. Idem eſt cum Ptolemæi HERACLEOTICO ἡρακλεωτικὸν, Diodoro teſte. & Plinio fortaſſè NAVCRATICVM. Hoc oſtium Roſetto nuncupari, ab opido eius nominis, illi impoſito, ait Marius Niger. CANOPVS quoque Libyæ locus eſt, Stephano. Eſt & inſula, Nili oſtio obuia, Pomponio, Stephano, & Euſtathio. In concilio Chalcedonenſi vocatur ſic vnum ſuburbiorum Conſtantinopolis: quod & METANOEA appellatur. Eſt & gymnaſium ſic dictum, Athenis. teſtis Philoſtratus in Herodis Attici vita. vide CVBVS CANOPI.

CANOPICVM opidum, ciuium Romanorum, in Africa Propria, Plinio. An CANOPISSÆ Ptolemæi? Idem Plinius in eadem regione etiam CANOPITANVM liberum opidum nominat.

CANOVACI, Scotiæ olim populi, qui hodie Leunoſiam, Argadiam, & Lornam habitant; Humfredus Lhuydus. Vereor ne mendum typographicum ſit, & CARNONACÆ καρνονάκαι, legendum ſit. horum enim Ptolemæus hoc tractu meminit.

CANRAITÆ κανραῖται, Arabes populi videntur, in Periplo Arriani.

CANRISCI, vel CAVRISCI, vide GANTISCI.

CANTA, vrbs Hiſpaniæ in Cantabria. vt ſcribit Iſidorus.

CANTABER, vide ARAGVS.

CANTABRA, Indiæ fluuius, qui tribus aliis comitatus in Indum ſeſe defert. vt refert Plinius.

CANTABRI κάνταβροι, Hiſpaniæ populi, ad Oceanum Cantabricum: Santillana Taraphæ: Guipuſcoa Cliſio: Biſcaia Aug. Curioni. Regiones ſunt conterminæ, hodie ſic appellatæ.

CANTABRIÆ Lacus, in quo fulmen decidit, repertique fuere duodecim ſecures. Suetonius in Galba.

CANTABRVS, vide ARAGVS.

CANTANVS κάντανος, Stephano ex Xenio, vrbs eſt in Creta inſula. Vide CANDANI.

CANTAVRIANI, Mauritaniæ gens. Am. Marcellinus.

CANTENNA, vide CATHENA.

CANTERIVS Mons, in Sabinis, Varroni de Re Ruſtica, 2. cap. 2.

CANTHAPIS κανθάπις, Carmaniæ opidum, Ptolemæo. Calecut Nigro.

CANTHARIVS κανθάριος, Sami inſulæ promontorium, eſt apud Strabonem.

CANTHAROLETHRVS, κανθαρώλεθρος, apud Chalcidenſes in Thracia. iuxta Olynthum, locus cauus eſt, ab euentu ſic dictus. ſcarabeus namque qui circa hunc locum naſcitur, vbi eum attigerit, illico moritur. Plutarchus de Animi tranquillitate, Ariſtoteles & Antigonus de Mirabilibus, item epitome Strabonis.

CANTHELE κάνθηλη, Libophœnicon opidum, Stephano. CANTHELIA κανθηλία, vrbs circa Carthaginem, eodem teſte. Eadem fortè.

CANTHI Sinus, κανθὶ, ad oſtia Indi fluminis, apud Ptolemæum. CANTICHVS, ni fallor, Ammiano. Accurſius malè legit CATAONIVS, Golfo de Cambaia And. Reſendio. BARACES Βαράκης, vocatur ab Arriano, in ſuo Periplo. SARONITICA Syrtis vocatur ſinus hic à Plutarcho, in Libello de Fluminibus. vide NAVSTATHMVS.

CANTHORVM κανθων, vrbs in Aegypto, Ptolemæo. ACANTHON in codice Latino eſt, veriore ſcriptura. teſtibus Diodoro, Strabone, & Stephano.

CANTIA, vide CANTIVM.

CANTILLENSIS eccleſiæ meminit Sidonius 4. Epiſtolarum, ad Vectionem. In Aquitania eſt Cantilla, Aimoino. CANTERA eſt apud Hug. Floriacenſem M.S.

CANTIOEBIS καντίοιβις, Germaniæ vrbs eſt Ptolemæo. quam Pet. Appianus Amberg vocat.

CANTIVM κάντιον, Britanniæ inſulæ promontorium Orientale, Straboni, & Diodoro, vbi CARION corruptè legitur apud Latinum interpretem. ἀκάντιον, Ptolemæo. Hodie Northforland appellari video. Cæſar totum hunc

tractum insulæ qui se versus Ortum extendit, CANTIVM vocat. CANTIAM Beda. & hodie vulgò Kent nominatur. LITTVS SAXONICVM in lib. Notitiar. eſt.

CANTOBENNICVM arx in monte. In Aruernis videtur, apud Greg. Turonenſem.

CANTVARIA, vide DVROVERNVM.

CANTVARIANI populi, in Mauritania, Ammiano.

CANTVRIENSIS Archiepiſcopi (in Gallia fortè vel in Angli.i, pro Cantuarienſis) memoria eſt apud Iuonem, Epiſt. 69.

CANTZACIVM, Cedreno & Curopalati vrbs in Perſarmenia.

CANVCCIS καυκκίς, Ptolemæus habet Mauritaniæ Cæſarienſis vrbem; quam Marmolius Sargel vocat. Quibuſdam hæc CARTENNA eſt, vt idem refert. Vide GVNVGI.

CANVCHA, Indiæ fluuius, in Gangem defluens. Plinius.

CANVS, de quo ſic Auienus. Cani præterfluentis alueum. Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius videtur.

CANVSIVM κανύσιον, Apulorum Dauniorum opidum, Ptolemæo. ad Aufidum fluuium, Plinio & Pomponio teſtibus. item Straboni. ex quo Stephano Καινουσιον eſt. Nomen Canola quidam retinere putat. Idem eſſe cum CANNARVM vico Romanorum clade nobili, aſſerit Leander. Cui quo minus aſſentiar, faciunt Liuius, Strabo, Plinius, & Plutarchus, qui vtriuſque meminere. Procopius item ſcribit Canuſium diſtare à Cannarum vico viginti quinque ſtadiis. Circa Barlettam fuiſſe, aliqui exiſtimant. Huius Canuſii quoque meminit Philoſtratus in Herode.

CANYNDII, opidum apud Curtium videtur, his verbis: Myndios quoque & Canyndios, & pleraque tractus eius, ſuæ facta ditionis. Corruptè pro MYNDII, & CAVNII Ciliciæ opidulis.

CANYTIS κάνυτις, Magna Syriæ vrbs, Stephano.

CAPÆ κάπαι, Helleſpontia vrbs. Stephanus ex Androtione. vide TACAPE.

CAPÆVS κάπαιος, fluuius in ſuperficie frigidus, infra calidus. Antigonus in Mirabilib. In Sicilia fortè.

CAPARA κάπαρα, Luſitaniæ vrbs, Antonino, & Ptolemæo, CAPERENSES, Plinio. Caparra dicit hodie nominari Cluſius. ſed is in Bætica finitima illi regione eam ponit. & CAPARRA duplici RR. in antiquis inſcriptionibus legi, addit.

CAPARCELIS καπαρκελις, Armeniæ Minoris opidum, in præfectura Lauinianenſi. Ptolemæus.

CAPARCOTIA, & CAPARCTONI, vide CAPHARNAVM.

CAPARETÆA καπαρεταία, Samariæ vicus, Iuſtino & Euſebio, vnde Menandrum quendam Simonis Magi diſcipulum oriundum tradunt.

CAPARNAVM καπαρναον, fons iuxta Genneſar lacum, quem nonnulli Nili fluminis venam opinantur. Ioſephus belli Iud. 3. cap. 12. Vide CAPHARNAVM.

CAPARORSA καπαρόρσα, Iudææ vrbs apud Ptolemæum.

CAPARGAMALA, ciuitas vbi Stephanus protomartyr ſepultus. Calliſtus. Vide CAPHARGAMALA.

CAPARSAMA, Ptolemaidis vicus: Ioanni Moſco, in Prato ſpirituali. Vide ANTIPATRIS.

CAPASA καπάσα, Luſitaniæ vrbs, Ptolemæo.

CAPASTITES, vide CABASITES.

CAPATIANA, vide PHRYGIA.

CAPATORE, vide CAPHARTOBAS.

CAPE, vide TACAPE.

CAPEDVNVM καπέδυνον, Scordiſcorum opidum, Straboni 7. Capeſtein / & Captenberg eius veſtigia ſunt, Lazio cenſore.

CAPELLATIVM, vel PALAS, Alemaniæ regionis nomen eſt, apud Marcellinum. Hodie Pfaltz / vel Pfaltſgraefſchaft dicitur vulgo. Latinum vulgus Palatinatum vocat. vt B. Rhenanus docet. Ioannes Heroldus ex hoc Capellatio ipſam Heydelbergam, Palatinatus huius vrbem primariam, facit. Munſtero tractus eſt qua iter Francofordia Heidelbergam, Bergſtrasdictus.



CAPENA, Tuſciæ vrbs, & CAPENATES populi, Plinio 3. cap 5. & Liuio 5. 26, & 27. CAPINNA Stephano. CAPINA, & CAPINATES, ſunt in Catonis fragmento. Καπινη, Stephano. Ad radices Apennini iuxta Tiberim deſcribitur à Fabio Pictore. Capenatos eos eſſe, qui poſt Vaccanas ad ſiniſtram partem habitant, ab Roma eunti, tradit Pomp. Sabinus ad 7. Æneid. Vbi CAPENI LVCI. Sed alij CAPENATES ſunt in Latio, iuxta Feroniæ lucum, Liuio, Plinio, & Silio 13. hoc verſu. Diues ante omnes colitur Feronia luci, Et ſacer humectat fluuialia rura Capenas. Canapina hodie dici, aiunt Leander, & Ant. Maſſa. CAPENA Porta, eſt vrbis Romæ, quæ nunc S. Sebaſtiani, teſte Marliano, qui ex Solino, addit eam ſic dictam à CAPENA vrbe, quam Italus rex iuxta Albam condidit. Hæc verba apud Solinum non noui; neque vrbem hanc Capenam.

CAPER, vel CAPRVS, vt Ptolemæus, κάπρος, Aſſyriæ fluuius. Eſt etiam Caprus Aſiæ Minoris fluuius, Meandrum influens, Straboni & Plinio. vide LYCOCAPER, & BVMELVS.

CAPERENSES, vide CAPARA.

CAPERSANA, locus circa Zeugma Syriæ, Ammiano. An idem fortè cum eo, quem infra CAPESSANA vocat? ad Euphratem fluuium? & CAPESSA Hiſt. Miſcella? Verſus Occidentem fluminis, Theodoreto, in vita Salamini?

CAPERTINI agri, Iuſtino 43. circa Maſſiliam. ſi ſincera ſit lectio. Captiui agri, alius enim codex habet. ſic quoque liber pergamenus. & rectè, meo iudicio. vocantur enim captiua, omnia hoſtibus bello erepta, vel capta.

CAPERTVRI, Comagenæ in Syria vrbs, Antonino.

CAPESSANA, vide CAPERSANA.

CAPETERVM, caſtellum ad radices montium, Cedreno. Circa Theodoſiopolim, in Thracia. CAPETI Arx legitur apud Curopalatem.

CAPETI arx, vide CAPETERVM.

CAPEVS Sinus Arabiæ Felicis, circa ſinum Perſicum. quem accolunt Gaulopes, & Chateni. Plinius.

CAPHARA, Chanaan regionis locus, Ioſue 18. Κεφιρα legunt 70. interp.

CAPHARATH, Vicus Galilææ. munitus à Ioſepho. vt habet eius vita.

CAPHARCVS, Palæſtinæ vicus, circa Gazam. Calliſtus 11. cap. 39. Vide SCHOPHARCHONBRA.

CAPHARDAN, Guil. Tyrio caſtrum in Palæſtina. Syriæ videtur apud Nicetam.

CAPHARIDES Petræ, vide CHOERADES.

CAPHARNAVM καφαρναύν, Galileæ vrbs, Ptolemæo. CAPARCTONI, & CAPARCOTIA legunt eius interpretes. καπερναύμ, Mathæo 11. Ieſſerkin ab accolis vocatum, ſcribit Iuſtus Giſtelius, nunc verò Reyme.

CAPHARSABA, vide ANTIPATRIS.

CAPHARSALAMA καφαρσαλαμα, Palæſtinæ locus, 1. Mach. 7. & Ioſepho Antiquit. 12. Vide ANTIPATRIS.

CAPHARTOBAS, Ioſepho belli Iud. 5. cap. 4. CAPATORE Egeſippo: Idumeæ vicus.

CAPHAS καφας, Libyæ Interioris mons. Ptolemæus.

CAPHEREVS καφηρεὺς, Ptolemæo, Plinio, Melæ, & Dioni Pruſæo: Euboicæ inſulæ promontorium. Stephano CATHEREVS καθηρεὺς, dicitur. A Lycophrone ZARAX ζαράξ, appellatur, Iſacio ſic interpretante. cui etiam XYLOPHAGOS ξυλοφάγος, dicitur. Sic etiam Sophiano. cui Chimi hodie eſt. Figera Nigro & Theueto.

CAPHERIDES, vide CHOERADES.

CAPHERIS, inſula videtur, circa Thraciæ Cherſoneſum. Plinius.

CAPHIRA καφιρα, vrbis nomen, Ioſue 9. CEPHIRA à Chaldeo interprete vocatur. Vide CAPHARA.

CAPHRENA. Plinius lib. 6. cap. 26. ſed manu ſcriptus, qui ſic legit: Dicta eſt in Zeugmate, Apamia, ex qua Orientem petentes excipit opidum Caphrena munitū, &c. Excuſi codices loco Caphrenæ, apprimè habent.

APH-



CAPHTOR, Amos 9. D. Hieron. 70. interp. & Chaldeus CAPPADOCIA interpretantur. vide PELVSIVM.

CAPHYA, Straboni, Polybio, Plutarcho, & Theophraſto; item Suidæ. (quamuis APHYA in codice Latinè excuſo, legatur) Arcadiæ vrbs. CAPHYE lucum habet Plinius. & CAPHYATICVM ſaxum, Pauſanias. vide CAPYÆ, & HALEA.

CAPHYRIDA, vide RHODVS.

CAPHYRIDES, vide CHOERADES.

CAPIDAVA, Myſiæ Inferioris vrbs, ad Danubium, Antonino. Scythiæ; Libro Notit. Eandem eſſe opinor. COMIDAVA fortè Ptolemæo.

CAPILLATORVM Ligurum, circa Liguſticum mare, meminit Plinius. In Alpibus degunt.

CAPINA, Arabiæ Felicis inſula, in Indico mari, Plinio.

CAPINATES, vide CAPENA.

CAPINNA, vide CAPENA.

CAPIONIS TVRRIS, καπίωνος πύργος, Straboni opus mirabile, ſaxo impoſitum. Cluſius ſubdubitat num ſit Chipiona opidum hodie. centum ſtadiis à Bætis oſtio diſtans,

CAPIS Coloniæ, meminit Onuphrius; ex Frontino. In Italia eſt apud Frontinum Nanſii.

CAPISA καπίσα, Ptolemæo. Paropaniſi opidum. CAPISSA geminato SS. legunt Plinius & Solinus. apud quos proxima Indo flumini eſt, & à Cyro diruta. CAPISSENA regio huius à Plinio nominata. Ptolemæi interpretes loco Capiſæ CATISA legunt, mala fide, vt plerunque ſolent.

CAPISSENA, vide CAPISSA.

CAPITA SARI Fluminis, locum ſic dictum in Cilicia [ad huius vti videtur, fluminis oſtium] habet Liuius 33.

CAPITALIA, Indicorum montium altiſſimus eſt Plinio.

CAPITINA, Siciliæ vrbs, Ciceroni in Verrem. Vide CAPYTIVM.

CAPITOLIA, vide HIERVSALEM.

CAPITOLIAS καπιτολιὰς, Cauæ Syriæ vrbs. Ptolemæo. an inde CAPITVLENSES in Digeſtis? Eadem CAPITOLIA, & alio in loco CAPITOLIADA nominatur ab Antonino. Hanc Hodie Suuete nominari, ſcribit ad Ioſiam Maſius.

CAPITOLINVS Mons, Vrbis Romæ, qui antea TARPEIVS, & SATVRNIVS dictus fuit. Ex Feſto, Ter. Varrone, & Fab. Pictore. Noſtri CRONIVM κρόνιον, dixerunt, inquit Halicarnaſſeus lib. 1. ταρφαῖος, per PH. habet Stephanus. Herodianus καπιτωλιειον, ſex ſyllabis ſcribit. In hoc monte CAPITOLIVM poſtea extructum fuit, quod hodie Campidoglio vocant.

CAPITOLVM, vide CAPITVLVM.

CAPITONIA. vide CAPYTIVM.

CAPITONIANA, vide MANSIO.

CAPITVLVM καπίτυλον, Hernicorum vrbs, ſupra Præneſte, Straboni & Plinio. CAPITOLVM colonia Frontino. CAPITVLENSIVM fit mentio Digeſtorum 50. cap. de Cenſibus. ſed extra Italiam hi. vide CAPITOLIAS.

CAPITVRIA καπιτύρια, Thraciæ opidum. Procop. 4. Ædificiorum.

CAPNOBATÆ, vide MYSIA.

CAPORI, vide CÆPORI.

CAPORTES, Antonino in Marmarica locus eſt.

CAPOTANA, Ariæ vrbs, Ptolemæo. Per ου in ſecunda legit Græcus codex, CAPVTANA.

CAPOTES mons, vnde Euphratis origo, vt habet Mutianus apud Plinium. vide PARIADES.

CAPPADOCIA καππαδοκία, Aſiæ Minoris regio. Hodie Almaſia eſt Iacobo Caſtaldo; Genech, Theueto, Toccatu Alalulien Pineto. Straboni & Halicarnaſſeo hæc Cappadocia quoque LEVCOSYRIA dicitur, λευκοσυρία. Cappadoces à Græcis Syros, nominari, ſcribit Herodotus. lib. 1. PYRÆTHOS cognominatos aliorum differentia, ſcribit Euſtathius: quod ex igne futura prædicebant. CAPTHORIM Hebræis dici, docet ex Onkelo Arias. Ioſephus lib. Antiq. 1. dicit Hebræis MESCHINI μοσχηνοι, nuncupatos incolas. Strabo tradit Cappadociam in duas ſatrapias à Perſis diuiſam. in eam quam propriè CAPPADOCIAM, & CAPPADOCIAM AD TAVRVM, item MAGNAM cognominarunt: & alteram quam PONTVM, & CAPPADOCIAM PONTICAM dixere. Hæc Pontica eodē auctore, ſub Archelao rege, in quinque præfecturas diſtincta fuit. in LAVINASENAM λαυινασηνὴ, nempe, (vel LANIASINA λανιασινη,) SARGVSENAM σαργαυσηνὴ, SARAVENA, (hoc in Græco nō inuenio,) CAMMANENA χαμμανηνὴ, & MORIMENAM μοριμηνὴ, De hac Cappadocia intelligit vetus adagiū, Tria Cappa peſſima, vti ex Iſidori Peluſiotæ Epiſtolis videtur. In totidem quoque idem Strabo diuidit eam quam Magnam dixit, ſcilicet in MELITENAM μελιτηνὴ, CATAONIAM καταονία, CILICIAM κιλικία, TYANITIM τυανῖτις, & ISAVRITIM ἰσαυρῖτις. Sed quod hic quoque addam, eſt, quod Ptolemæus SARGARAVSENA σαργαραυσηνὴ, & GARSAVRIA γαρσαυρία, legit. Apud eundē Melitena, Cataonia, & Lauianenſis, in Armenia Minore; & ISAVRIA, in Galatia ponuntur. Tempore Greg. Nazianzeni Cappadociā in CÆSARIENSEM & TYANENSEM diuidebant. Porphyrogenneta eā diuidit in CHARSIANAM, ARMENIACAM, & CAPPADOCIAM Minorem, item in CATAONIAM, TAVRICAM, & MEDITERRANEAM. Cappadociæ regionibus iungit Plinius lib. 6. cap. 3. GAZACENAM, & COLOPENAM. Liber Notitiarum habet HONORIADEM Cappadociæ regiunculam: huius mentio etiā fit in Cedreno, & Nouellis Iuſtiniani. Appianus de bellis Syriacis nominat quoque CAPPADOCIAM SELEVCIDEM, à Seleuco rege ſic cognominatam. Pro SARGAVRIA apud Ptolemæum legunt eius interpretes GARDAVCRETA, mendosè omnes. vnum Nouiomagum ſemper excipio.



CAPPADOX amnis, in Cappadocia: Plinio.

CAPPAGVM, Bæticæ vrbs. Plinius.

CAPPARA, Hiſpaniæ vrbs, teſtis marmor antiquum: apud Smetium. vide CAPARA.

CAPPAREÆ, locus Syriæ, in Cyrrheſtica regione, Antonino.

CAPRA, vide AEX.

CAPRA PICTA. Sic eremi pars in Africa appellatur, apud Victorem epiſcopum Vticenſem.

CAPRARIA καπραρία, Ptolemæo inſula inter Italiam & Corſicam. Hanc Græci ÆGILON vocant, Plinio auctore. Meminere huius etiam Pomponius, & Rutilius. Capraria hodie adhuc dici autumo. Caſtrum CAPRARIA, habet in Gallia Greg. Turonenſis: Hiſtoriar. 3. & Aimoinus 2. Plinio vna ex Fortunatis inſulis: quam Niger putat CASPERIAM καπερια, Ptolemæi eſſe. & eandem Forte ventura interpretatur. Circa Balearides eſt quoque CAPRARIA inſula, eidem Plinio. Hæc hodie Cabtera. Inſula Africæ Propriæ eſt; teſte libro 13. hiſtoriæ Miſcellæ. Silua ſic dicta autem eſt apud Vincentium, in Speculo hiſtoriali. & Huganem Floriacenſem. Vide PVLLARIÆ.

CAPRARIENSES populi, & montes Mauritaniæ, ſunt apud Ammianum.

CAPRARIVS Mons, iuxta Rauennam vrbem videtur, ex lib. 13. Variarū Caſſiodori, ad Ioannem Liquatarium.

CAPRAS. Dictys Cretēſis 1. ſcribit, ex inſulis Niſyrio, Caprate, Coo, &c. Carpathos fortè legendū. CAPRAS etiam locus in Tuſcia apud Procopium 3. Gothorum. vbi Totilam interemptum ſcribit. Hodie Capreſe vocari, ſcribit Leander. cui in ripa Tiberis eſt, haud longè ab eius fonte.

CAPRASÆ Antonini, Tarſia Calabriæ vrbs eſt Gab. Barrio.

CAPRASIA, vnum ex Padi oſtijs, Plinio. hodie Magnavaccha, Blondo & Leandro.

CAPREÆ, inſula arce Tiberij principis nobilis, inquit Plinius. In Mari Tyrrheno. Haud procul à Surrentina continente: Diodoro & Tacito. CAPRIENE καπρεήνη, dicitur Stephano. CAPREA καπρέα, habet Ptolemæus. Nuncupatur SENARIA quoque Martiano (ſi locus

 ſincerus

(ſucceſſus eſt,) cùm ſcribit, In octauo milliario Capreæ Se- ſsaria dicta, & TELENTEA· TELONIS inſula à Silio vocatur. THELEBOÆ dicuntur eius incolæ, ab Auſonio, quod Annotauit doctiſſ. Lipſius, ad Tacitū. & idem tradit Seruius in 7. Æneid. Mar. Niger, hodie adhuc à nautis Capri vocari, Leander nunc Campanella dici ſcribit.

CAPREÆ Palus, ad quam Romulus euanuit. Plutarchus & Cicero. Ante Vrbem erat.

CAPRENSIS Epiſcopus, in Africa. Vict. Vticenſis.

CAPREOLVM, locus in Sabinis, via Salaria, XIII. M. paſſ. ab Vrbe: in ripa Tiberis. in S. Getulij vita. Iuxta Gauis opidum. in via Salaria fuiſſe, putat Fuluius Cardulus.

CAPRETÆ, Aſiæ propriæ fuit gēs: ſed interijt, teſte Plinio.

CAPRIA καπρία, lacus circa Pergam Pamphiliæ. Strabo.

CAPRIANVS, mons Siciliæ circa Heracleam, vt habet Fragmentum 36. libri Diodori, quod H. Stephanus in lucem dedit. Gemmarum mons nunc dici puto.

CAPRILIA, appellatur ager qui vulgo AD CAPRÆ PALVDES dici ſolet, Feſto auctore. Meminit eius Liuius lib. 1. & Ouidius 2. Faſtorum. Iuxta Vrbem erat.

CAPRIMA κάπριμα, Cariæ regionis opidum. Diodorus 19.

CAPRITANA inſula, caſtello quod Nouas dicitur per diœceſim coniuncta. Gregorius P. M. Epiſtolar. lib. 7. cap. 9. & 10. Circa Pannoniam videtur.

CAPRIVM κάπριον, Italiæ præſidium, à Romanis expugnatum, ſcribit Diodorus 20. Sed κρίειον, etiam legitur, variante ſcriptura. Circa Tyrrheniam videtur.

CAPRON, Epiſcopatus ſub ſede Ediſſena. Guil Tyrius.

CAPRVLÆ, locus Epiſcopalis, in æſtuarijs Venetorum. Sigonius 2. Regni Italiæ.

CAPRVLLON portus, inter Strymona & Athon. Mela. CAPRVS legit Schottus.

CAPRVS κάπρος, Portus in Cherſoneſo Athi montis. & inſula eiuſdem nominis. Epitome Strabonis 7. Fluuius Aſiæ Minoris, Laodiceam alluens, quæ eſt ad Lycum fluuium. Plinius. CAPRV, vel APRI Vicus, in Meſſenia, agri Stenycleri: vt habet Pauſanias 4.

CAPSA κάψα, Libyæ interioris vrbs. & alia Africæ Propriæ, Salluſtio, Ptolemæo, & Straboni. qui ſcribit deletam in bello quod Cæſar cum Scipione geſſit. Ab Hercule Phœnice conditam, atque à Mario captam tradit Florus 3. & Oroſius 5. cap. 15. Huius meminit etiam D. Cyprianus, & Victor Vticenſis. CAMPSA corruptè vocant Ptolemæi interpretes. Chalcidicæ regionis etiam vrbs, circa Pallenen: ad Thermaicum ſinum, eſt Stephano.

CAPSAGAS, vide TAPSAGAS.

CAPSE, Africæ vrbs, apud Antoninum. CAPSA aliorū.

CAPSEM, vide IEBSAM.

CAPSINA vide CANIPSA.

CAPSVRIVM, vide TAMALME.

CAPTHORIM, vide CAPPADOCIA.

CAPTIANOS populos, Aſiæ Minoris, habet Æmil. Probus, in Datamis vita. Sed quidam CASPIANORVM legit. cui quod minus aſſentiar, facit, quod ceteros populos quos Probus hoc loco recenſet, omnes in Aſia Minore ſunt. Caſpiani verò ad mare Caſpium.

CAPVA κάπυα, Stephano, Plinio & cæteris. καπύη, Ptolemæo. Nobiliſſima Campaniæ vrbs. Antea VVLTVRNVS dictam, ſcribit Liuius, & Annibal Plutarchi. OSCAM prius vocatam, tradit Sempronius. IVLIA CAPVA FELIX colonia dicitur apud Frōtinum, Onuphrio teſte. SICOPOLIM aliquando dictam fuiſſe, apud Sigonium lego. Quæ hodie Capua eſt, diſtat à veteri duobus millibus paſſuum, vt ſcribunt Leander & Carrafa. In veterib. autem ruinis hodie tantū exſtare Templum D. Mariæ Gratiarum ijdem narrant.

CAPVDBADA καπουδβάδα, locus maritimus, in Byzacio Africæ Procop. 6. ædificior. Idem 1. de bello Wandalico. vbi ait quinque dierum à Carthagine diſtare. ſed interpres CAPVT VADA legit. Vide BADA.

CAPVLANVS, ſyluæ nomen, inter Liquentiam flumen alicubi & Ticinum ciuitatem. P. Diaconus.

CAPVTA, vide BAPVTA.



CAPVTANA, vide CAPOTANA.

CAPVT CILLANVM, Mauritaniæ Cæſarienſis locus, apud Antoninum. CELLENSIS eſt in libro Notit. Et CELLA in Africa, ibidem. CILLANI meminit quoque concilium Carthaginenſe, ſub D. Cypriano habitum. Vide CELLA. CAPVT ETRVRIÆ, locus maritimus Etruriæ: In confinio Liguriæ eſt, in Fragmento Antonini. CAPVT FLVMINIS ANÆ, vide LIMINIVM. CAPVT LACI, locus, apud Eginhartum, in hiſtoria tranſlationis SS. martyrum Marcellini & Petri. Orientalior pars laci Lemani videtur. CAPVT PADI κεφαλὴ τοῦ ποταμοῦ, Ptolemæo; Siue ERIDANI, vt Leander illud vocat. qui hodie Coderea dici, ait. CAPVT TYRSI, Sardiniæ locus, Antonino. An fons fortè Thyrſi fluminis?

CAPYAE, Κάπυαι, Arcadiæ opidū, propè Mantineam, Halicarnaſſeo 1. & Straboni 13. quod ab Ænea conditum putant. Idem cum CAPHYA.

CAPYTIVM καπύτιον, Ptolemæo, Siciliæ vrbs, quæ, vt Simlerus tradit, Ciceroni CAPITINA, & Antonino CAPITONIA eſt. Capitina hodie adhuc Capitij ab Aretio, Fazello, & quodam anonymo vocatur. Mihi Capytium Ptolemæi, & Capitonia Antonini diuerſa ſunt.

CARABA, vide CARBAN.

CARABACTRA, locus circa Indiam, Curtio 9. corrupta vox fortè, pro circa Bactra.

CARABIA καραβία, Mygdonidis in Macedonia opidum. Ptolemæus.

CARABIS καράβις, Appiano in Ibericis, Hiſpaniæ vrbs eſt. vide CARAMBIS.

CARABYSYA καραβυσυα, archiepiſcopalis vrbs: in Sanctionibus pontificum Orientalium.

CARACATES populos, in Germania, habet Tacitus 4. Hiſtoriar. enumerat eos cum Vangionibus, Tribocisq. Rhenanus ſuſpicatur arcem Drackenfelſiam, & nomen referre, & ſitum indicare.

CARACCA κάρακκα, Hiſpaniæ Tarraconenſis opidum, Ptolemæo; in Carpitanis. Rio de Henares aliquibus. Sed Caſpar Varrerius, & Moralis Guadalajara interpretatur. & addit ab Antonino ARRIACA dici. Plutarchus in Sertorij vita hos CHARACITANOS χαρακιτανοί, vocat.

CARACENI καρακηνοί, Italiæ populi, Ptolemæo.

CARACHIVM, locus vnde epiſtolam Brutus dedit ad Ciceronem. Corrupta vox, pro DYRRACHIVM videtur, ex Ciceronis ad eandem reſponſo.

CARACOTINVM, Galliæ Lugdunenſis locus, Antonino. Vide CROCIATONVM.

CARADA, vide CADARA.

CARÆ, vel CARES. Hic Lelegas, Caraſq; Sagittiferoſq; Gelonos Finxerat. Virgil. 8. Æneid. In quem Seruius, Caræ inſulani populi fuerunt, piratica famoſi, victi à Minoe. vt Thucydides & Salluſtius dicunt. Iidem ſunt κᾶρες cum Lelegibus, Straboni. Apud Polyænum quoque Κᾶρες ſunt, lib. 1. & 4. vide CARRHÆ.

CARÆI, apud Plinium Arabiæ Felicis populi.

CARAGA καράγα, Africæ Propriæ opidum. Ptolemæus.

CARAH, Epiſcopalis vrbs, ſub ſede Rubba Moabitarum. Guilielmus Tyrius.

CARAIORVM ciuitatis, Iſauriæ; mentio eſt in ſynodo Conſtantinopolitana VI.

CARALIA, & CARALITIS, vide CARALLIS.

CARALLIS, & CARALLIA, Iſaurica vrbs eſt apud Stephanum. CARALITIS Palus, in Iſauria, eſt Liuio 38. & Straboni. CARALIA Pamphiliæ eſt, in Concil. Epheſino. Eſt etiam CARALLIS Libyca vrbs, Stephano. Vide CALARIS.

CARAMBIS κάραμβις, Ptolemæo Galatiæ promontorium. Opidum quoque eiuſdem nominis fuiſſe ſcribit Plinius. Sine M. ſcribit Arrianus in Periplo, CARABIS. Euſtathij tempore antiquum nomen adhuc retinebat. A Sophiano autem Cabo Piſello dicitur.

CARAMBVCIS, Plinio Hyperboreorum fluuius, apud





quem Hyperboreorum montium iuga deficere ait. Idem à Stephano CARAMBYCA καραμβύκα, vel, vt alio in loco habet, CERAMBYCA, per E. vocatur. Idem Carambycas populos, & ἐλιξοιαμ, inſulam deſcribit. CARAMBVSOS populos, Sericæ regionis, habet Ammianus.

CARANA, & CARANVS, vide CARANNA, & CARNA.

CARANITIS, Armeniæ Maioris præfectura: in qua Euphrates oritur, Plinio auctore. vide CARANNA.

CARANNA, κάραννα, vrbs Galatiæ, Stephano. vno N. ſcribit Strabo. cui CARANITIS eius regio dicitur.

CARANNICVM, Hiſpaniæ opidum, inter Bracaram & Aſturicam. Antoninus.

CARANTANI, vide CARENTANI.

CARANTANVM, vide CARNVS.

CARANTOMAGVM, Galliæ vrbs, in Scheda III. tabulæ Peutingerianæ, M.S.

CARANTONVS, vide CANENTELVM.

CARANVS Κάρανος, Syriæ vrbs, & Aradiorum nauale, Strabo.

CARAPE καράπη, Armeniæ Minoris vrbs Ptolemæo.

CARAROS κάραρος, Africæ Propriæ opidum, apud Ptolemæum.

CARASA, Aquitaniæ ciuitas, Antonino: in Pyrenæis.

CARASENI, vide CHARAX.

CARASTASCI, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plinius.

CARASYRA καράσυρα, opidum Thraciæ. Procop. 4. Aedificior.

CARATÆ καρᾶται, Sacarum ad Iaxartem fluuium gens, apud Ptolemæum. In Norico quoque populi, vt docet Lazius: ex libro Notitiarum, quod Præfecturarum nominat, & Mariano Scoto tribuit. Altenhofen idem Lazius interpretatur. ad Danubium duobus milliaribus ſupra Lintzium.

CARATHEA Epiſcopatus ſub ſede Damaſcena. G. Tyrius.

CARATIA, vide ARIARATHIA.

CARAVANTIS, Cauiorum in Illyrico vrbs: Liuio 44.

CARAVIA, Hiſpaniæ vrbs, Antonino. circa Cæſarauguſtam.

CARBACA καρβάκα, Ptolemæo Paropaniſi vrbs. TARBACANA eſt interpretib.

CARBALIA, vide GABALIA.

CARBAN, Armeniæ opidum apud Cedrenum videtur. Bap. Gabio CARABA eſt. apud Curopalatem.

CARBANA καρβανα, Stephano Lyciæ vrbs.

CARBANIA, Pomponio eſt inſula Mediterranei Maris, Italico littori obiacens. Hanc æſtimat Hermolaus BARPONA à Plinio dici, lib. 3. cap. 6. Giſlenius hoc loco (& paruæ) legit. Vide eius Caſtigationes.

CARBANIS, loci nomen eſt apud Stephanum, & Cedrenum. vide CARVANIS.

CARBANTORIGVM καρβαντόριγον, Selgouarum in Albione inſula opidum. Ptolemæus. καρβαντοριδον legebat M.S. codex. Glencar Camdeno videtur.

CARBASIA, vide CARPASIA.

CARBI καρβοι, Arabiæ Felicis populi. Diodorus 3.

CARBIA, Sardiniæ vrbs, Antonino.

CARBILE, vide BABYTACE.

CARBILESI, Thracica gens, Plinio. Ibidem CARBILETI, eadem.

CARBINA καρβίνα, Iapygum vrbs, Athenæo 12. cap. 7. à Tarentinis expugnata.

CARBIS, vide CYSA.

CARBONA, vide CARBONIA, & CARBON.

CARBONARIA, vnum ex Padi oſtiis, Plinio. Fornaci Leandro.

CARBONARIVS SALTVS, vel CARBONARIA SILVA, huius mentio eſt apud Aimoinum, Trithemium in Francorum Annalibus, Greg. Turonenſem, & Sigebertum, circa annum 445. Pars Arduennæ ſiluæ eſt. Becano Wlant van Luyck, id eſt, Leodienſis diœceſis, videtur. Vide HAGINOIA.

CARBONES κάρβωνες, ſunt apud Ptolemæum Sarmatiæ Europææ populi.



CARBONIA καρβωνία, vt legit Marcell. Virgilius apud Dioſcoridem, Hiſpaniæ, vbi ſmylaca naſcitur. Sunt qui tamen NARBONIA ναρβωνία, per N. legunt. Apud A. Hirtium de bello Alexandrino eſt ciuitas Hiſpaniæ Bæticæ (vt videtur) CARBONA, ſiue vt in alijs editionibus, CARNIONA. CARMONA legendum puto. Sunt enim Carmonenſes hoc tractu, & Plinio. Vide CARMONA.

CARBONITIS Solitudo, eſt Cedreno iuxta Araxem fluuium. In Aſia.

CARBRVSA, inſula deſerta, Plinio. Iuxta Cherſoneſum Thraciæ videtur.

CARBVLO, Cordubenſis conuentus opidum: In Hiſpania. Plinius.

CARCA κάρκα, Ptolemæo Baſtitanorum in Hiſpania vrbs.

CARCABIANENSIS Epiſcopi, in Africa, meminit D. Auguſtinus. CARCHABIANENSIS etiam. item CARCAVIANENSIS.

CARCANTIA, Italiæ opidū Antonino. Circa Inſubriam.

CARCARVM, locus circa Mediam videtur, apud Curopalatem.

CARCASSVM, Galliæ Narbonenſis opidum, Plinio. CARCASO καρκασώ, habet Ptolemæus. CARCASIO Procopius. Carcaſſone vocat Ioan. Poldus.

CARCASVS, vide CAICVS.

CARCATHIOCERTA καρκαθιόκερτα, Sophenes regia: Straboni. Maioris Armeniæ eſt, ad Tigrim, Plinio. vide ARTAGIGARTA.

CARCAVIANENSIS, vide CARCABIANENSIS.

CARCENSES, vide CARENSES.

CARCESIA, vide AMORGVS.

CARCHA, Aſſyriæ vrbs, haud procul à Niniue. Maſius in libello Moſis, de Paradiſo.

CARCHABESA, vide CHARCHAMIS.

CARCHABIANENSIS, vide CARCABIANENSIS.

CARCHEDON, ſiue CARTHAGO, Armeniæ vrbs eſt Stephano, & Plutarcho in Lucullo. Vide CARTHAGO.

CARCHENORVM καρχηνῶν, meminit Decij nummus, apud A. Occonem.

CARCHI κάρχοι, Mediæ gens. Polybius 5.

CARCHVDI, vide CORDVENI.

CARCICIVM, circa Armeniam vrbs videtur, apud Curopalatem. Καρκίκιον habet Cedrenus.

CARCINA, vide CARCINITES.

CARCINITES Sinus, Tauroſcytharum eſt, Pomponio; ab Carcino ſic dictus. CARPINITES docet legendum eſſe apud Strabonem, Hermolaus. καρπινίτης, habet Græcus Strabo. CERCINETIS κερκινῆτις, Arrianus, in Periplo Maris Euxini. TAMYRACEM appellat eum quoque Strabo lib. 7. ab eius promontorio. Golfo de Nigropoli video in membranis nauigatoriis vocari. CARCINITVS καρκινῖτος, eſt apud Ptolemæum. Apud eundem eſt hoc tractu eius nominis quoque fluuius; quem Villanouanus HYPACIRIM Pomponij eſſe, ait. Sed & HYPACARIS fluuius hoc loco apud Herodotum habetur. de quo vide ſuo loco. CARCINITIS hoc tractu etiam vrbs eſt, Plinio & Herodoto. κερκινῖτις, Arriano: & CARCINA καρκίνα, Ptolemæo; Pomponióque. Καρκινίτης, Stephano.

CARCINIVM, vide CARCICIVM.

CARCINVM, Magnæ Græciæ promontorium; Plinio: quod longiſſimum Italiæ dicit. Sed vetus lectio COCINTHVM habere, ex Polybio monuit Hermolaus. Cabo de Stillo vocat Celſus Cittadinus, & L. Albertus. Cocintum habet hoc tractu quoque Antoninus. Cocinthum dicit Heduus hodie Cabo di Spartiuento dici. CARCINVM vrbem habet etiam hoc tractu Pomponius circa Petiliam; pro qua ſubſtituit ex Philiſto, idē Hermolaus, CALCINVS. Carcinos tamen hoc tractu alicubi locum debere habere ex Carciniorum numis, quos Goltzius prodit, videtur.

CARCOME καρκώμη, Mauritaniæ Cæſarienſis opidū Ptolem.

CARCVS, vide GARCVS.

CARCVVIVM, apud Antoninum vrbs Hiſpaniæ, inter Emeritam & Cæſaraugustam. Caracuel hodie, vt tradit Io. Mariana.

CARDABIANCA, Valeriæ Ripenſis opidum. Lib. Notit. per O. in ſecunda legit Lazius, in R. P. R. & Friburg ex eo facit. In finibus Pannoniæ Primæ & Valeriæ.

CARDACES κάρδακες, Aſiæ Minoris populi. Polyb. 5. & Arr. 2. Alexandri.

CARDALENA, regio Arabiæ Felicis, Plinio.

CARDAMINE inſula ſinus Arabici, Plinio: Καρδαμίνη, Ptolemæo.

CARDAMVS, locus circa Thraciam. Hiſt. Miſcella 23.

CARDAMYLA καρδαμύλη, Laconicæ opidum, in Peloponneſo, Herodoto, Ptolemæo, & Straboni, qui addit mari imminere. ſed Ptolemæo multo interius eſt: adeo vt duo videantur. Hoc Ptolemæi, hodie Sapico eſt, ſi Nigro creditur. Argiæ eſt opidum Euſtathio, 1. Ιλιαδ. CARDAMYLE quoque locus propè Chium, Stephano, Thucydidi, & Euſtathio. Eſt & CARDAMYLESSVS vicus, apud eundem.

CARDAVA, apud Plinium Arabiæ Felicis eſt opidum.

CARDESVS καρδησός, Scythiæ vrbs eſt apud Stephanum.

CARDIA καρδία, Thraciæ Cherſoneſi vrbs, apud Stephanum & Plutarchum in Eumene. CARDIAPOLIS Ptolemæi eſt. CARDIA, etiam vicus Bithyniæ, circa Daſcylon, Pauſaniæ. vide LYSIMACHIA.

CARDIÆ, & S. ELIÆ, duo caſtella in medio anguſtiarum circa Bulgariam aut Thraciam videntur, apud Cedrenum & Curopalatem.

CARDIANVS, vide MELAS Sinus.

CARDIAPOLIS, vide CARDIA.

CARDICEA, Peloponneſi vrbs, Laonico 9.

CARDITENSES, vide CARDYTVS.

CARDOBYANCA, vide CARDABIANCA.

CARDON, vide BARDON.

CARDVARVM meminit Martialis, ad Lucium. Calderinus eius commentator dicit nomen opidi eſſe.

CARDVCHI, vide CORDVENI.

CARDYNVS καρδυνος, mons circa Niſibim, ad Tigrim fluuium. Xiphilinus in Traiano.

CARDYTVS καρδυτός, Syrorum magna vrbs, apud Stephanum. ex Hecatæi Periplo Aſiæ, à qua Cardutios gentile facit. Plinij CARDITENSES puto: in Cyrrheſtica regione.

CARE, Hiſpaniæ opidum, Antonino: inter Liminium & Cæſaraugustam.

CAREA, Tartarorum vrbs eſt Laonico: circa Boſporum Cimmerium.

CARECARDAMA, καρηκάρδαμα, Indiæ intra Gangem opidum, Ptolemæo. Per I. in ſecunda ſcribunt interp.

CAREI καρέοι, Ptolemæo eſt Indiæ intra Gangem gens.

CARENE καρήνη, Myſiæ Aſiaticæ vrbs, Stephano, & Plinio. CARESENA eſt ibidem regio. Straboni.

CARENI καρηνοὶ, Albionis inſulæ populi; apud Ptolemæum. CARINI καρινοι, legebat M.S. codex. Lognhabria, in Scotia, Humf. Lhuydo. Circa Perſidem quoque populi videntur, apud Procopium 2. Perſicorum. Inter Euphratem & Cyrum fluuios hos deſcribit Stephanus; in voce βόγχραι; geminato ρρ ſunt in Xylandri codice.

CARENSES, Tarraconenſis Hiſpaniæ populi, ſunt Plinio. Per K. ſcribitur in antiquo lapide. CARENSES καρῆς, vt vertit Læſcherus. CEBARENSES legit Amaſeus, apud Pauſaniam in Atticis. vbi Galli ſunt in extremis orbis partibus. finitimi deſertis præ frigore regionibus. Germanos ego interpretor: κελτοι, enim Græcus codex habet, non γαλαται, qui proprie Galli ſunt Græcis. & corporum magnitudo (de qua hic agitur) Germanis non Gallis conuenit. CARENSIS Epiſcopi, in Oſroena regione, meminit Nicenum concil.

CARENTANI, Germaniæ populi ſunt, Boiarijs vicini; Luithprando, Sigeberto, Ditmaro, Contracto, Aimoino, aliiſq; eius ſæculi ſcriptoribus. Sed CHARANTANI etiam vocantur, apud eundem Sigebertum. Lauenſe monaſterium ponit in Carentanis, Trithemius. Carinthiæ incolæ ſunt Crantzio, in ſua Wandalia. cui ſubſcribit quoque Lazius. CARANTANI ſunt Diacono; de quibus vide in CARNVS.

CARENTINI, Italiæ populi, Quartæ regionis, Frentanorum. in SVPERNATES & INFERNATES eos diuidit Plinius.

CAREON καρεον, Hiſpaniæ ciuitas, Appiano in Ibericis. malè pro CARBONA, vt æſtimat Hen. Stephanus.

CAREOTÆ καρεῶται, Sarmatiæ Europææ gens. Ptolemæo.

CAREPVLA καρέπυλα, Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. A noſtris hodie Battalio, à Pœnis verò Gira flumar dicitur, Iouio teſte. Caſtaldus Muſtaganin vocat. Montem hoc tractu deſcribit Marmolius, quem à Turcis Carapula, Mauris Giraflumar, & à Chriſtianis Sargel vocari ait. eumq; dicit diſtare à Sargel vrbe duobus leucis.

CARES tenuerunt aliquãdo oram Mæotidis, circa Tanaim. Plinius. In Ægypto etiam ſunt, Herodoto 2. circa Bubaſtin vrbem, verſus mare. Καρες gens barbarica eſt apud Heſychium. vide CARE, & LEMNOS.

CARESA, inſula Ægæi maris, ex aduerſo Atticæ. Plinius.

CARESENA, vide CARENE, & CARESVS.

CARESVS κάρησος, fluuius ex Ida Phrygiæ monte erumpens: vt tradit Heraclides Ponticus, & Homerus λ. Ιλιαδ. item Plinius. ſed hic eum ſuo tempore deſiiſſe ſcribit. Strabo quoque huius meminit. cui etiam hoc tractu CARESVS vrbs, & CARESENA regio.

CARESSVS καρησσος Ciæ inſulæ vrbs, Ptolemæo. Per O. in prima, Suidæ, & Stephano. Sed CORISSIA κορισσία, Straboni. Vide NERESSVS.

CARETHA, Lycij maris inſula: quæ poſtea DIONYSIA dicta, Plinio auctore. Gironda verò hodie, Nigro. Stephano DONVSIA Δονυσία, eſt. quam Rhodienſium dicit.

CARI Pagi, videntur in Meſopotamia deſcribi, à Diodoro 17. ad finem. In Oſroena fortè.

CARIA καρία, Ptolemæo Aſiæ minoris regio. Huius incolas LELEGES λέλεγες, ſcribit Herodotus. item HOETINOS, ſi interpreti creditur: ſed Hœtines vocabulum, populos ſignificat: & qui vertit, ex appellatiuo proprium ignoranter fecit, quod annotauit H. Stephanus in ſuo Herodoto. Hos populos MAVSOLOS μαυσωλοὶ, quoque nominat Stephanus, à Mauſolo eorum rege. Cariam etiam PHOENICEN nuncupatam à Corinna & Bacchylide, refert Athenæus lib. 4. CARIAM vrbem habet etiam Stephanus in eadem regione, quam Ptolemæus in Lycia deſcribit, (regione finitima.) Cariã etiam CHRYSAORIDAM vocatam, χρυσαορίδα, ſcribit ex Epaphrodito Stephanus. Liuius lib. 37. habet Cariam, quæ HYDRELA appellatur, ſed pro vrbe. Plinius etiam hoc tractu Hydrelitarum populorum meminit. Sed vrbem Cariam, Ptolemæus per ypſilon legit, κάρυα, & eam Lyciæ adſcribit. Et Pauſanias eam Caryas numero multitudinis (vt annotauit Hermolaus) nominat. CARIA THRACICA quoque locus. Suidas in Hippomachus. huius etiam meminit Pauſanias 2. Eliacor. in qua vrbs Ceramus. CARIA etiam regio Schythiæ eſt, Arriano in Periplo: ad Pontum Euxinum. In ea CARORVM portus. CARIA portus ibidem etiam Pomponio eſt. Ad Mæandrum etiam vrbs, Nicetæ. Vide COS, & THRACESIVM.

CARIACVM, vide ALISIVM.

CARIANÆ, vide CASVLA.

CARIANDA inſula cum opido, Icarij maris, circa Cariam Plinio. Vrbs Cariæ eſt apud Suidam. vnde Scylax mathematicus, Auieno in ſua ora Maritima. Per Y. in ſecunda ſcribunt Strabo, Stephanus, & Porphyrogenneta. Sed Stephano paludis quoque nomen eſt, in eadem continentia: circa Con & Myndum nempe. Vide ARIANDA.

CARIAPA καρίαπα, Parthiæ Promontorium, Ptolemæo. CARIPRACA interpretibus.

CARIARA, vide LVNA.

CARIATA καρίατα, Bactrianæ vrbs, ab Alexandro euerſa: vbi Calliſthenes in cuſtodiam datus fuit. Strabo.

CARIATH, Palæſtinæ locus, Ioſue 18.





CARIATHAIM καριαθαίμ, opidum à filiis Ruben ædificatum. Num. 32. Ioſue 13. CORAIATHA tempore D. Hieronymi vocabatur, eſtq; iuxta Medebã Arabiæ vrbẽ.

CARIATHARBE, Palæſtinæ locus. Ioſue 15. Vide HEBRON.

CARIATHBAAL, Palæſtinæ locus, qui & CARIATHIARIM; Ioſue 15. atque hoc Cariathiarim poſtea DAN dictum, legitur Iudicum 18. Cariathiarim eſt quoque Ioſue 9. vbi Ioſephus 5. Antiq. cap. 1. CATHIEREMITAS legit. Conſule And. Maſiũ ad dictũ Ioſuæ locum.

CARIATHIARIM, vide CARIATHBAAL.

CARIATHMAVS prope Azotum, patria Ionæ prophetæ; Dorotheo auctore, qui eundem ſcribit ſepultum in SAAR, in Spelunca Centzei.

CARIATHSEPHER, vide DABIR.

CARIBETE, vide CAMBETIS.

CARICARDAMA, vide CARECARDAMA.

CARICINORVM καρικίνων, caſtellum Samnitum. Zonaræ.

CARICONTICHVS καρικοντεῖχος, Libyca vrbs, ad ſiniſtram Columnarum Herculis. Stephanus. Ad mare Atlanticum eſt, ab Hannonẽ condita, vt ipſe ſcribit.

CARICVM Mare, vide ÆGÆVM.

CARICVS καρικὸς, fluuius & locus Laconicæ. Phauorini Lexicon.

CARIDES καρίδες, apud Stephanum Phrygiæ vrbs. Locus ſic quoque dictus in Chio inſula videtur, Athenæo.

CARIETES, Plinio ſunt Hiſpaniæ populi, in Conuentu Clunienſi. Horum meminit & vetus inſcriptio Brixiæ. Ciria, Pinetus interpretatus eſt.

CARIGA, Drangianæ vrbs, Marcell. ſed ex Accurſii lectione.

CARIGE καρίγη, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

CARII, gens quæ lignum indolatum pro Diana colit. Arnobius. vide SICCHII.

» CARILLÆ, Miſit & exhauſtæ mox Pœno Marte Carillæ. Silius 8. Picentum opidum facit Pet. Marſus.

CARIMA κάριμα, Galatiæ opidũ, Ptolemæo. vide CARINE.

CARINÆ, locus in Vrbe Roma, qui poſtea CERIONIA dictus eſt. Varro.

CARINE καρίνη, Mediæ vrbs, apud Ptolemæum. Cherima, dicitur Nigro. Vrbs circa Caycum fluuium, in Aſia Minori, Herodoto. Vrbs circa Galatiam, Plinio. quæ fortè CARIMA Ptolemæi.

CARINA, Cretæ mons IX. M. paſſ. ambitu, intra quod ſpacium muſcæ non reperiuntur. natúmque ibi mel nuſquam attingunt. Plinio teſte.

CARINI, Germaniæ populi. Plinius. vide CARENI.

CARINIANA, vide VALLIS.

CARINII, Illyrici populi, Appiano.

CARINSII καρίνσιοι, Ptolemæo populi in Sardinia ſunt.

CARION καριων, Peloponneſi fluuius, Callimacho. vide CANTIVM.

CARIOSVELITES, vide CVRIOSOLITÆ.

CARIOTH, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

CARIPETA, Arabiæ Felicis opidũ, Plinio. A Romanis deletũ.

CARIPRACA, vide CARIAPA.

CARIS, Galliæ fluuius, Greg. Turonenſi. Cher hodie. In Ligerim ſe exonerat. Vide COS, & BVBEGENTAS.

CARISIA, vide AVRELIA.

CARISCVS, vide BVDIANI.

CARISIACVM, legit Pet. Diuæus in Itinerario Antonini; & dicit Creſſi deſignare. Galliæ Belgicæ opidulum. vide CATVSIACVM.

CARISSA καρισσα, Paphlagoniæ opidum, Plinio & Ptolemæo. Vide AVRELIA.

CARISSANVM caſtellum iuxta quod lana pluit, vbi L. Paullo, & C. Marcello Coſſ. T. Annius Milo occiſus fuit. Plinius. In Italia, iuxta Coſſam videtur: ex huius Milonis hiſtoria. & fortè COSSANVM pro Cariſſanum reſtituendum. Coſſano hodie vocari, ſcribit Celſus Cittadinus, in Brutijs.

CARISTI καριστοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis gens. Ptolemæus.

CARISTVM, Liguriæ opidũ, in agro Statellati. Liuius 42.

CARITH χεριθ, torrens, circa Iordanem. 3. Reg. 17.

CARITHA, vide CARTHA.

CARITNI καριτνοὶ, Wittenberger, Germaniæ populi, apud Ptolemæum. Vide CATTI, & DECVMATES.

CARIVM καριον, locus in Cypro, vbi Apollinis ſylua. Iſacius in Lycophronem. CVRIVM ſcribendum puto.

CARIVS καριος, Ptolemæo fluuius eſt in Carmania. CORIVM eum vocat Pomponius. Sic quoque Ptolemæi interpretes. Vide TORREBVS.

CARLINGA, vide FRANCIA.

CARMACÆ, Sarmatiæ Aſiaticæ populi, Plinio.

CARMALA, vide MARCALA.

CARMALVS καρμαλος, Aſiæ Minoris, in Sargarauſena regione amnis, qui in Ciliciũm mare effluit. Strabo.

CARMAN, vide ACARMAN.

CARMANA κάρμανα, Stephano inſulæ eſt circa Carmaniam, vt videtur. Vrbs metropolis eſt Carmaniæ, apud Ptolemæum. vide CARMINNA.

CARMANDA Καρμανδη, vltra Euphratem vrbs. Xenoph. 1. Cyriacor. circa Babyloniam videtur.

CARMANIA καρμανία, Aſiæ regio, quam Ptolemæus duplicem facit. quarum alteram Deſertam cognominat. Hæc Dulcinde à Giraua dicitur; Narſinga à Iouio; Cherman à Nigro. RHAGMA Hebræis eſt. teſte in ſuo App. Biblico Aria. Apud Agatarchidem per γε. γερμανια, ſcribitur. CARMANIAM Deſertam, puto hodie Mingiu vocari. Ammianus habet CARMANIAM Maiorem, quæ Turqueſtan interpretatur à Giraua: & Herachan à Barrio. fides ſit penes auctores. nõ aliam enim puto hanc à priori, quæ nunc Cherman.

CARMANIS καρμανὶς, Perſiæ emporium, apud Euſtathium. CARMANA Ptolemæi puto.

CARMANIVS, vide PANGÆVS.

CARMANOR, vide INACHVS.

CARMANORIVS, vide TMOLVS.

CARMARA κάρμαρα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

CARMEIANVS, vide CONLATINVS.

CARMELIS καρμηλις, Hiſpaniæ vrbs. vbi Seruilius Galba hiemauit. Appiani Iberica. Vide CARMON.

CARMELVS, Palæſtinæ mons. Ptolemæo, Straboni, & Tacito: item 1. Samuel. 15. Nunc Carmene dicitur, Poſtello. Eius promõtorium Cabo bianco hodie vocari puto. CARMELVS quoque, alius locus dicitur. 1. Reg. 25. vbi Nabal habitabat. Vide ECBATANA.

CARMENTALIS Porta, Vrbis Romæ, quæ SCELERATA etiam dicta fuit. Feſto & Seruio auctoribus.

CAMENTIS Saxum, territorij Romani locus apud Liuiũ 5.

CARMIANA, vide VALLIS.

CARMILIACA Galliæ Belgicæ vrbs, Antonino. Per V. in prima legit alius codex. SETVCIS, aut RODIVM huius loco legi in Tabula Peutingeriana putat M. Velſerus.

CARMINA κάρμινα, Indica inſula. Stephanus.

CARMINIANENSIS Saltus, vide CALABRIA.

CARMINNA καρμιννα, Carmaniæ inſula eſt apud Ptolemæum. CARNINE καρνίνη, vocatur ab Arriano rerum Indicarum libro. CARMANA κάρμανα, Stephani. Sed CALIMOS legit hoc loco apud Arrianum; in volumine ſuo quadrupedum, de oue, Geſnerus.

CARMON κάρμων, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs eſt Straboni. CHARMONIA χαρμονία, apud Ptolemæum legitur. CARMO habent numiſmata. CARMONENSES habent Cæſar, & Plinius. Carmona fortè hodie, Ambroſio Morali, qui addit CARMENAM Appiani eſſe. ſed CARMELIS καρμηλις, in Græco codice legitur. CARMON Pauſaniæ Arcadiæ vrbs eſt. Vide CARBONIA.

CARMYLESSVS καρμυλησσὸς, Lyciæ opidulum, in Anticrago monte. Strabo.

CARNA κάρνα, Ptolemæo & Straboni, qui quoque CARANA legit. Arabiæ Felicis vrbs in Minæis. Phœniciæ eſt Iſacio in Lycophronem. hæc CARNE fortè Stephani. Vide CARNANA.

CARNÆ, locus vbi caluaria piſcantur. vt habet Apuleius in Apologia pro ſeipſo: Polypus Corcyræ, caluaria pinguia »
Carnæ. Sed alius codex CARNE, legit, ſine diphthongo. »

ATARNE Turnebus, in Aduerſariis. ATARNA Lipſius: ſed pro piſce, non loco habet.

CARNAIM καρναΐμ, Ioſepho 12. Antiq. 1. Mach. 5. opidum in Palæſtina. Vide ASTAROTH.

CARNALIS καρνάλις, Murianæ præfecturæ, in Armenia Minori vrbs. Ptolemæus. vide CALARIS.

CARNANA κάρνανα, Minæorum vrbs. & gens iuxta mare Rubrum. Scribitur & CARNANIA, & CARNANITES. Stephanus. Puto CARNA Ptolemæi.

CARNAPÆ, Sarmatiæ Aſiaticæ populi, Plinio.

CARNASA, Indiæ intra Gangem vrbs Ptolemæo: Curdem hodie. vt Gerardus Mercator ait. Sed in Græco Ptolemæo non Carnaſa, ſed CÆSANA καισάνα, legitur.

CARNASIVS Saltus, olim OECHALIA οἰχαλία, appellatus, vt Pauſanias tradit.

CARNE κάρνη, Phœniciæ regionis vrbs, Plinio, & Stephano. cui proxima Paltos, deinde Gabala. Alia eſt Æolidis: eidem Stephano. Vide CARNA, & CARNÆ.

CARNEATES καρνεατης, pars montis Cœloſſæ. in Peloponneſo, Argiæ regionis. Strabo.

CARNI κάρνοι, memorantur à Liuio. vocabantur quondam TAVRISCI, nunc NORICI, inquit Plinius. Alpium incolæ ſunt, hodie Krainer dicti. transpoſitis litterulis R & A, vt Vadianus vult. Superſunt hoc tractu hodie multa loca à Tauris cognominata, interq́; alia, vnus, quem Karn Taurn vocant, quaſi dicas Carnorum Tauriſci. Styrmarck quoque circa hanc continentiam quam Taurorum marcam interpretamur. Per K. quoque KARNI antiquè ſcribitur.

CARNIA καρνία, Ioniæ vrbs, Stephano. ex lib. 4. Nicolai.

CARNICÆ Alpes, vide IVLIÆ.

CARNICVM IVLIVM, ἰούλιον κάρνικον Ptolemæo, vel IVLIVM CARNICVM Antonino. Norici opidū. hodie Villach & Villaco dictum inter Alpes ſitum, in Carinthia regione. Sic interpretantur Auentinus, & Pyramius. Sed Leandro Goritia eſt: & Zuglio Simlero. Diuinent qui loci peritiores me ſunt. Lazius 12. R. P. R. Sectione 6. Vela, aut Fella vt Germani pronunciant, ſiue Velach eſt. locus in Alpibus, alius à Villaco.

CARNINE, vide CARMINNA,

CARNIOLENSES populos, Foroiulienſibus ferè contiguos, qui Carcaſauum fluuium habitant. ſunt apud monachum qui Annales Francorum deſcripſit. Sed corrige, circa Sauum, pro Carcaſauum. Paul. Diaconus 6. Longob. CARNIOLAM Regionem vocat. & Slauorum patriam dicit.

CARNIVM κάρνιον, Laconicæ opidum, Polybio. Circa Syriam vrbs: 2. Mach. 12. Arcadiæ fluuius, in Gatheatem amnem ſe effundēs, Pauſaniæ. ſed per ω. Καρνιών. vide CERYNIA.

CARNON, Arabiæ Felicis vrbs, Plinio.

CARNONA, vide ALISIVM.

CARNONACÆ καρνονάκαι, Albionis inſulæ gens, Ptolemæo. CARNONES καρνονες, legit M.S. codex.

CARNOSA, vide CORNVS.

CARNOTVM, vide CARNVTES.

CARNVNTVM habet Amb. Moralis Tarragoniæ vrbem, in Hiſpania, quo olim Alemannorum Gallorúmque præſidia ſtationes habebant, ex lib. Notitiar. Hanc putat CVRNONIVM κυρνώνιον, Ptolemæi in Vaſconibus eſſe. Et hodie Carnobio dici. In finibus Arragoniæ & Nauarræ. Vide CARNVS, & NORACVS.

CARNVS καρνοῦς, Ptolemæo vrbs Pannoniæ Superioris eſt. Wolfg. Lazius deſtructam dicit, & in eius loco Monaſterium D. Petronellæ dicatum, ſupereſſe ſcribit. Idem ſcribit quoque CARNVNTIVS dictam. Per K. auſpicatur in veteri lapide. CARNVNTI, meminit Paterculus, Ammianus, & Plinius lib. 37. cap. 3. Liuius 13. & lib. Notitiarum, in Pannonia Prima: item Itinerarium Antonini. Paſſaw quidam putant. De hoc ſic Diaconus, Carnuntum quod corruptè Carantanum vocant. COTINVM apud Iuſtinum Martyrem eſſe, putat Sylburgius, in Notis ad hunc eundem. CARNVS etiam Acarnaniæ inſula, Steph. Et Arabiæ Felicis opidū, Plinio. CARNVNTEM, in Illyrico videtur deſcribere Liuius 43. vide SARNVS.



CARNVTES, Celtarum populi, in Gallia, apud Cæſarem: CARNOTI Tibullo: καρνουται, Ptolemæo. Sic quoque Plinio: qui eos FOEDERATOS cognominat. Horum regio hodie Chartraine vocatur. Cum Treueris hos coniungit A. Hirtius. eorum vrbem puto CARNVTVM à Zoſimo vocari. in veteri lapide coloniam vocari, teſtatur Onuphrius. Chartres hodie eſt, Orontio, in ſua Galliæ tabula. item Vigenereo.

CARNVTVM, vide CARNVTES.

CAROEA καροια, vicus in Sarmatia Europæa. Ptolemæus. Vrbs Africæ eſt. Guil. Tyrio 19. cap. 21. Vide CARYA.

CAROLITANVM, vide CALARIS.

CAROLOPOLIS, Galliæ vrbs, quæ COMPENDIVM vulgo Latino. teſte Beluacenſi. Compiegne hodie.

CARONIVM καρόνιον, Callaicorum Lucenſium, in Hiſpania opidum, Ptolemæo. Coruña hodie.

CAROPHRYGIA vide PHRYGIA.

CAROPOLIS καρόπολις, Cariæ vrbs, teſte Stephano: ex 1. Alexandri Caricor. Vide CRYA, & CVROPOLIS.

CAROS CEPI καρὸς κῆποι, parua regio Cariæ. Stephanus, ex Theopompo.

CAROTHVS Cyrenaicæ regionis vrbs. Antonino; Carcora Mercatori.

CARPASIA inſula Ciliciæ, iuxta Sarpedoniam promontorium, quam Stephanus, ſcribit CARBASIAM καρβασίαν, à Demetrio; & CARPATHVM κάρπαθον, à Xenagora vocari. CARPASIA, Diodoro, 20, Ptolemæo & Stephano Cypri vrbs; quæ CARPASIVM Plinio. CARPASORVM inſulas habet circa Cyprum Ptolemæus, & CARPASIAS Strabo: verſus Orientē.

CARPASIVM, vide CARPASIA.

CARPATES καρπάτης, Sarmatiæ Europææ mons, Ptolemæo. Pro varietate locorum & idiomatum, varia ſortitur nomina. Lazius in paginis excuſis quas Tabulæ ſuæ Hungariæ adiecit, dicit eum Hungaricè Tarczal / & Germanicè Den Munch / Vatter / Wurtzgarten / & Schneberg vocari. Apud Auētinum ſunt eius nomina Chremnitz & Semnitz. Huius altiſsima iuga, quæ Solino SARMATICI Rupes dicuntur, (inquit Wernherus) quique ſunt inter Morauiam & Hungariam, & Danubium attingunt, Schneberg Germanis, & Tatri Slauorum lingua hodie vocantur. In Andreæ Pogradij tabula Poloniæ video horum montium tractum qui eſt inter Hungariam, Tranſſyluaniam & Poloniā, Crapack vulgò, & Bieſcid à Ruſcis dici. Crempack credit eum vocari Cromerus. Carpatem montem SVEVVM olim nuncupatum, ſcribit Ioachimus Cureus, & Melanchthon. ſed neſcio quis veterum Sueui montis meminerit. Plinius & Solinus, SEVO Germaniæ montem magnum habent.

CARPATHVS κάρπαθος, inſula Aſiatica, eius maris quod ab ea nomen ſortitur. Hæc Homero CRAPATHVS, κράπαθος, dicitur, vt ſcribit Strabo. Eadem PORPHYRIS, & TETRAPOLIS dicta: vt ait Euſtathius ad Homerum. Sophianus ſcribit hodie Scarpanto vocari.

CARPATIÆ Claſsis, meminit Codex 11. T. de Nauicul ariis. Eſt qui CARPARIÆ legit.

CARPE CARCEIA, Hiſpaniæ Bæticæ locus, apud Antoninum. CARPE CARCENIA legit Simlerus.

CARPEIA, vide CARPIA.

CARPELIA κάρπελλα, Carmaniæ promontorium, Ptolemæo. vide BADEICHORA.

CARPENEITIS, Atticæ locus videtur: apud Senecam in Hippolyto.

CARPENTORACTE, Plinio eſt Galliæ Narbonenſis opidum, quod I Poldus Carpentras appellat. Carpentoracenſis ciuitas, nunc VINDESCA: ſic lib. Prouinciar. qui circumfertur.

CARPESII, vide CARPITANI.

CARPESIVM, Pamphiliæ mons. vide GOGYRICVM.

CARPESSVS, vide CARTEIA.

CARPETA; locus in Africa videtur. ex Canonibus concilij Carthaginenſis. eſt ibi enim Pentadius Epiſcopus Carpetenſis.



CARPETANIA, vide CARPITANI.

CARPI κάρποι, populi deuicti à Diocletiano Imp. ſunt apud Herodianum. Meminit horum quoque Capitolinus in Balbino; & Vopiſcus in Aureliano. Propter Iſtrum habitant, Ammiano, Iornande, & Zoſimo teſtibus. CARPORVM vicum circa Danubium habes apud eundem Ammianum. et idem lib. 28. facit eos Valeriæ populos: ſed à Diocletiano tranſlatos in Pannoniam. Lazio CIRPI Antonini eſt. CARPIS Ptolemæi videtur. CARPI Plinio, & CARPIS καρπίς, Ptolemæo, in Africa Propria vrbs. Huius meminit etiam D. Auguſtinus, Optatus Afer, & Antoninus. CARPORVM Καρπων, (an horum vel aliorum ignoro) meminit Athenæus 6. vnde Andronicus adulator: quem inde Carpenum vocat.

CARPIA καρπηια, & καρπεια, habet Stephanus, opidum inſulare, in oſtio Bætis fluuij, quod Pauſanias tradit antiquitus TARTESSVM vocatum fuiſſe. Huius meminit etiam Strabo, lib. 3. Vide CARTEIA.

CARPIANI καρπιανοι, Sarmatiæ Europææ gens, Ptolem.

CARPIS καρπίς, Pannoniæ Inferioris vrbs, Ptolemæo. Carpen Lazio eſt. CARPIS κάρπις, fluuius ſic dictus, & alter ALPIS ἄλπις, nominatus, ad ventum Aquilonem, in Iſtrum exeunt, inquit Herodotus. Vterque, vt Peucerus tradit, ſuum nomen retinet. Carpim, Cruppam, & Crapin; Alpim Album vocant hodie. vide CARPI.

CARPITANI καρπιτανοὶ, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi; apud Ptolemæum. Καρπητανοι, per η in ſecunda, Straboni. Hos Villanouanus, & Moralis, Regnum Toletanum interpretantur. Carpitanos vbique à Polybio CARPESIOS καρπησίους, vocari, annotauit Sigonius in Liuium. ſed & ipſe Liuius ſic eos quoque nominat. Intra Iberum fluuium autem hos ponit Stephanus. CARPETANIAM regionem habet Plinius. vt etiam Liuius.

CARPITENSIS Plebs, in Africa, teſtis Coll. Carthag. An gentile à Carpi, circa Carthaginem? aut potius à Carpeta?

CARPODACOS, gentes Scythicas, habet Zoſimus 4. Mixtam exiſtimo ex Carpis & Dacis.

CARPVDÆMVM καρπυδαίμον, Thraciæ mediterranea vrbs, Ptolemæo.

CARRA κάῤῥα, Syriæ fluuius, vnde Carræ vrbs nomen habet. Stephanus.

CARRACA κάῤῥακα, Bechunorum vrbs, in Italia. Ptolemæus. Carauaggio quidam interpretatur.

CARRÆ, Arabiæ Felicis vrbs, ad Sinum Arabicum, Pomponio. Alia à Plinij. vide CARRHÆ.

CARREA, quæ quoque POTENTIA Plinio. Tuſciæ vrbs mediterranea eſt, quæ hodie Carrara dicitur Leandro.

CARREASI, ciuitatis nomen, apud D. Auguſtinum, in Grammatica.

CARREI, Plinio Arabiæ Felicis populi.

CARRENI, vide CARENI, & COLCARRENORVM.

CARRHÆ κάῤῥαι, Meſopotamiæ vrbs Ptolemæo, Zozomeno, & alijs. vno R. Diodoro 17. ad Chaboram fluuium; Craſsi nobilitata clade. Sic dicta à Carrha Syriæ flumine, auctor Stephanus. Heren nunc nominari, ſcribit Niger. Hanc Æthicus, & liber Notitiarum CHARTA vocant, vt obſeruauit Simlerus. CHARAN Hebræis eſſe, putat Cl. Marius Victor. Arabiæ vrbs quoque Plinio, vbi muros domóſque, ex maſsis ſalis faciunt, aqua ferruminantes. Hæc GERRHA γέῤῥα, Strabonis eſt, in interiore ſinu Perſico. Ptolemæi GERA γέῤα, eſt, quam Alex. Zardus Berou nouo nomine vocat. Stephanus habet CARRHÆ ad mare Erythræum. vide NACHOR, & COLCARRENORVM.

CARRINENSIS ager in Hiſpania, habet duos fontes, alter omnia abſorbens, alter omnia reſpuens. Plinius. CATINENSIS, per T & ſine R. legit Vaſæus. Addítque hunc agrum hodie Cadima appellari. eſſeq́; non procul à Tentugalenſi municipio. Abſorbentem omnia hodie Feruentia vocari, docet idem.



CARRODVNVM καῤῥόδουνον, quattuor huius nominis opida ſunt apud Ptolemæum. atque hæc ferè omnia in Germania. Primum in ipſa Germania ab ipſo deſcribitur. hoc Pet. Appianus Krakow Poloniæ regiam interpretatur. GRACCOPOLIM appellat Bonfinius. Alterum in Vindelicis ponit, hoc Krainburg, iuxta Waſſerburgum, ad Oenum fluuium eſt, Pirchaymero auctore. Tertium Pannoniæ Superioris eſt Wharnburg fortè hodie, in Stiria: niſi nominis alluſio fallat. Quartum ſuper Tyram flumen, in Sarmatia Europæa collocat; quo nomine autem hoc noſtro tempore vocetur; indigenis, quibus locorum ſitus cognitus eſt, diuinandum relinquo.

CARRONENSIVM, in tractu Armoricano, meminit Lib. Notitiar.

CARRVCA, Hiſpaniæ Bæticæ opidum, A. Hirtio.

CARSA, maris Ægæi inſula. Antoninus.

CARSAT, vide SARSAGA.

CARSE, Perſarmeniæ vrbs, Cedreno & Curopalati. Nunc Cars, vt putat Leunclauius.

CARSEÆ καρσέαι, Aſiæ Minoris gens. Polybius 5. Circa Æoliam.

CARSEOLANI, Æquiculanorum populi ſunt, in quarta regione Italiæ. vt refert Plinius. Liuius 10. quoque eorum meminit, qui Æquicolarum CARSEOLAM coloniam vocat. CARSIOLI καρσίολοι, habet Ptolemæus. καρσέολοι, Strabo, & Liuius, ſic quoque Ouid. 4. Faſtor. vbi Paullus Marſus dicit in via Valeria eſſe, medio ſpacio inter Vrbem & Marſorum municipium, vbi ſe natum addit. Lege etiam quæ annotauit Catanæus ad Plinij Epiſtolar. lib. 1. Arceolo ponunt nunc hoc loco Blondus & Leander. Ad Fucinum lacum, Ligorio. CASSIOLI corruptè apud Antoninum.

CARSIOLI, vide CARSEOLANI.

CARSICIS, Galliæ Narbonenſis portus, Antonino.

CARSIDAVA καρσίδαυα, Daciæ vrbs, Ptolemæo. quæ Kuryma hodie, vt Lazius habet.

CARSITANI, vocantur populi Italiæ, iuxta agrum Præneſtinum. Macrob. Saturnal. 3. cap. 18.

CARSVLI κάρσουλοι, Straboni, & CARSVLANI, Tacito, & CARSVLANI Plinio. Vmbriæ populi in Italia ſunt. Carſula Leander nominat. Caſcina Volaterrano 6. & 21. Vrbanorum.

CARSVM καρσούμ, Myſiæ inferioris opidum. Ptolemæo, & Antonino.

CARSVS, vide CERSVS.

CARTA καρτα, Hyrcaniæ vrbs, Straboni. Portum ſic vocat Zonaras, circa Thraciam, alicubi, niſi fallor.

CARTADVLORVM regio, ſubſolanis Indorum montibus, vbi Satyri ſunt. Plinius.

CARTALIAS καρταλίας, Hiſpaniæ vrbs, circa Zacynthum, Straboni.

CARTANA, vide TETRAGONIS.

CARTARE, Hiſpanica inſula. Sex. Auieno.

CARTASYNA καρτασυνα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

CARTEIA καρτηΐα, Ptolemæo Hiſpaniæ Bæticæ vrbs eſt, ad Fretum Gaditanum verſus Orientem. καρδηια, Stephano. In ora Oceani eſt Liuio 28. & 43. vbi primum è faucibus anguſtis panditur mare. Hæc hodie Conil. vt putat D. Georg. ab Auſtria: qui hunc locum ſeduló perluſtrauit. TARTESSVS ταρτησσὸς, Græcis appellatur, Pomponio, Plinio & Strabone teſtibus, (etſi hic quoq́; aliā ab hac Tarteſſum in oſtio nempe Bætis deſcribat.) CARPESSVM κάρπησσος, eam vocat App. Alexandrinus. Epiſcopus Gerundenſis ſcribit eam quoque MELLARIAM dictam. Plinio tamen Mellaria aliud eſt opidum. Hæc Carteia à Cluſio nominatur Cartagena; & ab Auguſtino Curione Tariffa, cui Becanus ſuffragatur. Moralis ſententia potius ad Algezira, quam ad Tariffa inclinat. Alia ab hac CARTEIA Olcadum, Polybio & Liuio: quam Florianus dicit à Iuliano Diacono CARCENA appellari. Vide CRANTIA, & CARPIA.

CARTEMITANI Epiſcopi, in Africa meminit D. Auguſtinus. Idem cum CARTIMITANVM.

CARTEMNIDENSES, *vide* GORTYNII.

CARTENAGA καρτινάγα, *Ptolemæo eſt Indiæ intra Gangem opidum.*

CARTENNÆ καρτένναι, *Mauritaniæ Cæſarienſes vrbs, apud Antoninum, Pomponium, & Ptolemæum, qui eandem lib. 8. ſuæ Geographiæ* CORTINA κόρτινα, *nominat.* CARTENNA COLONIA, AVGVSTI, & LEGIO SECVNDA *vocatur à Plinio.* Mazzagran *vocat Caſtaldus.* Circelli *Ioannes Etrobius, in Diario expeditionis Tunetanæ. Marmolius ſcribit hodie* Moſtagan *appellari. Vide* CANVCCIS.

CARTENVS καρτένος, *Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis flumen quod Caſtaldus* Mina *interpretatur:* Xilef *autem Marmolius.*

CARTERIA, *ante Smyrnam inſula, Plinio auctore.*

CARTERVM *Mœnia,* καρτερὸν τεῖχος, *Ptolemæo locus in Sarmatia Aſiatica.*

CARTHA, *Palæſtinæ vrbs; lib. Notit. Inter Tyrum & Berytum, vt habet Seruius, 4. Æneidos. fortè* CARTHAM *Ioſue 21. Ibidem alia, quã 70. interpretes* καρϑὰ *ſcribunt. Ab hac Cartha fortaſſe Carthagini nomen, vt idem Seruius innuere videtur, loco dicto.*

CARTHADA, *vide* CARTHAGO.

CARTHÆA καρϑαία, *ciuitas vna ex tribus Ciæ inſulæ, Ptolemæo, Straboni, Stephano, & Ouidio. Suidas ei quatuor numero tribuit. Κῶ adſcribit fortè malè, Stephanus. Vide* CARTEIA.

CARTHAGO *Latinè, quæ* CARCHEDON καρχηδών, *Græcè, quam* MAGNAM *cognominat Ptolemæus. Africæ quondam caput, & Romani Imperij æmula. hæc poſtea Romana colonia facta. Nihil huius hodie præter ruinas extat. Hanc Stephanus ſcribit quoque* OENVSSVM, Οἰνοῦσσα, & CÆNEPOLIM καινήπολις, *nominatã, Euſtathius dicit eam* CACCABE κακκάβη, & CADMEIA καδμεία, *dictam. A Suida* AFRICA ἀφρική, & BYRSA *appellatur.* (Berſack *etiam hodie à nonnullis Africanis nominari, tradit Lud. Marmolius. Mons qui hac vrbe olim cingebatur, in quo Byrſa arx, hodie à Chriſtianis* Rocca de Maſtinaces, *ab Africanis* Almenara *vocatur. Eius autẽ portus* Marçia *nunc dicitur, eodẽ teſte.) Hadrianum Imp. eam* HADRIANOPOLIM *nominaſſe, Spartianus litteris mandauit. Commodus Imp.* ALEXANDRIAM COMMODIANAM TOGATAM *ridiculè nominaſſe, Lampridius auctor eſt. Prius* CHARTADA *vocatam dicit Solinus; poſtea* IVNONIAM: *quod & Plutarchus conteſtatur. qui eam ſic nominatam à C. Gracchoſcribit. hic enim illius arma, hic currus fuit, vt inquit Poeta. Non placet Iſidori, neque Serui ſentẽtia in 4. Aeneidos, qua docet hãc quoq;* TYROS *olim vocatam. præter enim Virgilij mentem, ex Carthagine & Tyro eandem facit. D. Auguſtinus de Vnitate eccleſiæ, putat tamen per Ezechielem prophetam Carthaginem ſub nomine Tyri deſignatam. At hoc abuſiuè potius quàm propriè. Balſamone auctore* IVSTINIANA *nuncupatæ fuit, à Iuſtiniano Imp. quod eam imperio Romanorũ reſtituerit.* THARSIS *in Sacris Biblijs dici, ex Suida, & Euſtatio, Hermolaus, & alij teſtantur. Byrſa apud Appianum & Seruium, non eſt nomen commune toti Carthagini, ſed arci tantum.* MEGARA μέγαρα, *etiam in ea erat locus mœnibus circumſeptus; eodem Appiano auctore. Incolas huius vrbis* POENOS, & *regionem* PVNICAM *vocant auctores. De huius vrbis nomine vide quæ habet L. Druſius Obſeruationum Sacrarum 7. cap. 8.* CARTHAGO NOVA, *in Hiſpania Tarraconenſi. Conteſtanorum maritima vrbs, Ptolemæo, & aliis. Eius diligens deſcriptio exſtat apud Polybium 10. Hanc auctores, vt Plinius, Antoninus, & Appianus,* SPARTARIAM σπαρταγένη *cognominant. Idem Appianus putat prius* SAGVNTVM *appellatam: ſed poſtea ab Annibale exciſam, & Carthaginenſium coloniam factam, Carthaginem Spartagenam nuncupatam. Sed hanc Carthaginem & Saguntum duo & diuerſa opida eſſe, lippis & tonſoribus, vt dicitur, notum eſt. At hoc condonandum eſt homini Græco & peregrino, & cui Hiſpania minus cognita fuerit. veluti qui ſcribat Iberum fluuium in Septentrionalem Oceanum euolui: cùm in Mediterraneum exeat. Hanc Carthaginem quoque* CÆNOPOLIM, *vt Libycam, appellari ſcribit Stephanus. Idem Polybius libro 3.* PHOENISSAM *nominat Polyænus 8. de Scipione. Hodie* Cartagena *nominatur.* CARTHAGO VETVS, *Ptolemæo Elarcaonum vrbs eſt, in Hiſpania Tarraconenſi.* POENORVM *cognominat Plinius. Huius quoque meminit Cicero, de lege Agraria.* Villa Franca *hodie dici, ſcribit Epiſcopus Gerundenſis.* Cantauilla *eſſe, ſcribunt Varrerus & Beutherus.* Canta veja *legit Ant. Auguſtinus, Dialogo 8. de Nummis antiquis. ſic quoque Ioan. Mariana de Reb. Hiſpaniæ.* CARTHAGINEM *Stephanus quoque & Plutarchi Lucullus, (qui hanc Annibalis opus dicit) in Armenia habent. Vide* CARCHEDON.

CARTHAM, *vide* CARTHA.

CARTHARA καρϑάρα, *Meſopotamiæ, ad Tigrim vrbs. Ptolemæus.* CHARTA *fortè in lib. Notitiar.*

CHARTERI *Plebis, in Africa meminit Coll. Carthag.*

CARTHVSIA *eremus Galliæ, in altiſſimis rupibus: locus propter aſperitatem pene inacceſſus. Vita S. Brunonis. Non longè à Gratianopoli abeſt. In vita S. Godefridi. Carthuſianorum Monachorum hinc origo.*

CARTI *Portus,* καρτὶ λιμήν, *Africæ Propriæ, Cedreno.*

CARTII κάρτιοι, *Perſiæ populi, apud Strabonem. Sed* CVRTII *legendum, ſignificauit Caſaubonus.*

CARTILIS, *vide* GERMANORVM CASTRA.

CARTIMITANVM *municipium, cuius meminit vetus lapis:* Gartama *hodie dicitur; eius ſitus circa Rondam, in Granatenſi prouincia eſt, teſte Morali.*

CARTRIS, *vide* CIMBRICA *Cherſoneſus.*

CARVANCAS καρβάγκας, *Norici mons, apud Ptolemæum. Sed idem eundem in deſcriptione Italiæ* CARVSADIVM καρουσάδιον, *appellat. Pyramius in ſua Germaniæ tabula* Prenner *interpretatur. etſi malè Caruacas habet, ſine* N.

CARVANIS καρουανίς, *Ptolemæo, vrbs Ponti Polemoniaci in Cappadocia.* CARBANIS *fortè Stephani, & Credreni.*

CARVENTVS καρουέντος, *Latinorum vrbs, Stephano: ex Dioniſii 2. Antiq. Idem* CARVENTOS *etiam legẽ ſcribit.* CARVENTANAM *arcem habet Liuius 4.*

CARVLA, *Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, Antonino, inter Hiſpalim & Ilipam.*

CARVONIS, *Antonino.* Graueteſt *Simlero, opidum ad Moſam in Gelriæ ducatu.* CARVO *legit Rhenanus, ex vetuſta tabula.*

CARVRA κάρουρα, *regia Cerobothri, Ptolemæo. Indiæ intra Gangem. Pagus eſt circa Meandrum fluuium: limes Phrygiæ & Cariæ. Strabo. Vide* ORTOSPANA.

CARVSADIVM, *Vide* CARVANCAS.

CARYA καρύα, *regio Arcadiæ apud Xenophontem, & Pauſaniam. in qua Pheneum vrbem locat. Idem* CARYATAS *curiam Tegeatarum, ibidem deſcribit.* CARYAM *regionem, in Laconica tamen habent Liuius & Stephanus. & Xenophon 6. hiſtoriæ Græcorum, ad finem ferè. Hæc eadem apud dictum Stephanum* Καρυαι *vocatur. Peloponneſi ciuitatem facit Vitruuius 1. cap. 1.* CARYA *quoque Lyciæ vrbs Ptolemæo. vide* CARIA & CRYA.

CARYÆ, *Laconicæ vrbs, Liuio, Pauſaniæ, & Luciano in Saltationib.*

CARYANDA, *vide* CARIANDA.

CARYCVS Καρυκός, *Fluuius & locus Laconicæ. Iſacius ad Lycophronem.*

CARYENTOS, *vide* CARVENTOS.

CARYNIA, *Achaiæ Propriæ vrbs, Plinio.* CERYNIA *Pauſaniæ & Athenæo vocatur.* CERAVNIA *Polybio & Æliano. De huius ortographia iudicent doctiores.* CABYN[illegible] *mendosè apud Theophraſtũ eſt. vide* CERAVNIA.

CARYONES καρύονες, *Sarmatiæ Europææ gens. Ptolemæo.*

CARYSA κάρυσα, *ſtatio malè fida nauibus, in Galatia. Arriani Periplus.*

CARYSIS κάρυσις, *Cryeorum inſula, Stephano. Circa Lyciam puto. Huius meminit quoque Æliani Varia hiſtoria 5. cap. 27. & patriam Diotimi dicit.*

CARYSTVS κάρυστος, *Eubææ inſulæ opidum Oppiano, & Ptolemæo. Hinc Caryſtium marmor, Plinio, Straboni, & Euripidi.* CHIRONIA χειρωνία, & ÆGÆA αἰγαῖα, *apud Stephanum quoque dicitur. Sophianus auctor eſt hodie* Cariſto *nominari.* CARYSTVS *quoque locus Laconicæ, in Aegyo, verſus Arcadiam. Strabo, & ex eo Stephanus. Item Athenæus 1. vnde Caryſtium vinum. Eſt & fluuij nomen, apud Tibullum 4. ad Meſſallam, hoc*
» *verſu, Creteis ardens aut vnda Caryſtia campos. Sed aliter legit Ioſephus Scaliger. Adi quoque Aduerſaria Turnebi 29. cap. 32. Arecteis, pro Creteis habet I. Douſa F.*

CASA CANDIDA, *vel* MASSA CANDIDA, *locus cuius Epiſcopus S. Plechelmus vocatur; in vita S. Swiberti Martyrum gregis nomen, non loci eſſe, Vſuardi Martyrologium ad IX. Cal. Sept. me docuit. Sed vide* LVCOPIBIA.

CASÆ κᾶσαι, *Ciliciæ Aſperæ in Pamphyliæ vrbs, apud Ptolemæum, geminato* SS. *ſcribunt interpretes.* CASSENSES *etiam ijdem vocantur in Concilio Conſtantinopolitano.*

CASÆ CÆSARIANÆ, *vide* AD FINES.

CASÆ CALBENTI, *Mauritaniæ Cæſarienſis locus, apud Antoninum.*

CASÆ FAVENTIÆ, *in Africa, Coll. Carthag.*

CASÆ MEDIANÆ, *Numidiæ locus, cuius Epiſcopus Villaticus erat: Victori Vticenſi. & Coll. Carthag.*

CASÆ NIGRÆ, *Africæ ciuitas: D. Auguſtino, contra Creſcentium. & in Breuiculo Collationum.* CASSENIGRENSEM *hinc epiſcopum, habet Vict. Vticenſ.*

CASÆ SILVANÆ, *in Africa. Coll. Carthaginenſ.*

CASÆ VILLA ANICEORVM, *Antonino in Africa Propria.* CASASILLA *Aniciorũ, legit vetuſtior codex.*

CASALOTH, *locus Palæſtinæ: Ioſue 19.*

CASALVS *Sinus,* κασαλός, *ad Corſicam inſulam, Ptolemæo.* Golfo di S. Florentio. *Pineto.* Capo di porto, *Leandro appellatur.*

CASAMA κάσαμα, *Palmyrenæ vrbs, Ptolemæo. Phœniciæ, in lib. Notit. Sed eadem eſt: video enim in hoc libro Palmyrenam ſub Phœnicia comprehendi.*

CASAMAN *vrbs, Cedreno. Circa Armeniam videtur.*

CASAMARRI, *Aethiopiæ ſub Aegypto populi, Plinius.*

CASANDRA *inſula, contra Perſidem in eius ſinu. Plinius. Vide* CASCANDRVS.

CASANDREA, *vide* CASSANDREA.

CASANDRENSES κασανδρεῖς, *Arabica gens, Agatarchidi. A Caſandra inſula, veriſimile eſt.*

CASAPE κασάπη, *Ptolemæo Hyrcaniæ opidum.*

CASARDA, & MARRA, *Antiochiæ Syriæ municipia. Guil. Tyrius.*

CASARI, *Turcorum gens, Hiſtor. Miſcella 18.*

CASBON, *vide* CHASPON.

CASCANDRVS, *inſula deſerta, maris Rubri, circa Carmaniam, Plinio. An* CAICANDRVS *Arriani? vt putat Hermolaus? qui* Σωκάκανδρος, *malè legit, ad Plinium 6. cap. 25. Eſt fortè Caſandra Plinij quoque.*

CASCANTENSES, *Hiſpaniæ Citerioris populi, apud Plinium.* MVNICIPIVM CASCANTVM *in nummo Tiberij æreo habeo. Antonino, quoque, inter Cæſaream Auguſtam & Calagorram. Circa Tudelam eam deſcribit Moralis, &* Caſcante *hodie vocari ait. vide* BASCONTVM.

CASCE, *vide* BASICA.

CASCHARA κάσχαρα, *Meſopotamiæ vrbs, Epiphanio.* CASCHARVM *Socrati Scholaſtico.*

CASCINVM *opidum, quod Samnites à Sabinis orti tenuerunt. Varro de Lingua Latina 6.* CASSINVM *autem emendo.*

CASDEI, *vide* CHALDÆA.

CASEERA κασέηρα, *Rhodopæ regionis in Thraciæ vrbs. Procop 4. ædific.*

CASENTINVM, *vide* CASVENTINVM.

CASEROTÆ κασηρῶται, *Ariæ gens, Ptolemæo.*

CASIA κασία, *Scythiæ extra Imaum regio. Ptolemæus.*

CASII, *vide* CASOS, CASSII, & PELVSIVM.

CASILINVM κασίλινον, *Campanorum in Italia vrbs, Appiano, & Ptolemæo. quam Vulturnus fluuius diuidit. Liuio 23. 24. 25. vbi ſcribit eam ad huius fluminis oſtium ſitam. Coloniam Romanam ductam à M. Antonio, tradit Cicero.* Caſtelluzzo *apud Leandrum Alb. eſt. item apud Sanfelicium.* βασιλινας *corruptè apud Zonaram, pro Caſilino legitur. vide* VVLTVRNVS.

CASIMOMAGVM, *vel* CASINOMAGVM, *Galliæ locus, in tabula Peutingeriana. Fortaſſe Salomacum Antonini, vt ait M. Velſerus, &* Cauſalion *hodie. Sed adi ipſum ad ſecundam tabulæ Peutingerianæ ſchedam.*

CASINVM κάσινον, *Liuio, Plinio, Silio, & Straboni Latij opidum. Mar. Niger & Sanfelicius* S. Germano *vocant. Sed de eo hoc Varro:* CASINVM FORVM VETVS *appellant. Item Diaconus: Caſtrum Caſinum, quod* CLA- »
RVM *appellatur.* HARVM *eſt in pergameno meo.* CA- »
SINVM, *Italiæ fluuius, qui ad Interamnem vrbem cum Liri ſe iungit, Straboni.* Melſa *hodie dici putauerim. Vide* CASSINATIVM.

CASIOPE, *vide* CASSIOPE.

CASIOTIS κασιῶτις, *Syriæ regio apud Ptolemæum. ſingulari* S. *Geminato* SS. *Aegypti regio eſt, apud eundem.*

CASIRI, *Indorum gens, introrſus ad Scythas verſa: humanis corporibus veſcuntur. Plinius.*

CASIROTÆ, *vide* CASEROTÆ.

CASIS, *Palæſtinæ locus, vel vallis. Ioſue 18.* μεκκασις, *70. interpretib. Vide* CAVCASVS.

CASIVS, *Mons Arabiæ, circa Peluſium, Plinio, Pomponio, Solino, Dioni, Herodoto, & Ammiano. In eo Iouis Caſii delubrum: & Pompeij Magni tumulus. Singulari S. ſcribendum docent numiſmata, quæ habent* ZEYC KACIOC. *cum ſigillo ſedente: dextra extenſa, malúmque Punicum gerente. cuius ſignificatio, (vt 3. Amorum tradit Statius,) minimè vulgata eſt. Geminato SS. apud Ammianum 22. & Iulianum Imp. in Miſopogono legitur: item Ptolemæum. Hic mons hodie* Lariſſa *vocatur, niſi fallat, vt ſæpe, Theuetus. Caſiotidis, in Syria regionis,* CASIVS *Mons quoque, Ptolemæo, Solino, Plinio, & Straboni 16. vbi &* MASIVM *legi, annotauit Caſaubonus.* CASIVS *etiam Meſopotamiæ mons, Ptolemæo ſed* MASIVM Μάσιον, *hic legunt Græci codices.* Liſon *hic hodie vocatur, ſi quis Dominico Mario fidem habeat. Ægypti mons & vrbs eſt apud Stephanum. Albaniæ etiam fluuius Ptolemæo.*

CASMARE κασμάρη, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidũ Ptolem.*

CASMENE κασμένη, *Stephano, Herodoto 7. & Thucydi. 6. Siciliæ vrbs eſt. hodie ea* Comiſo *appellatur; vt Aretius; & quidam eruditus anonymus habet.*

CASMONATES, *Liguriæ populi. Plinio.*

CASOBVS, *vide* COSOBVS.

CASOS, *quæ* ACHNE *olim; Plinio teſte. Carpathij maris inſula eſt, Ptolemæo quoque.* Caſſo *nunc vocari, Sophianus perhibet. Idem Plinius alio in loco Sporades inſulas enumerans;* CASVS *quæ* ASTRABE, *inquit. an eadem ſit, videant alij. Stephanus certè Caſum inter Cycladas ponit. eamq;* AMPHE ἄμφη, & ASTRABE ἀστράβη, *dictam addit. Circa Caſon inſulam complures ſunt inſulæ* CASIORVM. *Strabo. vide* SINOPE.

CASPALIANA, *vide* AVDVRVS.

CASPAPYRVS κασπάπυρος, *Gandarorum vrbs, & Scytharum littus, Stephano. Per* T. CASPATYRVS *ſcribit Herodotus. dicitque Pactycæ regioni conterminam eſſe, ad Indi fluminis oram.*

CASPASIVM *flumen, apud Scythas Aſiaticos. Plinius.*

CASPATYRVS, *vide* CASPAPYRVS.

CASPERIA, *Sabinorum vrbs, Vibio. vbi Himella fluuius.*
*De eodem, ni fallor, hoc Silij, Et Bactris, nomina ducens,* »
*Caſperula. A Caſpelo Bactrianæ opido, annotat Pomp.* »
*Sabinus ad Virgilij 7. Æneid. at Caſpelum hoc à ſe conditum, nemo alius nouit.* κασπηρία, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem regio eſt.*

CASPERVLA, *vide* CASPERIA.

CASPHALIA, *in Africa locus. Auguſtinus Epiſtola 166.*

CASPHOR, *vide* CHASCOR.

CASPIA *gens, circa Caſpias portas, ad littora vſque Caſpij maris, Plinio.* CASPIA *Regio eſt quoq; apud Strabonẽ.*

CASPIÆ *Portæ, Plinio, vel* πύλαι, *Ptolemæo,* CASPIARVM *Clauſtra à Tacito appellantur. Inter Mediam & Parthiam eas deſcribit Ptolemæus. Vnius diei itinere à Ragis diſtare tradit Arrianus.*

CASPIANA κασπιανὴ, *Armeniæ Maioris regio. Strabo.*

CASPII κάσπιοι, *Ptolemæo, Straboni, Melæ, Plinio, & Porphyrio. Aſiæ populi. Horum regionem Caſtaldus* Strama *vocat. vide* TAVRVS.

CASPIN κάσπιν, *vrbs firma à promiſcuis gentibus habitata. huic adiacet ſtagnum ſtadiorum duorum latitudinis. Circa Syriam eſt, à Iuda Machabæo capta. 2. Mach. 12.*

CASPINGIVM *loci nomen, in tabula Peutingeriana, inter Rhenum & Moſam, circa partes inferiores.*

CASPIRA κάσπειρα, *Indiæ intra Gangem apud Caſpiræos populos vrbs, Ptolemæo.* Coſpetir *dicitur Gerardo Mercatori. vide* CASPIRVS.

CASPIRIA, *vide* FORTVNATÆ.

CASPIRVS κάσπειρος, *Parthorum vrbs, finitima Indiæ. Stephanus. Caſpirorum meminit Epiſtola Alexandri Magni, ad Ariſtotelem. ſi qua fides huic ſit. ſed Caſpiorum erat in M.S. ſine* R. *Eadem fortè cum Caſpira.*

CASPIVM *Mare, vide* HYRCANVM.

CASPIVS *Mons, vide* CAVCASVS, PHASIS, & TAVRVS.

CASSÆ, *vide* CASÆ.

CASSANDREA, *Plinio. Ptolemæus ſimplici* s. *ſcribit* κασάνδρεια, *Vrbs maritima Macedoniæ eſt. Plinius, Pauſanias & Stephanus ſcribunt olim* POTIDÆAM, ποτίδαια, *dictam. Coloniam factam, ex Plinio & Vlpiano, dicit Onuphrius. In prima Macedonia ſtatuit Conciliorum opus. Huius Potidææ meminit quoque Thucydides, 1. Hodie* Caſiandria *appellari, Sophianus teſtatur. Bellonius tamẽ in ſuis Obſeruationibus eam* Schiatto *nominat. & in libro ſuo de auibus* Strechio *habet. in alterutro typographi mendum eſſe vereor.* PYDNA *antiquitus dictam refert Epitoma Strabonis, & Chalcondilas. Pydna tamen aliud eſt opidum Ptolemæo, hoc eodem littore. Potidæa nunc* Berrhoea *vocari Ioãnes Lydus auctor eſt. nõ ſatis fidus, vereor.*

CASSANDRIÆ *peninſula, vide* PALLENA.

CASSANITÆ κασσανῖται, *gens in Rubri maris littore, Stephano. Arabiæ Felicis, Ptolemæo.*

CASSANORVS κασσάνωρος, *Aegypti opidum, apud Stephanum, ex Ephoro.*

CASSENIGRENSIS, *vide* CASAE NIGRÆ.

CASSENSEN, *vide* CASÆ.

CASSERA, *circa Athi montis Iſthmum vrbs. Plinius.* CASERA *fortè Procopij.*

CASSI, *Britanniæ Inſulæ populi, apud Cæſarem: quos Glareanus* Gaſſerer *vocat.* Caishow *autem Camdeno. circa Catyeuchlanos.*

CASSIA *Via, huius meminit Cicero in Philippicis. Et marmor antiquum in Monte Politiano, Italiæ, quod docet eam à Cluſinorum finibus, Florentiam vſque perductam. Conſule P. Victorij Varias Lectiones. Etiam vrbs Italiæ, Agathias 1. pro* CASSINVM *puto.* CISSENE κισσήνη, *autem habet codex Bon. Vulcanij.*

CASSIDA κασσίδα, *Indiæ extra Gangem opidum. Ptolemæus.*

CASSII κάσια, *montes, in Scythia extra Imaum. Ptolem.*

CASSII FORVM, *vide* FORVM CASSII.

CASSILIACVM, *Rhetiæ primæ eſt opidum, in lib. Notitiarum.* Romakeſſel *vocat Beat. Rhenanus.*

CASSINATIVM *colonia, eſt in Goltzij Theſauro, ex veteri inſcriptione.* CASSINVM *Liuius habet, circa Campaniam. item Strabo, qui eam 19. ſtadijs à Capua diſtare tradit.* CASSINAS *mons, eſt in Campania; Platinæ, in Pelagio, I.* CASSINA *arx in Samnio, vbi monaſterium S. Benedicti, teſte Eginartho. quod* CASSINENSE *vocat. Non longè à Beneuento eſt: aut potius ab Aquino, vt tradit Scipio Mazzella. In Caſinenſi caſtro quod* HARVM *appellatur, inquit Diaconus 1. Lõgobard. cap. 26. dicitq; 50. millib. diſtare à Sublaco. Pro* HARVM *lego* ARVM, *apud Floriacenſ. &* AVARVM *apud Marian. Schotum.* BAVRVM *apud Blondum 6. Decad. cap. 1. Vide* CASINVM.

CASSINOGILVM *Aquitaniæ locus: Adone teſte & Iuone. vbi ſcribit Carolum Magnum Paſcha celebraſſe. Eſt inter Droch & Warumnam fluuios, vt habet Floriacenſis. Subdubitat M. Velſerus, an* CASSINOMAGVM *ſit in tabula Peutingeriana.*

CASSINVM, *vide* CASSINATIVM.

CASSIOLI, *vide* CARSEOLANI.

CASSIOPE κασσιόπη, *Theſprotiorum in Epiro vrbs, Ptolemæo. Eſt eidem ibidem promõtorium ſic dictum. huius quoque Strabo meminit. quod &* PHALACRVM φαλάκρον, *vocat. vt intelligit Aquæus, in ſuis Commentariis Plinianis. in quo eum hallucinari liquet, quia idem Strabo hoc tractu vtrumq; deſcribit, & Caſsiopen & Phalacrum. ſic quoque Plinius.* Cogniza *hodie vocari, ſcribit Niger. Ptolemæo Corcyræ inſulæ vrbs.* S. Maria Caſſopo, *Moletius:* Ioannina *Sophianus indigitat.* CASSIOPEIAM, *alterutram vocat Gellius 19. cap. 1.* CASSIOPEIA *autem, regionis nomen eſt, in Epiro, Ptolemæo: in qua vrbs dicta Caſsiope. quam Sophianus* Caſopo *nominat, ſed* Santi Quaranta *Dominicus Niger. Laonicus* CASSIOPEIAM *vrbem Ætoliæ habet, quam nouo nomine* Ioannina *nominat. vide* CORCYRA, & ZACYNTHOS.

CASSIOS *Albaniæ fluuius, in Mare Caſpium ſe exonerat. Plinius.* CASIVS *Ptolemæo eſt.*

CASSIOTIS, *vide* CASIOTIS.

CASSIOPOLIS, *vide* SERREPOLIS.

CASSITERIDES *Latinis, vt Plinio, & Pomponio.* CATTITERIDES καττιτερίδες, *Græcis, vt Ptolemæo, & Straboni ex Poſidonio.* CELTICAS *eas cognominat Pomponius. Hermolaus ſubdubitat, num ſit* MICTERIS *Plinij, quia candidum plumbum in ea prouenire addit. Sed alij hoc loco apud Plinium* MICTIM *legunt. Ego illi non aſſentior: Plinius enim ipſe Caſsiteridum quoque meminit.* Biſargo *eas vocat nouo vocabulo Pet. Oliuarius, in ſuis Commentariis in Melam. Camdenus putat* Sylly *inſulas eſſe, qui &* Sorlinges. *Ego haud multum abſum, quin credam ipſas inſulas Britãnicas apud vetuſtiſsimos ſub Caſsiteridum nomine deſcribi. Si fallor, dicam cum Herodoto, me Caſsiterides non noſſe. Vide* OESTRYMNIS.

CASSITIRA κασσίτειρα, *inſula Oceani, Indiæ finitima. Stephanus: ex Dionyſii Baſſaricis.*

CASSIVELLAVNI *opidum, vide* VEROLANIVM.

CASSIVM, *Latinis dicitur, quod vulgò* Caſelle *vocant, vt Leander tradit. Opidulum Lombardiæ Ciſpadanæ. Caſsij opidi, meminit Franc. Nanſii Frontinus, lib. M.S.*

CASSIVM, *vide* CASIVS.

CASSIVS, *Hiſpaniæ mons; apud Sex. Auienum.*

CASSORIVM κασσώρειον *loci nomen, Stephano, ex Ariſtophane.*

CASSOTIS κασσωτὶς, *Pauſaniæ Phocidis fons, circa Delphos.*

CASSOVIVS, *vide* MERVLÆ *Campus.*

CASTABALA καστάβαλα, *Ciliciæ vrbs, Straboni & Ptolemæo,* PERASIA περασία, *prius dicta Stephano teſte. Fortè à Peraſiæ Dianæ templo, cuius Strabo hic meminit. Sed Caſtabalam quoque Stephanus in Phœnicia ponit.* CASTABALA, *Plinio Cappadociæ opidum. aliud à* CASTABLA *Lyciæ.* CASTABALENSES *habet Solinus bellum canibus gerentes.*

CASTABLA, *vide* CASTABALA.

CASTALIA κασταλία, *Ciliciæ vrbs, apud Stephanum: ex Theogine. Alia circa Phocidem, eſt Herodoto 8. Eſt & fontis nomen propè Antiochiam Syriæ. vt ex Nicephoro tradit Gyraldus, in Muſarum Syntagmate. Alijs* CASTALIVS.





CASTALIVS κασταλίος, *fons, circa Parnaſſum, in Phocide, Pauſaniæ. Mons quoque ibidem, Vibio Seq. Huic videtur aſſentiri Lucianus in Charonte. Fons quoque Daphnis, in Antiochiæ ſuburbano, teſte Ruffino 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.*

CASTALON, *vide* CASTVLO.

CASTAMON, *locus Perſarmeniorum, ab Emanuele Comneno receptus. Nicetas, & Glycæ continuator. Domus Iſacij Comneni eſt, Cedreno. In Paphlagonia.*

CASTANÆA, *Straboni vrbs eſt circa Peneum fluuium.* CASTANEA *Pomponio.* CASTANA *Magneſiæ vrbs eſt apud Plinium.* CASTHANÆA κασθαναία, *apud Herodotum. Synonyma ſunt.*

CASTANIA καστανία, *vrbs Apuliæ iuxta Tarantum. Stephanus: & Nicandri Scholiaſtes.*

CASTAON κασταὼν, *Hiſpaniæ vrbs Straboni. non procul à fontibus Bætis fluminis.* Villa nueua d'Alcaraz, *Henr. Coquo, & Car. Cluſio:* Cazorla, *eſt Morali, & Gomecio. Sed* CASTALO *hoc loco apud Strabonem lubens legerim, cum Caſaubono.*

CASTAX καστὰξ, *Hiſpaniæ vrbs: circa Bæticam, Appiano, & Stephano.*

CASTELIVM, *nomen loci, Metaphraſti: in vita S. Sabæ. Circa Palæſtinam.*

CASTELLANI καστελλανοὶ, *Ptolemæo ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Hi hodie* Catalanes *videntur Floriano.* Ducatus Cardone *interpretatur non ſolum à Villanouano, ſed & à Varrerio. cui non parum tribuo. Liguriæ etiam populi, in ænea tabula, Genuæ.* CASTELLANI *Mauritaniæ epiſcopi, cuius nomen Voconius, eſt apud Gennadium.* CASTILIANI *vocantur, ni fallor, in Decretal. Vide* CASTELLVM, & CATELANI.

CASTELLENSE *Municipium, habet lib. de Limitib. In Italia, non dubito. Idem* CASTRANVM, & CYPRENSEM *agros, pro* CVPRENSEM, *in Piceno.*

CASTELLETVM, *ad mare Galilææ, circa Tiberiadem, Guil. Tyrio.*

CASTELLVM κάστελλον, *Menapiorum, in Gallia Belgica, apud Ptolemæum.* Keſſel *vocant Hub. Leodius, & Pet. Diuæus. opidum eſt ad Moſam: vbi illud quoque Ammianus deſcribit, lib. 17. In regione quæ vulgo* Cuyck *dicitur.* CASTELLVM *Straboni 5. Firmi nauale, in Picenis.* CASTELLI FIRMANI *meminit Antoninus. Vide* FIRMIVM. CASTELLVM *Morinorum, ex Itinerario Antonini citat Diuæus. quod* Kaſſel, *cognomine* op den berch *interpretatur. Opidum eſt in monte ſitum, in Flandriæ Occidentalioris tractu. Sunt* CASTOLOGI *Plinij, vt Meierus autumat.* CASTELLVM AQVARVM, *vocant Rhenanus & Althamerus* Baden *vrbem, circa Tigurum.* Oberenbaden *legit Schudus: idq; colligit ex Taciti Annalium lib. 17. vbi ſcribit à Cæcina caſtellum (quod Heluetij ſuis militibus & ſtipendiis tuebãtur) in modum municipij exſtructum eſſe: additq; locum eſſe amœnum, & ſalubrium aquarum frequentem.* AQVÆ *ſimpliciter vocatur, in quadam marmorea inſcriptione ibidem exſtante. quam Stumpſius profert in ſua Heluetia.* CASTELLVM, *Antonino inter Fauentiam & Florentiam eſt.* CASTELLVM TINGITV *Antonino, in Mauritania Cæſarienſi.* CASTELLVM TINGITANVM *hoc eſt Marcellini.* CASTELLVM *Ripenſe, in Mauritania Cæſarienſi epiſcopalis ſedes. Vict. Vticenſ.* CASTELLVM *Pariſiorum. vide* LEVCODECTA.

CASTELON, *ex eius loci Inſcriptionibus vetuſtis, tradit Cluſius id opidum eſſe Cathaloniæ, quod hodie* Caſtello de Ampurias *vocant.*

CASTERIA, *vel* καστορία, *Macedoniæ vrbs. Gregoras.*

CASTHÆNA, *vide* CTILINDRINÆ.

CASTHANÆA, *vide* CASTANÆA.

CASTHENES *Sinus, Thraciæ, circa Boſporum. Plinius. Vide* LEOSTHENIVM.

CASTILIANI, *vide* CASTELLANI.

CASTINA, *vide* DICTIS.

CASTINOS, *populos Galliæ, circa Vocontios, habet Annibal. Plutarchi.*

CASTNIVM καστνιον, *mons in Aſpendo, Pamphiliæ. Stephanus.*

CASTOLA καστολα, *Tuſciæ vrbem habet Diodorus 20. quam à Fabio Cos. expugnatam ſcribit.* Caſtiglione *hoc tractu hodie videtur.*

CASTOLI *Campi,* καστολοῦ, *Doridis. Xenophon 1. Cyri exped.* CASTOLVM *Locum, idem nominat 1. Græcor. circa Halicarnaſſum. vide* DORIS.

CASTOLOGI, *Galliæ Belgicæ videntur populi, apud Plinium.* CATOSLOGI *legebat exemplar Venetum. vide* CASTELLVM *Morinorum.*

CASTORIA, *circa Bulgariam videtur vrbs, apud Cedrenum, Zonaram, & Laonicum. Ad lacum quendam, circa Prillapũ eſt, in Græciæ tabula Caſtaldi. vide* CASTERIA.

CASTORVM LVCVS, *ad duodecimum lapidem à Cremona diſtans, vt Tacitus habet, lib. Ann. 18.* CASTORIS LOCVS *vocatur Oroſio lib. 7. cap. 8.* CASTORES, *locum nominatum, habebat membraneum.*

CASTRA στρατόπεδα, *locus in Ægypto ſic dictus; infrà Butim vrbem, propemodum ad mare. Herodotus in Euterpe.*

CASTRA κάστρα, *Indiæ intra Gangem opidum, Ptolemæo. Norici vrbs, Antonino. Macedoniæ, eidem: inter Lychnidum & Heracliam.* CASTRA ALLATA, *vide* ALATA. CASTRA ALEXANDRI, *locus vel regio Ægypti, circa Peluſium; vti videtur ex Oroſij 1. & Q. Curtij 4.* CASTRA ANNIBALIS, *Magnæ Græciæ Portus, Solino, & Plinio.* Le Caſtelle, *Leandro Alberto.* CASTRACECILIA, *Hiſpaniæ vrbs Plinio.* CASTRASERVILIA *legit M.S. codex. Pinetus, & Moralis* Caçeres *ex ea facit. Ego eam cum Varrerio, pro* S. Maria de Guadalupe *habeo.* CASTRA CELICA, *Antonino Hiſpaniæ locus, inter Emeritam & Salmanticam.* CASTRA CORNELIA, *Plinio & Pomponio,* CORNELIANA CASTRA *Cæſari,* CORNELII CASTRA, κορνηλίου παρεμβολή, *Ptolemæo: Africæ Propriæ vrbs.* MAIORIS AFRICANI *Caſtra, ſunt apud Oroſium 4. cap. 22.* CASTRA CYRI, *de quibus Curtius 3. Lyciam petens, » cum omnibus copiis regionem quæ Caſtra Cyri appellant, » peruenerunt. Horum meminit etiam Arrianus 1.* CASTRA DEI, *vide* MANAIM. CASTRA EXPLORATORVM, *Antonino:* Burgeuponſands *eſt. Camdeno. Locus in Anglia. vide* ALATA. CASTRA FLAVIANA, *vide* ALA FLAVIANA. CASTRA GEMINA, *Hiſpalenſis conuentus opidum, Plinio.* CASTRA GERMANORVM κάστρα γερμανῶν, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum.* Brexar *hodie, &* Berſac *ab Arabibus vocatur, vt tradit Marmolius.* CASTRA IVDÆORVM, *vide* BVBASTVS. CASTRA IVLIA, *Plinio Hiſpaniæ opidum.* Trugillo, *Caſpari Varrerio.* CASTRA LÆLIA, *Africæ Minoris vrbs, apud Melam.* CASTRA LAPIDARIORVM, *vrbs Ægypti, in lib. Notit.* CASTRA LARBA, *Antonino Thraciæ vrbs.* IARBA, & IABAR *legit Simlerus. vide* CASTROZARBA. CASTRA LEGIONVM GERMANIÆ, *circa Rheni oſtium, Plinio ad finem libri 4.* CASTRA NOVA, *in Mauritania Cæſarienſi, Antonino.* CASTRA POSTVMIANA, *in grumo quodam excelſo, A. Hirtij, ſunt apud Amb. Moralem in Hiſpania Bætica. & nũc* Caſtro el rio *dici ait.* Caſtro del Fiume *autem Ioanni Marianæ.* CASTRA REGINA, *Rhetiæ. lib. Notit.* Roking *Lazio. Vide* AVGVSTA TIBERII. CASTRA TYRIORVM, *ſunt circa Memphim Ægypti. Herodoti Euterpe.* CASTRA VICELLIANA, *ſic habere antiquas Inſcriptiones eius loci qui hodie* Medelin *vocatur, auctor mihi eſt Carolus Cluſius. Varrerius tamen & Moralis dicit* Medelin *antiquitus* METALLINA *vocatam. Per* E. *autem in ſecunda hic legit* METELLINA. *Hiſpaniæ Bæticæ vrbs eſt. Metallinenſis coloniæ*

meminit Plinius lib. 4. cap. 22. METELLINVM Antonino. Vide CECILIA METALLINVM. CASTRA VLPIA, Antonino vrbs; quam Simlerus Cleue interpretatur. Ducatus Cliuenſis vrbs primaria. CASTRA VINARIA, Hiſpaniæ vrbs apud Plinium. Vide HERCVLIS CASTRA, ALEXANDRI Caſtra, & LÆLIA.

CASTRANVM, vide CASTELLENSE.

CASTRAVALET, epiſcopatus ſub ſede Anabarza. Tyrius.

CASTREA, vide CATREA.

CASTRIANI populi, quorum magnam partem interemtam, ab Aureliano Imp. tradit Vopiſcus. In Scythia Europæa eſſe, auguror.

CASTRIMENVM, vrbs Peloponneſi in Achaia. Laonicus 9.

CASTRIMONIENSES, Italiæ populi, ſunt apud Plinium. Caſtrimonium colonia in lib. Coloniarum. CASTRIMOENES in antiqua inſcriptione. Circa Campaniam videtur: fortè vbi hodie Caſtro, inter Ferentinum, Signiam, & Soram.

CASTROBARIENSIS locum, habet lib. Notit. in Mauritania Tingitana.

CASTROCOME, circa Iberiam Aſiaticam locus videtur apud Curopalatem. Caſtrocomium Cedreno.

CASTROLYBIA, locus aliquando ſic dictus, in Hiſpania. Ceretaniæ prouinciæ caput. Amb. Moralis. IVLIA LIBYCA, Ptolemæi eſt, ni fallor.

CASTRONOVA, vide NOVA.

CASTROZARBA καστρόζαρβα, Thraciæ opidum. Procop. de Ædificijs. CASTRA IARBA, vel LARBA Antonini.

CASTRVM, vide MANAIM.

CASTRVM κάστρον, Ptolemæo, & Straboni, Picenorum opidum. Flauiano Leandro & Blondo. Plinij CASTRVM NOVVM eſt. Meminit CASTRI NOVI Antoninus inter Truentum & Aternum, de quo hæc Roma ad me Celſus Cittadinus Anglerius, Appellatum hoc fuit poſtea Caſtrum S. Fabiani: & eo diruto ob aëris malignitatem, iuſſu Iulij Aquauiuæ Atrianorum ducis (vulgo de Atri) ex illius ruinis ædificata fuit ſumptibus eiuſdem ducis, Iulia noua opidum in mediterraneis, ad tertium ferè milliarium. CASTRVM ALTVM, arx munita Hiſpaniæ Citerioris; locus cæde magni Amilcaris inſignis. vt docet Liuius lib. 24. ſunt qui opinantur hodie Caſtel Seras appellari, vt Florianus del Campo refert. Caſtralla hodie locum vocari putat Petrus Antonius Beuterus. Medio itinere inter Saguntum & Carthaginem. CASTRVM INVI Virgilio Tuſciæ maritimum opidum eſt. Erythræus vocat Cornetto, & dicit à Ptolemæo CASTRVM NOVVM κάστρον νέον, appellari. Idem aſſerit Blondus: quẽ addit quoque ſic à Plinio & Mela vocari. Sed ante omnes Seruius ſcripſit hoc Caſtrum Inui, Caſtrum nouum dici. Coloniam Romanam factam, apud Liuiũ 36. lego. CASTRVM IVLIENSE, vide FORVM IVLII. CASTRVM IVLIVM, vide VRGIA. CASTRVM NOBENSE, vide NOVA. CASTRVM NOVVM Antonini, dicit Leander etiam hodie Caſtel nouo nominari. Tuſciæ opidum mediterraneum eſt. Aliud à Caſtro Nouo Plinij. CASTRVM OCTAVIANVM, dictum olim fuiſſe locum, circa vrbem Barchinonam, ſcribit Amb. Moralis. idem hodie locus, San Locat, vocari tradit. Sed & Caſtrum in littore maris in Latio eſt 15. Metamor. Ouidij. pro ASTRVM ſiue ASTVRA, ni fallor, & C. finale præcedentis vocis huic male affixum, ſic enim legitur, donec caſtrumque, ſacraſque. Erroris originem lege in COMBOS, & alibi.

CASTVLI, vide DORIS.

CASTVLO καστυλών, Oretanorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, Ptolemæo, Appiano, & Antonino. CASTALO κασταλων, Stephanus, & Polyb. lib. 10. vocant. Florianus & Moralis dicit hodie Caſlona la veja appellari. Idem autem Moralis, alio in loco, tradit fuiſſe Puerto del Muladar, vel Santiſteuan. CASTVLONENSES nominat Plinius, quos CÆSARI VENALES vocare ait. Vide CÆTVLVM, & CLASTO.

CASTVM Nemus, in inſula Oceani. Tacitus in libello de Germanorum moribus.

CASTVRIS, Pannoniæ opidum. vt habet Eugippius in vita Seuerini Norici apoſtoli.

CASVARII, vide CATTVARII, & CIVARO.

CASVENTILLANI, ſunt apud Plinium Vmbriæ populi. CASVENTINI legunt tres mei codices, caſtiùs ni fallor: nam horum meminit quoque inſcriptio antiqua, quæ in Aldi ortographia exſtat. Apud Frontinum CASENTINVM Colonia eſt. ſed CASVENTINVM malim.

CASVENTVM, Italiæ fluuius, Plinio, quem Leander Vaſento dici, ait. Buſſento Mazzellæ. In Calabria Superiori eſt. BASENTIVM vocat Diaconus. BARENTINVS amnis, apud Iornandem eſt. ſub cuius alueo Alaricus Gothorum rex ſepultus ſcribitur.

CASVLA, Antonino Africæ Propriæ vrbs. CASVLAS CARIANENSES habet Vict. Vticenſ. epiſcopalem ſedem. CARIANENSIS cuiuſdam meminit quoque Coll. Carthag.

CASVRGIS, Bohemiæ vrbs Ptolemæo. Sunt qui Chaurim putant. vide BVBIENVM.

CASYRVS, Suſianæ mons, Plinio.

CASYSTES κασυστης, portus eſt Ioniæ, ſub Corico monte. Strabo.

CATABALVM, vide CATABOLVM.

CATABANES, & CATABANI, Arabiæ Deſertæ gẽs, Plinio teſte. vide ARABIA, & GEBANITÆ.

CATABASMOS, vide CATABATHMVS.

CATABATHMVS καταβαθμος, Libyæ locus, inter Parætonium & Ammonem, Stephano. In Cyrenaica eſt, Plinio, Straboni & Melæ. Ptolemæus Magnam, & Paruam habet in Marmarica Libyæ. Paruam Theuetus Cabo de Alber vocat. CATABASMVS καταβασμος, per s. eſt apud Æſchylum: ſed circa Nili fontes.

CATABEDA, vide LATAMEDA.

CATABITANVS Epiſcopatus, in Cæſarienſi Mauritania, Vict. Vticenſ.

CATABOLVM, Ciliciæ vrbs eſt, Antonino. XXXII. M. paſſ. ab Alexandria Syriæ. Per A. in penultima, eſt Dioſcoridi. Non eſt Caſtabala Ptolemæi.

CATACECAVMENE κατακεκαυμένη, regio circa Epheſum, Straboni. Inſula, in Arabico ſinu, Ptolemæo, & Stephano.

CATACETI, Plinio Sarmatiæ Aſiaticæ populi.

CATACVMBAS locum habet S. Gregorius Papæ. Lib. epiſtol. 3. cap. 56. ad ſecundum Vrbis milliarium. Vita S. Quirini huius quoq; meminit. Poſtea Cœmiterium CALLISTI vocatum, ſcribit Onuphrius in Chronico Pontificum. In Via Appia eſt, tertio ab Vrbe lapide, vt ipſe addit. CATATVMBAS alibi lego.

CATADA κατάδα, Africæ Propriæ fluuius. Ptolemæus.

CATADERBIS κατάδερβις, lacus Perſiæ. circa oſtia Aroſis amnis. Arrianus de Indicis.

CATADRÆ κατάδραι, Æthiopiæ ſub Ægypto populi, Ptolemæo.

CATADVPA καταδοῦπα, India vrbs, circa Gangem fluuiũ vſpiam eſt, Arriano de Indicis. Vide CATARACTAS.

CATADVPI, vide CATARRACTAS.

CATÆA καταία, Perſidis inſula, Mercurio ac Veneri ſacra. Arrianus in Indicis.

CATÆONIVM καταιονιον, apud Ptolemæum Marmaricæ promontorium.

CATAGELA, & ANGELA, vrbium Siciliæ nomina habet Scholiaſtes Ariſtophanis in Arachnæ. Corruptæ voces mihi.

CATAGNENSIS Plebis Africanæ, meminit Coll. Carthag. non ſemel.

CATALAVNICI, CATALAVNII, & CATALAVNVM, vide CATHELAVNI.

CATALI, nominantur cum Carnis, in quadam vetere inſcriptione: quam profert Turnebus, aduerſ. 9. cap. 21. Circa Tergeſtum fuiſſe videntur. Vide CATILI, & CATHALIENSIVM.

CATAMANA καταμανα, Syriæ vrbs, Commagenæ regionis, Ptolemæo. Vide CATAVANA.

CATANA κατανη, Ptolemæo, Straboni & aliis, Siciliæ vrbs, & colonia. Strabo, & Diod. ſcribunt hanc ab Hierone, cùm eius incolas eiecisset, ÆTNAM, αἴτνην, appellatam fuiſſe. Hodie tamen adhuc Catania dici, tradit Fazellus. CATANEOS populos hic habet quoque Ptolemæus.

CATANAGRA κατάναγρα, Ptolemæo. BATANAGRA interpretes; Indiæ intra Gangem vrbs.

CATANGIVS SINVS, in littore Aſiatico, Boſpori Thracici. Golfo Caſtacio nũc. Pet. Gyllius. ex Dionyſio Byzãtio.

CATANI, vide CATANNI.

CATANIDIS Promontorium, κατανίδος ἄκρα, Diodoro 13. Circa Lesbum inſulam, in continente tamen. Ad Arginuſas inſulas.

CATANII κατανίοι, Arabiæ Deſertæ populi, apud Ptolemæum. BATHANEI legunt interpretes.

CATANIRA κατάνειρα, vrbs. Stephanus, ex Theopompo.

CATANITÆ κατανιται, Ptolemæo Arabiæ Felicis gens.

CATANNI κατανναι, gens circa mare Caſpium, Stephano. CATANI ſunt Plinio.

CATAONIA, ſupra Ciliciam regio, confinis Cappadociæ. Æmilius Probus, in Datamene. Vide CAPPADOCIA.

CATAPTELEA, emporium Bithyniæ eſt, ad Pontum Euxinum. In vita S. Parthenij.

CATAQVENSIS epiſcopi Bonifacij in Africa, meminit D. Auguſtinus, Epiſt. 129. ad Olympium.

CATARA κάταρα, Arabiæ Felicis vrbs, apud Ptolemæum. Item locus Epiſcopalis ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. Balſamon.

CATARACTA καταράκτη, Samnitum vrbs, à Romanis expugnata. Diodorus 20. vide CATARACTONVM.

CATARACTONVM, opidum Angliæ Antonino. Rob. Talbotus ſcribit hoc loco hodie diuerſoria quædam eſſe nomine Cantaricbridge: & nõ longè ab eo aliud opidulum à ruſticis habitatum, quod Catterick vocant: CATVRRACTONIVM κατουρρακτόνιον, Ptolemæi eſt. in Atrebatibus. cuius loco codex M. S. τικτυρρακτονιον, legebat. Villanouanus Caerlil interpretatur. Malo Talboti, quod eam ſubſcribat Camdenus, ſententiam amplecti. CATARACTA Bedæ eſt.

CATARI, Plinio in Pannonia populi. CARTARI quidã legũt.

CATARRACTAS καταῤῥάκτης, Nili fluminis duas, Maiorem & Minorem, habent Ptolemæus, Strabo, Plinius, & Euſtathius. In Ægypti initio ſunt verſus Meridiem. vbi Nilus inter duos montes coarctatus adeò præcipitatur, vt non fluere, ſed immenſo potius fragore ruere credatur. In Somnio Scipionis vocantur CATADVPA καταδουπα. Aliis vt Plinio, Ammiano, &c. Catadupi ſunt populi, his Catarractis vicini. Philoſtrato 8. montes ſic vocantur. Ptolemæus habet CADVPOS populos, ſed quam longiſſimè verſus Meridiem hinc diſtantes: in Æthiopia ſub Ægypto nempè. Duppos malè legunt Latini codices. Ioannes Bermudeſius in ſua legatione Æthiopica, ſcribit Catadupa, hodie ab accolis Caradhi (quod illis ſtrepitum ſignificat) appellari. Tertiam quandam Catarracten Nili, habet Stephanus, de qua vide BONCHIS. CATARRACTES Anienis fluminis, Tiburi, vbi ſe ab excelſo loco in conuallem profundam deijcit. Strabo lib. 1. Caſcada de Tiuoli hodie vocãt accolæ. CATARRACTES Danubij, à Strabone & Suida deſcriptus, Sewreuſſel Germanicè vocatur. infra Lintzium Auſtriæ vrbem eſt. Lazius 12. R. P. Romanæ triplicem nomenclaturam à trigemino eius periculo, attribuit, Struden/ Werfl/ & Helzgang.

CATARRACTVS καταῤῥάκτος, Cretæ inſulæ amnis, apud Ptolemæum. Anapadore apud Nigrum. Eſt etiam eidem Ptolemæo, & Melæ, Pamphiliæ fluuius, qui Aſpendum præterfluit, & hunc Zoſimus MELANEN, i. Nigrum vocat. Sunt tamen diuerſa flumina apud Strabonem Melas & Catarractus.

CATARRECTÆ καταῤῥέκτης, Aſiæ Minoris fluuius, non minor Mæandro, in quem influit. oritur ex Celænis. Herodotus in Polymnia.

CATARZENA κατάρζηνη, Armeniæ Maioris regio, Ptolemæo. COTACENE legunt interpretes. CAMBISESENA Strabonis videtur, aut potius vox corrupta ex Cambyſene & Xe xena.

CATASTIGONA, vide HIPPOBOTVM.

CATASYRTÆ Κατασύρται, loci nomen, quem Cedrenus, & Curopalates deſcribunt circa Regiam vrbem. hoc eſt, Conſtantinopolim.

CATATHRÆ κατάθραι, inſulæ duæ Maris Rubri, quæ & CHELONITIDES χελωνιτιδες. Ptolemæus.

CATATMA, Syriæ alicubi ager videtur, apud Curopalatẽ. Circa Hierapolim fortè.

CATATVMBAS, vide CATACVMBAS.

CATAVANA, Antonino Commagenæ opidum. alias CATAMANA, vt cenſet Simlerus.

CATELA, vide BACTAIALA.

CATELANI populi, Gregoræ. De iis ſic Pachymerus: Catelani & Amagabari qui ab Auarum ſtirpe orti putantur. Qui Glycæ hiſtoriam continuauit, ſcribit eos ex Hiſpania accerſitos. Nomen hactenus obtinent. vide CASTELLANI.

CATENATES, Vindelicæ gens, Plinio. vide CLAVTINATII.

CATENNENSES κατεννεις, populi finitimi Selgenſibus, in Pamphilia. Strabo.

CATHÆI, Indiæ populi, Arriano. CALTHÆI ſunt apud Polyænum 4. de Alexandro.

CATHENA κάθαινα, Indica vrbs, vbi rex ob formam eligitur. Stephano. CATHEA καθέα, Straboni eſt, vt credit Xylander, apud quẽ lib. 15. CATHEA Sopitis σωπειτις eſt, & alio in loco σωπειθης, vt quoq; apud Arrianũ & Diodorũ. SOPHITIS Curtius legit. Apud hos vxores cum maritis defunctis comburi, auctor eſt Strabo. vide STATHENI.

CATHALIS καθαλις, Palæſtinæ locus: Ioſue 15. vbi D. Hieronymus CETHIS legit. CATHALIENSIVM meminit Caſsiodorus Variar. 1. ad Fauſtum Præp.

CATHARI καθαροι, Indiæ gens, quarum vxores cum maritis mortuis comburunt. Diodorus 17. Pro CATHÆI, vt putat Fabricius in Oroſium.

CATHARVM καθαρὸν, Libyæ Interioris promontorium, Ptolemæo. CATHARENSIS Eccleſiæ, meminit Coll. Carth. Eadem quoque CATHAVGVRITENSIS, ibidem.

CATHARVS, vide CITHARVS.

CATHÆA, vide CTYLINDRINE, & CATHÆNA.

CATHEI Montes, Sarmatiæ Aſiaticæ. ex quibus Lagous amnis profluit. Plinius.

CATHELAVNI, Galliæ populi, apud Marcellinũ lib. 15. quorum vrbem CATHELAVNVM video à poſterioris ætatis ſcriptoribus vocari: & CATALAVNVM in libello Prouinciarum. Eandem hodie Chalons, cognomine in Champaigne, appellant. Et CATHELAVNI CAMPI, vbi Attila cæſus fuit. à pluribus, vti Michaële Ritio, Volaterrano, Belleforeſtio, & aliis, ſumũtur pro ea regione quã Gallicum vulgus Champaigne nominat, vbi hodie adhuc Chatelon ciuitas. vt Goropius docet in Francicis. Sed video à recentioribus ferè CATALAVNICI ſcribi, & eos circa Toloſam (inter quos Forcatulus) ſtatuere. quod idem ex Iornande veriſimile eſt. Totam vel maximam regionem hos campos deſignare, veriſimile eſt ex Iornande: qui eos centum leucas in longitudine, & ſeptuaginta in latitudine patere ait. Idem Iornandes eos quoque MAVRICIOS (MAVRIACI habet Freculphus) Campos nuncupat, ſic etiam Callimachus Experiens, & Greg. Turonenſis. Apud Catalaunios Tetricum ab Aureliano Imp. ſuperatum tradit Eutropius. Catalaunia, vel vt alij pronunciant, Gothalania vocari putat Schottus, à Gothis & Alanis, hunc tractum. vide CAVILLONVM.

CATHENA, vel vt alia lectio habet, CANTENNA, apud Frontinum 2. cap. 5. Circa Rhegium Iulium locus eſt, vti ex Craſſi vita apud Plutarchum liquet. An Catana legendum, ſubdubitat Modius.

CATHEREVS, vide CAPHEREVS.

CATHETHER *Hieremiæ*, κοϑλαϑ, *70. interpretibus. Palæſtinæ locus, Ioſue 19.*

CATHIEREMITÆ καϑιερμῖται, *gens vicina Gabaonitis. Ioſephus 5. Antiq. 1. vide* CARIATHBAAL.

CATHILCI καϑειλκοι, *Germaniæ populi, à Germanico Cæſ. deuicti. Strabo.*

CATHIPPI, *Oroſio Aſiæ vrbis nomen. circa Mediam aut Parthiam. Sine aſpiratione legit Æthicus.*

CATHOE, *vide* MANATHAT.

CATHON, *Ægæi maris inſula, Pomponio.* COTHON *vtrimque per tertiam vocalem, in aliis quibuſdã codicibus.*

CATHRA, *vide* CHATRACHARTA.

CATI *Fons, ex qua aqua Petronia in Tiberim fluit. Feſt. Põp.*

CATOS, *&* DACOS *Populos, nõ ſemel coniungit Statius, libris Siluarũ. An pro* CATTIS? *vel* GOTHIS *potius?*

CATIARI, *vide* SCYTHÆ.

CATICARDAMNA κατικάρδαμνα, *Indiæ intra Gãgem vrbs, apud Ptolemæũ.* Chiromandel, *Pet. Appiani. Hic corpus D. Bartholomæi requieſcit. vt perhibent nonnulli.*

CATILÆ *Solitudo, circa Palæſtinam. eſt apud Surium, in S. Euthymio monacho.*

CATILI, *Alpium incolæ, inter Polam & Tergeſtum. Plinius.* CATALI *in antiquo lapide.*

„ CATILLI *Aniemcolæq; Catilli. Sic Silius 4. Videntur populi circa Anienem fluuium.* CATILLVS, *mons Tiburti, Vibio, & Seruio, qui eum* CATELLVM *vocari ait, per corruptionem. Hodie* carelli *nominatur.*

CATINA, *Plinio eſt Arcadiæ vrbs.*

CATINATÆ, *vide* IBERVS.

CATINON, *vide* CYTINVM.

CATISA *vide* CAPISA.

CATIVM, *opidum Italiæ, apud Frontinum Nanſij M. S.*

CATIZI, *vide* GERANIA, *&* PYGMÆI.

CATOBRICA, *Hiſpaniæ vrbs, Antonino, Inter Cordubam & Emeritam. vide* CETOBRICA.

CATOLVCA, *Galliæ Narbonẽſis opidum, Antonino.*

CATOPTERIVS κατοπτήριος, *præcipitium Parnaſſi. Anemoriam vſque pertingens. Strabo.*

CATORIGES, *vide* CATVRIGES.

CATRALEVCOS καϑαλευκός, *Celticorum in Luſitania vrbs, Ptolemæo. Vide* CONTRALEVCENSES.

CATRE κάτρη, *vrbs. Stephanus.*

CATREA κατρέα, *Cretæ vrbs ſic dicta. Diodorus, & Pauſanias in Arcadicis.* CASTRÆA *legit Apollodorus.*

CATRENSIS *Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi, nominatur à Victore Vticenſe.*

CATRIA, *vide* ÆTHVSA.

CATTABANIA καττωβανία, *regio Arabiæ Felicis, Stephano.* CATTABANENSES *apud Strabonem.* CATTABENI καττωβηνοὶ, *ſunt Ptolemæo. cuius interpretes* COTTABANI *legunt.*

CATTANIA καττανία, *epiſcopatus: in Conc. Epheſino* III.

CATTARI, *populi circa Crabatiã videntur, apud Nicetã.*

CATTI, *Germaniæ populi, Tacito:* CHATTÆ χάττω, *Ptolemæo.* Heſſen *ſunt H. Iunio & Georgio Fabricio: mihi quoque. apud quos hactenus* Katzenelebogen *ſupereſt. quaſi dicas Cattorum Ancona. Willichio verò ſunt qui* Marchiam Badenſem *& loca vicina habitant: quos &* CARITNOS καριτνοὶ, *Ptolemæi putat. Catti poſtea in inſulam Batauorum tranſgreſſi (auctore Tacito) vbi hodie horũ nominis veſtigia ſuperſunt in duobus vicis, cognominatis ad mare, & ad* Rhenum. *Vide* SAXONES.

CATTI MELIBOCI, *Germaniæ tractus, qui* Catzenelebogen *dicitur, Beato Rhenano. In Haſſia eſt. Meliboci montis meminit Ptolemæus, in Germania.*

CATTIGARA καττίγαρα, *Ptolemæo eſt Sinarum ſtatio.* Canton *Iac. Caſtaldo nuncupatur.* Cantam *Luſitanis.*

CATTITERIDES, *vide* CASSITERIDES.

CATTVARI καττουαροι, *Germaniæ populi; vt legit Leunclauius ad 57. Dionis. vbi olim* BRITANNI *habebatur. Circa ſuum natale putat hos eſſe. circa Rheni nempe partes inferiores.*

CATTVZA, *vide* GERANIA.

CATVACI *Galliæ populi, apud Cæſarem. Marlianus & alij putant eos eſſe qui Duacum,* Douay *vulgo, habitant. vrbs in confinibus Flandriæ, Hannoniæ, & Arteſiæ, academia nuper à Philippo Rege ibidem inſtituta celebris. Pro Catuaci, Aduatici legendum docet Diuæus.*

CATVALIVM, *Galliæ Belgicæ locus. in Peutingeriana tabula.*

CATVDÆOS *quos vocat Heſiodus, fortaſſe* TROGLODYTAS *eſſe apud Scylacem, putat Suidas.*

CATVELLANI, *vide* CATYEVCHLANI.

CATVLENSIS *Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Victor. Vticenſ.*

CATVLINA *Caſtra, citat Lazius lib.* 12. R. P. R. *ex Spartiani Didio Iuliano, & Seuero Impp. &* Tulna, *Auſtriæ locum interpretatur.*

CATVRICA, *Antonino locus circa Alpes Cottias, inter Brigantionem & Montem Seleucum. Alio loco* CATVRRIGA *legit.*

CATVRIGES, *Plinio & Cæſari,* κατόριγες, *Ptolemæo & Straboni; Alpium incolæ. Nomen vetus, aliqua inflexione retinent, inquit Simlerus:* Charges *enim, opidum eorum, Galli vocant, vt docent Simlerus, & Vigenereus, propè* Embrun *eſt.*

CATVRRACTONIVM, *vide* CATARRACTONVM.

CATVRRIGA *Antonini, Galliæ Belgicæ vrbs eſt inter Durocortorum & Naſium. Vide* CATVRICA.

CATVSIACVM, *Galliæ Belgicæ vrbs, Antonino.* CARISIACVM *autem legit Diuæus.*

CATYEVCHLANI κατυευχλανοι. *Albionis inſulæ populi, Ptol.* κατυελλανοι, *Dioni. Hodie, vt Lelandus & Lhuydus referunt, ſunt* Buchingamienſes *&* Herfordienſes.

CATZVRE κατζυρη, *monaſterium in Arta Ambraciæ vrbe, puto. in ſanctionibus Pontificiis Impp. Orientalium.*

CAVA, *vide* SYRIA, ELIS, *&* COELA, *quod idẽ eſt.*

CAVANA καυάνα, *Arabiæ Felicis vrbs, apud Ptolemæum.* CABANA *apud interpretes.*

CAVARÆ *Pomponio,* CAVARES *Plinio,* CAVARI καύαροι, *Ptolemæo;* CVARI κύαροι, *Straboni. Galliæ Narbonenſis populi ſunt.* Gauotz *interpretatur Dalechampius ad 6. Athenæi. Rhodano vicina eſt continentia. atque à Valentia vſque Auinionem pertingit.*

CAVARIA, *vide* CIVARO.

CAVARIS, *vide* QVARIS.

CAVATVRINI, *Liguriæ populi: in ænea tabula antiqua, Genuæ.*

CAVCA καύκα, *Hiſpaniæ vrbs, circa Tagum fluuium, Appiano in Ibericis. Zoſimus eam in Callæcis ponit, & Theodoſi Imp. patriam facit. Ptolemæus in Vaccæis deſcribit. Amb. Moralis tradit eam à nonnullis pro* Coca *haberi.* CAVCENSES *Plinij fortè.*

CAVCACI Καυκακου, *in Obydines, gente Bulgariæ, epiſcopatus. Curopalates in Officialibus Conſtantinopolit.*

CAVCADÆ, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi; circa Lagoum amnem. Plinius.*

CAVCALANDRENSEM *locum altitudine ſiluarum inacceſſum, & montium, in medio flumine (Danubio, vt puto) habet Ammianus 31. Sine* R. *legit alius codex.* „ „

CAVCANA *Portus,* καυκάνα, *Ptolemæo in Sicilia eſt, ducentis à Syracuſa ſtadiis. vt refert Hiſtoria Miſcella. Fazellus ſcribit hodie* Scalambri porto *dici. Sed idem alio in loco tradit eum* Scaramis *vocari; & ſuperiori ætate à Saracenis* Raſacaramis, *appellatum. vide* CAVCON.

CAVCASEVM *Mare, vide* PONTVS.

CAVCASIÆ *Portæ, vel Pylæ Iberiæ, circa Harmaſtin vrbem: in cuius rupe Cumania caſtellum eſt, & quæ magno errore* CASPIÆ *à multis dictæ fuere, vt Plinius tradit. Nunc ibi vrbs eſt quæ* Derbent *(quod anguſtias ſignificat) vocatur ab exteris;* Amir carpi, Tenir capi, *&* Thamir capi. *ſunt qui legunt:* Mirali *eſt apud Haithonum, corruptè. Ferrea porta, (cuius & Egeſippus meminit 5. cap. 50.) ab incolis appellari videtur: non quod ex ferro conſtet, ſed quòd locus adeò munitus, vt quemuis hoſtilem impetum facilè ſuſtineat. opidum enim ſitum eſt inter anguſtias Caſpij, vel, vt alij vocant, Caucaſi montis, & Hyrcani maris: vbi tranſitus dumtaxat patet 300 paſſuum. Hinc munitiſſima totius Orientis vrbs cenſetur. Hæc ex legatione Mariæ Angiolelli, Ioſephi Barbari, Ambroſii Contarini, & Caterini Zeni. Onomaſticon Leunclauij hoc loco habet Alexandriam ad Hyrcanum. quam ego non noſſe libens profiteor. Vide* IBERIA.

CAVCASII *Scopulum, habet Apollonius 4. circa flexionem Iſtri fluminis, verſus Cronium (ſic ille Adriaticum vocat) mare. Scholiaſtes* CAVLIACVM καυλιακον, *appellat. vide* CAVLICI.

CAVCASII *montes, qui propriè ſic dicuntur, ſunt Ptolemæo circa Oxi & Indi fluminis fontes. Vide* SCYTHÆ.

CAVCASIVM, *locus Epiſcopalis, Balſamoni, ſub patriarchatu Conſtantinopolitano.*

CAVCASVS καύκασος, *Pars Tauri montis, inter Pontum Euxinum, & Mare Caſpium.* GRAVCASVM, *i. niue candidum, à Scythis vocari, auctor eſt Plinius. (*CASIM *habet Iſidorus.)* CAVCASIÆ *Rupes, Ptolemæo.* CASPIVM *ab accolis dici, ſcribit apud Strabonem Eratoſthenes. Inferiores Caucaſi partes* COLICA κόλικα, *& inde* COLICE *regio, &* COLI *populi dici, refert Stephanus. Ea pars Caucaſi, quã Poëtæ Prometheum à Ioue alligatum fabulantur,* PROMETHEI *Iuga, vocat Propertius. &* STROBILVS στρόβιλος, *ab Arriano, in Ponti Euxini Periplo dicitur. Eadem* MARPESIA CAVTES *ab Iornande, à Marpeſia Amazonum regina; quam ibidem certum tempus demoratam eſſe ſcribit. Caucaſum, eundem eſſe cum* CORAXICO, *&* HENIOCHIS *montibus, quos Plinius in Tauro deſcribendo nominat, ex eo videtur, quòd Cyrum fluuium, quem Ptolemæus ex Caucaſo ducit, ex Heniochis montibus, (quem ait ab aliis vocari Coraxicum,) manare ſcribit.* GARAMAS *à Vibio dicitur nam Phaſim fluuium ex eo deſcendere facit. Videtur Caucaſus ex Haithono,* Cocas; *aut ex Aſiæ tabulis* Cochias *recenti vocabulo nominari. Theuetus eum* Arad, *&* Adazar *vocat, Niger eum* Albſor *nomen habere ait. Caucaſum prius* NIPHAS νίφας, *dictum; & poſtea* BOREÆ THORVS βορέου κοίτη, *tradit auctor de Fluminibus: rationesq; fabuloſas addit. Sub nomine Caucaſi Iornandes Taurum deſcribit.* CAVCASVS *eſt etiam locus circa Chium inſulã, Herodoto. Item in Arcadia, Halicarnaſſeo 1. niſi hic Thaumaſios legendum ſit, vt putat Portus. Vide* PAROPAMISVS, PHASIS, *&* TAVRVS.

CAVCENSES, *Hiſpaniæ populi, Plinio.* Cuença, *Pinetus vocat. vide* CAVCA.

CAVCHABENI καυχαβηνοὶ. *Arabiæ Deſertæ gens, apud Ptolemæum.*

CAVCHÆ *Campi, circa Cteſiphontem ſunt, Plinio.*

CAVCHI, *vide* CHAVCI, *&* CAVCHVSII.

CAVCI καῦκοι, *ſunt Ptolemæo Hiberniæ populi. vide* CHAVCI.

CAVCINVM καυκῖνον, *vinum, Falerno perſimile, habet Athenæus, à loco ſic nominatum.* CAVLINVM *per* L. *vertit Dalechampius.*

CAVCOLIBERIS, *ciuitas Hiſpaniæ eſt, in Martyrologio Vſuardi & Adonis. Vbi S. Vincentij natalem celebrãt,* XIII. *Kal. Maij. Baronius putat compoſitum ex Cauco & Celtiberi.*

CAVCON καυκων, *Peloponneſi fluuius, circa Dymen, qui in alium, Theuteas dictus; influit: & hic in Acheloum exit. Strabo. Locus littoralis Siciliæ, ducentis à Syracuſis ſtadiis diſtans, vt tradit Procop. 1. Wandalic.* CAVCANA *legit Hiſtoria Miſcella 16. & vicum vocat.*

CAVCONES, *Ptolemæo & Straboni, populi in Bithynia ſunt, circa Parthenij fluminis oſtia. quorum vrbs Teius. Sunt quoque ad Meſſenen, Peloponneſi; eodem Strabone & Callimacho. inter Pylum & Spartam.*

CAVCONIA, *vide* DYME, *&* ELEA.

CAVCONIATÆ Καυκωνιᾶται, *Homero Paphlagoniæ populi: finitimi Mariandynis, vt refert Strabo.*

CAVCONVS *fluuius,* Καυκων@. *Stephanus. idem cum* CAVCON.

CAVDA BOVIS, *vide* BOOS VRA.

CAVDI, *&* CAVDIVM, *vide* CAVDINÆ.

CAVDI *Cauponæ, locus in Italia, Horatio, Satyra 5. haud procul à Beneuento. vt habet ad eundem Commentator vetus 1. Lipſii. Sed* CLAVDI *legit ille.*

CAVDINÆ FAVCES, *Sic nominat eas Silius, lib. 8.* CAVDINVM *Iugum, Quinctilianus. vbi Romani à Samnitibus ſub iugum miſſi fuere. in Apulia, circa Aufidum fluuium, vbi Caudium vrbs.* Stretto de Arpaia *vocatur hodie. & in rei geſtæ memoriam, ipſum locum etiam dici* Iugum D. Mariæ, *ſcribit Leander.* CAVDINE FVRCVLÆ *vocantur à Val. Maximo, Liuio, & Lucano: item à Plinio in Epiſtolis.* Valle di Gardano *etiam nominari, idẽ Leander docet. Blondo* Palene *ſunt.* CAVDINI *populi circa Hirpinos, in Italia ſunt, Plinio. Et* CAVDIVM, *vrbs Samnitium, in Apulia videtur, Liuio 9. Vnde Furculæ Caudinæ.* Καύδιον *etiam Straboni, & Ptolemæo; ſed apud hunc interpretes mendosè* CLVSIVM *legunt.* CAVDI *eſt apud Antoninum: &* CAVDINVM *Coloniæ fortè, apud Frontinum.*

CAVDIVM, *vide* CAVDINE, *&* CALCIDION.

CAVDIVS, *vide* RAVDIVS, *&* CAVDINÆ.

CAVDO καυδὼ, *inſula vicina Cretæ, vbi maximi onagri naſcuntur. Suidas. Vide* CLAVDVS.

CAVDRIACVS, *vide* HYDRIACVS.

CAVE καυῆ, *magnus vicus in Bithynia videtur: Xenophonti 4. hiſtoriæ Græcor.*

CAVERNÆ *Suſis, ſic locum Africæ, vbi concilium habitum, nominat D. Auguſtinus, in Enarratione Pſalmi 36.*

CAVEROS, *vide* MYLANTIA.

CAVI, *vide* RAVDI.

CAVICLVM, *Bæticæ vrbs; Antonino. circa Menobam.*

CAVII, *Illyrici populi ſunt apud Liuium 44.* CERAVNII *autem reſtituendam putat Turnebus.*

CAVILLONVM, *vide* CABALLINVM.

CAVIOPITAVORENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.*

CAVLARIS *amnis, circa Pamphiliam videtur, Liuius 38.*

CAVLCI καυλκοι, *Germaniæ populi, Straboni. Ad Oceanũ.*

CAVLICI καυλικοὶ, *ſunt Iapydiæ ſcopuli, in Italia: Apollonio 4. Gentem vocat Stephanus, ad Ionium mare. vocantur &* CAVLIACI. *Vide* CAVCASII.

CAVLON, *vide* CAVLONIA.

CAVLONIA καυλωνία, *quõdam* AVLONIA *dicta fuit inquit Strabo.* CAVLON *apud Plinium, Virgilium, & Horatium eſt.* CAVLVM *habet Silius 14. Locrorum in Italia mons eſt, & in eo vrbs.* CALONIA *legit Etymologicon. In Calabria eam deſcribit Seruius ex Higino. Contra Tarentinam regionem, Porphyrion in Horatium:* Caſtro veto, *vel* vetore, *hodie vocari, ex Barrio & Ananienſe diſco. Stephanus Cauloniam Siciliæ vrbem facit. ſed ſuo, ni fallor more, poſtremam hanc Italiæ partem Siciliam nominans. Vide* AVLON.

CAVLONIORVM Καυλωνιων, *regionem habet Diod. 14. circa Tyrrheniam, quam ſcribit à Gallis direptam. Vocem corruptam putauerim, niſi Cauloniæ in Etruria meminiſſet Apollonius in Mirabilib. ex Ariſtotele, vt inquit. vbi ſcribit Pythagoram ſerpentem mordentem morſu necaſſe. Vide* AVLON.

CAVLVM, *vide* CAVLONIA.

CAVM, *Hiſpaniæ opidum, Antonino. inter Aſturicam & Tarraconem.*

CAVMANA καύμανα, *alueus Indi fluminis, circa eius oſtia. In Indicis Arriani.*

CAVNI, *vide* CAVSINI.

CAVNOS, *inſula eſt in mari Oceano. Proxima Tyle. ſic Zacharias Lilius, in ſuo Orbis Breuiario. Mihi obſcurum.*

CAVNVS, *Hiſpaniæ mons, in Celtiberis.* Moncayo *hodie, aliquando quoque* Caci *mons dictus, inquit Florianus: cui accinit Moralis. Inter Iberum fluuium & Turiaſonem vrbem deſcribit Gomeſius. Meminit eius Liuius, lib. 40. Eſt & Cretæ vrbs καῦνος, Stephano: Et alia Æolica, Athenæo. Doridis, vel Cariæ, in Aſia Minori quoque apud*

Ptolemæum & Herodotũ, item Plutarchum, Pomponium, & Plinium: qui eam Rhodienſibus ſubiectam ait. Cauam Caunum vocat Calaber. Magri dicitur Oliuario: La Roſa Sophiano. CAVNVS Ionica quoque inſula eſt, apud Dionyſium Afrum, & huius interpretes Priſcianum & Auienum. CAVNVS inſulæ nomen eſt quoque apud Athenæum 14. vbi Sotadem Maronitem ſubmerſum ſcribit. At hunc eundem in carcere ſitu obijſſe, ſcribit Plutarchus de Inſtituendis pueris.

CAVPHIACA καυφίακα, Perſidis vrbs, Ptolemæo.

CAVRÆ, ſanguinis riui è terra nati, fluxerunt. Obſequens.

CAVRARANI populi, Arabiæ Felicis. (ditiſſimos armento, ſignificat.) Plinius.

CAVRASIÆ, gens Bætica, apud Plinium. habet enim Hippo Caurasiarum.

CAVRENSES, vide CAVRIVM.

CAVRIANA, vide CHARAVNI.

CAVRISCI, vide GANTISCI.

CAVRITA, Coria C. Cluſio. Hiſpaniæ vrbs, circa Placentiam ciuitatem. Neſcio quis Cauritæ ex veteribus meminerit. Cauriam à Latinis iunioribus nominari; auctor mihi eſt fide dignus And. Schottus.

CAVRIVM καυειον, Luſitaniæ opidum, Ptolemæo, CAVRENSES apud Plinium.

CAVROS, vide ANDROS.

CAVS καοῦς, Arcadiæ vicus, Stephano. ex Pauſaniæ 8. vt addit. In Telephuſiæ agro eſt, vbi Æſculapius Cauſius colebatur. ALVS verterunt Amaſæus & Lœſcherus. Caus veram ſcripturam, putat Sylburgius.

CAVSENNIS, (Gauſennis per G. nonnulla exemplaria legunt) vrbs Angliæ Antonino. de ea ſic Talbotus: Citerior pars comitatus Lincolnenſis vocatur vulgariter Cayſeuen, in ea fortaſſis erat tum opidum aliquod nomine Cauſennæ, aut Caſtennæ, quod circumiacentibus agris & pagis nomen dedit.

CAVSIANI καυσιανοὶ, naſcentes lugent, mortuos autem beatos reputant. Stobeus in Encomio mortis.

CAVSINI κάυσινοι, Mauritaniæ Tingitanæ populi, Ptolemæo. CAVNI habent Latini interpretes.

CAVTI, (neſcio quo auctore) vocati, à Lhuydo ij populi in Scotiæ qui hodie Morauiam & Roſſiam inhabitant.

CAYSTRVS κάυϛρος, Aſiæ Minoris in Ionia, flumen, Homero, Pomponio, & Ptolemæo. CAYSTER Eunapio. Chias, ex tabulis ego nominarem. Caſtaldus eum Chaici vocat. CAYSTRIVM Campum, iuxta Epheſum, à Cayſtro flumine, habet Eunapius, & Stephanus. Vrbs ſic vocata eſt, apud Xenophontem 1. Cyriacor. Vide CLYSTRVS.

CAYTARIS, vrbs Epiſcopalis, ſub Amidenſi ſede. G. Tyrius.

CAZARIA, vide CHAZARIA.

CAZECA καζεκα, vicus in littore Tauricæ Cherſoneſi. Arriani Periplus.

CAZENSIS epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

CEA, Hiſpaniæ fluuius, iuxta opidum S. Facundi. Vaſæus. Vide CEOS.

CEADA, locum habet Pauſanias 4. circa Spartam, foueam ſic dictam: in qua capite cõdemnatos præcipitare ſolebant, de qua hiſtoria lectu digna, apud eundem. Huius etiam meminit Dion Pruſæus, Oratione 80. Καιαδα, per diphthongon eſt apud Strabonem 8.

CEADICTA, vide PVTEOLI.

CEBANVM caſeum præſtantiſſ. ex Liguria nominat Plinius, à loco, vt videtur. Ex marchionatu Ceue, interpretatur Dalechampius.

CEBARENSES. vide CARENSES.

CEBARSVSSI, Africæ locus: non ſemel nominatus à D. Auguſtino, contra Creſconium.

CEBELE, vide CVBELLIA.

CEBENNÆ, vide CEMMENVS.

CEBESTVS, Lyciæ ciuitas. Q. Curtius, 3. An CABESSVS Hellanici? Eſt qui Thebes hoc loco legit, & hanc lectionem video à Turnebo approbari. SEBASTVS fortè melius, cuius hoc tractu meminere Ioſephus, & Stephanus.



CEBRENIA κεϐρηνία, Troadis regio. eſt & ibidem CEBRINA vrbs; CEBRINVS, & CEBRENVS fluuius. Apollodorus, Statius, & Stephanus. Straboni quoque in Thracia eſt. Cebrenidæ ripæ, meminit Ouidius 11. Metamorph. κεϐρηια χώρα, ſine N. legebat Xylandri Stephanus, corruptè. Vetuſtior enim codex Aldinus κεβρηνια, habet. vide TROIA.

CEBRINA, & CEBRINVS, vide CEBRENIA.

CEBRVS, Antonino locus vel fluuius in Mœſia. vide CIABRVS.

CEBYRA, vide CIBYRA.

CECEI, vide MECEI.

CECIA, vide CETIVM.

CECIANI, vide TECPANI.

CECILIA κεκιλια, Syriæ vrbs, Ptolemæo. ad Euphratem fluuium.

CECILIA MELLINVM κεκιλία μέλλινον, Ptolemæo Luſitaniæ vrbs. GEMELLINA habent Latina exemplaria. Eandem cum CASTRIS VICELLIANIS puto.

CECILIONI, in Aldino exemplari Itinerarij Antonini, locus Hiſpaniæ, inter Emeritam & Salamanticam. Simlerus ex manu ſcripto dubitat num legendum ſit, CECILIVS VICVS, vel CECILIONICVS, & an idem ſit cum CICILIANA.

CECINA, videtur vrbis nomen, apud Pomponium. In Tuſcia. Ad Cecinnam fluuium.

CECINNA, Plinio fluuius Tuſciæ regionis. Hodie Cecina dici puto.

CECREN, Cumeorum colonia. Phauorinus. An corrupta vox, pro CEBRENIA?

CECRENA κέκρωα, vrbs Troadis. Phauorinus.

CECROPIA κεκροπία, vti & CEPHISSIA κεφισσία, Atticæ tribus vel vrbs. Strabo, & Pollux. CECROPIA Thucycidi 2. eſt inter Ægaleum montem & Achernas vicum. CECROPIAM inſulam habet Plautus in Trinummo. an pro Creta?

CECROPIDÆ κεκροπίδαι, pars tribus Leontidis. Stephanus. Vide ATHENÆ.

CECROPIS κεκροπὶς, regio Thraciæ. Etiam Theſſalonica gens. Stephanus. CECROPVS Mons in Attica videtur, apud Senecam in Hippolyto.

CECRYPHÆ κεκρυφαι, populi circa Pontum Euxinum, Orpheo in Argonauticis.

CECRYPHALIA κεκρυφάλεια, Diodoro, Thucydidi, Ariſtidi, & Stephano, promontorium eſt Peloponneſi. item inſula quoque ad plagam Peloponneſi Occiduam. vt habet Scholiaſtes Thucydidis. Plinio eſt CECRYPHALOS inſula contra Epidaurum Peloponneſi. eadem.

CECYLISTRIVM, opidum Galliæ Narbonenſis, apud Sex. Auienum, in ſua Ora maritima.

CECYRINA κεκύρινα, Achaiæ in Peloponneſo vrbs. Pauſanias. Sed CERYNIA reſtituit Sylburgius.

CEDAMVSENSEM Epiſcopum, babet Vict. Vticenſ. in Mauritania Sitiphenſi.

CEDAR, gens quæ non procul à Babylone tabernacula habebat Suidæ tempore. Vide ARABIA.

CEDASA κέδασα, Tyriorum vrbi propinqua, & Galilææ regioni: Ioſepho belli Iudaici 2. cap. 19. & Antiq. 13. cap. 9. quæ eadem 1. Machab. 11. GAZA γάζα, vocatur. an eadem cum Cadeſa?

CEDEBRATIS, ciuitas ſub monte Ænoandron, in Lycia regione. Ioan. Moſcus, in Prato Spirituali.

CEDEI κήδιοι, populi, apud Q. Calabrum, lib. 6. Circa Troiam mihi videntur, non autem affirmo.

CEDENSEM quendam Pythoum, habet Demoſthenes in Euergem. A tribu Attica, ſic nomen habuiſſe arbitror.

CEDES, Palæſtinæ locus: Ioſue 15. & 19. in Galilæa, montis Nepthalim. CEDESIS eſt Ioſepho. In ſuperiori Galilææ eſt. CEDES etiam eſt 4. Reg. 15. quo loco CYDIDA legit Ioſephus, 9. Antiq. 11. CEDES quoque meminit Ioſua 12. vbi Ioſephus Antiq. 5. cap. 1. CÆDESA legit.

CEDIAS vicus, à Sinueſſa ſex millibus abeſt. Plinius 14. cap. 6. CEDIANORVM meminit vetus inſcriptio, quæ Sinueſſæ exſtat. Africæ vrbs quoque Cedias, D. Auguſtino, & Cypriano. CEDIENSIS gentile eſt, in Coll. Carthag.



CEDIMOTH κεδιμωθ, Locus Ioſue. 13.

CEDMARON Epiſcopatus ſub Ediſſena ſede. G. Tyrius.

CEDMONÆI κεδμωναῖοι, Palæſtinæ gens: Geneſ. 15. CHADMONÆI, Pagnino. CETHMONEI, D. Hieronymo.

CEDOCTVS, vide CEDVCTVS.

CEDRANITÆ κεδρανῖται, Arabiæ Felicis gens. Stephanus. ex 3. Arabicorum Vranij.

CEDREÆ κεδρέαι, Cariæ vrbs, Stephano, & Xenophonti. ſed hic per ει in ſecunda.

CEDREI, Arabiæ Petreæ gens, Plinio.

CEDRIO Κεδρίω, mons proximus Idæ, in Creta Inſula: Theophraſto 3. Hiſt. Plantar.

CEDRIPPO, loci nomen eſſe, in Hiſpania, apparet ex antiquo marmore, quod Moralis exhibet. In Bætica eſt.

CEDRIS κέδρις, Ptolemæo Sardiniæ fluuius.

CEDRON, vrbs eſt, 1. Mach. 16. Torrens 4. Reg. 23. & 2. Paralip. 15. Vallis inter Hieroſolymam & montem Oliueti; 4. Reg. 23. & Ioſepho, 8. Antiq. 1. & 6. Belli Iudaici 7. vbi & CEDRON Vallem habet. item & Egeſippo 5. cap. 4.

CEDROPOLIS κεδρόπολις. pars Thraciæ ſic olim vocabatur. hic homines ſocietate accipitrum per paludes aucupantur. Ariſtot. de animal. Hanc Cedropolim Plinius ſupra Amphipolim ponit. ſic quoque idem Ariſtoteles in Mirabilib. Geſnerus capite de Accipitre vbi hunc locum citat, dicit Cedropolim in Caria ab auctoribus poni. quod mihi non conſtat, niſi ſit ex Stephano, vbi κεδρέαι πόλις καρίας. Vide CHARIOPOLIS.

CEDROSIA, vide GEDROSIA.

CEDROSSI κεδρωσσοι, gens ad mare Rubrum. Stephanus. Fortè GEDROSI.

CEDRVS κέδρος, fluuius Europæus, inter Myſos videtur, apud Dionem 51. An Ciabrus Ptolemæi? Negat hoc Leunclauius, qui HEBRVS legendum adſirmat.

CEDVCTVS κηδύκτος, loci nomen, Curopalati, Zonaræ, & Cedreno. in Thracia fortè. circa Byzantium videtur.

CEELETHA. vide MACELATH.

CEFALODVM, vide CEPHALOEDIS.

CEFRVM, vide CEPHRO.

CEILAM, Palæſtinæ opidum: Ioſue 15. & 1. Samuel. 23. CILLA κιλλα, Ioſepho. Abacuc prophetæ monumentũ hic.

CEIRA, Getarum ſpelunca, ſic dicta, Dioni 51.

CEIVS, vide BRYLLIVM.

CELA κέλη, erat nomen ciuitatis, quæ antea CILA κεἰλα, vocabatur, in qua repertus fuit Abacuc. At BERATHSATIA βηραθσατία, locus eſt circiter decem ſtadiis ab ea ciuitate diſtans; in quo Michææ ſepulcrum erat, quod monumentum FIDELE πιϛὸν, vocant indigenæ, & lingua patria NEPHOAMEMANA νεφοαμέμανα, vel νεφσαμεμμανα. Hæc Sozomenus & Calliſtus in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria.

CELADONE κελαδώνη, vrbs Locridis, Stephano. ex 1. Gigantiadum Dionyſii.

CELADVS κέλαδος, Arcadiæ fluuius, in Alpheum ſe exonerans. Pauſanias, Homerus, Strabo, & Callimachus.

CELADVSE, Hadriatici maris inſula, apud Pomponium. CELADVSSÆ multitudinis numero, habet Plinius. Laguſta nonnullis interpretatur, inquit Hermolaus. & eam locat inter Corcycã Nigram, & Garganũ montem.

CELADVSSA, vide RHENA.

CELÆ, inſula ante Troada. Plinius.

CELÆNÆ κελαιναί, locus in Atticæ & Bœotiæ confinio. Suidas in verbo αισωτερία. Item vrbs Phrygiæ, apud eundem & Arrianũ 1. Alex. item Xenophontem 1. Cyriacor. vbi eius deſcriptio quoque. De his prolixè Dion Pruſæus Oratione 35. Vide APAMEA.

CELÆNVS κελαινὸς λόφος, mons Galatiæ, Ptolemæo. Vide TAVRVS.



CELÆTHI κελάιθοι, Theſprotica gens, Stephano.

CELETHRA κελαίθρα. Bœotiæ vrbs, vicina Arnæ. Steph.

CELAMA κελάμα, Ptolemæo eſt Mauritaniæ Cæſarienſis opidum. Ned Roma apud Marmolium.

CELANDVS, vide ALESTES.

CELBIS, vide GELBIS.

CELEÆ κελέαι, Peloponneſi vrbs, in Sicyonia. quinq; ſtadiis diſtat à Phliunte. Pauſanias.

CELEBANDICVM Iugum, Hiſpaniæ Tarraconenſis. Sex. Auienus.

CELEBENI κελεβηνοὶ, gens. Lexicon Phauorini.

CELEBRINA, vide CELERINA.

CELEDENSIS cuiuſdam diaconi Anniani, meminit D. Hieronymus, epiſtola 79. ad Alipium & Auguſtinum. Niſi CHALCIDENSIS ſit legendum.

CELEGERI, Mœſiæ in Europa populi, Plinio.

CELEIA, vide CELIA.

CELELATES, CERDICEATES. Liuius 32. Ligurum populi ſunt.

CELEMANTIA κελεμαντια, Germaniæ opidum, apud Ptolemæum.

CELENA, vide CELENNA.

CELENDERIS κελενδερίς, Apollodoro, Ptolemæo, Ioſepho, & Tacito, Ciliciæ opidum. CELENDERITIS eius regio appellatur, apud Plinium. Vrbs vocatur nouo nomine Palopoli, vt Niger perhibet: ſed vt Mercatori placet, Crionero. Portus Peloponneſi, in Argia, Pauſaniæ.

CELENNA, Virgilio, 7. Æneid. locus in Campania. Iunonĩ ſacer eſt, teſte Seruio. CELENA Colonia, eſt in Goltzij Theſauro. ex Veſpaſiani nummo.

CELEON χελεών, Palæſtinæ regio, verſus Auſtrum videtur. Iudith 2.

CELERINÆ Baſilicæ, Carthaginis, meminit Optatus Afer. Alius codex habet CELEBRINÆ.

CELERINI, Citerioris Hiſpaniæ populi, Plinio. Vide COELERINI.

CELETÆ, vide COELALETÆ.

CELETRVM, Macedoniæ vrbs, Liuio 31. Oreſtidis regionis, vt videtur. In peninſula eſt, & lacus mœnia eius cingit.

CELEX, vide LYCVS.

CELEZENE κελεζηνή, Armeniorum regio, prope Melitenem: quæ CELZENE κελζηνή, à nobis appellatur. Suidas. Apud Euſtathium eſt κελσήνη, & κελτζηνη. CELZENE Curopalati.

CELIA κέλεια, Norici opidum, Ptolemæo, Antonino, & Plinio: Cili, Villanouano. CELEIANI MVNICIPII mentio eſt etiam in epigrammate antiquo, eius loci. ſed & coloniam facit Onuphrius, ex antiquo marmore. CL. CEL. pro Claudia Celia, in marmoribus legi, docet M. Velſerus. Straboni, & Ptolemæo Apuliæ Peucetiæ vrbs. quæ Cilio Leandro Alb. CELIAM in Campaniæ habet Diodorus, à Q. Fabio expugnatam. CELIA vnde Pandarus & Amphridraſtus ſuppetias Græcis tulit. Sic Dares Phrygius. Sed ZELIA melius legit meus membraneus. vide CELIANVM.

CELIDA κέλιδα, Pentapoleos regionis, in Africa opidum, Ptolemæo.

CELIEM. Varro de re ruſtica 1. Multos agros egregios colere nõ expedit, propter latrocinia vicinorum: vt in Sardinia, propè Celiem. Vrſinus ſuſpicatur Caralim legendũ.

CELIA à Gargano ad Brundiſium coluere. ſi fides M. Catonis, quæ circumferuntur, Originibus.

CELIMEOS, Epiſcopatus ſub ſede Ediſſena. Guil. Tyrius.

CELINIVS, vide CELSIONIVS.

CELIOMONS, vide CÆLIOMONS.

CELIS, vide OCELIS.

CELIVM, vt legit apud Antoninum, Varrerius; vrbs Hiſpaniæ: quam, aliquibus fretus coniecturis, putat Ceico eſſe, prope Tomar vrbem.

CELLA, vide CAPVT CILLANVM, CENTVM CELLÆ, CELLAS, & VRSIDVNGVM.

CELLÆ, locus Macedoniæ, Antonino, inter Heracleam & Ediſſam.

CELLAE S.Iudoci, meminit S.Lupus in Epiſtolis. Ad oſtium Cantij eſſe, ex Maſſono didici: inter Stapulas & Monſtralium. S. Ioſſe hactenus nominatur. Monaſterium eſt in Arteſia, ſiue Atrebatibus.

CELLÆ PINCENTINÆ, Africæ Propriæ locus, Antonino. Simlerus dubitat num Byzacenis legendum ſit.

CELLARARSATH, vide ISTVS.

CELLAS, vicus Tripolitanæ regionis, in Africa, Antonino. CELLA fortè in lib. Notitiar.

CELLIA κελλία, loci nomen, 70. ſtadijs à Nitria Ægypti. Sozomenus lib. 6.

CELLIVM, vide CELIVM.

CELLONÆENSES κελλωναεῖς, Scythica gens. Phauorinus.

CELLVLÆ, locus in Ægypto, vbi Pampus habitabat. Freculphio teſte.

CELNIVS κελνίος, Albionis inſulæ fluuius, Ptolemæo. κελλιος legebat M.S. exemplar. Killian nunc, Cãdeno.

CELOMVM, vide GELONIVM.

CELONÆ κελωναι, Aſiæ opidum, Diodoro ad finem lib. 7. Perſici imperij videtur, circa Mediam.

CELSA κέλσα, Ptolemæo Ilergetum in Hiſpania vrbs. Aliæ ab hac, eſt ad Iberũ flumen ſita, vt Strabo teſtatur. CELCENSES habet Plinius. Numiſmata aliquot antiqua ænea Augusti & Tiberij Impp. in Hiſpania reperta, vidi his notis COL. V. I. CELSA. quas ſic interpretatur meus Goltzius (cui in legendis numiſmatibus haud facilè parem reperies) COLONIA VICTORIA IVLIA CELSA. VICTRIX autem pro VICTORIA mauult legere Ant. Auguſtinus. Xelſa hodie dici, ſcribunt Onuphrius, & Moralis. hic tamen addit potius in alium locum ignobilem, hinc leuca diſtantẽ, incidere: quem vulgo Vililla nominant. cui accinit Ant. Auguſtinus, 6. Dialogor.

CELSINA inſula, inter Italiam & Siciliam, Antonino. vide CVRRITANA.

CELSIONIVS Mons, in Chio videtur, apud Germanicum in Aratum. Sed idem CELINIVS legit, alio in loco. An corruptè fortè, pro PELINÆVS.

CELSITANI κελσιτανοὶ, Sardiniæ populi. Ptolemæus.

CELTÆ, populi in Epiro, Ant. liberali. CELTAS appellatos antiquitus qui in vtraque parte Rheni habitabant, auctor eſt Dion. 39. Germani ſunt Rheni accolæ, Suidæ. CELTÆ etiam propriè ſunt Galliæ Narbonenſis incolæ. vt teſtatur Strabo. qui putat ceteris Gallis hinc nomen inditum. Vide GALLIA, & GALLOS.

CELTI κελτοι, Straboni ſunt Hiſpaniæ populi, circa Bætim fluuium. Herodoto ſunt extra cippos Herculis, Cyneſiis finitimi, omnium ad Occaſum habitantium vltimi. Hinc Iſtrum fluere, ex vrbe Pyrrhena ſcribit. Fabula videtur. Ignota, & ſibi prorſus incognita, narrat. vide CELTICI.

CELTIBERES κελτίβηρες, apud Ptolemæum Hiſpaniæ Tarraconenſis gens. CELTIBERI aliis. Sil. Italicus: Venere & Celtæ ſociati nomen Iberis. Vide HISPANIA.

CELTICA, ciuitas Hiſpalenſis conuentus. Plinius. CELTICAM deſcribit Plutarchus in Mario, inter Mare Externum, & Mæotidem paludem. CELTICAM itaque pro EVROPA verè ſumit Ptolemæus, 2. Quadrip. vide GALLIA Lugdunenſis, & CELTVM.

CELTICI, Hiſpaniæ Citerioris populi, apud Plinium. quorum alteros NERIAS, alteros PRÆSAMMARCOS cognominat. Hos etiam nouit Pomponius, circa Celticum promontorium. Hodie Alcudiam habitant, vt placet Pineto. κελτικοὶ alij ſunt Ptolemæo: qui partim Bæticam, partim Luſitaniam habitant. Hi CELTI ſunt Straboni.

CELTICVM Prom. vide ARTABRVM.

CELTOGALATIA, vide GALLIA.

CELTOLIGYI, vide GALLOLYGVRES.

CELTOS, vide CELTROS.

CELTORII κελτορίοι, Galliæ populi, prope Senones ſunt Plutarcho in Camillo. Vocem corruptam æſtimo.

CELTOSCYTHÆ, gens Septentrionalis, ad Oceanum, Straboni 1. & 11. item Plutarcho in Mario. ex quibus Germanoſcythas facit Xylander. Vide HISPANIA, & GERMANOSCHYTÆ.



CELTROS κέλτρος, Lycophroni ſtagnum quod in Euxinum ſe exonerat. CELTOS, ſine R. legitur in ora libri, ſincerius. ita quoq; apud Lycophronem Latinum. Danubij paludoſa oſtia ſignificari credo.

CELTVM vrbs Hiſpaniæ, inter Hiſpalim & Auguſtam Emeritam, Antonino. An Celtica Plinij?

CELTZENEHER, vide CELEZENE.

CELTVS, vide CELTROS.

CELVIANA loca, ſic dicta. vide VALENTINIANOPOLIS.

CELVSÆ, vide COELOSSA.

CELYDNA, vide ELYDNA.

CELYDNVS, vide PEPYLYCHNVS.

CELTZENE, vide CELEZENE.

CEMANDRI, populi in parte Illyrici; ad caſtrũm Martena. Jornandes auctor.

CEMBANI, ſunt Arabiæ Felicis populi, apud Plinium.

CEMELANVM, & CEMELION, vide CEMENELEVM,

CEMENELEVM κεμενέλεον, Ptolemæo, CEMELION, Plinio. Vesdiantiorum, vt Ptolemæus, vel Vediantiorum, vt Plinius legit, in Liguria opidum. CEMENELVM Antonino eſt, quod Cænalis Cenez vocat, ſed dubitans. CEMELANENSIVM meminit Lib. Notitiar. In Alpibus Maritimis. Hoc loco, vt ſcribit Leander, Varus fluuius originem ſumit; diciturq; nunc Monte Cameliono. ſed hoc montis nomen eſt, non vrbis.

CEMINORIS, vide COMMORIS,

CEMMENSIS Eccleſiæ Africanæ Epiſcopum, nominat Honorius, inter Eccleſiaſticos ſcriptores, Victorem. Alij CVMMENENSIS legunt.

CEMMENVS κέμμενοὶ, Ptolemæo, & Straboni, GEBENNICI Melæ, GEBENNA Plinio & Auſonio. item inconſtanter CEBENNÆ, & CÆBENNÆ pluraliter. Galliæ mons eſt: quem Vinetus, Nozorenus & Villanouanus Montaignes d'Auergne vocãt. Poldus Montaignes de Ceuennes appellat. Horum montium partem hodie Tarara nomen habere, ſcribit Budæus, lib. 4. de Aſſe. Vide GEBENNA.

CEMPSI κεμψοὶ, populi ſub pede Pyrenæi montis degentes, Dionyſio & Euſtathio. A parte Hiſpaniæ videntur. Horum meminit quoque Auienus.

CENA, Siciliæ locus, apud Antoninum.

CENABVM, vide GENABVM.

CENÆI κεναίοι, Palæſtinæ gens. Geneſ. 15. item 1. Reg. 15. inter Amalechitas habitare videntur. CINÆI habet D. Hieronymus; CHENÆI Pagninus. SALAMÆI pro ijs legit Chaldeus. SALAMII apud Strabonem ſunt. Vide SICIMA.

CENÆVM κέναιον, Ptolemæo & Straboni Eubœæ inſulæ promontorium. Plinio CÆNEVM. quod Niger Canaia, Sophianus autem Cabo litar indigitat.

CENCHREÆ κενχρέαι, Corinthiorum nauale, eſt apud Ptolemæum, & ceteros: ad Saronicum ſinum. Troadis vrbs, eſt apud Stephanum. Eidem eſt quoque Italiæ. An etiam inſulæ nomen ſit apud Plinium 4. cap. 12. ignoro. Gelenium aliter ſentire ſcio.

CENCHRIVS κένχριος, fluuius eſt in Epheſiorum regione: Tacito 3. Annal. & Pauſaniæ in Achaicis.

CENCVLIANENSIS Plebs Africæ, nominatur in Coll. Carthag.

CENDEVIA palus, in Phœnicia, iuxta Carmeli montis radices. vnde Belus fluuius naſci creditur, inquit Plinius.

CENEDA, Venetæ regionis opidum. Agathias 2. Κενεστα, autem corruptè legit Bon. Vulcanij codex. Nomen retinet. Inter Liquentiam & Anaſſum flumina. CENITA eſt apud Fortunatum, in Vita D. Martini. CENETENSIS Epiſcopi in Hiſtria, (quæ vicina aut eadem cum Venetia) meminit Synodus VI. Conſtantinopolitana. Huius non ſemel memoria eſt apud Diaconum in Longobard. Eſt qui putat ACEDVM Ptolemæi: & bene, ni fallor.

CENENSIS Plebis, Africæ; meminit Coll. Carthag.

CENERETH κενερέθ Palæſtinæ locus. Ioſue 19. Vide TIBERIAS.

CENE-



CENERIVM κενέριον, Peloponenſium opidum, Elidis regionis. Strabo.

CENEROTH mare, Chaldeus legit GENOZZAR. Ioſue 11, GENESARETH à D. Marco, & Ioſepho vocatur.

CENESPOLIS κενησπολις, vrbis nomen in Hiſpania, Polybio 10.

CENESTA, vide CENEDA,

CENESTVM κένεστον, Corſicæ inſulæ vrbs. Ptolemæus. CENESTENSIS Epiſcopi, meminit Collat. Carthag.

CENETENSIS, vide CENEDA.

CENEZÆI, κενεζαίοι, Palæſtinæ gens. Geneſ. 15. CHENIZÆI Pagnino.

CENI vrbes, 1. Samuel. 30.

CENICENSES, Galliæ Narbonenſis populi, apud Plin.

CENIENSEM regionem Thraciæ, in qua Byzia vrbs, non longè à Flauiopoli, Solino. vide CÆNI.

CENIMAGNI Cæſari ſunt Albionis inſulæ populi. Glareanus eos Kunnan appellat. eoſdem cum ICENIS eſſe docet Camdenus in ſua Britannia.

CENINA, vide CÆNINA.

CENIONIS κενίωνος, fluuij oſtia, habet Ptolemæus in Litore Meridionali Albionis inſulæ: Vale mihi nũc videtur.

CENIRIVM, vide CENERIVM.

CENISSVS, vide CRINISVS.

CENNABA κενναβα, mons in Mauritania Cæſarienſi, Ptolemæo. Per I. in prima ſcribunt interpretes.

CENNESSERI, Amatheorum opidum, Arabiæ Felicis. Plinius.

CENNI κεννοι, Xiphilinus in Caracalla. Bellum geſſit cum Cennis, gente Celtica. Germanica nimirum.

CENOBOSIVM, vide CHENOBOSCIA.

CENOMANI κενομανοι, Ptolemæo Italiæ populi, in Italiæ Tranſpadana. item Plinio qui duplici NN. in vltima ſcribit. Horum veſtigia extare in opidulo Bergomatis agri, quod Cenum vocant, in valle Seriano populariter dicto, ſcribit Chryſoſtomus Zanchus in ſuo de Orobiis libello. Sunt & Cenomani in Gallia Lugdunenſi, Plinio Cæſari & Ptolemæo. qui hodie Pays de Maine. Sed & in Gallia Narbonenſi aliquando habitaſſe, in Volcis, auctor eſt Plinius 3. cap. 19. Supra Venetos Carnis vicinos habet quoque CENOMANOS Strabo. vide AVLERCI, & OROBII.

CENON, Italiæ opidum, Antiatum imperij, à Numicio captum. Liuius 2. CERION in vetuſtis libris vocari, adnotauit Sigonius. An Καιεων Diodori?

CENOPOLIS, Egeſippo Palæſtinæ vrbs. Vide CÆNOPOLIS.

CENSIS Epiſcopatum habet in Tripolitana Africæ regione Vict. Vticenſ. M S. at OEENSIS fortè legendum.

CENTA κεντα, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs mediterranea, teſte Ptolemæo. Marmolius ſcribit eã hodie Benibuhalul appellari. CENTENARIENSIS Plebs. vide CENTVRIONES.

CENTAVROPOLIS, caſtellum ſiue præſidium, in Theſſalicis mõtibus: Oſſæ nempe, circa Tempe. Procop. 4. Ædif. ibidem CENTAVRICI Montes ſunt: in Euripidis Iphigenia in Aulide.

CENTAVRVS, vide LYCORMAS.

CENTESIMVM, vide AD Centeſimum.

CENTHIPPE κενθίππη, locus in Argo. Etymologicon, & Phauorini Lexicon.

CENTIPOLEOS Præſulem fuiſſe Ieſum cognomine Iuſtum, vnum ex 70. diſcipulis, lego apud Volaterranum 19. Vrbanor.

CENTOBRICA, Celtiberorum vrbs, in Hiſpania, quam Valer. Max. lib. 5. cap. 1. ſcribit à Q. Metello obſeſſam. Sed CONTREBIAM eandem vocat Paterculus, & L. Florus. Contrebiæ etiam Liuius meminit. An CONTRIBVTA κοντριβοῦτα, Ptolemæi ſit, videant alij, ego nec aio, nec nego. CONTREBIAM Liuij, COMPLEGAM κομπλεγα, Appiani eſſe ſcio.

CENTODEMVM κεντοδημον, Thraciæ locus, in Myſia inferiore. QVINTODEMVM vertit Arnoldus Veſalius. Procop. 4. ædif.



CENTON κεντων, Thraciæ caſtellum, in Myſia Inferiori, poſt hoc erat munitio TRISMACARIA, id eſt, ter beata dicta. Procop. 3. ædific.

CENTONARIVM Burgum, vide BORGVM. Centonarium.

CENTORES populos Scythicos, habet Flaccus 6. Maſerius eius Scholiaſtes dicit Pomponium eos CENDONAS appellare: citans eius locum ex principio lib. 2. vbi legitur, Ab eis Eſſedones vſque ad Mæotida. Pro Eſſedones ipſe mendosè Cendonas legit.

CENTORIPE, vide CENTVRÆPÆ.

CENTRITES κεντρίτης, fluuius eſt qui Armeniam à Carduchis diuidit: Xenophon 4. Cyri exp. Inter Mediam & Armeniam eum fluere, ſcribit Diodorus. 14.

CENTRONES, Neruiorum clientes, Cæſari, in Gallia Belgica. S. Truyden. opidum Brabantiæ, diœceſis Leodienſis, putat H. Leodius. Becanus verò Cortrijck vocat Flandriæ opidum, ad Scaldim. S. Truyden, vt hoc addam, Meierus antiquiori vocabulo SARCINIVM vocat, ſuper Ciſindriam riuum. Vide Sigibertum fol. 98. & Diuæũ 21. CENTRONES item Cæſari, 1. Belli Gallici, Straboni, & Antonino, populi ſunt in Graiis alpibus. Tarantaiſe interpretantur hi à Marliano, Vigenereo, & Scudo. item libro Prouinciarum. Sed hos nonnulli CEVTRONES apud Cæſarem debere vocari autumãt. Lectorem etiam ignorare noluerim, pro Centrones, in excuſis Plinij exemplaribus legi ACITAVONES.

CENTVLA, Monaſterium antiquitus fuit, nunc eſt opidum, Diui Richarij nomen gerens. ſic Pap. Maſſonus, & Iacob. Meyerus. In Gallia eſt: Pontinæ regionis.

CENTVM CELLÆ, Ammiano, Rutilio, & Antonino eſt Tuſciæ vrbs; meminit eius quoque Plinius in Epiſtolis, & Procop. 2. Gothicor. Hanc Leander Forcelle nominat. Ciuita vecchia Collenutio, & Ioſepho Caſtalione, in Rutilium. Vide FORVM CELLÆ.

CENTVM COLLES, Sambuco auctore eſt Hungariæ opidum, quod Germani Hundertbuhel vocant. (id Latinè centum colles ſonat.) Hungaris verò Zathalon eſt. ἑκατὸν βουνός, eſt apud Cedrenum.

CENTVRÆPÆ κεντουρίπαι, Ptolemæo. CENTORIPE κεντορίπη, Straboni. Siciliæ vrbs mediterranea. CENTVRIPINI, Plinio. Centorui hodie appellari dicit Fazellus.

CENTVRIA, vide FORTVNATÆ.

CENTVRINVM κεντούρινον, Ptolemæo eſt vrbs, in Corſica inſula. quæ Centuri Pineto.

CENTVRIONES vel AD Centuriones, Antonino Hiſpaniæ vrbs, verſus Narbonenſem Galliam. In ipſis Pyrenæis, vt videtur. Africæ quoque locus, apud Optatum Afrum. cuius epiſcopum Nabor vocat. In canonibus Carthaginenſis concilij Quodvultdeus quidam eius epiſcopus vocatur. CENTVRIENSIS, & CENTVRIANENSIS meminit Vict. Vticenſ. item CENTENARIENSIS.

CENTVRIPINI, vide CENTVRÆPÆ.

CENTVS κεντος, Ptolemæo eſt Arabiæ Felicis vicus.

CENVM, vide ARTOBRIGA.

CENVS, vide CÆNIS.

CEOS, inſula quam noſtri quidam dixere CEAM, Græci HYDRVSSAM, inquit Plinius. qui eã in Mari Aegæo, inter Eubœam, (cuius aliquando pars fuit) & Bœotiam collocat. Inter Cythnũ & Helenam deſcribit Philo in Oratione contra Flaccũ. CIA κία, Ptolemæo, κέως Straboni dicitur. De ea Ouid. Epiſt. 19. Inſula Coryciis quondã celeberrima Nymphis. Coryciis fortè mẽdosè, pro Caryſtiis. hanc enim inſulam olim Nymphas tenuiſſe ſcribit Heraclides in Politijs: à leone autem terrefactas in Caryſtum traieciſſe. Etſi Carycias Nymphas quoq; nouerim, ſed iuxta Parnaſſum montem. COA quoque malè legi puto non ſemel apud Tibullum 2. & Propertium 4. pro CEA: teſtes Plinius, & Solinus, ex Varrone: qui Ceæ non Coæ ſubtilioris veſtis laudem tribuunt. Male citat hunc locum Iſidorus, vbi

*rus, vbi hanc laude Coo inſulæ, Hippocratis patriæ tribuit. Adeant de hac voce ſtudioſi Brodæi Miſcellanea, cap. 22. lib. 2.* Zia *hodie dici, inquit Niger. Sed ſciendum, quòd Pintianus loco Ciæ legit Cios, apud Ptolemæũ. vide* CIVS.

CEPASIÆ, *vel* AD *Cepaſias, locus in Rhætia; apud Antoninum.*

CEPHA, *Meſopotamiæ vrbs, Lib. Notit.* CEPHA *Caſtellum non ſemel nominatur in Chalcedonenſi concilio. An aliud ab illa, ignoro.*

CEPHALÆ, *Municipium Acamantiæ tribus eſt Suidæ. Vide* CEPHALAS.

CEPHALAS κεφαλὰς, *Plutarcho in Dione, & Straboni, Promontorium Africæ eſt; altum & ſiluoſum, ad Magnæ Syrtis initium. Hoc* TRIERVM *ζείρων, Ptolemæi eſſe ſcribit Mercator. ſed eſt* κεφαλαι. CEPHALÆ *quoque Ptolemæo. Fefellit Mercatorem Latinus interpres, qui hoc loco mancus eſt.* Cabo Meſurata *dicitur à Fazello.*

CEPHALENIA κεφαλληνία, *Jonij maris inſula. Ptolemæo. quondam* MELÆNA *dicta, vt auctor eſt Plinius. Item* SAMOS *&* SAME σάμος καὶ σάμη, *ex Homero, Straboni. Sunt qui* TAPHOS *eandem eſſe dicunt. & Taphios, Cephalenios vocãt, vt Strabo teſtatur, lib. 10. Cephallenia duplici* LL. *ſcribit Stephanus. & Manutius in ſuo Orthographiæ opere. vide* DVLICHIVM, *&* SAMOS.

CEPHALOEDIS κεφαλοιδὶς, *Plinio & Ptolemæo, Siciliæ vrbs eſt:* Ceſalu *à Leandro nuncupatur.*

CEPHALON, *vide* ROMA.

CEPHALONNESVS, *Carcinitis Sinus inſula, apud Plinium.* Rubea iſola *interpretatur à Pineto. Ptolemæo & Ammiano, vrbs eſt.*

CEPHALOTOMI *populi, ad Pontum Euxinum, circa Caucaſum. Plinius.*

CEPHALVS *vrbem ſibi cognominem condidit, in Taphiorum inſulis. Apollod. 2. Deor. Apud Heſychium quoque vrbis nomen, quàm Aous fluuius præterfluit, in Cypro.*

CEPHEIDÆ, *vide* ÆTHIOPIA.

CEPHENES, *vide* CHALDÆA, *&* PERSIA.

CEPHENIA, *vide* LIBYA, *&* ÆTHIOPIA.

CEPHERITÆ, *vide* CEPHIRA.

CEPHESIDA, *lacum eſſe iuxta Atlanticum mare, quem Mauri vocant* ELECTRVM, *ſcribit Aſarubas apud Plinium, lib. 37. cap. 2.*

CEPHIRA κεφιρα, *Palæſtinæ locus, Ioſue 9. D. Hieronymus legit* CAPHARA. CEPHERITÆ κεφηρειται, *ſunt apud Joſephum 5. Antiq. 11. vna cum Gabaonitis habitabant haud procul à Hieroſolyma.*

CEPHISIA κηφισια, *villa, circa Athenas eſt vbi Herodis villa. Gellio 1. cap. 2. & 18. cap. 10. & Philoſtrato in vita Herodis Sophiſtæ.* CEPHISIADVM *Templum hoc Tractu deſcribit Laërtius in Platone.*

CEPHISIADIS *tribus, Andreidis, tractus Bœotiæ. Pauſanias.*

CEPHISSIS, *lacus apud Homerum,* Ιλιαδ ε. *Vide* COPAIS.

CEPHISSVS κηφισσός, *Argiæ fluuius eſt Pauſaniæ, & Straboni: cui plures ſunt huius nominis fluuij. alium enim habet in Bœotia, qui oritur ex Lilæa, Phocidis vrbe. Hunc ſcribit Polyænus Parnaſſum & Aedylium montes diuidere. Alium Atticæ, apud Trinemios ortum, qui circa Athenas in mare emittitur. Hunc Eleuſinem inundaſſe tempore Hadriani Imp. narrat Euſebij Chronicon. Ad eandem pontem exſtruxiſſe eundem Imp. tradit Caſsiodori Chronicon. in Salamine alium. præterea in Sicyone. & in Scyro. denique Apolloniæ Epidamno vicinæ, tradit fontem quendam Cephiſſum nominari.* CEPHISSVM *ex Parnaſſo deſcendentem habet Periegeſis Dionyſii. Bœotiæ hunc eſſe reor. Septem itaque huius nominis fluuij.*

CEPHRO κεφρώ, *Euſebio regionis nomen, in quo locus Colluthium* κολλούθιον, *dictus: ad quem Calliſtus ſcribit deportatum ex Libya in exſilium, Dionyſium quẽdam Chriſtianum.* CEFRVM *habet Lib. Notit. in Ægypto.*

CEPI κῆποι, *id eſt horti, loci maritimi nomen apud Cedrenum. vbi Mæander fluuius in mare illabitur. vide* CEPVS.

CEPIANA κεπίανα, *Celticorum in Luſitania vrbs. Ptolem.*

CEPIDA, *vide* GENTIADA.

CEPOE, *vide* CEPVS.

CEPONIANVS, *vide* FVNDVS.

CEPVS κῆπος, *vrbs ad Pontum Euxinum, in Corocondama peninſula, Straboni, & Diodoro, 20.* CEPOE *Pomponij, &* CEPI *Plinij eſt. Vide* HORTVS, *&* APSASIVM.

CERACA κεράκα, *Macedoniæ vrbs, circa Lychnidem paludem. Polyb. 5.*

CERÆSTES κεραίστης, *locus Mileti. Phauorinus.*

CERÆTEM, *vide* BENA.

CERAMBYCAS, *vide* CARAMBVCIS.

CERAMICVS κεραμικός, *Atticæ locus editus. eſt & municipij nomen. Locus etiam Athenis. Suidas. Extra huius mœnia eſt, Platoni in Parmenide. Vide* CERAMVS, *&* NILI OSTIA.

CERAMIS, *Municipium tribus Acamantiæ, Suidæ.*

CERAMORVM *Forum,* κεραμων ἀγορὰν, *Aſiæ Mi oris vrbs, in finibus Myſiæ. Xenophon 1. Cyri expeditionis.*

CERAMVS, *opidum Aſiæ Minoris, apud Plinium, in Mæonia videtur. Idem opidum habet ſic dictum in Arconneſo inſula, circa Cariam. Doridis opidum littorale, eſt Ptolemæo* κέραμος, *(idem puto cum eo quod à Pauſania in Caria Thracica deſcribitur.) vnde Mela & Herodotus Ceramicum ſinum appellant.*

CERAMVSSA, *in Africa locus ſic dictus, teſte Collatione Carthagine habita, ſub Honorio Jmp.* CERAMVNENSIS *Plebis, ibidem memoria.*

CERANGE κεράγγη, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæo.*

CERAS, *huius* CERADIS, *nomen loci. Sic Priſcianus. Apud Indos locus: Ariſtoteli in Admirandis, in quo ait piſciculos per ſicca oberrare, ac mox in flumen ſe recipere. Vide* CORNV.

CERAS *Auſtri. vide,* AVSTRI CORNV.

CERASA, *ſic dicitur Interior Perſis. Hiſt. Miſcella 19.*

CERASSON, *Epiſcopatus ſub ſede Boſtrenſi. Guil. Tyrius.*

CERASTÆ, *populi Æthiopiæ, in Syene inſula, latere Arabiæ, Plinio 5. cap. 9. in* caſtra *margine erat, pro Ceraſtæ.*

CERASTIS, *vide* CYPRVS.

CERASVS κέρασος, *Ptolemæo Ponti Cappadocici opidum eſt. Ponti Polemoniaci eſt in concil. Epheſino. Apud Arrianum, in Euxini Periplo,* PHARNACEA φαρνάκεια, *quoque vocatur. Sed ſic Plinius regionem nominat. A Mercatore* Cheraſoda *interpretatur. Mar. Niger dicit à Barbaris* Omidie *nominari. Pharnacea & Ceraſus Ptolemæo duo ſunt.*

CERATA κεράτα, *id eſt cornua, montes ſic nominantur, qui Megaridem ab Attica diuidunt, auctoribus Strabone, Diodoro, & Plutarcho in Themiſtocle.*

CERATÆ, *Straboni eſt vrbs Italiæ, in Latio, quam Leander putat nunc* Cereto *vocari.* κερεαταί, *eſt in Græco Strabone,* MARINA *cognominatur in Lib. Coloniar. Hoc* CEREATE *putat Caſaubonus* CERNETVM *Plinij eſſe. Vide* CERNETANI.

CERATAPORVM *Phrygiæ Pacatianæ, epiſcopus Siluanus. Epheſinum concil. vide* CHÆRETAPORVM.

CERATVS κεράτος, *vel* καίρατος, *per diphthongon, vt legit Callimachus & Heſychius. Cretæ amnis, præter Cnoſſum vrbem fluens. Strabo. Fluuium & vrbem cognominem habet Callimachi Scholiaſtes* Καίρατος, *fluuium.* CERATÆA *habet auctor Cyri ad Meſſallam. Vide* GNOSSVS.

CERAVNÆA, *vide* CERAVNILIA.

CERAVNIA κεραυνία, *Achaiæ in Peloponneſo vrbs, Polyb. 2.* CARYNA *vertit Xylander. vt idem Polybius alio in loco legit. An Carynia Plinij? Sylburgius in Pauſaniam vult hoc Polybij loco pro Ceraunia* CERYNIA *legi. Meminit tamen Ceranniæ Achaicæ etiam Ælianus 13. Variar. cap. 6. atque hanc eandem video à Plinio* CARYNIA *vocari.* CERAVNIA *vt G. Mercator habet, eſt Cypri inſulæ opidum, quod hodie* Cerines *vocari ait. Sed Græcus Ptolemæi codex* CERONIA κερωνία, *habet. & Plinij* CERINIVM *videtur. Vide* CORCYRA.

CERAV-



CERAVNII *montes, Jtaliæ aut Siciliæ; apud Iſacium Tzetzam. Sunt etiam Illyriæ; Apollonio 4. & Plinio. In Scythia quoq; Pomponio: vnde dicit Rha fluuiũ deſcendere* HYPERBOREI *hi ſunt Ptolemæo. In Albania Aſiæ habet quoque* CERAVNIOS *Strabo. Sunt populi in Illyria ſic dicti, à Ptolemæo. Sunt etiam in Latio, apud Halicarnaſſeum. Vide* VESBVLA, ACROCERAVNII, *&* TAVRVS.

CERAVNILIA κεραυνιλία, *Samnitum vrbs videtur, apud Diodorum 20. quam à Romanis expugnatam ſcribit.* Κεραυναια, *erat in orã libri.*

CERAVNIVS, *vide* CERAVSIVS, SIPYLVS, *&* ATHENÆVS.

CERAVNVS, *Cappadociæ fluuius, Plinio.*

CERAVSIVS, *Arcadiæ mõs pars Lycei apud Pauſaniam.* CERAVNIVS, *apud Callimachum. Idem fortè eſt qui ab auctore de Fluminibus* CERAVNIVS κεραύνιος, *&* ATHENÆVS ἀθηναῖος, *appellatur, & ad Inachum fluuium deſcribitur. Vide* LYCÆVS.

CERBALVS, *Plinio Apuliæ Dauniæ amnis.* Ceruaria *Nigro. Vide* CERBARIVM.

CERBANI, *Arabiæ Felicis populi. Plinius. An* CERDANITÆ *Stephani?*

CERBARIVM, *locus in Apulia, Procop. III. Gothorum. Pro Cerbalus fortè.*

CERBERII, *vide* CIMBRI.

CERBERION, *vide* CIMMERIVM.

CERBES, *vide* CERON.

CERBESIA Κερβήσιος *Foſſa, peſtilentiam exhalans, in Phrygia Strabo 12.*

CERBIA κέρβεια, *Cypri vrbs, apud Porphyrogennetam.*

CERBICA κέρβικα, *Africæ Propriæ opidum, Ptolemæo.*

CERCAPHVS κερκάφος, *mons eſt Colophonis, haud procul ab aquis Alentis fluuij Colophonis, teſte Iſacio, ex Lycophrone.* Κέρκαφος, *meminit Nicander, vbi viperam reperiri ſcribit.*

CERCAS. *Acuſilaus Cabæ filius Argiuus, è Cercade vrbe, prope Aulidem. ſic Suidas.*

CERCASORVM κερκασώρου πόλις, *vrbs in Ægypto, iuxta quam ſcinditur Nilus, in Peluſium fluens, & in Canobum. Herodotus & Pomponius. Videtur* CERCESVRA, κερκέσουρα, *Strabonis.*

CERCENA κερκένη, *Atlantidum vrbs, in Æthiopia, verſus Oceanum Occidentalem: vt Diodorus lib. 3. auctor eſt; hanc ab Amazonibus expugnatam & euerſam, at poſtea eius loco aliam, nomine* MYRINA μυρίνα, *ab eorum regina ſic dicta, conditam addit.*

CERSESVRA, *vide* CERCASORVM *vrbs.*

CERCETÆ, *&* CERCETÆI, *vide* APAITÆ.

CERCETI *Montes, in Theſſalia, Plinio 4. cap. 8. Pro* BERCETESIO *Ptolemæi, vt ſuſpicatur Sylburgius. Ego pro* CERCETIO *Liuij habuerim, (quem Xenophon de Venatione,* CITTIVM *vocat, vt vult Reineccius.)*

CERCETIVS, *Plinio Sami Jonicæ inſulæ mons, quem Hermolaus à Strabone etiam* AMPELON ἄμπελος, *vocari ait. Videtur ex Strabone Cercetius, pars potius Ampeli. ſic enim inquit in fine lib. 10. ex Xylandri interpretatione.* „ *In Samo eſt mons Cercetius nobilis; nobilior* „ *Ampelus, imminens vrbi Samo, & alio in loco idem Pro-* „ *montorium habet Samos quod Ampelos dicitur; eodemq;* „ *nomine totus mons dicitur, qui totam inſulam montoſam facit. Vide ipſum Strabonem.*

CERCETVS κερκετος, *regio adiacens Caucaſo, propè Euxinum. Jncolæ* CERCETII. *Dionyſius & Euſtathius.* CERCETÆ κερκεται *populi, &* CERCETICVS *ſinus, ibidem. Ptolemæus. Vide* CERTETÆ.

CERCIÆ, *Plinio ſunt inſulæ, circa Ioniam.*

CERCII κερκιοι, *Italiæ populi, ex quibus Romanos coloniã feciſſe, Coſ. L. Valerio & A. Manlio, ſcribit Diodorus 14.*

CERCINA κέρκινα, *Ptolemæo Africi maris inſula. Hirtius & Mela duplici* NN. *ſcribunt* CERCINNA. CERCINETORVM *inſulam,* κερκινητων, *vocat Polyb. lib. 3.* Gamelara *noſtris dicitur, vt Niger tradit.* Querquenes *Mercatori, ſed* Charchana *aliis. Fazellus ait eam antiquum nomen retinere. quod hic liquet, nam paucis mutatis litteris, ſonus ferè idem eſt.* CERCINITIS *alia inſula eſt, dicta Cercinæ ponte iuncta, apud Strabonem, & Plinium.* CERCINA κερκίνη, *mons qui Sinthos Pœoneſque committit. teſte Thucydide 2. vide* CYRAVNIS.

CERCINETIS, *vide* CARCINITES, *&* CERCINIVM.

CERCINIVM, *Macedoniæ opidum, Liuio 31. circa Pieriam regionem fortè.* CERCINITEM, κερκινίτιν, *lacum habet Arrianus 1. Alex. circa Macedoniam & Thrãciam, ab eodem vrbe nominatum exiſtimo.*

CERCITÆ, *Indiæ populi ſunt Hermolao, ex Pauſania Grammatico; in Annotationibus Plinianis, vide* APAITÆ.

CERCOBA, *vide* PELLENE.

CERCOLVM κερκώλων, *locus ſic appellatus, in Italia, apud Diodorum 37. Circa Galliam Togatam alicubi.*

CERCOPIA κερκωπία, *Magnæ Phrygiæ opidum. Ptolemæus.* CERCOPES, *gens Pithecuſæ inſulæ: quam Ouid. 13. Metamorph. à Ioue in ſimias conuerſam fabulatur.*

CERCOPON EDRAS, *i. Malitioſorum ſedes: callis ſic dicta. circa Trachiniam Græciæ. Herodotus 7.*

CERCVS κερκος, *collis Bithyniæ videtur apud Cedrenum.*

CERCVSIVM, *vide* CIRCESSVM.

CERCIONES *populos, aliquot inter immanes, numerat Gellius 15. cap. 21. & Neptuni filios dicit.*

CERCYRA, *vide* CORCYRA.

CERDANITÆ κερδανῖται, *Arabiæ Felicis gens, apud Stephanum. vide* CERBANI.

CERDICEATES, *vide* CELELATES.

CERDYLIVM κερδυλίον, *Argiliorum locus non procul diſtans ab Amphipoli. Thucydides 5. Apud Lycophronem huius quoque mentio.*

CEREALIS, *vide* EBORA.

CEREAPOLIS, *vide* TÆNARIVM.

CEREATÆ, *vide* CERATÆ.

CEREIAS *locum, inter Vrbem & Coſas, habet Antoninus. Sed* CÆRE *legit Sigonius, ex codice M. S.*

CEREPVM, *Palæſtinæ vrbs, Guil. Tyrio.*

CERERIS *Templum in Troiæ ſuburbio. Virg. 2. Æneid.*

CERESIVM *Stagnum, in Mediolanenſi territorio. G. Turonenſis 10.*

CERESSVS κερησσος, *Theſpienſium caſtellum, in Bœotia, Pauſaniæ. Iaccetanorum vrbs, in Hiſpania, eſt apud Ptolemæum.*

CERETÆ κερεται, *Cretæ inſulæ populi, Polybio 4.*

CERETAPEORVM κερεταπέων, *meminit nũmus æreus meus, Commodi Imp. cum ſigillo Herculis. vide* CHÆRETAPORVM.

CERETES, *&* CERETANI, *vide* CERRETANI.

CERETHI κερεθι, *loci nomen, 1. Samuel. 30.*

CERETIVM, *vide* CÆRE.

CEREVIA, *vide* PHYCOCLE.

CEREYRA, *vide* COREVRA.

CERFENNIA, *Antonino Italiæ locus, inter Tiburtum & Corſinium.*

CERIADEM *quendam Aetem nominat Demoſthenes in Neæram. A tribu ſic vocata, vt mihi perſuadeo.*

CERII κεειοι, *populi in Tuſcia ſunt. Diodoro in calce lib. 14. Gentile à Cære fortè.*

CERILLVM κηρίλλος, *Lucaniæ locus, in Italia. Strabo 6.*

CERINEVM, *vide* CERAVNIA.

CERINTHVS κήρινθος, *Græciæ vrbs maritima, Homero* Ιλιαδ. β. *Eubœæ inſulæ opidum eſt Ptolemæo, Appiano, Straboni, Plinio, & Theophraſto. Bœotiæ eſt Philargyro ad 3. Georg. Cerinthum herbam inde nomen habere addit. Vide* ELLOPIA.

CERIONIA, *vide* CARINÆ.

CERMA, *natio forſan quædam Perſica. vt videtur, Agathiæ, lib. 4.*

CERMALVS, *&* CERMANVS, *vide* GERMALVM.



CERMA-

CERMATÆ κερμάται, gens quæ Agarenis hoſtis eſt. Cedrenus A Cerma fortè.

CERMORVS Sinus & opidum Macedoniæ, in finibus Thraciæ, alicubi, Plinio, 4. cap. 10.

CERNE κέρνη, Ptolemæo & Plinio, κέρμη, per μ in Phauorini Lexico. mendosè. Atlantici maris inſula, contra Atlantem montem. Porto Santo fortè hodie. In Hannonis Periplo hæc CERNE quoque eodem tractu deſcribitur, in ſinus cuiuſdam receſſu; quam Maderam hodie dici putat Geſnerus, eius interpres. ſed hæc nimium à continenti diſtat: poſſit Ptolemæi Cerne eſſe. Quid ſi hæc Hannonis Cerne, Gezira Ioannis Leonis ſit? quam Hiſpani Graciosam nominant, vt refert Marmolius. Ramuſius contendit eam eſſe quam nunc Argin Luſitani vocant. ſic quoque Ioannes Mariana. CERNE Plinio, quæ Ptolemæi MENVTHIAS μανάθιας eſt, Africæ inſula, quæ hodie ab Hiſpanis S. Laurentij dicitur. & ab incolis Madagaſcar, vt placet Mercatori, in ſua Vniuerſali tabula: IAMBOLI inſula videtur, quam Diod. Siculus in fine lib. 2 deſcribit. Theuetus dicit Madagaſcar, Albagra vocari. Hæc CERNE quoque Lycophroni eſt in Oceano, verſus Auroram. quam eius commentator Iſacius Tzetza olim AMPHIMETRIVM ἀμφιμήτριον, dictã ſubdit. vt habet Latinus interpres: Græcũ codicem nõ vidi. Plinius ex Polybio habet CERNEN aliam, ex aduerſo maximè Carthaginis, à continente paſſus M. non amplior circuitu duobus millibus. CERNEN ſtagnum eſſe Æthiopiæ, propè Oceanum, annotauit ex veteri Scholiaſte Caſaubonus, ad 1. Strabonis. Vide HIBERNIA.

CERNEATES, vide CYRNVS.

CERNETANI, qui MARIANI cognominantur; teſte Plinio, lib. 3. cap. 5. Italiæ populi circa Campaniam ſunt. Vide CERATÆ, & CORNETANI.

CERNETVM opidum habet Plinius; aliud à Cernetanis. eodẽ tamen tractu. Vide CIRRHÆATVM, & CERATÆ.

CEROBOTHRVS, vide CVRVRA.

CERON κέρων, Fons in Hestiæotide, regionis Eubœæ: ex quo bibentes oues, nigras fieri, ſcribit Plinius, & Antigonus in Mirabil. CIREVS κιρεὺς, Straboni eſt. CERBES Κέρβης, Ariſtoteli in Admirandis, quibuſdam codicib.

CERONES κέρωνες, Albionis populi, Ptolemæo. Aſsinhire hic hodie, Camdeno. CREONES κρεονες, erat in M. S. codice. Latini interpretes vtroſque habent, & diuerſos, quibus aſſentitur Guil. Camdenus, qui hos Strathnaern interpretatur.

CERONIA, vide CERAVNIA.

CEROPELLÆ, circa Thraciam locus, Iornandi.

CEROPHÆI κεροφαῖοι, Africæ Propriæ gens Ptolemæus.

CEROSSVS κερωσσός, iuxta Ionium pelagus, locus aut inſula videtur, inter Meliten inſulam & Macedoniam. Apollonius 4.

CERRAS ciuitas in qua Theodemir diem ſuum obijt. Iornandes. circa Illyricũ videtur. CERTAS per T. legit alius.

CERRETANI κερρητανοὶ, Vaſconum Hiſpanica gens; auctor Strabo. Hi Plinio IVLIANI, & AVGVSTANI cognominantur. Ptolemæus κερρητανοὶ ſcribit. CERETANI ſunt Silio, & CERETES κερητεις fortè Auieni, & Stephani. CERRETANORVM IVGVM vocat Cluſius hoc tractu Puigçerda; Cathaloniæ vrbem: Varrerius autem Cerueira ciuitatem. Cerretanos Moralis ſtatuit in Condada de Cerdania.

CERRHÆVS Campus diſtans à Delphis triginta ſtadiis. Ex Æſchine, Phauorinus.

CERROETANI, vide CERRETANI.

CERRONIÆ, vide SCÆBOÆ.

CERSONA, de quo Marianus Scotus, & Freculphus hæc,
" Diuus Clemens Papa in exilium detruditur trans Mare
" Ponticum, in eremo quod adiacet ciuitati Cerſonæ, prouinciæ Lyciæ CHERSO eſt apud alios.

CERSVNVM κέρσυνον, Corſicæ inſulæ mediterranea vrbs, apud Ptolemæum. Nebbio Pinetus appellat.

CERSVS κέρσος, (per A in prima legebatur in margine.) ad Portas Ciliciæ fluuius eſt, Xenophonti 1. Cyri exped.

CERTA κέρτα, vrbs ſupra Harmenios. Heſychius. Armenios ſine aſpiratione legit Phauorinus, vide CERRAS.

CERTETÆ κερτέται, gens circa Pontum Euxinum, Straboni. Hi ſunt CERCETÆ κερκέται, Ptolemæi. alij à Cercetici Pomponij.

CERTIMA, Celtiberorum vrbs, in Hiſpania. Liuius 40.

CERTISSA κέρτισσα, Pannoniæ Inferioris opidum, Ptolemæo. CERTISA, & CIRTISA Antonini.

CERTONIVM κερτόνιον, opidum Aſiæ Minoris, intra Atramyttium & Atarnen vrbes. Xenophõ ſub finem 7 Cyri exped.

CERVARIA, Pomponio locus eſt, & finis Galliæ Narbonenſis, verſus Hiſpaniam. Corbiere apud Narbonam, Ioanni Poldo, in ſua Nemauſienſi hiſtoria. Oretanorum in Hiſpania vrbs eſt κερυαρία, apud Ptolemæum. vide CORBARIA.

CERVCHIDÆ κερυχίδαι, gens in Mileto. Phauorini Lexicon.

CERVECII, vide CHERVSCI.

CERVEDO, vide ALISIVM.

CERVINI κερβῖνοι, Corſicæ populi. Ptolemæus.

CERVIONE, vide SERMIONE.

CERYCIVS κηρύκιος, Bœotiæ mons; Pauſaniæ Epheſis mons eſt apud Heſychium, vbi fabulantur Mercurium annunciaſſe partum Dianæ.

CERYCTICA, vide CVRICTA.

CERYNIA κερύνεια, vrbs Achaiæ, in Peloponneſo. Mons ſic dictus in Arcadia, ex quo CERYNITES κερυνίτης, amnis profluit, qui vrbem hãc præterlabitur. Pauſanias in Achaicis, & Athenæus lib. 1 cap 19. Eſt CERAVNIA Strabonis. Montis nomen eſt, Callimacho in Dianam. vbi Καρνεία, in ora libri. Vide CARYNIA, CERAVNIA, & CECYRINA.

CERYNITES, & CERYNIVS, vide CERYNIA.

CESATA, habet Antoninus in Itinere, inter Emeritam & Cæſaraugustã. Ptolemæi CESADA κέσαδα, eſt. Varrerius ſcribit quòd hæc olim fuerit, vbi nunc Hita conſpicitur.

CESBEDIVM κεσβέδιον, Polybio 5. Iouis templũ in parte ſuprema Selgæ vrbis. quod arcis locum obtinere videtur.

CESCVS κέσκος, vrbs Ciliciæ fuit. iuxta illam fluuius ANVS ἄνους, id eſt, amens. vt referunt Plinius, Suidas & Heſychius. VISCVM legit ex Plinio M. S Pintianus, pro Ceſco: & pro Anus, NOVVS. malè vtrumque. Vide NVS.

CESELETH-THABOR, Palæſtinæ locus: Ioſuæ 19. Iuxta Thabor montem, vt vult Euſebius: qui tradit vicum Cheſalum & nomen & locum quodammodo retinere.

CESI, vide CETRIBONI.

CESIÆ, vide LITTVS.

CESIEN, locus Palæſtinæ: Ioſue 19. & 21. ſed CESION.

CESIL, vide BETHVL.

CESOLENTIVM, & CESIENSIVM, vide IVLIA AVGVSTA.

CESSÆI, vide CISSI.

CESSAN κεσσὰν, locus Ægypti, vbi Artapanus ſcribit Palmanethem regẽ habitaſſe; qui Iudæus durus erat. Euſebius.

CESSERO Plinio, κεσσερὼ Ptolemæo, vrbs in Gallia Narbonenſi. ARAVRA dicitur etiam Antonino, ab Arauris flumine adlabante fortè. ſed CETERO, CÆSERO, & TESERO apud eundem, corruptè. Hodie Caſtres, Poldo. Sed S. Hiber: Varrerio.

CESSITENSIS Epiſcopus, in Africa Coll. Carthag.

CESSVNIVM, nomen loci, cuius epiſcopus Ioannes, vti eſt in legatione Emanuelis Imp. ad Armenios.

CESTIA, gens Medica, in confinio Perſidis, Plinio auctore. vbi ſemper flagrat. PSITTACINÆ eſt apud Ariſtotelem de Admirandis.

CESTIVS Pons, Vrbis Romæ; quam hodie S. Bartholemæo nominant. Marlianus.

CESTRIA, Epiri vrbs, apud Plinium. Pinetus eam Soporo vocat. Ceſtriæ ſepius mentio in Concilio Chalced. Vide CAMMANIA.

CESTRINIA, vide CAMMANIA.

CESTRVS, Iſauriæ opidum, in Chalced. concilio. Vide OESTRVS.

CESVS κέσος, nomen fluuij, apud Phauorinum.







CETÆVM κηταῖον, Taprobanæ promontoriũ. Ptolemæus.

CETARIA κηταρία, Siciliæ vrbs, Ptolemæo. Scupello dicitur à Thoma Fazello. Carini Aretio, & cuidam anonymo non imperito. An CITARII Plinij fuerint, videndum.

CETHEVS, fluuij nomen, vide CETII.

CETEGI, apud Horatium de Arte Poëtica. Commentator vetus Lipſii ſcribit gentem eſſe quæ vtitur tunicis aptatis pectori ſine cingulo.

CETHIM, Geneſ. 10. D. Hieronymo & Chaldæo. κίτιοι, 70. interpretibus. Daniel. 11. κιτιοι, vbi D. Hieronymus Romanos vertit. 1. Machab. 1. Chetim D. Hieronymo, ſed κιτιαίων, 70. interp. Video à nonnullis pro Macedonia interpretari.

CETHIS, fluuius per Carmaniam fluit, teſte Pomponio. Vide CATHALIS, & ZETIS.

CETHMONEI, vide CEDMONÆI.

CETIA, vide SETIA.

CETIDIS κήτιδις, regionis, in Cilicia meminit Ptolemæus. CITIDIS legunt interpretes.

CETII κήτειοι, gens Aſiatica Myſorum. ſic dicta à Ceteo flumine alluente. Heſychij & Phauorini Lexicon. Horum, & huius meminit quoque Strabo 13. ex Homero. Vide LATIVM & CHETIMA.

CETIRIZIS, vide TIRISTRIA.

CETIVM Antonini, interpretatur Zotwig à Simlero: ſed Zeiſſelmaur à Lazio, qui inſcriptos lapides adducit, in quibus CECIA vocatur. Norici opidum. Κήτιον, fluuius Myſiæ, Aſiaticus, qui aliquot cum fluminibus in Caycum effunditur, Straboni 13. Ex Pindaſo monte oritur, teſte Plinio.

CETIVS κήτιος, In Noricis mons, Ptolemæo teſte. Wolfg. Lazius dicit eum hodie totum illum tractum comprehendere quem vulgò Kalenberg/Schneberg/Daubſberg/Hertzberg/Hengſtberg/Semering/ & Plaitz vocant. CETIVS quoque apud Liuium 5. Decad. vt legit Gyral. 2. Deor. Vide CETII. COMAGENVM, & CYTHIVM.

CETOBRICA, vel CATOBRICA, Antonino ni fallor; CÆTOBRIX καιτόβριξ, Ptolemæi eſt, Luſitaniæ vrbs; quàm Niger Almada, Varrerius autem Setuual interpretatur. D. Iacobus Delgadus in quadam M.S. epiſtola ſcribit hodie à vulgo Troia vocari.

CETRIBONI, & CESI, Indiæ gentes ſunt Plinio: inter Iomanem fluuium & Pantalenem inſulam.

CETRON, Paleſtinæ locus. Iudicum 1.

CETTÆ, (in Græco κητοι, erat) municipium Leontiæ tribus. Suidas.

CETVMA, Plinio Æthiopiæ ſub Ægypto opidum.

CETVS κῆτος, fluuius, circa Cumas Italiæ. Ariſtoteles de Mirabil. SILARVS aliorum eſt, vt cenſet Caſaubonus in Strabonem.

CEVCI, in Hiſpania populi, conuentus Lucenſis, teſte Plinio 3. cap. 3. in tribus meis exemplaribus, & Pintiani obſeruationibus. CELTICI legit Baſilienſe exemplar.

CEVDVM, Galliæ Belgicæ locus, in tabula Peutingeriana.

CEVTRONES, vide CENTRONES.

CEYLA, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

CHAA χάα, vrbs quondam Elidis, in Peloponneſo, ad Acidontem fluuium: vt perhibet Strabo.

CHAALLA, χάαλλα, pagus in Arabia Felici, apud Strabonem, 16.

CHABACA χάβακα, Sidenæ Cappadociæ regionis vrbs, Straboni.

CHABALA, vide CABALACA.

CHABALON, vide CHABVL.

CHABARENI χαβαρηνοὶ, gens circa Chalybes habitans, pueros, & mamillas crudas peregrinorum edens. Stephanus ex Eudoxo.

CHABARZABA, vide ANTIPATRIS.

CHABBO χαββὼ, Palæſtinæ locus. Ioſue 15. vt legunt 70. interpretes. TEBBON habet D. Hieronymus.

CHABERIS χάβηρις, Indiæ intra Gangem vrbs Ptolemæo, apud quem CABYRVS legit Hermolaus ad Plinium. eſt CABERON eiuſdẽ Plinij, & videtur CAMARA Arriani. Calapate Caſtaldo: Maber autẽ Dom. Nigro.

CHABINVS χαβῖνος, Arabiæ Felicis mons, variis arboribus denſus. ad ſinum Arabicum. Diodorus 3.

CHABIONES, vide CHAVBI.

CHABLASII χαβλάσιοι, Arabes populi, Nabathæis vicini, Dionyſio. CHAVLASII ſunt veteri huius interpreti, item Feſto Auieno.

CHABOLO χαβωλὼ, Palæſtinæ vicus in confinibus Ptolemaidis. Ioſephus in vita ſua.

CHABORA, Meſopotamiæ vrbs, Ptolemæo Vide ABORRAS.

CHABORAS χαβώρας, Aſſyriæ mons eſt, apud Ptolemæum; qui fortè hodie Capuſco vocatur. Vide CHOATRAS, & TAVRVS.

CHABRATH χαβραθ, locus circa Euphratem, Gen. 25. vt legunt 70. interpretes.

CHABRIÆ Caſtra, vide BÆTOGABRA.

CHABRIÆ pagus, in Ægypto; circa Agathodæmonem fluuium. Strabo.

CHABRIVS χάβριος, Macedoniæ fluuius, Ptolemæo.

CHABVATA χαβουάτα, Arabiæ Felicis vrbs, apud Ptolem.

CHABVL, dicta eſt ea regio quam Salomon regi Hyram donauerat. 3. Reg. 9. CHABALON legit Ioſephus, & addit, diſplicet, ſignificare. Vide CHABOLO.

CHADACA χαδάκα, Ptolemæo Albaniæ opidum.

CHADÆI, Arabiæ Felicis populi, in parte Orientali. Plin.

CHADENI χαδηνοὶ, apud Ptolemæum ſunt Scandiæ inſulæ populi Occidentaliores, vbi hodie fort aſſ. Norwegen, vel Finmarck.

CHADES, vide HOSDI, & MESPHATH.

CHADESIA, vide CHADISIA.

CHADISIA χαδισία, Leucoſyrorum vrbs, in Cappadocia; Plinio, & Stephano, cui & CHADISIVS vicus: item fluuius, ibidem. centum quinquaginta ſtadiis à Lycaſto diſtans. Per n. in ſecunda ſcribit Apollonius 2. PHAVDA φαῦδα, Strabonis eſt. Nunc Phadiſa dici, putat Mercator. vide PHADISANA.

CHADMONÆI, vide CEDMONÆI.

CHADRAMOTITÆ χαδραμωτῖται, gens ad Indicum ſinum, Prionis fluuij accolæ. Stephanus ex Marciano. Alij videntur à Chatramotitis.

CHÆANOITÆ, vide CHÆNIDES.

CHÆMÆ χαῖμαι, Germaniæ populi, Ptolemæo.

CHÆNIDES χαινίδες, Sarmatiæ Aſiaticæ gens; Ptolemæo. χαιανοῖται, Straboni, ni fallor.

CHÆRECLA χαίρεκλα, Pentapolis in Africa regionis vrbs, apud Ptolemæum, & Ammianum.

CHÆRETAPORVM χαιρεταπων, Phrygiæ vrbis Epiſcopi, meminit Socrates in Tripartita hiſtoria 2. cap. 32. item Epheſinum concil. cui Phrygiæ Pacatianæ eſt Sed & Κερεταπων vacillante ſcriptura habetur. An κερεταπεων, legendum, vt habet Commodi Imp. nummus?

CHÆRONEA χαιρώνεια, Bœotiæ vrbs Ptolemæo. Fuere quĩ olim ARNE ab Homero appellatam dixere, inquit Pauſanias & Stephanus. de qua Euſtathius in Homerum diſputat. Chæroneam Phocidis vrbem habet Stephanus.

CHÆROPOLIS, vide CHÆREVS.

CHÆRVSII, vide CHERVSCI.

CHÆTÆ χαῖται, Paraxiæ regionis, in Macedonia vrbs: Ptolemæus. Scytharum gens quoque, apud eundem: quos Mar. Niger Chatainos vocat. Vide SCHYTÆ.

CHAGETTIVS, vide GARGETIAS.

CHAI χάοι, Circa Phaſin fluuium gens. Diod. 14.

CHAIBONES, vide CHAVBI.

CHALAAMA, vide HELAM.

CHALAC χαλακ, ab Aſſur extructa vrbs. Geneſ. 10. CHALE legit Chaldæus.

CHALADRA χαλαδρα, & quoque inſtabili lectione χάραδρα, item χαλαδρα, Lycophroni. CANASTRA Iſacio eſt, ciuitas & palus Macedoniæ. vide CHALASTRA. idem fortè eſt. Suidas certè & Stephanus Chalaſtram paludem in Macedonia habent.

CHALÆON χάλειον, Locrorum Ozolorum vrbs, Stephano: ex Thucydidis 3. vbi χαλλαιοι populi, geminato λλ. Vide CHALEOS.

CHALAMBRII χαλαμβρίοι, equi, à loco Libyæ. Heſychius.

CHALAME, ciuitas Perſidis; quæ nunc ÆTHISIPHON appellatur. Sic Dictionaria habent, non adductis teſtibus. Corrupta autem lectio, pro CALANNO, & CTESIPHON.

CHALANNE, principium regni Babyloniæ. Geneſ. 10. CHALNE Pagnino: CHALE Chaldaico paraphraſti: CALLANNO legit D. Hieronymus, Eſaiæ 10. Dakia eſt Beniamino Tudelenſi.

CHALAPETIS, χαλαπῦτις, Suſianæ regio, Ptolemæo. CHALTAPITIS eſt apud eius interpretes.

CHALASTRA χαλαστρα, Stephano Thraciæ ciuitas, Plinio Macedoniæ ad Thermæum ſinum; quam Leo (vt Hermolaus annotat) CHARASTIAM appellat. CHALESTRA per η. Herodoto, ad Axium fluuium. Vide BYCEPHALA, & CHALADRA.

CHALBII, vide CHALYBES.

CHALCA, vide TAZATA.

CHALCÆ, vide CHALCE.

CHALCÆA χαλκαία, Straboni eſt Cariæ vrbs.

CHALCARSVS, vide CALEARTIVS.

CHALCE χάλκη, Libyca vrbs: & alia Phœnicum: item Lariſſææ: hanc CHALCIVM dici, & CHALCÆ, ſcribit Stephanus: Inſula Propontidis; in Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp. Vide CHALCIA, & CHALCITIS.

CHALCEA, vide CHALCIS.

CHALCEDON χαλκεδὼν, Ptolemæo. Strabo CALCHEDON καλχεδὼν, habet. Vrbs Aſiatica eſt, ad Boſporum Thracium. Liberam vrbē Plinius vocat: cui etiam antea PROCERASTIS, dein COMPVSA, (COLPOESSA legit Pintianus) poſtea CÆCORVM vrbs (quod locum eligere neſciſſent) dicta fuit. Curopalates in Lib. de Officialibus Conſtantinopolitanis hanc IVSTINIANAM Tertiam nominat. hodie adhuc Chalcidona vocari, ſcribit Sophianus. Caltitiu Turcis dici, mihi Carolus Rimius auctor eſt, qui Conſtantinopoli oratorem agit nomine Maximiliani II. Romanorum Imp. Marius Niger tradit interius reædificatam, & à Iunioribus Cacelina nuncupari. Scutari ex ea facit hodie Alph. Adrianus, & quoque Thomas Minadoius. Petrus Gyllius prodit hodie exiguum vicum eſſe, ſine mœnium veſtigiis. Idem addit ex Dionyſio Byzantio, CHALCEDON fluuiolum eſſe qui in Propontidem effluit, vnde vrbs nomen ſumpſit: eumq; hodie proprio nomine carere; adeò vt accolæ Potamion dumtaxat nominent. Eius meminere Stephanus & Euſtathius. Theuetus ſcribit eum adhuc hodie Chalcedoni nominari. CHALCEDONEM Galliæ, habet Dorotheus. cuius epiſcopum Creſcentem nominat. Vide CHRYSOPOLIS.

CHALCERITIS, vide ARIA.

CHALCETERVS χαλκητηρ@, Cariæ locus eſt apud Strabonem.

CHALCETORIVM χαλκητόειον, Cretæ vrbs. Stephano: ex Apollonij 3. Chronicor.

CHALCIA χαλκία, inſula Rhodiorum, in Carpathio mari, Straboni, Plinio, & Theophraſto. Idem Plinius eam alio in loco CHALCE vocat. & χάλκη Thucydides 8. Charci nautæ hodie vocant, vt ſcribit Marius Niger. Per ει. in penultima eſt Libyæ vrbs, apud Stephanum.

CHALCIDENA, vide CHALCIDICA.

CHALCIDENSES χαλκιδεῖς, vocat Strabo, qui Iſthmum Ioniæ incolunt, qui eſt inter Teium & Erythras vrbes. Populi ſunt etiam circa Phaſim fluuium, Diodoro 14. Vide CHALCIDICA.

CHALCIDES vocantur vici cuiuſdam incolæ, in Sicilia. Stephanus. Ad Chalcidicum montem fortè.

CHALCIDICA χαλκιδικὴ, regio Macedoniæ, apud Ptolemæum, hanc Caſtaldus Iamboli vocat. Suidas huius regionis 32. vrbes à Philippo captas tradit in verbo καρανὸς. Eſt & Syriæ regio, in qua CHALCIS vrbs, eidem Ptolemæo. Hæc Plinio CHALCIDENE dicitur. Thraciæ quoque Stephano. in qua Tinda opidum, & Miliorus. Chalcidenſium in Thracia meminit quoque Thucydides 2. Item Ariſtoteles Politicor. 2.

CHALCIDICVS χαλκιδικὸς, mons, in Sicilia, Stephano & Polybio 1. S. Riti hodie, Fazello.

CHALCIDIS diuerſorium, habet Curopalates; inter Ciliciam & Melitenam.

CHALCIS χαλκὶς, Eubœæ inſulæ præcipua vrbs, ad Euripum ſita. & ab eo Ptolemæus eam ad EVRIPVM cognominat. Dicearcho teſte, diſtat ab Anthedone 70. ſtadiorum interuallo. Negroponte hodie nomen habet, teſte Sophiano, qui dicit quoque (ex Stephano, ni fallor) dictam EVBOEA εὔβοια, STYMPHELVS στύμφηλος, HALICARNA ἁλικάρνα, EVRIPVS, & HYPOCHALCIS ὑπόχαλκις. Incolas quoque ARETHVSIOS dictos, ex quodam oraculo, docet Euſtathius. etiam Plutarchus. Ptolemæo & Straboni Ætoliæ vrbs. Hanc etiam HYPOCHALCIS ab aliis appellari, idem ſcribit Strabo. Idem, ibidem montem eſſe, qui CHALCIS dicitur (ex quo Achelous ſerpit,) eundémque ab Arthemidoro CHALCEAN nuncupari tradit. Vrbs Syriæ, Chalcidicæ regionis eſt apud Ptolem. & Strabonem. Eſt & Scythiæ: etiam Corinthiacæ, Stephano. Plinius habet Chalcidem ad Belum cognominatam, Cœleſyriæ regionis. ſic quoque Strabo 16. & Eunapius in Iamblicho, cuius patriam vocat. In Thracia vrbs, Stephano, Thucydidi 5. & 6. item Ariſtoteli 2. Politicorum. circa Olynthum idem eam deſcribit, in Libello de Mirabllib. in Chalcidica regione Ptolemæi, veriſimile eſt. Sed CHALCIDEM in monte Libano, habet Ioſephus 14. Antiq. 13. Bœotiæ eſt, apud Heſychium. Vrbs Arabiæ Felicis eſt Plinio: & inſulæ quoque, circa Echinadas alicubi. Eſt & amnis: & pagus: in Peloponneſo, Tryphiliæ regionis: apud Strabonem. Item vrbs, inter Crunos & Pheras. Dionyſius habet regionem ſic dictam, ad Os Ponti, vbi Chalcedona eſt. Montem habet Strabo, circa Ætoliam, cum vrbe impoſita, eiuſdem nominis. Vide CHALCIDICA, & ARETHVSA.

CHALCITES χαλκίτης, inſula è regione Chalcedonis, Stephano. CHALCE fortè Emanuelis Comneni. CHALCITIS, Ptolemæo, Meſopotamiæ regiuncula, quam B. Arias ſcribit in ſuo Biblico apparatu, ex D. Hieronymo, CHALNE Hebræis dici. Indiæ intra Gangem regio eſt apud eundem Ptolemæum. Promontorium quoque Chalcitidis regionis, circa Erythras Ioniæ, in Aſia, vt refert Pauſanias in Achaicis. Vide DEMONNESOS.

CHALCIVM, vide CHALCE.

CHALCODONIVS χαλκωδονι@, ſupra Pheras mons, in Pelaſgia regione. Apollonius 1. Argonautic.

CHALCORYCHII χαλκωρυχοι, id eſt Metallifodinæ: in Mauritania Cæſarienſi, Ptolemæo, & Straboni.

CHALCVS CERAMVS χαλκοῦς κέραμος, id eſt, ænea teſta. vrbs quedam ſic dicitur, apud Suidam. Pater Nonnus in inuectiuam Nazianzeni in Iulianum apoſtatam, dicit vrbē eſſe eius nominis, vel vinculi genus indiſſolubilis.

CHALDÆA χαλδαῖα, Babylonia in Aſia regio. Azamia hac tempeſtate vocari, ſcribit Bellonius. Stephano CHALYBDICA regio, χαλυβδικὴ, dicitur, & eius incolæ CEPHENES κηφῆνες. Ioſepho teſte, ARPHAXADÆI ἀρφαξαδαῖοι, antea nominati fuere. CHALDÆI ſunt Straboni quoque in Aſia Minori populi, ſupra Trapezuntem, quos antiquitus CHALYBES, & ab Homero HALIZONAS appellatos teſtatur. Sed de his melius Euſtathius, qui hos CHALDOS, & regionem (quam in Armenia ponit) CHALDIAM vocat. Chaldæos CASDEOS dictos à Caſeth filio Nachor fratris Abrahæ, ſcribit quidam veterum, cuius nomen non occurrit. Chaldæam hodie Curdiſtan; & Chaldæos Curdos appellari à Turcis, docet Leunclauius. Keldan regionem quoque Arabibus dici, addit.

CHALDÆOPOLIS, vide VR.

CHALDAICI Lacus, in quo Tigris fluuius ſe fundit, (vt inquit Plinius) Marcht Pineto vocantur.

CHALDIA χαλδία, tractus circa Syriam, aut Iberiam videtur, ex Cedreno, & Curopalate. Sed idem Cedrenus locum quendam Calabriæ ſic vocat. Stephano Armeniæ regio eſt. Huius metropolis eſt Trapezuntius, vt tradit Porphyrogenneta. Vide CHALDÆA.

CHALDON, locus circa Byzantium, teſte Conſtantino Manaſſe.

CHALDONE, Arabiæ Felicis promontorium, Plinio. circa Euphratis oſtium.

CHALE, vide CHALANNE, & CHALAC.

CHALEOS χαλεὼς, Ptolemæo Achaiæ regionis in Locris Ozolis vrbs, ad Sinum Corinthiacum. CHALÆON Plinio, & Stephano. Aſpro Spiti hodie eſt, Sophiano. Vide CHALÆON.

CHALESTRA, vide CHALASTRA.

CHALI χάλοι, Germaniæ gens. Ptolemæo.

CHALIA χαλία, Bœotiæ vrbs, vicina Hyriæ. Stephanus: ex Theopompo.

CHALIS, vide REFVGIVM.

CHALISIA χαλισία, Libyæ opidum. & aliud iuxta Pontum, Amazonum vnum; vt refert Stephanus. ex Ephoro.

CHALITES, vide SACHALITES.

CHALLÆ, vide CHALÆON.

CHALNE, vide CHALANNE, & CHALCITIS.

CHALONITIS regio, in qua Creſiphon, Plinio. CHALONITIS Polybio. χαλωνῖται populi ſupra Babylonem Aſſyriæ, Septentrionē verſus, ſunt Dionyſio quos eius interpres corruptè Machiontas nominat. Vide CHAONITIS.

CHALTAPITIS, vide CHALAPETIS.

CHALVS χάλ@, fluuius ingenti latitudine, plenus piſcium mitium & magnorum. ſic Suidas. Idem alio in loco, in dictione Pharos videtur eum in Cilicia deſcribere. In Syria eius meminit (ſed ad Ciliciæ fines) Xenophon lib. 1. Cyri exped.

CHALVSVS χαλοῦσος. Germaniæ fluuius, apud Ptolemæū. Drauenna fluuiolus eſt Pirchaimero & Althæmero, qui apud Lubecam vrbem, in mare Balticum ſe exonerat. Idem Pirchaimerus alio in loco Eyder interpretatur. hic Ditmerſiam ab Holſatia ſeparat. Mihi neutrum aliquando viſum: ſed Wernou potius. qui Roſtochium alluit. Circa Drauennam autem hodie adhuc eſſe tractum Chluſerort, & opidum Chlus nomine, mihi auctor eſt Dauid Chytræus, in Saxoniæ Chronico.

CHALYBES χάλυβες, olim ALYBES dicti videtur Straboni: in Aſia Minore ad Pontum, circa Bithyniam. qui etiam ἀλιζωνας, ab Homero, & quibuſdam ολιζωνος dictos putat. Euſtathio iuxta Thermodontem ſunt. & CHALBIOS eoſdem vocat. item BYZERES vocatos, βύζηρες, ex Strabone ſcribit Nebriſſenſis. Mihi verò diuerſi apud Strabonem videntur. ſunt quoque diuerſi apud Plinium. Troglodytarum quoque populi ſunt Chalybes, apud Æthiopes: eidem Plinio. Vide CHALDÆA, & CHALYBS.

CHALYBIA, LYCASTIA, & THEMISCYRA, tres vrbes Amazonum, Dœantis campi. Scholiaſtes Apollonij lib. 2. Sed pro Chalybia CHADISIA ſcribendum, annotauit Hartungus. Me iudice poteſt tamen retineri vetus lectio.

CHALYBON χαλυβὼν, Syriæ vrbs, in Chalybonitide regione: Nunc Halap dici, ſcribit Poſtellus. Alepo Rawolfius.

CHALYBVM χαλυβας, regio vicina Armeniæ eſt, Xenophonti in Cyri exped. Verſus Phaſim videntur, ſub Moſœnicorum imperio.

CHALYBONITIS χαλιβωνῖτις, Syriæ regia, Ptolemæo.

CHALYBS, Hiſpaniæ fluuius, cuius tinctura ferrum præſtantius redditum: & CHALYBES huius fluuij accolæ (ferro ceteris præſtantiores) vocantur. Iuſtinus 44. Apud Vaſcones eſſe ſcribit Marineus. Eſt qui Cabe credit, Gallicia flumen.

CHAMA, villa ad Alpes Apenninas. In vita Meinhardi.

CHAMAAM χαμαάμ, quæ eſt iuxta Bethleem. Hier. 41.

CHAMAEGEPHYRA χαμαιγέφυρα, hoc eſt pons terreus, locus in Epiro, ſic dictus: Nicephoro Calliſto 12. cap. 45. & Zozomeno 7. cap. 25.

CHAMAITHA χαμαίθα, circa Perſidem regio, apud Cedrenum. & Hiſtor. Miſcell. 18.

CHAMANA χαμανὴ, Cappadociæ regio, apud Ptolemæū.

CHAMATH, vide EMATH.

CHAMAVI, Tacito, & Marcellino, ſunt Germaniæ populi, quos Ptolemæus CAMANOS χαμανοὶ, vocat. vt cenſet Villanouanus. CAMAVES habet Auſonius, in Moſellæ. Sunt qui eos Camino Pomeraniæ opido nomen reliquiſſe ſuſpicentur, inquit Althamerus. Chamen opidum, in comitatu Marchiæ, reliquum eſſe horum putat Dauid Chytræus. In Paneg yrico Conſtantino Imp. dicto CLAMASI populi nominantur. corruptè fortaſſè, pro Chamaui. Campen in Tranſiſalana prouincia horum reliquias eſſe, putauit Schonhouius: neq; negare videtur H. Iunius. Ætiam Chamanorum pagum quendam nominat Greg. Turonenſis. In tabula vetuſta Peutingeri, circa Rheni oſtia ponītur CHAMAVI, qui ELPRANCI, vt teſtis eſt B. Rhenanus.

CHAMBADES, vide TAVRVS.

CHAMOS χαμὼς, loci nomen videtur apud Hieremiā 48.

CHANA χάνη, fluuius qui ſe in Cyrum exonerat, circa Armeniam. Strabo. Vide CANE.

CHANAAN, vide PALÆSTINA.

CHANDACE χανδακη, Cretæ vrbium metropolis munitiſſima: Cedreno, & Zonaræ: item Curopalati.

CHANDANA χανδάνη, vrbs Iapygiæ. Stephanus.

CHANDANACA χανδανάκη, Perſica vrbs: apud Stephanū.

CHANELAVS, inſula iuxta Scaldim fluuium: eſt in vita S. Amandi.

CHANTONICE, vide ACANTHONITIS.

CHANTVS condita, & STAGERA in Aſia, ſic Euſebij Chronicon. In pergameno meo hæc verba. Achantas condita & Stagira. Voces in Aſia aberunt, rectè, nam gloſſema puto.

CHAONA, vide CHOANA.

CHAONES χάονες, Thraciæ gens. & tribus Theſprotica. Lexicon Phauorini. Chaones & Theſprotos circa Thraciam, habet quoque Appianus in Illyricis. CHAONES genere Oenotri ſunt Ariſtoteli 7. de R. P.

CHAONIA, Commagenæ vrbs, in Syria, Ptolemæo teſte. HANVNEA Antonini eſſe, ait Simlerus: qui etiam variam eius lectionem adducit, vt HAMINEA, & HANONEA. Epiri eſt apud eundem Ptolemæum regio. Cannina Caſtaldo. CHAONES populi ibidem: Straboni & Thucydidi. Vide EPIRVS.

CHAONITIS χαωνῖτις, Aſſyriæ regiuncula eſt apud Strabonem. Sed CHALONITIS legit Caſaubonus.

CHAPHAR χαφὰρ, Eleutheropolis in Palæſtina villa. vnde Zacharias propheta oriundus. Sozomenus. COPHAR habent interpretes. etiam Langius in ſuo Calliſto.

CHAPHARCOBRA, vide SCHOPHARCHONBRA.

CHARABE χαράβη, Galilææ Superioris vicus. Ioſepho in vita ſua.

CHARACA χαρακα, Næſaidis regionis locus, in Phrygia. Strabo. Lib. 12. ſed ACHARACA legit Caſaubonus. Vide CHARONIA, & TVBIENI.

CHARACENI χαρακηνη, Syſianæ regio. Ptolemæo, vide PARASINVM.

CHARACINA χαρακινη, Ciliciæ regiuncula. Ptolem.

CHARACITANI, vide CARACCA.

CHARACMOBA, & CHARACOMA, vide MOBVCHARAX.

CHARACOMETES χαρακωμήτης, fluuius de quo hæc Athenæus: Ex aquis calidis aliquæ ſunt dulces, vt in Aſia apud Trallem, & Charocometen fluuium.

CHARADNÆ χαράδναι, Ptolemæo, CHRADRÆ interpreti, Carmaniæ gens.

CHARADRA χάραδρα, Phocidis vrbs, Straboni Pauſaniæ, Thucydidi, & Herodoto. Peloponneſi vrbs, apud Strab. 8.

CHARADRVS χάραδρ@, fluuius Phocidis, eſt apud Pauſaniam: qui Charadram vrbem præterit, & in Cephiſſum fluit.

ſcic. Eidem eſt fluuius Meſſeniæ, in Peloponneſo. Item Achaiæ, ex quo pecora ſi biberint, vt plurimum maſculos edere, addit. Huius etiam meminit Thucydides 5. cuius interpres Winſemius dicit circa Lernam eſſe, aut ipſam Lernam. Eſt & Ciliciæ caſtellum, cum ſtatione; apud Strabonem. vide NEMEA.

CHARAN χάῤῥαν, Geneſ. 12. & 27. vbi Abraham habitabat. MESOPOTAMIAM vertunt 70. interpretes. ſic quoque D. Stephanus in Oratione quam habuit cum Iudæis in Actis. item Achioris coram Holoferne in Iudithæ hiſtoria. ARAN Hieronymus, & Chaldæus paraphraſtes. vrbem ita vocatam, facit Ioſephus. Pro Carrhis habet Cl. Marius Victor. Apud Tobiam 11. locus eſt medio itinere inter Rhagen Mediæ, & Niniuen: interprete Hieronymo. Alius hic à priore. Vide MESOPOTAMIA, & SYRIA.

CHARANDÆI χαρανδαῖοι, circa Colchiden, ad Pontum Euxinum gens. Orpheus.

CHARANDRA Sinus, Plinio: in ſinu Arabico, ad Arſinoem vrbem.

CHARANTANI, vide CARENTANI.

CHARASTIA, vide CHALASTRA.

CHARAVATINIVM, vide TAMALME.

CHARAVNI χάραυνοι, Ptolemæo Scythiæ extra Imaum gens. Ibidem eiuſdem nominis opidum, eidem. quod Marcellino CAVRIANA eſt. CHAVRANARAES populos legit Ptolemæi interpres. vide SCYTHÆ.

CHARAX Tauricæ Cherſoneſi vrbs, Ptolemæo. CARASENI fortè Plinij. Giracunda Nigro eſt: Cacagioni autem Mercatori. Straboni Carthaginienſium emporium, in Africa Propria ſitum, quod PHARAX φάραξ, Ptolemæi eſt. Hodie Sibecca dici, vult Caſtaldus. Cariæ vrbs Stephano; quam ſuo tempore ſcribit TRALLIS τράλλις, vocatam. Armeniæ Minoris opidum eſt apud Ptolemæum. Parthiæ quoque, apud eundem. Magnum emporium iuxta Nicomediam, eſt Stephano. Eidem, locus in Pontica regione. Cretæ promontorium, habet Curopalates. CHARAX PASENI χάραξ πασινοῦ, Suſianæ opidum, Ptolemæo, ad Sinum Arabicum, inter Tigrim & Eulæum flumina ſitum. Primùm ALEXANDRIA, ab Alexandro eius conditore; dein ANTIOCHIA ab eius reſtauratore; & tandem PASINES, (SPASINE legit Pintianus, ex Stephano, & Ioſepho, ni fallor: ille enim hoc opidum σπασινοῦ χάραξ vocat) dicta fuit: auctore Plinio. PASINE πασίνη, habet hoc loco Arriani Periplus. TOPASINI legitur apud Xiphilinum, fortaſſè malè iuncto articulo Græco. Hyſpaſines Characenorum regis meminit Lucianus in Macrobiis. Carmõ vocat Pinetus, in ſuo Plinio Gallico. Hermolaus, in ſuis Plinianis Caſtigationibus citat Indicam quandam incerti auctoris hiſtoriam, in qua legitur DIRIDOTIM quandoque dictam. Sed hoc ita non eſſe, ex Arriano didicimus qui Diridotim pagum Babyloniorum ad Oſtium Euphratis fluminis deſcribit. vbi TEREDON Ptolemæi eſt, eiuſdem ſoni, & paucis litteris mutatis opidum. CHARAX, locus Phrygiæ. Nicetæ. inter Lampin & Graoſgalam χάρακα, παρ' ὧν inter Armeniam Cappadociamq; deſcribit locum quidam: an verè, & quo auctore, ignoro. vide BLESINO, LAPATHVS, & MESANÆI.

CHARBANVS, Medorum mons, Plinio.

CHARBYRIS, vide CHARYBRIS.

CHARCHA, locus circa Aſſyriam videtur, apud Arrianum.

CHARCHABARESA, vide CHARCHAMIS.

CHARCHAMIS, vrbs eſt ad Euphratem, 2. Paralip. 35. & apud Eſaiam. CARCHABARESA καρχαβαρησα, Ioſepho eſt, Antiq. 10. quam Beniamin Karkeſſa appellari ſcribit.

CHARDI, vide OECHARDÆ.

CHARETEM χάρητα, Peloponneſi fluuium circa Argiam, habet Plutarchus in Arato.

CHARIATI, opidum Carreorum, in Arabia Felici, Plinio. CHARIATHA χαριάθα, Ptolemæo. CHARGATHA interpretibus.

CHARIATVM, Calabriæ in Italia vrbs: Gabrieli Barrio. cuius epiſcopum interfuiſſe ait Concilio Romano I. ſub Symmacho I.

CHARIDEMI Promontorium χαριδήμου, Ptolemæo; Hiſpaniæ eſt ad Mare Mediterraneum. Car. Cluſius Cabo de Gates vocat. Florianus in ſuo Hiſpaniæ Chronico ſcribit corruptè ſit vocari, cùm proprium eius nomen ſit Cabo de Agatas, ab achate lapide pretioſo, qui in hoc promontorio effoditur. CHARIDEMI portus quoq; huic promontorio ſequitur apud Florianũ. qui eum hodie Porto Carbonero appellari ait. Sed quis ex veteribus huius Portus meminerit, ignoro.

CHARIEN, & CHARIIS, vide CHARISTVS.

CHARIMATÆ χαριμάται, iuxta Pontum gens. Stephanus. ex Palæphato.

CHARIMOTRI, vide PYTHANGELI.

CHARINDA χαρίνδα, Mediæ fluuius, apud Ptolemæum, & Ammianum.

CHARIOPOLIS, inter Thraciam & Macedoniam vſpiam, Cedreno, & Curopalati. Cheropolis vulgò, vti ex Leunclanio didici. An Cedropolis Ariſtotelis?

CHARIPHRON χάριφρον, vnum oſtiorum Indi fluminis, Ptolemæo.

CHARIS χάρις, Parthyenæ vrbs. Appian. in Syriacis.

CHARISIA χαρισία, Arcadiæ vrbs, apud Pauſaniam. χαρίσιαι, legit Stephanus.

CHARISPA χάρισπα, Ptolemæo, ZARISPA interpretib. Bactrianæ vrbs.

CHARISSA, vide LARISSA.

CHARISTVS χαρίστος, Ptolemæo Colchidis fluuius, qui Tamaſa M. Nigro dicitur. CHARVS Straboni eſt, vt Xylander ſubdubitat. RIOCHARVS ῥιοχάρος, cuius in Græco codice legitur. CHARIENS χαρίεις, Plinio, & Arriano, in Periplo. Quid ſi ſit CITHARVS Agathiæ?

CHARITVM, ſiue GRATIARVM mons, ex quo Cynips fluuius oritur. Herodoto in Africa eſt.

CHARMÆI, Arabiæ Felicis gens, apud Plinium.

CHARMANDA χαρμάνδη, vltra Euphratem gens: iuxta portas Babyloniæ. Stephanus, & Xenophon 1. Cyri exped.

CHARMARVM gentem Indicam, habet Plinius.

CHARMEL, Ioſue 15. Palæſtinæ locus.

CHARMIS χάρμις, Sardiniæ inſulæ opidum, à Carthaginienſ. conditum. Stephanus.

CHARMONIA, vide CARMON.

CHARMOTHAS, Vide CHARMVTA.

CHARMVTHA χαρμοῦθα, peninſula ſinus Arabici, ad litus Arabiæ Felicis: Carthaginienſium ſinui quem Cothonem vocant, non abſimilis. Diod. 3. CHARMOTHAS χαρμόθας portus, Strabonis eſt.

CHARONIA χαρώνεια, circa Mæandrum, Straboni 12. & 14. quorum vnum eſt Hierapoli, alterum ad Neſaidis regionis Characa. Item ad Magneſiam & Myuntem PLVTONIA ſunt Ciceroni 1. de Diuinatione, loca peſtilentibus exhalationibus aues necantia.

CHARONEÆ Scrobes, vide SPIRACVLA.

CHARPOTE, Meſopotamiæ caſtellum, apud Cedrenum. Charpete eſt Curopalati.

CHARSIANVM caſtrũ, habet Cedrenus, & Porphyrogẽneta in Cappadocia. Et Charſiani Clauſuras Curopalates.

CHARTA, Meſopotamiæ vrbs: lib. Notitiar. Membrana quã habui, legebat METOMACHARTA. vide CARRHÆ, CHATRACHARTA, & CHARTABARA.

CHARTAIA, vrbs eſt Hyrcaniæ, verſus Orientem: magna & opulenta. Laonicus.

CHARTANI χαρτανοὶ, Marmaricæ nomi gens, Ptolem.

CHARTHA, vide CARTHARA.

CHARVDES, vide HARVDES.

CHARVS, vide CHARISTVS.

CHARYBDIS, Vorticoſum mare inter Siciliam & Italiam, in freto Mamertino, auctore Plinio. SYRTIM, vocat Iſacius Tzetza. Galofaro appellatur hodie Fazello & Aretio teſtibus. Laurentius Ananienſis autem dicit Cannatello appellari. CHARYBDIS locus in Syria quoque, inter Apameam, & Antiochiam, in quo Orontes fluuius abſorptus, poſt XL. ſtadia rurſum emergit. Strabo 6. & ex eo Euſtathius. CHARYBDIM, etiam iuxtà Gadiram habet Etymologicon, quæ Barra & Matta gorda fortè hodie. Vide MAMERTINVM.

CHARYBRIS, in Cypro, locus, vbi Hilarion monachus vitam degit. Calliſtus 10. cap. 8. item Sozomenus 6. ſed χάρβυρις, in Græco eſt.

CHASALON, vide IARIM.

CHASALVS, & CHASAPH, vide ACHSAPH.

CHASBI χασβι, loci nomen eſt, Geneſ. 38. vt legunt 70. interpretes. CHESIB legit Pagninus, & paraphraſtes Chaldæus.

CHASCOR χασκώρ, Palæſtinæ vrbs. 1. Machab. 5. CASPHOR D. Hieronymo.

CHASDIAM vocat Guil Poſtellus, regionem Polo Auſtrali ſuppoſitam, nondum perluſtratam. in ſuo Compendio Coſmographiæ. Scribit habitari à Mauris ſiue nigris hominibus. Tempus viderit. vide PILA Terræ.

CHASESON THAMAR, vide ASASONTHAMAR.

CHASIRA χασίρα, Armeniæ Minoris opidum. Ptolemæus.

CHASLVHI, vide SARACENI.

CHASPHON χασφών, 1. Mach. 5. Palæſtinæ opidum. Ioſepho quoque 12. Antiq. vbi CASTOMACHI Rufinus interpres corruptè legit. CHASBON habet D. Hieronymus.

CHASVARI, Germaniæ populi, Tacito. Duringos æſtimat Althamerus. vide CHATTVARII.

CHASZANEMICA, Ponti vrbs. lib. Notit.

CHATAGIA, vide ACHATAGIA.

CHATENI, Arabiæ Felicis populi, ad ſinum Capeum. Plinius. vide CHATTENIA.

CHATHALIENSIVM meminit Caſſiodorus 1. ad Fauſtum. ſine H. CATALIENSES legit Fornerius. LATHALIENSES legit Durantius in Variis. In Italia alicubi populus. Pro CATALIS fortè.

CHATRACHARTA χατραχάρτα, Bactrianæ vrbs Ptolemæo. Ammianus (niſi adulterata ſit lectio) duas ex his facit; is enim habet CHATRA, & CHARTE. ſed & ipſe quoque Ptolemæus lib. Geographiæ 8. eandem CHARTA tantum vocat. Idem etiam habet in Aſſyria CATRACHARTA vrbem.

CHATRÆI χατραῖοι, Indiæ intra Gangem populi. Ptolemæus.

CHATRAMOTITÆ, Arabiæ Felicis populi ſunt Plinio, & Straboni. χατραμωτῖται, CHATRAMMITÆ Ptolemæo; CHATRAMOTAS χατραμῶται, eos vocat Stephanus, ex Vranio: & regionem χατραμωτίτιν. CHATRAMIS Regio eorum eſt Dionyſio Afro. vide ARABIA.

CHATRAPPVS, vide ARAPVS.

CHATRISACHA χατρισάχα, Ptolemæo, CHATRISCHA interpretibus. Ariæ vrbs.

CHATTÆ, vide CATTI.

CHATTENIA χαττηνία, Stephano Gerræorum regio eſt, iuxta mare Rubrum. Fortè vbi CHATENI Plinij.

CHATTVARII χαττουάριοι, Germaniæ populi, apud Strabonem. CHASVARIOS Taciti puto: & CASVARIOS Ptolemæi.

CHAVBI χαῦβοι, Germaniæ ad Oceanum gens, Strabo. CHABIONES fortè Mamertini. CHAIBONES alij legunt. Circa Friſiam.

CHAVCI, Plinio & Tacito; CAVCHI καῦχοι, Ptolemæo, & Paterculo. CAVCI καῦκοι, Suetonio, Lampridio, & Straboni. χαυκοι, Dioni, Germaniæ populi ſunt. Hos CHAYCOS poëticè appellauit Claudianus, ad Stiliconem; eo verſu, Vt iam trans fluuium non indignante Chayco. quod ante me annotauit Hottomannus, in ſua Francogallia. Hos Ptolemæus & Plinius in MAIORES & MINORES diuidunt, Minores ſunt hodie, vt Iudocus Willichius vult, Friſij Groeningenſes; Maiores comprehendunt Bremenſes, Luneburgenſes, ad Hamburgum vſque. Ptolemæi certè Cauchi Minores, quos ponit inter Amaſium & Viſurgim fluuios: hodie Ooſtfrieſen ſunt. Cauchos Minores, vocat Leunclauius ex Dionis 60. CAVCHVSIOS καυχούσιοι. Sed Plinius CAVCOS alios inter Helium & Fleuum ſternit. Hos H. Iunius in ſua Batauia Goeylanders facit.

CHAVLASII. vide CHABLASII.

CHAVLOTÆI, vide ARABIA.

CHAVM χάον Argiæ mons, ex quo Eraſinus fluuius oritur. Pauſanias in Corinthiacis. Eſt & caſtellum in Taurica Cherſoneſo, Straboni.

CHAVNARIA EXTREMA χαυναρία ἄκρα, Libyæ Interioris vrbs, Ptolemæo. Cabo de non, Marianæ & Maſſeio. Promontorium eſt ad mare Atlanticum.

CHAVNI χαῦνοι, Theſprotica gens, apud Stephanum. ex 4. Theſſalicor. Riani.

CHAVON χαύων, Stephano Mediæ regio eſt. χαῦον, Straboni Tauricæ Cherſoneſi caſtellum.

CHAVRANA χαυρανα, Scythiæ extra Imaum vrbs, apud Ptolemæum. Cardandan Mercatori eſt: Camul Caſtaldo.

CHAVRANI, vide CHARAVNI.

CHAVRINA χαυρίνα, Ptolemæo Ariæ vrbs.

CHAVS amnis, alicubi in Aſia Propria, apud Liuium 38. Vide CHAVM.

CHAVSORIVM, vide TAMALME.

CHAYON, vide CHAVON.

CHAZARIA, loci nomen, apud Cedrenum & Zonaram. Chazarorum meminit etiam Conſt. Manaſſes, cuius principem Chaganum nominat, vt quoque Glycas, & Hiſt. Miſcella 22. cui in Bulgaria eſt. Vide OXIANI.

CHAZENA χαζηνη, ſatrapia Meſopotamiæ Euphratis. Strabo & Stephanus.

CHEBAR, vide CHOBAR.

CHEBRON, vide HEBRON.

CHELÆ χηλαι, Arriano locus inter Apolloniam inſulam, & Sangarium fluuium. Eſt & locus circa Byzantium; quem deſcribit Gyllius, ex Dionyſio: hodie Scalas dictus. χηλη eſt apud Nicetam. Alius locus deſcribitur à Silio 14. his verſibus:

Hic contra Libyamq; ſitum, Caurosq; furentes ”
Cernit deuexas Lilybæum nobile Chelas. ”

qua voce puto eum hunc poëtam innuere duo Africæ promontoria, Apollinis nempe & Mercurij, quæ ſinum Carthaginenſem duabus veluti cancrorum chelis amplectuntur. vide EETIONIA.

CHELANDIA vrbs. lib. 20, 21. & 22. Hiſtoriæ Miſcellæ. CHELANDRIA legit Hugo Floriacenſis. Circa Boſporum fortè alicubi. Eadem hiſt. Miſcella hac voce Chelandia, non ſemel pro nauigij genere vtitur. Sed hoc obiter hic, & citra inſtitutum.

CHELE, vide CHELÆ.

CHELIDONIÆ Scopuli, χελιδόνιαι, in Pamphilio mari ſunt Ptolemæo: Iſole Corrente Caſtaldus appellat. Caproſe Pinetus vocat. Harum mediam, quæ & cæteris maior eſt, Caſtello ruzo nominari, ſcribit Niger. Dionyſius tres eſſe dicit. Stephanus ex Fauorino duas dicit eſſe numero. quarum vnam CORYDELAM κορύδελα, alteram MELANIPEAM μελανίππα, appellari tradit. Chelidonias inſulas Pamphilium mare à Lycio diuidere, ſcribit Lucianus, in Nauigio.

CHELIDONII χελιδόνιοι, circa Phrygiam locus: Straboni 14. inter Metropolim & Holmios.

CHELIDONIVM χελιδόνιον, Illyrica gens, Stephano: ex Hecatæo. Promontorium montis Tauri, in Pamphilia, Plinio. Caſtellum in præcipiti colle ſitum, non longè à Tibio, Cedreno, & Curopalati.

CHELIPPVS, mons in Chio inſula. Germanicus Cæſ. in Aratum.

CHELLVS χελλοῦς, circa Palæſtinam vrbs. Iudith 1.

CHELMACH Ezech. 27. χαλμαβ, 70. interp. MEDIA, vertit Chaldæus paraphraſtes.

CHEIMON D. Hieronymo, CYAMON κύαμων 70. interp. quæ eſt contra Eſdrelon. Iudith cap. 7.

CHELONATES, vide CHELONITES.

CHELONE χελώνη,i. teſtudo, promontorium Coi. Pauſanias in Atticis.

CHELONIDES χελωνίδες, paludes Libyæ Interioris. Ptolemæus. Gaoga nunc nominari videntur.

CHELONITES χελονίτης, Promontorium Elidis, Peloponneſiacæ regionis, Ptolemæo, & Straboni: ſed huic CHELONATES. Cabo Torice vocat Theuetus, Caſtel Torneſo, vernaculo vocabulo appellat Sophianus. cui etiam CHLVMVTZI χλυμύτζι, dicitur. ILIACVS ἰλιακὸς, videtur quoque à Plethone nominari.

CHELONITIDES, vide CATATHRÆ.

CHELONOPHAGI, Aſiæ populi circa Arabiam videntur apud Melam. In Carmaniæ angulo, ſunt Plinio, & Ptolemæo. Fretum ſinus Arabici accolunt, vt Strabo teſtis eſt. Nouit hos quoque Mela, & Agatarchides. Vide PHOCARVM.

CHELYDORIA χελυδωρία, Arcadiæ mons, contiguus Cillem alio monte. In Chelydoria Mercurium teſtudinem excoriaſſe, & ad lyram ſuam aptaſſe, ſcribit Pauſanias.

CHEMBIS, vide CHEMNIS.

CHEMIA, vide ÆGYPTVS.

CHEMMIS χέμμις, Ægypti pagus, in colle, ad ripam Agathoſdæmonis fluminis. Heliodorus lib. 2.

CHEMNIS χέμνις, Ægypti vrbs, in Thebaidis regione, (iuxta Neapolim Stephano.) teſtibus Herodoto, & Diodoro; cui eadem PANOS vrbs, πανόπολις, dicitur. χέννις, male legi credo apud Plutarchum in Iſide. CHEMNIS quoque inſula Ægypti natans eſt, Herodoto & Pomponio. iuxta Buton vrbem verſus oſtium Sebenniticum. ſed quæ CHEMBIS ex Hecatæi ſententia, apud Stephanum vocatur. CHEMNITEN Nomum habet hoc tractu Herodotus in Euterpe. Eadem fortè cum PANOPOLITE.

CHEN χὴν, Laconica vrbs, Stephano, Laertio in Myſone, & Maximo Tyrio, Sermone 15. vide OETÆVS.

CHENÆI, vide CENÆI.

CHENERETH, vide TIBERIAS.

CHENIVS χήνιος, mons circa mare, apud Macrones populos: vti videtur lib. 14. Diodori. Non procul à Colchide regione eſt.

CHENNE Hieronymo, Ezech. 27. χαναάν, 70. interpret. CANNÆI Chaldeo paraphraſti.

CHENNIN χέννιν, Aegypti locum, habet Plutarchus in Iſide. vbi Satyri & Panes habitant. CHEMNIS puto reſtituendum.

CHENOBOSCIA χηνοβοσκία, Ptolemæo & Stephano eſt vrbs in Aegypto. CENOBOSIVM Antonino, & CHENOBOSCIVM lib. Notitiar.

CHEPHIRA, vide TIBERIAS.

CHEPHTHOMI, vide ENAMIÆ.

CHEPTA, Aſiæ fluuius eſt Plinio. inter Orthoſpanam Drangianæ regionis vrbem, & Peucolaitem. Indicæ regionis.

CHERÆVS χεραιος, Aegypti locus. Procop. 6. ædif. Videtur mihi CHEROPOLIS Stephani, & CHERCV apud Antoninum pro eo legi puto. Circa Canobum eſt.

CHERCV, vide CHERÆVS.

CHERECLA, vide CHÆRECLA.

CHEREOS χερεος, caſtelli nomen apud Suidam. in voce Indacus. In Aſia Minori, circa Iſauriam.

CHERMEL χερμέλ, montis nomen videtur Iſaiæ 29.

CHERMVLA Palæſtinæ vrbs, lib. Notitiar. An pro Carmelo?

CHEROBACCHI, vide CHOERROBACCHI.

CHEROGIPSIS χηρόγιψις, fluuius, ſic ab accolis vocatus. Gregoras. In Thracia, circa Cherroneſum.

CHEROLATA, vide CHERTOBALVS.

CHERRÆIDÆ χερραιίδαι, portus circa Teium, Ioniæ vrbem, Septentrioni obuerſus. Strabo 14.

CHERRONESVS, Libyæ vrbs, CHERRVRA dicta, χέρρυρα, Stephanus. Lyciæ regionis, eſt apud eundem. item vrbs ſupra Cnidum. Apud Rhegium, è regione Siciliæ, Plutarcho in Craſſo. In Sardinia opidum, Ptolemæo. Apud eundem Aethiopiæ ſub Aegypto: ad ſinum Arabicum. & Indiæ intra Gangem; ad mare Indicum. Vrbs Aethiopiæ verſus Occaſum, infra Tritonidem paludem: (quæ ad mare Atlanticum eſt) hanc ab Amazonibus expugnatam, ſcribit Diodorus 3. In Hiſpania vrbs, circa Zacynthum, Straboni 3. quã puto hodie Peniſcola (idem ſignificante) nomen obtinere. Eſt & Cherroneſus colonia Heracleotarum (qui ſunt in Bithynia) inter Boryſthenem & Panticapeum, Plinio & Strabone teſtibus. Locus quoque Thraciæ, ad Pontum Euxinum, inter Apolloniam & Thyniadam, vt refert Arrianus in Periplo. Etiam circa Sinopen, ad Pontum Euxinum. Plutarchus in Lucullo. Cherroneſus etiam eſt iuxta Corronitem, κοῤῥωνίτην, vrbem Stephano. Neſcio hæc vbi ſit. An pro Corronite Corinthus legendum, vt ex Thucydid. 4. videtur? CHERRONESVM Brutiæ, apud Rhegium, habet Plutarchus in Craſſo. Hanc PENINSVLAM interpretatur Plinius 3. cap. 5. & 10. Hoc ſcire vellem Scaligerum, vt eo lubentius Zanculas pro Phancillas legeret, ad 4. Varronis de lingua Latina. Hunc autem Cherroneſum primum propriè ITALIAM appellatam, ſcribit ex Antiocho Syracuſano, Halicarnaſſeus. vide APOLLONIA. & CHERSONESVS.

CHERRVRA, vide CHERRONESVS.

CHERSÆVS Murus, Conſtantinopoli: Zonaræ 3. vide CHERSONESVS.

CHERSENA, vide TAVRICA CHERSONESVS.

CHERSEVS χερσεὸς, Phœniciæ fluuius Ptolemæo, in ſacris CYSON eſt; Poſtello aſſertore. Chorſeus, per o habent Ptolemæi Latini codices, vt & Poſtellus hoc loco.

CHERSIS χέρσις, vicus Africæ, in Pentapoleos regione. Ptolemæus.

CHERSO χερσον, Ponti maritima vrbs, ad Mæotidem paludem, Procopio 3. Aedific. Huius meminit ſæpius Cedrenus. Expugnationem eius deſcribit Conſtantinus Manaſſes. Ex horum, & lib. 20. Hiſtoriæ Miſcellæ deſcriptione videtur mihi in Taurica Cherſoneſo, locũ eſſe maritimum ad eius partem Occidentalem. CHERSONESVS fortè Ptolemæi, Arrianive. Mecum video ſentire Baronium in Martyrologio Romano. Eandem CHERSONA ab aliis vocari, obſeruaui.

CHERSONES, vide OXIANI.

CHERSONESVS χερσόνησος, THRACIÆ, Ptolemæo, HELLESPONTIACA Cherroneſus apud Suidam. videtur ab Halicarnaſſeo, & Stephano PALLENE παλλήνη, dici. Deſcribit enim ſub hoc nomine Thraciæ peninſulam; è regione Helleſponti ſitam. additq; eam à Cruſæis barbaris habitatam. CHERSÆVM ſimpliciter nominat Lycophron. CHERSONESVS etiam Tauricæ Cherſoneſi opidum eſt apud Ptolemæũ, & Arrianum, in Periplo. quæ CHERSO fortè poſteriorib. ſæculis. Promontoria quoque duo in Achaia, ſic dicuntur Ptolemæo. vnum ad Aſopi, alterum ad Acheloi fluminum oſtia. Eidem Cretæ inſulæ promontorium, Occidentem verſus. Punta de Corinto indigitat Pinetus. Etiam Cretæ inſulæ, Exortini lateris promontorium Ptolemæo. Punta do Setia, Pineto eſt. χεῤῥόνησος, Stephano dicitur. (Sed video ferè Cherroneſus & Cherſoneſus indifferenter ab auctoribus ſcribi.) Promontorium Siciliæ, Ptolemæo. Fazellus Auguſtam hodie vocat. Aliud Siciliæ citatur ex quarto Interpretis Apollonij libro, à Fazello: ſubditque hodie Milazzo vocari. Eubœæ inſulæ promõtorium, apud Ptolemæum. Cabo d'oro habet nomen apud Mar. Nigrum. Melitæ inſulæ maris Africi, Ptolemæo. Cale di S. Paulo, Quinto Heduo. Perſidis promontorium, ſiue extremum, eſt Ptolemæo; item Arriano in libello rerum Indicarũ. ſed hic addit huius Cherſoneſi tractum MESAMBRIA μεσαμβρίη, vocari. CHERSONESVS METHENE μεθώνη χερσόνησος, Peloponneſi promontorium, Ptolemæo, in Argia regione: Phanar Sophianus appellat. De eo vide in METHANA. CHERSONESVS PARVA, Aegypti promontorium Ptolemæo; ad Mare Mediterraneum: Boſire hodie videtur. MAGNA cognomine eſt apud eundem, in Marmarica, regione Africæ: Arraxiltin, vel Raxiltin Marmolio. Idem Ptolemæus habet duas Cherſoneſos in Arabia Felici: vnam ad ſinum Arabicum; alteram ad ſinum Perſicum. CHERSONESVS eſt in Troade, vbi Hellen ſepultam, ſcribit Lucianus, in Dialogis. CHERSONESI Rhodiorum, meminit Seneca 3. Natural. vbi de fonte quodam fœdo turbidoque. Vide CHERRONESVS, APAMIA, SINOPE, & TAVRICA.



CHERTOBALVS χερτόβαλος, Pannoniæ Superioris ciuitas, Ptolemæo, Charlburg in Auſtria cenſetur à Lazio: additq; eandem ante annos ducentos Cherſulenburg appellatam. Eandem idem CHEROLATA nominat. GERVLATÆ eo tractu, Antoninus, & lib. Notitiar. meminere. Eidem Antonino DEG. XIIII. eſt.

CHERVSCI, Tacito, Paterculo, & Straboni. CHÆRVSICI χαιρουσκοι, Ptolemæo. quos Vib. Sequeſter CERVECIOS nuncupat. Manſfelders ego exiſtimo. Lunebargenſes mauult H. Iunius, in ſua Batauia. Vide Althamerum, in Tacitum.

CHESBON, vide ESEBON.

» CHESEOPOLIS. Plin. 5. cap. 29. Fuit in ora eius Temnos, nunc in extremo ſinu Smyrnæ Cheſeopolis prom. Sic
» Pintianus, & tria mea exemplaria. quo loco legit Gelenius, Myrmeces ſcopuli. Vide CHESIVM.

» CHESIAS, vide CHESIVS.

CHESIVM χήσιον, Ioniæ opidulum, Stephano. idem cum CHESEOPOLIS putauerim. Sami promontorium eſſe ſcribit Gyraldus, ex Callimachi Scholiaſte.

CHESIVS, Plinio fluuius eſt in Samo inſula. χησιας Sami promontorium, apud Callimachum.

CHESLOEMI, vide ENAMIÆ.

CHESLON, vide IARIM.

CHESSINVS χησσινος, Sarmatiæ Europææ fluuius. Ptolemæus. Narua mihi hodie referre videtur.

CHETIMA, in ſacris litteris; CHITTIM legit Pagninus apud Danielem 13. CETII habent 70. interpretes. ROMANOS interpretatur D. Hieronymus. Lib. 1. autem Macchab. cap. 1. ſcribit Alex. Mag. ex Chetim exeuntem. Hic verò nunquam fuit in Italia. Ita hic Græcos vel Macedonas velle videtur. Monuit hoc ante me quoque Caſtalio. Pro ITALIA tamen & regionibus attingentibus habetur à M. Beroaldo. Vide CYPRVS.

CHETTÆA χηττaία, Ptolemæo eſt Marmaricæ, in Africa vicus. Carro vocatur Iacobo Caſtaldo.

CHETTÆI χετταῖοι, Palæſtinæ gens. Geneſ. 15. CHITÆI ſunt Pagnino: ETHÆI Chaldæo paraphraſti, & D. Hieronymo. vide CANAAN.

CHETTI vicus χέττι κώμη, locus haud procul à Byzantio. Agathiæ 5. CHETVMESVM legerat vetus interpres.

CHETVMESVM, iuxta Symbolon portus eſt, lib. 20. Hiſtor. Miſcellæ. Cherſoneſus fortè Ptolemæi. vide CHETTI vicus.

CHEZAS, vide CHVSIS.

CHEZIB, vide CHASBI.

CHIA, vide CHIOS.

CHIACA, Armeniæ vrbs, Antonino. Ponti; in lib. Notit.

CHIANI, vide GAVRATÆ.

CHIDNÆI χιδναῖοι, circa Pontum Euxinum populi. Orpheus in Argonauticis.

CHIDON, areæ cuiuſdam nomen: 1. Paralip. 13. vide NACHOR.

CHIDORVS, vide ECHEDORVS.

CHILIOCOMVS, Mediæ vberrimus tractus, prope Corduenam, Ammiano, 25. Huius meminere etiam Cedrenus & Curopalates.

CHILMANENSE opidum, in Africa Propria. Plinius.

CHILMI ſcopulum, ad Cirtinam inſulam: habet auctor vitæ D. Fulgentij. Cercina malim pro Cirtina.

CHILVN χιλοὺν, 70. interp. Palæſtinæ locus. Ioſue 15. D. Hieronymo OLON eſt.

CHIMARVS χείμαρρος, Argiæ regionis torrens. Pauſanias in Corinthiacis. Geminato RR. apud Iſacium. Etiam fluuiolus propè Conſtantinopolim; vt habet Gyllius ex Dionyſio Byzantio.

CHIMERA χείμερα, Siciliæ vrbs Stephano: ex Xenophonte 3. Græcor. vbi quidam ἱμέρα legunt. Lyciæ mons, qui nocturnis æſtibus fumum exhalat, Solino & Vibio. eundem puto cum eo, quem Plinius in Phaſelide deſcribit. & ſub Cragi (cuius pars Chimera eſt) nomine, Strabo. qui etiam CHIMERAM conuallem non procul hinc facit. CHIMERA etiam apud Plinium caſtellum eſt in ora Epiri, in Cerauniis.

CHIMERIVM χειμέριον, locus in Theſprotide, vbi dulcis aquæ venæ è mari erumpunt, Pauſaniæ in Arcadicis. Promontorium ibidem eſt, Stephanus. Idem cum CHIMERA Plinij puto. Eſt portus, & ſuper eum vrbs, Thucydidi, & Straboni. Phthiotidis montem habet Plinius.

CHIMO χειμῶ, Ptolemæo vicus Ægypti eſt, ad Mare Mediterraneum. Cacoberio hodie vocari conijcio: Theuetus tamen Turcim Arabum ex eo facit. CYNOSSEMA, ni fallor, Strabonis eſt. vide CHIVS.

CHIMOAS, vel CHIMONAS, & SARANDIS, Indiæ loca, inter quæ aetites lapis reperitur. Serapio.

CHINÆA, vide BRIXIA, & CYGNEA.

CHINAPHAL χινάφαλ, Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis flumen. quod hodie Celef & Acafran vocatur, auctore Marmolio.

CHINERETH, vide TIBERIADIS Lacus.

CHINNA χίννα, Dalmatiæ vrbs, Ptolemæo teſte. CINNA Antonini forſan.

CHIONITÆ; gens Perſis vicina, Amm. Marcellino. CYNAMOLGI legit Iunius, Animaduerſ. 5. cap. 27.

CHIOS χῖος, Ægæi pelagi inſula, & vrbs in ea, Ptolem. inter Samum & Lesbum. Hæc ÆTHALIA ab Ephoro, priſco nomine; & CHIA à Metrodoro & Cleobulo nominatur. Item MACRIS, & PITYVSA, Plinio teſte. ÆTHALE αἰθάλη, quoq; apud Suidam & Stephanum. Apud Liuium lib. 37. ſunt Macris, Chios, & Æthalia tres inſulæ diuerſæ; hoc eodem nihilominus tractu. Hæc Chios ſola maſticen profert. vocaturq; vulgo hodie Scio, vt Sophianus; vel Chio, vt Bordonius refert. eadem eſt pronunciatio. Turcæ Saches appellant. Perſi Seghex, (quod maſticen ſignificat) vt ſcribit Ioſaphat Barbarus. Benixmin eam Hichan nominat; vt ego ex maſticis hiſtoria, quam deſcribit, mihi perſuadeo. CHIOS Cariæ vrbs, ſub monte Pellenæo: item Eubœæ: & alia in Rhodiorum Cherroneſo, iuxta Triopium, Stephano. CHIOS, & ÆTHALIA, duæ diuerſæ inſulæ videntur; apud Liuium 37. vide CHIVS.

CHIRIPHE χιρίφη, Babyloniæ opidum. Ptolemæus.

CHIRIS χίρις, Thebaidis Ægypti vrbs. Olympiodorus in Excerptis.

CHIROBACHI, vide CHOEROBACCHI.

CHIROGYLIVM, Lycij maris inſula. Plinius.

CHIRONIA, vide CARYSTVS.

CHIRONIDES χειρωνίδες Petræ, Theſſaliæ mons, Callimacho. vide PELION.

CHIRONIS villa, prope Meſſenem Peloponneſi vrbem. Polyb. 4.

CHIRONIVM Antrum. Apollodorus 3.

CHISIOTOSAGI, Indica gens. Plinius.

CHITÆ, vide CHETTÆI.

CHITIS, vide TOPAZOS.

CHITTIM, vide CYPRVS, & CHETIMA.

CHITVÆ χιτυαι, Mauritaniæ Cæſarienſis gens, apud Ptol.

CHITVS χίτος, Cedreno Thraciæ pagus.

CHIVS χίος, locus circa Parætonium Ægypti videtur. Polyæno 2. de Maga. pro χειμω κωμη Ptolemæi, vt vult Caſaubonus. vide IOS & CHIOS.

CHIZALA, vide CHOZALA.

CHLAMYDIA, vide DELOS.

CHLARHILORVM gentis, ad Rhodanum fluuium, meminit Auienus.

CHLASCVM, Curopalati vrbs eſt circa Armeniã vſpiam.

CHLEAT vrbs, Cedreno: circa Armeniã alicubi. CHLEAS

legit Curopalates. CHLIAT idem legit, alio in loco. an pro eadem, ignoro.

CHLIARA, Aſiæ Minoris vrbs: ab Emanuele Comneno à Turcis liberata, vt refert Nicetas, & Glycæ continuator. Circa Myſiam, aut Phrygiam videtur.

CHLIARVS, vide GANGES.

CHLIAT, vide CHLEAT.

CHLIDIVM χλειδίον, circa Bulgariam, aut Thraciam, locus, Cedreno. Sine afflatu legitur apud Curopalatem. & lib. 21. Hiſtoriæ Miſcellæ. vbi circa Conſtantinopolim videtur, quo quoque CLIDIVM Gyllio in ſuo Boſphoro eſt.

CHLORVS χλωρὸς, in Sicilia Syracuſiorum propugnaculum, Æliano de Animalibus, lib. 12. cap. 30. Pelorum interpretantur eius interpretes P. Gyllius & Geſnerus. vterq; malè. Medicam manum adhibet Plinius lib. 32. cap. 2. vbi
» hunc locum in ſuam hiſtoriam tranſtulit, atque in Eloro
» Siciliæ caſtello non procul Syracuſis, è manibus hominum
» veſci piſcibus tradit. Eadem apud Stephanum in verbo ἔλωρος. ELORVS itaq; ſcribendum apud dictum Ælianum. CHLORVS etiam Ciliciæ fluuius, apud Plinium.

CHLVMETIA, Græciæ quædam vrbs, Laonico 8.

CHLVMVTZI, vide CHELONITIS.

CHNA χνᾶ, ſic Phœnice dicebatur. Stephanus. Vide PHOENICE.

CHNVMIS χνῦμις, Ægypti vrbs, Ptolemæo.

CHOA, Hieremiæ, ECVE 70. interpretibus. vnde Solomoni equi adferebantur. 3. Regum 10. vide COPHES.

CHOANA χόανα, Mediæ ciuitas Ptolemæo. CHAONA Diodoro eſt, lib. 2. Com Becano, in ſua Gallia. Eſt apud eundem Ptolemæum Parthiæ: item Bactrianæ vrbs.

CHOANI, Arabiæ Felicis gens. Plinius.

CHOARA, Plinio locus amœniſſimus in Parthia. Strabo habet CHORENEM, quam idem vocat CHOARINEM regionem Parthicam: Indis proximam. CHOROANÆ hæc Ptolemæo.

CHOARAXES χοαράξης, limes inter Colchidem & Armeniam, Straboni. ἀράξης reſtituit Caſaubonus.

CHOARINA, vide CHOARA.

CHOASCVS χόασκος, Aſiæ fluuius. Pauſanias in Phocicis. χοάσπης, legendum ſuſpicor.

CHOASPA χόασπα, Arachoſiæ vrbs, Ptolemæo.

CHOASPES χοάσπης, Aſiæ fluuius, qui Suſam præterfluit, Herodoto, Nicandro, Dionyſio, & Euſtathio. Inter Mediæ flumina eum numerat Ammianus. ſic quoque Ptolemæus, ſed ſub EVLÆI nomine. Ex Choaſpi ſolo, vt Plinius & Solinus auctores ſunt, Perſici reges ſibi pocula vendicant. Defertur in Tigrim, eodem auctore. Puto eundem malè apud Curtium 5. HYDASPES vocari. CHOASPEN alium, circa Indiam, habet Curtius & Strabo, qui in Cophen exit, vide HYDASPIS.

CHOASTRA, vide LOCASTRA.

CHOATRÆ, vide SARMATIA.

CHOATRAS, Plinio mons Aſiæ; etiam Ptolemæo. quamuis in Græco codice CHABORAS legatur. Inter Mediam & Aſſyriam regiones limes. SOGDIANOS Montes hoc tractu deſcribit Arrianus 3. Alex. ſi fida ſcriptura. Cabuſco hodie, Caſtaldo. Vide TAVRVS.

CHOBA χωβά, Palæſtinæ locus, vicinus Bethuliæ. Iudith 15.

CHOBAL χοβαλ, ad ſiniſtram Damaſci. Geneſ. 14. CHOVAN Pagnino: HOBA Hieronymo, & Chaldaico paraphraſti, qui ad Aquilonem, vertit, pro ad ſiniſtrã. SOBA legit Ioſephus, qui illud videtur inter Damaſcum, & Dan Iordanis fontem ponere.

CHOBAR χοβὰρ, Chaldæorum fluuius: alijs CHEBAR. Ezech. 1. 3. 10. TIGRIS videtur, vel Euphrates. CHABORAM Ptolemæi putat Caſaubonus ad 16. Strabonis. REGIVS fluuius eſt Scaligero de Emendatione tempor. Vide EVPHRATES.

CHOBAT χόβατ, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo. COBA Antonino eſt.

CHOBATA χωβάτα, Albaniæ vrbs. Ptolemæus.

CHOBVL, vide CABVL.

CHOBVS χῶβος, Colchidis regionis fluuius. Arrian. in Periplo, & Agathias 1. Idem cum COBVM.

CHOCE, vide COCHE.

CHOCHE χωχὴ, vicus iuxta Tigrim fluuium. Stephanus, ex 10. Arriani. Fortè idem cum Coche.

CHODDA χόδδα, Ptolemæo Carmaniæ vrbs.

CHOENICIDES χοινικίδες, loca cauernoſa ad Sinopem vrbem: vbi magna pelamidum piſcatio. Strabo.

CHOERADES χοιράδες, & Pharon inſulas in Alexandria Aegypti appellatas ſciunt omnes; ſcribit Hermolaus in Plinium. CHOERADES, inſulæ ſunt Italicæ, Thucydidi lib. 7. in mari Ionio, iuxta Iapygium promontorium. Tria Iapygum promontoria hæc eſſe, apud Strabonem 6. vult Caſaubonus. CHOERADES, apud Heſychium, Fauorinum, & cætera Lexica, ſunt inſulæ, ſiue petræ Ponti Euxini, iuxta Helleſpontum: eædem cum CYANEIS, vt ego exiſtimo. CHOERADES nominari ab Apollonio, BALEARES; annotauit Gerbelius. Scio eas ab Iſacio ad Lycophronem ſic vocari: ex Timeo apud Dyctem Cretenſem, lib. 6. ſunt CHOERADES ſcopuli ante Eubœam inſulam, iuxta Caphareum montem: CAPHARIDES Petræ, hæ ſunt Senecæ, in Hercule Oeteo. καφηρίδες Phalaridi, & Dioni Pruſæo. Καφηρείδες, Q. Calabro 6. apud quos Aiacem, Caſſandra virgine violata, naufragiũ feciſſe, narrant fabulæ. has apud Homerũ, Lycophronem, Q. Smyrnæum, & Philoſtratũ in Imaginibus, GYRAS Petras appellari video. Sunt etiam CHOERADES in Perſico ſinu: Arriano in Indicis. CHOERADES etiam ad Herculeas columnas ſtatuuntur à Cocciano, vt refert Lycophron. Horum etiã meminit Strabo. Et ſcio non longè hinc etiamnum, in Sinu nempe Gaditano, exſtare quoſdam ſcopulos, qui nomen retinent, ab accolis enim Los puercos hodie nominantur. Roche de la Truye Gallis. eadem ſignificatione omnes. CHOERADES, Stephano Moſynœcorum vrbs eſt.

CHOERAGIA, vide APSACIVM.

CHOEREAS χοιρέας, Herodoto in Eubœa locus. vnde Chœreatæ, tribus Sicyoniæ apud eundem.

CHOERIVS Saltus, iuxta Gereniam. inter Meſſeniam & Laconicam. Pauſanias.

CHOEROBACCHI locus, in Thracia ad Melam fluuium, apud Zonaram, & Nicetam. Chirobachi legitur apud Curopalatem.

CHOI χοῖ, Aſiæ populi, Stephano. Iuxta Bechiros.

CHOLARGVS χόλαργος, Acamantidis tribus vicus, Stephano. In Attica, Suidæ. Huius etiam Plutarchus in Nicia meminit, & ſæpius Æſchines in Orationib.

CHOLBESINA χολβησίνα, Sogdianæ opidum. Ptolemæus.

CHOLIDÆ χολίδαι, Leontidis gentis vicus. Steph. Geminato λλ habet Demoſthenes, aduerſus Lacritum, & Cononẽ.

CHOLIMMA χολίμμα, Armeniæ Maioris vrbs, apud Ptol.

CHOLLE χόλλη, Palmyrenæ opidum, Ptolemæo. Africæ vrbs quoq; Appiano in Punicis. at ACHOLLA ἄχολλα legendum. vide ACHOLA.

CHOLLIDÆ, vide CHOLIDÆ.

CHOLMADARA χολμαδάρα, Ptolemæo, Syriæ ad Euphratem vrbs.

CHOLOBETENA χολοβητηνη, Armeniæ regio, Stephano, ex Arriano.

CHOLOE χολόη, Ponti Galatici opidum, in Cappadocia, Ptolemæo. CHOLOGI legunt interptetes.

CHOLVA χολύα, Armeniæ Maioris vrbes duæ ſunt apud Ptolemæum. Idem CHOLVATA habet in eadem regione.

CHOLVM Murus χωλον τεῖχος, Cariæ vrbs, Stephano. ex Apollonij 18. Caricorum. Meminit χωλοτειχων quoque Goltzius, ex nummo.

CHOMA χῶμα, Lyciæ vrbs. Ptolemæus. Huius epiſcopum, Eudoxium nominat Concil. Epheſinum III.

CHOMARI populi, circa Margianam, Plinio. vel Bactrianam potius, vt Ptolemæo. qui & CHOMARA opidum ibidem habet.

CHOMPSO χομψὼ, inſula Nili, inter Æthiopiam & Ægyptum. Stephanus, ex Herodoti 2. vbi ταχομψὼ, lego. Idem Stephanus pro eodem alio in loco ταχεμψὼ, per ε in medio habet. Ex quo colligo non omnia vnius Stephani eſſe, quæ ſub eius nomine eduntur, ſed huiuſmodi plurima a ſtudioſis inſerta.

CHONÆ χῶναι, locus metropoleos, in Sanctionibus pontificum Orientalium. CHONAS ad Mæandrum fluuium, deſcribit Nicetas, & olim PALASSAS dictum tradit. vitioſè pro Coloſſas: vt mihi perſuadeo. vide COLOSSÆ.

CHONES χῶνες, Lucaniæ populi. Straboni, apud quos CHONIS ciuitas, quæ CHONIA χωνία Lycophroni, χώνη, Stephano. Calabriæ vrbem facit Barrius, quam hodie Belicaſtro nominant. vide ITALIA.

CHONNABARARA χοννάβαραρα, Ptolemæo, CHONNAMAGARA interpretibus; Indiæ intra Gangem opidum.

» CHORA, nomen loci, in lib. Notit. vbi hæc: Præfectus Sar-
» matarũ gentiliũ, à Chora Pariſios vſque. vide TRALLIS.

CHORAMNÆI χωραμναῖοι, Perſidis populi ſilueſtres, Stephano. Circa Caſpium mare ſunt. CHOROMANDÆ. Plinio.

CHORAMON, vide BATHVRIM.

CHORASA, vide TVPATA.

CHORASMIA χορασμία, vrbs Parthorũ, verſus Orientem, Stephano. CHORASMI populi in Parthia ſunt, ad Orientem ſolem, Athenæo 2. ſunt Sogdianæ regionis, apud Ptolemæum. ab vtraq; parte Oxi fluminis habitant: vt referũt Plinius & Dionyſius. CHORASMVSINI χορασμουσινοι, ſunt Straboni. & χορασμένοι, Arriano 4. Alexandri. Sed hos Colchis & Amazonibus vicinos facit.

CHORAZIM, vide COROZAIM.

CHORBATÆ, vide CHROBATÆ.

CHORDIRAZA χορδίραζα, Meſopotamiæ vrbs, Straboni.

CHORDVLA, vide CORDVLA.

CHOREB, vide SINAI.

CHORENE, vide CHOROANE, & CHOARA.

CHORIENIS Petra, Indiæ, in Paratacarum regione, Arriano. Hanc Curtius DORINIM vocat. vt annotauit Vulcanius. Sed vide AORNVS.

CHOROANE χοροανὴ, Parthiæ regiuncula, Ptolemæo. χωρηνὴ, Straboni. Balaſſan incolis nominatur, ſi Nigro creditur. vide CHOARA.

CHORO χῶρο, locus Thracenſium; Cedreno. TOPOS legit Curopalates. Vide CHORVM.

CHORODNA χορόδνα, Perſidis vrbs. Ptolemæus.

CHOROMANDARVM gens, eſt apud Plinium, ſilueſtris ſine voce, &c. Non dicit vbi locorum. ſed in India, aut Scythia alicubi, credendum. Vide CHORAMNÆI.

CHOROMITHRENA χορομιθρηνὴ, Ptolemæo Mediæ regio eſt.

CHOROSANE χοροσανη, caſtellum in Aſia vſpiam, Cedreno.

CHOROSANITÆ, vide MAVROPHORI.

CHORRÆI χορραῖοι, Palæſtinæ gens, in montibus Seir. Geneſis cap. 14.

CHORSA χόρσα, Armeniæ Maioris vrbs. Ptolemæus. Hodie Chars vocari ſuſpicor.

CHORSABIA, vide ARGASIS.

CHORSEVS χορσεος, apud Ptolemæũ eſt Palæſtinæ fluuius.

CHORSIA χορσία, Bœotiæ vrbs, Pauſaniæ, & ex eodem, Stephano.

CHORSORI, vide PERSIA.

CHORTACANA χορτάκανα. vide ARTACACNA.

CHORTASO χορτασὼ, Ægypti opidum, Stephano.

CHORVM χῶρον, Thraciæ locus, apud Cedrenum. Idem fortè cum Choro.

CHORZENA χορζηνὴ, Armeniæ Maioris regio. Strabo. Valde ſubdubito ne vox ſit corrupta, & eius loco Xerxena legendum.

CHORZIANI, gens Aſiatica, circa Perſidem videtur, apud Procop. 2. Perſicor.

CHOTA, vide CVRTA.

CHOTÆNA, & CHOTENA, vide COTÆNA.

CHOZALA χόσαλα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo. CHIZALA, habent Latini interpretes.

CHRABASA χράβασα, Africæ Propriæ vrbs, apud Ptolem.

CHRAMVS, circa Daciam opidum videtur, apud Nicetam Choniatam.

CHREMETES χρεμέτης, Libyæ fluuius maximus, qui in Oceanum influit. Ariſtoteles in Meteoris. Heſychius eius etiam meminit.

CHRENDI χρηνδοι, Hyrcaniæ gens, Ptolemæo. Per I. in prima interpretibus.

CHRETES χρέτης, ſtagnum tres inſulas continens. in Libya. Hannonis Periplus.

CHRETINA χρητίνα, Ptolemæo vrbs in Luſitania.

CHRINDI, vide CHRENDI.

CHRINNI Montes, vide SILYS.

CHRINNISSA, vide CRINNISSA.

CHRISTIANI, vide EVROPÆI.

CHRISTIPOLIS, locus in confinibus Thraciæ & Macedoniæ, circa mare, Gregora teſte. Amphipolim veterem eſſe puto. χριστιανούπολις eſt in Sanctionibus Pontificum Orientalium. & χριστουπολιν, apud Curopalatem. Vide CHRYSOPOLIS.

CHROBATÆ χρωβάται, Cedreno ſunt gentes circa Dalmatiam. Krabaten cum Xylandro eſſe cogito. χορβάται ijdem apud eundem Cedrenum. CHOROBATÆ Gabio, apud Curopalatem.

CHROMII Montes, ex quo Aſopus fluuius oritur. Sic habet Rotmarus ad Apollonium. In Peloponneſo, iuxta Arethyræam.

CHRONVS χρόνος, Sarmatiæ Europææ fluuius, Ptolemæo. In Lithuania eum hodie ponunt Pircheimerus, Decius, & Cromerus. eumq; Germanis Memel, & Slauis Niemen vocari dicunt. in Sinum Venedicum effluit. Eraſmo Stellæ verò, & Rithaymero, fluuius eſt Pruſſiæ, Pergel dictus in eundem Sinum ſe exonerans. Fidlerus (qui flumina Germaniæ elegiaco carmine deſcripſit) & Antonius Chyonarinus in ſuis Bacchanalibus cum Cromero ſentit.

CHROPSI, Vide CYCHRI.

CHRVSOS populos, tranſit Halys fluuius, Vibio auctore. »
Chryſe Pontica fortè Sophoclis.

CHRVTVNGI, Vide SCYTHÆ, & GRVTVNGI.

CHRYSA χρύσα, vrbs Bithyniæ, Plutarcho in Theſeo. Cretica inſula, circa Hierapitnam, Plinio. CRISE hæc Melæ.

CHRYSA Porta χρυση πυλη, locus circa Byzantium. Agathia 4.

CHRYSÆ Fanum, in Sicilia; in agro propter viam, quæ Aſſoro Ennam itur. Cicero 4. in Verrem.

CHRYSAORIS, vide IDRIAS.

CHRYSAORVS χρυσαόρος, Lydiæ fluuius, qui Maſtauram vrbem interluit. Stephanus.

CHRYSARONITÆ, vide MAVROPHORI.

CHRYSAS, Siciliæ amnis; qui per Aſſorinorum agros fluit. vt ſcribit Cicero lib. 4. in Verrem. χρυσας Diodoro 4. in Agyrinorum regione Siciliæ. Vibius eum circa Syracuſas deſcribit. Sine afflatu CRYSAS ex nummo legit Fuluius apud Ciceronem. Hunc Aſſoro hodie dici, ſcribit Fazellus; ſed Veria Leander. Dittaino habet Aretius, & anonymus quidam non contemnendus.

CHRYSE Sinus, Plinio: Maris Eoi; qui Ptolemæo MAGNVS Sinus eſt: vt inſignis, & alter (vt verè, & quod ſentiam, dicam) noſtri ſæculi Ptolemæus, Gerardus Mercator, oſtendit in ſua vniuerſali tabula: qui eundem hodie Mare Cin dici ait. Girava Mar del Zur indigitat. Idẽ Mercator vocat CHRYSE huius Sinus inſulam, quam nunc Luſitani Iapan appellant. Eadem eſt, ni fallor, quæ à Paulo Veneto Zipangri, & nonnullis Ciampagu nominatur. Hæc fortè etiam Dionyſii Alexandrini CHRYSE, id eſt, AVREA inſula. Stephanus quoque habet Oceani inſulam CHRYSEM, quam ὠκεανίτης nuncupat. OCEANITEN habet hoc tractu quoque Arrianus in ſuo Periplo. CHRYSE inſula quoque Indiæ, & peninſula etiam. CHRYSERA eſt Martiano. Inſula χρύση, præterea in quam ex Lemno modicus erat nauigationis curſus, ſed maris æſtu depreſſa, & abolita, Pauſaniæ

in Arcadicis. Vrbs item ad Helleſpontum, inter Abydum & Ophryniũ, Straboni, Plinio, & Calabro. Alia Chryſe Apollinis vrbs, prope Lemnum, & Samum. In Caria regione quoque, Stephano auctore. CHRYSEN vrbem habet Phauorinus circa Thebas, in Troade, Euſtathio Ad A. Ιλιαδ. cui eadẽ cum ATRAMITTENE. eius meminit etiam Troas Senecæ. Item promontorium circa Hephæſtiam, è conſpectu Tenedos. CHRYSEN Ponticam habet Sophocles in Philoctete, locum maritimum. Vide AVREA CHERSONESVS, COMANA, & THASVS.

CHRYSEI, Indiæ gens. Plinius.

CHRYSERA, vide CHRYSE.

CHRYSIPPA χρύσιππα, Ciliciæ vrbs. Stephanus.

CHRYSITES, Liuio locus in Macedonia eſt, (vt Bellonius refert) qui hodie Siderocapſa dicitur.

CHRYSIVS, Iornandi Daciæ fluuius, qui incolis Keureuz, Germanis autem Kraiſſ dicitur, Sambuco, & Lazio. Duplicem faciunt, cognominantque Album & Nigrum. Hunc fortè idem Iornandes AQVAM NIGRAM vocat. Vide CVSVS, & GRISSIA.

CHRYSOANA χρυσόανα, Indiæ extra Gãgem vrbs, Ptol.

CHRYSOBVLLVM, locus circa Tarſum. Cedrenus, & Curopalates.

CHRYSOCERAS, vide CORNV Byzantium.

CHRYSOMALLVS, vide IDA.

CHRYSONDIVM χρυσονδίον, Daretidis regionis, in Macedonia opidum, Polybio 5.

CHRYSOPOLIS χρυσόπολις, Diodoro, Xenophonti, Suidæ, Stephano, & Calliſto: BOS Polybio, DAMALIS Arriano. Promontorium Aſiæ eſt, poſitum è regione promontorij Byzantium continentis. vt illud (ex Georgio Cedreno) deſcribit P. Gyllius. cui Scutari hac tempeſtate appellatur, vicinum Chalcedoniæ. Polybio tamen lib. 4. Bos & Damalis duo diuerſa ſunt loca. Nauale Chalcedonis dicit eſſe Socrates Scholaſticus; & ante eum Xenophon. CHRYSOPOLIS, ſiue DIOSSVROS, id eſt, Iouis tumulus, Aſianæ prouinciæ. ſic huius loci meminit non ſemel ſexta ſynodus Conſtantinopolitana: in Conciliorum opere. Chryſopolim Epiſcopatum habet Tyrius ſub ſede Boſtrenſi. Ad Strymonem fluuium vrbs eſt, Iſacio Tzetzæ ad Lycophronem. An eadem cum Chriſtopolis? vide DRYÆNA, PARMA, VESONTIO, IOVIS, & VRANOPOLIS.

CHRYSORRHOAS χρυσορρόας, Ptolemæo eſt Syriæ fluuius, iuxta Damaſcum vrbem fluens. Bellonius eum Adegele nuncupat. Stephanus fluuium quendam Damaſcum præterfluentem BARDININ βαρδίνην vocat, quem D. Hieronymus FARFAR appellat. vt ſcribit Wolfg. Wiſſenburgius. PHARPHAR eſt 4. Reg. 5. Sed an hic idem ſit cum Chryſorrhoa, an alius, alij videant: ego enim me hoc neſcire fateor. Plura enim flumina hanc vrbem alluere, aut præterire, ex Iuſti Giſtelij Peregrinatione didici. Pharfaris Damaſcum præterfluentis meminit etiam Beniamin. idem habet Amma fluuium, qui in ipſam vrbem influit. Hoc Farfar Damaſci, vulgariter Ferne appellari, ſcribit auctor anonymus de bello Hieroſolymitano. Idem auctor ſub vocabulo Farfar, Orontem Antiochiæ, & Farfar Damaſci comprehendit, atque ex his duobus vnum & vnicum flumen facit, lib. 3. cap 33. & 39. & pluribus ſequentibus. CHRYSORRHOAS Aſiæ fluuius, ad Oceanum Eoum iuxta Samara promontorium, Oroſio. Colchidis fluuius eſt apud Plinium. Et alius in Aſia Minori, qui in Propontidem defertur: & GENDOS vocatur, apud eundem. Eſt & Argiæ fluuius, iuxta Troezenem, Pauſaniæ. vide PACTOLVS, & LYCORMAS.

CHRYSVM χρυσοῦν, id eſt aureum, vnum oſtiorum Indi fluminis, Ptolemæo.

CHRYSVS, Aſiæ Minoris fluuius, circa Laodiceam, auctor Metaphraſtes, de miraculis Michaëlis Archangeli. Hiſpaniæ Beticæ etiam fluuius eſt, apud Sex. Auienum.

CHTHONIA, vide CRETA.

CHVBDA, Aſiæ vrbs, haud multis milliarib. à Taugaſt.

Calliſtus 18. cap. 30. Hanc incolæ ab Alex. Mag. conditam referunt.

CHVDVCA χυδέκα, Babyloniæ vrbs. Ptolemæus.

CHVLLABI, Africæ Propriæ vrbs, apud D. Auguſtinum.

CHVLLI, vide CVLLV.

CHVMANA, vide PHVMANA.

CHVNI χοῦνοι, Sarmatiæ Europææ populi, ſunt apud Ptolemæum, Sidonium, & Marcellinum. Vide VNNI.

CHVRITÆ χυρῖται, Libyæ Interioris gens. Ptolemæus.

CHVS, Sophoniæ 3. & Ezech. 29. ÆTHIOPIA D. Hieronymo & Chaldæo eſt. Sed ARABIAM eſſe docet Matt. Beroaldus, eã nẽpe quæ eſt inter Felicẽ & Petræam.

CHVSÆ, vide PHYLACÆ, & SCVSSA.

CHVSÆI, ſunt Beroaldo ARABES: à Chus. vide ÆTHIOPIA.

CHVSAMBARVS, vide ZVCHABARVS.

CHVSARIS χύσαρις, Ptolemæo Libyæ Interioris fluuius. COSENVM Plinij eſſe, ſcribit in ſuo Ptolemæo, Villanouanus, quem Plinius tamen in Mauritania deſcribit. Vide VESENVM.

CHVSI, vide ECREBEL.

CHVSIS, vide CHVZIS.

CHVSSA, vide SCVSSA.

CHVTHA regio Perſica, vnde rex Salmanaſar gentes traduxit ad Palæſtinam inhabitandam, 4. Reg. 17. Populos Chutæos vocari ſcribit Ioſephus Antiq. 9. ad finem. à χέθου fluuio Perſico, ſic dicto. CHVTHÆI gens ſupra Garizim, eſt apud eundem, cap. 2. belli Iudaici 1. Samaritanos ſic vocari, tradit idem, Antiq lib. 11. Hos Chutæos putat And. Maſius COSSAS Diodori.

CHVTHVS, vide CHVTA.

CHVZICA LAVRA (χουζικὰ λαύρα, eſt Euagrio lib. 4. cap. 7) caſa monaſtica, ad torrentem, in parte Septentrionalis viæ publicæ quæ Hieroſolymis egreſſos, Hierochontæ defert. Huius etiam meminit Calliſtus.

CHVZIS χοῦζις, Africa Propriæ vrbs, Ptolemæo. CHVSIS, & CHESAS, in concilio Carthaginenſi, ſub D. Cypriano habito.

CHYDA χύδα, Ptolemæo Siciliæ fluuius eſt, quem Fazellus Roſmarini appellari dicit. Videtur CHRYSA χρύσα, Diod. lib. 14. Lyciæ maritimum opidum, apud Ptolemæum, vt Sophiano placet. ex Latinis fortaſſe mendoſis exemplaribus, nam Græca LYDÆ λύδαι, hoc loco habent. Giuã hodie eidem Sophiano.

CHYLEMATH χυλημαθ, Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius, Ptolemæo. Mina appellat Marmolius, & à Mauris Rio de Cena in quadam parte vocari dicit.

CHYLINÆORVM χυλιναίων, meminit Theſaurus Goltzij, ex nummo.

CHYRETIÆ χυρετίαι, Æſtiotarum Macedoniæ vrbs, auctore Ptolemæo. Molcoluri Sophianus appellat. Vide CYRETIÆ.

CHYTON χυτὸν, Epiri regio, Stephano: ex Ephoro. Vide CHYTRIVM.

CHYTOPHORIA vide PARTHENIE.

CHYTOS, portus in Cyzico. Scholiaſtes in Apollonij Argonautica.

CHYTRI χύτροι, Cypri vrbs, Stephano, & Plinio; χύτρος, Ptolemæo. χύτροι, lacus in Pelecaniæ tractu, qui eſt inter Cephiſum & Melam fluuios: vbi arundinẽ laudatiſſimam prouenire, affirmat Theophraſtus 4, cap. 12. in Bœotia. vide THERMA LVTRA.

CHYTRINVM χύτρινον, Coorum locum habet Antigonus in ſuis Mirabilibus, vbi aquam deſcribit quæ venenatum vaporem exhalat. Huius meminit etiam Ariſtoteles 5. Politicor. Vide CHYTRIVM.

CHYTRIVM χύτριον, Ioniæ locus, vbi quondam ſitæ fuere Clazomenæ. Strabo, Meminit eius etiam Ariſtoteles, Politicorum 5. CHYTON Stephani videtur, quod monuit ante me Hermolaus. Idem quoque cum CHYTRINO Antigoni mihi erit.

CHYTROPOLIA, locus non longè à Telephi opido, vbi nihil operis præter ollas venales exercetur: eóque Latini





OLLARIAM vocant. Agathias 2. In Armenia Maiori, circa Phaſidem fluuium alicubi videtur.

CHYTROPOLIS χυτρόπολις, Thraciæ regiuncula. Steph.

CHYTRVS, vide CHYTRI.

CIA, Maris Ægæi inſula apud Plinium contra Matium Cretæ inſulæ opidum. Incolæ CIANI, Liuio. Zea Sophiano eſt. Vide CEOS, & DIA.

CIABRVS, Daciæ fluuius Ptolemæo, vt Mercator habet, qui eum Moraua interpretatur, Hungariæ fluuium, Danubium influens. CIAMBRVS κίαμβρος, legitur in Græcis codicibus Ptolemæi, vbi & aliquando ſine R. κίαμβος legit. CEBRVS Antonini videtur, & lib. Notit. Sucoua hodie fortaſſe. Eundem Ciabrum, putat Peucerus CIVS κίος ab Herodoto dici. Fortè LYGINVS λύγινος, Arriano dicitur, 1. Alexandri. Vide CEDRVS.

CIACIS κίακις, Armeniæ Minoris vrbs, in Melitena regione. Ptolemæus.

CIÆNA κίαινα, Galatiæ vrbs. Ptolemæus.

CIAGESI κιάγεσοι, Daciæ gens, apud Ptolemæum. Ciozo arx inde, vt putat Lazius.

CIAMBRVS, vide CIABRVS.

CIANA, torrentis nomen circa Moguntiam ad Rhenum: Tritthemio in Francorum origine. Zey interpretatur Iacobus Scenck.

CIANICA κιανικά, Armeniæ Minoris, in regione Melitena opidum, Ptolemæo.

CIANOS populos, habet Liuius 32. & 33. A Cio Myſiæ vrbe. vnde etiam CIANVM κιανὸν ſinum habet Porphyrogenneta, ad Propontidem, in Aſiæ ora. CIANOS, Pomponio inſula in Mari Aegæo. CIANIM fluuiũ habet quoque Lexicon Phauorini. Circa Cium vrbem, ni fallor.

CIARVS κίαρος, vrbis nomen. ſic Phauorini Lexicon.

CIASA κίασα, Babyloniæ opidum, Ptolemæo. CÆSA legunt interpretes.

CIBALIANA, vel CIBELIANA, Africæ ciuitas, apud D. Auguſtinum, & Cyprianum: in concilio Carthaginenſi.

CIBALIS κίβαλις, Pannoniæ inferioris, teſte Ptolemæo, & Zoſimo, vrbs. CIBALÆ. Eutropio, Ammiano & Diacono. interdum per Y. in prima ſcribitur. Palma hodie vocari putat Lazius, qui eandem ſcribit tranſpoſitis litteris BVBALIS nominari. Vide PANNONIA.

CIBARCI, conuentus Lucenſis populi, in Hiſpania, Plinio.

CIBARITIS κιβαρῖτις, vel κυβαρῖτις, variat enim ſcriptura apud ipſum Strabonem: regio quædam Aſiæ, circa Mæandrum. κιβαῤῥαιῶτις eſt apud Porphyrogennetam. CYBARA eſt apud Alex. Trall. Puto idem cum CIBYRA.

CIBARRAEOTIS, vide CIBARITIS.

CIBDELI, loci nomẽ, apud Vitruuium, lib. 8 cap. 3. Circa Troezenios. vbi omnes pedibus ſunt vitioſi. Idem Plinius 31. cap. 2. de Troezene tradit. Vbi autem hæc Troezene, aut quid Cibdeli ſit, neuter docet.

CIBELE, vide MERCVLIALE.

CIBELIANA, vide CIBALIANA.

CIBENNICA Iuga, vocat Ado montem, quem hodie Cenis appellant. Alpium pars eſt.

CIBERIS κίβερις. Thraciæ Cherſoneſi vrbs videtur apud Procopium 4. Ædificior. item Agathias, lib. 5. vbi interpres olim TIBERIS legebat.

CIBILITANI, Luſitaniæ populi, Plinio. Vide CIVILITANVM.

CIBINA, vide CIMBINA.

CIBINIVM Daciæ vrbs mediterranea; quæ Hermanſtadt vulgo Germanico dicitur. Seben autem Hungaris.

CIBIORETENSIS claſſis, meminit Hiſtor. Miſcella 22. In Cypro inſula videtur.

CIBOTVS κιβωτός, locus ſic dictus apud Alexandriam Aegypti. Strabo. Vide APAMEA.

CIBROS, vide CYPRVS.

CIBYRA κίβυρα. Duæ huius nominis vrbes ſunt in Aſia Minori: vna in Phrygia, Ptolemæo: aut vt Plinio placet, in Caria: (cõtiguæ hæ ſunt regiones) haud procul à Mæandro flumine. Strabo hanc Magnam cognominat. Buruz hodie vocari, teſtatur Leunclauius. Hinc Plinius CIBYRITICA iuga, & CIBYRITICAM Præfecturam: Tacitus CIBYRITICAM ciuitatem facit. Alia CIBYRA in Cilicia eſt, Ptolemæo & Plinio auctoribus: etiam Porphyrogennetæ, qui eam circa Antiochiam ad Cragum deſcribit. Strabo eam haud longè à Mela flumine: & Minorem, ad alterius differentiam cognominat. Per E. in prima ſcribunt malè Ptolemæi interpretes. Vide CIBARITIS.

CICÆ, Vide DEORVM.

CICERONIANÆ Aquæ, vide CICERONIS Fons.

CICERONIS CASTRA, Cæſari in Commentariis: Weltlick hodie. Pagus Flandriæ, à Gandauo plus minus tribus milliaribus diſtans. vbi multa antiquitatis monumenta hodie eruuntur, Becano. Idem Hub. Leodio, qui tamen huius pagi nominis (vt ipſe ſcribit) non meminit. ſed cùm addit milliari Germanico ab Audenardo diſtare, & quotidie ibi innumera Romanorũ numiſmata Deorúmque ſimulacra inueniri, non alium pagum quàm hunc ipſum velle deſignare, compertum habeo Sed vide BELGIS.

CICERONIS Fontes calidi, in Campania, cuius Plinius 31. meminit, à vulgo Balneum Ciceronianum, & à Medicis Tritulinum vocari, ſcribit Pighius in ſuo Hercule Prodicio.

CICERONIS Villa, Spartiano, & Philoſtrato 8. Apollonij, quam ACADEMIAM vocabant, teſte Plinio. In littore lacus Auerni. Hodie Stadio vocatur, vt refert Ferd. Lofredus. ſed Ciceroniano, teſtibus Franc. Lombardo, & Antonio Sanfelicio.

CICHALIX, montis nomen, in S. Ioannicij vita à Simeone Metaphraſte deſcripta. Circa Bithyniam videtur. CONTVRIA mons quoque circa eundem tractum, eodem auctore.

CICHLES κίχλης, portus vrbis Terone, in Thracia. Suidas.

CICHYRVS κίχυρος, Parthenio Theſprotiorum in Epiro opidum. quod olim EPHYRA ἐφύρα nuncupatum fuit, auctor Strabo. illius meminit quoque Pauſanias, in Atticis.

CICIANTHI, Plinio ſunt Scythiæ Aſiaticæ populi.

CICILIANA, Hiſpaniæ vrbs, Antonino, inter Cordubam & Emeritam. CILIANA, & CÆCILIANA, legit Simlerus. Vide CECILIONI.

CICIMENI, vide SARMATIA.

CICINES κικίνης, tribus Acamantidis gens, Heſychio: κικυνεῖς, eſt alia, eiuſdem tribus, eidem. Meminit horum Ariſtophanes, in Nubibus. ſed per Y. in penultima.

CICONES, Plinio & Solino Aſiatica gens, inter Attacos & Indiam. In Thracia, Melæ, & Plinio, ſunt qui hos per Y. in prima ſcribunt, & confunduntur ſcriptura ſepenumero. In Biſtonia Thraciæ regione, ſunt Orpheo. Vide ISMARVS.

CICONIVM, Aſiaticorum promontorium, iuxta Boſporum; Petro Gyllio. qui hoc Cornio nũc appellari teſtatur.

CICONVM mons, citatur à Propertio, lib. 3. ad Poſthumum, de Galla. In Ciconum regione videtur. Idem fortè cum Iſmaro.

CICSITANVS Epiſcopus, in Africa. Vict. Vticenſ.

CICYNES, vide CICINES.

CICYNETHVS κικύνηθος, Macedoniæ inſula, Plinio, Melæ, & Straboni, in Sinu Pelaſgico, vel vt Mela habet, Pagaſæo. Pontico nunc vocat eam Sophianus.

CIDÆNIS, vide ELÆA.

CIDALIE κιδαλίη, inſula. Lexicon Phauorini.

CIDAMVSII, vide COEDAMVSII.

CIDES Κίδης, Ætoliæ vrbs: Dicæarcho.

CIERIVM, vide ARNE.

CIEROS, vide CIOS.

CIGISA, Zeugitanæ in Africa vrbs, apud Antoninum. Mercator legit CIPIPA, in ſua Europa.

CIGVRRI, vide EGVRRI.

CILA, vide CELA.

CILBANVS κιλβανός, Aſiæ Minoris opidum, Cayſtro vicinum, Euſtathio. CILBIANOS agros, ſupra Epheſum, habet Plinius. & CILBIANVM Campum circa

Tmolum montem, verſus orientem, Strabo. CYLBIANOS Populos deſcribit ibidem, Plinius: ad Cayſtri fontes. Vide VALENTINIANOPOLIS.

CILBIANVS, vide CILBANVS.

CILBICENI, Hiſpaniæ populi, Auieno. Circa oſtia Bætis fluminis.

CILBVS, Hiſpaniæ Bæticæ fluuius, apud Sex. Auienum. An circa Cilbianos populos?

CILENI Plinio, CILINI κιλινοι, Ptolemæo, ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi.

CILIANA, vide CICILIANA.

CILIBIENSIS, Vide CILLABA.

CILICENÆ, Antonino Pannoniæ Inferioris vrbs. Zepd, Simlero.

CILICES, circa Troiam, Euſtathio, ex Geographo; Strabone fortè, qui ſcribit eos ad Adramyttinum ſinum habitaſſe. Plinius horum quoque meminit. CILICIAM HYPOPLACIAM habet hic Stephanus, in dictione Θήβη.

CILICIA κιλικία, Aſiæ Minoris regio. Ioſepho dicitur hæc TARSVS. Item Stephano CHALAH tamen Hebræis nominari, auctor eſt mihi Arias Montanus. AOAN αωαν, aliquando vocatam, tradit Etymologicon. Hodie vocatur Turcomania & Finichia, à vico quodam magno; vt refert Marius Niger. Incolas prius ACHÆOS appellatos, ſcribit ex Herodoto Stephanus. ego HYPACHÆOS apud eum lego. Idem Stephanus tradit eos etiam TRACHIOTAS vocari. quorum mentio etiam apud Strabonem 2. LITHIA appellat Serapio, cap. de cocco infectorio. Vide CAPPADOCIA, PAMPHILIA, CILICES, & ELEVTHERACILICIA.

CILICIÆ Pylæ, ex altera parte impendent prærupti montes, ex altera magna præcipitia in mare porriguntur. Xyphilinus in Seuero. Ciliciæ Phylacæ ſunt apud Xenophontem 1. Cyriacor. Vide AMANICÆ, & TAVRVS. CILICIÆ FRETVM αυλων, Ptolemæo. CILICINVS Sinus eſt Oroſio: pro mari, quod inter Cyprum & Ciliciam eſt.

CILICIVM Aulona, vrbem Moabitarum, habet Ioſephus 13. Antiq. cap. 23. Cœloſyriæ Ptolemæi videtur.

CILICVM inſulam, habet Arrianus in Periplo, à promontorio Iaſonio XX ſtadiis diſtantem. Ad Mare Euxinum, in Ponto Polemoniaco.

CILIMBESII κιλιμβήσιοι, Corſicæ inſulæ populi, Ptolemæo. Nebbienſes hodie ſunt Leandro.

CILINI, vide CILENI.

CILISASVM, inter Cyrrhum & Edeſſam, Syriæ opidum. Simlerus ex Antonini itinerario manuſcripto.

CILISSA κίλισσα, Xenoph. 1. Cyri exped. Phrygiæ aut vicinæ regionis vrbs. Apud Cilices circa Troiam fortaſſè.

CILIVM, Africæ Propriæ vrbs, Antonino.

CILLA κίλλα, Africæ Propriæ vrbs, Appiano in Punicis. Epiſcopi à Cillanis, meminit D. Cyprianus in concilio Carthaginenſi. Æolidis eſt, Herodoto in Clio. Q. Calabro 8. mons eſt. Troadis vrbs eſt, Apollini ſacra, Plinio, Ouidio, & Straboni: cui CILLEVS κιλλαῖος, fluuius eandem præterfluit. Eadem vrbs, CALLIOS, CYLEAS, & CYLYPERA nuncupatur, Heſychio teſte. Vide CYLLA, & CEILAM.

CILLABA, Plinio eſt Africæ vrbs, circa Syrtim Maiorem alicubi. CELIBIENSIS hinc, in Coll. Carthag.

CILLÆ, Thraciæ vrbs, Antonino.

CILLEVM κιλλαιον, in Lesbo locus eſt, Straboni. Mons inter Antandrum & Gargaram, eidem.

CILLEVS, vide CILLA.

CILLITANVM, & CILLITENSIS, vide CVLLV.

CILLVTA, vide PSILTVCIS.

CILMA κιλμα, Ptolemæo, eſt Africæ Propriæ vrbs.

CILMANA, vide CILNIANA.

CILMISSVS, vide ZILMISSVS.

CILNBORVM Smaragdum, citat ex Auguſto Imp. Macrobius 2. Saturnal. cap. 4.

CILNIANA, circa Gaditanum ſinum vrbs, Antonino



CILMANA, CILVANA, & SILVIACA, legit Simlerus, ex M.S. codicib.

CILVRNVM, Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notit. Collerton in Northumbria eſt Camdeno. Collerford ſcribit, idem. alio in loco.

CIM, vici nomen, vt dicit Celſus. ſic Priſciani verba, lib. 5. & 6. ,,

CIMÆVS κίμαιος, Aſiæ mons, circa Troadem. Ptolemæo.

CIMARA κιμάρα, Indiæ extra Gangem vrbs, Ptolemæo.

CIMARVS, vide CYAMON.

CIMBALONGVM, locus inter Thraciam & Bulgariam videtur, apud Curopalatem. κίμβαλόγγον, Cedreno.

CIMBARIONIS opidum, in Campania, iuxta lacum Auernum, habet Aurel. Victor, de Origine gentis Romanæ. Corruptam vocem puto, pro CIMMERIO. Vide CIMMERIVM.

CIMBES, κίμβης, fluuius, Phauorini Lexicon.

CIMBINA κίμβινα, Mediæ vrbs, apud Ptolemæum. Sine M. ſcribitur ab interpretibus.

CIMBIS, haud procul à Gadibus is locus eſt. Liuius 28. Lipſius legit in ſuo codice AMBROS, pro Cimbis. Teſtes huius Epiſtolicæ Quæſtiones.

CIMBRA, vide FAGITANA.

CIMBRI κίμβροι, Ptolemæo Germaniæ populi, maximè Septentrionales. Juytlanders ſunt noſtra tempeſtate. CIMBRI & CIMMERII iidem ſunt, Straboni. Cimbrorum memoria eſt apud Quinctilianum, Declamatione 3. Cimbros lingua Germanica latrones ſignificare ſcribit Plutarchus in Mario: Gallica lingua Feſtus. Lingua ergo his eadem, quod plurimis poſſet doceri exemplis. Celtica enim lingua vtriuſque fuit. Becanus in Chronia, ipſos etiam CERBERIOS κερβέριοι, ab Ariſtophanis commentatore vocatos addit. Vide CIMMERII.

CIMBRIANA, vide CIMBRIANVM.

CIMBRIANVM, Mœſiæ II. opidum. lib. Notit. Brynhida hodie, id eſt, Brionum pons, Lazio teſte. CIMBRIANA Antonini eſt.

CIMBRICA Cherſoneſus, Ptolemæo; CARTRIS eſt Plinio. Extima Germaniæ pars, verſus Septentrionem. Videtur hodie comprehendere Juytlant/ Holſtein/ & Sleſwijck. In antiquis excuſis Plinij exemplaribus pro Cartris HAVSTISVS legitur.

CIMBRICVM Mare, vide GERMANICVM.

CIMBRICVS Pagus, vide CIMMERIVM.

CIMBRORVM Promontorium, Plinio. Scagen Mercatori. In Cimbrica Cherſoneſo.

CIMELLA, Galliæ vrbs, Vſuardo, & in vita S. Pontij martyris.

CIMELOS, alia lectio CVNELOS, apud Antoninum. In Aegæo mari inſula. CIMOLIS vt puto, Ptolemæi.

CIMENICE, regio Galliæ Narbonenſis, Auieno. An circa Cemmenum montem?

CIMERICA, vide CIMMERIVM.

CIMETRA, Samnitum opidum, Liuio 10.

CIMINIA, pars Italiæ, Ammiano 17. in qua Succinienſe opidum terremotu abſorptum ſcribit. vide SVCCINIENSE.

CIMINIVS Lacus Italiæ apud Volſinios, vt Strabo ſcribit. Lago de Roſſillon Nicolao Erythræo. cui etiam alio in loco Lago de Vico nuncupatur. ſic quoque à Fabricio, Leandro, & Pomp. Sabino, qui eum circa Sutrium ponit. Leander addit eum ab Antonino ELBII lacũ appellari.

CIMINVS Mons, Liuio, Vibio, & Virgilio illo verſu: Et Cimini cum monte lacus. Prope Viterbum eſt, & Monte ,, Viterbo nominant, vt Leander perhibet. Nonnulli per Y. ,, ſcribunt, in prima ſyllaba. CIMINIÆ ſilua, & CIMINII ſaltus meminit quoque Liuius.

CIMMERIÆ Paludes, vide MÆOTIS.

CIMMERII κιμμέριοι, populi ſempiterna caligine ſepti, & à ſolis aſpectu prorſus adempti, deſcribuntur à Veteribus hiſtoricis. Hi à Strabone ex Ephori traditione, in Campania, circa Baias, ſubterraneis ædificiis, quas ARGILLAS ἀργίλλας vocant, ſtatuuntur. inter Baias & Cumas, Feſto. Hæc eſſe ea loca vult Leander & Volateranus, quæ hodie Cauerna



Cauerna della Sibylla vocantur. Grotta della Sibylla video vulgo dici. A Virgilio, Procopio, & Agathia, SPELVNCA, & ANTRVM SIBYLLÆ, à Symmacho & Martiano ANTRVM CVMANVM, à Statio TECTA SIBYLLÆ, à Solino SACELLVM Sibyllæ, ab Ariſtotele in Admirandis THALAMVS Sibyllæ, & à Maximo Tyrio ANTRVM DIVINATORIVM (μαντεῖον,) nominatur. Hunc Sibyllæ locum graphicè deſcribit oculatus teſtis Iuſtinus Martyr, Oratione ad Gentiles: in Cumarum autem vrbe. Huiuſque autem deſtructionem à Narſete Romanorum præfecto, lege apud Agathiam, 1. Alius itaque locus ab illo quem vulgus Grotta della Sibylla (qui ad Auernum lacum) nominat. cuius minimam hodie partem ſupereſſe aliquando contemplauimus. Hic olim CIMMERIVM opidum fuiſſe ſcribit Plinius. Sunt item CIMMERII circa Mæotidem paludem & Boſporum Cimmerium, ſic ab his cognominatum. Hos Procopius ſuo tempore ſcribit VTVRGVROS οὐτουργοῦροι nominari. Item circa Colchidem in Scytharum regione: Ptolemæo & Herodoto. Plinius quoque horum cum Georgiis meminit, iuxta Hyrcanum ſiue Caſpium mare. Horum regionem ego ex Antonij Curchini, (vel à Curchi,) quem excuſa exemplaria Haithonem vocant, deſcriptione, Haueſſem nominari putarim. Is enim in Geòrgiæ regione tractum quendam deſcribit, adeò tenebris denſiſq; caliginibus circumſeptum, vt alter alterum oculis vix conſpicere, nedum dignoſcere queat. additq; hæc non ex aliorum relatu habere, at ipſummet expertum eſſe; ipſamq; regionem luſtraſſe. Eamq; patere in circuitu trium dierũ itinere dicit. Hi fortaſſis ſunt, de quibus hæc Cicero, in Academicis:
,, Cimmerij quibus aſpectum Solis, ſiue Deus aliquis ſiue
,, Natura ademit; ſiue eius quem incolunt, loci ſitus. Hic Somni domum ab Ouidio aptiſſimè, & peculiari ſtatione locatum quis non videt? De harum tenebrarum origine & cauſa, vide apud dictum Antonium, hiſtoriam fortè nimis friuolam & ſuperſtitioſam. Pro Haueſſem, quod in manuſcripto exemplari legerim, habent impreſſi codices Hamſen. Cimmerij etiam TRERONES τρήρωνες, nuncupantur à Strabone. Vide CIMBRI.

CIMMERIS, vide ANTANDROS.

CIMMERIVM, opidum Aſiæ ad Boſporum Cimmerium ſiue Mæoticum, Pomponio: quod antea CERBERIVM vocatum fuiſſe ſcribit Plinius. CIMERICAM κιμμέρικον Pagum appellat Strabo. & CIMMERIVM promontorium Ptolemæus. Idem CIMMERIVM opidum mediterraneum habet, & in Taurica Cherſoneſo, CIMMERIVM opidum, Plinio, iuxta lacum Auernum quondam. CIMMERIVM Litus in Ponto habet Ouidius de Ponto 4. Eligia 10. Item CIMMERIVM Fretum Herodotus. Vide PONTVS EVXINVS.

CIMMERIVS mons, in Taurica Cherſoneſo. Strabo.

CIMOLIA κιμωλία, locus in Peloponneſo, in quo Athenienſes victoria potitos contra Megarenſes, ſcribit Diodorus 11. Vide CIMOLIS.

CIMOLIS κιμωλίς, Ptolemæo, Straboni, & Pomponio. per N. CINOLIS ſcribit Arrianus: Galatiæ opidum, quod Quinoti Mercatori eſt. ANTICIMOLIM hoc tractu quoque habet Strabo. Cretici maris inſula, apud Ptolemæum: quam Plinius CIMOLVM vocat, & ECHINVSSAM dictam innuit. CIMOLIA Obſequenti eſt. Niger tradit Polino à Nautis dici. Sicandro nominat Caſtaldus.

CIMONIA Monumenta, ad Pylas MELITIDAS, in Cœla ſunt, auctore Marcellino in vita Thucydidis.

CIMPSVS κίμψος, Lydiæ vicus eſt, Iſacio apud Lycophronem.

CINA, Palæſtinæ locus: Ioſue 15.

CINÆDOCOLPITARVM mons, κιναιδοκολπιτῶν, in Arabia Felice deſcribitur à Ptolemæo: Videtur mihi Porta di Ferro nominari in tabulis recentioribus. Vide ZADRAMA.

CINÆDOPOLIS, inſula Doridis regionis, in ſinu Ceramico. paulum à continente diſtans. Plinius.



CINÆI, vide CENÆI.

CINÆTIVM, Halicarnaſſeo 1. Peloponneſi promontoriũ, circa Cytheram inſulam. vide ONVGNATHOS.

CINAMBRI, Illyrica gens, apud Appianum.

CINAMOMIFERA regio, vide CINNAMOMIFERA.

CINARVS κίναρος, inſula eſt Athenæo 2. ad finem. teſtem adducit Semum. Infæcundam & plantis malignam, dicit Plutarch. in Exilio.

CINCARITENSIS Plebs: in Africa. Coll. Carthag.

CINCENSES, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Plinio.

CINCHROPSOSES κιγχρώψωσις, Thraces ſunt, apud Antigonum in Mirabilib. apud quos fontem deſcribit, quẽ guſtantes mori ilico cogit. Vide CYCHRI.

CINCIÆ Statuæ, vide ROMANA Porta.

CINCOMAGVS, ad Alpes vicus. Plinius. Cyncomachus erat in M.S. Codice. vide SCINCOMAGVS.

CINDIA κινδία apud Ptolemæum Indiæ intra Gangem opidum.

CINDRA, vide GONDRÆ.

CINDYENSEM Κινδυέων, habet quendam Herodotus 5. nomine Pinodarũ. Circa Cariam puto. Vide MINDYA.

CINESIA, RIBISCA, AMES, locorum nomina, in antiquo marmore apud Ratiſponam. Lazius in R. P. Romana, lib. 5.

CINETHII, vide NIGINTIMI.

CINGA, Cathaloniæ fluuius, in Hiſpania, Cluſius Senga interpretatur. Scirea vocat Nauagierius. Præterlabitur Fragam vicum, Arragoniæ Cathaloniæq; terminum, vt ab A. Schotto habeo. Meminit huius Cingæ Cæſar de Bello ciuili, & Lucanus lib. 1. & 4.

CINGILIA, vide CVTINA.

CINGVLVM, Picenorum opidum, Cæſari, & Ciceroni ad Atticum. Cingulo Leandro. CINGVLANI Plinio.

CINGVLARIVM vrbs, Magnæ Phrygiæ, vt mihi videtur, ex Glycæ cõtinuatore, & Niceta. In Græco eſt γιγκλαειον.

CINIASTENA, & CINIATHA, vide CINISTHENA, & CONICA.

CINISCVS Vicus, eſt in Goltzij Theſauro, ex inſcriptione veteri. In Myſia Superiori videtur, circa Ratiariam.

CINISTHENA κινισηνὴ, Galatiæ regio, in qua Ciniatha caſtellum: Olgaſis montanis ſubiectum. Strabo. Pro Cineſtena mauult legere κινιαστηνὴ, Caſaubonus.

CINITHII, Africæ populi, apud Tacitum 2. Annal. quam haud ſpernendam nationem vocat. CINYPHII. legendum, à flumine Cinypho.

CINIVM, Plinio Balearidis Maioris opidum. Cala longa facit ex eo Pinetus.

CINNA κίννα, Italiæ vrbs, quam Romani Samnitibus eripuere, vt tradit Diodorus 19. Dalmatiæ vrbs, Antonino XII. M. paſſ. à Scodra. Iaccetanorum vrbs, eſt apud Ptolemæũ, in Hiſpania Tarraconenſi. Eſt & Perſidis opidum, apud eundem. Galatiæ vrbs eſt, in Concil. Epheſino. III. Vide BINNA, CINNA, & CINNORVM.

CINNABA, vide CENNABA.

CINNAMOMIFERA κιννααμωμοφόρος regio, in Æthiopia ſub Ægypto. Ptolemæus, & Strabo.

CINNIANA, Antonino Hiſpaniæ vrbs, ad radices Pyrenæi montis verſus mediterraneum mare. Eſt & Luſitaniæ vrbs, quàm, cùm D. Brutus redemptione tentaſſet, reſpon-
dent ciues, ferrum à maioribus, quo vrbem tuerentur, non ,,
aurum, quo libertatem emerent, relictum eſſe. Val. Max. ,,
6. cap. 4. CINNINIA legunt tria mea membranea exemplaria. Sitania hodie appellari, ſcribit ad me Emanuel Barboſa I. C. Luſitanus, & ſitam inter Bracaram & Araducam ad Ortum ſolis, ab vtraque ſex milliaribus, at locum carere habitatore.

CINNORVM ciuitatis, Primæ Galatiæ, meminit ſynodus VI. Conſtãtinopolitana. CINNÆ Epiſcopus, Euphraſius, nominatur. Primæ Galatiæ, in Epiſtola Epiſcoporum ad Leonem Imp. ſub quo hæc ſynodus habita fuit.

CINNYPHVS, vide CINYPHVS.

CINOLIS, vide CIMOLIS.

CINORIA, *vide* CIRONIA.

CINOTVS, *Doridis vrbs, ad Bubeſſum ſinum. Plinius.*

CINSTERNÆ κινστέρναι, *Africæ Propriæ vrbs, apud Ptolemæum.* Gar *Marmolio eſt.*

CINTA, *vide* QVINTA.

CINTVRÆ κιντέραι, *locus Galatiæ, vbi magnas ſquillas reperiri ſcribit Suidas, in voce* ἀπικιος *&* κραιδας. *Lectio mihi ſuſpecta. videtur enim hæc ex Athenæi lib. 1. ſumſiſſe, vbi pro* κιντυροις, μιντυρνοις *legitur, & loco* γαλατίας, καμπανίας.

CINVPHVS κινυφος, *Ptolemæo Africæ Propriæ fluuius. itē Straboni.* κινυψ *Herodoto.* κινυφος *Lycophroni.* CINYPS *Plinij eſt & Melæ. Sine aſpiratione ſic ſcribendum, ſuadet Pintianus.* Magro *hodie vocatur, teſte Marmolio. Herodotus & Plinius regionem vicinam cognomintem faciunt. Opidi quoq; nomen facit Prob. Grammicus, ad 3. Georg. vide* CINTHII.

CINYRIA, *Cypri aliquando opidum fuit. Plinius. Pagus* Gendinar *hodie, vt Luſignanus refert.*

CINYRVS, *mons in Piceno, apud Vib. Sequeſt.*

„ CIOS, *fluuius, cum opido eiuſdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, à Mileſiis quidem conditum: in loco tamen qui Aſcania Phrygiæ vocabatur. Sic Plinius. Myſiæ videtur regionis.* CIVS *eſt Strabonis, Dionyſij, Apollonij, & Euſtathij: ergo in Bithynia. Memnon hanc* CIERON κιερον *ſemper vocare annotauit Caſaubonus. Vide* CEOS, *&* PRVSA.

CIPIPA κίπιπα, *Ptolemæo Africæ Propriæ opidum. Vide* CIGISA.

CIPSII, *tanquam loci meminit Stephanus in* λαμψος.

CIRAMEA, *locus maritimus in Cypro eſt: Hiſtoriæ Miſcellæ, lib. 22.* CERAVNIA *forte. Vide* CYRENEA.

CIRAVA, *Lesbi inſulæ vrbs, Pomponio. Vox mihi incognita. Malim* IRAVA *pro* IRA, *quam Euſtathius ad Homerum pro Lesbi inſulæ vrbe agnoſcit. & putauerim C. initiale elementum à librario adiectum à præcedentis vocis elemento finali. & quamuis hoc S. ſit, pro C. tamen, (quod vulgus vt S. pronunciare ſolet) ex prælegentis ore calamo expreſſiſſe. Vide quæ diximus in* COMBOS.

CIRBIÆVM κιρβιαῖον, *gens vicina Lydis. ſic Lexicon Phauorini. An vicina Cyrbæ?*

CIRCÆI *Campi, vide* CIRCÆVS.

CIRCÆVM κιρκαῖον, *Promontorium Latinorum, in Italia, Straboni & Ptolemæo. item Ariſtoteli in Admirandis.* CIRCEIVM *malè Pōponio & Plinio. nam* CIRCÆIENSES *gentile eſt ibidem in antiquo marmore.* AEAEAE αἰαίης, *vocat Apollonius 4. tribus diphthongis, vt ait Seruius. Circes domus eſt Melæ. Huius deſcriptionem lege apud Theophraſtum de Plātis 5. cap. 9. Hodie* Monte Circello *dici, ſcribit Leander. In eo olim vrbs eiuſdem nominis, auctore Seruio: quam* CIRCEIAM *vocant Halicarnaſſeus, & Liuius, qui coloniam factam tradūt. Circes opidum Strabo vocat. Huius veſtigia hactenus ſub nomine* Citta vecchia *ſupereſſe puto, in loco vbi antiquorum murorum reliquiæ. quod ex montis graphica pictura, quam habeo ab Angelo Breuentano, colligo.*

CIRCÆVS κιρκαῖος, *campus Colchidis regionis; circa Phaſidem fluuium. Dionyſio, Val. Flacco 5. & Apollonio 3. Argonaut. à Circe ſic dictus, teſte Euſtathio & Apollonij Scholiaſte. Eſt & mons quidā in vrbe Roma, vt refert idem Euſtathius, ex Lycophrone.* CIRCÆI *Fontis meminit Nonius ex Accij Thebaide.*

CIRCEIVM, *vide* CIRCÆVM, *&* CIRCESSVM.

CIRCENSIS *Epiſcopatus, in Numidia, meminit Vict. Vticenſ. An corruptè pro Cirtenſis?*

CIRCES, *vide* BÆTIS, *&* CIRCÆVM.

CIRCESSVM, *Eutropio eſt vrbs imminens Euphrati, vbi Gordiani Imp. tumulus eſt, vt idem addit. Oſrhoenæ regionis, lib. Notit. Idem locus* CIRCEIVM *à Capitolino, &* CERCVSIVM *ab Ammiano dicitur, & Procopio lib. 1. Perſic. qui eam deſcribit in triangulo, quem Euphrates & Aborras fluuij confluentes faciunt.* CIRCESIVM κιρκήσιον, *legit Euagrius.*

CIRCIDIVS κιρκιδιος, *Corſicæ inſulæ fluuius, vt tradit Ptolemæus.* Pianello *&* Bauano *appellari hodie, dicit Leander.*

CIRCITANVS *Epiſcopus, in Africa. Vict. Vticenſis.*

CIRCIVS, *vide* TAVRVS.

CIRCOS, *vide* CERCOS.

CIRCVS *Flaminij, vide* FLAMINII *Prata.*

CIREVS, *vide* CERON.

CIRIADA κιριάδα, *municipium Hippothoontidis tribus. Stephanus, & Heſychius.*

CIRIS κῖρις, *Lycophroni Brutiorum fluuius.* COERIS κοῖρις *etiam legitur. Calabriæ fluuius eſt,* Caldano *hodie dictus, vt ſcribit Gab. Barrius.*

CIRNA κίρνα, *Africæ Propriæ mons, Ptolemæo.*

CIRNOS, *vide* CYRNOS.

CIRONIA, *locus apud Daret. Phrygium. vnde Priamo auxilium allatum. Sed* CINORIA *legit membraneus codex M S. & alter* AONIA.

CIRPHIS κιρφίς, *Phocidis vrbs, Straboni. Apud Ant. Liberalem mons ſic dicitur prope Criſſam, in imo Parnaſſi. Idem cum* GREPHIS.

CIRPI *manſio, in Pannonia. Antoninus.* CIRPIS, *Valeriæ Ripenſis vrbs, Lib. Notitiar. Idem cum Carpi, forſan. Vide* CARPI.

CIRRA, *Plinio, & Liuio,* CYRRHA *per* Y. *Ptolemæo Phocidis vrbs eſt Delphorum nauale, Pauſaniæ; quam priſco nomine* CRISSAM κρίσσα, *nominatam ſcribit. ſed pro Cirra,* κίρρον, *malè legit in principio Phocicarum. Huius ſitum deſcribit Heliodorus 2. vbi &* CRISSAEVM *Sinum inde facit. item* CVRRHÆVM *ſinū lib. 5.* CYRRHÆVM *Campum habet Hippocrates in Epiſtolis. Ptolemæus tamen duas ex ijs facit. Cirram hodie* Aſpropiti *vocari, tradit Nardus, & Zardus. vide* PARNASSVS.

CIRRHÆI *gentes, qui olim prope Athenas habitabant. vnde adhuc Cirrhæus campus nominatur. Æſchines in oratione contra Cteſiphontem.*

CIRRADEI, *vide* AERRADI.

CIRRHADIA κιρῥαδία, *Indiæ extra Gangem regio: vbi optimum malabathrum naſcitur. Ptolemæus.* CIRRADÆ κιρῥάδαι, *in Periplo Arriani: &* SCIRATÆ *Æliani videntur vbi gens attritis naribus. vide* AERRADI, *&* SYRICTÆ.

CIRRHÆATVM κυῤῥαιάτον, *villa Arpinatis agri: vbi C. Marius educatus. Plutarchus in eius vita.* CERNETVM *debere legi, ſubdubitat Xilander.*

CIRRHÆVM, *vide* CIRRA.

CIRRO, *vide* CYRRA.

CIRRODEES, *vide* CYRRHADÆ.

CIRTA κίρτα, *Numidiæ vrbs Straboni, & Maſiniſſæ regia.* CIRTHA *cum aſpiratione eſt apud Melam, qui cam ſuo tempore* SITTIANORVM *Coloniam appellat. Ptolemæus* CIRTAM IVLIAM κίρτα ιουλία *vocat. Strabo per* Y. κύρτα, *ſcribit.* CONSTANTINÆ *nomen huic inditum, ſcribit Aurel. Victor, in Cæſaribus: Hodie adhuc* Conſtantina *dici, volūt Iouius, & Oliuarius. Fazellus putat* Alger *eſſe, in cuius portu Carolus V. Imp. naufragium paſſus eſt, anno 1537. ſed hoc negat Gomecius, in vita Franciſci Ximenij. rectè.* CIRTESIOS *Populos habet quoque Ptolemæus circa Cirtam hanc. ſed malè per* Y. *in prima habet Græcus codex.*

CIRTISA, *vide* CERTISA.

CISAMVS κίσαμος, *apud Ptolemæum eſt Cretæ inſulæ vrbs, verſus plagam Septentrionalē. Hodie Sophiano* Chiſamopoli *eſt.* EPHITISAM *quoque vocari Dictionaria perhibent. at auctorem non addunt.*

CISARA *vrbs, ſic dicta à Ciſa Dea, in Norici finibus, vbi duo rapidiſſimi amnes confluunt. Colonia Romana. Lazius R. P. R. lib. 1. cap. 8. ex fragmento (vt ipſe putat) Velleij Paterculi. At ineptias putat Lipſius, cum M. Velſero. adi huius De rebus Auguſtanis libros.*

CISERVSSA, *inſula iuxta Cnidum Cariæ, Plinius.*

CISI, *vide* CISSE.

CISII, *vide* SVSA.







CISIMBRENSIS, *loci Hiſpanici, meminit vetus lapis, teſte Ambroſio Morali, qui hoc* CISIMBRVM, *putat eſſe Plinij corruptum* EPISIBRIVM *in Bæticæ, prætereà enim antiquum hunc lapidem, duos adducit Plinij manu exaratos codices, in quorum altero Ciſimbrum, in altero Ciſimbrium legitur.*

CISIPADES, *Africæ Propriæ populi, vicini Lotophagis. Plin.*

CISOMAGVM, *vicus Galliæ. Greg. Turonenſis 10.*

CISON, *vel* CYSON, *aut* κισων, *torrentis in Palæſtinæ nomen. Iudicū 4 & 5. itē 3. Reg. 18. Vide* CADVMIM.

CISORI, *Æthiopiæ ſub Ægypto populi, apud Plinium.*

CISPII, *Plinio Æthiopiæ populi ſunt.*

CISPIVS *Mons, in vrbe, Eſquilinæ regionis; Feſto, & Gellio.*

CISSA, *inſula iuxta Iſtrorum agrum; vt inquit Plinius. quæ* Humago *fortè nunc dicitur.* CISSENSIS *Hiſtriæ, meminit lib. Notit. Apud eundem Plinium eſt vrbs, Flumini Ægos oppoſita: in Thraciæ Cherſoneſo, vbi &* SCYSSA, SICA, *&* SYCA *inconſtanter legitur. Ponti Cappadocici fluuius eſt apud Ptolemæum. Vide* STISSVM.

CISSADA *vide* GENTIADA.

CISSÆRO, *montis nomen in Palæſtina. Procop. 5. Ædific.*

CISSE κισσὴ, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo.* CISI *Antonino eſt. Ciſſitanus inde epiſcopus, Victori Vticenſi.* Cerceli *Caſtaldus vocat.*

CISSENE κισσήνη, *Thraciæ mons, Suidæ.* κισσίνη, *vrbs quoque Thraciæ, apud Heſychium. vide* CASSIA.

CISSEVS κισσεὺς, *fluuius videtur, apud Apollodorum 3.*

CISSI κισσοι, *populi circa Trapezuntem Cappadociæ Ptolemæus. Supra Babyloniam quoque Dionyſio Afro. quo loco eius interpres Auienus* COSSI *legit. & fortè ſincerius.* COSSÆ *enim hoc tractu ſunt apud Diodorum & alios. ſunt fortè* CESSÆI.

CISSIA κισσία, *Medorum regio, non longè à Babylone, quam diurno itinere expeditus curſor pertranſierit. Philoſtratus de vita Apollonij.* CISSÆI *ſunt Diodoro 17. Vide* SVSA.

CISSII, *montes in Sarmatia Aſiatica, vt legit Pintianus apud Plinium 6. cap. 7. Vide* SVSA.

CISSINE, *vide* GISSENE.

CISSINVS *opidum, habet Æſchylus in Perſis. In Ciſſia regione, ni fallor.*

CISSIPHVS Κισσιφος, *numeratur inter fluuiorum nomina ad Calcem Porphyrogennetæ.*

CISSOESSA, *Vide* CISSVSA.

CISSON, *vide* CISON.

CISSVS κισσὸς, *Lycophroni mons eſt Macedoniæ. qui quod in eo Æneas poſt deſtructam Troiam habitauerit,* ÆNVS αἶνος, *dictus fuit, vt ſcribit Iſacius Tzetza. quem hallucinari hic puto, vt alibi. Vrbs eſt in Epitoma Strabonis, & alia ab Ænea.* κισσὸς, *Heſychio eſt mons in Macedonia. & eidem vrbs in Thracia. quæ* Cis *vulgo; vt teſtatur Leunclauius. haud procul Zurulo. Eandem crediderim ego &* Κισσὸς, *&* Κισσὸς, *& non circa Zurulum in mediterraneis, at circa Theſſalonicam ad mare.*

CISSVSA κισσοῦσα, *fons inter Thebas & Aliartum. vbi Bacchum in lucem editum fabulantur. Plutarchus in Lyſandro. Idem eundem in Quæſtionibus Amatorijs* CISSOESSA κισσόεσσα *vocat.*

CISTENA, *vide* CISTHENA.

CISTERCIVM, *vide* CITHARISTES.

CISTHENA κισθήνη, *Myſiæ opidum, ad ſinum Adramittenum. Strabo & Plinius. malè* CISTENA *apud Melam legitur.* CISTHENA *etiam inſula Lyciæ, cum opido cognomine, Straboni, & Iſocrati. Thraciæ montem, facit Phauorini Lexicon.*

CISTHINE κισθίνη, *campi Gorgonij Ciſthiniæ, ſunt apud Æſchylum, in Prometheo. Ciuitatem Libyæ eſſe ait eius Scholiaſtes Mathias Garbitius. & veriſimile eſt, nam Gorgones in Libya ad Atlanticum mare habitaſſe cōſtat.*

CISTOBOCI κιστοβῶκοι, *Daciæ populi apud Ptolemæum.*

CITÆ, *populi qui mercandi gratia apud Troiam venerant. Dictis Cretenſis 2. Forte* CLITÆ *Taciti, vbi & aliqui* CITÆ *legunt.* CLITÆ *ſcribendum putat, ad Tacitum Lipſius. Hos ille Annal. 12. Cilicum nationem facit, idem 6. Cappadocas. Vicini ſibi ſunt populi.*

CITAMVM κίταμον, *Armeniæ Maioris opidum. Ptolemæus.*

CITARII, *vide* CETARIA.

CITARINI, *Siciliæ populi, Ciceroni 3. in Verrem.*

CITARISTA, *vide* CITHARISTES.

CITARIVS κιτάριος, *Macedoniæ mons, Ptolemæo.* TITARVS *à Strabone vocari, obſeruauit Gerbelius.* Xerolibado, *Sophiano dicitur. Vide* BERMIVS.

CITHÆRON κιθαιρων, *Bœotiæ mons, Plinio, & Ptolemæo, (quibuſdam eſt in Laconica) circa Aſopum fluuium Euripidi in Bacchis. In mare vſque porrigi videtur ex Luciani dialogo Neptuni & Nereidum. Hunc antea* ASTERIVM ἀστέριον, *vocatum ſcribit Plutarchus, de montibus auctor.* ASTERION *Plinio quoque dicitur. vide* PARNASSVS.

CITHARISA, *vide* MARTYROPOLIS.

CITHARISTES κιθαριστὴς, *Promontorium Galliæ Narbonenſis, Ptolemæo, Plinio, & Melæ,* CITARISTA *Antonino. Marius Niger ſcribit nautis* Circelli *vocari. Aliis eſt* Cabo de S. Sigo. *Item* C. Bacro. Cap. de Garcel, *eſt Belleforeſtio.* Ciſtertienſe *cœnobium, hic, vt auctor eſt Maurolicus, ad Martyrologium ſuum. Fallitur qui hoc Cœnobium in Burgundia ponit, & Cabilonenſis diœceſis facit. Belnenſis tamen verius; & vulgò* Citeaux.

CITHARIZVM κιθαριζον, *arx à Theodoſia quatuor dierum iter diſtat: teſte Procopio de bello Perſico 2. & de Ædificiis 3.*

CITHARVS, *circa Colchidem fluuius videtur, Agathiæ 3. at in Græco codice* CANTHARVM *legi, annotauit Leunclauius.* CATHARVS *lego in B. Vulcanij libro. vide* CHARISTVS.

CITHEBANITÆ, *vide* BITHIBANITÆ.

CITHENI *iuga, circa Parthiam, Plinio.*

CITHRVM κίθρον, *in Theſſalia, Theophraſto. Fortè* CITRON, *in Strabonis epitome.* Zotriuar *hoc opidum hodie vocari ſcribit Leunclauius.*

CITHYNIS, *vide* CLAVDIOPOLIS.

CITIÆOS, *è Phœnicia profectos, habet Cicero de Finibus 4. An à Citio Cypri? vel potius pro Chutæos?*

CITIBÆNA κιτίβαινα, *Arabiæ Felicis locus: vbi Thus, Caſſia, Myrrha, & Cinamomum proueniūt. Theophaſtus.*

CITIDIS, *vide* CETIDIS.

CITIEORVM κιτιέων, *meminit Plutarchus. ex quorum regis dono enſem habuiſſe Alex. Magnum ſcribit.*

CITIVM, *Macedoniæ vrbs, Liuio 42. Cypri opidum, Ptolemæo. etiam Plinio, ſed geminato* TT. *Vide* CYTTIVM, *&* CYTHIVM.

CITIVS *Mons, circa Aetoliam videtur, apud Liuium 43. Vide* CITTVS.

CITRON, *vide* PYDNA, *&* CITHRVM.

CITTACA *vicus, & hinc non procul alius* NIARA *nomine. Theodoretus in Zebinæ vita. In Syria puto.*

CITTIVM, *vide* CITIVM.

CITTVM κιττον, *locus, Antigono in Mirabilibus. vbi paululum exhauſta terra, ſales inueniri ait.*

CITTVS κιττος, *mons ſupra Macedoniam: Xenophonti de venatione. fortè* CITIVS *Liuij, Vide* APSASIVM.

CITVORVM *Inſula, in Danubio eſt, auctore Ptolemæo, vt Lazio placet. qui eam Hungaricè* Cituatu, *& Germanicè* Schut *appellat.*

CIVALIS *vide* CIBALIS.

CIVARO, *in finibus Allobrogum. huius mentio fit in Ciceronis Epiſtolis famil. Canalis & Caſtilionius volunt* Camberi *eſſe, vrbem Sabaudiæ primariam.* CAVARIA *(pro quo* CASVARIA *nonnulli legunt) fortè Antonini.* CAVARES *populi, ſunt apud Plutarchum, in Annibale. Simlerus* Solame *in Fuſigni, interpretatur. Camberi ab antiquis* CAMERINVM *vocari ſcribit Paradinus in ſua Sabaudia. Antoninus meminit* CAMERINI, *ſed in Italia, via Flaminia. alia prorſus ab hac.*

CIVILITANVM, *loci nomen eſt, in Goltzij Theſauro,*

ex hac vetuſta inſcriptione, MVNICIPI. T. ÆLI. HADRIANI. AVG. CIVILITAN. Fortè CIBILITANI, niſi in Africa ſit.

CIVITAS NIGRA, vide AGATHA.

CIVITAS NOVA, Scythiæ vrbs, apud Agathiam.

CIVS κίΘ, Mœſiæ Inferioris fluuius, ex Pœoniis & monte Rhodope oriens, Thraces & Hemum ſcindens, in Iſtrum exit. Herodotus & Dionyſius Afer. Iſchia fortè hodie, vti ex tabulis geographicis colligo. Eſt quoque in Mœſia Inferiori Europeæ opidum, ad Danubium, Lib. Notit. & Antonino. cuius loco fortaſſe vitioſè POTECIVM legitur apud Zoſimū, lib. 2. CIVM κίον, inter Cycladas vicinam Atticæ habet Suidas: quam ſcribit à Lyſia POLIN, i. vrbē vocatam, additq; oratores ſepè inſulas, vrbes vocare. vide CIOS, CIABRVS, COS, OESCVS, & PRVSA.

CIZA, Africæ locus. D. Auguſtinus, epiſt. 240.

CIZARA κίζαρα, caſtellum Stiphanæ paludi impoſitum, Straboni. Circa Amiſum videtur. Ptolemæo Lauinienſis præfecturæ eſt, in Armenia Minori.

CIZYA κιζύη, Thraciæ vrbs: Zozomeno 6. cap. 13. hiſt. Tripartitæ. vbi Euſtathius in exilium miſſus.

CLADAVS, vide CLADEVS.

CLADEVS κλαδέΘ, Elidis fluuius, qui cum Alpheo coniungitur, Pauſaniæ. CLADAVS legit Xenophon per α. in ſecunda, lib. 7. hiſt. Græcorum. dicitq; eum propter Alten in Alpheum ſe exonerare.

CLÆNÆVS, Græciæ fluuius, Flacco. ſed criſtato, legit pro eo Lud. Cario.

CLÆOMENÆ κλαιομεναι, vrbis nomen Stephano, in ἀκεσαμαι. Xylandri autem codex κλαζομεναι, legit.

CLÆON, vide GELON.

CLAHILCORVM, vide CHLARHILORVM.

CLAMASI, vide CHAMAVI.

CLAMOVENTA, Angliæ opidum: Antonino. Vide GLANNIBANTA.

CLAMPETIA Brutiorum vrbs. Pomponius, & Plinius. An Lampetia legendum? vide DAMPETIA.

CLANEI ciuitatis, Galatiæ Secundæ, meminit Conſtantinopolitana ſynodus VI.

CLANES κλάνης, Straboni Vindelicorum fluuius, in Danubium effluens. Lazio Glan vocatur.

CLANIS, vel GLANIS, vt quidam legunt apud Plinium, Etruriæ fluuius, qui Chiana hodie dicitur. Hunc Stephanus circa Tiberim deſcribit rectè, quia Tiberim Arno coniungit. Idem γλάνιν, fluuium habet apud Cumæos, (qui ſunt in Campania.) quem quoque GLANIVM γλάνιον, appellat. Item tertium deſcribit in Iberia. vt quoque Tzetza, in Lycophronem.

CLANIVS olim, deinde LIRIS, dictus, vt Strabo & Plinius ſcribūt. In Græco tamen Strabone legitur ἕεις, & κλεανίς. GLANIVS etiam interdum apud Plinium varia lectione habetur. Latij fluuius eſt, quem Leander Garigliano nunc vocari dicit. LINTERNVS eum ſuo tēpore putat appellatum Appianus Alexandrinus. CLANIVS Virgilij, non æquus Acerris. Campaniæ fluuius eſt. Hic GLANIS Stephani eſt. Hodie Glanio, vt Leandro videtur. Amb. Leo in Nolæ hiſtoria dicit ab accolis Lagno vocari.

CLANOS, Maris Ægæi inſula. Pomponius.

CLANVM, Antonino vrbs inter Agredicū & Auguſtobonam. Habet idem aliam eiuſdē nominis, inter Cabellionem & Ernaginum. vtramque in Gallia. vide GLANVM.

CLARA, vide CYLLENE.

CLARAVALLIS, locus in territorio Lingonenſi, nō longè à flumine Alba. (hodie Aulbe.) Antiquitus dicebatur Vallis abſynthij. Vita D. Bernardi. Cleruaulx vulgò vocatur.

CLAREOTIS tribus, Tegeatarū in Peloponeſo. Pauſanias.

CLAREVSA, vide PISISTRATI.

CLARIACVM, Galliæ vicus, tribus milliaribus ab Aurelia. In vita S. Liphardi. Clery hodie.

CLARIÆ, Thraciæ gens, Iſtrum verſus, Plinio.

CLARINEA, vide GORDVNI.

CLARITAS IVLIA, vide ATTVBI.

CLARIVM κλαειων, caſtellū in media Megalopolitanorum



regione. Polybius 4. In Peloponneſo eſt. Vide CLAROS.

CLARIVS κλάειΘ, Cypri fluuius, Plutarcho in Solone.

CLAROANGVS, locus in Morago, Galliæ, vt habet Surius, in vita S. Præiecti Epiſcopi Aruernorum.

CLAROS, Myrtoi maris inſula. Calamo Sophiano & Nigro. Huius meminit Ouidius. CLARON inſulam habet Solinus inter Tenedū & Chium. (ſi fida ſcriptura, mihi enim ſuſpecta.) An hæc eadem ſit cū illa, ſubdubito. Colophoniorum vrbs eſt CLAROS etiam, apud Aelian. 10. Animal. & Pauſaniam, in Achaicis. CLARIVM vocat Seruius. CLARIVM Nemus; & CLARIVS Mons, ibidē: Vibio, & Iſacio in Lycophronem. Iuxta Colophonem eſſe, ſcribit Apollonij Scholiaſtes. vide GRYNÆVM.

CLASSICA Colonia, vide FORVMIVLII.

CLASSIS, opidi, meminit prope Rauennam, Agathias 1, & Ael. Spartianus, in Didij Iuliani vita. Hodie eius nihil extare præter Monaſterium D. Apollinari dicatum, Hier. Rubeus & Leander auctores ſunt. A Blondo Romæ reſtauratæ 3. Cardiano locus vocatur, vbi olim hæc Claſſis fuit.

CLASSITÆ, Aſſyriæ populi, apud Plinium. Circa Lycum fluuium.

CLASSIVS, Galliæ Narbonenſis amnis, Sex. Auieno.

CLASTIDIVM κλαςίδιον, Polybio & Straboni opidum. Liuius 36. vno in loco Ligurum dicit, altero Gallorum. At cum Ligures ſint in Gallia, & Galli in Italia, de eodem eum loqui, cum Sigonio adfirmare audeam (pro hoc Liuij Claſtidio κασίδιον, malè legit Plutarchus, in Marcello, vt annotauit Xylander) quod hodie Chieſtegio dici, ſcribit Leander. Clauſtrezo, Marius Niger.

CLASTON κλαςων, Xylandro apud Strabonem 3. vrbs circæ Bætis fluminis partes ſuperiores Anduiar, Cluſio videtur. An fortè CASTVLO aliorum? ſic exiſtimat Caſaubonus.

CLATERNA κλατερνα, Ptolemæo, Plinio, Melæ, & CLITERNA Straboni. Italiæ vrbs in Gallia Togata, inter Bononiam & Imolam, vt habet Sigonius. Quaderna nominat Leander. GLACERIMA, & GLACERINA habet hoc loco Antoninus, corruptè. CLATERNA, Pomponio opidum eſt in Daunijs; quod Campo Marino Nigro videtur. vide CLITERNVM.

CLATOS, apud Plinium eſt vrbs Cretæ, mediterranea.

CLAVDA κλαῦδα, CLAVDIÆ regionis, κλαῦδιαι, caſtellum; Diodoro 13. ſub finem. In Aſia circa Miletum videtur. Vide CLAVDVS.

CLAVDI, Numidiæ locus, Antonino.

CLAVDI Cauponæ, vide CAVDI.

CLAVDIA, Plinio in Noricis vrbs. Hanc Lazius Clagenfurt putat. Carinthiæ hodie opidum. CLAVDIA Regio, in Aſia Diodoro. Vide CLAVDIVIVM, AVRELIA, ALEXANDRIA, CELIA, & APPIA Via.

CLAVDIÆ AQVÆ, fontes duo ſunt circa Vrbem. quorum alter CÆRVLEVS, alter CVRTIVS, & ALBVDINVS dicitur. Suetonius in Claudio. CLAVDIÆ Viæ meminit Ouid. 1. Pōti, Elegia 9. & CLODIÆ (quæ eadem) Capitolinus in Vero. Flaminiæ viæ iungebatur. Eadem AVRELIA videtur nominari in Antonini Itinerarij (vt inſcribitur) Fragmento.

CLAVDIANA, Syriæ, aut Euphratenſis opidum. lib. Notitiar.

CLAVDIANA Caſtra, locus ſic dictus ſupra Sueſſulam, Liuio 24.

CLAVDIAS κλαυδιάς, Lauinianenſis præfecturæ vrbs, in Aſia Minori. Ptolemæus.

CLAVDII FORVM, vide FORVM.

CLAVDIOMACHVS vicus, eſt in confinio Biturigum. Sic Sulpitius in Dialogo de virtutibus D. Martini. GAVDIOMACVS in alio codice. CLAVDIOMAGVM Fortunato, & rectius, Gallia enim multas locorum voces in magum deſinentes habet.

CLAVDIOMERIVM κλαυδιομέειον, Artabrorum vrbs, in Hiſpania. Ptolemæus.

CLAVDIOPOLIS κλαυδιόπολις, Bithyniæ in Zygiana regione, vrbs eſt Ptolemæo. quam quoque BITHYNIVM,



NIVM βιθυνίον, vocat; CITHYNIDEM κιθυνίδος, appellatam ſcribit Dion. qui hanc Antinoi Hadriani Imp. amaſij patriam facit. cuius meminit & Pauſanias in Arcadicis: vbi eum ad Sangarium fluuium conſtituit. Ego malim vna tātum littera mutata, Bithynidem legere. Cithynidis enim nemo, quod ſciam, meminit. Scio Adolphum Occonem nummū adferre hac inſcriptione ΓΕΝΕΣΙΣ ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΚΙΘΙΝΙΔΟΣ. qui nummus, vt & lectio, mihi ſuſpecta. Caſtamena hodie vocari, (Caſtromena legit Leunclauius.) olim quoque NICOMEDIAM nuncupatam, tradit Marius Niger. CLAVDIOPOLIS Sambuco eſt Daciæ vrbs: incolis Coloſwar/ & Germanis Clauſnburg dicta: AQVAS VIVAS olim appellatam credit Lazius 12. R. P. R. cap. 1. Sectio 2. Colonia quoque Ciliciæ, quam Claudius Imp. duxit teſte Ammiano. Iſauriæ quoq; eſt, concilio Niceno. Honoriadis regionis in Authenticis eſt. ſed eadem. & eandem quoq; puto cum ea quam Ptolemæus in Cataonia, Armeniæ Minoris ponit. Vide ISAVRIA, & NEOCLAVDIOPOLIS.

CLAVDIVIVM κλαυδίειον, Norici vrbs, Ptolemæo, ad Danubiū. hanc Althamerus Enſt interpretatur. Kloſternewborg Villanouanus. qui putat eandem à Plinio CLAVDIA dici. cui aſſentitur quoque Lazius, ſed Clagenfurt huic videtur. Melck, eam Pyramius vocat. Melck (vt & hoc hic addam) olim Arcem ferream dictam ſcribit Melchior Sotterus, de bello Pannonico. & Cuſpinianus in Auſtria ſua. quod MELICVM Latinè nominat. Vide MEDELICVM.

CLAVDIVM κλαύδιον, Italiæ vrbs, Stephano, ex Dionyſio. CAVDIVM legendum putarim, ſic ordine litterarum exigente, apud eundem. Si quis hunc autem neglectum hic putet, CALYDIVM καλύδιον, illi Strabonis ſit. Claudium opidum agnouit tamen Frontinus Franciſci Nanſij. Vide CALYDION.

CLAVDIVS, Mons Pannoniæ, Plinio. In confinibus Hungariæ eſt, vt Lazius credit. qui dicit eius Occidua iuga à Cilienſibus Vogel/ Kochitzerberg / im Zagor / & eius Orientalia ab Hungaris Motap/ Monoczlc/ K. ſoarnocz/ & Werencze appellari. vide RAVDI, & CAVDI.

CLAVDVS κλαυδΘ, Ptolemæo Cretici maris inſula quæ CLAVDA κλαυδη, in Actis Apoſtol. 27. dicitur. vbi κουρο legitur in Syriaco. Gozo Ger. Mercatori eſt. cui etiam GAVDOS Melæ eſt. Hoc in tractu Plinio quoq; GAVDOS inſula eſt, cuius ſitus cum Ptolemæi, (etſi Villanouanus in ſuo Ptolemæo, & Q. Heduus in ſua Melita eandem faciant) nonnihil differre videtur. Plinius enim Gaudos cōtra Hierapytnam; Ptolemæus Claudum contra Criumetopon deſcribit. ΚΑΥΔΩ, etiam Suidæ inſula eſt, vicina Cretæ; vbi maximi onagri naſcuntur.

CLAVENA Antonino Heluetij opidum ad Larium lacum. CLAVENNA eſt apud Diaconū 6. Longobard. cap. 21. in codice M. S. Cleuen incolis, Chiauenna, Italis dicitur.

CLAVSALA fluuius, Scodram Illyridis vrbem à latere Orientali alluit. Liuius 44.

CLAVSENTVM, Angliæ opidum. Antoninus. Nunc Southamton Camdeno.

CLAVSETIA, nomen loci videtur, apud Sidonium 5. ad Pannicium, vbi hæc verba: Iam pergit Clauſetiam Euantius. ſed ſincerior lectio in codice meo vetuſto pergameno, qui legit, Iam claudus etiam pergit Euantius. Deſiit itaque loci nomen eſſe.

CLAVSTRINORVM meminit Lib. Notitiar. in Dacia Ripenſi. an Clauſenburg hodie?

CLAVTHMVS κλαυθμός, i. luctus. Locus iuxta Chalcidem Græciæ. Theophraſtus 5. de Cauſis Plantar.

CLAVTINATII κλαυτινάτιοι, Vindeliciæ populi ſunt apud Strabonem. eoſdem eſſe cum CATENATIBVS Plinij, ſcribit Simlerus. eſſéque eos qui vtrimq; ad Ænum habitant, ſupra eum locum vbi Danubium ingreditur.

CLAXELVS, Liguriæ mons. In ænea tabula antiqua, quæ Genuæ exſtat.

CLAZOMENÆ κλαζομεναὶ, Ioniæ vrbs, Straboni & Pto-



lemæo. GRYNA prius dicta, Stephano. Grine hodie dici, ſcribit Theuetus. CLAZOMENIORVM Speculas, ad Mæotidem paludem, circa Cimmerium pagum, habet Strabo. vide ABDERA.

CLEANDRIA κλεανδρία, Troadis locus: vnde Rhodius fluit. Strabo.

CLEARTVS κλέαρτΘ, Marmaricæ palus, Ptolemæo. CALEARTIVS Oroſio.

CLEIDES, vide CLIDES.

CLEITERNVM, vide CLATERNA.

CLEMBERTVM, vide CLIMBETRVM.

CLENVS, vide CLITIS.

CLEONÆ κλεωναί, vrbs Athi montis; Thucididi 4. Heraclidi in Politijs, & Straboni in Epitoma. item Plinio & Herodoto. Inter Athon & Pallenen, Pōponio. Eſt etiam Achaiæ, in Peloponneſo, apud Plinium. Phocidis, propè Hyampolim, Plutarcho de Virtutibus mulierum. Locus iuxta Nemeam Suidæ, vbi verſabatur leo, quem Hercules ſuſtulit. Hoc Argiæ in Peloponneſo opidum, Pauſaniæ, Straboni & Ptolemæo. Sanuaſili, Mar. Nigro hodie dicitur. Arcadiæ habet etiam Plinius. CLEONA legit Pomponius, & CLEONE vbique Plinius.

CLEOPATRIS, Straboni vrbs eſt Nili foſſæ proxima, ad intimum ſinus Arabici receſſum. vide ARSINOE.

CLEPIDIANA κληπιδιανα, Sarmatiæ Europææ vrbs, Ptolemæo.

CLEPSYDRA κλεψυδρα, fons Meſſeniæ, in mōte Ithome. Pauſanias. Huius quoque meminit Appianus in Parthicis.

CLERI κλῆροι, populi ſunt, apud Diodorum 13. Cyzicorum ſunt terræ, apud Polyænum.

CLETA κλήτη, Choniæ regionis Italiæ locus, à regina Cleta ſic dictus, auctor Lycophron, qui eandem AMAZONIS terram vocat. Petramala hodie nuncupari, & caſtellum eſſe, ſcribit Gab. Barrius.

CLETABENI κλεταβηνοι, Arabiæ Felicis populi: apud Dionyſium Afrum.

CLETHARRO κληθάρρω, Arabiæ Petreæ opidum; Ptolem.

CLETOR, vide CLITOR.

CLEVVM Antonino Angliæ vrbs. Glouceſter eſt apud G. Camdenum. CLOVERNIA vulgò Latino.

CLEZVS κλέζους, Nicandro; locus, mons, & fluuius Lydiæ eſt apud eius Scholiaſten.

CLIBANVS, Mons in Locris Epizephyrijs, Plinio. qui à Pineto Monte Leone interpretatus eſt. Barrius autem Vilardo nominat; & in Calabria ponit. OLIBANVS legendum ſuadet Celſus Cittadinus, & ex eo ſcilicet ad vias ſternēdas cedi ſolere addit, vocariq; hodie Li Bolenti de Solano Eſſeque in Apennini ſummitate, inter Conſentiam & Rhegium. Apud eundem Plinium CLIBANVS quoque Iſauriæ vrbs eſt.

CLIBES, opidum Italiæ, in Samnio: vti videtur ex lib. de Limitibus. ſi locus fidus.

CLICIS LIME, Epiri locus, Antonino. inter Actium & Pœnicem.

CLIDES κλεῖδες, Ptolemæo, & Plinio quatuor inſulæ ſunt, ante Cypri promōtorium, quod ex aduerſo Syriæ eſt. Straboni duæ tantum. CLIDES Ptolemæo promontorium quoque Cypri eſt, ſed in codicibus Latinis, in Græcis enim non habetur. Apud Herodotum autem κληῖδες τῆς κύπρου legitur. Hoc hodie S. Andre vocari, ſcribit Theuetus.

CLIDIVM, vide CHLIDIVM.

CLIENSIS, Plebis in Africa, meminit Coll. Carthagin.

CLIMA, Epiſcopalis locus, ſub ſede Scytheopolis, Tyrio.

CLIMA ANATOLIS, quæ VISINON, Epiſcopalis vrbs, Gulielmo Tyrio, ſub ſede Becerra Arabiæ.

CLIMACA Tyriorum, vide CLIMAX.

CLIMAX κλίμαξ, Straboni, & apud Plutarchum in Alexandro, vel CLIMACA Polybij 5. ſunt anguſtiæ ſic dictæ, circa Selgam, Piſidiæ vrbem. Galatiæ vicus maritimus eſt; Ptolemæo. & eidem Arabiæ Felicis mons. Locus in Arcadia, Pauſaniæ. Eſt & mons circa Byblum, in Phœnicia, Straboni 16. Hunc puto CLIMACA Tyriorum appellari à Ioſepho, belli Iud. 2. cap. 9. vbi eum dicit



diſtare

diſtare à Tyro verſus Septentrionem, ſtadiis centum. Paſſum canis videtur hunc appellare Dom. Niger. Mons quoque Oroſio, qui Aegypto Inferiori à Meridie eſt. Apud Ptolemæum eſt Libyæ nomi vicus. Memnoni eſt locus ad Caucaſum, circa Phaſim fluuium. & apud Palladium in Ptolemæo, eſt locus ſic dictus octodecim millibus paſſ. à Sceti diſtans. vide MASICYTVS.

CLIBERRE, vide ELIBERRI.

CLIMBERTVM, (per E. in prima quoque) Galliæ vrbs, Antonino. inter Aginnum & Lugdunum. ELYMBERRVM legebat codex M.S. Reuerendiſſimi Lauini Torrentij.

CLINA κλειvη, fons Cyzici, apud Orpheū, natus ex lachrymis vxoris Cyzici, cum maritum extinctum intellexiſſet. CLITE κλείτη, apud Apollonium 1. & Flaccū 3. vocatur. Eſt & Græciæ vrbs alicubi CLINE, apud Liuium 26.

CLINTIDIONES, vide GLINDITIONES.

CLISOBORA, vide METHORA.

CLISSVM, vide HILISSVM.

CLISVRÆ, vide PHISON.

CLITÆ κλειται, Bithyniæ vrbs eſt mediterranea, Ptolemæo. Cilicum natio, apud Tacitum, Annal. 12. Apud eundem, Annal. 6. eſt Cappadociæ vrbs. Locum circa Athon mōtem, habet Liuius 44. Vide CITÆ, & CLYTÆ.

CLITE, vide CLINA.

CLITERIVM κλιτήειον, Arcadiæ vrbs. Phauorinus.

CLITERNVM κλιτήρνον in Aequicolis opidum: Ptolemæo. ſed CLATERNA legit Hermolaus:

CLITIS, fluuius Galliæ eſt, Sidonio, in Panegyrico Maiorani. Clianus hodie, in Pictauis, vt adfirmat Maſſonus. CLENVS videtur mihi, apud G. Turonenſem.

CLITON κλειτον, Arcadiæ fluuius; Heſychio, & Statio. pro Clitor, fortè malè.

CLITOR κλήτωρ, Straboni, & Ptolemæo. κλιτορία, Stephano, Arcadiæ vrbs. CLITORIVM Plinio dicitur. CLETOR per n. eſt apud Xenophontem 5. Græcor. Hinc Clitorius amnis & fons, ab Ouidio celebratus. Gardichi hodie vrbs appellari, teſtatur Niger.

CLITORIVS, Italiæ locus, qui vini tædium ex eo bibētibus parit. ſi Iſidoro fides. ſed fallit. Arcadiæ enim eſt, teſte Ouidio, aliiſque. vide CLITOR, & TRASVMENVS.

CLITRO, corruptè legi apud Hegeſippum 4. cap. 27. pro COPTVS, patet ex Ioſepho de bello Iudaico 4. in deſcriptione Ægypti.

CLITVMNVS, fluuius eſt in Meuania, quæ pars eſt Vmbriæ, partis Tuſciæ. Sic Seruius in Virgilium, qui addit ex Plinio, animalia quæ inde potauerint, albos fœtus creare. Plinius eum in Faliſcis deſcribit. Philargyrius ait eum Vmbriam à Tuſcia diuidere. Idem lacum ſic dictum deſcribit in finibus Spoletinorum. Sed melius vt hunc cognoſcas, adi lib. 8. Epiſtolar. Plinij, ad Romanum ſuum. Suetonius in Caligula; habet flumen & nemus Clitumni in Meuania. vide TREVA.

CLIVIA, vrbs & Metropolis Germaniæ Inferioris, eius regionis quæ ab ea nomen accepit. Meminit eius Eumenius rhetor in oratione. Vulgò Cleue dici putat Pigius. ſed negat apertiſſimè Lipſius, qui pro Auguſtocliuenſium, AVGVSTODVNENSIVM legi debere docet, apud dictum Eumenium.

CLIVVS CVCVMERIS, in Via Salaria locus. Vſuardus ad XV. Calend. Iul.

CLOACINÆ, vide NOVIS.

CLOCOTONITZA, vide PANNONIA.

CLODIA FOSSA, Plinio. Venetorum hodie ditionis opidum, in Hadriatici maris littore; quod Chioggia Blondo & Leandro.

CLODIA VIA, inter Lucam & Romam. Antoninus, vide CLAVDIÆ.

CLODIANA, Macedoniæ opidum, circa Dyrrachium, inter Apolloniam & Scampin, Antonino.

CLODIANVS κλωδιαν☉, Hiſpaniæ Tarraconēſis fluuius, Ptolemæo, & Pomponio. Fluuian, Varrerio & Floriano.

CLOMANNORVM ciuitatem, circa Babyloniam habet Hiſtoria Miſcella 17.



CLONIA κλονία, Libyæ Interioris lacus, apud Ptolemæum.

CLOSTRA, vide AVSTRA.

CLOTA, vide GLOTA.

CLVACA κλύακα, Ptolemæo eſt Mediæ vrbs.

CLVANA, vrbs in ora Piceni. Plinius.

CLVDI, vide CLAVDI.

CLVDRVS, apud Plinium, Cariæ fluuius.

CLYIAS, Indiæ fluuius: in Epiſtola Alex. Mag. ad Ariſtotelem. ſi huic fides.

CLVNIA Colonia κλυνία, Dioni, & Ptolemæo, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs in Areuacis. Meminit huius quoque Plutarchus & Suetonius in Galba. Ex Inſcriptionibus vetuſtis colligit Carolus Cluſius hodie Coruña vocari. cui aſtipulatur Florianus. Nonnullis tamen addit Cruña, vel Caſtro eſſe, quod opidum ab Vnama ciuitate abeſt leucis 6. à Durio amne tribus, teſte Vaſæo. Notandum quod hanc Coruñam cognominant del Conde, ad differentiam eius, quæ eſt in Gallicia. Ambroſius Moralis quoque Ciuidal de Caſtro vocat. & idem alio in loco Calahorra appellat. CLVNIA SVL. eſt in nummo Galbæ. i. Clunia Sulpicia.

CLVNIACVM pagum, in Burgundia habet vita S. Maioli. Ab eo Cluniacenſe monaſterium appellationem ſumpſit. Circa Matiſconem. Clugny vulgo. Vide MASTICENSIS.

CLVNIVM κλύνιον, Corſicæ vrbs, Ptolemæo.

CLVPEA, vt Plinius, vel CLYPEA κλυπέα, quæ primum ASPIS dicta fuit, Solino auctore, cui accinit hoc verſu Silius, In clypei ſpeciem curuatis turribus Aſpis. adeò vt formam nomen dediſſe, diſcimus. Ptolemæo tamen hoc tractu duæ ſunt, Aſpis & Clypea. Africæ Propriæ vrbs, ad Mare Mediterraneum. Ptolemæi Clypea puto hodie Zafaran, & Aſpis Quipia dici. Marmolius ſcribit Aſpin hodie Heraclia nominari.

CLVSA, vide ELVSA.

CLVSENTINVS, vide PASSVMENA.

CLVSINI Fontes, Horatio ad Cluſium vrbem. Bagni do S. Caſſiano ſunt Andreæ Baccio. In Tuſcia ſunt.

CLVSINA, vide MARCELLIANENSE.

CLVSIOLVM opidum, ſupra Interamnam: ſcribit Plinius 3. cap. 14. interiiſſe. Dalechampius dicit quendam LVCEOLVM hic legere. quod vide ſuo loco.

CLVSIVM κλούσιον, Tuſciæ mediterraneum opidum Ptolemæo, Straboni, Liuio, & Procopio. CALVSIVM corruptè apud Diodorum 14. Chiuſi vocatur hodie Leandro Alberto. In Catonis fragmentis quæ circumferuntur, CLVSIVM VETVS, & CLVSIVM NOVVM eſt. (vti quoque apud Plinium CLVSINI VETERES, & NOVI ſunt.) Cluſium vetus dicit idem Cato CAMERSOL vocatum. Apud Liuium legitur, Cluſium quod olim CAMARS appellatum. In huius agro deſcribit Plinius Porſenæ regis ſepulcrū, & huius veſtigia hodie cerni ſcribit Gyraldus de Sepulchris. Cluſiū Nouum hodie corruptè Caſentino nominari, ſcribit Annius. CARMON quoq; olim nūcupatum, ex Plinio refert Blondus: penes quē fides eſto. Vrbem CLVSINI, quæ nunc DVSIA dicitur. ſic Oroſius lib. 2. cap. 19. ſed alia lectio TVSCIA habet, pro Duſia. Cluſium opidum iuxta Maſſicum, ſcribit Seruius in 10. Aeneid. & errat, vt ſæpius in geographia, cuius non raro, vt & ceteris mediæ ætatis grammaticis, ſcholaſticiſque huius peritiam defuiſſe animaduerto. vide CAVDIVM.

CLVSIVS κλούσι☉, fluuius Galliæ Ciſalpinæ, apud Polybiū lib. 2. Chieſe locū & ſonum hodie obtinet. vide OLLIVS.

CLVTEMNESTRA, vide CRVSTVMERIVM.

CLVVIA, locus & præſidium in Samnio. Liuius 9.

CLYDON κλύδων, fluuius, vt vertit Læſcherus, propriè: Romulo Amaſæo. autem non eſt loci proprium. Pauſanias in Achaicis eius meminit. Vide CYDONIA.

CLYLIPENVS Sinus, Plinio, qui VENEDICVS Ptolemæo, Maris Germanici. quod Germani, Recens mare, appellant, inquit Marius. Hoc Recens mare, video factum ex Friſchaff/ quod ſonat, recens, vel potius ſubfrigidus



frigidus portus. Italus porto freſco rectè interpretaretur. Friſchaff vocatur incolis Sinus quem Viſtula fluuius efficit. Fiſchhauſen, id eſt, piſcium domicilium, vocari tradit Mariangelus Accurſius. Sed condonanda ſunt huiuſmodi Italis, & peregrinis; qui ipſi linguæ noſtræ ignari, ex relatu aliorum fortaſſe minus intelligentium, peius transferunt. Ego hunc Clylipenum ſinum, hodie Pautzkerwick appellari puto.

CLYPEA, vide CLVPEA.

CLYPIACVM, Pariſienſis territorij villa, vt habet vita S. Anſiberti Epiſcopi Rothomagenſis.

CLYSMA κλυσμα, Ptolemæo & Epiphanio; præſidium in Ægypto eſt, ad ſinum Arabicum. quod LISMO Antonini eſt, vt indicat Simlerus.

CLYSTRVS κλῦστρ☉, Ciliciæ opidum, Ptolemæo. Interpretes (vt ferè ſolent, excepto vno Nouiomago) vitioſè CAYSTRVS habent.

CLYTÆ, Macedoniæ populi, apud Plinium. apud quos optimum nitrum. CLITÆ fortè apud Liuium.

CLYZOMENÆ, de quo in Synodo Epheſina III. hæc Euσεβιος Επισκοπος, κλυσομενῶν. Clazomenæ lubentius cum optimo & doctiſſimo Sylburgio legiſſem, niſi Leonclauius ſcripſiſſet in ſuo Onomaſticho, locum eſſe in Bithynia κλυζομενη dictum, verſus Nicomediam & Nycæam, & nunc Tegiur Zair nominari.

CNACADIVM κνακάδιον, mons in Laconica regione. Pauſanias. Ad Lan & Gythium opidum. Idem CNACALOVM κνακαλοον, montē nominat, à quo Cnacaleſia Diana. eundem putauerim: & malè Δ pro λ. facili lapſu ſcriptum.

CNACALOVS, vide CNACNADIVM.

CNACIO, vide BABYCE.

CNECEVS κνηκεῖος, Lycophroni Laconicæ fluuius eſt, quem Iſacius eius commentator poſtea SINVM σινὺς, appellatum prodit. CNACIO fortè Plutarchi.

CNEMA, vide CREMNI.

CNEMIS κνημις, Bœotiæ mons, à quo Locri Epicnemidij, Euſtathio ex Strabone. Vrbs eſt Plinio, ibidem. CNEMIDES vocatur a Pomponio, & Ptolemæo.

CNIDIA, vide DOTIVM.

CNIDINIVM κνιδίνιον, locus fortis circa Epheſum. Diodorus 14.

CNIDVS κνίδος, Ptolemæo, Pauſaniæ, & Straboni. GNIDVS, per G. Latini ferè ſcribunt. Aſiæ opidum, in Doride regione eſt. Hæc Plinio auctore primum TRIOPIA, (Triopium Arriano 2. Alexandri.) dein PEGVSA, & STADIA appellata eſt. Hodie à Moletio, Chio: à Sophiano autem, & Nigro, Cabo Crio nominatur. Eſt CNIDOS quoque inſula Rhodi, Heſychio. CNIDVS etiam fluminis nomen, apud Ariſtidem de Æſculapij puteo.

CNIZOMENES Κνιζομενεῖς, gēs circa Sinum Arabicum; Diodoro 3. Ora libri legebat βνιζομενεῖς. Interpres Latinus BANIZOMENÆ habebat.

CNOPIA, vide NOPIA.

CNOPVPOLIS, vide ERYTHRÆA.

CNOPVS, vide ISMENVS.

CNOSIVS, κνωσία, ager, militibus pretij loco ab Auguſto datus. Dion 49. Circa Capuam videtur.

CNOSSVS, vide GNOSSVS.

CO κῶ, Ægypti vrbs, apud Ptolemæum, quam Simlerus credit TICANOVA, aut variata lectione, ICANOVA apud Antoninum vocari. Vide COS, & CYNOSPOLIS.

COA κῶα, Ptolemæo, CVA interpretibus; Arabiæ Felicis opidum. vide COS, CEOS, & COPHES.

COAMANI Aſiæ populi, Pomponio, Scytharum fortaſſe.

COANCA κοάνκα, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæus.

COARA, vide OCCORA.

COASTRÆ. Lucanus lib. 3. Æthera tangentes ſiluas liquere Coaſtræ. Alij legunt COATRÆ, CHOATÆ, & COHATRÆ. In Aſia ſunt alicubi.

COATAISIS, in Hiberia, circa Phaſidem, vrbs eſt Perſarum, Agathia 2. & 4. ſed & COTAISIS κοταισις legit.

COBA, vide CHOBAT.



COBANDI κόβανδοι. Germaniæ gens, apud Ptolemæum.

COBE κόβη, Æthiopiæ emporium, in Aualite ſinu, Ptolemæo.

COBIALVS, vide ÆGIALVS.

COBII κωβιι, vicus, in Libyæ nomo. Ptolemæus.

COBILVS, Bithyniæ fluuius videtur apud Flaccum. Hunc Hermolaus putat ab Apollonio CROBIALVS κρωβίαλος, appellari. An idem à Liuio COBVLATVS dicatur, hæreo.

COBIOMACHVM, vicus inter Toloſam & Narbonem. Cicero, pro M. Fonteio. COBIOMAGVM malim: quia Gallicum magis ſonat. Sunt enim in Gallia huius terminationis vltra triginta locorum nomina.

COBORIS, inſula Arabiæ Felicis, in Indico mari, Plinio.

COBRYS κῶβρις, Stephano Thraciæ vrbs.

COBVELA, Mauritaniæ Tingitanæ locus, apud Antoninū.

COBVLATVS, Bithyniæ fluuius, Liuio. κολοβατ☉, eſt in Polybij fragmentis. CORIATVS legebat Modius ex M.S. vide COBILVS.

COBVM, fluuius Colchidis, è Caucaſo fluens, per Suanos, Plinio. CHOBVS Agathiæ. vide COHIBVS.

COCABA κοκάβα, Baſanitidis regionis vicus, circa Palæſtinam, Epiphanio. vbi Ebion hæreticus primum habitauit. Idem κοχάβη, habet in Arabia. eundem locum puto.

COCALA κώκαλα, locus Oritarum regionis, in littore maris Rubri, eſt apud Arrianum, de Indicis. Indiæ extra Gangem vrbs, eſt Ptolemæo.

COCALIA κωκαλία, Ponti Cappadocici vrbs eſt; apud Ptolomæum.

COCANICVS, lacus Siciliæ, vbi ſal gignitur. Plinius.

COCCEI Villa, Horatio 1. Sermonū, locus ſupra Sinueſſam.

COCCYVM Angliæ vrbs, Antonino. Coccley Camdenus putat.

COCCONAGÆ κοκκονᾶγαι, Indiæ intra Gangem gens, apud Ptolemæum.

COCCONAGARA, vide COCCORANAGARA.

COCCONAGI κοκκονάγοι, maris Rubri inſulæ tres. Ptol.

COCCORANAGARA, ſic legitur in Latinis Ptolemæi exemplaribus. vrbs Sinarum eſt; quam fortè Cianganor putat hodie dici Ger. Mercator. Græcus Ptolemæus COCCONAGARA κοκκοναγαρα, habet. cui alia vrbs cognominis eſt in India extra Gangem.

COCCVSA, vide CVCVSSVS.

COCCYGIVS κοκκύγι☉, mons Peloponneſi, ad Inachum fluuium. antea DYCEIVS δυκήιος, dictus; auctor Plutarchus de fluminibus. Pyceius, per P. habetur in verſione excuſa à Natale de Comitibus. COCCYX videtur appellari à Pauſania, lib. 2. qui ibidem meminit Coccygij Iouis. Hunc montem prius THORNAX vocatum, idem ſcribit. Thornacis huius meminit quoque Herodotus in Clio, & Stephanus.

COCCYNVM κοκκυνον, promontorium, circa Siciliam, Appiano 5. Ciuilium. An pro Cocintum?

COCHABA, vide COCABA.

COCHE κώχη, Arabiæ Deſertæ opidum, Ptolemæo. CHOCE eius interpretibus. COCHE quoque arx, Cteſiphontis arci ita coniuncta, vt vnius tantùm ciuitatis ſpeciem ambæ præbeant; intermedio amne inter ſe disiunctæ. (Tigri ſcilicet.) Gregorius Nazianzenus oratione in Iulianum apoſtatam II. Perſidis vrbs eſt apud Rufum. Vide SELEVCIA, & CHOCHE.

COCHLEARIA, Sardiniæ locus, Antonino. Simlerus GODEARIA quoque legit.

COCHLIVSA κοχλίουσα, inſula ante Lyciam, Stephano. ex 2. Lyciacor. Alexandri.

COCHRYNNA κοχρύννη, Thraciæ fluuius, ad Chalcidicam. Hunc ab ouibus potum, nigros facere fœtus ſcribit Antigonus in Mirabilibus. Vide PSYCHRVS.

COCILLVM, Myſiæ Aſiaticæ opidum, apud Plinium. per Y. melius aliquot codicibus & vno L. Inde COCYLITAS κοκυλιται habet Xenoph. 3. Græcor.

COCINTHVM, vel COCINTVM, Antonino Italiæ vrbs XXII. M.P. à Scilace. Vide CARCINVM.

COCLITES, vide ARIMASPI.

COCOSSATES SEXSIGNANI, *Aquitanicæ Galliæ populi, ſunt Plinio*. Singulari s. *ſcribit Cæſar* COCOSATES.

COCOSSII κοκόσσιοι, *Mauritaniæ Tingitanæ gens, Ptolemæo*. SVCCOSII *eſt in Latinis codicibus*.

COCTIÆ, *vide* COTTIÆ *Alpes*.

COCVNDÆ, Plinio *ſunt Indiæ populi*.

COCVSVM, *vide* CVCVSSVS.

COCYLITÆ, *Vide* COCILLVM.

COCYTVS, *fluuius Epiri, ad Cichyrum vrbem. Pauſanias in Atticis. Campaniæ quoq́, circa Lucrinum lacum: Silio* 12. *Parthenopen inter magnæq́ Dicæarchidos arua: vt canit Eumolpus, apud* Petron. *Arbitrum. Virg. 6. Æneid. eius etiam (ſed fabuloſe) meminit. Item fluuius Infernalis; Virgilio, Claudiano, aliiſque poëtis*.

CODANA, *vide* COLANA.

CODANE κοδάνη, *Gedroſiæ inſula, Ptolemæo*.

CODANONIA, *inſula Codani Sinus, apud Melam. Hanc* Zeelandt *hodie vocari credo*.

CODANVS *Sinus, vide* BALTICVM.

CODDVRA κοδδούρα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo*. Gandauari *Caſtaldo*.

CODETA, *appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta naſcantur ad caudarum equinarum ſimilitudinem. Feſtus.* CODETANVS *Campus, eſt P. Victori in* XIIII. *regione Tranſtiberina*.

CODONE κώδωνη, *Propontidis inſula*. In *Conſtitutionib. Emanuelis Comneni Imp*.

CODOZALABA, *vide* GODOZALABA.

CODRANA κοδράνα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem*.

CODRIAS κοδρείας, CODRINA, & CODRI, *vrbis, regionis & populi nomina: vt annotauit ad Concil. Epheſinum Sylburgius. Huius epiſcopus Senecio. An idem cum* CODRIO?

CODRIO, *ſatis munitum & validum, in Macedoniæ opidum. Liuio* 31.

CODROPOLIS κοδρόπολις, *Illyriæ opidum, ad intimum ſinus Hadriatici receſſum. Appianus 5. Ciuilium. Limes imperij quondam inter Cæſarem & M. Antonium*.

CODVTÆ κοδοῦται, *Ptolemæo ſunt populi in India extra Gangem*. CVDVTÆ *interpretibus. Vide* CVDVS.

CODVZABALA, *Armeniæ Minoris vrbs, Antonino*.

COEALEÆ, *vide* CORALETÆ.

COEANVM, *vide* SORVBA.

COECILA κοίκιλα, *Turdulorum vrbs, in Bætica, Ptolemæo*.

COECINVM *Pomponio, Locrorum in Italia vrbs*.

COEDAMVSII κοιδαμούσιοι, *Mauritaniæ Cæſarienſis gens. Ptolemæus. Per* I. *in prima Interpretes legunt*.

COEENSEM *Epiſcopum, Iulianum nominat Leo* I. *Pontif. in litteris ad eundem. Vide* COENSIS.

COELA κοιλη, *Atticæ locus, circa Athenas. vbi Thucydides ſepultus, teſtis Marcellinus Græcus, in huius vita. vide* COELOS.

COELAEVBOEÆ κοιλα εὐβοίας, *locus in Eubœa, Ptolemæo. Apud Val. Max.* 1. *cap.* 8. *tractus quidam hoc nomine deſcribitur inter Rhamnunta nobilem Attici ſoli partem, Caryſtúmque, Chalcidico freto vicinum. Huic aſſentitur Strabo* 10. *item Liuius. Deſcribit hunc graphicè Dion* Pruſæus, *Oratione 7. vide* EVBOICVM *Mare*.

COELALETÆ, *Thraciæ populi ſunt Tacito. Hos Plinius* CELETAS. *Liuius* 38. COELETAS, & *Dio*. 54. *corruptè* SIALETAS *vocat. Sic annotauit ad Tacitum (ne quẽ ſua laude fraudemus) doctiſſimus Lipſius. Plinius autem, vt & hoc annotem, Celetas diſtinctos habet.* MAIORES *Hæmo:* MINORES *Rhodopæ ſubditos. Sunt in Ptolemæi* COELETICA κοιλητική, *præfectura. vide* SELLETICA.

COELE, *vide* COELA, ELIS, & SYRIA.

COELEN. *Liuius* 32. *fauces montium quaſdam deſcribit, quas Coelen vocant. Circa Oeten aut Pindum videntur*.

COELERINI κοιλερινοι, *Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Ptolemæus. Sunt* CELERINI *ſine diphthongo Plinij. Vide* AQVIFLAVIENSES.

COELESYRIA συρίακοιλη, *Aſia regio Ptolemæo & aliis*.

(*Quatuordecim vrbes ei adſcribit Suidas.*) *Hanc putat Poſtellus hodie* Boca, & Bocalbalbec *appellari, à Balbec vrbe, quæ olim fuit Heliopolis.* SYRIA MINOR *Euagrij temporibus vocabatur, ipſo teste*.

COELETE, *vide* ASTII, & COELALETÆ.

COELETICA, *vide* COELALETÆ.

COELIMONTANA *Porta, vrbis Romæ. Iunioribus* ASINARIA *vocatur. Hodie* S. Ioannis *nonnullis dicitur. Marlianus in ſua Roma*.

COELIOBRIGA κοιλιόβριγα, *Cœlerinorum in Tarraconenſi Hiſpaniæ opidum. Ptolemæus*. Bergança *eſt Coquo*.

COELIS κοιλίς, *gens Atticæ. Heſychius*.

COELIVS *Mons, vnus è ſeptem vrbis Romæ quem Tiberius Imp. (vt ſcribit in eius vita Suetonius)* AVGVSTVM *appellare iuſſit. Tacitus addit eum prius* QVERQVETVLANVM *vocatum. Eundem poſtea* TVSCVM *Vicum dictum ſcribit Varro 4. de L. Lingua.* MASTARNA, *vel vt alius codex* MASTVRDA, *olim appellatum à Tuſcis ex quadam vetuſta Inſcriptione apparet, quæ Lugduni exſtat. Sed* CÆLIVS *per Æ. ibidẽ ſcribitur. Vetus Commentator Horatij non editus, quem Lipſius ſeruat, dicit Tuſcum vicum nunc Turarius lucus dici*.

COELOESI κόιλοισι, CONCAVA *agri locus in Chio inſula. Herodotus* 6.

COELOS κοιλος, *Thraciæ Cherſoneſi opidum, inter Eleam & Cardiam vrbes, Plinio.* COELA *apud Ammianum legitur. & in Epheſino concilio. Videtur fluuij nomen, circa Pylas aut Ægyptum, ex Æliano, & Athenæo, de attaginibus. vide* CYLLA.

COELOSSA κοιλώσση, *mons, in Peloponneſo, Argiæ regionis. Strabo.* CELVSA *Xenophonti 4. Græcorum*.

COENOENVM κοινοίνιον, *Ptolemæo Germaniæ vrbs, in climate Septentrionali. ex qua Villanouanus* Laubenbourg *facit*.

COENON DIDREVMA, *ſiue* CAENON IDREVM *corruptè, in Ægypto, apud Antoninum. vide* HYDREVMA.

COENSIS *Ciuitatis, meminit concilium Chalcedonenſe. ſed ignoratur vbi ſit: niſi idem cum Coeenſi: aut gentile à Coa inſula. Vide* COEENSEM.

COENYRI, *vide* ÆNYRORVM.

COEQVOSA, *Aquitaniæ vrbs,* XVI. M. *paſſ. ab Aquis Terbellanis. Antoninus*.

COERANIVM, *ſpelunca in Zacyntho, Plutarcho in Animantium comparatione*.

COERANVS κοίρανος, *fluuij nomen, apud Stephanum. in voce Adana. Locus ſic dictus circa Parium, ad Helleſpontum: Aeliano 8. Animali, cap.* 3. *vide* SARVS.

COERVS, *vide* CIRIS.

COESTOBOCI, *vide* COSTOBOCI.

COETI, *vel Æ,* κοιτοι, αι, *Aſiæ populi, ad Pontum Euxinum, circa Tibarenos. Xenophon 7. ſub finem Cyri exped*.

COEVS κοῖος, *Meſſeniæ fluuius, præterfluit Electram vrbem. Pauſanias*.

COGÆONVM κωγαιωνον, *nomen fluminis, & montis illi contigui, vbi Zamolxis habitare conſueuerat, apud Getas. Strabo. Vide* SACER.

COGAMVS *fluuius, Plinio ad Tmoli montis radices. In Aſia Minori*.

COGEDVS, *Martiali Hiſpaniæ fluuius,* Congedo, *Caſp. Varrerio. Circa Bilbilim.* Rio de codes, *Ariæ Montano*.

COGENI, *vide* BERGIO.

COGIENSES, *Plinio Carnorum populi ſunt, qui hodie* Conegiano *Venetorum ditionis opidum inhabitant, vt ſcribit Leander. Hermolaus Barbarus verò docet hic legendum* TOGIENSES *per* T. *non Cogienſes. Plinij locus eſt lib.* 3. *cap*. 19.

COGNABANDA, κογναβανδα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus*.

COGNABARA κογναβάρα, *Ptolemæo,* COGNANDAVA *interpretibus: vrbs Indiæ intra Gangem*.

COGNI κόγνοι, *Germaniæ gens, Ptolemæo*.

COHIBVS, *fluuius Aſiaticus eſt circa Pontum, vt videtur lib.* 3. *Hiſtor. apud Tacitum.* COBVM *Plinij puto, item* CHOBVS *Agathiæ*.



COHORS, *vide* ALBIMANA, ARAVSIO, BÆTORVM, FRETENSIS, & INGENA.

COHORS GALLICA, *Calletiæ vrbs, in Hiſpania, Antonino, & Lib. Notit. vide* LEGIONIS *Gallicæ*.

COIAMBA, *vide* BOEAMBA.

COL. VIC. IVL. LEP. *Coloniæ nomen, in numo æreo: apud Ant. Auguſtinum*.

COLA, *vrbs Betuliæ vicina videtur, Iudith.* 15.

COLACA, *Aethiopiæ promontorium, ad ſinum Arabicum. Mela.* COLOCA *legit alius codex*.

COLACEAM *vrbem, ſic dictam à Melienſibus habitatam, ſcribit Athenæus 6. & à Theſſalis dirutam*.

COLÆVM κωλαιον, *locus in Peloponneſo, circa Megalepolim. Polybius* 2.

COLAICVM, *vel, vt dubia lectio,* COLIACVM, *Plinio:* CALLIGICVM καλλιγικόν, & CORY κῶρυ, *Ptolemæo:* COLCHI κόλχοι, *Arriano: Indiæ intra Gangem promontorium.* Cabo de Colle *appellat Mercator. Ioannes Barrius & Garcias ab Horto* Comorin *vocant. Caſtaldus* Canamancina; *cui* COMARIA κομάρια, *Ptolemæi, quæ* COMAR *Arriani eſt,* Comorin *videtur. Meum iudicium non interpono, lectoribus potius liberum relinquo. Hoc tantum dicam, me libenter Gerardi Mercatoris, propter inſignem eius in Geographia cognitionem, ſententiis accedere. Iis etiam viris doctis qui ipſa loca viderunt & habitarunt, vt Barrio & Garciæ, multum tribuo. Hoc Calligicum Ptolemæi videtur Oroſius* CALIGARDAMANA, *& huius imitator Aethicus* CALIDARDAM *appellare*.

COLALA κωλᾶλα, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs.* COLATA *legunt interpretes*.

COLANA κολάνα, *Armeniæ Maioris opidum, Ptolemæo.* CODANA *interpretibus*.

COLANCORVM κολάνκορον, *Germaniæ vrbs Ptolemæo.* Fridwaldt *vocat Villanouanus*.

COLANIA κολανία, *Albionis inſulæ vrbs, in Damniis, Ptolemæo. fortè* Coldingham, *vt placet Camdeno, cui* COLDANA & COLVDI *Bedæ eſt, vt ipſe addit*.

COLAPIANI, *Pannoniæ populi, quorum regionem irrigat Sauus fluuius, vt perhibet Plinius. Hanc regionem hodiè* Corbauia *vocari, ſcribit Mar. Niger. A Colapi fluuio, ſic dictos reor*.

COLAPIS *fluuius, apud Segeſticam, in Sauum incidit; inquit Strabo, in fine lib. 5. vt Xylander vertit. in Græco* OGDOLAPIS ὀγδόλαπις, *eſt.* COLAPS κόλαψ, *Dioniſio eſt. quod idem Xylander annotauit.* COLOPS κόλοψ, *Dioni eſt, lib.* 49. *Lazius eum* Culpa *vocat, Slauonicè*.

COLARINA, *vide* COLORINA.

COLARNI, *Plinio Luſitaniæ populi.* COLARNVM κολάρνον, *Ptolemæo opidum ibi. Vide* IGÆDITANI.

COLASSIS, *vide* COLOSSÆ.

COLATIA, *vide* COLLATIA.

COLAVS, *vide* COSILAVS.

COLBI κολβοι, *Æthiopiæ ſub Ægypto gens, apud Ptolemæum.* COLOBI *legunt interpretes, melius. Sic enim Strabo, i. mutili. qui* CREOPHAGOS *ſic cognominat*.

COLBIACVM, *vide* TOLBIACVM.

COLCARRENORVM κολκαρρηνων, *meminit nummus Gordiani Imp. in libro Occonis, & Erizzi.* COL. CARRENORVM *diuiſim lego, à Carræ, gentile*.

COLCHATARII, *Aſiæ populi, quibus Artabanum bellum intuliſſe, ſcribit Iuſtinus* 42. THOGARII *autem legit Bongarſius*.

COLCHI κόλχοι, *Arriano & Ptolemæo Careorum emporium, in India intra Gangem.* Cauámcina, *Iacobo Caſtaldo. Sunt etiam Colchidis regionis incolæ. Vide* COLAICVM.

COLCHINIVM, *vide* OLCHINIVM.

COLCHIS κολχίς, *Aſiæ regio, cuius incolas* LAZOS, λάζοι, *vocant Procopius, Agathias, Gregoras, Suidas & Iſacius Tzetza. Colchiaem* LIGYSTICAM λιγυστικὴν, *Lycophron. Stephanus* LIBYSTINE, *per* B. *hoc loco apud Lycophronem legit. Idem Steph.* LIBYSTINOS *populos, Colchidi adiacentes habet.* LIGYOS *populos habet hoc tractu etiam Herodotus. & in eis* LIGYSTICEN *vrbem, Stephanus. Colchidem prius* ARIMANAM *dictam, ſcribit Marius Niger; teſtemq́ adducit Appianum. Idem à iunioribus in duas prouincias diuidi ait: in* Mengreliam *nempe, quæ mare attingit, &* Laxiam, *quæ inferius habitatur. Hos puto* Laxios *Herodoti, vel* Lazas, & Manralòs, *qui à Ptolemæo in Colchide ſtatuuntur. Moletius tradit* COLCHIDEM, ALBANIAM, & IBERIAM, *vno hodie nomine* Comania *vocari. Colchos hodie ab Italis* Mingrellos *appellari ſcribit Buſbequius Epiſtola 3. Et idem ibidem dicit Albaros, & Iberos* Georgianos *vocari: Colchidémque hanc adſabre deſcribit. Hanc autem ante aliquot ſæcula* Lazigim *nominatam docet* VI. *ſynodus Conſtantinopolitana: in qua hæc,* Theodorus indignus epiſcopus Phaſidis in Lazigi. *Phaſidem in Colchide eſſe, nemo ignorat.* COLCHIS *etiam Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo. Vide* MESSENIA.

COLCHICVS *Sinus, Indiæ intra Gangem. Ptolemæus*.

COLDANA, *vide* COLANIA.

COLDÆ, *vide* BVBEGENTÆ.

COLDVLI κολδυλοι, *Germaniæ populi, apud Strabonem.* Κολδουοι, *in veteribus libris legi, annotauit Caſaubonus. Circa* Holeral *(locum ſic dictum) habitaſſe putat Lazius. Pro* Bohemis *habeo*.

COLENDA κολένδα, *Hiſpaniæ vrbs, quam T. Didius poſt ſeptimeſtrem obſidionem deditione accepit. Appianus in Ibericis. Circa Conuenas in Celtiberis*.

COLENTINI, *vide* COLLENTVM.

COLETIANI κωλετιάνοι, *Pannoniæ Superioris gens Ptolemæo.* Colocia *Archiepiſcopalis ſedes inde nomen habet, vt putat Petrus Ranzanus*.

COLI Κῶλοι, *circa Caucaſum gens, apud Coraxos, ibidem* CÒLICA *regio, Stephanus. qui addit inferiores Caucaſi partes* COLICOS *appellari.* COLI *etiam vrbs, in Aurea Cherſoneſo, apud Ptolemæum. vide* CAVCASVS.

COLIAS κωλιας, *Atticæ promontorium, circa Phalerum, Stephano. Huius meminit quoque Heſychius, Herodotus, Polyænus, Pauſanias in Atticis, & Plutarchus in Solone. Suidas tradit hic bona vaſa minio tincta, fingi ſolere. atq́ id ex eodem Plutarcho opuſculo de Audiendo. Horum meminit & Athenæus* 11.

COLICA, *vide* COLI, & CAVCASVS.

COLICARIA, *locus Italiæ, inter Bononiam & Veronam, Antonino.* Calacari *fortè hodie. diſtantiæ enim Antonini reſpondet*.

COLIDIS κωλίδις, *Terræ Indicæ: meminit Dionyſius, iuxta quam Aornos petra.* COLIS *Pomponio: Indiæ angulus Orientalis, initiúmque lateris ad Meridiem verſi*.

COLINGÆ, *vide* CALINGÆ.

COLINIA, *vide* CYPRVS.

COLIPPO, *Luſitaniæ opidum Plinio. Hodie non exſtare, ſed eius ruinas* S. Sebaſtiani *vocari, à ſacello proximo, non longe à Leiria; Varrerius in ſuo Itinerario Luſitanica lingua ſcripto, tradit*.

COLIS, *vide* COLIDIS.

COLLATIA κολλατια, *Latij in via Tiburtina opidum Plinio: Sabinorum Liuio. Strabo dicit* 30. *aut* 40. *ſtadijs à Roma olim opidum fuiſſe, nunc pagum, aut priuatorum eſſe domicilium.* CONLATIA *Feſto, eſt prope Romam. Conlatinum vicum habet Auſonius, epiſtola* 15. κολατία, *vnico* L. *eſt Halicarnaſſeo*.

COLLATINA *Porta, vrbis Romæ. Hanc Procopius* PINCIANAM *vocat, Marliano teſte*.

COLLATINI, *Apuliæ populi, ſunt Plinio*.

COLLENTVM κόλλεντον, *Ptolemæo Illyridis vrbs, in Scardona inſula. Plinius* COLLENTINOS *huius incolas nominat. at* L. *ſingulari*.

COLLIGAT, *Æthiopiæ ſub Ægypto opidũ, in ripa Nili. Plin*.

COLLINA *Porta, Vrbis Romæ. Hanc Feſtus Pompeius ſcribit* AGONENSEM & QVIRINALEM *dictam.* SALARIA *à Procopio nominari, ait Barth. Marlianus. qui cũ* QVIRINALEM *etiã appellatam addit.*

COLLODEM *inſulam, haud procul à Sardinia à nonnullis poni, ſcribit Plinius.*

COLLOPS, *vide* CVLLV.

COLLVCONES, *vide* CALVCONES.

COLLVTHIVM, *vide* CEPHRO,

COLMASVS, *locus alicubi in Germania, vbi pugnatum ſcribit Tritthemius inter Gothos & Saxones. Ex ſuo Hunibaldo fortè.*

COLOA, *vide* COLOE.

COLOBATVS, *vide* COBVLATVS.

COLOBI, *vide* COLBI.

COLOBΩN *(id eſt mutilorum)* PORTVS *ſiue* LVCVS, *Æthiopiæ promontorium, ſub Aegypto, Straboni & Ptolemæo. ad Arabicum ſinum.*

COLOBONA, *Hiſpalenſis conuentus, in Bætica vrbs. Plinius. Vide* SOBONA.

COLOBROSSVS κολοβροσσὸς, *Ciliciæ Aſperæ, in Pamphilia, opidum. Ptolemæus. Per* A. *in penultima ſcribit concil. Chalcedonenſe.*

COLOCA, *vide* COLACA.

COLOCASITIS, *inſula in Azanio mari. Plinius.*

COLOE κολόη, *Aethiopiæ palus Ptolemæo. ex qua Aſtapus amnis redditur.* Barcena, *Mercatori. Lacus Lydiæ quoque* COLOE *diſtans* XL. *ab vrbe Sardi ſtadia. hic ab Homero* GYGÆVS γυγαῖ⊙, *dicitur, teſte Strabo lib. 13. ſic etiam à Propertio.* GYGÆVM *Stagnum Plinius vocat. Homero, Herodoto, & Nicandro, circa Hyllũ fluuium & Meandrũ eſt.* GYGEA *eſt Vibio. Ptolemæo Aethiopiæ vrbs,* COLOE. *idem Arriano in ſuo Maris Erythræi periplo. quæ* Barua *Ramuſio. Duas habet Arrianus in Periplo ſuo huius nominis vrbes: ab inuicem longè diſtantes. in Æthiopia tamen ambas.*

COLOEPHRYGES κολοιφρυγης, *populi quidam Bœotiæ. Stephanus. in* αντικονδυλεῖς. COLOEPHRYX *Bœotiæ mons, in Phauorini lexico.*

COLOGENBAR, *ad Euphratem; vrbs, circa Edeſſam, Guilielmo Tyrio.*

COLOEPHRYX κολόϊφρυξ, *vide* COLIPHRYGES.

COLONÆ, *Circa Aeolidem vrbs videtur, apud Xenophontem 3. Græcor. Ad maris littus ſita eſt. In agro Troade, Aemilio Probo, in Pauſania. vide* CALLICOLONA.

COLONE κολωνη, *vrbs in Phocide. in Erythræa: in Theſſalia: eſt & in agro Pariano (vt vertit Xylander)* ALBA COLONE λικώνη, *Straboni, 13. Caſaubonus autem* ELIOCOLONE *legit ex M. S. Meſſeniæ, in Peloponneſo vrbs, Ptolemæo.* Griſo, *vel* Griſi, *Nigro, & Sophiano. Scopulus Aſiæ, ad Boſpori Thracici littus, è regione Cyanearum, teſte Apollonio. Hanc corruptè vulgò, vt tradit Gillius,* Cromnion *vocant. Scopulus ad Rhebam fluuium, in Bithynia. Item promontorium ad Lycum fluuium, ibidem, vt tradit Apollonij Scholiaſtes. vide* HALESIVS, CALLICOLONA, & COLONIDES.

COLONENSIVM, *ſiue* THEODORIADIS *ciuitatis meminit Synodus Conſtantinopolitana* V. *neſcio vbi ſit. in Aſia minori fortè.*

COLONIA, *vrbs Cappadociæ eſt, in concilio Niceno. Duo autem & differentes videntur in eadem regione: Epheſinum enim concilium meminit Coloniæ* δευτέρας, *i. alteræ, in eadem Cappadocia. Cedrenus & Curopalates quoque Coloniæ meminerunt, circa Armeniam, vt videtur: quæ nunc* Taxara *vocari tradit Nicetas. Circa Armeniam Minorem habet Porphyrogenneta* COLONIAM, *à qua regionem ſic quoque nominatam tradit. Etruriæ opidum eſt apud Frontinum 1. cap. 2. In Tabula Senenſis territorij video locum* Colona *appellatum, circa Prilim lacum, verſus occidentem.* COLONIA, *vocatur vrbs quædam Angliæ apud Antoninum: quæ etſi ex diſtantia videatur eſſe* Sudburye, *nomen tamen* Colne *illi magis conuenire ſcribit Talbotus.* Colceſtre *eſt Camdeno.*



COLONIA AGRIPPINA, *vide* AGRIPPINA.

COLONIA AVGVSTA RHÆTORVM, *vide* AVGVSTA VINDELICORVM.

COLONIA CLAVDIA, *vide* PTOLEMAIS, & SABARIA.

COLONIA PRIMA FLAVIA, *vide* CÆSAREA.

COLONIA TRAIANA, *Germaniæ ad Rhenum, vrbs, cuius mentio eſt in carta prouinciali vetuſta, vt ſcribit Rhenanus. Hæc vulgo dicitur* Keyſerſwerd, *teſte Bilibaldo. Vide Traiana.*

COL. VEN. LENIA. AVG. ALEXANDRIA. ANT. APELLINATIVM. *eſt in Smetij inſcriptionum volumine. Quo tractu terrarum hæc, ignoro.*

COLONIDES κολωνίδες, *finitimum Coronæ vrbis, in Meſſenia, Pauſaniæ. cui vrbs & gens eſt, loco eminenti, modico ſpacio procul à mari. Pagus eſt Plutarcho, in Philopomene. Ptolemæi* COLONE *eſt.*

COLONIS *inſula ante Hermionem, in ſinu Argolico. Plin.*

COLONOSSIS, *regionis Lycaoniæ locus eſt, apud Metaphraſten; in vita S. Theodori Archimandritæ.*

COLONVM Κολωνον, *locum in Attica, habet Apollodorus 3. vbi Eumenidum lucus. Sophoclem hic natum, ſcribit ex Suida, Vinetus; ad Narbonenſiũ votum ibidẽ repertum.*

COLOPENA, *vide* CAPPADOCIA, & CALVPENA.

COLOPHON κολοφὼν, *Ioniæ in Aſia Minori vrbs, Ptolemæo, & Pomponio.* Altobolco, *Alex. Zardo:* Beluedere, *Mar. Nigro.* COLOPHON *aliud habet Liuius, quod Vetus cognominat. Eſt & vrbs in Epiro, apud Dicæarchum. Item fluuij, ibidem.*

COLOPS, *vide* COLAPIS.

COLORINA κολόερα, *Arabiæ Deſertæ vrbs, Ptolemæo. per* A. *in ſecunda interpretibus.*

COLOSSÆ κολοσσαι, *Phrygiæ ad Lycum vrbs, apud Strabonem, Herodotum, Plinium, & Xenophontem: item Euſebium in Chronicis, vbi tradit hanc ſub Nerone Imp. terræmotu ſubuerſam.* Chone *eadem hodie nominari, docuit me Porphyrogenneta.* COLOSSENOS κολοσσηνὸ⊙ *vocat incolas, Strabo. Et hi ſunt* COLLOSSENSES *(*Κολοσσαεις, *in Græco codice. vt quoque Epheſino concilio) ad quos D. Paullus epiſtolam ſcribit, non ad Rhodienſes, vt falsò tradũt quidam, ipſius Paulli teſtimonio, cap. 1. & 4. qui iubet hos, qui ſunt Coloſſis, ſalutare eos, qui ſunt Laodiceæ: vbi & Hierapolis mentio, tamquam vrbium his Coloſſis vicinarum. In medio enim harum duarum hæ ſitæ ſunt Coloſſæ:* XX. *M. P. plus minus ab vtraque diſtantes: cùm Rhodienſes his abſint ducẽtis ferè M. P. Neque apud vllum veterem ſcriptorem reperio Rhodienſes vmquam Coloſſenſes vocatos. A Græculis autem poſtremæ ætatis quibuſdam ſic interpretatos, haud me fugit, hóſque lege in* RHODVS. *Apud Polyænum 7. in Artaxarxe, vt hoc obiter annotem,* COLASSIS *mendosè pro Coloſſis legitur.*

COLOSSITANVS, *vide* BOLENSIS.

COLPE, *Ioniæ locus, apud Plinium.*

COLPEDI κολπηδὸι, *Thraciæ populi; qui nunc* COLPIDICI κολπίδικοι, *vocantur, inquit Stephanus; & regio* COLPIDICA. *Circa Aenum, & Apſynthum.*

COLPITE, *vide* PHOENICE.

COLSA κόλσα, *Armeniæ Maioris vrbs. Ptolemæus.*

COLTA κόλτα, *Carmaniæ locus, ad Rubrum mare, Arriano in Indicis.*

COLTHENA κολθηνὰ, *Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo.*

COLVBÆ, *gens Indica eſt Plinio, circa Gangem.*

COLVBRARIA, *Plinio, & Melæ; Balearici maris inſula. Hæc* Dragonera *Cluſio,* Moncolobrer *Floriano dicitur, & Morali. Iouius eam* Frumentera *interpretatur.*

COLVBRIA, *vide* ÆMINIVM.

COLVMBA, *vide* BALEARES.

COLVMBARIAM, *vocat Witichindus* Colmar, *Germaniæ vrbem.* COLVMBARIAM *inſulam habet in Tyrrheno mari, Plinius: & ex eo Solinus. Vide* PELIAS.

COLVMBINA, *vide* PILA TERRÆ.

COLVMELLA, *vide* AD COLVMELLAS, & COLVMNA *Regia.*





COLVMEN, *(id loco nomen eſt) ſic Liuius 2. Circa Algidum, in Latio videtur. Puto* Colonna *hodie vocari.*

COLVMNA, *Aurelianenſis vrbis vicus. Greg. Turonenſis 3.* CALVMPNIA *legit Aimoinus.*

» COLVMNÆ, *ita appellantur paruæ inſulæ Rubri maris. Plinius 6. cap. 31. vide* ARÆ *Alexandri.*

COLVMNÆ *Herculis, in Aſia, circa Troiam, ab Hercule poſitas, deſcribit Iſocrates in Oratione ad Philippum. vide* ABYLE.

COLVMNATENSIS *vrbis, in Africa, meminit lib. Notitiar.*

COLVMNÆ *Albæ, vide* LEVCÆ STYLÆ.

COLVMNA CÆLI, *vide* ATLAS.

COLVMNARVM *Fretum, vide* FRETVM *Herculeum.*

COLVMNA REGIA, *Huius meminit Plinius, Strabo, & Mela. item Antoninus. qui* STYLIDA *habet. Locus eſt ſic dictus, è regione Siciliæ, ad Fretum Mamertinum, prope Regium Iulium; vbi traiectus eſt. De eo ſic diligentiſſimus Hermolaus in ſuis doctiſſimis Caſtigationibus Plinianis:*
» *Græci eum locum Stylidam, id eſt, Columellam*
» *vocant: ea turriculæ modo erecta, ex aduerſo turrem in*
» *Peloro ſitam, reſpicit. hodieq; à multis* Stylarion *appellatur.* COLVMELLA *etiã vocatur in vetuſta inſcriptione, quæ Tegeani eſt, in Calabria. Extat in Smetij Inſcriptionum lib. digna lectu geographiæ ſtudioſo, ob diligenter annotatas ibidem horum locorum diſtantias.* AVTHARIS *Columnam ſuo tempore nominatam, ſcribit Diaconus 3. Longob. ſed fabulas addit. Dictam inſcriptionem vide in hoc Theſauro maiori fide è lapide excerptam, in voce* MVRANVM. *vide* POSIDONIVM.

COLVMNA *Solis, vide* SOLIS.

COLVRA κόλουρα, *Iberiæ videtur ciuitas: apud Stephanum.*

COLVRÆA κολουραία, *Petra, in Græcia. Callimacho apud Lycophronem. in Peloponneſo circa Troezenios: vbi Theſei enſis & calcei repoſiti.* THESEI *Petram vocat Pauſanias 2. Huius mentio quoque in Theſeo Plutarchi. Vide* IOVIS.

COLVSI κολούσοι, *locum Arcadiæ, habet Ariſtoteles, de Mirabilib. vbi in fonte quodam gignuntur muſculi terreſtres. Sed* λουσοι, *alia lectio.* LVSIS *Plinio eſt.* LVSIVS *autem Arcadiæ fons, & fluuius, Pauſaniæ.*

COLVSITANI *Epiſcopi, in Africa, nomine Vincentij, mentio eſt in concilio Carthaginenſi.*

COLYCANTII, *Aſiæ Propriæ gens, quæ interijt. Plinius.*

COLYMBARIVM κολυμβάριον, *promontorium Sardiniæ, Ptolemæo.*

COLYPES κολυπές, *tribus Ægeidis municipium. Suidas.*

COLYPS, *vide* COLAPIS.

COLYTTVS κολυττ⊙, *locus circa Meliten, Straboni 1. vbi dicit columnam horum terminos diſtinguere. Hinc Plato oriundus, teſte Laertio. & Timon, teſte Luciano. In Attica eſt, ad radices Hymetti montis. Huius meminit quoq; Lucianus, in Meretriciis. & Xenophon 5. Græcorum. item Athenæus 8. Ægeidis tribum vocat Suidas Aeſchinis habitaculum quondam, vt ipſe refert in Epiſtolis. Hic pueri mẽſe citius eloquuntur præcoce lingua, vt habet Tertullianus de Anima.*

COMA κώμη, *pagus Aegypti, prope Heracleam. apud Arcades, Ægyptijs finitimos, Sozomeno in hiſt. Eccleſiaſtica. Appellatiuum fortè.*

COMACENVS *lacus, vide* LARIVS.

COMACI, *vide* BORMANICO.

COMACINA *inſula, Larij lacus, eſt apud Diaconum. Longobardicor. 3. cap. 26. & 4. cap. 3.*

COMACVLA *inſula, in Venetis: eſt apud Reginonem 2. Hodie* Comachio *vocatur, cum opido cognomine. Ferrarienſium ditionis.*

COMÆ, *Indiæ regio, ex qua lignum Aloes. Conſt. Africanus.*

COMAGANNAS, *locus Epiſcopalis, ſub Becerra Arabia. Guil. Tyrius.*

COMAGENA, *Syriæ regio; quæ nunc* EVPHRATENSIS, *ait Marcellinus.* EVPHRATISIA *Procopio, &*



AVGVSTOPHRATENSIS *Aurelio Victori, Theodoreto, & lib. Notit. appellatur.* AVGVSTOFRETENSIS *ſunt qui legunt.* AVGVSTA EVPHRATESIA *eſt in Concilior. opere.* κομμαγηνὴ, *duplici* M M. *ſcribunt Ptolemæus, & Strabo. Eam hodie à Barbaris* Azar *nominari, ſcribit Mar. Niger.* COMMAGENA *quoque metropolis huius regionis, ſi Iſidoro fides. vide* NEOCÆSAREA.

COMAGENVM. *Huius loci meminit lib. Notitiarum, & Antoninus, (qui* LEG. X. GEM. *vocat,) Lazius dicit hodie* Holnpurg/Hymburg *vocari. Auſtriæ opidum. Sed* COMAGENVM *montem habet etiam Lazius, in ſua Auſtriæ tabula, (quam ſua manu in æs incidit.) hunc nominat vernacule* Kaunberg *(ſcribitur autem* Chaumberg*) Idem putat eundem* CETIVM *Ptolemæi eſſe.*

COMANA, *quæ* PONTICA *cognominatur à Ptolemæo, eſt in Cappadocia ad Irim fluuium. Huius etiam meminere Cæſar, Appianus, & Procopius.* MANTEIVM *vocari, ſcribit Plinius.* Tabachzam *nouo nomine, eſt apud M. Nigrum. Idem Ptolemæus. aliam* COMANAM *habet, quam* CAPPADOCIÆ *cognominat. In Armenia Minori, ad Sarum fluuium Ciliciæ, conſtituitur à Procopio. Hæc alio nomine* CHRYSA χρυσῆ *dicta. Euſtathius.* χρυσῆ, *in Authenticis. Vtriuſque huius Comanæ meminit quoque Strabo, & Dion, qui addit, vtramque aſſirmare, apud ſe adſeruari enſem Oreſtis conditoris. Taprobanæ inſulæ vrbs eſt quoque Comana, Ptolemæo. vbi interpretes* BOCANA *legunt. Idem aliam habet Phrygiæ: aliam Piſidiæ; ſed vtramque in Pamphylia. hanc per Ω, illam per omicron ſcribit. Eius interpretes hanc* COMMACVM, *illam* CONANE *vocant. vide* BELLONÆ *Templum.*

COMANIA κομανία, *Aſiæ regio: Xenophonti, ad finem libri 7. Cyriacorum. Circa Hyrcaniam videtur. Inde* COMMANI *Plinij haud dubiè.*

COMARI, & CORSITÆ, *Scythæ Aſiatici videntur apud Pomponium.* κόμαροι, *Ptolemæo ſunt, vt puto in Sacarum regione. Comaræ caſtelli meminit Suidas, in voce* ἀπιστεύων.

COMARIA κομάρεια, *promontorium & ciuitas Indiæ intra Gangem, Ptolemæo. MS. codex* κυμαρεα *legit. vide* COLAICVM.

COMARVM κόμαρον, *portus ad ſinum Ambracium, Dioni 50. Strabo huius quoque meminit.*

COMASTVS Κωμαστος, *vicus Perſidis. vbi vicorum inſignis multitudo. Polyænus 7. de Aborzo.*

COMATA *omnis* GALLIA *vno nomine eſt dicta. inquit Plinius, & Mela.* Regnum Franciæ *(vulgò* Royaume de France*) hodie vno quoque nomine indigitatur. Vide* GALLIA.

COMATI, *vide* LIGVRIA.

COMBA κόμβα, *Lyciæ vrbs, Ptolemæo.*

COMBANA κομβάνα, *Ptolemæo.* NOMMANA *interpreti, Carmaniæ vrbs.*

COMBE κομβη, *ſtagnum eſt apud Athenæum. lib. 8. cap. 3. Circa Athon montem.*

COMBERANE *riuus, in Liguria, circa Genuam. teſtis ænea antiqua tabula, ibidem.*

COMBOS, *Aegypti vrbs; Iuuenali 5. Ardet adhuc Combos* 90
*& Tentyra, &c. Contra omnes manu exaratos, & typis excuſos codices,* OMBOS *legendum; affirmare auſim. Ex ore prælegentis, vltimum præcedentis vocis elementum, principio ſequentis adtexuit librarius: itáque vt perperam* C. *bis ſcriptum ſit. Vide* OMBRI.

COMBREA κώμβρεια, *vrbs circa Pallenem. Herodotus.*

COMBRETOVIVM, *Angliæ vrbs, apud Antoninum.* Brettenham *in Suffolcia eſt, Camdeno.*

COMBVLTERIA, & AVSTICVLA, *opida Italiæ, In Campania, à Fabio Annibali erepta. Liuius 23. & 24. vbi & per* P. *in ſecunda, loco* B.

COMBVSTA, *vrbs Galliæ Narbonenſis, circa Pyrenæos montes, Antonino.*

COMEA, *vide* COMEENSIS.

COMEDÆ κομῆδαι, *Sacarum gens, Ptolemæo.*

COMEDIA, & TRAGEDIA. *duæ Plinij villæ ſic dictæ, ad Larium lacum. De quibus ipſe ad Romanum ſuum, lib. 9. Epiſtolarum.*

COMEENSIS *Epiſcopi in Myſia Europæa, meminit* Nicenū *concilij.* A COMEA, *cuius meminit Hiſtor. Miſcell.* 17.

COMENII κομένιοι, *Illyridis populi, apud* Ptolemæum.

COMENSES *populos, habet alicubi in Aſia,* Plinius.

COMERA, *vide* TVSCIA.

COMPLOENTA κομφλοέντα, *Areuacarum vrbs, in Hiſpania.* Ptolemæus.

COMI κῶμοι, *Ptolemæo Bactrianæ gens eſt.*

COMIDAVA κομίδαυα, *apud Ptolemæum* Daciæ *opidum: quod hodie fortaſſe* Dees, *cẽſore Lazio. Vide* CAPIDAVA.

COMINI *populi, ex Æquicolis: qui interiere. Plinius.*

COMINIVM, *Samnitũ vrbs, Liuio* 10. *Circa Aquiloniam fuiſſe, ex dicto Liuio conſtat. Caracenorum facit Sigonius de Iure Italiæ. Hactenus* Comino *vocari, ſcribit Scipio Mazzella.*

COMINSENA κομινσηνὴ, *Parthiæ regio, apud Ptolemæū.* COMISENA *legũt interpretes.* CAMISENA *habet Strabo.*

COMIS, COMISANATHON, COMISANOCHIS, COMISCOPION, COMISNEPHDOMOS, COMISIVLIANOS, COMISNEOTIS, COMISPEVTIVS, COMISPYGMARETHON, COMOCDREATOS, COMOGEROS, COMOSTANIS, *Epiſcopales vrbes ſunt Guil. Tyrio. ſub ſede Becerra Arabiæ.*

COMISENA κωμισηνὴ, *Armeniæ Maioris prouincia, Straboni. vide* COMINSENA.

COMITATVS, *nomen loci, apud Marcellinum Comitem, non ſemel. Conſtantinopoli puto. vbi Comites nempe frequentari ſolent.*

COMITIANÆ, *Siciliæ locus, apud Antoninum.*

COMITVM, *vide* POSSESSIO.

COMIVM, *Iberiæ caſtellum videtur apud Cedrenum & Curopalatem.*

COMMACVM, *vide* COMANA.

COMMAGENA, *vide* COMAGENA.

COMMANI, *populi circa Margianam. teſtis Plinius. Vide* COMANIA.

COMMARODES, *vide* APSASIVM.

COMMENASE κομμεναση, *Indiæ fluuius, in Indum effluens. Arrianus de Indicis.*

COMMERCIVM *Burgum, in Pannonia, circa Strigonium olim, in loco qui hodie* Labathlan *ab Hungaris dicitur. Auctor Lazius, in* R. P. Romana. *fol.* 277. *ex inſcriptionibus antiquis ibidem repertis.*

COMMI, *locus Syriæ, inter Creſſum & Mares. Guilielmus Tyrius* 18. *cap.* 28.

COMMONE, *inſula circa Ioniam,* Plinio.

COMMONI κομμονοι, *apud* Ptolemæum *ſunt Galliæ Narbonenſis populi.*

COMMORIS, *Ad Amanum montem vrbs, quam à ſe captam, ſcribit Cicero* 15. *Epiſtolarum Famil.* GEMINORIS *legebat alius codex.*

COMO, *vide* COMVM.

COMOARENVS *Epiſcopus, in Phœnicia Libaniſia. Concil. Chalcedon.*

COMOPOLIS κωμόπολις, *Aſſyriæ opidum, Ptolemæo. Conſt. Porphyrogenneta tres habet in Aſia Minore huius nominis vrbes, vnam quam* MODRENAM, *alteram quam* DOMATERI, *tertiam quam* MEROS *cognominat. Curopalates habet quam Herculis cognominat.*

COMOSOGANA κωμωσωγανα, *vicus Galilææ. teſtis Ioſephus in vita ſua.*

COMPASVM, *Aegypti vrbs. Antoninus.*

COMPITVM, *habet Antoninus inter Pictas, & Ferentinum. In Italia. Cauponam putat Celſus Cittadinus, ſub ciuitate Anagnia, quo coeunt Via Latina & Lauicana.*

COMPLEGA, *vide* CENTOBRICA.

COMPLVTICA κομπλουτικα, *Callaicorum opidum Ptolemæo, in Hiſpania Tarraconenſi.* Compludo *etiamnum hodie vocari, ſcribit Moralis.*



COMPLVTVM κόμπλουτον *Ptolemæo, & Prudentio, Carpetanorum vrbs eſt, in Hiſpania Tarraconenſi.* Alcala de Henares *eſſe, ex vetuſtis marmorum eius loci inſcriptionibus, docet Carolus Cluſius. Inſignis hic omniũ diſciplinarum academia eſt.* COMPLVTENSES *habet Plinius.*

COMPSA, *Hirpinorum vrbs, in cuius obſidione Milo lapide ictus interijt. Vell. Paterculus.* COMPSANI *ſunt apud Plinium.* κόμψα, *Lucanorum eſt Ptolemæo. quæ* Campagna *hodie, vt ſcribit quidam. Cittadinus dicit eam ad radices Apennini eſſe, habereq́; Aufidum fluuium ad Septentrionem. Coſſæ, lapide Milonem ictum, ſcribit Cæſar* 3. *Ciuilium. vide* COSSA.

COMPSATVS κόμψατος, *apud Herodotũ fluuius Thraciæ.*

COMPVLTERIA, *vide* COMBVLTERIA.

COMPVSA, *vide* CHALCEDON.

COMSINVS *Ager, eſt in libro Limitum. In Calabria, aut Apulia, à Compſa fortaſſe, corruptè.*

COMVM κῶμον, *Ptolemæo & alijs, Inſubrum in Italia vrbs; ad Larium lacum, vnde is quoque Comacenus dicitur.* NOVVM COMVM *à Suetonio appellatur. Colonia Romana eſt apud Strabonem.* COMO *vocatur à Caſſiodoro in Varijs. apud quẽ lege huius accuratam deſcriptionem.* Como *quoque hodie. Apud Ottonem Friſing. & Conrhadum Lichtenauium hoc opidum vbique malè* CVMA, *& incolæ* CVMANI *appellantur. In Ptolemæo Villanouani hoc modo, Comum aut Tocnea vicus. ineptiæ.*

CONADIPSAS κοναδίψας, *Scythiæ intra Imaum regio, Ptolemæo.* CANODIPSAS *per* A. *in prima, interpretes legunt.*

CONAFADOS, *Epiſcopalis locus, ſub ſede Becerræ, Arabiæ. G. Tyrius.*

CONANA, *Pamphiliæ regionis ciuitas. Synod. Conſtantinopol.* 6. *vide* COMANA.

CONAPSENI κοναψηνοι, *Sarmatiæ Aſiaticæ gens, Ptolem.*

CONARGOS. *vide* THESSALIA.

CONBARISTVM, *Galliæ Aquitanicæ locus. In tabula Peutingeriana. Vide* DARIORIGVM.

CONCANA κονκάνα, *Hiſpaniæ vrbs, in Aſturia, eſt apud Ptolemæum. Vide* CONCANI.

CONCANGIVM, *Britanniæ inſulæ opidum, lib. Notitiar.* Barony of Keudal *eſt Camdeno.*

CONCANI. *Horatius* 3. *Carminum. Et letum equino ſanguine Concanum. Scythiæ populi, qui Byſaltæ Virgilio; vt erat in margine Horatij, Triteri. Acron & Porphyrius dicunt Hiſpaniæ gentem eſſe; vel vt quidam voluit (inquit) Thraciæ. Sed ſunt Hiſpaniæ proculdubio, ex Silij verſu, lib.* 3. *Cornipedis fuſa ſatiaris Concane vena. A Concana vrbe, Ptolemæi puto.*

CONCAVI, *Hiſpaniæ gens, Silio* 3. *vitioſè ni fallor, pro Concanis.*

CONCHATE, *vicus circa Galatiam, in S. Theodori Archimandritæ vita.*

CONCHE, *vide* ZENOBIA.

CONCHEÆ *Aqua,* Κογχειας ὕδωρ, *loci nomen circa Siciliam videtur, apud Lycophronem.*

CONCHYLIVM, *vide* PALIVRVS.

CONCII, *homo ex ſpeculo acie orta combuſtus. Sic Obſequens. Scriptura mihi ſuſpecta.*

CONCIONATVM, *vide* CONTIONATVM.

CONCORDIA *Colonia,* κονκορδία, *Plinio, Melæ: Ptolemæo, & Caſſiodoro* 12. *Variar. item Antonino. Fori Iulij quondam vrbs. hodie eius nihil exſtat, præter ædem* S. Stephani, *& quam pauciſſima tuguria; Sabellico auctore.* CONCORDIA *Ammiano, & Antonino,* Rochersberg/ *Simlero, & Rhenano. Germaniæ vrbs, inter Argentoratum & Bingium. Sunt &* CONCORDIENSES, *qui &* BOCCORI, *Hiſpaniæ Luſitaniæ populi.* Plinio *lib.* 5. *cap.* 22. *& Ptolemæo. Vide* ORDIA, ADRVMETVM, BENEVENTVM & TVRRIS.

CONCTION, *vide* CONTIVM.

CONCVBIENSES, *vide* FOROIVLIENSES.

CONDABORA κονδαβόρα, *Celtiberorum in Hiſpania opidum. Ptolemæus.*





CONDALI, *vide* CANDALI.

CONDASBE, *vide* MEROS.

CONDATE, *Angliæ vrbs, Antonino. fortè* Congleton *vt Talbotus ſuſpicatur: ſed Camdenus adfirmat.* CONDATE κονδάτε, *Ptolemæo, & Antonino Rhedonum vrbs eſt, in Gallia Lugdunẽſi. Villanouanus & Cognatus* Rhenes *interpretantur.* CONDATE *in Lugdunenſi Gallia, habet quoque Tabula Peutingeriana. Eſt & Belgicæ ciuitas; apud Antoninum. quam ego pro* Condet *ad Scaldim habeo.* CONDATE *Turonenſis diœceſis vicus, vbi* D. *Martinus obijt: Gregorio Turonenſi* 10. *In Turonum & Pictauorum finibus. Hodie* S. Martini *nomen vſurpare, in Notis Giſelini ad Sulpitium lego.*

CONDATEM *ad portum. Sic Auſonius in epiſtola ad Theonem. Liburnia, ſiue vt vulgo loquuntur* Liborne *hinc non procul abeſt, vt habet Gab. Lurbæus, in Chronico Burdigalenſi. In Gallia Aquitanica eſt, ad Duranium fluuium. Idem Condatini vici meminit. Et Condatenſis diœceſis Greg. Turonenſis* 1. *Condatis nomine ſunt adhuc hodie cogniti, vt vult Vinetus. Ad Garumnæ fluminis oſtium.*

CONDEATES, *vide* ARECAIRORVM.

CONDERCVM, *Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notit.* Cheſter *ad Vallum, putatur Camdeno.*

CONDIGRAMMA, *opidum circa Indi fluminis initia. Plinius.*

CONDINIANI *Pontem, habet Iornandes, tertio ab vrbe Rauennate milliario.* CANDIDIANVS *apud Marianum Schotum lego. &* CANDIDIVS *apud Caſſiodorum. Inter Rauennam & Claſſem eſſe, didici ex Rubei Rauennatium hiſtoria.* Candiano *flumẽ ibidem etiamnum nominari puto.*

CONDIVICNVM κονδιουίκνον, *Namnetarum, in Galliæ Lugdunenſi opidum, Ptolemæo.* Nantes *eſt Cognato, non autem mihi.*

CONDOCHATES κονδοχάτης, *Indiæ flumen, in Gangem erumpit. Arrhianus in Periplo.*

CONDOTA, *vide* TONDATA.

CONDRVSI, *Germaniæ populi apud Cæſarem,* Condrotz *hodie. Leodienſis ditionis tractus eſt, in quo caput eſt* Hoium *opidum, ad Moſam. Pet. Diuæus, & Hub. Leodius.* Condoſtrum *Auſtraſiæ vocat Molanus, in vita S. Beregiſi. Eoſdem eſſe cum his,* CONDRVSONES, *qui apud eundem Cæſarem ſunt, exiſtimat Blaſius Vigenereus.*

CONDYBA κόνδυβα, *Lyciæ vrbs, Ptolemæo. vide* CANDYBA.

CONDYLEA, κονδύλεα, *Arcadiæ vrbs, apud Pauſaniam.*

CONDYLON, *caſtellum inexpugnabile, circa Gonnum, & Tempe. Pelaſgiæ aut vicinæ regionis. Liuius* 44.

CONE, *vide* CONOPON.

CONEVM, *Liburniæ vrbs, Plinio* 3. *cap.* 21. *In M.S. codice.*

CONFLVENTES, *Antonini,* Cobolentz *eſt hodie. quod ex Ammiani verbis quoque luce clarius eſt. is enim dicit locum ita appellari vbi amnis Moſella confunditur Rheno. Hic hodie* Cobolentz *conſpicitur: Treuirenſis ditionis opidum. Rhætiæ quoque locus eſt, in lib. Notit. vbi deſcribitur Præfectus numeri Barbaricariorum Confluentibus ſiue Brecantiæ. Nomen retinet quoq;* Cobolentz. *in Rheni ripa, inter lacum Acronium & vrbem Baſileam, medio ferè itinere. Nomen etiam loci inter Peruſiam & Bononiam, vbi Florus ſcribit fœdus inter* III. *viros factũ. Apud Appianum inter Bononiam & Mutinam in amnica quadam inſula eſt. Vide* LABINIVS.

CONGA κογγα, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem opidum.* CONTA *interpreti.*

CONGAVATA, *vrbs inſulæ Britanniæ, lib. Notitiar.* Roſecaſtel *circa* Caudebec *fuiſſe in Brigantibus, exiſtimat Camdenus.*

CONGEDVS, *vide* COGEDVS.

CONGVSTVS κογγύστος, *Galatiæ vrbs. Ptolemæus.*

CONIA, *Ægypti vicus, finitimus eſt Arcadianæ (quæ apud Ægyptios eſt,) Heracleæ. Caliſtus* 8. *cap.* 40. *Puto* COMA *legendum, ex Sozomeno.*



CONIACI κωνιακοὶ, *Hiſpaniæ populi, circa Cantabros, Straboni. Vide* CONISCI, *&* MVSICANA *Terra.*

CONICA κονίκα, *Paphlagoniæ vrbs, apud Ptolemæum.*

CONIENSIS *loci epiſcopalis, in Mauritania Sitiphenſi, meminit Vict. Vticenſ.*

CONIHONA, *vide* BILIGA.

CONII, *vide* CVNEI.

CONIMBRICA, *Luſitaniæ vrbs,* Plinio, *& Antonino.* Condexa à velha, *Varrerio. & non Coimbra, vt multi putant, alluſione nominis decepti. Sed* CONIMBRIGA *per* G. *marmoreæ inſcriptiones habent.* κονιμβειγησία, *fortè Phlegontis Tralliani. Conimbricam habet autem pro* Coimbra *amicus meus Emanuel Enriquus Luſitanus, vir, ſi quis eruditionem, iudicium, variarúmque rerum cognitionem exiſtimauerit, non infimæ notæ. Is enim horum locorum oculatus teſtis; dicit inter Conimbricam & Condexam hanc, internallum eſſe duarum leucarum.*

CONISCI κονίσκοι, *Hiſpaniæ populi, in Cantabria. Strabo. An ijdem cum eiuſdem Coniacis?*

CONISTORSIS, *vide* CVNEI.

CONISVM, *Myſiæ Aſiaticæ opidum. Plinius.*

CONLATIA, *vide* COLLATIA.

CONLATINVS *vicus, Paulino ad Auſonium, in Gallia eſt.* CONLATINVS *Ager, qui &* CARMEIANVS, *Calabriæ ſiue Apuliæ eſt. Lib. de Limitibus.*

CONNA, *Pamphiliæ vrbs, in ſynodo Conſtantinopolitana* VI. *Phrygiæ Maioris eſt* κόννα, *apud Ptolemæum. Vide* GAANA.

CONONIENSIS, *vide* TASCODVNITARI.

CONONIS *Aræ, in Aethiopia, ad ſinum Arabicum. Strabo.*

CONOPA *lacus,* κωνώπη, *Ætoliæ, qui poſtea* CYGNEA *appellata eſt, cuius fabellam lege apud Antonium Liberalem. Acarnaniæ vrbs eſt Stephano, & Polybio* 4. *&* 5. *Vide* ARSINOE.

CONOPEIVM κωνωπεῖον, *paludem, circa oſtia Halys fluminis, habet Periplus Arriani. Eſt & locus in Mæotide palude, vbi aiunt lupos piſces accepto cibo à piſcatoribus, capturam cuſtodire: ſi quam verò iniuriam ſibi fieri ſuſpicentur, retia & piſces populantur. auctores Stephanus, & Antigonus in Mirabilib. Per* A. *in prima* CANOPIVM *eſt. Aeliano.*

CONOPON, *Diabaſis, inſula circa Iſtri ſiue Danubij oſtiũ Pſeudoſtomum dictum; vt tradit Plinius lib.* 4. *cap.* 12. *hanc eandem vocat Lucanus* CONE, *hoc verſu, & Barbara Cone, vt annotauit Stukius, creditque partem eſſe* Peuce *inſulæ, quam Apollonius* ANCONAM ἀγκῶνα, *appellat. Gemino nam ſcinditur inſula flexu Danubij, inquit Flaccus lib.* 8. *de Peuce.* ACONE *vel* ANCONE *Lucanum ſcripſiſſe mihi facilè perſuaſerim. Vnde autem* CONE, *in libris irrepſerit, vide in* NANTVATES, *& alibi.*

CONOTHATON, *Epiſcopatus ſub ſede Boſtrenſi: auctore G. Tyrio.*

CONOVIVM, *Angliæ vrbs, Antonino.* Caer hean vpon Conway, *Camdeno. qui ibidem* CONOVIVM *fluuium deſcribit. vide* TOESOBIVS.

CONOSVS, *vide* STRYMON.

CONPLATVS, *in Codice Theodoſiano locus. Titulo de Apparitoribus. An Complutum legendum?*

CONRADCVSA, *vide* RIPA ALTA.

CONSA, *vide* COSSA.

CONSABVRENSES, *Plinio ſunt in Hiſpania populi.* Contabora, *Pineto.* Conſuegra *Morali, teſte magis fide digno.* CONSABRVM *opidum eſt Antonino, inter Liminium & Toletum.*

CONSANTANORVM, *vide* CONSVARANI.

CONSEDIE, *Galliæ Belgicæ opidum, Antonino. Ditionis Lutzelburgenſis Bullonium mihi aliquãdo viſum. Velſerus autem Galliæ Lugdunenſis eſſe non fruſtra putat, ex Peutingeri tabula. niſi homonyma ſint diuerſorum locorum.* COSEDIA, *ſcriptum reperit Simlerus cui* Cuſſiacum *eſt,*

CONSENTIA κονσεντία, *Ptolemæo, Straboni, Plinio,*

Liuio, & Antonino. Brutiorũ in Italia vrbs. Coſenza hodie, in Calabria, Leandro. Ad Barentinum amnem, teſte Godefrido Viterbienſi: aut potius ad confluentes huius cum Crati, teſte Scipione Mazzella.

CONSILINVM, Plinio & Melæ Locrorum vrbs. Stylo hodie dici, teſtis eſt Barrius in ſua Calabria. In lib. Coloniar. eſt Colonia Romana, & adſcribitur Lucaniæ. Sicquoq; apud Caſſiod. 8. Variar. vbi quidam COSILINVM legit.

CONSORANNI, Galliæ Aquitanicæ populi, apud Plinium 4. cap. 19. Vide CONSVARANI.

CONSTANTIA, Valeriæ Ripenſis vrbs, in lib. Notitiar. Thraciæ eſt, Rhodopei territorij, Nicetæ. CONSTANTIA, & CONSTANTIA ZILI AVGVSTA, colonias, habet Goltzius in ſuo Theſauro. Vide AMIDA, ANTARADVS, ARELATVM, GAZÆORVM Nauale, SALAMIS, & VITODVRVM.

CONSTANTIA CASTRA, Ammiano Marcellino: Conſtance in Normandia eſt, Vineto; & Rob. Cœnali. FLAVIA CONSTANTIA in lib. Notit. & CONSTANTIENSES in lib. Prouinciarum. MORITONIVM aliquando vocatum ſcribit Camdenus. Vide CROCIATONON.

CONSTANTINA κωνσταντίνα, Numidiæ metropolis, apud D. Auguſtinum, & in canonibus concilij Carthaginenſis. Nomen retinere, & CIRTAM veterum eſſe, puto. Eſt quoque CONSTANTINA, Phœniciæ vrbs, Euſebio, & Calliſto 8. cap. 33. CONSTANTINA etiam Meſopotamiæ vrbs: in lib. Notitiæ vtriuſque Imperij. vide CIRTA, NICEPHORIVM, & NISIBIS.

CONSTANTINI Agri Italiæ, meminit lib. Coloniarum.

CONSTANTINOPOLIS κωνσταντινόπολις, olim BYZANTIVM, βυζάντιον, Thraciæ nobiliſsima vrbs, ad Boſporum Thracium ſita: Imperij Occidentis quondam (& etiamnum hodie ſi ita Turcorũ tyrannidem nominare liceat) caput. LYGOS antea dictã, ſcribit Plinius. (Auſonius hunc Byzantina Lygos.) ANTONIAM à Seuero, & eius filio Antonino Impp. & ANTHVSAM ἀνθοῦσα, à Magno Conſtantino appellatam, tradit Euſtathius mendosè autem Antonia, nam ANTONEINIA BYZANTION SEBASTA in Caracallæ nummo, & in meo Alexandri Seueri legitur. AGIOS, & ÆTHVSA quoque aliquando nominatam, (neſcio quibus auctoribus) dicit Volaterranus; & Erythræus, in ſuo Indice Virgiliano. NOVA & SECVNDA ROMA hiſtoricis etiam ſæpius vocatur. ÆTERNA, & item REGIA vrbs, à ſcriptoribus Conſtantinopolitanis. AVGVSTA quoque non ſemel, à Marcellino Comite. Græcis hodiernis Stimhoili nuncupatur. Mario Nigro Apoley. alijs, vti & Fauolio in ſuo Hodæporico Byzantino, Stambol. Herberſteinius perhibet à Slauis (quorum lingua Conſtantinopoli quoque in vſu eſt) Czarigrad, & Mathias Michouienſis Czaroudom dici. vtrumq; ſedem regiam ſignificare addunt. Europæis Romanis Conſtantinopoleos nomen hactenus retinetur. Hanc vrbem accuratiſsimè deſcripſit Pet. Gyllius, peculiari libello. CONSTANTINOPOLIS quoque caſtellum, in tumulo ſitum eſt; vbi Zeno Imp. confugit, ab omnibus deſtitutus. Suidas. An inter Troadem & Ilium? vbi Zoſimus tradit Conſtantinopolim inchoaſſe exſtruere Conſtantinum Imp. veſtigiaq; eius ſuo tempore extitiſſe addit?

CONSTANTINORVM Ciuitatis Oſrhoenorum prouinciæ, meminit Synodus v. Conſtantinopolit. An eadem cum Conſtantina Oſrhoenæ? hæc enim in Meſopotamia.

CONSTANTIOLA, locus circa Iſtrum fluuium. Hiſt. Miſcella 17.

CONSTITVTA, Palæſtinæ vrbs. lib. Notitiar. Item Oſrhoenæ, idem.

CONSVANETES Plinij, CONSVANTÆ, κονσουάνται Ptolemæi, & SENONES Floro, ijdem populi ſunt Auentino, in Vindelicia. Locus eorum, vt mihi videtur, inquit Schudus, eſt circa Landtſhutt/Waſſerburg/& Paſſaw. Simlero videtur regio ad Iſaram fluuium, Schwindaw. Germanis dicta.

CONSVARANI, ſunt Plinio 3. cap. 4 Galliæ Narbonenſis populi, quos Coſerans vocat Ioannes Poldus Albenas. CONSORANORVM meminit lib. Notit. M. S. pro quo excuſus codex habet CONSANTANORVM ciuitatem, in Gallia Nouempopulana. An SORANNI Greg. Turonenſis?

CONTA, vide CONGA.

CONTACOSSYLA κοντακόσσυλα, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolomæo.

CONTA AGINNVM opidum, habet Antoninus, inter Auguſtam Veromanduorum & Sueſſonum. CONTRAGINNVM legit Simlerus, ex lib. Notit. qui vocat Nouiomagum opidum Contraginenſium. Quid ſi diuiſim legatur, Contra Aginnum? quod Antonino & lib. Notitiarum non infrequens eſt, aliquot locorum nominibus vocem Contra anteponere.

CONTADESDVS κοντάδεσδος, Thraciæ fluuius, qui in Agrianem fluit. Herodotus in Melpomene.

CONTENEBRA, Vide CORNOSSA.

CONTENSEM ciuitatem, habet Ammianus, in Mauritania.

CONTESTANI κοντεστάνοι, populi Ptolemæo: & CONTESTANIA, Hiſpaniæ Tarraconenſis regio eſt apud Plinium. Concentayna, regni Valentiæ opidum eſt Beuthero, & Cluſio, ſed ſubdubitanti.

CONTHYLE κονθύλη, municipium Ptolemaicæ tribus. Suidas, & Lexicon Phauorini.

CONTIONATVM, loci nomen: in Codicis lib. 9. Titul. 4. & 11. Titulo 58. In Codice Theodoſiano CONCIONATVM, & CONTIONACVM legitur.

CONTIVM κοντίον, Galliæ Narbonenſis locus, Straboni. Sed locum mutilum cenſet Caſaubonus: & Κοττίου γῆς, legit, id eſt Cottij terra, ſiue regio. CONCTION fortè Sidonij.

CONTOBADDITÆ, hæreticorum nomen, ſumtum à loco ſic dicto. Calliſtus 18. cap. 49.

CONTOPORIÆ κοντοπορίαι, promontorium quo Corinthum itur, quod fontem frigidiſsimum emittit, Athenæus 2. cap. 2.

CONTOSOLIA, Antonino Hiſpaniæ vrbs, XII. M. paſſ. ab Emerita.

CONTRA APOLLONOS, CONTRA CALMAS, (Talmas aliud exemplar) & melius. nam ταλμις, legitur in Excerptis Olympiodori; pro Thebaide vrbe. CONTRA LATO, CONTRA OMBOS, CONTRA PSELOS, CONTRA SYENE, CONTRA TÆPIS, Θαπίς, eſt in dictis Excerptis, & TAPIS apud Antoninum. & CONTRA THVMVIS, Aegypti loca, ſic dicta; in lib. Notitiarum. CONTRA COPTVS, Ægypti quoque, Antonino.

CONTRAGINNVM, & CONTRAGINENSES, vide CONTA AGINNVM.

CONTRAGENSES, vel CONTRAGI, Bulgarē ſunt in Hiſt. Miſcella, lib. 19. Vide BVLGARI.

CONTRALEVCENSIS Epiſcopi, in Hiſpania, meminit concilium Elliberitanum. An fortè CATRALEVCOS Ptolemæi?

CONTRAMARGVM, locus Moeſiæ Primæ. lib. Notit. Diuiſim fortè legendum Contra Margum.

CONTREBIA, vide CENTOBRICA.

CONTRIBVTA, vide CENTOBRICA.

CONTRVBII populi Galliæ, in triumphis Romanis, Verrij Flacci.

CONTVRIA, vide THRICALIX.

CONVAGATA, Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notitiar.

CONVENÆ κόνουεναι, Plinio & Straboni Aquitaniæ populi, ad Pyrenæorum radices. Comingeois. CONVENAS eorum ciuitas nominatur, in Dignitatum libello. Hanc optimè deſcribit G. Turonenſis. Cominges quondam dicebatur: hodie S. Bertrandi nomine inſignita eſt. Xylander putat hos Conuenas CVCVENOS κουκούενοι Ptolemæi eſſe. AQVAS Conuenarum habet Antoninus. Vide CVQVENI.

COOS, vide CALYDNA.





COPÆ κῶπαι, Bœotiæ vrbs, Ptolemæo, Straboni, Dicæarcho, & Plinio. vide COPAIS.

COPAIS κωπαΐς, Bœotiæ lacus, & fluuius in Græcia, quem Pauſanias CEPHISSIDEM κηφισσίδα appellat, auctor Strabo, qui eum antiquitus proprium nomen minimè habuiſſe refert, ſed à circumiacentibus locis appellationem habuiſſe, vt ab Haliarta HALIARTVM ἁλιαρτὸς, eodem modo à reliquis nominatum. LEVCONIS λευκωνίς aliter dici ſcribit Stephanus. Copaidarum anguillarum meminit Ariſtophanes in Acharnis. COPEAS à Nicandro nuncupari, tradit Gerbelius. ONCHESTI Paludem ab vrbe vicina vocat Aelian. in Varia hiſtoria. Hodie Lago Stiuo indigitatur à Caſtaldo. COPAIS etiam vrbis nomen eſt, apud Suidam & Pauſaniam: ad eundem lacum; quæ κῶπαι, Straboni, & Ptolemæo.

COPAR κόπαρ, Ptolemæo Arabiæ Felicis vicus. Circa Cæſaream Philippi locus, Tyrio.

COPARIA κωπάρια, Conſtantinopoleos ſuburbium. In Authenticis.

COPAS, Cariæ fluuius. Metaphraſtes in vita S. Theodori Archimandritæ.

COPHANTA κωφάντα, Carmaniæ portus, Arriano & Ptolemæo. vide COPHRANTA.

COPHANTVS Mons, in Bactris, cuius vertex ſemper flagrat. Plinius.

COPHAR, vide CHAPHAR.

COPHE, vide COPHES.

COPHES κώφης, Indiæ fluuius eſt Straboni, Philoſtrato, & Plinio. in Indum fluuium effluens. COA κῶα fortè Ptolemæi eſt. CHOA χόη, eſt apud Arrianum 4. Alex. ſed idem quoque Cophen habet. itaque videtur alius à Cophe; & non eſſe ſynonymon. Cophen enim à Ptolemæo deſcribi credo, nominari non item. Arrianus dicto loco vtrumque nominat, eo ordine, vt Alexandrum ex Sogdianis, primum ad Cophenen, deinde ad Choen ducat. κώφην, Ioſephi puto. An COPHITES populi dicti ab hoc flumine à Trogo 12. vbi libri CVPHITES legent? vide ARACHOSIA.

COPHOS κωφον, locus, circa Piræeum. Xenophon 2. Græcor. Vide COPOS.

COPHRANTA κωφράντα, Ptolemæo Carmaniæ vrbs. Interpretes ſine R. ſcribunt. Sic quoque Plinius legit.

COPIÆ, ad Sinum Tarentinum vrbs, quàm Cupo interpretatur Ligorius. vide THVRIVM.

COPLANIVM κοπλάνιον, locus ſic dictus, in agro Palantino, Hiſpaniæ. App. in Ibericis.

COPONIANAM villam nominat Cicero 12. ad Atticum, Epiſt. 31.

COPOS Portus, in Mecyberneo ſinu, Pomponio. κωφὸς, apud Suidam eſt, in voce κωφότερος. etſi eum Toronæo ſinui adſcribat.

COPRATAS κοπράτας, Perſiæ fluuius videtur apud Strabonem. In Tigridem influit, Diodoro 19. ſed κοπράτης, per η. ſcribit.

COPRIA κοπρία, Tauromenitarum littus, in Sicilia, ſic vocatur, quod diſsipatorum nauigiorum in Charybdi fragmenta huc deuoluuntur. Strabo 6. De eodem in Pacati Panegyrico.

COPRITHIDIS κοπρίθιδος, vrbis in Ægypto, mentio eſt in concil. Epheſino III.

COPTOS κοπτὸς, Ptolemæo, Plutarcho, Straboni, & Statio Thebaid. 1. Aegypti ciuitas & metropolis. Inde COPTITES Præfectura, apud Plinium. Cana, ſiue Chana Ramuſio videtur. Eſt & Armeniæ Tephricæ vicinum opidum, Cedreno. quod SCOPVM Curopalati eſt. vide CLITRO.

CORA, Solino, Silio, Straboni, Floro, & Liuio 2. Volſcorum colonia Latina eſt. prope Sermonetam, inter Velitras & Senam [quã non noui hac continentia] ſtatuit Erythræus. Nomen retinere ſcribit P. Marſus. Ad Etruriæ promontorium quoque, apud Tacitum, Annal. 2. ſed vbi Coſa mauult legere Lipſius.

CORACA κοράκη, Arabiæ Petrææ opidum. Ptolemæus.

CORACESIVM κορακήσιον, Lyciæ opidum, Straboni. CORACENSIVM legit Ptolemæus. ſed in Pamphiliæ, Ciliciæ apud Liuium videtur, confuſis contiguarum regionum limitibus. Scandeloro Mar. Nigro eſt.

CORACESIVS, CORAX, & CORAXICVS, vide TAVRVS.

CORACII κοράκιοι, regio, in Æthiopia ſub Ægypto. vbi maxima Indicarum arundinum multitudo. Strabo.

CORACINSII κορακήνσιοι, In Sardinia gens, Ptolemæo.

CORACIS Petra, in Ithaca locus, Stephano, & Heſychio. Nicander hic viperam ſcribit reperiri. (ſed quod illi πέτρανὸ hic πάγον vocat.) Propè hunc locum habet Homerus Οδυσ. ν. Arethuſam fontem. ſic Plutarchus quoque in libello, quod cum principibus maximè philoſophum diſputare deceat. Sed hic eum in extremis oris deſcribit. Arethuſam fontem in Samo, iuxta Coracis petram, locat Scholiaſtes, in Eidyllium primum Theocriti.

CORACIVM κοράκιον, mons iuxta Colophonem, in Ionia. Strabo. Item locus iuxta Byzantium. Gyllius ex Dionyſio,

CORACODES κορακώδης, portus Corſicæ inſulæ. Ptolem.

CORACONESVS κορακόνησος, i. Coruorum inſula, Libycæ inſula videtur apud Stephanum.

CORADA, Phœniciæ Libaneſiæ vrbs: in concil. Chalced.

CORALETÆ, legit Carrio, apud Flaccum 6. vbi alij COEALEÆ habẽt. Scythiæ Europææ gẽs. vide CORALLI.

CORALIS κώραλις, & TROGITIS, τρωγίτις, Lycaoniæ paludes, circa Galatiam, Straboni.

CORALIVS κωράλιος, Græciæ fluuius, in Bœotia. Alcæo. κοράλιος ſcribit Callimachus. Hic CVARIVS κουάριος Straboni dicitur. Vide SANGARIVS.

CORALLA κοράλλα, locus Cappadociæ, ad Pontum Euxinum, Arriano in Periplo.

CORALLI, gentes barbaræ, ad Iſtrum, in Ponto: Sarmatiæ Europææ. Horum meminere Ouidius, Flaccus, Strabo, & Appianus. An Coroletæ Flacci?

CORAMBIS, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs, apud Plinium.

CORANCALI κοράγκαλοι, Indiæ extra Gangem gens, Ptolemæo.

CORANI, ſunt Plinio Italiæ populi, à Dardano Troiano orti. A Cora gentile, putat Vinetus ad Florum. vide CORNI.

CORANITÆ, Arabiæ Felicis populi, Plinio auctore.

CORAS κόρας, Porphyrogennetæ Cappadociæ vrbs. Mons quoque circa Tibur: Vibio. Hic CORAX à Boccatio vocatur. Vrbs quoque ibidem auctore Seruio ad 7. Æneid.

CORASENI Terra, in Oriente. vnde Serapio tradit adferri mala granata, ſal armoniacum, bezaar, &c.

CORASIÆ, Plinio ſunt Maris Ægæi inſulæ; quæ Cruſſiæ Nigro vocantur. CORASSIÆ κορασσίαι, Straboni. In Icario mari.

CORASIBIS, vide MEROS.

CORASIVS κοράσιος, mons imminens Antiochiæ. Xiphilinus in Traiano.

CORASPHI κόρασφοι, gentes Scythiæ intra Imaum, Ptolemæo. CORAXI legunt interpretes. Vide SCHYTHÆ.

CORASSIÆ, vide CORASIÆ.

CORAX κόραξ, mons inter Naupactum & Callipolim, Stephano, & Liuio 36. In Ætolia eſt Straboni, Appiano, & Liuio. Κόρακες Ptolemæo dicitur. Locus quoque in Bœotia: Suidæ. Eſt & κόραξ, Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius, & mons, apud Ammianum, & Ptolemæum. Vrbs Tauricæ Cherſoneſi, apud eundem. vide CORAS.

CORAXAS, vide CORAX.

CORAXI κόραξοι, Colchidis populi, vicini Colis, Pomponio, Plinio, & Stephano. qui & CORAXICVM Murum, & CORAXINEN regionem ibidem habet. Coraxorum lanam, laudat Strabo. Vide CORAZI, & CORASPHI.

CORAXICI Montes, vide TAVRVS.

CORAZI κόραζοι, gentes qui optimas texturas ex lana conficiunt. Tzetza Chil. 12. numero 388. Pro CORAXI

Strabonis habeo. quare, Vide in ZIPHENE.

CORBARIA Vallis, circa Pyrenæos, & Birſam fluuium, vbi Aimoinus & Platina ſcribunt Carolum Mag. ſuperaſſe Amorrum, Saracenorum regem. vide CERVARIA, idem enim puto.

CORBASA κορβάσα, Ptolemæo Pamphiliæ vrbs.

CORBEVNTVS κορβεῦντος, Tectoſagum vrbs eſt Ptolemæo, in Galatia regione. GORBEVS Antonino vocatur, vt credit Simlerus. Video tamen Antoninum hoc tractu CVRBEVNCA quoque habere. Sed GORBEVS corruptius quoque, in Itinere Ancyra Cæſaream.

CORBIANA κορβιανα, Elymæorum prouincia, Straboni.

CORBIANVS, vide FVNDVS.

CORBILVM κορβιλων, emporium Galliæ, ſuper Ligerim, Straboni, ex Polybio. Nantes fortè.

CORBIO, in Sueſſetanis opidum, Hiſpaniæ. Liuius 39. Vique hodie nominari, vult Moralis. Eodem Liuio 3. & Halicarnaſſeo non vno in loco, eſt quoque Æquorum in Italia vrbs: Κορβίον Stephano. Huic hodie nullum locum propriorem eſſe ſcribit Roſſus, quam qui Soriano appellatur. Hinc tamen non adeò procul exſtare caſtellum Carboniano nomine.

CORBRENÆ κορβρῆναι, Mediæ populi, apud Polybium 5.

CORBVLÆ Campus, haud procul à Numidis itinere dierum 4. à Carthagine. Procopius.

CORCE κόρκη, Armeniæ Minoris vrbs, Ptolemæo. CORNE habent eius interpretes.

CORCOBA κόρκοβα, Ptolemæo Taprobanæ vrbs.

CORCONIANA, vide MANSIO.

CORCONIANVM, vide COTYRGA.

CORCONTI κορκοντοι, Germaniæ gens, Ptolemæo.

CORCORAS κορκόρας, Straboni fluuius eſt Nauponto vicinus, & in Sauum ſe immiſcens. Gurck cum Wolfg. Lazius indigitat.

CORCVRA Κορκυρα, Ptolemæo, Aſſyriæ vrbs. Vide CORCYRA Melæna.

CORCVTVLANI κορκυτυλανοι, Halicarnaſſeo 5. Italiæ populi. QVERQVETVLANI vertit eius interpres, Gelenius.

CORCYRA κόρκυρα, Maris Ionij inſula, cum opido cognomine, Ptolemæo. quam Homerus SCHERIAM σχερία, & PHÆACIAM φαιακία, vocat, vt Plinius fidem facit. DREPANVM, & ARGOS appellatam ſcribit Euſtathius. CERAVNIAM κεραυνίη, video appellari ab Apollonio, in Argonautarum lib. 4. Dionyſius eam CERCYRAM κέρκυρα, & Alcinoi gratum ſolum nominat. MACRIN quoque dictam, à Macride Dionyſij nutrice, prodit Micyllus, in ſuis Annotationibus in Genealogiam Deorum Bocatij. CASSIOPEN audet eam nominare Æthicus, à Caſſiope fortè eius vrbe, & promontorio. Hodie Corfu dicitur: Venetorum ditionis eſt. CORCYRA etiam vrbis & promontorij, in hac inſula nomen, Ptolemæo. quem CORCYRÆORVM Portum CXX. ſtadiis à Caſſiopæa diſtãtem, nominat Cicero 16. Famil. Epiſt. 9. Corfu & hunc quoque nunc puto.

CORCYRA MELÆNA, id eſt, nigra, Hadriatici maris inſula, Plinio, & Ptolemæo, ſed eam CORCVRA κόρκυρα, vocat. Curzoli nunc vocatur. Fauolio & Sophiano teſtibus.

CORCYRIS κορκυρὶς, Ægypti vrbs, apud Stephanum.

CORCYROPOLIS, Corcyræ ſiue Scheriæ inſulæ opidum eſt, vt Niger deſcribit. vbi Ptolemæi AMPHIPAGVS ἀμφίπαγος, promontorium eſt. Palepoli nunc vocatur, eodem Nigro auctore. CORCYRAM vrbem Ptolemæi puto.

CORDA κόρδα, Albionis vrbs, Selgouarum, Ptolemæo.

CORDACI, vide GORDIÆI.

CORDES κόρδης, fluuius qui Daram Perſarum vrbem interfluit, Procopio 2 Ædificiorum Iuſtiniani Imp. CORDISSVS mihi videtur, apud Marcellinũ Comitem. qui eum ex prædij nomine (quod præterfluit) nomẽ habere ait.

CORDIANON, inſula ſub Tharſo Ciliciæ. Damaſus Pontif. in Syluestro I. CORYCORVM alia lectio.



CORDILVSVM, alicubi in Græcia vrbs. Chalcedon. cõcil.

CORDISSVS, vide CORDES.

CORDISTÆ, vide SCORDISCI.

CORDVBA κορδύβη, Hiſpaniæ Bæticæ opidum Ptolemæo; Senecæ oratoris & Lucani poëtæ patria. Nomen hactenus retinet. Cordoua enim vulgò ſcribunt. Plinius tradit, COLONIAM PATRICIAM cognominatam. quod etiam Amb. Moralis ex eius antiquis marmorum inſcriptionibus oſtendit. (is eam diligentiſſimè deſcripſit.) Sed & Auguſti Imp. æreum nummum vidi. cum litteris COLONIA PATRICIA. CORDVBA etiam Perſidis vrbs eſt, in Vſuardi Martyrologio, ad XVII. Kal. Maij. Sed CORDVENA mauult Baronius.

CORDVENI, quondam CARDVCHI dicti. Gens circa Hyrcanum mare, Adiabenis connexa. Plinius auctor. Xenophon, & Stephanus etiam καρδοῦχοι, habet. CARCHVDI καρχοῦδοι, Ptolemæi ſunt. Diod. lib. 14 habet Carduchos montes inter Mediam & Armeniam. Apud Corduenos amomum naſci, & alios leues odores, ſcribit ex Salluſtio Philargyrius.

CORDVLÆ Portus, ad mare Euxinum, circa Ceraſum opidum: verſus Colchidem. Plinius. χορδυλα Ptolemæo, fortè. CORDYLA κορδυλα, Arriani, in ſuo Periplo eſt, quem Cappadociæ portum facit. S. Phocæ templum quod Cordyla nuncupatur, habet Laonicus 9. hoc tractu.

CORDVRVS, vrbs Galliæ, ſic dicta, quod eius ciues in bello duri cordis eſſent. Poſtea milites Remi ibidem à facie Romuli fugientes, eam Remum denominauerunt. Sig. Gemblacenſis in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Ineptiæ. DVROCORTVRVM ſcribendum, neque ad Romuli fabulam fugiendum.

CORDVS populus Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Mediterranei maris, ad Pyrenæos montes, teſte Sex. Auieno.

CORDIÆVS, vide GORDIÆVS.

CORDYBE, vide CORDVBA.

CORDVLA, vide CORDVLÆ.

CORDYLVS κορδυλος, Pamphiliæ vrbs. Stephanus.

CORDYLVSA, inſula circa Rhodum. Plinius.

CORDYNIA, vide CORDYNIA.

COREA κορέα, circa Scythopolim, & Alexandrium, vbi Iudæa exordium habet. Egeſippus 1. cap. 15. & Ioſephus 14. Antiq. 6. & 10. item belli Iud. 1. cap. 5.

COREATIS κορέατις, Indiæ locus, circa Indi fluminis oſtia. Arriano in Indicis.

COREBA, vide COREVA.

CORENVM, locus videtur, apud Ciceronem ad Atticũ 2. epiſt. 23. Ora libri Corſinium habebat.

CORENSE Littus, inflexo ſinu, ex aduerſo Gadibus. ſic Plinius. CVRENSE legunt quidam codices.

CORESIVM, vide CORIVM.

CORESSVS κόρησσος, altiſſimus mons, ab Epheſo quadraginta ſtadiis diſtans. Diodorus 14. & Xenophon, 1. Græcor. Singulari s. ſcribit Herodotus. Per 1. in ſecunda Athenæus, Corideres Leunclauio. Vide CARESSVS, & CORISSVS.

CORETVM, fluuius aut lacus eſt circa Tauroſcythas, in quo Hypanis fluit. Plinius. Vbi quidam CAROETVM legunt.

CORETVS, vide CORITVS.

COREVA, & COREBA, Africæ Propriæ vrbs, Antonino.

COREVR κορευρ, Indiæ intra Gangem opidum, Ptolem.

COREVRA κορέουρα, apud Ptolemæum, Indiæ intra Gangem vrbs, Sine E. eandem ſcribit lib. 1. cap. 13. Geographiæ. CEREVRA legunt interpretes.

CORFINIVM κορφίνιον, Pelignorum vrbs primaria; Straboni, Diodoro, & Ptolemæo; CORFINIENSES Plinio. Campi di S. Pellino, alio nomine Pentinia hodie vocari, apud Leandrum & Collenutium lego. Scribit ad me Roma, Celſus Cittadinus, Corfinij hodie nihil remanere quàm vicum cum eccleſia, & paucis domibus, vulgóque appellari Santo Petino. Huic opido etiam ITALICÆ nomen inditum, tradit Strabo, lib. 5. ITALICVM appellat Paterculus 2. Corfinium à Sulmone ſeptem millibus diſtare



diſtare, ſcribit Cæſar 1. Ciuil. Vide ORVINIVM.

CORGATHA, vide CORTHATA.

CORIA κορία, Albionis opidũ, Ptolemæo in Dauniis. COIA κοια, legebat. M.S. liber. Locus quoque in Peloponneſo, circa Helicen. Ælianus Animal. 11. cap. 19. vide CVRIA.

CORIALLVM, Galliæ Lugdunenſis locus, mari proximus. Tabula Peutingeriana.

CORIBRASSI in Pamphilia epiſcopus Neſius. Concil. Epheſinum.

CORICÆ, duæ inſulæ, inter Cretam & Peloponneſum. Plin.

CORICONDAME, vide COROCONDAMA.

CORILLA κόριλλα, Latij vrbs, apud Stephanum: ex Halicarnaſſeo. cuius incolas Corillinos vocat. Puto eum, non ſine errore, hanc aliã à Coriolla facere. vide CORIOLLA.

CORINÆVM, Mimantis montis promontorium; in Ionia. Plinius.

CORINDIVR κορινδιούρ, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs. Caribider eſt Caſtaldo.

CORINEA κορινέα, Maioris Armeniæ regio, Ptolemæo.

CORINENSES, Apuliæ populi, Plinio. Codex M.S. legit CARRINENSES.

CORINIVM κορίνιον, Dobunorum vrbs, Ptolemæo, in Albione inſula, Caër Corij Britannicè, Cyceſtre Anglicè dicitur nunc Humf. Lhuydo. Circeſtre ſcribitur à Camdeno. Hic ingens vis numiſmatum, imaginibus Cæſarum, ſignatorum reperitur. CORINIVM Ptolemæo, & Plinio, Illyrici vrbs, quam Niger Gliuba appellat. Vide DVROCORNOVIVM.

CORINTHIACVS Sinus, alio nomine CRISSÆVS, & ALCYONIVM Mare dictus Straboni. Criſſæum autem ſinum ad Cyrrham tantum deſcribit Heliodorus 2. Golfo de Patras, dicitur Sophiano: Ripa doſtria à nautis nominari, ſcribit Niger.

CORINTHVS κόρινθος, Achaiæ vrbs Pomponio, & Apuleio: in medio Iſthmi Peloponneſiaci, hiſtoriis celebris. Peloponneſo tribuunt Ptolemæus & Plinius. Optimè eam deſcribunt Pauſanias, & Strabo. Stephano hæc quondam nuncupata fuit EPOPE ἐπωπη, PAGOS παγος, EPHYRA ἔφυρα, HELIOPOLIS ἡλιόπολις, & ACROCORINTHVS ἀκροκόρινθος. Ephyra olim dictam, Heraclides quoq; auctor eſt. Hodie adhuc Corintho, vt Sophianus; vel Coranto, vt Moletius tradũt, appellatur. COLONIA IVLIA CORINTHVS, ex nummo eſt; apud Onuphrium.

CORIOLLA Κοριόλλα, Italiæ vrbs, apud Stephanum, CORIOLI Liuio 2. Eutropio & Floro. κοριόλα Halicarnaſſeo. CORIOLÆ auctori de Viris Illuſtribus. Volſcorum metropolis. CORIOLANOS habet Plinius. Vide CORILLA.

CORIOS, circa Carmaniam fluuius, Pomponio. Vide CARIVS.

CORIOVALLVM, Antonino; eſt Valckenburch Simlero, opidum inter Iuliacum & Traiectum inferius. vide NVAGERRA.

CORISOPORVM Ciuitatis, in Prouincia Lugdunenſi II. meminit lib. Prouinciarum.

CORISSIA, vide CARESSVS.

CORISSVS κορισσος, Epheſiæ vrbs, Straboni, Atheneo, & Stephano. Item Xenophonti, ſed per η. in ſecunda. Opidulum, & nauale Cei inſulæ eſt, apud Stephanum, & Plinium. vide CORESSVS.

CORITAVI κοριτανοὶ, Ptolemæo ſunt Albionis inſulæ populi. Lhuydus hos Lincolnienſes vocat. Coritani habent quædam Latina exemplaria.

CORITIVM, circa Euphratem fluuium vrbs: verſus Syriam. Guil. Tyrius.

CORITVS Mons, κόρητος, per eta habet Græcum exemplar: in Vmbria eſt Dionyſio Halicarnaſſeo. Monte Coruo hodie dicitur, vt Leander teſtis eſt. Coriti vrbes habet Virg. 9. Æneid. CORITVS vrbs, & mons Tuſciæ, eſt Seruio. Mons Coriti in iugis Ciminijs. ſic Origines Catonis. Huius meminit etiam Silius 4. Per Y. Corytus malè ſæpius ſcribitur.



CORIVM κόριον, in Creta locus, & ibidem CORESIVM κορησία, ſtagnum. Stephanus.

CORIVNDI κοριόνδοι, Hiberniæ gens, Ptolemæo.

CORIVS, vide CARIVS.

CORMA fluuius, Tacito Annal. 12. Circa Aſſyriam aut Armeniam videtur.

CORMALOS, Troadis fluuius, ex Ida monte oriens. Plin.

CORMASA κόρμασα, vrbs Pamphiliæ videtur apud Ptolemæum & Liuium 38.

CORMONES, vide BILIGA.

CORNA κόρνα, Cappadociæ in Lycaonia vrbs. Ptolemæus.

CORNABVI κορνάβυοι, Albionis inſulæ populi, Ptolemæo. Humfredus credit Scotiæ tractum eſſe, qui hodie Sutherland vel Cathenesia vocatur. Gernico arx huius nominis veſtigium ſeruat. auctore Buchanano Scoto.

CORNACVM κόρνακον, Ptolemæo & Antonino, Pannoniæ Inferioris opidum, quod Niger Batha, Simlerus Zata appellat. ſed Lazius Karoſca.

CORNAVII κορναυίοι, Albionis inſulæ populi ſunt Ptolemæo. Cernuo Britannicè, Cornwal Anglicè vocari, tradit Humfr. Lhuydus.

CORNE, collis in ſuburbano Tuſculano. in quo lucus Dianæ conſecratus. Plin. Vide CORCE.

CORNEATES, Pannoniæ populi, Plinio.

CORNELIA, olim ſic vocatam eam Germaniæ vrbem quam hodie Wimpfen vulgò appellant, ſcribunt Munſterus & Bruſchius. Quis verò eius ex antiquis meminerit, non ſubiungunt. meq; hoc neſcire fateor. CORNELIA etiam Italiæ vrbs, apud Phleg. Trallianum, & Balbum M.S. Nanſii. An Forum Cornelij?

CORNELIA Via, vide VIA, & NYMPHÆ CATABASSI.

CORNELIANA, vide CASTRA.

CORNELIANI, vide LIGVRES.

CORNELII locum, habet Antoninus inter Sipontum & Hiſtionium.

CORNELII Forum, vide FORVM Cornelij.

CORNENSII κορνήνσιοι, qui & ÆCHILENSII, αἰχιλήνσιοι, Sardiniæ populi. Ptolemæo auctore.

CORNETANI, Italiæ populi, ſunt Gelenio apud Halicarnaſſeum 5. In Græco ſunt κορνεντανοι, Aemil. Portus mauult legere CERNETANI.

CORNETVS Campus, in agro Faliſco, Via Campana. Vitruuius 8. cap. 3.

CORNI κορνοι, Italiæ in Latio, populi, Halicarnaſſeo 5. CORANI ſunt Gelenio eius interpreti.

CORNIASPA, Galatiæ vrbs: Antonino.

CORNICLI κορνίκλοι, montes Italiæ, prope Tibur. Halicarnaſſeo 1. CORNICVLI legendum puto. An CRANITAS hos fortè vocat Zonaras?

CORNICVLANENSIS Epiſcopi, in Mauritania Cæſarienſi, meminit Vict. Vticenſis.

CORNICVLVM κορνίκουλον, Halicarnaſſeo, Liuio, & Plinio, Latij opidum. CORNICLVS κόρνικλος, Stephano.

CORNIETVM Tuſciæ vrbs, ſi fides Edicto Deſiderij regis Longobardorum.

CORNIFIVS Ager, Samnij regionis, lib. Coloniar. Forſan pro Corfinius: etſi hic in Pelignis cui Samnites vicini. confundi enim limites à ſcriptoribus non ſemel experimur.

CORNISCARVM Diuarum locus, erat trans Tiberim, cornicibus dicatus: quod in Iunonis tutela eſſe putabantur. Feſtus.

CORNV κερας, locus à forma ſic dictus, in Lemno inſula. portus, in modum cornu inflexus eſt. Philoſtratus, de vitis Sophiſtarum, in Scopeliano.

CORNV BVZANTIORVM, κέρας τὸ βυζαντίων. Straboni opidum iuxta Byzantium. CHRYZOCERAS à Solino, & AVRICORNV à Plinio nominatur. GALATA antiquis quoque dictum, tradit Sophianus, ſed hoc negat Gyllius, in ſuo Boſporo. Sed SYCAS συκαῖ, & SYCODAS appellatum ait. Sycas ſuo tempore IVSTINIANAS ἰουστινιαναὶ, nuncupatas ſcribit Euſtathius, & Stephanus. PHAROS aliquando nominatum ex his

„ ex his Marcellini verbis videtur: *Promontorium Ceras prælucentem nauibus vehens conſtructum celſius turrim; quapropter* Pharos *appellatur. lib. 22.* Pera *vocari hodie, tradit Sophianus, ſic etiam vocat* Tzetza *&* Nicephorus: Galata *à Turcis hodie nominari, intelligo ex ijs qui has partes luſtrarunt. Sinus qui eſt inter Byzantium & Galatam,* CORNV *nuncupari, docet Gyllius, in Boſporo. Idem ante eum Socrates Scholaſticus 2. cap. 19. Vide* SISTINENSE.

CORNVA *duo Italiæ, vocant Plinius 3. cap. 5. & Mela 2. cap. 4. eius promontoria, (vt Salluſtius in Fragmentis ea nominat) Brutium nempe & Salentinum. Sic quoque diaconus 2. Longobard. cap. 17. & 21. hocq́ dextrum, illud ſiniſtrum nominat. Strabo 2. & 6. Vertices* κορυφη *appellat. Pomponius 1. cap. 2. Duo* CORNVA *tribuit Aſiæ; vnum qua ad Nilum, alterum qua ad Tanaim pergit.* CORNVA *duo Ægypti, Peluſium & Paretonium ſunt: inquit Florus.*

CORNVS κόρν@, *Sardiniæ inſulæ in mediterraneis vrbs, Ptolemæo, Antonino, & Liuio; quæ* CARNOSA *etiam apud Antoninum vocatur, vt annotat Simlerus.* Galea *Pineto nomẽ habet. Ego puto eã* Corneto *hodie appellari.*

CORNVTENSIS *loci, in Illyrico, meminit lib. Notitiar.* CORVTTENSIS *legit Schonhouius.*

CORNVTIVS *vicus Galliæ. Greg. Turonenſis.*

COROCONDAMA *peninſula, eſt apud Pomponium. Aſiæ tractus, inter Mæotidem paludem, & Pontum Euxinum. inſulam facit Strabo. Ptolemæo & Straboni quoque vrbs eſt in eadem peninſula, ad os Boſpori.* COROCONDAMETIS *lacus, eſt ibidem quoque Straboni.* CORICONDAME *eſt apud Stephanum. qui hanc iuxta Sinopen deſcribit. malè. oppoſitum enim eſt Sinopi: & totus Pontus Euxinus interiacet.*

CORODAMVM κοροδάμον, *promontorium Arabiæ Fel. Ptolemæo.*

COROLIA, *Arabiæ Felicis opidũ, in Rubro littore. Plinius.*

COROMANE κορομάνη, *vrbs eſt Stephano, iuxta Perſicum ſinum.* Κορομανὶς *Ptolemæo, in Arabia Felici.*

CORONÆA κορώνεια, *Plinio, Liuio, & Heſychio, Bœotiæ vrbs. Phthiotidis regionis eſt apud Ptolemæum. cui & alia eſt in Bœotia, Achaiæ.*

CORONATÆ *Campi. Horum meminit Diaconus 5. & 6. Longobard. vbi ſcribit Chunibertum regem bellum geſſiſſe contra Alahim (Abachim alius codex) Tridentinorum ducem, ibiq; conſtruxiſſe B. Georgij Martyris monaſterium. In Italia, circa Ticinum, ni fallor. Ad Adduam flumen, Sigonio.*

CORONE κορώνη, *Meſſeniæ opidum in Peloponneſo, Ptolemæo teſte.* Coron *Sophiano,* Niſi *Nigro dicitur.* PEDASVM πήδασον *ab Homero dici putant, vt tradit Strabo. Sed* ÆPEA αἴπεια, *vocatum ſcribit Pauſanias. Idem Stephanus; ſed illud in Laconica, vicina regione ponit.* CORONE *Bithyniæ vrbs, Stephano. Eſt & vrbs Thraciæ, ab vxore Prothei cognominata. In faucibus Pallenes Cherſoneſi, vt tradit Philargyrius ad Georg. Virgilij. Sed* TORONE *legendum putauerim. vide* CYLLA, *&* ACHÆORVM *Portus.*

CORONIA, *vide* SALAMIS.

CORONTA κόροντα, *Acarnaniæ vrbs, Stephano, ex Thucydidis 2.*

CORONVS κορῶν@, *Ptolemæo Aſiæ mons.* Baſaraſi, *à Caſtaldo nominatur. Vide* TAVRVS.

COROPASSVS κορόπασσ@, *Lycaoniæ pagus, in Aſia Minori. Strabo.*

COROPE κορόπη, *Theſſaliæ vrbs Stephano. vide* OROPVS.

COROZAIM *Hieronymo,* χοραζὶν *Græcè, Paleſtinæ vrbs, Matthei 11.*

CORPH, *&* WERHAM, *villarum nomina, in Anglia, vt habet Surius, in vita S. Eduardi regis.*

CORPHINIVM, *vide* CORFINIVM.

CORPIALICA, *vide* CORPILLI.

CORPICENSII κορπικήνσιοι, *ſunt Sardiniæ inſulæ populi. apud Ptolemæum.*

CORPILLI, *Thraciæ populi, Plinio, & Solino. In Corpialica fortè præfectura, Ptolemæi.*

CORRÆVS, *vide* LAPIS *Adiutorij.*

CORRHA κόῤῥα, *Armeniæ Maioris opidum, Ptolemæo. Eidem, Perſidis.*

CORRHAGVM, *Macedoniæ vrbs eſt, apud Liuium.* κόῤῥαγον, *Æſchinis, in oratione contra Cteſiphontem.*

CORRHEI κόῤῥει, *Syriæ locus, vbi Samuel lapidem adiutorij ſtatuit: victoriæ contra Palæſtinos ſignum. Ioſephus Antiq 6. cap. 2. vide* LAPIS *Adiutorij.*

CORRHONITIS, *vide* CHERSONESVS.

CORRICTAVA, *vide* CVRRITANÆ.

CORSEÆ κορσεαι, *Ioniæ Inſula, contra Samum. Stephanus. Per i. in ſecunda habet Strabo.* CORSEAS *Plinij eſt, ni fallor: quam in ora Ioniæ quoque deſcribit.*

CORSEAS, *vide* CORSEÆ.

CORSENA, *circa Syriam regio videtur in Codice 12. Titulo de Apparitorib. Margo autem legebat* OSRHOENA.

CORSI κορσοι, *Sardiniæ populi, ex Corſica oriundi. teſte Pauſania, in Phocicis.* κορσιοι, *Ptolemæo.*

CORSIA κορσεία, *Bœotiæ opidum, Diodoro, Pauſaniæ, & Demoſtheni. vide* CHORSIA.

CORSIÆ, *Plinio locus circa Heliconem, Suſpicatur pro eo* CREVSÆ *legendum, Sylburgius. Adi eius Notas ad Pauſaniam. vide* CORSEÆ.

CORSICA, *vide* CYRNVS.

CORSICÆ, *vide* THEBÆ.

CORSII, *vide* CORSI.

CORSINIANVM, *(nouum puto) Senenſis ditionis opidum eſt, in Tuſcia.* Pienſa *hodie dicitur. vt refert Auguſtinus Dathus, ex Pio II. Pontifice.*

CORSIO, *vide* GORSIO.

CORSIS, *vide* CYRNVS.

CORSITÆ, *vide* COMARI.

CORSOTE κορσωτὴ, *vrbs magna, à Maſca flumine circumdata. In Arabia Deſerta, aut Meſopotamia videtur, apud Xenophontem 1. Cyri exped.*

CORSTOPITVM, *Antonino Britanniæ vrbs eſt;* Corbridge *eſt Talboto, ſuper Tinam fluuium. Sed* Morpic *vocatur à Camdeno.*

CORSVLA, *vide* CVRSVLA.

CORSVRA κορσούρα, *inſula in medio ſinus Carthaginenſis. Strabo 17.*

CORTACHA, *Indiæ extra Gangem vrbs, Ptolemæo: ad Sinum Magnum, vt Mercator habet. qui eam* Tartaho *vocat. Græcus textus legit* CORGATHA κόργαθα.

CORTÆA, *vide* COTÆA.

CORTANIENTA, *vide* CORTNOSSA.

CORTASI. *Obſequens, Romæ in agro Cortaſi lacte pluit.*

CORTE, *vel* COSTE, *vide* CORTIA, *&* DODECASCHOENOS.

CORTENEBRA, *vide* CONTENEBRA.

CORTERATE, *Aquitaniæ locus. Tabula Peutingeriana.*

CORTERIACENSES, *ex lib. Notitiar. habet Diuæus pro* Cortrijck, *Flandriæ vrbe. Cortoriacenſes per o. in ſecunda autem lego in meo libro Notitiarum.*

CORTHATA, *Indiæ extra Gangem metropolis, Ptolemæo Latino. Sed* CORGATHA κοργάθα *in Græco eſt.*

CORTHOSIEORVM κορθωσιεων, *meminit ex nummo Goltzius, in ſuo Theſauro.*

CORTIA *Prima* κορτία, *locus circa Elephãtinen & Æthiopum regionem. Agatarchides.* CORTE *eſt Antonino.*

CORTICATA, *Hiſpaniæ inſula, circa Artabrum promontorium alicubi, Plinio. Vrbs eſt* κορτίκατα, *Turdetanorum, in Bætica, Ptolemæo.*

CORTINA, *vide* CARTENNÆ.

CORTNOSSA, *&* CORTENEBRA, *Tuſciæ opida: in Catonis (quæ circumferuntur) Origin.* CORTVOSA, *&* CONTENEBRA *apud Liuium 6. eſt. An Cortanienta, in Edicto Deſiderij regis?*

CORTONA, *&* CORTONIA, *vide* CROTON.

CORTONENSES, *Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Plin.*

CORTORIACENSES, *vide* CORTERIACENSES.





CORTVOSA, *Tuſcorum apud Liuium 6. vrbs eſt in agro Tarquinienſi.*

CORTYNA, *vide* GORTYNA.

CORTYNII, *vide* ARCADIA.

CORTYTA κόρτυτα, *regio Laconicæ. Stephanus, ex Thucydide 4. Corcyra malè vertit apud hũc Latinus interpres.*

CORVDA κόρυδα, *locus vltra Indiæ montes, vbi beſtiæ ſunt Satyrorum formã gerentes. Ælianus 16. Animal. cap. 21.*

CORVENTANI, *vide* CORNETANI.

CORVIVM, *vide* CORBIO.

CORVLA κόρυλα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.* Coloran *Caſtaldo.* CVRVLLA *habent Latini codices. Videtur* κύρυρα, *ab eodem Ptolemæo nominari lib. Geographiæ 1. cap. 13. Et* κουρυλις *legebat hoc loco codex manuſcriptus.*

CORVLLA. *vide* CORDVLÆ.

CORVNCALA κορύνκαλα, *Indiæ intra Gangem opidum. Ptolemæus.*

CORVORVM *Antrum,* φώλεος, *montis nomen, in Cilicia. Nicetas.*

CORVORVM κοραξων, *inſulæ Arcadiæ, qua Ladon in Alpheum erumpit. Pauſanias. Vide* CORACONESVS.

CORVORVM *duorum lacus, ſic appellatus ab Artemidoro. Ad oram Oceani Gallici. Strabo lib. 4.*

CORVRA, *vide* COREVRA, *&* CORVLA.

CORVS κορυς, *Arabiæ fluuius magnus, in mare Rubrũ effluẽs. Thalia Herodoti. vide* CYRVS *&* CYRRHVS.

CORVSIA κορυσία, *Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, Ptolemæo.*

CORVTTA, *Vide* CORNVTENSIS.

CORY κῶρυ, *Ptolemæo Maris Eoi inſula, in Sinu Argarico.* Nicouar *Mercatori dicitur. Videtur* EPIODORI *in Arriani Periplo nominari. Vide* SOLIS *inſula, &* COLAICVM.

CORYBANTES, *vide* CYRETÆ.

CORYBRASSVS, *vide* CORIBRASSVS.

CORYBISSA κορύβισσα, *locus in Scepſia, ad Eurientem fluuium: circa Troiam regionem. Strabo.*

CORYCÆA, CORYCÆVM, *&* CORYCÆVS. *vide* CORYCVS.

CORYCIVM *Antrum, Straboni Ciliciæ promontorium, prope Corycum vrbem. Specus eſt Melæ: apud quem eius deſcriptio.* Coruch *nomen habet, Ramuſio auctore.* CORYCIVM *Nemus hic quoque Q. Curtio. Pauſaniæ & Straboni, aliud antrum eſt eiuſdem nominis in Phocide regione, iuxta Parnaſſum montem. Vbi Coryciæ nymphæ, quas Bacchides nominamus, vt habet Sophocles in Antigono. Huius etiam meminere Laërtius & Dicæarchus. Hoc tractu quoque* CORYCÆA *ciuitas, quod ex Parthenio annotauit Stephanus.*

CORYCVS κώρυκος, *Cretæ inſulæ promõtorium, Ptolemæo. Hoc* Cambreſia *hodie, vt Pinetus; vel* Cambruſſia *potius, vt Niger habet, nominatur. Eſt & Cretæ mons, Plinio. Ptolemæo Ciliciæ opidum; quod* Curcu *Nigro,* Chura *Mercatori appellatur.* Curcho *Ioſepho Barbaro: Beniamin* Corcos *nominat.* Charachiſar *à Turcis vocari, ait Leunclauius. Plinius opidum, portum, & antrum vno nomine* CORYCOS *vocat. Eſt Ciliciæ mons quoque Plinio, Vibio, & Stephano. Promontorium eſt Straboni, & in eo antrum* CORYCIVM, *in quo optimus crocus naſcitur. Huius meminit etiam Q. Calaber. Portus Ioniæ eſt, ſupra Cyſſuntem, Liuio 36. Promontoriũ ibidem. & antrum Teiorum: eidem 37. Mons eſt ibidem, circa Erythras: Plinio, Pauſaniæ, & Straboni, quem* CORYCÆVM *vocant. vnde adagium Corycæus auſcultauit. Eſt & inſula, & portus ſic dictus, ibidem: Stephano.* CORYCÆVM *antrum eſt etiam in Bœotia, vnde Iſmenus emergit: vt tradit Herodotus 8. & Plutarchus de Montibus.* CORYCVS *Stephano eſt portus Æthiopiæ. Littus Lyciæ eſt, inter Phaſelim & Olympum vrbes, Straboni.* CORYCVS *Iſauriæ vrbs, ſi fides Gloſſario in hoc Iuuenalis:*
„ *Quam tu Corycia ſemper cum puppe moraris, Atque habitas Coro ſemper tollen-*
„ *dus & Auſtro. Sed cum Iſauria ſit vltra Taurum, & in meditullio regionis, quid huius incolis cum puppe aut ventis negocij? vbi neque mare, neque fluuius vllus? Sed quid mirum illi Corycum in Iſauria eſſe, cui Brigantes & Minturnæ in Gallia: Bebriacum in Campania: Lauinium in Etruria: Venafrum in Africa: Nabathæa in India: Pactolus in Hiſpania: & qui Thulen ciuitatem dicit.*

CORYDALLA κορύδαλλα, *Rhodiorum vrbs, Stephano & Plinio.* CORYDALLVS *Ptolemæi, in Lycia.*

CORYDALLVS κορύδαλλ@, *vicus tribus Hippothoontidis, Diodoro & Stephano. Circa Athenas, Athenæo.* CORYDALENSE *Straboni, cui* CORYDALVS *ibidem quoque montis nomen eſt: circa Pſittaliam inſulam. ſed vno L. ſcribit. Vide* CORYDALLA.

CORYDELA, *vide* CHELIDONIÆ.

CORYGAZA, *vide* SORYGAZA.

CORYLA, *vide* CORVLEVM.

CORYLENVS, *vide* COTTON.

CORYLEVM κορύλειον, *Paphlagoniæ inſignis pagus. Stephanus.* CORYLA κορύλα, *Xenophonti 5. Cyriacorum.* CORVLLA κορυλλα. *Ptolemæo.*

CORYMBIA, *vide* RHODVS.

CORYNA, *Ioniæ vrbs, in Peninſula, Pomponio. Eſt locus apud Athenæum 15. vt legit Dalechampius: (Græcum Valderi volumen mancum eſt) vbi optimum vnguentum roſaceum fiebat. In Ægypto, ni fallor.* CYRENE *autem habet dictus Dalechampius.*

CORYNE κορύνη, *Ptolemæo, Elidis Peloponneſi regionis vrbs. Niger* Antilodum *nominat.*

CORYNEPHORI κορυνηφόροι, *ſeruilis gens qua vtebantur Sicyonij. Euſtath. ad Dionyſium.*

CORYNETES κορυνήτης, *locus circa Athenas. Plutarchi Romulus.*

CORYPE, *vide* OROPVS.

CORYPHÆVM κορυφαῖον, *mons Epidauri, vbi colitur Diana Coryphea, vt refert Stephanus, ex Pauſania.*

CORYPHÆVS, *vide* RHOSSICVS.

CORYPHANTIS κορυφαντίς, *pagus in littore Adramitteno, Straboni.* CORYPHAS, *&* CORYPHANTA *eſt apud Plinium. vbi ſcribit oſtrea ſicciora.*

CORYPHASIVM κορυφάσιον, *Meſſeniæ promontorium apud Ptolemæum, & Pauſaniam.* Cabo Zunchi *Nigro eſt. Plinio vrbs in Argia regione eſt, quam alias* INACHIAM, *&* DIPSIVM ARGOS *appellatam ait. Conſule Pintiani Caſtigationes in Plinium, lib. 4. cap. 5. Vide* PYLVS.

CORYPHE κορυφη, *id eſt, vertex, mons ſic dictus, Gangi fluminis finitimus, vt tradit Plutarchus, de Montibus. Eſt quoque mons Syriæ, inter Antiochiam & Berrhoeam, Theodoreto in vita Euſebij.* CORYPHÆVS *hic eſt Polybij. Eſt etiam* CORYPHE *Mons, circa Smyrnam: Pauſaniæ 7. Vide* ANATOLE, CORNVA, LIBYA, *&* LECHMIVM.

CORYS, *vide* CORVS.

CORYTHENSES κορυθεῖς, *Tegeatarum curia, in Arcadia. Pauſanias.*

CORYTIOS, *habẽt Bruti Epiſtolæ 58. & 59. In Aſia Propria.*

CORYTVS, *vide* CORITVS.

COS, *nobiliſſima Maris Ægæi inſula ab Halicarnaſſo, vt Plinius eam deſcribit, quindecim mill. paſ. diſtans.* CO κῶ, *Ptolemæo dicitur.* COS, *&* COA, *Straboni.* COOOS, COOS, *&* CEOS, κόωος, κόως, κόος, κὸς, κῶς, κέως, κεῖος, *apud Stephanum ſcribitur: qui quoque eandem* MEROPVM μέροπος, *&* CARIAM καρία, *vocatam prodit. Meropas eam olim inhabitaſſe, Quinctilianus docet. cui ſuffragatur Ant. Liberalis. item Hyginus in Aquila: & Pauſanias 2.* Eliacor. *Plinio auctore etiã* NYMPHÆA *nuncupatur.* Stancon *nominari, ſcribit Bellonius. Volaterranus tamen, Bordonius, & Sophianus eam* Lango *vocant. Hippocratis patria eſt. Celebratur hæc inſula à Theocrito in Thalyſia. Eſt & vrbs huius inſulæ, teſte Ptolemæo & Stephano. hãc Strabo prius* ASTYPALÆAM *nuncupatam, litterarum monumentis prodidit.* COS κῶς, *Aegypti etiam vrbs, apud Stephanum. Hinc adagium puto*

proferri ab Euſtathio: Quem Cos non nutrit illũ nec Ægyptus. *quaſi dicat, cui vrbs vna non ſufficit, ei nec tota huius regio.* COS *etiam foſſa Corinthi, ſic dicta apud Pauſaniam. Vide* CO.

COSA, *in tabula Peutingeriana, Galliæ Aquitanicæ locus, ad quem M. Velſerus dicit ſe nihil compertum habere, niſi* COSSIVM *ſit Auſonij, &* COSA *Ptolemæi. hoc vltimum errore typographico: nam Coſsium* Κόσσιον *apud hunc lego, non Coſa. vide* COSSA, *&* NESSVS.

COSAMBA κοσάμβα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.* Satigan *Caſtaldo.*

COSAS κώσας, *Straboni fluuius Fruſinum alluens in Latio. Hunc hodie* Piſſia *vocari, ſcribit Leander.*

COSCINIVM κοσκίνιον, *vrbs videtur apud Strabonem; Aſiæ Propriæ alicubi. Coſciniam pagum idem habet.* COSCINVS *eſt Plinio.*

COSCYNTHVS κοσκυνθος, *fluuij nomen, in Italia: apud Lycophronem. qui &* EVRIPVS *dicitur, vt annotauit ad eundem Canterus.*

COSEDIA, *vide* CONSEDIE.

COSENVM, *vide* CHVSARIS.

COSETANI, *vide* COSSETANIA.

COSEVDA, *vide* BOSARA.

COSIANA κοσίανα, *caſtellum maritimum, in Palæſtina. Stephanus: ex* 10. *Characis.*

COSILAVS Κοσιλαος, *vicus non longè à Chalcedone videtur, apud Cedrenum, & N. Calliſtum* 12. *cap.* 49. COLAVS κολάος, *habet Sozomenus.* COLAI *fortè apud Proſperum Aquitanicum; vnde hic caput Ioannis Baptiſtæ Conſtantinopolim deportatum ſcribit.*

COSILINVM, *vide* CONSILINVM.

CONSINTVM, *Thraciæ locus, Droſicæ regionis: vt videtur ex Antonino.*

COSITANI. *vide* COSSETANIA.

COSLA, *vide* GLENI.

COSLAVS, *vide* COSILAVS.

COSMEDIVM *littus, circa Thraciam videtur, prope Byzantium fortè, apud Zonaram & Nicetam,* κοσμίδιον, *in Reſponſis Patriarcharum Orientalium.*

COSMOS κόσμος, *Iudææ opidum, Ptolemæo.*

COSOAGVS. *fluuius Indiæ, qui ſe in Gangem effundit. Plinius. Vide* COSSOANVS.

COSOBVS *Campus, Laonico: circa Sauum fluuium videtur. In margine libri erat* CASABVS, *& campus Merulæ, &* Ambſerfeld. *Vide* MERVLÆ *Campus.*

COSSA κόσσα, *vrbs Tuſciæ, in ſublimi colle, poſt Populoniam, deſcribitur à Strabone, Pomponio, Liuio, & Plinio, qui eam Volcienſium vocat.* COSA *apud Antoninum eſt. Ptolemæus* COSSÆ κόσσαι, *habet.* CONSA *etiam vocat Onuphrius, & dicit hodie* Orbetello *nominari.* Lancedona *nunc locus vocatur, vrbs namque interijt, inquit M. Niger.* Aliſidonia *Leander.* COSA, *ſimplici s. alia eſt vrbs Cæſari, in agro Turino: Thurino cũ H. autẽ legendum. Oenotriorum eſt Stephano* κοσσα, *s geminato. Huius Coſſæ meminit Liuius* 24. *& municipium vocat. Cicero in Verrem.* 5. *& quædam exemplaria corruptè Conſa legunt.* Coſano *eſt hodie, Calabriæ regionis; vt docet Gab. Barrius.* COL. IVL. COSSA *eſt in nummo Neruæ Imp. apud Goltzium* COMPSAM *putarim hanc eandem appellari à Ptolemæo, & Paterculo.* COMPSANOSq́; *à Plinio. Vtramque coloniam Romanam factam reperio.* COSSAM *Liuij in Hirpinis, ſiue* COMPSAM *in II. Italiæ regione, Plinij, aliam facit ab his Celſus Cittadinus. cuius verba ad me Roma, hæc: vrbs eſt archiepiſcopalis, ad radices Apennini ſita, in tumulo rotundo quem Aufidus amnis à Septentrione adluit. Nomen antiquum retinet, id eſt* Conſa.

COSSÆI, *vide* CISSI, *&* COSSEA.

COSSEA κοσσέα, *pars Perſidis, Stephano.* COSSÆ *populi, in Mediæ Montem habitantes. Polybio. Diodoro* 17. *Item Plutarcho, in Alexandro. Ptolemæo in Suſiana ſunt, finitima regione. Hi ſunt Vxiis vicini, teſte Arriano, in Indicis, &* 7. *Alexandri.* COSSEA *eſt etiam Thraciæ opidulum, apud eundum Stephanũ. vide* CHVTA *&* CISSIA.



COSSETANIA, *Hiſpaniæ regio, apud Plinium. Vno s.* κοσητανοι, *ſunt Ptolemæo. huius populi,* COSETANI. *In vetuſto marmore* COSITANI *ſcriptum: vt teſtatur Hermolaus ad Plinium.*

COSSI, *vide* CISSI.

COSSINI, *vide* OSTIONES.

COSSINITVS κοσσινίτος, *Thraciæ fluuius. in Abderitarum regionem defluens, & in Biſtonicum ſtagnum erumpens: equos qui inde bibunt rabie inſlammari facit. Ælianus* 15. *cap.* 25. *Animalium.*

COSSIVM κόσσιον, *Vaſariorum in Aquitania opidum, Ptolemæo, & Auſonio.* Bazas *Vineto eſt, inter Burdigalam & Aquas Auguſtas. vide* COSA.

COSSOANVS κοσσόανος, *Indiæ amnis, in Gangem influens. Arrian. in Indicis.* COSDAGVS *Plinij videtur.*

COSSVRA, *vide* COSSYRA.

COSSVS κοσσος, *Stephano Bithyniæ mons. ex Demoſthenis Bithyniacis.*

COSSYRA κόσσυρα, *Ptolemæo vna ex Pelagiis inſulis, inter Africam & Siciliam ſita.* COSSVRA *Verrio Flacco, & Melæ eſt.* COSYRA *Plinius ſcribit* COSVRA. κόσουρα, *Strabo habet. & vacillante ſcriptura, interdum etiam* κόσσουρα, *duplici ss. (Alia eſt ab eius* CORSVRA,) *Gerardus Mercator, Quintinus Heduus, & Fazellus* Pãtalarea *vocant; Leander* Fauagnana, *Niger* Zemolo.

COSTA BALLENE, *Liguriæ locus; apud Antoninum. inter Albingaunum & Albiniminium.*

COSTOBOCI, *Sarmatiæ Europææ populi videntur, apud Capitolinum. in vita M. Aurel. Imp.* COSTOBOCÆ *ſunt Ammiano; Scythæ, circa Daciam, ad Euxinum Pontum.* COESTOBOCI κοιστοβωκοι, *Ptolemæi ſunt. vide* SARMATIA, *&* TOLISTOBII.

COSYRI, *Indica gens, Plinio.*

COSYRVS κόσυρος, *inſula iuxta Selinuntem. item vrbs & fluuius Siciliæ, Stephano. Tres ibi hodie ſunt inſulæ* Tre Fontane *dictæ.*

COSYTE κοσυτη, *Vmbriæ vrbs, apud Stephanum. ex Cteſiæ* 3. *Perigeſeos.*

COTACE κοτάκη, *Ariæ opidum, Ptolemæo.*

COTACENE, *vide* CATARZENA.

COTÆA κωταία, *Armeniæ Minoris regio, Ptolemæo.* CORTÆA *interpreti.*

COTÆNA κόταινα, *Murianæ regionis, in Armenia Minore vrbs, Ptolemæo.* CHOTÆNA *legunt Latina exemplaria.* CHOTENA χωτηνή, *Appiano, in Mithridaticis.*

COTAISIS, *vide* COATAISIS.

COTAMBA κοτάμβα, *Ptolemæo eſt* Perſiæ *opidum.*

COTANNORVM *in Pamphilia (quorum Epiſcopus Acacius) memoria eſt in concil. Epheſino.*

COTENOPOLIS, *Aegypti vrbs. In epiſtola epiſcoporum Ægypti, ad Leonem Aug, quæ exſtat in Conciliorũ opere.*

COTENSII κοτενσιοι, *ſunt Daciæ populi, apud Ptolem.*

COTES, *vide* COTTES.

COTHOCIDÆ κοθωκίδαι, δῆμος, *Heſychius. nihil præterea. Æſchinem rhetorem hinc oriundum faciunt Plutarchus & Ælianus. In Attica puto.*

COTHON κωθων, *inſula ante Carthaginem, in eius portu, Straboni* 17. *Appianus portum vocat. Meminit eius Oroſius* 4. *cap.* 23. *Et Hirtius de bello Africano. Alia eſt inſulæ in ſinu Laconico, apud Plinium. Non longè à Cythera, vt ſcribit Stephanus. Vide* CATHON.

COTHORNIA, *vide* CROTON.

COTHVS, *vide* COTVS.

COTIA *Silua, in Gallia, circa Compendium opidũ. In S. Medardi vita. Huius etiam meminit Turonenſ. & Aimoinus.*

COTIÆ *Alpes, ſunt Agathiæ Apennini tractus, circa Boios. Vide* COTTIÆ.

COTIERI, *vide* SCYTHÆ.

COTILIA *inſula, in Cotiliæ lacu. Feſt. Põpeius. vide* CVTILIA.

COTILIVM, *Phrygiæ caſtellum, Polyæno lib.* 6. *in Alexandro.* COTYLIVM *Sozomeno, & Calliſto, vrbs Phrygiæ, non incelebris.*





COTINAS κοτίνας, *locum circa Bætim, vocat Strabo* 3. *apud quem æs aurumq́; naſcitur.*

COTINVM, *locus apud D. Iuſtinum martyrem. In Marcomannis videtur.* COTINORVM *meminit hic tractu etiam Theodoſius Dionis abbreuiator. vide* GOTINI, *&* CARNVS.

CROTINVSA, *vide* GADES.

COTISCOLIAS, *vide* CVTILIÆ.

COTOMANA κοτομάνα, *Armeniæ Maioris opidum, Ptol.*

COTONIS *inſula, circa Echinadas. Plinius.*

COTRADES κοτράδης, *Iſauriæ vrbs, apud Stephanum. ex* 1. *Iſauricor. Capitonis.*

COTRIGVRI, *Apud Agathiam, Hunnica gens.*

COTTA, *vide* GOTTA.

COTTABANI, *vide* CATTABANIA.

COTTÆ, *vide* SARMATIA.

COTTÆOBRIGA κοτταιόβριγα, *Vettonum in Luſitaniæ Vrbs. Ptolemæus.*

COTTATH, *vide* CATHETHER.

COTTES κώττης, *Ptolemæo;* AMPELVSIA *Melæ. Africæ promontorium, ad Fretum Herculeum eſt.* Cabo Spartelle *Mercatori, & Caſtaldo.* Eſpatto *profert hiſpanus. Apud Plinium Ampeluſia promontorium; &* Cotes *vrbs eſt.*

COTTIA, *Antonino locus Galliæ Ciſalpinæ inter Ticinum & Taurinos. An Cottuta Strabonis?*

COTTIÆ *Alpes, quarum meminere Dion Caſsius, Eutropius, Ammianus, Aurel. Victor, & Suetonius, qui eas* COCTIAS, *& Tacitus* COCTIANAS *appellat, à Coctio earum rege.* COTIÆ κόττιαι, *ſunt Ptolemæo. Iouius & Lupanus eas* Monte Genebre; *Leander* Mont Genis *interpretatur. In ſummitate harum Cottiarum ponit Ammianus duos vertices, vnum cognomine* MARTIS, *alterum* MATRONÆ; *cuius vocabulum caſus feminæ nobilis dedit. Sunt qui has* GOTHICAS, *non ſine librariorum errore, vocant; vt ſcribit Simlerus, qui ex hoc Coctiano regno* Pedemontium *facit. Cottias Volaterranus eaſdem putat cum* PORNINIS: *&* GRAIIS, *de quibus vide ſuo loco. Pro Cotiis apud Ptolemæum nonnulli Scutios, malè legunt.* COTIÆ *Alpes, videntur quoq́; pars Apennini montis, iuxta Liguriam. Procopius* 3. *Gothorum, & Agathias* 2. *Genuam vrbem in Coccis Alpibus deſcribit Luitprandus* 4. *Sed & hoc obſeruandum, P. Diaconum ſub* COTTIARVM *Alpium nomine, Quintam Italiæ prouinciam cõprehendere. in qua vrbes, Genua, Dertona, Sauona, Aquæ, & Bobium monaſteriũ.*

COTTIARA κοττίαρα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.* Cochin, *Caſtaldo:* Calecut, *nonnullis.*

COTTIARIS κοττίαρις, *Sinarum fluuius, Ptolemæo.*

GOTTIMORI, *vide* AVGVSTA.

COTTIS κόττις, *Indiæ intra Gangem opidum. Ptolemæus.*

COTTIVM κόττιον, *Straboni Galliæ Narbonenſis locus. Circa Alpes fortè Cottias. Vbi &* COTTII *Regionem habet. Sic cenſet quoque Caſaubonus.*

COTTOBARA κοττόβαρα, *Gedroſiæ opidum, Ptolemæo. Indiæ intra Gangem, eidem.*

COTTON, CORYLENVS, APHRODISIAS, CRENE, *vrbes Aſiæ Propriæ, apud Liuium* 37. *Circa Ioniam fortè vſpiam.*

COTTONA, *(vt legit Delrio apud Solinum) portus eſt Æthiopiæ; ad ſinum Arabicum.* TOANATE *legit membraneus meus codex. Indiæ regio* COTTONA *eſt Plinio: vnde piper monoxylis lintribus Becaren conuehitur.*

COTTVTA κοττύτα, *circa Ticinum vrbs, Straboni.* COTTII *legit Caſaubonus. vide* COTTIA.

COTVANTII κωτουάντιοι, *Rhætorum gens, apud Strabonem.* Kotting *&* Kochaw *interpretatur Lazius.*

COTVLVS *Mons, Britanniæ inſulæ, circa Doroberniam. aut fallit P. Virunnius.*

COTVS κότος, *Stephano Bœotiæ vrbs. in voce* ἐλευθεραί. κοθος, *legit Aldi codex.*

COTYÆVM κοτυάειον, *Ptolemæo & Plinio, Galatiæ, in Aſia Minori, opidum,* Cutaie *à Leunclauio,* Cute *à Belonio vocari intelligo. Phrygiæ Epicteti quoque vrbs eſt apud Strabonem, & Ptolemæum.*



COTYALIVM, *circa Pamphiliam vrbs, Nicetæ.*

COTYLÆVM κοτυλαιον, *Euboëæ mons. Stephanus & Æſchines.*

COTYLE, *vide* CVTILIVM.

COTYLIA, *vide* CVTILIVS.

COTYLIVM, *vide* COTILIVM.

COTYLIVS κοτυλιος, *Arcadiæ mons, Phygaliæ vrbi imminens. Pauſanias.*

COTYLVS κότυλος, *Idæ quidam collis. Strabo.*

COTYNAS κοτυνας, *vrbs nobiliſsima, in agro Reatino. Halicarnaſſ* 2.

COTYORA κοτυώρα, *vulgo nunc* CYTORA κύτορα, *Vrbs Græca, Sinopenſium in agro Tibarenorum Colonia. Xenophon, & Suidas.* CYTORVM κυτώρον, *Stephano, Heſychio, & Ptolemæo eſt.* COTYORVM *Plinio.* Caſtelle *nunc vocari, ait Niger. In Paphlagonia eſt.*

COTYRGA κότυργα, *Ptolemæo Siciliæ mediterranea vrbs. Simlerus æſtimat eam* CORCONIANVM *ab Antonino dici, Vide* MANSIO.

COTZIANVM, *Phrygiæ ciuitas, Iornandi: libro Succeſsionum regnorum.*

COVGIVM κουγιον, *Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, in Vacceis. Ptolemæus.*

COVNOS, *vide* TOLIAPIS.

COVMADENI κουμαδηνοί, *Corſicæ populi, Ptolemæo.*

COVTHA κουθα, *Indiæ vicus videtur apud Ælianum* 16. *Animal. vbi aridos piſces capris, in ſtabulis comedendos obijci, ſcribit.*

COZALA κοζάλα, *Armeniæ Maioris opidum. Ptolemæus.*

COZERIMI, *vide* MESVGA.

COZISTRA κοζίστρα, *Ciliciæ præfecturæ, in Cappadociæ vrbs, apud Ptolemæum. Per* Y. *in prima ſcribũt eius interp.*

GRABASIA κραβασία, *Stephano Iberiæ opidum. Europæ videtur. Crabaſiæ iugi meminit Sex. Auienus in Hiſpania Tarraconenſi.*

CRABRA *Aqua, cuius Frontinus meminit, & Cicero lib.* 17. *legis Agrariæ. Territorij Romani fluuiolus eſt, quem hodie* La Murana *vocant.* Maranella *autem nominat Lucas Petus, lib. de Menſuris Romanis.*

CRACCVRIS *Antonino, & in alio codice* CROACVLIS. *in itinere A Iturica Tarraconem. Simlero idem cum* GRACCVRIS *videtur.*

CRACINA, *Pictauienſis inſula. Greg. Turonenſis, Hiſtoriar.* 5.

CRADE κράδη, *Cariæ vrbs. Stephano: ex Hecatæo.*

CRADEMNA, *vide* AMPHIPOLIS.

CRAGAVSA, *vide* RARASSA.

CRAGVS κράγος, *Ciliciæ mons, ſiue petra præceps ad mare, Melæ & Stephano.* ANTIOCHIAM *ad Cragum, habet hoc loco Ptolemæus. Sed &* CRAGVM *vrbem quoque habent hic Euſtathius, & Strabo. Videtur quoque fluuij nomen, apud Stephanum, ex Panyaſo. Vide* CHIMERA, *&* TAVRVS.

CRALA, *vide* MORABVS.

CRAMBE κράμβη, *vrbis nomen, circa Lydiam videtur, cui palus vicina eſt. teſte Suida, in voce Moxus. Vide* CAMBRE.

CRAMBONIDES *populi. Goltzius ex Hadriani nummo legit* κοινον κραμβωνιδων,

CRAMBVSA κράμβουσα, *inſula eſt Ciliciæ, circa Calycadnum fluuium, & Corycum promontorium, Ptolemæo, Straboni, & Plinio. Circa Seleuciam Iſauriæ deſcribit eam Stephanus. Eſt & vrbs Lyciæ, inter Olbiam & Sacrum promontorium, Straboni.*

CRAMBVTIS κράμβουτις, *Aegypti opidum, apud Stephanum.*

CRANE Κρανάη, *inſula Peloponneſica: Homero, Straboni, Orpheo, & Pauſaniæ, è regione Gytheo. Sunt qui* CYTHERAM *putant, apud Euſtathium in Γ. Ιλιαδ. vide* HELENA.

CRANAI, *vide* ATHENÆ.

CRANAOS, *Cariæ opidum, Plinio.*

CRANDA, *Æthiopiæ ſub Ægypto opidum.* Plinius.

CRANE κρανη. *Arcadiæ vrbs, vbi abietes plurimum naſcuntur. Theophraſtus 4. Hiſt. Plantar. cap. 1.*

CRANIA κράνεια, *Ambraciotarum regio, Stephano, Mons Ætoliæ, Plinio.*

CRANII, *vide* NESIOTÆ.

CRANIDES, *vide* CRENIDES,

CRANITÆ κρανιτῶ, *montes, à coruorum frequentia, ſic dictos, habet Zonaras 2. apud Samnites. vide* CORNICLI.

CRANIVM κρανειον, *cupreſſorum nemus eſt, ante Corinthum. Pauſanias. Laertius in Diogene, gymnaſium dicit. Meminit huius quoque Lucianus in Dialogis: & Theophraſtus 5. de Cauſſis Plantar.*

CRANNON, *vide* CRANON.

CRANOE, *vide* CRONEA,

CRANON κράνων, *Plinio, Valerio, Galeno, & Stephano, Theſſaliæ vrbs, in Campis Pharſalicis.* EPHYRA ἔφυρα, *ab Homero dici, ſcribit Stephanus.* GRANON *per* G. *eſt apud Quinctilian. 11. cap. 11. Geminato* NN. CRANNON *eſt apud Liuium 42. Circa Sycurium. Hodie* Ceres *vocatur, Bellonio. Eſt &* CRANON *quoque Athamaniæ vrbs Stephano.*

CRANTIA κραντία, *Hiſpaniæ ciuitas maritima: vbi Varus à Didio nauali prœlio ſuperatus fuit. Dion. 43. Locum corruptum cenſet Moralis, &* Carteia *legendum ducit.*

CRAPATHVS, *vide* CARPATHVS.

GRASERIVM κρασέειον, *Siciliæ regio. Stephanus.*

CRASIS κρασις, *eſt apud Xenophontem ad finem 5. hiſtoriæ Græcor. ſed* κρευσις *legendum docet Lewenclaius. In Attica locus eſt.*

CRASO *vrbs, circa Obſicium videtur, in Hiſtoria Miſcella 22. In Phrygia eſt, vide* CRASSOPOLIS.

CRASOS, *vide* CRASSOPOLIS.

CRASPEDITES *Sinus, Bithyniæ, ad Propontidem videtur, apud Plinium.*

CRASSOPOLIM κρασσόπολις, *vrbem habet Galenus, inter eas quas zeiam producere tradit. Lib. 1. de Alimentor. facultatibus. Circa Phrygiam puto.* CRASO *fortè Phrygiæ vrbs, de qua in Miſcella hiſtoria 24.*

CRASTIS, *vide* CRASTVS.

CRASTVS κράσος, *Siciliæ vrbs, Stephano. Epicharmus hinc oriundus, teſtis Suidas.* CRASTIS κράσις, *Herodoti credo, quam circa Sibarim deſcribit, in Terpſichore. Hãc enim Italiæ partem video à Stephano interdum Siciliæ nomine indigetari.*

CRATAS, *vide* NEBRODES.

CRATEA, *vide* FLAVIOPOLIS, & CRATIAS.

CRATER, *vide* PHLAGVSA, MATVSIVM, & BAIANVS *Sinus.*

CRATERAS *villa, ab Antiochia viceſimo & quarto diſiungitur lapide. Ammianus. In Syria eſt: vbi Apollinaris Meſopotamiæ rector occiſus.*

CRATERES, *vide* PALICI,

CRATERII *Portus, qui eſt terræ Phocaidis, in Æolide. Thucydides ad finem 8. Crater Higini fortè. de quo in* MATVSIVM.

CRATERVS, *pars ſiue arx Troezenæ, in Peloponneſo videtur, apud Frontinum 3. Stratag. 6.*

CRATES, *vide* ORATES.

CRATHIS κρᾶθις, *Brutiorum in Italia flumen, Theocrito.* CRATEIS *Plinio. Siciliæ dicit Euſtathius in Dionyſium. eúmque apud Sybarim ſiue Thurium fluere ſcribit.* Gratti *vocatur Leandro Alberto.* CRATHIS *quoque Peloponneſi in Achaia circa Ægas fluuius eſt, apud Strabonem, Pauſaniam, Euſtathium, & Herodotum lib. 1. à quo flumen Italicum, nomen ſuũ accepiſſe addit. Sed & montis nomen eſt in Arcadia; vnde hic fluuius oritur, Pauſania auctore. vide* SICYON.

CRATIAS κρατειας, *Honoriadis opidum: in Authenticis. & Epheſino concilio* III. *Ponti credo.* CRATIA *fortè Porphyrogennetæ.*

CRATINOPOLIS, *ciuitas Epiſcopalis, in Mauritania Cæſarienſi, teſtis Vict. Vticenſis.*



CRAVALIDÆ, *vel* CRAVGALIDÆ, *Phocidis regio; Prope Cyrrham. Suidas.*

CRAVGIÆ, *Peloponneſi inſulæ duæ, Spiræo promontorio obiacentes.* Plinius.

CREBENNORVM κρεβέννων, *turis, meminit Auſonius, epiſtola 18. & 20. In agro Bigerritano, vt putat Vinetus.*

CREFENNÆ, *Scandiæ populi ſunt Iornandi:* SCRITIFINI *Procopio: &* SCRICTOFINNI *Diacono. Hodie* Scricfinner *appellari autumo, atque à fabuloſa antiquitate* HIPPOPODES. *vide* FENNI.

CREIVS κρεῖος, *Argiæ mons. Scholiaſtes Callimachi. vide* CREOPOLOS, & CRIVS.

CREMA *Prouincia, &* CYRENARVM. *ſic in Goltzij Theſauro; ex vetuſtæ inſcriptione.*

CREMASTE, *locus circa Antandrum eſt: Xenophonti 5. Græcor. vide* LARISSA.

CREMÆ κρέμμ, *Ponti vrbs, Stephano: ex Phlegonte* CREMENSE *fortè Plinio 4. cap. 12.*

CREMERA, *Liuio & Ouidio,* Etruriæ *fluuius, clade Fabiorum inſignis.* κεεμερα *eſt apud Diodorum 11. Volaterranus putat eum amniculum eſſe, qui hodie vicinus Primæ Portæ, quinto ab Vrbe lapide viſitur. Huius accolæ etiam ſeriò à me interrogati, non aliud nomen huic quam* Foſſa *dedere. Quidam exiſtimat eum eſſe qui ex lacu di Baccano dicto, oriens, in Tiberim ſe exonerat ad pagum Varca: vnde ille etiam* Varca *nomen ſortitur. idem alibi dicit quoque* Iſola *dici à pago illi inſidente. Pyrrhus Ligorius haud infimæ in antiquitatis Romanæ peritiæ, auctoritatis, putat hunc fluuiolum quem hic deſcribimus,* TVRIAM *ſiue* TVTIAM *Stij eſſe.* Κρεμέρα, *etiam caſtellum in tumulo quodam, ſic dictum à flumine Cremeræ, cui inſidet, Halicarnaſſeo 9. Veientum eſt.*

CREMISSVS, *vide* CRINISVS.

CREMMYON, *vide* CROMMYON.

CREMNA κρεμνα, *Lyciæ vrbs videtur apud Strabonem 12. Piſidiæ Colonia in Pãphilia, eſt Ptolemæo. vide* CRYMNA.

CREMNI κρημνι, *emporium paludis Mæotidis, circa Tanaim fluuium. Herodoti Thalia.* κρήμνος *Ptolemæo: cuius interpretes* CNEMA, *malè legunt.*

CREMNIA, *vide* GORTYNA.

CREMNISCOS, *opidum circa Iſtrum, in Sarmatia. Plinius. Vbi alia exemplaria* CREMENSE, & CRENE *legunt.*

CREMONA κρεμωνα. *colonia. Cenomanorum, ſub Venetis, Ptolemæo & aliis. Nomen hactenus retinet.*

CREMONE, *circa Salonem Dalmatiæ vrbem. habet Procopius, 1. Gothor.* GRONA *apud Witichindum eſſe, credit Lazius.*

CREMONIS *Iugum, Alpium pars, qua nonnulli putant tranſgreſſum Annibalem. Circa Lebuos Gallos tractus eſt, Liuio 21. Hunc locum* Διοδος Αννιβα, *i.* TRANSITVS ANNIBALIS *vocari, ſcribit Appian. in Ibericis. vide* PENNINVS..

CRENÆ, *vide* FONTES.

CRENE, *vide* COTTON, & CREMNISCOS.

CRENI, *vide* PHRYGIA, & AVLOCRENE.

CRENIDES κρηνιδες, *Bithyniæ locus, ad Pontum Euxinum; Arr. in Periplo. Fortè* CRANIDES *per* A. *in prima, Stephani. ſed idem tamen* κρηνιδες *quoque habet circa Heracleam Ponti. Eſt etiam Siciliæ vrbs, Stephano. quam ſcribit poſtea* PHILIPPOS *nominatam, à Philippo. Hoc Appianus & Diodorus de Philippis Thraciæ tradunt. Alterutrum falſum videtur. Vide* PHILIPPOS.

CRENTIVS, *vide* GRENTIVS.

CRENVM, *locus Thraciæ videtur; apud Glycæ continuatorem. Circa Berrhoen Macedoniæ, ex Niceta. Nouum fortè vocabulum. aut potius Philippi vrbis ſynonymon.*

CREON, *Leſbi inſulæ mons. Plinius.*

CREONES, *vide* CERONES.

CREONIVM κρεώνιον, *Daſſaretidis vrbs. Polybius 5. Ad Lychnidum lacum.*

CREOPHAGI κρεωφάγοι, *Æthiopiæ ſub Ægypto populi, glandes mutili, & mulieres eorum Iudaico more excisæ. quos ideo* COBILOS, *i. mutilos, vocant. Strabo: item Herodoti Thalia. Interpres Latinus autẽ vertit appellatiuè.*



CREOPOLVS κρεόπωλος, *mons in Peloponneſo, Straboni.* CREIVM *Callimachi putat H. Stephanus.*

CREPEDVLENSIS *epiſcopi in Africa, meminit Vict. Vticenſis Fragmentum.* CREPVRVLENSIS *eſt Collationi Carthaginienſi.*

CREPSA κρέψα, *Ptolemæo Apſari inſulæ vrbs, quæ hodie* Cherzo. *Fortè eadem cum Plinij* CREXA.

CREPSTINI, *ponuntur circa Rheni oſtia, in Tabula quadam vetuſta Peutingeri. vt teſtis eſt B. Rhenanus.*

CRESA κρῆσα, *Doridis regionis, in Aſia Minori vrbs, Ptolemæo.* CRESSA *Plinio.* Porto Mılfetan *Sophiano teſte.*

CRESIVM κρήσιον, *Cypri vrbs, Stephano. ex Theopompo.*

CRESMIENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.*

CRESIVS κρήσιος, *collis in Arcadia. Pauſanias. Vide* CRESA.

CRESSA κρῆσσα, *Paphlagoniæ vrbs, apud Stephanum.*

CRESSOPOLIS, *vide* CRETOPOLIS.

CRESSVM *caſtellum, circa Meſopotamiam alicubi videtur. G. Tyrius.*

CRESTON κρήσων, *Thraciæ vrbs eſt Stephano. Eius meminit quoque Herodotus. Creſtoniæ regionis credo. Sed vide* THRACIA.

CRESTONIA, *vide* GRESTONIA.

CRETA κρήτη, *Ptolemæo Maris Mediterranei inſula, Iouis incunabulis, & centum vrbibus quondam clara. Hodie* Candia *vulgò dicitur. Sic quoque in Concil. Chalced. Hæc olim etiam* AERIA, CVRETIS, MACAROS, & MACARONESOS *dicta fuit, ab aëris temperie, teſte Plinio, & Solino.* HECATOMPOLIS *quoque Euſtathio;* IDÆA, & CHTHONIA *item Stephano.* TELCHIONIA *etiam à Telchinibus, vt habet Gyraldus.*

CRETEA κρητέα, *regio Arcadiæ, circa Lycæum montem: in qua incolæ Iouem educatum credunt, non autem in Creta inſula. Pauſanias.*

CRETEÆ, *ſic dictæ aliquot inſulæ, contra Liburnos: vt prodit Plinius.*

CRETENIA κρητηνία, *locus Rhodi; apollodoro 3. & Stephano, qui addit ſupra Creteniam Atabyrios montes eſſe.*

CRETHOTE κρηθωτη, *Helleſpontica vrbs, in Thraciæ Cherſoneſo, Straboni, Stephano, & Plinio; qui* CRITHOTE *legit. Apud Suidam quoque* κειθωτη *eſt. dicítque eam ab Athenienſibus habitatam, qui cum Miltiade illuc profecti erant. Eſt & Acarnaniæ promontorium: Strabone & Stephano teſtibus.*

CRETINEORVM *regionem, circa Epheſiam, habet Parthenius in Eroticis cap. 5.*

CRETOPOLIS κρητῶν πόλις, *Pamphyliæ eſt vrbs, apud Diodorum lib. 18. & Polybium 5. Cretopolis etiam legitur apud Ptolemæum, Latinè: in Græcis verò codicibus* CRESSOPOLIS κρησσόπολις *eſt.*

CREVS, *vide* CREIVS.

CREVSA κρέουσα, *Bœotiæ opidum Liuio, & Ptolemæo; Theſpienſium Nauale, vt Strabo ait. cui quoque* CREVSIA *eſt.* CREVSIS *Stephano.* Liuadia *Mario Nigro vocari lego.*

CREVSIS, *vide* CRASIS.

CREXA, *Illyrica inſula, Plinio. vide* CREPSA.

CRI Κρῖ, *loci nomen, ſed decurtatum, apud Homerum: vt habet Strabo 8.*

CRIALON, *Ægypti vrbs, Plinio.*

CRIDINVM, *videtur fluuius circa Sogdianã: apud Plin.*

CRIENTO, *fluuij nomen; in vita S. Vedaſti. Circa Arteſiam fortè.*

CRIMESVS, CRIMISIVS, & CRIMISVS, *vide* CRINISVS.

CRIMISA κρίμισα, *Straboni Lucanorum vrbs eſt iuxta Crotonem & Thurium. meminit eius Stephanus & Lycophron, qui eam Oenotriæ tribuit, & apud quem duplici* SS. κρίμισσα, *ſcribitur: In Calabria eſt, & hodie* Ciro, *ſiue* Cirra *dicitur, Gab. Barrio auctore. Hanc eandem tradit ab Antonino* PATERNVM *vocari.* CRIMISA *huius loci etiam fluuius dictus eſt apud Stephanum; nunc* Flumica, *eodem Barrio teſte.*



CRINISVS *Virgilio, Siciliæ fluuius,* S. Bartholomæo *hodie nuncupari, auctor eſt Fazellus. ſed* Freddo *dicit idem, alio in loco. vltimum mihi veroſimilius.* CRINISVS *apud Aem. Probum eſt. Eundem eſſe cum* CRIMESO κρίμησος, *cuius Plutarchus meminit, in vita Timoleontis, putat Xylander, & melius per* M. *quàm per* N. *& per iota quàm per eta ſcribi, dicit.* CRIMISOS κριμισός, *per* M *&* I *vbique habet Halicarnaſſeus lib. 1. Diodorus quem excudit H. Stephanus, lib. 9. legit* κρημισσος, *& in margine* κρινισσος. *Ælianus de varia hiſtoria* κρίμισσος, *duplici* σσ *habet.* κρίμισσος *legit Antigonus in ſuis Mirabilibus.*

CRINIVOLVM, *vide* ARIENATES.

CRINNISSAM *inſulam, habet Germanicus Cæſ. in Aratum. in qua refert Arietem Neptuni F. in ouem mutatum.* CRINNISA *vno S. habet alius codex.* CRIVNESVS *(id eſt Arietis inſula) fortè ſcribendum.*

CRIOA κριῶα, *Antiochidis tribus vicus, Steph. & Suidas. Polyeucti. Crioenſis meminit Demoſthenes aduerſus Phænippũ.*

CRIOTHEVS κριοθεύς, *tribus Antiochidis gẽs. Heſychius.*

CRIPHIVM, *vide* MELENÆ.

CRISE, *inſula iuxta Cretam, Pomponio. Vide* CHRYSA.

CRISEORVM *opidum, habet Frontinus. quod ſtratagemate captum à Cliſthene Sicyone tradit. lib. 3. cap. 7.* CYRRÆORVM *videtur legendum, ex Polyeni 6. in Amphyctiones.*

CRISPÆ, *ſiue Ad Criſpas, Mauritaniæ Cæſarienſis locus, Antonino.*

CRISPIANA, *Antonino Pannoniæ vrbs.*

CRISPITIA, *Daciæ Ripenſis vrbs. lib. Notitiar.*

CRISPOLINORVM, *vide* VESONTIO.

CRISSA, *Phocidis vrbs: cuius incolas* CRISSAGOROS *nominat Homerus, in Hymno Apollinis. vide* CIRRHA, & ANGITVLA.

CRISSÆVS *ſinus, pars ſinus Corinthiaci. vide* CORINTHIACVS *Sinus.*

CRISTONEI κρισωνέοι, *populi vicini Scythis; Stobeo. quos ait vxores cum mortuis maritis comburere.*

CRITALIS κρίταλων, *Cappadociæ opidum, Herodoto.*

CRITAMA, *locus in Aſia Minori videtur, apud Metaphraſten, in S. Ioannicio.*

CRITENSI, *ſunt Æthiopiæ ſub Ægypto populi, Plinio.*

CRITERIVM Κριτήριον, *in Peloponneſo pagus. Pauſanias in Corinthiacis.*

CRITHEA, *Thraciæ Cherſoneſi vrbs mediterranea, in Ptolemæis Latinis. Huius meminit quoque Hermolaus.*

CRITHEIS, *fluminis nomen fortaſſe: apud Imagines Philoſtrati, in Melete.*

CRITHOTE, & CRITOTHE, *vide* CRETHOTE.

CRIV METOPON κριοῦ μέτωπον, *id eſt Arietis frons, Cretæ inſulæ promontorium, apud Melam, Ptolemæum, & Dionyſium Afrum.* Cabo Leone, *Pineto.* S. Iani, *Dominico Nigro dicitur. Vide* ARIETIS *Frons.*

CRIVNESVS, *vide* CRINNISSA.

CRIVS κριός, *Municipium Atticæ eſt, apud Suidam. Fluuius Achaiæ, Pauſaniæ; oriens ex montibus qui ſupra Pellenen ſunt. ad Ægyras in mare defluit. Locus quoq; vbi Tarentinorum metalla. teſtis Heſychius. Vide* CREIVS.

CRIXIA, *Antonino Italiæ vrbs, in Liguria.* Croſera *Simlero.*

CROACVLIS, *vide* CRACCVRIS.

CROBIALVS κρωβίαλος, *opidulum iuxta Pontum in Aſia. Val. Flacco 5. Apollonio 2. & ex eo Stephano. Lexicon Phauorini ſcribit Strabonem eius quoque meminiſſe. Vide* COBILVS.

CROBYLE κρωβυλη, *Thraciæ vrbs videtur apud Demoſthenẽ, in Philippi epiſtola ad Athenienſes. Fortè eadẽ cũ Crobialo.*

CROBYZI κρωβύζοι, *Plinio ſunt gẽtes vltra Axiacen fluuium. Thracum populi ſunt apud Athenæũ 12. cap. 17. & apud Herodotum in Melpomene. Stephano ſunt circa Iſtrum, Meridiem verſus. & Crobyzica eorum regio vocatur. Myſiæ Inferioris populi, ſunt Straboni, & Ptolemæo.*

CROCALA κρόκαλα, *inſula arenoſa, circa Indi fluminis oſtia. Plinius, & Arr. de Indicis.*

CROCEA κροκέα, *Laconica vrbs vel vicus. Pauſanias, & Stephanus.*

CROCIATONON κροκιατώνων, *Venelorum in Gallia Lugdunenſi vrbs, Ptolemæo* CONSTANTINA CASTRA *videntur apud Amm. Marcellinus. Hoc Crociatonon habet M. Velſerus pro* CARACOTINVM *Antonini, &* CROVCIACONNVM *Peutingeri tabulæ.*

CROCIVS κρόκιος, *Theſſaliæ campus, propè Thebas Phthiodis, per quem Ambryſus fluit. Strabo.*

CROCOCALANA, *Angliæ vrbs, Antonino.* CROROLANA *quoque, Simlero.* Ancaſter *apud Camdenum interpretatur.*

CROCODILORVM *Ciuitas,* κροκοδείλων. *Ægypti vrbs, Ptolemæo. in Thebaide, Aliam videntur Strabo, Diodorus, Herodotus, & Stephanus deſcribere, circa Mœriden paludem.* CROCODILORVM *Littus, circa montem Libyæ, habet D. Auguſtinus de Ciuitate Dei 8. cap. 26. vbi Aſclepium ſepultum dicit, eundem locum puto.* CROCODILOPOLITES *Nomus apud Plinium.*

CROCODILVS, *Plinio Ciliciæ mons. Dom. Niger ſcribit promontorium eſſe; & hodie ab incolis* Caibo *appellari. Idem Plinius dicit* CROCODILVM *opidum Phœniciæ fuiſſe; & flumen adhuc eſſe. Vide* ARSINOE.

CROCONIS *Regia, in Attica. Pauſanias.*

CROCOTVS κροκωτός, *campus circa Demetrium Theſſaliæ, habet Stephanus.*

CROCYLEA, *Plinio inſula circa Zacynthum.*

CROCYLIA κροκύλεια, *Acarnaniæ locus. Homerus, & Strabo 8.* CROCYLIVM *Thucydidi 3. eſt.*

CROCYLIVM, *pars Ithacæ eſt, Stephano. ſic quoque Euſtathio, qui eius primam partem* MESEMBRIAM, *&* THALASSIAM: *ſecundam* NEIVM: *tertiam* CROCYLIVM: *& quartam* ÆGIREAM *vocat. vide* DEMOS, *&* CROCYLIA.

CRODAMNVM, *locus natalis Antoninæ martyris, vt teſtatur Metaphraſtes in huius vita. Situm ignoro.*

CRODVNNVM, *locus circa Tholoſam: Ciceroni, pro M. Fonteio. Vno N. legendum fortè, ſono magis Gallico. In Dunum enim terminantia locorum vocamina Gallica multa, paſſim in hoc Theſauro.*

CROINOS κροῖνος, *Aſiæ Minoris locus, apud Conſtantinum Porphyrogennetam.*

CROIS κρωΐς, *Arabum vrbs, Stephano, ex Hecatæo, in verbo* Κρως.

CROITES, *vide* CROS.

CROMITIS κρωμῖτις, *regio, in Peloponneſo, ſupra Alpheum. Pauſanias 8.*

CROMMYONESVS, *inſula ante Smyrnam. Plinius.*

CROMMYON κρομμύων, *Cypri inſulæ promontorium, Straboni & Ptolemæo.* Cornachietto *vocat Gerardus Mercator. Huius meminit quoque Cicero, in Epiſtolarum lib. 12. Stephanus habet Libyæ vrbem: & aliam iuxta Aſcalonem. Videtur quoque locus in Attica, Xenophonti 4. Græcorum. In agro Corinthio videtur, apud Diodorum 12. & Thucydidem 4. Ibidem quoque Straboni & Pauſaniæ eſt, ſed per ω & υ κρωμμυων. Plinio & Stephano* CREMMYON Κρεμμύων *eſt.*

CROMNA κρῶμνα, *Peloponneſi vrbs, Stephano. Theſſaliæ, Heſychio, Vide* AMASTRIS.

CROMNVM κρῶμνον, *opidulum Peloponneſi, haud procul à Megalepoli: Athenæo 10. & Xenophonti 7. Græcorum. Fortè Cromna Stephani.*

CROMNYON, *vide* CROMMYON.

CROMONVM, *Fori Iulij caſtrũ, Sigonio 2. de Regno Italiæ.*

CROMPI κρωμπο, *locus, circa Byzantium aut Seruiam videtur, in Sanctionibus pontificiis Impp. Orientalium.*

CROMVM κρῶμον, *Arcadiæ opidum, Pauſaniæ: cuius rudera adhuc oſtendi in agro Cromio ſcribit.*

CROMYVSA κρομύουσα, *Iberiæ inſula. Stephano, ex Hecatei Europa.*

CRONEA, *promontorium Aſiaticæ Sarmatiæ, quo ſuper-*



*cilium arduum tenent Toretæ: ad Euxinum mare. Plinius. Alius codex* CRANOE *legebat.*

CRONIA, *vide* BITHYNIA.

CRONII κρόνου, *i.* SATVRNI *tumulus ſic dictus ad portum Nouæ Carthaginis. Polybius 10. Vide* FANVM.

CRONIVM κρόνιον, *Ptolemæo Peloponeſi mons, quem Dom. Niger* Greaenos *vocat. Prius* CTVROS κτῦρος *dicebatur, ſi creditur qui ſcripſit de Fluminibus & Montibus, Plutarcho. Gemiſtus eum quoque* TZACONIAS τζακονίας, *appellat.* CRONIVM *vrbs in Elide, Diodoro 15. & Homero in hymno Apollinis, ſed per ε in prima. Tumulum & rupem Cronium, habet ibidem Pauſanias, Pindarus in Olympicis: item Halicarnaſſeus 1. qui habet collem in agro Piſano, propè Alpheum fluuium. Vrbem Siciliæ, quam ſcribit captam ab Amilcare, Polyænus. Item locus in Sicilia, Diodoro 15. Vide* CAPITOLINVS.

CRONIVM *Mare, id eſt,* SATVRNIVM, *&* MORTVVM *dicitur Orpheo & Dionyſio Alexandrino auctoribus, Oceanus Septentrionalis, qui Aſiam alluit.* SARMATICVM *vocant Ouidius, & Ptol.* SCYTHICVM *Põponius & Plinius.* Drobaſaf *video à Caſtaldo, & Porcacchio nominari. Vide* HADRIATICVM, *&* IONIVM.

CROPHI, *vide* MOPHI.

CROPIA κρωπία, *Leontidis tribus vicus. Stephanus.*

CROROLANA, *vide* CROCOCALANA.

CROS κρῶς, *Ægypti vrbs, &* CROITES κρωΐτης, *Nomus: Stephanus.*

CROSII Κρόσιοι, *ſtatores, ſunt apud Pollucem, an à loco? non puto. nam idem infra* κροισιοι *ſcribit τὰ Crœſo rege Lydorum potius, ni fallor.*

CROSSA κρόσσα, *Stephano ad Pontum vrbs.*

CROSSSÆA κροσσαίη, *Græciæ regio; cuius vrbes recitat Herodotus Lipaxũ, Combream, Liſas, Gigonũ, Campſam, & Smilam. In confinibus Thraciæ & Macedoniæ omnes.*

CROTALVS, *Locrorum in Italia fluuius. Plinius.*

CROTON κρότων, *Tyrrheniæ eſt vrbs, Stephano,* CORTONA *Ptolemæo. Vmbriæ vrbs eſt, Halicarnaſſeo, lib. 1. quæ poſtea* CORTONIA *vocata fuit, vt vertit Gelenius, ſed* COTHORNIA κοθωρνία, *habet codex Græcus, ab Roberto Stephano excuſus.* CORTONA *colonia eſt Liuio, Nomen* Cortona *retinet. Ptolemæo* CROTON *Magnæ Græciæ vrbs, ad Sinum Tarentinum.* Crotone, *adhuc hodie, Leandro teſte. Eadem* LAVRA *dicta fuit, teſte Iſacio Tzetza. Tres huius nominis Crotonis vrbes facit Stephanus. ipſe videat. Idem habet* CROTONEM *montem, vnde Axius amnis defluit. In Macedonia. Vide* CYRTONIVS.

CROTONIADIS *Mollia,* μαλακὰ τῆς κροτωνιάδος, *locus à Troia diſtans centum viginti ſtadiis. Ariſtoteles in Mirabilibus.*

CRVCINIACVM, *ad Nauam fortè locus: auctore monacho, qui Francorũ annales deſcripſit.* Kreutznach *vulgo.*

CRVMERVM ASAVM, *Pannoniæ inferioris, Antonino, cui* LEGIO I. ADIVTRIX *quoque.* Comoru *inſula, vt Simlerus opinatur.*

CRVNI κρουνοι, *vrbs & fluuius ignobilis Peloponneſi, inter Pylum & Chalcim Strabo. & Homerus, in Hymno Apollinis. vbi incolas* CRVNIOS *vocat.* CRVNVS Κρουνος *eſt Pauſaniæ. vide* DIONYSOPOLIS.

CRVNISOS, *Siciliæ ciuitatis Atilac. Sic Vibius. pro* CRINISVS. *Quid ſit Atilac, ignoro.*

CRVNIVM, *vide* CRONIVM.

CRVNOS *Portus, vide* DIONYSOPOLIS.

CRVNVS, *vide* CRVNI.

CRVPTORICIS *Villa, Friſiorum, Tacito. hodie* Crupſwolde *dicitur, vicus vnico milliari diſtans ab vrbe Groninga. Hoc mihi Hieronymus Verrutius Friſius.*

CRVSA, *Doridis inſula, in ſinus Ceramico, apud Plinium.*

CRVSÆI, *vide* CRVSIS, *&* CHERSONESVS. *Thraciæ.*

CRVSIS κρουσὶς, *pars Mygdoniæ eſt Stephano: cuius etiam meminit Thucydides 2. Halicarnaſſeus 1. habet* CRVSÆOS κρουσαίους, *populos. circa Pallenen Thraciæ.*

CRV-



CRVSTOMERIA, *vide* CRVSTVMERIVM.

CRVSTVMERIVM *habet Plinius, in Prima Italiæ regione, inter clara (vt inquit) Latij opida. Hanc Albanorum coloniam vocat Halicarnaſſeus: atque eam haud procul ab Vrbe in Sabinis locat: vt quoque Liuius: ſed hic eam inconſtanti ſcriptura* CRVSTVMINVM, CRVSTOMERIVM, *&* CRVSTOMERIA *nominat. Infra Vrbem fuiſſe, ex Plinio conijcio: quia ait Tiberim fluuium Veientem agrum à Cruſtumino dirimere. Gentile ab ea Cruſtomerinos facit Halicarnaſſeus: Cruſtuminos Liuius: & Cruſtumeros Virgilius. Eſt qui* Palumbara, *&* Monte Ritondo *interpretatur. Sed &* CRVSTVMINVM *in Tuſcia fuiſſe, docet Plinius his verbis, Cruſtumenus ager veteris opidi nomen retinet in Tuſcia. Ad eandem puto pertinere hæc Ciceronis pro Flacco verba, in Cruſtumino aut in Capenati agro. A Cruſtumino, Cruſtumina & Cluſtumina tribus formatur à Cicerone, & lapidibus inſcriptis. Caßius Hemina, in Seruio Petri Danielis ſcribit Siculum quẽdam nomine vxoris ſuæ Clutemneſtræ, condidiſſe* CLVTEMNESTRAM: *mox corrupto nomine* CRVSTVMERVM *dictũ. de quo fides ſit penes Grammaticum. Sunt &* CRVSTVMENI *Montes, ex quibus Allia flumen prælto defluit alueo; teſte Liuio. Eſt &* CRVSTVMIVM *flumen, in Flaminia; Plinio & Lucano, item Vibio: qui opidum inde nomen habere inquit. Huius opidi meminit etiam Lucanus 2. cuius Scholiaſtes Sulpitius ſcribit haud procul ab Arimino eſſe. ipſe viderit. Flumen hoc Leander* Conca *nouo nomine indigetat. & opidum Dom. Niger* Catolica. *De Cruſtimino hæc quoque Plinij verba adijcere lubet. In Cruſtumino natum fœnum, ibi noxium, extra ſalubre eſt.*

CRYA κρυα, *Lyciæ opidum, Stephano, Item Plinio, qui hoc Fugitiuorum cognominat.* CARYA *Ptolemæi: &* CAROPOLIS *Stephani: vt credit Hermolaus. Pomponio promontorium eſt. Idem Stephanus habet inſulas Cryeorum, Caryſim & Alinam. Fons eſt Curopalati, circa Cæſaream Cappadociæ.*

CRYANOS, *vide* ERYANNOS.

CRYAPEGA. *locus eſt circa Cappadociam vſpiam. vt videtur apud Zonaram.*

CRYASSVS κρυασσὸς, *Cariæ vrbs; Polyæno, Stephano; item Plutarcho de claris mulieribus; qui hac deleta, nouam* CRYASSVM *extructam dicit, aliam ab illa.*

CRYEON *tres inſulas, habet Plinius. circa Cariam. Vide* CRYA.

CRYMNA, *Lyciæ vrbs. Zoſimus. 1.* CREMNA *Strabonis.*

CRYMNOS, *vide* GRASVS.

CRYNIS, *Bithyniæ fluuius, apud Plinium.*

CRYON, *Aſiæ Minoris fluuius, in Hermum defluens, Plinio.* κρύων, *promontorium habet Lycophron. quod Iſacius huius Scholiaſtes circa Lacinium, aut ipſum Lacinium putat.*

CRYPTA NEAPOLITANA, *ſic eam vocat Seneca, Epiſtolarum lib. 7. Epiſt. 55. Eius meminit quoque Strabo lib. 5. Via manufacta eſt, ſub monte Pauſilipo, qua itur Cuma Neapolim. Mille paſſus in longitudinem protenditur; duodecim pedes lata, & totidem alta eſt, vti eam deſcribit Leander.* Grotta di Neapoli *vulgo vocant. Alia huius ſynonima vide in* CIMMERII.

CRYPTVS κρυπτὸς, *Arabiæ Felicis portus, apud Ptolemæum. Æginæ inſulæ, apud Pauſaniam. vide* CYPRVS.

CRYSAS, *vide* CHRYSAS.

CRYSSA, *Troadis opidum fuit. vt teſtatur Plinius.*

CRYSTALLVS, *vide* THERMODON.

CTEMENÆ κτημέναι, *Eſtiotidis Macedoniæ regionis vrbs, Ptolemæo & Apollonio. ſed* CTIMENÆ *huic, per* I. *in prima.* Griſano *hodie nomen habet, teſte Sophiano. Aliquibus* ITHOME, *&* THAMAS *dicitur, vt Marius Niger perhibet. Ctemenarum incolas, Homerus* DOLOPES δόλοπες, *vocat, vt refert Stephanus, qui eam Theſſaliæ tribuit.*

CTENOS κτένος, *Tauricæ Cherſoneſi portus, Ptolemæo, &*



*Straboni; quem Marius Niger* Saline *vocari ait. Strabo ſcribit olim hic ſalinas fuiſſe.*

CTESIPHON κτησιφῶν, *Aſſyriæ opidum, Ptolemæo, Sozomeno, ceteriſque, tertio à Babylone lapide eſt, apud Martianum. Adi de eodem Greg. Nazianzenum Oratione 4. in Iulianum Imp. Vide* CALANNO.

CTESIVM κτήσιον, *locus in Scyro inſula, aut alibi. Plutarchus in Cimone.*

CTIMENÆ, *vide* CTEMENÆ.

CTISTÆ, *vide* ABII.

CTVROS, *vide* CRONIVM.

CTYLINDRINE κτυλινδρινή, *Indiæ intra Gangem locus, Ptolemæo. qui Dom. Nigro* CATHEA SOPHITIS *Strabonis eſt. Ipſe viderit.*

CTYPANSA κτύπανσα, *Triphyliæ vrbs, apud Strabonem. Sed* τυπανια *pro eo legit ex Stephano, Caſaubonus. Vide* TYMPANIA.

CVA, *vide* COA.

CVACERNI, *vide* QVACERNI.

CVARI, *Straboni Galliæ Narbonenſis populi. Ioſepho Scaligero fluuij nomen videtur. Conſule eundem ad Auſonium 1. cap. 30. vide* CAVARÆ.

CVARIVS, *vide* CORALIVS.

CVBA κοῦβα, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs.*

CVBALLVM, *Gallogræciæ caſtellũ, Liuio. Vide* CYBELLIA.

CVBDENSIS *Plebis, in Africa meminit Coll. Carthag.*

CVBENA κοῦβηνα, *Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo. Per* I. *in media, interpretibus.*

CVBI, *vide* BITVRIGES.

CVBII, *Germaniæ populi, ſunt apud Frontinum 2. cap. 11. Stratagematum. Vbios reponit Stewechius.*

CVBVLTERINI, *Italiæ populi, Plinio. Circa Campaniam.*

CVBVS CANOPI, *locus delicioſus circa Byzantium, in ſuburbanis: quo vt olim, ita & nunc Conſtantinopolitani frequentes ſecedere ſolent, vt maris & terræ deliciis fruantur.* Agian Paraſceuen *hodie vocant. Pet. Gyllius in ſuo Boſporo. vbi etiam addit eum putare tempore Iuſtiniani Imp.* S. Laurentij *appellatum hunc locum fuiſſe. Vide* CANOPVS.

CVCADMA κούκαδμα, *Sarmatiæ, Aſiaticæ opidum, Ptolemæo.* CVCVNDA *legunt interpretes.*

CVCASBIRI κουκασβίρι, *Thraciæ vrbs. Procop. 4. Aedif.*

CVCCÆ, *vide* CVCCI.

CVCCI, *Pannoniæ Inferioris vrbs, apud Antoninum.* Cerosicka, *vel* Curuſca *hodie eſſe, creditur Simlero.* CVCCÆ *habet lib. Notit. in Pannonia Sauia.*

CVCIOS *Fons, in ora Aethiopiæ, circa Adulitas. Plinius.*

CVCVLLVM, *vrbs, circa Noricũ Ripenſe. In D. Seuerini vita.*

CVCVLVM κούκουλον, *Straboni Marſorum, in Italia vrbs. propè Albam Albenſium. Hodie ibi* Scutela *Caſtellum ponit Leander.*

CVCVENI, *vide* CVQVENI.

CVCVNDA, *vide* CVCADMA.

CVCVSSVS κουκουσσός, *Armeniæ Secundæ vrbs, Euſtathio. Singularis. Cedreno.* COCVSVM *Antonino.* COCCVSA *Athanaſio. & Socrati Scholiaſtico. Theodoretus dicit olim Cappadociæ ſubiectam: nunc verò Armeniæ Minori adiunctam, in finibus Imperij Romani ſitam, ſcribit Calliſtus, ad os Ponti. ob quê id locum totius orbis grauiſſimum.* CVSVM *corruptè eſt apud Marcell. Comitem. vbi Ioannem epiſcopum cum alijs in exſilium miſſum ſcribit. Vide* ACVSI.

CVDRÆ κοῦδραι, *archiepiſcopalis locus; in Sanctionibus pontificum Orientalium. An idem cum* Cydra?

CVDVS, *locus in India, longè vltra Gangem. Pomponius. Circa Ptolemæi Codutas.*

CVDVTÆ, *vide* CODVTÆ.

CVFRATENSIS *Epiſcopalis vrbis, in Africa, meminit Vict. Vticenſ. Per* E. *in ſecunda Coll. Carthag.*

CVGERNI, *vide* GVGERNI.

CVICVLVM, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Antonino, & D. Auguſtino.* CVICVLITANÆ *Epiſcopatus meminit*

quoque

quoque ſynodus Conſtantinopolitana V. & Vict. Vticenſis.

CVINA, vide QVINA.

CVINDA, vide ANAZARBVS.

CVINDI, vide QVINDI.

CVLARO, vide CALARONA, CVRALONENSIVM, & ACVSIORVM.

CVLCVA κύλκυα, Colonia Numidiæ Nouæ, in Africa eſt, apud Ptolemæum. Conſtantina Marmolio. quæ & Cucutina à Mauris.

CVLICI, vide FLAMONIENSES.

CVLLV κύλλυ, quæ Ptolemæo quoque COLLOPS MAGNVS κόλλοψ μέγας, dicitur. CHVLLV, municipium apud Antoninum. Colonia legit malè Onuphrius. Numidiæ vrbs. Alcol Gerardo Mercatori: Collo Mario Nigro: Col Marmolio dicitur. Idem eſt, vt puto. nam Al articulum Arabicum videntur Niger & Marmolius omittere. COLLOPS PARVVS aliud eſt Ptolemæo, in Africa Propria nempe: quod CVLLVCITANVM fortè Antonini. CVLLVCITANÆ ciuitatis Byzacenæ meminit concilium Arelatenſe. CILLITENSIS ni fallor, Collationi Carthaginienſi. CVLVSITENSIS ibidem, pro eadem, vt puto.

CVLSITANI Epiſcopi, in Africa Proconſulari, meminit Vict. Vticenſis.

CVLVCONES, vide CALLVCONES.

CVMA. Phœniciæ vrbs eſt, in libro Notitiar.

CVMACATVM, vide METACVM.

CVMÆ κουμαι, Ptolemæo, Straboni, Liuio, ceteriſq́ue, Campaniæ vrbs celebris. Colonia Romana eſt Frontino. Deſcribitur ab Agathia, lib. I. Nomen retinet. CVMÆ, ſic ferè Latinis; ſed CYMA Liuio: vt & Ptolemæo κύμη. CYMEN etiam nominat Mela. Æolidis maritima vrbs eſt, quæ Foia noua Dom. Nigro ſed Caſtri Sophiano dicitur. Hæc Cume Straboni etiam LARISSA vocatur. AMAZONIVM ἀμαζόνιον, quoque, & PHRICONITIS φρικονῖτις, Stephano teſte appellatur. φρικωνὶς, habet Herodotus in vita Homeri. & φρικωνὶς. per N. in Clio. Eandem puto ÆGYPTIAM dici à Xenophonte. Nam Lariſſam Cyllenam, & Cumam, Ægyptiis à Cyro datas, & inhabitari, atque Aegyptiorum vrbes appellari ſcribit, libro 7. Cyropediæ. Vide CYME. & MYCENA.

CVMÆVS CAMPVS, vide FORVM Vulcani, & PHLEGRÆI.

CVMANIA, caſtellum in rupe, ad portas Caucaſias. Plinius. Vide CAVCASIÆ Portæ.

CVMANVM, Huius meminit Cicero non ſemel in Epiſtolis. Villam puto circa Cumas.

CVMANVS Sinus, vide BAIANVS.

CVMAR, (CVMEAR legit Platearius.) Indici maris inſula; vnde lignum aloes. Conſt. Africanus. Vide COMARIA.

CVMEAR, vide CVMAR.

CVMERVM, Piceni promontorium eſt, Plinio. Monte d'Ancona hodie: Leandro teſte. Aliquibus etiam Monte Santo dici, ſcribit Non. Marcellus, recens auctor, (in ſua Aegialogia, nondum edita,) propter frequentes eremitarum habitationes.

CVMI, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, in Nili ripa. Plinius.

CVMILLVM MAGNVM, Antonino Italiæ vrbs, inter Parmam & Dertonam. Hodie Cigomol eſt, iuxta Verſam fluuium, Simlero. CAMILLOMAGVM coniunctim legit Sigonius.

CVMMENENSIS, vide CEMMENSIS.

CVNAXA κύναξα, locus eſt pugnæ inter Cyrū & Artaxerxen, D. ſtadiis à Babylone Aſſyriæ. Plutarchus in Artaxerxe.

CVNCANA, vide CONCANA.

CVNEI κυνέοι, Hiſpaniæ populi, Appiano in Ibericis; quorum amplam vrbem Coniſtorgim κονιστοργιν, vocat. Hanc eandem Strabo lib. 3. (etſi ille Coniſtorſis per S. in vltima legat) in Celticis ponit. CONEI κόνιοι ſunt Appiano. Hi Ptolemæo BÆTICI CELTICI, & Plinio MIROBRIGENSES CELTICI nominantur. Sera de S Ioan fortè hodie. Circa Nieblam eos Amb. Moralis ponit.

CVNETIO, Britanniæ locus eſt apud Antoninum, qui hodie Malborow dicitur, in Anglia; Humf. Lhuydo. Marleborow ſcribit Camdenus. Idem vult flumen quoque quod alluit hunc locum & hodie Kennet vocatur, olim CVNETIO dictum.

CVNEVS, ſiue SPHEN σφὴν, Straboni regio eſt. Plinius promontorium vocat. Melæ agrum: Martianus frontem. Locus Hiſpaniæ Luſitanicæ eſt, inter Sacrum promontorium, & Anam fluuium. El Faro hodie dici, Cluſio videtur. cui in Algarbiæ regno eſt. Vide CVMEI.

CVNI κῦνι, Gedroſiæ opidum. Ptolemæus. vide TIL.

CVNICI, vrbs Balearidis Maioris, Plinio.

CVNICVLARIÆ, Plinio ſunt inſulæ inter Sardiniam & Corſicam: Sanguenares vocantur Pineto. Dalechampius ſcribit alteram inſulam de Bizze, (hoc eſt ſerpens) alteram Speragia vocari.

CVNION CHARION κύνιον χάριον, id eſt, Lætus portus, Sardiniæ inſulæ promontorium eſt, Ptolemæo. Cabo Ferrato, Mario Nigro eſt.

CVNISTORGIS, vide CVNEI.

CVNVSITANI κυνυσιτανοί, apud Ptolemæum ſunt Sardiniæ populi.

CVPERIVM, Thraciæ locus, apud Nicetam. Cupri & Tzupri nunc, apud Leunclauium.

CVPHE κυφη, fluuius Sarmatiæ Europææ videtur, apud Cedrenum. pro quo EVPHRAM habet Diaconus, vt obſeruauit Xylander. Libyæ Interioris vrbs eſt apud Plinium.

CVPHITES, vide COPHES.

CVPHVS, vide LYCOCAPER.

CVPIDINIS Fons, Cyzici. Plinius.

CVPPE, in Mœſia locus XXIIII. M. paſſ. à Viminacio. Antonin.

CVPRÆ, vel CYPRAE κύπρα, duæ ſunt apud Ptolemæū; vtræq́ue in Piceno. alteram MARITIMAM μαριτιμα, alteram MONTANAM μοντάνα, cognominat. Maritimam putat Leander hodie occupare Grotte vel Gritto, caſtellum: Montanam verò, Templum D. Virgini dicatum, quod Coreto dicitur. Hæc fortè erit Cupræ. i. Iunonis Fanum, quod Strabo lib. 6. hoc loco deſcribit. Cupram Montanam interpretatur Ligorius Laripa. Pintianus ex Cupra Maritima duas facit vrbes, apud Ptolemæum. Cupram nempe & Maritimam. Huius Maritimæ mentionem putat fieri apud Pomponium, lib. 2. vbi cæteri legunt, Senogallia maritima, &c. quo iure, iudicent alij. CVPRA MARITIMA coniunctim legit Goltzius in ſuo Theſauro, ex vetuſta inſcriptione. CVPRENSES ſunt Plinio. Hæc hactenus. Nunc ea quæ poſtea in ſchedis Celſi Cittadini Angelerij Roma ad me miſſis hæc. Si Ptolemæi deſcriptio fidelis eſt, cenſerem Cupram maritimam fuiſſe, vbi nunc locus appellatus S. Benedetto: nō vbi eſt Grotte. nam Ptolemæus ponit eam inter fluuium Truentum, nunc Tronte; & Matrinum, nunc Piomba, & Grotte eſt inter Firmanum portum & Truentum. Cupra montana verè non poteſt eſſe Domum Laureti, nam à Ptolemæo ponitur ſimiliter vltra Truentum paulò, in mediterraneis, vbi nunc caſtrum appellatum la Colonnella. Strabo autem, Mela, & Plinius videntur ponere eas inter Firmanum portum & Truentum: quo ſtante Cupra maritima fuiſſet forſan in loco vbi Grotte Caſtellum. at Cupra montana nimis diſtaret à Cupra maritima: quæ erant finitimæ vrbes, vna ad mare, altera ad montes. quantum ego conijcere valeo, fuiſſet vbi nunc Montalto, ſedes epiſcopalis à Sixto V. erecta. Hæc ille.

CVPRESSETVM κυπαρισσών, locus Aſſyriæ, circa Caprum fluuium. Strabo 16.

CVQVENI κουκουνοὶ, vel CVCVENI, Aquitaniæ Galliæ populi, Ptolemæo. Biernenſes vocantur à Villanouano. vide CONVENÆ.

CVRA, Thracenſiū regionis mōs, Curopalati. Vide CVZINE.

CVRALIVS, vide CORALIVS.

CVRALONENSIVM meminit vetus Inſcriptio, quæ exſtat Viennæ Allobrogum; quam lege apud Pomponium Lætum, in Diocletiano. CVLARONENS. habet Belleforeſtius: & negat hanc inſcriptionem Viennæ eſſe, ſed Gratianopoli exſtare.

CVRAPORINA κουραπόρινα, Indiæ intra Gangem opidum. Ptolemæus.

CVRBEVNCA, vide CORBEVNTVS.

CVRBITANI Epiſcopi, in Africa Proconſulari, meminit Victor Vticenſ. Pro CVRVBITANI puto.

CVRCVM κουρκόν, Liburniæ opidum, Ptolemæo.

CVRCVDALOPADVSA κυρκυδαλοπάδουσα, inſulæ Africi maris, Epiphanio. Mendosè pro Lopaduſa fortè, & Cercinna. nam Cercyram ſeorſim nominat.

CVRE, vide CVZINÆ.

CVRELLVR, vide SCVRELLVR.

CVRENA κυρηνα, Mediæ vrbs, Ptolemæo. interpretibus verò CVRNA.

CVRENSE, vide CORENSE.

CVRENSES, vide CVRES.

CVRES κύρεις, Vicus Sabinorum nunc eſt: quondam vrbs illuſtris, inquit Strabo. Caput gentis vocat Halicarnaſſeus. Plinius CVRENSES vocat. κύρεις Stephano ſunt. Hodie Turre dici, ſcribit Leander. vide QVIRITES.

CVRETAS κουρῆτες, CABIROS καβείροι, TELCHINAS τελχῖνες, CORYBANTES κορύβαντες, & IDÆOS DACTYLOS ἰδαῖοι δακτύλοι, ſunt qui eoſdem fuiſſe credant, inquit Strabo, lib. 10. Idem eodem in loco, tradit eorum quoſdam qui trans Acheloum habitabant, ACARNANAS ἀκαρνᾶνας, dictos fuiſſe. Matris Deum miniſtri, armati in ſacrificiis ſaltantes. BETARMONES βητάρμονες, id eſt, Saltatores eos vocat Homerus, Odyſſ. 8. quod annotauit Nebriſſenſis. Horum meminit quoque Liberalis in Metamorph. vide CVRETI, & TARTESIORVM.

CVRETI, & LELEGI, qui nunc LOCRI & ÆTOLI vocantur; inquit Halicarnaſſeus, κουρῆτοι, λέλεγοι, λοκροὶ, αἰτωλοὶ. ſunt ijdem cum CVRETIBVS. Vide ACARNANIA, & CRETA.

CVRETICA, vide BRIVAS, & PLEVRONIA.

CVRGIA, & CVRIGA, vide VCVLTINIACVM.

CVRGONII, Hiſpaniæ populi: L. Floro 4. cap. vltimo. vide TVRMODIGI.

CVRIA, Antonino, & Diacono 6. Longobard. qui CORIA legit. Rhætiæ locus inter Mediolanum & Brigantiam. Chur hodie, Aeg. Schudo. Onuphrio Colonia eſt, ex veteri lapide. Κυρία, Otedanorum vrbs, Albionis inſulæ, apud Ptolemæum. Sed CORIA κορία legit M. S. codex. Camdenus putat hodie Corebridge nominari.

CVRIANDRA κουρίανδρα, Bactrianæ opidū, Ptolemæo.

CVRIANVM κουριανον, Galliæ Aquitanicæ promontoriū Ptolemæo, quod Sollac à Gerardo Mercatore appellatur. Scaliger verò, in ſuis Auſonianis lectionibus ſcribit, quod hodie vocatur Caput Boiatum, ſed lingua Vaſconum deprauatè Cap de Butz. Gordan putat Vinetus. Cap. S. Marie interpretatur Belleforeſtius.

CVRIAS κουριας, Cypri promontorium, Ptolemæo. opidum Plinio. vide CVRIVM.

CVRICA, Antonino vrbs inter Bætim fluuium, & Emeritam.

CVRICTA κουρικτα, inſula Illyriæ obiacens, Plinio & Ptolemæo. Vegia fortè hodie dicitur, inquit Hermolaus. CERYCTICA κηρυκτικὴ, eſt Straboni: item CVRACTICA κυρακτικη. vide CVRITANÆ.

CVRICVM κούρικον, Curictæ Illyridis inſulæ opidum, Ptolemæo. Ioſepho 7. Antiq. Campus quidam Ammonitarum, ſic dicitur. Iſauriæ vrbs videtur, apud Procopium 5. Ædificiorum.

CVRIDIVM κουρίδιον, Æliano locus eſt vbi ceruorum multitudo eſt: propè lucus eſt ingens Apollinis. ſed quibus in terris ſit, reticet. An Curium, in Cypro?

CVRIGA, vide VCVLTINIACVM.

CVRIONES κουρίωνες, Ptolemæo ſunt Germaniæ populi.

CVRIOSOLITÆ, Celtarum populi, apud Cæſarem; Oceanum attingentes. Hos Coriſopitenſes eſſe pleriſq́ue placet, inquit Marlianus. Cornoaille vulgo, Epiſcopalis vrbs. Regionem CORNV GALLIÆ nominat Fredoardus. CARIOSVELITES vocat Plinius.

CVRIS, & CVRITIS, vide CVRES, & CYBOTVM.

CVRIVM κούριον, Ptolemæo & Straboni, Cypri inſulæ vrbs. Luſignanus, & Marius Niger ſcribunt hodie Epiſcopia vocari. Plinius CVRIAS nominat. Ptolemæo verò & Straboni Curias eſt eiuſdem inſulæ promontorium, quod hodie C. delle Gatte nominant. Sabinorum locus, in Lib. Coloniar. Curium etiam Ætoliæ opidum: teſte Herodoto in Polymnia. Mons ibidem, Euſtathio, qui CVRIVS Straboni. Vide CARIVM, & CVRIDIVM.

CVRIVS, vide CVRIVM, & CYRIVS.

CVRMILIACA, vide CARMILIACA.

CVRMITANA, vide CVRRITANA.

CVRNONIVM, vide CARNVNTVM.

CVROBIS κούροβις, Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo. CVRVBIS eſt apud Plinium, D. Auguſtinum, & Antoninum. Marmolius habet Calibia caſtellū in promontorio Mercurij; quod à nonnullis pro CLVPEA, ab alijs pro CVROBIS Ptolemæi haberi ſcribit. Vide CVRBITANI.

CVROPOLIS κουρόπολις, Cariæ vrbs, Stephano. ex Apollonij I. Caricorum. CAROPOLIS eiuſdem puto.

CVRRITANÆ, (aut CVRMITANÆ, vt habet alia lectio) & CELSINÆ, inſularum, meminit Caſſiodorus 7. Variarum. eorum verò locum & ſitum, ſilentio tranſit. Nihilominus Curritanam hanc eandem cum Curricta eſſe, quam noſtra etas Vegiam nominat, perſuaſit mihi epiſtola cuiuſdam Bertrandi, quā Lazius publicauit in R. P. R. 12. Sectione 6. in qua lego hæc verba, Cùm autē Noricianus comes adiuuantibus comitibus Corrictauæ inſulæ, Veglam vocant, &c. Inſula eſt Illyrici maris, in Flanatico ſinu. CELSINA quæ ſit ignoro: niſi ſit Silua, eiuſdem maris inſula. nam Celſinam Antonini huc minimè pertinere puto.

CVRSAZVRA κουρσαζουρα, Thraciæ opidum, Procopio 4. Ædificiorum.

CVRSELLVM, opidum Pelignorum. Port. Cato.

CVRSIANVM, caſtrum Paphlagoniæ, lib. 21. hiſtoriæ Miſcellæ.

CVRSV κούρσου, Beticæ vrbs, in Turdetanis, Ptolemæo.

CVRSVLA κορσοῦλα, Aboriginum in Latio vrbs, 80. ſtadiis à Reate, iuxta Coretum montem: Halicarnaſſeo lib. 1. CARSVLAS vocat Tacitus 3. Hiſt. Leander dicit hodie Caſſia appellari. Sabinorum in Vmbria opidum eſt.

CVRTA κούρτα, Ptolemæo, & Antonino, Pannoniæ Inferioris vrbs eſt. Apiano, Irenico, & Althamero Ofen (quæ & Buda dicitur) eſt, Hungariæ vrbs ad Danubium. Lazius dubitat an Beluſium cœnobium, vel Vishegradium illi magis conueniat. vide GVSTIANA.

CVRTHA Aſſyriæ locus, 2. Reg. 17. vbi 70. interpretes CHOTA habent.

CVRTI κουρτοι, gens Aſiatica, apud Cedrenum: quam cum Saracenis numerat. Idem Curopalates.

CVRTIVS, vide LIBERNVM, & CLAVDIÆ Aquæ.

CVRVA CÆSENA, vide CÆSENA.

CVRVBIS, vide CVROBIS.

CVRVLA, & CVRVLLA, vide CORVLA.

CVSA κοῦσα, Mauritaniæ Tingitanæ fluuius, Ptolemæo. Omirabi, Aug. Curioni. Vmarabea ſcribit Marmolius.

CVSCVLIS κουσκουλις, vrbs in Thracia, auctore Procopio 4. Aedificior.

CVSI, Antonino Pānoniæ Inferioris vrbs. Simlerus opinatur Cudelaſſ. hoc loco eſſe. Eſt etiam Aegypti locus, apud D. Athanaſium: Tomo 2. Fortè CHVSÆ Antonini.

CVSIBI, vide NOBILIA.

CVSSA, vide PHYLACÆ.

CVSTENSIS Epiſcopi, in Africa, meminit Vict. Vticenſ.

CVSTODIÆ, vide PHYLACÆ.

CVSVETANI, Italiæ populi, Plinio.

CVSVM. Pannoniæ Sauiæ vrbs, lib. Notit. Vide CVCVSSVS.

CVSVS, fluuius cuius meminit Tacitus 2. An. Hunc Lazius Kheres vocat. Rheres alio in loco, ſed (vt puto) errore

typographico. Fluuium Tranſſyluaniæ Rhenanus ſcribit. qui etiam dubitat num ſit melius CRVSVS ſcribendum, apud Tacitum. CHRYSIVM Iornandis putat eundem eſſe cũ Cuſo Taciti, Lazius. AVRAN Herodoti ſynonimon huius eſſe ſcribit idem R. P. R. 12. vt & RHABONEM Ptolemæi.

CVTACIVM, Armeniæ vrbs videtur, apud Cedrenum & Curopalatem.

CVTELETOS, inſula eſt circa Syrtim maiorem, Pōponio.

CVTHA, vide COVTHA.

CVTHÆI, vide CHVTNA.

CVTHI, vide ZVTHI.

CVTICIACENSE prædium, & CVTICIATVM habet Sidonius, 3. epiſtol. ad Auitum. In ſuburbio Aruernæ.

CVTILIÆ Lacus, Italiæ vmbilicus, vt tradit Plinius. in agro Reatino. inter Rheate & Amiternum, Liuio 26. COTILIA Feſto eſt: & CVTILIENSIS Varoni, qui ait inſulam in eo moueri. Aquas CVTILIAS etiam SABINAS appellat Dion. Accuratiſſimè eum deſcribit Halicarnaſſ. 1. apud quem quoq; κοτπλια legitur. idem eum Sacrum appellat. Lago di Contiglione dicitur Pineto. & idem in ſuo Gallico Plinio eum Lago de Pie de Luco vocat. COTISCOLIAS pro CVTILIAS mendoſè legi apud Strabonem 5. annotauit Caſaubonus.

CVTILIVM, Liuio lib. 26. Vmbriæ opidum eſt. Hodie Contigliano dici, ſcribit Leander, ſed malè (vt ferè omnia) CLVTILIVM habet. CVTYLIA κυτυλία, Halicarnaſſeo eſt, ad Cutilium lacum. à Reate 70. ſtadijs. COTYLE in Dodonei oraculo eſt, eodem teſte.

CVTILLA, locum circa Aſphaltidem lacum, habet Simeon Metaphraſtes, in vita D. Theodoſij.

CVTINA, & CINGILIA, Veſtinorum vrbes, à Bruto Cos. captas, ſcribit Liuius.

CVTRIGVRI κυτειγουροι, Hunnorum gens, Procopio, & Agathiæ. Circa Mæotidem paludem.

CVTYLIA, vide CVTILIVM.

CVZENA, vide CVZINÆ.

CVZINÆ montis radices, in ſolo Thracenſium, vbi fons aquæ limpidæ: iuxta quam vox quædam miſerabilis exaudiebatur, quæ Væ ſepius repetebat: ac ploratum muliebri conſimilem, edebat, tempore Romani Argyropoli Imp. Hæc Glycas. Puto Cedrenum ac Nicephorum huius quoque meminiſſe. ſed per n. in ſecūda. Sed CVRE vocatur apud Curopalatem. Monaſterium etiam ſic dictum eſt, apud eundem Glycam.

CYALOS κύαλος, Lydiæ vrbs, Stephano.

CYAMITIS κυαμῖτις, Plutarchus in vita Iſocratis rhetoris hæc, Xylandro interprete: Huius eſt monumentum ad Cyamitem iter facientibus, iuxta viam quæ ducit Eleuſinem. Cyamitæ templi meminit Pauſanias. In Attica eſt.

CYAMON κύαμον, Cretæ inſulæ promontorium, Ptolemæo. Chiſino, Mercatori eſt. ſed Cabo Spada, Sophiano. qui illud quoque CIMARVM κίμαρος, nominat. Huius Strabo meminit. Vide CHELMON.

CYAMOSORVS κυαμοσῶρος, Siciliæ fluuius, circa Centoripam vrbem: Polybio 1.

CYANE, Fons agri Syracuſani, Plinio, Ouidio, & Silio: qui aquas ſuas miſcet Anapo. Hodie Cyrini piſma dici ſcribit Cl. Aretius. Fazellus duos ibi hodie fontes eſſe dicit, quos Piſma Cirini, & Piſmocta vocat. Lyciæ vrbs eſt Plinio.

CYANEÆ κυάνεαι, quæ & SYMPLEGADES συμπληγάδες, Straboni; qui addit eaſdem ab Homero PLANCTAS πλαγκτὰς, dici. κυανέων νήσοι, Ptolemæi. ſunt ſaxa, vel inſulæ duæ, Boſporo Thracio adiacētes. CYANEAS SYMPLEGADES coniunctim ſcribit Euripedes in Medea. PHINEIDAS Scopulos ab Euripide etiam vocari, in Iphigenia in Tauris, putat Stiblinus. SYNDROMADES συνδρομάδες, vocat Theocritus in Eidylliis. SYNORMADES συνορμάδες πέτραι, ab Eratoſthene appellantur, vt ſcribit Iſacius, in Lycophronem. PETRAS VIVAS, eas nominat Pindarus; dicitq; eas celerius moueri ſolitas, quam venti: ſed Argonautarum nauigatione immobiles factas. Idem aiunt Arrianus & alij. Stephanus Aquæus, in ſuis in Plinium Commentariis ſcribit eas ab Herodoto PLANETAS, quaſi mobiles & erraticas vocari. Ego lego πλαγκτὰς, apud Herodotum. Frontinus, 1. Stratagematum vocat CYANEAS anguſtias maris quæ ſunt inter has duas inſulas. Hodie Pauonare vulgus illas indigitat: & Theuetus addit eas Iarcazes Barbaris dici. CYANEÆ etiam ad Lyciæ fines ſunt Pauſaniæ in Achaicis. vbi Apollinis Thyrræi oraculum. Inter Ciliciam, & Pamphiliam ſunt Iſacio ad Lycophronem. Vide CYANE.

CYANEVS κυανεος, Ptolemæo. CYANOS, Plinio, Colchidis flumen. Vide GLAVCVS.

CYANTES, vide VENETI.

CYARDA κύαρδα, Cariæ vrbs. Stephanus.

CYARIS, vide QVARIS.

CYAROS, vide GYAROS.

CYATHVS κύαθος, Athenæo fluuius eſt iuxta Arſinoen, Ætoliæ vrbem.

CYATIDEM vocant arcem Samæi vrbis, Cephaleniæ inſulæ. Liuius 38. CYNEATIDEM legit Modius ex M.S.

CYBALA, vide CYBELLIA.

CYBARA, vide CIBYRA.

CYBARITIS, vide CIBARITIS.

CYBASSVS κυβασσος, Cariæ vrbs, Stephano. quæ & CABASSVS.

CYBEA nauis, Cicero in Verrem 5. A forma, non à loco nominatam putat Turnebus Aduerſarior. 21. cap. 12.

CYBELIA, vide CYBELLIA.

CYBELLIA κυβελλία, Ioniæ circa Chium inſula, Straboni. Ioniæ vrbs eſt CYBELIA κυβέλεια, Stephano. CYBELLA κύβελλα, Phrygiæ vrbs, eidem. cui ſuffragātur Ouidius, & Apollodorus 3. ſed hic CYBALA legit. (quod CVBALLVM fortè Liuij) CYBELE Feſtus. CYBELVS κύβελος, mons Phrygiæ, Diodoro, Vibio, Seruio, & Lutatio in 10. Metamorph. item Heſychio κυβέλη. Vide DIDYMVS.

CYBIRA, & CYBIRATÆ, Aſiæ vrbs, & populi; Ciceroni in Verrem. ſed vide CIBYRA. ſic enim rectè ſcribitur.

CYBISTRA κύβιστρα, Armeniæ Minoris vrbs, Ptolemæo, & Straboni. meminit eius quoque Cicero in Familiaribus, & ad Atticum. Arminacha Mario Nigro.

CYBISTVM, ſedes Epiſcopalis, ſub Patriarchatu Conſtantinopolitano. Balſamon.

CYBOTVM altiſſimum montem, cum opido Curite, à terra deuoratum, ſcribit Plinius. Pro CIBOTO Phrygiæ intelligit Pintianus.

CYBRASA κυβρασα, Cariæ vrbs, Stephano.

CYBROS, vide CYRRHVS.

CYBVS κύβος, vrbs Ionum, in Libya Phœnicum. Stephanus. ex Hecatæo.

CYCALA κύκαλα, Aeantidis tribus gens. Heſychius.

CYCESIVM κυκησίον, Peloponneſi vrbs, circa Piſam. Strabo.

CYCHRI, in Thracia populi, apud quos fons, ex quo non ſolùm qui biberint moriuntur, ſed etiam qui lauerint. Vitruuius lib. 8. cap. 3. Idem ferè Plinius lib. 31. cap. 2. CINCHROPSOSES hos nominat Antigonus. A Theopompo CHROPSI χρόψοι, vocari, ex Sotione docet Turnebus, Aduerſariorum quinto, cap. decimotertio. conſule de his Hermolaū ad Plinij lib. 31. cap. 2. ne alienis verbis paginam impleam. Vide PSYCHRVS.

CYCHRIA Rupes. κυχρεῖος πάγος, circa Salaminam inſulam. Stephanus, & Strabo.

CYCINES, vide CICINES.

CYCLA vide CYCLOBIVM.

CYCLADES κυκλάδες, inſulæ maris Ægæi, auctoribus omnibus celebratiſſimæ. Quinquaginta numero eſſe, ſcribit Iſidorus. quinquaginta quatuor Honorius. MINOIDES ſunt Apollonio. SPORADES has quoque vocat Suidas, ſed impropriè: nam Sporades aliæ ſunt, eiuſdem maris. Has Cyclades vocat Caſtaldus. Iſole del Archipelago, (quaſi diceres Maris Ægæi inſulas,) vocabulo nimis latè patenti, vt vereor. Vide SPORADES.





CYCLAMINVS, Sinus Aſiaticus, Boſpori Thracici. Golfo de Soltania. Petrus Gyllius.

CYCLENSIS vrbs, in Europa, Thraciæ regione. In epiſtola Epiſcoporum huius Europæ, ad Leonem Imp. quæ exſtat in Conciliorum opere. Gentile à CYCLA reor.

CYCLOBIVM κυκλόβιον, ſuburbium Conſtantinopolitanum: videtur apud Cedrenum. Arx eius eſt verſus Orientem, in Hiſtor. Miſcella 19. CYCLA à Dionyſio Byzantio appellari putat Gyllius.

CYCLOBORVS κυκλόβορος, Atticæ torrens obſtreperus. Suidas & Heſychius.

CYCLONII κυκλώνιοι, qui Metoponti domum, in qua Pythagoricorum ſodalitia, combuſſerunt. Plutarchus in Dæmonio Socratis. Apud eundem de Stoicorum pugnis ſine K. Κυλώνιοι, eſt. In Metaponto Italiæ hoc actum.

CYCLOPES, in India populi, ſi creditur Iſidoro, quos ſcribit AGRIOPHAGITAS vocari. Sunt etiam in Thracia, vt habet Ariſtoteles in Mirabilibus. Vide GIGANTES.

CYCLOPIA κυκλώπεια, ſpecus ſic dictum, haud procul à Nauplia Argiuorum. Strabo.

CYCLOPIS inſula, circa Rhodum. Plinius.

CYCLOPVM Scopuli, tres ſunt prope Siciliam, auctore Plinio. Cl. Aretius & Thom. Fazellus eos Faraglioni appellant. Videntur mihi PLANCTÆ ab Apollonio dici.

CYCNITIS κυκνῖτις, in qua Cycnus regnauit. ſic Stephanus. Dic quibus in terris? Plures enim fuere Cycni, diuerſis in locis.

CYCONÆ, Aſiæ populi, in India, ſed verſus Aquilonem. Plinius & Solinus. at hic CICONÆ per i. ſcribit. Vide CICONES.

CYDÆORVM κυδαίων, meminit Goltzius, ex nummo.

CYDAMVM, vrbs è regione Sabratæ, Plinio in Africa Propria.

CYDANTIDÆ κυδαντίδαι, Aegeidis tribus vicus: Stephano & Demoſtheni. Ptolemaidis habet Lexicon Phauorini. neſcio quo auctore.

CYDARA, fluuius in Taprobana inſula. apud Plinium.

CYDARVS, fluuiolus prope Byzantium. in Ceratinum ſinum effluens. Machleſua nunc. Pet. Gyllius.

CYDATHENÆVM κυδαθήναιον, municipium Pandionidis tribus, Stephano. Hinc Andocidem rhetorem natum ſcribit Plutarchus in Moralibus. & Ariſtodemum, Plato de Amore. Huius loci Demoſthenes non ſemel meminit.

CYDDESES κυδδησεῖς, Bithyniæ populi, Ptolemæo.

CYDIDA κυδίδα, Paleſtinæ locus Ioſeph. Antiq. 9. Tarſum habebat Rufinus interpres. Vide CEDES.

CYDISES κυδίσης, mons Straboni, circa Armeniam. vide SCOEDISA.

CYDNA κύδνα, Lyciæ opidum mediterraneum, Ptolemæo. CYANE à Plinio nuncupatur; Villanouano cenſore. vide PYDNA.

CYDNVS κύδνος, frigidiſſimus fluuius Ciliciæ. Q. Curtius, Ptolemæus, & Plutarchus in Alexandro. Tarſum perfluit, vt perhibet Val. Max. item Suidas, in verbo Euthydemus. Caraſu nunc vocari, ſcribit Leunclauius. Eſt & Bithyniæ fluuius CYDNVS Stephano.

CYDOESSA, Tyriorum vicus mediterraneus, validiſſimus. Ioſephus belli Iud. 4. cap. 4.

CYDON κύδων, fluuius Peloponneſi. Strab. Vide CYDONIA.

CYDONEA inſula, vna ex quinque Leucis, quas Leſbo opponit Plinius. Fontem calidum habere dicit. CYDONIA κυδωνία, Straboni, CYDON Plinio, & Melæ, & CYDONIS κυδωνεῖς, Ptolemæo (vnde CYDONIATARVM Regio, apud Pliniū.) Cretæ inſulæ vrbs. Chania, vt Sophianus: vel Canea, vt Bellonius habet, hodie appellatur. Stephanus prius APOLLONIAM dictam ſcribit. Cydoniæ etiam meminit Lycophron, in cuius ora CLYDONIA legebatur: CYDONIA etiam Siciliæ vrbs, Libyæ. ſic Stephanus. Carthaginienſium ditionis, in Sicilia velle mihi veriſimile.

CYDRA κύδρα, opidum in finibus Phrygum ac Lydorum, Herodoto, lib. 7. CYDRARA legit ex hoc loco Steph.

CYDRIÆ, vide BYRSI.

CYDROPIA regio, ſub Æquinoctiali circulo eſt, vti quoque Æthiopiæ magna pars. In Fragmento quod Cenſorino adſcribitur.

CYDRVS, vide CYDRYNA.

CYDRYNA κυδρύνη, Armeniæ opidum Stephano, qui dicit quoſdam CYDROS ſcribere, ſed malè.

CYENIVM κυήνειον, locus Aethiopiæ, apud Arrianum in Maris Erythræi Periplo. intra Nilum & Aduli emporium, vbi Ptolemæi Rhizophagi fortè ſunt.

CYGNEA Specula, vel CIGNEA: aut vt legit Turnebus apud Catullum CHINÆA; hoc verſu, Brixia Chinææ ,, ſuppoſita ſpeculæ. & putat idem ECHINÆÆ ſcribendum. ,, Adi eius Aduerſaria. vide BRIXIA, & CONOPA.

CYGNVM, opidum ad Phaſim fluuium, in Moſchicis fortè, vbi hunc oriri ſcribit Plinius. Huius meminit quoque Mela. Sed CYGNVS opidum eodem tractu aliud deſcribere videtur Plinius 6. cap. 4.

CYGNVS, vide CYGNVM.

CYINDA, vide ANAZARBVS.

CYIZA, vide QVIZA.

CYLANDOS κύλανδος, Cariæ vrbs, Stephano.

CYLARABIS, gymnaſium eſt, minus trecentos paſſus ab vrbe Lacedæmone. Liuius 34. Pauſanias in Corinthiacis, & Plutarchus in Pyrrho.

CYLBIANVS, vide CILBIANVS.

CYLENE, vide STYMPHALVS.

CYLIAS, vide CILLA.

CYLICES κύλικες, ſunt populi inter Illyrios, apud quos Cadmi, Harmoniæq; monumentum conſpicitur. Athenæus. Vide ENCHELEÆ.

CYLICRANI populi, prope Heracleam vrbem, ab Hercule conſtitutam, habet Macrob. 5. Saturnalium cap. 20. compoſito, (vt ait) nomine ἀπὸ τῆς κύλικος, quod poculi genus, nos vna littera mutata, calicem dicimus. Poculo autem Herculem vectùm, adq; Erythiam Hiſpaniæ inſulam nauigaſſe Panyaſis dicit, &c. Huius fabellæ rationem vide apud Athenæum 11. cap. 6. Cylicranos, hos habitare ad Oetæ montis radices, auctor eſt Muſonius, additque ſic vocari Heracleotas ipſos.

CYLISTANOS κυλίσανος, Italiæ vrbs, quæ olim PARTHAX πάρθαξ, dicebatur. vbi Hercules magnum draconem. occidit. Etymologicon. An male pro Cyliſtarnus?

CYLISTARNVS κυλίσαρνος, fluuius apud Lycophronem. Racanello hodie nominari, & in Coſano agro Calabriæ fluere, ſcribit G. Barrius.

CYLLA κύλλα, Thracici Cherſoneſi vrbs eſt Ptolemæo, ad Helleſpontum. Pomponio COELOS nominatur. CYL- ,, LA vrbs, à Græcis in obſidione Troiæ expugnata. hinc ,, haud procul erat Corone, vicina Mæandrinis. Dictis Cre- ,, tenſis 2. CILLA ſcribendum puto per 1: quod vide ſuo loco. vide ATRAMITINE.

CYLLANTICVM, Piſidiæ tractum, habet Plinius.

CYLLENE κυλλήνη, Elidis vrbis in Peloponneſo nauale, apud Strabonem, Ptolemæum, Thucydidem, & Stephanum. Antrauida Nigro, Chiarenza Sophiano. Gemiſtus eam quoque GLARENTZAM γλαρέντζα, & Sophianus CLARAM vocat. Simplici autem L. ſcribit Gemiſtus, Cylene. CYLLENE etiam Arcadiæ mōs, omnium in ea regione altiſſimus, teſte Strabone, & Pauſania. Huius Feſtus, Plinius, & Vibius quoque meminere. Eſt & ibidem vrbs, Ariſtoteli in Admirandis, & Euſtathio in catalogo nauium. CYLLENIVS legitur apud Melam. CYLLENE etiam Æolidis vrbs, quam Xenophon 7. Cyropediæ Aegyptiam cognominat. In Aſia.

CYLLOPERA, locus in Attica, iuxta Hymettum, in quo Veneris ædes. Suidas. vide CALLIAS.

CYLONII, vide CYCLONII.

CYLYPERA, vide CILLA.

CYMA, vide CVMÆ.

CYMANDER, vide MEGARSVS.

CYMBA, vide PLAGAREVM.

CYME κύμη, inſula iuxta Siciliam, Stephano. iuxta Italiam autem Lycophroni. Achaiæ in Peloponneſo, apud Euſtathium. Mons Italiæ maximus, vt tradit ex Methrodoro Iſaacius, vide CVMÆ.

CYMINES, Theſſaliæ opidum, Liuio 32.

CYMINVS, vide CIMINVS.

CYMOTHOE, Fons Achaiæ, in Peloponneſo. Plinius.

CYNADRA Fons, ex quo bibebant qui manumittebantur. Varinus. In Argis erat.

CYNÆGIRIS κυναίγειρος, Atticæ locus videtur, apud Lucianum de Rhetorum præceptis.

CYNETHA κυναιθα, Arcadiæ vrbs, Straboni, Polybio, Plinio & Stephano. in aſperrimo loco, Athenæo 14. Stephano alia quoque Thraciæ eſt, ſub Neriſo monte.

CYNAMOLGI κυνάμολγοι, Æthiopiæ populi, Agatarchidi. quos caninos aiunt habere rictus, vt Solinus; ſiue caninis capitibus, vt Plinius tradit. Ab indigenis AGRIOS ἄγριοι appellari, Strabo auctor eſt. Solino tamen hi diuerſi ſunt. Canes, ex Cynamolgis facit Iul. Pollux: ex Cteſia. qui boum lacte victitant. Hi habitant Meridionales paludes.

CYNAPES fluuius, in Euxinum mare ſe exonerat. Ouidius de Ponto, 4. Elegia 10. Vetus codex pergamenus Rhapelengij legit NIPHATES. Huius meminit Lucanus 3. Voluentem ſaxa Niphatem.

CYNARA, Ægei maris inſula. Plinius.

CYNDON κυνδων, fluuius in Helleſponto. Etiam in Peloponneſo. Heſychius.

CYNE κυνη, Lydiæ vrbs. Stephano, & Lycophroni. ſed huic per ε in fine, κυνε.

CYNEGETICA, vide ALYBE.

CYNEGICA regio, circa Antiochiam Syriæ, Euagrio, & Calliſto. vide SIRMIS.

CYNEGIVM κυνηγιον, locus alicubi, Cedreno: vbi ſcribit Apſimarum & Leontium à Iuſtiniano Imp. miſſos, & capite truncatos. Conſtantinopoli in vrbe videtur.

CYNESII, vide CYNETÆ.

CYNETÆ κυνηται, omnium ſunt ferè Europæ vltimi verſus Occaſum. Herodotus 2. Hos eoſdem idē CYNESIOS vocat. Meminit horum etiam Stephanus in voce γλῆτες. Auienus ſcribit Anam fluuium hic effluere. Inde CYNETICVM Iugum.

CYNETHVS. vide DELOS.

CYNETHVSSA, Maris Ægæi inſula eſt apud Plinium.

CYNETIA κυνέτεια, Argiæ vrbs: Stephano, & Polybio 4.

CYNETICVM κυνητικόν, Iberiæ locus, iuxta Oceanum, Stephano. Iugum vocat Auienus. Idem habet CYNETICVM Littus, ad Ruſcinū amnem, Galliæ Narbonenſis.

CYNIA κυνία, lacus in Epiro, Acarnaniæ. Strabo.

CYNIPS, vide CINYPHVS.

CYNNA κυννα, opidulum vicinum Heracleæ, Stephano. CYNNENSIS Epiſcopi in Galatia, meminit concilium Nicenum.

CYNO, in Ægypto vrbs, Antonino. In Delta inſula. Non eſt Cynopolis, vt quidam hallucinatur.

CYNOCEPHALÆ κυνοκεφαλαι, montes Theſſaliæ ſunt, Polybio 17. Stephano, & Floro. Thebanorum in quibus caſtellum, Xenophonti 5. Græcor. & Oratione de Ageſilao, eiuſdem.

CYNOCEPHALI κυνοκέφαλοι, gens in India eſt, caninis capitibus & latratibus, vt ſcribit ex Plinio Gellius. Hos ab ipſis Indis CALYSTRIOS nominari, tradit Cteſias. In Æthiopia CYNOCEPHALOS quoque habet Philoſtratus 6. & Agatarchides 5. vbi horum formam leges. fabulæ. Inter ſymiarū genera verius memorat hos Solinus. & fortè etiam Cicero ad Atticum 6. Epiſt. 1. vbi Cynocephalum in Vedij eſſedo fuiſſe, ſcribit. vide CYNOPROSOPI.

CYNOMOLGI, vide CYNAMOLGI, & CHIONITÆ.

CYNONNESOS, Libyca inſula, Stephano ex Alexandro. κυνωνησιων, meminit etiam Goltzius, ex Titi nummo. An pro Canaria?

CYNON POLIS, vide CYNOSPOLIS.

CYNONOTI, vide SAVROMATÆ.



CYNOPOLIS, Iſauriæ eſt ciuitas: in ſynodo V. Conſtantinopolitana. vide CYNOSPOLIS.

CYNOPROSOPI κυνοπρόσωποι, gens Africæ, quæ ſermonis vſu caret. Vltra Oaſin Ægypti, itinere decē dierum in via verſus Aethiopiam. Aelianus 10. Animal. Capite & dentibus canem referunt. HYLACTVNTES, i. Latrantes ſunt apud Philoſtratum 6. Apollonij, quos vtrobique habitare ſcribit, & in India, & in Æthiopia. Eoſdem cum CYNOCEPHALIS puto. An Cynamolgi hi quoque?

CYNORTHIVS κυνορθιος, mons Argiæ, in Peloponneſo. Pauſanias.

CYNOS, vide CANIS, & CYNVS.

CYNOSARGES κυνόσαργες, Herculis gymnaſium, in Attica, extra vrbem Athenarum. Liuius, Herodotus, Suidas, & Plutarchus in Themiſtocle, & Solone.

CYNOSPOLIS, Straboni Ægypti vrbs. Ptolemæus CYNOPOLITEN Nomum habet, & in ea vrbes κυνων πολιν, & aliam CO κω̃, nomine. κυνῶνπολις apud Stephanum quoque eſt. Præter hanc aliam CYNOSPOLIM deſcribit Strabo in Buſiritica præfectura.

CYNOSSEMA κυνοσσημα, ſepulcrum Hecubæ; promontorium ſic dictum in Thracia Cherſoneſo, eſt Pomponio, Suidæ, Ammiano, Solino, & Plinio: oppoſitum Rhodio fluminis Straboni. apud Abydum, Dareti 5. Meminit huius quoque Xenophon ad finem 8. Apud Plutarchum in Themiſtocle, & Catone Maiore, eſt locus in Salamine, ſic dictus, vbi canem Xantippi expiraſſe & humatum tradit. Doridis promontorium eſt quoque Straboni, inter Lorimam & Cnidum vrbes: vbi Ptolemæi Onugnathos. Locus etiam eſt Libyæ, teſtis Stephanus. Ægypti quoque, apud Strabonem. In Calydonia quoque, ſi Polluci creditur; & item in Thracia, circa Maroneam; teſte Suida. Vide CHIMO, & MARONEA.

CYNOSVRA κυνόσουρα, Ptolemæo Achaiæ promontorium eſt. DORISCVM Plinij, putat Villanouanus, (Aliis HYSTOAS eſt, inquit Mar. Niger. ex Germanico fortè, in Arati Phænomenam. quo loco ego lego Cretæ vrbem & portum ſic dictum. Apud Hyginum HESTIÆA legitur.) Vrbs Arcadiæ Cynoſura eſt, Lactantio; ex Clemente Alexandrino, vbi Æſculapium ſepultum ſcribit. Arcadiæ promontorium eſt apud Stephanum. Laconicæ tribus, & promontorium Marathonis, verſus Eubœam, eſt Heſychio.

CYNOSVRENSES, vide HERAENSES.

CYNTHOS κυνθος, Deli inſulæ mōs, Feſto, Homero, Virgilio, Straboni, & Plinio. vide DELOS, & CYTHNOS.

CYNTINIVM, vide CYTINIVM.

CYNVRA κύνουρα, Argiæ vrbs, Herodoto, & Stephano.

CYNVRIA Terra, in Peloponneſo, (Argiuum agrum inter & Laconicum) continet Thyream & Anthenam vrbes, Thucydidi 4. & 5. item Straboni 8. CYNVRÆI κυνουραιοι, Arcadiæ populi ſunt apud Pauſaniam. Vide THYRE.

CYNVS κυνος, Locridis emporium, & Opuntiorum nauale, Straboni. Ptolemæo, Plinio, & Liuio 28. & Stephano. qui addit ex Hecatæo, ipſam vrbem ſic vocari. Idem cum κυνον Homeri, videtur ex Stephano.

CYON κύον, Cariæ vrbs. Stephanus. Vide CANEBIVM.

CYPÆRA κύπαιρα, Theſſaliæ vrbs, Ptolemæo & Liuio 36.

CYPÆTHA κύπαιθα, Libyæ vrbs, apud Stephanum.

CYPARA, vide ARETHVSA.

CYPARISSÆA κυπαρισσιαα, Thryphiliæ regionis vrbs; ERANNA ἔραννα, quoque vocata. Stephanus.

CYPARISSÆIS, vide CYPARISSI.

CYPARISSI κυπαρισσοι, Meſſeniæ regionis maritima vrbs, Ptolemæo. κυπαρισσια Straboni. κυπαρισσηεις vocatur Stephano. Hodie Arcadia dicitur apud Sophianum. CYPARISSEIS fluuius hoc tractu eſt Straboni quoq;.

CYPARISSIA, Peloponneſi opidum, ad ſinum Laconicum, Straboni 8. Alia ab illa, quæ in Meſſenia eſt. Vide CIPARISSI.

CYPARISSIÆ, vide PLOTÆ.





CYPARISSIVM κυπαρίσσιον, Ptolemæo eſt Meſſeniæ, Peloponneſi regionis, promontorium. Cabo Conello, Sophiano & Bordonio. Philatra, ſiue S. Elia, Nigro interpretatur. CYPARISSIVS Sinus eſt apud Melam. Eſt quoque locus circa Arbelam: Straboni.

CYPARISSVS, Stephano, & Euſtathio, Parnaſſi opidum circa Delphos, quod prius ERANON ἔρανος, & quibuſdam APOLLONIADEM dictam ait. vide APOLLONIA

CYPARODES, vide APSASIVM.

CYPASIS κύπασις, circa Helleſpontum opidum, Stephano, ex Hecatæi Europa.

CYPE κύπη, Stephano Siciliæ caſtellum.

CYPHANTA κυφάντα, Ptolemæo, Laconica in Peloponneſo vrbs, quæ Nigro Eriches eſt. Sex ſtadiis à Zarace eſt, teſte Pauſania. Laconicæ regionis portus, Plinio, & Ptolemæo, in Sinu Argolico. Stilo Sophiano: Le botte, vel Porto delle botte, Nigro vocatur. Pinetus Ciutra vocat.

CYPHARA caſtellum, imminens Dolopiæ in Theſſalia. vt habet Liuius 32.

CYPHENIA vide LIBYA.

CYPHVS κυφος, Perrhebiæ opidum, Stephano, & Straboni; cui quoque pagus & mons eiuſdem nominis ibidem eſt. Stephanus quoque Cyphus vrbs & fluuius Theſſaliæ eſt. Illius meminit quoque Iſacius, ex Homero.

CYPRA, vide CVPRÆ.

CYPRENSIS, vide CASTELLENSE.

CYPRIÆ, tres ſteriles inſulæ, ſunt Plinio: iuxta Cyprum.

CYPRIVS Vicus, vide VICVS SCELERATVS.

CYPRVS κύπρος, Maris Mediterranei inſula notiſſima, Veneri quondam ſacra: Cypri nomen in hodiernum vſque diem retinet. Olim tamen dicta fuit, vt Plinius perhibet, ACAMANTIS ἀκαμαντίς, CERASTIS κεραστίς, ASPELIA, AMATHVS ἀμαθοῦσα, MACARIA, CRYPTVS, & COLINIA. Item SPHECIA σφήκεια. vt Euſtathius docet ex Lycophrone. MEIONIS μηιονίς, quoque Stephano. Feſtus Pompeius ſcribit eam ab antiquis ÆROSAM, quod in ea plurimū æris naſcatur, appellatam. Eandem CITIEAM etiam vocatam, ex Cyrillo notauit Hermolaus. PAPHVM à ciuitate eiuſdem nominis nuncupatam tradit Honorius: ex Ouidij 10. Metamorph. vt puto. Hebræis CHITIM dici, Zieglerus ſcribit. CHETIMA eſt apud Ioſephum lib. Antiquitatum 1. cap. 7. Videtur eandē Ouid. 10. Metamorph.
" OPHIVSAM vocare, hoc verſu: Ipſa ſuas vrbes Ophiuſ-
" ſaq; arua parabat Deſerere alma Venus. Curopalates de Officialibus Conſtantinopolitanis Cyprum IVSTINIANAM ſecundam vocat. Cyprij quoque MIONES μίονες dicuntur apud Heſychium. CYPRVS caſtellum apud Hierichontem, Ioſepho Antiq. 16. & belli Iud 1. cap. 16.

CYPSELLA κύψελλα, Thraciæ vrbs Plinio, Pomponio, & Ptolemæo; vno λ. Stephano, iuxta Hebrum. CYPSELVS Straboni eſt. CYPSALA Antonino. Ipſala, vt Leunclauius; Chypſala, vt Sophianus; vel Chapſilar, vt Bellonius tradit, hodie nominatur. In ſynodo Conſtantinopolitano V. IVSTINIANA NOVA vocari videtur. CYPSELA κύψελα, vno λ. Arcadiæ caſtellum eſt Stephano: & Thucydidi 5. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbem fuiſſe quondam, tradit Sex. Auienus.

CYPTASIA κυπτασία, Galatiæ opidum. Ptolemæus.

CYRA κυρη, ſinus Perſici inſula, Stephano. ex Hecatæo. Mons Cyrenes, in Africa, Trogo Pomp. 13. vide CYROPOLIS.

CYRACTICA, vide CVRICTA.

CYRÆVS, & alia lectione CIRRÆVS, Campus, Apollini ſacer erat, in Græcia vſpiam, Trogo 24. Eſt qui dicit Phocidis regionis eſſe. idq; ex Plinio. ſed Cyrrheus legendum, à Cyrrha vrbe.

CYRANIS, vide CYRAVNIS, & LOTOPHAGITES.

CYRASSENSIS loci epiſcopalis, in Lydia, ſæpius mentio in concilio Chalcedonenſi.

CYRAVNIS κυραυνίς, Libyca inſula iuxta Gyzantes Stephano ex Herodoto. CYRANIS ſine diphthongo legitur nunc apud Herodotum. Puto CERCINITEN Strabonis & Plinij.



CYRBA κύρβα, Pamphyliæ opidum, Stephano. Cyrbenſis Epiſcopi in Pamphylia, meminit concilium Nicenum. Vide HIERAPETRA.

CYRENE κυρήνη, Africæ prouincia Ptolemæo, quæ & CYRENAICA κυρηναϊκὴ. eadem PENTAPOLIS πεντάπολις, dicta Plinio. LEBAHIM Hebræis eſt, teſte Aria montano, in ſuo Apparatu Biblico. CYNEREM mendosè, pro Cyrenum, apud Silium 8. legitur, vt & hoc obiter addam. Corene noſtro tempore nomen habere ſcribit Giraua: & Aſſadib Theuetus: Sed Meſrata videtur à Ioanne Leone & Marmolio vocari. Eſt & CYRENE, Cyrenaicæ regionis vrbs, Ptolemæo, & Diodoro 11. quæ hodie Corena, vt Villanouanus ait. Cahiroan, vt Poſtellus. Bonandrea dici, lego in Prouinciali Romano. Iberiæ: & alia Maſſaliæ: eſt apud Stephanum vrbs. Videtur fontis nomen in Thera inſula, apud Euſtathium: ſcribit enim Cyrenen nomen habere à fonte patrio. incolæ autem Cyrenes: Colonia ex Thera eſt. Eſt etiam inſula extra Herculis columnas: Palephato. ſed puto melius Cerne legendum. CYRENE quoque vrbs Cypri. Metaphraſtes in Spiridione. vide APOLLONIA, BATTIADAS, & LIBYA.

CYRENEA, Cypri vrbs, apud Porphyrogennetam. CYRENE fortè Metaphraſtes, in Spiridione, & CIRAMEA in Hiſtoria Miſcella. Vide PEGÆ.

CYRES κύρης, Stephano vrbs. Vide CVRES.

CYRESCHATA, vide CYROPOLIS.

CYRESTENSIS κυρηστων, ſolitudo, in qua Acepſimam habitaſſe ſcribit Theodoritus 4. cap. 26. in Cyrrheſtica regione Syriæ eſt, iuxta Cyrum ſiue Cyrrhum vrbem.

CYRETIÆ, Perrhebiæ in Macedonia, opidum. Liuius 31. 36, 42. CHYRETIÆ Ptolemæo ſunt.

CYRI Campus, Lydiæ. Strabo. CYRI Caſtra, vide CASTRA.

CYRIA Syriæ ciuitas, à Cyro rege Perſarum condita. cuius Epiſcopum Theodoretum facit Gennadius. CYRVS fortè aliorum.

CYRIACA Regio, vnde CYRICENI. vide MELISSA.

CYRILLI κυρίλλου ἄγκ, caſtellum Scytharum, in Europa; iuxta quod erat Ibeda ἴβεδα, opidum. Procop. 4. Ædific.

CYRINI Caſtra, Cappadociæ locus, Straboni.

CYRISOBORCA, Indiæ opidum, circa Iomanem fluuium, qui ſe in Gangem exonerat. Plinius.

CYRIVS κυρίος, Emathiæ vrbs, in Macedonia, apud Ptolemæum.

CYRMIANÆ κυρμιᾶναι, Thraciæ gentes, Herodoto in Melpomene.

CYRNABA; flumen apud Seras, vt perhibet Plinius.

CYRNOS. videtur iuxta Echinades, inſula, apud Plinium. Per iota in prima alius codex habet.

CYRNVS κύρνος, quæ & CORSICA, Strabone teſte. Hodie item Corſica dicitur. CORSIS κορσίς, apud Stephanum legitur. CERNEATIS κερνεᾶτις à Lycophrone vocatur. τυρος, nunc vocari ſcribit Scholiaſtes Callimachi. THERAPNE ab Ouidio nominata, vt ſcribit Villanouanus. Maris Mediterranei inſula eſt, Genuenſibus hodie parens. CYRNVM inſulam Iapygiæ, verſus Boream, etiam habet Stephanus. hanc ante Callipolim puto. huius oram enim ab Appiano in Annibalicis video ſic nominari. dum ſcribit Tarentinorum portum (qui in eadem ora) ad Boream verſum. CYRNVS in agro Caryſtio, Herodoto 9. Neſcio quid ſit. Vide CYRRHVS.

CYROPOLIS κυρόπολις, Mediæ vrbs, Ptolemæo. Theuetus eam Sammachi vocat, & dicit à Perſis Circombate, ab Arabibus Chyſeleth nuncupari. CYROPOLIS regio maritima Mediæ, apud Plinium. Sogdianæ vrbs eſt Q. Curtio, & Arriano: ad Iaxartem fluuium, quam à Cyro conditam, & ab Alexandro expugnatam tradit.

videtur CYRESCHATA κυρέσχατα, Ptolemæi. κυρέχατα ſine σ. habet Stephanus. CYRA Strabo vocat, ſed addit ἔσχατον ὂν κύρου κτίσμα. CYROPOLIM Indiæ, habet Ælianus 16. animal. quam ab Alex. Mag. conditam ſcribit.

CYRRÆVS, Claudianus de Nilo: Domitorq; ferarum Cyrræus, qui vaſta colit ſub rupibus antra, &c. Gens Aethiopiæ circa Nilum videtur. vide CIRRA.

CYRRHA, vide CIRRA.

CYRRHADÆ κυῤῥάδαι, Sogdianæ gentes ſunt apud Ptolemæum. vbi interpretes CIRRODEES legunt.

CYRRHÆATVM, vide CIRRHÆTVM.

CYRRHESTÆ, ſunt Macedoniæ populi, apud Plinium. κυρρηστῶν meminit quoque ex nummo Goltzius.

CYRRHESTICA κυῤῥηστικὴ, Ptolemæo Syriæ Cauæ regiuncula. CYRRHESTÆ populi, Polybio 5. ARACH Hebræis nomen habere, ex Hieronymo ſcribit Arias Montanus.

CYRRHVS κύῤῥος, Ptolemæo eſt Albaniæ, regionis Aſiaticæ fluuius. CORVS κόρος, olim vocabatur, Strabone teſte. Cirech Pineto eſt. Cori, Caſtaldo. Cur, Nigro. & Elcur, Ramuſio. Videtur eum Matth. Michouienſis Circk appellare. Theuetus ſcribit eum ab incolis Ladi nominari. Plutarchus in vita Pompei, & Dion, eum CYRNVM κύρνος, vocant. Araxem in ſe recipere, & duodecim oſtiis in Caſpium mare euolui, addit Plutarchus, & Appianus. Cyreſticæ regionis, in Syria vrbs, apud Stephanum & Ptolemæum. CIBROS legunt interpretes. CIRRO Antonini eſſe ſcribit Simlerus. ſed ille CIBROS apud Ptolemæum legit; ex Latinis exemplaribus, malè. Huius Cyrrhi arcem SINDARVM σίνδαρος, habet Stephanus. Eſt fortè CYRVS Procopij. & ſic ſcribendum, à conditore nempe. Mediæ fluuius Ptolemæo, in Hyrcanum mare ſe exonerans: Ser vocatur Theueto. ab accolis ſic, à Turcis autem Chiur, ſcribit Thomas Minadoius. Macedoniæ vrbs, circa Pellam, Thucydidi, ad finem lib. 2. Vide CYRVS.

CYRTA, Maſſilienſium fluuius, circa Agatham vrbem. Vibius. vide CIRTA.

CYRTÆ, & CYRTÆI, vide CYRTII.

CYRTÆA κυρταῖα, Rubri maris vrbs, in quam ſcribit Stephanus, ex Cteſia, Artaxarxem, Megabazum relegaſſe. Sed κυρται tantum eſt apud ipſum Cteſiam.

CYRTESII κυρτήσιοι, Africæ Propriæ populi. Ptolemæus. vide CIRTA.

CYRTIADÆ κυρτιάδαι, gens tribus Acamantidis. Heſychius.

CYRTII κύρτιοι, Straboni & Liuio; CYRTÆ κύρτιοι, Cteſiæ: Perſica gens. CYRTÆOS gentes habet quoque Liuius 37. quos cum Elymæis numerat. vide TVRCÆ.

CYRTONES κύρτωνες, Bœotiæ opidum, Stephano & Pauſaniæ.

CYRTONIVS κυρτώνιος, Italiæ vrbs. Stephanus, ex 3. Polybij, vt addit. At pro CORTONIA Italiæ vrbe, haud ambigo.

CYRTVS κύρτος, Aegypti mediterranea vrbs. Stephano.

CYRVBS, Arabiæ fluuius, in quo gemmarum plurima genera, quæ camelis portantur ad opidum Tybreſtum. Vib. Sequeſter.

CYRVRII, vide EVNÆ.

CYRVS κῦρος, Perſiæ fluuius eſt Straboni. qui antea, eodem teſte, AGRADATVS ἀγραδάτης, dictus eſt. Idem CORVS κόρος, à Dionyſio Alexandrino vocari mihi perſuadeo. In Sinum Perſicum erumpit. Huius Cyri mentio eſt quoque apud Aelian. in Varijs 1. cap. 32. Mediæ etiam vrbs Ptolemæo. CYRVS etiam Syriæ ciuitas, à Iudæis extructa, in memoriam Cyri: qui eas ex captiuitate dimiſerat. Procop. de Aedif. 2. A Cyro Perſarum rege cōditam, & nomen ſeruare tradit Gennadius, de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Hæc CYRRHVS eſt, geminato RR. apud Ptolemæum. Diſtare ab Antiochia itinere duorum dierum, ſcribit Theodoretus in Sanctor. hiſtoria. Eſt & Chalcidenſiū vrbs, in Eubœa, apud Polyænum 3. Ptolemæo Mediæ fluuius eſt, qui ſe in Hyrcanum mare exonerat. CYSSVS corruptè legitur apud Iornandem, vide BAGRADA.

CYSA κύσα, Carmaniæ pagus, in littore quod Carbis καρβὶς, vocatur. Arrianus de Indicis. vide PATARA.

CYSON, vide CHERSEVS.

CYSSEVM, locū Aſiæ Minoris, habet Hiſtoria Miſcella, 22.

CYSSIROS, maris Ægæi inſula, circa Cherſoneſum Thraciæ. vti ex Plinio videtur.

CYSSVNTEM Portum, Erythræorum, in Ionia: habet Liuius 36.

CYSSVS, vide CYRVS.

CYSTEN, Æthiopiæ ſub Ægypto opidum, Plinio.

CYSTITRATVM κυστίβατον, vbi fons tanquam oleo fluens, qui in lucernis vritur. Antigonus in Mirabilib. An in Sicilia?

CYTA, vide CYTÆA.

CYTÆA, κυταία, Colchica vrbs, Apollonio, & Stephano. Alia, Scythica, eidem. Huius meminit Flaccus, Strabo, Lycophron, & Iſacius. κυτα, Eſt in Etymologico, ſic quoq; Stephano, Aldinæ editionis. Europæ locus, ad Ponti aditus.

CYTÆVM κυταῖον, Ptolemæo & Stephano, eſt Cretæ inſulæ vrbs. Hanc Ionius & Niger Candia vocant. Bellonio Cytie, & Sophiano Phraſcia eſt. Tauricæ Cherſoneſi quoque vrbs, Ptolemæo quæ CYTE Plinio eſt.

CYTAIS, regio Carmaniæ videtur, apud Arrianū de Indicis.

CYTE, vide CYTÆVM.

CYTEORVM κυτέωρον, Ponti Polemoniaci opidum. Ptolemæus.

CYTERIVM κυτέειον, Oenotriæ mediterraneum opidum, Stephano: Hoc hodie Cytiſano dicitur G. Barrio.

CYTHERA κυθήρα, Peloponneſo inſula eſt, Heraclidi, & Ptolemæo, in Sinu Laconico. Eadem olim PORPHYRIS, vt Plinio placet: & PORPHYRVSA πορφυρόεσσα, vt Euſtathius vult, dicta fuit. SCHOTHERAM quoque vocatam dicit Bordonius, in ſuo Inſulari opere. ſed non addit à quo. huic Cerigo hodie nominatur, cui etiam adſtipulātur Sophianus & Fauolius. Vrbs eiuſdem nominis quoque in eadem, Straboni. CYTHERA etiam Cypri vrbs: Gyraldo, ex Heſiodi interprete, pagus hodie Conucha dictus; vt ſcribit Luſignanus. Cretæ inſula eſt: & Theſſaliæ ciuitas, Heſychio. Item inſula Promalei, in ſinu Laconico. eidem. Vide CRANÆ, & HELENA.

CYTHERIVS, vide CYTHERVS.

CYTHERON κυθήρων, fluuius Helleſponti, alijs Peloponneſi. Sic Heſychius.

CYTHERVS κύθηρος, Elidis fluuius, apud Pauſaniam. Heracleam alluit. CITHERIVS eſt Straboni. CITHERVS Atticæ vrbs quoque eſt, eidem. Pandionidis tribus pars eſt, Heſychio & Stephano.

CYTHEVM, vide GYTHIVM.

CYTHINIVM, vide CYTINIVM.

CYTHISA. Virg. in Bucolicis. Florentem cythiſum, &c. Ad hunc verſum annotauit Seruius, Cythiſam nomen ciuitatis eſſe: Phylargirius, nomen inſulæ. Quia verò harum nullum preterquam hos duos grammaticos teſtem habeo, in Vtopia vtramque quærendam cenſeo. Apud ipſum Virgil. hanc vocem ſine adflatu ſcriberem, vt Plinius, alijque. & Dioſcorides κυτισος. Adi Plinium 13. cap. 24. Herbæ eſt nomen, non loci.

CYTHIVM opidum, in quo mortuus fuit Cymon. Æm. Probus. CITIVM melius, vt Plutarchus in eius vita, & Ptolemæus legunt. In Cypro vrbs. CETIOS κητιοι, Ioſepho Antiq. 1. habet. Vide CYTTIVM.

CYTHNVS κύθνος, Ptolemæo, Tacito, & Plinio, inſula eſt iuxta Atticam, ſub Eubœa. Eandem OPHIVSAM ὀφιοῦσα, & DRYOPIN δρυόπις, dicit appellari, Stephanus. CYNTHOS habet corruptè Antoninus. Sophiano adhuc Cythno dicitur: Mario Nigro autem Cauro.

CYTHRINI κυθρῖνοι, loca quædam fluuij profundiora: (Lamnæi ſuſpicor) Arriano in Periplo.

CYTINA κυτινα, Theſſaliæ vrbs, Stephano.

CYTINIVM κυτίνιον, Ptolemæo, & Stephano. Doridis in Græcia vrbs. huius meminit etiam Thucydides. cuius Scholiaſtes dicit iuxta Parnaſſum eſſe. Per N. in prima legit Diodorus CYNTHINIVM κυντίνιον. pro qua Tzetza (vt admonuit Gerbelius) CATINON legit.

CYTINOS, Cretæ vrbs, mediterranea, Plinio.

CYTIS, vide GYTHITES.

CYTNI κύτνοι, Pannonica gens, Ptolemæo.

CYTONIVM κυτώνιον, vrbs inter Lydiam & Myſiam. Stephanus: ex Theopompo.

CYTORA, vide COTYORA.

CYTORIS κύτωρις, fluuius. Phauorinus.

CYTORVM, Plinio & Solino, Galatiæ mons eſt, quem Catullus Buxiferum cognominat. Falſo eum in Macedonia ponit Seruius, 2. Georgicorum. Vide AMASTRIS, & COTYORA.

CYTRIA, Cypri vrbs, ad quintum lapidem à Salamina. Metaphraſtes in vita S. Epiphanij.

CYTTIVM κυτῖον, Cypri vrbs, apud Suidam. fortè CITIVM Ptolemæi, & Plutarchi. vide CYTHIVM.

CYVM, vide CYON.

CYZICVS κύζικος, Ptolemæo Myſiæ inſula, & vrbs, ad Propontidem. quam Plinius tradit olim ARCONESVM, DOLIONIM, & DINDYMIN vocatam. ſed idem eam in inſula ponit, quam Alexander continenti iunxit. Huius elogium lege apud Florum 3. Pro Arconeſo, habet Stephanus ARCTONNESVS ἀρκτόννησος. Idem alio in loco videtur eam ARCTON ſimpliciter, & ARCTONESON, per o micron & ſimplici N. ἀρκτόνησος, vocare. (Straboni 12. ἄρκτων ὄρος, i. vrſorum mons, & DINDYMVS montium nomina ſunt, in Cyzico inſula, ſic quoque Apollonio 1. Argonauticorum.) Chizico appellatur Sophiano. Spiga Corrado, & Zelie Theueto. Paruam Troiam vocant Græci, vt ſcribit Gerlachius. Nummus æreus Gordiani Imp. & alius Cyzicenorum apud me eſt, in quibus hæc litterarum formula, ΝΕΟΚΟΡΩΝ ΚΥΞΙΚΗΝΩΝ. Huius vocis tertium elementum Ξ. pro Ζ. ſolere antiquitus ſcribi, ex multis antiquitatum veſtigiis non ſemel à me obſeruatum: vt in ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ, alijſq;. An itaque CYXICVM legendum, doctioribus iudicandum relinquo.

CYZISTRA, vide COZISTRA.

CZECHI, vide BOIEMVM.

DAA, vide DAÆ.

DAÆ δάαι, Scythici populi, qui aliquando DASÆ δάσαι, ſcribuntur per S. inquit Stephanus. In Margiana ſunt Ptolemæo. DAA ſingulare apud Prudentium, contra Symmachum. PARNI cognominantur à Strabone 11. vel potius APARNI. idem namq; alio in loco, ſcribit DAAS alios APARNOS alios XANTHIOS, alios PISCVROS appellari.

DABÆI, vide NVBÆ, & NVMIDIA.

DABANA, Oſrhoenæ vrbs, lib. Notitiar. An DAVANA Ammiani? δαβανα meminit Suidas, in Timagenes.

DABANEGORIS, Arabiæ Felicis regio, apud Plinium.

DABARAME, locus in Armenia, Cedreno.

DABARITTORVM δαβαριττῶν, vicum, in Magno campo, habet Ioſephus, ad calcem lib. 2. belli Iud. cap. 26. à DABERETH fortè.

DABASÆ, vide LABASÆ.

DABASTHE, vide DEBBASETH.

DABAVSA, vide BADAVSA.

DABECHVM, loci nomen: lib. Hiſtoriæ Miſcellæ 22. & 23. An in Africa?

DABERETH, Palæſtinæ locus. Ioſue 19, 21. & 1. Paral. 6. Vide DABARITTORVM.

DABIA δαβία, Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo. Regionis nomen, in mediterraneis. Laonico.

DABIR, vrbs in Tribu Iuda. Ioſue 15. & 21. prius CARIATHSEPHER dicta. vt legitur Iudicum 1. CIRIATH-ARCHE legit Chaldeus. Alia eſt DABIR vltra Iordanem, verſus Orientem. Eſt etiam tertia. Conſule de his Maſium ad 15. Ioſuæ, & D. Hieronymum in locis Hebraicis.



DABLES δαβλεῖς, Bithyniæ vrbs, Ptolemæo, & Antonino.

DABRONA δαβρῶνα, Hiberniæ fluuius, apud Ptolemæum. SAVRENVS Giraldo Cambrenſi nominatur, vt cenſet Camdenus.

DACASTA δακάστη, Ptolemæo Paphlagoniæ opidum eſt.

DACHARENI, vide NABATHÆA.

DACHINABADES δαχιναβάδες, Indiæ regio, quæ poſt Indi fluminis oſtia, maxime in Auſtrum, vergit. Arriano in Periplo Maris rubri. Indoſtan hodie videtur.

DACI, qui nunc PATZINACITÆ vocantur. Sic Suidas.

DACIA δακία, Ptolemæo Europæ regio. DACOS, DAVOS δαύους, antiquitus appellatos, putat Strabo. eoſq; ad Danubium, verſus eius fontes habitare ſcribit. Facit huc quod ſcriptum reliquit Philargyrius ad 2. Georg. Virgilij. Dacos quidam vocauere DAOS, inquit Stephanus, & Euſtathius. ſic quoque Strabonis Epitome. Quos Dacos Romani, Græci GETAS appellant, dicit idem Stephanus & Plinius. De Dacia ſic Iornandes: Hanc GOTHIAM, quam DACIAM appellauere maiores, nunc GEPIDIA dicitur. Dacos ſuo tempore PATZINACITAS nuncupatos, ſcribit Suidas. Dacia antiquorum, vt docet Stephanus Broderithus, comprehendit hodie Tranſſiluaniam, Walachiam, & Moldauiam. DACIA MEDITERRANEA, & DACIA RIPENSIS, PANNODACIA, TRANSSILVANIA, vel VLTRASILVANIA, hodie Sibenburghen eſt Germanis; Herdel autem Hungaris: Sambuco auctore. DACIÆ Ripenſis Mediterraneæq;, meminere Eutropius, Aurel. Victor, Iornandes, Marcellinus Comes, & liber Notitiarum. Hiſtoria Miſcella eam ponit inter Daciam & Macedoniam. Hanc Lazius ponit inter Tibiſcū, Mariſium, Cariſium, & Danubium flumina. DACIÆ Mediterraneæ meminere ijdem. Hanc hodie, vt idem ait Lazius, habitant Tranſiluani, Saxones, Hungari, & Ceculi Hungarorum poſteritas. Idem Lazius Daciam Alpeſtrem nominat. (quo auctore ignoro) quam Moldauiam & Walachiam interpretatur. Adde his quæ habet Leunclauius in ſuo Onomaſtico Muſulmanico. Pannodaciæ vocabulum frequens eſt Laonico Chalcondilæ: qui eam Ardelium nominari tradit. Vocabulum Græcum ex vulgari Herdel fabricatum liquet. Moldauia dicitur à Laonico etiam Bogdania. Walachiam tranſalpinam à Turcis Carabogdanam minorem, (eo quod nigrum frumentum ferat) vocari ſcribit Godreccius. Pogdaniæ nigræ meminit quoque Laonicus. Duplicem DACIAM facit D. Paulinus de Reditu Nicetæ, his Verſibus, & Getæ currunt, & vterq; Dacus, Qui colit terris medio, vel ille Diuitis multo bene pelleatus Accola ripæ. Hanc diuiſionem Sex. Aurel. Ruffus Aureliano tribuit, eaſdémque Mœſiam & Dardaniam nominat. Idem ferè Eutropius. Nos pluræ de eadem ad Daciæ Theatri noſtri tabulam. DACIA etiam Cappadociæ tractus, Ioui ſacer. Strabo 12.

DACICVM, vide DIACVM.

DACIDES δακίδες, Bithyniæ locus, Calliſto 11. cap. 16. Sozomeno ad Propontidem eſt. δακιδιζος, apud Socratem. ACIDIZA interpres Rufinus legit.

DACIDIZVS, vide DACIDES.

DACIRA, Zoſimo opidum Euphratem nauigantibus ad dextram ſitum. DIACIRA apud Ammianum vocatur.

DACISANDVS δακισάνδος, Armeniæ Minoris vrbs, Ptolemæo. DALISANDVS habent interpretes. Vide LALISANDA.

DACISCI populi, quorum magnam partem interemit Aurelianus Imp. teſte Vopiſco. An fortè à Dacia? in Dacia Ripenſi nominantur à lib. Notitiar. DACISIANI etiam milites, apud Treb. Pollionem, in Claudio.

DACORA δακόρα, Cappadociæ vicus, præfecturæ Cæſareæ quæ ad Argeum montem eſt. Calliſtus 12. cap. 29. & Sozomenus.

DACORE, fluuius Angliæ. In vita S. Swiberti. & apud Bedā.

DACTONIVM δακτόνιον, in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, Cilinorum gentis, Ptolemæo. Huius meminit etiā Goltzius, ex nūmo C. Cæſaris. Ribadeo fortè, vt Coquus perhibet.

DACVSA, *vide* DASCVTA.

DADA Δάδα, *Pamphiliæ opidum, Ptolemæo. Eius interpretes legunt* ADADA.

DADAI *montes in India, olim Cleopidis regiæ propinqui, Sic Lexicon Caroli Steph. Alium auctorem non habeo.*

DADALES, *vide* DALDIS.

DADARA, *vide* EDDARA.

DADASA Δάδασα, *caſtellum Dioni 35. Cappadociæ fortè.*

DADASTANA Δαδαςάνα, *Bithyniæ vrbs, Ptolemæo, Antonino, & Tripartita hiſtoria auctoribus.* DADASTHANÆ *eſt apud Zoſimum. vbi mortuum ait Iouianum Imp. Vnius diei itinere diſtare ab Ancyra, ſcribit Zonaras. Bithyniam à Galatia diſtinguit. vt refert Ammianus.* DADASTAM *prædium, eſt in Hiſtoria Miſcella 11. inter Galatiam & Bithyniam. in medio itinere: vt habet Socrates Scholaſticus.*

DADDALA, *vide* DÆDALA.

DADES Δᾶδες, *Cypri promontorium. Ptolemæus.*

DADIA, *vide* HERACLIA.

DADIBRA, *vide* DADYBRVS.

DADICÆ Δαδίκαι, *Perſica gens: Herodoto, & ex eo Steph.*

DADOCERTA Δαδόκερτα, *Armeniæ magnum caſtellum; iuxta Mediam. Stephanus.*

DADRVS, *vide* ADRVS.

DADYBRVS Δαδύβρος, *Paphlagoniæ vrbs, in Authenticis.* Δάδυβρα *eſt apud Porphyrogennetam, &* Δάδιβρα *apud Nicetam.*

DÆBON, *vide* DIBON.

DÆDALA Δαίδαλα, *Indica vrbs. Ptolemæo. alia Crete, Stephano. cui & Rhodi regio, & vrbs eſt. in Lycia autem Rhodienſium quam agnoſcit quoque Liuius 32. item Lyciæ mons, & vrbs: huius Strabo & Plinius quoque meminere. Ptolemæo* DADDALA Δάδδαλα, *locus eſt in Licya: vitioſè pro* Dædala; *quod Latini interpretes recepere. vide* GORYÆA

DÆDALEON *inſulas duas habet Plinius, circa Lyciam alicubi. iuxta Dædalam vrbem, vt puto.*

DÆDALI *Templum, in inſula quadam, iuxta Memphin Euſeb. 10. Præparat.*

DÆDALIA Δαιδάλεια, *Italiæ vrbs à Dædalo ædificata. nunc* IVLIA Ἰουλία, *dici, ſcribit Stephanus.*

DÆDALIDÆ, *Cecropidis tribus, in Attica vicus. Stephanus, & Diodorus.*

DÆDALIVM, *Siciliæ locus,* XVIII. M. *paß ab Agrigento. Antoninus.* BETADALIVM *habebat Pariſinum exemplar.* DECALIVM *legit codex M.S. Reuerendiß. Læuini Torrentij.*

DÆMONVM Δαιμόνων, *inſula, in Arabico ſinu, apud Ptolemæum.*

DÆSITIATÆ, *vide* DESITIATES, *&* BATONES.

DÆTICHÆ, *vide* DATICHÆ.

DAFNE, *vide* DAPHNE.

DAGALASSVS, *Armeniæ Minoris vrbs, Antonino. Exemplar Aldinum legit* DE GALASSO *diuiſim.*

DAGANA, *vide* DANA.

DAGASIRA Δαγάσειρα, *locus in Carmania, ad mare. Arrianus de Indicis.*

DAGBET, MOCHOL, SARANDIB, & ZING. *inſularum nomina in mari Arni videntur, apud Serapionem. vnde nux Indica adfertur.*

DAGEPSVS Δαγεψός, *loci nomen eſt, apud Stephanum: in verbo* λυκαψός.

DAGISTES, *loci nomen, Curopalati 1.*

DAGON Δαγων, *caſtellum vltra Hierichunta. Ioſephus Antiq. 13. cap. 15. & belli Iud. 1. cap. 2. Aliud* DAGON *haud procul à Ptolemaide, in Tribu Aſer, Ioſue 19. inter Dioſpolim & Iamniam, vt habet Euſebius.* BETHDAGON *hanc vocat D. Hieronymus, & addit* Capherdago *dici.*

DAGONA Δάγωνα, *Ptolemæo Armeniæ Minoris opidum.*

DAGRÆ Δάγραι, *Tyanitidis regionis in Cappadocia opidum, Ptolemæo. Interpretibus* DRATÆ *eſt.*

D A

DAGVSA, *vide* DASCVTA.

DAGVTA Δαγούτα, *Myſiæ Maioris, in Helleſponto vrbs. Ptolemæus.*

DAHÆ, *vide* DAÆ, *&* SCYTHÆ.

DAI, *vide* DACIA.

DAII Δάιοι, *Perſica gens. Herodotus in Clio. Etiam gens vltra Tanaim ſiue Iaxartem, Aſiæ fluuium. Arrian 3. Alexand.*

DAISII, *in Alpibus gens, iuxta Iapodes, Appiano. Vide* DESITIATÆ.

DAIX Δάιξ, *Scythiæ flumen Ptolemæo, quod in Caſpium mare effluit. huius loco* TALICVS *apud Marcellinum habetur: etſi* DAICVS *in Accurſij codice legatur.*

DALANDA Δάλανδα, *Armeniæ Minoris vrbs, iuxta Euphratē, Ptolemæo. pro quo interpretes* LADANA *legunt.*

DALASARBA Δαλάσαρβα, *Thraciæ opidum, Procopio 4. Ædific.*

DALASIS Δαλασις, *Ciliciæ regio, apud Ptolemæum.* LABASSIS *legunt interpretes*

DALCARIZA, *Pontica vrbs. lib. Notit. In Aſia eſt.*

DALDIA, *vide* DALDIS.

DALDIS Δάλδις, *Lydiæ vrbs, Suida auctore, in voce Artemidorus.* DALDIA Δαλδεια, *ipſi Artemidoro, & Ptolemæo; pro quo interpretes* DADALIS *legunt.* MYSTEN *vocari ab incolis huius, annotauit idē Artemidorus.*

DALE, *Myſiæ Aſiaticæ opidum. Plinius.*

DALIDA Δαλιδὰ, *inſulæ cuiuſdam Arabiæ Felicis vrbs. Diodorus 5.*

DALION *populos vocatos, habet Plinius: Æthiopiæ ſub Ægypto, ſupra Syrtes maiores, Oceanumq́; Meridianum. pluuia tantùm aqua vtentes.*

DALISANDA, & DALISANDVS, *vide* LALISANDA.

DALISANDVS, *vide* DACISANDVS.

DALIVM Δαλίων, *Pelopōneſi fluuius, Elidis regionis. Strabo.*

DALIZANDVS, *vide* LALISANDA.

DALLAM Δαλλαν, *Palæſtinæ locus: Ioſue 15.* DELEAM *legit D. Hieronymus.*

DALLVNTVM, *Dalmatiæ opidum, Antonino. Corruptè, pro Dalminium, vt ſuſpicor.*

DALMANA, *in extima Dalmatiæ vrbs: Caßiodoro de Orthographia. vnde ait hanc regionem nomen trahere.*

DALMANVTA, *locus Paleſtinæ, Marci 8. Idem cum* MAGEDAN, *Matth. 15. vt cenſet D. Auguſtinus.* MAGDALA *hic autem legunt 70. Interp. Vide* MAGDALA, *&* CÆSAREA *Panias.*

DALMATIA, *Illyridis pars, verſus Macedoniam. Ptolemæus, cum Strabone & Plinio. Scribit Petrus Ranzanus in ſua Hungaria, vniuerſam Dalmatiam cum ſibi conterminis Illyride atque Liburnia, vno vocabulo, ab omnibus ferè orbis nationibus* Sclauonia *vulgò vocari. Et quicquid eſt agrorum trans Sauum, per quos ſit iter Italiam verſus,* Croatiam *nominari:* Krabaten *Germani pronuntiant.* DALMATICVM *Mare, hinc habet Tacitus 3. Annal. vide* DELMATIA.

DALMINIVM, & DALMIVM, *vide* DELMINIVM,

DALOMENA Δαλομλωὴ, *Aſſyriæ regio; apud Strabonem.*

DALREVDINI, *Britanniæ inſulæ populi. Beda.*

DALYTERNI, *Galliæ Narbonenſis populi, ad Rhodanum fluuium. Sex. Auienus.*

DAMA Δάμα, *Arabiæ Felicis vicus, Ptolemæo.* MADA, *interpretibus.*

DAMACH, *vide* ERTE.

DAMÆI Δαμαῖοι, *gens iuxta Ichthiophagos. Stephanus: ex Apollodoro.*

DAMALIS, *turris ad Boſporum Thracium à parte Europæa, quam nunc* Arcula *vocant. Nicetas. Vide* BOSPORVS, *&* CHRYSOPOLIS.

DAMANIA Δαμανία, *Hedetanorum in Hiſpania vrbs, Ptolemæus.*

DAMARTIS, *vide* APHANNÆ.

DAMASCENA, *pars Syriæ, Plinio. quam puto in concilio Chalce-*

D A

*donenſi* PHOENICIAM LIBANISIAM *vocari. In Sacris Biblijs* SYRIA DAMASCI, *&* MAACHI *nominari credo. Vide* SYRIA.

DAMASCVM Δαμασκὸς, *Syriæ, Veram Iouis vrbem; totiusq́; Orientis oculum; vocat Iulianus, in Epiſtolis.* ΔΑΜΑΣΚΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ, ΑΣΥΛΟΥ. *legitur in Macrini nummo.* ΚΟΛ. ΔΑΜΑΣΚΟΣ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ. ΙΕΡΑΣΟΣ. *in Herennij nūmo legi, Goltzius mihi teſtis eſt. In nummo meo Otacillæ hæ ſunt litteræ,* COLONI. DAMASCO. METROPOL. SEBACMIA. DAMASCVM *Montem habet Plinius, vbi pruna naſcuntur.* Scham *hodie à Turcis vocari, dicit in ſuo Onomaſticho Muſulmannico Leunclauius.* Siam *ſcribit Thomas Minadoius in Perſica hiſtoria.*

„ DAMASENVS. *Ouidius 10. Metam. Eſt ager, indigenæ*
„ *Damaſenum nomine dicunt: Telluris Cypriæ pars optima,*
„ *quam mihi priſci Sacrauere ſenes.* DAMASVM *agrum*
*vocat Lutatius. An fortè* TAMASSENVS, *à Tamaſſo?*

DAMASI, *vide* DOBASSI.

DAMASIA Δαμασία, *arx Lycatiorum, in Rhætia. Strabo.* Dieſſa *vocat Lazius, & Auentinus. vbi Andacenſe cœnobium.*

DAMASSVS, *vide* TAVRVS.

DAMASTAGAR, DESERIDAN, RVSA, BEIBAL, BECHAL, BEDDARACH, *palatia Coſroes Perſarum regis, circa Cteſiphonta. vt videtur lib. 18. Hiſtoriæ Miſcellæ; omnia deſtructa ab Heraclio Imp.*

DAMASTII Δαμάστιοι, *argenti metalla, circa Ionium pelagus, in Illyride, habet Strabo 7.*

DAMASVS, *vide* DAMASENVS.

DAMATRYS, *locus Zonaræ, & Cedreno.* DAMATRYANOS *montes, habet Conſt. Manaſſes, & Glycas. circa Thraciam, aut Byzantium, vt videtur.*

DAMEA, *vide* APAMEA.

DAMENSII, *vide* TEDAMENSII.

DAMMANA Δαμμανα, *Arachoſiæ opidum, Ptolemæo.*

DAMNA, *locus Palæſtinæ. Ioſue 21. vide* DAMNÆ.

DAMNÆ Δᾶμναι, *Serica gens, apud Ptolemæum. &* DAMNA *apud eoſdem vrbs.*

DAMNANITANI, *ſunt apud Plinium Hiſpaniæ Tarraconenſis populi.*

DAMNATA *Aqua, vrbis Romæ. P. Victor, & lib. Notitiarum.*

DAMNIA, *Arabiæ Felicis regio, Plinio.* Δαμνία, *flumen Calabriæ. Sic Lexica.*

DAMNII Δάμνιοι, *Albionis inſulæ populi, verſus Boream, Ptolemæo.* Weſtmerlandt *hodie, Humf. Lhuydo.* Δαμνόνιοι, *ſcribebat hoc loco vetus codex. vide* DAMNONII.

DAMNONI, *locus vnde vnus fortium Dauidis. 2. Samuel. 23.* AMONITES *à 70. interpretibus vocatur.*

DAMNONII Δαμνόνιοι, *vel* DVMNONII Δυμνόνιοι, *diuerſæ enim lectionis ſunt, Ptolemæo Albionis inſulæ populi, qui nunc* Deuonſhyremennen *Anglicè, &* Dyfinniant *Britannicè vocantur, Lhuydo teſte. Hect. Boëthius autem eos* Deuſchyre *nominat. Camdenus* Deuoniam *&* Cornualliam *ſub his cōprehendit. Pro Damnonij legit M.S. codex* DAMNII Δάμνιοι. *vide* DAMNII. *non vtrobique aut Damnij, aut Damnonij legendū.*

DAMNONIVM, *vide* OCRINVM.

DAMPETIA, *apud Liuium vrbs Brutiorum eſt. Gab. Barrius arbitratur hodie* Toranon *eo in loco ſitum. Non dubito eandem eſſe cum* LAMPETIA *Stephani, quam ex Polybij 13. nominat: &* CLAMPETIA *Plinij Melæq́;. dubito autem quæ verior ſcriptura. Varietas orta ex elementorum ſimilitudine. apud Græcos* Δ. *&* Λ. *apud Latinos d. & cl.*

DAMPOLIS *caſtellum, Cedreno. In Thracia videtur.*

DAMVRAS, *vide* TAMYRAS.

DAMYRIAS Δαμυρίας, *Siciliæ fluuius, apud Plutarchum, in Timoleonte.*

DAN, *vrbs Palæſtinæ, in regione Roab, circa Sidonem, quæ* LAIS λαῖσα, *&* LESEM *quoque appellata fuit, Iudicum 18. & 3. Reg. 12. Ioſephus 5. Antiquit. 2. eam ad*

D A

*fontem Iordanis Minoris collocat.* Baliuus *eam vocat* Beniamin. Belenas *vocat eam nouo nomine Breitenbachius. vide* CÆSAREA PANIAS.

DANA Δάνα, *Ptolemæo Taprobanæ opidum, Lunæ Sacrum.* DAGANA *legit interpres. Frequēs vrbs in Cappadociæ quoq́; Xenophonti 1. Cyri exped. Hæc fortè* DANAE Δανάη, *Ptolemæi: quo loco* DANATI *legunt eius interpretes.*

DANABA Δανάβα, *Palmirenæ vrbs, Ptolemæo. Phœniciæ adſcribit lib. Notit. vt alias plures. Phœniciæ Libaniſiæ, concil. Nicenum: &* CASTRVM DANABVM *nominat.*

DANABE, *Perſarum opidum. Zoſimo 3.*

DANABVS, *circa Aßiſium locus, in Italia. Teſtis Surius in Conſtantio Epiſcopo & martyre.*

DANÆ, *vide* DANA.

DANÆIA. *Hec eſt Danaeia Perſis, Vrbs in Achemeniis* „
*vallibus illa fuit. Ouid. 1. Amandi.* „

DANAI, *vide* GRÆCIA.

DANAIDÆ, *qui prius* PELASGI: *incolæ Inachiæ. Euripedes in Oreſte.*

DANALA Δανάλα, *Galatiæ caſtellum, Straboni.*

DANAPER, & DANASTER, *vide* BORYSTHENES.

DANASTVS, *pro* DANASTRVS, *corruptè legi puto apud Marcellinum 31. vide* BORYSTHENES.

DANATI, *vide* DANA.

DANACRIGI, *circa Daciam populi. Teſtis Theodoſius Dionis abbreuiator.*

DANDACE Δανδάκη, *Tauricæ Cherſoneſi vrbs, Ptolemæo.*

DANDACENA, *Cappadociæ opidum, Antonino.*

DANDAGVLA, *Indiæ opidum, inter Gangis & Indi oſtia. Plinius.*

DANDARI *Plinij, qui* DANDARIDÆ *Taciti, &* Δανδάριοι, *Strabonis & Stephani: circa Caucaſum habitare videntur. Regionem* DANDARICAM *vocat Tacitus quoque. Vide* SARMATIA.

DANDAXINA, *apud Antoninū Armeniæ Minoris vrbs.*

DANDVTI Δανδοῦτοι, *Germaniæ populi, apud Ptolem.*

DANEON *Portus, ad ſinum Arabicum, ex quo nauigabilem alueum perducere in Nilum, qua parte ad Delta dictum decurrit, Seſoſtris rex cogitauit Plinius.*

DANGVLÆ, *populi ſunt circa Arachoſiam, Plinio.*

DANI *populi, ſunt hodie* Denemarcker. *Apud vetuſtißimos auctores horum non eſt mentio. Iornandes eorum primus in hiſtoria meminit. Hos eoſdem vocant Eginarthus, & eius ſæculi ſcriptores,* NORTMANNOS. *ſed ijdem etiam eos ſic vocant, quos nos hodie* Ruſſen *vocamus. item* Sweden. DANI *cum* DACIS *ſepenumero à iunioribus video confundi. non tamen ſine maximo errore.*

DANICA *Silua, Albionis inſulæ nemus.* Andreſwaldt *Anglicè;* Coad Andres *Britannicæ vulgo dici, ſcribit Humf. Lhuydus. Quis auctorum veterum huius nemoris meminerit, me neſcire fateor.*

DANIENSIS, *meminit Aluarus Gometius, in Franciſcī Ximenij vita 3. ex hac inſcriptione, quæ Flauio Brigantij eſt.* MARTI AVG. SACR. G. SEVIVS LVPVS ARCHITECTVS A. F. DANIENSIS LVSITANVS EXSVL.

DANTHELETICA Δανθηλητικὴ, *Thraciæ præfectura, apud Ptolemæum. Huius populos vocat Plinius* DENSELATAS, *vt ſcribit Villanouanus* DENSELETÆ. *per* E *in penultima habent Cicero, & Plinius. Dāthelētas Liuius: Per* A. *in pœnultima Solinus; per* A. *in ſecūda Stephanus.*

DANVBIS, *vide* ALDVABIS & DANVBIVS.

DANVBIVM Δανούβιον, *vrbs iuxta Romam ſic Stephanus.* LANVVIVM *legendū: & hanc vocem extra ordinem litterarum à quodā imperito librario tranſlatam, ſuſpicor.*

DANVBIVS Δανούβιος, *Europæ maximus fluuius Ptolemæo & cæteris.* ISTER Ἴστρος, *quoque vocatur, teſte Plinio & Strabone: hic, horum nominum mutationem ponit ad eius cataractas. ille, vbi primùm Illyricum alluit: Ptolemæus ad Axiopolim vrbem: Appianus ad Saui fluminis cum eo confluentiam. itaq́; vt ſuperior pars Danubius; inferior verò Iſter vocetur. Beſſorum lingua Iſtrum nominari, addit Iornandes. Stephano* MATOAS ματόας, *quon-*

Danu dictus fuit. Idem eum DANVBIM Δάνουβις, & DANVSIM Δάνουσις, appellat. ADDVBANVS nominatur apud Feſtū, niſi locus deprauatus ſit. Antiqua numiſmata DANVVIVS legunt. Hyperboreum Iſtrū vocat Corippus. Danubij fontem accuratè deſcribit Ioannes Pedius, in Opere de bello Ducis Wirtenbergenſis, Huldiricho illatis. Done & Donaw hodie appellatur, ab vndarum ſono vel ſtrepitu, vt Althamerus habet. Hunc Danubium Lycophron ſub nomine Celticæ aquæ deſcribit. Ariſtoteles 1. Meteorolog. cap. 13. ſcribit eum ex Pyrenæi montibus oriri. In Celtis ab vrbe Pyrrhena, Herodotus in Euterpe. Bar vocatur hodie locus vbi originem ſumit: teſte Althamero. Cæſarius frater Nazianzeni in ſuis Dialogis putat Danubium vnum eſſe ex Paradiſi fluminibus. eum nempe quem Sacræ litteræ Phiſon appellant. Indeq; habet Phiſonitas, id eſt, Danubianos. Idem addit hunc Danubium à Gothis DVNAVTIS appellari. Ineptias credo, vti & cetera, vbi ſcribit eundē circa Gadyram inſulam in Oceanum deuolui. Danubium ſcribit Seneca 6. Natural. Europam Aſiámque diſterminare: pro qua Tanaim reſtituendum, niſi obſtiterit auctoritas Acronis ad Horatium, vbi dicit Tanaim etiam Danubium dictum. De hoc flumine legendus Stukius ad Ariani Periplum maris Euxini: etiam quæ ſcripſimus ad Daciæ Parergi noſtri tabulam.

DANVM, Angliæ opidum, lib. Notit. & Antonino. Hoc ſine dubio Dancaſter eſt, inquit Talbotus, & Camdenus.

DANVPTIA, & HIERON, loca in Europa, circa Pontum. Hiſtoria Miſcella 2. Huius Plinius quoque meminit. vide HIERVM.

DANVVIVS, vide DANVBIVS.

DAONA, Indiæ extra Gangem vrbs Ptolemæo, vt Mercator habet, qui eam Done vocari ait; in ſua Vniuerſali tabula. ſed ſciendum Græcos codices hoc loco DASANA Δάσανα legere.

DAONES Δάονες, Indica gens, Stephano. DOANÆ Δοάναι, fortè Ptolemæi, vbi interpretes DAONÆ legunt. Extra Gangem eſt.

DAONIVM, Thraciæ opidū maritimum, apud Cedrenum, Nicetam, & in Hiſtoria Miſcella 17.

DAORISI Paterculo, DAORIZI Plinio, DAORSEI Liuio, Δαόρσιοι Straboni, DAVRSII Δαύρσιοι, Ptolemæo. Delmatarū gens eſt, DARSII, ſunt, vt puto, Appiano in Illyricis.

DAPHA Δάφα, Arabiæ Deſertæ vrbs, Ptolemæo.

DAPHISSA, Phthiotidis mons, apud Plinium.

DAPHNE Δάφνη, Antiochiæ Syriæ ſuburbanum delicioſum, & nemus amœnitate inclitum, cum vico fontanis aquis irriguo. In medio aſylum, & templum Apollinis ac Dianæ, octoginta ſtadiorum ambitu, vt Strabo illud deſcribit. Huius quoque mentio eſt 2. Machab. 4. DAPHNENSIS Lucus vocatur à Sex. Rufo: SACRA TEMPE appellatur à Dionyſio Alexandrino. CONSTANTINIANA DAFNE, in nummo Conſtantini Magni. Male diſtinctum legitur in A. Occonibus lib. Conſtantini Anadaphne. Huius ſitum & formam lege apud Sozomenum 5. cap. 18. DAPHNENSIVM Conſtantini meminit inter legiones Comitatenſes liber Notitiar. Baliſtariorum Daphnenſium, idem. Ad Ponti Euxini oram ſiniſtram locus etiam eſt: qui Stephano quoque SERGIVM dicitur. ſunt DAPHNVSIÆ apud Gregoram mille ſtadiis à Conſtantinopoli. Vide AMYCLI Portus. idem enim eſſe, non dubito. Lyciæ etiam regio quædam Daphne vocatur, apud Stephanum. Munimentum ad Iſtrum fluuium alicubi, eſt Ammiano 27. & Procopio 4. Ædific.

DAPHNE iuxta Peluſium quoque in Ægypto, Stephano. quæ Daphne Peluſiæ vocantur ab Herodoto. Hæc DAPHNVS Antonini eſt XVI. M. P. à Peluſio. DAPHNEN Nemus, circa Seleuciam, ad Semechonitidem paludem habet Ioſephus 4. Belli Iudaici, cap. 1. ſic quoque Egeſippus. Balnei quoq; nomen, in Sicilia, apud Syracuſas: Cedreno, & Hiſtoriæ Miſcellæ, 19. vide APSASIVM.

DAPHNIDVS Δαφνιδος, nomen loci, circa Oropum: Dicæarcho, ſi fida Scriptura.

DAPHNINE, vide DAPHNVS.

DAPHNIPOLIM, vrbem Græcam, habet Euſtathius, in ſua Iſmeni hiſtoria fabuloſa.

DAPHNVDIVM, vide DAPHNVSIVM.

DAPHNVS Portus, Δαφνοῦς λιμὴν, apud Strabonem, Æthiopiæ regionis, ad Sinum Arabicum. Habet Arrianus in hoc tractu DAPHNVM MAGNVM flumen: quod & ACANNÆ appellari ait. Et ACANNÆ Ἀκάνναι, eſt hoc loco vrbs, apud Ptolemæum. DAPHNVS Phocica vrbs, Stephano: ad mare Euboicum, Straboni: apud Locros, Plinio. Eidem etiam circa Ioniam vrbs quam interiiſſe tradit. Daphnidis inſula ſinus Arabici, eſt apud Plinium: quæ DAPHNINE Ptolemæi videtur. Fluuius Daphnus eſt, Plutarcho, in Sapientum conuiuio, in quo delatum cadauer Troili, Heſiodi aſſecla fuit, hæſitq; non procul à mari in ſcopulo, qui etiamnum Troilus dicitur, apud Locros Ozolos videtur. Vide DAPHNE, & HARPASVS.

DAPHNVSA, inſula maris Ægæi, finitima Samo & Lesbo: quæ & THALVSA vocatur. Plinius lib. 5. cap. 31. Vide THYNIAS.

DAPHNVSIÆ, vide DAPHNE.

DAPHNVSIS, populus vicinus Co inſulæ. Palus etiam Bithyniæ, iuxta Olympum. Stephanus.

DAPHNVSIVM, locus ante Rhegium, iuxta Thracum terram, Stephano. Δαφνούδιον legit aliud exemplar. Eſt quoque Ægypti vicus, eidem Stephano.

DAPHNVTIANVS Pons, Nicetæ, Videtur circa Conſtantinopolim, Supra Myrmecem lacum fortè.

DAPHTHITÆ Δαφθῖται, Interioris Libyæ gens, apud Ptol.

DAPSILIA, locus, lib. 21. Hiſtoriæ Miſcellæ. vide APSYLÆ.

DAPSOLIBYI, Δαψολίβυες, Libyca gens, de quibus Nicolaus, apud Stobeum de Legibus, vbi quodam die viri & mulieres ſeorſim epulantes, exſtincta lucerna, quilibet quamcunque contigerit, in vxorem ducit.

DARA Δάρα, Carmaniæ fluuius, Ptolemæo. qui DARAS Plinio. Vide DARIAEVM, NVCHVL, & THABORTENVM.

DARABA, Aethiopiæ ſub Ægypto opidum, Straboni. Ad ſinum Arabicum.

DARABITTA Δαραβίττα, Vicus Galilææ, in Magno campo ſitus. Ioſephus in vita ſua.

DARADAX Δαράδαξ, Syriæ fluuius, Xenophonti 1. Cyri exped. Δαράδητης in genitiuo legebatur in margine. Ad cuius fontem Beleſis principis regia erat.

DARADRÆ, vide DERADRÆ.

DARADI Δαράδαι, Libyæ Interioris populi, Ptolemæo. DARATITÆ ſunt apud Plinium. vide DARATIS.

DARÆ, Getulorum gens, in Libya. Plinio. vide DARIA.

DARANDÆ, vide RHANDÆ.

DARANDVS, vide TARANTVS.

DARANISSA Δαράνισσα, Armeniæ Maioris opidum. Ptolemæus. DARANISENSIS, ſeu ANALIBLÆ, magnæ Armeniorum regionis meminit ſexta ſynodus Conſtantinopolitana, in Conciliorum opere: In eadem ſynodo, DARANISEOS, hoc eſt ciuitatis ANABILORVM, non ſemel mentio fit. ANABILA apud Antoninum.

DARANTASIA, vide TARENTASIA, & FORVM CLAVDII.

DARANVM, vide DORANO.

DARAPSA Δάραψα, Bactrianæ opidum, Stephano, ex Strabone. vide DREPSA.

DARAS, vide DARA, & DARIA.

DARASI, vide IVSTINIANA NOVA.

DARATIS Δάρατος, fluminis oſtia habet Ptolemæus in Libya Interiore. DARADVS legunt interpretes. ſed & ipſe Ptolemæus DARADOS populos habet ibidem. DARAT Plinio eſt. hunc Barroſus ſcribit hodie Canaga nominari Zanaga Maffeio.

DARATITÆ, vide DARADI.

DARCAMA Δαρκάμα Ptolemæo Ariæ vrbs.

DARCOLOMARVM Prouinciæ in Dacia, memoria eſt in antiquis marmoribus, apud Lazium, R. P. Romanæ 12. cap. 6. Circa Vlpiam videtur. ſic enim in marmore, PROVINCIÆ DARCOLOMARVM TRAIANARVM SARMATICARVM. Sarmatiam Europæam hucuſque pertingere, ex hac ſcriptura apparet.

DARCORTVRVM, vide DARIORIGVM.

DARDÆ Δάρδαι, Indica gens, apud Stephanum, & Plinium 11. cap. 31. inter Indos Septentrionales. DERDÆ per E. Straboni, qui dicit gentem eſſe magnam, & habitare in montibus verſus Orientem expoſitis. apud quas aurifodinæ ſunt, quas formicæ cuſtodiunt. DARDANES vel DARDANENSES Δαρδάνεις, ſunt hi Dionyſio, circa Indi fluminis partes ſuperiores.

DARDANI, vide DARDANIA, & DARDANVS.

DARDANIA, Oroſio, Ptolemæo, & aliis, Europæ regio MYSIA Mediterranea vocatur in Codice. quæ à Wolfg. Lazio Boſſen appellatur. Illyriæ pars. teſte Æliano in Variis, & Nicolao, apud Stobæum: qui ſcribit hos tantùm ter in vita lauare: cum naſcuntur; in nuptiis; & in funere. DARDANOS Seruiam & Raſciam habitaſſe, ſcribit Cuſpinianus, & Volaterranus. σερβία, & ῥασκία, habet Sophianus. DARDANIVM, ſeu DARDANIA, opidum Troadis eſt Plinio & Pomponio: item Diodoro 4. circa littus. Ouidius huius quoque meminit Triſtium 1. Eleg. 9. SCAMANDRI collem prius vocatum, ſcribit Iſacius ad Lycophronem. DARDANI Troica gens eſt, & DARDANENSES Indica, inquit Euſtathius, & Stephanus. Dardanos illos Troicos, poſtea TEVCROS dictos, ſcribit Meſſ. Coruinus. ſic vocantur quoque ab Herodoto. DARDANVS vrbs, & DARDANVM promontorium ibidem eſt, vt refert Strabo 13.

DARDANIS. vide ZEPHYRIVM.

DARDANVS, Italiæ vrbs, in Apulia, cincta paluſtris Salpes aquis, vt refert Lycophron. Adiicit eius interpres Iſacius, Dardanum ciuitatem eſſe ſupra Macedonas, & Illyrios. vbi quoque Dardani populi, in Mœſia Superiori nempe. quo Ptolemæus etiam Dardanos populos, & Dardaniam regionem habet. Hos Plinius 4. cap. 10. ad Pieriam vſque Macedoniæ producit. Eſt DARDANVS quoque Tuſciæ vrbs, ſi edicto Deſiderii regis fides. Vide DARDANIA, & RHODVS.

DARDARII Δαρδάριοι, gens apud Mæotidem paludem. Plutarchus in Lucullo.

DARDES, vide DARADAX.

DARDI, Apuliæ Dauniæ populi, à Diomede ibidem deleti. Plinius. A Dardano fortè, vrbe Apuliæ.

DAREIVM, vide DARIVM.

DAREMÆ, Troglodytica gens, in Æthiopia, Plinio.

DARETIDIS Δαρητίδος, regionis in Macedonia, meminit Polybius 5. circa finem. vide DASSARITAS.

DARETIS Δαρῆτις, regio in Media eſt, Ptolemæo. Adilbegian vocat Caſtaldus. DARITAS populos hic puto Herodoti.

DARGIDVS Δάργιδος, Bactrianæ fluuius: apud Ptolem.

DARGOMANES, vide DORGAMANES.

DARI, Indiæ populi, Plinio.

DARIA, ciuitas Meſopotamiæ fuit. 98. ſtadiis à Niſibi diſtans, vt ſcribit Procopius lib. 1. de bello Perſico, qui eam tradit ab Anaſtaſio Imp. inexpugnabilem conſtructam, & de ſuo nomine ANASTASIAM dictam. ANASTASIOPOLIS eſt Cedreno. Græcum exemplar Δωρας, habere, dicit Adamæus SWalenbergius. Δαρας, tamen legendum docet. DARÆ Δαραι, Stephano. (qui vocat præſidium Anaſtaſiopolis vrbis) DARAS Δαρὰς, eſt apud Marcellinum Comitem, & Cedrenum. LX. M. paſſ. ab Amyda verſus Auſtrum, & XV. à Niſibi diſtat. Inter duo flumina conſtituit eam Calliſtus. DARIA etiam vicus Paleſtinæ, 4. aut 5. millib. à Damaſco, Guil. Tyrio auctore. Daras nūc Taures vocari, ait Ioannes Lydus. vide DORA.

DARIÆVM, locus miræ fertilitatis, in Zapauortenæ Aſiæ regiuncula, Plinio. DIREVM legit Solinus: accurateq; deſcribit. Videtur DARITIS Δαρεῖτις, Ptolemæi, & DARA Trogi 41.

DARIAVSA Δαριαύσα, Mediæ vrbs. Ptolemæus.

DARIDNA Δάριδνα, Stephano Paphlagoniæ vrbs. ex Alexandro.

DARIN, vide DRAVVS.

DARINVM, Thraciæ aut Aſiæ Minoris locus videtur; in Hiſtoria Miſcella 23.

DARIORIGVM Δαριόριγον, Ptolemæo Venetorum, in Gallia Lugdunenſi vrbs. Vannes Cænali & Villanouano eſt. Pro Dariogum putat M. Velſerus legi in Schedis Peutingerianis DARCORTVRA, & BARTORITVM. In tertia autem huius nondum edita CONBARISTVM legitur.

DARISÆI Δαρεισαῖοι, vnde Dariſæus gentile eſt apud Arrianum de Reb. Ind. An pro Daoriſi?

DARISTANE Δαριστάνη, vrbs Perſica, apud Stephanum.

DARITÆ Δαρεῖται, Perſica gens. Herodoto in Thalia. Δαρῖται, Stephano. In Daritide regione, veriſimile eſt.

DARITIN aliqui volunt Arianæ partem eſſe. ſic Plinius. Vide DARIÆVM, & DARETIS.

DARIVM Δάρειον, Phrygiæ opidum, Stephano.

DARNA Δάρνα, Aſſyriæ vrbs apud Ptolemæum. Libyæ eſt Ioanni Moſco, in Prato ſpirituali, cuius Epiſcopum Theodorum nominat.

DARNIA regio, eſt in Panegyrico dicto Maximiano Imp. in eius natalibus. ſi vera lectio; improbatur enim à Lipſio non fruſtra, in Epiſtolicis Quæſtionibus.

DARNII Δάρνιοι, Hiberniæ populi, Ptolemæo.

DARNIS, vide ZEPHYRIVM.

DAROACANA Δαροακάνα, Paropaniſi vrbs. Ptolemæus.

DARON Aethiopiæ ſub Ægypto opidum, Plinio. Locus corruptus putatur Pintiano.

DARRÆ, gens Arabiæ Felicis. Plinius & Ptolemæus. Δαῤῥαι ad Rubrum mare, Stephano. Vide DERRHÆ.

DARRHÆI Δαῤῥαῖοι, populi. Goltzius, ex nummo. Gentile ab vrbe Δαρρα, eſt Stephano.

DARSA opidum circa Pamphiliam, Liuio 38.

DARSANIA Δαρσανία, Indica vrbs, vbi mulieres vno die veſtem contexunt. apud Stephanum. ARSANIA ἀρσανίη, eſt apud Nonnum in Dionyſiacis, lib. 26. quod annotauit Valkenburgius.

DARSII Δάρσιοι, Thraciæ gens, Appiano & Stephano. Vide DAORSI.

DARTHA, vide DATHA.

DARVENVM, vide DVROVERNVM.

DARVS, vide DRAVVS.

DASÆ, vide DAÆ.

DASANA, vide DAONA.

DASARETIS, vide DASSARITAS.

DASCON Δάσκων, Siciliæ regio, Stephano: ex Philiſto. Sinus quoque ſic dictus, prope Syracuſas. Diodoro 13. 14.

DASCVSA, vide DASCVTA.

DASCVTA, aut vt in ora libri legebatur DASCVSA, vrbs eſt ſita in confinibus Cappadociæ & Armeniæ, non procul à fontibus Euphratis. vt refert Oroſius 1. (vbi ADCVTA legit Æthicus.) DASCVSA fortè Plinii, quæ non longè eſt ab huius fonte. Non eſt DAGVSA, neque DASCVTA Antonini, aut Ptolemæi. hæ longius enim diſtant, in Armenia nempe Minori. DASCVSA Ponti vrbs, in lib. Notit. quoque eſt. Daſcutam hanc Ptolemæi in Armenia Minori puto. quam hodie Arſingam appellari, ſcribit Pet. Gillius, in quadam epiſtola Aleppo exarata, cuius copiam mihi fecit excellentis & cultiſſimi ingenii vir Emanuel Enrichus Luſitanus.

DASCYLEVM Δασκύλειον, vt Ptolemæus, Mela, & Strabo. DASCYLOS, vt Pauſanias & Plinius. Ponti & Bithyniæ vrbs eſt, ad Propontidem. Hodie Diaſquillo, vt Villanouanus; ſiue Diaſchilo, vt Niger ſcribit, nomen habet. Idem Ptolemæus eodem in loco, iiſdem longitudinis & latitudinis numeris habet PRVSIADEM Προυσίας, quoque vrbem. Synonima ſunt, niſi vitioſæ ſint numerorum notæ. Eſt & Cariæ vrbs, in Epheſiæ finibus. & alia poſt bellum Troianum exſtructa: tertia Ioniæ. quæ Magna cognominatur. quarta Bithyniæ: (hanc Ptolemæi puto) quinta Æolidis, & Phrygiæ. Sic Stephanus.

DASCYLIA, & DASCYLITICVS, vide APHNITIS.

DASEÆ δασέαι, Arcadica vrbs, Stephano ex Pauſania; ſed hic δασεα, ſine ι. legit, & DASEI populi. vide IASEA.

DASELIS, Æthiopiæ ſub Ægypto opidum. Plinius.

DASEM δασέμ, Gen 10. RESEM legit D. Hieronymus, RESEN Pagninus & Chaldæus. Vrbs magna inter Niniuen & Chale, vel Chalac. Gehiagan dicitur Beniamino Tudelenſi.

DASIBARI, Africæ Inferioris fluuius, à Corn. Balbo ſubactus, Plinio.

DASLERA δασληρα, paludis nomen, in Etymologico.

DASMENON, loci fortè nomen, in Aſia Minori. Strabo 12. DASMEDA mauult legere Caſaubonus. DASYMON eſt Porphyrogennetæ Cappadociæ pars, in qua Amaſia. DAZYMENA vocatur apud Cedrenum. DIAZIMVM legit Gabius apud Curopalatem.

DASNONES δάσνονες, Pannoniæ gens apud Strabonem. Ora libri legebat δασώνες & δπωνες.

DASSARENSES, vide DASSARITAS.

DASSARITAS δασσαρῖ), populos habet Stephanus in Illyrico, quos quoque DASSARENOS δασσαρενοί, & DASSARITIOS δασσαρίτιοι, vocari, ait. quæ ſcriptura vltima, Appiani quoque eſt. DASSARETÆ per E in penultima, ſunt Melæ, & Plinio. δασσαρῆται, ſunt Ptolemæo. DASSARITIOS, & DASSARENSES habet Liuius 45. an diuerſos inueſtigent eruditiores. Ptolemæi Latini codices malè DEPARETII, & DESARETII legunt. DASSARETOS, per E. appellat eos Plinius. ſed in Macedonia ab eo & Ptolemæo locantur. ibidem quoq; à Plutarcho, ad Lycum fluuium. DASARETIDEM regionem, ſingularis vocat Polybius 5. Eundem (aut fallor) vocat ibidem DARETIDEM, corruptè fortè. Vide SESARASII.

DASSARITES Lacus, qui LYCHNEDVS nominatur, inquit Niceph. Caliſtus, qui eũ in Illyrico videtur ponere. Is dicit Drinum fluuium inde euolui. LIGNISTVS Sequeſtro eſt. Et puto LYCHNIDVM vrbem Ptolemæi ibidem eſſe. eóque cum hodie quoque Lago de Lochrida dici. Vide LYCHNIDVS.

DASTAGARDA, vide DYSTAGERDA.

DASTARCVS, & DASTYRA, vide DASTRACVS.

DASTRACVS, mons Armeniæ Minoris, ad quem Pompeius caſtra regis obſidione concluſit. Oroſius 6. cap. 4. DASTARCVM δασταρκὸν, hoc tractu (circa Cataoniam nimirum) caſtellum eſt Straboni 12. ſed idem eodem libro habet DASTIRA, haud procul ab Euphrate, vbi Mithridatem fugiſſe ſcribit, ingruẽte Pompeio. eſt ergo alia à ſuo Daſtorco: at idem videtur cum Daſtraco Oroſii.

DASYMON, vide DASMENON.

DATALARIA Inſula, ex qua Saraceni ſexaginta monachos aſportatos, in Hiſpaniam vendiderunt. Ex Caroli Magni vita. PATALARIA eſt Reginoni. An quæ hodie Pantalarea? ſic puto.

DATENI, vide ANTISARA, DATVS, & DATINI.

DATHA δάθα, Aſſyriæ vrbs, eſt Ptolemæo, DARTHA interpretibus autem.

DATHEMA δαθεμὰ, Palæſtinæ munitio. 1. Mach. 5. Ioſepho Antiquit. 12. cap. 11.

DATICHÆ δατιχαι, Indiæ intra Gangem gens, apud Ptolemæum. Interpretes per Æ diphthongon in prima ſcribunt.

DATII δάτιοι, Galliæ Aquitanicæ populi. Ptolemæus. Circa AX, in Aquitania.

DATINI δατῖνοι, populi ſunt apud Stephanum. in dictione Antiſara. In Thracia ſunt, ſi rectè auguror. & ijdem cum DATENIS.

DATIVM δάτιον, locus, apud Strabonem 1. in Græcia vſpiam videtur, circa Perrhæbos.

DATTHA δάτθα, Mediæ opidum, Ptolemæo. Interpretes DOTHTHA legunt.

DATVS δάτος, Thraciæ vrbs, quæ aurifodinas habet, Suidæ. Ad Strymonis ripam, Euſtathio ad Dionyſium. Δατος in Thracia eſt Stephano. à quo DATENOS facit. Vide PHILIPPOS.

DATYLEPTI δατύλεπτοι, Thraciæ gens. Stephanus.

DAVANA; caſtrum præſidiarium, vnde Belias oritur, quĩ ſe in Euphratem effundit, Ammianus. Circa Perſidem fortaſſe. Vide DABANA.

DAVARA, vide CADRA.

DAVARES. Mauritaniæ populi, Ammiano.

DAVCHIS δαῦχις, Æthiopiæ Interioris mons. Ptolem.

DAVCHITÆ δαυχῖται, Ptolemæo Libyæ Interioris gens.

DAVCIONES δαυκίωνες, Scandiæ inſulæ populi, apud Ptolemæum.

DAVDYANA δαυδυάνα, Armeniæ Maioris opidum, Ptol.

DAVE δάυη, Arabiæ vrbs: Stephano.

DAVELLI, Æthiopiæ ſub Aegypto populi, Plinio.

DAVI, vide DACIA.

DAVIZ, Palæſtinæ mons, Guil. Tyrio.

DAVLIA δαυλία, Græciæ regio, Thucydidi lib. 2. quam ſuo tempore PHOCIS φωκὶς, vocari ſcribit. Eordetarum vrbs in Macedonia, eſt apud Ptolemæum. Vide DAVLIS, & APHRYSVS.

DAVLIS δαυλὶς, Ptolemæo Phocidis vrbs, quæ Liuio & Straboni quoque DAVLIA vocatur. FOCIS, ni fallor, Antonino eſt. vide DRYMEA.

DAVLOTES, Fons Arabiæ Felicis, Plinio.

DAVNIA, quæ CALABRIA dicitur; inquit Iſacius, in Lycophronem. Daunia, Apulia vocatur, à Dauno, Illyricæ gentis claro viro, qui eam propter domeſticam ſeditionem, excedens patria, occupauit. Vide APVLIA, IAPYGIA, & PEVCETIA.

DAVNIVM δαυνίον, Italiæ vrbs, Stephano: ex Lycophrone. Vide ARDÆA.

DAVNIVM Murus, δαύνιον τεῖχος, Thraciæ vrbs Steph.

DAVNI, Italiæ populi; de quibus quædam apud Ariſtotelem in Admirandis. Vide RVTVLI.

DAVRSII, vide DAORISI.

DAVRVNVM, locum Pannoniæ habet Antoninus. ſed TAVRVNVM fortè legendum, vt ſuadet Simlerus.

DAVSARA δαύσαρα, vrbs iuxta Edeſam. Stephanus.

DAVSDAVA δαυσδαυα, Myſiæ Inferioris opidum. Ptolem.

DAVTONA, Pannoniæ vrbs, Antonino. XXIIII. M. paſſ. à Siſcia. ANDAVTONIVM Ptolemæi putat Lazius in R. P. R. & addit fortè poſſe Tifer, aut Rheyn interpretari: non procul à Sauo, in ditione Cilienſi.

DAXARENI δαξαρηνοὶ, Arabiæ gens, Stephano.

DAXATA δαξάτα, Serica vrbs. Ptolemæus.

DAXIMONITIS δαξιμωνῖτις, campus, ad Irim fluuium, infra Comanam vrbem, verſus occaſum. Strabo. Vide DAZYMENA. idem enim puto.

DAXVS, locus in ſolitudine Palæſtinæ, quæ reſpicit Aegyptum. Guil. Tyrius.

DAZYMENA, vide DASMENON, & DAXIMONITIS.

DEA Bocontiorum, (pro Vocontiorum) Antonino Galliæ Narbonenſis locus. An DEAS caſtrum, Gregorij Turonenſis Hiſtor. 3?

DEABOLIS δεαβολὶς, Macedoniæ caſtellum: Calliſto, Gregoræ, & Cedreno, qui Diabolis per I. in prima legit, Gabius apud Curopalatem hoc loco DISPOLIS habet. Idem tamen alio in loco nominat quendam Theodoſium Diabolæ Epiſcopum.

DEBA δῆβα, Commagenæ in Syria vrbs, apud Ptolemæum. In Meſopotamia quoque, eidem.

DEBÆ δέβαι, Arabiæ Felicis populi. apud hos fluuius eſt aureæ arenæ, vt perhibet Diodorus 3. & Strabo 16.

DEBATARI, vide DOROZANTES.

DEBBASETH D. Hieronymo, δαβααθ, 70. interpretibus, in Paleſtina. Ioſue 19. In ipſo Carmeli iugo ſtetiſſe, credit A. Maſius.

DEBELIVM, vide DEVELTVS.

DEBERA, locus. Ioſue 15.

DEBIR, vide KIRIATH-SEPHER.

DEBLATA deſertum. Ezechielis 6.

DEBO-



DEBOMA δέβωμα, Eordetarum vrbs, in Macedonia. Ptolemæus.

DEBORA Palma, locus inter Rama & Bethel, in monte Ephraim. Iudicum 4.

DEBORVS δέβορος, Ptolemæo, Macedoniæ, in Pæonia regione vrbs. A Sophiano Dibrij indigitatur. DOBERIENSES Plinij ſunt.

DEBRA, Locus iuxta Thraciam, aut Macedoniam. Cedreno. DEBRIS Curopalatis fortè.

DEBRIS, vide DEBRA, & BEDIRVM.

DECALIVM, vide DEDALIVM.

DECANTÆ δεκάνται, Albionis inſulæ gens. Ptolemæo.

DECAPOLIS regionis, in Palæſtina; meminit D. Mathæus cap. 4. & Marc. 7. apud Lucam 8. ciuitatis nomẽ videtur. Decapolim Syrorum, habet Ioſephus in Vita ſua. DECAPOLITANAM Regionem deſcribit Plinius.

DECASTIDIVM, Antonino Calabriæ vrbs, quæ hodie Anna vocatur: vt annotauit Gab. Barrius. Decalſtidium autem legit per L. in ſecunda, errore typographi fortaſsè. quibus ſcatet hic liber, ſi quis alius.

DECATARA, Dalmatiæ vrbs: Cedreno, & Curopalati.

DECCIDA, vide DECETIA.

DECEATES, & DECEITES, vide DECIATIVM.

DECELIA δεκέλεια, Atticæ vrbs, Straboni & Pauſaniæ. Athenienſium caſtellum eſt apud Vegetium, & Stephanum, qui Hippothoontidis tribum vocat.

DECEMPAGI, Antonino Germaniæ vrbs; inter Argentoratum, & Diuodurum. Hodie vocatur Duoſe, in Lotharingia, inquit Ioſias Simlerus.

DECEM VIÆ, vide AMPHIPOLIS.

DECENA, vide BECENA.

DECENNONIÆ Paludes, ſiue ſtagna, circa Romam videntur. apud Caſsiod. 2. Variar. ad Senatum vrbis. His lucem addit tabulæ marmoreæ inſcriptio, Tarracinæ extantis: mihíque Romæ ab amico meo Philippo Winghio antiquitatis diligentiſsimo obſeruatore miſſa. qua memoriæ proditur iuſſu Theodorici regis CÆC. MAV. BASILIVM DECIVM V. INL. ET ORDO PAT. EXSICCASSE PALVDES DECENNOVII VIÆ APPIÆ A TRIP̄. VSQ. TERRACENAM. Celſus Cittadinus putat POMPTINAS Paludes eſſe.

DECENNOVII, vide DECENNONIÆ.

DECENSIVM ciuitatis Viennenſis, in Gallia meminit lib. Prouinciarum. ſed alius codex ATHENSIVM eius loco legit. DEINSEM videtur Greg. Turonenſis eam appellare, Hiſtoriar. 4. DETENSIVM eſt apud Cœnalem, qui Diez interpretatur.

DECENTII δεκέντιοι, Pannoniæ gens, apud Stephanum. ſic dicta à Decentio Magni filio, Magnentij fratre.

DECETIA, Galliæ Lugdunenſis opidum, Antonino. Decile Simlero eſt. Deziſe ad Ligerim, alij. DECCIDA videtur apud eundem Antoninum, alio in loco. Huius Decetiæ meminit quoque Cæſar 7. de Bello Gallico. quibuſdam codicib. An Decietum Stephani?

DECIANA δεκίανα, Endigetorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs. Ptolemæus. BECLANA videtur M. Velſero tabulæ Peutingerianæ ſcheda II. in tertia autem (quam nondum edidit, mihi autem pro ſua erga noſtra ſtudia beneuolentia, vtendã tranſmiſit,) DECLANA legebatur.

DECIANI, Calabriæ populi. Plinius.

DECIATIVM Regio, Plinio in Gallia Narbonenſi eſt. Comitatum de Raigni vocat Pinetus: Draguinien Cœnalis: Marri Pingonius. Straboni etiam DECEATES, (δεκιῆτες in Græco eſt) Ligurum gens eſt, quos eoſdem cum Deciatibus Plinij & Melæ opinor. nam Ligures eam partem antiquitùs quoque tenuere. δεκιατιοι, Ptolemæo ſunt, & Δεκιῆται Stephano. quorum vrbs DECIETVM. ſed Italiæ tribuit, vt Lugdunum quoque. Simlerus tamen ſubdubitat an ſint EDENNATES Plinij. vide DECENSIVM.

DECIETVM δεκίητον, Italiæ opidum: apud Stephanum. vide DECIATVM.

DECIIARA, appellatus eſt locus paludinoſus Mœſiæ, prope Abrittum vrbem, vbi Decij Imp. ſe dedere; vt ſcribit ex Iornande Pomp. Lætus, in vitis eorum. vide ABRITVM.

DECII FORVM, vide FORVM Decij.

DECIMVM, Africæ locus, 70. ſtadiis à Carthagine diſtans, auctore Procopio Wandalic. 1. vide DERIMVM.

DECLANA, vide DECIANA.

DECONVS, fluuius è Caucaſo oriens (vbi & Phaſis oritur,) diu Phaſi deſiunctim incedens, tandem aquas ſuas cum Phaſi communicat. Agathias 2. Sed DOCONVS Δοκωνος, legit Vulcanij codex.

DECORIANENSIS Epiſcopus, in Africa: meminit Vict. Vticenſ. M.S.

DECTVNINES populi, Circa Genuam: teſte tabula antiqua, ibidem.

DECVLANI, Italiæ populi, circa Apuliam, teſte Plinio.

DECVMA, Cordubenſis conuentus opidum. Plinius. DETVNDA Ptolemæi, putat Hermolaus.

DECVMANI, Galliæ populi, in quibus Martius Narbo: Plinio & Pomponio auctoribus.

DECVMATES Agri, in Germania ſunt Tacito; vbi hodie Wirtenbergenſis Ducatus eſt: Willichio cenſore. Iidem CARITINI Ptolemæo ſunt, Melanchthone & Peucero tudice. Loci proprium autem non cenſet Lipſius, ſed agros qui decumas ſoluunt.

DECVNI, Plinio Dalmatiæ populi.

DEDACANA, vide DIDAVCANA.

DEDAN δαιδαν. 70. interp. loci nomen: Hieremiæ 49. in regione Cedar, vt habet D. Hieronymus, in Locis Hebraicis. Vide TESSARESCÆ DECAPOLIS. Vide PALMYRÆNA.

DEDMASA δέδμασα, Stephano Cariæ vrbs.

DEDONE, Marmaricæ locus, apud Antoninum. PEDONE malim, vt quibuſdam in exemplaribus.

DEERA δηέρα campus Suſianæ regionis. Ptolemæus.

DEERAN, vide DVRAN.

DEES δήες, Arabiæ Felicis opidum. Ptolemæus. LEES interpretibus.

DEGALASSVS, vide DAGALASSVS.

DEGECIA, Galliæ opidum. Tertia ſcheda tabulæ Peutingerianæ MS nondum edita.

DEGIA δηγία, Ptolemæo Aſſyriæ vrbs.

DEGIRATAZVM, nomen vrbis Epiſcopalis, in Numidia. Vict. Vticenſis.

DEHEBRIS, vide ALBVLA.

DEIFRONS, vide THEVPROSOPON.

DEI GENITRICIS θεοτόκου, inſula Propontidis. In Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp.

DEI SALTVS, vide SALTVS.

DEIBEGEN, SEBVEN, & NAHAND, loca vnde mahaleb adfertur, apud Serapionem.

DEIBRENSIS villa Hiſpaniæ. Surius in S. Hildephonſi vita.

DEIENSEM, vide DECENSIVM.

DEIPNIAS δειπνιὰς, Theſſaliæ vicus, apud Lariſſam. Stephanus.

DEIRADES δειράδες, tribus Leontidis vicus. Stephanus. vide DIRAS.

DEIRE δείρη, Athenienſium vrbs, Stephano. Eidem promontorium, & vrbs Æthiopiæ. Hoc DERE δήρη, Ptolemæi & Strabonis puto, ad fretum ſinus Arabici.

DEIRORVM Prouinciam Britanniæ inſulæ, habet Beda.

DEITANIA, Hiſpaniæ Citerioris regio, circa Carthaginem Nouam, Plinio.

DELA δέλα, Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo.

DELAS δέλας, Aſiæ fluuius, Stephano: in voce Κυάμεια. Hic vnà cũ Tigride Minore Apamiam Meſenes circũdant.

DELBIA, vide DERBE.

DELBICCÆ, vide DERBICES.

DELCON δέλκον, fluuius, in quo piſcis delconus, qui inter ſalſamẽta poſitus, plurimũ confert ſtomacho. Athenæus 3. Circa Byzantiũ fortè. vbi Delcon opidum. Vide DELTA.

DELCOS δέλκος, lacus piſcoſus, iuxta Thraciam. Heſychius. Idem cum DELCON puto.



DELEAM

DELLAM, vide DALLAM.

DELEMNITÆ, vide LIMNITÆ.

DELESSA, Maris Aegæi inſula. Antoninus.

DELGOVITIA, Angliæ vrbs. Antoninus. Godmundham vocat Camdenus, in ditione Eboracenſi.

DELIA Δηλία, Cariæ vrbs, apud Stephanum.

DELIOLI Horti, Pontano: ſunt prope Neapolim, Pozzo Reale dicti Fabricio, in ſuis Itinerariis.

DELIVM Δήλιον, opidulum Bœotiæ, in Tanagra, Ptolemæo, Stephano, & Suidæ. Ad mare eſt, Plutarcho in Sulla, & Liuio 35. quinque M. P. à Tanagra, ad mare è regione Chalcidis, Herodoto, vbi prælio quondã victi fuere Athenienſes; teſte Strabone. Circa Syriam ciuitas eſt, Ioſepho Antiq. 14. cap. 5. Delium habet quoque Strabo, cum templo Apollinis, ad ſinum Argolicum. Eſt & locus in Eubœa, Plinio, vbi calidæ aquæ. Eſt etiam Mileſiorum caſtellum, vt refert Plutarchus, de Virtutibus mulierum, in Polycrita. vide DELVS.

DELLI, vide PALISCI.

DELLVM, vide ADELLVM.

DELMATIA Δελματία, Italiæ regio eſt Stephano. Videtur idem ex Procopio 1. Gothor. vbi Beneuẽtum Italiæ vrbem Dalmatiæ ex aduerſo oppoſitam ſcribit. Iapygiæ eam partem, quæ aduerſa Diomedæis inſulis, eos ſic nominare puto, ab inhabitatoribus nempe Illyriis: (quorũ pars Dalmatia) quos olim hanc oram inhabitaſſe. tradit ex Nicandro, Ant. Liberalis. Et hi ex Iapygia fortè vrbe, quæ Illyria etiam eſt, teſte Stephano. Feſtus quoque ſcribit Daunum Illyriæ gentis virum Apuliam occupaſſe, & à ſe Apuliam Dauniam nominaſſe. Idem Pelignos horum vicinos ex Illyrico ortos & profectos tradit. DALMATIA per A. in prima eſt aliis pars Illyridis. at DELMATIA ſcribendum docet Caſſiodori Geographia: item nummus Fl. Delmatij Imp. hoc tractu oriundi. quem hiſtorici omnes per A. in prima ſcribunt. malè.

DELMINIVM Δελμίνιον, Dalmatiæ vrbs; Straboni, & Ptolemæo; DALMINIVM, per A Straboni. Hæc quoq; DALMIVM, & DELMINVM dicta fuit Euſtathio auctore. Denna hodie Sophiano eſt: Damna Volaterrano. & Dumnio, Nigro. Vide DALMANA. nam eandẽ reor.

DELON, locus ad Moſæ partes inferiores: vbi pugnatum inter Sicambros & Gallos, ſcribit Tritthemius ex Hunibaldo. Fides ſit penes auctorem.

DELOS Δῆλος, Cycladum inſula, Ptolemæo, Straboni, & fere omnibus. vbi Apollinis oraculum, & natale ſolum: à Sicilia auulſam hanc ſcribit Lucianus in Dialogis. Sdiles, hodie dicitur, Sophiano. Plinius tradit eam aliquando PYRPILEN, ASTERIAM ἀστερία, PELASGIAM πελασγία, LAGIAM, ORTYGIAM, CYNETHVM, CYNTHON κύνθος, CHLAMYDIAM χλαμυδία, & SCYTHIAM σκυθία appellatam. ANAPHEN ἀναφὴ, quondam dictam ſcribit Philo. ORTYX Antonino quoque nominatur. Vrbem ASTERIAM poſtea DELON nominatam, tradit Apollodorus lib. 1. in ipſo Delo hæc eſt, teſte Seruio, in illud Virgilij Sacra mari colitur. Hanc eandem idem Virgilius APOLLINIS vrbem vocat ibidem, 3, Æneid. Vide DELVS.

DELOS MINOR, vide PVTEOLI.

DELPHACIA, Plinio Propontidis inſula.

DELPHI Δελφοὶ, Phocidis vrbs, Ptolemæo, Apollinis oraculo clara. Huius ſitum habes apud Heliodorum 2. & Trogum 24. Caſtri vocat Sophianus, Salona locum hodie appellari, magnamq; frumẽti vim inde adhuc exportari, ſcribit Niger. vide PYTHO.

DELPHICVM, locus in Carthagine vrbe, Procopio 1. Wandalicor.

DELPHINI, vide TYRRHENIA.

DELPHINI PORTVS, Liguriæ, apud Antoninum, & Plinium. Leandro Porto fino eſt. Nonnulli volunt eundem eſſe cum ERICIS PORTV Ptolemæi, ſed hic in Latinis tantum codicibus inuenitur.

DELPHINIVM Δελφίνιον, qui & SACER PORTVS ἱερὸς λιμὴν, In Bœotia eſt, è regione Eubœæ inſulæ, Strabonis. Chij inſulæ caſtellum eſt, Thucydidi 8. & Diodoro 13. item Suidæ & Stephano.

DELPHINVS, vide APSACIVM.

DELPHIVM, vide MEMTORICA.

DELPHVSA Δελφοῦσα, locus fontis in Delphis. Stephanus. Vide TELPHVSSA.

DELPHVSIA Δελφουσία, Arcadiæ opidum, Stephano ex Androtione. Vide DELPHVSA.

DELTA δέλτα, Ægypti pars inferior, inter Nili oſtia comprehenſa, ſic ab elemento Græco Δ cuius figuram ſitu exprimit, ab antiquis dicta. Hæc ab Ægyptiis PTIMYRIS πτίμυρις, vocatur, Stephano teſte. Mahelech ab Ægyptiis dici, tradit G. Tyrius. Sciendum autem quod hæc Delta, quam MAGNAM cognominat Ptolemæus, (Bubaſti & Agathodæmonis fluminibus atque mari Mediterraneo circumſcribitur,) duas alias Deltas in ſe comprehendit: vnam quam PARVAM, & alteram, quam TERTIAM vocat, idem auctor. Aliam præter iam dictas in hac eadem Magna videtur deſcribere A. Hirtius prope Alexandriam, inter Agathos dæmonem & Taly flumina. Videtur & locus ſic dictus in ipſa Alexandria: apud Ioſephum 2. Bell. Iud. cap. 21. DELTA Ptolemæo quoque vrbis nomen, in dicta Magna. quæ fortè hodie Menuti, quod colligo ex tabula quadam Chorographica M. S. Ægypti. DELTA Xenophonti, aliis DELCON, opidũ eſt, à Byzantio diſtans iter pedeſtre vnius diei. Dercon vocatur hodie. Pet. Gyllius. DELTA apud Arrianum eſt inſula in Indi fluminis oſtio, vbi ſe Indus bifariam diuidit. Hæc ab incolis PATALA dicitur, Ptolemæo & Plinio teſtibus. Hic hodie Diu eſt, Luſitanorum propugnaculum. Alia loca huius nominis Deltæ ſunt, vt apud Stephanum in Syria vrbs. Vicus in agro Corinthiaco, apud Pauſaniam. vide PATALIS, & METELIS.

DELTHANII Δελθάνιοι Peloponneſi vrbs, inter Lacedæmonienſes & Meſſenios. Stephanus.

DELVS Δῆλος, vrbs circa Ciliciam, apud Strabonem 14. Locus quoque in Bœotia, aut mons, vbi Apollinem natum fabulantur, vt refert Plutarchus in Pelopide. An idem cum DELIVM? vide DELOS.

DEMA, opidum in Clidro, Curopalati. Circa Thraciam, aut Bulgariam.

DEMALE, vide DIMALVM.

DEMENÆ Δημέναι, regio in Sicilia. Etymologicon.

DEMENOPOLIS, Epiſcopatus ſub ſede Seleucienſi Ciliciæ. Guil. Tyrius.

DEMETÆ Δημῆται, Albionis inſulæ populi, Ptolemæo. Weſtwales Anglicè, Dyfed Britannicè vocatur eorum regio. vt ſcribit Lhuydus.

DEMETRIACVS SINVS, vide PELASGICVS.

DEMETRIAS, Ptolemæo: antea PAGASA vocata, Plinio auctore. Phtiotidis in Macedonia vrbs. DEMETRIVM ad ſinum Pelaſgicum eſt Liuio 28. PYRASVS videtur hæc quoque à Strabone appellari. (Sed Pagaſæ alia eſt à Pyraſo, apud eundem Strabonem.) Quondam SICYON dicta fuit, auctor Gregoras. Sophianus dicit eam adhuc hodie Dimitriada nominari. Demetrias Δημητριάς, & Pagaſa πάγασαι, ſunt autem Ptolemæo duo opida. DEMETRIAS Theſſaliæ vrbs, Liuio 27. 32. Item in Aſſyria, circa Arbelam, Straboni. hanc Perſidi adſcribit Stephanus. Idem aliam habet in Macedonia. vide DEMETRIVM, PAROS, & SICYON.

DEMETRII, vel S. Demetrij inſula, in Propontide. In Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp.

DEMETRII Speculæ, Δημητρίου σκοπαὶ, Æthiopiæ ad ſinum Arabicum. Ptolemæus & Strabo.

DEMETRIVM, portus eſt in promontorio Samothraciæ, Liuio 45. Vrbs Aeolidis: Theſſaliæ circa Crocotum campum, Stephano. Hæc autem eſt DEMETRIAS Liuij. DEMETRIACVM Sinum idem habet, lib. 28. vide DEMETRIAS.

DEMETRIZÆ Campos, habet Nicetas. Circa Moſynopolim videntur, inter Macedoniam & Thraciam.

DEMINSII Δημίνσιοι, Myſiæ Inferioris populi, Ptolemæo.





DEMITHARA, vide GABATHA.

DEMIVRGI, vide GEOMORI.

DEMONESOS Δημόνησος, Stephano; Plinio inſula Propontidis, contra Nicomediam. Gyllius in ſuo Boſporo docet eandem eſſe cum CHALCITIDE χαλκίτις, Stephani. quæ hodie Chalcis nominatur, eodẽ Gyllio teſte. Sed idem tradit eã non in ſinu Nicomedico conſpici, vt Plinius habet; vbi nulla eſt inſula; ſed cõtra Chalcedonem. Demoneſus & Chalcitis ſunt duæ inſulæ in Propontide, Plinio. Demoneſi duæ quoque ſunt Heſychio, quarum alteram Chalciten, alteram Pityuſam vocat. Neſcio quos fumos nobis vendit Theuetus, qui ex vna Demoneſo, nouem inſulas facit: vnámque harum Prote, alteram Bergo, tertiam inſulam Corui hodie vocari ſomniat, ad hãc vt relegetur dignus, cũ ſuis nugarũ myriadibus. DEMONESVS Carthaginenſium inſula valde metallifera: eſt Ariſtoteli in Mirabilib.

DEMOS Δῆμος, locus in Ithaca, Stephano. quem quoque CROCYLEIVM κροκύλειον, vocat. Huius mentio eſt apud Homerum in nauium catalogo, Thucydidem 3. ad finem. CROCYLEA Plinij eſt. vide DYMOS.

DEMYRIANGVLI, vide GERMANICIAS.

DENABA, ciuitas in Edom. Geneſis 36. Δενναβα 70. interp. DINHABA legit Pagninus.

DENDA, municipium in ora Macedoniæ. Plinius. Inter Liſſum & Dyrrachium.

DENDROBOSA Δενδρόβοσα, Carmaniæ portus. In Indicis Arriani.

DENDROS, Peloponneſi inſula. obiacet promontorio Spiræo. Plinius.

DENGIVM Δέγγιον, Thraciæ opidum, Procopio 4. Aedific.

DENISBRVNA, vide LINDISFARNA.

DENIZVS Δένιζος, vrbs in Thracia, vt ait Procopius 4. Aedific.

DENNA, Æthiopiæ ſub Ægypto opidum, Plinio.

DENSELATÆ, vide DANTHELETICA.

DENTHELIATIS Ager Pelopõneſi, in quo Dianæ Limnetidis templum. Tacito 4. Annal.

DENTHIADVM Δενθιάδων populorum meminit Athenæus 1. quorum vinum celebrat. Pitanæ vicini videntur. DENTHIN horum caſtellum, idem nominat.

DEOBRICA, vide DEOBRIGVLA.

DEOBRIGA Δεόβριγα in Luſitania Vettonum vrbs. & alia Autrigonum. Ptolemæus, Hanc vocem autem hoc loco corruptam puto, pro IVLIOBRIGA. quam Latini codices legunt inter Camaricam & Morecam. Deobriga municipium habet Goltzius in ſuo Theſauro.

DEOBRIGVLA Δεοβρίγουλα, Murbogorum opidum in Tarraconenſi Hiſpania, Ptolemæo. THEOBRICVLA Antonino. qui alio loco pro eodem DEOBRICA legit.

DEOPALE Δεοπάλη, Ptolemæo. Indiæ intra Gangem vrbs.

DEORVM CVRRVS Θεῶν ὄχημα. mons ſic dictus Ptolemæo, Plinio, Melæ, & Hannoni; in Libya Interiori. Punta de Lopes Gonçales, putat fortè hodie vocari Florianus. Aliis eſt Sierra Liona. vt quoque Marmolio. hic regis Luſitaniæ auri fodinæ ſunt.

DEORVM INSVLÆ, Ptolemæo, in Oceano Occiduo, prope Hiſpaniam. Videntur mihi hodie referre Iſlas de Baiona. CICAS appellat Plinius. FORTVNATAS dici, ſcribit cum Plinio, Solinus. Cicas inſulas hodie nomen retinere, dicit Moralis. Circa Baionam eas tamen quoque locat.

DEORVM Magnorum templum; apud Actium. Halicarnaſſeus.

DEORVM MENSA, vide ASTYPALÆA.

DEORVM PORTVS, Mauritaniæ Tingitanæ, apud Ptolemæum eſt. PORTVS DIVINOS Antonini hoc loco inueniri, annotauit Simlerus. Deorum portum vocat Marmolius Mazzagran, & addit eundem ab Arabibus Boreyja appellari.

DEORVM VRBS, vide MODVRA.

DEPARETII, vide DASSARITAS.

DEPHCHA, vna ex manſionibus Iſraëlitarum. Num. 33. ραφακὰ RAPHACA legunt 70. interp.



DERA Δηρὰ, Iberiæ regio, vbi Sicanus fluuius. Stephanus In Hiſpania exiſtimo. Suſianæ vrbs, Ptol. vide DERRHA.

DERADRÆ Δηράδραι, Indiæ intra Gangem gens, Ptolemæo. Per A. in prima interpretibus.

DERÆ Δέραι, vicus in Meſſenia, Pauſanias.

DERÆNVS Δηραῖνος, locus Abderæ, Lycophron. & eius Scholiaſtes Iſacius.

DERANOBILA Δερανοβίλα, Ptolemæo Carmaniæ opidũ.

DERAS Δέρας, Xenophonti 7. Græcor. vrbs circa Corinthum, aut Sicyonem. vide DIRAS.

DERASIDÆ inſulæ quondam, poſtea adiectæ Magneſiæ. ſic Plinius.

DERBANI Populi, circa Dalmatiam, à Cæſare deuicti. App in Illyricis.

DERBE Δέρβη, Antiochenæ vrbs, in Cappadocia, Ptolemæo, & Straboni. Iſauriæ vrbs. Act. Apoſtol. 14. item Stephano. ſed confines ſunt regiones. Eidem Stephano quoque portus eſt. Apud quem etiam DERBIA, & DELBIA legitur. Deruaſe hodie. Leunclauio.

DERBICES, Pomponio ſunt populi ad fretum (vt ipſe vocat) Caſpij maris. DERBECES Δέρβικες, Straboni ad Fauces στόμα, eiuſdem maris. Plinio ad Oxum amnem. qui ſunt DERCEBII Dionyſio Afro. Cteſias Δερβίκκας habet, ſic quoque Ptolemæus, in Margiana, ſed geminato κκ. Alios habet idem DRIBYCES Δρίβυκες, at in Media. DELBICCAS Δελβίκκας, legit Stephanus. item DERBIOS & TERBISSOS, ex Cteſia, vt ipſe dicit. additq; eos ad mare Hyrcanium habitare, ſed an ad Oxum fluuium, vel in Media, non addit. DERBICES ſunt quoque Ptolemæo in Libya Interiori.

DERCEBII, vide DERBICES.

DERCENNA, vide DIACENNA.

DERCVS Δέρκος, Archiepiſcopalis vrbs: in Sanctionibus Pontificum Orientalium. Epiſcopatum facit Balſamon, & Curopalates. An DELTA Xenophontis?

DERDÆ, vide DARDÆ.

DERDAM Iberiæ vrbem, vbi Cæſar agebat. Polyænus 8. de Cæſare. Ilerda ne legendum? ſic mecum ſentire poſtea annotauit Caſaubonus ad hunc locum.

DERE Δήρη, ciuitas in promontorio Æthiopiæ, ad ſinus Arabici freti anguſtias, Ptolemæo. Δειρὴ, Straboni. Arrianus in ſuo Periplo videtur hunc locum ABALITEM ἀβαλίτην, nuncupare. Cabo Caliſſin hodie.

DEREA Δέρεα, Arcadiæ vrbs, Stephano.

DEREMISTÆ, Liburniæ populi, Plinio, qui Driuaſto Hermolao.

DEREMMA Δερέμμα Meſopotamiæ opidum, Ptolemæo.

DERETINI, Dalmatiæ populi. Plinius.

DERIMVM, Latij locus, apud Antoninum. X. M. paſſ. ab Vrbe diſtans. DECIMVM legit Simlerus: quod probo. & nomen Decimo hactenus retinere puto.

DERIS, vide DERRHIS

DERMONES Δερμονεῖς, Libyæ Interioris gens, Ptolemæo.

DERRHA Δέρρα, locus in Laconica regione, Stephano, & Xenophonti. ſed huic ſingulari R. ſcribitur. Plinio vrbs eſt Macedoniæ, ad Thermæum ſinum. DERRIS Pomponio. inter Axium & Peneum fluuios. Primæ Macedoniæ eſt, in Concil. Epheſino III. Δέρρις, Ptolemæo promontorium eſt, Paraxiæ regionis, in Macedonia. ſic quoque in Strabonis Epitome. vide DERRHIVM & DERSÆI.

DERRHÆ Δέρραι, Arabiæ Felicis gens. Ptolemæus. Per A. in prima interpretibus.

DERRHII, & DERRIOPES, vide MAZÆI.

DERRHIMA Δέρριμα, Chalybonitidis regionis, in Syria vrbs, Ptolemæo.

DERRHIS Δέρρις, Marmaricæ, Africæ regionis promontorium, apud Ptolemæum. vno R. apud Strabonem. Deroas G Mercatori. Vide DERRHA.

DERRHIVM Δέρριον, non procul à Lapithæo, in Laconica. Pauſanias. An idem cum Derrha?

DERSÆI Δερσαῖοι, Thraciæ gens, Herodoto & Thucydidi. Stephanus eam DERRAM nominat.

DERTONA Δερτῶνα, Ptolemæo Taurinorum, in Italiæ vrbs.

*vrbs.* DERTON Δερτών, *Stephanus habet.* DERTHON Δέρθων, *apud Strabonem legitur, eamq; inter Genuam & Placentiam, medio itinere ponit.* Tortona *vocat Leander.* COLONIA IVLIA DERTONA, *eſt in Goltzij Theſauro.* TERTONA *in lib.* Notit. TERTRIONENSIS *Ciuitas, & corruptius* TETRIONENSIS, *inde apud Diaconum legitur.*

DERTOSSA, *in Latino & Italico Strabone legitur, quo loco in Græco* Δερτίσσα, *& corruptius* Δέρκωσσα. *verùm* Δέρτωσα, *ſimplici s ſcribit Ptolemæus,* DERDOSA *Antoninus.* DERTVSANOS *habet Plinius. Hodie dicitur* Tortoſa, *Cluſio teſte. In Cathaloniæ eſt, ad Iberum fluuium. Hiſpaniæ Tarraconenſis regione.*

DERVENTIO *Antonini & Bede, Angliæ fluuius eſt, qui hodie Anglis* Derwent *nominatur, & Britannis* Dorgwyn. *Derby ciuitatem præterfluit, vt Talbotus credit. Loci nomen eſt, in Lib.* Notitiar. *de quo vide Camdeni Britanniam.*

DERVSÆI Δηρουσαῖοι, *Perſica gens, Stephano ex Herodoto, vt ait.* Δηρουσιαῖοι *ſunt tamen apud Herodotum, in Clio.*

DERXENE, *Armeniæ regio, circa Euphratis originem. Plinius.* XERXENE *malim, ex Strabone.*

DESARENA Δησαρηνή, *Indiæ intra Gangem regio. Arriani Periplus.*

DESARETH, *vide* DASSARITAS.

DESERTA *Boiorum, vide* BOIORVM.

DESILI Δεσιλοί, *Stephano Thraciæ gens.*

DESITIATES, *Dalmatiæ gentes videntur, apud Plinium, & Paterculum.* DASITIATÆ *ſunt Straboni, &* DYSIDIATI *Dioni, vt putat Caſaubonus. Horum dux erat Bato.* DAISSII *ſunt mihi apud Appianum, interprete P. Candido. Græcum codicem non vidi.*

DESSÆ, *ad Catarractam. Sic Ariſtides in Sermonibus ſacris.* DESSENORVM Δεσσηνῶν, *meminit A. Occo, ex nummis Gordiani & Seueri.*

DESSAV Δεσαού, *caſtellũ circa Paleſtinam. 2. Machab. 14.*

DESSOBRICA, *vrbs inter Aſturicam & Taraconem. Antoninus.*

DESTICOS, *maris Ægei inſulæ deſerta, circa Cherſoneſum Thraciæ, apud Plinium.*

DESVDABA, *Medicæ regionis vrbs. Liuio 44. in Thraciæ.*

DESVVIATII, *Galliæ Narbonenſis populi, teſte Plinio.*

DETENSIVM, *vide* DECENSIVM.

DETVNDA Δητοῦνδα, *Turdulorum in Bætica opidum. Ptolemæus. corruptè pro* MVNDA, *vt putat Caſaubonus. Vide* DECVMA.

DEVA Δηοῦα, *Ptolemæo Albionis inſulæ flumen eſt, qui Lhuydo* Dyfy *dicitur.* Dea, *Buchanano. Antonino* DEVA LEGIO XXIII. *Albionis Inſulæ vrbs eſt, quam Lhuydus vocat Britannicè* Caerleon ar dourdow; *& Anglicè* Ceſter *&* Legaceſtre. *Pomponio Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius eſt* DEVA, *qui Tritium Tobolicum attingit. Huic ſuffragatur Ptolemæus. Nomen retinet, Garibaio teſte. Eſt* DEVA *quoque Arabiæ Felicis vrbs, eidem Ptolemæo. vide* DEVNANA

DEVADÆ, *inſula Arabiæ Felicis, in Indico mari. Plinius.*

DEVANA Δηουάνα, *Texalorum ciuitas Ptolemæo, in Albione inſula. Lhuydus* Ceſtre *vocat. Camdenus* Aberdone; *vbi academia, in Scotia. Vide* DIVANA.

DEVCALIDONIVS, *vide* CALIDONIVS.

DEVCALION, *vide* PYRA.

DEVELTVS Δεβελτός, *Thraciæ colonia & vrbs, apud Ptolemæum.* DIBALTVM *Ammiano eſt. quam Sophianus* Deuelto *adhuc nominari ſcribit. Bulgari* Zagurtam *nuncupant, inquit Curopalates.* Ζαγόρεια *habet Cedrenus.* DEBELIVM *Antonini eſt, vt Simlerus indicat.* DEVELTON, *cum ſtagno, quod nunc* DEVLTON *vocatur; ſic Plinius lib. 4. cap. 11. Hoc ſtagnum dicit Niger hodie* Stagnara *nominari. Sed alia videtur hæc à Ptolemæi. Haud multum abſum, quin credam hunc lacum à Zoſimo* PHILEATINA *appellari.*

DEVNANA Δηουνάνα, *Albionis inſulæ vrbs, vt habet Ptolemæus, in Cornauis, vbi* LEGIONEM XX. νικηφόρειον *locat. Iacobi Taij codex manuſcriptus,* Δηοῦα DEVA *tantùm legit. Goltzius ex Getæ Imp. nummo hanc adfert inſcriptionem,* COL. DIVANA LEG. XX. VICTRIX. *Camdenus* Cheſter, *&* Weſtcheſter *interpretatur, &* DEVA *ab Antonino vocari credit.* Doncaſtre *facit ex eo Villanouanus.*

DEVONA Δηούονα, *Ptolemæo Germaniæ vrbs eſt, quæ* Neumarck *Pet. Appiano.*

DEVRIOPVM, *Pæoniæ ea eſt regio, iuxta Erigonum fluuium, Liuius 39. & Strabo* Δευρίοπος. *Vide* DVRIOPVS.

DEVSION, *vide* DIVIONVM.

DEXAMENÆ Δεξαμεναὶ, *Ambraciæ regionis pars, eſt Stephano.*

DEXARI Δέξαροι, *Chaonum gens: Enchelais vicina. Stephanus: ex Hecatæo.*

DEXIMONTANI, *Suſianæ regionis populi, dextram Granij fluminis habitantes, teſte Plinio.*

DEZERIDA, *vide* DYSTAGERDA, *&* DAMASTAGAR.

DIA Δία, *Maris Cretici inſula, Ptolemæo, & Straboni.* CIA *fortè Plinij.* Standia *eſt hodie, vt placet Sophiano. Theſſaliæ vrbs eſt apud Stephanum.* DIENSES *Plinio, Macedoniæ populi, in gremio terrarum. Eidem Stephano eſt Thraciæ vrbs: Euboëæ: Luſitaniæ, iuxta Oceanum: Italiæ, iuxta Alpes: Scythiæ, prope Phaſidem: Cariæ: Bithyniæ, iuxta Pontum: Vrbs quoque, & inſulæ Peloponneſi, iuxta Scylæum: item Inſula alia iuxta Sarmoſſum. & alia prope Miletum. Eſt quoque inſula in ſinu Arabico; auctore Strabone. & vrbs in Taurica Cherſoneſo, apud Plinium. Palæſtinæ vrbs eſt, Ioſepho Antiquit. 13.* DIVM *Cœleſyriæ hæc apud Ptolemæum eſt. Aſiæ vrbs eſt Nicephoro Calliſto: terræmotu euerſa, ſub Tib. Aug. ſi ſincerus ſit locus. Vide* NAXOS.

DIABÆ, *vide* ORCHOMENVS.

DIABAS, *vide* ADIABENE.

DIABASIS Διάβασις, *campus ſic dictus eſt, apud Cedrenum & Curopalatem. Circa Conſtantinopolim videtur. Vide* CONOPON.

DIABATE Διαβάτη, *Ptolemæo inſula eſt iuxta Sardiniam.* Διαβάτη *Stephanus habet.* Aſinaria *hodie dici Leander & Niger perhibent.*

DIABENE Διαβηνή, *loci nomen, Cedreno. ad quem Oreſtes appulit. apud Scythas alicubi.*

DIABENSIS *Epiſcopi, in Africa meminit lib. 2. Optatus Afer.*

DIABETÆ Διαβῆται, *inſulæ quædam, iuxta Symen, Stephano. Numero quatuor ſunt Plinio: iuxta Rhodum. vbi & hæc Syme eſt.*

DIABETE, *vide* DIABATE.

DIABLINTRES, *Cæſari Galliæ populi. quo loco Ful. Vrſinus* DIABLINTES *in ſuo libro habere dicit.* DIABLINDI *eſt apud Plinium, quos eoſdem putat idem Vrſinus.* DIAVLITAS Διαυλῖται *Ptolemæi eſſe video.* Leondoul *facit ex iis Marlianus, opidum è regione Britannicæ inſulæ. In S. Domnoli Cenomanorum epiſcopi vita, hæc leguntur, Villa Tridenta ſita in Condita Diablintica. Becanus verò in ſuis Atuaticis Diablintres Cæſaris,* Linter *interpretatur. Pagus hic eſt Brabantiæ, ad flumen Getam. Vide eius Becceſelana, vbi hoc ex horum etymologia ingenioſè admodũ, vt cætera, colligit. vide* AVLERCI.

DIABOLIS, *vide* DEABOLIS.

DIABORYSTHENES, *vide* BORYSTHENES.

DIACENE, *locus non procul à Centum collibus: in Hungaria. Cedrenus & Curopalates.*

DIACHERSIS Διάχερσις, *præſidium Cyrenaicæ regionis, Ptolemæo.* Carcora *nunc, teſte Marmolio.*

DIACIRA, *vide* DACIRA.

DIACOELE Διακοίλη, *viæ nomen, in Attica, Herodoto 6.*

DIACOPE Διακοπή, *locus Paleſtinæ. 2. Samuel. 6. & Ioſepho. Percuſſus* appellatiuè *vertit D. Hieronymus.*

DIACOPENA Διακοπηνή, *&* PIMOLISENA Πιμωλισηνή, *regiones inter Halym & Iridem fluuios, Straboni.*

DIACRIA Διακρία, *pars Atticæ tribus, Pallantis ſedes. Stephanus. Horum Diacriorum quoque mentio in Solone Plutarchi. vide* TRYCHATA.



DIACVISTA Διακυίστα, *inſignis vrbs, inter Placentiam & Genuam. Strabo. Ingenioſè admodum ad hunc locum Caſaubonus pro* Διακυίστα καὶ ἰελλεια, Ἄκυαι στατιέλλαι, AQVÆ STATYELLÆ *legit.*

DIACVM Δίακον, *Myſiæ Inferioris opidum, Ptolemæo. Hanc vocem reperio quoque apud Thucydidem 7. quo loco huius Scholiaſtes* Δίμακον *legebat. ſic etiam ora libri. Vide* DIMVM.

DIADEORVM Διαδέων, *meminit Goltzius, ex nummo, in ſuo Theſauro. In Euboëa ni fallor, ſunt: aut in Lycia, à Dias.*

DIADES, *vide* ATHENÆ.

DIADOCHON Διαδόχον, *Perſica vrbs, iuxta Cteſiphontem. Stephanus.*

DIAGEBRES, *quondam* IOLAENSES *dicti. Strabo. Vide* SARDINIA.

DIAGVM Διαγῶν, *Peloponneſi fluuius, à Meridie in Alpheum influens, & Piſam ab Arcadia terminans. Pauſanias 2. Eliacorum.* IAON *fortè Dionyſio eſſe, quis ſuſpicari poſſet, annotauit Sylburgius.*

DIAHYRCANIA, *vide* HYRCANIMACEDONES.

DIAMVNA Διάμουνα, *Indiæ fluuius, in Gangem aquas ſuas euoluens, Ptolemæo.* IOMANES *à Plinio vocatur, vt dicit Hermolaus, & Mercator.*

DIANA, *vel* AD DIANAM, *Africæ Propriæ vrbs, Antonino, Fortè eadem cum* ADDIANVM. *Idem ibidem* DIANA VETERANORVM.

DIANÆ FANVM ἀρτέμιδος ἱερὸν, *Ptolemæo Bithyniæ promontorium, iuxta os Ponti Euxini.* Scutari *appellat Sophianus. Hoc loco apud Ptolemæum* VRIDIOS, *i. Iouis Vrij, debere legi, docet Pintianus, in ſuis Plinianis Caſtigationibus. Ego ex Cicerone lib. 4. in Verrem, & Arriano in ſuo Periplo Maris Euxini, ſcio in hoc Aſiæ promontorio,* Iouis Vrij Διὸς τοῦ οὐρίου *Fanum ſtatui: ſed an ea de cauſa reprehendendus ſit Ptolemæus, Pintianus viderit. Credam potius vtrumq; vbi fuiſſe, vtriſq; fide dignis teſtibus. Vide* IOVIS VRII *Fanum.* DIANÆ *Fanum, in Campania, à Capua ſtadiis triginta. Pauſanias.* DIANÆ FONS, *vel fluuius, Solino in Sicilia, ad Camerinam vrbem. Eius meminit quoque Dionyſij interpres Priſcianus, ſiue quis alius ſit.* Paradiſo *hodie vocari, ſcribit Aretius. Huic loco fortè opidulum ſuperædificatum* Yhomiſam *nomine, inquit Fazellus.* DIANÆ *Ætolicæ* LVCVS, *apud Venetos eſt, Straboni. Ad Anagninum compitum etiam: Liuio 27.* DIANÆ *Iulienſium lucus, vide* IVLIENSES. DIANÆ *Limnetidis templum in Peloponneſo: de quo controuerſia inter Lacedæmonas & Meſſenios, Tacitus 4. Annal. & Pauſanias 4.* DIANÆ *Oraculum,* μαντεῖον, *Ptolemæo. In Arabia Felici.* DIANÆ *Phaſinæ Fanum, circa oſtia Phaſidis fluminis. Zoſimus.* DIANÆ *Portus, in Sardinia, Ptolemæo.* DIANÆ *Speculum, vide* TRIVIÆ. DIANÆ *Spelunca, in Dalmatia: vbi multa corpora quorum coſtæ* XVI. *vlnas excedunt, auctore Phlegonte Trallinno.* DIANÆ TEMPLVM, *eſt in Creta inſula, quod* ROCCEAS, ῥοκκαίας *appellatur. Aelianus lib 12. cap. 21. De Animalib. idem lib. 14. cap. 20.* εικκαίας *legit. Stephanus habet* RAVCVS ῥαῦκος, *vrbẽ in Creta.* DIANÆ *Templum, iuxta Peloridem Siciliæ, habet Vib. Sequeſter, & Appianus 5. Ciuilium: circa Mylas. huius meminit etiam Dion 49. Circa Rhegium Iulium, Thucydidi 6. In Peucetijs, Ariſtoteli in Admirandis. In Euboëa quoque; item in Achaia, ſunt Ptolemæo. Strabo Dianæ Epheſiæ templum habet in inſula quam Rhodani oſtia faciunt. Polybius 4. inter Cynætham & Clitorium. In Arcadia.* DIANÆ *Aſtyrinæ Fanum, in Thebes campo, Troadis. Xenophon. Vide* ASTYRA. DIANÆ *Tiburtinæ ſiluæ, meminit Martialis 7. ad Fuſcum.*

DIANENSIS *Legionis* XXXI. *meminit Goltzius ex veteri lapide.* DIANENSIS *Epiſcopi, in Africa: meminit Coll. Carthaginenſ.*

DIANES Διανεῖς, *Galaticæ gens, Stephano: ex Eratoſthenis 4. Aſiatica an Europæa, incertum.*

DIANEVTERIVM, *locus maritimus, centum ſtadiis à Conſtantia.* (*Cypri vt conijcio.*) *Metaphraſtes in vita S. Epiphanij. An fortè* DINARETVM *Plinij?*

DIANITIM *myrrham, habet Plinius, in Arabia Felici. A loco ſic dictam ſuſpicor.*

DIANIVM, *Hiſpaniæ opidum* Ciceroni, *& Plinio, cuĩ Stipendiarium cognominatur.* ARTEMISIVM ἀρτεμίσιον, *quod idẽ ſonat, Straboni. cui etiam* HEMEROSCOPIVM ἡμεροσκοπεῖον, *quod diurna Specula ſignificat, dicitur. Idem eſſe cum* FERRARIA *promontorio Melæ, ſcribit Florianus. Hoc veriſimile eſt, nam Strabo dicit eo loco bonas ferri ſecturas eſſe. Ad Mare Balearicum eſt vrbs, inter Sucronem & Carthaginem.* Denia *hodie vocari ſcribunt Florianus, Moralis, & Cluſius. Beuterus addit quondã* Atalaya de Sertorio *vulgò nuncupatam. Idem tradit adhuc, ab Artemiſio,* Atemuz *vulgò nominarĩ promontoriũ huius vrbis, tribus leucis hinc diſtans.* Λιανιον *legit hoc tractu Ptolemæus Græcus, vitioſè fortè.* DIANIVM, *Plinio iuxta Corſicam, inſula eſt, quam* ARTEMISIAM *vocãt, vt ipſe addit. Leander dicit hodie* Monte di Chriſto *appellari. Mar. Niger* Ianuti, *vel* Gianuti *vocat, & ſcribit Monte di Chriſto* OGLASAM *Plinij eſſe. Ego Dianiũ hodie* Ianuti, *&* ÆGILIVM *quam Plinius eodem loco deſcribit,* Gilio *nominari puto ob ſoni, & ſitus homologiam; ambas enim contra Coſanum littus ponit. Vide* ARTEMISIVM.

DIANTIVM Διάντιον, *campus Thermodontis. Lexicon Phauorini. Alibi* Διάντιον *legit. Vide* THEMISCYRA.

DIAPHANES, *fluuius Ciliciæ, circa Syriam. Plinius.*

DIAPHENVM, *Arabiæ vrbs. lib.* Notit.

DIAREVSA, *vide* PISISTRATI.

DIARMATOS Διάρματος, *Atticæ locus, in Parnetho. Heſychius.*

DIARRHOEA Διάρροια, *Cyrenaicæ regionis portus, Ptolemæo.* Zanara *à Marmolio interpretatur.*

DIAS Διὰς, *Liciæ vrbs. Steph. Atticæ tribus. Iulius Pollux.*

DIASIONES, *vide* DASNONES.

DIATAS *gentile; facit à Dio Macedoniæ: Pauſanias in Bœoticis. vbi Stephanus* DIASTAS *legit, in verbo* Δῖον.

DIAVLITÆ, *vide* DIABLINTRES, *&* AVLERCI.

DIAZIMVM, *vide* DAZYMENA.

DIBALTVM, *vide* DEVELTVS.

DIBITACH, *opidum circa Cteſiphontem. Plinius.*

DIBOMA, *vide* DEBOMA.

DIBON, *vel* DIMON *Aquæ, Eſaiæ 15. De his adi I. Dreſium cap. 17. lib. 10. Obſeruation. Sacrarum.*

DIBONGAD Δαιβὼν, *70. interp. mãſionis locus. Nu. 33. Ioſ. 13.*

DICÆA, *vide* PYTEOLI, *&* DICEÆ.

DICÆAPOLIS, *vide* DICEÆ, *&* EGESTA.

DICÆARCHIA, *vide* PVTEOLI.

DICDICA, *Antonino Africæ Propriæ vrbs. Simlerus credit eius Epiſcopum* DOCTITORVM *appellari, in Conciliorum opere.*

DICEÆ, *Plinio Thraciæ vrbs, circa Tindam, aut Biſtonidem paludem.* DICÆA Δίκαια, *Stephano & Herodoto.* DICÆAPOLIS *Suidæ, prope Abderam. Aliam* DICÆAM *habet Plinius ad Thermeum ſinum: Stephano eſt ad Tyrrenicum ſinum. Sed ad Toronaicum fortè legendum puto. quem eundem eſſe cum Thermæo, doceo in* THERMÆVS.

DICÆAM *Petram, locum Europæum ad Boſporum Thracium, habet Gyllius, ex Dionyſio Byzantio.*

DICLA, *vide* SCYTHIA.

DICRENSIS *Epiſcopi, in Numidia, meminit Vict. Vticẽſ. MS.*

DICTÆVS, *vide* DICTE.

DICTAMNVM Δίκταμνον, *Cretæ inſulæ opidũ. Ptolem.* DYCTYNNA Δίκτυννα *fortè Straboni.* Dittana *Vocat Pinetus.*

DICTE Δίκτη, *Ptolemæo & Straboni.* DICTÆVS *Plinio,* DICTINNÆVS *Solino. Cretæ inſulæ mons.* Labyrintho *à Sophiano nominatur. Bellonius eum* Laſthi, *&* Sethie *vocat. Eſt & Troiæ mons: itẽ in Scepſia locus, Straboni.*

DICTERIVM Δικτήειον, locus in Samo. Etymologicon.

DICTIDIVM Δικτίδιον, Græciæ opidum, ad Athon montem: Thucydidi 5.

DICTIS Δικτίς, Galatiæ vrbs, Ptolemæo.

DICTIS, STAPEN, & CASTINA, regiones vbi ſyrupus abſynthius paratur. Serapio.

DICTVM, Britanniæ inſulæ opidum. lib. Notit. Diganwey apud Camdenum nominatur.

DICTYNNA, vide DICTAMNVM.

DICTYNNÆVS, locus, aut pars Spartæ, Liuio.

DIDASCÆ Διδάσκαι, Aethiopiæ ſub Aegypto populi, Ptol.

DIDASCVS vrbs, Polyæno lib. 4. Wetterano interprete: in Antiocho Seleuci F. Græcus codex Damaſcus legit.

DIDATTIVM Διδάττιον, Sequanorum vrbs, in Belgica; Ptolemæo auctore. Talenberg Lazio. Hasenburg vertit Villanouanus, ex Rhenano fortè. huic etiam circa Tachsfelden videtur. Ptolemæi interpretes corruptè DITTATIVM legunt. Sunt qui Dole ad Dubim fluuium putant.

DIDAVCANA Διδαύκανα, Bithyniæ opidum, Ptolemæo. DEDACANA legunt interpretes. Candria hodie eſſe, ſcribit Leunclauius.

DIDDA. Gaium Diddenſem presbyterum, habet D. Cyprianus in Epiſtolis. Circa Carthaginem fortè locus.

DIDVGNA Διδύγνα, Ptolemæo Babyloniæ vrbs.

DIDVNI, vide LONGIDIDVNI.

DIDVRI, circa Iberiam populi, apud Plinium, Circa mare Caſpium ſunt Ptolemæo, in Sarmatia Aſiatica.

DIDYMA Δίδυμα, locus & oraculū Mileti. Sunt & fontes in Theſſalia. Duæ quoq; inſulæ, iuxta Scyrum. Item mons propè Laodiceam. hæc omnia Stephanus. Locus quoque Thebaidis, in Ægypto, apud Antoninum.

DIDYMÆ inſulæ circa Troada, Plinio. Aliæ duæ, circa Rhodum: vt videtur apud eundem. Inſulæ quoque duæ ſunt in Ægyptiaco pelago. teſtis Ptolemæus. Item ex Cycladibus vna; Ouidio, hoc verſus, At nō Oliaros, Didymeq; & Tenos, & Andros. Eadem fortè cum Didyma Stephani. quam iuxta Scyrum habet.

DIDYMÆI Apollinis, vide BRANCHIDARVM, & ARÆ.

DIDYME Διδύμη, Ptolemæo & Antonino vna eſt ex Aeoliis inſulis, inter Italiam & Siciliam. Saline, Fazello: Panare, Leandro. Fazellus ſcribit Panaria eſſe ICESIAM Ἱκεσία, Ptolemæi; quam eandem cum THERMISSA Θέρμισσα Strabonis dicit. Leander putat ICESIAM hodie Saline appellari. Hic Dauus ſum, non Oedipus. DIDYME etiam vrbs Libyca: & Ciliciæ vicus: Stephano. Videtur Siciliæ vrbs: Ouidio 4. Faſtorum.

DIDYMI Populi, in agro Mileſio. Pauſanias 5 item Suidas in voce Branchidæ. Eidem Pauſaniæ vicus ſic vocatur, in Argia Peloponneſi. Vide BRANCHIDÆ.

DIDYMI Sinus, vide DIONYSIADES.

DIDYMOTICHOS Διδυμοτειχος opidulum in promontorio ſitum, in Thracia; ſub quo lapidicinæ, Laonico, Gregoræ, & Calliſto. Ad Hebrum fluuium eſt. qui illud ambit, vti legitur in Nicetæ Balduino Flandrico. Dimotuc vulgo hodie. teſtis Leunclauius. Eſt & locus ſic dictus in Aſia Minori, circa Aeoliam, vt apud Polybium 5. videtur. Cariæ eſt, apud Suidam.

DIDYMVS, mons Aſiæ minoris apud Ptolemæum Latinum, in Græco eſt Δίδυν τὰ ἀνατολικά. Δίνδυμα Stephano. DINDYMENES Δινδυμήνης, matris deûm mons, Arriano, & Herodoto 1. vnde Hermum fluuium oriri dicit. CYBELVS apud Diodorum & Seruium vocari, non dubito. Deam enim Cybelem etiā Dindymam vocari, teſtantur idonei auctores. Videtur à Liuio ADOREVS dici, cùm ſcribat lib. 38. Sangarium ex eo effluere. Alius eſt Dindymus mons apud Plinium, Appianum, Strabonem, Stephanum, & Apollonium (apud alios DINDYMA) ad Propontidem nempe: qui vt Zoſimus refert, Cyzico imminet, in quo Rheæ deæ ſimulacrum. Sunt quoque montes Didymi in Arabia Felici, Ptolemæo. Et in Theſſalia Straboni. in quibus Magnetes habitabant.

DIENORVM Διηνων, meminit Goltzius in ſuo Theſauro. ex nummo, An à Dia?



DIENSES, habet P. Diaconus, in Gallia Narbonenſi, circa Rhodanum. Vide DIA.

DIERNA Δίερνα, Daciæ vrbs, apud Ptolemæum. Cheio Mario Nigro eſt. Torna Hūgaricè, & Torrenborg Germanicè vocari, ſcribit Lazius.

DIESTÆ Δίεσαι, iuxta Pontum gens, videtur apud Stephanum in verbo Πίσαι.

DIETHVSA, maris Aegæi inſula deſerta. Plinio, Circa Thraciæ Cherſoneſum videtur.

DIGBAM, opidum Meſopotamiæ, in ripa Tigridis; circa confluentes. Plinius.

DIGENA Διγλῶα, Ptolemæo, DIGIMA interpretibus: Arabiæ Felicis vrbs.

DIGENTIA, fluuius Italiæ, cuius meminit Horatius, lib. 1. Epiſt. ad Lollium. in Sabinis eſt. Riuo del Sole vocant Blondus, & Leander.

DIGERI Δίγηροι, Thraciæ populi, Plinio. item Stephano ex Polybij 13. vt addit.

DIGIMA, vide DIGENA.

DIGLATH, & DIGLITO, vide TIGRIS.

DIGMA Δεῖγμα, Pars Pyræei: Xenophonti 5. Græcor.

DIGNENSIS, vide DINIA.

DII Δῖοι, Thraciæ populi, Rhodopen incolētes. Thucydides 2.

DIIPETES Διϊπετής, Nili epitheton Euſtathio, in Ἰλιάδ. φ. Item Δινήεις, & Δῖν☉.

DILÆ, Galliæ Narbonenſis portus: XII. M. paſ. à Foſſis Marianis. Antoninus.

DILIMNITÆ, maxima omnium natio eſt, qui intra Tigrim fluuium loca incolunt. Agathias 3.

DILVRO, vide ILLVRO.

DIMALVM Διμαλόν, Illyriorum opidum, quod ab Aemilio Coſ. captum ſcribit Polybius 3. Idem lib. 7. DEMALE vocat. Geminato L. habet Liuius 29.

DIMASTVS mons, in Mycono inſula, Plinio. Inſula circa Rhodum, eodem auctore.

DIME, vide DYME.

DIMIDIA, aqua ſic vocata, in Stabiano. Plinius.

DIMIGVTHIA, vide DINOGETIA.

DIMIX, vide ERTE.

DIMON, vide DIBON.

DIMONA Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

DIMVM, Mœſiæ Inferioris vrbs, Antonino. DIACVM Ptolemæi videtur. Vide DVNVM.

DIMVRI, Indiæ populi; circa Indum fluuium. Plinius.

DINARETVM, promontorium Cypri, maximè Orientale. Plinius. Videtur οὐρὰ Βοὸς Ptolemæi, vbi Latinus codex Clides legit. Vide DIANEVTERIVM.

DINDARI, Plinio Dalmatiæ populi ſunt. Δινδαρίοι apud Ptol.

DINDRYMÆORVM Δινδρυμαίων, meminit Goltzius ex nummo C. Cæſ. Aug. Macedoniæ vrbs eſt, apud Stephanum Δινδρύμη.

DINDYMA Δίνδυμα, Troadis mons, Stephano. Phrygiæ, Vibio. In Cyzico, Appiano in Mithridaticis, & Scholiaſtè Apollonij in Argonauticis. quem Rheæ ſacrū dicit. Huius quoque meminit Zoſimus. Ex eodem quatuor flumina educit Claudianus in Eutropium 2. Vide DIDYMVS, & CYZICVM.

DINE Δίνη, lacus Arcadiæ eſt, aqua dulcis, iuxta mare. Pauſanias.

DINEIS, vide DIIPETES.

DINHABA, vide DENABA.

DINIA Δίνια, Galliæ Narbonenſis vrbs eſt, in Ebroduntiis, Plinio; in Sentiis, Ptolemæo. Digne vocat Cœnalis, & Poldus Donoy Schudus; ſed hic pro Ebroduntijs, Bodiontios legit. DINIENSIS, ſiue DIGNENSIS ciuitatis meminit lib. Prouinciar.

DINIÆ, Phrygiæ locus, Liuio 38. Maioris puto.

DINOGETIA Δινογέτεια, Ptolemæo Mœſiæ Inferioris vrbs eſt. DIRIGOTHIA, lib. Notitiarum habet, & DIMIGVTHIA, Antoninus. quod annotauit Simlerus. Dinogetia hodie Drimago vocatur, Nigro.

DINOLITIONIS inſula, in Gallia (Lugdunenſi opinor) eſt, vt habet S. Marculphi vita.





DINOPOLIS, vrbs Epiſcopalis apud Iuonem, cuius Epiſcopum Alexandrum vocat. Praua lectio, pro HELLENOPOLIS, teſtes Calliſtus, Tripartita hiſtoria, eiuſdemque Iuonis epiſtola vltima.

DINVS Δῖν☉, portus & locus in Lycia, Athenæo 8. in principio. Sic quoque legendum apud Plinium 32. cap. 2. Fonte Apollinis quem Dinum appellant. Pro Dinum, Gelenius vitiosè, Curium legit. Vide DIIPETES.

DIOBESI, Thraciæ gens. Plinius. An mixta ex Diis & Beſsis?

DIOBVLIVM Διόβουλιον, opidulum iuxta Pontum. Stephanus.

DIOCÆSAREA, Cappadociæ vrbs, apud Ptolemæum, & Plinium. Phrygiæ etiam apud eundem Ptolemæum. Vide ANAZARBVS, & SEPPHORIS.

DIOCHITES Διοχίτης, Stephano, Ægypti vicus.

DIOCLÆVS, vide EMBLOMIVS.

DIOCLEA, & DIOCLETIANI, vide DOCLEA.

DIOCLETIANA Vallis, Phœniciæ vrbs, vel locus. lib. Notitiar.

DIOCLETIANOPOLIS Διοκλητιανόπολις, Procopio vrbs Theſſaliæ fuit. Lib. 4. ædif. ſcribit eam à Iuſtiniano Imp. tranſlatam in inſulam illi vicinam, ſtagno circumdatam. Hanc quondam PALETHRE παλέθρη, vocatam ſcribit Swallembergus in ſuis in Procopium annotationibus. Antoninus eam deſcribit inter Ediſſam & Theſſalonicam.

DIOCLEA, vide DOCELA.

DIODORI Διοδώρου, inſula Æthiopiæ, iuxta fretum ſinus Arabici, Arriano in Periplo. Babelmandel, Ramuſio: Primera, Belleforeſtio. Ptolemæi & Plinij DIODORI inſula, multò interius eſt in ſinu Arabico verſus Ægyptum.

DIODORIDEM Διοδωρίδα, pagum, Caſcharorum, habet Epiphanius. In Meſopotamia.

DIOGENIS Διογένους, Æthiopiæ promontorium, ad ſinum Arabicum. Ptolemeus.

DIOLCOS Δίολκ☉, Nili pſeudoſtomum, Ptolemæo. Nicephorus Calliſtus locum ſic vocat circa Ægypti anguſtias: à tranſuehendis nauibus ſic dictum. Vrbs ſic ibidem vocatur apud Palladium, & Ioannem Caſſianum. Hesychius Iſthmum ſic vocat, à Lechæo ad Cenchreas vſque, idq; ex Strabonis 8. Vide ISTHMVS.

DIOLINDVM, in ſcheda III. non edita Tabulæ Peutingerianæ. BROLINDVM erat in II. edita. Galliæ Aquitanicæ locus. In TRAVECTVM Antonini incidere, videtur M. Velſero.

DIOMÆAS Διομαίας, Attica rupes. Etymologicon.

DIOMEA Διόμεια, Ægeidis tribus municipium. Stephanus & Suidas. Huius meminit etiam Plutarchus, de Exilio.

DIOMEDIA Διομήδεια, Dauniorum in Italia vrbs. Stephanus. Diomedis vrbem habet Virgilius æneid. 8. Vide ARGYRIPPA.

DIOMEDEÆ Διομήδειαι, Hadriatici maris inſulæ, quinque numero, apud Ptolemæum. Sed ſigillatim eas non nominat. Strabo duas hic ponit, ſic quoque Plinius, quarum vnam TEVTRIAM vocat. Stephanus Διομήδεια, numero vnitatis habet. Sic quoque Feſtus, in quo Diomedem ſepultum ſcribit, excedentem Italia. Vna Diomedearum à Tacito TRIMERVS vocatur. Annal. lib. 4. S. Mariā de Trimiti maxima earum hodie nominatur, Leandro teſte. Omnes hæ vno nomine De Trimite hodie comprehendi, ſcribit Collenutius. Altera S. Domino appellatur. Minores duæ. Gatizzo, & Caprara vocantur. Ego in tabula, quæ harum picturam continet, quinque adhuc, ſi, quæ ſcopuli potius quàm inſulæ formam repræſentent, annumeres, exſtare video. quorum maxima, & monaſterio decorata, S. Nicolai nomen refert, ſecunda S. Domini, tertia Capraræ, quarta Credazij, quinta Vechiæ, id eſt, vetulæ. De his inſulis lege quædam apud Ariſtotelem in Admirandis: Auguſtinum de Ciuitate Dei 18. cap. 16. & 18. Aelianum de Animal. 1. cap. 1. item Iſacium ad Lycophronem. & quæ diximus ad Magnæ Græciæ tabulam. Vide SEBRIA.



DIOMEDIS Campi, in Apulia appellātur, qui ei in diuiſione regni ceſſerunt, quam cum Dauno fecit. Sic Feſtus Pomp. Cannæ vicus, clade Romanor. nobilis, in Diomedis Argiui cāpo deſcribitur in carmine fatidico; teſte Liuio 25.

DIOMEDIS Inſula, vide DIOMEDIS Templum.

DIOMEDIS Limes, Thraciæ tractus. Plinius 25. cap. 8.

DIOMEDIS Promontorium, vide HYLLIS.

DIOMEDIS Stabulum, & TVRRIS, vide TINDA.

DIOMEDIS Templum, circa Timauum fontem. Strabo, libro 5. & Theophraſtus 4. Hiſt. Plantar. vbi platanum naſci ſcribit, & nuſquam alibi in Italia. Plinio DIOMEDIS Inſula vocatur. Nunc Belforte.

DIOMEDIS vrbs, vide ARPI, DIOMEDIA.

DIOMIA, vide DIOMEA.

DION Δῖον, Cretæ inſulæ promontorium, Ptolemæo. Cabo de la Fraſchea, Pineto. Vrbs ibidem eſt Plinio, ſed interius in mediterraneis, DIVM. Epiri vrbs eſt, Straboni 7. & Herodoto 7. In Euboëa vrbs, teſtibus Ptolemæo, Strabone, & Stephano. Huic eidem eſt quoque in Theſſalia: in Italia: in Piſidia: in Thracia, iuxta Athon: & in Cœleſyria. Hanc agnouit quoque Ptolemæus, & Ioſephus. vide HIPPOS.

DIONIA Διωνία, Cypri vrbs, Stephano, ex Theopompo.

DIONYSIA, & DIONYSIAS, Italiæ vrbs, apud Stephanum. Διονυσίας, Ptolemæi & lib. Notit. Ægypti vrbs, ab Mœridis ſtagnum. Epiſcopatus ſub Boſtrenſi ſede; eſt apud G. Tyrium. DIONYSIAM à Dionyſio ſeu Baccho conditam in Bœotia, habet Diodorus 4. Vide CARETHA, NAXOS & THVRIVM.

DIONYSIA Via, vide NISSÆA.

DIONYSIADES Διονυσιάδες, inſulæ duæ, circa Cretam, in ſinubus dictis Didymi. Diod. Siculus 5. Dioaniſſades lego in tabula Cretæ geographica, easq; ad inſulæ partem Orientalem.

DIONYSIANA, Africæ vrbs, apud D. Auguſtinum. Eandem in Carthaginenſi concilio IOSINIANA nominari cenſeo. & DONYSIANA apud Vict. Vticenſem.

DIONYSII Columnæ, in Aſia, verſus Orientem. Dionyſius in Periegeſi. Iuxta Emodum mōtem Indiæ, Euſtathio. DIONYSII Mons, vide BACCHI. DIONYSII (ſeu Bacchi) promontorium, in Taprobana, Ptolemæo. Hiſpaniæ, ad Ibericum mare, Orpheo in Argonauticis.

DIONYSOPOLIS Διονυσόπολις, quæ & NAGARA νάγαρα, Ptolemæo; Indiæ intra Gangem vrbs. Nerg dicitur Caſtaldo. NYSSAM eſſe, cuius Iuſtinus, Plinius, & alij meminere, putat Glareanus. Cui quod ego adſentior, facit Arrianus 5. qui eam deſcribit inter Indum & Cophenen fluuios. Eſt Mœſiæ Inferioris vrbs ad Pontum Euxinum, quam CRVNOS κρουν☉ antea dictam, tradit Plinius & Stephanus. κρουνοι legit Strabo. Varna Iouius, & Chaliacra Mar. Niger vocat. De hac vrbe intellige hoc Ouidij 1. Triſt. & arces, Prætereat dicta nomine Bacche tuo. Apud Plinium & Stephanum quoque Phrygiæ vrbs eſt. Huius incolas puto à Cicerone ad Q. Fratrem DIONYSIPOLITAS vocari. Idem Stephanus aliam eius nominis habet in India: & aliam in Libya. Hanc nemo vnus bis inuenire poteſt, vt tradit Strabo 7. vide NAGARA.

DIOPE Διόπη, Arcadiæ vrbs, Stephano. ex Pherecyde.

DIOPOLIS Διόπολις, Armeniæ Minoris vrbs: à Pompeio Magno ſic nominata, cùm prius CABIRA κάβειρα, vocaretur, eandémque poſtea AVGVSTAM σεβαστὴ, appellauit. Strab. lib. 12. GABYRA Eutropio eſt. Diopolis Epiſcopū nomine Maximum, habet Calliſtus 14. cap. 39.

DIORDVLI Διόρδυλοι, Ptolemæo ſunt Taprobanæ inſulæ populi. MORDVLI legunt interpretes.

DIORPHVS Διόρφ☉, Araxi fluminis propinquus mons, teſtis Plutarchus de montibus & fluminibus.

DIORYCHOS, vide DIORYCTOS, & FOSSA Noua.

DIORYCTOS locus, circa Leucadiam, Epiri peninſulam, Plinio. Lacus legebatur in margine, pro locus. Vocem locus ſinceram puto. ſed DIORYCHOS legendum affirmo.

DIORYX, vide BASILICA.

DIOS ἱερόν, id eſt, IOVIS Sacrum, Ioniæ opidulum, inter Lebedum & Colophonem. Stephanus. DIOSHIERITÆ fortè Plinij, circa Epheſum. Idem DIOSHIERONITAS habet alicubi in Aſia Propria.

DIOSCORON, inſulam ante Lacinium promontorium Locrorum, habet Plinius. DIOSCVRIADIS promontorium Italiæ, poſt Iunonis Laciniæ Templum, ponit Diodorus 13.

DIOSCORVPOLIS Eccleſiæ, meminit Georg. Patriarcha, in vita D. Chryſoſtomi. Circa Ægyptum videtur.

DIOSCVRI, vide ARGONAVTÆ.

DIOSCVRIAS διοσκουριὰς, quæ & SEBASTOPOLIS σεβαστόπολις, Ptolemæo & Arriano, Colchidis ad Pontum vrbs. in Dioſcuri regione (vt eam vocat Euſtathius) quondam ÆA αἶα, dicta, Stephano auctore. Plinio hæ tamen diuerſæ ſunt. Habet & Stephanus eodem tractu quoque Aeam aliam, à Dioſcuriade. Dioſcuriadem Caſtaldus hodie Sauatopoli vocat; Ioſephus Barbarus Seuaſtopoli: melius puto. Promontorium Magnæ Græciæ DIOSCVRIAS quoque eſt Diodoro 3. à Dioſcoro inſulæ huic vicina, vt puto. Alijs hoc LACINIVM nominatur. Stephano Dioſcurias vna eſt ex Leucis inſulis Africæ. vide DIOSCORON.

DIOSCORIDV, Plinio Azanij maris inſula eſt. DIOSCORIDIS διοσκορίδου, etiam vocat Ptolemæus. Curia muria Ramuſio eſt. Zocotara Barrio; vnde aloës laudatiſſ. Fortè eadem eſt cum ea quæ Oroſio PHEBOL dicitur.

DIOSCVRIVM διοσκούριον, Phliaſiæ opidum, in Peloponneſo, Polybio 4. Apud eundem 5. in deſcriptione Seleuciæ aliud DIOSCVRIVM habet, huic tamē vrbi adiacens.

DIOSCVRON διοσκούρων, Libyæ vicus, vbi Argonautæ Paridem perſequentes, Helenam rapuere. Stephanus. In Marmarica eſt, Ptolemæo. cui quoque portus ſic dicitur, in Æthiopia, ad ſinum Arabicum. Fanum quoque eſt, circa Sagram fluuium, in Brutijs: Straboni 6.

DIOSHIERITÆ, & DIOSHIERONITÆ, vide DIOS ἱερόν.

DIOSPAGE, Meſopotamiæ opidum, Plinio.

DIOSPOLIS Magna & Parua, (hæc IOVIS ciuitas Plinio.) Ægypti Superioris vrbes, Ptolemæo, Strabone, & Stephano auctoribus. Aliam præterea DIOSPOLIM habet Strabo, propè Mendetem. & Suidas, in Buſirite Nomo. in voce Demetrius. Sic quoque Laertius, in Demetrio Phalereo. Stephanus & aliam in Palæſtina deſcribit. ſic quoque Ioſephus & Antoninus, inter Cæſaream & Aſcalonem. quam Theodoretus antea LYDDAM vocatam ait. Alia eſt etiam in Bithynia vrbs, Ptolemæo; ad Pontum. Chio, Nigro dicitur: Port de Haſſio Theueto. DIOSPOLIS in Thracia quoque, cuius Epiſcopum Alexandrum, nominat Cedrenus. Vide BERYTOS, LAODICEA, & THEBÆ.

DIOSPONTANI Epiſcopi, in Armenia Maiori, meminit concilium Nicenum. Vide DISPONTVM.

DIOSSVROS, vide CHRYSOPOLIS.

DIOSTECNOSIA, Liberi Patris fons in Andro Inſulæ, Plinio. Dios Theodoſia legit Pintianus.

DIOTRENSIS Plebis, fit mentio in Decretor. I. Diſtinct. 63.

DIPÆA δίπαια, Arcadiæ vrbs, Stephano. Pauſanias per diphthongon in prima δείπαια.

DIPHRI δίφροι, Phœniciæ eſt vrbs, apud Stephanum.

DIPTHERA, opidi nomen, apud Nicolaum Myrepſium, teſtem adducit Philonem medicum. Neſcio quibus in terris.

DIPNIAS, vide DEIPNIAS.

DIPOENA δίποινα, Arcadiæ opidum, Pauſaniæ. Aliud eſt Dipæa, vel Dipia.

DIPOLIS, vide LEMNOS.

DIPOTAMVM διποταμον, id eſt, caſtrum Imperatorium. Meſanacta, ab incolis appellatum, ſic Cedrenis. Dipnanos à Turcis vocari, dicit Leunclauius. In Aſia Propria alicubi. in Phrygia videtur apud Curopalatem.

DIPPA, vide ACHZIB.



DIPPO, Hiſpaniæ vrbs: inter Cordubam & Emeritam, Antonino. An Hippo Liuij?

DIPSAS. Lucanus 8. Iam Taurum, Taurosq; videre Dip- „ ſanta cadentem. Fluuius putatur ſic dictus. Ciliciæ fortè. „

DIPSIVM, vide ARGOS, & CORYPHASIVM.

DIRADES, vide DEIRADES.

DIRADIOTES, vide DIRAS.

DIRAS δειράς, Argiæ locus, vbi Apollo Diradiotis colebatur. Pauſanias in Corinthiacis. Idem cum DERAS Xenophontis: & DIRADES Suidæ. δειραδιώτης, apud Phauorinum, eſt tribus Leontidis.

DIRBÆ δίρβαι, Scythiæ locus, in quo vrbs Teos. Stephanus in voce Τέως.

DIRCÆA, vide THEBÆ.

DIRCE δίρκη, Euripidi, Apollodoro, Diodoro, Pauſaniæ, Straboni, Philoſtrato, Æſchylo, & Æliano, fons & fluuius eſt ſecundum Iſmenum, & Thebarum mœnia. in Bœotia. DIRCÆI Verticis vmbras, habet Papinius 12. Thebaidos. ex quo montis nomen eſſe apparet. Eſt etiam fons iuxta Pharas, in Achaia Peloponneſi, apud Strabonem 8.

DIRCENNA, ſiue DERCENNA, item DERCELTA vt legit Turnebus. fontis nomen in Hiſpania, Martiali.

DIRE, vide DEIRE.

DIREA, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs, in Nili ripa. Plinius.

DIREVM, vide DARIÆVM.

DIRIDOTIS, vide TEREDON.

DIRIGOTHIA, vide DINOGETIA.

DIRINI, Apuliæ populi, Plinio.

DIRPHOSSVM δίρφωσσον, Lycophroni. eius commentator Iſacius dicit montem Eubœæ eſſe, & ab Euphorione DIRPHIS δίρφις, dici. δίρφυς, etiam Stephanus meminit, per Ipſilon, in vltima. vide TRYCHATA.

DIRPHVS, vide DIRPHOSSVM.

DISCARTA, locus Perſiæ regionis. Surius ex Metaphraſte, in vita S. Anaſtaſii.

DISCERA natio, Africæ Interioris: quam Plinius ſcribit à Corn. Balbo deuictam.

DISCHERI, ad Pontum populi, Pomponio. circa Trapezunta videntur.

DISORÆ δίζωροι, Thraciæ gens eſt Stephano. ex Hecatæo.

DISPARGVM, vide ASCIBVRGIVM.

DISPOLIS, vide DEABOLIS.

DISPONTVM, regio circa Pontum videtur, vnde auripigmentum adfertur. In lib. de ſimplicibus medicamentis, qui Galeno attribuitur. An Dioſpontum?

DISTA δίστα, Ariæ regionis opidum. Ptolemæus.

DISTRA, vide DYROSTOLON.

DITIONES διτίωνες, Dalmatiæ populi, Plinio & Ptolemæo. Vide DASNONES.

DITIS Spiracula, vide PLVTONIS.

DITTANI διτανοί, Hiſpaniæ Tarraconenſis gens, circa Oroſpedam. Strabo. THITTI apud Polybium mihi videntur.

DITTATIVM, vide DIDATTIVM.

DIVA δηοα, fluuius Albionis inſulæ, apud Ptolemæum, in Scotia, Dee mihi videtur.

DIVANA LEG. XX. VICTRIX colonia; in Goltzij Theſauro, ex nūmo. An Deuana, vel Deunana Ptolemæi?

DIVDVRVM, Antonino opidum, XV. M. paſſ. à Lutetia diſtans.

DIVGVNTI, vide FORVM Diuguntorum.

DIVINOS, Municipium Italiæ: apud Frontinum V. C. Franciſci Nanſii.

DIVINOS Portus, vide DEORVM Portus.

DIVIODVRVM, vide DIVODVRVM.

DIVIONVM, Burgundiæ vrbs, Greg. Turonenſi. Dijon hodie. Sylburgius in Notis ad Caſſiodori Chronicon putat pro hoc opido DEVSION debere legi, vbi Saxones fuſos ſcribit, conſulibus Valentiniano & Valente.

DIVITENSE Munimentum, ſic enim vocatur in vetuſta lapidea inſcriptione, ibidem inuenta, vt Rhenanus docet. Eſt pagus ad Rhenum ſitus, è regione Coloniæ Agrippinæ, quem



quem hodie vulgo Deutſch vocant. DIVITENSIVM meminit quoque Marcellinus, lib. 26. & 27. itē lib. Notit. TVITIVM, vulgari Latino dicitur, inquit Rhenanus. Sic quoq; vocatur à Ruperto huius loci Abbate, ante annos 400. & amplius.

DIVLCOS, vide ISTHMVS.

DIVM δῖον κολώνια, Ptolemæo Pieriæ in Macedonia regionis maritima vrbs: item Liuio. Stadia nunc dici, apud Nardum legitur, in Liuio Italico. vide DIA, & DION.

DIVODVRVM διουόδουρον, Tacito, & Ptolemæo. DIVIODVRVM etiam Antonino. Mediomatricum, in Gallia Belgica vrbs, Metz hodie, Rhenano. Pirchaimerus verò Tionuille putat, quam Germani Dietenhoffen appellant. Hanc autem Regino, & eius temporis ſcriptores THEODONIS VILLAM nominant.

DIVONA, fons ſiue fluuius, Auſonio. in ipſa vrbe Burdigala, vt vult Vinetus. qui eum Diuice appellari putat.

DIVR δίουρ, Mauritaniæ Tingitanæ Ptolemæo fluuius, ad Atlanticum mare: videtur VIOR Plinij. Teculet fortè Marmolio. Eſt & mons Diur, in eadē regione. eidē Ptol.

DIZACA, vide ÆZALA.

DIZERVS διζηρος, Illyridis vrbs, Stephano: ex Lycophrone. Iſacius in Lycophronem vocat DIZERVM fluuium iuxta Polorum ciuitatem, à Colchis conditam. In Hiſtria, vt puto.

DIZOATRA διζωάτρα, Armeniæ Minoris opidum, in Lauinianenſi præfectura, Ptolemæo. Interpretes per S. in principio ſcribunt.

DMOETI Δμωῆτοι, Cretenſium ſeruile genus, vt habet Euſtathius, ad Dionyſium Afrum.

DO, loci nomen, ſed decurtatū ab Homero, vt Strabo ſcribit.

DOALA, vide DOARA.

DOANAS δοάνας, fluuius Indiæ extra Gangem, Ptolemæo. DOANÆ populi ibidem, eidem. Vide DAONES.

DOARA, Cappadociæ vrbs, Nazianzeno. cuius Epiſcopus D. Eulalius erat. DOHARA legit Concilior. Opus. Subeſt Tyanenſi ciuitati.

DOBASSI δόβασσοι, Ptolemæo. DAMASI interpretibus. Vrbs Indiæ extra Gangem.

DOBERÆ δόβηρες, Thraciæ populi, Herodotus.

DOBERIENSES, & DOBERVS, vide DEBORVS, & TOPIRVS.

DOBORBICA, Illyrici vrbs munitiſſima, Laonico.

DOBRODICIA, Bulgarorum vrbs, apud Laonicum 6.

DOBROLISTA δοβρολίστα. vrbis nomen, in Sanctionibus Pontificiis Impp. Orientalium. Circa Epirum puto.

DOBVNI δοβοῦνοι, Britanniæ inſulæ populi, Ptolemæo. olim poſſidebant eam regionem, quam nunc Claudianam vocant. i. Gloceſtreshire, inquiunt Lelandus, & Neuyllius. Sunt BODVNNI βοδοῦννοι, Dionis.

DOCE δώκη, loci nomen, in Polybij fragmento 108. Circa Phrygiam videtur.

DOCEA, caſtellum in Armenia Minori fortè, circa Ciliciam: vt mihi videtur apud Glycam, Nicetam, & Zonaram.

DOCELA δόκελα, Maioris Phrygiæ vrbs, Ptolemæo. DIOCLIA legunt interpretes.

DOCHI, Æthiopiæ ſub Ægypto populi. Plinius.

DOCIMITE, DOCIMIA, & DOCIMIVM, vide SYNNADA.

DOCIRAVA δοκίραυα, Daciæ ciuitas, Ptolemæo. Rana noſtra tempeſtate vocatur, vti teſtis eſt Lazius, ex coniectura (vt puto) vltimæ ſyllabæ: Docirana enim, cum cæteris Ptolemæi interpretibus legit. Dociraua autem veram ſcripturam exiſtimo; quod videam huius tractus quamplurima loca hac voce AVA terminari apud hūc eundem Ptolemæum. Vocemq; Germanicam iudico, pro AW, pratum aut locum paſcuum notans. qua hactenus in ipſa Germania multa locorum nomina terminantur. In hac autem Dacia, Getia, ſiue Gothia, olim huius linguæ vſum fuiſſe, nulli veteris hiſtoriæ perito dubium eſſe puto. immo hodie paſſim in eadem huius vſus.

DOCLEA δόκλεα, Illyridis vrbs Ptolemæo, & DOCLEATÆ gens. DOCLEATES legit Plinius. DIOCLEA



Aurelio Victori eſt, Diocletiani Imp. patria. DIOCLETIANOS διοκλητιανοί, Cedreni, & Curopalatis eſſe non dubito. Vrbs Medon à Nigro, Antiuari à Villanouano interpretatur.

DOCONVS, vide DECONVS.

DOCTITORVM, vide DIODICA.

DOCVSINI Δοκουσινοί, Straboni circa Armeniam populi. Caſaubonus exiſtimat tranſpoſitis mutatiſq; paucis litteris CADVSII legendum.

DODANIM, vide RHODVS.

DODECACRVNOS, vide ENNEACRVNOS.

DODECANESOS δωδεκάνησος, ciuitas duodecim inſularum, Cedreno. Circa Propontidem videtur. Eius mentio fit quoque in Conſtitutionibus Nicephori Imp. & Hiſtoria Miſcella. 23. & 24. & DVODECIM inſulas nominat.

DODECAPOLIS, vide SCIRITIS.

DODECASCHOENOS δωδεκάσχοινος, Ægypti locus apud Ptolemæum, & Herodotum in Euterpe. CORTE, aut vacillante lectione, COSTE apud Antoninum dici, ait Simlerus.

DODIMIACA villa, in Voſago monte. Surius, in S. Arnulphi Metenſis Epiſcopi vita.

DODON δώδων, fluuij nomen, Euſtathio ad B. Ἰλιάδ. Homeri, à quo Dodona ciuitas.

DODONA δωδώνη, Moloſſiæ in Epiro vrbs: alia Theſprotica: & alia Theſſalica, Stephano. qui hanc CÆNÆVM nominari, & à Zenodoto GONEVM Γωναῖον dici, addit. ab aliquibus etiam BODONA βωδώνα. In Theſprotia etiam eſt, Euripidi in Phœniſſis. Eſt & Perrhæbiæ, Straboni. ſed fortè hæc eadem cum Theſſalica. vide EPIRVS.

DODONÆI δωδωναῖοι, Græciæ populi, qui & SELLI σελλοί, & ELLI ἐλλοί, dicuntur, Stephano teſte. SELLÆ ſunt apud Lucanum 4. Plinius autem lib. 4. duos ex iis facit. SELLI habitant circa Acheloum, Ariſtotele auctore, I. Meteor. cap. 14.

DOEANTES, vide THEMISCYRA.

DOHARA, vide DOARA.

DOIANTES δοίαντες, Phrygiæ vrbs, Stephano. Vide THEMISCYRA.

DOIATES, vide DOLATES.

DOII δῶιοι, Arabiæ Felicis gens, in Panchæa inſula: quam poſtea ab Ammone eiectam ſcribit Diodorus 5.

DOLATES, Vmbriæ populi VI. Regionis: qui SALENTINI cognominantur, inquit Plinius. DOIATES per I legunt tria mea exemplaria excuſa.

DOLBA δόλβα, Adiabenæ vrbs, Stephano. ex Arriani 13. Parthicorum.

DOLENSIS vici, termini Biturigi, meminit Greg. Turonenſis, in vita S. Luſoris. In Britannia videtur apud eundem 2. Hiſtoriar. Dol hodie, ni fallor, vel vt legit Cœnalis, Doul. qui antiquitus NEODVNVM vocatum addit.

DOLICA, vide DOLICHENA.

DOLICÆ inſulæ, Arabiæ Felicis, in Indico mari: Plinio.

DOLICHA, vide DVLICHIVM, & DOLICHENA.

DOLICHE δολίχη, Ptolemæo Pelaſgiotarum, in Macedonia opidum. Alchria hodie, Villanouano. ſed Techala Mercatori dicitur. Hanc DOLICHEN, cum PITHIO, & AZORO, tria in orbem ſita opida, Ptolemæi, Liuius lib. 42. TRIPOLIM vocari ſcribit. TRIPOLITIS regio, vocatur à Strabone 7. DOLICHE δολίχη, vocatur apud Callimachum, (auctore Stephano,) quam Plinius & Ptolemæus DOLICHISTEN δολιχίστη, vocant. Inſula eſt contra Chimeram, Lyciæ regionis. vide DOLICHENA, ICARIA, & TRIPOLITIS.

DOLICHENA δολιχηνὴ, Comagenæ regionis vrbs, apud Stephanum. DOLICHA δολίχη, Ptolemæi, & DOLICA Antonini eſt. DOLICHENSIS Epiſcopi, meminit Concilium Carthaginenſe I. DOLICHENSIS Epiſcopus Cœleſyriæ, nomine Archelaus, eſt in concil. Antiocheno. Euphrateſiæ regionis eſt, in concil. Conſtantinopolitano ſub Damaſo I. Omnes autem eandem velle mihi perſuadeo. Δολιχαῖος Ζεὺς hinc Stephano. Lubens

bis addam Inſcriptionem marmoream mihi Romæ ab eruditiſſimo mihique amiciſſimo Philippo Wingbio (quem oſtenderunt, heu tantùm fata) ad me miſſa. IOVI. OPTIMO. MAXIMO. DOLYCHENO. VBI. FERRVM. NASCITVR. C. SEMPRONIVS. RECTVS. CENT. 7. FRVMENTARIVS. D. D.

DOLICHISTA, vide DOLICHE.

DOLIOLA, Seruio locus eſt in Campania; inter Auernum lacum, & imminentem ſiluam. in illud Virgilij: Scrupea, tuta lacu nigra, nemorúmque tenebris. Vide INARIME.

DOLIOLVM, Vrbis Romæ tumulus, in regione Auentina, P. Victori. Monte teſtaccio, Pyrrho Ligorio, in Paradoxis Italica lingua ſcriptis.

DOLIONES, circa Cyzicum gens, Euſtathio ad Homerum. vide CYZICVS.

DOLONCI Δόλογκοι, Stephano ex Herodoto, Thraciæ populi. circa Hebrum fluuium, Solino teſte. DOLONCÆ ſunt apud Plinium. vide THRACIA.

DOLOPES, Theſſaliæ gens, Stephano. Liuius habet Dolopum regionem. Et DOLOPIAM Thucydides 2. cuius Scholiaſtes dicit hodie Onoblacha ὀνόβλαχα nominari. habereque ab Oriente Peneum; à Meridie, Acheloum fluuios. In Phthiotide ſunt Orpheo. In Scyro inſula etiam ſunt Diodoro 11. & Thucydidi 1. Apud Ptolemæum Δόλοπες ſunt in Epiro. & Africa Propria. & in Libya Interiori. Vide CTEMENE, & GRÆCIA.

DOLYCHENA, vide DOLICHE.

DOMA, vide BIBACTA.

DOMACIA, Theſſaliæ vrbs. Laonicus.

DOMADA, Arabiæ Felicis opidum, Aualitarum. Plinius.

DOMANA Δόμανα, Armeniæ Minoris vrbs, Ptolemæo, Antonino, & Lib. Notitiar. Arabiæ Felicis, eidem Ptolemæo.

DOMANETIS, vide BLÆNA.

DOMATERVS, vide COMOPOLIS.

DOMAZANÆ, Troglodytica gens, in Æthiopia, apud Plinium.

DOMENEHVR, & TOROGE, Aegypti opida. Guiliel. Tyrius 19. cap. 26.

DOMETIOPOLIS Δομετιόπολις, Iſauriæ vrbs Stephano. Huius meminit quoque Conſt. Porphyrogenneta: & ſynodus V. Conſtantinopolitana. Per 1. in ſecunda apud Ptolemæum, Ciliciæ Aſperæ vrbs vocatur.

DOMII Δόμιοι, gens Aegeidis tribus. Suidas. In Attica puto. Athenæus 6. huius etiam meminit.

DOMIM, Palæſtinæ locus, D. Hieronymo, ad 1. Samuelis, cap. 17. APHESDOMIN legunt 70. interpretes.

DOMINVS VIDEBIT, montis nomen: Geneſ. 22. vbi Abraham filium ſuum Iſaac immolandum abijt. MORION μώριον, vocat Ioſephus. Sic enim prius vocabatur.

DOMITIANA, vide ALEXANDRIA.

DOMITIANÆ Via, meminit Papinius in præfatione lib. 4. Siluarum. ibidemq́; eam deſcribit iuxta viam Appiam. De hac via ſcribit ad me Roma Celſus Cittadinus Angelerius hæc, „Domitiana via hodie fere integra permanet: initium habens à Via Appia, & in ipſius dextra à ponte Vulturni, propè vbi ſunt Caſilini reliquiæ, & finem habet Puteolis. Longa eſt 20. M. P. Recta eſt à Vulturno Linternum vſque, nunc vulgo La torre di Patria. nam inter ruinas ſepulcri Scipionis repertus fuit lapis in quo ſcriptum erat hoc verbum tantùm. PATRIAM. reliqua nimio attritu legi non poterant. Hæc ille. DOMITIANA Statio, ſiue Portus, iuxta Almianam fluuium, in Tuſcia. meminit eius Antoninus, in ſuo Portuum Itinerario.

DOMITIOPOLIS, vide DOMETIOPOLIS.

DOMNOTONVS, vide DVMNITONVS.

DONACESA, Phthiotidis mons, apud Plinium.

DONACVM, vide HEDONACVM.

DONATVS Epiſcopus Euoriæ, in Epiro. De huius Epiſcopi nomine opidum fuiſſe appellatum, ſcribit Calliſtus, lib. 12. cap. 45.

DONETTINI Δωνεττῖνοι, Moloſſica gens, Stephano. ex Rhiano 4. Theſſalonicar.

DONI Δώνος, Moloſſidis fluminis meminit Stephanus. in voce Δώδωνη.

DONIFERI, vide MARIANDYNI.

DONISIANA, vide DIONYSIANA.

DONVCA vide DVNAX.

DONVSIA, vide CARETHA

DONVSSA Δονοῦσσα, Achaiæ caſtellum eſt, Pauſaniæ, inter Aegyram & Pellenen. Hoc apud Homerum GONOESSA γονόεσσα, malè ſcribitur, vt annotauit Camerarius, in ſuis Commentarijs Homericis. Pauſanias certè vbi Homeri verſum citat, non Gonoeſſam. ſed Δονόεσσα, legit. Sed γονεῦσα, legit Pauſanias in Corinthiacis. item Heſychius. Sic quoque legendum cenſet Sylburgius vbique apud Pauſaniam, vel contractè GONVSSA. Vide GONOESSA.

DONYLÆVM Δονύλαιον, locus vbi ſuauiſſimæ aquæ bibuntur, vt tradit Athenæus 2. Dorylæum per R. legerim libentius.

DONYSA, Virgilio & Melæ, DONVSA Tacito: inſula maris Aegæi. Aliam à Dionyſia puto. Etſi aliter ſentiat Erythræus ad Virg. Hæc enim in Lycio mari, circa Rhodū.

DONYSIANA, vide DIONYSIANA.

DOR Δώρ, Paleſtinæ locus: Iudicum 1. & Ioſue 17. item 11. vbi 70. interpretes NAPHETHDOR ναφεθδώρ, legūt.

DORA Δῶρα, Phœniciæ maritima ciuitas, apud Ptolemæum. quæ Dortaire hodie, vt Rawolfius putat. Ad Carmelum montem eſt Ioſepho 2. contra Apionem: & Antiq. 13. Δῶρος ex eo legit Stephanus. Duas huius nominis facit Aurogallus: vnam in tribu Iudæ ſeu Symeonis: alteram in tribu Gad. Et idem Stephanus habet DORA inſulam in ſinu Perſico, ex 15. Strabonis, vt ait. ſed falsò, vt puto, pro 16. & pro DORACTA. Eſt & fons in Arabia Felici, Plinio. DORA, quam & DVRA alibi vocat Ammianus, circa Euphratem locus eſt, ad Gordiani ſepulcrum. ſed hæc eadem cum DARIA Procopij, ni fallor. Vide DOROS, DORVM, & DVRA.

DORACIVM, vide DYRRACHIVM.

DORACTA Δωράκτα, Perſici ſinus inſula. Strabo 16. HOARACTA Arriano.

DORANA, vel DARANO, Galatiæ vrbs, apud Antoninum.

DORATH Δωράθ, Mauritaniæ Tingitanæ opidum, Ptolem.

DORCINCA, Britanniæ inſulæ vrbs. Bedæ. qui ſcribit donatam Oſwaldo Epiſcopo.

DORCADES, vide GORGONES.

DORCESTRIA Angliæ vrbs, ad confluentia Iſis & Tamæ. Dorceſtre Camdeno. Alia eſt ab illa, eiuſdem nominis ad Oceanum Britannicum.

DORDOMANA Δορδομάνα, Parthiæ regionis vrbs Ptolemæo. Deizer hodie; & Rezer Perſis; ſi Theueto credimus.

DORDONIA, vide DVRANIVS.

DORTNI, vide DOSARENI.

DORES, ſiue DORIENSES Δωριεῖς, Caribus finitimi populi, quorum regio Doris, Thucydidi 2. In Sicilia populi: Rufo Epheſio & Iul. Polluci. Cretæ Inſulæ populi, Homero Οδυς T. Cyrenaicæ regionis etiam Callimacho. etiam Italiæ in Daunia, aduerſa Diomedæis inſulis: vt adparet ex Ant. Liberali. In Peloponneſo quoque, Gemiſto Plethoni, & Thucydidi 1. 2. & 3. circa Lacedæmonem: horum vrbem Lacedæmoniorum metropolim facit.

DORESTATVS, vide BATAVODVRVM.

DORGAMANES Δοργαμάνης, & DARGOMANES Δαργομάνης, idem fluuius, ſed dubiæ lectionis eſt apud Ptolemæum. Latini interpretes pro eo vacillante ſcripturæ quoque GARDAMANIS, & DARGAMANIS habent. Fontem ſumit in Paropaniſi regione, & apud Bactrianos ſe in Ochum fluuium exonerat. A Marcellino videtur ORGOMANES, & ORTOGORDOMARIS appellari.

DORIA, vide ÆMILIA, DVRIA, & DVRIVS.

DORIAS Δωρίας, Indiæ extra Gangem fluuius. Ptolemæus.

DORIENSES, vide DORES.

DORIEVM Δωρίειον, Phrygiæ vrbs, Stephano.



DORINIS Petra, apud Curtium 8. AORNIS pro eo ſubſtituit Fabricius, ad P. Oroſium. Vide AORNVS, & CHORIENIS.

DORINX, vide ARAXES.

DORION, vide HELOS.

DORIS Δωρίς, Macedoniæ regio apud Pomponium, Herodotum, Ptolemæum & Liuium. in qua Sperchius fluuius, Plinio teſte. ESTIÆOTIS appellata fuit, vt refert Herodotus, & Strabo 9. qui eandem TETRAPOLIM dicit. Nardus eam Valliuadia vocat. DORIS etiam Achaiæ regio, Ptolemæo. Doris item regio eſt Aſiæ Minoris, in qua Halicarnaſſus vrbs. Huius incolas Lydi CASTVLOS vocant. Eſt Idumeæ vrbs, Ioſepho 1. belli Iudaici cap. 2. Vicum facit idem in Vita ſua. Vide THESSALIA, DVRIVS, ESTIOTIS, & GADARIS.

DORISCI, gens, circa Iudi fluminis fontes. Plinius.

DORISCVS, in Attica locus, circa Sunium Promontorium, Plinio. vide CYNOSVRA, & DROSICA.

DORIVM Δώριον, tria huius nominis opida ſunt apud Strabonem 8. In Peloponeſo: Eubœa: & Thracia. Pauſanias habet Meſſeniæ vrbem: Pyli, Heſychius. Idem Pauſanias habet montem ſic dictum, circa Cnidum.

DORIVS Δώριος, fluuius Indiæ extra Gangem, Ptolemæo. Vide DVBRIS, DVRIVS, & THESSALIA.

DOROBELLVM, Britanniæ inſulæ vrbs. ſi fides Pontico Virunnio. Durouernum quid ſi legas?

DOROBITZA, Illyrici fluuius, & ibidem eiuſdem nominis vrbs. Laonicus 10.

DOROCOTTOROS, vide DVROCOTTORVM.

DOROMELLVM, vicus Galliæ, ſuper Aruennam fluuium. Aimoinus 3.

DORON, Ciliciæ vrbs, Plinio. Vide DARON.

DORONONIA, fluuius Galliæ; G. Turonenſis 7. Fortè pro DVRANIVS.

DOROS Δῶρος, Phœniciæ vrbs: & alia Cariæ: Stephanus. DORA Ptolemæo Phœniciæ eſt: quæ DORVM Plinio. vide DORA.

DOROSTHENA, & DOROSTORVS, vide DVROSTOLON.

DOROSTOLON, DOROSTORVS, vide DVROSTOLON.

DOROVERNVM, vide DVROVERNVM.

DOROZANTES. „Dorozantúmque aurea ripa. Propertius 4. ad Lenam. ſed in margine legebatur Dabatarumq́;. Alius meus codex habet Derorantem. Sed Turnebus DEROXANIVM legit, & amicæ, non gentis nomen dicit.

DORRIVM, vide TRICORNIVM.

DORSA, montis nomen, Auieno. In Gallia Narbonenſi, ad Rhodanum fluuium.

DORTICVM Δορτικόν, Myſiæ Superioris vrbs, Ptolemæo, & Antonino.

DORVENTANOS, vocat Humfredus Lhuydus Derbienſes, Angliæ populos.

DORVM Δῶρον, Ptol. vicus, in Meroe inſula. Vide DOROS.

DORY, nomen ciuitatis Ponticæ eſt apud Priſcianum.

DORYCTETA Δορυκτήτα, Aſiæ Minoris regio, ad Ægæum pelagus: vbi Myrina vrbs: ab Amazonum regina, ſic dicta, condita. Diodorus 3. vide ÆOLIS.

DORYLÆIVM Δορυλάειον, Phrygiæ opidum, Stephano. DORYLAIVM Straboni. DORYLEVM Plinio. Δορυλλειον Ptolemæo. Phrygiæ Pacatianæ eſt in Cōcil. opere. Tzadurile vocari hodie, ſcribit Leunclauius.

DORYLLIEVM, vide DORYLÆIVM.

DORYMA, vide LORYMA.

DOSA Δόσα, Aſſyriæ vrbs, apud Ptolemæum.

DOSARA Δώσαρα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

DOSARENI Δωσαρηνοί, Ptolemæo, DORENI interpreti, Arabiæ Felicis gens.

DOSARON Δώσαρον, Indiæ intra Gangem fluuius, Ptolem.

DOSCI Δόσκοι, SITTACENI σιττακηνοὶ, OBIDIACENI ὀβιδιακηνοὶ, AGRI ἀγροι, TOREATÆ τορεάται, DANDARII Δανδάριοι, SINDI σίνδοι, Aſiæ gentes ſunt Straboni, ad Pontum Euxinum in Sarmatia Aſiatica.

DOTHAIM Δωθαΐμ, vel DOTHAN, locus Palæſtinæ Genes. 37. Iudith 3. & 4. DOTÆA Δωταία, hæc 70. interpretibus.

DOTHTHA, vide DATTHA.

DOTINA Δωτίνη, Petra, ſic à Dorienſibus dicta. PROECA προίκα, à cæteris Græcis. Circa Byzantium. Gyllius ex Dionyſij Anaplo.

DOTIVM Δώτιον, Theſſaliæ vrbs, Plinio: cuius regio CNIDIA. quod hæc vrbs ſit colonia Cnidiorum, Stephano teſte. Promontorium Olympi eſt Iſacio: pertingens ad Libethriam. Campus eſt Plutarcho, in Quæſtionibus Græcis. & Heſiodo. apud Strabonem 14. Circa Boebeidem lacum.

DOVEONA Δουήωνα, Cadurcorum, in Gallia vrbs, apud Ptolemæum. DVCONA mendosè apud interpretes. Cahours eſt Vineto. Douue pagus videtur Lipſio, in Amphitheatro. Abeſt plus minus diei mediæ itinere à Ligeri fluuio, parte ea qua ab Andegauis in Pictones itur. Hoc Ptolemæi Doueana cenſet M. Velſerus AVEDONACVM eſſe in Tabula Peutingeriana: & AVNEDONACVM Antonini. In tertia autem huius Tabulæ ſchedæ nondum edita, at ab eo mihi ad vtēdum miſſa, MEDVNNACVM legebatur.

DOVLONPOLIS, vide PHILIPPOPOLIS.

DRABESCVS Δράβησκος, Thraciæ regio, Stephano. Edonidis Drabeſcus eſt apud Thucydidem. Vrbem Drabeſcum habet Diodorus, & Appianus 4. Ciuilium. & Strabonis Epitome. BRABISCVS malè apud Pauſaniam in Atticis eſt.

DRABVS, vide DRAVVS.

DRACÆ, Aſiæ populi, circa Caucaſum mōtem, Trogo 12.

DRACANIVM Δρακάνιον, Cariæ καρίας, mons, Heſychio, & Phauorino. Draconon, & Icariæ, reſtituo. ex Strabone, & aliis.

DRACHMÆ Δράχμαι, Ptolemæo, DRACHAMÆ interpretibus, Ariæ gens.

DRACHONVS, Auſonio fluuius eſt, in Moſellam erumpens. Draum hodie dicitur. DRAHONVS legit Scaliger.

DRACO, Aſiæ Minoris mons, in Tmolo deſinens, Plinio. vide HELENA, HEPTAPORVS, & ORONTES.

DRACON, fluuius ad radices Veſuuij montis, Procipio. Iuxta Nuceriam labitur.

DRACONES, vide AD DRACONES.

DRACONIS locus, Romæ in inſula Tiberina, ſi Lutatio creditur, in 15. Metamorph.

DRACONIS inſula, vide SALAMIS.

DRACONIS Sacellum, in Lucania: circa Laum fluuium. Strabo 6.

DRACONON Δράκονον, vrbs, & mons Icariæ inſulæ, Straboni, Theocrito, & Stephano. ſed Δράκανον hic, per A. in medio. Eſt & inſula deſerta, apud Plinium: circa Thraciæ Cherſoneſum.

DRACONTIS Acte, vel Littus. vide ARENI.

DRACONTVS Δράκοντος, Libyca inſula. Stephanus. Armeniæ Minoris locus; Antonino. Eundem alibi AD DRACONES vocat.

DRACVINA Δρακουΐνα, Rhætiæ vrbs, Ptolemæo. Trauburg Lazio, in R. P. Romana.

DRACVNTIVS Δρακόντιος, Africæ Propriæ adiacens inſula. DRACONTVS Δράκοντος, Stephano eſt. Chelbi, Nigro dicitur.

DRAGA, vide ARAGA.

DRAGAMVTINA, Slauorum vrbs, Aimoino 4. cap. 61. Pro Trauemunt habeo, ad oſtium Trauæ fluminis: propè Lubecam emporium.

DRAGINA planicies quædam in Sicilia Cedrenus.

DRAGMVS Δράγμος, Cretæ vrbs, Stephano.

DRAGOGI Δραγωγοι, Aſiæ populi: quos Arrianus cum Drangis numerat, libro Alex. 3.

DRAGOVINTIA Δραγοβιντια, ſic Curopalates in Official. Cōſtantinop. Thraciæ quādā Præfecturā nominare autumo.

DRAHONVS, vide DRACHONVS.

DRAMA Δράμα, Macedoniæ opidulum videtur, apud Gregoram, Circa Thraciam fortè, vt mihi ex Niceta veriſimile

ſtile eſt. Huius etiam meminit Curopalates, in Officialib. Conſtantinopol. eamq; PHILIPPORVM cognominat. Circa Philippos Thraciæ eſſe, ex eo mihi veriſimile.

DRANGÆ δράγγαι, Perſica gens, Straboni, Stephano, & Curtio 6. ZARANGEI ſunt apud Arrianum 3. vt Caſaubonus æſtimat. DRANGAS ipſe Arrianus ibidem habet: item 6. & 7. Sunt & circa Indi fluminis initia, Plinio auctore.

DRANGIANA δραγγιανὴ, Ptolemæo Aſiæ regio. DRANGINA, ſine A, in pœnultima habet Diodorus. & DRATIGENA videtur pro eadem regione legere Polybius. DRANGARITANI populi ſunt corruptè apud Trogum 4. Ger. Mercator eam Segiſtan appellat. DRANGIANI ſunt etiam Arabes vocati, eò quòd ab Arabibus originem trahant, auctor Marcellinus. DRANGIANAM cum ARACHOSIA, hodie Segaſtan vocari, ſcribit Mar. Niger.

DRAPSACA δράψακα, Bactrianæ aut viciniæ vrbs, apud Arrianum, tertio vitæ Alexandri. Vide DREPSA.

DRASDÆA, loci nomen, in Thraciæ regione. lib. Notitiar.

DRASIDÆ memorant reuera fuiſſe populi partem indigenam. Sic Ammianus de Gallis. DRVIDES reponendum ſuadet Pithoeus.

DRASTOCA δραςόκα, Paropaniſi vrbs, Ptolemæo. Item Indiæ intra Gangem, eidem.

DRATÆ, vide DAGRÆ.

DRATIGENA δρατιγενα, Aſiæ regio eſt, Polybio 11. ad finem quam ſcribit ab Antiocho rege ſuperatam, ibidemq; hibernatum. corruptè pro DRANGIANA.

DRAVCA δραύκη, ciuitas Cretæ, Iſacio in Lycophronem.

DRAVDACVM, caſtellum Peneſtiæ, regionis Theſſalicæ. Liuius 43.

DRAVVS δράβος, Straboni: DRAVS, Plinio. Pannoniæ fluuius eſt, quem Danubius excipit. Dra, vulgò, vt Lazius teſtis eſt. Ptolemæo (vt Villanouanus annotat) DARVS δάρος, eſt, quẽ à Barbaris DARIN δάριν, vocari addit. Hoc etiam Heroldus conteſtatur, in ſuo Dialogo de rebus geſtis in Interamnenſi Pannonia. Vide BARGVS.

DRAXVM δράξων, Heſychio Siciliæ locus ſacer; vbi agricolæ dona offerebant.

DRECANVM δρέκανον, locus Coæ inſulæ, verſus Occidentem. Pagus ibidem quoque, quod Os portus dicitur. Strabo 14.

DREPANE δρεπάνη, Lyciæ vrbs: Siciliæ quoque. item Libyæ. Eſt & mons Æthiopiæ: ſunt & duæ inſulæ, iuxta Lebinthum. Sic Stephanus.

DREPANVM δρέπανον, Bithyniæ vrbs, ad Nicomediæ Sinum, vt eam deſcribit Niceph. Calliſtus, qui eam à Conſtantino Magno Imp. HELLENOPOLIM ἑλληνόπολις, cognominatam ſcribit. Idem Socrates Scholaſticus, & Cedrenus, ſed ſingulari L. à matre nempe Imp. Helena. ſic quoque Ammianus. HELIONOPOLIS mendosè eſt in Epiſtolis Iuonis. BITHALBEN βιθάλβης, credo dici, apud Stephanum. DREPANVM Achaiæ promontorium, in Peloponneſo. Pauſanias. DREPANVM Cyrenaicæ regionis, in Africa promontorium, Ptolemæo; ad Syrtim Maiorem. Marmolius Ponto Sabia vocat. Eſt & promontorium Ægypti, ad Sinum Arabicum: item Siciliæ: quod hodie Trapani vocatur, apud eundem. Sed & aliud eiuſdem nominis habet Plinius, in eadem inſula, in ora Tauromenitana. Icariæ inſulæ quoque promontorium eſt, Straboni 14. Cypri inſulæ etiam promontorium, Ptolemæo. hoc Trapani Mercatori dicitur, & Melechia Sophiano. Eſt etiam Cretæ inſulæ promontorium apud eundem Ptolemæum. hoc nomen retinet, niſi hallucinatur Pinetus. Eſt & promontorij nomen iuxta Byzantium, vt habet ex Dionyſio Gyllius. Vide CORCYRA, LEPTE Acra, & RHIVM.

DREPSA δρέψα, Ptolemæo Sogdianæ regionis metropolis. PANDA Plinij, & DARAPSA δάραψα, Strabonis eſſe, vult Villanouanus. à Strabone tamen hæc Bactrianæ attribuitur. Pro DRAPSACA Arriani habuerim. DREPSIANI populi, ſunt ibidem, Ptolemæo.



DRESIA δρησία, Phrygiæ opidum, Stephano: ex Dionyſij Baſſaricorum 3. Fortè DRISIA Cedreno.

DRIBYCES, vide DERBICES.

DRICCA, Scythiæ fluuius, Iornandi. Vide TYRAS.

DRILLÆ δρίλλαι, Xenophonti, & Arriano, ſunt populi Trapezuntiis vicini, ad Pontum Euxinum, finitimi Colchidi regioni. Sed Guil. Stukio SANNI videntur. Stephanus δρῦλαι per Y ſcribit, & vno L. ex Xenophonte. Xenophon DRILARVM METROPOLIM, vrbem ſic nominatam habet. Vide MACRONES.

DRILO δρίλων, fluuius eſt in ora Dalmatiæ, quo aduerſo nauigatur Orientem verſus, vſque ad Dardaniam; Straboni. Ex Scardo monte profluit, Ptolemæo teſte Super eum ſitum eſt Scodra opidum, Plinio auctore. Hermolaus & Barletius ſcribit eum hodie Drino vocari: Lodrino habet Sophianus. Nigro Drinax eſt. ORIVNDVS videtur mihi à Liuio dici. Vide DRINIVS.

DRILONIVS δριλώνιος, vrbs magna & vltima Celtarum. Stephanus: ex Theopompo.

DRILOPHYLITÆ δριλοφύλιται, Indiæ intra Gangem gens, Ptolemæo. Per Y. in prima ſcribunt interpretes.

DRIMÆA, vide DRYMÆA.

DRIMATI, populi Arabiæ Felicis, ſunt apud Plinium.

DRIMYLLVS δριμυλλος, mons ſic dictus, propinquus Euphrati: in quo Sardonichi reperiuntur. Plutarcus de Montibus & Flum. Parthiæ eum adſcribit Stobeus, de Morbis. ex Nicia de lapidibus.

DRIMYSSA δρίμυσσα, inſula Clazomenijs obiecta, vt habet Thucydides lib. 8. δρυμῦσσα, ſcribitur apud Plinium, Liuium, & Stephanum. quid ſi ſit quoque DROMISCVS eiuſdem Plinij? quam ſcribit quondam inſulam fuiſſe, poſtea verò Mileto adiectam.

DRINIVS, fluuius eſt Dalmatiæ, Plinio. A Ptolemæo DRINVS δρεῖνος, appellatur. aitque eum ex Scardo monte originem ſumere; & in Sauum amnem defluere. Vibius eum ex Ligniſti palude (Lychnido reſtituo) effluere, & Scodram alluere ſcribit. Vide eius deſcriptionem apud Calliſtum 17. cap. 28. Drina vocatur hodie à Nigro; Lodrino à Fauolio; Boliana à Volaterrano, ſed ſic Dalmatis vocari addit. In Itinerario Byzantino M. S. Cornelij Scepperi, lego Drinum Scopiam alluere: & Caradrina vocari. His nominibus recentioribus nihil fido, confuſionem mihi pariunt. Lodrino, puto idem eſſe quod Drino. lo, namque articulus Italicus mihi eſt. Dein Drino, Drinæ, & Drinax, ſubdubito an tantum bona aut mala ſcriptione differant. Aliorum iudicium ſit, quibus locorum ſitus penitius ex tabulis aut peregrinationibus noſcere contigit. Drinium Plinij, Ptolemæi Drilonem eſſe contendit Volaterranus. Boliana, vel Boiona fluuius, & Scrutari lacus non procul ab eo, veteribus ignota fuere, ſi Nigro creditur. Fides ſit penes auctores. Ego hæc tantum in medium adfero, vt doctioribus & locorum peritioribus ad inueſtigandam veritatem, anſam præbeam. Ligorius in ſua Græciæ tabula facit ex hoc Drinio Ptolemæi, ARTATVM Liuij. vide DRILLO.

DRIOS δρῖος, Arcadiæ mons eſt apud Diodorum 5.

DRIPIA δριπεία, locus Thraciæ, à Hunnis ſubactus. Cedrenus.

DRISIA, vide DRESIA.

DRISIN δρισὶν, Thraciæ vrbs, Cedreno. Idem cum DRISON puto.

DRISIPALA, vide DRVSIPARA.

DRISON, vrbs Epiri: & alia Thraciæ ſic in Suida Latino In Græco δρυσὸν legebatur. vide DRYS.

DRISTA, vide TIRISTA.

DRIVM δρῖον, collis in Daunia regione. Strabo. Iuxta Sipontum.

DRIXIPAROS, & DRISIPALA, vide DRVSIPARA.

DRIZIBIVM caſtellum, in Ciliciæ aditu. Zonaras. Drizium Curopalati vocatur, & Cedreno.

DROBETA, Daciæ Ripenſis vrbs. in lib. Notit. Et ibidem TRANSDROBETA.





DROI δρῶοι, videntur Thraciæ populi, apud Thucydidem 2. circa finem.

DROMANNI Vicus, vide THROTMANNIA.

DROMI Munitio, locus in Weſtphalia. Surius in vita S. Swiberti.

DROMISCVS, vide DRIMYSSA.

DROMVM Campum, ſic vocant, inquit Liuius 34. In agro Lacedæmonio.

DROMOS Achillis, locus Bithyniæ, iuxta Phyllidem fluuium, vt refert (an verè, ignoro) Apollonij Scholiaſtes. Eſt & locus ſic dictus ex aduerſo Achilleæ inſulæ, circa Boryſthenis oſtium Melæ, Plinio, Straboni, & Euſtathio. Vide ACHILLEA.

DRONGILVM δρόγγιλον, Theſſaliæ regio, Stephano: ex Theopompo. Locus Thraciæ eſt, apud Suidam, & Demoſthenem de Cherſoneſo.

DROPICI δρωπικοὶ, Perſici gentes, Herodoti Clio.

DROSACHE δρωσάχη. Sericæ vrbs. Ptolemæus.

DROSICA δροσικὰ, Thraciæ præfectura, Ptolemæo. LOCVM DORISCVM habent Plinius, Appianus, Mela, & Solinus. Synonyma credit eſſe Villanouanus, in ſuo Ptolemeo. Doriſcus eſt quoque caſtellum apud Diodorum 11. Liuium 31. item apud Herodotum, qui vocat murum extructum in littore, ad Hebrum fluuium.

DRVENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag. Vide ARDYENSES.

DRVENTIVS δρουέντιος, Galliæ Narbonenſis fluuius, teſte Ptolemæo. quem Durance vocat Ioannes Poldo. DRVENTIA habent Plinius, Strabo, & Caſſiodorus.

DRVENTVM, vide TRVENTVM, & FORVM Truentinorum.

DRVGERI, Thracica gens, apud Plinium.

DRVIDÆ. vide BARDI.

DRVMENTVM, Africæ vrbs, Alphano, in vita duodecim fratrum martyrum. vide GRVMENTVM.

DRVNA, Auſonio fluuius ex Alpibus erumpens, qui tribus à Valentia leucis Rhodanum ingreditur, & hodie Dronia vocatur. vt Scaliger ſcribit. Alius autem ab hoc eſt Vineto.

DRVPHEGIS δρουφηγὶς, Ptolemæo Daciæ eſt vrbs, quæ Nigro Nicopolize vocatur.

DRVSI Monumentum. In ſuburbio Moguntino ad Rhenum fluuium moles exſtat terrea teſtaceaq;, quam vulgò Eychelſteyn (à forma) nominant. Eam eruditiores pro Druſi monumento honorario habent: quod cur credam, facit Dion 55. vbi ſcribit Druſo honorarium tumulum ad Rhenum datum. & Eutropius, qui dicit hunc Druſum apud Moguntiacum monumentum habere. Olim lapideam pyramidem fuiſſe, veriſimile eſt. Otto enim Friſingenſis qui vixit ante annos quingentos tribuit illi formam pyræ. Quod eius nunc ſupereſt pyramidis tantum interiora ſunt, quæ quia glandis quercinæ quodammodo formam præbeant, Eychelſteyn, i. glandem lapideam vernaculè hodie appellant.

DRVSIAS δρυσίας, Iudææ vrbs, Ptolemæo.

DRVSILLIANENSIS Plebis, in Africa, meminit Coll. Carthag.

DRVSIPARA δρυσιπάρα, Thraciæ vrbs, Ptolemeo. fortè eadem cum Suidæ DRIXIPAROS δριξίπαρος. Apud Antoninum corruptè DRISIPALA, & DRVSIBARVM legitur. Druſiparam, vocat Sophianus Miſini. Lazio autem in ſua Græciæ tabula Elkij dicitur.

DRVSOMAGVS δρουσόμαγος, Ptolemæo Rhætiæ vrbs eſt, quam nonnulli AVGVSTAM RHÆTOR. putant. Birchaymerus Memmingen; Irenicus verò Kempten interpretatur, Auentinus autem, & Lazius Augſburg. Vide AVGVSTA Vindelicor.

DRVZIBARVM, vide DRVSIPARA.

DRVSON δρυζων, Phrygiæ Maioris opidum, Ptolemæo.

DRYÆNA δρύαινα, Ciliciæ vrbs apud Stephanum, quam etiam CHRYSOPOLIM χρυσόπολις, nominat.

DRYAS Theſſaliæ fluuius, apud Anticyram, qui à Sperchio XX. ſtadijs diſtat, auctor Gyraldus in Herculis vita.

DRYBACTÆ δρυβάκται, apud Ptolemæum Sogdianæ gẽs



eſt. Circa Trybactram vrbem. Vtramq; vocem per D. aut T. initiali littera ſcribendam reor. Gentem enim ab vrbe, aut hanc ab illa nominari, non eſt quod dubitem.

DRYINOPOLIS δρυϊνόπολις, vrbis nomen, apud Cedrenum. circa Illyricum aut Macedoniam videtur in Sanctionibus Pontificiis Impp. Orientalium. An δρῦς Stephani, in Thracia?

DRYITÆ δρυῖται, Mauritaniæ Cæſarienſis populi, Ptolemæo. In Creta inſula ſunt Theophraſto. vbi palmam prouenire ſcribit.

DRYLÆ, vide DRILLÆ.

DRYLASIONES, vide LASIO.

DRYLOPHILLITÆ, vide DRILOPHYLITÆ.

DRYMÆA δρυμαῖα, Phocidis vrbs, cuius incolas NAVBOLENSES ναυϐολεῖς, antiquiore vocabulo appellari ſcribit Pauſanias. δρυμία, per I. habet Stephanus. Eius regionem à Plinio DRYMEAM, & DAVLIN quoque vocari opinor.

DRYMÆ δρύμαι, Libyæ vrbs, Stephano. ex Strabonis 16. fruſtra. nam ADRYME eſt apud Strabonem, idq; 17. Vide ADRVMETVM.

DRYMIA, vide DRYMÆA.

DRYMODIS, vide ARCADIA.

DRYMVS δρυμος, vrbs inter Atticam & Bœotiam, Suidæ. Huius mentio quoque apud Demoſthenem, de Falſa legat. Alia Euboëæ inſulæ, Straboni. iuxta Callantem fluuium. Syriæ locus eſt apud Ioſephum, Antiq. 14. cap. 24. & belli Iudaici 1. cap. 11. item apud Strabonem 16.

DRYMVSSA, vide DRIMYSSA.

DRYNÆMETVM δρυναίμετον, Tectoſagum, Galatiæ locus, Straboni 12. A quercu & ſanguine ſic dictum putat Forcatulus.

DRYOPE δρυόπη, Stephano iuxta Hermionem vrbs. Vide Ouid. Metam. 9.

DRYOPES δρύοπες, Plinius enumerat inter Epiri populos. Aldradina interpretatus eſt Pinetus. Gens quoque circa Parnaſſum, quam Hercules cùm expugnaſſet, in Peloponneſum traduxit. Scholiaſtes in 1. Apollonij. Iuxta Oetam montem quoque Straboni.

DRYOPIS, vrbs Oeteæ regionis, quam TETRAPOLIM dicit Strabo 9. Stephanus hanc vocat Δρυοπίαν, circa Trachiniam. vide ASINE, CYTHNVS, GRÆCIA, PHOCENSES, THESSALIA.

DRYS δρῦς, id eſt, Quercus: Thraciæ opidum: & aliud Oenotriæ: Item Lyciæ vicus, ad Arum fluuium; Stephano. Eſt Epiri vrbs, apud Suidam. Et quoque emporium è regione Nicomediæ ſitum: vt habet Socrates 6. Hiſt. Eccleſiaſticæ cap. 14 Cedreno ſuburbium Chalcedonienſe eſt, qui locus nunc RVFINIANÆ dici addit. cui ſuffragatur Calliſtus 13. cap. 15. qui ait Ruffini conſularis appellationem ad hunc vſque diem obtinere. De hoc loco hæc verba ſunt in D. Chryſoſtomi vita, interprete Godef. Tilmanno. In ſuburbio quodam Chalcedonis, cui cognomen eſt à Quercu: id trans mare Ruphini ſitum eſt. DRYS quoque locus iuxta Byzantium: Gyllio ex Dionyſio. Vide LVZA.

DRYSON, vide DRISON.

DRYSORVM Rex Teres, lõgæuus: inter Macrobios numeratur à Luciano. An gentile à Drys?

DRYVSA, vide SAMOS.

DVÆ CASÆ, vide FVNDVS.

DVÆ COLVMNÆ, Inſubrum opidum, apud Marcellinum, Gembolace caſtellum vocatur à Leandro. Gambilorum Gaud. Merulæ. Latinius fortaſſe. Eſt & locus circa Conſtantinopolim ſic dictus, Nicetæ.

DVASSEDEMSAI Epiſcopi, in Africa, mentio apud Vict. Vticenſ.

DVATVS Sinus, Arabiæ Felicis, Plinio. Verſus Ortum, puto.

DVBAL, & melius TVBAL, vt ſcribunt Ann. Viterbienſis, & Franc. Taraſſa, qui addunt eius memoriam exſtare apud Melam. ego tamen hoc nomen apud hunc, neq; alium idoneum auctorem reperio. Hoc opidum eſſe in Hiſpania

Bætica tradunt, & hodie Setubal dici. Sunt qui Tudela ad iberum fluuium interpretantur; vt Florianus del Campo, & alij. An hæc TVTELA, cuius memoria eſt apud Martialem ad Lucium? Sed vide TVBAL.

DVBIOS locum, habet Antoninus, inter Nuceriam & Septempeda. In Vmbris.

DVBIS, vide ALDVABIS.

DVBIVM, Perſidis regio, tum cæteris, tum cæli, & aquarum ſalubritate præſtans. à Theodoſio octo dierum iter diſtans. vbi & campi equorum fertiliſſimi, &c. Procopius 2. Perſic. Ibidem dicit quoque Dubium montem eſſe præruptum; & vicum habere in anguſtia eius acceſſus, quem ANGLON vocant.

DVBOBRVS, vide DVROBRIVÆ.

DVBRIS, Britanniæ inſulæ portus, apud Antoninum. Douer vocat Lelandus. In Cantio eſt.

DVCA fluuius, in Italia. vbi Chronicon Caſſiodori ait Odoacrem tertio à Theodorico rege certamine ſuperatum. Circa Rauennam alicubi. vti ex Iornande videtur.

DVCÆ Δοῦκαι, Mauritaniæ Cæſarienſis populi, Ptolemæo. iuxta fontem Ampſagæ fluminis. TODVCÆ corruptè in Latinis exemplaribus.

DVCONA, vide DOVEONA.

DVDINI Illyriæ populi ſunt Plinio. Hos Pinetus putat eſſe in loco hodie Nadin dicto. Sunt qui BVDINI legunt, quod annotauit Dalechampius.

DVDVA Δούδουα, Galatiæ vrbs. Ptolemæus. DVDVSA legunt interpretes.

DVDVM Δουδούμ, Libyæ Interioris vrbs, apud Ptolemæum.

DVECALEDONIVS, vide CALEDONIVS.

DVGA, in Notitiar. lib. eſt Mauritaniæ Tingitanæ locus.

DVGARIA, & EVARZIA. loca circa Galatiam ſunt in vita S. Theodori Archimandritæ, à Metaphraſte deſcripta.

DVISSATIVM, vide SVISSATIVM.

DVLBITRANIA, vide GILDANO.

DVLCIS Portus, in Corcyra, ſic dictus, quia à fluuio in eo effluente, dulcis redditur. Dion.

DVLGIBINI, Germaniæ populi ſunt Tacito, quos Althamerus DVLGVMNIOS Δουλγούμνιοι, Ptolemæi putat; & hodie Gottingen incolere, & Weſtphaliæ partem.

DVLGVMNI, vide DVLGIBINI.

DVLICHIA Δουλιχία, locus Aſiæ inter Germaniciam & Aſſyriam. videtur apud Cedrenum. Pro DOLICHENA putauerim.

DVLICHIVM Δουλίχιον, Maris Ionij inſula Pomponio, vna Echinadum: ſita, vt eam Strabo deſcribit, iuxta Oeniades, & Acheloi oſtia, diſtans ab Araxo Eleorum promontorio, ſtadiis centũ. PALEIS dicitur ab Homero, vti Pherecydes auctor eſt, apud Strabonem. qui dicit eam ſuo tempore DOLICHA Δολίχα vocari. Idem Stephanus aſſerit, qui eam quoque OXEIÆ ὀξεῖαι appellat, i. ACVTÆ. Nonnulli, ait idem, hanc & CEPHALENIAM eſſe eandem, dicere non ſunt veriti. Plinio Dulichium & Oxia diuerſæ hoc tractu ſunt inſulæ. Vide PALEIS, & ZACYNTHVS.

DVLOPOLIS, alio nomine ACANTHVS, apud Plinium: Aſiæ minoris opidum eſt, prope Rhodum inſulam. Δουλωνπόλις, eſt quoque Libyæ vrbs, Seruorum. Eſt & alia ſacrorum ſeruorum. & alia in Creta inſula Suidas, & Stephanus. cui quoque regiuncula in Ægypto eſt. Vicus etiam in Marica, Heſychio.

DVMA, vide RVMA.

DVMÆTHA, vide DVMATHA.

DVMANA. Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plinius.

DVMATHA Δούμαθα, Arabiæ opidum. Stephanus. qui Dumathenos inde facit. Horum meminit etiam Porphyrius 2. de Eſu carnium, quos ſcribit per ſingulos annos puellam immolare. ſed DVMATIOS vocat. Græcum autem huius codicem non vidi. Per æa in media eſt Arabia Deſertæ vrbs, apud Ptolemæum.

DVMIVM, locus Epiſcopalis in Hiſpania. Sæpius eius meminit ex Concilijs, Moralis: Monaſterium eſt apud Iſidorum, & Honorium: vnde Martinus Epiſcopus (qui ſcripſit de quatuor virtutibus Cardinalibus) oriundus.



DVMNA Δοῦμνα, Ptolemæo & Plinio eſt Septentrionalis Oceani inſula, contra Orcada promontorium. Fortè Hoy, hodie, aut quod potius crediderim, Ways. Camdenus ferè credit Farre eſſe. quod ea vnicum opidulum ſuſtinet Duma vocatum. Vide RVBEÆ Prom.

DVMNISSVS, Auſonio locus circa Moſellam: Prætereo arentem, ſitientibus vndique terris, Dumniſſum.

DVMNITONI, vel DVMNOTINI loci, meminit Auſonius in Epiſtolis. De eo ſic Vinetus: Eſt apud Medulos, paululum ſupra Blauiam, in ipſa fere Garumnæ ripa, paruus vicus, Domniſſan. qui fortaſſe locus erit, qui hic memoratur, Theonis habitatio. DOMNOTONVS per O. in ſecunda vbique legit Scaliger, cui videtur fuiſſe in Medulorum tractu. vbi hodie eſt Caput Boiatum.

DVMNONII, vide DAMNONII.

DVNAVTIS, vide DANVBIVS.

DVNAX Δουνάξ, Thraciæ mons Straboni. DONVCA vocat Liuius; eumq́; ingentis altitudinis eſſe dicit.

DVNELMVM, locus Epiſcopalis, apud Iuonem, Epiſtola 178. Durham in Anglia, verſus Boream eſt.

DVNGA Δοῦγγα, Indiæ intra Gangem opidum, auctore Ptolemæo. Dabul Iac. Caſtaldo vocatur.

DVNIVM Δούνιον, Durotrigum, in Albione opidum, apud Ptolemæum. Dorcheſtre, Villanouano, & Camdeno. ſed hic quoque DVRNIVM apud Ptolemæum legit, pro exemplariorum varietate. Eandem DVRNOVARIAM Antonini eſſe ſcribit.

DVNLINVS, ſiluæ nomen, in agro Mediolanenſi. In S. Victoris Mauri vita.

DVNOS, municipium, inter Colonias numeratur à Frontino.

DVNVM Δοῦνον, Ptolemæo auctore, Hiberniæ opidum eſt. quod Marius Niger Waterford vertit. Down interpretatur à Camdeno. Sinus etiam Albionis inſulæ apud eundem Ptolemæum. quem Camdenus Crecke as Dunesbay vocat. In lib. Notit. eſt Mœſiæ II. opidum. quod DIMVM Antonini videtur. Galliæ locus, Greg Turonenſi, Hiſtoriar. 4. 7. & 10. in Carnutibus.

DVODECIACVM vocat Froardus Lotharingiæ vrbem: quam Douze vulgo vocant.

DVODIENSE, vide AVDIENSE.

DVPLAVLIS, Patria Fortunati poëtæ. Rhegino. DVPLABILIS eſt apud Diaconum 2. Longobard. & addit haud longè à Cenitenſi caſtro, vel Taruiſana ciuitate diſtare. De hoc loco libet adijcere hunc verſum ipſius Fortunati de ſua patria. vti eum edidit Fabricius in Poëtarum Chriſtianorum volumine, Per Cenitam gradiens, & amicos dupla Venenſes, Qua natale ſolum eſt mihi, &c. Hic DVPLAVONENSES lego, vno verbo. Et vt & hoc annotem, videtur recta ſcriptura non Duplaulis, neque Duplabilis, ſed DVPLAVIS. An ripa Plauis fluminis?

DVR, vel DVRIS Δοὺρ, fluuius Hiberniæ, Ptolemæo.

DVRA, Meſopotamiæ vrbs, Stephano, & Polybio 5. Trachiniæ quoque fluuius, Lycophroni, & Cantero, apud quem Herculem viuum combuſtum referunt. DYRA autem ſcribendum, per Y. pro fluuio. Vide DORA, & GORDIANI.

DVRABA Δούραβα, Ptolemæo Babyloniæ vrbs.

DVRACIVM, vide EPIDAMNVM.

DVRAN Δουρᾶ, campus regionis Babyloniæ, vbi rex Nabuchodonoſor ſtatuam ſuam erexerat. Daniel 3.

DVRANTINÆ Epiſcopalis ciuitatis in Italia, meminit concil. Romanum, ſub Gregorio I. habitum.

DVRANVS, Auſonio Galliæ Aquitaniæ fluuius, qui in Garumnam exoneratur, vt annotat Scaliger, qui eum hodie Dordone appellari ſcribit. ſic quoque Vinetus. De Dordonia hæc Aimoinus. DORDONIA, qui ex monte qui Dor dicitur, & eſt in finibus Aruernorum, duobus ſcaturiens fontibus, quorum vnum nomen eſt Dor, alteri Donia, qui haud procul à monte ipſo coniunguntur: in Garumnam influit.





DVRARVENNVM, vide DVROVERNVM.

DVRAS Δούρας, Vindeliciæ fluuius apud Strabonem, in Iſtrum ſe exonerans. Draum fortè, in Norico vicino.

DVRATEI Δουρατέοι, Aſiatica gens; Dionyſio Afro, & eius paraphraſti Feſto Auieno. MOSSYNOS ſic vocant.

DVRATEONIS, vel DVRATONIS, meminit Martialis ad Lucium. Montem Hiſpaniæ putat huius commentator Calderinus. BVRADONIS habet Dan. Rogerſij codex M.S.

DVRBETA Δούρβητα, vrbs Meſopotamiæ, iuxta Tigrim, Ptolemæo Moſel, Nigro.

DVRDVM Δοῦρδον, mons Mauritaniæ, Ptolemæus.

DVRENSEM epiſcopalem locum, in Africa: habet Vict. Vticenſ. M.S.

DVRETIÆ, Aquitaniæ locus, in Tabula Peutingeriana.

DVRGA Δοῦργα, Ptolemæo Africæ Propriæ vrbs eſt.

DVRIA Δουρία, fluuius per Salaſſos, in Ciſalpinam delapſus Galliam, Pado miſcetur. ſic Strabo. DORIA Δωρία, idem vocatur à Ptolemæo. Plinius DVRIAS duas dicit: quas video à Caſtilioneo Maiorem & Minorem vocari. Leander alterum Ripariam, alterũ Balciam cognominat. hunc ait hodie appellari Doria balcia, illam Dorietta, quaſi dicas paruam Doriam. Vide MARCODVRVM.

DVRIAS, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuiolus in Sucronẽſem ſinum effluens, Pomponio. TVRIVM vocatur à Plinio. Item TVRIA eſt Vibio, & Salluſtio, apud Priſcianum. qui addit eum paruo interuallo Valentiam præterfluere. Plutarchum in Sertorio τουρίαν male legere, annotauit Xylander. Guadalaiar Cluſio hodie eſt. Guetalabiar Maurus, Beutero & Morali teſtibus. Guadalajar alij pronuntiant. TVRVLIS Ptolemæi putatur ab amico meo And. Schotto. vide DVRIA, & DVRIVS.

DVRICORTORA, vide DVROCOTTORVM.

DVRINE, Suſianæ opidum fuiſſe, videtur ex Plinio.

DVRIO Δούριον, Straboni vrbs Galliæ Narbonenſis: Doyre, exiguus vicus hodie, vt tradit Albenas. Valence mauult Belleforeſtius.

DVRIOPVS Δουρίοπος, Macedoniæ vrbs, Stephano. cuĩ & regio ſic vocatur. DEVRIOPVS forte Strabonis, & Liuij. iuxta Erigonum fluuium.

DVRIS, vide DVR.

DVRIVS, Plinio Hiſpaniæ maximus fluuius, in Pelendonibus ortus. Aſturiam à Vettonibus, & Luſitaniam à Gallæcia diſterminat. Ducro noſtra ætate vocatur. DORIA, (ſed Δορίς, Græci codices habent) Ptolemæo eſt. & DVRIAS Δουρίας, Straboni, qui eundem, eodem ferè in loco, lib. 3. DVRIVM nominat. Apud Appianum Alex. DORIVS Δόριος. appellatur.

DVRLACVM, cuius meminit Abbas Vrſpergenſis. Hepdelberch eſt Pyramio. ſed aliis Durlach. & rectius.

DVRNIVM, vide DVNIVM.

DVRNOMAGVM, Germaniæ Inferioris vrbs, Antonino. vbi LEGIO VII. Dourmagen hodie eſt, infra Coloniam.

DVRNOVARIA, & alio loco pro eadem DVRNONOVARIA, Angliæ vrbs, Antonino. vide DVNIVM.

DVROA Δύροα, mons in Mauritania Tingitana Ptolemæo.

DVROBRIVÆ, DVROBRIVS, & DVROBROVÆ, vide DVROCOBRIVÆ.

DVROCASIS, Galliæ Lugdunenſis opidum. Antoninus.

DVROCOBRIVÆ, Antonino Britanniæ vrbs, in Itinere à Vallo ad Rutupias, inter Magintum & Verolamium. Hanc Camdenus Hertford interpretatur. In eodem itinere apud eundem Antoninum eſt DVROBROVÆ, inter Vagniacum & Duroleuum. quæ eadem apud eundem aliis in Itineribus DVROBRVS & DVROBRIVS vocatur. Hæc Maidſtone Anglicè, ſiue Medwayſtone (quæ Maetzthanſdane Saxonicè) Lombardo & Talboto videtur. Rotcheſtre autem eſt apud Lhuydum & Camdenum. Idem Antoninus in Itinere Londino ad Vallum habet DVROBRIVAS: hãc Talbotus Stanford nouo nomine appellat. ſed Dornford Camdenus: & idem his alijs nominibus, ſed eundem locum notantibus, Caerdon, Dormceſtre, Dormunceſter, & ſimpliciter Ceſter.



DVROCOTALAVNVM, Belgicæ vrbs, Antonino, cui legio XXII. tribuitur.

DVROCORNOVIVM, Angliæ opidum eſt, apud Antoninum. CORINIVM Ptolemæi eſſe, vult Camdenus. & hodie Circeſtre dici.

DVROCOTTORVM Δουροκόττορον, Ptolemæo eſt Galliæ Belgicæ vrbs, quam Rob. Cœnalis, & Vigenereus Reims appellant, vbi Galliæ reges, oleo diuinitus è cælo miſſo, (vt perhibent) inaugurari ſolent. DVRICORTORA Δουρικόρτορα, habet Strabo: DVROCORTVM Cæſar; Δουροκόττορος Stephanus. DVROCORDORVM Antonini eſt. In codice Pariſienſi ponitur inter Durocatalaunũ & Sueſſonas. & Legio XVIII. illi adſcribitur.

DVROICOREGVM, ſic tabula Peutingeriana. Galliæ Belgicæ eſt.

DVROLEVVM, Angliæ opidum apud Antoninum eſt; quod an Sythinghborne ſit, ſe dubitare queritur Talbotus; ſed videtur potius pro Charinge hodie habere: Leneham potius videtur Camdeno.

DVROLIPONS, Antonino Angliæ vrbs eſt. quid ſi ſit Huntingthon, inquit Talbotus; nam illic Dour & pons locum eſſe declarant, per quem fluuius ponte iũctus decurrit. Gormonceſtre haud procul hinc Camdeno videtur.

DVROLITVM, in Anglia vrbs. Antoninus. Leiton Camdeno.

DVROLORVM Rhemorum, in Gallia vrbs, Antonino.

DVRONIA, Samnitum opidum, Liuio, lib. 10.

DVRONVM, apud Antoninum eſt Galliæ Belgicæ vrbs.

DVRORVERNVM, vide DVROVERNVM.

DVROSTOLON Δουρόστολον, LEGIO I. ITALICA, Myſiæ Inferioris vrbs, apud Ptolemæum. Ammiano DOROSTORVS eſt, DOROSTENA Iornandi. LEGIO XXI. CLAVDIA, apud Antoninum eſt. Driſta Δρίστα, quoque vocari ſcribit Cedrenus. & Driſtra Zonaras. Δεῖστρον, Ioannes Lydius. Dora hodie nominat Lazius. quo loco Doroſtolon legit Cedrenus. Gabius apud Curopalatem Rhodoſtolon vbique legit. Obiter hoc monebo, Duroſtoli & Tromariſcæ ſitus in Ant. Itinerario, corrigendus, præpoſtero enim ordine ponuntur.

DVROTRIGES Δουρότριγες, Ptolemæo ſunt Albionis inſulæ populi, quos Lhuydus ſcribit Durugueir Britannicè, & Dorſetſhyrmen Anglicè dici.

DVROVERNVM, vel DOROVERNVM, vt Bedæ habet. ſed is etiam DVROVERNIA legit. Angliæ vrbs eſt, in Cantio, quam Lelandus dicit Cantewarberi Anglis, & Caergraut Britãnis vocari. DVRARVENNVM, & DVRORVERNVM, corruptè apud Antoninum. Sigebertus ſcribit, DOROBERNIA, qui modò CANTVARIA nominatur. idque circa annum 445. Sic quoque Hugo Floriacenſis: ſed corruptè DOVERNVM legit. Sunt qui DARVENVM Δαρούενον, Ptolemæi putant.

DVRRACIVM, vide EPIDAMNVS.

DVRVS, Aſiæ fluuius, vltra Tigrim. In Perſia forte. vt videtur apud Zoſimum, 3.

DVSARE Δουσαρή, Arabiæ ſcopulus altiſſimus, Stephano.

DVSIA, vide CLVSIVM.

DVZAN, vicus Syriæ videtur apud Theodoretum, in vita Aſclepij.

DVZENSIS in Africa epiſcopus. Coll. Carthag.

DVZIACVM Villa, in pago Moſogamenſi. RIVIERACVM in pago Biturico: & NOVIENTVM in pago Pariſiaco. Surius in vita B. Remigij. Eſt Eberſheym monaſterium, in Elſatia, quod in huius Annalibus NOVIENTVM vocatur, auctor Althamerus in Taciti Germaniam.

DVZITENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

DYA, vide NAXOS.

DYARDENES, vltimæ Indiæ fluuius minus celeber, Q. Curtio 8. qui crocodilos & delphinos, item ignotas alijs gentibus beluas nutrit.

DVCEEVS, vide COCCYGIVS.

DYMAN δυμαν, Doriensium tribus, apud Stephanum.

DYMAS, vide DYMVS.

DYMRA, vide THYMBRE.

DYME δύμη, Achaiæ Pelopennesiacæ vrbs, & Colonia Romana, Plinio. quæ antea STRATVS ςράτος, dicebatur, vt Strabo inquit: etiam PALEA παλεία, Pauſania teſte; nonnullis etiam GAVCONIA, eodem Strabone teſte. Sed apud eundem quoque alia Stratus eſt, in Acarnania. Dyme Theueto Clarenſa dicitur. DYME etiam Thraciæ vrbs, apud Ptolemæum. quæ DIME Antonino.

DYMETHVS δύμηθος, Siciliæ mediterraneæ vrbs, apud Ptolemæum. quidam anonymus ſed huius inſulæ minimè ignarus, eam Torre del Oliueto vocat. Aretius ex ea facit Torre Pineto.

DYMNVS, vide HEMINIÆ.

DYMVS δύμος, Ptolemæo Sogdianæ fluuius, qui DEMVS interpretibus eſt. DYMAS Ammiano.

DYNA Δυνη, vrbs in Latio: Dionyſio Halicarn. ſed FIDENE φιδήνη, legendum, docuit ex Fuluio Sylburgius. ERETVM vertebat Gelenius.

DYNDASVM δυνδασον, Stephano Cariæ opidum.

DYOS δύος, Mauritaniæ Tingitanæ flu. Ptol. In mare Atlanticũ ſe effũdit. Lud. Marmolius putat hodie Guir vocari.

DVRA δύρα, Trachiniæ fluuius; Iſacio in Lycophronem. δυρας, Straboni, & Herodoto eſt; viginti ſtadiis à Sperchio diſtans. vide DVRA.

DYRAS, vide DYRA.

DYRASPIS, Ouidio 4. de Ponto, Elegia 10. Scythiæ fluuius eſt, in Euxinum ſe exonerans. DARASPES legit codex M. S. Franciſci Raphelengij.

DYRBÆI δυρβαῖοι, Aſiæ gens, ad Bactros & Indos pertingens. Stephanus, ex Cteſia.

DVRIODORIS, amnis, ad Caucaſias portas. Plinius.

DYRIS, vide ATLAS, & NILVS.

DYRRACHIVM δυρράχιον, Laconica vrbs: etiam Illyrica regio, Stephano. quæ & DYSRACHIVM ſcribitur, ab Alexandro, & ΔΩΡΑΚΙΟΝ in concil. Epheſino: cui in Epiro Noua eſt. vide EPIDAMNVM.

DYRSELA δύρσηλα, Pamphiliæ opidum, Ptolemæo.

DYRTA δύρτα, Aſſacanarum vrbs. Arrianus 4. Alexandri. In India.

DYSIDIATI, vide DESIDIATES.

DYSIS, locus in Piceno, haud procul ab Ancona, Procopio lib. 3. de bellis Gothicis. Duaſſum ab incolis vocari, ſcribit Leonardus Aretinus.

DYSORVM δύσωρον, Thraciæ mons, circa Praſiadem paludem, in Pæonia regione. Herodotus.

DYSPONTIVM δυσπόντιον, Piſæorum vrbs, in Peloponneſo. Stephanus & Strabo.

DYSPORVM. vide ASCIBVRGIVM.

DYSRACHIVM vide DYRRACHIVM.

DYSTAGERDA δυσταγέρδα, Palatium Coſroes, in Perſide, Cedreno ab Heraclio deſtructũ. Per α in prima, habet idem, alio in loco. DEZERIDAN eſt in Hiſtoria Miſcella 18.

DASTAGERED eſt apud Hugonem de S. Maria monachum Floriacenſem, MS.

DYSTHEOS loci epiſcopalis, Pentapolis Africæ regionis, meminit Concil. Epheſinum III.

DYSTOS δύστος, Stephano Eubœæ opidum: ex Theopompo.

DYTHMAS δύθμας. populos habet Callimachus, apud quos Cererem fingit filiam Proſerpinam perſecutam. H. Stephanus dicit ſic ſcriptum pro δυσμας, id eſt, occaſum.

DYTOCHTHONES, vide PARNASII.

EAMIN ἐαμιν, locus Geneſ. 36. vt habent 70. interpretes. D. Hieron. vertit Aquas calidas. Chaldæus paraphraſtes Gygantes legit. & Pagninus Mulos.

EARES ἔαρες, Indica gens, Stephano. quæ cum Deriado contra Dionyſium pugnauit.

EASIS ἥασις, Gedroſiæ metropolis, Ptolemæo. Interpretes PARSIS legunt.



EASIVM ἐάσιον, Achaiæ in Peloponneſo vrbs. Pauſanias. Sylburgius in doctiſsimis ſuis ad hunc auctorem Notis, ſcribit Amaſæum huius interpretem hoc loco ἐάσιον, legere: at veram ſcripturam eſſe αἴγιον ÆGIVM, teſtibus Herodoto & Strabone.

EASON, vide OEASO.

EBA ἤβα, Tuſcorum vrbs, Ptolemæo. Quidam Pitigliano hoc loco ſtatuit.

EBAGENA, vide SEBAGENA.

EBAL, vide HEBAL.

EBDOMVM ἐβδόμον, ſuburbium Conſtantinopolitanum. Cedrenus, & Calliſtus. HEBDOMVS, & SEPTIMVM eſt aliis.

EBDVNI, vide BLANII.

EBELLANVM, Hiſpaniæ opidum, Antonino. Sub Pyrenæis montibus, verſus Aquitaniam. Haud procul à Flumine Gallico, ſic dicto. Aierbe vocatur, vt ſcribit Surita In via Conſulari, vt inquit, quæ Cæſarauguſta Benebarnũ ducit.

EBIRNVM, Galliæ opidum in tabulæ Peutingerianæ ſceda III. nondum vulgata, quam tranſmiſit ad me M. Velſerus.

EBISMA ἤβισμα, Arabiæ Felicis vrbs, apud Ptolemæum. ABISAMA legunt interpretes.

EBLÆA ἐβλαία, Albaniæ vrbs, Ptolemæo. EMBOLÆA eius interpretibus.

EBLANA ἔβλανα, Ptolemæo Hiberniæ opidum. Dublin fortè hodie. ſed aſſerit Staniburtius.

EBLITEI montes, in Arabia Felici. Plinius.

EBOB ἔβωβ, Moabitarum vrbs, quæ & OBOB ὤβωβ, Heſychius.

EBODE, Helmodenum opidum, in Arabia Felici, Plinio. In Arabia Petræa Ptolemæo eſt, ἔβοδα.

EBODIA, inſula triginta fere millibus à Sequanico littore, vbi charybdis aquarum. Diaconus 1. cap. 6. Longobardicorum. EVODIA legebat MS. codex. Aldernay, vel Ornay, (vt Galli vocant) inſulam velle mihi perſuadeo. Natura enim huius loci, & diſtantia à Sequani oſtiis huic Diaconi deſcriptioni valde congruunt. Triginta namque, aut paullo longiùs, milliaribus noſtratiis ab huius fluminis oſtio abeſt, & circa hanc magnam aquarum voraginem eſſe aiunt. Qui hodie hoc mare nauigant, vocántque hanc charybdim (vt Diaconus nominat) Het Ras van Aldernay. Hæc inſula à neotericis Latinis Auriniaca dicitur.

EBODVRVM ἐβόδουρον, Rhætiæ vrbs, Ptolemæo. Tzum Butzen hodie, Lazio.

EBOLVM, Picentinorum Italiæ vrbem, reperio in Bernardi Siluani Geographia Ptolemaica. Gloſſema huius puto, vt patriam celebraret. Eboli vernaculè pronunciant.

EBORA, Luſitaniæ vrbs Antonino, Plinio, & Pomponio. hic eam in Magno promontorio deſcribit, ab illo LIBERALITAS IVLIA cognominatur. Ptolemæi EBVRA ἔβουρα, eſt. EBVROBESINGESIA apud Trallianum vocatur. Nomen Euora retinet. EBORA alia in Bætica eſt, ad ſinum Gaditanum, circa Bætim fluuium, in maris littore, Straboni, Pomponio, & Stephano. EBORAM habet Ptolemæus quoque Turdulorum, in eadem Bætica, ſed interius verſus mediterranea. hanc Strabo & Plinius EBVRAM ſcribit, & CERFALEM cognominat. EBVRA, alia ab EBORA, eſt Ptolemæo quoque in Luſitania. Præter has eſt apud Ptolemæum EBORA in Hedetanis. Hanc ÆBVRAM αἴβουρα, Stephani & Liuij 40. puto. Sunt itaque quinque huius nominis vrbes in eadem Hiſpania. Vide LIBORA.

EBORACVM, vide EBVRACVM.

EBORES, pro EBVROVICES ſcribere Auſonium, annotauit Scaliget ad hunc eius verſum, Aut Eborũ mixtus Pelago quæ protegit amnis.

EBORODVNVM ἐβορόδουνον, Ptolemæo Caturigum opidum in Grais Alpibus EBVRODVNVM, & EBREDVNVM eſt Antonino.

EBOROLACENSIS Prædij meminit Sidonius 3. Epiſtolar. ad Felicem.

EBOSIA. Statius 1. Siluar. Et quas præcoquit Eboſia cannas. De ſacchari cannis putat loqui, Brodæus 4. Miſcel. Sed EBVTIA pro Eboſia legit. Vide EBVSVS.



EBREDVNVM, vide EBORODVNVM.

EBRIAPA, vide SEBRIAPA.

EBROCENSE, vide EBROICORVM.

EBRODVNTII Plinij, videntur SENTII σέντιοι, Ptolemæi; cùm vterque eorum ciuitatem Diniam faciat. EPEBRODVNVM ἐπεβρόδουνον, Vicum appellat Strabo. Poldo Albenas ſcribit hos quoque INALPINOS à Plinio dici. & fortaſsis hodie in eorum loco opidum Ambrum eſſe. Embrun per E alij. EBRODVNVM Antonini vocat Simlerus Heluetiæ vrbem, quam vulgo Yuerdun appellant. ad Lacum Neocomenſem.

EBROICORVM, meminit in Gallia Lugdunenſi, Gallicar. prouinciar. nomenclatorius libellus. Eureus interpretatur Vinetus, in Auſonium. EBROCENSE opidum eſt Aimoino. EBROICENSE Iuoni, EBVRAICI ſunt veteribus.

EBROMAGVM vrbs, quam ſe reliquiſſe ſcribit Paulinus, ad Seuerum Fratrem. In Aquitania, ni fallor eſt. In iambis Auſonij ad Paulinum videtur HEBROMANVM vocari. EBVROMAGVM in ſchedis III. Tabulæ Peutingerianæ, hactenus non edita, communicata autem mihi à M. Velſero, qui huius duas priores in lucem dedit, vbi acephalos pro eo BVROMAGVM legebatur.

EBRON ἑβρών, Chananeæ in Iudæa vrbs, Stephano. Caſtrametatio Iſraëlitarum eſt, Num. 33. Vide HEBRON.

EBRVS ἕβρος, Illyridis flumen, Diodoro 19. Etiam Græciæ, prope Lariſſam, Theophraſto de Cauſis Herbar. 5. cap. 20.

EBVDÆ ἔβουδαι, Ptolemæo; ÆBVDÆ cum diphthongo in principio, Stephano; HEBVDES Plinio. Aliis HEBRIDES, & EBONIÆ; vt ſcribit in ſua Britanniæ tabula Ger. Mercator. Scotiæ regni inſulæ ſunt, à parte Occidentali. Beda MEVANIAS vocat. & Æthicus Sophiſta BETORICAS; vt placet Camdeno, cui quoque apud Giraldum INCHADES, & LEVCADES nominãtur. Hector Boethius, item Buchananus ſcribunt eas hodie ſiue antiquo nomine proprio Inſulas Occidẽtales vulgò appellari. Ptolemæus & Stephanus earum quinque numerant, quarum duas propriè EBVDAS vocat: (has Mercator Euſt & Leuis interpretatur.) tertiam RICINAM ῥικίνα. (quæ fortè RICNEA Plinij eſt.) pro qua ENGARICENNA legit Marius Niger, eamq; Arguti hodie nominari addit. Idem alterã Ebudarum Lendroſia, alteram Leeder dici ſcribit. Huiuſmodi antiqua recentioribus interpretari vocabulis, ex indigenis, iiſq; geographiæ peritis, audire mallem. Sed cùm ex recentiorum tabulis hodiernum harum inſularum ſitum videam à Ptolemæi deſcriptione adeò differre; vix mihi perſuadeo à quoquam, etſi doctiſsimo, id præſtari poſſe. MALEOS μαλεός, & EPIDIVM ἐπίδιον, reliquas nominat Ptolemæus.

EBVRA. vide EBORA.

EBVRACVM ἐβόρακον, Ptolemæo, EBORACVM Bedæ, Albionis inſulæ vrbs, quam Ptolemæus & Antoninus, & Seueri nummus LEGIONEM VI. VICTRICEM cognominat. Colonia eſt apud Onuphrium. Caerefrock Britannis; Eberwijck & Contractè Yorck Anglis dicitur. vt teſtatur Humfredus Lhuydus. Hanc vrbem à Græcis & Latinis ſcriptoribus VROVICVM appellari, contendit Lelandus, & eſſe BRIGANTIVM, cuius in Almageſto 2. meminit, ſcribit Camdenus.

EBVRAICI, vide AVLERCI, & EBROICORVM.

EBVRI, vide EBVRONES.

EBVRINI, Lucanorum populi, Plinio.

EBVROBRICA, LEGIO XII. Galliæ Lugdunenſis vrbs, Antonino.

EBVROBRITIVM, vt habent marmoreæ eius loci antiquæ Inſcriptiones; teſte Caſparo Varrerio, Luſitaniæ vrbs eſt, quæ hodie Euora de alcobaca dicitur. Diſiunctim legitur apud Plinium, Eboro, Britium, ſed malè, vt idem docet Varrerius, in ſua Chorographia, Luſitanica lingua ſcripta.



EBVRODVNVM, vide EBORODVNVM, & RHOBODVNVM.

EBVROMAGVM, vide EBROMAGVM.

EBVRONES, Straboni, Floro, & Cæſari Galliæ Belgicæ populi, Treuirorum clientes. Dion 39. EBVROS ἔβουροι, populos habet. & EBVRONIAM ἐβουρονία, locum, (qui pagus eſt hodie, & nomen retinet.) Horum vrbs hodie vulgo Latino LEODIVM dicitur. LEODICVM ſolebat vocare I. Lipſius in ſuis ad me inde ſcriptis litteris. Sic quoque nominatur in vita Caroli Magni, à Pithoeo edita. Incolæ Liege, Teutones Luyck/ & Luttich vocant. EBVRONATES legitur apud Adonem. Sunt & AVLERCI EBVRONES apud Cæſarem, ſi Hotomanno creditur, vnum, non duos populos facienti. Plinius lib. 4. cap. 18. quoque habet Aulercos Eburones quatuor meis codicibus, Colonienſi, Pariſienſi & duobus Venetis. Pro quo reſtituit Eburouicos Gelenius. fides ſit penes illum.

EBVRONIA, vide EBVRONES.

EBVRONICES, & EBVROVICES, vide AVLERCI.

EBVRVM ἔβουρον, Germaniæ vrbs, Ptolemæo. Olmutz, Pyramio, Morauiæ vrbs primaria. Lazio verò eſt Bohemiæ opidum, Boraiwa nomine.

EBVSILL. ORDO, Hiſpaniæ eſt in antiquo marmore, Sagunthi. teſte Lazio 3. R. P. Romanæ. An ab Ebuſo gẽtile?

EBVSMI, vide TOSMVANASSA.

EBVSVS, Plinio & Straboni, etſi hic alicubi βύσος habet: item ἔβυσος. Dionyſius BVSVM βῦσος, vocat. Ptolemæus duplici SS & Y ſcribit ἔβυσσος. EBOSIA puto vocari à Statio 1. Siluar. Inſula maris Balearici eſt Liuio quæ Plutarcho in Sertorio, πιτυοῦσσα, PITYVSA dicitur. De ea autem hæc Plinius lib 3. cap. 5. Inſulæ per hæc maria primæ omnium Pityuſæ à Græcis dictæ, à frutice pineo, nunc Ebuſus vocatur, vtraque ciuitate fœderata, anguſto freto interfluente, patent XLII. M. paſſ. Ex his intelligitur Pityuſæ vocabulum eſſe commune duarum inſularum, quod liquidius ex Ptolemæo & Strabone patet, qui eas ſeorſim nominant, Ebuſum, & Ophiuſam. EBVSVM hodie Yuica vocari dicit Cluſius. ſed Ibiſſa And. Schottus. Serapio KANTAROSAM nominat hanc Pityuſam, capite de Reſina. eſt & in Ebuſo inſula eiuſdem cum ea nominis orbs. quæ malè apud Diodorũ 5. ERESVS ἔρεσος ſcribitur. Harum inſularum deſcriptionem lege apud Gomeſium lib. 10. Iacobi regis Arragonum.

EBVTIA, vide EBOSIA.

EBYSSVS, vide EBVSVS.

ECALIDVS, ſcribunt Annius & Leander fluuium Tuſciæ ab Antiquis vocatum, quem hodie vulgò Caldano appellant: atque hunc eſſe cuius Plinius meminit libro 2. cap. 103. dicens, prope Vetulonios eſſe aquas calidas, quibus innaſcantur piſces. Quis autem ex hac Plinij deſcriptione proprium nomen Ecalidus, ante nugatorem Annium, fecerit, ſcio neminem.

ECANA, vide EQVANA.

ECBATANA ἐκβάτανα, in Syria eſt opidum, Stephano, & Herodoto in Thalia. Hoc fortè Plinij, in Carmelo monte, eiuſdem cum monte nominis, quod quondam Ecbatana dictum tradit. BATANIA βατάνεια, hoc Syriæ appellatum etiam ſcribit Stephanus. eidem EPIPHANIA quoque. ECBATANA, etiam Mediæ metropolis, Ptolemæo, Straboni, Plinio, Curtio, Herodoto & Marcellino. Deſcribit hanc Polybius 10. Hæc I. Danielis cap 6. AMATHA ἀμαθὰ, dicitur à 70. interpretibus. Tauris hodie vocari, volunt Maſius & Caſtaldus. Dom. Niger tradit à Barbaris Achatana Esbahan nominari. ab Ottone Friſingenſi Hani appellatur. ECBATANAM Adiabenæ vrbem in Aſſyria habet Ammiani codex. Per A & G ἀγβάτανα legit Stephanus. qui & ECBATANAM habet Mediæ magnam regionem. in qua nempe vrbs ſynonyma.

ECBENÆ ἐκβῆναι, mons, & fluuius inde emanans. Sic Heſychius.

ECBIZÆ, (fortè Ebuſæ) vide MEOPAROTÆ.

ECBOLIMA, vide EMBOLIMA.

ECDAMVA ἐκδάμουα, apud Ptolemæum eſt Galatiæ vrbs.

ECDIPPA ἐκδίππα, Phœniciæ vrbs, Ioſepho & Ptolemæo. Scandalio hodie dicitur, teſte Nigro. Caſtrum Lambarti eo loco nunc eſſe, ſcribit Poſtellus. Caſtrum Peregrinorum eſt And. Maſio, qui eandem hanc Ecdippam cum ACHZIB, putat, vt quoque Euſebius.

ECELESTA, inquit mihi Cluſius, eſt in Inſcriptionibus marmoreis antiquis; vbi hodie Medina Celi vrbs eſt. Hanc Medinam, MEDIOLVM μεδίολον Celtiberorum Ptolemæi, eſſe, nonnulli putant: ſed falsò, vt docet Varrerius. Pro ETELESTA ἐτέλεστα, Ptolemæi ego potius haberem. & fortè EGELASTE Plinij.

ECEM, vide ACCAVM.

ECESTIENSES, Siciliæ populi. Plinius. Malim Egeſtienſes legere.

ECETRA, vide ECHETRA.

ECHEDÆ ἐχέδαι, Atticæ vicus. Stephanus.

ECHEDAMIA ἐχεδαμεία, Phocidis vrbs, apud Pauſaniam.

ECHEDEMIA, vel HECADEMIA ἑκαδήμεια, vt Stephanus habet, locus nemoroſus in Attica, non longè ab Athenis; qui poſtea ACADEMIA ἀκαδήμεια, vocatus fuit, Plutarcho, in vita Theſei, teſte, & Illuſtrio atque Laertio in Platone. huius meminit quoque Appianus in Mithridaticis. Etiam ECHEMEDIVM ἐχεμήδειον, dictum, addit Stephanus, ab Echemo quodam.

ECHEDORVS ἐχέδωρος, Ptolemæo Macedoniæ fluuius eſt prope Theſſalonicam, in Mare Ægæum erumpens. Hic Calico Sophiano, Granea Nigro, Verataſer Caſtaldo nomen habet. Hic Echedorus, eſt CHIDORVS χείδωρος Herodoti. cuius aqua non ſuffecit Xerxis exercitui.

ECHEIAS ἐχείας, vide NEDVS.

ECHELA, vide ACHILA.

ECHELIDÆ ἐχελίδαι, Atticæ populus, Stephano. Inter Pyræeum & Tetracomum Heraclium.

ECHEMEDIVM, vide ECHEDEMIA.

ECHENEIS ἐχενηίς, fons in Lelegibus. Parthenius in Eroticis, cap. 11.

ECHES, vide HIERON Oros.

ECHETIA ἐχετία, Italiæ vrbs, Stephano. ex Cardiano.

ECHETLA ἐχέτλα, Siciliæ vrbs, Stephano, Polybio 1. & Diodoro 20. In media Syracuſanorum ac Carthaginenſium prouincia, circa Syracuſas.

ECHETRA ἐχέτρα, Italiæ vrbs, & Volſcorum caput. Stephanus, & Halicarnaſſeus, qui eam coloniam factam ſcribit. ECETRA apud Liuium 2. legitur.

ECHEVETENSES ἐχευῆτεις, Tegeatarum municipium, vel curia. In Arcadia. Pauſanias.

ECHIDNÆ, vide ECHINADES.

ECHINADES ἐχινάδες, Straboni inſulæ ſunt Maris Ionij, prope Peloponneſum, ad Acheloi fluminis oſtia, vt eas deſcribit Thucydides 2. Numero ſunt 5. Ouidio 8. Metamorph. Hodie victoria nauali celebres, quam Ianus Auſtriacus à Turcis, maxima eorum clade reportauit, anno 1571. Nonis Octob. ECHIDNÆ ἐχίδναι, ſunt Senecæ in Troas tragedia. & Euripidi in Iphigenia in Aulide. ECHINÆ ἐχῖναι, dicuntur Stephano: Eæ nunc STROPHADES στροφάδες appellantur, inquit Apollodorus lib. 1. Noſtra tempeſtate Cozzulari vocari, ſcribunt Sophianus, & alij.

ECHINÆ, vide ECHINADES.

ECHINVS ἐχῖνος, Acarnaniæ opidum, in Epiro; Stephano, Polybio, & Plinio; Tolgus, Pineto. Phthiotidis vrbs eſt, Ptolemæo, Polybio, Straboni, Liuio, & Melæ. In Pentapoli, Africæ regione vrbs eſt, apud Ptolemæum. vide ONCHESMVS.

ECHINVSSA, vide CIMOLIS.

ECHIVM, Bœotiæ locum habet Plinius: vbi tertium genus magnetis lapidis reperitur.

ECHLEG, vide ETHLEGH.

ECHOLIMA, vide EMBOLIMA.

ECHTENIAS, vide SAMARIA.

ECICVLANVM agrum, ab vrbe vſpiam Italiæ, ſic nominatum habet lib. de Limitib. An Æquiculanum?

ECLANENSIS ager, lib. de Limitibus. In Calabria, ſiue Apulia. ECLANVM Antonino, XXV. M. paſ. ab Æquotutico. vbi Sigonius ÆCVLANVM legit.

ECNOMVS ἔκνομος, & PHALARIVM φαλάριον, duo propugnacula, in verticibus Siciliæ, in agro Gelæ vrbis, vt Diodorus lib. 15. teſtatur. Ecnomi etiam meminit Plutarchus, in Dio. & Polybius lib. 1. Ecnomum, hodie Poggio muciacco; & Phalarium, Poggio longo dici, autumat Fazellus.

ECOBROGIS Galatiæ vrbs. Antoninus.

ECONIA, vrbs ad Maliacum ſinum, teſte Plinio.

ECREBEL ἐκρεβήλ, quæ eſt prope Chuſi: quæ eſt ſupra torrentem Mochmur. Sic Iudith cap. 7. In Palæſtina eſt.

ECRECTICE, vide NECRETICE.

ECREGMA ἔκρηγμα, id eſt eruptio, locus ſic dictus in Ægypto; circa Peluſium. Ptolemæus, Diodorus 19. & Plutarchus in Antonio.

ECTENÆ ἔκτηναι, Græciæ populi: qui primum Thebas incoluere, in Bœotia: ſub Ogyge rege. Pauſanias. ECTENI ἔκτηνοι, ſunt apud Lycophronem.

ECTENIA, vide THEBÆ.

ECTINI, Alpini populi: à D. Auguſto deuicti. Plinius.

ECTODVRVM, vide HECTODVRVM.

ECVE, vide CHOA.

ECVR ἐκούρ, Indiæ intra Gangem opidum, Ptolemæo.

EDA ἔδα, Meſſeniæ fluuius. Suidas in voce Tragos.

EDDANA ἔδδανα, vrbs ante Euphratem, Stephano. à Phœnicibus condita. cuius gentile EDEBESSII.

EDDARA ἔδδαρα, Arabiæ Deſertæ vrbs, Ptolemæo. DADARA habent eius interpretes.

EDEATÆ, populi Iapodum in Illyrico. Appianus.

EDEBESSII, vide EDDANA.

EDEBESSVS, vide HABESSVS.

EDEMA ἀδαμά, 70. interp. Palæſtinæ locus. Ioſue 19.

EDEN, inſula eſt in medio Tigridis fluminis. teſte Moſe Mardeno. Maſius qui hunc in publicum dedit, dicit hanc à Neſtorianis Gezerta, hoc eſt inſulam, κατ᾽ ἐξοχὴν, vocari: habereq; in ſuo ambitu decem ferè millia paſ. & muris vndiq; cinctam. Item diſtare à Mozal XII. M. paſ. Idem addit ſupra hanc inſulam, rupi aſpera, impoſitam vrbem, nomine HASAN-CEPHA, quaſi dicas Fortis petra. EDEN loci nomen, apud Ezechielem 27. αἰδὰν, legunt 70. interpretes: & HADIBÆI Chaldæus paraphraſtes: Matthæo Beroaldo SYRIA, aut Syriæ regio interpretatur. Vide PARADISVS

EDENATES, vide DECIATIVM regio.

EDENEIDA, Inſula maris Ægæi. Antoninus.

EDENNA, Palæſtinæ locus. Ioſue 15. RENNA, ῥεννὰ, legunt 70. interpretes.

EDEPSVS ἔδηψος, loci nomen, apud Athenæum 3. cap. 1. cuius hiſtoriam ibidem liceat legere, de fonte quodam. Huius etiam meminit Plutarchus, de Amore erga fratres. ſed per η. in penultima. Quid ſi ſit Ædepſus?

EDER, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

EDESA, vide ÆDESSA.

EDESSA ἔδεσσα, Ptolemæo Meſopotamiæ opidum, in læua Euphratis fluminis, quod quondam ANTIOCHIA vocabatur. Oſrhoenorum faciunt Eutropius, Procopius, Sozomenus. Hanc poſtea IVSTINOPOLIM vocatam, ſcribit Euagrius. Ab hac EDESSENA Regio eſt, Procop. 1. Perſicor. CALLIRHOE à fonte cognominatum, Plinius ait, lib. 5. cap. 24. Rhoas Lichtenauio, & Neuburgenſi, Rhoaſſe quidam, Rhoa Nigro vocatur. His omnibus videtur aſſentiri A. Maſius, qui dicit ab Arabibus Rohai, vel præpoſito articulo Orrhai appellari. Orfa eſt in epiſtola Pet. Gyllij. An eadem ſit cum Edeſſa, quam idem Plinius cap. 23. Bambycen nominat, dubito. Nam RAGEN hanc eſſe (de qua in Tobiæ hiſtoria) vult Guil. Tyrius 4. cap. 2. EDESSA Plinio quoque Cœleſyriæ vrbs. Primæ Syriæ facit concil. Epheſinum III. Vide BAMBYCA, & ÆDESSA.

EDESSENA Regio, vide EDESSA.





EDETANIA, Hiſpaniæ Tarraconenſis regio, apud Plinium. Vide HEDITANI.

EDI, vide SCYTHÆ.

EDISSÆ Portus, vide ODYSSEA.

EDISTIANENSIS Epiſcopus, Africæ. Coll. Carthag.

EDITANI, vide HEDITANI.

EDOIA ἐδωία, Arabiæ Felicis vrbs, in Panchæa inſula. Diodorus 5.

EDOM ἐδὼν, finis terræ Chanaan, verſus Meridiem. Iudic. 5. Num. 34. Daron vocari, putat Guil. Tyrius. Vide SARTHAN, & IDVMÆA.

EDON, Thraciæ mons, ſiue fluuius, Seruio in 12. Æneid. Teſtes adducit Lucanum & Statium. Fruſtra, vt ego iudico, qui pro gente habeo; quæ cum adſlatu ab alijs ſcribitur, HEDONES.

EDONES, vide HEDONES, & SCYTHÆ.

EDONII, vide MACEDONIA.

EDONIS, vide ANTANDROS.

EDONVS, Thraciæ mons. Plinius.

EDOSA, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs, apud Plinium.

EDRA, Palæſtinæ vicus, iuxta Thaborium. Metaphraſtes in S. Vari vita.

EDRAI ἐδραΐν, locus in Deſerto. Deut. 1. Num. 21. Ioſue 12. & 19. ſed ἀδραΐ. And. Maſius ad 12. cap. Ioſuæ vult ADRA Ptolemæi eſſe.

EDRON, Venetorum portus, Plinio. Hodie Chioggia dici, Leander ait. Porto Sablone Nigro eſt.

EDROS, vide HEDROS.

EDVCENSE concilium, ſub Gregorio ſeptimo congregatum, habet Gratianus, Decretal. 2. Cauſa 19.

EDVLÆ, loci nomen, vbi ſuauiora oſtrea capiuntur. Plinius 32. cap. 6. EDVLICE legebat Colonienſis codex. ADVLITÆ, & GETVLICÆ habet quoque inconſtanter Dalechampius. Quid ſi MEDVLÆ legas, auctoritate Auſonij?

EDVLIVS ἔδουλιος, Hiſpaniæ Tarraconenſis mons, Ptolemæo. Moncaio interpretatur Hier. Giraua. Vide MEDVLLIVS.

EDVMÆI ἐδουμαῖοι, Arabum gens, apud Stephanum. Eoſdem cum Idumæis veriſimile eſt.

EDVRES, Oroſio 6. cap. 7, Galliæ populi in exercitu Arioniſti. EDVCES legebat codex meus membraneus. minus corruptè. SEDVSIOS apud Cæſarem eſſe, cum Franc. Fabricio firmiter credo, & ita quoque ipſum Oroſium ſcripſiſſe non dubito. Erroris cauſſam præbuit s. præcedentis vocis Nemetes. quod Elementum librarius, ex prælegentis ore, geminatum non animaduertit.

EDVS, Liguriæ fluuius, in agro Genuenſium, vt teſtatur antiqua ænea tabula, ibidem. confluit cum Porcifera. Auguſtinus Iuſtinianus duos habet fluuiolo? Sadodelain, & Turbellam in Porciferam effluentes. alterutrum fortè horum eſt. EDEM quidam legunt, pro Edus.

EDYLIVS, vide HEDYLEVM.

EDYMA ἠδύμη, Cariæ vrbs, Stephanus.

EDYSSA, vide ÆGÆA.

EENSEM agrum, habet Ammianus 28. ſed Oeenſem legendum. In Africa, Tripolitana regione.

EEREA, vide HERÆA.

EETIONIA ἠετιωνεία, Piræei Chele, & promontorium alterum, Thucydidi 8. Stephano, & Suidæ.

EETIONIS vrbs, vide THEBÆ.

EFFLVI, Germaniæ Septentrionalis populi, ſunt apud Tacitum. vbi hodie Lijflandt Willichio eſt. ſed hos vocat Cureus LEMOVIOS. Hi illis vicini ſunt, eodem Tacito auctore. Lijflanders Latini LIVONES vocant. Vide HILINONICVM.

EGABIENSIS eccleſiæ, meminit Gratianus, Decret. 2. Cauſa 16. In Hiſpania Bætica. An corruptè ab Ægabro?

EGARENSE Concilium, in Hiſpania habitum, anno 614. Bibliotheca Ant. Auguſtini. An pro Egabrenſe?

EGAS Ciliciæ ciuitatem habet Tacitus. Ptolemæo, Xiphilino, & Philoſtrato ÆGÆ αἰγαί, eſt. ÆGÆÆ αἰγαῖαι, Straboni.



EGELASTÆ ἠγελάσται, Hiſpaniæ citerioris vrbs, Plinio, & Straboni. Hodie Yniesta, Caſtellæ regni opidum Gomeſio, & Cluſio. Vide ECELESTA.

EGELIDVS, Tuſciæ amnem eſſe, & hodie Freddano dici, fabulatur Leander ex Annio. Hunc Egelidum enim vterque citat ex Virgilij verſu, Æneid lib. 8. Vt procul ,, egelido ſecretum flumine vidit. Egelidum hic loci proprium ,, eſſe nuſquam legi.

EGERIA ἠγερία, ſic ſcribendum, (non Ægeria) ex Plutarcho, Dionyſio, Feſto, & Liuio. EGERIÆ Luci vel nemoris meminit Virgilius Æneidos 7. vbi Seruius dicit iuxta Ariciam eſſe. Ex hoc fortè Silij verſu lib. 4. Egeriæ genitos ,, immitis Aricia lucis. Ego Liuij auctoritate fretus propius ,, Vrbi fuiſſe extra Portam Capenam credo. Et eundem cum CAMOENARVM Luco eſſe mihi perſuadeo. In huius medio erat EGERIÆ fons, teſtibus Liuio 1. & Ouidio 15. Metamorph.

EGESTA, Siciliæ vrbs. At mirum quam variant in huius voce ſcriptura, etiam claſſici ſcriptores. EGESTA ἔγεστα eſt Thucydidi & Feſto: AGESTA Stephano: cui quoque ACESTA, vti Virgilio 5. Æneid. ÆGESTA αἴγεστα ſcribunt Strabo & Halicarnaſſeus. SEGESTA Ptolemæus & Cicero. EGESTA huius verum nomen eſſe, ſed s. littera præpoſita ſcribi, ne obſcœno nomine appellaretur, nos docuit Feſt. Pompeius. Conditam ab Ænea Troiano tradunt Cicero & Lactantius, ab Ægeſto Troiano, Strabo. Hunc Ægeſtum hic natum & educatum, ſcriptum reliquit Halicarnaſſeus. Apud Diodorum 20. lego eam ab Agathocle exciſam, & transfugis ad habitandum conceſſam: ac DICÆOPOLIM Δικαιόπολιν, appellatam. (Quod aliquando ACRAGAS vocata hæc fuerit, non credam Euſtathio.) Huius gentile apud Plinium & Stephanum ACESTÆ eſt: ÆGESTÆI apud Thucydidem, Diodorum, & Phalarim: SEGESTENSIENSES facit Cicero. Hodie Barbara nominatur, ſi Fazello, Conterranea, ſi Aretio fides. Eſtq; hæc vrbs in mediterraneis. ad mare verò habet Ptolemæus SEGESTANORVM Emporium: ÆGESTEORVM Diodorus & Strabo. Hinc SEGESTANI Plinij, ni fallor. Hoc noſtra ætate Caſtro al mar appellari, Leandrum & Aretium teſtes habeo. Habet Itiner. Antonini hoc tractu SEGESTANAS Aquas, quas PINCIANAS cognominat. horum meminit etiam Diodorus 4. Sed ÆGESTÆAS vocat. an aliæ hæ ab illis autem, vel eædem, perſcrutandum huius tractus & veteris hiſtoriæ peritioribus lubens concedimus.

EGETINI, vide ÆGETINI.

ÆGGYNA, Ciuitas Siciliæ. Cicero in Verrem.

EGIDORA, fluuius Daniæ: Reginoni. Eyder vocatur vulgò hactenus.

EGIRCIVS, ſiue vt alij legunt (ſed malè) EGRITIVS, fluuius eſt Galliæ, in Garumnam aquas ſuas euomens. vt lib. 1. Fortunatus refert. ÆGIRSIVS per Æ & s ſcribit Sidonius. additque in eum Vinetus, eundem hodie à Guaſconibus Gers vulgò appellari. pauloq; ſupra Aginnum opidum in Garumnam influere.

EGLON, D. Hieronymo, ἀγλὼν 70. interpretib. Palæſtinæ locus. CHEGLON habet Chaldæus paraphraſtes. Ioſue 10. & 15. Pro Eglon Ioſue 10. legit Sixti V. editio ODOLLAM. Synonyma hæc quoque ſunt D. Hieronymo.

EGNATIA, Ptolemæo, Melæ, & Plinio: IGNATIA, ἰγνατία, & ἐγνατία, Straboni: GNATIA Horatio. ſed hoc ante me monuit Xylander. Peucetiæ, in Italia opidum eſt. Hodie collapſum, ſed eius buſtum Nazo vocari, teſtatur Niger. Natia Ananienſis. ſed Iouenazo appellant Collenutius, & Pontanus. Anazzo Ligorius nominat. Celſus Cittadinus & Volaterranus putant Monopoli ex huius ruinis exſtructum. EGNATIENSIS Epiſcopi, in Africa Propria: meminit Vict. Vticenſ. Vide HIGNATIA.

EGOLISMA, vide ENGOLISMA.

EGORIGIVM Vicus, LEGIO XII. Antonino: inter Treuiros & Agrippinam.

EGOSA ἔγωσα, Caſtellanorum vrbs, Ptolemæo. In Hiſpania Tarraconenſi.

EGOVARRI, vide EGVRRI.

EGRA ἔγρα, Arabiæ opidum, iuxta Ælaniticum ſinum: Stephano. Aualitarum Plinio. Hoc Ptolemæus quoque nouit. ſed eius interpretes NEGRAN habent.

EGRITIVS, vide ÆGIRCIVS.

EGVILGVILITENSIS Plebis in Africa, mentio ſit in Coll. Carthag. ſub Honorio Imp. habita. An corruptè pro Igilgitani?

EGVIZENSIS Epiſcopi, in Africa, meminit Coll. Carthag.

EGVITVRI, Alpina gens, à D. Auguſto deuicta. Plin.

EGVRRI ἠγουῤῥοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Ptolemæo. Medina de Rio ſeco, Vaſæo. Videntur EGOVARRI Plinij. quos NAMARINOS cognominat. Video tamen Pintianum eos habere pro GIGVRIS, vel, vt ipſe legit, CIGVRRIS Plinij.

EGVSII, vide ACVSIORVM.

EIADES vide, HIADES.

EICOSIVM, vide ICOSIVM.

EIDETES εἰδῆτες, Iberica gens, Stephano.

EIDOMENE εἰδομένη, apud Stephanum, ex Thucydidis 2. Macedoniæ vrbs.

EIDVMANIA, vide IDVMANIA.

EILEI εἰλεοὶ, vicus in Peloponneſo, in via qua Troezena Hermionem itur. Pauſanias.

EILENIA εἰλενία, vrbis nomen: & epithetum Mineruæ, Phauorino.

EILESIVM εἰλέσιον, nomen loci, apud Stephanum, ex Homero, Ιλιαδ. B. In Græcia alicubi. Bœotiæ videtur. vide EIRESIÆ, & HYRESEON.

EILISSVS εἴλισσος, Cedreno ad mare Ionium, caſtellum quod SILISSVM apud Curopalatem vocatur. Metropolis & regia Bulgariæ. Vide ILISSVS.

EILITHYIAS εἰλειθυίας, id eſt Lucinæ, Ægypti vrbs, Straboni & Stephano. item Euſebio 3. Præparationis Euangelicæ. Vide IDITHYA, & LEVCOTHEÆ.

EILOTÆ εἵλωται. Hiſpaniæ populi, Polybio, 10. Eſt & ſeruorum genus apud Lacedæmonios, Athenæo, & alijs. Ab vrbe Helos ſic dicti, vt refert Pauſanias.

EIMINATIVM εἰμινάτιον, Dalmatiæ vrbs, Ptolemæo. ERMINACIVM, & ARMINATIVM, malè interpretibus nonnullis. & ARMINIACVM peſſimè, magno cuidam viro.

EINALE, vide SCYATHVS.

EINATVS εἴνατος, Cretæ vrbs. alij fluuium, & montem eſſe dicunt. ſic Stephanus. Cretæ, & Lyciæ locũ facit Heſychius. HINATVS ἵνατος, Ptolemæo in Creta vrbs eſt.

EINTI Εἶντοι, gentis nomen, Appiano in Mithridaticis, quam continuò Macedoniam incurſare ſcribit. Vox mihi ignota & ſuſpecta. HENETI vertit Gelenius.

EION ἠϊών, emporium ad oſtia Strymonis fluuij, viginti quinque ſtadijs ab Amphipoli. Huius meminit Thucydides. Herodotus, & Demoſthenes aduerſus Ariſtocratem. Thucydides quoque Eion habet in Thracia, Mendeorum coloniam. ſed eandem ni fallor. In Cherſoneſo Thraciæ etiam vrbs eſt, apud Stephanum, ex Thucydide. Circa Pieriam alia item eſt, auctoribus Homero, Euſtathio, & Stephano. vide EON, & AMPHIPOLIS.

EIONE, Corocondamæ promontorium, Plinio. inter Pontum & Mæotim excurrens. Punta de Matriga, aut Cabo de croce, hodie, vt refert Pinetus. Fortè idem cum Eion Stephani.

EIONES ἠϊόνες, Argiæ pagus fuit, poſtea nauale Mycenarum. Strabo 8

EIONEVS, vide STRYMON.

EIPON LACEIA εἶπον λάκεια. Straboni 3. Hiſpaniæ locus incognitus, aut lectio corrupta. Adi ad eundem locum Xylandrum & Caſaubonum.

EIRAN montem, habet in Meſſenia, Pauſanias: in quo ſe Meſſenij vndecim annis contra Lacedæmonios defenderunt. vide IRE, & HIRE.

EIRESIÆ εἰρεσίαι, locus circa Ægæum pelagus. Homerus in Apollinis hymno. In Bœotia, vt refert Etymologicon. ERESIVM Suidæ, & HYRESIVM Plinij eſt. & fortè EILESIVM Stephani.



EIRESIDÆ εἰρεσίδαι, Acamãtidis tribus vicus. Stephanus.

EIRGESTÆ εἰργεσται, Siciliæ gens, apud Thucydidem 6. mendoſè autem, pro ÆGESTÆI, vt puto.

EIRIA, vide IRIA.

EIRVS, vide IRVS.

EISADICORVM εἰσαδικῶν, pagi ſunt apud Strabonem. in Sarmatia Aſiatica; ſupra Caucaſum.

EISCADIA εἰσκαδία, Luſitaniæ vrbs, ſub Viriati imperio: à Seruiliano autem capta. Appian. in Ibericis.

EIVISO, locus epiſcopalis, in Sardinia. Victor Vticenſ. MS.

EIZELOS εἴζηλος, Siciliæ caſtellum, apud Stephanum.

ELA ἔλα, Aſiæ locus, & Attali regis emporium. Stephanus, ex Polybij 16.

ELAA, vide HAYLAM.

ELABACARE ἐλαβακαρὴ, locus Indiæ intra Gangem, ad maris littus. Arriani Periplus.

ELACATÆVM ἠλακάταιον, Theſſaliæ mons, Apollonio & Stephano.

ELÆA ἐλαία, Æolidis vrbs in Aſia, Pauſaniæ, & Stephano. cui etiam CIDÆNIS κιδαῖνις, appellatur. ÆLIA eſt malè apud Frontinum 4. cap. 5. ÆLÆITEM Sinum hinc facit Agathias. Ptolemæo promontorium eſt in Cypro. Pagum hoc loco hodie eſſe, quem Græci Riſo Carpaſſo vocant, tradit Stephanus Luſignanus. Cretæ vrbem habet Plinius. Phœniciæ vrbs eſt, Dionyſio: inter Tyrum & Sidonem, vt refert Stephanus. Eidem quoque Bithyniæ opidum, aut nauale: iuxta Myſiam. Item Æthiopiæ portus. & tres inſulæ. Æthiopiæ portum ad ſinum Arabicum nouit etiam Strabo. Eſt apud Plinium, inſula Propontidis, ſic dictæ. Apud Ioſephum mons, ſexto à Hieroſolymis ſtadio, verſus Orientem. Vicus ſuburbanus Conſtantinopoleos vrbis, eſt Calliſto. Vide OLEA, & ELEA.

ELÆÆ ἐλαῖαι, Thraciæ vrbs, Europæ regionis. Procop. 4. Ædificior. Iuſtiniani Imp.

ELÆAS ἐλαίας, Epiri portus, Ptolemæo.

ELÆEVS ἐλαιεύς, Hippothoontidis tribus pars, auctore Stephano.

ELÆI Murus, ἐλαίου τεῖχος, Lyciæ opidum, Stephano.

ELÆON, Plinio Bœotiæ oræ opidum. ELEON, & ETEON, inconſtante ſcriptura reperio. Hanc poſtremam approbat Heſychius. Eſt & mons Ελαιον ab Hieroſolymis ſtadio: Ioſepho 6. Belli Iudaici cap. 3. OLIVETI Montem, nominat Hegeſippus. Vide ELEON.

ELÆVS ἐλαιοῦς, Ptolemæo Thraciæ Cherſoneſi opidum. quod Critea Nigro. Eius meminit quoq; Strabo, & Suidas. Apud Stephanum eſt Helleſponti: item Argiæ vrbs. Epiri opidum, quoque Ptolemæo: Calydoniæ, Polybio 4. In Doridis ſinu vrbem, habet Plinius.

ELÆVSSA, Plinio inſula eſt Ioniæ, ante Smyrnam. Vide ELEVSA.

ELAIS, Paleſtinæ opidum, Dionyſio Afro & eius interpretibus Priſciano, & Auieno. An ELÆA Stephano?

ELAITICA ἐλαΐτης, nomus Ægypti, ad dextram foſſæ Canopicæ. Strabo. Videtur MENELAITES Ptolemæi, & Plinij. Vide MENELAVS.

ELAITORVM ἐλαϊτῶν, meminit Pauſanias. Æolidis circa Caycum fluuium videntur. Ab Elæa, ni fallor.

ELAIVS ἐλαῖος, nomen duorum montium, circa Phigaleam. Pauſanias in Arcadicis. ELVIVS legit Gyraldus 13. Deorum.

ELAMITÆ, mare accolunt, in Arabia Felici, opidum habent eiuſdem nominis. auctor Plinius. ELAMITAS vocat Eſaias 22. Samaritanos: quia ex Perſia venerant. Vide PERSIA.

ELANA ἔλανα, Ptolemæo Arabiæ Petrææ vrbs, ad Sinum Arabicum. ÆLANA. & LÆNA, vocat Plinius. Non longè ab Aſion, ſiue Heſion Gaber eam deſcribit Ioſephus lib. Antiq. 8. cap. 2. vocatq; ILANAM εἰλάνην. Hodie à Mario Nigro Aila dicitur. Vide HAYLAM.





ELANCORVM ἐλάγκων, emporium, in India intra Gangem. Ptolemæus.

ELAPE, Perſarum vrbs, & natalis S. Iacobi Interciſi. Nicephorus in eius vita.

ELAPHITES, tres inſulæ Hadriatici maris, XII. M. paſſ. à Melita. Plinius. Iſole di Mezzo, hodie. Inſula finitima Chio. Idem.

ELAPHONNESVS, vide PROCONNESVS.

ELAPHVS ἐλαφοῦς, ſic dictus Aſiæ mons, apud Arginuſam, quo loco Alcybiades mortem obiit: ceruæ omnes ſciſſæ aure ſunt, quæ notæ alibi, ſi loca mutauerint, &c. Ariſtoteles de animal. 6. cap. 29. In Helleſponto eſt, Æliano 6. Animal. cap. 13. ELATVS habet Plinius. Elaphus ἔλαφος, fluuius Arcadiæ, eſt apud Pauſaniam, quem quoque Elatum Plinius vocat. Sed ELATVS Plinio etiam mons in Zacyntho eſt. vide ELATVM.

ELAPHVSA, inſula haud procul à Corcyra. Plinius.

ELAPHVSSA, vide BRETTANIS.

ELARIS, vide ELAVER.

ELASOR ἐλασώρ, Geneſ. 14. PONTVS regio eſt, interpretatione Hieronymiana.

ELASSON, vide OLOOSSON.

ELASVS, vide ELATVS.

ELATAS ἐλάτας, Ptolemæo Bithyniæ fluuius, in Pontum Euxinum aquas ſuas euomens. Theuetus dicit eum hodie Lime nominari. ELASVS ἔλασος Q. Calabro 6. eſt. Videtur ab Arriano Lycus vocari.

ELATEIA ἐλάτεια, Phocidis vrbs Ptolemæo, Straboni, Plinio, Liuio, & Pauſaniæ. in Caſſiopea eſt Demoſtheni, in Oratione de Haloneſo. Hinc ἐλατικοὶ campi, apud Plutarchum in Sylla. & Theſprotiæ vrbs eſt apud Stephanum. qui addit etiã per R. legi ELATRIA. idem Suidas. Ad fauces quæ Tempe adeunt, conſtituit Liuius 42.

ELATH, vide HAYLAM.

ELATIA, vide ELATEIA.

ELATIDES εἰλατίδης, collem, habet Orpheus in Argonauticis, circa Rhyndacum fluuium in Bithynia. vide HILATIDES.

ELATIVM, Syriæ vrbs, Plinio. dimidio propior Petræ, quàm Damaſcus. Fortè ELATH Ioſephi. de quo vide in HAYLAM.

ELATRIA ἐλάτρεια, Epiri mediterraneum opidum. Strabo. Vide ELATEIA.

ELATVM, & ELATVS, vide ELAPHVS.

ELAVER, Galliæ fluuius apud Cæſarem eſt, quem Marlianus Allier vocat. Rhellicanus putat hunc eundem eſſe cum eo quem Ptolemæus CANENTELVM κανέντηλος, appellat. Sed haud dubiè fallitur, cùm Canentelum ſe in Oceanum effundit; Elauer autem, in Ligerim erumpit. Vide Gabrielem Simeonium teſtem oculatum, in Dialogo ſuo Pio & Speculatiuo, (vt titulus habet) vbi locũ Cæſaris, de hoc fluuio, & opido Gergobia pulchrè elucidat. Elauer Cæſaris, eſt ELEARIS Sidonij.

ELAVIA ἐλαυία, Siciliæ caſtellum, Stephano. An AILAVA Antonini?

ELBA, vide AMMA.

ELBESTII ἰλβέστιοι, apud Stephanum Libyca gens. ex Philiſto.

ELBII VICVS, Tuſciæ opidum mediterraneum, Ptolemæo, vt Leander ei aſcribit. idq; hodie Vico appellari aſſerit. Latina exemplaria hoc habent: in Græcis verò codicibus minimè exſtat. Vide VITERBVM.

ELBII LACVS, vide CIMINIVS.

ELBO ἐλβώ, inſulæ nomen, Stephano. ex Herodoti Euterpe. Æthiopiæ videtur.

ELBOCORIS, vide ELCOBORIS.

ELBONTHIS ἠλβονθις, vrbs inter Ægyptum & Cyrenen, Stephanus.

ELCATH, vide ALCATH.

ELCEBVS ἔλκεβος, Galliæ Belgicæ vrbs, in Triboccis, Ptolemæo. Schletſtat Villanouano & Vrſtiſio eſt. à quo non procul abfuiſſe, addit Rhenanus, & putat HELVETVM Antonini eſſe.



ELCESÆVM, vide ELLESI.

ELCETHIVM ἐλκέθιον, Siciliæ vrbs, apud Ptolemæum.

ELCOBORIS ἐλκοβωρις, Luſitaniæ opidum, Ptolemæo. ELBOCORIS legunt vitioſè Latini codices.

ELDAMARII. Arabes ſunt Plinio. circa Meſopotamiam.

ELDANA ἔλδανα, Ptolemæo Vacceorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs: Dueñas hodie, Goropio in ſua Hiſpania. ἐλδάνα, quoque Indiæ extra Gangem vrbs, eidem.

ELDIMÆI ἐλδιμαῖοι, Suſianæ regionis populi, iuxta mare, Ptolemæo. corruptè puto, pro Elymæi. ELYMAIS prouincia eſt in Sacris litteris. vide ELYMÆI.

ELE ἔλη, ſic vocant Græci loca ſtagnantia circa Mæotidis paludes: vbi Eruli habitabant, auctor Iornandes.

ELEA ἠλεῖα, Peloponneſi regiuncula, quæ CAVCONIA aliquibus dicta eſt, inquit Strabo. Antimachus enim eius incolas Caucones vocat. Ptolemæo ELIS ἦλις, eſt. ELISA Hebræis, vt Montano placet. ELEA eſt Liuio 33. in Laconica, imminens Leucis & Acrijs. Arcadiæ eſt apud Pauſaniam. Fluuij nomen eſt quoque ELEA in Italia, Stephano. Eſt & Aſiæ locus Ελεα, vnde Alcidamantem natum ſcribit Suidas. haud procul à Leſbo: vt ex Plutarchi Lucullo videtur. Pro Elia legitur corruptè VELIA apud Apuleium, in Apologia I. ELÆA Ptolemæi puto. Vide ELLA, HYLE, VELIA, & HALETEM.

ELEALCIS Fontis, meminit Hippocrates 7. de Morbis popular. In Græcia vſpiam.

ELEALE ἐλεαλὴ, vrbs extructa à filijs Ruben. Num. 32.

ELEARCHIÆ Ægypti, epiſcopum Ammonium, habet D. Athanaſius. Huius etiam alius Iſaac nominatur, in concilio Epheſino.

ELEAS, vicus vnde Samaria regio incipit. Egeſippus 3. & Iſidorus 14. Originum. ἐλεάσα fortè 1. Mach. 9. vbi D. Hieronymus LAISA legit. Vide GINÆA.

ELEASA, vide ELEAS.

ELEATES Agri, in Hiſpania, circa Bætim, memorantur ab Auieno, in Ora ſua maritima.

ELECTIONE, vide FLETIONE.

ELECTRA ἠλέκτρα, Meſſeniæ opidum, & fluuius, illud præterfluens. Pauſanias.

ELECTRÆ ATLANTIDIS Inſula, vide SAMOS.

ELECTRAS ἐλέκτρα, Cretæ inſulæ fluuius eſt Ptolemæo. LENEVM eum vocat Lazius, in ſua Græciæ tabula. (hoc vocabulum ignoro.) POTEREVS à Vitruuio vocatur, vt perhibet in ſua Geographia, Mar. Niger. Sed HELECTRAS ſcribendum eſt: in Græco enim aſpiratur.

ELECTRIA, vide SAMOS.

ELECTRIDES ἠλεκτρίδες, quæ & GLESSARIÆ, Plinio teſte. Inſulæ quæ ex aduerſo Britanniæ, in Germanico mari ſparſæ ſunt, quæ nunc fortaſſè, Hetlant/ Seetlant/ & Fare dicuntur. Meminit & Mela Electridum inſularum, in Hadriatico mari, prope Abſyrtides inſulas. has Plinius ante Padi oſtia à Græcis deſcriptas tradit. ſed idem alio in loco tamquam Græcorum nugamenta, has cum Strabone deridet. ἠλεκτρίδες ſtagnum aquæ calidæ, iuxta Eridanum fluuium, Stephano. APONVM velle, non dubito. Accolæ ELECTRITÆ, & ELECTRINI.

ELECTRIS, ſiue FEBRA inſula quæ eſt haud longè à Calabria, in conſpectu Tarentinæ ciuitatis. Hæc Seruius in 11. Æneidos. Addit hic Diomedeas aues habitare. Fides ſit penes auctorem. vide SEBRIA.

ELECTRVM, vide CEPHISIDA.

ELEES ἐλέης, Italiæ fluuius, prope Eleam, in Lucania. Strabo 6. Hunc Euoli nuncupari, tradit Marius Niger. ſed errare puto.

ELEGARDA ἐλέγαρδα, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo. Primo elemento truncarunt hoc vocabulum interpretes. LEGARDA enim malè legunt.

ELEGIA ἐλέγεια, regio iuxta Euphratem, Stephano. Ad Taurum montem, Plinio & Solino, ſed per I, ELIGIA. Xiphilinus habet ELEGIAM vrbem, à Traiano Imp. captam. Hæc ἠλεγία, Ptolemæo vrbs eſt in Armenia Maiori. Vide HELLVM.

ELEI, Achaiæ populi; antea EPEI vocabantur. Plinius.

Aliquibus diuerſos fuiſſe tradit Strabo. ELII apud Plautum appellantur ALII, & ALIDÆ, vt vult Turnebus Aduerſar. 23. cap. 24.

ELENIA ἐλένια, ſic Stephanus, in alio codice ELINIA habet, quod vide ſuo loco.

ELENITORVM ἐλενιτων, meminit Goltzius, ex nummo.

ELENIVS ἐλένειος, locus iuxta Canobum. Stephanus. vide HELENIVM.

ELEON ἐλεὼν, Tanagricus pagus, in Bœotia, Straboni, circa Inachum fluuium: Plutarcho, in Quæſtionibus Græcis. ELÆON fortè Plinij. Videtur etiam ad Parnaſſum, opidum. quidam hoc NEONEM eſſe addit; inquit idem Strabo. Eſt Macedoniæ vrbs, circa Pallenem, Plinio. vide ELÆON, & ELEVS.

ELEONA Campum, habet Liuius 43. Inter Macedoniam & Epirum.

ELEIONES, vide ELIONES.

ELEPHANTARIENSIS Epiſcopi, meminit D. Auguſtinus. Fortè in Sardinia. vbi Antoninus ELEPHANTARIAM ciuitatem habet.

ELEPHANTEDA, vide ELEVTII.

ELEPHANTINA ἐλεφαντίνη, Nili inſula, in Ægypto, apud Ptolemæum. Hanc puto TABENNAM à primitiuæ eccleſiæ ſcriptoribus appellari. Ægypti vrbs eſt, Herodoto, Arriano 3. Alex. & Heliodoro 8. Hæc ELEPHANTIS Pomponio. ELEPHANTINA etiam locus in vrbe Conſtãtinopoli videtur, apud Cedrenum & Curopalatem.

ELEPHANTIS, vide ELEPHANTINA, & ELEPHAS.

ELEPHANTOPHAGI, Æthiopes ſub Ægypto, Straboni & Ptolemæo. In Æthiopia etiam Philoſtrato.

ELEPHANTORVM κυνηγιον Venatio quæ ad PVTEVM φρέατι, cognominatur. Alia quæ PYTHANGELI πυθαγγέλου. Alia quæ LICHA λίχα, cognomen habet. Æthiopiæ ſub Ægypto loca, apud Strabonem.

ELEPHAS ἐλέφας, ad Aualiten Sinum mons, in Æthiopia ſub Ægypto, Ptolemæo auctore. Arriano in Periplo promontorium eſt, habétque ELEPHANTEM fluuium. Felles eum Caſtaldus vocat. Eſt & locus ad Gaditanum fretum, Straboni. vide SOLIS MONS.

ELEPLA, Hiſpaniæ vrbs, que Lepe, vel Niebla eſt: vt putat Ioan. Mariana. Vide ILIPVLA.

ELEPORVS, vide HELORVS.

ELERCAONES, vide ILERGETES.

ELERE ἐλέρη, Syriæ Cauæ vrbs. Ptolemæus.

ELESARI, vide ELISARI.

ELESICI, Gallica gens quondam, circa Narbonam. Sex. Auienus.

ELESMA, Aegypti vrbs, citatur in Epiſcoporum huius regionis epiſtola, ad Leonem Aug. In conciliorum opere. An ELEVSINA legendum?

ELETHYIAS, vide EILLITHYIAS, & LEVCOTHEA.

ELETI, Thraciæ gens, Plinio, 4. cap. 10.

ELEVS ἔλεος, inſula ante Miletum. Thucydides 8.

ELEVSA, Plinio Ciliciæ inſula eſt. M. Niger dicit hodie Curcu appellari ab opido ſic dicto, illi adiacente. fortaſſè erit ELÆVSSA ἐλαιοῦσσα, inſula, quam Stephanus iuxta Corycum deſcribit, quæ quoque SEBASTE, ſiue, (quod idem eſt) AVGVSTA nominata fuit. videtur hæc à Sophiano Eloſa appellari. Habet quoque Strabo ἐλαιοῦσσαν, in Cilicia Aſpera, quam inſulam vocat. quo tractu quoque Ptolemæus SEBASTEN deſcribit. Ioſephus etiam Antiq. 16. & belli Iud. 1. cap. 17. tradit Eleuſen Ciliciæ Sebaſten dictam. Egeſippo vocatur ELEVSIA. ELEVSA præterea inſula Attica eſt, in ſinu Argolico, apud Strabonem 9. ante Spiræum promontorium Peloponneſi, eſt Plinio. Aliam deſcribit Strabo 14. ante Phœnicen montem, CXX. ſtadiis à Rhodo diſtantem. hæc fortè Plinij dicta.

ELEVSENÆ ciuitatis, Phrygiæ Pacatianæ, meminit VI. ſynodus Conſtantinopolitana.

ELEVSIA, vide ELEVSA.

ELEVSIN ἐλευσίν, Theræ inſulæ vrbs eſt, Ptolemæo.



ELEVSINA ἐλευσίνη, pagus Ægypti eſt, Straboni. Alexandriæ & Nicopoli proximus, in Canopica foſſa ſitus. LEVSINEM malè eum vocat Liuius, lib. 45. quatuorque millia ab Alexandria diſtare addit. Atticæ eſt vrbs, Ptolemæo, & Xenophonti. ELEVSIS eſt Corneto: & ELEVSINIVS Pagus, Arnobio. Lepſina dicitur Sophiano. Saline Nigro vocatur. Montis nomen eſt, apud Apollodorum 2. Vide ATHENÆ.

ELEVSINIVM, in Laconica locus. Pauſanias.

ELEVSINIVS SINVS, vide SARONICVS.

ELEVSIS ἐλευσὶς, pars tribus Hippothoontidis. Stephanus. Idem cum Eleuſine in Attica puto: nam & hanc tribum facit Strabo. Vide ELEVSNE.

ELEVTHERA, vide AORVS, & APOLLONIA.

ELEVTHERACILICIA. pars Ciliciæ ſic dicta, apud Stephanum. Eleutherocilicum meminit Diodorus, & Cicero ad Atticum. In Pamphilia eſt hæc eadem Ptolemæo. An hæc quoque CILICIA Secunda, cuius in Codice mentio?

ELEVTHERÆ ἐλευθέραι, Ptolemæo & Dioni, Cretæ vrbs: SAORVS σαῶρος, dicta, Stephano auctore. Idem habet ELEVTHERNAM ἐλευθέρνα, eiuſdem inſulæ vrbem, quam SATRAM σάτρα, vocari ait. Eleutheræ Bœotiæ opidum, inter Megaram & Thebas, Plutarcho in Quæſtionibus Græcis. Inter Atticam & Bœotiam, Pauſaniæ. eandem habent Strabo, & Stephanus. Huic & alia eſt in Ponto, ad Iſtrum fluuium. & alia in Lycia. Vide AORVS, & ELEVTHERIS.

ELEVTHERIA Aqua, prope Mycenas. Pauſanias.

ELEVTHERII, vide LIBERII.

ELEVTHERIS ἐλευθερὶς, Bœotiæ vrbs, Oropi: prope Cotum, & Encleum, Orpheo, & Stephano. ELEVTHERÆ Plinij.

ELEVTHERIVM ἐλευθέριον, opidulum Myſiæ. (Aſiaticæ puto) Stephanus. Argiæ fons. Pauſanias.

ELEVTHERISCVS ἐλευθέρισκος, Stephano Macedoniæ vrbs.

ELEVTHERNA, Cretæ vrbs mediterranea apud Plinium. Huius quoque meminit Atheneus 14. Vide ELEVTHERÆ.

ELEVTHEROCILICES, vide PINDENISSVS.

ELEVTHEROLACONES, in Laconica gẽs maritima: ſic dicta, quod Auguſtus Imp. eam à Spartanorũ dominatu liberauerit. Pauſanias. qui octodecim huius gentis vrbes nominat: De his quoque Strabo 8.

ELEVTHEROPOLIS ἐλευθερόπολις, Suidæ Primæ Palæſtinæ vrbs, quæ Antonino eſt inter Aſcalonem & Neapolim. Vide HEBRON.

ELEVTHERVS ἐλεύθερος, Ptolemæo, Ioſepho, Egeſippo, & Plinio, Syriæ fluuius. Vallania Pinetus, Velana Poſtellus vocat. Eſt & ELEVTHERVS, Siciliæ fluuius, Ptolemæo, Ponte rotto indigitatur à Leandro, & Aretio. Fazellus credit eum à Sequeſtre ORETHVM dici, & hodie Panormitanis (ad cuius mœnia in mare effluit) Admirati, & Saracenis Habes dici.

ELEVTII ἐλεύτιοι, Iapygiæ populi, apud Stephanum, quos à Parthenio ELEPHANTEDA ἐλεφαντηδα, appellari ait.

ELGE, Angliæ regio paludoſa, in qua ciuitas Grandaceſtir. Sic Beda. Orientaliorum Saxonum eſt.

ELGOVÆ ἐλγοῦαι, Albionis inſulæ gens, Ptolemæo. Idem alio in loco eos SELGOVAS nominat. Sed ſine S legit vbique MS. codex. quam veram lectionem credo. & ſigma finale præcedentis verbi, initio huius malè adiectum. Vide cauſſam in COMBOS, alibíque. Hodie eos Lennoxios vocari, ſcribit Blacuodæus.

ELGVS ἔλγος, Lyciæ vrbs. Stephanus: ex Xanthi Lyciacis. λυδιας Lydiæ autem legit Aldinus codex.

ELIA ἐλία, Peloponneſi locus, qui imminet & Leucis, & Acriis. Liuius 35. Laconicæ eſſe ſcribit Polyb. 5. Antonino eſt Palæſtinæ opidum, inter Neapolim & Aſcalonem. An pro Hieroſolyma, quæ ÆLIA?

ELIACVS, vide SINGITICVS.

ELIÆ, vide CARDIA.





ELIBERRI, Melæ eſt Galliæ Narbonenſis vicus, magnæ quondam vrbis, & magnarum opum (vt ipſe inquit) tenue veſtigium. Ptolemæus hanc ILIBERIM ἰλίβερις, vocat, vt etiam Liuius & Plinius: ſed LL. geminato ILLIBERIS. Apud Strabonem ILYBIRRIS ἰλυβίῤῥις, eſt. ELIBERRE legit ſcheda III. tabulæ Peutingerianæ, non publici iuris, at meo vſui Auguſta miſſa à Clariſſ. M. Velſero. in II. ſcheda legebatur corruptè CLIBERRE. Hodie, ſi creditur Poldo, Saulſes dicitur; ſi Vaſeo, Colibre; ſi Pet. Oliuario, Euna: additque hic, ibidẽ eſſe ec leſiam Cethedralem, in Comitatu Roſcilionis. Mercatori ea ciuitas eſt quæ hodie Illa in tabulis geographicis reperitur.

ELIBYRGA ἐλιβύργη, Tarteſſi vrbs, Stephanus. Vide ILLIBERIS.

ELICA ἐλίκα. Africæ Propriæ vrbs, apud Ptolemæum.

ELICÆ ἐλίκη, promontorium circa Mariandynos, Orpheo in Argonaut. Vide HELICE, & LASICE.

ELICI, vide ERIOCH.

ELICOCI ἐλίκοκοι, Galliæ Narbonenſis populi, apud Ptolemæum. vide HELVII.

ELICRANVM ἐλίκρανον, circa Epirum vrbs. Polybius 2.

ELIDEM regionem vniuerſam, Homerus PYLVM vocat. Strabo 8. vide ELIS.

ELIENSIS Epiſcopatus, in Africa Propria. Vict. Vticenſis.

ELIGIA, vide ELEGIA.

ELII, vide RHIZOPHAGI.

ELIIA, vide OLIA.

ELIM ἔλειμ, Iſraëlitarum manſio. Exod. 16. & Num. 33. ILYN ἰλὺν, legit Ioſephus, αἰλιμ in terra Zabulon, Iudicum 12. quæ quoque ELIM D. Hieronymo eſt.

ELIMA, vide ELYMA.

ELIMBERRVM, vide CLIMBERTVM.

ELIMEA ἐλίμεια, Macedoniæ vrbs Stephano. hæc ELIMÆA Liuio 42. & ELYMA Ptolemæi. Elimiotarum regionis.

ELIMIOTÆ ἐλιμιῶται, Macedoniæ populi, ad Ionium ſinũ. Ptolemæus. Per Y in ſecunda, idem alio in loco ſcribit.

ELINI ἔλινοι, Theſprotica gens. item ELINIA regio. Eſt & Siciliæ vrbs, Stephanus.

ELIOCROTÆ, Hiſpaniæ vrbis meminit Antoninus, 25. millibus paſſuum à Carthagine Spartaria diſtantis. Hanc nunc Lorca vocari, mihi teſtis eſt Cluſius.

ELIONES ἐλιῶνες, Africæ Propriæ gens, Ptolemæo.

ELIPEVS, vide ENIPEVS.

ELIS ἦλις, Ptolemæo & ceteris, Peloponneſi regio. Huius pars COELE. i. CAVA vocatur: Pauſaniæ, & Straboni. ELIS etiam huius regionis vrbs, quæ TRIPHYLIA τριφυλία, quoque dicitur Stephano. MOLPIDIS Petram μόλπιδος πέτρα, à Lycophrone appellari, ſcribit eius commentator Iſacius; rationem nominis apud eum quære. HELIDEM Aſiæ ciuitatem malè hãc vocat Caſſiodorus, Variar. 3. ad Fauſtum Præpoſitum. Elis, Beluedere Pineto, & Nardo eſt: ſed hic eam quoque Ialea vocat. Plinius 19. cap. 1. & Dioſcorides 1. cap. 25. habent Elim in Achaia. Elis etiam vrbs iuxta Ægyptiam Olympiam: vt refert Stephanus. (etiam in Peloponneſo: Ægyptum enim in ea agnoſcit Pauſanias.) Eſt huic quoque eiuſdem nominis vrbs in Arcadia. & in Hiſpania. ELIS, ſiue HELIS, Palæſtinæ locus, vbi Moyſes duodecim reperit fontes; hodie Belba, & vulgò Belbes appellari putat Poſtellus. Hunc locum laudat Bellonius à palmarum copia. Vide ELEA, & ALIS.

ELISARI ἐλισαροι, Arabiæ Felicis gens, apud Ptolemæum. Per E in ſecunda legunt interpretes.

ELISARNE, vide HALISARNE.

ELISPHASII ἐλισφάσιοι, Peloponneſi populi; Mantinianis finitimi. Polybius 11. Corruptam vocem credo. An Elidis Phliaſij legendum? videant peritiores. Sunt enim Phliaſij (gentile à Phlius) in Elide. teſte Plinio.

ELISSA, vide ELISSVS.

ELISSVNS ἐλισσοῦς, Arcadiæ vrbs, à Lacedæmoniis direpta, vt habent Plethon, & Diodorus 16. ELISSVS eſt apud Pauſaniam. vnde Eliſſus oritur fluuius.



ELISSVS ἔλισσος, Sicyoniæ fluuius, Pauſaniæ. Elidis etiam qui & ELISSA, in Alpheum cadens, & Megalopolim regionem irrigans. Strabo, Pauſanias, & Theocritus. Vide ILLVSSVNS, & ILLISSVS.

ELISTRVS ἔλιστρος, nomen loci, cuius epiſcopus Martyrius. Epheſinum concil. in eodem alio loco ILISTRVS & ILLISTRVS legi, annotauit F. Sylburgius.

ELISYCI ἐλίσυκοι Ligurum gens, Stephano, ex Hecatæo. item Herodoto. ſed ἐσιλύκοι legebatur in libri margine.

ELIVS ἔλιος, ſibi cognominem vrbem, in Taphiorum inſulis condidiſſe, auctor eſt Apollodorus 2. Deor.

ELIXOIA ἐλίξοια, inſula Hyperboreorum, minor quàm Sicilia. iuxta flumen Cerambycam. Stephanus ex Hecatæo. Huius deſcriptio extat quoque ex Hecatæo apud Diodorum lib. 2. vbi dicit inſulam valde fertilem; & in hac vrbem, lucum, & templum eſſe Apollini ſacrum, incoláſque ferè omnes Apollinis ſacerdotes. huicque vrbi Boreades præeſſe. Latonam hic natam fabulantur. Aſiaticam puto, in Scythico Oceano.

ELIXVS ἔλιξος, fluuius Cei inſulæ, apud Careſſum. Strab.

ELLA ἔλλη, fons quidam ſic dictus in Lucania, Straboni 6. qui ELEA Stephano. Vide VELIA.

ELLAS ἔλλας, Phthiotidis vrbs, Plinio. Theſſaliæ eſt Stephano. Cœleſyriæ vrbs quoque, apud eundem.

ELLEBORVS, fluuij nomen, vnde helleboro hodie nomen, quod ibidem prouenit: teſte Iſidoro. cui fortè hic helleboro opus. Herbæ enim nomen eſſe ſcio. fluuium qui ex eo faciat, alium noui neminem.

ELLESI, trans Bethabaram, patria Naum Prophetæ. Sic Dorotheus. ELLESÆVM ſeipſum vocat Naum. In Galilæa, eſt: teſte D. Hieronymo.

ELLESPORVS, vide HELORVS.

ELLI, vide DODONÆI.

ELLOMENVS ἐλλομενος, circa Leucadias inſulas locus. Thucydides 3.

ELLOPIA ἐλλοπία, Euboëæ locus. Stephano. ad Telethrium montem Straboni. CERINTHVS aliquando dictus fuit, auctor Euſtathius, β. Ιλιαδος. Eſt & regio circa Dodonem, eidem Stephano. cui quoque vrbs eſt iuxta Dolopiam: & regio iuxta Theſpias. HELLOPIÆ Aquæ calidæ, ſunt in Euboëa inſula; teſtibus Plinio & Solino. vide HELLOPES, & EVBOEA.

ELLOPIVM ἐλλόπιον, Stephano Ætoliæ opidum. ex Polybij 11. quem hodie minimè integrum habemus.

ELLVS ἔλλος, fluuius omnium maximus, qui in Hermum ſe exonerat. Herodotus 1. Sed HYLLVS ſuſpicatur legendum Paul. Leopardus.

ELMÆVS ἐλμαῖος, locus Cypri, apud Apollonium, in Mirabilibus, vbi lapis Caryſtius frequens,

ELMANTICA, vide SALMANTICA.

ELMELECH, Paleſtinæ locus. Ioſue 19.

ELMETE Silua, in inſula Britannica. Beda.

ELMON, vide ALMON.

ELMON-DEBLATHAIM, locus manſionis in deſerto. Num. 33.

ELNA, Galliæ fluuius, circa Boloniam. S. Audomari vita.

ELNONE, vide ELVONENSE.

ELOM, & ELON, vide HELON, & AHIALON.

ELON, locus duorum dierum à Hieroſolyma. Ioſippus. Vide HELON.

ELONE ἠλώνη, Straboni Perrhebiæ vrbs ſub Olympo iacens, non procul ab Eurota flumine, in Macedonia: quam mutato nomine LEIMONE λειμώνη, dici ſcribit.

ELONGOSINE, locus editus, circa Tigridis amnis fontes, Plinio, & Solino. In Armenia Maiori ergo.

ELORONENSIVM ciuitatem, habet Libellus prouinciarum, in Nouempopulana prouincia Aquitaniæ. ILVRO Antonini eſt; & OLORONENSIS ciuitas Sidonio: Olorino hodie dicitur, teſte Scaligero in ſuis Auſonianis lectionibus. Oloron Cœnali. OLORENSIS Epiſcopi meminit concilium Aurelianum V. pro Oloronenſis fortè.

ELORVM, Siciliæ flumen eſt, Stephano, & Plinio aucto-

gibus. ELORVS Vibio. Hunc Fazellus Abyſo vocari, vbi in mare illabitur; ſed antea in mediterraneis Acellari nomen habere tradit.

ELORVS ἔλωρος, Ptolemæo, Vibio, Plinio, Stephano & Apollodoro, Siciliæ mediterranea vrbs eſt. HELORVS eſt apud Silium Modica nominat eam Niger: Sed Sta in pace, Fazellus. Straboni Elorus Macedoniæ vrbs eſt. Vide ELORVM, HELORVS, & CHLORVS.

ELOS, vide HELOS.

ELOTH, vide AHYLAM.

ELPENORIS Tumulus, in Circaiis. Plinius 15. cap. 29. & Theophraſtus de Plantis 5. cap 9. Huius veſtigia nomenq; hactenus exſtare puto apud opidum S. Felicis.

ELPIA ἔλπια, Dauniæ vrbs, à Rhodienſibus condita: Stephano. ex Strabonis 14.

ELPIDIS, vide SPEI.

ELPIVS ἔλπιος, Græciæ fluuius, circa Tempe. Zonaras. Pro Peneio puto, corruptè.

ELPRANCI, vitioſè forte, pro ET FRANCI. diuiſim. ſic mecum poſtea ſenſit doctiſſimus M. Velſerus. Vide CHAMAVI.

ELSTE, locus in meditullio Batuæ inſulæ (Batauiæ olim) quæ Rheni fluminis alueo vndique circumcingitur. In vita S. Worofridi.

ELTERIVM, Alter hodie dici putat D. Iacobus Delgadus. Antoninus eius meminit. vide ABELTERIVM.

ELTHECA, vide HELTECO.

ELVA, vide ILVA.

ELVETII, vide HELVETII.

ELVI, vide HELVII.

ELVIA ἐλυία, Paphlagoniæ vrbs, Ptolemæo.

ELVICORVM, vide AVENTICVM.

ELVLII ἠλύλιοι, Mauritaniæ Cæſarienſis gens, apud Ptolemæum.

ELVONENSE monaſterium, hodie S. Amandi eſt, ad Scaldim fluuium, vt videtur in vita S. Popponis, apud Surium. ELNONENSE legunt alij, & rectius. nam HELNO eius eſt nomen: inter Tornacum & Valentianas, ad Scarpam fluuium.

ELVRI Populi, quorum rex Gœtas; ſunt apud Cedrenum. Sed HERVLOS interpretatur Xylander. ÆLVRI ſunt Zonaræ.

ELVRIS Epiſcopatus, ſub ſede Rubba Moabitarum. Guil. Tyrius.

ELVZA, Narbonenſis Galliæ vrbs, Claudiano, Sulpitio, & Ammiano 15. ELVSO corruptè apud Paulinum, ad Seuerum. HELVSANOS nouit Sidonius 7. Epiſtolar. ad Baſilium. ELVSATIVM ciuitatem habet lib. Dignitatum, pro quo ELLOSATICVM legit alius codex, mendoſè. & ELOSARICVM Cœnalis, qui Laiſcure nouo nomine interpretatur. Elſa à Scaligero Hæc ELVSA etiam nominatur in III. ſcheda Peutingeriana nondum edita, at mihi à nobili doctoq; M. Velſero communicata, vbi in eiuſdem II. ſcheda edita CLVSA corruptè legebatur. vide FLVSTATES. ELVSA quoque Idumææ opidum, Ptolemæo. Huius meminit & D. Hieronym. in Hilarione. Palæſtine II. eſt in concil. Chalced. in alijs Palæſtinæ I. vide ELVT.

ELVSABERRIS, Auſciorum vrbs in Galliæ Aquitanica, Pomponio. Vox mihi ſuſpecta. Vetuſtiores codices Eliumberrum, & Heliumberrum legunt. æquè mihi incognita.

ELVSATES, vide ELVSA, & FLVSTATES.

ELVT, ſiue ELVS, cuius in Sacris memoria eſt; ELVSA ἔλουσα, à Ptolemæo vocari, docet Goropius. Idumææ vrbs eſt.

ELYANENSIS Balnei, in Africa, memoria eſt in Hiſtor. Miſcellæ 15. vbi Olympius Arrianus combuſtus.

ELYDNA ἔλυδνα, Ptolemæo. CELYDNA Latinis codicibus, Indiæ extra Gangem vrbs.

ELYMA ἔλυμα Ptolemæo Elymiotarum Macedoniæ regionis opidum, in mediterraneis, quod Cannina hodie à Sophino nuncupatur. Siciliæ vrbs, ab Aenea condita, vt Halicarnaſſeus, & Thucydides tradunt. Hodie Alymite, vel Palymite vocatur, vt Fazellus ſcribit. vide ELIMBA.



ELYMÆ ἐλύμαι, Aſſyriæ regio, verſus Perſidem, Stephano. ELYMAIS apud Plinium tractus Perſiæ eſt, inter ſinum Perſicum & Mediam. ELYMÆAM Regionem habet Aelianus, vbi Adonidis templum, & in eo manſueti leones. vide ERIOCH.

ELYMÆI ἐλυμαῖοι, gens eſt inter Hyrcaniam & Bactrianam, Iulio Polluci, cuius canes laudat. etiam vulpes deſcribit, lib. 5. cap. 5. & 12. An gentile ab Elymæa Aeliani? Alios ELYMÆOS habet 6. Annal. Tacitus: circa Armeniam. Circa Suſianam Perſidis, Strabo. vide PERSIA.

ELYMAIS, vide ELIMÆ, ELDIMÆI, & PERSEPOLIS.

ELYMIA ἐλυμία, Peloponneſi vrbs, circa Mantineam & Orchomenon. Xenophon 6. Græcor.

ELYMIOTÆ ἐλυμιῶται, Macedoniæ populi, Ptolemæo. Placani hodie eorum regio vocatur, vt Caſtaldus perhibet. vide ELIMIOTÆ.

ELYMNIVM ἐλύμνιον, Euboëæ inſula. Heſychius. quæ & ELYMNIA. Stephanus. Athi montis vrbs, eſt apud Heraclidem in Politiis. ex qua incolæ à muribus pulſi.

ELYRA ἐλύρα, Indici maris inſula, vbi oſtreæ margaritiferæ. Tzetza in variis, numero 375.

ELYRVS ἔλυρος, Cretæ vrbs, Pauſaniæ, & Stephano. Eandem cum OLERO putauerim.

ELYSA. vide ELVSA.

ELYSII, Germaniæ populi, Tacito. Lauſnitz Petro Nieuemontio. In Alſen, inſula Danica ſic dicta hos eſſe, credit And. Velleius.

ELYSIVS ἠλύσιος, Campus ab Homero celebratus eſt in inſulis Atlanticis duabus; vt refert Plutarchus in Sertorio. apud eundem in libello de facie orbis Lunæ, eſt Elyſius campus, parte Lunæ cælo obuerſæ. Locus apud inferos: Virg. 6. Aeneid. Heſychio in Paradiſo eſt, vel etiam circa Aegyptum, aut Lesbon. Templum eſt Suidæ, in Aegypto. Huc referendum quod habet Dion Pruſæus in Oratione Troiana. Suidæ eſt quoque circa Leſoum; Lesbon malo legere: ſuffragantibus Heſychio & Phauorino. Variorum antiquorum de Elyſio ſententias vide apud Natalem 3. Mytholog. ELYSIVS Siculis de fontibus exilis amnis. ſic Seneca 3. Naturalium. ex quo Siciliæ fluuius videtur. Sed ELEVS legit Pintianus: intelligitq; Alpheũ Elidis fluuium. Vide HELICON.

EMA, Guil. Tyrio eſt in Palæſtina opidum. Vide ÆMONIA.

EMANATIONIS Aqua, meminit Dorotheus, in Ezechiele.

EMANICI, vide CALENSIBVS.

EMAON, vide IMAVS.

EMASICYTVS, vide MASICYTVS.

EMATE, Pannoniæ vrbs, inter Sirmium & Salonas, Antonino. ÆMATE legit Aldus.

EMATH, cuius in Sacris litteris mentio eſt, D. Hieronymus in Magnam & Paruam diſtinguit. MAGNAM Antiochiam Syriæ: & PARVAM Epiphaniam interpretatur. Matth. Beroaldus verò huius ſententiam reiicit, amplectiturq; Ziegleri, qui ITVRÆAM ex eo facit. ἡμάθ, locus deſerti vbi Iſraëlitæ manſere; Exod. 13. CHAMATH pro eo legit Pagninus. EMATH SVNA, vide BÆSOBA.

EMATHIA, quæ nunc dicitur, inquit Liuius 40. quondam appellata PÆONIA eſt. Macedoniæ regio. Eadem ferè Plinius 4. cap 10. Macedoniam EMATHIAM cognominatam, tradit Trogus 7. & Pæoniam Macedoniæ portionem dicit. Macedonis oram EMATHIAM appellari, ſcribit Gellius 14. cap. 6. Hodie Pitiotidia vocari, ſcribit Lazius. Ptolemæo cui etiam (vt hoc parergicῶs dicam) MATIA ματία, eſt huic Emathiæ vicina regio, in qua Europum vrbem habet: quam alij perperam ſub Emathia deſcribunt. Latini codices huius Matiæ non meminere. EMATHIOTIS Regionis Macedoniæ, meminit Ariſtoteles in Admirandis, vbi ſues ſolidis vngulis. vide MACEDONIA, OESYMA, & THESSALONICA.

EMATHOES, vide PYLVS.

EMBATON ἔμβατον, Erythrææ locus in Aſia, Thucydidi. & ex eo, Stephano. Non procul à Chio, vt Winſemius habet in ſuo Thucydide. Polyenus 3. huius quoque meminit.



EMBLONITVRNA, (locus fortè in Africa Propria.) Euodius Epiſcopus Vzalenſis huius meminit.

EMBLONIVS, & DIOCLÆVS, montium nomina: Oppiano de Venatione. Libanus autem, & Antilibanus mauult legere Brodæus.

EMBOLÆA, vide EBLÆA.

EMBOLIMA, Indiæ vrbs: Q. Curtio 8. Vetuſtior codex legebat ECHOLIMA. Modius ECBOLIMA. Prior lectio magis placet. ἐμβόλιμα nouit enim Ptolemæus, & Arrianus 4. Alex. in Indiis, haud procul ab Aorno petra.

EMBOLVM ἔμβολον, vicus in Arabia Felici, Ptolemæo. APELONE Plinij putauerim. Locus in Lycia eſt, Pindaro, è regione Rhodi. Lonicerus huius Commentator ſcribit templum ſic dictum, à forma. quod poſtea TRIERIS nominabatur.

EMBOLVS, vide AMBENVS.

EMEA ἔμεια, locus prope Mycenas. Suidas.

EMENIVM, vide ÆMINIVM.

EMERITA, vide AVGVSTA, & AVENTICVM.

EMESA, & EMISA, vide EMISSA, & HEMASA.

EMET Saracenicum, locum ſic dictum, habet Cedrenus: ad quem Oreſtes venit. Idem cum AMIDA, opinor.

EMETHSAN, opidum Syriæ, lib. 22 Hiſtoriæ Miſcellæ.

EMEVM opidum Æthiopiæ ſub Ægypto. Plinius.

EMIA, vide EMEA.

EMICASVS, Theſſaliæ fluuius, in Apidanum ſe euoluens. Vibius: in verbo Apidanus, Vocem deprauatam puto.

EMICYNES, vide HEMICYNES.

EMIN, Geneſ. 14. EMMÆI in Saue ciuitate, ſunt 70. interpretib. Palæſtinæ populi.

EMINENTIANI Epiſcopi, in Mauritania Sitiphenſi: meminit Fragmentum M.S. Vict. Uticenſ.

EMINENTIOR ἐξοχή, locus, Albionis inſulæ, in latere Orientali, Ptolemæo, Eaſton neſſe. hodie.

EMINIVM, vide ÆMINIVM.

EMISCHABALES, Arabiæ Felicis fons apud Agacturos, Plinio.

EMISA, vide EMISSA.

EMISSA ἔμισσα, Ptolemæo & Ammiano: Apamenæ in Syria vrbs eſt. ἐμέσα Herodiano & Iuliano Apoſtatæ, in Cæſaribus. ἔμισα Stephano. HEMESA Plinio. cui & HEMISENI ſunt. ἐμισηνῶν apud Goltzium, ex nummis. Coloniam Romanam facit ex Vlpiano Onuphrius. Vitriacus, & Niger Camala vocat. Bellonius ſcribit Turcis Haman, & Arabibus Hamſa dici. Ioannes Lydus ait à Saracenis Chemps χέμψ, vocari. EMISA Phœniciæ, eſt apud Euſebium, Eccl. Hiſt. 9. cap. 5. vide HEMASA & HYMNAS.

EMMA, vide MAON.

EMMAEI, vide EMIN.

EMMAVS ἐμμαοῦς, Palæſtinæ opidum eſt Joſepho 17. Antiq. cap. 12. Ptolemæo, quod quoque NICOPOLIS, teſte D. Hieronymo. Hodie adhuc Nicopol nominari tradit Poſtellus. Gotz ab Arabibus & Turcis, vt ait Rawolfius. Aliam ab hac EMMAVNTEM, non longè à Tiberiade, videtur habere Ioſephus 18. Antiq. 3. Eadem AMMAVS vocatur ab eodẽ 4. Bel. Jud. cap. 1. Vtrumq; Aquas calidas ſignificare addit.

EMNI ἔμνοι, Taprobanæ gens. Ptolemæus. SEMNI interpretibus.

EMODA, vide EVMEDA.

EMODVS, vel vt Ptolemæus, HEMODVS, ἤμωδος, Aſiæ mons. Moghali Caſtaldo: A Iudæis Iethra, à Mengrelianis Bereſith nominari dicit Theuetus. vide TAVRVS.

EMONA, vide ÆMONIA.

EMONIAM habet Mercator Scotiæ Orientalis inſulam, quam Maid vocat.

EMORÆI, vide AMORRÆI.

EMPANENSIS Synodus quintadecima citatur in Decretorum 1. Diſtinctione 16. EVPANENSE eſt Decret. 2. Cauſa 11. Locus in Gallia, vide EPAVNENSE.



EMPELATHRA ἐμπελάθρα, Ptol. vrbs Indiæ intra Gangẽ.

EMPERESIVM ἐμπερέσιον, circa Euripum, promontorium. Dicearchus.

EMPHRON, vide RAPHON.

EMPORIÆ ἐμπορίαι, Tarraconenſis Hiſpaniæ, Indigetorum, maritimum opidum, Polybio 3. & Ptolemæo. EMPORIVM nominat Stephanus: & Galliæ tribuit. Ampurias vocant Cluſius, & Tarapha. Emporienſes prius inſulam oppoſitam habitaſſe quam PALEAPOLIM παλαιαπόλις, vocabant, ſcribit Strabo. Nebriſſenſis tradit à Strabone quoque DIOPOLIM nominari, ſed malè, quem errorem detexit primum Xylander, in ſuo Strabone Latino. Liuius 34. triplicem facit, vnam quam Græci Phocenſes, alteram quam Hiſpani habebant: tertiam Romani coloni, à D. Julio adiecti.

EMPORIA ſunt loca Syrtibus propinqua: ſic propter fertilitatem regionis appellata; vt refert Polybius 3. & Liuius 29. qui nominat ea Punica Emporia. Idem lib. 34. ſcribit regionem ſic vocari, quæ eſt in ora Syrtis Maioris: comprehendereq; vnicam vrbem Leptin.

EMPORICVS Sinus, ἐμπορικός, Oceani Atlantici, à Ptolemæo & Strabone in Mauritania deſcribitur: à Plinio videtur SAGVTI vocari.

EMPORIVM, Caſtellum eſt Liuio, propè Placentiam, magno opere munitum. Mar. Niger dubitat num hodie Pontonudo vocetur. ἐμπόριον, nauale vrbis Medamæ eſt, in Locris, Italiæ: prope Metaurum fluuium, Straboni. cui quoque locus eſt iuxta Alexandriam Ægypti. Vrbs eſt Stephano, in Macedonia: in Campania: & in Sicilia. Horum ἐμπορειτῶν meminit quoque Goltzius. EMPORIO Tiberi adiecto. ſic Liuius 35. & 41. extra portam Trigeminam. Vide EMPORIÆ, & TANAIS.

EMPVLVM eo anno ex Tiburtibus haud memorando certamine captum. Sic Liuius 7. S. Elpidio, in Piceno putat Franciſc. Pamphilus. quod quandoque Clauello vocatum addit.

ENABASI, vide NABASI.

ENAGORA, inſula circa Cyprum, alicubi, Plinio.

ENAKIM, vide MORASTHI.

ENAMIÆ, CHESLOEMI, CHEPHTHOMI, LABIMI, LVMÆI, NETHIMI, PHÆTHROSIMI, Africæ populi. Joſepho 1. cap. 7. quos bello Æthiopico exſtirpatos addit.

ENAN ἐναν, nomen loci, Geneſ. 38. vt legunt 70. interpretes. HENAIM Pagnino eſt. Vide ANEM.

ENAVLVS ἔναυλος, fluuius, de quo apud Orpheum hæc: Plana quoque Anchialos & aquis præſalſus Enaulus. Qui rapido vaſtis ſtrepitum dat flumine terris. Circa Pelaſgicum Sinum eſt. An pro Anaurus? ſic putauerim.

ENAVM, locus in Palæſtina. Ioſue 15.

ENCALEVS ἐγκάλεος, mons è regione Salaminæ. Ioannes Tzetza Chiliade 1. numero 32.

ENCHELEÆ ἐγχελέαι, Plinio & Stephano ſunt Illyrij populi. Eteſciam vocat Pinetus. ENGELANES ἐγγελάνες, ijdem dicuntur eidem Stephano. ENCHELII ſunt Straboni. Horum vrbes Harmoniæ monumentum, & Cadmi turrim, habet Apollonius 4. Argonauticorum. CYLICES vocantur ab Athenæo.

ENCHELANÆ ἐγχελάναι, Polybio 5. Macedoniæ vrbs eſt, circa Lychnidum paludem.

ENCLEVS ἐγκλέος, Bœotiæ vrbs. Steph. in verbo ἐλευθέραι.

ENCHELII, vide ENCHELEÆ.

ENDERA ἔνδερα, Gymnetarum domicilium in Æthiopia ſub Ægypto. Strabo.

ENDERVM ἔνδερον, Dalmatiæ opidum, Ptolemæo. Drineſto, Nigro eſt. ENDERYDINI ſunt apud Pliniũ. ſed Endero & Drineſto duo ſunt opida in tabula Græciæ Caſtaldi, longè inter ſe diſtantes.

ENDIDEIVM, Rhætiæ vrbs eſt, Antonino. huic Simlerus Neumarckt nomen aſſignat.

ENDIGETI ἐνδίγετοι, Tarraconenſis Hiſpaniæ populi, Ptolemæo. INDIGETI legunt interpretes. ſic quoque Auienus. Ινδικῆται, ſunt Stephano. apud quos Indica vrbs.

ENDOR *locus. Ioſue 17. 1. Samuel. 28.*

ENDRIVS, *vide* HERBESVS.

ENEA ἐνεα, *pagus circa Troadem alicubi, eſt Scepſio, apud Strabonem.*

ENESTEDORVM ἐνεστηδων, *ſinus Illyricus; Stephano. in quo Anchialaciuitas, & Scheria; Suidæ. Circa Epyrum videtur, ex Procopio 3. Gothicor.*

ENETENENSES, *vide* ETENENSES.

ENETI ἐνετοι, *Paphlagonum populi, Stephano. Iidem cum Henetis. Et* ENETVS *ciuitas, vnde Myrmex philoſophus eidem. Hæc* HENETVS *Solino.*

ENGADA ἐγγάδα, *magnus vicus, iuxta Sodomam, Stephano. Ptolemæus huius etiam meminit in Iudæa.* ENGADDA *Plinij eſt.* ἐγγαδδὶ, *in Sacris litteris, & Ioſepho, Antiq. 9. &* D. Hieronymo. *qui addit* HAZAZONTHAMAR *Hebræis eſſe. Trecentis ſtadiis à Ieroſolymis abeſt, teſte Ioſepho.*

ENGALIM *Palæſtinæ locus. Ezech. 47.*

ENGANIM, *Paleſtinæ locus. Ioſue 15. 19, 22. Sed plurium opidorum nomen eſſe, docet Maſius, ad eundẽ Ioſuam.*

ENGELAIN ἐγγελαὶν, *deſertum vbi Saul latitabat. Ioſephus Antiq. 6. cap. 14.*

ENGELANES, *vide* ENCHELEÆ.

ENGERIACVM *palatium, ad Vultonnam fluuium Galliæ: vti legitur in hiſtoria reuelationis capitis D. Ioannis, quæ in D. Cypriani operibus exſtat.* Angely, *vel* S. Ian d'Angely, *vt vulgo vocant.* ANGERIACVM *per* A. *in prima etiam ſcribitur.*

ENGOLISMA, *Galliæ vrbs, apud Gregorium Turonenſ. in vita S. Eparchij. Alij* EQVOSILINA *corruptè legunt, in eiuſdem vita.* Angoleſme *hodie.* EGOLISMA, *eſt in lib. Prouinciar. Vide* ICVLISMA.

ENGVINI, *vide* ENGYVM.

ENGYVM ἔγγυον, *Siciliæ vrbs, Ptolemæo, & Diodoro 4.* ENGVINOS ἐγγυῖοι *populos habet Plinius, Phalaris, & Cicero in Verrem.* Gange *hodie nominari putat Aretius.* ENGYVM *fons quoque dicitur, qui vrbem præterfluit, teſte Diodoro. Engyon vrbs Diodori, cuius & Plutarchus meminit, alia eſt à Ptolemæi. Vide* VLYSSIS *Portus.*

ENIANDOS, *vide* EPIPHANIA.

ENIANVM, *vide* LARTHENIANVM.

ENICONIÆ, *vide* BLESINA.

ENIENSES ἐνιῆνες *Græciæ populi, apud Herodotum 7. Apud quos Sperchius fluuius oritur.* ÆNIANI *apud alios.*

ENINGIA *Plinij, regio Europæ Septentrionalior.* Fünlandt *Zieglero, & Ioanni Gotho.*

ENIOCHI, *vide* HENIOCHI.

ENIPEVS ἐνιπεὺς, *Peloponneſi fluuius, qui in Alpheum exit. vti ſcribit Strabo.* ENIPHEVS *per* φ *legendum contendit omnino Caſaubonus.* ἐλιπεὺς *per* λ *legit quoque Heſychius. Macedoniæ, ſiue Theſſaliæ exiguus fluuiolus, ex Olympo monte defluens: Liuio, Appiano, Thucydidi, Straboni, Lucano, & Vibio. Theuetus hunc* Pharib *indigetat: ſuo more & errore. pro Pharibo nempe Ptolemæi, alio ab hoc. Caſaubonus ad 8. Strabonis annotauit pro hoc Enipeo,* ENISEVM *legendum, ex Euſtathio, vt addit. Enipeum hunc circa Phylleium montem cum Epidano confluere, ſcribit Apollonius 1.*

ENIPHEVS, *vide* ENIPEVS.

ENIPI *Natio, Africæ Interioris: à Corn. Balbo expugnata. Plinius.*

ENIPPE, *vide* AGANIPPE.

ENISECA, *Liguriæ riuus. In ænea tabula antiquiſſima, Genuæ.*

ENISEVS, *vide* ENIPEVS.

ENISIPPA, *Maris Libyci inſula, Aegypto adiacens.* Iſola de Colambi, *Gerar. Mercatori. Ptolemæus eius meminit. ſed* ÆNESIPPA αἰνήσιππα, *habent Græci codices. Strabo* ÆNESIPASTA αἰνησίπαστα *legit.*

ENISPE ἐνίσπη, *Arcadiæ vrbs, Plinio, Pauſaniæ, & Senecæ in Troade tragœdia. Stephanus ſcribit eam nonnullos Clitoriæ, alios Phocidi adſcribere. vide* RHIPE.



ENISIS, *Siciliæ fluuius eſt, Aretio, & Fazello, quem hodie* Niſi *appellari ſcribit. Vetuſti vocabuli neſcio quis auctor eſt, etſi Thucydidi hoc tribuat Fazellus.*

ENISTRATVS, *circa Galatiam vicus. Metaphraſti, in vita S. Theodori Archimandritæ.*

ENNA ἔννα, *Siciliæ mediterranea vrbs, & inſulæ vmbilicus, Liuio, & Ptolemæo. cum afflatu* HENNA *Frontino.* ENNENSES *Plinio.* Anna, *caſtellum hodie, vel* Caſtro Ioanni, *Leandro; Fazello, & Aretio.* ENNENSE *Nemus inde, apud Arnobium 5.* ENNA *etiam Atticæ gens: ſi creditur Scholiaſti Callimachi in Cererem.*

ENNEACRVNOS ἐννεάκρουνος, *Atticæ fons eſt Plinio. ſiue Athenienſium vrbs, vt tradit Pauſanias. Hic etiam* CALLIRRHOE *à Papinio vocari videtur, eo verſu: Et quos Callirhoë nouies errantibus vndis. vt annotauit Hermolaus. Sed omnino eundem eſſe, ex Thucydide luce clarius eſt: vbi ſcribit Callirrhoen* καλλιρρόη *quondam, ſed poſtea à tyrannis reparatam, Enneacrunon dictam, id eſt, fiſtulæ, vel ſalientes nouem. Tzetza Chiliade 80. numero 148. dicit Calliroe (ſic enim is legit, cum Thucydide, ſimplici* R*) antea Enneacrunon dictum. Idem Suidas qui eum alio in loco etiam* DODECACRVNON *vocat à duodecim fiſtulis. Plinius tamen lib. 5. cap. 7. duos videtur facere, cùm inquit: In Attica fontes Cephiſſia, Larine, Callirrhoe, & Enneacrunos.*

ENNEACYCLVS ἐννεά κυκλος, *locus eſt Thraciæ, Colutho Thebæo.*

ENNEATYRSESIN ἐννέα πυργοις, *id eſt, nouem turres; locum in Sicilia ſic vocat Diodorus 11. vbi Gelo rex ſepultus fuit. Ducenta ſtadia à Syracuſis.*

ENNESIA, *vide* ÆTNA.

ENNOM ἐννὸμ, *Vallis, Ioſue 15.* GEHENNON *legit D. Hieronymus. Idem cum* BENEHENNON *puto.*

ENOCH ἐνωχ, *ciuitas à Caino extructa. Geneſ 4.* ENOSA ἐνώσα, *eſt apud Ioſephum. Circa Libanum fuiſſe, ſcribit Pſeudoberoſus. &* ENOS *vocat. In Indiam ponit Iſidorus.*

ENOECADLOÆ, *gens quæ Hylæam regionem habitat in Sarmatia Europæa. Plinius.*

ENONA, *vide* AEMONA.

ENOPE ἐνόπη, *Meſſeniæ vrbs. Stephanus: ex Homero. Vide* GERENIA.

ENOPHITÆ, *loci in Græcia nomen habetur, apud Platonem in Menexeno.*

ENORCHOMENIORVM Ἐνορχομενίων *politiam, Ariſtotelis, citat ex 10. Iulij Pollucis Caſaubonus, ad Laërtium.* ORCHOMENIORVM *ego malo.*

ENOSA, *vide* ENOCH.

ENOSIS *inſula, à Sulſenſi portu Sardiniæ. Plinius.* S. Pierro *à Pineto interpretatur.*

ENOTOCOETI, *vide* SATMALI.

ENSEMES, *vide* SOLIS *Fons.*

ENTELIA, *vide* ANTELIA.

ENTELLA ἐντέλλα, *Liguriæ fluuius, Ptolemæo.* Lauagna *Auguſtino Iuſtiniano, & Leandro. Etiam Siciliæ vrbs apud eundem; & Diodorum 14. item Silium 14. Idem Stephano; ſed ſingulari* L. *Iſacius in Lycophronem eandem* ATALLAM, *& alio in loco* ἀτάλαν *ſimplici* λ. *ſcribit. quam Leander* Miranda *nominat. ſed Aretius* Caſtel Vetrano. *Vrbem interijſſe, ſed locum nomen retinere ſcribit Fazellus.*

ENTHESCVM, *vide* THESCVM.

ENTRIBÆ ἐντριβαὶ, *Thracica gens, apud Stephanum, ex Hecatæi Europa.*

ENYDRA ἔνυδρα, *Caſſiotidis in Syria vrbs, Straboni.*

EOA ἑῶα, *Ptolemæo Africæ Propriæ vrbs. Mela habet* OEA. *Plinius* OEENSEM *Ciuitatem legit.* OEENSES *populi Solino ſunt.* Lepide *Marmolio appellatur. Vide* TRIPOLIS.

EODANDA, *inſula Arabiæ Felicis, circa Orientem, Plinio.*

EODOA, *vide* PAROPAMISVS.

EOE ἠὼν, *vrbis nomen, apud Phauorinum.*

EON ἐὼν, *ciuitas Thraciæ: Iſacio, ex Lycophrone. Mendæorũ coloniam facit eam Etymologicon. Corruptè pro* EION.

EONES



EONES ἠόνας *Tauroſcytharum locus, ad Pontum Euxinum. Arriani Periplus.*

EORDÆ Ἐορδαῖαι, *apud Stephanum ſunt duæ Mygdoniæ regiones. Et aliæ duæ, quarum vnam in Thracia: alteram in Iberia ponit.* EORDETAS *populos Macedoniæ, habet Ptolemæus. ſed alij hi fortaſſè à Plinij, qui comprehenduntur ſub Aemathia Ptolemæi. Idem Plinius deſcribit quoque* HEORDENSES *Pæoniæ, in Macedonia.* EORDI *item locus Macedoniæ, apud Strabonem: interprete Xylandro, pro quo Græcè* λεορδοι *legitur. Hoc vocabulum variè ſcribitur apud auctores. Lycophron enim per* ω. *& idem Eordi & Eordij per o micron habet. ſic quoque Herodotus.* HEORDÆ *legunt Liuius, & Plinius.* EORDIA ἐορδία *pro regione etiam habet Thucydydes 2.*

EORDAICVS ἐορδαϊκος, *Macedoniæ fluuius, Arriano in Alexandro.*

EORDIA, *vide* EORDÆÆ.

EORITÆ ἐωρῖται, *Arachoſiæ gens, Ptolemæo.*

EORTA ἔορτα, *apud Ptolemæum,* HEORTA *apud eius interpretes. vrbs Indiæ extra Gangem.*

EOS, *mons Ægypti, circa Myosbormon. Plinius.*

EOVS *Oceanus eſt Plinio, & Melæ; qui* ORIENTALIS *Oroſio;* INDICVS *Dionyſio. Hic Aſiam ab Oriente adluit. Hunc patrum noſtrorum memoria Magellanus primum nauigauit, &* Pacificum *nominauit. Vulgus autem Hiſpanicum* Mar del Zur *appellat.*

EPACONIVS *fluuius, Antonino, in Aſturia. Vide* ERACONIVM.

EPACRIA ἐπάκρια, *Attica vrbs. Strabo, & Stephanus.*

EPAGERITÆ, *Sarmatarum populi, à tergo Heniochis, apud Plinium.*

EPAGRIS, *vide* ANDROS.

EPAMANDVODVRVM, *Galliæ Belgicæ opidum, Antonino. circa Burgundiæ comitatum videtur. Video qui illud medio itinere inter Veſentionem & Clarauallem locat. Mihi tamen* Mimpelgart, *vel vt Galli pronunciant,* Montbeliart *videtur.*

EPANTERII, *Itala gens; cum qua bellum geſſiſſe Ligures, ſcribit Liuius 28.*

EPARDVS ἔπαρδος, *fluuius qui per Mardorum regionem fluit, Arriano Alexandri 4. In Hyrcania puto.*

EPARIS, *vide* EPARITÆ.

EPARITÆ ἐπαρῖται *gens Arcadica. Stephanus. Horum meminit Xenophon, 7. Græcor.* EPARIS *eorum ciuitas, eidem Stephano.*

EPAVNENSE *concilium, habitum ſub Gelaſio 1. Papa, & Sigiſmundo rege. vbi ſit, ignorat etiã is qui illud edidit, Surius; in ſuo Conciliorum opere. Circa Galliam Narbonenſem aut Aquitanicam eſſe, colligo ex Epiſcopis qui illi interfuere, qui omnes huius tractus videntur. Aut hallucinor, aut eſt* APAMIA, *cuius meminit Platina in Bonifacio* VIII. *quæ teſte Maſſono ſita eſt ad Aurigeram amnem, cis Pyrenæos montes, ſub diœceſi Toloſana. Vulgo* Pamies *&* Pamiers *vocari puto.* EMPANA *eadem quoque alibi nominari conijcio. Cæſar Baronius in Martyrologio* PAMIA *vocat. vide* EMPANENSIS.

EPEBRODVNVM, *vide* EBRODVNTII.

EPEI, *Echinadũ incolæ nominabantur. Varinus. vide* ELEI.

EPEIACVM, *vide* EPIACVM.

EPEII, *vide* EPII.

EPEIRVS *Aſiatica, eſt apud Æſchylum, in Prometheo.*

EPENIVM ἐπηνειων, *emporium vrbis Pergæ, in Pamphilia. Procop. Ædif. 5.* ἐπίνειον *fortè per* I. *quod ſonat nauale.*

EPETIVM ἐπέτιον, *Ptolemæo Illyridis opidum.* Spezze *vocatur Sophiano, hodie. Plinius* EPETINOS *vocat, & inſulares facit.*

EPHER *terra, circa Syriam eſt; 3. Reg. 4.* ὀφὲρ *habent 70. interp.*

EPHESIA ἐφεσια, *vide* CRETINEA.

EPHESIORVM *Portum, deſcribit ad Boſporum Thracium, à latere Aſiatico; ex Dionyſio P. Gyllius; qui hodie eum* Aphoſiatin *appellari addit.*



EPHESVS ἔφεσος, *Ioniæ regionis Aſiaticæ vrbs nobilis, & Dianæ templo, inter ſeptem mundi miracula numerato, clara. Hæc Plinio auctore, item Stephano, olim quoque* SMYRNA σμύρνα, *cognomine* TRACHEA, SAMORNION σάμορνα, *&* σάμορνος; PTELEA πτελεὴς, ORTYGIA ὀρτυγία, MORGES, *&* ALOPES *vocata fuit.* TRICHIA τραχία, *etiam Stephano. Apud Strabonem quoque* SMYRNA. ARSINOE ἀρσινόη, *&* SISYBRA σισύβρα, *dicitur.* Fiena *hodie dici* Caſtaldus *ſcribit. Sophianus eam* Epheſo *adhuc appellari ait.* EPHESVS, *Nili quoque inſula, apud Stephanum.*

EPHESTIENSIS *Epiſcopi, in Myſia Europæa, meminit Concilium Nicenum. Pro* HEPHÆSTIENSIS *fortè.*

EPHIALTEVM ἐφιαλτειον, *Carpathi inſulæ promontorium. Ptolemæus.*

EPHITISA, *vide* CISAMVS.

EPHRA, *locus terræ Chanaam. Iudicum 6. & 8.*

EPHRAIM *mons; Iudicum 4.* Gibel Eſna *apud Giſtellium vocatur. Sed & vrbis nomen eſt Ioſua 19. quæ* Hapharcan, *teſte Maſio.*

EPHRATA, *vide* BETHLEHEM.

EPHRON *ager, iuxta Mambre, Geneſ. 23. Vrbs munita: 2. Machab. 12. Vide* NEAPOLIS.

EPHTHALITÆ, *vide* ABDELÆ.

EPHYRA ἐφυρα, *Ætoliæ vrbs eſt apud Strabonem & Plinium. Vicum facit Stephanus. Idem huius nominis vrbem habet in Theſſalia: circa Cranonem. Stephanus quoque nominat circa Theſſaliam: Arcadiæ: & Italiæ, circa Campaniam. Inſulam quoque ſic dictam, non procul à Melo. Plinius deſcribit quoque inſulam Ephyram cũ opido, in ſinu Argolico. Apud Strabonem ſunt* EPHYRII *in Perrhæbis Macedoniæ. Eidem eſt etiam in Elide Peloponneſi vrbs. Idem pagum in agro Sicyonio, ad Selleiuntem fluuium; vt etiam habet Phauorinus in Lexico. Idem Strabo* EPHYRAM *habet iuxta Cyllenem montem. Item aliam in Theſprotia; & aliam in agro Corinthiaco. Vide* AGRÆI, CICHYRVS, CORINTHVS, CRANON, *&* OENOE.

EPIACVM ἐπειακον, *Brigantum opidum, in Albione inſula. Ptolemæus.* APIACVM ἀπιακον, *erat in M.S. codice.* Papcaſtle *Camdeno eſt.*

EPIBVLA, *vide* ATHLVLA.

EPICARIA ἐπικαρία, *Dalmatiæ vrbs, Ptolemæo.*

EPICÆRVS ἐπίκαιρος, *Iudææ in Paleſtina locus, Ptolemæo. Pro flumine habet And. Maſius ad 12. Ioſue. à quo putat Chaldæum* EPICÆREOS, *pro* MAACHATÆOS *nominaſſe ad hunc fluuium habitantes.*

EPICARVM, *vide* EPIDAVRVS.

EPICEPHESIA ἐπικηφησία, *Oenoidis tribus pars Steph.*

EPICNEMIDII, *vide* LOCRI.

EPICRENE, *Bœotiæ vrbs, Martiano Capellæ. Alia lectio,* EPIGRANEA, *&* EPIGIRANÆ.

EPICTETI ἐπίκτητοι, *quidam populi, qui definiunt Bithyniam ab Ortu. Strabo 12.*

EPICTETVS, *vide* PHRYGIA.

EPIDAMNVS ἐπίδαμνος, *Thucydidi Dalmatiæ aut Macedoniæ colonia, & opidum. propter inauſpicatum nomen à Romanis* DYRRACHIVM δυρράχιον, *appellatum fuiſſe, tradunt Liuius, Strabo, Plinius & Mela. Quibus aſſentitur quoque Dion. 41. ita tamen vt ſubdubitet num duo diuerſa ſint opida. Appianus autem 2. Ciuilium hoc planè adfirmat, ait enim Epidamnum paullum remotum à mari: Dyrrachium verò propè ipſum mare: (in peninſula teſte Strabone) Epidamniq; nauale eſſe dicit. additq; hoc falſo à quibuſdam Epidamnum dictum. Poſtea tamen ſic nominatum à Corcyrẽſibus, quod Dyrrachij nomen ominoſum habebatur. vetuſtam autem appellationem viciſſe, & Dyrrachij nomen manere. Diſcrepat à ceteris omnibus Appianus, hic namq; Dyrrachij nomen ominoſum, ceteri Epidamni faciunt. Hic nominis mutationem Corcyrenſibus, alij Romanis tribuunt.* Δυῤῥάχιον, *Ptolemæo eſt. Hodie vetus nomen obtinere videntur.* Durazzo *enim vrbs interior, &* Cabo Durazzo *maritima vocatur; in*

tabulis

tabulis geographicis recentioribus. Drazio legit Marius Niger. Errant qui Velona interpretantur.

EPIDAPHNE, vide ANTIOCHIA.

EPIDARVM, Cypri opidum, Plinio. Pitareuil hodie, vt refert Luſignanus.

EPIDAVRVS ἐπίδαυρος. Tres in Europa ſunt huius nominis vrbes, quarum vna in Dalmatia, alteræ duæ in Peloponneſo ſitæ ſunt. Vnam harũ Limeram cognominatam fuiſſe; alterutram quoque Peloponneſiacæ Æſculapij delubro celebrẽ fuiſſe, ex auctoribus cõſtat. Sed cũ à neotericis ſcriptoribus in attribuendo cognomine, & delubro ſæpius hallucinari, magnoq́; errore hæc confundi obſeruauerimus: coacti ſuimus ad ipſos fontes, ex quibus hæc de Epidauris hauſimus, recurrere. EPIDAVRVS igitur prima eſt in Dalmatia, Ptolemæo. hæc Epidaurum Colonia, à Plinio dicitur. & LEGIO IX. hic ponitur in antiqua inſcriptione. Hæc hodie eſt & Emporio, & Republica nobilis. Hanc Europæis Raguſi appellari, extra controuerſiam eſt. Turcis verò, ni fallor, Dobronicha vocatur. ῥαουσιον Cedreno. Huic Limeræ cognomen, ſed falsò, à pluribus noſtræ ætatis ſcriptoribus additur. Hanc Dion & & Mela in Parthinis (Dalmatiæ populis) quos Plinius Parthenos nominat, & hodie Raguſienſes poſſent indigitari, ponit. EPIDAVRVS altera, in Peloponneſo, à Plinio, Ptolemæo, Strabone, Pomponioq́; in Argia nempe regione, ad Saronicum ſinum, quam Æſculapij delubro celebrem faciunt. Extra vrbem tamen fuiſſe hoc delubrum ſcribit Pauſanias in Corinthiacis: quinque nempe M. P. vt habet Liuius 45. EPITAVRVS hæc antea dicebatur, referente Strabone. apud quem autem EPICARVM reſtituendum monet Caſaubonus, à Caribus nempe hunc tractum olim tenentibus. Hanc hodie Pigiada, vt Dom. Niger. vel Cheroniſi vocant, vt Sophianus auctor eſt. EPIDAVRVS Tertia in eadem eſt Peloponneſo, ad Argolicum ſinum, in Laconica, Ptolemæo: ſiue vt Pauſanias habet, apud Eleutherolacones. EPIDAVRIA hæc Straboni. qui eandem prius LIMENERAM cognominatam dicit, ob portus commoditatem, (limen enim Græcè portus) ac poſtea conciſo vocabulo, LIMERAM. ſic quoque hanc cognominãt Thucydides, Pauſanias, item Stephanus; qui eandem quoque MELISSIAM μελισσίαν, & ÆMERAM αἴμηραν dicit. corruptè autem pro LIMERA λιμηρα, A enim & Λ. Græca elementa inter ſe forma non admodum diſsimilia, ſcriptorem feſelliſſe arbitror. quod monuit aliquando per litteras vir non tantùm doctiſſ. ſed & optimus And. Schottus. MONOBASIA, vel MONEMBASIA hæc à poſterioribus Græcis, vt Plethoni, Gregoræ, & Cedreno nominatur. Hæc autem ætas hanc Maluaſiam appellat. Huius regio & incolæ vocantur à Strabone EPIDAVRIA, & EPIDAVRII. Meminit quoque Plinius EPIDAVRVS inſulæ, quæ eius tempore deſiit.

EPIDELIVM ἐπιδήλιον, locus maritimus Laconicæ: Pauſaniæ. circa Boios.

EPIDIVM ἐπίδιον, Ptolemæo Albionis inſulæ promontorium. The mul of Canteri, Ger. Mercatori. qui idem CALEDONIVM quoque promontorium vocat. EPIDII populi ſunt ibidem, qui hodie Cantire, teſte Camdeno. item haud procul EPIDIVM inſula, eidem. quæ, ni fallor, Yla hodie. Vide EBVDÆ.

EPIECIA ἐπιεικεία, circa Corinthum vrbs videtur, apud Xenophontem 4. Græcorum. EPIECIDÆ ἐπιεικίδαι, municipium Cecropidis, Stephano.

EPIGRANEA, apud Plinium Bœotiæ fons. vide EPICRENE.

EPII, Ætoliæ gens, Plinio lib. 7. cap. 48. & Val. Max. lib. 8. cap. 14. ἐπειοι, Elidis populi ſunt, Halicarnaſſ. 2.

EPILEVCADII ἐπιλευκάδιοι, Acarnaniæ vrbs: Stephano, ex Hecatæi Europa.

EPIMARANITÆ, Arabiæ Felicis populi. Plinius.

EPIMASTVS, ciuitatis nomen, circa Thraciam; Suidæ, ex Anaximine. Vide MASTIRA.

EPINA ἔπινα, Straboni Elidis vrbs, ſed ARPINNA ſuſpicatur legendum Caſaubonus. Ego HYPANIA Ptolemæi puto. vide HYPANIA.

EPINIVM ἐπίνειον, id eſt, nauale. Aulorum in Macedoniæ vrbs. Ptolemæus. Vide EPENIVM.

EPIODORVS, vide CORY.

EPIORA, ἐπίορα, pars regionis in Sicilia. Heſychius.

EPIPA, nomen loci: vbi Marcellinus Comes ſcribit Flauianum epiſcopum exulaſſe.

EPIPHANIA ἐπιφανεια, Syriæ vrbs, ad Orontem fluuium, Ptolemæo. Amam Mar. Nigro dicitur. Mapia & Alepo Cuſpiniano. AMATHE ἀμάθη, accolis vocari Ioſephus auctor eſt, cap. 7. lib. Antiq. 1. HEMATH D. Hieronymo, ad Dardanum. Ad Tigrim vrbs: ARCESICERATA ἀρκεσικέρατα (vel vt legit Aldina editio ἀρτεσικέρατα per T. in ſecunda) etiam dicta, vt Stephanus perhibet. eadem fortè cum Ptolemæi ARTAGIGARTA Armeniæ Maioris. EPIPHANIAM ad Euphratem habet quoque Plinius 5. cap. 24. Bithyniæ eſt quoque, apud Stephanum. Etiam Ciliciæ opidum, Ptolemæo, & Marcellino. quod antea dicebatur ENIANDOS; Plinio. Ciliciæ II. attribuitur in Concilijs antiquis. Vide ECBATANA, & EMATH.

EPIPOLÆ ἐπιπολαὶ, regiuncula prærupta prope Syracuſas, Plutarcho in Timoleonte; & Stephano, ſed ex Thucydide, qui eius ſepius meminit. Vide SYRACVSÆ.

EPIROPIA, inſula Argolici ſinus, ante Hermionem. Plinius 4. cap. 12. ſed APEROPIA ſcribendum ex Pauſania. Non eſt colonia, vt ex Plinio legit Onuphrius.

EPIROPVS, vide ASIA Minor.

EPIRVS ἔπειρος, Græciæ regio, Ptolemæo & cæteris. In nummis antiquis ΑΠΕΙΡΟΣ per A in prima ſcribitur. Stephano per η ſcribitur ἤπειρος. CHAONIAM olim dictam, dicit Martianus Capella. ORICIAM, & DODONAM appellatam, ſcribit ex Dionyſio & Thraſybulo, Gerbelius. Epirum geminam faciunt Sex. Ruffus: & D. Paulinus de Nicetæ abitu. In VETEREM enim, & NOVAM, poſterioribus temporibus diuiſa fuit. vt legitur in lib. Notitiar. In nouam, (quam Albaniam puto) Dyrrachium ponit Euſtathius, & Nicopolim Suidas. Incolæ veteris PYRRHIDÆ, à Pyrrho Achillis filio; poſtea EPIROTÆ dicti fuere, Iuſtino 17. auctore. Epirum hodie Albania vocari, ſcribunt Leander & Erythræus; Larta, Richerius, & Æneas Siluius: Ianna nuncupari, Caſtaldus ait: Arbanos vocari à Turcis, & eius incolas Arnautleri ait Leunclauius. Hos Albanos dicit Laonicus 6. Arabæos eſſe. EPIROTAS vocat Procopius 1. Gothorum. omnes gentes maritimas ab Epiro Epidamnum vſque. Cuius ſententiæ non omnino videtur reclamare Liuius 36. vbi Epirum à Thermopolis verſus Septentrionem deſcribit. Vide ASIA.

EPIS, Aethiopiæ ſub Aegypto quondam fuit opidum, contra Meroen, Plinio.

EPISCOPIA ἐπισκοπεῖα, Thraciæ locus, iuxta Athyram vrbem. Procopius 4. Ædific.

EPISIBRIVM, Hiſpaniæ ciuitas, Plinio. Vide CISIMBRENSIS.

EPISPARIS ἐπισπαρις, Cedreno vicus Armeniæ eſt.

EPISYNANGIS, vide ÆPISYNANGIS.

EPITALIVM ἐπιτάλιον, Meſſeniæ vrbs, ad Alphæi fluminis traiectum, Xenophonti. quam Homerus THRYVM θρύον, & THRYOESSAM θρυόεσσα, vocauit; Strabone teſte. Hodie Zunchio vulgo interpretatur, Mario auctore; vocabulo nouo, antiquam ſignificationem referente. Triphiliæ ditionis facit Stephanus. Arcadiæ autem Heſychius. Vide PETALIA, & THRIVS.

EPITAVRIA, vide EPIDAVRVS.

EPITAVSA ἐπίταυσα, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolem.

EPITERPVM ἐπίτερπον, Galliæ Ciſalpinæ vrbs, in paludibus ſita, Strab. 5. OPITERGIVM auſim hoc loco reponere.

EPITHERAS, vide PTOLEMAIS.

EPITVS, mons circa Pallenen peninſulam Macedoniæ, Plinio. vide EPYTVM.

EPITYCHE ἐπιτυχει, promontorium circa Prochitam inſulam,



inſulam, in mari Tyrrheno. Halicarnaſſæus 1. Prauam lectionem putat Portus, & PITHECVSÆ legendum.

EPIVM ἤπιον, Triphyliæ vrbs, inter Maciſtum & Heræam: apud Herodotum, Xenophontem, & Stephanum. Arcadiæ apud Plinium.

EPIZEPHYRIVM, vide TARSVS, & LOCRI.

EPLA ἔπλα, Ptolemæo. inſula Peloponneſo adiacens, circa Laconicum ſinum. Louo à nautis dici, ait M. Niger. Vide ÆGIALIA.

EPOISSIVS Vicus, Antonino. EPOSIVM apud G. Turonenſem. EPVSVM in lib. Notitiarum eſt: vt Simlero perſuaſum eſt. cui hodie Ipſch. mihi Iuois videtur. Galliæ Belgicæ locus. vide IVODIVM. nam idem eſt.

EPOMEVS ἐπωμεὸς, mons in Pithecuſa inſula: Timeo, apud Strabonem 5. EPOPON habet Plinius 2. cap. 88. Mons S. Nicolai hodie, teſte Iulio Iazzolino.

EPONA, cuius exſtat vetus lapis, quem Auentinus exhibet in ſuis Annalibus. Pinburg nunc dici ſcribit idem. & in inſtrumentis publicis Epinaburgium. In Bauaria eſt, haud procul à Noua ciuitate. vt Lazius ait. Monuit me autẽ ſuis litteris nobilis & eruditus M. Velſerus, Eponam hic non locum, at Deam ſignificare.

EPOPE, vide CORINTHVS.

EPOPON, vide EPOMEVS.

EPORA, Morali Montoro hodie eſt. Hiſpaniæ vrbs, decem leucis à Corduba diſtans. Meminit huius Antoninus, & vetus inſcriptio. Pro hac Epora, malè apud Plinium RIPEPORA legi docet ex antiquis lapidibus, idem Moralis. Fœderatorum cognominatur eidem Plinio. Vide RIPEPORA.

EPOREDIA ἐπορεδία, Salaſsiorum in Inſubria vrbs. Ptolemæo, ἐπορεδία Straboni. Colonia eſt apud Paterculum. EPORIZIVM habet lib. Notitiarum. Ivrea Leandro, & omnibus.

EPOSIVM, vide EPOISSIVS.

EPPHA, loci nomen, Eſaiæ 60. γαιφάρ legunt 70. interpretes.

EPTIMIENSIS Plebis, in Africa, meminit Coll. Carthag. prauè fortè, pro Septimienſis, aut Leptimienſis.

EPVIA, vide AMBRACIA.

EPVSVM, vide EPOISSIVS.

EPYTVM ἤπυτον, Thraciæ mons. Lexicon Phauorini. Fortè EPITVS Plinij.

EQVABONA, Hiſpaniæ vrbs, XII. mille paſſ. à Corduba diſtans, vt Antoninus in ſuo Itinerario habet. Couna nunc dici, ex Varrerio, & Montano habeo.

EQVÆSI, vide AQVIFLAVIENSES.

EQVELRETVM habet tabula Peutingeriana, in Mauritania Cæſarienſi.

EQVESTRIS Εκυεστρος, Coloniæ, Sequanorum, meminit Ptolemæus, Plinius, & Antoninus: Ægidio Scudo videtur Neuis, aut Dunoi, prope Lacũ Lemanum: in eo nempe tractu qui hodie dicitur Pays de Chabeul, fortaſſe ſic dicto à caballo, i. equo: vnde incolæ Equeſtres videntur appellari. Vide ipſum Schudum, in ſua Rhætiæ deſcriptione.

EQVESTRIS Fortunæ, vide FORTVNÆ Equeſtris.

EQVI Arx, ἄκρα ἵππου, Africæ Propriæ opidum, circa Vticam, lacui vicinum, Diodoro 20. quod ſcribit ab Agathocle captum. Sed idem eodem libro, paulò infra, habet aliud eiuſdem nominis; ab Eumacho captum. In Interiori Africa, vt videtur. Vide HIPPAGRETA.

EQVI Saxum, locus ſic dictus, apud Val. Max. lib. 1. cap. 8 de Miraculis. ἵππος, eſt apud Heſychium Illuſtrium: & Suidam, in dictione Daphidas. In Magneſia Aſiæ regione, aut ipſum, aut circa Thoracem montem eſſe, ex Strabonis 14. diſco. Vide THORAX.

EQVILIVM, Venetorum inſula, ad oſtia Plaui fluminis. Huius meminit Blondus, ex Aquileienſium hiſtorijs, ni fallor. Hanc hodie Ieſulo vocari, ſcribit M. Niger, & Iulius Faroldus. Citta noua Leandro eſt.

EQVOTENSIS Epiſcopus, in Mauritania Sitiphenſi. Vict. Vticenſ.

EQVOLISIMA, vicus Galliæ, circa Santones, vt apud



Suriũ videtur. in vita S. Eparchi. Pro Engoliſma, ni fallor.

EQVOTVTICVM, habet Antoninus Italiæ vrbem. Non vna coniectura ducor (ſunt verba Celſi Cittadini è Roma ad me) eam eſſe quam vulgo Foggia vocant, opidũ à Luceria 12. Milliaria Apuliam verſus. Vide TVTICVM.

ERACONIVM FLAVIVM, Hiſpaniæ vrbs, XXX. M. paſſ. ab Aſturica. Antoninus. pro quo idem alibi mendosè legit Epaconium fluuium. Vide INTERAMNIVM.

ERACTVM ἔρακτον, Sarmatiæ Europaæ opidum, Ptolem.

ERÆ ἔραι, locus circa Teium Ioniæ. Strabo. GERÆ legit Caſaubonus, ex MS. & veteri interprete.

ERÆA, vide MONTES ÆRII.

ERÆADÆ, Atticæ municipium, Acamantiæ tribus. Suidas.

ERAGA ἤραγα, Pentapolis, in Africa, regionis vrbs. Ptolem.

ERAGIZA ἐραγίζα, apud Ptolemæum Syriæ ad Euphratem opidum.

ERANA, ciuitas ad Amanum montem: quam ſcribit ſe cepiſſe Cicero, 15. Epiſtolarum Famil. FVGERANA alia lectio.

ERANIA, vide VRANIA.

ERANNA, vide CYPARISSÆA.

ERANNOBOA ἐραννοβόα, Indiæ fluuius, in Gangem erumpens, ad eius confluentem Palimbothra vrbs eſt. Arrianus in Indicis. Vide ERRANOBOA.

ERANOS, vide CYPARISSOS.

ERANVSA, inſula Italiæ, circa Locros. Plinio. Lib. 3. cap. 16. vbi hæc, Præterea Tyris, Eranuſa. voces nihili. Tres mei codices habent Sirenuſſæ: quæ vera lectio. illa autem malè ex prælegentis ore excepta. Suntq́; ſi Dyctÿ Cretenſi fides, inter Charybdim, & Calypſonem inſulam.

ERAS ἔρας, circa Epheſum vrbs, Thucydidi.

ERASINII ἐρασίνιοι, ſunt Thraciæ populi, apud Stephanum. In dictione ἄρνη.

ERASINVS ἐρασῖνος, Peloponneſi fluuius, Plinio & Straboni, in Argia regione: quem quoque ARSINVM ἄρσινος dici ait. De hoc Seneca 3. Natural. Redditur Argolicis ingens Eraſinus in vndis. Sed hic Eraſinus cum aliis fluminibus eiuſdem nominis, minimè confundendus eſt. eſt enim alius in Arcadia, qui circa Buram in mare effluit. alius in Eretria; item alius in Attica: omnes in vna Græcia. idque teſte Strabone. ERASINVS etiam Lyciæ fluuius eſt, Vibio Seq. vide STYMPHALVS.

ERATINI ἐρατινοὶ, gens ſupra Arabiam. Heſychius.

ERATONOS Arabici ſinus inſulas habet Plinius, quas ſitientes dicit.

ERATYRA ἐρατύρα, circa Epirum locus videtur, apud Strabonem.

ERAVISCI, vide ARAVISCI.

ERBÆA, mons Macedoniæ, in Taulantiorum finibus, Polyæno in principio libri 4. EREBOEA ἐρεβοῖα, eſt in Græco codice.

ERBESSVS, vide HERBESSVS.

ERBITA ἔρβιτα, Ptolemæo, & Stephano, Siciliæ vrbs: HERBITA Ciceroni. HERBITENSES Plinio. Chiazza dici hodie, ſcribit M. Niger. quidam anonymus Nicoſia vocat: cui non videtur refragari Aretius.

ERBVLVM ἔρβυλον, vinum, habet Athenæus, quod primum nigrum, poſt paucos annos album fit. valde tenue, & deliciis aptum. An è loco ſic dictum, dubito. vide HERBVLENSES.

ERBYSSVS, vide HERBESSVS.

ERCABVM ἔρκαβον, Sarmatiæ Europææ opidum, Ptolemæo. Latini codices cum afflatu in principio ſcribunt.

ERCAVICA, vide ERGAVICA.

ERCEHALON, nominat Serapio locum, ex quo optimum elleborum inueniri ſcribit. idque ex Dioſcoride. qui Anticyrrha habet.

ERCHIA ἐρχιά, municipium Atticæ tribus, Demoſtheni, & Suidæ. ἐρχεια Heſychio, ſed Ægeidis. Huiuſcemodi municipia plurima in vna Attica fuere. nempe centũ ſeptuaginta. quidam quatuor addunt, Strabone teſte. Græci δῆμος, & φυλὴ vocant: Latini municipium, curia, vicus, pagus, tribus, &c. interpretantur. eius auctorem habeo Feſtum,

hic verbis, Demos apud Atticos ſunt, vt apud nos pagi. Tribum φυλὴν vt & hoc addam, decimam partem vrbis eſſe, ſcribit Tzetza in Variis, numero 422. Hoc ſemel hic dicere placuit, quia ſæpius horum per totum opus mentio occurrit. Vltra enim centum numero, ex variis auctoribus, nomine deſcribimus. Omnes in vna ferè Attica vti enim Suidas auctor eſt, Athenienſes antiquitus vicatim habitabant, quos poſtea in vnum conduxit Cecrops, à quo Cecropia vrbs ipſa nominata erat. Theſeo hoc tribuit Val. Max. & Strabo. Conſule de his quoque Iul. Pollucem 8. de Trittyarchis. De Peloponneſo, eadem ſcribit Strabo 8. & 9.

ERCHOAS ἐρχοας, Æthiopiæ vicus, circa Nilum, Ptolem.

ERCTÆ ἐρκται, in Peloponneſo locus videtur, apud Xenophontem 4. Græcorum.

ERCVNIATES ἐρκυνιάτες, Pannoniæ Inferioris populi; Ptolemæo. HERCVNIATES ſunt Plinij.

ERCYNA ἐρκυνα, fluuius iuxta Trophonium antrum, circa Lebadiam; in Bœotia. Pauſanias. Fontem in Lebadia facit Plutarchus in Amatoriis. item Philoſtratus 2. Apollonij. ſed mendoſè ἑρωύνη apud hunc legitur. HERCYNVM vocat Gyraldus, Syntagmate Deorum 13.

ERDINI ἐρδινοι, Hiberniæ gens, Ptolemæo. ERPEDITANI ἐρπεδιτανοι, legebat MS. codex.

ERDONIA ἐρδωνία, Ptolemæo Apuliæ Dauniæ vrbs. apud Strabonem cum aſpiratione inchoatur. ARDONEÆ numero multitudinis legit Liuius. ſed quoque HERDONIA. ARDONA eſt in Limitum libro. Cerugnola à Nigro vocatur. Vel Cedogna in confinio Apulorum & Hirpinorum, vt cenſet Celſus Cittadinus.

EREA, vide HEREA.

EREB ἐρεβ, Palæſtinæ locus. Ioſue 15. ARAB legit D. Hieronymus.

EREBA, locus in Ægypto. In edicto Theophili Archiepiſcopi Alexandrini. Biſten eius loci Epiſcopum nominat.

EREBIDÆ ἐρεβίδαι, Lotophagorum pars, apud Strabonem. Item Ptolemæo, in Africa Propria.

EREBINTHVS, inſula in Propontide, Plinio. TEREBINTHVS fortaßè legendum. vide TEREBINTHVS.

EREBOEA, vide ERIBOÆA.

EREBVRICVM, vide AREBRIGIVM.

EREBVS, apud Inferos flumen. Feſtus ex 6. Æneid. haud fida fide autem, vt annotauit quidam.

ERECH, vide ARACH, & BABYLON.

ERECHTHIA ἐρεχθία, Atticæ municipium, tribus Ægeidis; Polluci & Stephano. item Luciano in Timone. ERECHTEVM Littus, habet Val. Max. 6. cap. 1. vbi Hipponis mulieris corpus, appulſum tradit.

EREMBOS ἐρεμβοι, Græci ſic rectè vocarũt TROGLODYTAS Arabes: inquit Strabo 1. de iiſdem idem 16. ad finem. vide TROGLODYTÆ.

EREMVPOLIS, ciuitatis epiſcopalis meminit Georg. patriarcha Alexandrinus, in D. Chryſoſtomi vita. Pro HERMVPOLIS Ægypti puto.

EREMVS Heluetiorum ἐλλυητίων ἔρημος, Ptolemæo & Tacito, Germaniæ tractus. Wiechgow vocatur à Schudo. EREMOS inſulæ quoque nomen, apud Stephanum, ex Appiani Mithridaticis fortè. Circa Lemnum: vbi Philoctetis ara, cum æneo ſerpente. Apud Ael. 17. Animal. cap. 40. regionis nomen eſt, in Æthiopia, ad Lacum Arrhæcam. vide MARTIANA Silua.

EREMOSECEA ἐρημοσηκεια, videtur vrbs Armeniæ, apud Cedrenum. ERIMOSICEA Gabio, apud Curopalatem.

ERENE ἐρήνη, inſula ante Taprobanam. Ptolemæus. Vide ARENE.

ERENIA ἐρενεια, Megarenſium vicus. Pauſanias in Atticis. Vide ERINIATES.

ERESIA, vide IRESIA.

ERESII, Plinio Æolidis, vel Troadis populi.

ERESIVM ἐρέσιον, vide EIRESIÆ.

ERESSORVM ciuitatis Cariæ, fit mentio in ſynodo Conſtantinopolitana VI.



ERESSVS ἔρεσσος, Lesbi inſulæ vrbs, apud Strabonem, Melam, & Ptolemæum. Niger tradit Cidonia vocari. Thucydides eius ſæpius meminit.

ERESVS, vide EBVSVS.

ERETÆNVM Venetorum fluuium, optimas anguillas nutrientem; citat ex Æliano Leander. dicitq; hodie Rerone appellari. ἠρετενὸς, in Græco eſt, lib. 14. de animalibus, cap. 8.

ERETRIA ἐρετρία, Theſſaliæ vrbs, Thucydidi, Polybio, Straboni, & Liuio: item Stephano. Eadem cum ERETRIIS quas Ptolemæus in Phthiotide deſcribit. Vide MELANEIS.

ERETRII Eubœæ populi, in Ciſſia regione Babylonica. traducti à Dario ibidem. teſtis Philoſtratus in vita Apollonij 1. Circa Ecbatanam fuiſſe videntur.

ERETVM ἤρητον, Sabinorum opidum, in Vmbria, Straboni, Valerio, Stephano, Virgilio. Centeſimo & ſeptimo ſtadio ab Vrbe, vt habet Halicarnaſſeus 3. XVIII. milliari facit Antoninus. haud procul à Tiberi. Hodie Monte ritundo eſt: Hermolao, Volaterrano, Erythræo, & Leandro teſtibus. Pomp. Sabinus in 7. Æneidos ſcribit vicum eſſe ad ripam Tiberis, haud longè ab Vrbe, in via Salaria, vbi iũgitur Nomentanæ. Vereor ne potius grammaticè quã geographicè.

EREVATIS ἐρευάτις, Stephano Lyciæ vrbs.

EREVM, vide STYX.

ERGA ἔργα, Ilergetum in Hiſpania opidum, Ptolemæo.

ERGADES, vide ARGADES.

ERGANE ἐργάνη, fluuius, cuius aqua ebrios facit, tanquã vinũ biberint. vti ex Theopompo refert Athenæus. lib. 2. cap. 2. An in Andria inſula? de quo apud Philoſtratũ in Iconibus?

ERGASTERIA ἐργαστήρια, pagus eſt apud Galenum, inter Cyzicum & Pergamum. quadringentis & quadraginta diſtans à Pergamo ſtadiis.

ERGAVIA ἐργαυία, Vaſconum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, apud Ptolemæum. Iguoalada Marineo Siculo.

ERGAVICA ἐργαυικα, Ptolemæo & Liuio Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi ciuitas. MVN. ERCAVICA per C. habent Tib. Imp. numiſmata ænea. Municipium factum docet Aug. nummus, apud Goltzium. Alcañis hodie appellari, volunt Villanouanus & Cluſius. Moralis putat magis verſus Toletum fuiſſe, nempe in loco qui hodie Peña eſcritta. vel Santauer dicitur.

ERGETIVM ἐργέτιον, Siciliæ vrbs, apud Stephanum: ex Philiſto. vt ait. ERGETINI ſunt Plinio. ERGETINORVM vrbem Siciliæ maritimam, ab Hippocrate dolo expugnatam, ſcribit Polyænus 5. An fortè HERGENTVM Silij? non eſt Sergentum Ptolemai.

ERGINVS ἐργῖνος, Thraciæ fluuius, inter Bathynium & Athyram flumina: vti videtur ex Pomponio, & Plinio. Huius meminit quoque Apollonius, ſed ad Hæmũ montem.

ERGISCE ἐργισκὴ, Thraciæ locus, ab Argiſco Neptuni & Abæ F. Suidas, & Demoſthenes in Haloneſo.

ERIA, vide MONTES ÆRII.

ERIBANVM ἐρίβανον, locus ſiue collis in Campania, ad Vulturnum fluuium. Polybius 3. ERIBIANVM etiam ibidem legitur.

ERIBOEA ἐρίβοια, Parthyæorum in Macedonia vrbs, Ptolemæo. Mons etiam ibidem, teſte Polyæno. ſed per E. in ſecunda. Bithyniæ mediterranea, eidem.

ERIBOLVM ἐρίβωλον, ſtatio Aſiatica, in conſpectu Nicomediæ. Xiphilinus in Macrino. item Zonaras.

ERIBYVM. vide ERYBIVM.

ERICHTHONEM, & SESTVM, vrbes captas à Timotheo Athenienſi, ſcribit Æm. Probus, Priorem vocem neque locum noui. An fortè Abydi ſynonymon? ab Erichthonio hoc tractu quondam regnante?

ERICIA ἐρίκεια, Athenienſium vicus, Ægeidis tribus. Steph.

ERICINVM ἐρίκινον, Ptol. Sardiniæ opidũ. Antonino ERVCIO, vel ERVBRIO dici, credit Simlerus. Quid ſi ſit ERVRIVM eiuſdem Antonini? ERICINVM eſt quoque Macedoniæ vrbs, apud Liuium, circa Theſſaliam vſpiam.

ERICIS Portus, Liguriæ; in Latinis Ptolemæi codicibus. L'erice habent hoc tractu, recentiores tabulæ.





ERICIS Sinus, vide LVNÆ Portus.

ERICODES, vide ERICVSA.

ERICVSA ἐρικοῦσα, Ptolemæo inſula Ionij maris, prope Corcyram. Paxo Bellonius vocat, & Sophianus. cui etiam PAXÆ ſunt. Ericuſa tamen & Paxæ Plinio diuerſæ ſunt. ERICVSA. vna ex Aeolijs inſulis, Straboni, quæ fortè ERICODES ἐρικώδης, Ptolemæi eſt. ἐρικουσσα, duplici SS ſcribit Stephanus. Alicur Leander vocat.

ERIDANVS ἠριδανὸς, Græcis; qui PADVS Latinis. maximus Italiæ fluuius; quem hodie Po Itali vocant, Germani Paw dicunt. BODINCVS Liguribus dicebatur, auctore Scepſio, apud Plinium. βόδεγκος, Polybio, lib. 2. BOTIGVM Catoni appellatur. Rodiginus ex Theone auctor eſt eum ab indigenis BOCHERNVM nominari. Huius fontem VISENDVM à Plinio nominari, ſcribit Blondus, ex corrupto fortaßè codice. ſic enim legitur apud Plinium, lib. 3. cap. 16. (vbi de Padi origine loquitur.) Finibus Ligurum Vagiennorum viſendo fonte profluens. Viſendo, cum primo elemento maiori fortè ſcriptum offendit Blondus; vt apud Solinum quædam exemplaria habẽt. Ego tamen putarim Plinium hic eo vocabulo vti, quemadmodum de Tigride flumine verba faciens, lib. 6. cap. 17. Oritur in regione Armeniæ Maioris, fonte conſpicuo. Vt eũ hic conſpicuo: ſic ibi viſendo ſcripſiſſe, nõ dubito. Hunc ſecutus Martianus Capella, Eridani mentionem faciens, fonte mirabili gigni ſcribit. idem itaque dicit, alia tamen voce. Eridani nomen, & eius apud antiquiſſimos de Phaëthonte, & cæteris, hiſtoria, Viſtulæ flumini conuenire, Becanus in ſuis Hyperboreis docere conatur. Appianus 1. Ciuil. vocat intimum maris Hadriatici ſinum ERIDANVM. Eridanus alius eſt in Attica regione, Platone, & Pauſania teſte, item Ouidio eo verſu: Eridanusq; ſenex, lenisq; Amphryſus, & Aeas. Ab hic Iliſſo excipi, ſcribit Pauſanias in Atticis. Eius meminit quoque Strabo ex Callimacho. Item Dyrrachij mons quoque ſic dicitur, ſi Vib. Sequeſter credendus eſt. Vide RHODANVS, & VISTVLA.

ERIDIVS, vide IRIS.

ERIGONVM ἐριγῶνον, Macedoniæ flumen, Arriano, Ptolemæo, & Liuio: qui eum ex Illyrico per Pæoniam in Axium fluuium ducit. ERIGON Straboni eſt. Hoc RIGINIA ῥιγινία, Strabonis tempore vocabatur. vt in eius Epitoma legitur. vbi Thraciæ videtur. Hodie Viſtritza dici, Sophianus docet.

ERIGIVM, locus Parthyenæ. Q. Curtius 5.

ERII, vide MONTES AERII.

ERILA, vide ERIZA.

ERIMANTHVS, vltimæ Indiæ fluuius eſt, apud Curtium 8. Ethiamanthus quædam exemplaria legunt. Eſt fortè ERYMANTHVS Polybij. Vide HERMANDVS, & ERYMANTHVS.

ERIMOSICEA, vide EREMOSECÆA.

ERIMVM ἔριμον, Oenotriæ opidum mediterraneum, citat ex Hecatæo Stephanus. Regina nunc Gab. Barrio.

ERINÆI ἐριναῖοι, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, apud Ptolemæum ORINÆI legunt interpretes.

ERINÆVM ἐριναιον, Doridis in Achaia vrbs, Diodoro 11. Eadem cum ERINEVS.

ERINDES fluuius, in Aſia, circa Hyrcaniam, vel Parthiam. Tacitus Annal. 11.

ERINESES ἐρινησης, Indiæ fluuius, cum Gange ſe iungens. Arrianus in Indicis.

ERINEVS ἐρινεὸς, Siciliæ fluuius eſt Thucydidi. ORINVS ὄρινος, Ptolemæi videtur. Noti, & eius oſtium Miranda hodie nominari, ſcribunt Fazellus & Aretius. Eſt & ERINEVS ἐρινεὸς, portus in Achaia, apud Ptolemeum, Plinium, & Pauſaniam. pro quo Plethon qui Ptolemæi ordinem imitatur, PERINEVS περινεος, legit. Eſt & locus Achaiæ in Rhypica, ῥυπικῆ, loco in ſpeciem lunæ curuato, Thucydidi 7. Doridis vrbs, ſub Parnaſſo, eidem Thucydidi, Ptolemæo, Pomponio, Diodoro, Stephano, & Straboni. Apud Stephanum eſt Italiæ opidum. Locus in Troade quoque eſt, aſper, & caprificis conſitus: vt Strabo refert.



ERINIATES ἐρινιάτες, Megaridis vicus, Stephano: ex Pauſania 4. vt addit. Si rectè coniecerim autem, eſt in Atticis: vbi ERENIA hodie legitur, Ερενεια τῶ μεγαρέων κώμη.

ERINNYS, vide FVRINÆ.

ERINVS, vide HERMVS.

ERIOCH Campus, regis Elicorum. Iudith 1. ἀριωχ legunt 70. interpretes, & pro Elicorum, Elymæorum.

ERIONIA ἠριωνία, Sardianorum regio, quæ nunc ASIA ἀσία, inquit Stephanus.

ERIORVM domum, habet Curopalates, è regione vrbis Byzantij.

ERIS ἔρις, qui & ἄρες, fluuius Italiæ, iuxta Terinam, vt habet Iſacius in Lycophronem. Cantero in eundem, mons Paphlagoniæ eſt. Vide OCINARVS.

ERISANE ἐρισάνη, Luſitaniæ vrbs, ſub Viriato. Appianus in Ibericis.

ERISIADON ἐρισιαδων Fundum, in Attica, habet Laertius, in Platone. ἐρεσιαδῶν legebat alius codex. Interpres ENERESIADVM habebat.

ERISTHÆ, vide EGISTHE.

ERITHINI Scopuli, ἐρίθινοι, in Põto Euxino, Ptolemæo; iuxta Bithyniam, Apollonius, Stephanus, & Strabo per Y in ſecunda ſcribunt, ἐρύθινοι. Idem Strabo addit eos ſuo tempore ERYTHRYNOS ἐρύθρινοι dictos. Farnaſia appellat Bordonius. Notandum quòd hos Erythinos quos Ptolemæus circa Bithyniam ponit, Strabo, Stephanus, & alij multo magis ad Orientem circa Paphlagoniam deſcribunt. Item Stephanus Paphlagoniæ ciuitatem ſic vocat: quemadmodũ & Flaccus, qui eam ERYTHIAM nominat.

ERIZA, vrbs Aſiæ, Propriæ, alicubi. Liuius 38. Circa Cariam fortè. ERILA in MS. vt Modius annotauit.

ERIZELI ἐρίζηλοι, Phrygiæ populus, apud Ptolemæum.

ERISENA, Aſiæ regio, vbi coruorum opera venabatur Craterus. Plinius 10. cap. 43. Sed Troezena legit alius codex apud me, & fortè ſincerius. quod quoque Hermolao videtur.

ERLISBORNVM, vide LISBOVM.

ERMÆA ἑρμαῖα, Ptolemæo inſula prope Sardiniam. hanc Pinetus Talara & Molara vocat.

ERMANACVM, vide HERMONACVM.

ERMENIA, Epiſcopalis vrbs, ſub ſede Sergiopoleos. Guil. Tyrius.

ERMENVM, vide MESEMBRIA.

ERMIANENSIS Eccleſiæ Epiſcopus Secundus, eſt apud Honorium. Apud Guil. Paſtregicum hic vocatur Facundus, HERMIANENSIS prouinciæ Africanæ Epiſcopus. errore alterutrius. Facundus, & ERMEMANENSIS, in campo Bullenſi, eſt apud D. Auguſtinum, Epiſt. 136. ad Xantippum.

ERMIONE ἑρμιόνη, vrbs ad Argolicum Sinum, Ptolemæo: quæ hodie Caſtri dicitur, Sophiano teſte. Strabo cum aſpiratione ſcribit in initio. ſic quoque Thucydides 1. Nummus æreus Iuliæ Domnæ apud me, habet ΕΡΜΙΩΝΗ cum Ωmega. Adeſt ſigillum Mercurij.

ERMONACTVS, vide HERMONASSA.

ERMOS, vide HERMVS.

ERNAGINVM, vide VRGENVM.

ERNIDDVM, circa Romam locus, niſi fallant Fragmenta, quæ Catoni adſcribuntur.

ERNODORVM, Galliæ Lugdunenſis opidum, Antonino. Iuxta Carnutes videtur.

ERNYNE, vide ERCYNA.

EROCHVS ἔροχος, Græciæ vrbs, circa Cephiſſum amnem videtur, apud Herodotum 8. Phocidis eſt Pauſaniæ.

EROEADÆ ἐροιάδαι, Hippothoontidis tribus pars. Stephanus, & Heſychius.

EROENSIS ἐρωεύς, quidã Therſippus fuit (aut Thraſippus, vt vertit Xylander.) Plutarchus de Gloria Athenienſium.

EROGE ἐρωγῆ, ante Hieroſolymam locus, vbi montem ſciſſam, & per quatuor ſtadia à ſitu remotum, ſcribit Ioſephus, Antiq. 9. Ioſue 15. & 18. & ex eo Euſebius Demonſt. Euangel. 6. cap. 19.

Eroine ἐρωίνη, *Archiepiſcopalis vrbs: in Sanctionibus Pontificum Orientalium.*

Eropæi ἐρωπαῖοι, *Africæ Propriæ gens. Ptolemæus.*

Erpeditani, *vide* Herpeditani.

Erpis ἔρπις, *Mauritaniæ Tingitanæ vrbs, vt Ptolemæus tradit.* Macarmeda *videtur Marmolio hodie vocari.*

Erranoboa, *Indiæ fluuius, in Gangem deficiens. Plinius. Vide* Erannoboa.

Erravi ἔρραυοι, *ad Pontum Euxinum Aſiatica gens. Orpheus in Argonauticis.*

Errebantium, *vide* Tillium.

Erroris *Inſulam habet Antoninus, inter Carthaginem Spartariam & Mauritaniam Cæſarienſem.* Alboran *fortè hodie eo loco, quæ &* Albuſama *vocatur.*

Erruca ἔρρουκα, *Volſcorum in Italia vrbs. Diodorus 14.*

Erte, Alpharine, Damach, & Dimix, *ciuitatum Europæarum nomina, in lib. Proprietatum: qui Ariſtoteli falsò adſcribitur, eſt enim Arabi cuiuſdam recentioris.*

Ertha ἔρθα, *Parthiæ vrbs: ad Euphratem. Stephanus.*

Erthra, *vide* Erythræ.

Ertzica, *Armeniorum regia. Laonicus.*

Erubrus, *Auſonio fluuius, ſe cum Moſellæ commiſcens.* Rober, *nunc. Erubris, per i. in vltima etiam ſcribi, monet Pulmannus.*

Erucio, *vel* Erubrio. *vide* Ericinum.

Eruli, *vide* Heruli.

Erupa ἐρύπα, *apud Ptolemæum Arabiæ Deſertæ vrbs.*

Erurium, *vide* Ericinum.

Eruzenorum ἠρυζηνῶν, *meminit ex nummo, Goltzij Theſaurus.*

Eryannos, *Troadis fluuius, ex Idæ monte manans. Plinius.* Cryanos *lego in codicib. Venetijs & Lutetiæ olim excuſis.*

Erybium ἐρύβιον, *Dorienſium vrbs, ſub Parnaſſo monte. Diodorus 11.*

Eryce ἐρύκη, *Siciliæ vrbs eſt Iſacio in Lycoph. & Stephano. cuius gentile Erycæi. alia ab Eryx: vnde Erycinus ſit. Erycino in littore claſſes. Virgilius.*

Erycii & Erycnii, *vide* Eryx.

Erygrus ἔρυγρος, *Germaniæ fluuius eſt. Dioni 55. Mendosè pro Viſurgis, vereor. & adfirmat Leunclauius.*

Erymanthus ἐρύμανθος, *Arcadiæ vrbs, Pauſaniæ. Hæc poſtea* Phegia φήγεια, *&* Psophis ψῶφις, *dicta fuit, eodem auctore. Plethō eam* Psophthis ψοφθίς, *vocat.* Dimizana, *Mario Nigro vocatur. Erymanthus, Heſychio, Plinio, Solino, & Pauſaniæ in Eliacis, eſt vrbs, mons & fluuius Arcadiæ. Phocaicum Erymanthum nominat Ouid. 2. Metamorph. Phocidem enim in Arcadia, nouit Theophraſtus. Cupreſſiferi Erymanthi meminit quoque Ouid. in Heroid. Epiſtolis, pro monte, veriſimile. Vide* Phocis, Hermandus, & Erimanthus.

Erymnæ ἐρυμναι, *Lyciæ vrbs, Stephano. Theſſaliæ opidū eſt apud Strabonem. Magneſiæ apud Plinium. Vide* Eurimenæ.

Erypontidæ, *vel* Ægiadæ, *gentis aut populi nomen, apud Euphradem, Oratione 1.*

Erysibe ἐρυσίβη, *Siciliæ vrbs Etymologicon.*

Erysiche, *vide* Oeniadæ.

Erysima ἐρύσιμα, *Cappadociæ vrbs, Porphyrogennetæ.*

Erysthia ἐρυσθεια, *Cypri vrbs, Stephano. Apollo Hylates hic colitur.*

Erythea, *vide* Gades, Hypata, Londobris, & Tartessidis.

Erythena ἐρύθενα, *loci nomen, apud Antigonum, in ſua mirabilium narrationum congerie. ex Ariſtotele, vt inquit, vbi ex lapidibus plectra fiunt.*

Erythia ἐρυθεια, *locus circa Boſporum Cimmerium Orpheo.* Erythia *& Gades, diuerſæ ſunt inſulæ, apud Dionyſium, in Periegeſi. Erythia ab Henrico Coquo* Berlinguas *interpretatur. Vide* Gades, & Hypata.

Erythini ἐρυθινοι, *vrbs & regio Paphlagoniæ, Heſychio.*



*Tumuli circa Pamphiliam ſunt apud Apollonium 2. vide* Erithini.

Erythra Bolos, *vide* Erythræ, & Hiera βῶλος.

Erythræ ἐρυθραί, *Bœotiæ vrbs, Pauſaniæ, Plinio, Diodoro, & Thucydidi 3. ad Cithæronis montis radices: Euripidi in Bacchis. Theſſaliæ ad Enipeum fluuiū, videtur apud Strabonem 9. apud Stephanum vrbs Locridis eſt. & aliæ Libyæ.* Erythræ ἔρυθραι, *Ioniæ opidum maritimum, vt Ptolemæus docet, & Strabo 14. qui hoc tractu alias Erythras portum habet. Erythra, ſingulari numero, ſcribit Stephanus. Idem* Cnopupolim κνωπούπολις, *dictum refert, à quodam Cnopo. ἐρυθρα, hæc corruptè ſcribi puto, in concil. Epheſino III. Huius hiſtoriam refert Athenæus 6. & Polyænus 8. Stratagematum, de Chryſame.* Cabo bianco *vocat Sophianus;* Cabo roſſo *Bellonius. M. Niger tradit* Colire *à nautis appellari. Erythræ opidum Ætoliæ eſt apud Liuium 28.* Erythræ *ſunt apud Suidam, qui* Batti *appellabantur: Sibyllæ patria. Sed Idæ viculus hic eſt, quod me docuit Halicarnaſſæus. Stephanus habet promontorium in Libya, ſed vnitatis numero, ἐρυθρα. vicus in Cypro eſt, Metaphraſti. Vide* Paphos.

Erythræos *vocat Dionyſius Afer Phœniciæ incolas: à Mari Rubro ſic dictos putat eius vetus interpres, ſiue Priſcianus, ſiue alius (cuius ſententiæ videtur quoque Herodotus in proœmio ſuæ hiſtoriæ.) Idem Dionyſij interpres habet* Erythræos *in Aſia. pro Arienus, vti videtur.*

Erythræum ἐρυθραῖον, *Promontorium Cretæ inſulæ, Ptolemæo.* Cabo roſſo, *Pineto. Sed hoc fortaſſe eſt ſignificationem reddere, non nomen.*

Erythrini, *vide* Erithini.

Erythron ἐρυθρόν, *Cyrenaicorum locus, in Pentapoleos regione Africæ, Ptolemæo teſte. Erythra fortè Stephani.* Furcelli *apud Marmolium, & Caſtaldum dicitur.*

Erythros ἔρυθρος, *Straboni 5. locus circa Tibur. vide* Rubra Saxa.

Eryx ἔρυξ, *Straboni, Diodoro, & Thucydidi, Siciliæ vrbs in ſublimi tumulo; Veneris fanum habens.* Erycnii *fortè apud Plinium (vbi ego* Erycini *lego) Fazellus & Aretius ſcribunt hodie* Trapani, *&* Monte S. Iuliano *vocari. Leander & Aretius quoque* Montem S. Iuliani *nominat. Erycem montem pulchrè deſcribit Polyb. lib. 1. Per quintam vocalem in ſecunda, legit nummus meus argenteus C. Conſidij Noniani.*

Erzingam, *Medorum regia, Laonico.*

Esaan, *Palæſtinæ locus. Ioſue 15.*

Esar, *Ægyptiorum opidum, in Æthiopia, quod Bion* Sapen *vocat. Plinius lib. 6. cap. 30.* Eser ἐσήρ, *Ptolemæi eſt, in Meroë inſula.*

Esbonitæ, *Arabiæ Petreæ gens, apud Plinium.*

Esbus ἐσβοῦς, *Iudææ vrbs. Ptolemæus.* Sebus *eſt apud interpretes.*

Esbuta, *vide* Sebunta, & Essebon

Escamus, *Mœſiæ fluuius, ex Rhodope oriens. Plinius.*

Escas, *locum Italiæ, habet Antoninus. circa Herdoniam Apuliæ. De hoc loco ad me Roma Celſus Cittadinus hæc, legerem vel Aequano. de qua Plinius: nunc* Troia, *ciuitas epiſcopalis, vel Aſculo, videlicet* Satriano, *vulgo* Aſcoli di Puglia. *ad differentiam Aſculi Piceni.*

Eschate *Myſorum, vide* Thyatira.

Eschatia, *vide* Libya.

Eschatiotis ἐσχατιῶτις, *palus, circa Iſthmum, quæ &* Gorgopis γοργῶπις, *dicitur. Etymologicon. Varinus* Gorgopin *in Corintho habet. ex Æſchyli Agamemnone videtur.*

Eschinon ἔσχινον, *Græciæ opidum videtur, apud Polybium 17. ſed* Echinon *emendauit ex ingenio Fuluius.*

Escon ἐσκων, *id eſt puteus lilij. Geneſ. 26.* Escon, Rooboth, & Syenna, *nomina trium puteorum, iuxta Gæraram Palæſtinæ: Ioſepho Antiq. 1. cap. 17.*

Escua *Plinij,* Esbua *Ptolemæi, ſynonyma ſunt Hermolao, Hiſpaniæ cuiuſdam opidi. Floriano eſt* Hueſcar, *in Bætica, Granatenſis regni. Ego Esbua apud Ptolemæum non inuenio, ſed Eſcua, (quemadmodum apud Plinium) idq; tantum in Latinis codicibus.*

Esculum, *vide* Asculum.

Esdrelom ἐσδρηλων, *campus in Palæſtina. Iudith 1. 3.* Sabæ *campus Brochardo.* Fabæ *eſt in Palæſtina Petri Laiceſtainij.*

Esebon ἐσεβων, *Heſychio Moabitarum fluuius. Ioſepho Antiq. 13. cap. 23. vrbs eſt. Amorrhæorum ciuitas eſt, Num. 21. Ioſue 13.* Chesbon *legit Pagninus, Ioſue 21. & Iudicum 11. Huius regionis meminit quoque Ioſephus Antiquit. 12. vrbem hodie* Esbus *appellari, ſcribit And. Maſius ad 2. Ioſuæ. Idem dicit ſe nihil dubitare quin ſit* Esbuta *Ptolemæi.*

Esernini, *vide* Æsernia.

Esersusim, *vide* Asarsasusim.

Esia, *Galliæ fluuius, in Sequanam fluit. ſic Vibius.* Æsia *legit Turnebus, & dicit eum eſſe quem hodie* Iſara *vocant. cui opidum adiacet* Pons Iſaræ. *in Velocaſſibus. Ego eum pro* Oyſe *aliquando habui.*

Esigus, *habet Mercator in ſua Europæ tabula, quam ſcribit hodie* Leliſe *vocari. In Africa Propria, ad Mare mediterraneum.* Esigus, Sigus, & Isigus *habet Antoninus, dubia lectione, in hac Africa, ſed in mediterraneis.* Fisigus *lego in codice M. S.*

Esii-Forum, *vide* Forum *Eſij.*

Esilyci, *vide* Elisyci.

Esioneæ ἠσιονῆαι, *gens quædam Scythica, Straboni 13. ex Callimacho. circa Lydiam. Fortè* Asioneæ, *pro* Asii: *id eſt,* Meonii, *vt conijcit Scepſius.*

Esis, *vide* Æsis.

Esisium, *vide* Æsisium.

Esium, *vide* Forum.

Esmona, *Iſraëlitarum caſtrametatio: Num. 33. ἀσεμωνα, eſt 70. interpretibus.*

Esna, *D. Hieronymo, ἀσαννα, 70. interpretibus, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.*

Esopis ἐσῶπις, *ſupercilium Locrorum EpiZephyriorum; in quo vrbs Locri condita. Strabo.*

Esora ἐσωρα, *locus in Palæſtina. Iudith 3.*

Esper, *vide* Lycormas.

Esquilina *Porta, Vrbis Romæ, quam Procopius* Prænestinam *vocat, vt ſcribit Marlianus, qui eam hodie* S. Lorenzo *dici ait.* Esquilinus *Collis etiam vnus Vrbis Romæ.*

Essa ἔσσα, *circa Seleucidem Syriæ vrbs videtur, apud D. Hieronymū, in vita Malchi. & Ioſepho Antiq. 13. cap. 23.*

Essæi, & Essæni, *vide* Esseni.

Essebonitis, *vide* Essemoth.

Essedones, *Pomponio & Plinio ſunt Scythiæ populi, Colchis iuncti. Sericæ, Ptolemæo. Stephano ἀσσηδόνες, ἐσσηδόνες, & ἴσσηδοι, triſyllabicos dicūtur.* Issedones, *per I. in prima legit Ælianus, in India. quos* Myrmeces *nominari dicit. vide* Scythæ.

Essemoth ἀσεμων, *70. interpretibus, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.* Essebonitis *fortè Ioſephi, Antiq. 12. cap. 5.*

Esseni *Plinio,* Essæni *Solino, Iudææ populi, ἐσσηνοὶ Ioſepho. Horum viuendi morem deſcribit quoque Porphyrius 4. de Eſu carnium, ſed* Essaes ἐσσαῖοι *nominat. vt quoque Philo. item Euſebius de Præparat. 8. & 9. ſic etiam Hiſtoria Eccleſiaſt. 1. quos autem non genere à Iudæis, ſed ſanctitate diſcerni ſcribit. vbique locorum enim inter hos diſpersè degebant. Fruſtra Solinus hos Alphaltiti Lacui ab Occidente vicinos facit. Sunt etiam Græciæ populi, quos à Lacedæmonibus duce Tyrtæo, bello ſuperatos, ſcribit ad Artem Poeticam Horatij commentator vetus à Cruquio editus. ille viderit.*

Essia, *vide* Hesion Gaber.

Essilissa, *vide* Exilissa.

Essina ἐσσινά, *Emporium Æthiopiæ, ad ſinum Barbaricum, Ptolemæo.* Issina *per* I. *ſcribit idem lib. 1. cap. 17. ſed malè. nam per* E. *quoque in prima MS. codex doctiſſimi viri Iacobi Taij habebat.*

Essios, *inſulam, habet Appianus in Illyricis, in Ionio mari: quam ſcribit ab Agrone eius rege ad Romanos defeciſſe. Eiuſdem incolas idem Eſſios quoque nominat. Græcum Roberti Stephani exemplar hic mancum erat.* Issa *eſt forte Ptolemæi.*

Essos ἦσσος, *Locridis vrbs, Stephano. Cum afflatu ἧσσος ſcribit Thucydides.*

Essui, *Cæſar in Commētariis, Celtarum populi; quos Marlianus in Britannia, aut Normandia ſtatuit, &* Retelois *vocat: quod minimè approbat Vigenereus, is enim à nominis alluſione magis credit eſſe* Beſſin, *prope Bayeux. Diuæus Comitatum* de Eu *putat. Bouillus eos in Belgica ponit, atque* Tierache, *&* Tereſſe *appellari autumat; quaſi dicas Terram Eſſuorum. Eſt hic tractus inter Hannoniam & Veromanduos. Hub. Leodius tradit eos* Aeth, *Hannoniæ vrbem occupare. Sub iudice lis ſit.*

Estabaras, *vide* Astaboras.

Estaberum, *Hiſpaniæ fluuium citat Florianus, in ſuo Chronico Hiſpaniæ; additq; eum à Plinio deſcribi. & dicit hodie* Segura *vocari. Valde me torſit huius fluminis vocabulum, quod illud nuſquam apud Plinium reperire nequiuerim. Sed tandem animaduerti ex ipſius Floriani deſcriptione, cùm tradat eum fugere Scipionis rogum; eſſe* Tader, *qui à Plinio deſcribitur, lib. 3. cap. 1. Hūc hodie* Segura *nuncupari etiam Nauagerius ſcribit. Miror vnde hæ & tot aliæ monſtroſorum vocum myriades, quas apud iuniores, ſine intermiſſione offendo, prodeant. Ego his ſæpius deceptus, nullis fido; niſi, (vt piſcator ictus ſapiens) apud ipſos primos auctores legerim.*

Estamenus, *vide* Astaboras.

Estani, *vide* Æstuni.

Estaol, *locus in terra Chanaan. Ioſue 15. & Iudic. 17.*

Esthama ἐσθεμωα, *70. interp. loci nomen, 1. Samuel 30.*

Esthmonitis ἐσθμωνίτις, *loci nomen, apud Ioſephum, Antiq. 15. cap. 11.*

Estiæ *Templum Neptuni, in Bithynia, circa Boſporum ad Propontidem, Plinius.* Eſτίας. *Polybio 4. Gyllius ſcribit hoc à Procopio* Anaplum, *& à Sozomeno* Michaelium *vocari.*

Estiæotis, *vide* Doris.

Estiania, *vide* Nostia.

Estiones ἐστίωνες, *lib. 4. in fine apud Strabonem, ſunt Heluetiæ populi: quos Scudus* Eſtnerberger *indigitat.* Eſtnig, *&* Eſcenlog, *Lazio. Sed* Hestiones *legendum eſt, cum aſpiratione.*

Estiotis ἐστιῶτις, *Ptolemæo Macedoniæ regio, pro qua Apollonij interpres* Iolcitis *poſuit. hoc Gerbelius annotauit, in ſua Græcia.* Hestiæotis *apud Stephanum eſſe, ſcio. &* Istiæotis *Herodoto. Vide* Doris.

Estobara, *vide* Ostobara.

Estola, *vocatur in Annalibus Hiſpaniæ, Latinè ſcriptis, flumen quoddam Aſturiæ, quod vulgus hodie* Ezla *nominat. Florianus.*

Estomazon, *Epiſcopalis locus, ſub ſede Cæſareæ Stratonis. Guil. Tyrius.*

Estorium ἐστόριον, *Ptolemæo Phrygiæ Maioris opidum.* Stectorium *legunt interpretes. Sic quoque ſynodus V. Conſtantinopolitana: & Pentapoliti regionis Phrygiæ Salutaris adſcribit.*

Estrienses, *vide* Astraeum.

Estunica, *loci nomen. Antiquus lapis Linaræ, in Hiſpania.* M. Attilio Buconi F. Estunicensi.

Esubiani, *populi quos Plinius inter Alpinos deſcribit. Vide* Oxibii.

Esulæ. *Horatius 3. Carminum; Et Eſulæ Decliue contempleris aruum. Acron dicit vrbis nomen, in latere montis poſitum; propè Tibur. An* Æsulum *Paterculi?*

Esuos, *Epiſcopalis vrbs, ſub ſede Becerræ, Arabiæ. G. Tyrius.*

Esuris, *Hiſpaniæ opidum, Antonino. Circa Anæ fluminis oſtia mihi videtur.* Xeres *nunc eſt, Reſendio.*

Esus, *Rhodi fons. Vib. Sequeſter.*

ETÆIS ἠτααὶς, Laconica vrbs, Stephano. ἠτεῶς, Laërtio, in Myſone. Vide ETIA.

ETAME, vide ETHAM.

ETAXALOS, inſula Arabiæ Felicis, verſus Orientem Plinius.

ETEIA ητεία, opidū Cretæ. Laertius, in Myſone. Vide ETIA.

ETEIS, vide ETÆIS.

ETELESTA ἐτέλεστα, Carpitanorum in Hiſpania vrbs, Ptolemæo. Latini codices malè STELESTA legunt. vide ECELESTA.

ETENNENSES ἐτεννεῖς, Piſidiæ populi, qui montanam regionem ſupra Siden habitant. Polybius 5. ἐνετενεῖς, ſunt qui legunt. ETENORVM Pamphiliæ, meminit concil. Epheſinum III.

ETEOBVTADÆ, vide BVTADÆ.

ETEOCLEA ἐτεοκλεα, Andreidis tribus, in Bœotia. Pauſanias.

ETEOCRETÆ ἐτεοκρέται, Cretæ inſulæ populi antiquiſſimi, Diodoro 5. ἐτεόκρητες Homero Οδυς τ. Habitant Strabone teſte, ad inſulæ partem Auſtralem.

ETEON ἐτεών, Heſychio Bœotiæ vrbs. Vide ELAEON.

ETEONOS ἐτεωνὸς, Euboëæ opidum, Stephano; ex Homero. ἐτεώνια Plutarcho in Moralibus. Vide SCARPHEA.

ETETA ἔτητα, Mœſiæ Superioris vrbs, Ptolemæo. quam M. Niger Rocana appellat. AGETA Antonini eſt. & ÆGETA in lib. Notitiar.

ETFANTARIENSIS Epiſcopus in Mauritania Cæſarienſi. (ſi vera ſcriptura) Vict. Vticenſ. M.S.

ETHÆI, vide ETHAM.

ETHAGVRI ἠθάγυροι, Ptolemæo. per I in prima interpreti. ſunt Sericæ regionis populi. ATHAGORÆ apud Marcellinum ſunt. etſi quædam exemplaria malè ATHARÆ tantum legunt.

ETHALON αιθαλων, 70. interp. loci nomen, apud Ezechielem 47.

ETHAM ἤτα, 70. interp. Petra, Iudicum 15. & 1. Paralip. 4 ETHAN: vbi 70. interp. ἠτάμ. ciuitas à Salomone extructa, 2. Paralip. 11. Hæc ETAME ἤταμε apud Ioſephum eſt. Vide de hoc loco Iſidorum Peluſiotam 2. Epiſtola 66. ETHAM quoque Iſraëlitarum manſio eſt, Exodi 15. ὀθώμ hic autem legunt 70. interpretes.

ETHAN, vide ETHAM, SVSACIM, & ISTHMVS Ægyptiacus.

ETHELEVM flumen, antiquus Troadis terminus, & Myſiæ initium. Plinius. ÆTHALOENTA αἰθαλοεντα nominat Strabo.

ETHELRVGI, vide BERGIO.

ETHER, Palæſtinæ locus, Ioſue 15. vbi 70. interp. ἀϑὲρ legunt. Ioſue 19. ATHAR legitur, pro quo 70. interpretes ἐθὲρ habēt. IETHIRA vocabatur D. Hieronymi tēpore.

ETHERON, SEDALIA, & SILESTANTINA, Taprobanæ inſulæ vrbes, Iornandi.

ETHESPAMARÆ, AMALÆ, (vel HANALE) FRIDIGERNI, & VVIDICVLÆ, Geticæ populi; apud Iornandem. quos citharis canere, & magnæ opinionis inter ſuos eſſe ait.

ETHIM, Iudicum 1. χεθὶν, 70. interpretibus regio in qua Luza vrbs.

ETHIMANTIS, vide ERIMANTHVS.

ETHINI, Africæ Propriæ populi, Plinio. vide NIGINTIMI.

ETHLECH, Mœſiæ Superioris opidum, Antonino.

ETHNESTÆ ἐθνέσαι, Theſſaliæ gens, Stephano. Horum mentio eſt quoque in Auguſti nummo, apud Goltzium.

ETHOPIA, Athamaniæ vrbs. Liuius 37. & 38. Argithiæ imminere ſcribit in Epiro.

ETHREPHÆA Palus, in Hiſpania. Sex. Ruffus Auienus.

ETHVSA, vide ÆTHVSA.

ETIA ἠτία, vel ETIS, Laconicæ vicus, Pauſaniæ, & Stephano. qui eam Myſonis patriam facit. ex quo idem cum OETÆVS videtur. huic quoque Cretæ vrbs eſt. ἤτεια, hac Laertio. vide BOEÆ.

ETIMENÆVM. Adolph. Occo in Numiſmatum opere Britannici nummum profert hac inſcriptione, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΕΤΙΜΙΝΑΙΟΥ ΒΑΛ//////NCO. vbi locorum hæc metropolis, ignoro. & an proba ſcriptura ſubdubito.



ETINATES, vide METINATES.

ETINI, Plinio Siciliæ populi ſunt.

ETIONIA, vide ETEONOS.

ETIS, vide ETIA.

ETOBESA, vide HETOBEMA.

ETOCETVM, Angliæ opidum, Antonin. Vttockceſter. Camdenus.

ETONIA, vide STONIA.

ETONII Regnum, eſt apud Polyænum 8. in Semyramide. An viri, aut regionis nomen, dubito. Sed NINI legit Caſaubonus.

ETOSCA, vide OSCA.

ETOVISSA, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs: ad Iberum. Liuius 21. Videtur HETOBESA Ptolemæi. vide OCTOGESA, & HETOBEMA.

ETREPHÆA Palus, in Hiſpania. Sex. Auienus, in ſua Ora maritima.

ETRVRIA, vrbs Etruriæ, niſi fallunt Annius & Leander, ex Myrſilo & Catone. vide TVSCIA.

ETRVRIÆ Caput, & Promontorium, vide ARGENTARIVS Mons.

ETRVSCI Campi, inter Feſulas & Arretium; omnium copia rerum opulenti. Liuius 22. Prato Magno nunc vocantur.

ETTA, vide THANATOS.

ETTAN ἤτλαν, locus à Hieroſolymis duobus ſchœnis diſtans. Ioſephus Antiq. 8. cap. 2.

ETYMANDRVS ἐτύμανδρος, fluuius qui per Euergetas fluit. In Arriani Indicis. Vide HERMANDVS.

EVA εὖα, Arcadiæ vrbs, Stephano. Pagum omnium maximum Argiæ, facit Pauſanias. Eidem eſt etiam montis nomen, circa Pamiſum fluuium. vide MINTHE.

EVACOMIAS, Epiſcopalis locus, ſub ſede Becerræ, Arabiæ. G. Tyrius.

EVÆI εὐαῖοι, vel HEVÆI gens Eſauitica: Geneſ. 36. Ioſue 24. circa Hermon montem habitant. εὐαιων, meminit Goltzius ex nummo.

EVAEMON εὐαιμον, Orchomeniorum vrbs. Stephanus ex Theopompo.

EVAGORÆ, vide BERGIO.

EVALENI εὐαλῶνι, ſunt populi, apud Stephanum. ex Glauco 2. Arabicor. An Arabes?

EVAN, vide MINTHE.

EVANDRIA εὐανδρία, Luſitaniæ opidum, Ptolemæo. EVANDRIANA fortaſſè Antonini.

EVANDRIVS Mons Romæ vrbis eſt, apud Claudianum, in VI. conſulatu Honorij. Pro PALATINO.

EVANGELORVM εὐαγγελων, portus, ad ſinum Arabicum, in Æthiopia. Ptolemæus.

EVANTHIA εὐανθία, Ptolemæo, & Plethone, Locrorum Ozolorum in Achaia vrbs. pro OEANTHIA fortè: vt annotauit ad Pauſaniam Sylburgius. vide TRALLIS.

EVARCHVS εὔαρχος, fluuius qui Paphlagoniam, & Cappadociam diſterminat. Stephano. in voce καππαδοκια. Scythiæ fluuium vocat Flaccus. "Niueumq; ferax Euarchus "olorum.

EVARIA, Phœniciæ Libaneſiæ vrbs. Concil. Chalced.

EVASPLA εὐάσπλα, vel vt in ora libri erat εὐασπόλεως, Arriano 4. Indiæ fluuius eſt; circa Indi fluminis partes ſuperiores.

EVAZÆ, vide SARMATIA.

EVAZORVM Ευαζων, epiſcopus Eutropius, eſt in concil. Epheſino.

EVBAGES, Ammiano 15. ſunt VATES κατεις Straboni. vide BARDI.

EVBOEA εὔβοια, Siciliæ vrbs, Straboni, quam ſuſpicatur Fazellus hodie dirutam: ſed locum ab arce ibidem, Caſtellazio nuncupari. Ad Pachynum Promontorium eſt, Sed ſubdubitare tamen ſcribit, num hic CALLIPOLIS olim fortè ſita fuerit: cuius idem Strabo lib. 6. meminit, aut potius eo loco, quo hodie Terra noua opidū eſt. Alia eſt Euboëa Ptolemæo, Straboni, Plinio, ceteriſq; maxima Ægæi maris inſula. Hodie Europæis Nigroponte dicitur. Multis etiam Egriponte, vt Porcacchius tradit. Turcis Egribos vocatur, ni fallor. Lazius ait Eunya dici. Hæc olim quoque MACRA, & MACRIS μάκρις, ABANTIAS ἀβαντὶς, CHALCIS, CHALCODONTIS, & ASOPIS nuncupata fuit, vt Plinius tradit, ABANTIS à Diis immortalibus vocari, ſcribit Suidas. Strabo eam etiam OCHE ὄχη, & ELLOPIA ἐλλοπία, nominatam dicit. Ælianus lib. 12. cap. 33 de Animalibus, prodit eam à Poëtis ARGIBOIVM ἀργίβοιον, appellari. Incolæ eius, vt idem Strabo docet, vbique ABANTES, & nuſquam EVBOENSES nominantur, ab Homero. Eſt & vrbis nomē in eadem inſula, ſed à mari abſorpta, Straboni. Euboëa locus quoq; in Argia: & vrbs Macedoniæ, Straboni, & Stephano. Eſt montis nomen in Argia, apud Pauſaniam. Straboni, etiam locus eſt in Corcyra: & in Lemno inſulis. Vide CHALCIS.





EVBOICVM Mare, à Plauto PERSICVM Portum vocari, teſtatur Feſtus: quod in eo claſſis Perſarum ſtetiſſe dicitur. EVBOICVM Sinum appellat Liuius: & addit eum etiam COELA dici. Idem Oroſius lib. 6. cap. 15. & Val. Max. lib. 1. cap. 8. & Dioni Pruſæo, Oratione 8. à κοιλα loco, vt veriſimile eſt, cuius Ptolemæus meminit. A Ptolemæo OETEVS Sinus οἰτεῖος κόλπος, nominatur. Idem OPVNTIVS, apud Melam. Subdubito nonnihil an hæc omnia ſint vnius loci. Omnia autē circa Euboeam eſſe, nihil ambigo. Oeteus ſinus, hodie Golfo de Negroponte. Vide COELA Euboeæ.

EVBONIA, vide MONOEDA.

EVBVRIATES, Liguſtici populi, à Fuluio expugnati. Plinius.

EVCARPIA εὐκαρπία, Phrygiæ vrbs, Ptolemæo, Straboni, & Stephano, qui eam Minori, cùm Ptolemæus Maiori attribuit. Eidem Stephano eſt quoque Siciliæ caſtellum.

EVCARPIANÆ inſulæ, meminit Ortographia Aldi. Fol. 536. In Campania eſt.

EVCEI ἠυκέοι, populi, contra quos bellum geſſit Iromus, (vel Hiram) rex. Ioſeph. 8. Antiq. 2.

EVCHAITA εὐχαίτα, Hellenopolis vrbs, in Authenticis. Euchaitorum Hellenopoli meminit etiam Sexta Synodus Conſtantinopolitana: εὐχαῖτα locum nominat quoque Calliſtus, 7. cap. 44. & lib. 16. cap. 26. Hiſtoria quoque Miſcella 15. videtur pro regione Aſiæ Minoris accipere.

EVCHATÆ, vide SCYTHÆ.

EVCHANIA εὐχάνεια, vrbs circa Conſtantinopolim eſt. poſtea THEODOROPOLIS θεοδωρόπολις, dicta fuit; Cedreno teſte. Eſt & loci Epiſcopalis nomen; in Conſtitutionibus Impp. Orientalium. Apud Balſamonem EVCHENA eſt.

EVCHELIA, vel EVCHEIA, villa Italiæ. In vita S. Mauri abbatis. Surius.

EVCHENA, vide EVCHANIA.

EVCHRAES locus, circa Anaſtaſiopolim videtur, in S. Theodori Archimandritæ vita. Thraciæ eſt.

EVCLEREMATI, gens quædam Arabica videtur, apud Agatarchidem. ACLEREMATI alia ſcriptio.

EVCLEVS εὐκλέος, fluuius, vbi egregias anguillas naſci, ſcribit ex Antiocho, Athenæus 7. In Græcia vſpiam, fortè.

EVCRATIDA εὐκρατίδα, Bactrianæ vrbs. Stephano. Per δια in fine legunt Ptolemæus & Strabo.

EVCTHIS, Sarmatiæ Europææ fluuius, in Mæotidem paludem exiens. Hiſtoria Miſcella 19. corrupta vox fortè.

EVCTRESII εὐκτρήσιοι, ſunt populi Peloponneſiaci; apud Xenophontem 7. Græcorum. Circa Argiam fortè.

EVDÆI εὐδαῖοι, Palæſtinæ gens, Ioſepho 1. Antiq. 7.

EVDÆMON, vide ARABIA Felix.

EVDÆMONÆ, vide FELICES.

EVDÆMONES ARABES, pro Arabiæ Felicis incolis, dixit Vopiſcus in Aureliano.

EVDALENSIS Epiſcopi, meminit Vict. Vticenſ. In Africa.

EVDEMIA, maris Ægæi inſula. Plinius.

EVDIELVS, vide ASPLEDON.



EVDIERV Turris, locus ſic appellatus, in Macedonia. Liuius 44. Circa Pieriam fortè regionem.

EVDION CALON, vide APSASIVM.

EVDIPHVS εὔδιφος, Ponti Polemoniaci, in Cappadociæ vrbs. Ptolemæus.

EVDIPNE εὐδείπνη, Libyphœnicum inſula. Stephanus.

EVDIXATA εὐδίξατα, Ptolemæo Armeniæ Maioris opidū.

EVDO, amnis Cariæ. Plinius. Videtur EVDONVS in Etymologico.

EVDOCIA, vide EVDOXIANA.

EVDOSES, Germaniæ populi, apud Tacitum. Hodie LEBANOTHANI, id eſt, Miſnenſes ſunt, auctore Althamero. LIBONOTRIA Ioannis Gerſonis eſt.

EVDOXI εὐδόξοι, ſpecula, in Aegypto eſt, Straboni.

EVDOXIANA, Ponti Galatici vrbs, apud Ptolemæum. ſed in Latinis codicibus tantum, EVDOXIAS hoc tractu deſcribitur à Metaphraſte, in vita S. Theodori. EVDOCIA eſt in concilio Epheſino.

EVDOXIOPOLIS εὐδοξιόπολις, quæ SALABRIA σαλαβρία appellatur, Epiſcopalis ciuitas. In Reſponſis patriarcharū Orientalium. meminit huius & Codex Theodoſianus, item Socrates Scholaſticus. Vide SELYBRIA.

EVDRAPA εὐδράπα, apud Ptolemæum, Meſopotamiæ opidum.

EVDRVS, vide NEVDRVS.

EVE, vide BYBLOS.

EVELGIA εὐέλγεια, Stephano eſt vrbis nomen.

EVENA, vicus territorij Turonicæ vrbis, in Gallia. Gregorius Turonenſis in S. Monegunde.

EVENITÆ εὐενῖται, in Aegypto ſunt, qui piſcem phagrum colunt. Clemens Alexand. ad Gentes. Syenitis hoc attribuunt Aelianus, & Plutarchus in Iſide. Ideoq; Syenitis legendum loco Euenitæ, quos nemo alius vnquam nominauit. Non moueor his, quæ in Chronico Euſebij leguntur, nempe: Dinaſtia Aegyptiorum Euenitarum, quia abſunt codicibus membraneis MS.

EVENVM, Troadis fluuius, Plinio, lib. 5. cap. 30.

EVENVS, vide LYCORMAS.

EVERCE εὐερκης, pro vrbe Iſauriæ, vertit malè apud Strabonem 12. Xylander, vt docet Caſaubonus. Eius loco PALÆA nominanda fuiſſet. Vide ISAVRIA.

EVERAENSIVM opidum, circa Aſiam Minorem alicubi. in vita S. Theodori archimandritæ.

EVERENSIS Plebis, in Africa meminit Coll. Carthag.

EVERGETÆ, vide ARIMASPI.

EVESPERIDES εὐεσπερίδες, Libyca vrbs, Stephano, & Pauſaniæ in Meſſeniacis. Herodotus & Thucydides per T. in vltima ſcribunt εὐεσπερῖται. Circa Cyrenæos eſt.

EVGANEI, qui & HENETI, & poſtea VENETI dicti. Italiæ ſunt populi, Venetorum hodie Imperij. Eorum regio Marca Trauiſana vocatur. TARVISINVM appellat Caſſiodorus, lib. 10. Variarum, ad Honorium. Item Procopius, Diaconus, & Regino non ſemel Taruiſij meminerunt: pro vrbe, quæ hodie Treuiſo. Sed & TARVISANI montes ſunt apud Plinium lib. 3. cap. 18. vt legit Pintianus. vbi vulgata exemplaria Tauriſani habent. Sunt etiam EVGANEI Colles, in hoc tractu, vbi fortè hodie Vallis Sugana.

EVGENIVM, Illyriorum vrbs, Liuio 29.

EVGIA εὐγεια, Arcadiæ regiuncula, Stephano.

EVGITANA, vel Proconſularis. ſic vocat Victor Vticenſis regionem quandam Africæ Propriæ. vitioſè fortaſſè, pro ZEVGITANA.

EVGOA, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, Plinio.

EVGYON, LATAPODON, MIGODES, SIACTEROS, POLME, MELEISSA, & ARGEADES, flumina continua iuxta Rhegium Iulium, quibus Oreſtes purgatus fuit, à matris nece. Probus Grammaticus, in vita Poëtica Virgilij, ſi codici fides.

EVPHARA, Phœniciæ opidum, in lib. Notit.

EVHIPPA, vide THYATIRA.

EVHODEÆ Procuratorem, habet Tertullianus, nomine Procidum, cognomine Torpacion.

EVHYDRA, *Phœniciæ vrbs, Plinio.*

EVHYDRIVM, *Theſſaliæ vrbs eſt, Liuio 32.*

EVI, *vide* HANA.

EVIA εὐία, *Daſſaretiorum ciuitas, in Macedonia. Ptolem.*

EVII εὔιοι, *populi Liguriæ, apud Stephanum.*

EVILA (*ſed* εὐιλαθ, *70. interp. item* Ευιλατ *Geneſeos 10. & 25.* CHAVILAH *legit Pagninus.*) *1. Samuel. 15. vbi ſcribit Saul Amalechitas percuſſiſſe, ab Euila donec venias ad Sur, quæ eſt è regione Ægypti. Ioſephus legit à Peluſio Ægypti vſque ad Rubrum Mare. Apud Beniaminum Tudelenſem qui* HAVILA *legit, pro* ÆTHIOPIA *Interiore intelligo.*

EVILÆI, *vide* GÆTVLI.

EVILAT, *vide* EVILA.

EVIOVIVM *caſtellum, ad ditionem Treuirorum pertinens. Lupus, in S. Maximini hiſtoria. Pro Iuodium, puto.*

EVIPPE εὐίππη, *Cariæ vicus, Stephano. Pro* EVHIPPA *fortè Plinij. ſed hæc non eſt Hypæpa, vt putat Baronius.*

EVLÆVS εὔλαιος, *Ptolemæo & Plinio Suſianæ regionis fluuius. Ptolemæus autem* CHOASPEN *quoq; ſub huius Eulæi nomine deſcribit in Media.* Tititiri *videtur hodie vocari; ſi tabulis fidendum ſit.* VLAI *dicitur apud Danielem, cap. 8.* VBAL *etiam alia lectio.*

EVLAPA, *vide* EVLEPA.

EVLEORVM εὐλεων, *meminit Goltzij Theſaurus, ex nummo Neronis.*

EVLEPA, *Cappadociæ vrbs, Antonino. Alia lectio erat* EVLAPA, & EVLEPAR.

EVLYESTÆ. *Leonatum & Thraſippum Eulyeſtas, habet Liuius 42.* ELYMIOTÆ *emendandum credit Turnebus in Aduerſarijs.*

EVLYSIA εὐλυσία, *regio; Scythica, circa Mæotidem Paludem. Procopius.*

EVMARIS, *vide* BEVMARIS.

EVMEDA, *ſic legit Carrio. alij* EMODA, *vt Maſerius. qui ſcribit ex Deſpauterio, vrbem eſſe, apud Val. Flaccum. Iungit opes Emoda ſuas.*

EVMEIS, *vide* CAMISA.

EVMELVS, *vide* GADIRICVS.

EVMENI εὐμενὴ ἄλσος, *Lucus, ad ſinum Arabicum, in Æthiopia ſub Ægypto. Strabo.*

EVMENIA εὐμένεια, *Phrygiæ Maioris vrbs, Ptolemæo, Straboni, & Stephano.* Einalbiſar *Leunclauio. Eidem Stephano, & Plinio, eſt quoque Cariæ opidum: & inde* EVMENITICA *Regio. item vrbs Hyrcaniæ. eſt quoque Thraciæ ciuitas, circa Mœſiam Inferiorem, Plinio.*

EVMENIDVM *Lucus, in Attica Apollodorus 3. Vide* COLONVM.

EVMINACVM, *Mœſiæ vrbs, apud Antoninum.* XXIIII. M. *paß. à Viminacio.*

EMMOLPIADA, *Vide* PHILIPPOPOLIS.

EVMOLPIDÆ εὐμολπίδαι, *Atticæ tribus gens. Scholiaſtes in 2. Thucydidis.*

EVNÆ εὔναι, *vrbs Cariæ: & ibidem* EVNÆVS *fluuius. Eſt & vrbs Argiæ regionis* EVNÆA. *qui eam habitant,* κυρὐειοι. *dicuntur. Stephanus.* κυνὐειοι, *legendũ puto.*

EVNENONEM *fluuium, habet vita S. Bertulphi. Hodie puto eundem* Aa *vocari. Flandriæ fluuius, qui ſe prope Grauelingam in mare effundit.*

EVNOENSIVM εὐνοέων, *regionis Græciæ, meminit Pauſanias in Achaicis. Pro* EVBOEENSIVM, *vt annotauit de hoc auctore benemeritus Sylburgius.*

EVNOSTI εὐνόστ, *portus Ægypti, circa Pharum. Strabo.*

EVONITÆ εὐονῖται, *ſunt populi apud Appianum, cum quibus fœdus iniiſſe Mithridatem contra Romanos ſcribit. Prauam ſcripturam puto. Gelenius Mæotici vertit.*

EVONIVM, *caſtellum firmiſſimum, in littore Scotiæ Occidentalis; auctore Hect. Boëtio, qui dicit hoc hodie* Dounſtphage *appellari.*

EVONVS, *vide* PEPARHETVS.

EVONYMIA εὐωνυμία, *Cariæ vrbs. Eſt & Athenienſium vicus, Stephano: Tribus Erechtheidis, Heſychio.*

EVONYMITE εὐωνυμῖται, *Ægypti gens, iuxta Æthiopiam, Stephano. In Æthiopia eſt Ptolemæo.* EVONYMITON, *regio prima Æthiopiæ ſub Aegypto. Plinius.*

EVONYMVS εὐώνυμος, *vna Aeoliarum inſularum.* Stromboli *à Nigro interpretatur;* Vſtica *à Leandro. Et hanc,* VSTICAM ὔστικα, *Ptolemæi eſſe, contendunt Leander, & Fazellus. Ptolemæo potius aſſentior, qui vtramq; habet, & Vſticam, & Euonymum; duasq; inſulas facit. Ex nomine hactenus retento, horum ſententia veriſimilis videtur, at alia tum erit quærenda Euonymus, quæ Melæ Oſteades eſt. Vſticæ meminit etiam Horatius Carm. 1. ex qua Vallem, & montem in Sabinis facit huius Commentator vetus, à Cruquio editus. Vide* ÆOLIÆ.

EVORAS εὐόρας, *Laconicæ ſaltus. Pauſanias.*

EVORIA εὐωρεία, *Epiri locus, Sozomeno 7. cap. 25. Eadem à Donato eius epiſcopo* DONATIANA *dicta videtur, apud Calliſtum.*

EVOSIVM *opidum ad Charum fluuium, habet Gemblacenſis MS. Vide* IVODIVM.

EVOSMI, *vide* TOSMVANASSA.

EVPAGIVM εὐπάγιον, *Peloponneſi opidum, Diodoro 14.*

EVPALIA εὐπαλία, *Locridis opidum, Stephano. quod &* EVPALIVM. *Locrorum Ozolorum eſt apud Plinium. Puto idem eſſe cum* EVPALIO *Straboni 17, & Liuij 28. item* EVPOLIVM *Thucydidi 3.*

EVPALIVM, *vide* EVPALIA.

EVPATORIA εὐπατορία, *Ponti vrbs iuncta Amiſo opido, conditam à Mithridate, & appellatam de huius nomine, ſcribit Appianus. Hanc Pompeius à ſe* MAGNOPOLIM μαγνόπολις, *appellauit, vt ſcribunt Appianus & Strabo:* POMPEIOPOLIM *Plinius. Sed idem eſt. à Pompei Magni nempe nominibus.* MEGALOPOLIM μεγαλόπολις, *alio nomine* CARIAM *dictam ſcribit Stephanus; ſed an ea hæc ſit, an alia, dubito. non aſſero.* EVPATORIA *etiam Tauricæ Cherſoneſi caſtellum eſt, Ptolemæo. quod* EVPATORIVM *apud Strabonem 7. Vide* MITHRIDATIVM.

EVPATRIDÆ, *vide* GEOMORI.

EVPHORBENI, *Phrygiæ Maioris populi, videntur apud Plinium.*

EVPHRÆ *fluuium, circa Daciam aut Scythiam Europæam, habet Hiſt. Miſcella 22.*

EVPHRAM, *vide* CVPHE.

EVPHRANTA, *vide* EVPHRATES.

EVPHRANTIS, *regio eadem quæ* SYRIA, *Stephano. à vicino ſcilicet Euphrate ſic dicta. Eadẽ cum* COMAGENA.

EVPHRASTE, *ſiue* INFLASTE, *regio Sarmatiæ verſus Oceanum Septentrionalem: vbi Germani & Daci appellant. Laonicus.* S. Nicolai *locum innuere exiſtimo, ad Mare Album.* Lyflandia *interpretatur à Leunclauio, &* EIFLANTE *legendum docet.*

EVPHRATENSIS, & EVPHRATISIA, *vide* COMAGENA.

EVPHRATES εὐφράτης, *nobiliſſimus Aſiæ fluuius: qui aquas ſuas, noménque in Tigrim euomit, Ptolemæo, Pomponio, Polybio, & Procopio teſtibus. Initio* PYXIRATVS, *deinde per Taurum erumpens,* OMIRA *nominatur, Plinio auctore. Plutarchus in Libello de Fluminibus & Montibus tradit eum quondam* MEDVM μῆδος, & ZARANDAM ζαράνδα, *apellatum. Hebræis* PARATH, *vocatur, Aria Montano teſte.* PERATH, *vertit Pagninus. Ioſephus eum* PHORA φορα, *nominat. Hodie* Aferat, *vt N. Nicolaius; vel* Frat, *vt Caſtaldus vult, dicicitur. Pars huius Euphratis, nempe quæ ex eo deriuatur verſus Meridiem, ne præcipiti curſu Babyloniam infeſtaret, vt Plinius tradit, ab vniuerſis Aſſyriis* ARMALCHAR *nuncupatur.* ARMACALE ἀρμακάλη *legit Euſebius, de Præparatione Euangelica.* NARMALACHES *Zoſimus:* NAARMALCHA *habet Ammianus, qui cum Plinio dicit hoc flumen Regium ſignificare, ex quo perſuadeor à Ptolemæo* BASILIVS *vocari.* ASSYRIVM *Fluuium nominat Callimachus. Idem hodie* Cober *videtur ex deſcriptione Collenutij, & Iodoci Giſtelani. Hoc Cober & voce & ſitu valde adludit ad* CHO-





BAR *Ezechielis.* EVPHRATES *Turris, ad Syrtim Magnam: Carthaginenſis & Cyrenaicæ regionis, apud Strabonem.* εὐφραντα *habent Ptolemæus & Stephanus.*

EVPHRATISIA, *vide* COMAGENA.

EVPHVSIORVM, *ſiue* ΕΤ ΦΤ CΙΩΝ. ΔΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *legit Adolphus Occo ex Antonini Pij nummo. An pro Epheſiorum?*

EVPILIS, *lacus Italiæ Plinio. Hodie Leandro* Lago di Puſſiano: Luſiano *legit Valaterranus. Erythræo* Lago di monte Orphano *dicitur.* Mongutij, *ſiue Montis acuti lacum eum vocat Bern. Saccus.*

EVPLÆA, *inſula Tyrrheni maris, circa Neapolim, ad promontorium Pauſilypi, verſus Puteolos: Statio lib. 2. & 3. Siluarum, in Hercule Surrentino.* Gaiola *Georg. Fabricio eſt, & Ben. Falconio.*

EVPOLIS, *locus videtur, circa Circeſium in Meſopotamia. Hiſtoria Miſcella 19.*

EVPOLIVM, *vide* EVPALIA.

EVPORIA εὐπορία, *Macedoniæ vrbs, Stephano: Beſaltiæ regionis, apud Ptolemæum. Eadem eſt.*

EVPREPII εὐπρεπῆς, *monaſterium duodus ſtadiis ab Antiochia Syriæ diſtans. Euagrius 1. cap. 2.*

EVPROSOPON, *vide* THEVPROSOPON.

EVPYRIDÆ εὐπυρίδαι, *Leontidis tribus municipium, Stephano. In Attica eſt, circa Athenas.*

EVRA *Galliæ fluuius, Surio in vita S. Wandregeſili.*

EVRANIVM, *Cariæ opidum, Plinio.*

EVRIA, (*melius ni fallor,* EVORIA.) *Veteris Epiri ciuitas: in concilio Chalcedonenſi ſæpius. Vrbs Epiſcopalis eſt apud Guil. Tyrium, ſub ſede Damaſcena. Vide* EVROEA.

EVRIADEM *Xantippum quendam, nominat Demoſthenes in Oratione in Neæram. A tribu quadam exiſtimo.*

EVRIANASSA, *inſula finitima Chio. Plinius.*

EVRICOME, *Græca vrbs, apud Euſtathium in ſua Iſmeni hiſtoria fabuloſa.*

EVRIPIS *Fons prægelidus: circa Boſporum Thracium, Ammiano 22.*

EVRIPVS CHALCIDICVS, *qui &* EVBOICVS *ab Euſtathio nominatur.* CHARYBDIM *appellat Ouidius. Hodie fortè Italis* Strecho de Negroponte. *A Strabone deſcribitur lib. 9. his Xylandri verbis: Is Euripus ponte iunctus, duorum iugerum: turris vtrimque ad eum exſtat; vna à Chalcide, altera à Bœotia, & ab vna ad alteram canalis eſt extructus. Huius naturam à Pomponio diſce.* EVRIPVS *etiam Epiſcopalis locus, ſub Patriarchatu Conſtantinopolitano. Balſamon.* EVRIPVS *Pyrrhæus, vide* PYRRHA, & FRETVM *Euripi, item* COSCYNTHVS. EVRIPVS *Lydiæ quoque, de quo vide* ÆTHIOPIVM.

EVROBOREVM *Oceanum, vocat Iornandes, quem* SCYTHICVM *appellat Plinius; in quo Caſpium mare ſe exonerare credidit antiquitas. hoc illud eſt mare quod Tacitus pigrum & immotum dicit. vide* BOREVM.

EVROEA εὔροια, *vrbs ad Danubij ripam fuiſſe videtur, apud Procopium 4. ædific. iuxta quam ſtagnum, cum inſula in medio, in qua colliculus, in quem Iuſtinianus Imp. hanc vrbem cum habitatoribus traduxit. Vrbs Epiſcopalis in Epiro eſt, apud Nicephorum Calliſtum 12. cap. 45. ſed mendoſè, pro* EVORIA *videtur.*

EVROMA, *ciuitas Phœniciæ. Chalcedonenſe concilium. An vitioſè pro Europe?*

EVROME, *Cariæ vrbs, Plinio. Eadem eſt, ni fallor, cum* EVROMVS εὔρωμος, *Strabonis, Polybij, Liuij, & Steph.*

EVROPA εὐρώπη, *vna trium Orbis partium.* TYRIAM *vocat eam Theocritus, per metalepſim: cùm & Tyria à patria ſua, vocata eſt Europa puella. At nominis originem vide apud Feſtum, & Varronem 4. de Lingua Latina. Ex Biblis ſacris* IAPETIA *nominari poteſt. Stephanus ſcribit quoque* εὐρωπια, *per Iota. &* εὐρωπεια *cum diphthongo dici. Hodie* Chriſtianorum regnum, *variis linguis indigitatur.* EVROPA, *quoque ſpeciali nomine ea pars Thraciæ eſt, apud Ammianum, Procopium, Fl. Vopiſcum, & lib. Notitiarũ, in qua Perinthus, teſte Procopio 4. Ædif. (quam huius Europæ aliquando primatum tenuiſſe ſcribit) item Conſtantinopolis, teſte Sex. Rufo. Quod idem adfirmat quoque Auſonius* III. *Parental. hoc verſu:*

*Hinc tenus Europam, fama creſcente, perito*
*Conſtantinopolis rhetore te viguit.*

*Habet itaque Europa ſpecialem ſuam etiam Europam; vt Africa Africam, & Aſia Aſiam, quas Proprias cognominant Geographi. Huius ignorantia facit in hunc Auſonij locum, fruſtra ſudare Vinetum. & eſſe iniurium Titium illum Burgenſem, qui Euripum loco Europæ ſubſtituere auſus eſt. duobus nempe motus argumentis: primò quod poëta vocem* PROPRIA *adiungere debuiſſet: ineptè. quàm hoc Geographorum tantùm ſit, & minimè aliorum veterum ſcriptorum: cuiuſcunq; etiam profeſſionis. altero, quod vox tenus (vt inquit) accuſatiuum non admittat. Negat autem hoc præter hunc Auſonium, etiam Val. Flaccus hoc verſu, Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro. item Ouid. in Medææ Epiſtola, Hic Ephyram bimarem, Scythiam tenus ille niuoſam. quamuis recentiores quidam religione magis quam auctoritate ducti,* Scythia niuoſa *huic loco ſubſtituant. Interim Ammiani locum, qui eſt lib 27. malè diſtinctum ſic lego. Calatis. Europa omnium vltima, præter municipia vrbibus nitet duabus, &c. In Codice, & Nouellis; item Chalcedonenſi & Epheſino conciliis, hæc vox* EVROPÆ *non ſemel pro Thraciæ regione accipitur, ne quis ibidem pro tertia Orbis parte intelligat.* Galatia *hæc hodie nominari, ex Laonico, & quibus hunc tractum videre contigit, intelligo. Vide* CELTICA.

EVROPÆI, *populi ſunt, qui Europam incolunt.* Chriſtianos *vocant ſemetipſos;* Franki *in vniuerſum ferè ab omnibus Aſiaticis, exceptis Turcis, qui diſtinguunt inter eos qui Romanæ, & illos qui Græcæ religionis ſunt: hos enim* Romeos, *illos tantum* Franki *nominant. Abiſſini quoq; in Africa, qui Presbytero Ioanni (vt vulgò apud nos vocatur) ſubſunt, nos* Alfrangues, *& Chriſtianorum regionem* Frankiam *nominant. Hæc ſcimus ex variorum relatu, & ſcriptis peregrinationibus. Martinus Stella tamen eos à Turcis* Cauros *nominari auctor eſt. Idem ſcribit Matthias Michouienſis, additq; eo vocabulo infideles, & ſine religione notari. Sed idem eos etiam* Dzintis, *id eſt, paganos à Turcis appellari ait.* Chaour, Giaour, *aut* Iagour *alij habẽt; vt Theuetus etiam, qui dicit eos ab Arabibus in Africa* Aiameia *nuncupari. Sed hæc potius iniurioſa quã propria nomina apud illos, exiſtimauerim. Chriſtiani aliquando* NAZARÆI *dicti ſunt, vt ſcribit D. Hieronymus, & ex Apoſtolorum actis etiam patet. Iulianus apoſtata, in Epiſtolis eos ſemper* GALILÆOS *vocat.*

EVROPE εὐρώπη, *Phœniciæ locus, qui etiam* EVROPIA εὐρωπεια *dicitur. Stephanus. Vide* EVROMA.

EVROPIA, *vide* EVROPA, & EVROPE.

EVROPVM, *Syriæ opidum ad Euphratem fluuium; nunc* AMPHIPOLIS *dicitur, vt ſcribit Plinius. Vide* EVROPVS.

EVROPVS εὔρωπος, *Cariæ ciuitas Stephano: quam* IDRIADEM ἰδριάς, *vocatam addit; ab Idrio Chryſaoris filio.* EVROPVS *apud Ptolemæum Albotarum (Almopes ſunt in Latino codice) in Macedonia vrbs. & alia Matia: (Matiam Latini interpretes non nouere, atque hanc Europum ſub Emathiæ, vicina regione, comprehenſi ſunt.)* EVROPVS *alia eſt Plinio, ad Axium fluuium: alia, eidem, per quam Rhœdias fluit, etiam in Macedonia. Sunt itaque quatuor huius nominis vrbes in Macedonia.* EVROPVS *etiam Syriæ, ad Euphratem vrbs, Ptolemæo, & Polybio 5. Hoc Plinij Europum eſt. Vide* EVROTAS, & RAGEIA.

EVROS, *vide* EVRVS, HEBRVS, & HYRIS.

EVROTAS εὐρώτας, *fluuius Laconicæ eſt, in Peloponneſo; apud Ptolemæum, & Statium 4. Thebaid. Lacedæmonem præterfluit, teſte Cicerone, in lib. de Inuentione.* ÆGYLODES *à Plinio quoque vocatur.* NERIS νῆρις *videtur etiam à Plethone dici.* HEMERVM ἡμερον, & MARATHON μαραθὼν *antea dictum ſcribit Plutarchus de Fluminibus. Sophianus eum* Baſilipotamo *nominat.*

Niger ait ab incolis Iris appellari. Ego Eurotam hunc, etiam GALESVM credo à Statio dici, hoc verſu nempe lib. 3. Siluarum: Et Lacedemonij pecuaria culta Galeſi. Ita vt Eurotas & Galeſus ſynonymon ſit duorum fluuiorū; huius nempe Lacedæmonici, & illius qui agrum Tarentinum irrigat. EVROTAS apud Strabonem Pelaſgiæ fluuius eſt: quem Homerum TITARESIVM τιταρήσιον, vocaſſe ait. EVROTOS habet Plinius. & EVROPVS Camerarius, ex Strabonis fortaſſe Epitoma, vbi eum ſic nominari, animaduertit Gerbelius. Idē fluuius à Vibio Seq. ORCVS, vel ORCAS dicitur. EVROTAS etiam mōs Achaiæ videtur, ex hoc Statij verſu, Thebaid 1. Audijt & medius cæli Parnaſus, & aſper Eurotas, dubiamque iugo fragor impulit Oetem. Vide GALESVS.

EVRVS εὖρος, Syriæ fluuius. in parergo quod Porphyrogennetæ aducitur. Bitis inſulæ Peuces ad Danubij oſtia ſic appellari, ſcribit Apollonij Scholiaſtes. Vide HEBRVS.

EVRIALVS, Liuio locus Siciliæ eſt, prope Syracuſas. εὐρύηλος, habet Thucydides, per η in penultina. εὐρύκλος per κ legit Diodorus. Sic etiam Stephanus, qui addit eum quoque MACROPOLIM μακρόπολις vocari. Beluedere hodie dici, tradit Aretius.

EVRYAMPVS εὐρύαμπος, Magneſiæ in Macedoniæ vrbs. Stephanus, & Iſacius in Lycophronem.

EVRYCHORVM εὐρύχωρον, loci nomen in Ægypto. Ioſephus contra Appionem.

EVRYCLVS, & EVRYELVS, vide EVRYALVS.

EVRYES εὐρυες, fluuius, & vicus eiuſdem nominis, circa Scepſiam, Straboni 10. Iuxta Troiam regionem.

EVRYMEDON εὐρυμέδων, Ptolemæo Pamphyliæ fluuius, itidem Stephano, Straboni, Plinio, Liuio, Pomponio, Thucydidi, Philoſtrato, & Plutarcho in Cimone. Aſpendum interfluere, ſcribit Zoſimus. Barbarorum lingua Zacuth dici, ſcribit Theuetus. alio loco eundem dicit ab Hyrcanis Iercon nominari. Fides ſit penes auctorem. Eſt etiam locus circa Tarſum, Stephano.

EVRYMENÆ εὐρυμεναὶ, Theſſaliæ vrbs, Liuio, & Stephano. ex Hecatæo. An eadem cum Erymnæ?

EVRYMNA, vide TRALLIS.

EVRYPONTIDÆ, & EVRITIONIDÆ, vide PROCLIDÆ.

EVRYSICHEÆ εὐρυσιχέαι, Acarnaniæ populi. Alemannus apud Strabonem.

EVRYTANES εὐρυτᾶνες, Ætoliæ gentes ſunt apud Thucydidem, ad calcem lib. 3. & apud Strabonem 10. εὐρυτᾶνοι ſunt Iſacio. in Lycophronem, ex Ariſtotele. EVRYTANES Italica gens quoque eſt Stephano. ſed mendosè, pro Ætolica, vt credit Caſaubonus.

EVRYTIVM, vel EVRYTI vrbs, vide OECHALIA.

EVRYTVS, Fons Græciæ: Euripidi in Iphigenia Aulidis.

EVSEBES εὐσεβὴς, & MACHIMVS μάχιμος, duarum vrbium nomina fabuloſa, apud Ælianum de Varia Hiſtoria, lib. 3. cap. 18.

EVSEBIA, vide MAZACA, & TYANA.

EVSEBONEORA, vide TAVROMINIA.

EVSEMARA εὐσήμαρα, Armeniæ Minoris vrbs, in Melitena. Ptolemæus.

EVSENA εὐσήνη, locus ad Pontum Euxinum, iuxta Amiſum vrbem. Ptolemæus, & Arrianus in Periplo.

EVSIS, Caucaſiis montibus fuſus, cum pluribus aliis in Euxinum ſe præcipitat mare. vnde & nuncupatur. ſic Iſidorus, auctor mihi (hoc loco) ſuſpectus.

EVSPOENA, vide PHVPHENA.

EVSTESIVM, id eſt, NOVAS. ſic Iornandes. Mœſiæ vrbs.

EVTÆA εὐταία, Stephano Arcadiæ vrbs. Huius meminit & Xenophon 6. Græcor. Vide EVTASVM.

EVTANE, vide EVTHANÆ.

EVTASVM εὐτάσον, Arcadiæ vrbs, apud Pauſaniam. Melius EVTÆA, vt credit Sylburgius.

EVTHALITÆ, quos Hunnos Albos vocant. Procop. 1. Perſicorum. Gens diſcreta ab aliis Hunnis. Habitat enim hæc in Perſidis finibus verſus Boream. At malè ſcriptum, pro Nephtalitæ, monuit me olim ſuis litteris Guil. Poſtellus.



EVTHANÆ, vide EVTHENÆ.

EVTHENÆ εὐθηναὶ, Stephano Cariæ vrbs. εὐθηνιτῶν meminit quoque Theſaurus Goltzij, ex nummo. Idem cum EVTANE Plinij, & EVTHANE Pomponij puto in Ceramico ſinu. Plinius EVTHENEN deſcribit in Doridis ſinu: & EVTANAS in Caria. vtramq; in eadem continentia.

EVTHIA εὐθεῖα, id eſt Rectus, vicus Damaſci. Act. 9.

EVTHYMEDIA, vide SAGALA.

EVTICV, Marmaricæ locus, Antonino. EVTICVS legit quoque Simlerus, & dicit fortè LEVCE ACTE Ptolemæi eſſe.

EVTIMII Epiſcopatus, ſub ſede Boſtrenſi. Guil. Tyrius.

EVTRESIS εὔτρησις, Arcadiæ vrbs, Pauſaniæ & Homero. Eſt Theſpienſium pagus, apud Strabonem.

EVTROPIVM, locus Bithyniæ, propè Chalcedonem, vbi Mauritius Imp. occiſus, haud longè ab Heræo. teſtib. Procopio 1. Ædific. & Hiſt. Miſcella 17.

EVTYCHIA inſula, ante ſinum Pagaſicum. Plinius.

EVTZAPELVS εὐτζαπέλος, iuxta Sardicam locus, Cedreno. OZZAPOLIS Gabio, Curopalatis interpreti.

EVXÆA, vide ÆGYPTVS.

EVXINIVM Sinum, habet Aurel. Victor, in Origine gentis Romanæ, (vti Schottus eum recenſuit) inter Miſenum Auernúmque. AVSONIVM fortè legendum.

EVXINVS, vide PONTVS.

EVZIZENVM Epiſcopum, nomine Eunomium, habet Honorius. Sed Cyzicenum legit Paſtregius, ſincerius.

EXAGYIVS ἐξαγύιος, Siciliæ vrbs, Stephano. Sine A. legit Aldinus codex.

EXAMPÆVS ἐξαμπαῖος, amarus fons, in Scythia Europæa, haud procul à mari, in quem Hypanis fluuius deſcendens, amaras eius aquas ſuſcipit. Pomponius, Solinus, & Herodotus 4. qui eundem alio in loco ἀμαξαμπεον nominat. additq; à Græcis SACRÆ VIÆ ἱεροὶ ὁδοὶ, vocari. EX AMPHE diuiſim, & corruptè legitur apud Iſidorum.

EXCISVM, Galliæ Lugdunenſi vrbs, apud Antoninum. Circa Ligerim puto. Tabula Peutingeriana ſecunda huius etiam meminit. ſed quadriſyllabicos EXCISIVM. tertia autem huius tabula nondum edita EXISVM habebat.

EXENETON ἐξένετων, Paphlagoniæ vrbs. Heſychius. An HENETVS Solini fortè?

EXES, vide THECES.

EXGYIVS, vide EXAGYIVS.

EXILE Promontorium, emporium ſic dictum, ad XXIIII. milliare à monaſterio, quod eſt inter Seleuciam & Roſum Ciliciæ. Io. Moſcus. in Prato ſpirituali.

EXILISSA ἐξίλισσα, Ptolemæo Africæ vrbs, ad Fretum Herculeum. Septa Luſitanis hodie, Hiſpani Açeuta vocant. Caſtaldus Muſa nominat, non benè.

EXISVM, vide EXCISVM.

EXITANI ἐξιτανοὶ, Hiſpaniæ Bæticæ populi, Straboni. Salobrena C. Cluſio. Monuit me de hac voce vir doctiſſ. mihiq; amiciſſimus And. Schottus, his verbis: Cùm ſæpe peccari ſoleat in litteris, vt vocant, initialibus, non ignoras, præſertim ex Græco fonte deductis vocibus, qui ſup. δασείας ſignum appingunt. Idem hic accidiſſe ſuſpicor, & Latinè Sexitanos eſſe appellandos. Confirmat me in hac ſententia Melæ noſtri auctoritas, qui Hexi Græca conſuetudine dixit, & ferè Latini H. in S. mutant, ὑπὲρ ſuper ὗς, ſus. ſic & ἕξ, ſex. aliaq; ſexcenta. Hæc ille. Video quoque Athenæum 3. Σεξιτανία, legere ex Strabonis 3. vbi ipſe Strabo Ἐξιτανία habet. Vide SEX.

EXOBYGITÆ ἐξωβυγῖται, Sarmatiæ Europææ gens, apud Ptolemæum. SEXOLITAS Pomponij credo.

EXODA ἔξωδα, & ἔξωδον, vrbis nomen in Melitenſium (Cariæ ditionis) regione. Arrianus 1. Alexandri.

EXOLIDVNENSE concilium, eſt apud Iuonem, Epiſt. 204. In Gallia. Yſoldun, in Biturigibus puto.

EXOMATÆ, vide SARMATIA.

EXONA, vide ALISIVM.





EXOPOLIS ἐξόπολις, Ptolemeo Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, ad Tanaim fluuium. Hanc Bonſinius putat ALEXANDRIAM eſſe, ab Alexandro Magno ædificatam. Huius meminit Q. Curtius. Hallucinatur Bonſinius autem, nam etſi eam ad Tanaim condidiſſe ſcribant Arrianus & Curtius, ad Iaxartem fuiſſe (qui in Scythia intra Imaum eſt, & quoque Tanais vocatur) ipſa docet hiſtoria.

EXPLORATORVM Caſtra, vide CASTRA.

EXTERIVS mare, vide OCEANVS Atlanticus.

EXVL, Tribus Iudæ poſſeſſio, Ioſue 15. interprete D. Hieron. GESIL habet vulgata editio. SIIL σιὶλ, legunt 70. interpretes. Vide BETHVL.

EXVANVM, vide AZANIVM.

EYCEI, vide EVCEI.

EYRYCHORVM, vide EVRYCHORVM.

EZELINGA, vide HAVBERTINGA.

EZERVS ἔζερος. Epiſcopalis locus, ſub Lariſſa metropoli. In ſanctionibus Pontificiis Imperatorum Orientalium. BOEBE Strabonis puto.

EZOMITIS, BLEMMENIA, & ANVBITIS, Aethiopiæ regiones, per quas Geon ſiue Nilus fluit: vt habet Epiphanius. Pro Anubitis eſt apud Nazianzenum ANVMETA. pro Blemmenia intelligo tractum vbi BLEMMIÆ habitant.

FABARIA, vide BYRCHANIS.

FABARIS, Virgilio & Sidonio Sabinorum fluuius, qui & FARFARVS dicitur, Seruio teſte. Vnde adhuc Farfaro. FABER corrupte vocari, inquit Vib. Sequeſter.

FABATERI ITAL. ſic legi in antiquo marmore, monuit me Romæ Philip Winghius. locus in Italia, mihi autem ignotus, niſi ſit corruptum pro FABRATERI. peccant enim interdum quoque lapides.

FABENTIA, vide FAVENTIA.

FABER, vide FABARIS.

FABERIANI Fundi, vel Prædij, meminit Cicero 12. ad Atticum, Epiſt. 31. in Campania. Q. Faberium duos fundos habuiſſe, vnum in Pompeiano; alterum in Nolano; idem Cicero docet 13. Epiſt. 8.

FABIA φαβία, Celtogallica vrbs: condita à Fabio Maximo Rom. Imp. vt ſcribit Stephanus ex Apollodoro.

FABIANA, vide ALAFLAVIANA.

FABIANVS pagus Italiæ: in Sulmonenſi agro. Plinius.

FABIENSES, Italiæ populos, habet Plinius. Eſt qui GABIENSIS legit, ſed præter litterarum ordinem hoc apud eundem.

FABORIANVS Fundus, in Lunenſi territorio, ab vrbe milliario ſecundo. Ad Macram fluuium. Gregorius P. M. lib. Epiſt. 7. cap. 6.

FABOSIS, locus Mauritaniæ, ad radices Auraſij montis. Procop. 2. Wandalic.

FABRATERIA φαβρατερία, Colonia, eſt apud Paterculum. Ad Trerum fluuium, in via Latina, eſt Straboni. Inter Aquinum & Fregelanum, Antonino. Nomen retinere annotauit Pet. Marſus ad 8. Silij Italici, FABRATERNOS populos habet Plinius, quos VETERES, & alios quos NOVOS cognominat.

FABRENSIS Villa, & GAVDIACVS. in Gallia alicubi. Surius in vita S. Mauri Abbatis.

FABRESCENSE opidum Hiſpaniæ, habet Frontinus 4. cap. 5. ſi ſincerus locus.

FABRICIVS Pons, Horatio & aliis notus: inſulam Vrbi connectit. PONS Lapideus poſtea dictus, ſi creditur commentatori huius, quem Cruquius euulgauit. Hodie Ponto di quatro Capi vulgo dici, ſcribit Barth. Marlianus.

FABRICVLA, agellus ſic dictus, apud Caſſiod. 8. ad Cunigaſtum.

FABRIS φαβρὶς, inſula ante Atticam. Phauorini Lexicon.

FABVLA μῦθος, hortus quidam ſic dictus, apud Syracuſas. Athenæus 12. cap. 20.

FACELINVS, vide PHÆTELINVS.

FACENSIS Epiſcopalis loci, in Mauritania Sitiphenſi, memoria eſt apud Victorem Vticenſem.



FACIDIA, Vicus eſt Rhinocoruræ, vrbis Ægypti. Sic D. Hieronymus in vita Hilarionis.

FÆCELINVS, vide PHÆTELINVS.

FÆSVLÆ, vide FESVLÆ.

FAFFELLA, PANCOR, SARANDIN, loca vnde camphoram ad nos deferri, ſcribit Serapio, ex Dioſcoride.

FAFIANA, vide FASIANA.

FAGI, vide FAGIFVLANI.

FAGIFVLANI, Italiæ populi, circa Samnitium. Plinius. Tres mei codices, Venetus, Pariſienſis, & Colonienſis, legunt diuiſim FAGI, FVGALI.

FAGITANA, CIMBRA, TESANA, MALETVNVM, SERMOSANVM, APIANVM, BRIXIANVM, BRENTONICVM, BALENEFENE, & MASE, loca territorij Tridentini. P. Diaconus 3. Longobardicorum cap. 15. In codice pergameno vetuſto pro Maletunum, erat MALETVM. pro Sermoſanum, SEMIANVM, pro Balenefene, VOLENES. pro Maſe, ENNEMASE. Pro Apianum APPIANVM quoque in alio codice.

FAGIVS φηγίος, Lycophroni mons eſt, circa Cernen inſulam. PHEGIVM Æthiopiæ iugum excelſiſſimum, à terra abſorptum, ſcribit Plinius.

FAGOPHAGOS populos, habet Trithemius, circa Duringos Germaniæ. in compendio Annal. Francorum. Buchaw puto. ex quo barbari Latini vocem barbaram Latinogræcam fecere; Buchen enim Germanorum fagus Latinorum eſt.

FAGVS, vide PHAGVS.

FAGVTALIS, Mons Romæ, Feſto. FAGVTALIS Lucus, etiam Romæ; P. Victori.

FALACRINVM, vide PHALACRINA.

FALACRIVM φυλάκειον, promontorium Siciliæ, apud Ptolemæum. Fazellus Raſo culmo vocari ait.

FALACRVM, vide FESTA.

FALÆCI, vide FALISCI.

FALARIENSES populos, habet Plinius in Piceno. Horum vrbs hodie Falerioni vocatur: vt docent Franc. Pamphilus, in ſuo Piceno: & Cæſar Baronius in ſuo Martyrologio. FALERIONENSIS agri in hac regione meminit Balbus Nanſij M. S. Per ph ſcribit etiam Plinius, Phalarienſes.

FALARIS, vide PHALARIS.

FALARIVM, vide ECNOMVS.

FALCHIA, regio vbi vitriolum effoditur. Serapio.

FALCIANA, in lib. Notitiar. eſt hodie Wels, vt Lazius docet. In Norico eſt. Ad Danubium vrbs. vide LOCVS FELIX.

FALCONENSEM inſulam, habet P. Diaconus, in qua Gallum Imp. à Conſtantio interemptum ſcribit. In mari mediterraneo alicubi videtur. Circa Polam Hiſtriæ occiſum, tradit Marcellinus. FLAVONENSEM reſtituendum, docent hiſtoriæ.

FALCONIS Mons, caſtrum ſic dictum, cuius meminit Sigibertus, inter Aquas Grani & Traiectum ad Moſam. Valckenborg hactenus nominatur.

FALEII, vide FALISCI.

FALERIA, Tuſciæ locus maritimus, Rutilio. qui FALESIA Antonino. A ſale ſic dictum, putat Feſtus. Quidam putat fuiſſe ſex M. P. à Viterbo: vbi rudera magna vrbis oſtenduntur. vide FALISCI, & PHALARIS.

FALERIONENSES, vide FALARIENSES.

FALERNVS Ager, in Campania eſt, vnde vinum Falernum. Iuxta Sinopen, Liuio 10. Olim MINEA regio, vt ait Macrobius, in fine lib. 3. Saturnaliorum. Virgilius tamen in Georgicis, poſtquam de Falernis dixit, ſtatim ſubiungit: ſunt & Amineæ vites. quaſi Amineum vinum aliud eſſet à Falerno. Falernus hic mons, PROSTRIPVS vocatur, in libello Lombardi, de Balneis Puteolanis. & POSTRIPVS apud Ioan. Elyſium. FALERNOS Montes, MASSICOS dici ſcribit Philargyrus. Rocca di Mondragone hodie appellari, tradit Mazzella. vide GAVRVS.

FALESIA, *vide* FALERIA.

FALISCANVM, *vide* FALISCI.

FALISCENSIS *Epiſcopus, in Africa, Vict. Vticenſ.*

FALISCI *Liuio*, φαλίσκοι *Stephano*; φαλίσκοι *Straboni, & Eutropio*. FALEII ΦΑΛΕΙΟΙ *in nummus Goltzij* FALISCORVM *Ager, &* FALISCA *quæ cognominatur* ETRVSCORVM, *eſt apud Plinium*. PHALISCANVM *etiam apud Catonem*. COLONIA IVNONIA FALISCA *eſt apud Onuphrium, ex Frontino, ni fallor, de Colonijs*. FILISCVM φιλισκον, *habet Diodorus; &* PHALÆCOS *populos*. Monte fiaſcone *hodie vocatur. Tuſcia opidum eſt, territorij Romani.* HALESOS *quoque dictos quondam, ex hoc Ouidij verſu apparet, Venerat Atridæ fatis agitatus Haleſus, à quo ſe dictam terra Faliſca putat.* MONS PHISCON, & ARX III, *à Catone appellari, credit Leander, ex Annij in Catonem commentarijs. Faliſcos nomen gentis fuiſſe, Falerios vel Faleria, principes eius ciuitates, dicit ex Liuio, Ant. Maſſa, in ſuo De Faliſcis inſcripto libello. & addit huius ruinas etiamnum hodie* Falaris *nomen retinere, & iuxta campum eſſe Falarienſem. præterea opidum illud quod Strabo in Via Flaminia, inter Ocriculum & Romam ſtatuit, atque* FALISCVM, *Plinius, Solinus, & Stephanus* FALISCAM *nominant, conditum ab Haleſo (Faleriam namque Falerius Argiuus condiderat) putat in agri Galleſij collibus fuiſſe: qui hodie vulgò appellantur* Pomerij. *Marianus Victorius putat Faliſcos fuiſſe proximos ciuitati Caſtellanæ.* FALISCI & FALERII *iidem, Liuio 5. Vide* PHALARIS, & IVNONII *Pagi.*

FALLIENATES *Italiæ populi, in Vmbria, quos interiiſſe ſcribit Plinius.*

FALMIO, *locus Hasbaniæ: tribus ferè milliaribus à Sarcènio. Vita S. Trudonis.*

FALONES *populi, quos Otho Friſingenſis, vnà cum Pecenatibus, Hungaris in aſpicientes facit. inter Aquilonem & Orientem.* Walachiam *fortè vult.*

FALSIANA, *vide* LOCVS FELIX.

FANA, *vide* FANVM.

FANES, *vide* FANEVS.

FANESII, *vide* SATMALI.

FANESTRIS, *vide* FANVM FORTVNÆ.

FANEVS, (Fanes *Boccatio*) *fluuius iuxta Beneuentum, qui &* SIRIS *dicitur, Vib. Sequeſtro. Meminit & Plinius hoc tractu Siris fluminis.*

FANOMANTIS *Neruiorum loci, meminit lib. Notit. in Belgica II Mihi obſcurum eſt. An Fano Martis legendum?* FANOMARTENSIS *enim circa Valentianas ad Scaldim mentio fit ab Eginhardo, in Hiſtoria tranſlationis DD. martyrum Marcellini & Petri. Item in vita S. Gaugerici Epiſcopi Cameracenſis* FANVM MARTIS *nominatur. Hodie* S. Saluij *nomen habere puto.* FANI MARTIS *meminit etiam in Belgica, Antoninus. An* Mars en Famine *hoc? Aliud eſt* FANVM MARTIS *Galliæ Lugdunẽſis, in Tabula Peutingeriana.*

FANTVS, *Fluuij nomen, in Phrygia, circa Idam, vt habet Bongarſius ad Trogum, ex veteri interprete Virgilij. Sed corruptè pro* XANTHVS, *vt addit.*

FANVM, *vide* FANVM FORTVNÆ, & FARVM.

FANVM CARISI, *in Sardinia. Antoninus.*

FANVM EVROPÆ *Byzantinorum, vide* POLICHNION.

FANVM FORTVNÆ φάνον φορτοῦνας, *Ptolemæo, Semnonum vrbs, in Italia.* FANVM *ſimpliciter Procopio, & Cæſari.* φάνα, *Stephano.* FANESTRIS *Colonia eſt Pomponio.* COLONIA IVLIA FANESTRIS *habet Vitruuius 5. cap. 2. & Goltzius in ſuo Theſauro.* COLONIA. IVLIA. FANVM. FORTVNÆ. *eſt in lapide inſcripto huius vrbis. Fano hodie vocatur.* FANESTRIS FORTVNA *eſt in lib. de Limitib.* FANESTRES *incolæ ſunt apud Aggenum. Vide* PHANA.

FANVM *Iouis, ſiue* CASSENVEL *caſtrum, circa Narbonam Galliæ eſt, in vita S. Dominici.*

FANVM MARTIS, *vide* FANOMANTIS.



FANVM MINERVÆ, *Galliæ vrbs, Antonino.* XIIII M. *paſſ. à Durocortoro.*

FANVM SATVRNI κρόνιον, *in extrema parte Gadis inſulæ. Strabo.* Punta di S. Sebaſtiano *vocant incolæ. Nautæ noſtrates.* Het eynde der weerelt. *quaſi dicas, vltima Orbis meta.*

FANVM VOLTVRNÆ, *vide* VOLTVMNÆ *Fanũ.*

FARAN, *Epiſcopalis locus, Tyrio. Circa Syriam alicubi.*

FARFARVS, *vide* FABARIS, & CHRYSORRHOAS.

FARNA, *vide* LINDISFARNA.

FARNEOS *Fungos, habet Apitius. An à loco?*

FARONIA, *vide* FERONIA.

FARSINA, & FARSINATES. *ſic enim ſcribendum, non* SARSINA, *docet Volaterranus ex antiquo lapide. Vide* SARSINA.

FARVM, *turrim (ſic enim legit H. Iunius in ſua Batauia) quam prope Bononiam in littore maris Britannici antiquitus conſtructam, & à Carolo cognomento Magno reſtauratam tradit lib. 2. Regino: Aimoinus 4. & auctor Benedictinæ religionis qui huius vitam conſcripſere. Hodie ab accolis Gallis* Tour d'Ordre, *à Teutonis autem & Anglis* Oudeman *appellatur.* FANVM *autẽ dicti auctores legunt, & fortaſſe rectius, à* φανὸς *Græco. Itali quoque huiuſmodi luminaria hodie* Fanon *vocant. Haud multum abfui, quin crederem hãc turrim Trophæum Claudio Imp. à Romanis erectum, cùm ex Britannia, re bene geſta rediiſſet. de quo Dion 60. Nunc autem credo C. Caligulæ opus eſſe, de quo Suetonius in huius Vita, numero 46. vbi hoc ipſum* PHARVM *vocatur.*

FASCENION, *vide* FESCENNIA.

FASIANA, *Pannoniæ vel Norici opidum, in lib. Notitiar.* FAFIANA *legebat membraneus codex. An corruptè pro Fabiana?*

FATVENTVM *vrbem, habet Frontinus, in Aruſinis campis, quam circa Pyrrhum Epirotam à Romanis victum ſcribit.* STATVENTVM *legebat alius codex. vtramque vocem corruptam credo. &* BENEVENTVM *reſtituere auſim, ex Plutarcho.*

FAVCES *Caſpij maris, vide* FRETVM.

FAVCES *Laterræ ſtagni. Plinio 9. cap. 8. vbi is nempè cum mari ſe communicat:* La Crau pres de Maugueil *à Nemauſienſibus vocari, ſcribit ad hunc Plinij locum Dalechampius. In Gallia Narbonenſi eſt.*

FAVCES, *quæ Hiſpanias Gallis iungunt, habet Liuius 21. In Pyrenæis. inter Berguſios & Aquitanos.* FAVCES *Alpium habet etiam Plinius.* GRAIAS *atque* POENINAS *nomine, lib. 3. cap. 17. Vide* COBLEN, & STENA.

FAVENTIA φαυεντία, *Ptolemæo:* φαβεντία, *per* B. *Stephano. Galliæ Togatæ vrbs* FAVENTINA *ciuitas, Caſſiodoro in Variis. Plinius* FAVENTINOS *in octaua Italiæ regione ponit.* Faenza *hodie nuncupatur. Vide* BARCINO, VESCIS, & CASÆ.

FAVNI *Mons, municipium Galliæ, circa Vindocinum. Iuo Epiſtola 196.* FAVNORVM *(tamquam populi) iuris, meminit Gellius.*

FAVERIA, *Iſtriæ vrbs eſt apud Liuium 41.*

FAVONIENSES, *vide* NVCERIA.

FAVSTIANENSES *Prouinciæ Valeriæ Byzacenæ, in Africa Propria, meminit antiqua inſcriptio. in Smetij volumine.*

FAVSTIANVS *ager, vitifer, circa Sinueſſam & Gaurum. Plinius 14. cap 6. Circa Cumas videtur, ex Athenæi 1. vbi huius vinum deſcribit.* FAVSTINIANI *Fundi, meminit Hygenus de Limitibus.*

FAVSTINIANOPOLIS, *Antonino Cappadociæ vrbs, in Ciliciæ confinibus. Fortè Halale prius dicta.*

FAVSTINI *Villa, circa Saſſinam deſcribitur à Martiale 6. ad Baſſam. vide* VILLA.

FEBIANA. *Huius meminit lib. Notitiarum. Rhenanus putat* Bebenhauſen *hodie vocari; & à Ptolemæo* PHÆBIANA *dici.* PHÆNIANA φαινιανα, *tamen Ptolem. legit. cui Rhætiæ opidum eſt.* FEBIANENSES *in Africa epiſcopum habet Vict. Vticenſ.*



FEBRA, *vide* ELECTRIS.

FECIVS, *vide* FAGIVS.

FELDEN, *Campi Germaniæ patentes ſic vocati, in quibus Longobardi ex Rugilandia egreſſi, conceſſere. Diaconus 1. Longobardicor. Non eſt proprium. Germani enim quoſcunque campos appellatiuè* Felden *vocant.*

FELICES εὐδαίμονας, *pagi, in Hyrcania ſunt. Diodoro 17. quos meritò ſic vocatos ſcribit, ob ficuum, aliorumq; fructuum inſolitam abundantiam.* εὐδαίμονας χώρας, *ſunt apud Appianum in Parthicis.* εὐδαίμονες *inſulæ circa Arabiam Felicem, ſunt Agatarchidi.*

FELICIS LACVS, *Antonino in ſuo Itinerario eſt.* Plaunſe & Gemunderſe *vocatur à Wolfgango Lazio.* Nideren Waulſe *habet Simlerus. In Noricis eſt, inter Comagenum, & Lauriacum. (Lacus Felix & Lauriacum vocabula tranſpoſita apud Antoninum.)* FELICIS LACVS (locus *fortè melius) quem idem Antoninus inter Luſſunium & Crumerum habet, alium ab illo eſſe vult Simlerus, qui hunc* Blindenburg *à Germanis, &* Wiſegrad *Hungaris appellari dicit. Vide* PEISO.

FELICIANIATENSIS *Diœceſis in Africa. Coll. Carthag.*

FELICITAS IVLIA, *vide* OLYSIPPO.

FELIGINATES *populi interiere, in Vmbria. hoc Plin.*

FELIX IVLIA, *vide* BERYTVS.

FELIX *Sinus*, εὐδαίμων κόλπος, *Vide* FORTVNATVS.

FELSINA, *quæ poſtea* BONONIA, *auctor Plinius. Galliæ Togatæ vrbs, quæ nunc* Bologna *dicitur; & nobili academia celebris eſt. Vide* GALLIA CISPADANA.

FELTRIA, *Rhætiæ vrbs, Antonino.* FELTRINOS *habet Caſſiodorus 5. Variarum. Plinij* FERTINOS *credo.*

FELVA, *vide* CANINEFATES.

FENECTANI *Campi; in his Latinos rebellantes, fuſos, ſcribit Liuius 8.*

FENISSA *legit Lipſius, pro* PHOENISSA: *apud Tacitum 16. Annal.*

FENNI, *an hos Germanis, an Sarmatis adſcribat, dubitat Tacitus.* Pruthenos *aut* Lithuanos *putat Althamerus.* PHINNOS φίννοι, *habet Ptolemæus. hoc tractu. Sed* FINNI *per* I. *Iornandis, mihi potius videntur qui hodie* Finlandt *incolunt. In Scandia peninſula vbi quoque* SCRITIFINI, *vel* SCRICTOFINNI, *ſed verſus Boream magis. Hi ſic vocantur à ſaliendo, voce barbara, inquit Diaconus. Ego à* ſcricken *vel* ſcrijen, *voce merè Germanica, quæ reſultare vel diuaricatis cruribus magnos paſſus, in gradiendo facere, ſignificat. Vtuntur enim teſte oculato Olao, ligneis ſoleis ſub pedum plantis ligatis: quibus admirabili quadam celeritate, labi potius per niues & glaciem, quam currere videantur. Harum vſus apud nos quoque eſt tempore hyemis. Vocamus eos* Scrickſchoenen, *quaſi dicas, calceos tranſultatorios. An ab hoc celeri curſu ijdem apud Antiquos ſcriptores* HIPPOPODES *vocentur, videndum. Vide* VANDALI.

FENON, *vide* PHOENO.

FEPPINGVM, *regio Anglorum mediterraneorum. Beda.*

FERADIMAIENSIS *epiſcopalis ſedes, in Africa eſt: Vict. Vticenſi,* FERADITENSIS *Maioris meminit Coll. Carthag.*

FERENTA φερέντα, *Apuliæ vrbs, Diodoro 19.* FERENTINVM *Liuio 10.* FERENTVM *Horatio. quod Commentator vetus à Cruquio editus Venuſinæ ciuitati propinquum facit.* FRENTANI *Plinio, (ni fallor) in 11. regione.* Franca villa *putat hodie Scipio Mazella.*

FERENTANI, *vide* FRENTANI, & FERENTINVM.

FERENTIA, *vide* FERENTINVM.

FERENTINÆ *Aquæ meminit Liuius 1. Et* FERENTINÆ *Lucis, idem 7. In Latio, de qua vide* OETENTINÆ.

FERENTINVM φερέντινον, *Ptolemæo:* φερέντανον, *habet Stephanus, idq; ex Strabonis lib. 5. vbi ego hodie* φερέντινον *lego ſine* N. *in vltima: Ferentinum, tamen vertit Xylander. In Latio eſt.* Ferentino *hodie etiamnum dici ſcribit Leander. Habet etiam Plinius & Strabo Ferentinum,* φερεντινὸν *ſed in Tuſcia. &* FERENTIA φερεντία *Cato, & Ptolemæus. ſed &* FERENTINATES *nominat Plinius. & alios* FORENTANOS. *Commentator Horatianus Cruquij hæc,* FERENTINVM *eſt Campaniæ, Tuſciæ, & tertium in via Lauicana, ad 48. lapidem ab vrbe. vide* FERENTA, FRENTANI, OETENTINÆ, & POLIMATRIVM.



FERENTENSIS *Coloniæ, in Italia, meminit Iulius Frontinus M.S. Nanſij, corruptè haud dubiè, pro Ferentinenſis.*

FERENTVM *dici à Strabone, quod Plinius* FERENTINVM *vocat. annotauit Fuluius ad Suetonij Veſpaſianum Vide* FERENTA.

FERESNE, *Galliæ Belgicæ locus, in tabula Peutingeriana, ignotæ poſitionis M. Velſero, & mihi.*

FEREZÆA, *vide* PHEREZÆI.

FERITOR, *Plinio Liguriæ fluuius eſt.* Beſagno *mihi videtur. Iuxta Genuam eſt.* PHERITO *legit Fragmentum Antonini. Vide* PHERETIANI.

FERONIA φερωνία, *quam Strabo ſub monte Soracte deſcribit, Tuſciæ vrbs eſt. Leander eam* Caſtel di S. Silueſtro *appellari ait. Anton. Maſſa putat eius nulla exſtare veſtigia.* FERONIA *iuxta Tarracinam vrbs, Tacito. 3. Hiſtor. & Virg. 7. Æneid. In Pomptino agro, Halicarnaſſæo 1. quæ poſtea* FARONIA, *eodem teſte. Tertio milliario à Tarracina eſt Commentatori Horatiano Cruquij.* FERONIA *Lucum habet Vibius iuxta Tarracinam.* FERONIA *Lympha eſt apud Horatium: tribus millibus ab Anxure; Vrbem verſus. Vide* PHERONIA.

FERONIÆ *Lucus* λοῦκος φηρωνίας, *Colonia, Ptolemæo, Straboni, & Plinio, Tuſciæ vrbs; quam iuxta ipſam Feroniam ſtatuit Strabo. Iuxta Capenates fuiſſe ex Liuij 26. diſco. Hodie* Pietra Santa *vocari, ſcribit Leander.* LVCOFERONIA, *in lib. de Limitibus.* CAFERONIANVM *in Fragmento Antonini. In Edicto Deſiderij regis (ſi quæ illi fides) hæc,* PETRA SANCTA *olim* FORVM FERONIÆ. FERONIANI *Montes hic quoque Catoni in Fragmentis.*

FERONIANVM, *vide* CAFERONIANVM.

FERONTIANENSIS *Epiſcopi in Africa, meminit Vict. Vticenſ.* FROTONIANENSIS *apud eundem.*

FERRADII *Mons, prædium ſupra Raphaneam, in finibus Tripolitanis, Guil. Tyrio.*

FERRARIA, *Sardiniæ locus, Antonino. Etiam Hiſpaniæ Pomponio, quod nunc* Segarra *vocari, ſcribit Pet. Methymnenſis. Vide* DIANIVM.

FERRARIÆ, *Galliæ locus, in Senonibus: teſte Iuone, Epiſtola 70. Nomen* BETHLEHEM *à conditore illi impoſitum, lego apud S. Lupum, Epiſt. 13.* S. Pierre de Ferrieres *hodie vulgò nominatur.*

FERRATA *Turris; vide* TVRRIS.

FERRATÆ *Aquæ, quarum meminere Scribonius, & Marcellus, ſunt in agro Centumcellenſi: vt ſcribit in Variis, Mercurialis, additq; montes vnde hæ deriuantur,* Ferrarî *etiam hiſce temporibus vocari.*

FERRATVS *Mons, Tubuſupto contiguus; in Mauritania, Ammianus, & Scheda III. tabulæ Peutingerianæ, nondum edita.*

FERREA *Porta, quam Alex. Magnus prærupto Tauri montis impoſuit iugo. ſic Hegeſippus 5. cap. 50. Hodie* Derbent *vocatur. vide* CAVCASIÆ.

FERREA *Regio, vide* SIDERAS.

FERREVS *Mons, circa Arabiam Petræam: Egeſippo 4.* σιδηροῦν ὄρος, *Ioſepho belli Iud. 5. cap. 4. Vide* PHOCRA, & ZACHAR.

FERRVGO, *vide* VERREGINVM.

FERRVGVM *Caſtrum, in Lombardia: Diacono Longob. 3. cap. 15. Circa Tridentum videtur.*

FERSVLÆ, *ſunt in Theſauro Goltzij, ex vetuſta inſcriptione.*

FERTINOS, *inter Rhætica opida nominat Plinius, apud quem quoque quidam codices* FELTRINOS *legunt.* Feltro *Leander vocat, inq; Carnis deſcribit. Vide* FELTRIA.

FERVGO, *vide* FERRVGVM.

FERVIR, *vide* BERGIO.

FESCENNIA *Plinio,* PHASCENION φασκένιον, *Halicarnaſſeo.* PHESCENNIVM *Catoni. Tuſciæ opidum eſt.* Citta Caſtellana *hodie dictum Leandro, & Erythræo. Circa Phalarim fuiſſe videtur.*

FESSEITANVS *Epiſcopatus, in Numidia. Vict. Vticenſis.*

FESTA, & FALACRON, *(Fallacorum alia lectio) Antonino inſulæ, inter Siciliam & Africam.*

FESTI, *vide* PHESTI.

FESVLÆ *Plinio,* FÆSVLÆ φαισοῦλαι *Ptolemæo. Tuſciæ vrbs. & Colonia Romana, vt putat Onuphrius. Hodie* Fieſoli *dici ſcribit Leander. Pontanus, & Ioannes Caius in ſuo de Propriis libris, libello, putant ex Fæſulæ ruinis natam Florentiam. Conſule de eo Politiani ad Pet. Medicum epiſtolam.* FESVLANOS *Montes habet Oroſius.*

FETVLENSE *Præſidium, in Africa, ni fallor. vbi Victor Vticenſis 2. ait nonnullos Epiſcopos in exilium miſſos.* SVFETVLENSE *legendum puto. vt alius codex habet.*

FIARASVM *Cappadociæ vrbs, Antonino. Pro* PHIARA *Ptolemæi quidam habet.*

» FIBRENVS. *Sil. Italicus 8. At qui Fibreno miſcentem*
» *flumina Lirim Sulfureum, &c. Item Cicero 2. de Legib. Videtur ſe in Lirim præcipitare.* Fiume de la Poſta *hodie vocari, ait Sanfelicius. In hoc flumine inſulam deſcribit Cicero, loco ſupradicto, ad quam ipſe ſedere ſolebat. hanc hodie* S. Dominici *vocari, annotauit Pet. Marſus ad 8. Silij Italici.*

FIBVLARIA, *vide* CALAGVRIS.

FICANA, *Latij vrbs, Plinio, & Liuio. Erat via Oſtienſi, ad lapidem vndecimum, vt tradit Feſtus.* φικλῶαι *ſunt apud Dionyſ. Aſrum. vt annotauit Sigonius ad Liuium. & idem eandem vult cum* FICVLNEA. *Vide* PVILIA.

FICARIA φικαρία, *Ptolemæo & Plinio inſula eſt iuxta Sardiniam,* Serpentaria *Leandro vocatur.*

FICEDVLENSES *nominatur in Captiuis Plauti. fabuloſè, vt putatur.*

FICELIA, *quæ &* VOSAVIA *priſcis, nomen vrbis ad Rhenum,* Obern Weſel *vocatam, vt ſcribunt Althamerus & Pircheymerus qui addunt ibi Mammæam Alex. Seueri Imp. matrem ſepultam. quibus auctoribus, ignoro.*

FICENSIS, *vide* FICVS.

FICHOLA φιχόλα, *vicus Palæſtinæ. Ioſephus 12. Antiquit. cap. 4. Patria Ioſephi, Tobiæ filij.*

FICILIENSIS *ager. lib. Limitum.*

FICOCLE, *vide* PHYCOCLE, & FICVNDA.

FICOLENSES, *Italiæ populi, circa Samnitium. Plinius.*

FICVLEATES *populi, Vrbe vicini. Varro 5. Malim* FICVLNEATES, *gentile à Ficulnea.*

FICVLENSIS *villa, meminit Cicero ad Atticum lib. 12. Epiſt. 34. Vide* NVMENTANA.

FICVLNEA, *Vetus Latij vrbs, Liuio 1. vide* FICANA.

FICVLNENSIS, *vide* FIGVLNENSIS.

FICVNDA, *vicus circa Rauennam, vbi Mauritium tyrannum captum & occiſum refert Rubeus 4. Rauennatium. Duodecimo milliari à Rauenna eſſe ſcribit Blondus. & idem dictus Rubeus, qui ſubiungit à nonnullis pro* PHYCOCLE *haberi.*

FICVS, *vel* AD FICVM, *Antonino; Mauritaniæ Cæſarienſis opidum. Hinc* FICENSIS, *ni fallor, in Coll. Carthag. Vide* SISTINENSE.

FIDA, *vide* TVDER.

FIDENÆ *Liuio, Latinorum Colonia & vrbs;* φιδῆναι, *apud Strabonem eſt: cuius tempore pagus erat, & priuatorum domicilium. olim tamen opidũ ad Tiberis, & Anienis confluentes Halicarnaſſeo 3.* FIDENATES *populi apud Liuium, & Plinium ſunt. item Eutropium, cui ſexto ab Vrbe milliario ſunt ſeptimo eidẽ, alio in loco. Halicarnaſ. 2. ſtadiis quadraginta: quæ quinq; tantũ milliaria efficiunt.* Caſtel Iubileo *appellari, ſcribit Erythræus. Territorij Romani eſt. Fidenas ab Anco Marcio vi expugnatas, ſcribit lib. 3. Halicarnaſſeus. vbi eam ad confluentia Anienis in Tiberim deſcribit. Ficanam vertit Sigiſm. Gelenius; ex Liuij lib. 1. vt ſuſpicor, an rectè, neſcio: hoc ſcio, Fidenas & Ficanam diuerſa apud hunc eſſe opida.* φιδῆναι, *Ptolemæo quoque in Latio, ſed hinc procul diſtantes. Eaſdem tamen putauerim, & eum erraſſe. vt ſepe alibi, in ſitu.*

FIDENTIA φιδεντία, *Galliæ Togatæ, in Italia vrbs, Ptolemæo, & Antonino.* FIDENTINI *Plinio.* Fiorenſola *opidum, in Apennino ſitum, putatur à Georg. Fabricio.* Bourg S. Dionyſio, *Simlero. Fidentia & Florentia ſunt hoc tractu duo diuerſa loca, apud ipſum Antoninum. Vide* IVLIA, & FIDENTIOLA.

FIDENTIOLAM *Vicum, habet Antoninus inter Placentiam & Parmam Italiæ vrbes. Alio in loco videtur eandem Fidentia vocare. Hodie ibi* Fiorenzola *eſt.*

FIDENTIORES, *vide* ARETINI.

FIDICVLÆ, *Val. Max. 7. cap. 6. ita, Ex Apulia, quoque & Fidiculis, &c. quia initialem litteram maiori forma fingunt, loci nomen putauerim. An fida fide, ignorare me fateor.* »

FIDOLOMENSIS *Epiſcopus: in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſis.*

FIGLINA, *ciuitas territorij Romani, via Salaria. In vita S. Laurentij.*

FIGVLNENSIS *Porta, Vrbis Romæ: quæ &* VIMINALIS *dicta fuit. & nunc* S. Agnetis *cognominatur. Ex B. Marliano. Vide* NVMENTANA.

FILÆ, *Thebaidis in Ægypto locus, Antonino.* FILVM *lib. Notit. An* PHILÆ *Ptolemæi?*

FILISCVM φίλισκον, *Faliſcorum vrbs, Diodoro 14. mendosè pro* φαλισκον. *Vide* FALISCI.

FILONIVS, *vide* PHILONIVS.

FILVM, *vide* FILÆ.

FIMBRIA *Latinis,* Femeren *vulgò inſula Holſatiæ: in littore Orientali. Hanc Crantzius* CIMBRIAM; *quidam Cimbriam paruam putant.*

FINES, *Italiæ locus, Antonino, inter Alpes Cottias & Taurinas; vt Simlero videtur. Vide* AD FINES.

FINNAITHÆ, *vide* BERGIOTHÆ.

FINNI, *vide* FENNI.

FIPONTVS, *vide* SEDISSA.

FIRMA, *vide* ASTYGIS.

FIRMIVM φίρμιον, *Ptolemæo, & Procopio. qui dicit dieĩ iter ab Auximo diſtare.* FIRMVM PICENVM φίρμον, *Strab.* FIRMIANI *ſunt Liuio.* FIRMANORVM *Caſtellum vocatur à Plinio.* Fermo *hodie videtur.* Formiano *habet Franciſcus Pamphilus. Picenorum, in Italia, ciuitatem.* COLONIA AVG. FIRMA, *legit Goltzius, ex Galba nummo.* FIRMVM *eſt apud Cicer. ad Atticum lib. 8. Epiſt. 12. vide* CASTELLVM.

FISOLATA, *loci nomen, iuxta Haſtam vrbem. Hygenus de Limitibus.*

FISCELLVS *Mons, vnde Nar fluuius oritur, Plinio, de quo ſic Varro de re Ruſtica 2. In Soracti Fiſcelio capræ feræ ſunt, &c. Scio Victorium pro Soracte, Sauractum legere. Malim ego ita, in* Soracti & Fiſcelio. *aut cum Plinio,* Fiſcello. *hanc lectionem confirmat Silius 8. Circa hunc montem Fiſcellum hodie ille locus quem vulgo* Monte della Sibylla *nominant, nos autem* Vrou Venus berch, *id eſt, Veneris mons. de quo diximus in noſtro Theatro ad Marchiæ Anconitanæ tabulam.* »

FISCILLIACVM, *vicus à Bellicenſi vrbe ſex milliarib. In vita S. Anthelmi. Surius.*

FISERA φίσηρα, *Corſicæ inſulæ vrbs apud Ptolemæum eſt. Hæc* Figati *à Pineto interpretatur.*

FISIDA, *vicus Africæ, circa Tripolitanam regionem, Antonino. Simlerus ſubdubitat an* PISIDON *Ptolemæi ſit.*

FISIGVS, *vide* ESIGVS.

FISOLATA, *vide* IVLIA AVGVSTA.

FISSANENSIS *epiſcopi, in Africa: meminit Coll. Carthag.*





FISSENIA *opidum, ad Regium amnem, circa Babyloniam. Zoſimus.*

FITERNVS, *vide* PHITERNVS.

FLACCIA, *vide* MOESIA.

FLAGONITORVM, *vrbs Ægyptianæ, mentio eſt in epiſtola Epiſcoporum Ægypti, ad Leonem Aug. In Conciliorum opere.*

FLAMIAS φλαμίας, *Epiſcopalis vrbs, ſub metropoli Mamiæ μαμίας. In Reſponſis patriarcharum Orientalium. ex Euſebij Pamphili Hiſtoria Eccleſiaſtica. vt illic legitur.*

FLAMINIA φλαμινία, *Italiæ regio, quæ poſtea* ROMANIA *dicta fuit. Flaminiæ huius meminit quoque Capitolinus in Gordiano. Hodie* Romagna *appellatur Leandro.* Romandiola *Iacobonio. Vndecimam regionem facit Diacon. 2. Longobard. in qua Rauenna, & quinque aliæ ciuitate, à quibus* PENTAPOLIM *nominat. Inde* VIA FLAMINIA *Straboni.*

FLAMINII PRATA, *quem nunc* CIRCVM FLAMINIVM *appellant. Locus vrbis Romæ eſt. Liuius libro 3. Eodem libro videtur eundem* APOLLINAREM *vocare.*

FLAMINITANAS *ex Hiſpania Citeriore cotes, laudat Plinius lib. 36. cap. 22. An à loco ſic dictas?*

FLAMMONA, *vide* FLAVONA.

FLAMONIENSES, *cognomine* VANNIENSES & CVLICI; *circa Venetos populi, apud Plinium.*

FLANATES, *vide* FLANATICVS.

FLANATICVS *Sinus, Plinio:* FLANONICVS φλανωνικὸς, *Stephano. Mela eum* POLATICVM. & *Oroſius* LIBVRNICVM *vocat. Eſt ſinus maris Hadriatici, inter Iſtriam & Illyridem.* Quarnero, *vel* Carnero *hodie dicitur, quaſi carniuorus; ob frequentia fortè in eo naufragia.* FLANATES *huius accolas, vocat Plinius.*

FLANONA, *vide* FLAVONA.

FLANONICVS, *vide* FLANATICVS.

» FLAVI *Gallica gens, apud Tibullum 1. Elegia 7. Carnuti,*
» *& Flaui, cærula Lympha Liger. niſi pro epitheto Carnu-*
» *torum intelligas, vt apud Lucanum 1. Soluuntur flaui*
» *longa ſtatione Rutheni. niſi & hic quis malit legere. Flaui & longa, &c. Ego ſanè pro epitheto vtrobique intellexerim. Eſt enim Celtarum flauus ſiue rutilus, apud ſcriptores color genuinus.*

FLAVIA, *quæ* NEAPOLIS, *eſt Syriæ Palæſtinæ, ſic D. Iuſtinus martyr. vnde ſe oriundum ſcribit. In Samariæ regione eſſe, ex Epiphanio liquet, qui hunc Samaritanum facit.* FLAVIOPOLIM *puto in marmoribus. Vide* AVGVSTODVNVM, TICINVM, & VITERBVM.

FLAVIA ÆDVORVM, *Sequanorum vrbs: ſunt qui* Flanigny *interpretantur. Vide* AVGVSTODVNVM.

FLAVIA AVGVSTA, *vide* PVTEOLI.

FLAVIA CÆSAREA AVG. FEL. *Eſt in Goltzij Theſauro, ex nummo. Vide* CÆSAREA.

FLAVIA COLONIA, *vide* CÆSAREA PALÆSTINÆ.

FLAVIA CONSTANTIA, *vide* CONSTANTIA.

FLAVIA CVRVAPAPIA, *vide* CÆSENA.

FLAVIA FIRMA SVRA, *vide* SVRA.

FLAVIA *Gallica, vide* GALLICA.

FLAVIA LAMBRIS φλαυΐα λαμβρις, *Ptolemæo in Hiſpania Tarraconenſi, Beduorum vrbs.* LAMBRIACA *Melæ. quæ à Taraphæ* S. Maria de finis terræ *interpretatur. cui non aſſentior.*

FLAVIA SECVNDA, *eſt in lib. Notitiar. Sub diſpoſitione Ducis Moguntiacenſis.*

FLAVIANA, *Scythiæ vrbs. lib. Notitiar. Mœſiæ primæ, alio in loco, eidem.*

FLAVIANA PACATIANA, *Galliciæ in Hiſpania vrbs. Lib. Notitiar.*

FLAVIANVM, *vide* ALA FLAVIANA.

FLAVIAS, *vide* FLAVIOPOLIS.

FLAVII, *vide* SINGYLIA.

FLAVINIVM, *locus Tuſciæ in Italia, Seruio in illud Virgilij: Flauiniaq; arua.* FLAVINÆ *meminit Silius 8.* » *Et* FLAVINIANI, *Catonis Origenes.*

FLAVIOBRIGA φλαυιόβριγα, *Autrigonum in Hiſpaniæ Tarraconenſi opidum, Ptolemæo. Vbi olim* AMANVM *Portus, vt Plinius teſtis eſt.* Fontarabie *Villanouano eſt.* Bermeo *eſt Morali: in littore Oceani.*

FLAVIONAVIA φλαυΐονανία, *ſic in Græco Ptolemæo eſt,* FLAVIVM AVIA *diuiſim, Pæſicorum, in Hiſpaniæ Tarraconenſi opidum, quod hodie* Bilbao *eſt, ſi Villanouano & Henr. Coquo creditur.* S. Ander *facit Moletius.*

FLAVIOPOLIS φλαυιόπολις, *Bithyniæ ciuitas, Ptolemæo. Eadem quoque* CRATEA κράτεια, *eodem teſte. ſic quoque in Concil. opere. Eſt Thraciæ colonia & vrbs, Plinio. non longè à Byziæ opido, Solino. Eſt & Flauiopolis Ciliciæ vrbs mediterranea, apud Ptolemæum. hæc in concilio Antiocheno* FLAVIAS *nominatur.* φλαυιοπολιν σαμαρειων *habet Goltzius: ex Domitiani nummo. Vide* ZELIA, & FLAVIA.

FLAVIORVM *ſuburbium, vrbis Romæ, habet Suetonius in Veſpaſiano, in quo quercus antiqua: Marti ſacrata.*

FLAVIVM, *Norici opidum habet Plinius. Lazius* S. Andres *vocat. ad Lauandt flumen ſitum eſt. Vide* AXALITA, IRIA FLAVIA, ERACONIVM, INTERAMNIVM, & FLAVIONAVIA.

FLAVIVM ARVENSE *habet Amb. Moralis Hiſpaniæ vrbem, octo leucis ab Hiſpali: in Bætica, quam hodie* Alcolea *appellari tradit. Vetus lapis illius meminit.*

FLAVIVM AVIA, *vide* FLAVIONAVIA.

FLAVIVM AXATITANVM, *vide* AXALITA.

FLAVIVM BRIGANTIVM φλαύιον βριγάντιον, *Ptolemæo. Callaicorum vrbs eſt, in Portu Magno.* βριγάντιον *Dioni, & Antonino. Oroſius* BRIGANTIAM *vocat; altiſſimámque pharum ibidem exſtare addit.* Coruña *Florianus & Gomecius indigitant. Benterus & Coquus* Beranços *vocant, tribus leucis hinc diſtans. ſic quoque Io. Mariana.* Compoſtella *(vbi corpus D. Iacobi religioſè colitur) Taraphæ, Morali, & Villanouano eſt. qui credit hoc Flauium, à Mela* LANASVM *vocari. Vide* IVLIOBRIGA.

FLAVONA φλαύωνα, *Ptolemæo, item Plinio, apud quem nonnulli* FLAMMONA *legunt. inter quos Fauolius, qui dicit hodie* Fianona *vocari. Illyrici vrbs eſt, ad Mare Hadriaticum (*BLANDONA, *vel potius* BLANONA *pro eadem legit apud Antoninum, non ſine errore puto, Simlerus.)* FLANON φλάνων, *Stephano eſt.* FLANONA *quoque in Goltzij Theſauro. Eſt inſula* FLAVONA *Illyrici, in qua Gallum Imp. occiſum, ſcribit Socrates Scholaſticus.*

FLEA, *vide* FLEVVM.

FLENIO, *in tabula Peutingeriana. Non eſſe Fleuum, Phleum, ſiue Phileum antiquorum, annotauit qui hanc in lucem dedit M. Velſerus.*

FLEON *Villa, &* THEORACENSIS *pagus, nominantur in vita S. Vrſmari. Fortè circa Hannoniam.*

FLETIONE, *ſic in prima ſcheda tabulæ Peutingerianæ. Ad quam M. Velſerus hæc, Aut cum Antonini Manaritio conuenit, aut non procul abeſt.* ELECTIONE *autem legebat tertia ſcheda, quam mihi Auguſta Vindel. vtendam miſit.*

FLEVI LACVS, *videtur mihi poſſe appellari Sinus ille Germanici maris, qui eſt hodie inter Hollandiam & Friſiam, & vulgò* Zuyder-ſee *vocant. Vide eius deſcriptionem (ex qua ego meam hãc opinionem hauſerim) apud Melam, lib. 3. cap. 2. & Plinium lib. 4. cap. 15. Tacitus quoque videtur hunc ſinum ſub appellatione lacus, deſcripſiſſe, vbi dicit: ex foſſa Druſiana, lacus, inde & Oceanum vſque ad Amiſiam flumen ſecunda nauigatione peruehi. Libro 2. Annalium eſt, vt eos Lipſius nuper diſtribuit.*

FLEVO, *Rheni inſula, apud Melam, quæ hodie* Tulie, *vel* Flie, *ni fallor. Situs enim quadrat, & vocabulum non malè alludit. T. elementum enim hic loco articuli eſt.*

FLEVVM, *Caſtellum Tacito, in littore maris, vt videtur ex eius deſcriptione.* Vollenhoue *interpretatur à Cyr. Spangebergio.*

gebergio. Friſiæ opidum eſt. Becano videtur Flodorp, pagus Friſiæ ad oſtium Groeningerdiep dictum, quo ex vrbe Groeninga in Oceanum nauigatur. Idem addit à Ptolemæo PHILEBVM vocari; quam ſcripturam apud hunc non agnoſco. ſed PHILEVM φλιϐυμ, quod Fledorp interpretatur ab Hieronymo Verrutio, Friſio. FLEVVM, Plinio eſt Rheni oſtium, quod Ptolemæo ORIENTALE cognominatur, Yſſel/ vt ego auguror. Diuæo Vecht eſt. Hier. Verrutius dicit nomen antiquum obtinere, & Vlie dici. FLEA vocatur in vita S. Ludgeri. Vide RHENVS, & PHILÆVM.

FLEXVM φλήξον, Ptolemæo, Antonino & lib. Notitiarum, Pannoniæ Superioris vrbs eſt, ex qua Iac. Spiegelius Wien Auſtriæ vrbem primariam facit. Lazius autem Altenburg/ aut Presburg putat, Hungariæ vrbem. Presburg Latini recentiores POSONIVM vocant. Item PISONIVM, vt Lazius docet, ex ſcriniis eiuſdem vrbis, à Piſone quodam videlicet, cuius opera Tiberius Pannones ſubegit. Boſa in Pannonia, quod Bresburg, inquit Otto Friſingenſis.

FLICONEA, vnde Euſemus Græcis ſuppetias tulit Dar. Phrygius. CICONIA legendum ſuſpicor, ex Homeri Ιλιαδ β. vbi hic Euphemus dux Ciconum vocatur.

FLORENTIA, Valeriæ Ripenſis vrbs. lib. Notit. Vide FLVENTIA.

FLORIACENSE monaſterium, in diœceſi Aurelianenſi ſitum, ad Ligerit fluuium, hodie Benedicti nomen habet. Sic Maſſonus. FLORIACVM villam, in territorio Diuionenſi, habet Greg. Turonenſis.

FLORIANA, Pannoniæ opidum, Antonino. S. Pauli fortè hodie, inquit Lazius. Ad Danubium fluuium. Idem alio in loco ſubdubitat an Graitz hodie, vbi olim Floriana.

FLORIANVM, locus epiſcopalis, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſis.

FLORIANVS, vide FORITIVS.

FLORIVS, Plinio fluuius Hiſpaniæ; ad Nerium promontorium eſt. Hunc VIR οὐίρ, apud Ptolemæum dici putant, quem Moletius in ſuo Ptolemæo Ars vocat.

FLOVIVS, loci nomen, circa Hiſtriam, aut Forum Iulij; vbi pugnatum ſcribit P. Diaconus, inter Cacanum & Lupum, quem interemptum ibidem addit. An Pflaum fortè nunc? vel Fiume?

FLVCTVS Paſſeris, meminit Martialis, inter blādiſſimas Italiæ aquas. Feruidiq; Fluctus Paſſeris, aut Superbus Anxur.

FLVENTIA, & FLVENTINI, Arno flumini appoſiti: apud Plinium. Dicuntur quoque ARNIENSES, in Catonis Fragmento. Etruriæ vrbs primaria, Fiorenza, vt putatur, hodie dicta. FLORENTIAM Ptolemæus & Antoninus vocant. & FLORENTINORVM meminit Tacitus, & Frontinus, Coloniamq; Romanam vocant. Miror de Leandro, quod in ſua Italiæ deſcriptione hoc nomen apud Ptolemæum non reperiri ait: cùm tamen in Græcis exemplaribus hoc modo legatur. φλωρεντία. Vide Annotationes Alciati, in Tacitum, vbi dicit eos elleboro indigere qui hanc Fluentiam vocant; cùm Florentiam idem Plinius celebrat, lib. 14. cap. 3 ſed de eo ipſe viderit. De Florentia, Fluentinis, & Feſulis, lege Politiani epiſtolam ad Pet. Medicum. Huicq; adde Forcatulum, lib. 4. de Gallorum Imperio & Philoſophia.

FLVMEN PISCENSIS loci, ſic dici, in Africa: meminit Coll. Carthag. cuius Epiſcopus Reſtitutus nominatur.

FLVMENZERITANI epiſcopalem locum Africæ, habet Vict. Vticenſ.

FLVMENTANA Porta Vrbis Romæ, quæ hodie Porta del Populo vocatur. Marlianus.

FLVSTATES, Galliæ populi, apud Cæſarē, quos Cœnalis & Belleforeſtius, in comitatu de Foix, apud Aquitanos locat. Vrſinus ex Plinio & Claudiano ELVSATES legit. quam lectionem etiam probat Scaliget in ſuis Auſonianis lectionibus: aliamq; tanquam deprauatiſſimam explodit. Habet enim hic tractus ELVSATIVM ciuitatem; cuius eſt mentio in Prouinciarum libello. Hancq; Elſam, & corruptè Euſam vocant incolæ Vaſcones; vt idem addit



Scaliger. ELVSANAM plebem, habet Sulpicius lib. 2. Vide ELVSA.

FLVVIVS, vide FLOVIVS.

FOCARIA, promontorium Flaminiæ, Blondo: ad Mare Hadriaticum. Leander dicit hodie Monte di Peſaro vocari.

FOCE, Ægæi maris inſula, apud Antoninum.

FOCENSES, vide PHOCENSES.

FOCIÆ Epiſcopum Leonem, habet Lib. Caroli Magni, contra Imagines, cap. 25.

FOCIS, locus in Ægypto, vbi Ruffinus in Hiſtoria Eccleſiaſtica ſcribit Paulum quendam habitaſſe. Hic fortè φοινιξ Euſtathij eſt, cuius meminit in ſuo Dionyſio, vbi Alexandriam deſcribit. Vide DAVLIS.

FOCVI, vide FOCVNATES.

FOCVNATES, Alpini populi ſunt apud Plinium. Simlero videntur ex aliorum ſententia, qui Vallem Suls (quæ nunc D. Bartholomæi nomen habet) habitant. partim Tridentinis, partim Venetis parent. Falciniaci comitatum fuit Pingonius. Sed idem alibi FOCVI legit. Focunates, putat Hermolaus BECHVNOS βεχουνοὶ, Ptolemæi eſſe.

FOEDATVRÆ Colonia eſt ex Frontino, apud Onuphrium. Eſt quoque in Nanſij lib. MS.

FOEDERATI, vide ÆDVI, AVENTICVM, CARNVTI, LINGONES, LVGVS Auguſti, RHEMI, TARRACENSES, VASCO, & VOCONTII.

FOEDERATORVM flumen, vide SALDVBA.

FOENICE, pro PHOENICIA. In Digeſtis 50. Tit. de Cenſib. ſic legitur, Berytos in Fœnice iuris Italici eſt.

FOENICVLARIVS Campus, μαραθρῶν© πεδίον, Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Iberum & Pyrenæos circa mare. Strabo.

FOERONIÆ, vide FERONIÆ Lucus.

FOETI, Rhætiæ locus, lib. Notit.

FOLCODI Rupes, pars Voſagi montis, Galliæ. In vita S. Hildulphi.

FONS HORTORVM de Libano, vide ADONIS.

FONS Ruber, in Æthiopia. Plin. 31. cap. 2. ex Cteſio. Quē ex eo biberint, & modum ſuperent, lymphatos agit.

FONTANELLA Monaſterium, ad Sequanæ fluminis ripam, in Rhotomagenſi territorio. In vita D. Anſeberti.

FONTES κρῆναι, locus ſic vocatus in Epiro. inter Argos Amphilochicum, & Acarnaniam. Thucydides 3. ad finem

FONTES APONI, à Suetonio, Martiale, & Claudiano celebrati, & à Theodorico Gothorum rege, vt Caſſiodorus teſtis eſt, muro cincti. Thermæ ſunt, in agro Patauino, Venetorum ditionis. hodie Bagni d'Abano vocatæ, vt Leander ſcribit. Ebano habet Sauonorala. Harum ſitum & virtutes deſcribit preter Caſſiodorum, Bartholomæus Viottus. AQVÆ PATAVINÆ fortè Plinij. Vide ELECTRIDES.

FORA, vide NINIVE.

FORANVM, Etruriæ vrbs: in Edicto Deſiderij regis.

FORATH, opidum in Paſitigris ripa, Characenorum regē parens. Plinius Felici Arabiæ adnumerat.

FORATIANENSEM, in Byzacio, Epiſcopum nomine Bonifacium, habet Victor Vticenſis. FORIANENSIS legebat MS. codex.

FORENSES In lib. Notit. Cuneum equitum Dalmatarum Forenſium Bononiæ, in Dacia Ripenſi collocat. Vide VOLCEIVM.

FORENTANI, Apuliæ ſunt populi, apud Plinium. An Phrurentani Stephani? vide FERENTINVM.

FORETANI, Italiæ Tranſpadanæ populi. Plinius.

FORETII, Italiæ populi, Plinio. vide FORVLI.

FORIANENSIS, vide FORATIANENSIS.

FORINÆ, vide FVRINÆ.

FORITIVS locus ſic dictus, circa Neapolim, Diacono. FLORITIVS alij legunt. FORINVS habebat M.S. exemplar. Alius codex FORANVS legit.

FORMENSIS Epiſcopi, in Africa, meminit Optatus Afer. in Numidia eſt. Vict. Vticenſ.





FORMIÆ φόρμιαι, quæ & HORMIÆ, Plinio & Strabone teſtibus. item Frontino, cui colonia Romana eſt. Ptolemæus φόρμιαι, habet. Campaniæ eſt vrbs, & Læſtrygonum quondam ſedes, auctore Symmacho. & LAESTRYGONIAM vocat Cicero, ad Atticum. MAMVRARVM vocat vrbem Horatius, vt teſtatur eius cōmentator vetus, quem à Iuſto Lipſio vſui habui. Mola Georg. Fabricius vocat. FORMIANOS Colles nouit Horatius, & PHORMIANVM Montem Liuius 39. per quem viam ſtrauiſſe Flaccum ſcribit. FORMIANVM, villa Ciceronis erat, in horum Formianorum agro. Huius ipſe ſæpius ad Atticum meminit. Hæc hodie vulgò Ciceron nominari, in Smetij inſcriptionum Volumine lego.

FORMIO φόρμιων, Iſtriæ fluuius eſt, teſte Ptolemæo; cuius oſtia ponit inter Tergeſtum & Parentium. Riſano, Vergerio & Leandro interpretatur: Diſano Nigro. Ciſano Blondo & Volaterrano: ſed vitio typographorum, niſi me coniectura fallit; nam Riſano hoc loco in omnibus corographicis tabulis ſcribi, obſeruaui. Quidā anonymus, in tabula Venetiis excuſa, Alben vocat. Sic etiā à Lazio appellari puto. Hoc fortè Germanorū, illud Italorum eſt vocabulum.

FORNICATA Via; ad campum. vbi Liuius 22. ſcribit aliquot homines de cælo tactos & exanimatos. Circa Vrbem fortè vſpiam.

FOROAVGVSTANA, vide LIBISOSONA.

FOROBREMITANI, Vmbriæ populi, ſunt apud Pliniū.

FOROCLODII, vide FORVM CLAVDII.

FORODOMITI, Antonino in Gallia Narbonenſi eſt. Varrerius dicit Fabregas hodie nominari. FORVM DOMITII fortè legere quis poſſet.

FOROIVLIENSES, Vmbriæ populos; CONCVBIENSES cognominat Plinius. qui alios cognomine TRANSPADANOS habet, circa Venetos. Vide FORVM Iulium.

FORONANTRINI, ſunt apud Goltzium, in ſuo Theſauro. ex nummo. In Italia.

FORONERONIENSES, vide LVTEVANI.

FORONIANVM, à Luitprando rege vaſtatum, ſcribit Diaconus 6. Longobard. Circa Æmiliam videtur. quod ſit hodie, ignoro. & an ſit fida ſcriptura.

FORONOVANVS ager, lib. Limitum: & Coloniar. Epiſcopalis locus in Italia eſt, in concil. Romano. Vide FORVM NOVVM.

FOROTEREDRONII, vide ABRITVM.

FORTENSIS Limitis, in Mauritania Cæſarienſi, meminit lib. Notitiarum. FORTENSIS Legionis XXIX. meminit Goltzius. ex antiquo marmore.

FORTIA Caſtra, habet Lazius, ex lib. Notit. quod Sterzingen interpretatur. In Tirolenſi comitatu.

FORTIA MOENIA, vide CARTERVM.

FORTVNÆ Templa duo, inter Cales & Teanum Sidicinum, locata ab vtraque viæ Latinæ parte. In Campania. Strabo 5.

FORTVNÆ Equeſtris ædes, apud Antium. Tacit 3. Annal.

FORTVNÆ muliebris ædes, in via Latina, ad quartum ab Vrbe milliarium. Val. Max. lib. 1. cap 8.

FORTVNA BONA, vide BONA FORTVNA, & AGATHA.

FORTVNÆ FANVM, vide FANVM.

FORTVNALES, vide TERESIBVS.

FORTVNATÆ Inſulæ, μακάρων νῆσοι, Ptolemæo, Floro, & aliis: In Mari Atlantico ſunt. Iſlas de Canaria hodie ab Hiſpanis vulgò appellantur. Fortunatarum harum inſularū ſingula nomina ſunt apud Ptolemæum, Plinium, Solinum, & Capellam, cæteri eas ſigillatim non nominant. Sed omnes hi in nomenclatura admodum variant. Plinius ex Iubæ Hiſtoria, has ſex ponit, OMBRIO, IVNONIA, IVNONIA Minor, CAPRARIA, NIVARIA, & CANARIA. Hanc nomenclaturam & ordinem ſequitur Solinus, idem ferè facit Martianus, niſi quod loco duarum Iunoniarum, vnam tantùm, THEODE vocatam habet. Ptolemæus quoq; ſex deſcribit; has nempe: APROSITVS ἀπρόσιτ©, HERAS ἥρας, PLVITALIA πλουιτάλια, CASPERIA κασπερία, CANA-



RIA κανάρία, & CENTVRIA κεντουρία. quas vide ſingulas ſuis locis. Hodie verò ſeptem ſub Canariarum nomine numerant: his videlicet recentioribus vocabulis: Lançarota Forteuentura, Gran Canaria, Tenariffa, Gomera, Fierro, & Palma. Inuentæ ſunt anno 1405.

FORTVNATARVM inſularum circa Rhodum etiam meminit Diod. Siculus lib. 5. cap. 16. inter quas nominat Leſbum, Chium, Samum, & Rhodum quoq;. Idem Pomponius, qui Con inſulam his addidit, & μακάρων eas vocat. cui ſic quoque vocantur omnes quæ Aſiæ obiacent, à Tenedo ad Tauri promontorium vſque. FORTVNATAS Inſulas etiam deſcribit vetus Horatij interpres vltra Orcades. Et FORTVNATAS Inſulas tres habet Solinus ad Hiſpaniam. Vide ATLANTIS, FELICES, & IONIDES.

FORTVNATVS εὐδαίμων, Sinus, circa Pactolum fluuium. Plutarchus de Fluminibus. Eum fortè ſic vocat, quod in eo inſulæ Fortunatæ. aut ob auriferi Pactoli diuites arenas.

FORVLI, vicus Italiæ, circa Marſos alicubi. Liuius 26. Virgilius 7. Æneid. & Silius 8. Sabinorū FORVLOS habet Strabo, ſaxa ad rebellionem quàm habitationem aptiora. Hos FORENSES ab Ouidio, & FORETIOS à Plinio vocari, annotauit Scaliger.

FORVM, locus ſic dictus circa Tanarum fluuium, Diacono. patria S. Baudolini. Vide AGORA, & FORVM Egurrorū.

FORVM ALIENI, Tacito Galliæ Ciſalpinæ vrbs eſt. geminato LL. Allieni habent numiſmata. Hodierni Ferrariam vocant, inquit Bocatius, in Libello de fluminibus: quod negat Leander, qui huius ſitum ex antiqua docet tabula. Ferrariam, hoc addam, olim ab exteris Piazza appellatam, tradit in ſuo Itinerario, Italicè ſcripto, Bartholomæus Fontana. FORVM ARRII nominat Laurentius Valla in Hiſt. Ferdinandi.

FORVM APPII, inter Ariciam & Feroniam eſt Horatio. ab Antonino inter tres Tabernas, & Tarracinam ponitur. Leander tradit hodie hoſpitium tantum, Maruti dictum, exſtare. Blondo autē Monaſterium eſt, Foſſa noua vocatū. Calæ Nouæ hodie appellari, diſtareq; ab Vrbe 46. milliarib. teſtis mihi Celſus Cittadinus. Nihil eius hodie exſtare, vel ſi quid exſtet, Pontina Palude inacceſſum putat Cæſ. Baronius in Annalib. Iſidorus Peluſiota putat locum fuiſſe vbi Appij ſimulacrū quoddam exſtitit; Epiſtola 337. libri primi. FOROAPPIOS Plinius habet. In Latio eſt.

FORVM AVRELII, in via Aurelia: inter Vrbem & Coſas. Antoninus. FORVM ſui nominis in Hoſtienſi ad mare fundare ceperat. Aurel. Imp. vt refert Fl. Vopiſcus.

FORVM BIBALORVM, vide BIBALI.

FORVM CASSII, inter Vulſiuium & Sutrium inuenitur, in Antonini Itinerario. Tuſciæ mediterranea vrbs eſt, hodie Vetralla nuncupata: vt docet Cæſar Orlandius, & L. Albertus. Guaſto nominat Simlerus.

FORVM CELLÆ, habet Antoninus inter Pyrganum, & Grauiſcas. Tuſciæ opidum eſt, ad Mare Mediterraneum; Leandro Forcelle dictum. Ibidem CENTVM CELLAS habet idem Antoninus in Itinerarij Fragmento, vt titulus refert.

FORVM CERAMORVM. vide CERAMORVM.

FORVM CLAVDII φόρ© κλαυδίυ, vrbs Tuſciæ, Ptolemæo, in mediterraneis. Tolfa noua, Leandro Alb. Puto à Plinio deſcribi ſub Præfectura Claudia, Foroclodi. FORVM Nouempagorum Claudij, cuius Fragmentum Antonini meminit, idem videtur cum hoc Foro Claudij Ptolemæi, & Plinij. FORVM CLAVDII, Centronum, in Graiis alpibus opidum, apud Ptolemæum. Hoc Noualeſæ à quodā, ſed Rob. Cœnali Tarantaiſe vocatur. DARANTASIA Antonino. Vide FORVM Clodij.

FORVM CLODII, habet Plinius in VIII. regione Italiæ. FORI CLAVDII etiam meminit Antoninus: triginta duo M. P. ab Vrbe. Idem videtur cum eo quod in huius Fragmento NOVEM Paganorum cognominat.

FORVM CONSTANTINI, & FORVM PLACOTVM (Vrbis Conſtantinopolis) idem eſſe, oſtendit Pet. Gyllius, Topographiæ Conſtantinopoleos lib. 3.

FORVM CORNELII φόρ☉ κορνηλίε, Ptolemæo, Plinio, & Procopio, eſt Galliæ Togatæ vrbs. FOROCORNELIENSES habet Plinius. Imola hodie eſt, Leandro & Merula teſtibus, item Sigonio.

FORVM DECII, opidum Sabinorum eſt apud Plinium.

FORVM DIVGVNTORVM, Ptolemæo Cenomanorum opidum. Crema Leandro, in Lombardia Trãſpadana ſitum. Græca exemplaria hoc loco IVTVNTORVM ἰυτυντων, legunt. Idem Leander ſcribit Cremam hanc ædificatã ab incolis catholicis ex PARASII vrbis ruderibus, à Chriſto nato anno noningẽteſimo quinquageſimo primo.

FORVM DOMITII, vide FORODOMITI.

FORVM DRVENTINORVM, vide FORVM Truentinorũ.

FORVM EGVRRORVM φόρ☉ ἠγυῤῥῶν, Ptolemæo. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, quæ nunc Medina de rio ſeco appellatur: vt æſtimat Villanouanus. Antoninus FORVM, ſine cognomine vocat.

FORVM ESII, de quo Obſequens: Ad Forum Eſij bouem flamma ex ipſius ore nata, non læſit.

FORVM FERONIÆ, vide FERONIÆ Lucus.

FORVM FLAMINII, in Vmbria eſt. Meminit eius Ptolemæus, Feſtus, Plinius, & vetus inſcriptio. Dalechampius ad Plinium ſcribit in huius ruinis Fulginium exſtructum: quod hodie Foligni vocant. idem Zacharias Lilius. Vide FVLLINIVM.

FORVM FVLVII, quod VALENTINVM quoque dicitur, Plinio. Lombardiæ Ciſpadanæ opidum, cui hodie (vt Merula & Leander tradunt) Valenza nomen eſt.

FORVM GALLORVM, ſiue Celtarum, ἀγορὰ κελτῶν. vicus ſic dictus, nullo vallo munitus, deſcribitur ab Appiano Alex. lib. 3. Bellorum ciuilium, quò Hirtius conſul diuerterat, poſt profligatum Antonium. Mentio huius etiam eſt apud Frontinum, & lib. 10. Epiſt. Famil. Ciceronis. In Flaminia ſitus eſt, non longè à Perticeto, vt Merula docet, qui eum hodie Caſtel Franco nuncupari addit, cui quoque Leander ſuffragatur. FORVM GALLORVM Hiſpaniæ vrbs eſt Antonino, inter Cæſarauguſtam & Pyrenæos. Nunc Gurrea vocatur, teſte Surita.

FORVM HADRIANI, locus inter Rhenum & Moſam. In Batauia videtur. Tabula Peutingeriana.

FORVM IVLIVM, Italiæ regio, cuius incolæ TRANSPADANI cognominantur; vt Plinius tradit. Hodie Germani Friaul; Itali Friuoli vocant. Venetis quoque Patria dicitur. FORVM IVLIVM φόρ☉ ἰέλι☉, Carnorum vrbs, & colonia, Tacito, & Ptolemæo. Leandro, Porcacchio, & Lazio Ciuidal d'Auſtria eſt; qui docet hanc eandem à P. Diacono vocari CASTRVM IVLIENSE. Fori Iulij regionis vrbs. Vdina Nigro malè. Eſt FORVM IVLIVM Colonia, Commonorum in Gallia Narbonenſi vrbs, apud Ptolemæum, FORVM Iulij vocatur à Planco Imp. ad Ciceronem in Familiaribus, additq; abeſſe à Foro Voconij viginti M. P. PACENSIS & CLASSICA Colonia, Octauanorũ, appellatur à Plinio: OCTOVIANORVM à Mela: NAVALE Cæſaris Auguſti, quod appellatur FORVM Iulium, inquit Strabo. COL. IVL. OCTAV. eſt in Auguſti nummo, apud Goltzium. Hodie Freius vocari ſcribit Joannes Poldus, cui ego ſubſcribo. Vide ILLITVRGIS, & OCTAVIANVM.

FORVM IVTVNTORVM, vide FORVM Diuguntorum.

FORVM LEBVORVM, ſiue LIBETIORVM, vide LEBVI.

FORVM Lepidi. vide RHEGIVM.

FORVM LICINI, aut potius LICINI FORVM, Inſubrum opidum Plinio. Pieue d'Incino Leander indigitat: Lignano Marius Niger. Vide LACCINI.

FORVM LIGNEVM, in Pyrenæis montibus opidũ. Antoninus.

FORVM LIMICORVM φόρ☉ λιμικῶν Ptolemæo, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Portugalliæ hodie opidum eſt, & Lima nominatur, teſte Floriano.

FORVM LIVII, inter Cæſenam & Fauentiam ponitur ab Antonino. Forli interpretatur à Leandro.

FORVM NARBASORVM, vide NARBASES.

FORVM NERONIS, Galliæ Narbonẽſ. vrbs in Mimenis. Ptol.

FORVM NOVANT. Goltzij Theſaurus ex antiqua inſcriptione, quæ exſtat in Smetij volumine. In Italia vrbs. An Nouana in Piceno?

FORVM NOVEMPAGOR. vide FORVM Claudij.

FORVM NOVVM, eſt Sabinorum vrbs, apud Plinium. Fori Nouanorum meminit Vetus lapis, qui Parmæ eſt. vide FORONOVANVS.

FORVM POPILII, vel POMPILII, Plinio, Flaminiæ in Italia vrbs. Forlimpopoli dicitur Leandro. FOROPOPVLIENSES habet Plinius quoque in monte Albano.

FORVM POPLII ποπλίε, eſt apud Ptolemæum in Campania. Hoc POPILII ἀγορὰ ποπλία, eſt Halicarnaſſeo, 1. Adi Sylburgij Notas ad hunc locum. Forum Populi numeratur à Frontino inter Colonias Romanas.

FORVM QVACERNORVM, vide QVACERNI.

FORVM SEGVSIANORVM φόρ☉ σεγεσιανῶν, Ptolemæo Galliæ Lugdunenſis vrbs. Furs P. Saniuliano: & Dalechãpio. Bourgen Breſſe Rob. Cœnali & Pingonio. Hunc Burgum antiquitus TANVM dictum fuiſſe, contendit Fuſtillarius Matiſconenſis, vt ſcribit Paradinus in libello de Motibus Gallorum. idem ait Philip. Bugnonius, in ſuo Matiſconenſi Chronico. Doctiores tamen eum pro Foro Seguſianorum habere, addit. TAMNVM lego in Antonini itinerario, pro Tano.

FORVM SEMPRONII φόρ☉ σεμπρωνίε, Vmbriæ vrbs, Ptolemæo, Straboni, & Plinio, qui eos FOROSEMPRONIENSES appellat. Leander ſcribit Senonum opidum eſſe, in Piceno, & nunc Foſſumbruno dici.

FORVM SICVLVM. Lego Lucilium ſcripſiſſe, Iter à Roma ad Forum Siculum. Ignoro locum.

FORVM SVBVERTE, legit Æthicus, pro opido. monſtrum vocabuli.

FORVM TEREBRONII, vide ABRITVM.

FORVM TIBERII φόρ☉ τιβερίε, Eluetiorum vrbs, apud Ptolemæum. Keyſers ſtul Beato Rhenano eſt. Schudo autem Zurzach, aut potius Zurich.

FORVM TRAIANI, in aliis codicibus TROIANI, in Sardinia vrbs. Antoninus. TRAIANI φρεριον, fortè Procop. 6. Ædif. ab Iuſtiniano Imp. munitum.

FORVM TRVENTINORVM, Plinio Italiæ vrbs, in Gallia Ciſalpina, hãc Leander Brentinore interpretatur. Mar. Niger & Blondus legũt (ex vulgari, ni fallor, Latinũ facientes) BRITANNORVM. Etiam BRINTVM à Plinio dictum, ſcribit Mar. Niger. ex corruptis, vereor, exẽplaribus. FORODRVENT. oſtendit antiqua inſcriptio, in Goltzij Theſauro. PETRAM vrbem habet in Piceno, Procopius lib. 2. de bellis Gothorum. eandem hodie Brentinore vulgo dici ſcribit L. Aretinus in ſuo de Iiſdem, lib. 3.

FORVM VALENTINVM, vide FORVM Fuluij.

FORVM VESSANVM, vide VESSANVM.

FORVM Vetus, vide CASINVM.

FORVM VIBII, aut VIBI FORVM Plinio, Italiæ Tranſpadanæ vrbs. Huius agrum idem Forovibienſem vocat, & Vibonenſem Solinus. vterque circa Padi initium. Villaco apud Leandrum interpretatur. ſed hoc Carinthiæ opidum eſt, in medio Alpium ſitum, ad flumen Drauum, quod Germani Villach appellant. Errat tota via Leander. diſtat enim hoc Villacum à Foro Vibij, non tantum quantum Hypanis Veneto diſſidat Eridano, ſed quantum Padus Drauo. hoc eſt quàm longiſſimè.

FORVM VOCONII, Plinio & Antonino Galliæ Narbonenſis opidũ. Chamberi, Sabaudiæ hodie caput, Pineto. Frejus Caſtillioneo eſt, quod mihi veroſimilius. Vide Chorographiam Varrerij Luſitanica lingua ſcriptam; vbi docet FORVM VOCONTII (ſic enim legendum putat, & apud Antoninum, & vbique apud Ciceronem; & non VOCONII) eſſe inter Chamberi & Frejus.

FORVM VVLCANI ἡφαίςυ ἀγορὰ, apud Strabonem, ſunt CAMPI PHLEGRÆI, Solino, & Plinio, quos etiam CAMPOS LABORIAS vocat. CAMPVS CVMÆVS dicitur Diodoro lib. 4. Et PALENSANA appellatur Etruſco vocabulo, ſi fictus Beroſus credẽdus eſt. Leander



Leander ſcribit noſtro æuo Solfatária vulgo nuncupari. Plinius lib. 3. meminit Laborinorum camporum, in numero plurali. & lib. 17. Laborini campi, in ſingulari. Lib. 8. autem alias LABORIAS habet, quas dicit tantum antecedere Campaniam, quãtum ipſa ceteras terras. Deſcribuntur à Silio, Petronio, & à Cornelio Seuero in Ætna. Huius maximam partem hodie Gauda appellari, tradit Loſredus, in ſuo de Puteolis libello.

FOSATISII, & SACROMONTISII, populi in Romania. Iornandes.

FOSETE inſula, quæ & FOSETESLANDIA, Inſula in confinibus Friſonum & Danorum. vbi Radbodus Friſiæ rex gentilis habitabat. Surius, in vita S. Ludgeri: & S. Swidberti. Amelandt hodie. teſte mihi fide digno Hieronymo Verrutio. Nomen autem vetus in cõtinente tranſlatum, in loco qui vulgo Foſwerdt. Video Corn. Kempenſem pro Heylichlandt inſulam habere. An Foſorum nominis reliquiæ, videndum.

FOSI, Tacito ſunt Germaniæ populi, Cheruſcis contermini, Dietmerſcher æſtimat eos Althamerus. Quidam eos Foſſewerdt interpretatus eſt. qui tractus Friſiæ Occidentalis. Vide FOSETE.

FOSSA, vide THYBRIS, & BASILICA.

FOSSA BASILICA, vide BASILICA.

FOSSA CANOPICA, qua nauigatur Alexandria Canopum, Straboni & Stephano.

FOSSA CERBESIA, vide CERBESIA.

FOSSA CIMBRICA κίμβρου, in Phrygia eſt; quam nullam volucrem ſuperuolare poſſe, ſcribit Antigonus, in Mirabilibus.

FOSSA CLODIA, vide CLODIA.

FOSSA CLOELIA, locus eſt ab Vrbe quinque millia paſſuum diſtans: ſic dicta à duce Albanorum Cloelio; vt ſcribit Liuius lib. 1. & 2. qui rem cum nomine vetuſtate abolitam addit. Halicarnaſſeus tradit ſuo tempore adhuc nomen retinere. ſed hic COELIAM ſine L. in prima, κοιλίας τάφρος vocat, vt & ducem, vbiq; Cœlium. CLVILIA, & Cluilius, vertit Sigiſmundus Gelenius.

FOSSA CORBVLONIS, ſic eam voco Foſſam, quam Tacitus ſcribit à Domitio Corbulone à Rheno ad Moſam trium & viginti millium ſpatio, aut, vt Dion tradit, longam ad millia paſſuum XXI productam. cauſam addit, ne ij fluuij æſtuante Oceano refluentes ſtagnarent: Tacitus autem, quia incerta Oceani vetarentur. (alij vectarentur legunt, Vertrannius putat, vitarentur, ſcriptum fuiſſe.) Hæc hodie haud dubiè Leck vocatur: Hollandiæ fluuius; deſcendit enim ex Rheno, paulo ſupra opidum Wijck dictum, exoneratq; ſe in Moſam, ad pagum Crimpen vulgo vocatum; habétque in longitudine plus minus octo milliaria noſtratia; ex quo ego Taciti lectionem, Dionis prætulerim, efficiunt enim tria millia paſſuum, vnum milliare Batauicum.

FOSSÆ DRVSIANÆ, quas Suetonius in Claudij vita, trans Rhenum noui & immenſi operis à Druſo effectas ſcribit. per hanc, vt Tacitus tradit, ex Rheno per lacus in Oceanum nauigabatur. Hodie de Yſſel vocatur. ſed ea pars tantum Yſalæ eſt, quæ ſupra Arenacum vrbem, ad pagum nomine Malburgum, ex Rheno in Yſalam Doeſburgi effluit, vnde hoc opidum nonnulli Druſoburgum, in facti memoriam, appellare malunt. Hanc Yſalam aquas ſuas olim non commiſcuiſſe Rheno veriſimile eſt: cùm fontem & nomen adhuc habeat in regione Weſtphaliæ, inter Scherenbeeck & Randorp opida, qua deſcendens verſus Dotechemum, dictum Duisburgum alluit, rectaq; Oceanum petit. de quo vide tabulas geographicas.

FOSSA GRÆCA, locus vſpiam in Cãpania eſt: Liuio 28.

FOSSÆ, inſulæ ſic dictæ à Plinio, & Martiano: inter Sardiniam & Corſicam.

FOSSA MAGNA, locus in Peloponneſo. Teſtis Pauſanias, in Meſſeniacis. vide LONGINI Foſſatum.

FOSSA MARIANA, dicta à C. Mario, inter Rhodanum fluuium & Maſſiliam, auctores Plinius, Mela, & Plutarchus. Meminit huius etiam Antoninus. τάφρον Plutarchus Strabo διώρυχα appellat. Ptolemæus, etſi Græcus, nomen tamen Latinum φόσσαι retinet. Sed hic in ſitu eius errat; eam ab altera parte fluminis verſus Narbonam deſcribens. Errant item recentiores, qui eum ſequuntur: & vrbem faciunt: Aiguemortes, aut Camargue eam interpretantes. Pomponij locum hunc, qui eſt lib. 2. cap. 5. ſcriptum & diſtinctum ſic libens legerim: Inter eam & Rhodanum, Maritima Auaticorum ſtagno aſſidet: Foſſa Mariana, &c. Camargue ab Aimoino CAMARGA Inſula nominatur. Inter Maſſiliam & Rhodani oſtium maximè Orientale. Vide in tabula geographica Prouinciæ, locum nouo nomine Fos.

FOSSÆ NERONIS, quam ille, (vt Tacitus & Suetonius aiunt) à lacu Auerno (vel vt Plinius à Baiano) Hoſtiam vſque nauigabilem effodere connixus fuerat, manent veſtigia ſpei irritæ. Hodie vulgò Lo Fuſaro de lo lino vocatur. vt Franciſ. Lombardus teſtatur. ſed Licola, vt Sanfelicius. Huius deſcriptionem lege apud Mazzellam, in Libello Italicè excuſo, de Antiquitatibus Puteolanorum.

FOSSA NOVA διώρυχος, locus Æthiopiæ, ad ſinum Barbaricum; Arriano in Periplo.

FOSSA PVNICA τάφρ☉, limes ſic dictus in Africa inter Carthaginienſium & Romanorum ditionem: Appiano in Libycis. Huius fortè meminit Plinius 5. cap. 4. item Trallianus de Mirabilibus. Vide FOSSA TRAIANA.

FOSSA REGIA, ad Athon montem. Thucididi 4.

FOSSA TRAIANI, Æthico Oceani Meridionalis (vt ſolet hic auctor orbem terrarum per Oceanos diſtinguere) locus eſt. Africæ videtur. FOSSA quadam quoque diuidit Plinius Africam Propriam, in Veterem & Nouam.

FOSSÆ PAPIRIANÆ φόσσαι παπιρίαναι, Tuſcorum mediterranea Ptolemæo vrbs. Foſſel nouo Leandro Alberto vocatur. An PAMPIRIANA Antonini ſit, neſcio.

FOSSÆ Philiſtinæ, vide PHILISTINÆ.

FOSSALENSIS Epiſcopus, in Numidia. Victor Vticenſ.

FOSSATVM Pontis Sontij, vnde Theodoricus rex fugauit Odoacrem. FOSSATVM Palatioli, circa Rauennam, auctor anonymus Faſtorum. Folſato hactenus: teſte Franciſco Pamphilo. vide LONGINI.

FOVENCVLARI; & ANSVRII populi ſunt, inter quos controuerſias fuiſſe, ſub M. Aurelio Ant. Imp. indicat vetus lapis, apud Georg. Fabricium. Anſurios hos putat Lazius publicanos fuiſſe, qui vectigal à vaſis, anſis geſtari ſolitis, colligebant.

FRANCI φράγγοι; Germanica gens, circa Friſiæ & Hollandiæ paludes quondam habitaſſe, apparet ex Procopio, Sidonio, Eutropio, Ammiano, Vopiſco, Pollione, & Panegyricis. Franiker Friſiæ vrbem puto hodie nomen & locum vetuſtum conſeruare. Hos Francos conſuetudo SALIOS appellauit, teſte Ammiano 17. Francos in Galliam irrupiſſe tempore Conſtantini Magni, teſtis eſt Socrates Scholaſticus, & Sozomenus. Francorum ſtudioſus lector adeat cap. 9. Bataniæ Iunij. FRANCOS videtur Iornandes vocare quos hodie François nominamus: & FRANCIAM, quam hodie Royaume de France.

FRANCIA Occidentalis, cuius meminit Auſonius Idyll. 9. & Panegyricus incerti auctoris, Conſt. Imp. dictus, item nummus argenteus eiuſdem Conſtantini, FRANCIÆ Regnum eſt circa Sequanam & Ligerim fluuios, quæ prouincia prius dicebatur GAVDINA: (GAVDIANA legit Chronicon Sifridi) ſed à Carolo Martello Caroli Magni auo FRANCIA, vel FRANCIGENA eſt Latinè appellata. in lingua verò Teutonica, vnde idem Carolus erat oriundus, vocauit eam nomine ſuo CARLINGVAM. Hæc Gotf. Viterbienſis lib. 17. Francos à vetuſtiſſimis BRANCHIDAS appellatos vult Goropius. vide SICAMBRI.

FRANCORVM RIVVLVM appellari vſque hodie, locum quendam haud procul ab Aſta Lombardiæ opido diſtantem, ſcribit Diaconus in Longobardicis 5. cap. 3. Rio Franco hactenus vocatur.

FRANGONES, TEBASSOS, & SCÆVAS, tanquã gentes nominat (legente ſic Boſio) Cicero 14. epiſtolar. ad At-

ad Atticū. epiſt. 10. Alij FRANCONES & BASSOS legunt. A peritioribus diſcere cupio, vbi habitent terrarum.

FRATERIA, vel PHRATERIA φρατερία, Daciæ vrbs, Ptolemæo. Iurgano, Mario Nigro. Lazio autem auctore ab incolis Broſſi, ab Hungaris Zazuara vocatur, in ripa Mariſij, R.P.R. 12 Sect. 2. cap. 1.

FRATRES, vide AD FRATRES, & SEPTEM FRATRES.

FRATVERTIVM, Plinio Calabriæ vrbs.

FRATVOLVM φρατούολον, Hirpinorum in Italia opidum. Ptolemæus. Palo video à quodam interpretari.

FRAVASOSONENSIS LIGITANORVM Municipij. meminit vetus lapis, in Hiſpania. Amb. Moralis in ſuis Hiſpaniæ antiquitatibus putat circa Sierram de Aylla fuiſſe, tribus M. P. ab Alcaudete. In Bætica.

FRAXINETVM apud Luitprandum eſt arx in Italicorum & Prouincialium confinio.

FRAXINVM, Hiſpaniæ vrbs, in Bætica, vt videtur apud Antoninum; Sed Blondo & Leandro circa Padum fluuium, & Fului Forum. In Cottiis Alpibus, Sigonio, & Rubeo.

FRAXVNDVM, vide VENITTA.

FREGELANVM, vide FREGELLÆ.

FREGELLÆ φρεγέλλαι. qui nunc vicus eſt, inquit Strabo, olim vrbs nobilis, ad Lirim fluuium, Liuio 26. FREGELANVM Antonino. FREGELLANI vocantur Plinio. φρέγελλα, numero vnitatis habet Stephanus. Coloniam factam docet Liuius, cui Volſcorum eſt, in Latio ſunt. Ponte coruo horum locum occupat, vt Sigonio & Leandro placet. Quidam Atripaldo vocant, vt Amb. Leo tradit. Aldus in ſua Ortographia putat ex Fregellarum reliquiis Cyperani opidulum conſtructum. FREGELLÆ locus in vrbe Roma quoque, Feſto.

FREGENÆ Plinio, φρεγηνία Straboni; Tuſciæ vrbs maritima: Leander ſcribit hodie Pale vocari. Hoc opidum olim PERGE appellatum, credit Blondus. FREGENA ſingulariter Liuio vocatur. FREGENSES habet quoque Plinius, an alios ab his, neſcio. Colonia Romana eſt apud Florum, Paterculum, & Liuium.

FRENTANI, Plinio Samnitica gens eſt, in Aprutio. Sic etiam Ptolemæo & Straboni. qui eos FERENTANOS φερεντανοὶ vocat. φερεντῖνος Samnitum vrbem habet Stephanus, quam etiam φερεντῖνον, appellat. Sed huius vocis ſcripturam adeò inconſtantem & dubiam apud Græcos auctores reperio, vt me expedire vix queam. eadem eſt apud Latinos varietas, in primis apud Plinium & Liuium; vbi Ferentinum, per I. & Ferentanum, per A. habetur. item Ferentum; nec non Frentani, & Ferentinates, & apud eundem Plinium FERENTANA regio. Ego huiuſmodi à quodam Italo docto, & vetuſtatis locorum perito diſcuſſa exoptarem. Cæſar Baronius in Martyrologio, ad XIIII. Maij, de his hæc verba. Ne quis Nomenclaturæ decipiatur ſimilitudine: Eſt FERENTVM in Tuſcia. de qua Plinius 3. cap. 5. cuius adhuc veſtigia in agro Viterbienſi exſtare dicuntur. Eſt & FERENTINVM apud Hernicos, ciuitas nobilis. à qua Ferentinates, & aliquando Ferentini: ſicut à Ferento, Ferentani, vel à Ferente, Ferentes. Licet aliquando hæc inter ſe nomina confundantur. Erant & FRENTANI Populi inter Samnites & Pelignos populos, de quibus Ptolemæus 3. Tabula 6. Strabo 5. & Plinius 3 cap. 11. FRENTANI Melæ, hodie Francam villam habitant, vt Blondo & Nigro placet; quibus Leander non aſſentiri videtur. Nonnulla Melæ exemplaria hoc tractu FRENTA VILLA habere, loco Senogalliæ, monet Caſ. Orlandius, in Libello ſuo de Senæ vrbis antiquitatibus. De Frentanis Ferentanis, &c. multa Sigonius ad 9 Liuij. Audi quoque quæ Romæ ad me Celſus Cittadinus: Similitudo nominis inter Frentanos ſeu Ferentanos & Ferentinates & Ferentinos anſam præbuit librariis errandi in ſcriptura & confundendi hæc nomina. FRENTANI itaque ſeu FERENTANI ſunt populi Samnitium, vulgo vno communi nomine Abruzzezi appellati, inter Hirpinos & Marracinos. FERENTINATES ſunt populi Hernicorum, quorum opidum ſedem epiſcopalem habet, & Ferentino penultima graui appellatur. in Campagna di Roma eſt, in Via Latina ſupra collem inter Anagniam & Fruſinonem. Latinè dicitur Ferentinum prima breui & reliquis dactylo, Horatius, Epiſt. 17. lib. I. FERENTINI fuerunt Etruriæ populi, & illorum vrbs Ferentium ſiue Ferentia patria Othonis Imp. Suetonio, Tacito, & aliis. erat inter Viterbium, Montem Soractem, Balneoregium, & Flaſconenſes. Hodie ex ea tantum eccleſia ſupereſt: vocatúrque hodie locus Ferento, ſic pronunciato, vt antepenultima attollatur, reliquæ deprimantur. Vide ANXANI, FERENTA, FERENTINVM, & LARINATES.

FRENTO, flumen portuoſum, vt ſcribit Plinius. Apuliæ Dauniæ, Fortoro, Nigro & Mazellæ, dicitur.

FRESIA, vide PALIBOTHRA.

FRESILIA, Marſorum vrbs, Liuio 10.

FRETENSIS Cohortis XIIII. meminit Theſaurus Goltzij, ex vetuſto lapide. Idem FRETENSIS Claſſica XXIIII. Item XXXIII Legionum FRETENSIS quoq; non ſemel. nempe X. XXIIII. & XLIII. Has ſic dictas putat Turnebus à Freto Siculo, aut Fretenſi mari. cuius meminit Cicero 10. Epiſtolar. ad Atticum 6.

FRETVM Maris Caſpij, Pomponij; vel FAVCES στόμα, vt eos vocat Strabo, circa Oxum fluuium in Margiana eſſe, ex eo apparet, quod Plinius hunc fluuium medios Derbices (quos Ptolemæus in Margiana, Strabo & Pomponius ad Caſpij maris fretum & fauces deſcribunt) ſecare tradit.

FRETVM ABYDENVM, & FRETVM ÆGÆVM, vide HELLESPONTVS.

FRETVM, ſiue ANGVSTIÆ CILICIÆ, ſunt Ptolemæo inter Cyprum inſulam, & Ciliciam regionem. Plinio quoque CILICIVM AVLONA. Stretto de Caramania video in recentioribus tabulis nominari.

FRETVM ANGVSTVM, circa Boſporum Thracium, στενὸς πορθμός, locus ſic dictus, apud Suidam. in voce Heraclius.

FRETVM BRITANNICVM, vide FRETVM GALLICVM.

FRETVM CALYDONIVM, vide RHIVM.

FRETVM CHALCEDONIVM, vide BOSPORVS.

FRETVM CIMMERIVM, vide BOSPORVS CIMMERIVS.

FRETVM COLVMMARVM, vide FRETVM Herculeum.

FRETVM ETRVSCVM, vide TAPHROS.

FRETVM EVRIPI, vocat Liuius 31. anguſtias, quæ ſunt inter Græciam, & Euboeam. Alij EVRIPVM CHALCIDVM vocant.

FRETVM GADITANVM, vide FRETVM Herculeū.

FRETVM GALLICVM, à Solino nominatur, in deſcriptione Thanati inſulæ. quod Strabo FRETVM BRITANNICVM vocat. eſt autem inter Galliam & Britanniam. Hoc fretum nautæ Galli Pas de Calais, noſtrates verò (à duobus promontoriis, Gallico nempe & Britannico) de Hoofden vocant. Promonntoria enim, nos vernaculè Hoofden appellamus. vt & Itali & Hiſpani Cabo. FRETVM MORINORVM eſt apud Gratium poëtam. FRETVM OCEANI nominat Tacitus, in vita Agricolæ, & Ammianus lib. 20. aptiſſimè. nullū enim aliud in tota veteri hiſtoria Oceanum Oceano connectit: nimirum Germanicum cū Britannico. Eadem ratione, ni fallor, hoc idem Fretum Ammianus 28. FRETALEM OCEANVM nominat. De huius Freti latitudine incōſtantem veterum ſententiam his addere libet. Cæſar qui illud primum aperuit, facit XXX. Mill. Paſſ. Strabo, qui vixit circa Tiberij tēpora XLV. Plinius, qui Veſpaſiani, L. Dion, qui ſcripſit ſub Seuero, LVI. An in numeris peccatum? an vna cum tempore dilatatum hoc fretum? Quando autem ad has anguſtias redire inceperit, quærendum. hodie enim tantum XX. eſt. Vide TAPHROS.

FRETVM HELLESPONTICVM, vide HELLESPONTVS.





FRETVM HERCVLEVM, quod & GADITANVM, Plinio, lib. 3. cap. 5. qui hoc à Græcis PORTHMOS vocari addit. idem cap. 1. LIMEN INTERNI MARIS à multis appellari ait. HERCVLIS Viam, & HERMAM nominat Auienus. COLVMNARVM Fretum, à Strabone dicitur. FRETVM OCEANI, Liuius 23. OSTIVM Oceani nominat Florus 4. cap. 2. FRETVM IBERVM D. Paulinus & Auſonius: HISPANVM Claudianus, & OCEANI Gurgitem Philoſtratus. Sexaginta ſtadiorum latitudinis eſſe, ſcribit Polybius: TRAIECTVM nominat Hirtius, de Bello Alexandrino. TRADVCTAM appellat Greg. Turonenſis 2. Eſtrecho de Gibraltar, vel de Marocco, (quod forte à Mauris mutuati ſunt) Hiſpani nominant. Nautæ noſtrates De Strate indigitant. Theuetus dicit ab Æthiopibus Gebbethon/ Gebeltharif/ & Zukak nominari. ipſe viderit.

FRETVM MAMERTINVM, vide MAMERTINVM.

FRETVM Morinorum, vide FRETVM GALLICVM.

FRETVM MYSIVM, vide BOSPORVS.

FRETVM OCEANI, vide FRETVM GALLICVM, & FRETVM HERCVLEVM.

FRETVM PONTICVM, vide BOSPORVS.

FRETVM SICVLVM, vide MAMERTINVM.

FRICIVM vrbs Theſſaliæ, aut regionis vicinæ, eſt apud Liuium 36. PHRICIVM, apud alios legitur.

FRIDIGERNI, vide ETHESPAMARÆ.

FRIGIDÆ, Mauritaniæ Tingitanæ locus, inter Banaſam & Lixum, Antonino. FRIGLÆ fortè in lib. Notitiar.

FRIGIDVS Amnis, Claudiano in Panegyrico III. conſulatus Honorij, apud quē initiali littera ſcribendum: contra quam omnes libri. Appellatiuè ſic vocari putant, cùm proprium ſit. Eſt enim Antonino fluuius inter Aquileiam & Longaticum. Huius etiā meminit Niceph. Calliſtus. φρίγιδος, habet Socrates in hiſtoria Eccleſiaſtica. Hodie Vipao nuncupari dicitur, ait Simlerus. Germanis video Wipach vocari. FRIGIDVS etiam Tuſciæ fluuius, agri Aretini, qui & nunc ab incolarum quibuſdam Freddo dicitur. Ex hoc Tibulli ad Meſſalam: Dulcius vrbe quid eſt? an villa ſit apta puellis, Atque Aretino Frigidus amnis agro? Vide PSYCHRVS.

FRIGISCOS equos, à natione, habet Vegetius in Veterinaria; non minus velocitate quàm continuatione curſus inuictos.

FRIGLÆ, vide FRIGIDÆ.

FRINIATES, Ligurum gens, Liuio 39. BRINIATES fortè legendū, vt libro eodem, & 41. Circa Mutinam fuiſſe credit Sigonius 15. Regni Italiæ.

FRISEO Natione, habet Goltzius in ſuo Theſauro. ex antiqua inſcriptione.

FRISIABONES, Plinio lib. 4. cap. 15. Rhenani populi ſunt, inter Helium & Fleuum eius oſtia ſtrati. Hollandiæ fortè hodie Septentrionalior pars, quam Waterlandt vocant, & quondam Friſiæ vocabulo indigitatam ferunt. Sed video à quodam hanc partem pro Minoribus Friſiis haberi. Pro Maioribus Weſtfrieſlandt interpretari. Doctiſſ. Iunius eos Zelandos putat. Et idem in ſua Batauia, alios. Eligant doctiores quod veritati magis conſentaneum fuerit. malo enim variorum ſentētias in medium proferre, quàm meam ſolam pro Sibyllino oraculo obtrudere. Hoc addo, aliquos codices diſtinctim legere, Friſi Auones. lib. 4. cap. 17. pro Friſiabones. Sed Friſiabonum etiam auctorem Ptolemæum facit Hermolaus ad Plinium 4. cap. 17.

FRISII, Germaniæ gens, quæ apud Ptolemæum (hic, φείσιοι, duplici SS. habet) inter Rhenum & Amiſiam fluuios, ad Oceanum Germanicum degere videtur. Plinius eos inter Rheni inſulas numerat. Tacitus eos vſque ad Oceanum Rheno prætexi ſcribit, atque in MAIORES & MINORES diſtinguit. Hodie Oostfrieſen, & Weſtfrieſen habentur, quaſi Orientales & Occidentales dicas. Hi nunc Amiſio flumine partiuntur. Sunt tamen, inter quos Crantzius, & Saxo Grammaticus, qui eos MINORES volunt, qui vltra Albim in Cimbrica Cherſoneſo habitant, vulgóq; Strandtfriſen, & Woꝛſtfrieſen appellantur. Friſij, Friſones à Sigeberto, & eius ſæculi barbaris ſcriptoribus, vocantur.

FRIXINONA, vide FRVSINVM.

FROBOLET, opidum Palæſtinæ, Tyrio, lib. 22. cap. 16.

FRONS AFRICÆ, apud Pomponium, videtur Munſtero promontorium illud deſignare quod hodie Cabo de bona ſperança nominatur. Sed quia eam Plinius, & Pomponius ſtatim poſt Gorgonas inſulas deſcribit, & prætergreſſo Heſperi cornu in Occidentem vergi, atque Atlantico mari ablui, inſulaſq; Heſperidas ſubſequi faciat; videtur mihi potius illud promontorium innuere quod Cabo verde, i. Caput Viride, à nautis appellatur. Cabo de bona ſperanca. vt hoc hîc addere liceat, ab incolis Tagazza dicitur, niſi (quod huic familiare) mentiatur Theuetus. Zanguebay vt Marmolius, cui potius fidem adhibeo. FRONS ASIÆ, Pomponio & Oroſio, qua hæc Oceanus Eoum attingit. FRONS HISPANIÆ, Plinio & Pomponio, littus eius Occidentale. idem Pomponius, & Solinus eius littus Boreale etiam Frontem Septentrionalem vocat. FRONS ITALIÆ, eſt apud Plinium, Solinum, & Martianum, vbi Magna Græcia, cui fronti duo cornua addunt; Lacinium nempe & Leucopetram. FRONTEM Germaniæ, vocat Tacitus, quatenus ea Danubio prætenditur. FRONTEM Galliæ, nominat Mela huius oram verſus Occidentem, in qua Oſiſmij populi: quam Plinius Peninſulam appellat, lib. 4. cap. 18. Hæc in gratiam grammatices ſtudioſorum adduxi, vt inde diſcant huius verbi vſum apud Geographos. Vide CVNEVS, & CRIVMETOPON, quod idem ſonat Græcè.

FRONTANETVM Galliæ locus, in Antiſſiodorenſi agro, Platina in vita Sergij II.

FRONTENSIS in Mauritania Cæſarienſi, epiſcopalis locū, meminit Vict. Vticenſis.

FRONTONIANENSIS, vide FERONTIANENSIS.

FRVGIFERA, vide ADRVMETVM.

FRVMENTOSA, Galliæ vrbs: circa Tullum. vt docet Vita S. Eliphij martyris.

FRVSINO, vide FRVSINVM.

FRVSINVM φρούσινον, Ptolemæo Latij vrbs mediterranea. item Straboni. FRVSINO Liuio, & Feſto eſt. Ad Coſam amnem, in via Latina. FRVSINATES habet Plinius. Fraſellono hodie dici, ſcribit Leander & Ligorius. An hæc eadem cum FRIXINONA Frontini? ſed apud hunc eſt quoque FRVSINONA Colonia.

FRVXINVM, ſcribit olim appellatum B. Rhenanus, illud Bauariæ ducatus opidum quod hodie Epiſcopalis ſede fulget; & Frieſingen vocatur.

FVCENTES, Pelignorum populi, ſunt apud Plinium. SVCENTES legunt tres mei codices. SVCENSSANÆ Tribus memoria eſt in vetuſto marmore. Vide ALBA TVCENSIA.

FVCINVS LACVS Straboni, Plinio, Tacito, Dioni, & Virgilio, in Italia, Marſorum regionis: prope Albam Albenſium. Niger & Volaterranus ſcribunt hodie Lago di Marſo, ab opido illi vicino, ſic appellato, vocari. Leander & Andreas Baccius aiunt Lago di Celano dici. Erythræus in Virgilio, Lago di Roſſillon, & ibidem alio in loco, Lago di Tagliacozzo. & quoque Celano nominat. A locis illi adiacentibus ſynonyma omnia. Fucinus hic lacus videtur ab Iſacio in Lycophronem PHORCA appellari. Dion ſcribit Claudium Imp. eum in Tyberim voluiſſe emittere. Haud longè à Liri flumine fuiſſe, videtur ex Taciti 12. Annal. Euſebij Chronicon tradit Neronem Fucinum lacum exſiccaſſe, XI. annos, triginta hominum millibus, ſine intermiſſione operantibus. Lege de hoc lacu quæ annotauit Pet. Marſus ad 8. Silij Italici.

FVGALI, vide FAGIFVLANI.

FVGERANA, vide ERANA.

FVGILINENSIS, & LIVETENSIS Fundus, in Africa D. Auguſtinus Epiſtola 166. ad Donatiſtas.

FVISVLÆ, Samnij vrbs videtur apud Liuium 24.

FVLCHERIA Inſula, Glarea Abduana nunc dicitur. Sigonius. In Lombardia eſt.

FVLENVL, Mauritaniæ Cæſarienſis locus in III. tabulæ Peutingerianæ ſcheda nondum edita, at vſui conceſſa mihi à M. Velſero.

FVLCINATES, vide FVLFINIVM.

FVLCINIVM, vide FVLFINIVN, & FVLLINIVM.

FVLDÆ fluminis Germaniæ, in Saxonia, meminit vita S. Gothardi.

FVLFINIVM φυλφίνιον, Curricticæ inſulæ, Illyrici maris vrbs, Ptolemæo. FVLCINIVM, & FVSCINIVM legunt nõnulli Latini codices. FVLCINATES vocantur eius incolæ, apud Plinium. ſed melius FVLFINATES, vt quædam exemplaria habent.

FVLGINIA, vide FVLLINIVM.

FVLGVRITA, vide ACMA.

FVLLINIVM Catoni, FVLCINIVM φυλκίνιον, Appiano, Ciuil. 5. ſexaginta ſupra centum ſtadijs à Peruſia diſtans. FVLGINIA habet antiqua inſcriptio, & Sil. Italicus lib. 9. FVLGINATES nominat Plinius. Vmbriæ vrbs eſt, quam Leander Fuligno vocari tradit. Mar. Niger putat idem eſſe cum FORO FLAMINII φόρον φλαμίνιον, cuius idem Plinius & Strabo meminere. In antiquo lapide qui Fuligni eſt, & apud ipſum Plinium diuerſæ ſunt. Vide FORVM Flaminij.

FVLLIO, vide INFVLIO.

FVNDANI, vide FVNDI.

FVNDANVS Lacus, in Campania eſt Tacito, & Plinio. Hodie ibi ſolum eſſe paluſtre, ita tamen, vt ædificiorum veſtigia, ruinæq́; cernantur: ſcribit Hermolaus. qui eum cum Leandro Lago de Fundi vocari ſubdit. FVNDANOS montes habet Tacitus. & idem FVNDANI Lacum. Meminit & vetus Inſcriptio Vici lacus Fundani.

FVNDI φοῦνδοι, in Latio, ad viam Appiam, Straboni, Ptolemæo, & Melæ. apud Frontinum colonia Romana eſt. Fondi Leandro. φοῦνδοι, legit Stephanus.

FVNDVS ANTONIANVS, in via Claudia; BARBATIANVS, in territorio Ferento; BERVLAS. in territorio Corano. CORBIANVS, ibidem; DVAS CASAS, in Sabinis, ſub monte Lucreti; FVRORVM via Claudia, in territorio Corano; MORREA, in via Ardeatina; PICTVRAS, in territorio Veliterno; PRECILIANVS, in Sabinis; ROSARVM, via Ardeatina; SENTIANVS, territorij Præneſtini; STATIANVS, in Sabinis; & alius eiuſdem nominis, in territorio Tribulano; SVLPICIANVS, territorij Carani; TAVRI, ibidem; TREMVLAS, in territorio Præneſtino; VACANAS, in via Appia; & VALERIANVS, in Sabinis. Damaſus in vita Silueſtri Papæ. FVNDVS VILLÆ PERTVSÆ, in via Lauicana: in vita Gelaſij Papæ. CISPINI, viceſimo ab Vrbe lapide: in eiuſdem vita, idem. FVNDI SEIANI, & TONGILIANI, meminit Hygenus. Et idem, MANILIANI: circa coloniam Iuliam Conſtantiam. In antiqua inſcriptione, quæ, Præneſti exſtat, legitur FVNDVS CEPONIANVS, ROIANVS, & MAMIANVS. Notæ in Feſti fragmentũ aiunt hunc lapidem repertum propè Ferẽtium, via Latina: quem locum hodie La Fratta vocari, ſcribit Æneas Vicus in Commentarijs numorum Impp. Reperies quoque Romæ ab hinc paucis annis, lapis, in quo mentio FVNDI DECIMIANI THALAMANI. quod monuit Cl. V. Franciſcus de la Barzena rei Antiquariæ ſtudioſiſſimus. Vide QVIRINI.

FVRCÆ, vide CAVDINÆ.

FVRCONIVM, Italiæ vrbs: quæ hodie Aquila, vt Volaterranus inquit, & Platina, in Paſchali II. Non eſt eadem, teſte Mazzella: qui docet Furconium deſtructum, ex eius autem ruderibus enatã Aquilam: ab ea octo M. P. diſtantem. Furconij nomen exſtare in inſcriptis ibidem lapidibus, tradit Blondus.

FVRINARVM Lucus, vide FVRINÆ.

FVRINÆ Lucus, Ciceroni 3. Deorum, & Corn. Nepoti, vbi C. Gracchum interfectum ſcribit. Territorij Romani eſt; aut in vel extra Vrbem. FVRINARVM Lucum habet P. Victor in regione XIIII. Tranſtyberina. FORINÆ legit vetus inſcriptio, apud Fuluium, in Notis ad Ciceronem. Plutarchus in Gracchi vita FVRIARVM Lucum, ἄλσος ἐειννων, vocat.



FVRNÆ, Africæ vrbs: D. Auguſtino, & Cypriano, in concilio Carthaginenſi. FVRVITENSIS meminit Coll. Carthag. pro Furnitenſis fortè.

FVRNI, vide HIPPI.

FVRNITVM, ciuitatis nomen. In Grammatica D. Auguſtini.

FVRORVM, vide FVNDVS.

FVRVITENSIS, vide FVRNÆ.

FVRVM Portus, vide PHORVM.

FVSIDIANI Fundi & Prædiorum, meminit Cicero in Epiſtolis. vide VITVLARIA.

FVSSALENSIS loci, Hipponenſis territorij, in Africa Propria, meminit D. Auguſtinus Epiſt. 261. & de Ciuitate Dei 22. cap. 8. In eodem tractu habet fundum ZVBEDI appellatum. FVSSVLENSIS memoria eſt quoq; apud Ionam Aurelianenſ. lib. 3.

FVT, Mauritanæ Tingitaniæ fluuius eſt Plinio. PHVT apud Ioſephum videtur. vide PHTHVTH.

FVTICV, vide EVTICV.

GAALA γαάλα, Mediæ vrbs, Ptolemæo. GALLA interpreti.

GAANA γαάνα, Cauæ Syriæ vrbs, Ptolemæo; SINNA σίννα, Straboni; vt Simlero placet: qui credit eandem CONNA apud Antoninum dici. Sed Sanna, pro Ganna legit idem malè, ex Latinis exẽplaribus.

GAAS γαάς, mons, iuxta Ephraim montem. Ioſue 24. Iudic. 2. Fluuius eſt, 2. Reg. 23.

GAATH terra in Aſia, iuxta Sogdianam videtur, apud Calliſtum 18 cap. 30. GABAT margo libri habebat. Fortè Gabas Arriani.

GABA γαβα, Galileæ vrbs; Stephano, ex Ioſepho, 5. Antiquit. Vide GABÆ.

GABAA, Palæſtinæ locus: Ioſue 15. & Iudicum 19. Collis HACHILÆ in hiſtoria Regum vocatur. Sed duo GABAA eſſe in Palæſtina, monet And. Maſius ad 18. Ioſue.

GABAATH, Ioſue 18. locus terræ Chanaan.

GABÆ γαβαι, Perſidis opidum, Ptolemæo, & Straboni. Palæſtinæ locus Ioſue 21. Sed γαβὲ, 70. interpretibus. Opidum quoq; medium inter Maſſagetas & Sogdianos ſitum: Arriano 4. Alexandri.

GABALA γάβαλα, Syriæ Cauæ opidum, in Caſſiotide regione, Ptolemæo. quod Gibel, à Volaterrano, & Tyrio: Margad à Nigro interpretatur. Hanc vrbem dicit Iuſtus Giſtelius hodie Aman vocari. Eidem Ptolemæo eſt quoque Phœniciæ vrbs, quæ GAMALA Plinij, & Ioſephi. Stephano eſt etiam Arabiæ regio. Per E. in prima quoque legitur eodem auctore. Item Ioſepho Antiq. 6. cap. 7.

GABALÆCA γαβάλαικα, Vardulorum in Hiſpania vrbs. Ptolemæus.

GABALE γαβάλη, Mediæ vrbs, apud Ptolemæum. Plinio in Syria locus, lib. 5. cap. 20.

GABALENÆ Ciuitatis Lyciæ, meminit Chalced. concil. Vide ALLVS, PETRA, & ZOPHOIM.

GABALENI, vide BYBLOS.

GABALES γαβάλες, Straboni & Plinio, GABALOS Cæſar habet. populi ſunt Galliæ, in confinibus Narbonenſium. Geuauldan Poldus. Lodeſue Cognatus vocat: cuĩ libentius ſuffragatur Vigenereus. Gauachs interpretatur Belleforeſtius. Apud Ptolemæum pro his Gabalis, corruptè TABALI ταβαλοι ſcriptum. Vide CABELLIORVM.

GABALIA, apud Plinium Pamphiliæ regio eſt. CARBALIA Ptolemæo; & CABALIA, quod fortè melius: vti in deſcriptione Lyciæ. Cum R. in deſcriptione Pamphiliæ legit. vtriuſque enim regionis, hanc participem facit.

GABALICI Pagi, meminit Plinius, lib. 11. cap. 42. in prouincia Nemauſienſi. cuius caſeum cõmendat. Baulx appellat Poldus, & Dalechampius.

GABALVS vrbs in Gallia, in Aquitanica fortè, Sidonio in Propemtico ad ſuum libellum. Inde GABALITANI.

GABAON



GABAON, ſiue GHIBHON, ciuitas in Tribu Beniamin. Garaandauid vocari, ſcribit Beniamin Tudelenſis. Eius eſt mentio Ioſue 9. 18. & 2. Samuel. 20. Ioſephus ſcribit vicum eſſe, & diſtare ſtadiis quadraginta ab Hieroſolymis. GEBEONITÆ fortaſſe Stephani. Duas huius nominis vrbes habet in Palæſtina A. Maſius, ad 9. cap. Ioſ.

GABAOPOLIS γαβαώπολις, Galilææ opidum. Stephanus, ex Ioſepho, belli Iudaici 2. cap. 21. GABAON fortè.

GABARA, ciuitas præcipua in Galilæa. Ioſephi vita. Vide GAVARA.

GABARAGANÆI γαβαραγαναῖοι, Palæſtinæ populi. Ioſephus in vita ſua. Circa Tiberiadem.

GABAS γάβας, Sogdianorum munitum opidum, medium inter Maſſagetas, & Sogdianos ſitum habet. Arrianus 4. Alexandri. GABAZA Curtio eſt.

GABAT, vide GAATH.

GABATH, vide ACANTHON Aulona.

GABATHA, HERMVCHA, & DEMITHARA, loca vbi exercitum Romanum cæſum ſcribit Hiſtoria Miſcella 18. Circa Aſiam alicubi.

GABATHE γαβάθη, Galilææ vrbs. Stephanus, ex Ioſepho 6. Antiq. Vide GEBTON MADABA.

GABAZA, Aſiatica regio, circa Sogdianam. Q. Curtio 8. Alia lectio GAZABA habebat. Vide GABAS.

GABBA γάββα, Syriæ ciuitas, Stephano ex Pauſania. Idem Plinius 12. cap. 17. Syriæ Primæ eſt, in concilio Chalcedonenſi.

GABDA, loci nomen, circa Syriam. Hiſtoria Miſcella 24.

GABE, Syriæ vrbs, apud Plinium 5. cap. 18. In tribu Beniamin fortè. de quo Ioſue 18. Vide GABÆ.

GABELIVM, locus ad Moſam. In vita S. Huberti Leodienſis Epiſcopi. Circa Traiectum, vt ſuſpicor.

GABELLVS, Plinio. Lombardiæ Ciſpadanæ fluuius. Leander & Niger eum Sechia appellari aiunt. Sicla habet Sigonius. Idem in ſuo libro de Regno Italiæ, habet GABELLVM opidum, in Exarchatu Rauennæ.

GABENE γαβηνὴ, vel GABIENE γαβιηνὴ; variat enim lectio apud Diodorum 19. apud quem Perſiæ regionis tractus videtur. GABENOS habet Plutarchus, circa Paſitigrim, in Eumonis vita. GABIENA vrbs eſt apud Polyænum 4. γαβηνὴ Ptolemæo Mediæ vrbs eſt.

GABENI, Syriæ populi, circa Cyrrheſticam regionem. Plin.

GABER, qui eſt iuxta Ieblaam. 4. Reg. 9. GVR 70. interpretibus.

GABIANA γαβιανὴ, & MASSABITICA μασσαβιτικὴ, Elymæorum ſunt Prouinciæ, circa Suſianam regionem. Strabo.

GABIENE, vide GABENE.

GABII, Liuio, Eutropio, Plinio, & aliis; eſt Latij vrbs: vbi hodie Gallicano, vt putant Marlianus, Leander & Blondus. Zagarolo hodie, vbi olim Gabij fuere, teſte Onuphrio. La Colonna hodie appellari, ſcribit ad me Romæ Celſus Cittadinus. ab Vrbe ferè 20. M. P. inter Vrbem & Præneſte, in via Præneſtina. Gabij vrbẽ inter Romam & Præneſtem mediã eſſe ait Strabo, & App. lib. 5. Ciuilium. centum ſtadiis ab Vrbe, Halicarnaſſeo 4. Iuxta Lucretilem montem, Acroni. Campaniæ ciuitas falsò vocatur à Seruio. Coloniam ibi deductam conijcit Onuphrius, ex marmore antiquo. GABINA vrbs eſt apud Ouidium 2. Faſtor. & GABINI populi Plinio. Item GABINAM viam habet Liuius 25. & 35. quam eandem cum PRÆNESTINA putat Ligorius. GABII dicũtur ab Æſchylo in Prometheo, ABII. Sic Suidas Latinus.

GABINA, vide GABII.

GABITHA γαβιθα. vrbs circa Boſtram, Arabiæ videtur, apud Cedrenum.

GABIVSA Aqua, territorij vrbis Romæ. Marana hodie. Baccius in de Thermis volumine.

GABRA γάβρα, Perſidis vrbs, Ptolemæo.

GABRANTONICORVM γαβραντονικῶν, portus ſalutaris, Albionis inſulæ, apud Ptolemæum. Suerby Cãdeno.

GABRENENSIS Diaconi, mentio eſt in Decret. 1. Diſtinct. 23. GABRÆ Epiſcopus Nicephorus eſt in Iure Oriẽtali, ad calcem operis. Sed GANGRE erat apud Calliſtum.



GABRETA, vide GABRITA.

GABRI, Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Plinius.

GABRIANVM γαβειανον, vinum à loco Italiæ, ſic dictum, habet Galenus; ſed Gabinum fortè legendum. aut Gaurianum potius.

GABRIS γάβρις, Mediæ opida duo diuerſa, Ptolemæo. etiã Galliæ opidum, in ſcheda III. tabulæ Peutingerianæ M. S. nondum edita.

GABRITA γάβριτα, Silua Germaniæ eſt, apud Ptolemæum. γαύβρητα legit Strabo. Lazius dicit eam Siluæ Bohemicæ partem deſignare quæ Occaſum reſpicit, & Frieſtettermaldt hodie vocatur, Vide HERCYNIA.

GABROSENTVM, Britanniæ inſulæ opidum, lib. Notit. Gateshead interpretatur apud Camdenum.

GABRVMAGVM, vrbem in Norico, habet Antoninus. Grobming putat Lazius. Vide MAGE.

GABVS Mons, de quo hæc Damaſus in vita Silueſtri papæ: Fundum Laurentum & omnem agrum ad portam Seſſurianam: vſque ad viam Præneſtinam. à via itineris Latinæ vſque ad montem Gabum. An Gaurus legendum?

GABYRA, vide DIOPOLIS.

GAD, Palæſtinæ vrbem, habet Beniamin, quam ſuo tempore Niphas dici ſcribit. Vide CÆSAREA PALÆST. & GETH.

GADABITANI γαδαβιτανοὶ, athei barbari ſic dicti, circa Tripolim Libyæ. Procopius 6. Ædific. Iuſtiniani Imp.

GADAGALE, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plinius.

GADAMALIS γαδαμάλις, Mediæ regionis locus: Diodoro 19. Pro eodem quoque GADARLIS legit. GADAMARTIS apud Polyænum habetur.

GADARA γάδαρα, Cœlæ Syriæ vrbs, quæ & ANTIOCHIA, & SELEVCIA dicitur. Suidas & Stephanus. Palæſtinæ II. eſt in Concil. opere. Ptolemæus habet GADORA γάδωρα, Plinius GADDARA, geminis DD. GADARIS γαδαρις, Straboni, & Ioſepho; contingens Galilæã Superiorem ab Oriente. Sexaginta ſtadiis diſtat à Tiberiade, vt docet Ioſephus in Vita ſua. Thermæ hic ſunt, teſte Eunapio in vita Iamblichi: poſt Baias Campaniæ, totius Imperij Romani optimæ. GADARAM aliam habet Stephanus, in Paleſtina: cuius quoque meminit Polybius 5. GADARA Galaaditidis vicus eſt Ioſepho 13. Antiq. cap. 21. GADOR etiam 1. Paralipomenon 4. vbi 70. interpretes GERARA legunt. De Gadara conſule Caſaubonum, ad 16. Strabonis. GADARA Macedoniæ quoq; vrbs, Stephano. Vide IDARA, & GERGESÆI.

GADARENVS Lacus, Straboni 16. An Meltha Guil. Tyrij? Palæſtinæ eſt.

GADARIS, Ioſepho Antiq. 1. cap. 6. vna ex quinq; Curijs Iudææ. Sed DORIS pro eo malè legi apud interpretes annotauit Druſius 14. Obſeruat. ſacrar. cap. 7. Vide GADARA.

GADARLIS, vide GADAMALIS.

GADARONITÆ, ſunt inſulæ Septentrionalis Oceani. vt habetur apud Æthicum Sophiſtam, nondum editum.

GADASENA vide GADIANA.

GADDA γάδδα, Arabiæ regio. Stephanus ex Glauco. Vrbs eſt, in lib. Notit. Fortè GADDI, 2. Samuel. 23.

GADDIR, vide TARTESSVS.

GADELONITIS γαδηλωνῖτις, regio poſt Halys fluminis oſtia. Strabo. Per Iota in ſecunda habet Epitome. Suſpecta vox eſt Caſaubono, cui fortè Galorum Ptolemæi videtur, vt addit.

GADENI γαδηνοὶ, Albionis inſulæ populi. Ptolemæus. LADENI putat veram ſcripturam Camdenus. inuerſa littera λ pro γ.

GADER γαδέρ. Turris. Geneſis 35. circa Bethel. vt legunt 70. interpretes.

GADEROTH γαδηρωθ, Palæſtinæ locus. Ioſue 15. Sed GIDEROTHAICH legit D. Hieronymus.

GADES Pomponio, GADIRA γάδειρα, Ptolemæo, & Apollodoro: ERYTHIA ἐρυθία, Pherecydi, vt Strabo tradit: ἐρυθεια, & per ſyncopen ἐρυθη, Stephano. GADIR Pœnis,

Pœnis, auctore Solino & Plinio; qui ſepem eorum linguæ ſignificare addit. Pauimentum lapidibus ſtratum interpretatur Ioan. Tzetza, (qui & GADIRÆVM Mare habet) Terminum ſiue finem dici, auctor mihi eſt fide dignus B. Arias Montanus. Prius COTINVSA κοτινῦσα, dicta fuit, vt Dionyſius ait. Stephanus eam quoque APHRODISIAM ἀφροδισίας, vocat. Apud Plinium lib. 5. cap. 22. GADIS legitur, & duas inſulas eo nomine dictas, Maiorem & Minorem deſcribit. Hanc IVNONIS ab incolis nominari; ab Ephoro & Philiſtide ERYTHIA, & à Timæo & Sileno APHRODISIAS dici: illam verò apud ipſos COTINVSA, & à Romanis TARTESSOS vocari tradit. Strabo quoque Gades inſulas numero duali prædicat; duasque eſſe perhibet. Vnam harum in Oſtio Bætis fuiſſe exiſtimo. ſcribit enim Tzetza hunc fluuium illam alluere. Hodie autem vna exſtat tantùm inſula, cum vrbe cognomine. Cadiz enim Hiſpani, & inſulam & vrbem, ſed nautæ noſtrates Calis malis vocant. Iuxta eſt exiguus ſcopulus, quem S. Petri Hiſpani nominant. Vrbs Cadiz, quæ Cæſari lib. 2. Ciuilium GADES pluraliter nominatur, IVLIA GADITANA AVGVSTA nomẽ habet apud Plinium. In inſulæ verò meditullio duæ hodie ſuperſunt vetuſti ædificij turres, Torres de Hercoles incolis dictæ. Herculem hic olim delubrum habuiſſe, auctores ſunt Strabo, Plinius, & Mela. De Gadibus multa Philoſtratus 5. Priuſquam autem ex his Gadibus diſcedam, libet ex Salluſtij 9. Hiſtoriarum hæc addere: Cum duas inſulas propinquas inter ſe, & decem ſtadium procul à Gadibus, ſatis conſtabat ſuopte ingenio alimenta mortalibus gignere: Sic Non. Marcell. de Numeris & Caſibus. Has verò nec nomino nec noſco: niſi ex Plutarchi Sertorio, qui eas ſub nomine Atlantidum deſcribit. Corruptus autem hic Nonius: nam pro decem ſtadium, decem millibus legendum, ex hoc loco Plutarchi. Vide ATLANTIS.

GADGAD γαδγὰβ, 70. interp. mons, in quo Iſraelitæ caſtrametati ſunt, Num. 33. & Deut. 10.

GADIANA γαδίανα, Chamanæ regionis, in Cappadociæ opidum Ptolemæo. GADASENA legunt interpretes.

GADILONITIS, vide GADELONITIS.

GADIR Montem, habet Egeſippus: GARISIM Ioſephus. ſed ſic quoque Egeſippus alio in loco legit.

GADIRA γαδίρα, Palæſtinæ locus. Ioſue 15. GEDERA legit D. Hieronymus.

GADIRI γαδειροι, Ioſepho 1. Antiq. cap. 7. Europæ populi. pro Gades puto.

GADIRICVS γαδειρικος, inſulæ Atlanticæ pars, ad Herculis columnas. Græcum nomen EVMELI εὐμηλ☉, olim habuit, vernacula linguæ Gadiri appellationem referens. vt refert Plato, in Critia, ſiue Atlantide. Niſi fabula ſit, Gadir ſiue Gades pars erit reliqua Atlantidis ſiue Americæ inſulæ, atque hæc non tam ſubmerſa, (vt idem refert in Timæo) quàm ab Europa atque Africa terræmotu & illuuione abrupta: & rectà occidentem verſus elongata videbitur. Quod ſi quis hoc Fabulam fabula compenſare vocet, per me quidem licebit. Oſtendunt ſe tamen rupturæ veſtigia, ſi quis harum trium dictarum terræ (adhibita geographica Vniuerſali tabula) partium littora, quo ſe mutuò adſpiciunt, eminentiasque Europæ nempe atque Africæ) cum concauitatibus Americæ penitius conſiderauerit. adeò vt quis poſſet cum Strabone 2. dicere, non eſſe figmentum quod Plato ex Solonis ſententia, de Atlantide inſula prodiderit. Vide GADES.

GADIRIDÆ Portæ, vide ALYBE.

GADIROTH vrbs, à Philiſtæis capta 2. Paralip. 28. An eadem cum GADEROTH?

GADIRTHA γαδίρθα, Arabiæ Deſertæ opidum. Ptolemæo.

GADITANAM Prouinciam, habet Liuius 28. Circa Gades nempe.

GADITANVM Fretum, vide FRETVM.

GADITANVS Oceanus, Plinio. Hodie Golfo de las yeguas vocari ſcio. GADITANVS Portus, in Bætica, circa Gades, Mela & Antonino. GADITANVS



Sinus, hodie Baia de Cadiz. ASTACENVM Æſtuarium eſt Ptolemæo.

GADORA, vide GADARA.

GADROSIA, vide GEDROSIA.

GADROSII γαδρωσοι, Indica gens, ſub quorum finibus Palimbothra opidum. Arrian. in Indicis. idem quoque ſic vocat Gedroſios Ptolemæi.

GÆA γαία, ciuitas Arabiæ Felicis apud Ptolemæum. GEAPOLIM habet Amm. Marcellinus.

GÆA, PONTIA, MISYNOS, γαῖα, ποντία, μίσυν☉, inſulæ tres à Ptolemæo in Syrti Maiori deſcribuntur. Video à Neotericis inſulas quaſdam in hac Syrti deſcribi, quas Solocho vocant.

GÆSA γαῖσα, Arabiæ Felicis opidum, Ptolemæo.

GÆSATI γαισατοι, Galliæ populi, qui vna cum Senonibus Romam ceperant. Ad Rhodanum habitabant, Polybio: Eoſdem ad Padum fluuium deſcribit Strabo. Nomen gentis non eſſe, ſed mercenariorum Gallorum dicunt Oroſius & Plutarchus. Quid ſi à gæſis ferendis, telo Gallico ſic dictos? teſte Virgilio 8. Æneid. duo quiſque Alpina coruſcant gæſa manu, quamuis geſa malè ſine diphthongo ibidem. Et vti gæſa Alpina, ſic quoque hæc gens, Alpina nempe, teſte Plutarcho in Marcello. In tabulis Capitolinis pro his Gæſatis, GERMANI nominantur. quod annotauit Sigonius ad annũ V. C. DXXXI. Horum Gæſatorum locum Lazius Gayſſaw interpretatur in Pannonia. Romandioli ſunt Gaudentio Merulæ. Γαιζηται, ſunt apud Etymologum.

GÆSION-GABER, vide ASION.

GÆSVM γαίσων, flumen eſt apud Prienam, quod defluit in ſtagnum, Ephoro auctore. Neanthes verò ſcribit ſtagnum eſſe cum mari coniunctum: inter Prienam & Miletum. Athenæus 7. Meminit huius quoque Herodotus ad calcem libri 9. In Aſia Minori. Vide GESSVS.

GÆTVLI & GÆTVLIA, γαιτοῦλοι, καὶ γαιτούλια, Libyæ Interioris populi, & regio; Ptolemæo & Stephano. Hos Athenodorus GARTHEAS vocat, vt ſcribit Villanouanus, in ſuo Ptolemæo. Ioſephus eos EVILÆOS εὐιλαῖου appellat. Plinius habet hic Gætulos AVTOLALES, & Getulos DARAS. Idẽ habet GÆTVLIAM, in Mauritania Cæſarienſi, vicinam Maſſæſulis. GÆTVLOS deſcribit in Tingitana, Philoſtratus 5. Inter Marmaridas & Nigretes, Dionyſius Afer. Alia GÆTVLIA eſt verſus mare, Honorio; inter Carthaginem & Numidiam. ſic quoque Apuleio, qui Madauram patriam (quæ Madurus Ptolemæi eſt) inter Gætuliam & Numidiam ponit. Hæc ſub Iuba rege erat, teſte Dione. Gentem vnam reor, ſed vagam. eſt enim, vt Pomponius ſcribit, natio frequens multiplexque, & vt Silius 3. inquit. Nulla domus plauſtris habitant, migrare per arua Mos, atque errantes circumuectare penates. GÆTVLAM Thetim, habet Claudianus: pro Mari Africo. Vide GETVLI.

GÆZETÆ, vide GÆSATI.

GAGÆ, vide GAGE.

GAGALICA, vide HERACLEA.

GAGASMIRA γαγασμίρα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

GAGAVDES, inſula apud Plinium, Nili: In Æthiopia ſub Ægypto videtur.

GAGE, Lyciæ vrbs, apud Plinium. PALÆONTICHOS .i. veteres muri, antea nominata Stephano, qui legit γάγαι, GAGE quoque fluuius Lyciæ eſt Plinio; vnde gagates lapis nomen habet. Idem Dioſcorides ait, qui ad huius fluminis oſtium Plagiopolim πλαγιόπολις, ciuitatem collocat. ſed malè κιλικια pro λυκια legit. GAGÆ γάγαι, Stephanus habet. γάγη, Aetius. Dicitur & GANGES, ſi Nicandri Scholiaſti creditur.

GAECOME γαΐκωμη, Phrygiæ opidum, quod nunc Gaiuo. Hoc ex Leone Imp. Leunclauius in ſuo Onomaſticho.

GAGVARITENSIS Epiſcopus in Africa. teſte Collatione Carthaginienſe.

GAI, vide HAI, & IEABARIM.

GAIONATIS Fundi in Africa, meminit Ammianus 29. GALONATIS legebat Mariangelus. Circa Tingitanam caſtellum eſt.





GAITIA, ſiue Iaitza, Boſſinæ regionis primaria vrbs. Laonicus.

GALA, vide GALAPHA.

GALAAD γαλαάδ, mons, ſiue Teſtimonij collis, Geneſ. 31. Iudic. 7. Trans Euphratem eſt. GILHAD legit Pagninus. Inde GALADENA, & GALADITIS regio, apud Ioſephum, Antiquit. 1. circa finem, & 6. cap. 5. Vide GILEAD.

GALABRII γαλάβριοι, Dardanica gens, circa Thraciam, Strabo 7. Videndum an ſint Galadræ Stephani.

GALACTOPHAGI γαλακτόφαγοι, populi circa Myſiam Europææ videntur, apud Homerum ν. Ιλιαδ☉. Circa paludem Mæotim aliquando habitaſſe, auctor eſt Nicolaus, apud Stobeum. qui addit Anacharſin ex horum numero fuiſſe. In Libya quoque ſunt, Herodoto in Thalia. γαλακτοπότας vocat Columella Nomadas, Getasque. Eoſdem puto cum HIPPOMOLGIS. Vide SCYTHÆ.

GALACTOPOTÆ, vide GALACTOPHAGI.

GALACVM, vide CALATVM.

GALADA γάλαδα, Arabiæ regio, quæ & GALADENE, Stephano. γαλαδηνοι, populi ſunt apud Ioſephum Antiq. 13. cap. 21. quorum reginam Laodiceam contra Parthos bellum geſſiſſe ait. Vide GALAAD.

GALADENA, vide GALADA, & GALAAD.

GALADINA, vide BASAN.

GALADITIS, vide GALAAD.

GALADRÆ γαλάδραι, Macedoniæ vrbs, in Pieria. Item GALADRVS Mons, & GALADRÆVS Campus, Stephano. Vide GALABRII, & CHALADRA.

GALÆVS, vide GALESVS.

GALAICA, vide BRIANTICA.

GALAMA, vide CALAMA.

GALANIS, Phœniciæ vrbs, à terra abſorpta eſt, apud Plinium.

GALAPHA γαλαφα, Ptolemæo Mauritaniæ Tingitanæ vrbs, quæ Garcis, & Galafa Marmolio. GALA Antonini putatur, à Simlero.

GALAPIÆ Rex, Rodan: à Raimundo victus. In Syria, habet Robertus Monachus.

GALARIA, & GALARINA, vide GALERIA.

GALASA, Plinio in Cæleſyria vrbs. Volaterranus dicit GERASAM Ioſephi eſſe.

GALASSVS, vide DAGALASSVS.

GALATA γαλάτη, Phocidis mons: olim ACRVRIVS ἀκρύειο☉, dictus. Plutarchus in Phocione. Eſt & Sicula inſula, Gaulo vicina: Plinio. cuius terram occidere ſerpentem tradit. Huius etiam meminit Pomponius. vide GALATHE.

GALATANI, Siciliæ populi ſunt Plinio. Galati à quodam anonymo non contemnendo hodie nominantur. Simlerus putat GALEATE Antonini, quam GALACTAM Ptolemæi dicit. Vide CALATÆ.

GALATÆ, vide GALLOS, & ÆGOSAGÆ.

GALATEA, vide MANTVA.

GALATHEA Ciuitas ab vrbe Conſtantinopolitana P. M. centum quinquaginta. In hac tunica Domini ſeruatur, vt refert Greg. Turonenſ. de Gloria Martyrum.

GALATIA, quæ & GALLOGRÆCIA, γαλογραικια, vnico L. Strabone teſte, Aſiæ Minoris regio eſt. Partem Phrygiæ dicit Strabo. Regionem Græciæ nominat Euphrada, Oratione 4. De Gallogræcis lege Florum 2. cap. 11. GRÆCOGALLIAM & BVCCELLARIORVM Βυκελλαρίων, regionẽ (quorum etiam meminere Pachymerus, Curopalates, & Porphyrogenneta.) eam appellat Suidas. Idem dicit ANCYRANOS ſuo tempore nominari, qui quondam Gallogræci vocabantur. GALLI ASIATICI nominantur in Faſtis Romanor. GALLIAM MINOREM nominat Niceph. Calliſtus 8. cap. 53. item Socrates non ſemel. in qua Ancyra. Hæc eadem GALATIA Prima vocatur in Epheſino concilio. GALATIAM ORIENTALEM eam ab incolis dictam, ſcribit Tzetza. ad differentiam Occidentalis, ni fallor. Leunclauio Gelas: Caſtaldo Chiangare nominatur. Gallogræciæ populi ſunt



Tectoſagæ, Toliſtobogij, & Trocmi: Liuio. Sed Galatiæ regionis quædam pars SALVTARIS cognominatur in lib. Notitiar. GALATIA Phrygiæ opidum, Zoſimo 4. Vide CALATIA, & BVCCELLARIORVM.

GALATICVS, vide GALLICVS.

GALATIS γαλατὶς, Syriæ cauæ vrbs; Polybio 5. Vide CALATIS.

GALAVA, Angliæ opidum. Antoninus. Kellenton vocat Camdenus.

GALAVLES, populi Africani: teſte Prudentio 2. ad Symmachum, ad quem annotauit Fabricius hæc, Eorundem mentio eſt apud ſcriptorem ignobilem hoc verſu, Marmarideque leues, & cum Garamante Galaulus. Galaulæ vſi ſunt haſta quadam ſolida, inſtar venabuli, tota ferrea: quam Cruppeam dictam reperimus. vnde Cruppellarij milites apud Tacitum memorantur. Hæc Fabricius. Vide GAVLALES.

GALAXIA γαλάξιον, Bœotiæ locus eſt, Plutarcho in libello Pythiæ, cur non reddat oracula. Mauritaniæ Cæſarienſis quoque in Scheda III. tabulæ Peutingerianæ, quæ nondum edita.

GALBAATH, vide NAIBOTH.

GALBÆ CASTRVM, in Africa ciuitas: D. Auguſtino, & Cypriano in concilio Carthaginenſi. Item. Vict. Vticenſ.

GALBÆ CASTRORVM reliquiæ, in Veragris, quorum meminit Cæſar, in principio lib. 3. belli Gallici; ſpectantur hodie etiamnum inter S. Mauricij & S. Ioannis le vieu cognominata opidula, vt Gab. Simeonius annotat in ſuis Obſeruationibus; vulgoque locus, La Motte des Saraſins appellari dicit.

GALEAGRA Turris, Liuio lib. 25. eſt prope Trogilorum portum, in Sicilia, quæ hodie, vt Aretius tradit, Scala Græca vulgò dicitur. πυργοντινα à Plutarcho nominari, omiſſo turris nomine, annotauit Sigonius. πυργος, tamen turris Latinis eſt.

GALEATÆ, vide GALATANI.

GALEATE, Antonino Siciliæ vrbs, in littore Septentrionali. Corruptè, pro CALE ACTE diuiſim.

GALENIRVS locus, Potamiæ Superioris regionis. In vita S. Theodori Archimandritæ. In Aſia Minori eſt.

GALEOTÆ γαλεῶται, Attica gẽs, Stephano. Vide HYBLA.

GALEPSVS γαληψός, vrbs Thraciæ, & Pæonum, Stephano, Thucydidi, Herodoto, & Strabonis epitoma. Per E in medio, Suidæ. GALEPSVM Eubocæ locum maritimum, habet Plutarchus 4. Quæſt. conuiual. vbi huius amœniſſima deſcriptio. Sed mendosè adſirmauerim, pro ÆDEPSVS. Vide GAPSELVS.

GALERIA γαλερία, vel GALARIA, per A enim in ſecunda alio loco legitur, apud Diodorum lib. 16. & 19. GALERINA eſt Phauorino. Gagliano hodie nouo vocabulo appellat Aretius. Stephanus habet GALARINAM vrbem, & GALARIAM regionẽ. In Sicilia eſt.

GALES, numero plurali, locus in Ammonia. Victor Vticenſis, lib. 1. de perſecutione Wandalica.

GALESIVM, vide GALLESIVM.

GALESVS, agri Tarentini fluuius, Vibio: quinque millibus ab vrbe diſtans; vt eum deſcribit Liuius lib. 25. Huius meminit Virgilius lib. 4. Georgicorum: Item Horatius, & Martialis. Eundem EVROTAM nonnulli nominant, vt tradit Polybius lib. 8. ſed GALÆVM γαλαῖον, eum vocat, an rectè, doctioribus iudicandum relinquo. Bagrada nouo vocabulo appellat eum Ligorius, in ſua tabula Neapolitana. γαλέσον, apud Polybium legi à Victorio video; neſcio quo vſus codice. GALESVM quoque Tuſciæ fluuium, facit ex Virgilio Onuphrius, in tribu Galoria. quod ignoro. Vide EVROTAS

GALGAL, vel vt Chaldæus GHILGAL, locus Palæſtinæ, ad Iordanem. vbi duodecim lapides poſiti fuere. Ioſue 4. 10. Iudic. 2. & 2. Samuel. 19.

GALGAVIA, vide BASILIA.

GALIBA, vide OGALIBA.

GALIBI γαλειβοι, populi, & montes, ſic dicti, in Taprobana inſula. Ptolemæus

GALILÆA γαλιλαία, Palaſtinæ regio, & pars Syriæ, Straboni, Plinio, & Matth 4. GALILÆVM Mare ibidẽ & 15. item Marci 1. quod eſt TIBERIADIS, inquit Ioannis 6. Hoc idem GENESARETH ſtagnũ eſt, Lucæ 5.

GALIM, vide GISCHALA.

GALINDÆ γαλίνδαι, Sarmatiæ Europææ populi ſunt Ptolemæo. Salinde fortè in Pruſsia hodie.

GALIPSVS, vide GALEPSVS.

GALISVS, vide IALYSVM.

GALITZA locus in Roſſorum toparchia; apud Glycæ continuatorem, & Nicetam. Minoris Roſsiæ partem vocat Curopalates in Officialibus Conſtantinopolitan.

GALLA, opidum Africæ Interioris, à Corn. Balbo expugnatum. Plinius.

GALLABA, Oſrhoenæ regionis vrbs. in lib. Notit.

GALLÆCI, vide CALLAICI.

GALLANIS, Epiſcopalis locus, ſub ſede Scythopoli. G. Tyrius.

GALLERA, vel GALLORA, Tuſciæ locus: in Fragmento Antonini. circa Galloram fluuium, hodie ſic nominatam. Puto nomen hactenus retinere.

GALLERI Villa, in Ariminenſi agro. vbi locutum Gallinaceum, ſcribit Plinius.

GALLESIVM γαλλήσιον, Epheſiorum vrbs, Stephano. Apud eundem quoque montis nomen, ibidem. qui Phauorino quoque notus, ſed ſimplici λ. γαλησιον.

GALLESIVS γαλλησιος, mons alicubi, Gregoræ. Circa Conſtantinopolim fortè.

GALLETI, Galliæ Lugdunenſis populi, Plinio 4. cap. 18. Eoſdem vocat CALETOS, vt puto, lib. 13. cap. 2. Vide CALETES.

GALLEVA, vide CALEVA.

GALLI ASIATICI, & GALLI SCORDISCI, vide GALATIA.

GALLIA Latinis, CELTOGALATIA Ptolemæo, & Græcis: quam COMATAM cognominant Plinius, & Mela. Europæ regio. Hebræis TZARPHAT vocari, Poſtellus ſcribit, Idem Ar. Montanus, in Abdiam prophetam. Regnum Francicum vulgò vocatur. Huius pars etiam antiquitus IBERIA dicta fuit, teſte Strabone 3. de qua Vide IBERIA.

GALLIA AQVITANICA, ea Galliæ pars quæ Ligerî flumine, Oceano, Pyrenæis montibus & Cemmeno monte comprehenditur. De cuius nominis ratione & limitum ſub variis imperiis diſtinctione, conſule Burdigalam Eliæ Vineti. Vide AQVITANIA.

GALLIA BELGICA, vide BELGICA.

GALLIA BRACCATA, vide NARBONENSIS.

GALLIA CISALPINA, Italiæ regio Plinio: qui eius partem ITALIAM SVBALPINAM vocat lib. 16. cap. 11. ITALIA GALLICA γαλατικη, eſt Appiano in Annibalicũ, item GALLIA CITERIOR eſt apud eundem, ſic quoque apud Cæſarem, Hirtium, & Salluſtium. GALLIAM VETEREM nominat Auſonius ad Gratianum Imp. Hanc diuidunt veteres in GALLIAM CISPADANAM, & TRANSPADANAM vt Plinius & Strabo. ITALIAM TRANSPADANAM nominat Gellius 5. cap. 18. ITALIAM LIGVSTICAM Diodorus 11. Leander Lombardiam di la, & di qua del Po, eadem ſignificatione vocat. Padum enim Itali Po nominant; & cis, atque trans, per la & qua, interpretantur. GALLIAM Ciſpadanam olim BIANORA, poſtea FELSINA, tandem AVRELIA & ÆMILIA dicta fuit, vt Cato in ſuis Originibus ſcribit. fides ſit penes auctorem.

GALLIA LVGDVNENSIS, eadem eſt cum CELTICA, Cæſari & Plinio, LVGDONESIA λυγδουνησία eſt Ptolemæo. Huius incolas CELTAS & GALLOS nominat Cæſar. LVGDVNENSIS SENONIA habetur in Lib. Notitiar. quæ aliis vocatur LVGDVNENSIS IIII.

GALLIA MINOR, vide GALATIA.

GALLIA Narbonenſis, quam Cæſar PROVINCIAM ROMANAM vocat. Vide NARBONENSIS.

GALLIA NOVEMPOPVLANA, apud Sex. Rufum dicitur; etiam in lib. Notit. vbi eius vrbs Lapurdum nominatur. Libellus Dignitatum, quem Schonhouius edidit, item Antoninus, duodecim eius ciuitates nomine numerant. Nouem populos Auſci commendant, & Eluſatæ, inquit Ammianus, lib. 15. vt legit Hermolaus. in meo excuſo legitur, Vaſatæ, malè fortaſſe. Hodie fortè Gaſcoigne, Galliæ Aquitaniæ pars, vt Cœnalis vertit. VACCEIAM hanc appellari vidi non ſemel in Sanctorum vitis.

GALLIA RIPARIENSIS, in Lib. Notit. Hæc aliis VIENNENSIS Prima vocatur.

GALLIA SVPERIOR, vide BELGICA.

GALLIA TOGATA, pars Galliæ Ciſalpinæ. Huius meminit Dion, Cæſar, Cicero, & Plinius. hic eam ab Ancona incipere ait. A Carnis & Venetis coli, ſcribit Mela. Huius vrbes lege apud Ptolemæum. ARIMINVM videtur à Liuio 28. vocari, vbi hæc, Ariminum (ita Galliam appellabant) Sp. Lucretio obtigit. An huc referẽda Varronis 1. R R. hæc verba, Ager Gallicus, Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus eſt, vltra agrum Picenum.

GALLIA VIENNENSIS, Ammiano 15. Hanc in quinque prouincias diſtinguit Lib. Dignitatum.

GALLIANI SALTVS, qui AQVINATES cognominantur, inquit Plinius, in octaua Italiæ regione eſt. Galeata hodie videtur Leandro. haud procul Foro Liuii, vt addit Hermolaus.

GALLICA, vide CALLICA.

GALLICA Via, in Campania, per Pomptinam alicubi, Frontino 2. cap. 6. Stratagematum.

GALLICA FLAVIA γάλλικα φλαυΐα, Ptolemæo Ilergetum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi. Fraga hodie dici, Varrerius mihi fide dignus teſtis eſt. Inter Cæſarauguſtam & Ilerdam. Eſt GALLICVM Antonini.

GALLICÆ PALVDES, à Vitruuio vocantur (vt tradit Mar. Niger,) intimus maris Hadriatici receſſus, in qua Vrbs Veneta ſita eſt. Lagume de Venetia puto hodie dici. Vide SEPTEM MARIA.

GALLICANA Statio, Bithyniæ locus. vbi Metaphraſtes tradit mortuam Conſtantiam vxorem Galli Imp. In vita S. Artemii. Vide GALLICA. & CÆNOS GALLICANOS.

GALLICANVS, MASSICVS, & GAVRVS, ſynonyma ſunt montis Campaniæ Felicis, qui hodie Gerro vocatur, vt referunt Blondus & Leander. Maſsici & Gauri memoria eſt apud Plinium, Liuium, Ciceronem, Statium, & Vibium. Gallicani montis, meminit Plutarchi Annibal: & Gallicani ſaltus meminit Cicero, pro P. Quinctio. Sed CALLICVLA mons eſt apud Liuium, hoc tractu: circa Caſilinum.

GALLICII, vide CALLAICI.

GALLICVS (vel GALATICVS, vt Græcum ſonat,) SINVS MAIOR, dicitur à Strabone ea pars Maris mediterranei, vbi Rhodanus ſe in illud effundit. AD GRADVS vocatur ab Am. Marcellino. Catonem in Oratione de conſulatu ANGVLVM GALLICVM eundem appellare, annotauit Sigonius in Liuium. Sed Gallicum Sinum, apud eundem Liuium lego, lib. 26. & 30. item apud Iuſtinum lib. 43. Vide Poldi hiſtoriam Nemauſienſium. GALLICVS SINVS MINOR, eidem Straboni eſt ad Aphrodiſium promontorium, montis Pyrenæi. Hic SALSVS nominatur à Pomponio.

GALLICINVM, & GALLINICVM, vide CALLICINVM.

GALLICVM, vide GALLICA FLAVIA.

GALLIENI Imp. ſepulcrum, in via Appia, nouem ab Vrbe millibus. Hiſtoria Miſcella 11.

GALLIM vrbs, 1. Samuel. 25. GETHLA γεθλα, vocat Ioſephus. GALLIM quoque meminit Eſaias 15. vbi AGALLIM habent 70. interpretes.

GALLINARIA Sylua, Straboni & Ciceroni, in Campania eſt. In Cumano ſinu eſt Pomp. Sabino, ad 6. Æneidos. vbi TRIVIÆ Lucum nominari à poëta putat. Sanfelicius dicit hodie La peneta de Patria vocari. Vide CALLINARIA. GALLINARIA inſula, eſt in Mari Tuſco, contra montes Liguſticos, vt eam Varro deſcribit, lib. 3. de Re ruſtica, & Columella 8. itẽ Sozomenus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 3. cap. 13. Huius etiam meminit Sulpitius, in vita D. Martini. Iſola de Arbenga puto hodie dici.



GALLIPOLIS, vide ANXA.

GALLIS Municipium Italiæ, eſt apud Frontinum Nanſii. Idem fortè cum Calles.

GALLITÆ, Alpina gens, à D. Auguſto deuicta. Plinius.

GALLITALVTÆ, Indiæ populi, iuxta Indum fluuium. Plinius.

GALLOGRÆCIA, vide GALATIA.

GALLOLIGVRES, & LIGYAS, habet Strabo. CELTOLYGIOS Ariſtoteles in Admirand. Horum tractus olim circa Maſsiliam erat, vbi hodie Prouenca, quæ GALLIA NARBONENSIS II. Cænali. Sed & Languedocam comprehendit. nam Agatham apud Galloligures deſcribit Suidas. Quam hodie Prouencam nominant, PROVINCIAM proprio nomine, primus inter Latinos (ni fallor) vocauit Diaconus. Prouinciam Romanorum (erat enim) appellat Cæſar. PROVINCIA NARBONENSIS vocatur in antiquo marmore, quod publicum fecit ex horto ſuo, Poldus, in Nemauſienſium Antiquitatibus. Hos Galloligures deſcribit Lucanus 1. his verſibus. Et nunc tonſe Ligur, quondam per colla decora Crinibus effuſis toti prælate Comatæ.

GALLONIANA, vide MANSIO.

GALLORA, vide GALLERA.

GALLOS, antiqui CELTAS, & GALATAS vocauere, auctore Appiano Alex. Antiquiſsimis tamẽ ſcriptoribus, vti Herodoto, & aliis eius ætatis, GERMANI quoque ſub Celtarum nomine comprehenſi fuere. Quæ nunc à Græcis GALATÆ nũcupantur, inquit Ioſephus Antiquitatum libro 1. olim dicti ſunt GOMERITÆ γομαρῆς.

GALLVCIVM, in Apulia eſt, Platinæ, & God. Viterb. vbi Innocentius II. papa captus fuit.

GALLVS γάλλος, Bithyniæ fluuius, Plinio, Strabone, Firmico, & Marcellino teſtibus. Hunc Pinetus Garippo vertit. Ouidius 4. Faſt. eius quoque meminit: Inter ait viridem Cybelem, altaſque Celenas, Amnis it inſana, nomine Gallus aqua. In Sangarium influit, Claudiano & Martiano teſtibus. In Phrygia Epicteti, apud Modran oritur: Straboni. Peſsinuntem adluit, Herodiano. Antea TERIAS τηρίας, vocabatur. vt docet Stephanus. Lycaoniæ fluuium facit is qui Orationes funebres animalium ſcripſit. quo auctore autem, ipſe viderit.

GALMODROESI, Aſiatica gens, vltra Gangem, Plinio.

GALONATIS Fundus, vide GAIONATIS.

GALOPES, Arabiæ Felicis populi, ad Capeum ſinum. Plinius.

GALORVM γάλωρον, Galatiæ vrbs, Ptolemæo. Vide ZAGORA Arriani.

GALOTZA, ſedes Epiſcopalis, ſub patriarcha Conſtantinopolitano. Balſamon.

GALTIS, opidum ad Aucha fluuium, Iornandi. In Mæſia videtur. quam fortè Galoſdiam putat Lazius. & Aucha fluuium, Temes maior. ſed ANCHA per N. hic legit. & putat idem cum CALATIS Strabonis. fides ſit penes illum.

GALYBA γαλύβη, Africæ Propriæ vrbs, apud Ptolemæum.

GAMABRIVNI, vide GAMBRIVII,

GAMALA γάμαλα, Stephano & Suetonio, Gaulanitidis vrbs. CAMALAM olim vocatam putat Egeſippus. quòd formam cameli præferat. Ad lacum Semechonitidem contra Tarichæas quoque, 4. belli Iudaici, cap. 1. A terra abſorptam ſcribit Plinius. Alia GAMALA Equitum, γαμαλα πόλις ἱππέων, vocatur à Ioſepho 3. belli Iudaici, & Antiq. 13. eamque in Galilæa Superiori, coniũctam cum Carmelo monte deſcribit. Vide GABALA,

GAMALIBA γαμαλίβα, Indiæ intra Gangẽ vrbs. Ptolem.

GAMANODVRVM, Ptolemæo eſt Norici vrbs: Gamartingen eſt Lazio, in R. P. Romana. Vide IVVAVIA.

GAMAPIVM vicum, habet S. Eligii vita. Eadem SCERPINIACVM, alium: Genape illud vulgò. hoc autem ignoro.

GAMARGA γαμάργη, Mediæ regiuncula eſt, apud Diodorum 19.

GAMARINGA, locus vocatur in diplomate Caroli magni. Gemar hodie eſſe, prope Seleſtadium, vult Rhenanus.

GAMBRE, vide CAMBRE.

GAMBREIVM γαμβρεῖον, Ioniæ vrbs. Stephanus. GAMBRIVM, & PALÆGAMBRIVM opida, habet Xenophon 3. Græcor. ſed ſine diphthongo in penultima.

GAMBREVES, Æthiopiæ ſub Ægypto opidum. Plinius.

GAMBRIVII, Germaniæ populi ſunt Tacito; Cambray vrbem Epiſcopalem, ad Scaldim ſitam, inde fortè nomen habere putat Althamerus. Idem ſic inſit: Sunt qui Gambriuios, in Sicambros, hoc eſt, Geldrenſes ceſsiſſe opinantur. Ex Gambriuiis Hamburgum facit Peucerus. cui videtur aſſentiri H. Iunius. Annius in Beroſum (ſi his credendum) ſcribit Plinium quoque Gambriuiorum, & Gambriuiæ regionis meminiſſe. quod mihi ignotum eſt. GAMABRIVNOS γαμαβριουνοι, habet Strabo. Hamburgum, vt hoc addam, olim caſtellũ fuiſſe, & Hochburg vocatum, ſcribit Alb. Stadenſis. De huius vrbis nomine & etymo multa Goropius in Originibus. at veriora Erpoldus in Chronico Caroli Magni, Germanica lingua edito.

GAMBRIVM, vide GAMBREIVM.

GAMBVA γάμβυα, Phrygiæ Maioris vrbs, Ptolemeo. GAMMAVSA legunt interpretes.

GAMACE γαμμάκη, Arachoſiæ regionis opidum. Ptolem.

GAMMAIDES, de quo hæc Seruius in 3. Georgicorum. Qua Rhodope mons Thraciæ protentus in Orientalem plagam, Gammaides in Septentrionalem reflectitur. Vide GANI.

GAMMAVSA, vide GAMBVA.

GAMPHASANTES, Æthiopiæ populi, Plinio & Melæ. Hos AFRICERONES ἀφρικέρονες, Ptolemæi eſſe credit Villanouanus.

GAMPHELAS, vide MALEA.

GAMPSELI γάμψηλι, Macedoniæ vrbs, Heſychius. Pro GAPSELO haud dubie.

GAMVNDIA, vide HAVBERTINGA.

GANADIS, S. Samonæ, & SARCIGITVA, S. Guriæ patria, vt refert Metaphraſtes in eorum vita. Circa Meſopotamiam loca videntur, haud procul ab Edeſſa.

GANANDADOPYDNÆ, γαναδαδοπυδναι, Carmaniæ Deſertæ populi, apud Ptolemæum.

GANDAMVS, Pomponio ad ſinum Arabicum vrbs eſt, in Arabia Felici.

GANDARA γάνδαρα, Indiæ vrbs, Stephano. cuius regionem, idem GANDARICAM, & populos GANDARICOS vocat. GANDARITIM Regionem vocat Strabo. Ptolemæus habet GANDARAS γανδάραι, populos, in India extra Gangem. GANDRIDAS Plutarchus, de Fortuna Alexandri. GANDARÆ videntur Scythæ, apud Pomponium. GANDRI γανδροι, & GANDARÆ γανδαραι, ſunt Indiæ populi: eidem Stephano. Circa Gangem ſunt Diodoro GANDARIDÆ etiam. Vide GANGARIDÆ.

GANDARII γανδάριοι, in Perſia gens. Herodoti Thalia.

GANDRI, & GANDRIDÆ, vide GANDARA.

GAN EDEN, vide PARADISVS.

GANGA, & GANGITA, γάγγα ἢ γαγγίτη. Thraciæ amniculus. Appianus 4. Ciuilium. Vide ANGITES.

GANGAMA γαγγάμη, circa Mæotidem locus, Straboni 7. vbi piſces ex glacie effodiuntur. Ad Boſporum Cimmerium videtur, vt interpretantur Xylander & Bonaccioluſ. Caſaubonus autem non loci nomen, ſed retis genus eſſe mauult.

GANGANI γαγγανοὶ, Hiberniæ gens, apud Ptolemæum: Eoſdem eſſe cum CONCANIS Hiſpaniæ, ſibi perſuadet Camdenus. Inde huc nempe tranſmigratis. Vide CANGANORVM Prom. & TANGANI.

GANGARA γάγγαρα, Albaniæ opidum Ptolemæo. Bachu hodie, vt Niger refert, qui ex deprauato codice GÆTARA legit.

GANGARIDÆ γαγγαρίδαι, India populi, circa Gangis fluminis

fluminis oſtia, Ptolemæo, & Diodoro. Vltra Gangem ponit eos Q. Curtius, & Vib. Sequeſter. Gangaridis extimus eſt Indiæ populus. ſic Solinus. GANGARIDES habet Virgilius 3. Georg. vide GANDARA.

GANGAVIA, vide BASILIA.

GANGE γάγγη, Ptolemæo regia eſt, iuxta Gangis fluminis oſtium. Caſtaldo nunc dicitur Bengala. GANGEN ad Gangem fluuium habet quoque Strabo, aliam autem ab illa velle videtur.

GANGES γάγγης, Ptolemæo & aliis, Aſiæ celeberrimus fluuius. PHISON φεισών, Ioſepho. In ſacris litteris ſic quoque appellari, D. Hieronymus & Euſebius conteſtantur. Eum eſſe qui hodie Ganga dicitur, Caſtaldus credit. Ger. Mercator verò contrà eum eſſe cõtendit, quem noſtro tempore Cantan appellant. Eius rationes vide in ſua Tabula vniuerſali, vbi de eius ſitu & nomine doctiſsimè diſputat. Theuetus ſcribit Gualgas ab Indis dici. Plutarchus in libello de Fluminibus ſcribit Gangem olim CHLIARVM χλιαρὸς, nuncupatum. Gangem etiam PADVM, & in ſuperioribus partibus SIGOTA dici, neſcio quis Deus in mentem dederit, vt ſcriberet, Æthico. De hoc Gange vide quoque Apuleium 1. Florid. GANGES Taprobanæ inſulæ fluuius, apud Ptolemæum. vide GAGE.

GANGETICVS Sinus, Maris Indici, apud Ptolemæum, Golfo di Bengala Caſtaldo nuncupatur. GANGETICA Tellus, eſt apud Lucanum: & GANGETICVM Nemus, habet Seneca in Medea.

GANGINES Aethiopes, Africæ gens, apud Oroſium 1. & Aethicum. Guinea hoc tractu hodie.

GANGLVDE vicus, in pago Moſano, octo Leucis ab Aquiſgrano. auctor Eginhartus in hiſtoria martyrum SS. Marcellini & Petri.

GANGRE Plinio, γάγγρα Straboni, Athenæo, & Stephano, Paphlagoniæ vrbs. GANGRENA vocatur ab Euagrio. Galatiæ II. eſt in Epheſino concilio. Bellonius lib. 3. Obſeruationum habet THEODOSIAM GANGRORVM Paphlagoniæ vrbem; quam hodie Totia nominari addit. Idem Leunclauius, qui dicit eam ad Pontum Euxinum eſſe. Huius meminit quoque Pet. Gyllius in epiſtola quadam M. S. ex Aleppo, quæ apud me eſt. (quo auctore autem, me latere fateor.) GANGRA etiam Arabiæ Felicis vrbs, Stephano. Ponti, apud Nicetam: quam Leunclauius Cangria vocari ait. vide GABRENENSIS.

GANI Montes, circa Thraciam alicubi. Gregoræ. verſus Macedoniam, Nicetæ. Suidas quoque habet GANOS γάνος, montem, & GANIADA γανιάδα loca Thraciæ. An GAMMAIDES corruptè apud Seruium? TVGANOS mauult legere Leunclauius. ipſe viderit. Vrbs Thraciæ eſt apud Plinium GONOS, ſed GANOS legit Pintianus ex manu ſcriptis codicibus, & Xenophonte 7. de Cyri Aſcenſu. γάνος legit quoque Aeſchynes. & GANIDEM γανίδα, aliam vrbem ibidem habet idem, in oratione contra Cteſiphontem.

GANIADA, vide GANI.

GANIPOTES, vide SITONES.

GANODVRVM γανόδουρον, Ptolemai, Coſtentz, Ad Acronium lacum, Scudo, Cognato, & Cœnali. Rhenanus verò & Althamerus Zurzach aut Lauffenberg ad Rhenũ ſita opida in eius locum ponunt. VITODVRVM idem eſſe cum GANODVRVM ſcribit Cognatus, in ſua Burgundia.

GANOS, vide GANI.

GANT, vide GORDVNI.

GANTISCI. Nepos de viris illuſtribus in M. Aemilio Scauro. Conſul Ligures & Gantiſcos domuit. Canriſcos & Cauriſcos habet Schottus, qui huncauctorem recenſuit. Crediderim Auieni GENTICOS eſſe. GATISCI legit Onuphrius, in Faſtis.

GANZO vrbs, 2. Paralip. 28.

GAORIS, vide GOARIS.

GAPACHI γάπαχοι, Æthiopiæ ſub Aegypto gens. Ptol.

GAPHARA γαφάρα, Ptolemæo vicus in Marmarica eſt.

GAPSELVS γάψηλος, Thraciæ vrbs, & Thaſiorum colonia. Thucydidei 4. mendosè vereor, pro Galepſus.



GARADA, in Syria locus: Varroni 1. de re Ruſtica, cap. 48. Huius agrum à fertilitate commendat. vide GVNAS.

GARÆ, locus per quem primum Meander fluit: deinde per Ionas in mare. Liuius 38.

GARÆTIVM γαραίτιον, Meſſolorum in Africa caſtellum, à Calpurnio Craſſo oppugnatum. Plutarchus in Parallelis hiſtoriæ Roman. & Græcor.

GARAMA, vide GARAMANTES.

GARAMÆI γαραμαῖοι, Aſſyriæ gens, Ptolemæo.

GARAMANTES γαράμαντες, Libyæ gens, Herodoto, Lucano, Plinio, Stephano, & Ptolemæo: qui & GARAMANTICAM Vallem, (montem ſic dictum) & GARAMA metropolim, ibidem habet. hæc GARAMANTA Solino eſt, cuius nonnulli codices GARAMANNA legunt. De Garamantibus, & eorum regione, lege Lucianum in Dipſadibus.

GARAMANTITES, locus in India, vbi Garamantites lapis naſcitur. ſic dictus à loco. alias Sandaſtros. Plinius.

GARAMAS. Aſiæ mons, ex quo Phaſis oritur, Vibio. vide CAVCASVS. & PARIADES.

GARAPHA γαράφα, portus Africæ Propriæ. Ptolemæus.

GARAPHI γάραφοι, montes Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Ptolemæum.

GARAS γάρας, Ptolemæo mons eſt, in Mauritania Cæſariẽſi.

GARATES γαράτης, Peloponneſi amnis, in Arcadia. Pauſanias.

GARBATA γάρβατα, Aethiopiæ ſub Aegypto mõs. Ptolem.

GARBENSIS Epiſcopi, in Africa, meminit Victor Vticenſ. & Optatus Afer. An fortè à Gerbi, vt hodie vocatur Lotophagitis inſula?

GARBI. vide ARABIA Petræa.

GARCVS γάρκος, Ptolemæo. per c. interpreti CARCVS, inſula ante Taprobanen.

GARDAMANIS, vide DORGAMANES.

GARDATES, militum genus, apud Aemil. Probum in Datame.

GARDAVCRETA, vide CAPPADOCIA.

GARDEI, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, Plinio.

GARDICIVM, Epiſcopalis ſedes; ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. Balſamon.

GAREATÆ γαρεάται, Arcadiæ populi, Pauſaniæ. Municipium Tegeatarum eſt apud eundem.

GAREATHYRA γαρεαθύρα, Cappadociæ opidulũ. Strabo.

GAREB γαρέβ, Collis. Hierem. 30.

GARELA γαρέλα, vrbs Archiepiſcopalis: in Sanctionibus pontificum Orientalium. Circa Aſiam Minorem. Geminato LL quoque ſcriptum reperio, apud Curopalatem.

GARENÆI γαρεναῖοι, Serica gens, Ptolemæo. CARAMBVSI videtur legere huius loco, Ammianus 23.

GARES, Apulorum gens. Plinius 3. cap. 11. VARIES legit Pintianus, ab opido Varia.

GARESCI, vide GARISCVS.

GARGA, Fons Eubœæ, vbi Actæon laceratus eſt à canibus. Vibius. GARGAPHIÆ Vallem, vocat Ouidius locum in Bœotia, vbi Actæon periit. Huius meminit etiã Statius 7. Thebaid. Mendosè itaq; apud Vibium Garga, pro Gargaphia, & Euboea, pro Bœotia legitur. GARGAPHII Fontẽ etiã agnoſcit Herodotus 9. in Bœotia, circa Plateas.

GARGALIS, vbi natus Heliſæus propheta. Dorotheus.

GARGANVS Mons, γάργανος, Plinio & Straboni. Ptolemæus habet GARGARVM γάργαρον, in Apulia, ad Mare Hadriaticum. GARBIANVM vocat eum Luithprandus Ticinenſis, & Sigebertus. Hodie Monte de S. Angelo dicitur. GARGANVS eſt vrbis nomen, Iornandi, ad Halym fluuium.

GARGAPHIA, vide GARGA.

GARGAPHII Fons, vide GARGA.

GARGARA γάργαρα, Troadis vrbs, ad Idam montem, Pomponio & Stephano. ſed in primis Macrobio. Gargaris eſt apud Strabonẽ. GARGARA, PHALACRA, LECTVM, & PERGAMVM, quatuor Idæ promontoria: vt habet Iſacius, apud Lycophronem. GARGARVM, etiam Luciano in Dearum iudicio, pars Idæ eſt. IARGANVM corruptè, pro GARGANVM apud Ptol. legi, annotauit Caſaubonus.





GARGARENSES γαργαρεῖς, Aſiatici populi ſunt Straboni. In Sarmatia Aſiatica, iuxta Ceraunios montes.

GARGARIDÆ γαργαρίδαι, Indiæ populi, Dionyſio: circa Hypanim fluuium auriferum. Non ſunt Gangaridi Ptolemæi, vt quidam putant.

GARGARVM γάργαρον, eſt Lampſacenorum opidulum. Et aliud Epiri: Aliud quoque Italiæ. Stephanus.

GARGARVS, vide GARGANVS, & IDA.

GARGAZA γαργάζη, circa Meotidem paludem vrbs. Diodor. 20. An Geruſa Ptolemæi?

GARGE γάργη, Libyca gens, Stephano.

GARGETIAS Fons, γαργηττιὰς κρήνη, qui Epicuri patriam irrigat. ex antiqua inſcriptione, quam Neapoli vidi, in ædibus peritiſsimi antiquarii Guilielmi Hadriani Spatophori. Patria autem Epicuri, vti legitur apud Laërtium, Athenienſium pagus eſt, Chagettius dictus. corruptè, pro Gargettus, nam GARGETTVS γαργηττός in Attica locus eſt, teſte Plutarcho in Theſeo: quem tribum Ægeidis, vocant Stephanus & Heſychius. atque Gargetius Epicurus vocatur à Stobæo, Sermone 39. Idem ab Æliano in Variis. at geminato TT. Gargetium (vno r.) eundem Epicurum faciunt Suidas, & Cicero. Perichi & Democharis Gargettiorum meminit quoque Athenæus 6. Lege quoque Surrentinum Papinii.

GARGETTVS, vide GARGETIAS.

GARGILIANÆ Thermæ locus Carthaginis videtur, apud D. Auguſtinum, in Breuiculo collationum.

GARIANNONVM, opidum Britanniæ, in Littore Saxonico. lib. Notitiar. Guilielmus Camdenus Yarmouth nouo nomine interpretatur.

GARIB, vide GAREB.

GARIGA γάριγα, Ptolemæo: SARIGA interpreti: Ariæ vrbs.

GARINDÆI, vide MARANITÆ.

GARIOFILVM, Tuſciæ opidum, niſi fallat Decretum Deſiderii Regis, ab Annio editum.

GARIS, locus à Iuſtiniano Imp. ædificatus, in regione Eupoleos. Hiſtoria Miſcella 20. An in Meſopotamia?

GARISÆI populi, cuius vina laudat Corippus 3. de laudibus Iuſtini Iunioris.

GARISCVS γαρίσκος, Orbiliæ regionis, in Macedonia vrbs, Ptolemæo. GARESCI ſunt Plinio.

GARISIMA γαρισίμα, Palæſtinæ locus, viginti ſtadiis à Sepphore. Ioſephus in vita ſua. Fortè idem cum Garizim.

GARITES, Galliæ Aquitanicæ populi, apud Cæſarem vbi hodie opidum Agen, vt Orontius in ſua Tabula Galliæ oſtendit. Lectore eſt Marliano. Illud Agen AGINVM Auſonii puto: ἄγιννον, Ptolemæi: AGINNVM, Antonini: & AGENNVM in lib. Prouinciarum. & apud Honorium, qui eius Epiſcopum Phœbadium vocat. AGESINATES hos quoque Plinii puto.

GARIZIM γαριζίν, mons Samariæ. Procopius 5. Ædif. Altiſsimum totius Samariæ regionis, ſcribit Zonaras 1. Eius memoria eſt quoque Deuteron. 11. 27. De Garizim & Hebal montium ſitu, conſule Commẽtaria Maſii ad 8. Ioſuæ. Vide GARISIMA.

GARMAA γαρμαὰν, Thraciæ videtur opidũ, Procopio 4. Ædific.

GARNACA γαρνάκη, Marianæ præfecturæ, in Armeniæ Minori vrbs. Ptolemæus.

GARNE, Portus Italiæ: circa Garganum montem, Plinio. γαρνητῶν, meminit Goltzius, ex nummo.

GAROCELI, Cæſari ſunt Inalpini populi: Marlianus, & Paradinus eos in monte Mont Cenis dicto, collocant: Val de Morienne Vigenereo.

GARODES, Nili inſula, cum opido eiuſdem nominis. In Æthiopia ſub Ægypto. Plinius.

GAROEAS γαροίας, Indiæ fluuius, in Cophenen defluens, Arr. in Indicis. An idem cũ Guræo eiuſdem 4. Alexandri?

GARONNA, vide GARVMNA.

GARPHETI, Arabiæ Felicis fons: apud Plinium.

GARRHA γάῤῥα, Mauritaniæ Cæſariẽſis opidum, Ptolem.

GARRIENSIS Epiſcopatus, in Africa, Fragmentum Vict. Vticenſ. à GARRA fortè.



GARRYENVS γαῤῥυηνός, fluuius Albionis inſulæ, auctore Ptolemæo: Owſe hodie, aut Yare vel Gerne, vt credit Camdenus.

GARSABORA γαρσαβόρα, Lycaonum locus, circa Galatiam. Strabo.

GARSAVRIA γαρσαυρία, Cappadociæ regio, Ptolemæo. Huius interpretes GARDAVCRETA legunt. Vide CAPPADOCIA.

GARSI, Galilææ ciuitas, Ioſepho belli Iud. 6. cap. 13.

GARSIDÆ γαρσίδαι, Ptolemæo. PARSIRÆ interpretib. Gedroſiæ gens.

GARTANENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

GARTHEÆ, vide GÆTVLI.

GARVLI, populi cis Apenninum, ſunt Liuio 41. Ligures puto.

GARVMNA, apud Cæſarem Galliæ fluuius, Gallos ab Aquitanis diuidens. Ptolemæo GARYNA γαρύνα eſt. GARONNA vocatur apud Frontinum, ſic quoque hactenus Garonne. GARVMNOS huius accolas idem Cæſar appellat.

GARVMNI, vide GARVMNA.

GARVNDA, locus Galliæ videtur, apud Symmachum, lib. 9. cap. 83. An Garumna legendum, pro flumine?

GARVS, vicus Galatiæ. Antoninus.

GARYNA, vide GARVMNA.

GASANDI γασανδοὶ, populi in Arabia Felici, Diodoro 3. GASANI Plinii videntur.

GASANI, vide GASANDI.

GASMARA γάσμαρα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum. Ptolemæus. Aliud à Caſmare.

GASMVLICA gens, inter Romanos & Latinos educatæ, Gregoræ. Gaſmulicum, permiſtũ ſignificare, ſcribit Pachimerius. ſicq; vocari, qui è Latinis viris, Romaniſq; mulierib. nati. Romæis autẽ. i. Græcis, pro Romanis puto ſcribendũ.

GASORVS γάσωρος, Macedoniæ vrbs, in Odomantica regione. Ptolemæus. vide GAZORVS.

GASPENTIA, fluuioli nomen, ſe in Mœnum exonerantis. auctor Eginhardus, in Tranſlatione SS. Martyrum Marcellini & Petri: lib. 1.

GASTRONIA γαστρωνία Macedoniæ regio Stephanus. ex Theopompo. Eandem cum GRESTONIA credo.

GATHEÆ γαθέαι, Stephano Arcadiæ vrbs eſt. ex Pauſaniæ 8. vt addit. Agri Cromii eſt.

GATHEATAS γαθεάτας, Arcadiæ fluuius, in Alpheum erumpens, Pauſaniæ.

GATHYNIA γαθυνία, Laconicam ciuitatem maritimam habet Cedrenus: à Laone Lapathi F. exſtructam.

GATIANENSIS, vide GAZANENSIS.

GATISCI, vide GANTISCI.

GAVANODVRVM, vide IVVAVIA.

GAVANTIS Tumulus, Lycophroni. locus vbi Adonis (quem Cyprii Gauantem vocant) ſepultus. vt addit eius commentator Iſacius.

GAVARA γαυάρα, Arabiæ Deſertæ vrbs, Ptolemæo. GABARA codicibus Latinis.

GAVBRETA, vide GABRETA.

GAVDIABENSIS Epiſcopus, in Numidia, Vict. Vticenſ.

GAVDIACVM, pagus territorii Turonici: Gregorio Turonenſi, in S. Iuliani martyris vita. Pagus in ditione Rhemenſi eſt, Surio in vita S. Theodorici abbatis.

GAVDINA, vide FRANCIA.

GAVDIOMACVS, vide CLAVDIOMACHVS.

GAVDOS, vide CLAVDVS, & GAVLOS.

GAVELLENSIS Epiſcopus, nomine Seuerianus: eſt apud Honorium Auguſtodunenſem. CANELICENSIS legit alius codex. & item alius GABALENSIS, verior.

GAVEORVM in Ægypto, meminit epiſtola Epiſcoporum Ægypti, ad Leonem Aug. In Conciliorum opere.

GAVGÆNA γαύγαινα, Sargarauſenæ in Cappadocia vrbs, Ptolemæo. GAVRENA legunt interpretes.

GAVGALIVS γαυγάλιος. mons Syriæ, Sozomeno, & Caliſto 9. cap. 15. In Edeſſenorum agro.

GAVGAMELA γαυγάμηλα, Aſſyriæ vrbs eſt Ptolemæo.

Perſidis eſt Stephano: ſed per I. in penultima. Plinio per E. Plutarcho in Alexandro per N quoque. Haud procul ab Arbela fuiſſe, videtur ex 6. Arrhiani.

GAVGDÆ, populi Thraciæ verſus Iſtrum, Plinio.

GAVIS Coloniæ, in Italia; meminit Frontinus M.S. Franciſci Nanſij. In Sabinis eſſe, decimo tertio ab Vrbe milliario fuiſſe, ſunt qui opinentur. Iuxta Eretum fuiſſe, putat Fuluius Cardulus.

GAVLADEMA, vide GOLAM.

GAVLALES, ſunt Æthiopiæ gentes; antea AVLOLES dicti. Oroſius. alius codex legit GALAVLES. De his
» Silius 3. Contenti parca duraſſe haſtilia flamma.

GAVLANE γαυλανη, Syriæ opidum; Ioſepho, Antiq. 13. & belli Iud. 1. cap. 4. item Egeſippo, qui GAVLANITIN regionem quoque habet.

GAVLANITIS, vide GAVLANE, & BASAN.

GAVLON, in Baſan; de tribu Manaſſe. Ioſue 20. 21. & 1. Paralip. 6. γωλαν legunt 70. interp.

GAVLOS, Pomponio & Plinio, GAVDOS Straboni. inſula breuiſſimo traiectu à Melita Africi maris; cuius nomen in ipſa inſula exſtat, in quadam antiqua Inſcriptione, quæ plebis Gaulitanæ meminit. Gozo hodie dicitur. Ex Quintino Heduo. (GLAVCONIS eſt in Ptolemais Latinis, in Græcis non habetur.) γαῦλος inſulam iuxta Carthaginem habet Stephanus. Vide CALATHE.

GAVMELLVM, vide LAVMELLVM.

GAVNA γαῦνα, Mediæ vrbs, apud Ptolemæum.

GAVNARITANVS Epiſcopatus, in Africa. Fragmentum Victoris Vticenſ.

GAVRA γαυρα, Aſſyriæ mons, & GAVRANVM promontorium Tigridis fluuij oſtio vicinum. Plutarchus de Montibus.

GAVRAANA, vide GAVGÆNA.

GAVRANA & GAVRANI, vide GAVRVS.

» GAVRATÆ, in quibus CHIANI gens, ſic Plinius. In ſinu Perſico eſt.

GAVRELEON, vide GAVRIVM.

GAVREVS γαύρεος, Italiæ mons, cui ad læuam regio niuoſa, vbi aqua tum odore, tum potu, amariſſima: qua accolæ medicandis oculis vtuntur: vt habet Stobæus de Morbis: ex Heliodoro. An Ciceronis fontes? Vide GAVRVS.

GAVRIANENSIS Epiſcopus, in Numidia. Vict. Vticenſ.

GAVRINICA, vide POSSESSIO.

GAVRIVM γαύειον, quod eſt in Andro inſula. Xenophon lib. 1. Græcorum. Forte idem cum GAVRELEON Andri portu, cuius meminit Liuius 31.

GAVRVS, Campaniæ mons, prope Puteolos, auctore Iuuenali, Seruio, & auctore de Viris illuſtribus. GAVRANI montes Plinio, Hiſtoriæ Naturalis auctori. nunc Monte Barbaro dici, ſcribunt Fern. Lofredus, Scipio Mazzella, & Franciſcus Lombardus. Huius mentio eſt etiam apud Arnoldum Abb. in Slauorum hiſtoria. GAVREVM puto apud Strabonem. GAVRANAM Nicomachi, locum hoc tractu nominat Symmachus 8. Epiſt. 23. Sed addam hic Scipionis Mazellæ Neapolitani verba, quibus auxit libellum Eliſij de Balneis, hæc:
» Huius montis pars
» Occidentalis GAVRVS, Orientalis & iuga eiuſdem
» MASSICVS, & Septentrionalis FALERNVS dicebatur. γαῦρον, quoque Æthiopiæ mons, ad ſinum Arabicum, Ptolemæo. Vide GALLICANVS.

GAVSAPHNA γαυσάφνα, Africæ Propriæ opidum. Ptol.

GAVSENNIS, vide CAVSENNIS.

GAVTIGOTH, vide BERGIO.

GAVTVNNI, gens à Probo Imp. deuicta: vt habet in eius vita Vopiſcus. Sarmatiæ Europææ videntur. Fortè iidem cum GOTHVNNIS.

GAVZACA, vide GAZACA.

GAVZANIA γαυζανία, Mediæ vrbs, apud Ptolemæum.

GAVZANITIS γαυζανῖτις, Ptolemæo Meſopotamiæ regio.

GAZA γάζα, Palæſtinæ vrbs, Ptolemæo. Iudicum 16. & Ioſue 15. Stephanus eam quoque AZAMᾶζα, vocat, item IONE ἰώνη, IVS ἰοῦς, MINOS μίνως, & MINOA μινῶα. GAZA, Indiæ etiam vrbs videtur, apud Polybium 11. quam Sophaſenus rex Antiocho donauerat. Arriano 4. Alex. circa Sogdianam eſt. Opidum Æthiopiæ, circa Abaliten ſinum, eſt Plinio. Vide CEDASA.



GAZABA, vide GABAZA.

GAZABIANENSIS loci epiſcopalis, in Africa: meminit Coll. Carthag.

GAZACA γάζακα, Mediæ vrbs magna, Ptolemæo, Stephano, & Ammiano. Eſt etiam in Paropaniſo vrbs, apud eundem Ptolemæum. quo loco interpretes GAVZACA legunt. Vide GAZACVM.

GAZACENA, vrbs Cappadociæ videtur apud Strabonem 11. Vide CAPPADOCIA.

GAZACROEN, vide GAZACVM.

GAZACVM γαζακὸν, Perſidis vrbs, ab Heraclio Imp. capta. In hac erat Fanum Solis, & Theſaurus Crœſi Lydorum regis. Cedrenus. GAZACA Ptolemæi puto. GAZENZIVM, & GAZACROEN, Perſiæ vrbes ab Heraclio captas ſcribit Hiſt. Miſcella, lib. 18. Vide THEBARMA.

GAZACVPADA, vide ZAGACVPODA.

GAZÆ, Otenæ Armeniæ regionis opidum: Plinio 6. cap. 13.

GAZÆORVM Nauale, in Palæſtina, Ptolemæo, viginti ſtadiis à Gaza diſtans. MAIVMA μαϊουμα, dictum erat, ſed quòd à Conſtantino Imp. Chriſtianam religionem acceperat, vrbs facta eſt, & CONSTANTIA vocata fuit. Huic poſtea Iulianus Imp. ciuitatis ius ademit, nominéque Conſtantiæ priuauit: & GAZÆ PORTVM appellauit. Hæc ex Nicephori Calliſti lib. 8. cap. 33. & lib. 10. cap. 4. Idem Sozomenus 5. cap. 3. Meminit huius loci etiam D. Hieronymus, in vita Hilarionis; MAIOMAM Gazæ emporium, vocans. In Palæſtina Prima ponitur à Concil. Epheſino III.

GAZALINA γαζαλίνη, Ponti Polemoniaci, in Cappadocia vrbs, Ptolemæo. Per o. in prima legunt interpretes. Vide GAZELOTVS.

GAZALVITIS, vide ZAGILLVITIS.

GAZANENSIS loci, in Byzacio, meminit Victor Vticenſis, cuius Epiſcopum Bonifacium vocat. GATIANENSIS alia lectio.

GAZANFALA, Africæ vrbs: D. Auguſtinus, & Cyprianus. in concilio Carthaginenſi. GAZAVFVLA habet Fragmentum Vict. Vticenſ.

GAZARA γάζαρα, Palæſtinæ vrbs, cuius Ioſephus, & lib. Machab. meminit. Eandem eſſe cum GADARA Strabonis docet Caſaubonus, eum adi.

GAZARENI, γαζαρηνοὶ, Epiphanio ſunt gens apud Babylonios.

GAZARI, Sarmatiæ Primæ gens. Hiſt. Miſcella 19.

GAZATÆ, in Cyrrheſtica Syriæ regione gens. Plinius.

GAZAVFVLA, vide GAZANFALA.

GAZELVM, Cappadociæ vrbs. Plinio.

GAZELOTVS γαζηλωτος, Galatiæ tractus, aut locus, videtur apud Strabonem. An Gazalina Ptolemæi? Vide ZAGILLVITIS.

GAZENA γάζηνα, Phrygiæ Maioris vrbs. Ptolemæus. Huius memoria eſt quoque in Chalcedonenſi concilio.

GAZENSES, vide GAZACVM.

GAZER, (GEZER legit Chaldæus) locus, Ioſue 10. 21. Iudic. 1. item 3. Reg. 9. vbi Ioſephus GAZARA legit. vide GEZER.

GAZERON, vide ASSAREMOTH.

GAZETVM vinū celebrat 12. Variar. Caſſiodorus. GAZETICA vina habet Sidonius. A Gaza puto, Palæſtinæ opido.

GAZIVRSA γαζίουρσα, vrbs in Aſia, circa Cappadociam: Dioni 35. GAZIVRA ſine s. eſt apud Plinium, & Strabonem, ad Irin fluuium.

GAZORVS γάζωρος, Macedoniæ vrbs, Stephano, & Ptolemæo, ſed huic per σ γασωρος. γαζωρος autem per ζ Ptolemæo Palæſtinæ vrbs eſt.

GAZOS Stephano Indica vrbs. Vide PAZVS.

GAZVLENA, vrbs Ægypti, vt patet in opere Conciliorū, ex epiſtola ab Ægypti Epiſcopis ſcripta, ad Leonem Aug.

GAZVS vide PAZVS.

GEA γεα, opidum, iuxta Petram, in Arabia. Stephanus: ex Glauco, in Arabicis Antiquitatib.





GEAPOLIS, vide GÆA.

GEBAL, vide HEBAL.

GEBALA γέβαλα, Vardulorum, in Hiſpania Tarraconenſi opidum, Ptolemæo. Tertia pars Palæſtinæ. ſic Stephanus. Idem in voce γαβαλα, dicit Arabiæ regiunculam eſſe. Vide GABALA.

GEBANITAS Plinij, & CATABANENSES, ſiue κατταβανεῖς, Strabonis eoſdem Arabiæ Felicis populos eſſe, docet Hermolaus, in 14. cap. Plinij, lib. 12. GEBANITÆ autem, & CATABANI Plinio lib. 5. cap. 28. diuerſi ſunt. atque hi CATABANES Solini. Ad anguſtias Arabici ſinus ſunt.

GEBBETHON, vide GEBTON.

GEBENNA, & GEBENNICI Montes, qui teſte Cæſare Aruernos ab Heluiis diſcludunt. Vide CEMMENVS.

GEBEONITÆ γεβεωνίται, gens prope Hieroſolymam. Stephanus. A Gabaon fortaſſè.

GEBES, Phrygiæ Minoris fluuius, Plinio.

GEBONITIS γεβωνῖτις, locus Syriæ. Ioſephus belli Iud. 2. cap. 14.

» GEBRENI. Fitq; princeps amicitiæ eius, rex Gebrenorum
» Oenides. Sic Dyctis Cretenſis, in fine lib. 5. An Cebreni?

GEDERA, vide GADIRA.

GEDNE γέδνη, Africæ Propriæ vrbs. Ptolemæus.

GEDOR, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

GEDRANITÆ, apud Pliniū ſunt populi Arabiæ Felicis.

GEDREMMON, vide IETHREMMON.

GEDROSIA γεδρωσία, Aſiæ regio, Ptolemæo. GEDROSIS Melæ: Arrianus per A in prima legit; Agatarchides, & Diodorus ſemper per K. auſpicatur, καδρωσία. geminato SS. ſcribit Stephanus. Geſt, Mercatori; Circan, Caſtaldo; Guſarate, Girauæ & Moletio dicitur. Theuetus ait à Georgianis Helmectmenich, Indis Formipt, aliisq; Piphith nominari. Eandem alibi quoque Abiadach vocat. An fidem huic habeam neſcio; addo tamen, ne videar non legiſſe. Gedroſios nouo nomine Nautacos vocat Maſſeius.

GEDVSANVM Agrum, nominat Cicero de lege Agraria contra Rullum. Aſiæ Minoris videtur.

GEGINA, DVLLACA, ALBINIA, CROMA, Galliæ vici. in vita S. Albini.

GEGITANVS Epiſcopus, in Mauritania Sitiphenſi: eſt apud Vict. Vticenſ. GEGITENSIS eſt in Coll. Carthag.

GEHENNON, vide ENNOM.

GEHON, vide NILVS, & SILOE.

GELA, Straboni, & Ptolemæo, ſed hic GELLA γέλλα, duplici LL. ſcribit; ſic quoque Phalaridis Epiſtolæ. Siciliæ vrbs mediterranea eſt. GELANI ſunt Plinio, GELLENSES Ciceroni. Locus antea LINDII λίνδιοι, dicebatur, Thucydide auctore. Hanc Gelam Fazellus Alicata appellari ait. Leander Chezza nominat: nonnullis tamen Butera videri addit. Vide GELAS.

GELACA, vide SELCA.

GELÆ, quos Græci CADVZIOS appellauere, inquit Plinius. Ptolemæo γηλοὶ, & καδούσιοι, ſunt Mediæ populi, ſed diuerſi Gelas Plinij, & Gelos Ptolemæi, hinc eoſdem eſſe populos patet. Gelos etiam hoc tractu prodit Dionyſius, vbi eius interpres Auienus GERROS habet. Gelas, Caſtaldus Gilan nominat. Cadduſij per duplex DD. ſcribendum, ſuadet Sigonius.

GELÆOS habet Cedrenus gentem, quorum mulieres ſuis maritis imperant. AGILÆI ſunt Glycæ.

GELAGIENSIS, flumen Dyrrachium ab Apollonia di-
» uidens, decurrit in Epiro. ſic Vib. Sequeſter. GENESVS
» autem legit Boccatius. GENVSVS Dionis videtur.

GELANVS γελανός, Libyæ Interioris opidum. Ptolemæus.

GELAS, Diodoro & Plinio Siciliæ fluuius, in littore Meridionali. GELA Ouidio & Vibio. Hunc Niger & Erythræus Cherza vocant. Leander & Fazellus verò Salſi. Idem Fazellus ſcribit Ptolemæi HIMERAM ἱμέρα, eſſe.

GELASIVM PHILOSOPHIANÆ, locus Siciliæ apud Antoninum. GELA ſiue PHILOSOPHIANÆ legit Simlerus, non rectè, vt ego auguror. diſtantiarum enim ratio cum Gela minimè conuenit.



GELASSVS, locus duodecim milliaribus ab Euchaitis. In S. Barbaræ vita.

GELBIS fluuius, ſe in Moſellam exonerat, teſte Auſonio. Kil hodie dicitur: Kel habet Scaliger, qui CELBIS per C legit, BELGIS habere nonnulla exemplaria annotat Pulmannus in ſuo Auſonio.

GELBOE mons, 1. Samuel, 31. & 1. Paralip. 10.

GELDA γέλδα, Albaniæ vrbs, Ptolemæo.

GELDVBA, vbi LEGIO IX. Antonino, Floro, & Tacito Germaniæ vrbs eſt. Caſtellum Rheno impoſitum, ſcribit Plinius; vbi ſiſeris generoſitas præcipua. Diuæus putat Gelre, caput regionis Geldriæ eſſe. Gelb ad Rhenum, Simlero videtur. Non ad Rhenum, ſed à Noueſio occidentem verſus quatuor à flumine milliaribus Italicis, conſtituit Bruno, in ſuo Noueſio. Ad Rhenum puto: milliare infra Coloniam Tralanā: & Geldub hactenus vocari. GELDVBA in Thracia eſt quoque, niſi fallat Vſuardus, in ſuo Martyrologio, ad XIII. Cal. Ian. (GESORIACVM, pro Gelduba autem legit Vinetus, apud Florum.)

GELEONTES, Atticæ tribus, Herodoto 5. THELEONTES autem mauult Caſaubonus ad 8. Strabonis.

GELIMER, Wandalorum locus, apud Agathiam. Sed Leunclauius docet vocem corruptam; atque proprium viri eſſe.

GELISA, fluuij nomen, in Gallia Aquitanica, qui lambit Eluſatij vrbem. In S. Paterculi vita, vt annotauit Scaliger ad Auſonium.

GELISITANÆ Eccleſiæ, in Africa, meminit D. Auguſtin. Epiſt. 162.

GELLA γέλλα, Vaccæorum vrbs, in Hiſpania. Ptolemæus. Vide GELA.

GELLÆ γέλλαι, populi in media Albania. Zonaras.

GELLENSES, vide GELA.

GELLI populi, ſunt in Mamertini panegyrico, Maximiano Imp. dicto. mihi ignoti.

GELLVS fluuius, Floro 2. cap. 6. in quo pons cadaueribus fuit factus, ab Annibale. In Apulia videtur. VERGELLVS eſt apud Val. Maxim. De Aufido videtur hæc ſcribere Sil. Italicus 8. ſub finem. Vide VERGELLVS.

GELMON, & GELO, vide GILO.

GELON, de quo ſic Plinius: Non procul à Celænorum Phrygiæ opido duo ſunt fontes, CLÆON, & GELON, ab effectu Græcorum nominum dicti.

GELONI, Thraciæ gens, picta corporis parte. teſtis Vibius. »
Equimulgas hos cognominat Sidonius. vide BVDINI, »
& LEVNI. »

GELONIVM Stagnum, Siciliæ; tetro odore abigit proximantes. Solinus. Circa Gelam fortè. CELOMVM corruptè eſt apud Iſidorum.

GELONVM γελωνον, vrbs Sarmatiæ Europææ, Euſtathio,
& Stephano. Apud Herodotum in Melpomene, alia »
videtur, tota lignea: apud Budinos. »

GELOS, portus Cariæ. Plinius.

GELOTIANA, eſt apud Goltzium, in ſuo Theſauro. Domo Gelatiana eſt in tabella marmorea, Romæ. vbi locus ſic dicitur, vt annotauit Turnebus, ex Suetonij Caligula.

GELYS γηλύς, gens, cuius meminit Aſinius Quadratus. Sic Stephanus.

GEMAN γημὰν, vicus in magno campo Samariæ ſitus. Ioſeph. 2. belli Iud. cap. 11.

GEMBLACVM, vide GEMMELACVM.

GEMELLA γέμελλα, Luſitaniæ vrbs; quam Appianus in Ibericis refert Seruilianum Viriato eripuiſſe. COL. AVGVSTA. GEMELLA. LEGIO XXV. legit Goltzius, ex nummo Claudij Imp.

GEMELLA TVCCITANA, vide TVCCI.

GEMELLÆ, vrbs in Africa Propria; auctoribus D. Auguſtino, Antonino, & lib. Notitiar. Item Sardiniæ vrbs. apud eundem Antoninum. GEMELLENSIS meminit Coll. Carthaginienſis.

GEMELLENSES, ex Colonia Accitana. Sic Plinius. Hiſpaniæ vrbs. A Gemella, veriſimile eſt. Vide TVCCI.

GEMELLI Colles, vbi gentiana herba naſcitur. Apuleius. Vide MARON.

GEMESTARIVM, Hiſpaniæ opidum Antonino. Inter Bracaram & Aſturicam.

GEMINI Pagi, meminit Theophilus, Alexandrinus Epiſcopus. Circa Ægyptum fortè.

GEMINA Vrbanorum, vide VRSO.

GEMINIACVM, Germaniæ Inferioris opidum. Antoninus. GEMINIACENSIVM meminit quoque lib. Notitiarum. Eſt qui Soigni vocat Hannoniæ vicum, in Brabantiæ finibus. Pro Geminiacum, putat corruptè legi BEMMICO VICO in tabula Peutingeriana M. Velſerus. Vide GEMMELACVM.

GEMINIANA, ciuitas Italiæ; quatuor M. paſſ. à Mutina diſtans; quam & NOVAM Ciuitatem dixerunt. Ex Sigonij Regno Italiæ.

GEMINIANI Petra, ſaxum abruptum, in Auraſio Africæ monte. Procopius.

GEMINIANVM, & MINIATEM, Tuſciæ opida in Phocenſibus: ſi creditur Edicto Deſiderij regis.

GEMINVS mons, vide IVLIA AVGVSTA.

GEMMARVRIS γεμμαρυρίς, Idumææ vrbs, apud Ptolemæum.

GEMMELACVM Sigeberto, vel vt alij GEMBLACVM, Brabantiæ opidum, & abbatia. Gemblours Teutones; Giblou Galli nominant. Puto GEMINIACVM Antonini.

GEMMETICVM, locus in Anglia. vt habet vita S. Anſelmi Archiepiſcopi. Etiam Galliæ, in vita S. Philiberti. GEMMETICENSIS Saltus, mentio eſt in vita S. Auſtrebertha: In quo cœnobium conſtructum à Philiberto habetur: decem millibus à Pauliaco diſtans.

GEMON, & ALÆPHILA, quæ eſt ſuper Luuiem mare. Sic Lib. Proprietat. Elemẽtorum, falſo Ariſtoteli tributus.

GENABVM, Galliæ in Carnutibus opidum Cæſari, & Hirtio, ad Ligerim fluuium ſitum. Aimoino, & Rob. Cœnali Orleans eſt: Paradino & Vigenereo potius Gian videtur, opidum ad eundem fluuium ſitum; idq; verum eſſe, ex diſtantia quam Cæſar inter hoc opidum & Agendicum ponit, oſtendit. Puto CANABVM Antonini. & κήναβον Ptolemæi, etſi hoc longius à Ligeri. Vide AGDAMEA.

GENABVS γενάβος, Phrygiæ vrbs Epiſcopalis. In Reſponſis patriarcharum Orientalium.

GENADIVM, vocat Lazius in ſua Hungariæ tabula, (quo autem auctore, me neſcire, ſcio) Hungariæ vrbem, quam Choniad vulgò vocant. In libro R. P. R. 12. vocat eam GANDANA: dicitq; à Germanis Gyngiſch, ab Hungaris Chzonad appellari.

GENAVVI, GENAVNI, & GERAVNI, vide LEVNI.

GENDOS, vide CHRYSORRHOAS.

GENEA γενέα, Corinthi vicus. Stephanus. Vide TEGEA.

GENERASTVM locus in codice Theodoſiano 16. titulo de hæreticis.

GENESA γενέσα, Stephano Laconica vrbs.

GENESAR, vide GENESARETH.

GENESARETH Stagnum, in Palæſtina; quod GENESSARON Ioſepho, Antiq. 13. Plinio GENESARA, & TARICHEVM. GENESAR etiam regio huic propinqua; Ioſepho & Hegeſippo. GENESARETH Terræ quoque mentio eſt, Marci 6. Vide TIBERIADIS lacus, & GALILÆA.

GENESIVM, locus Argiæ, ad mare, in Peloponneſo, Pauſaniæ.

GENESVS, Palæſtinæ fluuius, Vibio. GENVSVS legit Boccatius.

GENETÆ, & GENETÆVM, vide GENETES.

GENETES γενήτης: Cappadociæ promontorium eſt, inter Iaſonium & Cotyorum vrbes, Straboni. Portus, & fluuius, eſt apud Arrianum, & Stephanum. GÆNETÆVM promontorium in Tibarenis, vocatur à Val. Flacco 5. & Apollonio 2. Argonautic. GENETÆI Iouis ibidẽ fanum, eidem Flacco. GENETÆ populi, ſunt apud Plinium.

GENETHLIVM γενέθλιον, Argiæ vicus, vbi Dine lacus erumpit. Pauſanias in Arcadicis. Item in Corinthiacis, vbi Theſeum natum ſcribunt.

GENEVA, Cæſari Allobrogum opidum. Incolis Geneue: Heluetiis & Germanis Jenff vocatur. ad Lacum Lemanum ſitum eſt. GENAVA eſt in lib. Prouinciar. GENEVA, vt Cæſari, eſt in ſcriptis lapidibus.

GENITEN vrbem, amicam Troianis, habet Dyctis Cretenſis 2. Fortè Gentinus legendum, ex Stephano.

GENLADE, Angliæ fluuius. Beda Eccleſiaſ. Hiſt. 5. cap. 8.

GENNABAR, vicus circa Arabiam Petræam. Egeſippus 4. cap. 16. & Ioſepho Belli Iudaici 5. cap. 4.

GENNAIS prædium, quod haud procul à Phocea eſt. Huius meminit Ariſtides, in Sacris ſermonibus.

GENNVS, vide AQVÆ AVGVSTÆ.

GENO. Auſonius, Epiſtola 13. loci nomen videtur. Quid loci ſit, ſe non noſſe ſcribit in eundem Vinetus. Maritimus tamen: numerat enim eum inter ea vbi oſtrea piſcantur.

GENOÆI γενοαῖοι, Moloſſiæ gens, Stephano, ex 4. Theſſalonicar. Rhiani.

GENONIA, vide SINVNIA.

GENOZZAR, vide CENEROTH.

GENSOA, Plinio Æthiopiæ ſub Ægypto opidum eſt.

GENTA γέντα, vrbs Indiæ extra Gangem. Stephanus.

GENTERIA, Ægypti vrbs, auctor Metaphraſtes, in D. Paphnutij vita.

GENTIADAM, & CISSADAM, regiones Ciliciæ, (Lyciæ fortè) habet Dioſcorides: vbi teucrion naſci ſcribit. γεντιάδα καὶ κιττάδα, legit Græcus codex, non Ciſſada. Locum corruptum puto, cum Geſnero. Plinius ſcribit teucrion naſci in Ciliciæ & Piſidiæ montibus.

GENTIGI, Galliæ Narbonenſis gens, apud Sex. Auienum.

GENTINVS γεντῖνος, Troadis vrbs. Stephanus.

GENVA γένυα, Ptolemæo & aliis, Liguriæ vrbs, nomen hodie retinet. GENOA per O. ſcribit Stephanus, qui eandem STALIAM σταλία, quoque vocatam tradit. IANVAM appellat eam Luithprandus Ticinenſis, & eius ætatis ſcriptores. Incolæ GENVENSES, & GENVATES, vocantur in antiqua tabula ænea, quæ in ipſa vrbe ſeruatur. Genuates gentile agnoſcit Stephanus de vrbibus.

GENVA Vrbanorum, vide VRSO.

GENVCLA γένυκλα, Getarum opidum, ad Iſtrum fluuium ædificatum, habet Dion 51.

GENVNII γενούνιοι, populi Britanniæ, P. R. ſocij, ſunt apud Pauſaniam in Arcadicis. Northwales ſunt Guil. Camdeno. Occidentalior pars Angliæ, Hiberniæ oppoſita.

GENVSINI, Apuliæ populi, apud Plinium.

GENVSVS γένυσος, Dioni 4. Lucano 5. & Cæſari 3. Ciuil. pro fluuij nomine, circa Apolloniam & Aſparagum, Macedoniæ opida. GENVSVVS legitur apud Liuium 44. vide GENESVS, GELASIENSIS, & PANYASIS.

GEOARIS, inſula circa Echinadas alicubi videtur, apud Plinium.

GEOMOMORI, EVPATRIDÆ, & DEMIVRGI, Athenienſium in Attica gentes antiquæ. Iul. Pollux 8. de Trittiarchis.

GEORGESIMA γεωργήσιμα, regio Siciliæ, circa Leontium; verſus Septentrionem. Polybius 7. Appellatiuè interpretatur Leopardus, regio culturæ apta 4. Emendationum.

GEORGI, Sarmatiæ Europææ gens, circa Euxinum Pontum, Pomponio & Plinio. Eoſdem videtur mihi inter Scythas Aſiaticas deſcribere. Vide IBERIA.

GEPHAR, vide EPPHA.

GEPHES γηφεῖς, Ptolemæo Africæ Propriæ gens.

GEPHRVS γέφρος, Syriæ Cauæ opidum. Polybius 5.

GEPHYRA γέφυρα, Syriæ opidum in Seleucide, Ptolemæo. Niger credit nautis Sirmiu nuncupari. Vrbs etiam haud procul à Carthagine, ad Macrum fluuium. Polybius 5. Sephyra erat in Latino. Vide TANAGRA.

GEPHYRÆEDORVM γεφυραιέδων, meminit Goltzius in ſuo Theſauro, ex nummo Domitiani. A Gephyra gentile eſt.

GEPHYRENSES γεφυρεῖς, tribus Atticæ, in Etymologico.

GEPHYROTE γεφυρώτη, vrbs Libyca. Stephanus.

GEPI-



GEPIDES populi. Corippus Africanus. GEPIDI ſunt apud Diaconum. γήπαιδοι, apud Agathiam. & GEPIDIA Regio Iornandi. Vide DACIA.

GEPIDI, BVLGARI, SARMATÆ, PANNONII, SVEVI, & NORICI, vici in Italia: ſic dicti ab his populis eos incolentibus: vt auctor eſt Diacon. 2. Longobard. cap. 26. De Gepidis hæc ad me Sylburgius, γήπαιδες, ἐτυμολογ. & Suidæ quaſi γεπαιδες, Getarum proles.

GERA, vide CARRHÆ, GIRA, & GERRHA.

GERABRICA, vide IERABRICA.

GERÆ, vide ERÆ.

GERÆA γέραια, Luſitaniæ vrbs. Ptolemæus. vide IERABRICA.

GERÆI γεραῖοι, Arabiæ Felicis gens, Ptolemæo. Horum meminit etiam Suidas, in ταχτη.

GERÆSTIVM γεραίστιον, Arcadiæ regio, apud Phauorinũ.

GERÆSTVS γεραιστος, Eubœæ vrbs Ptolemæo & Straboni. vicum vocat Stephanus. GERASTIA γεραστία, eſt Euripidi, in Oreſte. GERASTVS Demoſtheni.

GERAFITANVS Epiſcopatus, in Mauritania Sitiphenſi. teſtis Victor Vticenſ.

GERANDRVM γεράνδρον, Cypri vrbs, vbi caryſtius lapis reperitur. Apollonius in Mirabilib.

GERANDRYVM γεράνδρυον, (locum ſic dictum) arenis deſertis honoratum: in quo eſt oraculum quod vna cum quercu emarcuit. teſte Clem. Alex. ad Gentes, & Euſeb. de Præpar. Euangelica. Quibus in terris ignoro, niſi fortè in Achaia alicubi. vel potius (quia in arenis) in Africa, vbi Ammonis oraculum.

GERANIA, Thraciæ vrbs, in Mœſia; à Barbaris CATTVZA vocari, auctor eſt Solinus. CATISOS gentem vocat Plinius. RHACOLA ῥακώλη, nominatur Stephano, cuius incolæ TVSSYLI τυσσύλοι, appellantur. γεράνεια, quoque Phrygiæ vrbs, Stephano. Eidem, & Plinio mons etiam eſt, inter Corinthum & Megaram, ſub quo Thucydides Tripodiſcum opidum deſcribit. (Huius Scholiaſtes ſcribit promontorium eſſe Megaridis.) Pauſanias eius quoque meminit, & Plutarchus in Arato. item Luciano in Icaromenippo. GERANIDÆ, incolæ Phocidis; apud Heſychium. BERANIA vitioſè apud Tzetzam, in Lycoph. Vide GERENIA.

GERANTHÆ γεράνθαι, Laconicæ vrbs. Stephanus, ex Pauſania, apud quem γερόνθραι legimus.

GERANVS γέρανος, locus Elidis, in Peloponneſo. Strab. 8.

GERARA, vide GADARA, & GVRBAAL.

GERARIS, Palæſtinæ locus; Geneſeos 20. Vide ASCALON.

GERAS γέρας, Ægypti locus, apud Theophilum Alexandrinum. Huius meminit etiam Sozomenus 8. cap. 19. dicitq; 50. ſtadijs à Peluſio diſtare, Palæſtinam verſus. GERRA puto. Vide ZYGRIS, & GEREATIS.

GERASA γέρασα, Syriæ Cauæ vrbs, Ioſepho, Egeſippo, & Stephano. item Ptolemæo, in Phœnicia. Et alia in Arabiæ Petræa, eidem. Vide SCENÆ.

GERASENI, vide GERGESÆI.

GERASTIA, & GERASTVS, vide GERAESTVS.

GERASVS, vide HIERASVS.

GERBEDISSVS, Commagenæ opidum, Antonino.

GERBO γερβώ, Æthiopiæ vicus, Ptolemæo, circa Nilum: verſus Ortum.

GERDICA γερδίκα, Epiſcopalis locus, apud Curopalatem, de Officialibus Conſtantinopolitan. An pro Serdica Thraciæ? indifferenter enim à vulgo G. & S. proferuntur.

GEREATIS, Marmaricæ locus, Antonino. Ibidem GERAS, eidem. Vide HYBLA, & MEGARA.

GEREN γέρην, vrbs, & vicus, in Lesbo inſula: Stephanus.

GERENIA γερηνία, Ptolemæo. GERANIA Plinio, Peloponneſi opidum, in Laconica. olim ab Homero ENOPE ἐνόπη dictum, ſcribit Pauſanias. Sidariſo Caſtaldo; Paſaua Nigro vocatur. De Enope ſic ſcribit Strabo libro 8. Enopen eſſe putant alij PELANAM πέλανα: alij locum quendam Cardamylæ vicinum: alij GERENIAM. GERENIA etiam Meſſeniæ opidum, Stephano. idem ni fallor. Pauſanias enim hoc in confinibus Laconicæ ponit. Vide GERVNIVM.

GERENIVS γερήνιος, fluuius Elidis, in Peloponeſo Strabo 8.

GERES γέρης, nomẽ populi pauperis & calui, Chaonũ. Suidas.

GERESPA γερέσπα, Mediæ vrbs, Ptolemæo. Sine s. legunt interpretes.

GERESTICVS Portus, à tergo vrbis Tei, in Ionia. Liu. 37.

GERETÆ, Indiæ populi, Plinio.

GERGESÆI γεργεσαῖοι, Palæſtinæ gens, Geneſ. 15. GHIRGHASÆI Pagninus vertit, Ioſue 24. GERGESENORVM regionis meminit Matth. 8. GADARENORVM pro iiſdem Marc. 5. & Lucæ 8. GERASENI apud D. Hieronymum, & GODARÆI in Syriaco codice appellantur.

GERGETHA, vide GERGINA.

GERGINA γέργινα, Myſiæ vrbs, Atheneo, ad Idam montem, quam ſuo tempore GERGITHAM γέργιθα, appellatam addit. ſicque eandem vocat Athenæus. Huius meminit Xenophon 3. Græcorum, & Herodotus 7. In agro Lampſaceno. GERGETHVM locus eſt vitibus conſitus: ibidem GERGETHA vrbs. Straboni. GERGIS & GERGITHVS Stephano eſt in Troade. GERGITHVM Plutarchi: cui quoque cum Plinio vrbs eſt in Cumano agro, ad Lariſſam. in Æolide. Huius etiam memoria eſt apud Athenæum 6.

GERGIS, GERGITHA, & GERGITHVS, Vide GERGINA.

GERGITHIVM, vide MARMISVM.

GERGOBIA, vel GERGOVIA, Cæſari, Bell. Gall. 7. ſed γεργοουία, Straboni, Galliæ in Aruernis opidum; ad flumen Elauer. Gergoie, Gab. Simeonio. Clermont Belleforeſtio. γεργοβίνα eſt Polyæno.

GERGOBINA, Cæſari Galliæ, in Boiis opidum. Molins, Belleforeſtio & Paradino. Vigenereus mallet Monluçon, vel Nery, vbi ſunt thermæ, & multa antiquorum Romanorum veſtigia: ſic iſti. Puto prauam ſcripturam eſſe, & eandem cum GERGOBIA, quam Strabo Aruernis, Cæſar Boijs attribuit, regionibus collimitaniis.

GERIA γέρεια, Indica vrbs: ſub Deriadis imperio. Steph.

GERINE, Antonino inter Pergamum & Thyatiram opida. Fortè GERMA Stephani.

GERION, vide GERVNIVM.

GERIONA, vide GERVNDA.

GERISA γέρισα, Africæ Propriæ opidum. Ptolemæus.

GERMA γέρμη, Helleſpontia vrbs, circa Cyzicum, Stephano, & Socrati Scholaſtico. Toliſtobogiorum in Galatia colonia eſt, Ptolemæo, & Antonino. THERMA legunt interpretes Ptolemæi, hoc loco. Germaſti à Turcis vocari Leunclauius. GERMII γέρμιοι, meminit Curopalates, De his lege quoque Pandectas ait Leunclauij. Vide HIERA GERMA.

GERMALVM, Feſto Pompeio pars vrbis Romæ eſt. Sed & per C, CERMALVS, pro monte vrbis; eidem. Apud Plutarchum, in vita Romuli CERMANVS κερμανὸς, dicitur, & quõdam GERMANVS γερμανὸς, à fratribus Romulo & Remo; vt ipſe refert. Vide ROMA.

GERMANES γερμανες, philoſophorum genus, circa Carmaniam. qui HYLOBII ὑλόβιοι, appellantur. Strabo 15. Σαρμανες & ἀλλόβιοι, ſunt apud Clementem Alex. corruptè. GERMANII Herodoto ſunt.

GERMANI γερμάνοι, ad Mæotidem paludem: ſunt Dionyſio in Periegeſi. Vide ORETANI.

GERMANIA γερμανία, Europæ latiſſima regio, & Romani Imperij decus, quam MAGNAM cognominat Ptolemæus. Hebræis ASCANES, vel ASCENES nuncupatur, Ioſepho teſte; vnde eius incolas etiamnum hodie ASCANASIM appellant Iudæi, vt docet Becanus, in Indoſcythicis. Incolis ipſis Teutſchlandt, exteris Alemagna dicitur. Slauones Niemiecka; Græci Elamags hodie nuncupant, & Turci Alaman. Hanc veteres in SVPERIOREM, & INFERIOREM diuiſerunt. Incolæ hodie in Hooch & Nidereutſchlandt diſtinguũt. GERMANIA PRIMA, & SECVNDA, Ammia-

m no 18

no 15. Hæc INFERIOR, illa SVPERIOR à Ptolemæo vocatur. In Gallia Belgica, ſecundũ Rheni defluxum.

GERMANIA metropolis eſt, in Sanctionibus Põtificum Orientalium. Fortè GERMANOPOLIS Ptolemæi. Vide ORETANI, & CARMANIA.

GERMANIAM Minorem, montem Europæ facit, aut fingit Æthicus.

GERMANIA NOVA, vide NOVA.

GERMANICI Saltus, vide HERCYNIA Silua.

GERMANICIA γερμανικεια, Euphrateſiæ vrbs, Stephano. Eadem cum Ptolemæi Commagenæ regionis, cuius & Antoninus meminit. Iuxta Amanum montem. Hæc in vetuſto nummo, vt ſcribit Onuphrius, COLONIA IVLIA GERMANICIA SACRA AVGVSTA FELIX dicitur. Theodoritus 2. cap. 25. ſcribit Germaniciam eſſe in loco vbi Cilicum, Syrorum, & Cappadocum fines terminantur, ſubiectam autem Euphratiſiæ regioni. Germanicia tranſlata in Palæſtinã. ſic habet Hiſtor. Miſcella 22. Glycas ſcribit Neſtorium ex Germanicia Syriæ oriundum. Adata alio nomine vocari, apud Manaſſem lego, ſed in contextu (vt vocant) malè Germanicopolis, pro Germanicia habetur. Hoc quoque ſciendum, quod apud Cedrenum Germanicia hæc, & Adapa (ſic enim ipſe per P ſcribit) duo diuerſa opida ſint.

GERMANICIANA, Africæ Propriæ vrbs, apud Antoninum. BIGERMANICIANÆ meminit D. Cyprianus, in concilio Carthaginenſi. Vide ABORIENSE.

GERMANICIAS vrbem Galatiæ habet P. Diaconus; quã MIRANGVLOS, vel MIRIANGVLOS vocat.

GERMANICOPOLIS, alio nomine BOOSCOETE, & HELGAS, Aſiæ minoris circa Helleſpontum vrbs. Plinius. GERMANICOPOLIS meminit Ammianus l. 7. & Porphyrogenneta, ſed in Cilicia. Nummus eſt apud me æreus Sept. Seueri, cuius auerſa pars tenet Dianæ ſigillum, & hãc inſcriptionem, ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. ЄCTIA.

GERMANICVM Mare, nominat Plinius, in quo inſulæ Gleſſariæ & Thule. qui & GERMANICVS Oceanus Ptolemæo. ATLANTICVM à Zoſimo, & Plutarcho in Cæſare. SEPTENTRIONALE appellant Plinius, Dion, & Tacitus. CIMBRICVM Claudianus, in quo Rhenus ſe exonerat. Sed & idem Plinius & Dion hoc mare quod à Rheno Sequanam vſque eſt, BRITANNICVM vocat. Nautæ noſtrates de Noortſche zee nominant: cum Plinio & Tacito.

GERMANIENSIS Epiſcopi, in Numidia: meminit fragmentum Vict. Vticenſis. vide NOVA.

GERMANII γερμανιοι, Perſiæ gens, Herodoto, in Clio. Vide GERMANES.

GERMANOPOLIS γερμανόπολις, Paphlagoniorum vrbs, in Galatia, Ptolemeo. An eadem cum Germanicopoli Plinij?

GERMANORVM Caſtra, κασεργερμανων, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo. Videtur CARTILIS Antonini. vide CASTRA.

GERMANOSCYTHAS habet Plutarchus in Mario: interprete Xylandro. nam CELTOSCYTHÆ eſt in Græco codice. gens mixta ex Germanis & Scythis. A Germania verſus Boream hos conſtituere videtur. Vide CELTOSCYTHÆ.

GERMANVS, vide GERMALVM.

GERMARA γέρμαρα, Celtica gens, quæ diem non videt, Stephano, ex Ariſtotelis Admirab. Circa Celticam gentem quandam eſſe, quæ interdiu nihil, noctu duntaxat videat, ſcribit Apollonius ex Eudoxo.

GERMIANA γερμίανα, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptol.

GERMIVM, Lotharingiæ pagus, patria S. Guiberti. Adi eius vitam.

GERNVM γέρνον, Galliæ Narbonenſis locus, apud Strabonem 4. in itinere à Venere Pyrenæa Taraſconem.

GERODA, Cœleſyriæ vrbs. Antoninus.

GEROICA, in Dacia: à quo haud longè Galerium Maximianum natum, ſcribit Euſebius, in Chronico ſuo. Vitioſè pro SERDICA. Vide GERDICA.



GEROLATA, vel GERVLATA, vide CHERTOBALVS.

GERON γερόν, Peloponneſi fluuius, circa Pylum. Strabo. Videtur & Galatiæ vrbs apud Cedrenum.

GERONTA opidum, habet Curopalates. In Armenia fortè. γερόντα, Cedrenus. ερωτα habet Polybius 5. vrbem Macedoniæ ad Lychnidum lacum.

GERONTHIA, Sporadum inſula. Plinio.

GERONTHRÆ, vide GERANTHÆ.

GERONTIS Arx, in Hiſpania Sex. Auienus.

GERONTIVS γερόντιος, Peloponneſi mons. Pauſanias in Arcadicis.

GERONTΩN, Portus, id eſt, Senum. In Chio inſula, Aeliano, animal. 12. cap. 30.

GERRHA γέῤῥα, Chaldæorum vrbs eſt apud Stephanum. Straboni circa Ægyptum & Arabiam eſt. Plinio in Arabia Felici, vnde Straboni Gerrhæi populi; & Plinio Gerrhaicus Sinus. Hæc GERA γερα, eſt Ptolemæi. Idem habet GERRHA Cyrrheſticæ regionis, ad Euphratem. & aliam ad Alſadamum montem: vtramque in Syria. Huius meminit quoque Polybius 5. Vide THOAR, & GERRVM.

GERRHÆ γέῤῥαι, Scythiæ Europeæ gens, eſt apud Dionyſ. Afrum ad Auſtrum Iſtri, circa Noricum, vti videtur.

GERRHÆI γεῤῥαῖοι, Nomades, qui Euphratem colũt: Nicandro in Alexipharmacis. Cyrrhæſticæ regionis fortè, vbi Ptolemæus Gerrham vrbem habet. Sunt & in Arabia, ad Petram vrbem; Agatarchidi. Vide GERRHA.

GERRHI γέῤῥοι, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, apud Ptolemæum. Videntur GARGARES γαργαρεῖς, Stephani & Strabonis, circa Caucaſum. Sunt & Arabiæ Felicis populi, Agatarchidi & Ptolemæo. quos hic vnico R. ſcribit.

GERRVM γέῤῥον, Ptolemæo. GERRA γέῤῥα, Straboni, Ægypti vrbs, ad Mare mediterraneum, in latere Orientali, quam ADIPSON vocant, inquit Plinius. Maſcliâ fortè nunc.

GERRHVNIVM, Macedoniæ vrbem, habet Liuius 31.

GERRHVS γέῤῥος, Scythiæ Europææ fluuius, Ptolemæo, & Herodoto; circa Boryſthenem, Stephano. Baſilidas & Nomadas ſeparat, vt Plinius perhibet. GERRHVS eſt quoque Albaniæ fluuius, in Aſia, Ptolemæo. Item locus ſic dictus, ad Boryſthenem fluuium, Herodoto, in Melpomene. vbi Gerrhi fluminis origo. GERVS eſt apud Val. Flaccum 6.

GERTIGOS, Luſitaniæ vrbs: tempore Gothorum ſic dicta. Nunc Vamba nuncupatur. in Igaditania regione. Moralis, & Beuterus.

GERTVNS γερτουνς, Daretidis regionis in Macedonia opidum, Polyb. 5.

GERVA γερῦα, Armeniæ Maioris vrbs, apud Ptolemæum. Per T hanc vocem ordiuntur interpretes. Trebilium hodie ſunt qui putant, vt ſcribit Leunclauius, in Pandectis Turcicis.

GERVNDA γερῦνδα, Ptolemæo, Plinio, & Antonino, Authetanorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi. GERVNDENSES habet Plinius. Girona hodie, Vaſæo. Cluſius GERIONAM etiam vocat, neſcio quo teſte. Vide INARIME.

GERVNIVM γερύνιον, Stephano Italiæ vrbs eſt; quam quoque GERENIAM γερενία, appellat. Polybio eſt in Apulia, decem ſtadiis ab Auſido flumine, & ducentis à Luceria vrbe diſtans: GERION (vel melius GERYON) apud Liuium & Appianum vocatur, qui eam quoque Apuliæ adſcribunt. Cirignola hodie aliquibus dicitur: vt tradit Laur. Ananienſis. At contra ſentit Celſus Cittadinus, qui ſcribit ad me Roma, hanc Gereniam vix vrbis nomen, nedum veſtigia ſeruare. Putatq́; idem apud Polybium pro Auſido Fiternum legi debere. eſſe enim ab Auſido multis leucis: prope Larinum nempe & Theanum Appulorum.

GERVNTA, vide GERONTA.

GERVS, vide GERRHVS.

GERVSA γερύσα, Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, apud Ptolemæum. Vide GARGASA.





GERVSIA, & ISSOS, videntur loca, ſic dicta in vrbe Nicomediæ; incendio abſumpta. Plinius 10. Epiſtolarum. GERVSIA quoque in Sardibus: Vitruuio 2. cap. 8.

GERYONA, vide GERYONIS.

GERYONIS Monumentum, in mari Gaditano, ſcopulo magis quam inſulæ impoſitum, inquit Mela. GERYONA Arx, eſt Auieno. An hoc hodie S. Petri nomine notum, inter Gades & continentem? GERIONIS Oraculum, iuxta Patauium. Suetonius in Tiberio.

GESÆMA, Arabiæ eſt, Ægypto vicina. Cedrenus.

GESENÆSIORVM, meminit Goltzius, ex Decij nummo, hac inſcriptione: ΣΕΠ. ΚΟΛ. ΓΗΣΑΙΝΗΣΙΩΝ.

GESCLITRON, Plinio ſpecus eſt, non procul ab Aquilonis exortu: vnde Arimaſpi produntur. γης κλεῖθρον, legit Solinus. quaſi terræ clauſtrum.

GESEM, vide GOSSEN.

GESOCRIBATE, locus Galliæ Lugdunenſis, haud procul à mare. Tabula Peutingeriana.

GESODVNVM γησόδουνον, Norici vrbs, Ptolemæo. Salzburg Villanouano. ſed Gaſtentall Lazio.

GESSACES Mons, Trebellio Pollioni in vita Gallieni Imp. Lazio Schekel eſt, in Hungaria.

GESSONÆ, Indiæ populi, ab Alexandro expugnati, Oroſio, & Trogo. apud quem Bongarſius IIIACENSANAS legit. An ACESINÆ legendum? tanquam Aceſines fluminis accolæ ſint?

GESSORIACVM, Morinorum nauale. meminit eius inter cæteros, Suetonius, & Ptolemæus, qui hoc γεσοῤῥίακον, per I. & duplici RR. ſcribit. GESORIGIA eſt in Panegyrico Maximiano Imp. dicto. Antonino LEGIO XXVI. ibidem eſt. Galliæ portus eſt è regione Albionis inſulæ. Brugge putat Hermolaus. Sluſam Brugenſium municipium, credit Hector Boëthius. vterque non ſine paruo errore, vt ego æſtimo. Ioan. Talboto Cales videtur. Geſſoriacum ponit Turnebus apud Audomarum recens opidum; in vico Soaci dicto: num autem rectè, iudicent locorum periti. Ego cùm à veteribus portus deſcribatur, in mediterraneis, etſi nominis alluſio nonnihil alliciat, ponere non audeo. Scaliger ad Auſonium vult Geſſoire opidum hoc tractu nomen retinere. Maſſono, Meyero, & Lelando eſt illud opidum quod incolæ Bologne, Flandri Beunen vocant. his conteſtatur Peutingeriana tabula, in qua legitur GESSORIACVM QVOD NVNC BONONIA. BONONIAM nominat hoc tractu Zoſimus, & Marcellinus. BONONIENSE opidum habet quoque Panegyricus incerti auctoris, Imp. Conſt. dictus. GESSORIACVM idem eſſe cum ICCIO, perſuaſum videtur viro doctiſſimo, & optimè de his Belgicis partibus merito, Marcus Velſerus, in Fragmento Tabulæ antiquæ. Vide GENABVM.

GESSORIENSES, Hiſpaniæ Citerioris populi, Plinius.

GESSVR locus, 2. Samuel 13. γεσσυρ, 70. interpretibus. γεσσυρ Ioſepho. Syriæ adſcribitur, 2. Samuel. 15.

GESSVRI, loci nomen videtur Deut. 3. Ioſue 12. Fortè idem cum Geſſur.

GESSVS, Ioniæ fluuius, circa Trogylium promontorium: Plinio & Melæ. GÆSVS Herodoti, & Athenæi eſt.

GESTRANI, vide STATHENI.

GETABINVSTIANVS Epiſcopus Flogius, eſt in concilio Carthaginenſi. In Africa eſt.

GETÆ γέται, Sarmatiæ Europææ populi; DACI, Romanis dicti, teſte Strabone & Plinio. GOTTOS, GETAS appellari, auctor eſt Spartianus, in vita Caracalli. Getas ad vtriuſque Danubij ripam, verſus Pontum & Orientem habitare, ait Strabo, & confirmat Ouidius. GETIAM etiam regionem, habet Stephanus in Thracia. Idem tradit Getas GETINOS ab Arriano appellari. Walacher hodie vocari, ſcribit Bonfinius. GETAS, & MASSAGETAS, Hebræis, MAGOG dici, tradit Ar. Montanus. GOTHOS, & GETAS ſynonyma vnius gentis eſſe, docet Vignierius: & Scythiam Europæam habitaſſe, inter Euxinũ Pontum & Iſtrum. Vide DACIA, & SCYTHÆ.



GETH locus, 1. Samuel 27. GAD, & GATH autem Chaldæo, Ioſue 11. & 1. Samuel. 21. vbi 70. interpretes ASERI legunt. GITTVS γίττας, Ioſepho eſt. GETTA fortaſſe Plinij. Patria Goliath, inter Aſcalonem & Gazam. Ybelim hodie vocari, ſcribunt Blondus, Poſtellus, & Brocbardus.

GETHEM γεθέμ, vrbis nomen, vt legunt 70. interpretes. AVITH legit D. Hieronymus, & Chaldæus paraphraſtes. 1. Paralip. 1.

GETHEPHER, locus Palæſtinæ: Ioſue 29. GETH, quæ eſt in OPHER diuiſim legitur. 4. Regum 14. Ionæ prophetæ patria.

GETHER, vide ÆTOLIA.

GETHIVM γηθίον, Peloponneſi vrbs, Pauſaniæ in Arcadicis. GYTHIVM γύθιον, Ptolemæo, Liuio, & aliis eſt. In Laconica regione. γύθειον Stephano, qui & τρύθιον, malè vocari ſcribit. vide GYTHIVM.

GETHLA, vide GALLIM.

GETHRONE, maris Ægæi inſula. Plinio. circa Cherſoneſum Thraciæ, vt videtur.

GETHSEMANI γεθσημανῆ, villa iuxta Hieroſolymam. Matth. 26. Marc. 14. Ad radices montis Oliueti, vt ſcribit D. Hieronymus.

GETHVSSA γίθουσσα, Libyæ opidum, Stephano.

GETIA, vrbs Albaniæ, in Illyrico. Laonicus 7. Cotzaruck Turcis, vt ſcribit Leunclauius.

GETINI, vide GETÆ.

GETONE, inſula ante Troada. Plinius.

GETTA, Plinio Palæſtinæ vrbs. Vide GETH, & GITTA.

GETVLI, Africæ populi circa Syrtes. Virg. 5. Æneid. vide GÆTVLIA.

GEVA γήυα. Libyæ Interioris vrbs. Ptolemæus.

GEVDIS γεῦδις, fluuij nomen, apud Nonnum.

GEVINI γηυινοι, Ptolemæo Sarmatiæ Europææ populi. Alius codex per Y. in prima ſcribit.

GEVISSI, gens Anglicana, Bedæ, oppoſita Vectæ inſulæ. vicina Saxonibus Occidentalibus. GEVISSAM Portum, Angliæ inſulam, circa fretum, habet S. Birini vita. Fretum puto, quod dictus Beda Solente vocat, inter Britanniam & Vectim inſulas.

GEZAR, vide GESER.

GEZATORIGVS γεζατόριγος, regio Galatiæ; circa Bithyniam, Straboni.

GEZER locus. 2. Reg. 5. γαζυερ, 70. interp. γεζαρ Ioſepho.

GEZERON, vide ASSAREMOTH.

GEZON, vnde vnus fortium Dauidis. 1. Paralip. 11. GVNE legunt 70. interpretes.

GEZRE, vide SARRITÆ.

GHACHOR, vide ACHOR.

GHALEMETH, vide BAHVRIM.

GHANAMIN, vide TROGLODYTÆ.

GHAZECHA, vide AZECHA.

GHIBHON. vide GABAON.

GHILGAL, vide GALGAL.

GHIRGASÆI, vide GERGESÆI.

GIBBENSIS loci in Africa, meminit Coll. Carthag.

GIBLII, vide BYBLVS.

GICHTHIS γιχθις, Ptolemæo Africæ Propriæ vrbs. GITA Antonini eſt, iudice Simlero. Et me quoque. Fortè hodie Galfanacar, vt Moletius dicit. Vide GIRGIS.

GIDEROTH, & GIDEROTHAICH, Palæſtinæ locus: Ioſue 15. γαδηρωθ, legunt 70. interpretes.

GIGAMÆ γιγάμαι, Africæ populi, confines cum Adyrmachidis. habitant verſus Occaſum, vbi attingunt Asbyſtas, Aphrodyſiadem vſque inſulam. Herodoti Melpomene. Vide GILIGAMBÆ.

GIGAMARCELLÆ epiſcopalis locus, in Numidia. Vict. Vticenſis.

GIGANDVM, Syriæ opidum, inter Ediſſam & Cyrrham vrbes. Simlerus ex Itinerario Antonini manuſcripto. Per C. auſpicatur alio in loco.

GIGANEVM γιγάνεον, Colchidis vrbs, apud Ptolemæum. Sauaſtopoli Nigro.

GIGANTES γίγαντες, *qui Siciliam olim inhabitarunt; poſtea* LÆSTRYGONES λαιστρυγόνες, *deinde* ANTHROPOPHAGI ἀνθρωποφάγοι, *& tandem* CYCLOPES κύκλωπες, *dicti fuere, vt ſcribit Fazellus, cap. I. Decadis 2. rerum Sicularum.*

GIGANTIS, *vide* ARCADIA.

GIGANTVM *Vallis, vide* RAPHAIM.

GIGARTO, *fons in Samo inſula. Plinius.*

GIGARTVM γίγαρτον, *munitio quædam, circa Libanum montem, Straboni.* GIGARTA, *Plinio eſt. vbi* ZICARDA, *legit M.S. codex.*

GIGAS γίγας, *promontorium, apud Dardanum & Abydum. vide* OLYSSAS.

GIGEMORVS, *Plinio Thraciæ mons.*

GIGIA γίγια, *Aſturiæ opidum, in Hiſpania Ptolemæus.*

GIGITA, & SINNARITA, *Africæ vrbes Epiſcopales, ſunt apud Victorem Vticenſem. Sed alia lectio eſt* VIGITANVS, & SITMARITANVS.

GIGIVS γίγιον, *mons in Africa Propria, Ptolemæo.* GILLIVS *legit corruptè Latinus codex.*

GIGLVA, *vide* GITLVI.

GIGONVS γίγωνος, *Thraciæ vrbs, Thucydidi, & Stephano. Iuxta Pallenen.*

GIGVRI, *vide* EGVRRI.

GIHON, *vide* SILOE.

GILBENSIS *Epiſcopatus, in Numidia. auctor Vict. Vticenſ. à* GILVA *puto.*

GILDA γίλδα, *Libyæ vrbs, Stephano. ex Alexandri 3. Libycorum. Vide* SILDA.

GILDANO, & DVLBITRANIA, *Mauritaniæ vrbes, procul à mari, vt refert Mela: Pintianus, & eius imitator Sanctius, ſubſtituunt: Silda, Volubilis; Ptiſciana. ex Ptolemæo & Plinio.*

GILDONIANI *Optati meminit D. Auguſtinus Epiſtola 165. A loco Africæ videtur.*

GILEAD, *locus, Geneſ. 37. quo loco Ioſephus* GALADENA *habet. vide* TRACHONES.

GILFIL, *Iornandi Daciæ fluuius.* Geila *Tranſiluanis eſt. Lazio auctore.*

GILHAD, *vide* GALAAD.

GILIGAMBÆ γιλιγάμβαι, *apud Stephanum. Libyca gens. ex Herodoti 4. vbi hos hodie non reperio. ſed* GIGAMÆ.

GILLIVS, *vide* GIGIVS.

GILO, *D. Hieronymo:* γηλώ *70. interp.* γηλμων, *Ioſepho. Vicus videtur Syriæ.*

GILVA *colonia, in Mauritania Cæſarienſi, Antonino. An* GITLVI *Ptolemæo? vide* GILBENSIS.

GIMAS: *Capras in Gimanti natas, ſcribit Alexand. Myndius ſex menſes non bibere: ſed tantum in mari intueri, & ore illinc auras excipere. Ælianus, vt legitur apud Geſnerum de Capra, cap. B. Sed* MIMAS *legendum. Locus eſt apud Ælianum 5. cap. 27. qui tamen in Geſneri editione deſideratur, interpretatur tamen in Petri Gyllij codice.*

GINÆA γιναία, *vicus in Planicie, circa fines Samariæ. Ioſephus belli Iud. 3. cap. 2.* ELEAS *legit Egeſippus.*

GINCLARIVM, *vide* CINGVLARIVM.

GINDANES γινδᾶνες, *Lotophagica gens, in Africa. Herodotus, & Stephanus.*

GINDARA, *vide* GINDARENI.

GINDARENI *Syriæ, in Cyrrheſtica regione ſunt Plinio. Et ibidem* GINDARVS γίνδαρος, *vrbs; quam Strabo arcem Cyrrheſticæ regionis vocat. Seleuciæ autem tribuit Ptolemæus.* GINDARA *Stephani eſt.*

GINDARVS, *vide* GINDARENI.

GINDES, *Aſiæ fluuius, qui Dahas Arioſq; disterminat. Tacitus 11. Annalium. vide* GYNDES.

GINESITENSIS *Plebs, in Africa. Coll. Carthag.*

GINGLA, *vrbs Syriæ, quæ Comagenen finit. Plinius.* CINGILA *legit M.S. codex. An Singa Ptolemæi?*

GINGLYMOTE γιγγλυμώτη, *Phœniciæ vrbs. Stephanus, ex Hecatæo.*

GINGVNVM γιγγῦνον, *in Vmbria mons Straboni.* Cerognone, *Leandro eſt.* INGINIVM *Silij puto, cum Xylandro.*

GINNABRIS γινναβρὶς, *Iudææ vicus, Ioſepho belli Iud. 5. cap. 4. Samaritarum ditionis.*

GION, *fons aut locus, vbi Solomon in regem vnctus fuit. 3. Samuel. 1. & 2. Paralip. 32. Circa Hieroſolymam.*

GIPEDÆ, *vide* GEPIDES.

GIPLONSII γιπλόνσιοι, *Africæ Propriæ gens, apud Ptolemæum.* SIGIPLOSII, *ſunt eius interpretibus.*

GIPPITANA *Eccleſia, in Africa. Auguſtinus Epiſt. 236.*

GIPTIVM, *vocaſſe fluuium veteres, qui Sulmonis agrum, Ouidij patriam irrigat, ſcribit Cioſanus in Sulmonis vrbis deſcriptione.*

GIR γεὶρ, *Libyæ fluuius, apud Ptolemæum, & Claudianum, in laude Stiliconis, quem Mercator* Nigir *nominat. Baroſius ei varia, pro locorum ratione, nomina attribuit, vt ſunt* Canaga, Gambea, Dengueh, Mayo, Colle, Zimbala, Iza, *&c. apud alios alia etiam nomina habere video. Sed horum quædam puto Nigri fluminis propria. Marmolius ſcribit Gir Hiſpanis* Zenegas, *incolis* Cenedec, *Arabibus autem* Hued Nijar *dici. Pro* Cenec Obedec, *& pro* Zenegas Sanaga *legit Bern. Scalantus.*

GIRA γεῖρα, *metropolis ſub Nigiro flumine, in Libya Interiori. Ptolemæus. Eſt & Chalcidica vrbs, in Græcia. Diodorus 16.* ZEIRA *legebat ora libri.*

GIRATHA, *vide* GOERATHA.

GIRBA, *vide* LOTOPHAGITES.

GIRENSIS *Epiſcopus, in Numidia. Vict. Vticenſ.*

GIRGESÆI, *vide* GERGESÆI.

GIRGIRIS γίρριεις, *Ptolemæo Libyæ Interioris mons eſt:* GYR *Plinio.*

GIRGIS γιργίς, *Africæ vrbs: inter vtramque Syrtim. de qua admirabile quiddam ſcribit Procopius 6. Ædificior.* GICHTHIS *Ptolemæi videtur.*

GIRISANTES, *vide* NILVS.

GIRPA, *Africæ vrbs. apud D. Cyprianum, in cancilio Carthaginenſi. Pro* GIRBA *fortè.*

GIRVIORVM *Regio, in Anglia, Bedæ, Eccleſ. Hiſt. 4. cap 6. & 19.*

GIRVMENTENSIS *Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſ.*

GISARDI *Mons, circa Sirbonitidem paludem. G. Tyrius.*

GISCHALA γισχαλα, *Gaulanitidis vrbs, Ioſepho: ad finem lib. 2. de bello Iudaico.* GALIM *vocatur eadem in vita D. Marci Euangeliſtæ, incerti auctoris.*

GISIPENSIS *epiſcopus, eſt in Fragmento M.S. Vict. Vticenſ. In Africa Propria. Eiuſdē meminit Coll. Carthag.*

GISIRA γισιρα, *Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo.* One *à Iacobo Caſtaldo indigitatur.*

GISMA γίσμα, *Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo. Interpretes maleſidi legunt* GLISMA.

GISORTIVM, *vide* CÆSORTIVM.

GISSA, *Plinio eſt inſula Illyrici maris.* Pago *dicitur Volaterrano. item Hermolao. ex Merula, vt ipſe fatetur, qui addit* Giſſæ *in hodiernum vſque diem veſtigia exſtare in huius vrbis pago.*

GISSORIACVM, *vide* GESSORIACVM.

GITA, *Antonino municipium* Tripolitanæ *regionis, in Africa. Onuphrius coloniā facit. ipſe viderit. vide* GICHTHIS.

GITANÆ, *Epiri opidum. Liuius 42. Decem millia à mari.*

GITHTHA, *vide* GITTA.

GITLVI γιτλοὺι, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo.* GIGLVA *legunt Latini interpretes.* Zezil, *&* Izli *hodie dici, ſcribit Marmolius. Vide* GILVA.

GITTA γιτία, *Palæſtinæ vrbs, Stephano. Apud D. Clementem Papam vicus Samariæ eſt, ſex ſchœnis ab ea diſtans. Simonis Magi patriam ſcribit Zonaras ex D. Iuſtino. Sed* GITTHON *apud hunc legitur.* GITHTHA γιθθα, *Ioſepho eſt.* GETTA *videtur Plinij.*

GITTENSIS *Plebs, in Africa. Coll. Carthag.*

GIVIRTENSIS *epiſcopus Africæ: teſte Coll. Carthaginienſi, ſub Honorio Imp. habita.*

GIZAMA γίζαμα, *Meſopitamiæ opidum. Ptolemæus.*

GLACERIMA, *vide* CLATERNA.

GLAMIA γλαμία, *Heſychio Cretæ vrbs.*





GLAMNATENNA, *vide* GLANATICA.

GLAMORGANTIA, *Angliæ tractus, in qua Legionum vrbem ad Oſcam fl uium deſcribit Trithemius, in Francorum Annalibus.*

GLANATICA, *ciuitas Alpium Maritimarum, lib. Porunciar. & etiam in Notitiar. lib. Membraneus vetus codex Notitiar. legebat* GLAMNATENNA. *Sic quoq; Vtenhouius ex libello Dignitatū. quo loco legit Rob. Cœnalis* GLANDATENSIS. *Et* GLANDETENSIS *Epiſcopi, in Galliæ, meminit Concilium Aurelianum* VI. Glandeſue *vulgo, vt idem refert Cœnalis. Vide* GLANVM.

GLANDOMERVM γλανδόμηρον, *Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs.* Mondañedo *hodie, vt Coquus & Villanouanus prodit. Apud Antoninum* GRANDIMIRVM *eſt.*

GLANIS γλάνις, *fluuius Iberiæ. Iſacius ad Lycophronem.* CLANIS *à Plinio vocatur.*

GLANIVS, *vide* CLANIVS

GLANNIBANTA, *Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notitiar.* Bainbrig *vult Camdenus, in Britannia ſua.* CLAMOVENTA *fortè Antonini.*

GLANVM γλανόν, *Plinio, Pomponio, & Ptolemæo.* CLANVM *Antonino: Galliæ Narbonenſis vrbs. Fortè* Glandeue, *inquit Cœnalis,* Gap *in Delphinatu eſt, Ioanni Poldo. qui dubitat, an* GLANDANVM *legi debeat.*

GLAPHYRÆ γλαφυραι, *Theſſaliæ vrbs, apud Stephanum. ex Homero* Ιλιαδ. β. *Euſtathius ad hunc Homeri locum dicit* GLAPHIRÆ *etiam Ciliciæ vicum.*

GLAPHYRVS γλαφυρος, *antrum ſic dictum, in Pheneo. Ariſtoteles in Admirandis.*

GLARENTZA, *vide* CYLLENE.

GLARI, *Plinio Arabiæ Felicis locus.*

GLARIVM, *locus ad Boſporum. in latere Aſiatico. Gyllius.*

GLASCHON γλασχον, *circa Meſopotamiam videtur vrbs, apud Cedrenum.* CHLASCVM *legit Bap. Gabius. apud Curopalatem.*

GLASCONIA, *ſedes epiſcopalis in Anglia. vulgo* Glaſtenbury. *Guil. Camdenus.*

GLAVCANICÆ γλαυκανικαι, *Ariſtobulo.* GLAVSÆ γλαυσαι, *Ptolemæo: vt auctor eſt Arr. lib. 5. vitæ Alexandri. Indica gens eſt, Pori regno vicina.*

GLAVCE, *vide* GLAVCIA.

GLAVCI γλαυκου, *inſula, in qua Glaucum hiſtrionem, ſeu geſticulatorem inſignem ſepultum ferunt Caryſtij. Pauſanias in Eliacis.* GLAVCONESVS *Plinij.* GLAVCI *Saltus, locus in Bœotia, circa mare apud Anthedonem. Idem.* GLAVCI, *Tribum habet in Lycia, Stephanus. Circa Glaucum fluuium veriſimile eſt.*

GLAVCIA γλαυκία, *opidulum Ioniæ, apud Stephanum. An* GLAVCE *Thucydidis? quod prope Mycalen deſcribit. Bœotiæ fluuius, (circa Inachum fluuium) cuius fons* ACIDVSA ἀκίδουσα, *dicitur. Plutarchus in Quæſtionibus Græcis.*

GLAVCONIS *inſula & ciuitas, ante Meliten Africi maris inſulam. teſte Ptolemæo Latino. Græcus non habet. Vide* GAVLOS.

GLAVCONESVS, *vide* GLAVCI.

GLAVCOPIVM γλαυκώπιον, *Atticæ mons videtur, apud Strabonem 7. Arcem Athenarum ſic vocari, ſcribit Euſtathius in* Γ. Οδυς.

GLAVCVM γλαυκον, *Libyæ Nomi promontorium, Ptolemæo. Apud eundem vrbs, paulo interius, in eadē regione.* GLAVCVS γλαυκος, *Achaiæ fluuius, non procul à Patris, Pauſaniæ. Cariæ fluuius, Telmeſſum deferens, Plinio. Colchidis fluuius, in Phaſim ſe euoluens, Straboni, Plinio, & Euſtathio. Hunc eundem nominat Ptolemæus* CYANEVM; *& Plinius* CYANON *corruptè. In Abſorum erumpentem habet Ptolemæus. an alius ab hoc? Fluuius Lyciæ eſt, Q. Calabro. idem cum Cariæ finitimæ regionis puto. Glaucus præterea Sinus, portu aptus in Rhodienſium continente, eſt apud Strabonem, ad oſtium Glauci fluminis. Vide* GLAVCI, & XANTHVS.

GLAVDIOMAGVM, *vide* GLAVDIOMACHVS.

GLAVSÆ, *vide* GLAVCANICÆ.

GLEBA *Rubra; item Sacra, vide* HIERA βῶλος.

GLECO γλήκων, *vrbs Phocidis videtur, ex Heſiodo, apud Strabonem.*

GLEMONA, *vide* BILIGA.

GLENI, & COSLA, *loca in Voſago monte, ſic ab aquis appellata. In vita S. Remigij, Surius.*

GLENIS, *Angliæ fluuius; circa Adregin. Beda.*

GLERENVM, *Italiæ in Apulia opidum. Annibal Plutarchi. Sed praua lectio,* GERVNIVM *enim legendum, ex Polybio: aut* GERION *ex Liuio.*

GLESSARIA, *Plinio, quam Idem* AVSTRAVIAM *vocari ſcribit.* Sudan *Irenicus & Eraſ. Stella vertit. Hic* SVDINI σουδινοι, *Ptolemæi, Germaniæ populi, vt docet And. Aurifaber, in ſua ſuccini hiſtoria. Hinc enim ſuccinum omne, antiquis electrum & gleſſum dictum, in vniuerſam terræ oram auehitur. In Pruſsia Pæninſula Baltici maris eſt, in cuius iſthmo vrbs Regiomons. (vulgo* Coningsberch. *)* Sambia *nunc dici, tabula Pruſsiæ, Hennebergeri docet. Eraſmus Michaëlius 3. de re Nautica,* GLESSARIAM *vocat eā inſulam, quàm vulgò* Leſſe *nominant. quæ eſt inter Cimbricam Cherſoneſum & Hallandiam, quæ magis verſus Occidentem. Ego* Ameren *malim in mari Germanico. Ammeren enim vocant Germani, quod Latini Gleſſum. Vide* ELECTRIDES.

GLETES γλῆτες, *Iberiæ Europææ gens, poſt Cynetas. Steph.*

GLINDITIONES, *Dalmatiæ populi, apud Plinium.* IGLETES *ſunt apud Strabonem: & fortè* IDETES *quoque Stephani: vt putat Caſaubonus.* CLINTIDIONES *apud Appianum.*

GLISAS, *vide* GLISSAS.

GLISMA, *vide* GISMA.

GLISSAS γλισσὰς, *Bœotia vrbs, Homero, Straboni, Plutarcho, Pauſaniæ, & Stephano. Thermodon fluuius eam interluit; teſte Herodoto. Nonnullis autem ſingulari s, ſcribitur.* γλισσανθιων *meminit ex nummo Goltzius, in ſuo Theſauro Rei Antiquariæ.*

GLOCIACENSES, *In Gallia ſunt. In epiſtola Iuonis 25.*

GLOSEDVM, *vide* IOSEDVM.

GLOTA, *Tacito Britanniæ fluuius.* CLOTA κλώτα, *Ptolemæo.* Cluda, *&* Clid, *Boëthio nominatur.* GLOTA *etiam inſula Britanniaca, Antonino. quam Camdenus nouo nomine* Arran *vocari ſcribit.*

GLOVERNIA, *vide* CLEVVM.

GLYCERIVM, *vel S. Glyceriæ, inſula eſt Propontidis, in Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp. Huius mentio etiam in S. Nicetæ vita.*

GLYCIAS γλύκειας, *locus haud procul ab vrbe Pellena, vbi pauci fontes ſunt dulcium aquarum. Pauſanias.* γλυκειας κώμης, *meminit Suidas, in voce Polemo. Vide* ILIVM.

GLYCVS γλυκύς, *id eſt dulcis, Portus Epiri, ad oſtium Acherontis fluminis. Strabo. Eſt & vicus Troadis regionis; apud Suidam, in voce Polemon. Vide* DVLCIS.

GLYMPESVS γλυμπεσος, *vrbs in Peloponneſo. Polybius 5. Idem cum Glypia puto.*

GLYPHIVM *mons, & antrum. Heſychius.*

GLYPPIA γλυππία, *vicus Laconicus, apud Pauſaniam.*

GNA, *colonia, & flumen, Mauritaniæ Tingitanæ, Pomponio.* ZILIA *pro eo vult legi Pintianus, ex Plinio, Ptolemæo, & Strabone.*

GNACIO, *vide* BABYCE.

GNAGNA, *vide* MESSENIA.

GNATIA, *vide* EGNATIA.

GNEBADEI, *Arabes, apud Troglodytas, in Æthiopia, Plin.*

GNES γνῆς, *Rhodienſium populus, Stephano: quem* GNETES γνῆτες, & IGNETES ἴγνητες, *etiam vocat.*

GNIDIORVM *opidum, habet in Corcyra Melæna. Plinius 3. cap. 26.*

GNIDVS, *locus, cuius mentio Actuum 27. Græcus codex legit* κνίδος: *Syriacus* κνιδος. *vide* CNIDVS.

GNOSSOS *Plinio,* CNOSSVS κνωσός, *Straboni, quæ olim quoque* CERATVS κέρατος, *dicta fuit, à præterlabente, vt idem refert, flumine.* κέρατος, *Heſychio*

 eſt.

eſt. Vrbs Cretæ eſt, & Minois regia. Præter nomen vetus hodie nihil exſtare, tradit Mar. Niger. Cinoſa hodie nominari, habet Erythræus.

GOARENA, vide GOARIA.

GOARIA γοάεια, quæ & GOARENE γοαρήνη, regio iuxta Damaſcum, Stephano. In Palmyrena, Ptolemæo.

GOARIS γόαρις, Indiæ intra Gangem fluuius, apud Ptolemæum, GAORIS legunt interpretes.

GOATHA locus. Hieremiæ 36.

GOB, vide NOB.

GOBÆVM γόβαιον, Ptolemæo Galliæ Lugdunenſis promontorium. S. Mathieu Villanouano, in ſuo Ptolemæo: Le Four Mercatori, in ſua Europa.

GOBANNIVM, Angliæ opidum. Antoninus. Abergeuenny, apud Camdenum interpretatur.

GOBEL, vide BYBLOS.

GOBOEA portus Arabiæ Felicis, verſus Orientem. Plinius.

GOBOLITIS, vide IDVMÆA.

GOBRYA γωβρύα, Paropaniſi fluuius, Ptolemæi, ſi locus integer ſit. quidam interpretes GRAVA, alij GOGRAVA legunt. alij locum intactum relinquunt.

GODANA γοδανα, Ptolemæo Ariæ vrbs.

GODARRI, vide GERGESÆI.

GODASA γοδάσα, Armeniæ Minoris vrbs, apud Ptolemæum. GVNDOSA forte Antonini.

GODEARIA, vide COCHLEARIA.

GODOSALABA, Armeniæ Minoris opidum. Antoninus. Per C. auſpicatur in codice M.S. CODOSALABA.

GOELEONTOS caſtellum, Cedreno. Circa Conſtantinopolim fortè. LEON legit Gabius apud Curopalatem.

GOERATHA γοιράθα, Arabiæ Felicis vrbem habet Ptolemæus. pro quo interpretes GIRATHA legunt.

GOEZANVM, vide GOZAN.

GOFNA, vide GOPHNA.

GOG, & MAGOG, Ezechielis 38. 39. De his in Sibyllinis oraculis fol. 115. Heu tibi Gog, tractuſq; Magog, qui diuidis amnes Æthiopum medius. vt vertit Caſtalio. Gog, Magogis principem interpretatur Matthæus Beroaldus. Inq; Cœleſyria putat. Vide BAMBYCA.

GOGANA γώγανα, Perſidis regionis habitatio, ad Perſicum ſinum: in qua fluuius Areon ἀρεών. Arriani Indica. Ptolemæo γογανα, Carmaniæ opidum eſt, quod RHOGANA interpretibus.

COGARENA γωγαρηνή, regio inter Colchidem & Iberiam. Strabo, & Stephanus.

GOGIAREI, Indie populi, apud Plinium.

GOGRAVA, vide GOBRYA.

GOGYRICVM γογυεικον, cognominatur Carpeſium, à Pamphiliæ monte, ſic dicto. vt ſcribit Ætius Amidenus medicus.

GÖLAM γαυλών, legunt 70. interpretes, fugitiuorum vrbs, in Baſan. in tribu Manaſſe. Deut. 4. Ioſue 20. GAVLADEMA γαυλαδημα, à Ioſepho, Bataniadis βατανειάδι, regionis.

GOLGI γολγοὶ, Cypri vrbs, Pauſaniæ, Lycophroni, Theocrito, Plinio, & Stephano; (cui & GOLGVM.) item Catullo in Argonauticis, vbi Colchos recentiores legunt.

GOLGOTHA γολγοθᾶ, locus iuxta Hieroſolymam, qui dicitur CALVARIA. Matth. 27.

GOLOE γολοη, locus Thraciæ videtur, apud Cedrenum & Curopalatem.

GOLONIS, vide CALONIS.

GOMADEORVM, vide TOMADEORVM.

GOMARA, vide GOMORA.

GOMERITÆ, vide GALLOS.

GOMOHA, Arabiæ vrbs. lib. Notitiar.

GOMOLITÆ γομολῖται, Idumææ gens. Stephanus. Eadem cum AMALECHITIS.

GOMORA γόμοεᾳ, Aſſyriæ vrbs, Ptolemæo: Per A. in media interpretibus.

GOMORRHA γομοῤῥα, vrbs in terra Chanaan, Geneſeos cap. 10. 14. 18. 19. vnde GOMORRHÆI.

GOMPHI, opidum primùm Theſſaliæ venientibus ab Epiro: vt habet Cæſar 3. Ciuil. Theſſaliæ eſt Stephano: Eſtiotarum Ptolemæo.

GONAGVS ager, circa Apamiam. 10. Moſcus in Prato ſpirituali.

GONDRÆ γόνδεῃ, Thraciæ gens, quæ etiam Herodoto, vt Stephanus ſcribit, CINDRA κίνδεῃ, & RONDA ῥόνδα dicitur.

GONEIS γόνεις, Thraciæ vrbs, Stephano. Geminato NN. Euſtathio. Vide GANI, & HADRIANOPOLIS.

GONGALÆ γογγαλαι, Ptolemæo ſunt Libyæ Interioris populi.

GONIATÆ γωνιᾶται, Marmaricæ Nomi gens. Ptolemæi.

GONIMI γονιμοι, inſulæ nomen. Stephanus in βέσβικος.

GONIVM γώνιον, Carthaginenſium ditionis mons. Ariſtot. in Mirabilibus.

GONNI γόννοι, Perrhebiæ opidum, Stephano. GONNIA regio. Idem cum GONOS Lycophronis puto. & fortè cum GONVSSA. vide GONOESSA.

GONNIS, vide GONEIS.

GONNOCONDYLVS, opidum quod Philippus OLYMPIADEM appellauit, inquit Liuius, lib. 39. Perrhabiorum eſt, in Macedonia. Forte idem cum GONNO γόννος, à Strabone, Herodoto, & Ptolemæo hoc loco deſcripto. (Sed Liuius 36. habet quoque Gonnum XX. mill. à Lariſſa diſtantem, quam aliam puto: ob locorum interuallum.) Hanc Gonnum etiam GONNVSA dici, Tzetza adſtruit. Euſtathius verò negat. quod Gerbelius annotauit. γόννοι etiam habet Stephanus, & γονῦσσα Perrhabiorum vrbes.

GONOESSA γονοεσσα, Pallenæ extremitas GONVSSA autem triſyllabicos. Perrhebiæ vrbs eſt. Euſtathius in catalogo nauium. Eſt & palus Siciliæ, vt habet Lycophron. Vide DONVSSA, & GONOS.

GONOS γονος, Lycophroni Perrhabica vrbs eſt: quæ & GONVSA vocatur ab eius commentatore Tzetza. GONOS ibidẽ etiam fluuius, Stephano in verbo Δωδώνη. Vide DODONA, GANI, GONNI, & GONNOCONDYLVS.

GONTIANA γοντίανα, Ptolemæo eſt vrbs mediterranea in Mauritania Tingitana. Gemaa nunc, vt refert Lud. Marmolius in Africæ hiſtoria.

GONVSA γονῦσα, apud Lycophronem loci nomen. Iſacius eius commentator dicit Theſſaliæ vrbem; nunc verò paludem Siciliæ. Vide GONNI, & GONOS.

GONVSSA, vide GONOESSA.

GOPHNA γόφνα, Ioſepho Samariæ vrbs. GVPHNA γοῦφνα Ptolemæo. GOFNA legit Egeſippus, & idem alio in loco corruptè GOSNA. GOPHNITICA præfectura Palæſtinæ eſt apud Plinium. γοφνιτικὴ apud Ioſephum 1. de bello Iudaico, cap. 1. ZOPHANTICA legit Hermolai Plinius, & alius M.S. codex.

GOPHOA, Aethiopiæ ſub Ægypto opidum. Plinius.

GOR, Africæ vrbs, apud D. Auguſtinum, & Cyprianum, in concilio Carthaginenſi.

GORA, Æthiopiæ ſub Ægypto opidum, Plinio, in inſula. Aſiæ Minoris fluuius, apud Metaphraſtem, in S. Ioannicio.

GORALVS Fons, in Arabia Felici. Plinius.

GORAMA γόραμα, regio, & GORAMENI populi Scenitarum in Arabia. Stephanus.

GORBATA, vide GVRBATHA.

GORBEVS, vide CORBEVNTVS.

GORCONIANA, vide MANSIO.

GORDA γόρδα, Arabiæ Felicis vrbes duæ, Ptolemæo. Vide GORDVS.

GORDATVM locum ſit appellatum, habet Conſtantinus, ſiue quis malit, Dionyſius Vticenſis, de Agricultura 2. cap. 21. In Arabia videtur.

GORDENE γορδηνὴ, Armeniæ Maioris regio, Ptolemæo. GORDYENA γορδυηνα, eſt Straboni, & in Plutarchi Lucullo. CORDVENA κορδουηνη, eſt apud Dionem. & CORDIACORVM, ſiue (vt alius codex legit) GORDIANORVM, apud Curtium 5. Curdi Caſtaldus vocat. Vide CORDVENI, & SOPHENE.





GORDENIÆ. vide GORDYNIA.

GORDIÆVS γορδιαῖον, Armeniæ Maioris mons, apud Ptol. vbi arca Noë ſubſidiſſe dicitur; teſte Nicolao Damaſceno, apud Ioſephum. cui etiam BARIS βαρὶς, nominatur. ſed per K & Y κορδυαῖος. LVBAR λουβὰρ, vocatur ab Epiphanio. Ioannes Tzetza ſcribit à Chaldæis & Armeniis Lubar dici, mons ille Armeniæ vbi Noë vitium culturam inſtituit. Nimbarum videtur P. Gyllius hunc montem vocare, in Epiſtola Aleppi ſcripta, his verbis: Vado tranſegimus Tigrim, non longè ab eius fonte: à quo haud procul eminet mons Nimbarus, in cuius iugo dicunt arcam Noë reſediſſe. Theuetus ſcribit hunc Noë montem ab accolis Gibel-Noe, Tartaris verò Phepp irch-Alcapher, & Georgianis Weriph our nominari. Fides ſit penes auctorem non admodum fidum. Vide GORDYÆA, & TAVRVS.

GORDIANA regio, quæ Galatiæ vicina eſt, in qua vrbs Gratianopolis, in Buzeorum loco. In vita Theodori Archimandritæ, Metaphraſtes. Huius Gratianopolis meminit quoque concil. Chalced. Vide GORDENE.

GORDIANI Sepulcrum, locus ſic dictus, in finibus Perſici & Romani Imperij, circa Euphratem: à Gordiano Imp. ibidẽ ſepulto, vt auctor eſt Aurel. Victor. De ſitu autem eius loci nonnihil diſſentiũt inter ſe ſcriptores. Capitolinus enim hoc circa Circeium ponit: Eutropius vigeſimo inde milliari. idem Sex. Ruffus, ſed hic Cercuſium habet, (malè fortaſſe.) Apud Zaitam deſcribit hoc ſepulcrum Marcellinus. ſed idem apud Reſainam (Rheſaena legit Accurſius) honorari ſcribit. Nummus æreus Decij Imp. eſt mihi, in quo PICAICAINHCIΩN. Reſaenſiorum legitur. Duræ, Zoſimus hoc ſepulcrum collocat. Aut hæc omnia ſunt ſynonyma, aut loca ſibi inuicem vicina. Dura, & Zautha duo ſunt Zoſimo diuerſa: vicina tamen videntur.

GORDIANORVM villa, in via Præneſtina. Iul. Capitolinus.

GORDIEN, Phrygiæ ciuitatem, quæ nunc SARDIS vocatur, obſeſſam expugnatámque cepit, ſic de Alex. Magno Oroſius lib. 3. cap. 16. Gordium γόρδιον, Phrygiæ ciuitatem habent Arrianus & Xenophon, & Alexandri Magni ſcriptores. ad Sangarium fluuium. vbi is nempe Gordium nodum ſoluit. Inter Phrygiam Maiorem, & Minorem eam deſcribit Trogus. ſed eandem Sardim dictam, apud nullum geographum, aliumq; probatum ſcriptorem reperio. itaq; pro gloſſemate habeo quatuor hæc verba, quæ nunc Sardis vocatur. Sardim aliam ab hac, norunt omnes. GORDIBIVM vocat Stephanus hanc Phrygiæ ciuitatem.

GORDII Murus γορδιυτειχος, Mediæ vrbs: Stephano. Vide IVLIOPOLIS.

GORDITANVM γορδίτανον, promontorium Sardiniæ inſulæ, Ptolemæo & Plinio. Cabo Lugudori, Pineto. Argentar Mario Nigro.

GORDIVCOME, & GORDIVTYCHOS, vide IVLIOPOLIS.

GORDIVM, vide GORDIEN.

GORDOLOMA, vide GORDVS.

GORDVNI, Galliæ Belgicæ populi, ſub Neruiorum imperio; Cæſari in commentariis. Gent, Marliano eſt, magnitudine, & trium fluuiorum confluentia, ſpectabilis Flandriæ vrbs. GVNDVNI, legit H. Leodius. GANT loci, ad Scaldim, meminit Regino Prumienſis, & Aimonius. Hanc vrbem quondam CLARINEAM vocatam, verſiculus quidam docet. ſunt quoque qui eam ante Iulij Cæſ. his locis aduentum ODVEAM nuncupatam putant.

GORDVS γορδος, locus vnde Rhodius amnis fluit. In Troade. Strabo 13. GORDVM Lyciæ (Socrati Lydiæ) locus: Calliſto 14. cuius Epiſcopum Ioannem in Proconneſum tranſmiſſum, ſcribit. Iuo, Epiſtola vltima, hunc locum citans, pro Gordo GORDOLOMA, (pro γορδυκωμη fortè) & pro Proconneſo PROCHONIXVM legit, mendosè. GORDA Lydiæ, eſt in Iure Orientali. Vide IVSTINIANOPOLIS.

GORDYEA γορδυαῖα, Perſica regio: Item vrbs, ad Tigridis oſtium, Stephano. Pro GORDYÆIS montibus, inter quos & Tigrim Alexandri exercitus erat, Curtio lib. 4. teſte, Modius Cordacos montes habet: Sogdianos legit Arrianus 3. vterque ni fallor malè. Sogdiani enim hinc longius abſunt. & Cordacos nemo alius nouit. portentum vocabuli.

GORDYENA, vide GORDENA.

GORDYNESIA γορδυνησία, Armeniæ Maioris vrbs. Ptolemæus.

GORDYNIA γορδυνία, Macedoniæ vrbs, Stephano. Per Y in media, Ptolemæo. Emathiæ regionis GORDENIÆ apud Plinium mentio eſt. CORDYNIAM Pomponij credo.

GOREIRO, inſula inter Dalmatiã & Iſtriam. Antoninus.

GORGA Euthalitarum vrbs: in Perſiæ finibus, verſus Aquilonem, Procopio.

GORGADES, vide GORGONES.

GORGIPÆ, vide SYNDICVS.

GORGIPPIA γοργίππια, Indica vrbs apud Stephanum. non eſt alia ab eiuſdem Gorgipe, quam in Scythica ponit; quam eandem puto à Strabone GORGIPPIA nominari. In Sarmatia Aſiatica, ad Pontum Euxinum. Pro Indica, Sindica legendum, monuit Caſaubonus, cui ego facilè aſſentirer, & librarij vitium, quale in verbo NANTYATES detexi, agnoſcerem: niſi Indica locus eſſet circa Pontum (quæ alius Scythia) Stephano. & eiuſdem Indicæ regionis Alexandrum velle Polyænum puto. de quo in INDICA.

GORGIVM γόργιον, Siciliæ locus, apud Diodorũ 20. TORGIVM Heſychij. Alterutra ſcriptura mendoſa.

GORGODYLINA γοργοδυλινὴ, locus iuxta Niphatem montem: Straboni. In Armenia.

GORGON, & GORGONA, vide VRGO.

GORGONES, Gorgonum aliquando domus: Inſulæ Maris Atlantici, apud Pomponium, quas GORGADES, Plinius vocat: & SATYRIDES σατυρίδες, à Pauſania, in Atticis, appellari opinor, Hanno in ſuo Periplo, Gorgones, GORILLAS γορίλλας nominat. DORCADES, pro Gorgones, legit quidam apud Pomponium. Hodie ſunt Iſlas de Cabo verde, Mercatore teſte. Vnam Gorgonum inſularum, SARPEDONIAM vocant Suidas & Apollonij Scholiaſtes. GORGONES γοργόνες, ſunt etiam populi Africæ, ad Oceanum Atlanticum: contra quos Myrina Amazonum regina bellum geſſit. Diodorus 3. GORGONEI Lacus meminit Propertius 3. in Somnio. Vide GORILLÆ, & HESPERIDES.

GORGOPIS, vide ESCHATIOTIS.

GORGVS γόργος, Aſſyriæ fluuius, in Tigrim erumpens. Ptolemæus.

GORGYIA γοργυία, Stephano locus in Samo eſt.

GORGYLVS γόργυλος, Arcadiæ fluuius: ad Olympi montis radicem, Polybio 2.

GORIDORGIS γοριδόργις, Germaniæ vrbs, teſte Ptolem.

GORILLÆ γορίλλαι, Libyæ gens ſilueſtris & hirſuta, inſulam habitans. Hannonis Periplus. Videtur hanc eandem Plinius 6. cap. 31. GORGONES vocare.

GORMANVM γορμάνον, Iazygum Metanaſtarum vrbs. Ptolemæus 3. Geog. BORMANVM vocat eandẽ 8. Geog.

GORNACVM, In Gallia locus. Iuo enim epiſtola 11. Gornacenſis eccleſiæ meminit. Gornay fortè vulgo.

GORNEAS Caſtellum, Tacitus Annal. 12. Circa Hiberiam vel Armeniam.

GOROPIS, vide ESCHATIOTIDIS.

GORSIO, ſiue HERCVL. GVRSIO, vt alius legit codex. Pannoniæ vrbs, Antonino. CORSIO legit Lazius. & Gorke ad Zarwichium fluuium interpretatur.

GORTIS γόρτις, Arcadiæ opidum, Pauſaniæ. Per Y quoq; in vltima legitur apud eundem.

GORTVÆ, Euboicæ gentes, in Aſia, exercitum Darij ſequentes. Q. Curtius 4.

GORTYNA γόρτυνα, Ptolemæo Cretæ inſulæ mediterranea vrbs. Gurtina, Sophiano: Metaria, Bellonio dicitur. GORTYN, & GORTYS, habet Stephanus, qui eandem LARISSAM λάρισσα, & CREMNIAM κρημνία vocat. CARTEMNIDENSES καρτεμνίδεις, vocantur Cortynij, inquit Phauorinus. vide GORTYNIVS.

GORTYNII γορτυναῖοι, *circa Armeniam populi. Strabo.*

GORTYNIA γορτύνια, *Macedoniæ opidum, Thucydidi 2. Eſt & Tyrrheniæ regio: Cantero in Lycophronem. Vide* PERGA.

GORTYNIVS γορτυνίος, *Arcadiæ fluuius, quem circa fontem* LVSIVM λούσιος, *appellant. Pauſanias in Arcadicis.* GORTYNA, *vrbs eſt quoque ad eundem fluuium. Huius etiam meminiſſe puto Platonem de Legib. 4.*

GORTYS γόρτυς, *inſulæ nomen. Suidas. Vide* GORTIS.

GORVNDENSIS *Eccleſiæ Epiſcopum, Ioannem Gothum natione, nominat Honorius, inter Eccleſiaſticos ſcriptores. Gerundenſis fortaſsè.*

GORYA γωρύα, *Indiæ intra Gangem vrbs, apud Ptolem.*

GORYÆA γωρυαῖα, *regio Indiæ, & in ea* GORYA γωρύα *vrbs, eſt apud Ptolemæum. Arrianus lib. 4. de vita Alexandri habet ibidem* GVRÆOS γουραῖοι, *populos: &* GVRÆVM *fluuium. Hanc regionem putat quidam à Curtio* DÆDALA *dici. hoc neſcio. Ptolemæo certè Dædala alia eſt à Gorya vrbe, hanc in Goryæa, illam in Caſperia, Indiæ intra Gangem regionibus deſcribit.* DÆDALOS *Montes habent Iuſtinus & Oroſius ſupra Niſam vrbem. in India. vbi & Curtius Dædala regionem deſcribit.* Amy *vocat hos montes Boccatius. neſcio quo auctore.*

GORYDALIS γωρυδαλις, *Indiæ vrbs, ad Choaſpen fluuium. Strabo.*

GORZA γόρζα, *Africæ propriæ, vrbs vicina Carthaginienſibus, Polybio 1.* SORSA *eſt in Latinis codicibus.*

GOSEN, *Palæſtinæ locus. Ioſue 15.*

GOSNA, *vide* GOPHNA.

GOSSEN, (γεσεμ 70. *interpretib.) Ægypti regio, vel ciuitas, quam Beniamin ſuo tempore* Bulzzir Zzalbizz *vocatam ſcribit.* CÆSAN κασὰν, *vocatur ab Artapano, apud Euſeb. 9. Præp. Eadem videtur* RAMESSES, *Geneſ. 47.* GESEM *legunt 70. interpretes; &* GESSEN *D. Hieronymus. In Syrti v. codicibus lego* GOSEN *nunc Thebaidem vocari, ex adſertione Iudæorum quorundam. Vide* AVARIS.

GOTHI, *ad Septentrionale latus Maris Euxini, à vicinis* Polouci *nuncupati ſunt. quod Ruthenorum lingua rapaces, & ſpoliatores ſignificat. Math. Michouienſis. Stephanus* GOTTHOS γότθοι, *ſcribit per τ & θ. Gothorum meminit Panegyricus Maximiano Imp. dictus.* HYPOGOTHOS *habet etiam Cedrenus.* GOTHOS *à Wandalis* TROLOS *nuncupari, ſcribit ex Olympiodoro H. Iunius, cap 23. ſuæ Batauiæ. vide* GETÆ.

GOTHIA γόθια, *Archiepiſcopalis locus, in Sanctionibus pontificum Orientalium. Prouinciæ Gothiæ metropolis vocatur in concilio Niceno. Huius Epiſcopus Theophilus. In Gallia puto. Vide* DACIA, GVTÆ, ROMA, NARBONEN. *Gallia,* SEPTVMANI, *&* ZICCHIA.

GOTHINI, *Tacito ſunt populi Germaniæ, qui Marcomannorum terga claudunt, & ferrum effodiunt. Hos hodie eſſe qui* Kuttenberg *Bohemiæ vrbem incolunt; vbi argentifodinæ ſunt: vult Lazius in ſua Auſtriæ tabula, quam ſua manu æneis laminis cælauit. Vox non abſimilis eſt:* Berg *enim mõtem ſignificat, quaſi dicas Gothinorum, vel Cuthinorum montem.* COTINVM *fortè D. Iuſtini. Rantzouius in Bruni vrbium opere ſcribit eos* Gotlandt *inſulam maris Sueuici habitare. huic ſuffragatur And. Velleius.*

GOTHISCANDIA, *vel Gotiſcanzia, vt ſcribit Agathias regio Scandiæ.* Gotlandt *hodie.*

GOTHORVM *Palatium, vide* HERACLEA.

GOTHVNNI, *populi barbari; apud Claudianum, in Eutropium. Fortè iidem cum Gothinis. An vox compoſita ex Gothis & Hunnis? vide* GAVTVNNI.

GOTTA, *locus Mauritaniæ ad Oceanum, non procul à Lixo flumine. Plinius.* COTTA *quidam legunt.*

GOTTHENI γοτθηνοὶ, *Aſiæ Minoris gens, ad Propontidem. Conſt. Porphyrogenneta.*

GOTTI, *vide* GETÆ.



GOZALINA, *vide* GAZALINA.

GOZAN *fluuius, circa Mediam. 4. Reg. 17. & 1. Paralip. 5. Porphyrogenneta* GOEZANVM *vocat, & Armeniæ Minoris dicit. Idem* GOZIANVM *ex libro Regum legit.* GOZEN *vocat Beniamin Tudelenſis, qui eius non ſemel meminit. Vide* SABBATICVS.

GRAÆ γραῖαι, *ſunt notæ ſiue indicia ſic appellata, circa Perſicum mare. Arrianus in Periplo.*

GRAÆI γραῖοι, *populi ad Strymonis fluuij fontes. Thucidides 2.*

GRAAN, *Suſianæ vrbs, Ptolemæo Latino.*

GRABÆI, *Dalmatiæ gens. Plinius.*

GRACCHVRIS, *vide* GRACVRIS.

GRACCOPOLIS, *vide* CARRODVNVM.

GRACVRIS γράκουρις, *Ptolemæo Vaſconum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi; quam* Agreda *perhibet appellari Cluſius, & Moralis. Ant. Auguſtinus ſubdubitat an ſit* Grail. *Duplici CC. habent quædam numiſmata ænea Tib. Aug.* GRACCHVRIS *eſt apud Feſtum; eamq́ antea* ILLVRCIM *appellatam tradit. Coloniam Romanam facit Onuphrius, ex Liuio.*

GRADIENSIS *Epiſcopi, in Africa, meminit Optatus Afer.*

GRADVS, *ciuitas metropolitica facta à Carolo Magno, teſtibus Eginartho & Rheginone. inſulam vocat P. Diacanus.* Grado *adhuc hodie. In ſtagnis Venetis.*

GRÆA γραῖα, *Eretriæ vrbs, Stephano.* GRÆOS *habet Thucydides. Per aphæreſim pro* TANAGRÆA *ſcribi, idem refert Stephanus. Vide* TANAGRA, OROPVS, *&* PIRAICA.

GRÆÆ γραῖαι, *Alpes, ſunt apud Ptolemæum.* GRAIÆ *Alpes, Plinio ſunt in Salaſſis.* GRAIVS *mons, in ſingulari numero appellatur à Seneca in Epiſtolis, & Tacito, lib. 4. Hiſtor.* GRAIVS *Saltus eſt apud Æm. Probum, in Vita Annibalis.* Monte Minore di S. Bernardo, *&* Columne di Ioue *hodie nominari, ſcribit Leander. vide* COTTIÆ.

GRÆAS GONY γραίας γονύ, *id eſt Vetulæ genu. Promontorium ſic dictum habet Ptolemæus in Libyæ Nomo.*

GRÆCA *Via. Cicero 7. Epiſtolar. famil. Hanc Turnebus putat eam quam Hercules octo ſtadiorum aggere in Lucrino muniit. Vide* HERCVLEA *Via.*

GRÆCANICA *Africa, vide* PENTAPOLIS.

GRÆCIA, *Europæ nobiliſſima regio, totiúſque eruditionis fons & mater. Incolis* HELLAS ἑλλὰς, *dicebatur. Eius habitatores his nominibus apud vetuſtiſſimos ſcriptores frequentius appellari obſeruauimus:* ACHÆI ἀχαιοὶ, ACHIVI, ARGIVI ἀργεῖοι, DANAI δαναοί, DOLOPES δόλοπες, DORES δωριεῖς, DRYOPES δρύοπες, GRAII, GRAIVGENÆ, HELLENES ἕλληνες, IONES ἴωνες, MYRMIDONES μυρμιδόνες, *&* PELASGI πελασγοὶ. *Sed idem annotauit etiam ante nos Nicol. Gerbelius. Qui hodie eam habitant, eam* Romechi, *& Turcos* Horomeli, *nominare intelligo,* Rumelia *eſt Leunclauio.* PHOBEL *vocatur à 70. interpretibus. Eſaiæ 61. &* IAVAN *apud eoſdem, (vbi D. Hieronymus Græcia legit) Ezechiel. 27. Zachariæ 9.* GRÆCIA *vera eſt* ACHAIA: *ſic Plinius 8. Epiſtolar. ad Maximum. Hæc eadem* HELLAS *Polyhiſtori. Adi de hac Pet. Fabri Agoniſticon. 3. cap. 15. Sunt apud Xenophontem etiam Græci Aſiatici: In Cyropedia lib. 1. Aut hallucinor, aut ſunt ad oram Ægæi maris, in Aſia Minori, vbi Græcorum coloniæ multæ, aut in Galata regione, vbi Gallogræci: quos* GRÆCOS ASIANOS *vocat Plutarchus in Apotheg. Græcor.* GRÆCIA *etiam pagus, à quo regioni nomen: ſi creditur Suidæ. vide* ACHAIA.

GRÆCIA MAIOR, *vel Græcia Magna, Italiæ regio, Ptolemæo. inter Brutios & Salentinos.* GRÆCIAM ITALIAM *vocat Plinius 36. cap. 5. &* ORAM *Græciæ 3. cap. 5. Ad huius differentiam nominat Liuius 7.* GRÆCIAM VLTERIOREM *eam, quæ vera Græcia. i. Hellas. vide* ITALIA.

GRÆCIOCHANTÆ, *Babyloniæ regionis gens, Plinio.*





GRÆCOGALLIA, *vide* GALATIA.

GRÆCORVM, *vide* POSSESSIO.

GRÆSSA, *Africæ vrbs, ſtadijs* CCCC. *à Carthagine diſtans. Procop. 1. Wandalorum.*

GRÆSTONIA, *vide* CRESTONIA.

GRAIÆ, *vide* GRÆÆ.

GRAICVM, *Pannoniæ Sauiæ vrbs. lib. Notit.* Graitz *fortè hodie.*

GRAII, *&* GRAIVGENÆ, *vide* GRÆCIA.

GRAIVS *Mons, vide* GRÆÆ.

GRAMATA, *Antonino Sequanorum vrbs.*

GRAMMIVM γράμμιον, *Cretæ opidum, Stephano. Grammitæ eius incolæ. Eſt &* GRAMMITÆ *Celtica gens, apud eundem.*

GRAMPIVS, *Scotiæ mons, celebratur à Tacito, in vita Agricolæ.* Granzebain *priſca Scotorum lingua vocatur, hoc eſt mons incuruus. Hic Scotos (vt vulgo dicunt) Transmontanos, à Ciſmontanis diuidit. Olim Pictorum Scotorumq́ terminus. Hector Boëthius.*

GRANDIMIRVM, *vide* GLANDOMERVM.

GRANDIS, *Galliæ ciuitatis nomen; in vita S. Eliphij martyris. Circa Tullum eſt.*

GRANDVICVM *Sinum, maris Septentrionalis, poſt Noruegiam Ortum verſus, deſcribit Saxo Grammaticus. Hunc à Ioanne Gotho mare Album: & à noſtratibus* Witte Zee *(quod idem ſignificat) nominari credo, à colore, vt mihi eius periti perſuadent. Diuidit hic ſinus Moſcouitas à Corelis populis.*

GRANIACVM γρανιακὸν, *Promontorium Corſicæ inſulæ, Ptolemæo.* Amanza *Pineto.*

GRANIDEM γρανιδην, *fluuium Perſiæ, ad Toacem locum, habet Arrianus in Indicis. Vide* GRANIVS.

GRANI PALATIVM, *&* GRANI THERMÆ, *vide* NVAGERRA.

GRANICVS, *Aſiæ Minoris fluuius, ex Ida monte profluens, Pomponio, Diodoro, Ioſepho, Curtio, Plutarcho, Heraclidi, & Straboni:* GRENICVS γρήνικος, *habent Ptolemæus, Homerus, & Heſychius.* Lazzara *vocatur à Nigro.*

GRANII, *vide* GRANNI.

GRANIONARIVM, *Ptolemæo Germaniæ vrbs eſt. Petrus Appianus* Bamberg *vocat, ad Mœnum fluuium.* GRAYIONARIVM, γραυιονάριον, *habet Græcus codex.*

GRANIVS, *Perſidis fluuius, qui per Suſianen fluit, & in ſinum Perſicum erumpit, Plinio. Idem fortè cum* GRANIDE *Arriani.*

GRANNI *populi, (vel vt legit Lazius* GRANII) *apud Iornandem, iidem ſunt cum* CARNVNTIIS *Plinij. In Pannonia, ad Granium fluuium. Lazius 12. de R. P. Romana. vide* BERGIO.

GRANNONA, *vrbs Armoricana, vel Neruicana, in littore Saxonico. lib. Notit. Idem ibidem habet* GRANNONVM, *alium locum.*

GRANNOPOLIS, *vide* ACVSIORVM.

GRANON, *vide* CRANON.

GRANTA, *Britanniæ inſulæ vrbs: à Beda & Felice celebrata; vt Lelandus perhibet. qui addit eam à Britannis* Cairgrant *à flumio vicino dici.* Grantebridge *verò ab Anglis, ſiue Saxonibus, à ponte ibidem conſtructo, & nunc corruptè* Camebrige.

GRANVA γρανούα, *locus ſiue fluuius in Quadis. In Antonini Philoſophi vita lib. 1. Forte* Gran *fluuius hodie, vel vrbs Hungariæ.*

GRANVCOMATÆ, *vocantur à Plinio duæ Tetrarchiæ, in Syria.*

GRAOSGALA, *in Phrygia vrbs videtur, apud Nicetam.*

GRAOS STETHOS, *i. Vetulæ pectus, locus in Tanagreorum agro. Xenophon 5. Græcor.*

GRASTONES, *vide* GRESTONIA.

GRASTILLVS γράστιλλος, *Macedoniæ vrbs, quæ &* PRASTILLVS *per* P. *in prima ſcribitur. Stephanus. Praſtillum adſcribit Heſychius Thraciæ. In vtriuſque confinibus interpretor.*

GRASVS γρασος, *&* CRYMNOS κρυμνος, *Campi ſic dicti circa Troiam: In quibus equus ligneus Mineruæ fabricatus. Nicander in Theriacis, & eius Scholiaſtes.*

GRATIA, *Antonino vrbs, inter Claudiopolim & Ancyram, Galatiæ.*

GRATIANA *vrbs, in Illyriorum finibus. Procop. 1. Gothicorum. Scythiæ eſt, in lib. Notitiar. Mœſiæ Primæ, ibidem.* Gradiſcia *putatur à Lazio, in Slauorum Boſnenſiumq́ limitibus. Eſt & in Africa locus epiſcopalis, teſte Coll. Carthag.*

GRATIANOPOLIS, *locus epiſcopalis ſede nobilis: vt lego in Coll. Carthag. Eadem ne cum Gratiana? vide* ACVSIORVM, *&* GORDIANA.

GRATIARVM *Mons, vide* CHARITVM.

GRAVA, *vide* GOBRIAS.

GRAVASIANI, *&* PONTONATES, *populorum nomina videntur, apud Caſſiod. 4. numero 38. In Italia ſunt.*

GRAVCASVS, *vide* CAVCASVS.

GRAVCENII γραυκένιοι, *gens, circa Iſtri oſtia. Apollonius. 4.*

GRAVCOME, *Æthiopiæ ſub Ægypto opidum. Plinius.*

GRAVII, *Hiſpaniæ populi, Plinio, & Silio, lib. 1. Quique ſuper Grauios lucẽtes voluit arenas, Infernæ populis referẽs obliuia Lethes. Idem lib. 3. Et quos nunc Grauios violato nomine Graium Oenææ miſere domos. vide* GRONII.

GRAVINVM, *Galliæ Belgicæ locus, in Peutingeriana tabula.*

GRAVISCÆ γραουίσκαι, *Ptolemæo Tuſciæ vrbs; & colonia Romana Paterculo. Plinius apud eos Curalium naſci perhibet.* γραουίσκιον, *legit hoc loco Strabo.* GRAVISCANORVM *mentio eſt in antiqua inſcriptione. Catoni in Originibus dicuntur Grauiſcæ Latinè* NVETINI. *Niger* Monſalto *appellat. ſic quoque Cittadinus.*

GRAYIONARIVM, *vide* GRANIONARIVM.

GREBENVM, *Albanorum in Illyrico vrbs. Laonicus 9.*

GREDONENSIS *Mons, Galliæ. Vita S. Priuati Epiſcopi Gaualitani, & Greg. Turonenſis.*

GREGARI, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi, apud Plinium.*

GREGORIVS, *vel S. Gregorius, opidum Aniacæ regionis. Curopalates.*

GREGORII *Riuus, vide* PROBATVM.

GREMELLÆ, *Africæ Propriæ locus. Antoninus. Alius à Gemellæ.*

GREMIVM *Terrarum, videtur Plinius 4. cap. 10. appellare ſinuoſam illam Macedoniæ partem, quæ prætenditur Ægeo pelago. cui accinit Pomponius 2. cap. 3. his verbis, Mecyberneus ſinus in medio quo terra dat gremium. Sic quoque Italiam, eandem ob formam, idem Plinius 3. cap. 5. vocat.* ASIÆ *Gremium vocant Pomponius & Priſcianus, quò ea Euxinum mare complectitur. Vtunturq́ hoc vocamine ſæpius Plinius & Mela, pro ora ſinum incingente. Hoc in gratiam ſtudioſorum adſerre libuit, vt ſciant huius vocis vſum, non adeò tritum.*

GRENICVS, *vide* GRANICVS.

GRENTIVS, *vel* CRENTIVS, *Galatiæ opidum, Antonino.*

GREPHIS *Plinio vrbs Phocidis, ad Cephiſum amnem.* CIRPHIS *apud Strabonem eſſe, docet Sylburgius ad Pauſaniam.*

GRESINVS γρησῖνος, *Cherroneſi vrbs. Stephanus. ex Androtione.*

GRESTONIA γρηστωνία, *Thraciæ regiuncula, iuxta Macedoniam, Herodoto, & Stephano.* GRÆSTONIA γραιστωνία, *Athenæo. Fortè* CRESTONIA *Lycophronis.* GRASTONES γραστῶνες, *vocantur incolæ, eidem Stephano. Chidori fluminis fontes apud hos eſſe, ſcribit Herodotus. Circa Biſaltiam eſſe, ex Ariſtotelis admirandis diſco. Vide* GASTRONIA.

GREVTINGI, *vide* GRVTVNGI.

GRIMENOTHVRITÆ, *vide* TRÆMENOTHYRITÆ.

GRIMIBVS, *ſic Peutingeriana tabula, inter Rhenum Moſamq́. Non eſſe Grinnes Taciti, annotauit M. Velſerus.*

GRINÆI γριναῖοι, *Sacarum gens, apud Ptolemæum. vide* SCYTHÆ.

GRINNES, *Tacito 5. Hiſtor. Batauorum populi; Beato*

Rhenano Grin eſt; Diuæo, & Iunio Rhenen; quibuſdam Groeningen videtur. GROENINGÆ vrbis Friſiorum meminit vetus lapis Romæ, qui ſculptus tẽpore Caroli Magni.

GRINNICENSIVM patrum, cum Lirinenſium meminit Sidonius VII. ad Voluſianum. In Gallia, ni fallor. La Graſſe eſt Belleforeſtio. Epiſcopalis locus, in Gallia Narbon.

GRISSIA, Daciæ fluuius, Iornandi. CRISIA legit Lazius. & addit eundem cum CHRYSIO eſſe.

GRIVS, vide LATMVS.

GRONA, vide CREMONE.

GRONIA γρωνεια, Phocidis vrbs, Stephano.

GRONII, Hiſpaniæ populi, circa Celticum promontorium: per quos Minius & Lethes, &c. flumina currunt. auctore Pomponio. Vadianus putat Grauios Silij eſſe. Videntur GRVI γρȣοι, Ptolemei. Vide GRAVII.

GRONINGA, vide GRINNES.

GRONTA fluuius, & CROVLANDA inſula, Britanniæ. In vita S. Guthlaci.

GRVDII, Cæſari Neruiorum clientes. Lannois Marliano; Brugge Flandriæ emporium, Becano. Sunt qui Loeuen, Brabantiæ academiam, ex iis faciunt, inquit Diuæus. eorum vnus eſt Thomas Leodius. Loeuen LOVANIVM vocatur à Sigeberto, & ab omnibus recentioribus. Louanium LVPOSINAM nominatũ olim ſcribit Franciſcus Roſerius. Luposinam per F. velle ſcribere opinor. ſic enim ficta Gallica vox videtur, ex voce Louuain, vt Galli hanc vrbem nominant. quaſi dicas, loup fin. Vide LEVACI.

GRVI, vide GRONII.

GRVMENTVM γρȣ́μεντον, Liuio, Floro, Appiano, Macrobio & Ptolemæo, Lucaniæ opidum, in Italia. GRVMENTINI Plinio. Saponara Leandro; Groppoli habet Nardus. Pro Grumentum paſſim apud Strabonem, DRVMENTVM legi, annotauit Caſaubonus. & DRVMENTVM habet Seneca, tertio de Beneficijs. vide PVMENTVM.

GRVMVS. Antiquis pars Apennini montis eſt, quam hodie Crepacore vocant. vt habet Scipio Mazzella, in Hiſt. Neapolitana. Vide CASTRA POSTHVMIANA.

GRVNIVM, vide GRYNIVM.

GRVTVNGI populi, circa Danubium videntur apud Ammianum. Idem eoſdem GREVTINGOS vocat. γρεȣθίγγοι, Suidæ. cui SCEPSÆ ſunt, Scytharum gentes. Viginerius ſcribit hos Grutungos ab alijs THERVINGOS appellari: à ſeipſis autem VISIGOTHOS, id eſt, Gothi Occidentales.

GRYLIOSOLIVS, Troadis fluuius, Plinio. Pintianus duos facit: Grilios, & Solios.

GRYNA, vide CLAZOMENÆ.

GRYNÆI, vide GRINÆI.

GRYNÆVM Nemus, in finibus Ioniæ, Seruio, in Bucolica. Idem cum CLARIO.

GRYNI, vide GRYNIA.

GRYNIA γρυνεία, Aeolidis vrbs, Plinio, & Herodoto. GRYNIVM Straboni 13. eſt, & Xenophonti 3. Græcor. qui hanc Gongylo à Cyro rege datam ſcribit. GRYNI γρύνοι, Cyreneorum opidulum, vbi Apollinis Fanum. Stephanus Xylandri. At Aldini codex Myreneorum, per M. in prima legit: verius. nam idem cum GRYNIA Plinij: & Myrineorum vocat, à Myrinæ vrbis vicinitate, (ni fallor,) quæ in Æolide eſt. Sed & GRYNIA eſt Stephano Troados opidum. de eadem Virg. 4. Æneid. ſed hic eam Lyciæ, regioni conterminæ, tribuere videtur. vbi ſortes Apollinis.

GRYNIVM γρῦνιον, Phrygiæ caſtrũ, Diodoro 17. Alcybiadi datum, à Pharnabaſo, teſte Aem. Probo. vide GRYNIA.

GVARCENVM, locus eſt in Campania, Columellæ I. cap. 5. vbi ſcribit aquam è montibus oriundam, per ſaxa præceps deuolui.

GVARMACIENSIS concilij, non ſemel meminit Gratianus, in Decretis. Sed & WARMACIENSE ſcribitur: Neſciõ qua terrarum parte. An fortè Wormatienſe? ſed vtrumq; nominatur Decretorum 2. Cauſa 2. ita vt differre videantur. at ſcriptura tantum, puto.

GVARNORVM regi, ſcribit Theodoricus rex. Caſſiod. 3. Varior. In Germania ſunt. Pro CARNORVM credo.



GVBA γȣ́βα, Arabia Petrææ vrbs, apud Ptolemæum.

GVDVSCANI, & TIMOTIANI populi circa Bulgariam videntur. In Annalib. Francor à monacho Benedictini ordinis deſcriptis.

GVEGESAR, vide VEGESATVM.

GVESER, vide SELEVCIA ad Tigrim.

GVGERNI, Belgarum populi, Plinio & Tacito. Gulice Rhenanus; & poſt eum Diuæus indigitant. rectè mea ſententia. Sed & CVGERNOS idem Tacitus habet. ſcriptura tantum differentes, ni fallor.

GVIDI Britanniæ vrbis nomen, apud Bedam. Buchananus putat fuiſſe inter Bodotriam & Glotam flumina, quo loco vallum præſidiis firmaſſe Agricolam, ſcribit Tacitus. Vide VICTORIA.

GVIRENSIS Epiſcopus, in Africa, nomine Lucianus. Coll. Carthag.

GVLVS γȣ́λος, Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius. Ptolemæo.

GVMARA γȣ́μαρα, inſula, Ptolemæo, ante Taprobanam.

GYMATHENA, regio vberrima, & fœcunda; Ammiano 18. Circa Meſopotamiam.

GVMBRITÆ, Indiæ gens, apud Plinium.

GVMMITANVS, Epiſcopus Africæ. Vict. Vticenſ. GVMMITENSIS Coll. Carthag.

GVNAITANVS Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſis.

GVNARIA, locus planus atque amplus, Cedreno: in Paphlagonia. Idem Curopalates.

GVNAS γȣ́νας, locus magnæ fœcunditatis, in Syria. Stephanus. An Garada Varronis?

GVNDA γȣ̃νδα, Ptolemæo Babyloniæ opidum. quod PVNDA ab interpretibus ſcribitur.

GVNDOSA, vide GODASA.

GVNDVNI, vide GORDVNI.

GVNELMENSIS, Epiſcopatus Africæ. Vict. Vticenſ.

GVNI, vide GEZON.

GVNTIA, vrbs Rhætiæ, ad Danubium, vt Rhenanus tradit, qui eam Guntzburg interpretatur. Meminit illius Antoninus, & lib. Notitiar. Ad oſtium Guntzij fluminis eſt, vbi ſe in Danubium exonerat. Grintzenberg nominat Lazius, Auſtriacq; ditionis dicit: R. P. R. 6. cap. 1. Pro Guntzberg habet M. Velſer. circa huius fluminis originẽ.

GVNVCVS, vide GVNVGI, & LAGNVTVM.

GVNVGI, Mauritaniæ Cæſarienſis colonia & opidum. Plinius. GVNVCVS Antonini eſt, & CANVCCIS fortè Ptolemæi.

GVPHNA, vide GOPHNA.

GVR, vide GABER.

GVRÆI γȣραῖοι, populi, & GVRÆVS fluuius Indiæ, in Aſſacenis. Arrianus 4. Alex. Vide GORYÆA, & GAROEAS.

GVRANII γȣρανίοι, circa Armeniã & Mediam gens, Strab.

GVRASIVM γυράσιον, Volſanitarum, δυολσανιτων, opidum; In Italia. Diodorus 14. Samnitum vertit Amiotus.

GVRBAAL, locus 2. Paralip. 26. GERARA eſt, vt inquit D. Hieronymus, vbi Abraham peregrinatus eſt.

GVRBATHA γουρβάθα, Meſopotamiæ vrbs, apud Ptolemæum. Per O in prima, apud interpretes.

GVRGAITENSIS Epiſcopi, in Africa: meminit Vict. Vticenſ. MS.

GVRGITIBVS. Epiſcopi à Gurgitibus, meminit concilium Carthaginenſe, ſub D. Cypriano habitum.

GVRGVLIENSIS loci. (in Gallia vt puto) meminit Iuo, epiſtola 69. BVGVLIENSIS legebat ora libri.

GVRGVRES Montes, habet in Italia, Varro de R. R. 2. cap. 4. In Samnio vt videtur. Fortè legendum querqueros, inquit Fuluius .i. frigidus, teſte Feſto: Non erit ergo loci proprium. Victorius annotauit BVRBVRES ſe legiſſe in vetuſtioribus codicibus.

GVRIAVNA γουρίαυνα, Mediæ vrbs Ptolemæo. Et altera Margianæ: eidem.

GVRSIO, vide GORSIO.

GVRTIANA, vide GVSTIANA.

GVRVLIS γȣρȣλὶς, Antiqua & Noua, duæ vrbes in Sardinia. Ptolemæus.





GVSTIANA in Aldino exemplari. GVRTIANA in Simleri: Pannoniæ opidum, apud Antoninum. CVRTIANA legit Lazius: & CVRTAM Ptolemæi eſſe, credit.

GVTÆ γȣ̃ται, Ptolemæi, videntur qui hodie Gothiam, vulgò Gotlandt inhabitant. Regis Suecorum clientes. GVTTONES fortè Pytheæ, apud Plinium. Vide SABALINGII.

GVTTA Iugiter manans. vide AQVÆ SALVIÆ.

GVTTALVS, numeratur à Plinio inter Germaniæ flumina, in Oceanum Germanicum exeuntia. Althamero Oder eſt. Al facit H. Iunius ex eo, qui Coningsbergam præterlabens, Venedico ſinu infunditur. VIADVS οὐίαδος, Ptolemæi videtur, quem recentiores ferè omnes perperam Viadrum appellant. Idem Ptolemæus IADVAM ἰαδȣ̃α, quoque flumen habet; quod idem cum Viado videtur.

GVTTONES, vide BVTONES, & GVTÆ.

GVZABENSIS Africæ epiſcopatus, meminit Coll. Carthag.

GYAROS γύαρος, Plinio, Virgilio, Tacito, Straboni, Pomponio, & Luciano, vna ex Cycladibus inſulis. vicina Andro: & omnium maris Ægæi inſularum ſteriliſſima: vt Philo in Flaccum tradit. Vicina Andro & Caryſto, apud Antigonum de Mirabilib. GYAROS Ouidij eſt 7. Metamorph. Ptolemæus eam non habet. Stopodia à tranſeuntibus vocari, tradit M. Niger. Caſtaldus eam Stenoſa vocat. Erythræus Iero. quod veterem magis ſonum refert.

GYAS γύας, magna & bona pars Syracuſani agri; qui fuit Dionyſii tyranni, vt Plutarchus refert, in vita Dionis. Hodie Caua di Georgia vocari ſcribit Aretius. ſed malè Giartis legit.

GYFYRA, loci nomen, in Codice Theodoſiano 6. Titulo de Prætoribus & Quæſtoribus. An fortè Gephyra?

GYGÆVS, Lydiæ lacus. Huius meminit Q. Calaber 11. & Herodotus 1. apud Halyattis ſepulcrum magnitudine mirandum. Vide COLOE.

GYGANTIS, vide ARCADIA.

GYGARIVM, locus Ciliciæ. circa Pondado: ad Amani anguſtias: videtur ex Curopalate.

GYGAS γύγας, Straboni 13 promontorium apud Dardanum Troadis. Gygadum auri meminit Iul. Pollux. an huc referendum, ignoro.

GYGEPOLIS, vide SARDIS.

GYLAX, & GYLACIA, vide APOLLONIA.

GYLO, Palæſtinæ locus. Joſue 15.

GYMNÆI, vide GYMNASIA.

GYMNASIA γυμνασία, vrbs circa Colchidem regionem, Diodoro 14. GYMNIAS γυμνίας, fortè Xenophontis, 4. Cyri exped. GYMNOS populos habet ibidem verſus Mæotidem paludem, Orpheus. item GYMNÆOS.

GYMNÆSIÆ, vide BALEARES.

GYMNETAS, vocat Crates Pergamenus gentes Indos quoſdam, qui centenos annos excedant. Non pauci eos MACROBIOS appellant, inquit Plinius lib. 7. cap. 2. Sed Gymnetas habet etiam in Africa, verſus plagam Orientalem. Sex. Auieno ſunt Gymnetæ in Hiſpaniæ Tarraconenſi. vnde Gymneſiis inſulis nomen.

GYMNI, & GYMNIAS, vide GYMNASIA.

GYMNITES populi, ſunt in Æthiopia ſub Ægypto: nudi incedentes. Plinius. GYMNETÆ Straboni ſunt.

GYMNOSOPHISTÆ, Indorum philoſophi, Plinio, & Solino. Indiæ intra Gangem gens eſt apud Ptolemæum. Horum duas factiones deſcribit Porphyrius 4. de Abſtinentia ab eſu carnium; BRACHMANES nempe & SAMANÆOS. Africæ quoque GYMNOSOPHISTÆ ſunt. Iogues interpretatur Gymnoſophiſtas Indos, Maffeius. Etiam iuxta Meroen, Heliodoro 3. & 10. & Philoſtrato 1. & 6. vbi eos dicit vti eo habitu quo meſſores Athenienſes ſolent. Hoc volui addere, ne quis eos ex vocis etymo planè nudos incedere, ſibi perſuadeat.

GYNÆCON γυναικῶν λιμὴν, portus, circa Phidaliam, inter Anaplum & Leoſthenium. Stephanus. Iuxta Byzantium eſt, vt docet Dionyſij Anaplus. Gedroſiæ quoque apud Ptolemæum, Ammianum, & Arrianum. vide SENVM.



GYNÆCOCRATVMENI γυναικοκρατȣ́μενοι, Sauromatica gens, in Aſia, circa Mæotim, Pomponio. Circa Tanais oſtia, Plinio. quarum connubia cum Amazonibus. Vide SARMATIA.

GYNÆCOPOLIS γυναικόπολις, Phœniciæ vrbs, Stephano. Ægypti apud Strabonem, cuius Nomum GYNÆCOPOLITEN vocat Plinius.

GYNDES γύνδης, Aſiæ fluuius, qui in Mantienis montibus oritur, & per Dardaneos (Darneos erat in margine) in Tigrim effluit, & Opin vrbem præterlabitur. Herodotus in Clio. Iuxta Babylonem deſcribit eum Seneca, ſed per Iota GINDES. Secundæ magnitudinis poſt Euphratem facit eum Oroſius lib. 2. cap. 6. Ammianus huius quoq; » meminit: etiam Tibullus lib. 4. Profluit aut rapidus Cyri » dementia Gindes. Non eſt Gindes Taciti.

GYPIÆ γυπιας, petra, loci nomen; Æſchyli in Supplicib.

GYPOPOLIS, vide APSASIVM.

GYPSARA γυψάρα, Mauritaniæ Cæſarienſis portus, Ptolemæo. GVPSARIENSIS meminit Collatio Carthag. Arabiæ Petrææ vrbs: eidem. ſed per I in penultima. Gypſaria.

GYPSEIS γυψεις, Æthiopiæ inſula metallifera, apud Stephanum. GYPSVS fortè, cuius meminit Codicis liber 10. Titulo 47. Gypſi meminit quoque Balſamon, in Photium. Vide GYTHITES.

GYR, vide GIRGIRIS.

GYRÆ Petræ, vide CHOERADES.

GYRAS γύρας, mons in Teno inſula. Heſychius.

GYREI, Arabiæ Felicis populi apud Plinium.

GYRES γύρης, fluuius, regionis Lalacaonis. Zonaræ, Cedreno, & Curopalati. In Aſia Minori.

GYRISOENI γυρισοινοι, Plutarcho in vita Sertorij, ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Iaen hodie in hoc tractu eſſe putat Ambroſ. Moralis. Quidam Giennenſes putant, vt ſcribit Io. Mariana.

GYROLIMNA, locus iuxta Conſtantinopolim. Nicetas.

GYRTONE γυρτώνη, Macedoniæ vrbs, Ptolemæo. GYRTON Liuio, Plinio & Stephano. Hos antiquitus PHLEGYAS φλεγύας, appellatos, ſcribit Strabo. Eandem prius ANDREIN dictam fuiſſe, ex Pauſaniæ Bœotica videtur. Nardus eam Tachi Volicari vocat.

GYRVS γυρὸν, mons Ætoliæ, circa Acheloum fluuium; qui poſtea CALYDON καλυδῶν, dictus fuit. Plutarchus in libello de Fluminibus & Montibus.

GYSTATÆ, Æthiopiæ ſub Ægypto opidum. Plinius.

GYTHEATES, vide GYTHIVM.

GYTHITES γυθίτης, inſula iuxta Æthiopiam ſub Ægypto, Ptolemæo. GYPSITIS interpretibus. An Gypſeis Stephani? vel CYTIS Plinij? Hodie fortè Genamani dicitur, vt ex Tabulis videtur.

GYTHIVM γύθιον, Laconicæ opidum Ptolemæo: GYTHEVM Ciceroni 3. Offic. CYTHEVM malè apud Nonium, vbi hunc locum citat. GETHION Pauſaniæ in Arcadicis. Lacedæmoniorum nauale eſt Xenophonti, & Polybio 5. triginta ſtadiis ab vrbe diſtans, Paleopoli, Niger illud vocat. Idem ante eum Gemiſtus παλαιόπολις; quũ illud quoque PASABAS πασαβὰς, nominat. Gythium ſcribit Theuetus Cabo de Pagu dici, & Græcis Paleopoli: GYTHEATEM Sinum, hinc habet Plinius. GYTHIVS fluuius hic quoque Pomponio. CYNTHIVS legitur in aliquibus codicibus. Vide GETHIVM.

GYTHONES γυθῶνες, Sarmatiæ Europææ gens: apud Ptolemæum. vide NVITHONES.

GYTTA γύττα, Africæ vrbs, ab Hannone conſtructa. In ſuo Periplo.

GYVINI, vide GEVINI.

GYZANTAS, gens in Africa, quæ mel ex floribus facit, teſte Apollonio in Mirabilibus. ſic quoque ab Euſtathio vocantur. ZYGANTES ſunt apud Herodotum. vide BYZACIVM.

GYZIS γυζὶς, Marmaricæ portus, Ptolemæo. Golfo de gli Arabi, Caſtaldo. Sed ZYGIS hic habet, ex Latinis exemplaribus.

HAB, *Palæſtinæ vrbs, Guil. Tyrio.*

HABARIM, *vide* IEABARIM.

HABENSSÆ, *vide* ABENSIS.

HABESSVS, *Lyciæ vrbs, Plinio 5. cap. 27. vbi Hermolaus hæc, Fortaſſe, non Habeſſus, ſed Edebeſſus ſcribendum fuit. ita Lyciæ vrbem vocante Capitone. Vide* ANTIPHELLVS.

HABOR, *cuius mentio eſt 4. Reg. cap. 15. pro flumine ponit Beniamin, ab incolis* Alchabor *dicto: ſed idem ſonat, dempto articulo* Al. *ad Gozan fluuiũ videtur, ex Ioſippo.*

HABTHIN, *locus circa Hebron, in Palæſtina, auctore Guil. Tyrio.*

HABYLA *villa, eſt apud Marcellinum Comitem.*

HACOTINA, *Antonino vrbs, circa Euphratem, quà Taurum montem perlabitur.* LOCOTENA *legit quoque Simlerus.*

HACTARA, *Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, Antonino. Inter Caſtulonem & Malacam. An* LACVRIS *fortè?*

HADORAM, *vide* HYRCANIA.

HADRAMOT, *locus vbi ventus multos homines interfecerit. auctore Lib. de Proprietatibus rerum, Arabis cuiuſdam. ſed falſo Ariſtoteli tributus.*

HADRANITANI, & HADRANVM, *vide* ADRANVM.

HADRIA, *vide* ATRIA.

HADRIANÆ, *Lyciæ vrbem, habet Inſcriptio antiqua quæ eſt apud Aldum in ſua Orthographia. In Tabulis geographicis video circa hunc tractum* Æliopoli. *Eandem tamen eſſe non affirmo. dubitare malo. quamuis Aelius, Hadriani Imp. prænomen eſſe ſcio.* HADRIANÆ *ciuitatis meminit Caſſiodorus Variar. 1. ad Saturninum. Et* HADRIANÆ *Epiſcopum facit Epaphroditum, Dorotheus. Vide* ZAMA.

HADRIANI, *vide* IVLIENSIVM.

HADRIANI *Forum, vide* FORVM.

HADRIANI *Imp. Sepulchrum, vel monumentum, in Vrbe Roma, iuxta Tiberim fluuium; quam &* HADRIANI *Molem appellat Procopius; poſtea* ARX CRESCENTII, *quòd is eam tenuit, dicta eſt, teſte Platina, & Lupano, in Ael. Spartianum. Hodie* Caſtello S. Angelo *nominatur. Etſi hoc nomen Hadrianus, & alia inde naſcentia, paſſim apud auctores ſine aſpiratione ſcribantur, vbique tamen & in nummis & marmoribus antiquis, cum* H *auſpicatum legimus.*

HADRIANI *Imp. Murus, quem in Britannia inſula à mari ad mare per octoginta* M. *paſſ. exſtruxit, vt refert in eius vita Spartianus. ab Antonino* VALLVM *vocatur, idq; à Luguvallo ad Bramenium extendit. Accolæ* The wal of the Pictes *nominant. quaſi dicas Pictorum vallum.* Scotiſhe banke *appellari, ſcribit quidam qui edidit Itinerarium Anglicum.*

HADRIANOPOLIS ἀδριανόπολις, *Ptolemæo Thraciæ vrbs: quæ prius* VSCVDAMA, *vt Ammianus, &* ORESTA, *vt Lampridius in Heliogabalo ait, vel* ORESTIAS, *vt Zonaras, dicta fuit. Tzetza Chil. 8. numero 47. tradit hanc non ſolùm Hadrianopolim, ab Hadriano Imp. ſed &* ÆLIAM *ab eius prænomine vocatam. Hodie etiamnum* Hadrianopoli *nominatur. A Turcis* Endrem *vocari, ſcribit Busbequius.* Edernay *Poſtellus.* HADRIANOPOLIM *habet concilium Nicenum, in Piſidia. Et aliam in Bithynia. hac Honoriadis regionis, eſt in Authenticis. Concilium Chalcedonenſe deſcribit Hadrianopolim quoque in Veteri Epiro. Et in Paphlagonia, Metaphraſtes in vita S. Alypij. Stephanus ſcribit quoque* HADRIANOPOLITAS *nuncupatos, qui* GONIM *vrbem Thraciæ inhabitant. idem quoque Euſtathius, in catalogo nauium. Conſule Hermolai Plinianas caſtigationes. Vide* ADRINVS, ANTINOE, ATHENÆ, NEOCÆSAREA, PALMYRA, PHILIPPOPOLIS, & STRATONICA.

HADRIANOTHERAS *opidum in quodam loco, quod illic & feliciter eſſet venatus, & vrſam occidiſſet, aliquando conſtituit. Sic Ael. Spartianus de Hadriano Imp. Huius meminit quoque Ariſtides. Eſt in Myſia, ἀδριανοῦ θῆραι, vt referunt in eius vita Xiphilinus, & Zonaras, item Cedrenus, qui eam* MITATIS μιτατοις, *cognominat.* HADRIANI *ciuitas, in Myſia non magna: Ariſtidis patria, eſt apud Philoſtratum. ſed alia hæc ab Hadrianotheras.*

HADRIATICA *Stagna, vide* SEPTEM *Maria.*

HADRIATICVS *Sinus, vel* ADRIATICVM *Mare, quod &* ATRIATICVM *per* T. & SVPERVM *dicitur, Plinio auctore:* SATVRNIVM, *ſiue* CRONIVM *ab Apollonio Argonautico vocatur. A Cicerone ad Atticum, & in Piſonem, item Horatio,* HADRIANVM *Mare: à Lucano,* ADRIACVM, *& à Strabone, Mela & Tacito, ſimpliciter* ADRIA, *& interdum cum aſpiratione* HADRIA, *nominari video.* TYRRHENVM *quoque à Græcis vocatum ſcribit Liuius, à Tyrrhenis nempe Tuſcis accolis.* IONIVM *quoque totum hoc mare Venetias vſque ab aliquibus priſcis auctoribus nuncupari obſeruaui: (ſed impropriè, cum Ionium propriè ſit, vbi hoc deſinit, & Mare Mediterraneum incipit, inter Epirum nempe & Italiam; quod nonnullis* AVSONIVM *eſt.) Hodie* Golfo di Venetia *vulgò indigitant. apud Ptolemæũ* HADIATICVM *Mare, aliud eſt ab* HADRIATICO *Sinu. hunc enim inter Italiam & Illyricum concludit: illud autem inter Siciliam & Peloponneſum. cui ſubſcribere videtur Ouidius 4. Faſtor. & idem 1. Triſt. Elegia 10. item Philoſtratus 4. Apollonij, & 2. Iconum, vbi Iſthmum Corinthiacum mare Hadriaticum ab Ægæo diſcriminare tradit.*

HADROGA, *Epiſcopalis locus, circa Syriam. Guil. Tyrius.*

HADRVMETVM, *vide* ADRVMETVM.

HÆCLITANVM, *vide* HALICANVM.

HÆMES, *Palæſtinæ locus. Ioſue 19.* αἰβὴς, *70. interpretib.*

HÆMINONTVM, *vide* HÆMVS.

HÆMON ἅιμων, *Bœotiæ riuus, iuxta Chæroneam in Cephiſum defluens: quem* THERMODONTA *olim vocatum putat Plutarchus, in vita Demoſthenis, & Theſei. Thermodon eſt apud Herodotũ, in Bœotia, qui Gliſſantem interfluit. His ſuffragatur Pauſanias 9. Coroneam vrbem appropinquare ſcribit Plethon.*

HÆMONA, *vide* ÆMONIA.

HÆMONIA αἱμονία, *Vrbis in Arcadiæ priſcis temporibus, nomen exſtat adhuc in vico Hæmoniæ. Pauſanias. Vide* THESSALIA.

HÆMONIVS *Fons, iuxta Oſſam montem. Ælaan. Animal. 8. cap. 11. Aleuam hic oues paſcere ſolere tradit. Pro* ÆMONIVS, *vt qui in Æmonia.*

HÆMVS αἷμος, *Thraciæ mons, Melæ & Plinio, item Straboni. Theſſaliæ falsò tribuit Seruius, ad 1. Georg. Ptolemæus & alij ſine aſpiratione ſcribunt.* Praſolius *vocatur à Laonico. Pinetus ſcribit hunc ab Italis* Catena mundi, & Monte argentaro *appellari:* Balkan *Turcis, &* Cumouiza *Slauis. Hæc in ſua Vrbiũ deſcriptione. Idem in ſuo Gallico Plinio eum* Monte de Coſtegnas *vocat.* Coſtegnazzo *Cuſpiniano:* Kriuiczne *Lazio dicitur. Pars eius* SCOMBRVS σκόμβρος, *apud Ariſtotelem: &* SCOMIVS σκωμίος, *apud Thucydidem dicitur, cùm ſcribit Strymonem, Neſſum & Hebrum flumina ex Scomio monte defluere, quæ omnia apud cæteros auctores ex Hæmo originem ſumunt.* HÆMIMONTVM, *Thraciæ regio. Aliud Hæminontum coniunctim: aliud Hæmi mons diuiſim: hoc enim montem Thraciæ, illud Thraciæ regionem denotat. Huius autem ignoratione paſſim à ſcriptoribus erratũ video. exẽplo ex multis Codex lib. 7. Tit. 62 lege 23. vbi Hæmi montem malè excuſum, pro Hæminontum. Hæc regio habet, teſte Ammiano 27. Hadrianopolim & Anchialon vrbes, inter ceteras. Vide* HEROPOLIS.

HÆSTÆ *Caſſiodoro 5. Variar. ſunt populi, ad Oceani littora, vnde Succinum adfertur.* ÆSTYOS *Taciti credo.* ÆSTRI, *ni fallor, ſunt Iornandi, &* HELSTI *corruptè Callimacho Experienti. corruptius etiam* HESSI *legit Fabricius in Commẽtarijs ad Poëtas Chriſtianos, & Atalarico tribuit, quæ Theodorici ſunt: ſeductus, vti exiſtimo, impuro codice.*





HÆSVSA, *fluuius finibus Apolloniæ decurrens in ſinum Ionium. ſic Vib. Sequeſter.*

HÆTHESSYRIS, *vide* THESSYRIS.

HAFA, *locus in Sardinia, Antonino.* NAFA, *meliores codices legunt.*

HAFNIA, *vocatur recentioribus Latinis Daniæ regni emporium; quod vulgares* Coppenhagen *corruptè appellant, cùm* Coopmanshauen *dicendum ſit. quod ſi ad verbum interpretaris, Portus mercatorum ſonat.*

HAGIA ἁγία, *vrbs circa Cariam, Porphyrogennetæ. Lydiæ fines tangere videtur, vt ſcribit Leunclauius: &* Aia Iuni, *(i. S. Ioannis) à Turcis dici.*

HAGINOIA, *Belgicæ regio; quam* HANNONIAM *vulgus Latinum vocat. Incolis Gallis* Henault *dicitur; Teutonis* Henegow. *Quis verò his Latinis vocabulis primus vſus fuerit, neſcio. antiqua non eſſe, non ignoro.* PANNONIAM *olim dictam, à Panos cultu; poſtea* SALTVM CARBONARIVM, *ſcribit Leſſabæus, in ſua Hannoniæ deſcriptione. Sub Carbonarij nemoris vocabulo deſcribit eam Tritthemius in ſuis Francorum annalibus.*

HAGNAVS *fluuius, in vita S. Landelini.* Hayne *fortè, Hannoniæ.*

HAGNO ἁγνώ, *Lycæi montis fons, in Arcadia, Pauſania teſte.*

HAGNVS, *vide* AGNVS.

HAHARAC, *vide* HAMEN.

HAI αἶνα, *eſt Ioſepho, Palæſtinæ locus, Geneſ. 12. vbi* ἀγγὲ, *legunt 70. interpretes. Idem locus Ioſue 7.* GAII γαί, *vocatur à 70. interpretibus, & Chaldæo paraphraſte.*

HAIA, *Armeniæ Minoris vrbs, apud Antoninum. corrupta lectio.* HAZA, & AZA, *legit quoque Simlerus.* AZA *Plinij eſt.*

HAIALON αἰαλών, *Palæſtinæ locus, Geneſ. 21.* Val de Luna *ab incolis Chriſtianis appellari, ſcribit Beniamin. Vicum quoque ſic dictum iuxta Nicopolim, in ſecundo lapide Aeliam pergentibus, ſcribit Maſius, ad 10. cap. Ioſue, ex libello de locis Hebraicis.*

HALAB. *vide* SYRIA.

HALÆ ἅλαι, *ciuitas exigua Bœotiæ: Plutarcho in Sulla. Alia Ciliciæ: & alia è regione Maſetis, auctore Stephano.* HALÆ ARAPHENIDES ἁλαεραφηνίδες, *Aegeidis tribus ſunt, inter Phegia quæ ad Marathonem, & Brauronem. Stephanus, Callimachus, & Xenophon.* ARAPHEN *ſimpliciter etiam hæc Stephano.* HALÆ ÆXONIDES αἰξωνίδες, *Cecropiæ tribus populi, Stephano. ſunt autem prope Vrbem.* ζωνίδες *eſt apud Callimachi Scholiaſten. Eſt & palus ex mari. Stephanus. Vide* ÆXONE.

HALÆNVS ἁλαινος, *fluuius inſulæ Albionis, apud Ptolemæum.* ALAVNIVS *legunt interpretes.* Auon *videtur mihi hodie nominari.*

HALALE, *vicus in radicibus Tauri montis: vbi Capitolinus tradit Fauſtinam M. Aurel. Imp. vxorem obiiſſe. & poſtea coloniam factam ab Imperatore addit. Vide* FAVSTINIANOPOLIS.

HALANI *populi Perſis vicini. Ammianus Marcell.*

HALAS, *Cariſtiæ vicinus locus, in maris littore. Euripidis in Iphigenia, in Tauris. Vide* HALÆ *Araphenides.*

HALAZONES, *vide* HALYZONES.

HALCYONE, *opidum ad Maliacum ſinum. Plinius. Vide* METHONE.

HALCYONIAE *Inſulæ, circa Pallenen fuerunt. vide* PALLENA, & PHOSTONIA.

HALE ἅλη, *locus vicinus Argiuis. Stephanus.*

HALEA ἁλέα, *Arcadiæ vrbs, ſic dicta ab Halei filio Cepheo: Arcadicæ tamen linguæ conſuetudo obtinuit vt* CAPHYAE καφυαι, *vocarentur, vt ſcribit Pauſanias.* ALEA *Plinius ſine afflatu, &* καφυῖα *cum Iota habet Stephanus.*

HALENIVS, *vide* ALA.

HALENTINA *vrbs, in Sicilia. Ciceroni, in Verrem.*

HALES ἅλης, *fluuius haud procul à Colophone Aſiæ Minoris vrbe. omnium Ioniæ frigidiſſimus eſt; Pauſaniæ in Achaicis.* ALENS ἅλενς, *Lycophronis, & Theocriti videtur.* HALESVS *Plinij quoque idem eſt, aut huic valde vicinus. Circa Athenas maritimus videtur locus, vbi Timonem miſanthropon ſepultum, ſcribit Plutarchus in Antonio. Vide* ANELONTIS.

HALESA, & HALESINA, *vide* ALÆSA.

HALESIA, *vide* ALEXIA.

HALESIÆ ἁλεσίαι, *Laconicæ: inter Therapnen vrbem, & Taygetum montem: vt tradit Pauſanias.*

HALESINVS, *vide* ALÆSA, & ALESVS.

HALESIVS ἁλήσιος, *Arcadiæ mons eſt Pauſaniæ. ſine ſpiritu etiam ſcribitur apud Homerum, per* EI *in ſecunda interdum ſcribitur, & aliquando* COLONE, κολώνη *vocatam addit. huic ſuccinit Strabo. cui quoque fluuius eſt, ſed ex aliorum ſententia. Haleſius Elidis locus quoque: item Campus in Epiro, Stephano auctore. vide* ALISIVM.

HALESVS, *vide* HALES, ALESVS, & ALÆSA.

HALETEM *fluuium, circa Veliam, millia paſſ.* III. *vt habet Cicero, epiſtolarum ad Atticum 16. principium eius eſt, Octauo Idus Sext. Per* E *in ſecunda eſt in alio codice.* ELEA *fortè Stephani. &* ALVNTVS *fortaſſe Vibij.*

HALEVS ἅλευτα, *Theocrito in Thaliſia, fluuij nomen, in Co inſula, vt habet eius interpres Winſemius.*

HALEX, *vide* ALEX, *ſine aſpiratione enim Græcè ſcribitur.*

HALI, *Germani ſunt, apud Pliniũ 4. cap. 12. vetuſtioribus codicibus. In recẽtioribus autẽ pro eo* alij *legunt appellatiuè.*

HALIA ἁλία, *Arcadiæ vrbs, Pauſaniæ. In Argiæ maritimis eſt Thucydidi 1. 2. & 4. Iuxta Troezenem eſſe, addit huius Scholiaſtes. ſed* ἁλίαι. *Vide* THESSALONICA.

HALIACMON, *vide* ALIACMON, & INACHVS.

HALIACTER ἁλιακτήρ, *locus in quo congregantur Siculi. Heſychius.*

HALIARDI, *vide* ALIARDI.

HALIARTVS ἁλίαρτος, *Homero, Plutarcho, Liuio, Stephano, & Pauſaniæ, Bœotiæ vrbs. Ptolemæus* ἀλίαρτος, *ſine afflatu legit.* ARIARTVS *per* R *in prima etiam habet Stephanus. Vide* COPAIS.

HALICA ἁλίκη, *Argiæ vrbs. Pauſanias in Corinthiacis; & Heſychius in voce* ἁλικοί. *An Priſciani* ALICE? *à quo Alicienſis eidem.*

HALICANVM *legit Aldus,* HÆCLITANVM *Simlerus, Pannoniæ opidum, apud Antoninum.* HILICANVM *legit Pariſienſis codex. Lazius ſubdubitat num idem ſit cum Olimaco Ptolemæi.*

HALICARNASSVS ἁλικαρνασσὸς, *Aſiæ Minoris vrbs, Doridis regionis, Ptolemæo. Patria Dionyſij, itẽ Herodoti. qui* HALICARNESOS *per* η *& vno* Σ. *ſcribit. Quondam* ISTHMVM, & ZEPHYRIAM ζεφυρία, *dictam, ſcribunt Strabo & Stephanus; qui eam &* ISTHMVS ἰσθμὸς, *vocat. Idem eius incolas* ANTHEADES ἀνθεάδες, *nuncupatos ſcribit; à quodam qui apud eos illuſtris fuit. Eius formam lege apud Vitruuium 2. cap. 8. Hodie* Caſtello S. Pedro, *Nigro;* Meſi, *Sophiano dicitur. Plinius ſcribit Zephyrium quondam inſulam fuiſſe: ſed poſtea Halicarnaſſo adiunctam.*

HALICVS ἁλικος, *Ciliciæ regio & mons. Stephanus.*

HALICYÆ ἁλικύαι, *Siciliæ vrbs, Stephano, inter Lilybæum & Entellam.* ἁλικυαι, *per* κ. *in vltima legit Thucycides 7.* HALICYENSES *ſunt apud Plinium, & Ciceronem. quidam anonymus* Recalbuto *appellat. at eum errare vult Fazellus, qui* Rayhalbuto *legit.*

HALICYRNA, *vide* ALICYRNA.

HALIES, *vide* TIRYNS.

HALIMVSII ἁλιμούσιοι, *eſt Atticæ pagus, Straboni: & Plutarcho in Cimone.* ALIMVS ἁλιμοῦς, *ſine afflatu apud Stephanum, eſt Leontidis municipium. Idem puto. Huius meminit quoque Clem. Alexand. ad Gentes.*

HALIPEDO ἁλιπέδω, *locus ſic vocatus, Xenophonti lib. 2. Græcorum, circa finem. Prope Pyræeum erat.*

HALIPHTHORVM ἁλίφθορον, *vel* HALIPHTHORA, *Arcadiæ vrbs. Pauſanias. Vide* ALIPHERA.

HALISARNE, *Plinio Troadis opidum.* ἁλιςαρνα, *citra aſpirationem, ſcribitur à Stephano.* ELISARNE ἐλισάρνη, *eſt Xenophonti 7. Cyri Exped. Apud Strabonem locus Coæ inſulæ eſt, verſus Meridiem.* ALASARNE *Heſychio.*

HALITAEVS ἁλιταῖος, *Epheſiorum regionis fons. Pauſanias in Achaicis.*

HALIVSA, *vide* ALIVSA.

HALIX, *Ciliciæ vrbs, Plinio.*

HALIZONES, *vide* HALYZONES.

HALLIN, *vide* BERGIO.

HALLYI ἅλλυς, *vndas, habet oraculum, apud Pauſaniam in Meſſeniacis.*

HALMATIA ἁλματία, *Athenæo locus, vbi rapas incultas naſci tradit, lib. 9. cap. 2.* DALMATIA *autem vertit Dalechampius.*

HALMITIS *Taurica* ἁλμίτης, *Tauritæ Cherſoneſi locus, ad Pontum Euxinum, Arriano in Periplo. Fortè vbi Strabo Lacum marinum, & Salinas deſcribit.*

HALMONES, *vide* OLMONES, & ALMON.

HALMVS, *vide* ARAXES.

HALMYDISSVS, *Thraciæ vrbs, Pomponio, & Plinio. nonnulla exemplaria* ALMEDESSOS *legunt. Ptolemæus* ἀλμυδισσος, *ſine aſpiratione habet.* SALMYDISSVS σαλμυδισσὸς, *legit Xenophon, & Lycophron. Per n in penultima, Sophocli in Antigone.*

HALMYRÆ, *vide* ALMYRÆ.

HALMYRIS, *Plinio lacus eſt, quem Danubius fluuius ſupra Iſtropolim, non longè à ſuis oſtiis facit. Huius meminit quoq; Calliſtus. Hodie vocatur, vt Pinetus in ſuo Plinio tradit,* Lac de noſtré Dame de Danube, *quaſi dicas, Lacus Diuæ Virginis Danubianæ.* SALMORVDIS *hoc tractu vrbs apud Antoninum eſt.*

HALMYRIDES ἁλμυρίδες, *Heſychio locus littoralis in extremo Atticæ; vbi cadauera proijciebantur.*

HALMYRVS, *locus eſt circa Theſſaliam, aut Lariſſam Græciæ. Nicetas, in Balduino Flandro.*

HALONÆ, *apud Nicetam vrbs, videtur ad Mæandrum.* Solbazar *Turcis, teſte Leunclauio.*

HALONE, *inſula cum opido, in Propontide, Plinio. Eſt* ἁλώνη *Stephani. Eſt & inſula circa Ioniam, Plinio. Vide* ALONE, & PROCONNESVS.

HALONNESVS ἁλόννησος, *Maris Ægæi inſula: Straboni. circa Magnetas Macedoniæ. Hanc nonnulli aſpirant; alij tenui proferunt accentu. N Gerbelius ſcribit eam ab Harpocratione* NESIDIVM νησίδιον, *& à Suida* NESYDRIVM νησύδειον *vocari. Plinius aliam deſcribit inter Samothraciã & Cherſoneſum. Alia eſt* HALONESVS *Joniæ, apud Stephanum; quam Pomponius deſcribit circa Corycum Ioniæ montem. Idem Stephanus habet quandam Haloneſum, de qua Philippus & Athenienſes differebant. In Theſſalia, ni fallor. Huius & Demoſthenes meminit.*

HALONNESI, *inſulæ aliquot Sinus Arabici, circa Pentadactylon montem. Plinius.*

HALOPE, *vide* ALOPE.

HALORITÆ, *vide* ALORVS.

HALORIVM ἁλώειον, *Peloponneſi opidum, Straboni.*

HALOS, *vide* ALOS, & OPHIVSA.

HALVNTIVM, *vide* ALVNTIVM.

HALVS; *Parthicum opidum, Tacito in Annalibus. Eſt & Iſraëlitarum manſio, Num. 33.* αἰλὺς, *legunt 70. interpretes. Vide* ALOS.

HALVSIVM, *vide* THALAMVS.

HALYCIDON, *Maßilienſium portus, Pomponio.* Peccais *eſt Poldo Albenati. Vide* LACYDON.

HALYCVS ἅλυκος *Siciliæ flumen, in parte Agragantina. Diodorus 15. vide* ALYCVS.

HALYDIENSES, *ſeu* HIPPINI, *populi Aſiæ Minoris ſunt Plinio, circa Mæoniam regionem.* ALYSONII *videntur apud Herodotum 3. Vide* HALYZONES.

HALVS ἅλυς, *Ptolemæo & Plinio, Aſiæ Minoris amnis. Busbequius putat* Aytozu *à Turcis dici. Pet. Gyllius in*



*quadam epiſtola quæ apud me eſt, credit* Caſilirmak *appellari, quod amnem rubrum ſignificat.* Lali Nigro *dicitur. ex Tabulis poßit* Otmagiuchi *interpretari. Lydiæ fluuium facit Vibius, qui Chruſos tranſit. Curtius 4. ſcribit Halym terminare Lydiam. alium hunc à priore puto. Sed huius ampliorem deſcriptionem lego apud Herodotum 1.*

HALYZEA, *Plinio Acarnaniæ vrbs eſt.* ἀλυζία, *ſine afflatu, eſt apud Thucydidem, Strabonem & Stephanum.* ÆLYZIA αἰλυζία, *eſt Xenophonti. Citra Leucadiam ſtadia* CXX. *eam deſcribit Cicero, Epiſtolarum lib. 16.* AZYLIA ἀζυλεια *Ptolemæi eſt.* Natalico *vocatur à Sophiano.*

HALYZONES, *Scythiæ Europææ ſunt populi. Stephanus per* A *in ſecunda, &* Ω *ſcribit. ſic quoque Herodotus, ſed cum* O *paruo. Sed videtur diſtinguere Herodotus inter* αλαζονες, *per* α *&* ζ, *&* αλυσονιοι *per* υ *&* σ. *quod illos inter Scythas Europæos locat, hos verò circa Aſiam Propriam alicubi. Strabo* ALLAZONIVM αλλάζονιον, *vrbem habet, ab Amazonibus conditam, in Myſia, ad Propontidem, ad læuam Æſepi fluminis. vbi quoque Plinius* HALIZONAS *(quod præcingantur mari) habet. Sed huius vocis inconſtantem admodum ſcripturam reperio. Vide* BITHYNIA, CHALDÆA, & CHALYBES.

HAMA ἅμα, *fontis nomen, apud Pauſaniam, in Achaicis. Eidem quoq; montis nomen, circa Las opidũ. In Laconicis.*

HAMÆ, *Campanorum opidum videtur, apud Liuium 23. tria milliaria diſtat à Cumis. In arduo monte, qui à balneis Tripergulinis abeſt* M. CCCCC, *paß. Hamarum inſignes ruinas conſpici hactenus, ſcribit Dalechampius. Adeundus de hoc loco etiam Scipio Mazzella de Antiquitatibus Puteolanorum, Italicè ſcriptis.*

HAMAXICI ἁμαξικοι, *ſunt circa Tanaim Mæotidem, & Boryſthenem, populi, apud Strabonem.*

HAMAXITIS ἁμαξίτις, *maritima vrbs, circa Aeoliam, Xenophon 3. Græcor. & Thucyd. 8. Vide* AMAXITVS.

HAMAXOBII, HAMAXOBITÆ, & HAMAXOPHORETI, *vide* AMAXOBII, & SCYTHÆ.

HAMEM, & HAMARAC, *regiones vbi muſcus adulteratur, vt auctor eſt Serapio. Circa Perſidem fortè, aut Arabes.*

HAMINEA, *vide* HANVNEA.

HAMIREI, *Arabiæ Felicis gens. Plinius.*

HAMMÆVM *Littus, Arabiæ Felicis, ad mare Indicum. vbi auri metalla, Plinio auctore. Ptolemæus vocat* AMMONIVM *promontorium.*

HAMMANIENTES, *Africæ populi, inter Naſamonas & Troglodytas. Hi ſalibus domos exſtruunt, Solino & Plinio teſtibus. Sunt ijdem cum* AMMONIIS.

HAMMODARA, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidũ. Plinius.*

HAMMODES, *vide* AMMONIACAM, & ARENOSVM *Littus.*

HAMMON, *vide* AMMON.

HAMMONII, *apud Plinium ſunt populi in Arabia Felici, vide* AMMONII.

HAMMONIS *Lacus, in Africa, qui ortu ſolis & occaſu incandeſcit: reliquo tempore gelidus eſt. Sic Vibius. Idem cum* HAMMONIS *Fonte Plinij reor. quem dicit interdiu frigidum, noctibus autem feruere.*

HAMPTAB, *circa Syriam atque Euphratem opidum. Guilielmus Tyrius.*

HANA, *locus circa fluuium quendam; 1. Eſdræ 8.* EVI *eſt 70. interpretibus. Eodem capite, paulò infrà, ipſe fluuius ſic dicitur, quẽ 70. interpretes* ATHVE *vocant. Daniel 3. idem* THIA *nominatur. Circa Hieroſolymam videtur.*

HANALE, *vide* ETHESPAMARÆ.

HANEAC, *mons in India, vbi nardus optima. Serapio.*

HANNIBALIS, *vide* PORTVS.

HANNONIA, *vide* HAGINOIA.

HANVNCA, *Antonino Syriæ opidum, circa Cyrrheſticam regionem. Simlerus alias* HAMINEA, & HANONE *legit. Vide* CHAONIA.

HAPON ἄπων, *vide* ASPONITANÆ.





HAR, *vide* HIR.

HARACETVM *opidum, Macedoniæ vſpiam. Liuius 44.*

HARAX, *Suſianæ fluuius, apud Ammianum.*

HARDAM, *Epiſcopalis vrbs, ſub ſede Damaſcena, Tyrio.*

HARENC *caſtrum, in Caßiotide regione, duodecim mill. ab Antiochia. vt ait G. Tyrius, & Matthæus Pariſius.*

HARES, *Mons in Palæſtina. Iudicum 1.*

HARIARTVS, *vide* HALIARTVS.

HARISTALLIVM, *vel* HERISTELLIVM, *locus celebris in hiſtoria Caroli Magni, auctoribus Eginartho, Reginone, & Aimoino, qui eum ad Wiſeram amnem deſcribunt. Hodie adhuc* Herſtel *locus ſupereſt ad Weſeram ſeu Viſurgim. Aliud* HERISTALLIVM *eſt apud Caroli Magni eiuſdem ſcriptores, in ripa Moſæ fluminis, haud procul Leodio. hic hodie pagus eſt, qui nomen quoque retinet.*

HARMA, *ſeu* HARAMA, *item* HORMA. *ciuitas in Tribu Iudæ, & Simeon. Ioſue 19. in lib. Iudicum putatur* SEPHATH *dici. Beniamineã* Ramas *vocat.* ἅρμα, *Indicæ vrbs, apud Stephanum. Bœotiæ locus & vicus, Pauſaniæ, Homero, Straboni, & Stephano. Iuxta Mycaleſſum, Euſtathio. Aliud quoque eſt in Attica, agri Tanagrici. Et aliud ad Phylen pagum, finitimum Tanagriæ, Straboni 9. In Parnetho, Euſtathio. hoc idem* AMPHIARAI *Lutra, i. Balneæ, vocari ſcribit Stephanus. An fortè hinc* AMPHIARAI *Aquæ, cuius mentio apud Athenæum 2? Apud Aelianum in Varia Hiſtoria quoque Thebaidis paludis nomen. Vide* QVADRIGA.

HARMALA ἅρμαλα, *ad Meandrum vrbs, Nicetæ.*

HARMASTIS, *Plinio Iberiæ vrbs eſt, quam Ptolemæus* ARMACTICA ἀρμακτίκα, *vocat, vt Villanouanus vult.*

HARMATELIA ἁρματήλια, *Indiæ opidum Brachmanorum, ab Alex. Magno oppugnatum, & deditione captum, Diodoro 17. Hanc Trogus lib. 12. videtur Ambigeri regis vrbem vocare. Circa Jndi fluminis oſtia.*

HARMATOPOLITÆ, *vide* HARMATVS.

HARMATVS, ἁρματος, *vrbs Aſiæ Minoris, è regione Methymnæ, in continente. Thucydides 8. Hinc Harmatopolitæ apud Plinium.*

HARMENE, *vide* ARMENE.

HARMENIA, *vide* ARMENIA.

HARMESIA, *vide* HERMESIA.

HARMI, *gens Germaniæ videtur, apud Procopium 2. Gothorum. Circa Saxoniam fortè.*

HARMONIA, *vide* ARMONIA.

HARMOZICA, *vide* OZICA.

HARMVZIA, *Vide* ARMVZIA.

HARPADIVM, *Vide* HIRPINVM.

HARPAGIA ἁρπάγια, *ſiue* HARPAGIVM, *locus circa Cyzicum, Thucydidi, Stephano & Straboni: ſed huic per* ει *in penultima. Circa Granicum fluuium eſt Suidæ, in voce Minos. Athenæus 13. autem circa Chalcidem eſſe dicit. Stephanus Niger, in Libello de Nimio vitæ luxu, locũ in Eubœa ſic vocat: vbi Ganymedem raptum aiunt.*

HARPAGVS ἅρπαγος, *fluuius circa Colchidem regionem, Diodoro 14. Fortè idem cum* HARPASO *Xenophontis.*

HARPALYCIA ἁρπαλύκεια, *Phrygiæ vrbs. Stephanus.*

HARPANVS, *Vide* ARDANVS, & ARPANI.

HARPASA, *Cariæ vrbs. teſtes Ptolemæus, Plinius, & Stephanus.*

HARPASVS *Plinio,* ἅρπασος, *Stephano & Liuio Cariæ fluuius.* DAPHNVS δαφνοῦς, *ab Apollonio appellari ſcribit Rodiginus, ex Stephano, ni fallor. Q. Calabro in Mæandrum illabitur.* HARPASVS *etiã Aſiæ fluuius, circa Scythinos campos, non longè à Taochis populis, Xenophonti 1. Cyri Exped. Iuxta Pontum videtur. Vide* HARPAGVS.

HARPESSVS, *Vide* ARPESSVS.

HARPINNA, *Vide* HARPINNATES, & OLYMPIA.

HARPINNATES ἁρπιννάτης, *fluuius Elidis, circa Harpinnam vrbem, Pauſanias.*

HARPIS ἅρπις, *Ptolemæo Mœſiæ Inferioris vrbs, ad Danubij oſtia. Opidum nunc, inquit Mar. Niger,* Lycoſtomum, *ab oſtij ipſius vocabulo; quas* Oslupi *modò dicunt. Idem Ptolemæus habet hoc tractu* ARPIOS *populos, ſine afflatu. Vtraque vox itaque eodem modo ſcribenda.*



HARPLIA ἁρπλεια, *Pauſaniæ locus Laconicæ circa Derrhiũ.*

HARPYIA ἁρπυία, *Illyriæ opidum, apud Encheleas. Stephanus.*

HARPYS, *vide* TIGRES.

HARSANIA, *vide* ARSANIA.

HARVDES, *populi Tranſrhenani, Sequanis vicini, Cæſari in Comment.* Coſtentz, *Rob. Cœnali. Vigenereus dubitat num ſint* CHARVDES *Ptolemæi. hi ſunt in Cimbrica Cherſoneſo.*

HARVM, *vide* CASSINATIVM.

HASART, *Syriæ locus, videtur apud Guil. Tyrium.*

HASARVAL, *locus vbi habitabant filij Semmei. 1. Paral.*

HASBANIVM *vel* HASBANIA, *vti apud Sigebertum lego; Diuæus exponit* Haſpengow; *qui tractus eſt hodie Leodienſis diœceſis.* MOSELANVS *Comitatus olim vocabatur, teſtibus archiuis veteribus, apud Roſierum.*

HASBITÆ, *vide* ASBYSTÆ.

HASOR. *Tria diuerſa loca ſic dicta in Palæſtina, docet And. Maſius ad 15. cap. Ioſue. quarum vnam quoque* HESRON *nominatam dicit. vide* HESRON.

HASSARMAVETH, *vide* SARMATIA.

HASSI, *Plinio Galliæ Belgicæ gens.* BASSI *legit exemplar Venetum, lib. 4. cap. 17. Sic quoque Meierus 10. Annal. Fland. &* Baſſeiam *interpretatur: vulgo* Baſſee, *Flandriæ opidum.*

HASTA, *Palæſtinæ opidum. lib. Notitiarum. Salentinorum vrbs eſt Plinio, in Italia. Vide* IVLIA AVGVSTA, ASTA, & BASTA.

HATRA, *opidum in confinibus Perſarum, Ammiano.* ACRA *legit Accurſius.* ATRÆ *melius legendum, docet Xiphilinus, in hiſtoria Traiani, & Seueri Impp.*

HAVANA, *vel* HAVARIA, *Palæſtinæ vrbs, in lib. Notit.*

HAVBERTINGA, EZELINGA, ADALVNGA, & GAMVNDIA *Cellæ; loca vocantur Ducatus Alemannici, in Diplomate Caroli Magni. Rhenanus Germanicarum 1. capite de Alemannis. Nomina hactenus retinere puto, ſono paululum mutato. vti ſunt* Eſſelinga, Gemunda, *&c.*

HAVENNE, *vide* ALYBE.

HAVSTISVS, *vide* CIMBRICA *Cherſoneſus.*

HAYLAM, *vrbs in littore maris Rubri. 3. Reg. 9.* ELATH *70. interpretib.* ELANA εἰλαν, *Joſepho. Item 4. Regum 16. vbi eam Syriæ vocat. Hic Ioſephus* ἠλαθ *legit. Alia à priore. Hanc* ELATIVM *Plinij puto. Sed 4. Reg. 17. & 18. dicit Iſraëlitas in Haylam Aſſyriæ traductos, à Salmanaſſare rege. hæc* ELAA *70. interpretibus vocatur: & tertia videtur. Pro Elaa ijdem ipſi* ALA *legunt, 1. Paralip. 5.* ALOER *habet Cedrenus.*

HAYLON, *locus apud Hieremiam. In Palæſtina eſt, Iud. 1.*

HAZA, *vide* HAIA.

HAZAZOTHAMAR, *vide* ENGADA.

HEBAL *Mons, Deuteronomij 11. 27. Ioſue 8.* γαιβαλ *legunt 70. interpretes.* EBAL *Chaldæus.* γιβαλ, *legit Ioſephus, Antiq. 4. cap. 8. vide* GARIZIM.

HEBATA, *Meſopotamiæ opidum. Plinius.*

HEBDOMECONTACOMETAE, *Æthiopiæ ſub Aegypto populi. Plinius. Incertæ fidei vox.*

HEBDOMVM ἕβδομον, *ſuburbium Conſtantinopoli, Procopio, Zonaræ & aliis.* SEPTIMVM *Latinè vocatur à Marcel. Comite, & in Hiſt. Miſcella. Septem milliaribus ab vrbe Conſtantinopoli.*

HEBRAICA ἑβραϊκὰ, *monaſterium circa Conſtantinopolim, quod &* BRACA *nominatur. Zonaras.* THEBRAICA *malè ſcribitur in Hiſt. Miſcella 24.* STAVRACII *antea appellabatur, à Stauracio hic ſepulto.*

HEBRÆI ἑβραῖοι, *Appiano 2. Ciuilium. vide* IVDÆI.

HEBRIDES, *vide* EBVDÆ.

HEBRODES, *vide* NEBRODES.

HEBROMANI, *vel* EBROMAGI *loci meminit Auſonius ad ſuum Paulinum. Vinetus ſuſpicatur eſſe vicum*

Embrau, vel Brau *prima ſyllaba truncata, dictum, circa Blauiam. Scaliger dicit eſſe ad confluentes Garumnæ & Duranij, è regione Pauliaci. Idem putat hoc ipſum opidum poſtea* BVRGVM *Leontij nuncupatum. Vide* EBROMAGVM.

HEBRON, *Metropolis Tribus Iudæ. Ioſuæ 15. Hæc &* ARBEA, CARIATHARBE, *item* MAMBRE *dicta fuit. Geneſ. 22. & Ioſue 14. Hic Abraham Patriarcha ſepultus fuit. Ioſepho* χεβρὼν, *dicitur, &* ἀρβὸκ *70. interpretibus. Nunc* ELEVTHEROPOLIS *nomen eſt, inquit Cedrenus. Ab infidelibus* Callil *vocari, ſcribit Iuſtus Giſtelius. Vide* ZEPHRON.

HEBRVS, *Plinio & aliis* EBRVS. ἕβρος, *&* εὖρος, *Ptolemæo, ſine aſpiratione.* EVROS εὖρος, *eſt apud Arr. 1. Alexandri.* OEAGRIVS *cognominatur à Virgilio. Thraciæ fluuius aurifer. Hodie* Mariſa *dicitur Mercatori, Cuſpiniano, & Nigro: aut* Valiſa *ſi Nicol. Nicolaio creditur.* Mazera *fortè malè habet Oliuarius, optimè (vt puto) Leunclauius, qui* Maritza *&* Meritza *habet. Antea dictus* RHOMBVS ῥόμβος, *auctore qui ſcripſit de Fluminib.*

HECADEMIA, *vide* ECHEDEMIA.

HECALE ἑκάλη *Leontidis tribus municipium. Stephanus.*

HECATES ἑκάτης *inſula ante Delum ſita; quæ à quibuſdam* PSAMMITE ψαμμίτη, *vocatur, auctor Suidas.* HECATEM *circa Lesbum habet Heſychius.*

HECATESIA, *vide* IDRIAS.

HECATIS *Nemus* ἄλσος ἑκάτης, *promontorium ſic dictum, in Sarmatia Europæa, apud Ptolemæum.* TRIVIÆ *lucus eſt Ammiano. Hoc eodem tractu Strabo* ACHILLIS *lucum deſcribit.*

HECATOMBÆVM, *locus circa Dymen, in Achaia Propria; Plutarcho in Cleomene, & Polybio 2. Vide* HERÆA,

HECATOMPEDVM ἑκατόμπεδον, *Ptolemæo Epiri vrbs.*

HECATOMPOLIS, *vide* CRETA.

HECATOMPYLVS ἑκατόμπυλος, *Parthiæ vrbs, Polybio, Ptolemæo, Stephano, & Curtio: in Parthyena eſt Appiano. Diodorus 17. eam Hyrcaniæ tribuit.* Iex *hodie vocatur, vt Theuetus perhibet. Eſt Libyæ vrbs, ab Hercule cōſtructa, quæ poſtea à Carthaginienſibus expugnata fuit, Diodorus 4.*

HECATONNESI ἑκατόννησοι, *inſulæ in freto, quod eſt inter Aſiam & Lesbon. Stephanus, & Strabo, cui viginti numero ſunt, aut ex traditione Timoſthenis, quadraginta. Eorum etiam Herodotus 1. meminit.*

HECATONTACHEIRIA, *ciuitas quæ nunc* ORESTIADES *vocatur, ſic Palæphatus. An in Macedonia, vbi* ORESTIM *habet Liuius?*

HECTODVRVM ἑκτόδουρον, *Rhætiæ opidum, Ptolemæo.* Echtal *Lazio eſt.*

HECTORIS *Lucus, iuxta Ophrynium, in Troade. Strabo.*

HEDENA, *vide* HELENE.

HEDETA, *vide* LERIA.

HEDETANI ἠδητανοὶ, *Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Ptolemæo.* SEDETANI, *vocantur Liuio & Plinio. Per* I *in prima ſcribit Strabo 3.* SEDENTANA *Cohors, Silius 3. Habet & Plinius alios* SEDETANOS, *&* SEDETANICAM *regionem; tamen in Hiſpania.*

HEDISCVM, *&* HALMVM, *Daciæ Ripenſis loca ſunt Lichtenauio, ex Iornande. quibus potitos ſcribit Hemmeſur & Bulcindur. vbi ipſe Iornandes legit Emmedzur & Vzindur. pro Hediſcum verò & Halmum,* VTO, *&* ISCALMVS.

HEDONACVM ἡδονάκων, *Bœotiæ vicus, vbi Narciſci fons. Pauſanias. Quidam* DONACVM *legunt, vt annotauit Sylburgius.*

HEDONES ἠδωνες, *&* HEDONI *populi ſunt Thraciæ, inquit Stephanus, & Iſacius. ſed Hedones ad mare habitant, Hedoni verò in mediterraneis. Horum Suidas quoque meminit.* HEDONIS *regio, eſt Ptolemæo Macedoniæ, ſed in Thraciæ confinibus. Vide* AMPHIPOLIS, *&* EDON.

HEDONVS, *vide* MYRCINVS.

HEDRVS ἔδρος, *ſed ſine aſpiratione, Ptolemæo eſt Hiberniæ inſula, quæ Plinio* ANDROS *dicitur, Villanouano iudice,* ἄνδρος, *eſt in M.S. Ptolemæi codice. Hæc Camdeno, viro in ſua patriæ deſcribenda peritiſſimo atque diligentiſſimo,* ANDIVM *quoque Antonini eſt: & Britannico vocabulo nunc* Enhli, *& Anglico* Berdſey *vocari docet.*

HEDVA *ciuitas, dixit Sidonius, pro Auguſta Heduorum, lib. 5. Epiſtolarum, ad Atallum. Idem Hericus lib. 1. vita Germani. Vide* AVGVSTODVNVM.

HEDVI, *vide* ÆDVI.

HEDYLIVM ἡδύλειον, *eſt mons Bœotiæ. Suidas.* ἡδύλιος *eſt Plutarcho in Sulla.* ADYLISIS *fortè Plinij. Polyænus tradit Cephiſſum fluuium terminare Hedyleum & Parnaſſum.*

HEDYPHON ἡδύφον, *Straboni Babyloniæ regionis fluuius. Fortè* HEDYPNVS *Plinij, quem ſcribit in Eulæum recipi.*

HEDYPNVS, *vide* HEDYPHON.

HEGEN, *&* ALIEMEN, *loca vnde Indicum adfertur. item Saccarum. Serapio.*

HEGETHMATIA ἡγητματία, *Germaniæ vrbs, apud Ptolemæum.* Lignitz *Sileſiæ Villanouano eſt.*

HEGONIS ἡγωνὶς, *Macedoniæ promontorium Ptolemæo, ad mare Ægæum.* Ægoſpotamos *Nigro.*

HEGVA, *Hiſpaniæ Beticæ vrbs, Plinio 3. cap. 1. Eſt* ÆGVA *Strabonis. vtrobique mendoſè pro* ATEGVA. *Hegua enim & Tegua voces incognitæ apud omnes alios. Hiſtoriam de Cæſare & Pompeio, quam Strabo Æguæ ſuæ adſcribit; Dion, Hirtius, & Val. Max. ad Ateguam referunt. Plinium quoque Ateguam ſcripſiſſe, ex eo liquet, quod in M.S. codice reperi* Singilia Tegua, *pro Ategua, errore librariorum, qui* A. *geminatum, finale nempe præcedentis, & initiale ſequentis, ex ore prælegentis minimè auribus percipere. Errores ſimiles quamplurimos in hoc Theſauro detectos, ſi cui legere libuerit; adeat huius Indicem, in voce* Librarij.

HEIDEBA, *vocabatur olim illud opidum Holſatiæ quod hodie* Schleſwijck *dicitur. Crantzius, in Wandalia.*

HEILLI, *vide* HELLEVIONES.

HEIONES, *vide* EIONES.

HEL. ////// *Colonia. Onuphrius, ex nummo argenteo.*

HELÆA, *vide* HILEIA.

HELAIS ἐλαις, *Syriæ, ſiue Palæſtinæ vrbs, inter Libanum & Caſium montes. Tzetza Chiliade 12. numero 452. Pro* ÆLIA *puto, & Hieroſolymam velle.*

HELAM, *locus Syriæ: 2. Samuel. 10.* CHALAAMA *70. interpretibus.*

HELATH, *locus, Deuter. 2.*

HELATICI *Campi, vide* ELATEIA.

HELBO, *Rhodienſis pelagi inſula. Plinius.*

HELEA, *vide* ELEA.

HELECTRAS, *vide* ELECTRAS.

HELECTRIDES, *vide* ELECTRIDES.

HELEDVS, *Galliæ Narbonenſis fluuius: Sex. Auieno.*

HELELA, *Syria, aut Euphratenſis vrbs, lib. Notit.*

HELEM, *Epiſcopalis locus, Guil. Tyrio. circa Syriam alicubi. Vide* MECYRA.

HELENA, *vide* IELEA, *&* HELENE.

HELENÆ *Sepulcrum, locus ſub vrbe Hieroſolyma: Ioſepho, & Hegeſippo.*

HELENE ἑλένη, *inſula Ægæi maris, quinque millibus paſſuum à Sunio promontorio diſtans; teſte Plinio.* Macroniſo *hodie dici, ſcribunt Niger, & Sophianus. Stephanus hanc* MACRIS μακρὶς, *appellat. Strabo teſtis eſt eam ab Homero* CRANAEN κραναὴν, *vocatam. Ad hanc Helenam appuliſſe ferunt, teſte Pauſania: Item Plutarcho de Vita Homeri.* HELENAM *aliam Plinius inter Sporades numerat, quā* CYTHERAM *putauerim.* HELENA, *Pyrenæis montibus vicinum opidum, à parte Galliæ. Meminit huius D. Hieronymus, Zoſimus, Oroſius, & Aurel. Victor in vita Cōſtantis Imp.* Elna *hodie vocari, tradit Vaſæus. Eſt & vrbs in Bithynia, ſic dicta ab Helena Conſtantini Imp. matre; ad quam proximè flumen quod Draconem* δράκον, *appellant, fluit. Procopio 5. Aedif. Palæſtinæ quoque vrbs, Sozomeno 2. cap. 1. & Calliſto 8. cap. 31. ab eodem Conſtantino Imp. in honorem matris exſtructa. eadem* HELENOPOLIS. *circa Bethaniam hanc fuiſſe, ſcribit Freculphus, vbi Lucianus Antiochiæ epiſcopus ſepultus. Vicus Atrebatum eſt apud Sidonium, in Panegyrico Maiorani.* Heſdin *hodie vocari aſſerit Pap. Maſſonus.* HEDENA *quoque pro Helena, apud ipſum Sidonium legi, in vetuſtis codicibus adſerit Vigenereus, in Bibliotheca ſua Hiſtoriali. In Arteſia ad Canciū fluuium. Eſt & fons* HELENE *in Chio inſula, Stephano. Vide* IELEA, DREPANVM, *&* MACRANESVS.

HELENIVM ἡλένιον, *inſula circa Canobum Aegypti, Euſtathio.* ἑλένειος *locus circa Canobum, eſt Stephano.*

HELENO *Iſauriæ, eſt ſub Epiſcopo Iſauropolis. ſic Balſamon, in Photium.*

HELENOPOLIM *olim dictam ſcribit Munſterus, eam Germaniæ vrbem, quam hodie* Franckfurt *appellant, ſed quando aut à quibus, non addit. Vrbs eſt ad Mœnum fluuium eleganter exſtructa, cum ponte lapideo inſigni: cui ab altera fluminis parte annexa eſt vrbecula* Saxenhauſen, *eidem obediens. Duabus hæc vrbs in anno nundinis, & Impp. Cæſarúmque electionibus nobilem ſe reddit. Vide* DREPANVM.

HELENOPONTVS, *vide* PONTVS, *&* HELLENOPONTVS.

HELEPH. *Ioſue 18. Palæſtinæ locus.*

HELERNI *Lucus, de quo Ouidius 4. Faſtor.*

*Adiacet antiquus Tiberino lucus Helerni,*
*Pontifices illuc nunc quoque ſacra ferunt.*
*Inde ſata & Nympha (Cranen dixere priores)*
*Nequicquam multis ſæpe petita procis.*

*Meminit huius Fab. Pictor. Circa vrbem Romam erat.*

HELETEM, *vide* HALETEM.

HELEVTERI, *populi inter Celtas, proximi Cadurcis; vti eſt apud Cæſarem: Vigenereus* Viuerais *interpretatur.*

HELGAS, *vide* GERMANICOPOLIS.

HELHACER, *præſidium in pago Sidonienſi. Guil. Tyrius.*

HELIA. *Plinius 32. cap. 2. In Siculo mari circa Heliam & Drepanum, curalium gigni ſcribit. Inſula eſt Fazello, circa Drepanum Siciliæ.* HELIA *etiam vrbis nomen, apud Marcell. Comitem. ſed pro Hieroſolyma. &* ÆLIA *ſcribendum. Vide* VELIA, *&* HELAIS.

HELIÆA ἡλιαία, *forum Athenienſium maximum. Steph.*

HELICA, *Thraciæ vrbs, Antonino.*

HELICE ἑλίκη, *Ptolemæo, Straboni, Diodoro, Polybio, & Pauſaniæ, Achaiæ Propriæ vrbs. Plethon ſine aſpiratione in prima ſcribit.* TRYPIAM τρυπία, *eam appellat ſuo tempore Gemiſtus.* HELICE *quoq; vrbs Bœotiæ, Scholiaſti in Callimachum. In Theſſalia etiam Straboni ex Heſiodo, & Euſtathio in Homerum. Eſt & locus ad mare Euxinum, circa Cappadociam, Orpheo. Item paludis nomen in Gallia, circa Attagum fluuium. Auienus.*

HELICEVS *amnis, circa Thraciam aut Mœſiā eſt. Hiſt. Miſ. 17*

HELICON ἑλικὼν, *fluuius eſt Dium Macedoniæ vrbem præterfluens, qui ad ſtadia ſeptuaginta defluens, in terram ſe abdit; poſt viginti verò ſtadia elapſus, denuò ſe oſtendit; & pro Helicone* BAPHYRAS βαφύρας, *dicitur, vt tradit Pauſanias, &* BEPHYRVM *Lycophronis credo.* PHARYBVS φαρύβος, *Ptolemæi eſt. Baphyrū vocat Liuius, lib. 44. Eſt etiam Siciliæ fluuius apud Ptolemæum: qui* Oliuerio *appellatur à Th. Fazello: ſed* Veria *à Leandro. An Eliſeus apud Senecam ſit, videant peritiores. Bœotiæ mons etiam eſt, Ptolemæo, Pauſaniæ, & Callimacho. Lucus quoq; ibidem circa Thebas: Zoſino. Vide* PARNASSVS.

HELII *populi, apud Cæſarium fratrem Nazianzeni, in Dialogis, (ſed neſcio quo terrarum tractu) apud quos, & Saracenos, nullos dicit eſſe pictores, nummularios, aut cantores, &c. Alanis & aliis quibuſdam gentibus hoc tribuit Euſeb. 6. Præparationis.*

HELIMNA *eſt apud nos quidam vicus. ſic in vita Thalaſſij, Theodoretus. In Syria, circa Cyrum vrbem fortè.*

HELINGAS ἤλιγγας, *Hiſpaniæ Tarraconenſis ciuitas eſt apud Polybium 11. & Appianum. Moralis & Xylander putant* SILPIAM *Liuij eſſe.*

HELIONOPOLIS, *vide* DREPANVM.

HELIOPOLIS ἡλίου μητρόπολις, *Ptolemæo & Arriano Ægypti vrbs.* SOLIS *opidum, Latinè vocat Plinius lib. 5. cap. 9. & Mela 3. cap. 9. Hebræis* ON *dicitur, teſte Hieronymo: ſic quoque vocat Chaldæus paraphraſtes. Coloniam hic à Seuero deductam habet Vlpianus. Nomen ſuum adhuc integrè tuetur, inquit Guilandinus; non quidem Græcè ſed Arabicè:* Bethſemes *enim hodie vocatur; quod idem eſt ac ſi dicas domum Solis. Semes namque Solem, & Beth domum ſignificat. Huic aſſentitur Becanus, lib. 6. Hiſpaniæ.* Malbet *Tyrio eſt, qui addit ab Arabibus* Bahalbeth *dici. Solis fons* ἡλίου πηγὴ, *nunc vocari ſcribit Simeon Sethi. additque ibidem balſamum naſci. Ptolemæus habet in Ægypto* HELIOPOLIM *Metropolim. & aliam ſine cognomine, in eadem regione. Alteram harum Iuſtus Giſtelius in ſuo Itinerario* Dealmarach *vocat. Pro Heliopolite apud Oroſium 1. cap. 8 malè* DIAPOLITA *legitur, vbi Amaſim regem Diapolitam dicit. Heliopolitam lego in codice meo vetuſto M.S. & Diapolis vox nihili eſt.* HELIOPOLIS *Ptolemæo, Plinio, & Euſebio, quoque Cœleſyriæ vrbs, quæ hodie* Balbec *Poſtello,* Matbech *Nigro,* Beallebeca *Leunclauio. Puto hanc eſſe quam Stephanus, ſcriptoreſq; Eccleſiaſtici in Phœnicia deſcribunt: & in Phœnicia Libani, Concilia. Hanc, vt Theodoretus 4. Hiſt. Eccleſiaſt. memorat, montes vndique cælum, propter altitudinem pene attingentes, obnubilant. Aliam in Thracia etiam habet Stephanus, & idem nouit Heliopolim in Aromatifera regione.* HELIOPOLIS *vrbs Phrygiæ, apud Michaëlem Glycam 4. ſtatuam hinc auexiſſe Conſtantinum Imp. & Conſtantinopoli columnæ impoſuiſſe, idem addit. Vide* CORINTHVS, IVLIOPOLIS, *&* TITANA.

HELIOPOLITES, *vide* HEROPOLITES.

HELIOTRAPEZA, *vide* SOLIS *Menſa.*

HELIOTROPIVM ἡλιοτρόπιον, *Theſſaliæ vrbs. Polyb. 5.*

HELIS, *vide* ELIS.

HELISSVS, *vide* ILISSVS, *&* ELISSVS.

HELIV TRAPEZA, *vide* SOLIS *Menſa.*

HELIV, *id eſt,* SOLIS *Delubrum, ſiue Lucus* τέμενος, *locus ad Pontum Euxinum, vbi Medeam parentum feritatem fugientem, ſe continuiſſe, ſcribit Diodorus 4.*

HELIVM, *oſtium in quo effunditur Rhenus Plinio.* OCCIDENTALE *oſtium Rheni vocatur Ptolemæo. Chriſtophorus Stella* Die Wielinghe *interpretatur; quod eſt inter Zelandiam & Flandriam; vbi ſe Oceanus Scaldis oſtio inſinuat. Alijs* Leck *aut potius* VAHALIS, Die Wael *videtur. cum* Wielinge *non Rheni, ſed Scaldis oſtium ſit. Videtur mihi Moſæ oſtium ſic appellari, ex ipſo Plinio. cui aſtipulantur Tacitus & Cæſar. Vide* RHENVS.

HELIXVS, *vide* ELIXVS.

HELLAS ἑλλὰς, *Theſſaliæ vrbs. Strabo 9. & Heſychius: item Dicæarchus, qui eam inter Pharſaliam & Melitæam deſcribit. Theſſaliæ partē olim ſic nominatam, tradit Pauſanias in Laconicis. Circa Dodonem & Acheloum eſt Ariſtoteli Meteorolog. 1. Vide* ATTICA, GRÆCIA.

HELLENES ἕλληνες, *vrbs Callaicorum, in Hiſpania Tarraconenſi. Strabo 3.* Ponte Vedra *nunc vocari, putat Io. Mariana. Vide* GRÆCIA.

HELLENICVM, *&* CARICON ἑλληνικὸν, καὶ καρικὸν, *Memphidis loca, apud Stephanum. Inde Hellenomemphitæ, & Caricomemphitæ.*

HELLENICVM, *ſiue* GRÆCVM *Mare, vide* ÆGÆVM.

HELLENOPOLIS, *vide* DREPANVM, *&* DINOPOLIS.

HELLENOPONTVS, *Aſiæ Minoris regio, in Authenticis, & concilio Conſtantinopolitano. Circa Cappadociam & Paphlagoniam eſſe ex Porphyrogenneta obſeruaui. Sed vno L.* HELENOPONTVS *eſt in Authenticis. ab Helene fortè vrbe in Bithynia. Huius Helenoponti vrbes lege in dictis Authenticis Coll. 4. Tit. 7.*

HELLES, *fluuius qui Smyrnam cingit: ſic Iſidorus.* MELES *autem legendum, ex Strabone.*

HELLESPONTIACA, *vide* PHRYGIA.

HELLESPONTVS ἑλλήσποντος, & HELLESPONTICVM Fretum, *Ptolemæo & Melæ, anguſtiæ maris inter Seſtum & Abydum opida, duorum ſtadiorum latitudinis, Polybio auctore: octo Xenophonti: ſeptem Plinio.* Stretto di Gallipoli *Caſtaldo;* Brachium S. Georgij *Volaterrano dicitur. Video aliis linguis eadē ſignificatione quoque ſic appellari: veluti à Gallis* Bras de S. George; *à Flandris* S. Joris arm. *Helleſpontus vocatur, quòd Helle virgo in eo perierit. Ideoq; à Lycophrone* VIRGICIDVM *Mare, & à Nazianzeno (vt annotauit Canterus)* VIRGINIVM *Pelagus nominatur. Auſonius* SESTIACVM *Pelagus, &* ABYDI *Freta appellat. ſic quoque Appianus* ABIDENVM *Fretum.* PHRYXÆVM *Pontum, Lucanus 5.* PHRYXÆA *Aequora, Val. Flaccus.* PHRYXI *Semitam, Statius.* ATHAMANTIDIS *Fluentum, Apollonius. Phrygium æquor à Phrygia adiacente, eſt Virgilio.* ÆGEVM *Fretum Pacuuius, apud Feſtum. Phileas apud Suidam etiam* BOSPORVM *vocat.* HELLESPONTVS, *ſiue* HELLESPONTIA *etiam regionis nomen eſt Stephano, ad maris huius oram Aſiaticam & quoque Europæam, quod videre eſt in vocibus Alopeconneſus, & Agoræorum.* HELLESPONTII *ſunt Plinio in Myſia, & circa Parium. Quinctiliano eſt Lampſacum in Helleſponto. Vide* BORYSTHENES.

HELLEVIONES, *vel, vt ego lego,* HILLEVIONES, *apud Plinium:* HELLVSII *Tacito ſunt: &* ÆLVÆONES *Ptolemæi. Ab Ammiano lib. 22.* HEILLOS *nominari, ſcribit Althamerus, qui eos in* Bornholm, *(inſula Baltici ſinus) ſtatuit. Willichio autem ſunt qui inſulam, vulgò* Heil *dictam inhabitant. Hæc Venedicum ſinum facit, non longè à Dantiſco, Pruſſiæ emporio. Hilleuiones Plinij, quos in Scandinauia deſcribit, ego eos populos puto, quos* Dalekarlos *bodie vocant. Hilleuiones enim ſiue HilleWones Cimbrica lingua (quæ Scandinauica eſt) monticolam ſignificat. habitant enim hi ad Seuonem montem, Riphæis non minorem, vt ipſe inquit.*

HELLOPES, *Epiri populi, Plinio.* HELLOPIA ἑλλοπία *locus circa Dodonam. Straboni 7.* Lopeſia *Pineto.*

HELLOPIÆ, *vide* ELLOPIA.

HELLVM, *vicus Germaniæ, in Elli fluminis ripa poſitus, vt habet ex charta Theodoſiana Rhenanus, qui addit ibidem multa vetuſtatis monumenta ſupereſſe, hodieq; adhuc* El *dici. D. Maternum hic extinctum & ſepultum aiunt. Elegiam locum quoque ab huius vitæ ſcriptoribus nominari dicit. In Tribocis eſt.*

HELLVS, *vide* ELLVS.

HELLVSII, *vide* HELLEVIONES.

HELMANDICA, *vide* SALMANTICA.

HELMODENES, *ſunt Plinio in Arabia.*

HELNO, *vide* HELVONENSE.

HELODES ἑλώδεις, *id eſt, ſilueſtres, Albaniæ inſulæ, in mari Hyrcano, ſunt apud Ptolemæum. Deſertas eas dicit Pomponius; & ſine propriis nominibus* SCHYTHICAS *vocari ait.*

HELON, *Palæſtinæ locus.* OLAN ὠλαν, *70. interpret. Ioſue 19. 21. & 3. Reg. 4. Adi And. Maſium, ad 8. cap. Ioſuæ.*

HELORVS ἕλωρος, *Magnæ Græciæ fluuius, inter Cauloniam & Crotonem, teſte Diodoro, lib. 14. vbi Græcos à Dionyſio ſeniori, prælio victos deſcribit.* ELORVS ἔλωρος, *ſine aſpiratione ſcribit Athenæus. Eundem hunc fluuium Polybius lib. 1.* ELLESPORVM ἐλλέσπορον, *vocat, &* ELLEPORVM, *Polyænus ait. Vide* ELORVS.

HELOS ἕλος, *Laconicæ vrbs, Straboni, Thucydidi, & Pauſaniæ. Stephano eadem* DORION δώριον, & PTELEON πτελεόν, *dicta. Idem Strabo lib 8. innuit: qui addit etiam nonnullis* OLVRIS ὄλουρις, *vel* OLVRA *dici. Sed hanc in Aulone quem vocant Meſſeniæ deſcribit. aliam namq; etiam habet ad Laconicum ſinum, inter Acriam & Cypariſſiam. Hæc tria tamen opida, Ptelion, Helos, & Dorion, tria diuerſa ſunt Homero β. Ἰλιάδος. Item Plinio in Bœotia, Pteleon & Olyros. Apud eundem* HELOS, PTELEON, & OLYROS, *ſunt tria Ioniæ opida, iuxta Erythras.* HELOS *etiam vrbs Ægypti; Euſtathio Ἰλιάδ. β. Vide* PALVS, & EILOTÆ.

HELOSENSIS *Galliæ Epiſcopum, Laban nomine, habet G. Turonenſis 8. Corruptè, ſi rectè conijcio, ab* ELVSA.

HELPHA, *vide* PORPHYREVM.

HELPRA, *fluuij nomen: in vita S. Humberti. Galliæ Belgicæ eſt. circa Hannoniam, ni fallor.*

HELSTI, *vide* HÆSTÆ.

HELTHECEM, *Palæſtinæ locus. Ioſue 15. 19. item 21. vbi* HELTHECO, & ἐλθεκὰ *70. interpr.*

HELTHOLAD, *locus terræ Chanaan. Ioſue 15. 19. Eodem* THOLAD *per Apherеſin vocari in Paralepomenis, annotauit Maſius.*

HELVA, *vide* ELVIA.

HELVECONÆ, *Germaniæ populi, apud Tacitum.*

HELVELDII, *vide* SLAVI.

HELVETII, *Tacito, Plinio, & Cæſari:* ELVETII ἐλουήττιοι, *Ptolemæo, qui eos aliquando duplici* LL. *ſcribit. Strabo geminato* TT. *etiam legit. Galliæ populi olim fuere: hodie inter Germanos numerantur, Alpiumq; incolæ ſunt.* Schweitzer, *ijdem* Eydgnoſſer/ *id eſt, confœderati, vocantur. Vide* QVADI, & SEQVANI.

HELVETIORVM *Nemus, vide* MARTIANA *Silua.*

HELVETVM, *Antonino.* Schleſtadt, *in Germania vrbs, Simlero. vide* ELCEBVS.

HELVIA RICINA, *vide* RICINENSES.

HELVII *Cæſaris.* Albi *Orontio eſt, ciuitas Galliæ Aquitanicæ.* HELVI *Plinio ſunt, qui &* HELVICVM *inde facit. &* ELVI ἔλουοι, *Straboni.* Viuares *ſunt Dalechampio.* Albigeois *ſunt Belleforeſtio, qui putat* ELICOCOS *Ptolemæo eſſe. Heluios Cæſar in Cemmenum montem deſcribit. Elicocos Ptolemæus ad Druentiam fluuium* CC. *M. P. ab illis diſtantes. vide* ALBA AVGVSTA.

HELVILLVM, *vicus in Italia: Antonino. Circa Forum Flaminij. Hinc Heluolum vinum, Athenæo 1.* HILVINVM *legit Sigonius, circa Callem.* HELVINVM *Plinij autem putat Celſus Cittadinus.*

HELVINA, *de quo Iuuenalis 1. Satyra 3. Me quoque ad Heluinam Cereremq;. &c. Ad quod hæc verba Commentator vetus, Namq; apud Aquinum colunt numina earum dearum, quæ colunt in Gallijs. Sunt qui putant poetam fontem velle in Aquinati agro qui vſque hodie ab accolis* Eluino *vocatur. iuxtaq; adhuc quædam templorum veſtigia exſtare, vt ſcribit Scoppa in ſuis Collectaneis. ipſe tamen, vt quoq; Brodeus, putat Græcè huius Deæ epitheton, vt Latinis Flaua, quod idem ſignificat.*

HELVINVM, *Plinio Samnitum fluuius, in Italia: quem Niger, & Leander à Ptolemæo* MATRINVS, *& à Strabone* HOMATRINVS *appellari dicit. Idem hodie* Piomba *vocari ſcribit. Homatrinum apud Strabonem non inuenio. Is enim Matrinus habet, cum Ptolemæo. Fefellit Nigrum & Leandrum Græcus articulus, quem cum vocabulo ματρῖνος ligauere.*

HELVRI, *vide* SCYTHÆ.

HELVSANI, *vide* ELVSA.

HEMA, *vide* ÆMONIA.

HEMASA, *Syriæ vrbs,* XVI. *M. P. ab Arethuſa: teſtis Antoninus. per* I. *in ſecunda apud eundem. & per* E. *in codice M. S.* EMESA *ſcribit Mercator circa hunc locum in tabula IIII. Ptolemaica, neſcio cuius codicis auctoritate, cū* EMISSA *legendū erat ex Græco exēplari. vide* EMISSA.

HEMASINI, *Dalmatiæ gens: apud Plinium.*

HEMATH, *vide* EPIPHANIA *Syriæ.*

HEMEROSCOPIVM, *Hiſpaniæ opidum, Auieno. vide* DIANIVM.

HEMERVM, *emporium Chalcedonenſis vrbis. Simeon Metaphraſtes, in vita S. Auxentij.*

HEMERVS, *vide* EVROTAS.

HEMERTE, *vide* LESBOS.

HEMESA, *vide* EMISSA.

HEMICHARA ἡμιχαρα, *Siciliæ mediterranea vrbs, Ptolemæo. Hæc Nigro* Nicoſia *vocatur. An* IMACARENSES *fortè Plinij?*





HEMICYNES ἡμίκυνες, *gens iuxta Maſſagetas & Hyperboreos. Stephanus.*

HEMIMONTVS, *Thraciæ regio. vide* THRACIA.

HEMINIÆ DYMNVS, *Iberiæ Ponticæ mons. Vib. Sequeſt.*

HEMISA, *vide* HEMASA.

HEMODES, *ſeptem inſulæ ſunt Pomponio, in Codano ſinu. Has Ptolemæus appellat* SCANDIAS σκανδίαι, *etſi is tantum tres numeret. Commune eas hodie nomen habere, non puto. Sed in hoc ipſo ſinu etiamnum (præter exiguas aliquot inſululas, nullius, aut parui admodum nominis) ſeptem ſpectantur inſulæ; quæ hodie vulgò vocantur,* Seelandt/ Funnen/ Langlant/ Muen/ Falſter/ Loplant/ *&* Femeren. *hanc vltimā vocat* CIMBRIAM, *Crantzius.*

HEMODVS, *vide* EMODVS.

HEMONA, *Paleſtinæ locus. Ioſue 18.*

HEMOPSONESTIA ἑμοψονεστία, *Ciliciæ vrbs, ad Pyramum: Procopio 5. Ædif. Weſalienſis eius interpres* MOPSONESTIA *vertit.* MOPSVESTIA μοψουεστία, *Ptolemæi, Strabonis, Ioſephi, & Stephani eſt.* μοψουεστία, *diuiſim apud Porphyrogennetam:* MOPSIVESTA *eſt apud Glycam.* MOPSI *Tumulus videtur apud Iſacium & Lycophronem.* MOPSOS *ſimpliciter, ſcribit Plinius lib. 5. cap. 27.* MOPSICRENEN μοψουκρήνη *habet Ptolemæus in Cataonia, Armeniæ. Huius meminit quoq; Aurel. Victor, in vita Iuliani Imp.* Mamiſta *vocatur à Glyca.*

HEMVATÆ, *apud Plinium ſunt Arabiæ Felicis populi.*

HENADDA, *Palæſtinæ locus. Ioſue 19.* ANNA *70. interpretibus.*

HENAIM, *vide* ENAN.

HENAN, *vel* ἀσενααν, *i. villa Henan, terminus terræ Chanaan. Num. 34.*

HENESIOTIS ἠνησιῶτις, *regio, in Sarmatia Aſiatica: Ptolemæo.* NESIOTIS *interpretibus.*

HENETA, & HENETVS, *Vide* AMISVS, & ENETI.

HENETI, *vide* ENETI, EVGANEI, & PAPHLAGONIA.

HENETOSA, & HENETVS, *vide* AMISVS.

HENIOCHI, ἡνίοχοι, *Dionyſio, Ouidio, Plinio, & Stephano, gens circa Caucaſum, vel Colchidem: ad mare Euxinum. Ptolemæus eos circa Coracem montem huius tractus habet.* ENIOCHI *ſine afflatu Melæ, gentem antropophagam facit Heraclides.* HENIOCHIA *regio eſt apud Steph.* HENIOCHI *mōtes, quos alij* CORAXICOS *vocauere. Sic Plinius, qui inde Cyrum Armeniæ fluuium oriri ſcribit. Eidem ſunt etiam montes huius nominis circa Sogdianam, aut Bactrianam, ad Oxum fluuium.*

HENIOCHVS, *vide* PHASIS & TAVRVS.

HENNA, *vide* ENNA.

HENNON *Vallis, 2. Paralip. 28.* BENENNOM *70. interpretibus. Iuxta Hieroſolymam puto.*

HENNONIA, *vide* ÆMONIA.

HENOTICTONTI ἐνωτικτοντοι, *genus hominum monſtroſorum, Io. Tzetzæ.*

HENVS. *vide* OENVS.

HEORDÆA, *vide* EORDÆÆ.

HEORTA ἑορτα, *Scordiſcorum opidum: apud Strabonem.* Hardberg *Lazio. Vide* EORTA.

HEPHAD, *vrbis nomen, vbi tunica Domini Saluatoris inuenta fuit. H. Contractus nouiſſimè editus.* IAPHA *Alb. Stadenſis.* ZAPHAD *legit Lichtenauius, & Sigibertus. non longè à Hieroſolyma.*

HEPHÆSTI *vrbis epiſcopalis in Aegypto meminit concil. Epheſinum III.*

HEPHÆSTI *Inſulæ, Adiabenæ: Stephano, ex Arriani Parthicis. Vide* HEPHÆSTIVM.

HEPHÆSTI *Tumulus, in Hiſpania: ad Portum Nouæ Carthaginis. Polybio 10.*

HEPHÆSTIA ἡφαιστία, *Acamātidis in Attica tribus vicus: Iul. Polluci, & Stephano. Hephæſtiadei fundi hoc tractu, meminit Laërtius in Platone. Vide* HEPHÆSTIVM.

HEPHÆSTIAS ἡφαιστιάς, *Lemni inſulæ opidum, Ptolemæo, & Plinio. quod Hugo Fauolius* Cochino *vocari ait. Vide* ÆGYPTVS, & ÆOLIÆ.

HEPHÆSTIVM, *Lyciæ opidum: Plinio.* HEPHÆSTIA *Solino, proxima Chimeræ monti. De ea hæc Seneca, lib. 2. Epiſt. epiſtola 80. In Lycia regio notiſſima eſt, Hephæſtion incolæ vocant, foratum pluribus locis ſolum, quod ſine vllo naſcentiū damno ignis innoxius circuit, &c.* HEPHÆSTI *Montes, ſunt in Lycia: teſte Plinio; qui teda flagrante tacti flagrant. Vide* EPHESTIENSIS.

HEPTABOLVS, *Mauritaniæ locus, in quem Nilus influit: auctore Vitruuio 8. cap. 2.*

HEPTACOMETÆ ἑπτακωμῆται, *quos ſeptem paganos vertere licet; populi ſunt ad mare Euxinum; Colchidis regionis. Hi etiam* MOSYNOECI μοσσύνοικοι, *dicuntur, auctore Strabone, lib. 12. Horum meminere etiam Dionyſius & Mela. Inter Ceraſum & Cotyorum deſcribit eos Diodorus.* MOSINI *ſunt Orpheo & Plinio. Stephanus eos barbaros eſſe, atque* BYZERES βύζηρες, *etiam vocari ait: Scythicum montem inhabitare.*

HEPTADELPHI, *vide* SEPTEM FRATRES.

HEPTAGONIAS, *locus ſic dictus, circa Lacedæmonem vrbem: Liuio 35.*

HEPTANESIA ἑπτανήσια, *id eſt, ſeptinſulæ: apud Ptolemæum. Indiæ intra Gangem vrbs.*

HEPTANOMVS, *vide* HEPTAPOLIS.

HEPTAPAGVS ἑπταπάγοις, *Halicarnaſſeo. 2. locus, vel ager Tiberi contiguus.*

HEPTAPOLIS ἑπτάπολις, *Ægypti regio, Dionyſio teſte: quam eius commentator Euſtathius dicit antea* HEPTANOMON ἑπτάνομος, & HEPTANOMIAM ἑπτανομία, *dictam, & poſtea à rege Arcadio* ARCADIAM *appellatam.* ἀρκαδία, *nomen opidi eſt in Ægypto, Stephano. Et* ARCADES *populi ibidem, in quibus Heraclea vrbs: Sozomeno. Vide* ARMENIA.

HEPTAPORVS ἑπτάπορος, *Troadis fluuius; Plinio, & Straboni; qui eundem* POLYPORVS πολύπορος, *dici ſcribit. Homero oritur ex Ida monte: ſed Plinij tempore deſierat. Puto eundem* DRACONEN *appellari à Procopio, lib. 5. de Ædificiis Iuſtiniani.*

HEPTAPYLOS, *vide* THEBÆ.

HEPTA YDATON, *id eſt, ſeptem aquarum, locus ſic dictus Aborigenum: quadrageſimo ſtadio à Maruuio diſtans, vt ſcribit Halicarnaſſeus, 11.* SEPTEM AQVAS *vocat Cicero ad Atticum, 4. cap. 15.*

HERA ἥρα, *i. Iuno; Pauſaniæ Æolidis opidum eſt; quod* MESATEN *i. intermediam appellat: quod ſcilicet è portu Erythræorum, Chion ſoluentibus, propemodum media eſt.* ARGENNVM ἄργεννον, *Ptolemæi videtur. Apud Pauſaniam* HERA *eſt quoque Arcadiæ opidum.* HERA *præterea apud eundem in Eliacis eſt. Læſcherus Iunonem vertit: Romulus Amaſæus autem pro opido ſic dicto intelligit. Vide* HYBLA.

HERACLEA, *Magnæ Græciæ vrbs, quam Appianus in Annibalicis inter Metapontum & Tarentum ſtatuit: Plinius inter Sirin & Acirin flumina ſitam dicit; &* SIRIN Σῖρις, *quoque appellatam refert: cui aſſentitur Diodorus, lib. 12.* PLIVM πλῖον, *Ariſtoteles in Mirabil.* POLIEVM πολίειον, *vocatam ſcribit Strabo.* Pelicori *recentiori nomine vocat Pyrrhus Ligorius. Sed duas Heracleas hoc tractu idem ponit, viginti quatuor ſtadiis ab inuicem diſtantes: quarum vnam (quam &* TROIAM *aliquando dictam ſcribit) alterius nauale facit; quod hodie* Amigdalaria *vocari teſtis eſt Barrius. Incolæ à finitimis* MITHROCHITONES μιθροχίτωνες, *vocabantur: vt tradit Athenæus, lib. 12. cap. 8. Hanc Sirim Iſacius ſuo tempore* SIRIVM Σίριον, *appellatam perhibet.* Σιγειον *corruptè in Mirabil. Ariſtotelis. Heracleæ huius etiam meminit Antoninus. Alia eſt* HERACLEA, *Galliæ Narbonenſis vrbs, ad Rhodani oſtium; Plinio.* CACCABARIA *cognominata, ab Antonino.* S. Gylles *interpretatur à Ioanne Poldo.* Nogheres, *&* Burgus S. Ægidij *eſt apud Beniamin Tudelenſem. De hac vrbe video Ottonem Friſingenſem & Goteſridum Viterbienſem hæc ſcribere: In Galliis iuxta prouinciam Narbonenſem, vir Dei Aegidius metropolim ex nomine ſuo Villam S. Aegidij*

vocauit; in loco qui vſque hodie PALATIVM GOTHORVM vocatur. HERACLEA, vt Plinius; vel HERACLEVM ἡράκλειον, vt Ptolemæus & Strabo; Cretæ inſulæ vrbs, & Cnoſsi nauale. Setia vocatur à Nigro, ſed Mirabello à Pineto. HERACLEAM Myſiæ regionis, habet Apollodorus, lib. 2. quam BEBRYCVM vrbem antea fuiſſe ait. HERACLEA Siciliæ ciuitas, Ciceroni & Ptolemæo. quæ MINOA cognominatur, Liuio, & Suidæ. Terranoua hodie vocari, auctor eſt Aretius, ſed hoc fieri non poſſe, dicit Fazellus. MINOAM vrbem prius MACARIAM appellatam, ſcribit Heraclides in Politiis. de qua vide MACARIA. Circa Bactrianam quoque HERACLEA videtur, quam ab Alexandro ACHAIDA appellatam ſcribit Plinius. HERACLEA, Cariæ vrbs, ad LATMVM cognominata à Ptolemæo, & CARICA à Plinio. LATMVS etiam eadem dicta fuit à monte Latmo illi imminente, vt Strabo tradit. Stephanus eam quoque ALCMANIAM ἀλκμάνια, & PLISTARCHIAM πλειςαρχία, appellat. Haſsio porro hodie dici, vult Bonacciolus, in ſuo Strabone Italico, HERACLEAM ἡράκλεια, ſcribunt Blondus, Faroldus, & Marius Niger, olim vocatam inſulam & vrbem quæ hodie Citta noua dicitur, ſitam in inſula Equilio, Venetorum ditionis. Leander ipſam inſulam ſic appellat. Plures HERACLEAS deſcribunt veteres in vna Macedonia. Prima in Sintica regione, quæ inde SINTICA cognominatur, Ptolemæo, Plinio, Liuio. SENTICAM per E. in prima appellat Cæſar; ſubditq; eam Candauiæ. Alia in Pieria eſt, ſub Oeta mõte; Liuio, Plinio, Stephano, Pauſaniæ. Xenorua hæc hodie, vt putat Nardus in ſuo Liuio Italico. Tertia Phthiotidis regionis in Trachinia, quadraginta ſtadijs à Thermopolis, & dimidio à mari: TRACHINIA hæc inde cognominatur. (aut TRACHIS vt Plinio placet) eius mentio apud Ptolemæum, Thucididem, Diodorum, Strabonem, & Liuiũ. Comarus hæc hodie, vt putat Pinetus. Sed & aliam præter has tres videtur circa Athi montis iſtmum deſcribere Plinius 4. cap. 10. In Conciliorum opere quædam Heraclea adſcribitur Macedoniæ Primæ, quam ego Sinticam interpretor. HERACLEA, Tauricæ Cherſoneſi opidum, Plinio teſte quoque MEGARICE dictum: ad Mæotidem paludem. HERACLEVM Ptolemæi eſt, & Strabonis. Nomẽ Heracleæ retinere ſcribit Bonacciolus. HERACLEA, Syriæ vrbs Straboni; in Cyrreſtica regione eam deſcribit Ptolemæus. HERACLIVM Strabonis eſt. Hanc poſtea GAGALICAM nuncupatam, ſcribunt Nic. Calliſtus, & Euagrius Scholaſticus. Italica dici hodie, putat Bonacciolus. HERACLEA, Ponti vrbs; in Bithynia Straboni, Xenophonti, & Ptolemæo. vbi deſcenſum ad inferos fabulantur poëtæ. Bonaciolus Aupep, Niger Pendarachia nomen habere, ait. Hanc Heracleam Ponticam, vt apud Dioſcoridem eſt, Serapio vocat DADIABENTICHI. HERACLEAM in Ætolia, habet Trallianus. Huius puto meminiſſe Xenophontem 6. Græcor. Alias HERACLEAS præter iam dictas reperio apud Ptolemæum, in Thracia, circa Lyſimachiam. in Lynceſtide, Macedoniæ regione. in Syria, Caſsiotidis regionis. in Caria, ad Albanum cognominata. & in Media. Plinius habet Heracleam ad Pangæum montem, conterminam Thraciæ & Macedoniæ. & in Acarnania. Straboni, in Peloponneſo, ad Cytherium fluuium, XL. ſtadijs ab Olympia. Theophraſto in Arcadia, vbi dicit eſſe aquam mulieribus ſterilitatẽ adferentem, & vinum à viris potum ad inſaniam redigere. Idem habet HERACLEAM in Tyrrhenia, vbi deſcribit aconitum. Lib. 8. Hiſt. Plantar. Stephanus deſcribit Heracleam in Libya: Sardiniæ: Æolidis circa Cumas: Piſſaicam: & inter Scythiam & Indiam. Heraclea quædam in Ponto, ad Iſtrum fluuium videtur, Æliano de animal. 6. cap. 40. & 14. cap. 25. Eſt & Heraclea Aegypti, quam Joſephus ad calcem libri 4. belli Iudaici, inter Peluſium & Thmuym deſcribit. Straboni etiam pagus huius nominis eſt in Aſia Minori, ad ſinum Adramittenum. HERACLEA Honoriadis, eſt in concil. Epheſino III. Eadem hæc fortè cum Ponti.

Eſt & Cariæ fluuius ſic dictus, apud Strabonem. Eidem eſt quoque inſula, in Atlantico mari: & alia in Carpathio. Plures huius nominis, vide in voce BEBRYCIA, BOLBÆOTES, CALPE, OPITERGIVM, PERINTHVS, & THVRIVM.

HERACLEOBVCOLI ἡρακλεοβουκόλοι, Aegyptiaca habitatio. Stephanus. Vide BVCOLIVM.

HERACLEOPOLIS ἡρακλεόπολις, Aegyptiaca ciuitas eſt apud Stephanum. & alia, præter hanc, duæ: in eadem Aegypto. altera circa Peluſium; altera circa Canobicum oſtium. Quæ circa Peluſium eſt, PARVA cognominatur à Ptolemæo, qui MAGNAM cognomine habet in Nili inſula. quæ inde HERACLEOPOLITES Nomus dicitur, à Plinio, & HERACLEOTES à Ptolemæo. Tertiam quam Stephanus ad Canobicum oſtium ponit. Strabo inter Canopum & Heraclioticum oſtium, & HERACLEVM nominat. Ptolemæus non nouit, eius tamen aliquãdo nominis ibidem opidum fuiſſe, indicat huius oſtij ſynonymon Heracleoticum. ita enim ab antiquiſsimis auctoribus appellatur.

HERACLEOTES, Antonino inſula inter Italiam & Siciliam.

HERACLEOTICVM, vide CANOBVS.

HERACLEVM Promontorium habet Ptolemæus, & Arrianus, iuxta Thermodoontis fluuij oſtium. hoc promontorium ab Apollonio THEMISCYRIVM θεμισκύρειον, appellatur, & in Etymologico LIMENEOCHVS λιμενηοχος. opidum habet Mela. HERACLEVM etiam Marmaricæ, inter Cherſoneſum & Paliurum, Straboni.

Plinio fluuius eſt Sarmatiæ Aſiaticæ, in Colchorum regione. Cacari Ger. Mercatori dicitur. Eſt promontorium eiuſdem nominis, ibidem; eodem Plinio auctore. Apud Cteſiam eſt locus anguſtus in Attica, vnde Xerxes aggerem verſus Salaminam inſulam ducere ceperat. Vide HERACLEA, & HERACLEOPOLIS.

HERACLITIVM ἡρακλείτιον, amnem habet Plutarchus, in libello de iis qui tardè à numine corripiuntur: in quem neminem bis ingredi aiunt, quin penitus moueatur, ac in alienam tranſeat naturam. Non addit, quo ſit locorum.

HERACLIVM, locus Aſiæ Minoris videtur, in Hiſtoria Miſcella 24. Vide ECHELIDÆ.

HERACLIVS, fluuius Græciæ circa Bulidem, Phocidis vrbem. Pauſanias. Bœotiæ eum tribuit Plutarchus in Minoribus Paralellis. Vide HERVCIVS.

HERACTVM, vide ERACTVM.

HERÆ ἡραίας τεῖχος, Murus, loci nomen, apud Stephanum, in ἀγάθη. Vide HERÆVM.

HERÆA ἡραία. Ptolemæo, Æliano, Polybio, & Pauſaniæ Arcadiæ opidum eſt, ad Alphei fluminis ripam. ἡραῖαι, ſcribit Plethon; SOLOGORGOS σολογοργός, dictum Stephano. HERÆA etiam promontorium è regione Chalcedoniæ, Stephano. quod à quibuſdã malè EERIAN ἠέριαν, vocari addit.

HERÆENSES ἡραιεῖς, Megaridis regionis pagus. ſic quoq; PIRÆENSES πειραιεῖς, CYNOSVRENSES κυνοσουρεῖς, & TRIBODISCÆI τριποδισκαῖοι. Plutarchus in Quæſtionibus Græcis.

HERÆITIDIS ἡραιίτιδος, regionem Peloponneſi, habet Pauſanias in Eliacis.

HERÆVM ἡραῖον, Thraciæ vrbs, quam & ἡραίου τεῖχος vocant Pauſanias, & Stephanus, item Thucydides 5. & Demoſthenes in Olynthiacis. Juxta Perinthum videtur ex Herodoti Melpomene. In agro Corinthio eſt; Plutarcho in Ageſilao. HERÆVM etiam Sardiniæ opidum, Ptolemæo. Etiam in Argia, ad Mycenas, Straboni. Heræum ciuitatem HECATOMBÆAM vocatam, ſcribit Geſnerus cap. de Boue & Vacca: neſcio quo auctore.

HERÆVS, Portus ad Boſporum, in Aſia Minori: qui Molo di S. Ioan Calamolo dicitur. Pet. Gyllius. Sed & Procop. 1. Ædificior. eius meminit. Vide EVTROPIVM.

HERAGA, vide ERAGA.

HERA LVTRA, inſula circa Sardiniam ab aliquibus ponitur, vt Plinius auctor eſt. Vide HERCVLIS Lauacra.





HERAS ἥρας, vel HELII ἡλίου, id eſt, IVNONIS vel SOLIS inſula: quæ quoque AVTOLALA αὐτολάλα dicitur. Ptolemæus eam deſcribit, in Atlantico Oceano, è regione Libyæ. Madera poſſet interpretari. Vide FORTVNATÆ, & IVNONIS Sacrum.

HERATEMIS ἡράτεμις, Perſidis fluuius, Arriano de Indicis.

HERATIA inſula, quæ ONVS, in Mari Ægæo. Plinius lib. 4. cap. 19.

HERBANVM, Tuſciæ opidum, Plinio. vide OROPITVM.

HERBESVS, Silino lacus ſulfureus in Sicilia, ENDRIVS à Vibio Sequeſtre appellatur. Gurgo hodie vocari ſcribit And. Baccius, ex Fazello, vt ipſe addit. ſed Gargus Lauphi hic legit.

HERBESSVS Silio; ERBESVM ἔρβησον, Polybio; ἐρβησσός, Pauſaniæ; ERBESSVS ἐρβησσός, Ptolemæo; HERBESSENSES habet Plinius. Siciliæ mediterraneum opidum. Niger Bichari vocat; Fazellus Pantalica. ſed idem alibi, Grutta hodie appellari dicit ERBESVM Polybij: duas nempe in Sicilia eius nominis vrbes eſſe innuens. HERBESSVS fluuius, apud Egeſtanos, in Sicilia. Solinus.

HERBIPOLIS, vide ARTAVNVM.

HERBITA, vide ERBITA.

HERBVLENSES, ſunt Siciliæ populi, apud Plinium. Inde fortè Erbulum vinum, Athenæo.

HERCABVM, vide ERCABVM.

HERCATES, Italiæ gens, cis Apenninum, Liuio 4. Ligures puto.

HERCLEMANNICVS, vide PORTVS.

HERCVLANEVM, Plinio, Ciceroni, & Melæ; HERCVLEVM ἡράκλειον, Straboni; Huius mentio quoque apud Nonium, in verbo Fluuius. Campaniæ Felicis, ad Sinum Puteolanũ vrbs eſt, inter Pompeios & Neapolim, Halicarnaſſeo. quam Amb. Leo in ſua Nolana hiſtoria, & Sanfelicius in ſua Campania, dicit hodie Torre di Greco vocari. Leandro Torre di Ottauo dicitur; & addit nonnullis potius Torre di l'annunciata videri. vti quoque interpretatur Collenutius. Sed de eo vide STABIÆ. HERCVLANENSIS Fundi, meminit Cicero ad Papyrium Pætum. In Herculanei huius agro fuiſſe puto. HERCVLANEVM etiam Samnitiũ, habet Liuius 10.

HERCVLANEVS Riuus, oritur via Sublacenſi, ad milliarium 62. ab Vrbe. Frontinus.

HERCVLEA VIA dicitur, quam is inter Auernum lacum ex mare exaggerata terra effecit. antea enim hoc
» ſtagnum in mare effluebat. Diodor. 4. & Propert. 3. Et
» ſonat Herculeo ſtructa labore via. Idem Silius 12. Hercu-
» leum commendat iter; qua diſpulit æquor. Hanc TAVRVBVLAM putat vocari à Statio Domitius Caldoninus. Aliam habet Ariſtoteles in Admirandis, quæ ducit ex Italia per Galliam ad Celtiberos vſque. HERCVLEÆ Salinæ, ſunt in Campania, circa Pompeios. Columella lib. 10.

HERCVLEVS Lacus, quem is ambitu quatuor ſtadiorum in Leontino agro effodit. Diodorus 4. In Sicilia.

HERCVLEVM, vide FRETVM.

HERCVLIA Antonino, ſiue ad HERCVLEM, vt lib. Notitiarum habet, Pannoniæ vrbs eſt. In veterem Budam incidit, vt Lazius ait. Budam olim BLEDAM vocatam, à Bleda Attilæ fratre qui eam condidit, auctor eſt Petrus Ranzanus.

HERCVLIS ciuitas, MAGNA, & PARVA, cognominata, Ptolemæo. In Aegypto.

HERCVLIS Columnæ, vide ALYBE.

HERCVLIS COMOPOLIS vrbs, in Aſia Minori; Curopalates. Vide COMOPOLIS.

HERCVLIS MONOECI, vide PORTVS.

HERCVLIS Ara, vide ARA Herculis.

HERCVLIS Aræ, in Aſſyria: vicinæ Meſopotamiæ, Ptolemæo. HERCVLIS Arenæ, montes ſic dicti, eidem. In Pentapoli Africæ regione. HERCVLIS Caſtrum, locus circa Mœſiam videtur intra Neſſum & Vlpianam apud Iornandem. HERCVLIS Caſtra, apud Marcellinum lib. 17. vulgò Erkelens putatur, Geldriæ opidum. HERCVLIS Caſtra, ponit Beatus Rhenanus ex antiqua tabula Peutingeriana, circa oſtia Rheni, vbi hodie T'lande te Arkel, vt placet Gerardo Nouiomago. HERCVLIS Cliue, locus iuxta Byzantium, Gyllio, ex Dionyſio Byzantio. HERCVLIS COLVMNÆ, quarum apud Friſios Tacitus meminit, in libello de Germania, quidam Duuels cutz (.i. cacodæmonis cũnus) interpretatur. locus eſt ſic dictus inter Groningam & Couordiam opida. Contra de his ſcribit H. Iunius in ſua Batauia, cap. 17. in Gorcomij deſcriptione. Vide ALYBE. HERCVLIS Fanum ἱερὸν, Etruriæ, inter Lunæ portum, & Arni oſtia, Ptolemæo. In Orietali parte Gadis inſulæ, Straboni. hodie hoc loco Caſtillo videtur. Melitæ inſulæ portus eſt ſic dictus; eidẽ. qui hodie Marza Sirocho ab incolis: vt Q. Heduus refert. HERCVLIS Inſula, Ptolemæo, Sardiniæ à latere Occidentali adiacens: Aſinara hodie dici mihi videtur. Plinio duæ inſulæ eo loco ſunt Herculis. Vide SCOMBRARIA. HERCVLIS Lauacra λουτρὰ ἡρακλέους, in Dryopide regione ſunt. Antonio Liberali. HERCVLIS Lauacrorum, meminit quoq; Auſonius in Mediolano. cuius vrbis regionem quandã ſic nominat. HERCVLIS Pagus, Cedreno & Curopalati, alicubi in Aſia Minori videtur circa Ciliciam. HERCVLIS Petra, eſt apud Plinium, in agro Stabiano. HERCVLIS Portus, prope Vibonem à Plinio deſcribitur, lib. 3. cap. 5. Formiculas vocant accolæ, vt tradit Barrius in ſua Calabria. Portus Sardiniæ inſulæ eſt, apud Ptolemæum. AD HERCVLEM Antonino eſt. Alius quoque circa fretum Siculum, in Locris: vt Straboni placet. HERCVLIS Promontorium, Ptolemæo in Mauritania Tingitana eſt, ad Oceanum Atlanticum. Teſtana vrbs, Marmolio: Cabo de Cantin Ger. Mercatori eſt. Auguſtinus Curio Gebelelhadich vocat, ſed addit ſe dubitare, an hoc potius VSADIVM οὐσάδιον, ſit apud eundem Ptolemæum. Aliud Herculis promontorium habent idẽ Ptolemæus, & Arrianus in Galatia. & aliud Albionis inſulæ, quod Hardtlandt vocant, ni fallor, hodie. HERCVLIS πύργος, .i. TVRRIS, Ptolemæo Cyrenaica vrbs eſt, ad Mare Mediterraneum. Corcuera Iacobo Caſtaldo vocatur: ſed Camera torre Marmolio. HERCVLIS Salinæ, circa Campaniam videntur; apud Columellam 10. HERCVLIS Speculæ. Vide ALYBE. HERCVLIS Templum, Tiburti: Gellio 19. cap. 5. HERCVLIS Templum, vide FANVM. HERCVLIS VIA, vide FRETVM Herculeum. HERCVLIS Vicus, Ciliciæ videtur, apud Curopalatem. Vide MAGVSANVS, & PORTVS.

HERCVLIVS ἡράκλειον, Phocidis fluuius, iuxta Bulin vrbem. Pauſanias in Phocicis. Plutarchus in Paralellis paruis habet HERCVLIVM fluuium, iuxta locum Pyræchmæ pulli dictum: Circa Eubœam videtur. Vide HERACLIVS.

HERCVNIATES, vide ERCVNIATES.

HERCYNIA Silua, Cæſari, & Apollonio 4. cuius Scholiaſtes vocat ſic montem, & ſiluam. quã ORCINIAM ab Eratoſthene vocari dicit. ORCYNIVM ὀρκύνιος, Ptolemæo. In Germania eſt. Dierũ ſexaginta iter occupare ſcribit Pomponius. Eius latitudo nouem dierum iter expedito patere, Cæſar tradit. Vide eius magnitudinem apud eundem, lib. 6. de bello Gallico. HERCYNIVS Saltus, & HERCYNIVM Iugum nominat Plinius. Huius deſcriptio quoque eſt apud Suidam, ex Iuliano Aug. in χεῦμα. De hac ſilua libet hic adferre, quæ Rhellicanus habet in ſuis Annotationibus in Cæſarem: BACENIM eandem ſiluam cum Hercynia omnium pæne eruditorum conſenſus approbat. Latini namque partim. & Græci eandem Siluam
BACENIM, MARTIANAM, GABRITAM, SE- »
MANAM, & HERCYNIAM nominant. Germani »
verò iuxta Friburgum Briſgauiæ Schwartzwaldt, prope »
Heidelbergam Odenwaldt; prope Herbipolim & Baben- »
bergam Steygerwaldt vocant. A Meno etiam fluuio, »
ad Loriam amnem propè Confluentiam Westerwaldt; »

non procul à Mœni ripa, vbi Francfurdiam, Aſciburgium, & Moguntiacum vrbes attingit, Speſhart. In Saxoniæ faucibus ad Manſfeldenſem ditionem Auff den Hartz/ à Thuringis Thuringerwaldt; & à Bohemis Beheimerwaldt nuncupatur. Hæc ille. Eadem ferè Althamerus, in Tacitum. GERMANICI Saltus ſunt Liuio 9. Vide ABNOBI Montes; huc enim pertinere, mihi etiam videntur. HERCYNIOS Montes Galliæ, Britanniæ inſulæ oppoſitos, habet Diodorus 5. fabuloſos mihi. Horum meminit etiam Ariſtoteles 1. Meteorolog.

HERCYNA, vide ERCYNA.

HERCYNIVM ἑρκύνιον, Italiæ mons. Stephanus. Ex Alexandri Europa. Niſi Apenninū ſic vocet, neſcio quem velit.

HERDONIA, vide ERDONIA.

HERDVS agit iuga Pyrenes venatibus acer Metiri, &c. Silius libro 3.

HEREA ἡρέα, Macedoniæ vrbs; Appiano in Syriacis.

HERECCON. vide ARECHON.

HEREIA, vide HIEREA.

HEREN ἥρλω, mons in Mauritania Cæſarienſi, Ptolemæo. BYREN legunt interpretes Latini.

HERENATIVM, Germaniæ Inferioris opidum, Antonino. Circa Goch in Cliuiæ ducatu videtur. Idem alibi ARANATIVM legit. & LEGIO X. Eſt qui ARENACVM Taciti putat.

HERENOPOLIS, vide NERONIAS.

HERETVM, vide ERETVM.

HEREVS, mons Siciliæ, ex quo Chryſas fluuius, Vibio Sequeſtri. Fazellus eum Artiſino, & alio in loco Tauis nominat.

HERGENTVM, vide ERGETIVM.

HERIA, vide IERIA.

HERIGEM, epiſcopalis vrbs, ſub ſede Emiſſena. G. Tyrius.

HERISPICH locus à Reginone vocatur, in quo Rheni fluenta & Vahalis vno ſe alueo reſoluunt, &c. Lobeck arcem hodie eſſe credit Had. Junius, in ſua Batauia.

HERISTALLVM, vide HARISTALLVM.

HERIVS ἥριος, Galliæ Lugdunenſis fluuius; Ptolemæo. qui Vilaine fortè hodie.

HERMA, ciuitas Hiſpaniæ. Auieno. Circa Gymnetas. Vide HORMA, & FRETVM Herculeum.

HERMÆ ἕρμαι, locus ſic dictus à Pauſania in Argiæ & Laconicæ confinibus.

HERMÆA ἡρμαῖα ἄκρα, Africæ Propriæ Promontorium, Ptolemæo. MERCVRII vocatur Plinio, & Liuio. MERCVRII Templum habet hic Procop. 1. Wandal. Cabo bon, hodie, vt Mercator, Fazellus, & Caſtaldus coniiciunt. Oliuarius Cabo de Nubia cenſet. HERMES opidum habet quoque hoc tractu, Procop. 1. Wandalicorum. Eſt HERMÆA quoque promontorium Cretæ, Ptolemæo. & aliud in Libyæ Nomo, apud eundem. Vide PVLCHRVM Prom.

HERMÆVM, promontorium ad Boſporum Thracium, à latere Europæo, vt ex Sozomeno P. Gyllius tradit, qui hoc Neocaſtro vocari ait. Genichiſar Turcis: teſte Leunclauio. Eſt locus Aſiaticus, Polieno 6. inter Lampſacum & Parium, hinc 70. ſtadijs, illinc autem 200. diſtans. ἑρμαῖον eſt etiam Sardiniæ promontorium, Ptolemæo. Montis nomen quoque in Lemno inſula. auctor Scholiaſtes Sophoclis, in Philocteten. Eſt & locus in Bœotia ad Euripum: nominat enim Liuius 35. Salganeam ad Hermæum qua tranſitus ex Bœotia in Eubœam eſt. Arcadiæ vicus, ſic nominatur quoque apud Pauſaniam. Item Argiæ tractus, eidem in Corinthiacis.

HERMÆVS Tumulus ἑρμαῖος λόφος, loci nomen, apud Stephanum. In voce ἀγάθη.

HERMAGORA, vide APSASIVM.

HERMANDICA, vide SALMANTICA.

HERMANDVRI, Germaniæ populi Tacito. fortè melius HERMVNDVRI. Meiſner ſunt Niuemontio, Agricolæ, Iunio, Munſtero, & Curæo.

HERMANDVS, Arachoſiæ fluuius, apud Plinium: ERYMANTHVS à Polybio lib. 11. nominatur. & ERYMANDRVS ab Arriano 4. Ptolemæus hunc non nominat, deſcribit tantum.

HERMATOTROPHI, circa Marganā populi. Plinius.

HERMES, vide HERMÆA.

HERMESIA, circa Ioniam vrbs quam interiiſſe ſcribit Plinius 5, cap, 29. Per A. in prima alius legit codex.

HERMEVS, vide HERMVS, & SALGANEVS.

HERMI Campus, ἕρμου πεδίον, iuxta Cumas, in Æolide, Stephanus.

HERMIANENSIS, Plebs, in Africa; Coll. Carthaginienſis. vide ERMIANENSIS.

HERMINEOS ſmaragdos habet Plinius, à loco, vt videtur.

HERMINIVS Mons, Hirtio, in Luſitania. ἑρμίνιος Dioni. hodie dicitur Monte Armiño, vt Vaſæus docet.

HERMIO Africæ locus, apud Byzacium, iter 4. dierum à littore diſtans. Procopius Wandalic. 1.

HERMION, vrbs Achaiæ videtur, apud Suidam. in Laſus.

HERMION ἕρμιον καὶ ἑρμιόνη, & HERMIONE, Stephano vrbs eſt, quæ & LACERIA λακέρεια, dicitur, ſed cuius regionis, non adſcribit. Alio in loco dicit Laceriam vnam eſſe in Magneſia; alterā in Italia. Laceriam habet Apollonius 4. in Theſſalia, ad Amyrum fluuium, vbi Coronis peperit filium. Hæc in Theſſalia, Pindaro, circa Lariſſam. LACERIVM circa Phrygiam habet Nicetas, quæ Stephani Magneſiæ fortè. Vide ERMIONE.

HERMIONES, Germaniæ populi, apud Plinium. Vltimi ſunt Pomponio, vltra Cimbros & Teutonas.

HERMIONIA ἑρμιονία, vrbs circa Ripæos montes, Orpheo in Argonauticis. Vide ARMORICA.

HERMIONICVS Sinus, circa Hermionem Peloponneſi. Strabo 1. Vide SARONICVS.

HERMISIVM, vrbs Tauricæ Cherſoneſi, Pomponio & Plin.

HERMIVTH, vide IVDÆI.

HERMON Mons, & pars Libani, verſus Orientem, ſupra Iordanis fontes. HERMON alius, Minor cognominatus, ad fluuiolum Chiſon, haud procul à monte Gelboë: vt annotauit And. Maſius ad 11. cap. Ioſuæ. vide BAALHERMON, & SARION.

HERMONACVM, Galliæ Belgicæ vrbs. Et hinc 40. M. P. alia ERMANACVM, in priori Peutingerianæ tabulæ ſcheda, à M. Velſero edita. in tertia autem nondum publicata, ſed ab eodem vſui mihi miſſa, pro hoc vltimo corrupto, CAMARACVM legebatur.

HERMONASSA, Plinio, & Pomponio opidum Mœſiæ Inferioris, non procul ab Iſtri oſtiis. A Ptolemæo & Strabone videtur HERMONACTIS vicus ἑρμώνακτος κώμη, appellari. Strabo tamen alio in loco hunc Hermonaſſam, ἑρμώνασσα, vocat. Hoc opidum Moncaſtro hodie dici, Niger auctor eſt. Mihi videtur potius eo loco eſſe, vbi hodie Bialogrod. quam eandem Leunclauius dicit Turcos Beligrado vocare, & Neſtar alba. Ptolemæus verò duas habet alias Hermonaſſas, ambo maritimas, ad Pontum Euxinum, alteram in Sarmatia Aſiatica, non longè à Boſporo Cimmerio. hæc HERMONIA quoque vocatur apud Stephanum. ſed inſulam facit. Matriga à Nigro nominatur. alteram Cappadociæ; in Ponte Polemoniaco. vbi hodie fortè Lauona. Huius meminit quoque Strabo & Arrianus. ex quibus huius Hermonaſſæ & Ceraſi ordinem inuerſum, apud Ptolemæum apparet.

HERMONIA, vide HERMONASSA.

HERMONIS nauis genus meminit Thucydides, à loco iuxta Lacedæmona. ſic Bayſius de re nauali. ſed malè, pro Hermionis. Vide ERMIONE.

HERMONIVS, vide THERMODON.

HERMONTHIS ἑρμωνθις, Aegypti vrbs, Ptolemæo & Stephano. HERMVNTHIS eſt Antonino & lib. Notitiarum. HESMVNTHIS habebat Aldinum Antonini exemplar. NARMVNTHVM corruptè, in Libro Notitiarum.

HERMOPOLIS, in Iſauria vrbs, Chalcedonenſe Concil. HERMOPOLIS circa Macedoniam & Epirum, meminit ex Ammiano Cuſpinianus, ad Caſſiodori Conſules, anno Chriſti 516. Vide HERMVPOLIS.

HERMO-



HERMOTVM ἥρμωτον, Aſiæ vrbs, ad Propontidem videtur, apud Arrianum 1. Alex.

HERMOTYMBIEI ἑρμοτυμβιεῖς, Aegyptiorum belligerantium gens: qui & LABAREI λαβαρεῖς, dicuntur Stephano.

HERMVCHA, vide GABATHA.

HERMVNDVLVM populum, Romanū hoſtem, habet Gellius 16. cap. 4.

HERMVNTHIS, vide HERMONTHIS.

HERMVPOLIS, ἑρμούπολις, Aegypti vrbs, Ptolemæo, Straboni, Stephano, & lib. Notit. HERMOPOLIS Ammiano. Ptolemæus præter hanc aliam habet in eadem Aegypto, PARVAM cognomine. quæ fortè Antonini HIERAPOLIS eſt. Strabo aliam præter has habet Hermopolim in Butico Aegypti lacu. Hinc HERMVPOLITES Nomus, Ptolemæo. HERMVPOLIS quoque Carmaniæ vrbs, apud Marcellinum.

HERMVS ἕρμος, ſiue MERCVRIVS, Aſiæ Propriæ fluuius in Aeolide, Ptolemæo, & Herodoto 1. & 5. item in huius Homeri vita. Phrygiam à Cariæ diſpartit, vt Martianus auctor eſt. Sarabat conijcio vocari, ex Tabulis. Hic Hermus videtur mihi THERMODON à Pomponio lib. 1. de Ionia, nominari. ERINVS corruptè, vt multa alia, in Originibus Iſidori. HERMEVM Sinum hinc facit Herodotus in Homeri vita, in quem nempe Hermus fluuius, auctore Ptolemæo, ſe exonerat. Eſt & HERMVS Achaiæ fluuius; Pauſaniæ in Eliacis, & circa finem Achaicorum. Pars Acamantidis tribus eſt, apud Stephanum, & Suidam: in Attica regione.

HERNICI, in Latio populi, Liuio & Feſto: ἕρνικας, Stephano. ἕρνικοι, Straboni. HERNICA Terra, Ouidio 3. Faſtor. HERNICA Saxa Virgilio. Campagna di Roma indigetantur à Platina.

HERO, Antonino Ægypti vrbs. Vide HEROPOLIS.

HEROA, vide THVRIVM.

HERODIS Ager, in via Appia, ad tertium ab Vrbe lapidem. teſtis vetus cuiuſdam loci inſcriptio. HERODIS Villa, Vide CEPHISIA.

HERODIVM, Caſtellum non procul à Ieroſolymis, olim dictum fuiſſe THACVACH, ſcribit Poſtellus. Huius Herodij meminere Zonaras, & Ioſephus. cui caſtellum eſt contra montem Arabici lateris. Item tumulus in mammæ formam exſculptus, qui ſtadiorum ſexaginta ab Hieroſolymis abeſt. 1. belli Iudaici cap. 16. item 7. cap. 24. Idem Antiq. 17. ſcribit octo ſtadiis ab Hierichonte abeſſe. HERODIONEM vocat Euſebius in Chronico.

HEROEADÆ ἑροιάδαι, tribus Hippothoontidis. Lexicon Phauorini, ex Diodoro.

HERONA ἡρῶνα, Dalmatiæ vrbs. Ptolemæus.

HERONE ἡρώνη, Promontorium Indiæ intra Gangem, aſperum & ſaxoſum: iuxta vicum CAMMONI καμμωνὶ, Arriani Periplus.

HEROPOLIS ἡρώων πόλις, (id eſt, Heroum ciuitas, vt Plinius eam vocat:) in Ægypto eſt, ad Sinum Arabicum, Ptolemæo. HERO ἡρώ, & HÆMOS αἷμος, prius dicebatur, auctore Stephano. In Rameſſe regione deſcribitur Geneſ. 46. 70. interpretibus. Loco autem Rameſſes, legit Hebræus, & Chaldæus paraphraſtes GOSEN.

HEROPOLITES Nomus, Ægypti, apud Plinium. HELIOPOLITES fortè Ptolemæi.

HEROPOLITICVM Promontorium Ægypti, ad Sinum Arabicum, Pomponio.

HEROSA, vide SAMOS.

HEROVM, Inſula, vide ACHILLEA.

HERPA ἥρπα, opidum in Sargarauſena, Cappadociæ regione; ad Carmalum fluuium. Strabo 12.

HERPEDITANI ἑρπεδιτανοι, in Mauritania Tingitana gens, apud Ptolemæum. Vide ERDINI.

HERPHE ἥρφη, Armeniæ Maioris vrbs. Strabo.

HERREA, Peloponneſi vrbs, Liuio 33. an corruptè pro Heræa?

HERRY, Epiſcopatus ſub ſede Boſtrenſi: Guil. Tyrio.

HERTA Turris, ſuper Danubij ripam, circa Pannoniam, Iornandi. Huius veſtigia, vt refert Lazius, viſuntur in Erdewdi monaſterio, in inſula Danubiana, haud procul à ruinis Teutoburgi.

HERTICEI, Sarmatiæ Aſiaticæ populi, apud Plinium.

HERVLI populi, horum meminit Ammianus, & Treb. Pollio. Sine aſpiratione Zoſimus & Suidas, circa Tyram fluuium. ELVRI ἔλουροι, (quaſi paludibus inhabitantes) ab Etymologo, & Dexippo Chronicon XII. monuit me Frid. Sylburgius. Hos ab inſula Scandinauia egreſſos, inquit Iornandes. Idem poſtea eos circa Mæotidis paludes habitaſſe dicit. Eoſdem LONGOBARDOS facit Aimoinus. Herulos aliquando circa Singidonum habitaſſe putat Sigonius. Noricum aliquando habitaſſe, putauerim ego, ex Eugippo.

HERVZENI, vide ERVZENOR.

HESÆNVS, vide MESSAPIVS.

HESDRIN ἔσδριν, 2. Machab. 12.

HESEBON, vide ESEBON.

HESER, vide ASSOR.

HESICHA, monaſterium propter mare in quo Vſia mulier. Palladius in vita D. Opiani. In Syria fortè.

HESIDRVM, Indiæ fluuius, apud Plinium.

HESION-GABER, vide BÆTOGABRA.

HESIS ἥσις, Ciliciæ locus: Ioſephus Antiquit. 18. cap. 11. LESIDIS erat in Latino codice, vitio typographi.

HESMVNTHIS, vide HERMONTHIS.

HESPERA ἑσπέρα, inſula valde magna, Tritonidis paludis, (quæ nomen habet à Tritone in eam defluente.) Sita eſt ad montem Atlantem, proxima Oceano, qui inde Atlanticus dicitur. In hanc inſulam Amazones habitaſſe olim, ſcribit Diodorus 3. Idem addit hanc paludem terræmotu deſiccatam fuiſſe. Etſi hanc paludem Diodorus ad Atlanticum mare, (tanquam in regionem remotiſſimam & ſibi incognitam) deſcribat: puto tamen eandem cum ea, quem Strabo HESPERIDVM lacum vocat. Cyrenaicæ regionis; & in quem Ladonem influere refert. Vide HISPANIA.

HESPERIA quaſi dicas VESPERIA: ſic olim vocata Hiſpania, & Italia. Hæc ita à Græcis: illa ab Italis. Vt Græcis enim Italia verſus Heſperum ſiue Occaſum, ita Italis Hiſpania. Ad differentiam autem Virgilius Italiam, MAGNAM HESPERIAM: Horatius Hiſpaniam, HESPERIAM vltimam vocat. vide BERENICE, CAMARINA, HISPANIA, ITALIA, & LIBYA.

HESPERICVS Sinus, vide MAGNVS.

HESPERIDES, Plinio, & Melæ, ſunt inſulæ Atlantici maris regioni exuſtæ oppoſitæ. quarum ſitus nunc, vti olim neſcitur: niſi ſint eædem cum Gorgonibus. Stanno diuites illos facit Dionyſius. Vide ATLANTIS, & BERENICE.

HESPERIDVM Horti, deſcribuntur à Virgilio, Plinio, & Solino. in Mauritania Tingitana; propè Lixum vrbem. Item Plinio ad Syrtim magnam. Sed idem eos quoque ponit in Pentapoleos regione; vbi etiam à Ptolemæo ſtatuuntur. Ad Tritonem fluuium, Claudiano 1. Laud. Stiliconis. Hoc loco à Strabone HESPERIDVM Lacum deſignare video. de quo; vide HESPERA.

HESPERII Aethiopes, Ptolemæo populi in Africa ſunt: quos Ioannes Barroſus Pangelungos, regi Manicongio ſubditos, appellat. ÆTHIOPES cognomine HESPERIOS ſunt Pomponio.

HESPERIOS LIBYOS, circa Atlantis montis Promontorium, accuratè & pulcherrimè deſcribit Max. Tyrius, Sermone 38. Horum meminit quoque Strabo 14. apud quos Lethæum fluuium deſcribit, & HESPERITAS Libycos vocat. Caſaubonus hunc Strabonis locum iniuria adficit: dum negat Lethæum apud Libyos reperiri. contra docet hic non tantum Strabo: ſed & Lucanus, Plinius, Martianúſque.

HESPERION CORNV ἑσπέριον κέρας, Ptolemæo, Heſperium Promontorium, Plinio, & Melæ, Africæ aut potius Libyæ promontorium eſt; quod Mercator Cabo blanco interpretatur: Florianus verò Cabo verde. Promontoriū hoc quod Hiſpani Cabo verde appellāt, ab incolis Man-

dangan

dangan, & à Nigris Biſeneghe *dicitur, teſte Americo Veſpuccio. Hoc Heſperion Cornu Ptolemæi* NOTV CERAS *Hannonis eſt: & huius* HESPERV CERAS *Sinus, Ptolemæo, eſt* HESPERVS *Sinus, non addito verbo* Ceras.

HESPERITÆ ἑσπερῖται, *Aſiæ gens, quæ circa Phaſin videtur. In fine libri 7. Xenophontis de Cyri exped. quibus Teribazus præerat.*

HESPERIVS *Mons Æthiopum, iuxta quem campi qui ſtellarum inſtar noctu lucent. Plinius. Huius meminit etiam Oroſius.*

HESRON, *Ioſue cap. 11. & Iudic. 15. Iudææ vrbs; quæ &* HASOR. *Hodie* Antiop. *dici, ſcribit Brochardus. Vide* HASOR.

HESSOS, *vide* ESSOS.

HESTAOL ἐσθαολ, *Ioſue 19. Palæſtinæ locus.*

HESTIÆ *Prom. Vide* ESTIÆ.

HESTIÆA, *vide* OREVM, & CYNOSVRA.

HESTIÆOTIS, *Euboëæ regio: Straboni, Plutarcho, & Plinio. Vide* THESSALIA, & ESTIOTIS.

HESTIONES, *vide* ESTIONES.

HETOBEMA ἡτόβημα, *Hedetanorum, in Tarraconenſi Hiſpania vrbs. Ptolemæus.* ETOBESA *in Latinis codicibus pro eo legitur. Sigonius etiam in Græcis* ἡτόβησα *legit.*

HETRICVLVM, *Liuio in Brutiis opidum, quod noſtræ ætatis vulgus* Lataraco *vocat, vt teſtatur Gab. Barrius.*

HETRVRIA, *vide* TVSCIA.

HETTÆI, *Palæſtinæ gens, Ioſue 1. Circa Berſabæam & & Hebronen fuiſſe, docet And. Maſius.*

HETTAN, *vide* ETTAN.

HEVÆI, *vide* EVÆI.

HEVELLI; *vide* SCHLAVI.

HEVILA, *vide* EVILA.

HEX, & HEXI, *vide* SEX.

HEXACOMIAS, *epiſcopalis locus, ſub ſede Becerræ, Arabiæ. Guil. Tyrius.*

HEXAMILIVM, *vide* LYSIMACHIA.

HEXAGYIVS, *vide* EXAGYIVS.

HEXAGZANOS, *vide* AZANIVM.

HEXAPOLIS, *Romaniæ locus: Hiſt. Miſcella 19. vide* ARMENIA, & PENTAPOLIS.

HEXAPYLVM, *locus eminens Syracuſarum, ſic dictus Liuio, lib. 24. Eundem eſſe cum eo quem Thucydides* LABDALVM λάβδαλος, *vocat. & in crepidine Epipolarum erectum puto. hodie* Mongibelliſio *nominari, tradit Fazellus, & Aretius. Hexapylum Plutarchus etiam vocat, in vita Marcelli.*

HEYLON, *epiſcopatus ſub ſede Boſtrenſi: apud Guilielmum Tyrium.*

HEZIONGABER, *in Sacris Bibliis, portus Maris rubri, in Sinu Elanitico; quo Hebræi reges vtebantur ad nauigationes: D. Hieronymo teſte,* ESSIA *dictus. Ex Zieglero.* MELANE μελανη, *vocatur Eupolemo, apud Euſebium. Vide* OPHIR.

HIABANDA, *epiſcopatus ſub ſede Damaſcena. Tyrius.*

HIADERA, *vide* IADERA.

HIADES ἰιάδες, *inſulæ maris Ægæi videntur: apud Appian. in Prooemio Hiſtoriæ.*

HIANTIÆ *Aquæ, meminit Martialis 12. ad Librũ ſuum. De ea adi Turnebum 1. Aduerſarior. cap. 23.*

HIBE, *Aegypti vrbs, Oaſeos Maioris, lib. Notitiar.*

HIASPIS, *locus qui Tigridis fluentis alluitur. vt refert Ammianus, 18.*

HIBERAM *inſulam, fomento omni colore colluſtra. Sic Lucilius 8. apud Non. Marcellum. Vide* IBERA.

HIBERIA, *Vide* IBERIA.

HIBERNIA *Cæſari,* IVVERNA *Pomponio, item Solino, in Aldino exemplari;* IVERNIA ἰουερνία, *Ptolemæo,* IERNA ἰέρνη, *Straboni, Stephano, & Apuleio ex Ariſtotele, (cuius in ſuo libellulo de Mundo imitator eſt,) item Claudiano:* VERNIA οὐερνία, *Euſtathio. Inſula vna eſt ex iis quæ Britannicæ dicuntur.* SACRAM *vocat Sex. Auienus, & idem incolas* HIERNOS. BRITANNIA *Occidentalis eſt apud Iſacium in Lycophronem.*



*Nominatur eadem* SCOTIA, *ab Iſidoro, & aliis mediæ ætatis ſcriptoribus.* IRIS *puto apud Diodorum dici. Incolis* Erin *vocatur. Britannis verò qui è regione in Albione habitant, & Walli quoque nuncupantur,* Ywerdhon, *& incolas* Gwyddyl *appellari, ſcribit Humf. Lhuydus. Germanis* Irlant *nominatur, ab* Erin, *vel* Irin, *(omnes Britanni enim* E *pronunciant per* I *Germanicum.) &* landt, *quod regionem ſignificat. Hos ſecuti Hiſpani, Itali, & Galli,* Irlanda *appellant. Hæc inſula videtur à Plutarcho, in opuſculo de facie in ore Lunæ, ſub nomine* OGYGIA *fabuloſè deſcribi. Rob. Conſtantinus in ſuo linguæ Latinæ Supplemento, vult eam* CERNE *à Lycophrone dici. Ego verò hoc vocabulo Hiberniam ab eo deſcribi nequaquam putarim, ſed eam potius eiuſdem nominis inſulam quam Plinius in Æthiopico mari, contra Sinum Perſicum, aduerſam Æthiopiæ ponit. Hæc enim verſus Orientem, ſiue, vt Lycophron dicit, verſus Auroram eſt. cùm Hibernia illis (inter quos Lycophron) qui in Græcia aut Italia degunt, verſus Occidentem ſit. Iernem* ἰερνὶς, *habet etiam Orpheus inſulam; ſed an eadem cum hac noſtra Hibernia, aliis diſputandum relinquo.*

HIBERVS *fluuius, oritur ex Catinatis, magnus atque pulcer, piſculentus. Nonius ex Varrone. Vide* IBERVS.

HIBITA *Statio, circa Aſſyriam. Ammianus 25.*

HICTARIS, *vide* HIPPARIS.

HIDEKEL, *vide* TIGRIS.

HIDRIA, *vide* HYDIA.

HIERA, *id eſt,* SACRA, *quæ &* THERASIA *Plinio videtur, inſula iuxta Siciliam eſt: quam Fazellus* Vulcania, *Leander verò* Fauagnana *vocat. Qui neſcit duas eſſe Hieras, hic ſtatim alterutrum horum duorum ſcriptorum errare ſibi perſuadebit, quod & mihi, vt ingenuè fatear, contigit. Sed cum ex Tabulis, & recentiorum Commentariis didicerim Vulcaniam à parte Septemtrionali Siciliæ, & Fauagnana à Meridionali ſitam eſſe; erit hæc* HIERA ἱερὰ, *Ptolemæi, quam Promontorio Lilybæo opponit. Illa verò* HIERA *inter Æolias à cæteris numerata; quam à Plinio* THERASIAM *vocari ſuſpicor. Dom. Niger Hieram Ptolemæi* Chelbo *à nautis dici ſcribit: an bene, videant illi quibus harum ſitus ex auctoribus & locorum luſtrationibus conſtat. De* HIERA *Ptolemæi, vt & meam ſententiam his adiungam, videtur mihi ab Obſequente, & in Antonini Itinerario* MARITIMA *dici, & hodie etiamnum* Maretamo. *Adeant tamen de hac inſula Caſaubonum ad 6. Strabonis.* HIERA, *etiam fluuii nomen, qui diſterminat Galatiam à Maiori Phrygia. auctor D. Hieronymus in locis Hebraicis. & Plinius quoque, qui dicit eum Galatiam à Bithynia diſterminare, lib. 5. cap. 32.* HIERA, *Inſula in Cretico pelago: & alia Aegyptiaca: apud Stephanum. Fuit & Lesbi vrbs: quam interiiſſe, tradit Plinius. Ptolemæo Lyciæ promontorium eſt. Vide* AVTOMATE, MESOLA, & SPHERIA. *Conſule etiam* SACER, & SACRVM, *quod idem ſignificat.*

HIERA βῶλος, *(id eſt ſacra gleba,) locus ſic dictus, in Ægypto: circa Heliopolim. Diodorus, 1.* ERYTHRAM βῶλον, *id eſt, Rubra gleba, vocat eandem Stephanus, & Herodotus 2.*

HIERA *Come, Cariæ vicus; Liuio, & Stephano. Plinius habet* HIERACOMITAS.

HIERA *Germa,* ἱερὰ γέρμη, *Myſiæ Minoris, in Helleſponto vrbs. Ptolem.* GERMA *apud Stephanum eſt, circa Cyzicũ.*

HIERA *Petra, vide* SACRA *Saxa.*

HIERACON ἱερακων, *inſula iuxta Sardiniam, Ptolemæo. Inſula ſinus Arabici: eidem. Thebaidis, in Ægypto vrbs: apud Strabonem, & Antoninum. Vicus Arabiæ Felicis: Ptolemæo. vide* MOLYBODES.

HIERACO CORYPHE, *ſiue Accipitris cacumen, caſtellum in Pamphylia, Nicetæ Choniatæ.*

HIERÆA ἱεραία, *Libyæ regiuncula: Stephano. Puto* ἱερεια, *Cedreno.*

HIERENA, *vide* ARENE.

HIERAMÆ ἱεραμαί, *Cariæ vrbs. Stephanus.*





HIERAMELI ἱεραμηλ, *70 interpretibus, 1. Samuel. 30.*

HIERAPETRA ἱερὰ πέτρα, *Ptolemæo,* HIERAPITNA ἱεράπιτνα, *Straboni & Plinio: Dion* HIERAPYDNA *per* Y. & D. *habet. Cretæ inſulæ vrbs eſt. Hanc Stephanus antea* PYTNA πύτνα, CYRBA κύρβα, & CAMIROS κάμιρος, *dictam ſcribit. Sophiano adhuc* Gierapetra *vocatur. Vide* SACRA *Saxa.*

HIERANOPOLITANORVM ΙΕΡΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ, *meminit nummus Antinoi, apud Ant. Auguſtinum.*

HIERAPITNA, *vide* HIERAPETRA.

HIERAPHE ἱεραφη, *Stephano Libyca inſula eſt.*

HIERAPOLIS ἱεράπολις, *Cyrreſticæ regionis vrbs eſt, in Phœnicia; Ptolemæo.* Haleppo *Bellonio dicitur. Eadem* HIEROPOLIS *quoque vocatur: Stephano teſte. Haud procul ab Euphrate diſtare, ſcribit Lucianus in Dea Syria. & antea aliud nomen habuiſſe, quod autem, ſubticet. Stephanus habet* HIERAPOLIM *vrbem etiam inter Phrygiam & Lydiam. hæc Phrygiæ eſt Ptolemæo. cuius accolæ* HIERAPOLITÆ: *Plinio* HIERAPOLENSES. *Hæc* OPHIORYMA *prius dicta fuit, ſi Metaphraſtę creditur, in vita S. Ioſephi humilis. Stephano ſunt præterea vrbes huius nominis in Creta: & in Caria. Calliſtus habet eiuſdem nominis vrbem, quã ſcribit Euphrateſiæ principem locum tenere. hanc eandem cum Cyrrheſticæ Ptolemæi puto.* HIERAPOLI *in Parthia obiiſſe D. Mattheum, ſcribit Dorotheus. Vide* BAMBYCA.

HIERAPYDNA, *vide* HIERA PETRA.

HIERAPYTORVM ἱεραπυτνων, *memoria eſt in nũmo, vt habet Goltzius, in Theſauro. Gentile fortè ab Hierapydna.*

HIERAS *fluuius, qui Bithyniam & Galatiam diſterminat. Plinius. Vide* HIERA. *ſic enim alii Pliniani codices.*

HIERAS *Lacus, vide* CVTILIÆ.

HIERA SYCAMINOS, *vide* SYCAMINOS.

HIERASSON, *Sedes epiſcopalis, ſub Becerra, Arabiæ. Guilielmus Tyrius.*

HIERASVS ἱεράσος, *Daciæ fluuius Ptolemæo;* GERAZIS *Ammiano eſt, quem Cromerus & Mercator* Pruth *appellat: & Goreccius* Pruthes. *Lazius autem* Serretum. *Vide* PORATA.

HIERATIS ἱερατις, *opidum Perſidis, ad eius ſinum: Arrhiano in Indicis.*

HIERAX ἱέραξ, *Mariotis Nomi opidum. Ptolemæus. In Peloponneſo circa Monembaſiam locus maritimus eſt, Curopalati & Cedreno. Vide* ZAREX.

HIERCON, *locus terræ Chanaam. Ioſue 19.*

HIERENSES, *vide* MELIENSES.

HIERICHO, *ciuitas Palæſtinæ, in Tribu Beniamin Ioſepho Antiq. 16. cap. 4.* ἱεριχοῦς *eſt Straboni, Trogo, Plinio, & Ptolemæo. Vocatur quoque* CIVITAS PALMARVM *in ſacris Bibliis.* ARCVS *legit quidam corruptè, pro Hiericho; apud Trogum 36.*

HIERIMOTH, *Palæſtinæ locus: Ioſue 10. 15. 21.* ἱεριμώθ, *ſine* I, *in ſecunda.* IARMVTH *legit Chaldæus paraphraſtes. Sed duo eſſe loca huius nominis oſtendit Maſius: vnum in tribu Iſachar, & alterum haud procul ab Eſthaol.*

HIERNA, & HIERNI, *vide* HIBERNIA.

HIEROCÆSAREA, *Meoniæ in Aſia Minori vrbs apud Ptolemæum. Hierocæſarienſium horum meminit quoque Tacitus, Annal. 3.*

HIEROCEPIA ἱεροκηπία, *Cypri inſulæ opidũ: Straboni. Inſulam vocat Plinius, contra Paphum nouam. Hodie* Bourg de Hierochipe, *Luſignano.*

HIERODVLVM ἱεροδούλων, *vrbs Libiæ. Suidas & Steph.*

HIEROMIACE, *Syriæ fluuius, Plinio: qui præter Gadaram fluit. An Iaboc?*

HIERON ἱερὸν, *Hiberniæ promontorium: & aliud in Sarmatia Europæa, ad Achillis Curſum: Ptolemæo. Vide* PEVCE, & DANVPSIA.

HIERON OROS, *Ptolemæo Cretæ inſulæ eſt maritimum opidum; quod Pinetus* Monte ſacro *vocat. Nomen hoc fortè interpretari, non locum eſt.* HIERON OROS, *id eſt, Mons Sacer, Aſiæ Minoris ad Pontum Euxinum locus eſt; Arriano teſte, in ſuo Periplo: & Apoll. 2. Argonautic. Huius meminit Xenophon libro 4. Cyropædiæ, dicitq́ eius nomen* THECHES θήχης *eſſe,* ἤχης *in margine legebatur. Vide* SACER.



HIERON ϛόμα, *id eſt, Sacrum os, vnum oſtiorum Danubii, apud Ptolemæum. Locus ad Boſporum Thracium: Euſtathio, in Dionyſium: & Georgio Alexandrino, in vita D. Chryſoſtomi.*

HIERONESVS, *Polybio 1. & Plinio, Sicula inſula eſt. An fortè eadem cum ea quam alio in loco* HIERAM *vocat: quam Ptolemæus quoque nouit hoc tractu?* ἱερόνησος *Phauorino, inſula iuxta Selenen.*

HIEROPOLIS, *vide* HIERAPOLIS, & HERMVPOLIS.

HIEROS ἱερὸς, *Sinus, iuxta Aradi vrbem: habet Stephan.*

HIEROSOLYMA ἱεροσόλυμα, *vrbs totius orbis terrarum primaria, & Iudææ metropolis. Prius* HIEROSYLA, *poſt* HIEROSOLYMA *nominatam ſcribit Lyſimachus, Ioſepho contra Appionem teſte. Hæc &* IERVSALEM, SALEM, & IEBVS *in Sacris litteris dicitur.* SOLYMA, *vel* SOLYMÆ *poëtis.* ÆLIAM CAPITOLIAM αἰλία καπιτωλία, *ſuo tempore appellatam, tradit Ptolemæus, ab Aelio Hadriano Imp. eius reſtauratore, vt Dion Caſſius addit. Capitolia quoque apud Antoninum eſt.* ARGARIZIN ἀργαριζὶν *eam nominat (quod ſonat mons altiſſimus) Eupolemon, lib. 9. cap. 4. Præparationis euangelicæ Euſebii. Ann. Viterbienſis eam quadriurbem, ſiue tetrapolim factam, ex* SALEM, IEBVS, SION, & MORIA, *ſcribit: cui accinit Ioannes Heroldus, in ſua Belli ſacri continuatione. ſubiungitq́ hoc de eius ſynonymis dyſtichon:*

*Solyma, Luza, Bethel, Hieroſolyma, Hiebus, Helia,*
*Vrbs ſacra Hieruſalem dicitur atque Salem.*

*Sed malè ſcribit Helia, pro Aelia.* ZEDEK *prius appellatam, annotauit Maſius ad Ioſuam. Petrus Laicſtain in ſua Palæſtina dicit etiamnum* Capitolina *vocari. Ludouicus Marmolius in ſua Africa, & Nic. Nicolaius in ſuis Obſeruationibus Orientalibus tradit eam à Turcis* Cuzumobarech *nuncupari.* Codsbarich *habent Poſtellus, & Pinetus. Idem videtur, ſed corruptè. Codsbarich etiam apud Theuetum eſt, qui etiam eam à Turcis* Lecouſt *dicĩ addit, & vtramque vrbem ſacram ſignificare aſſerit.* Coz *quoque habet Ioſephus Barbarus.* Godz *Thomas Minadoius.* Chatz *hodie ab incolis, &* Karzitadon *quondam à Saracenis vocatam tradit Rawolfius. Vide* PEPVZA, & TYMIVM.

HIERPIANENSIS *Plebs, Africæ. Coll. Carthag.*

HIERVM, *opidum & flumen, ad Euxinum mare: in Sarmatia Aſiatica: Plinio. Vide* DANVPSIA.

HIERVS ἱερὸς, *id eſt Sacer fluuius, Ptolemæo Corſicæ inſulæ eſt;* Orbo *fortè. Apud eundem eſt etiam Sardiniæ fluuius. Eſt &* HIERVS *Sinus, iuxta Aradum opidum: Stephano.*

HIGNATIA ἰγνατία, *via, quingentorum & triginta milliarium, in Macedonia, auctore Strabone 7.* EGNATIA *per Epſilon eſt in huius Epitoma. Militarem hanc nominat Cicero, Oratione de Prouinciis Conſularibus. A mari Ionio ad Helleſpontum ducebat.*

HII *inſulam Britannicam habet Beda, cuius incolas Hienſes vocat. In Scotia. Apud H. Contractum nouiſſimè editum iuxta Hiberniam eſt, & S. Columbanum eius Abbatem facit. Alio nomine* Iona *dicitur. vt dicit Camdenus.*

HILA, *vrbs Cariæ. Pomponius.*

HILARA, *Germaniæ flu. in Vdalrici vita. Surius.* Iler *vulgo.*

HILARENSE *opidum, apud Carthaginem, in Africa. D. Auguſtinus, Epiſt. 262.*

HILATIDES εἰλατίδες, *ſyluæ in Bebrycia. Orpheus.* NEPIAS *Campus videtur apud Apollonium.*

HILDINACVM, *videtur loci nomen in Aſia Propria; apud Frontinum 3. cap. 17. Stratagematum. modo ſincera ſit lectio: huius enim vocis apud nullum alium memoria. Ex Plutarchi Lucullo, & Appiani Mithridaticis* PITANE *legendum videtur.*

HILEIA, *locus eſt circa Perſidem, Ammiano. Accurſius habet* HELÆA. *Arriani fortaſſe* ILA.

HILERDA, *vide* ILERDA.

HILICANVM, *vide* HALICANVM.

HILINONICVM *bellum, à Carolo Magno ſuſceptum, ſcribit in eius vita Eginarthus.* LILONICVM *legit Alb. Stadenſis, & Lichtenauius.* HILLIONES *populos habet Sigebertus, Saxoniæ videntur. Corruptas voces, &* LIVONES *legendum cum Aimonio puto; etſi Liburnicum hoc loco legit Crantzij Saxonia. Sed lege quod annotauit Reineccius ad vitam Caroli Magni à ſe editam, qui putat ab his pagũ* Lune & Luneburgũ *nomẽ habere.*

HILISSVM *caſtellum, totius Bulgariæ antiquitus metropolis, quod circa Drinus fluuius ſe cum Orino confundit. Calliſtus 17. cap. 28. In margine libri habebatur, Quid ſi legas Cliſſum? Vide* EILISSVS.

HILLEVIONES, *vide* HELLEVIONES.

HILLYRICVS, *vide* ILLYRICVM.

HILTENSIS *Plebs, in Africa. Collatio Carthag.*

HIMACVS, *vide* IMAVS.

HIMANTOPODES, *Æthiopiæ populi ſunt, Pomponio. qui inflexi lentis cruribus, magis ſerpere, quàm ingredi videntur.* LORIPEDES *à Plinio quoque vocantur.*

HIMAONVM, *vide* PAROPAMISVS.

HIMAVS, *vide* IMAVS.

HIMELLA, *Sabinorum fluuius, apud Virgilium, & Vibium.* IMALA *legit Boccacius. & addit* IMELLE *quoque dici.* Aggia *interpretatur in Ligorij* Tabula *regni Neapolitani. Vide* CASPERIA.

HIMERA ἱμέρα, *huius nominis duos habet in Sicilia fluuios Ptolemæus, vnum in latere Septentrionali, alterum in Meridionali. Hic* GELAS *videtur apud Diodorum & Plinium, qui* Salſo *hodie dicitur, Fazello, & Leandro. Ille, nunc* Torto, *vt Leandro, vel* Fiume grande, *vt Fazello placet, nominatur. Video qui eum* Thermini *quoq; vocat: (à Thermis Himeris fortè, huic vicinis.)* ἱμέρα *ſine afflatu ſcribit Thucydides. Ex duobus his Ptolemæi Himeris Strabo, Pomponius, Vitruuius & Liuius, vnum tantum faciunt, aiuntq; eum inſulam ſcindere: alióque ore in Libicum, alio in Tuſcum mare effluere. Sic etiam Vibius Sequeſter, apud quem ego Thermitanorum reſtituo: vbi hactenus corruptè & ſine vllo ſenſu, Taurominitanorum, omnes quoquot viderim codices, legêre.* HIMERA, *vrbs Siciliæ quoque eſt, Stephano, Vibio, & Ciceroni 11. in Verrem, qua deleta ciues ſeſe Thermis collocarunt, in eiuſdem agri finibus, non longè ab antiquo opido. Libyca vrbs etiam apud Stephanum. Vide* GELAS *&* ISSA.

HIMERIA, *opidum, Oſrhoenæ regionis, in concilio Chalcedonenſi. Epiſcopatus ſub ſede* Ediſſena: *Guil. Tyrio. Vide* IMERIENSIS.

HIMNAS, *vide* HYMMAS.

HINAMAMES ἱμαναμης, *Aſiæ fluuius, terminus regni Semiramidis, verſus Orientem. Polyænus 8 de Semiramide.* IOMANES *Plinij eſt, vt annotauit Caſaubonus.*

HINATVS ἵνατος, *Ptolemæo ciuitas Cretæ. Vide* RINATVS.

HINIACVM, *vide* VINIACVM.

HINVS, *vide* OENVS.

HIOROPY, *epiſcopatus ſub ſede Seleucienſi, Ciliciæ. Guilielmus Tyrius.*

HIOS, *vide* IOS.

HIPANIS, & CALLIPIDÆ, *Græca opida ſunt, inter quæ Danubium in Pontum effluere ſcribit Iornandes in Geticis. auctor prorſus corruptus, imprimis hoc loco. Hypanis enim fluuius: & Callipidæ populi ſunt. Item pro Danubius legendum Hypanis. Malè etiam piſces oſsibus carentes tribuit huic Hypani, (aut vt ipſe habet) Danubio, quum eos in Boryſthene deſcribat Pomponius, & Herodoti Melpomene. vnde hæc ſumpſiſſe videtur. Vide* HYPANIS.

HIPNI ἰπνοὶ, *locus in Pelio. Herodotus.*

HIPPA, *vide* IPPA.

HIPPADIS ἱππάδος, *Pelagus, Ptolemæo; pars Maris Rubri, iuxta Æthiopiam, poſt Aromata promontorium.* AZANIVM *videtur vocari à Plinio hoc mare.* Archipelago di Maldiuar, *fortè.* HIPPADIS *Pylæ, locus vbi Hyperidem oratorem ſepultum, ſcribit Plutarchus. In Græcia vſpiam.*

HIPPAGRETA ἱππάγρετα, *Appiano vrbs magna, inter Carthaginem & Vticam media.* ἱππακρῖτα *&* ἱπποακρα, *item* HIPPO *ſimpliciter eſt apud Polybium. Eandem Diodorus* HIPPONACRA ἱππωνάκρα *nominat. Stephanus legit* ἱππουάκρα. *Hanc veram eſſe lectionem exiſtimo, quam apud Polybium & Appianum deſidero. Malè vertit Hipponem Zaretum Gelenius, apud eundem Appianum. alia enim hæc ab illa. Diodorus duas huius nominis vrbes in eadem hac Africa deſcribit. hanc nempe inter Carthaginem & Vticam, quam tradit ab Agathocle captam: & aliam in regione interiori ab Eumacho expugnatam.*

HIPPANA, *vide* IPANA.

HIPPARCHIA, *vide* MARONEA.

HIPPARENVM, *Meſopotamiæ opidum, ſed Chaldæorum. Plinius. Eſt qui* THELBENCANA *Ptolemæi exiſtimat.*

HIPPARIS ἵππαρις, *Pindaro Ode 5. Siciliæ fluuius: qui Ptolemæo* IPORVS ἵππωρος, *dicitur, eumq; ad Auſtrinam inſulæ oram deſcribit. Vibio, ſi ſincera ſit lectio,* HYPANIS, *&* HICTARIS *quoq; vocatur. Hodie* Camarina *dici, auctor eſt Fazellus. Leander eum* Terræ Nouæ, *vrbis vicinæ nomẽ tribuit.* ΙΠΠΑΡΙΣ *legi in nummo* καμαριναίων, *annotauit ad M. Varronẽ Fuluius. Hæc vera ergò ſcriptio. Scholiaſtes in Pindarum dicit piſcoſum flumen, & huius vnam partem dulcem, alteram ſalſam.*

HIPPEMOLGI, *vide* HIPPOMOLGI.

HIPPENE ἱππηνη, *vrbs contingens Galilæã Superiorem, ab Oriente. Ioſephus 5. belli Iud. cap. 2. Vide* HIPPOS.

HIPPI ἵππου, *promontorium Africæ Propriæ, Ptolemæo. Eodem hoc tractu aliud ad Syrtim magnam: quod* Cabo de Sorta, *Marmolio.* HIPPI, *quatuor inſulæ, ante Erythras Ioniæ. Strabo 13. vide* HIPPOS, EQVI *Arx, &* PARTHIENE.

HIPPICOME ἱππουκώμη, *Lyciæ vicus. Stephanus.*

HIPPIA ἱππία, *Stephano Perrhæbiæ vrbs; quam etiam ab Hecatæo* PHALANNAM φάλαννα, *& ab Ephoro* PHALANNVM *dictam ſcribit.* HIPPIA *Campus quoque hilaris & pinguis, ad Cephiſi oſtium. vbi laudatiſs. calamus. Theophraſt. 4. Hiſt. Plantar. vide* ORTHE.

HIPPICI ἱππικὰ ὄρη, *Montes, Sarmatiæ Aſiaticæ ſunt, Ptolemæo.* Mazariſci *dicuntur Ger. Mercatori. vide* TAVRVS.

HIPPINI, *vide* HALYDIENSES.

HIPPIOPROSOPI ἱππιοπρόσωποι, *&* MAGROPROSOPOI μακροπρόσωποι, *Indiæ intra Gangem gentes. Item* BARGYSI βαργυσοι: *omnes antropophagi. Arrianus in Periplo.*

HIPPIVS, *montis nomen circa Ilium videtur apud Seruium 2. Æneidos. vide* HYPIA.

HIPPO *Plinio, Melæ, & Plutarcho, qui eam quoque* VIBO *vocari aiunt.* HIPPONIVM *appellant Athenæus & Strabo, qui à Romanis* VIBONEM VALENTIAM *dictam addit.* VIORVM VALENTIA *apud Ptolemæum legitur.* οὐίβον *&* οὐαλεντία, *inquit Stephanus. Brutiorum mediterranea vrbs eſt, & Colonia, teſtibus Liuio, & Paterculo.* Maida *dicitur L. Alberto;* Monte Leone *verò à Pariſio, & Barrio.* Bibona *à Dom. Nigro. Sed hæc* BIBONA *ni fallor in antiqua inſcriptione) Pro Hipponium puto apud Polybium lib. 3. malè* ἰβώνιον *legi.* HIPPO, *Hiſpaniæ vrbs, Liuio 39. ſcribit enim, haud procul ab Hippone & Toleto vrbibus pugnatum inter pabulatores. An hæc fortè* HIPPO NOVA *Plinij? Eſt quoque Coi inſulæ ager* HIPPO; *ex quo Hippocoum vinum, apud Feſtum.* HIPPO *etiam Ægypti vrbs in lib. Notit.* HIPPO *quoque Paleſtinæ opidum triginta ſtadiis ab vrbe Tiberiade. auctor Ioſephus, in vita ſua. vide* HIPPON, HIPPONIVM, *&* DIPPO.

HIPPO *Carauſiarũ, Hiſpalenſis conuentus opidũ, apud Plin.*





HIPPOBOTVM ἱππόβοτον, *locus Mediæ regionis, equis alendis aptiſsimus, per quem tranſeunt qui à Perſide & Babylonia ad Caſpias Pylas proficiſcũtur. vt tradit Strabo: vnde Niſæi equi petantur.* NESÆVM νησαῖον, *campum vocat Arrianus lib. 6. vitæ Alexandri, & Stephanus.* NISÆVM *per* I. *Herodotus. Heſychius & Suidas eum deſcribunt inter Suſianam & Bactrianam, vocariq;* CATASTIGONA *addunt.* HIPPOBOTVM *appellat Aelianus lib. 6. de Varia hiſtoria terram quandam Chalcidenſium, ab Athenienſibus deuictam in Euboea. Vide* ARGOS.

HIPPOCHEPHALVS, *Antiochiæ ſuburbium, tertio lapide ab vrbe. Ammianus 21.*

HIPPOCORONA ἱπποκόρωνα, *Adramyttenæ locus. Et* HIPPOCORONIVM *in Creta, Strabo 10.*

HIPPOCRENE ἱπποκρήνη, *in Bœotiæ fons, Plinio.* CABALLINVS *Fons. ad verbum, Perſio. Circa Heliconem montem, ad Muſarum nemus, Pauſaniæ. Eidem eſt quoque fons in Peloponneſo, apud Troezanios. Vide* PEGASEVM.

HIPPOCRITA, *vide* HIPPON.

HIPPOCVRA ἱππόκουρα, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbes duæ ſunt, huius nominis: altera maritima, altera mediterranea: quam regiam* Beleocuri *cognominat: Maritimam vocat Caſtaldus* Onor.

HIPPODES, & IAMNESIA, *inſularum nomina apud Iornãdem. in Oceano Indico. corruptè ſuſpicauerim, pro Hippopodes, & Phaneſij. atque malè ex populis inſulas feciſſe.*

HIPPODIVM, *locus epiſcopalis, gentis Saracenorum, concil. Chalced.* HYPOPODIVM *alia lectio.*

HIPPODROMVS, *locus Conſtantinopoli, & Carthagine, auctor Procopius. Etiam Romæ. Et circa Alexandriam Ægypti: Plutarcho in Antonio. Vide* BETHLEHEM.

HIPPOLA ἵππολα, *vrbs antiqua Laconicæ, apud Stephanum, ex Pauſaniæ 3. Per* αι *in fine legit Pauſanias.*

HIPPOLAI, & HIPPOLEVM, *vide* IPPOLEVM.

HIPPOLOCHI *Villæ meminit Hippocrat. 4. de Morbis. In Græcia vſpiam.*

HIPPOLYTI *Lacus, vide* TRIVIÆ.

HIPPOMOLGI ἱππομολγοί, *Homero* ν. Ἰλιάδ. *quos* AGAVOS ἀγαυοὶ *vocat. Myſiæ aut Thraciæ videntur, Thraces dicit Theodoretus 5. Græcar. affectionum. In Sarmatia Europæa, conſtituit eos Euſtathius. Per* η *in ſecunda legit Dionyſius. Vide* GALACTOPHAGI.

HIPPON ἱππών, *Africæ Propriæ vrbs, cuius D. Auguſtinus Epiſcopus fuit.* Bona, *Mercatore teſte, dicitur, cui aſſentitur Marmolius, & addit eam ab Africanis* Beled el Vgneb *vocari. Hippones duas in Africa ponit Strabo; alteram Vticæ proximam, alteram Trito propinquiorem: ambas Regias vocat. Plinius verò, & Ptolemæus, vnam* REGIAM βασιλικὸς, *(quam Coloniam facit Antoninus. item Plinius Cæcilius ad Romanum ſuum, lib. 8. Epiſtolarum.) alterã* DIARRYTHON διάρρυτος, *cognominant. hanc Antonini Itinerarium* ZARYTHVM *cognominat: &* HIPZARITVM *vna dictione Vict. Vticenſis. mendoſè fortè. vt & Coll. Carthaginiẽſis* HYPPO ZARITORENSIS, *Huius Hipponis coloniæ, meminit etiam Plinius 9. Epiſtolar. ad Caninium.* HIPPON *Antonino locus circa Marmaricam, vel Cyrenen. Ægypti vocatur, in lib. Notit.*

HIPPON ACRA, *vide* HIPPAGRETA.

HIPPONESVS ἱππόνησος, *Cariæ opidum. itẽ Libyæ, Steph.*

HIPPONIATES *Sinus,* ἱππωνιάτης, *Tyrrheni maris, in Brutiis eſt, Ptolemæo.* NAPITINVS ναπιτῖνος, *vocatur ab Antiocho, apud Strabonem.* TERINÆVS *Plinio dicitur, teſte Hermolao: item Thucydidi.* BRVTTIVS *Sinus Martiano. Nominari etiam* VIBONENSEM *Sinum apud Plinium, ſcribit Leander, & Barrius, qui eundem* LAMETICVM, *ab Ariſtotele nominari dicit. vt quoque Caſaubonus. locus apud Ariſtotel. eſt de Republica 7. cap. 10. Hodie* Golfo di S. Eufemia *dicitur, Pyrrho Ligorio.*

HIPPONICA ἱππονικὰ, *regio valde ferax, vt Athenæus téſtatur 2. cap. 2. Attica videtur, ex eiuſdem libro 3. aut ipſa* ATTICA.

HIPPONITIS ἱππονῖτις, *ſtagnum, in Africa Propriæ. Ptolemæus.*

HIPPONIVM, *Promontorium eſt Lycophroni; hodie* Sabronum *vocari, in Calabria regione, inquit Gab. Barrius. Montis nomen eſt. Brutiorum opidum, Stephano. poſteà à Romanis* VIBO VALENTIA *dictum. Vide* LAMPETES. HIPPONIVM *Athenæo 7. cap. 19. & 12. cap. 20. vrbs, iuxta quam lucum quendam eſſe dicit, in quo locus, qui Amaltheæ cornu nominatur, & à Gelone factus. Vide* HIPPO, *&* IBONIVM.

HIPPONON, *Ægypti vrbs, Antonino. quæ fortè* HIPPON. *Libri Notitiar.*

HIPPOPHAGI ἱππόφαγοι, *Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Item alia Scythica, apud Ptolemæum. Medica quoque, apud eundem. Vide* SCYTHÆ.

HIPPOPODES ἱππόποδες, *populi equinis pedibus, verſus plagam Septentrionalem Europæ, Pomponio. Inſularum quarundam incolæ ſunt, Solino. Appellantur quoque* ZAGARI ζάγαροι, *vt refert* Euſtathius, *in Dionyſium. Vide* CREFENNÆ, *eoſdem enim putauerim cum Scricoſinnis. Vide quoque* NEVRI.

HIPPOREÆ, *Aethiopiæ ſub Ægypto populi, apud Plium.*

HIPPORVM, *Antonino Calabriæ opidum; hodie* Felum *dici, ſcribit Gabriel Barrius.*

HIPPOS ἵππος, *Ptolemæo Cauæ Syriæ vrbs.* HIPPO *Egeſippo, & Plinio. Volaterranus ſcribit à Plinio* HIPPODION, *& à Ioſepho* HIPPEON, *(ſed* ἱππηνή, *eſt, de bello Iudaico lib. 5. cap. 2.) vocari. Ego apud Plinium* HIPPON, DION, *diſtinctim lego. habet enim idem tractus Dion vrbem, apud Ptolemæum.* HIPPOS *etiam Arabiæ Felicis vicus eſt: & mons, eidem Ptolemæo. Colchidis regionis fluuius; teſtibus Ptolemæo, Plinio, Arriani Periplo, & Stephano in voce Aea. Vrbem cognominem ad hunc eundem fluuium deſcribit Strabo, & Euſtathius. Stephano quoque inſula Eretriæ eſt.* HIPPI *inſulæ quatuor ſunt Straboni, ante Erythræorum portum. Vide* EQVI *Saxum.*

HIPPOSTHENES, *vide* APSASIVM.

HIPPOTHOONTIA *Tribus, apud Pauſaniam Pollucem, & Suidam. In Attica. Vide* HIPPOTHOITIS.

HIPPOTAMADÆ ἱπποταμάδαι, *pars tribus Oeneidis. Pauſanias.*

HIPPOTAS ἱππότας, *vicus propè Heliconem, inter Thebas & Coroneam. Plutarchus in Amatoriis.*

HIPPOTHOITIS, *Tribus Tegeatarum, in Peloponneſo. Pauſanias.* HIPPOTHOONTIS *eſt Demoſtheni aduerſus Bœothum. Ab Hippothoo quodam ſic dicta, vt refert Suidas.*

HIPPVACRA, *vide* HIPPAGRETA.

HIPPVRIS, *inſula vna ex Cycladibus, Pomponio, & Plinio. Vide* ANAPHE.

HIPPVRISCVS ἱππουρίσκος, *Cariæ inſula. Stephanus.*

HIPPVRISSVRA, *maris Ægæi inſula, apud Plinium.*

HIPPVROS, *vide* HYPPVROS.

HIPPVS, *vide* HIPPOS, SARION, *&* TRACHONES.

HIPZARITVM, *vide* HIPPON.

HIR ἧρ, *vel vt Chaldæus* HAR, *locus in finibus Moab. Num. 21.*

HIRA ἱρα, *Meſſeniæ mons. Vrbs Melienſium. Stephanus & Suidas. Malienſium legit Stephanus Aldi. Vrbs propinqua Pylo, iuxta mare, Homero vndecimo* Ἰλιάδ. *Vide* MESOLA, HIRE, *&* IRE.

HIRASA ἴρασα, *Libyæ locus, vbi Apollinis fons, Herodoto & Stephano. in quo Battus ab Afris tranſlatus fuit. Geminato ss. ſcribit Pindarus. vocatq; Antæi vrbem.*

HIRASSA, *vide* HIRASA.

HIRE ἱρη, *mons, Homero* ι. Ἰλιάδ. *Euſtathius dicit montem eſſe. & vrbẽ Meſſenes.* HIRA *Stephani eſt. Etiam eidẽ Euſtathio Lesbi vrbs. & Malienſium.* HIRENENSIS *Epiſcopus, in Africa. teſtis Coll. Carthag. Vide* IRE.

HIRIA, *vide* IRIA, *&* HIERÆA.

HIRMINIVM, *Plinio Siciliæ fluuius*, Mauli, *&* Raguſe *dici teſtatur Fazellus*. Raguſa *quoque Aretio. Apud alium quendam Anonymon non imperitum, vocatur* Maguni.

HIRPI, *vt Solino, vel* HIRPIÆ *Plinio, familiæ in Faliſcorum agro ſunt: Hos* SORANOS *vocatos ſcribit Seruius in* 11. *Aeneidos. Sed Hirpinos malè legit. Hirpini enim quàm longiſſimè à Faliſcis abſunt.*

HIRPINI ἱρπῖνοι, *Italiæ populi, Ptolemæo, & Straboni, cui Samnitum gens. In Secunda regione Italiæ apud Plinium. Horum meminit quoque Liuius, Appianus, & Silius.*

HIRPINVM, *Hirpinorum in Italia opidum, vt Blondus tradit. Id hodie* Harpaia *dictum, ſcribit Leander, qui hoc quoque* HARPADIVM *antiquis nominatum addit. Mihi ignotum eſt, ipſe viderit.* IRPINVM *ſine aſpiratione apud Ciceronem eſt.* HIRPINVM *Montem in Sabinis, habet Gloſſarius in Iuuenal. fides ſit penes grammaticum.*

HIRRENSIVM, *in Campania; meminit lib. de Limitibus.*

HIRRI, *Eningiæ regionis populi. Plinius.*

HISARCI, *vide* ISARCI,

HISCONIENSES, *habet in ſuo Theſauro Goltzius. veteri ex lapide. In Italia, regione Ferentana eos deſcribit Lazius, ſed ſine afflatu.* Guaſto *nunc appellari, ſcribit Iul. Iacobonius. Vide* HISTONIVM.

HISORIS, *vide* HYPSILE.

HISPALIS *Plinio*, HISPAL *Silio Italico*, ISPOLVM, ἴσπολον, *Philoſtrato eſt*, ISPALIS ἴσπαλις, *Ptolemæo Turdetanorum vrbs eſt, in Hiſpania Bætica, ad Bætim fluuium, emporium nobile, & mercium Indiarum Occidentalium receptaculum.* SPALIS, *in Decretis nominatur, & inde* SPALENSE *Concilium.* Seuilla *hodie dicitur. Epiſcopus Gerundenſis ſcribit eam à Strabone* IVLIA ROMVLIA *appellari. ſcio apud Iſidorum hoc haberi. Et apud Plinium lego eam* HISPALIM COLONIAM ROMVLENSEM *cognominatam. De Hiſpali hæc ad me Ar. Montanus inde oriundus: Hiſpalis nomen Phœnicum eſt, ex Spila, vel Spala deflexum, quod planitiem, ſiue virentem regionem ſignificat; qualis eius territorium conſpicitur. A Græcis verò addita eſt aſpiratio: Arabes autem, quòd P. litteram non habent, ob idq; pronunciare nequeunt, ferè ad natiuam vocem referentes,* Sbilla *dixerunt. deinde Chriſtianorum vulgus* Seuilla, *vt nunc, appellauit. A palis ſuffixis in loco paluſtri dictam, nugatur Iſidorus.*

HISPALVM, *vide* AZANIVM.

HISPANETA, *Pannoniæ vrbs, Antonino.* SPANETA *in alio codice.*

HISPANIA, *quondam* IBERIA ἰβηρία, *&* HESPERIA ἑσπερία, *auctoribus Strabone, Plinio, aliiſq;* ἰσπανία, *ſine aſpiratione, ſcribunt Ptolemæus, & Stephanus, qui eandem* PANNONIA M παννωνία, *vocat. Idem eam in* MAIOREM *&* MINOREM *diſtinguit.* INFERIORIS *quoque Hiſpaniæ meminit Theſaurus Goltzij, ex vetuſta inſcriptione.* HESPERIAM *vltimam vocat Horatius, ad differentiam: Italia enim quondam etiam Heſperia dicta fuit.* HESPERAM IBERIAM *nominat Dioſcorides 5. cap. 102. quaſi dicas* Iberiam *Occidentalem.* CELTIBERIA *quondam dicta fuit, teſte App. Alexandrino. Eius incolæ mutato nomine* CELTIBEROS, *&* CELTOSCYTHAS *antiquitus vocatos, teſtis eſt Strabo. Item quondam* IGLETAS ἰγλήτας, *appellatos, idē ex Myrleano narrat. Hebræis* SEPHARAD *dici, ſcribit Poſtellus item Arias Montanus, in Commentariis in Abdiam, vbi etiam* SPAMIAM *à Chaldæis appellari addit. Ioſephus tradit incolas à* Thobelo THOBELOS θοβήλους, *vocari. Ego* SPANIAM, *regionem hanc olim nuncupatam, dico in dictione* IBERIA; *quam conſule. Hiſpania prius in duas prouincias diuiſa fuit.* CITERIOREM, *&* VLTERIOREM; *poſtea in tres. Citerior* TARRACONENSIS *dicta fuit: Vlterior in* BÆTICAM *&* LVSITANIAM *diſtincta fuit, Plinio teſte. Ab hac Iberia, facit* IBER *gentile Val. Flaccus 5. Vide* MAVRITANIA. HISPANI *Alpini, Vide* ALPINI.

HISPANVM *Mare, ab aliis* IBERICVM *&* BALEARICVM *dicitur, Plinio lib. 3. cap. 5. Pars maris Mediterranei eſt; Hiſpaniam alluens; à parte Orientali, vbi Baleares inſulæ.*

HISPANIENSIS *Prædij, meminit Symmachus 2. Epiſt. 86. ad Flauianum. Circa Romam eſt.*

HISPELLVM, *Plinio Vmbriæ opidum; quod hodie* Spello, *Fabricio & Leandro teſtibus. Hoc dicit Blōdus* SPELLIVM *à Plinio vocari ex mendoſo, niſi fallor, codice.* COLONIA IVLIA HISPELLA *exſtat in quadam inſcriptione antiqua, quæ habetur in Goltzij Theſauro. Græcis non aſpiratur. Strabo enim* εἰσπέλλον, *& Ptolemæus* εἴσπελον, *vnica* L. *legit.* SPELLVM *(vt hodie) vocat Hyginus de Limitibus conſtituendis. & idem* SPELLATES *incolas.*

HISSA, *vide* ISSA.

HISTEMO, *Palæſtinæ locus: Ioſue 15.* ἀσθεμώ, *habent 70. interpretes.*

HISTER, *proprium fluminis eſt: & etiam gentis. auctor Eutiches in Caſſiodori Orthographia, qui Hiſtriā nempe incolit. Vide* HISTRIA, *&* DANVBIVS.

HISTI ἱστοί, *Icariæ inſulæ ſtatio, Straboni. vide* SCYTHÆ.

HISTIÆA, *vide* OREVM.

HISTODIZO, *vide* OZIVDIZO.

HISTONIVM *Plinio, ſine aſpiratione,* ἰστόνιον, *ſcribit Ptolemæus. Iouianus, & Leander hodie* Guaſto di Aimone *indigitant.* Vaſto *Ananienſis. In Italia vrbs Ferentinorum.* HISCONIVM *videtur legendum. Coloniam Romanam ex antiquo lapide litterato, docet Onuphrius.* HISTONIENSIS *Municipij, meminit vetus Inſcriptio, apud Vrſinum, in Imaginibus virorum Illuſtrium. Pand. Collenutius ſcribit adhuc hodie* Eſtomi *nominari.*

HISTORIVM, *vide* ISTROPOLIS.

HISTRIA, *Italiæ regio, & terminus, verſus Dalmatiam. cuius gentile Hiſter, & Iſtri. Huius luculentam deſcriptionem habet Caſſiod. 12. Variar.* ISTRIA *ſine afflatu, Straboni. Qūondam* IAPYDIA *dicta fuit, teſte Plinio. Hodie* Iſtria *adhuc incolis:* Hiſterrych *Germanis.* HISTRI *etiam alibi in Italia: inter Liburnos nempe & Pelignos; Martiano 6. vide* HYLLIS.

HISTRICA, *huius ſic meminit Capitolinus, in Maximo. Fuit Hiſtriæ excidium eo tempore: vt autem Dexippus dicit, Hiſtricæ ciuitatis.*

HISTRVS, *vide* ISTROS.

HITAZVM, *vide* NITAZVM.

HITVS, *Comagenæ opidum, inter Catamanam & Niſum. Simlerus, ex Antonino manu ſcripto.*

HIVLCA, *palus iuxta Cibalas, Pannoniæ Inferioris vrbem; vt tradit Sex. Aurel. Victor, in vita Conſtantini Imp.* VVLCA *legit Vinetus, ex vetuſto codice. Viſus mihi aliquando fuit lacus qui Hungaris* Balaton; *& Germanis* Platzee *vocatur, nunc muto ſententiam: hancq; potius eſſe eam, quam Fl. Vopiſcus ſcribit Probum Imp. circa Sirmium per ſuos milites ſiccare voluiſſe.*

HIZIRZADENSIS *Epiſcopatum, habet in Numidiæ Victoris Vticenſ. Fragmentum M. S. mihi conceſſum à Clariſſ. Ludowico Hallero ab Hallerſteyn.*

HOARACTA, *vide* ORGANA.

HOBA, *vide* CHOBAL, *&* ABRAHAMI *Domus.*

HOBORDENE, *vide* BOLBENA.

HOCCONIENSIS *Epiſcopus in Numidia. Vict. Vticenſ.*

HODACA, *vide* ODACA.

HODOMANTI ὀδόμαντοι, *Odryſarum gens, in Thracia, Plinio. Iuxta Hebrum, vt Solinus docet. Vide* ODONTOMANTES.

HOSDI, *Palæſtinæ locus, 2. Samuel. 24. 70. interpretes legunt* CHADES. *Vulgata editio legit* THABASON.

HOEN, *locus in Libya, à Phœnicibus habitata. Hiſt. Miſcella 16.* TINGIS *autem eſt apud Procop. 2. Wandalicor.*





HOLANA, *&* HOLONA, *vide* OLANE.

HOLMIAM, *vocant Latini iuniores Suediæ regni metropolim & regiam. Incolæ* Stockholm *Rutheni* Stecolna *appellant. Sigiſm. ab Herberſtein.*

HOLMIVS, *vide* OLMIVS.

HOLMONES, *vide* OLMONES, *&* ALMON.

HOLMVS, *vide* OLMI.

HOLO, *Hiſpaniæ vrbs; Liuio 25. Vide* OLONE.

HOLOCRVM ὁλόκρον, *Macedoniæ mons. Plutarchus in Æmilio.*

HOLONNA, *Italiæ Ciſalpinæ locus, vbi Luitprandus rex in honorem S. Anaſtaſij martyris domicilium ſtatuit, P. Diaconus 6. Longobard.* OLONNA *ſine ſpiritu erat in codice M. S. meo.*

HOLOPHYXOS, *vide* OLOPHYXOS.

HOLOPYXOS, *Cretæ vrbs: Plinio & Pomponio.*

HOLOTRONVS, *vide* VVLTVRNVS.

HOLSATIA, *vide* VVAGRI.

HOMALA, *vide* LYRNESSVS.

HOMARIVM ὁμάριον, *locus erat Megalopoli; vbi Veſtæ ara. Polyb. 5.*

HOMATRINVS, *vide* HELVILLVM.

HOMELEA, *Angliæ fluuius; in Vitarum regione. Bedæ.* Humble *vulgo vocatur è regione Vectis inſulæ.*

HOMERICVS *Tumulus,* ὁμηρικὴ τάφος, *vna Echinadum inſularum: iam verò non inueniri, ſcribit Euſtathius: quod Achelous earum aliquot hinc æſtu ſuo continenti aggeſſit.*

HOMERITÆ ὁμηρῖται, *Ptolemæo, & Plinio, Arabiæ Felicis populi.* AVZOMITÆ *cognominantur Procopio, lib. 1. de bello Perſico. Æthiopiæ gens eſt apud Stephanum. Vide* INDI.

HOMILÆ ὁμίλαι, *Theſſaliæ vrbs. Ptolemæus.*

HOMOLES, *Pelij montis populi. Euripides in Hercule furente. Vide* OMOLE.

HOMOLIVM, *&* HOMOLIS, *Magneſiæ opidum; Straboni, Plinio & Liuio. Stephanus* ὁμόλιον *Macedoniæ: & Magneſiæ vrbem habet. Homile Ptolemæi puto.*

HOMOLVS, *vide* OMOLE.

HOMONA *opidum, &* HOMONADES *gens: In Iſauris, Plinio.* HOMONADENSES *Tacito, in Cilicia.* ὁμοναδεῖς, *Strabonis. cui finitimi Selgenſes.*

HOMONOEA ὁμόνοια, *locus Paleſtinæ. In vita Ioſephi.*

HOMOTHERMON, *vide* SYRACVSÆ.

HOMOTYLES, *Siciliæ vrbs maritima, cum portu: Polyæno 5. in Dionyſio, qui eam ex manibus Imilconis recuperauit: interprete Wetterano. Sed* MOTYENSES *legendum: vt Græcus codex. ab vrbe Motya.*

HON, *fluuius eſt in vita B. Landelini.* Honneau *puto, Hannoniæ.*

HONGLOS, *Sarmatiæ Europeæ fluuius. Hiſt. Miſcella 19.*

HONORATIANVM, *Italiæ locus ſic dictus, Antonino. Circa Venuſiam.*

HONORIAS, *Aſiatica regio, in Nouellis, Conciliorū opere, & Lib. Notit. in qua Cratia, Heraclea, Hadrianopolis, Tium, & Claudiopolis vrbes.* PONTVS *Ptolemæi eſt. Vide* CAPPADOCIA.

HONOSCA, *Hiſpaniæ Tarraconenſis maritima vrbs, inter Iberum fluuium & Carthaginem Nouam. Liuius 22.* Villa Ioyoſa *fortè.*

HOPLIAS ὁπλίας, *fluuius qui &* HOPLITES, *apud vrbem Bœotiæ Haliartum, in fluuium Phliarum illabitur. Plutarchi tempore fuit* ISOMANTVS ἰσόμαντος, *dictus, vt ipſe teſtatur in vita Lyſandri. Addit autem ab aliis deſcribi iuxta Coroneam; ibique in Phliarum fluere, qui antiquitus Hoplias dicebatur.*

HOPLITES, *Atticæ tribus, Herodoto 5. & Polluci 8. Militum genus Hoplitæ, apud Demoſthenem. vide* HOPLIAS.

HOR, *vide* OR.

HORACITÆ ὁρακῖται, *populi ſunt apud Polybium, 11. quos cum Illyriis numerat. Mendoſè pro Thoracitæ.*

HORÆ, *Calabriæ vrbs: Curopalati.*

HORÆA, ὡραία, *Carmaniæ emporium videtur; in Arriani periplo. An Ora Ptolemæi?*

HORÆVS ὥραιος, *Euboëæ opidum. Ptolemæus. vide* OREVM.

HORAS ὥρας, *loci nomen circa Alpium radices, ad Padum fluuium, auctore Gedreno, & Curopalate.*

HORATÆ, *Indiæ populi, vrbe pulchra, foſſis munita, & paluſtribus. Plinius.*

HORATI *Silua, vide* VRSVS *Lucus.*

HORATII FLACCI VILLA, *in Latio fuit, vbi nunc* S. Ioanne in campo Horatio; *Blondo teſte.*

HORBATII *olim, nunc verò* Crabaten, *Germaniæ regio, Wolfg. Lazius.*

HORCHIANVS *Vicus, eſt in Tuſcia, auctore Annio, ex tabulis Deſiderij Longob. regis. Ant. Maſſa ſcribit nomen retinere, vocariq;* Vicorchiano. *quaſi vicus Orchianus.*

HORCOSIVM ὀρκώσιον, *nomen loci, ſic dicti à iuramentis, vt videtur apud Cedrenum. Fortaſſe Aſiæ Minoris, iuxta Bithyniam. Sine adflatu eſt Curopalati.*

HORDAHA, *Turingiæ fluuius: teſte Vignierio in Bibliotheca Hiſtoriali. ex Fortunato, vt ait.*

HORDONIENSES, *Apuliæ populi: Plinio.*

HOREA, *locus in Campania. Diacono lib. 6. cap. 9. Lombardicorum. Vide* HORREA.

HORESTI, *Tacito ſunt Britanniæ populi. Hodie* Merniam, *&* Anguſiam *Scotiæ regiunculas occupant, vt Hector Boëthius tradit.* Eskedale *putat Camdenus.*

HORICI ὡρικοί, *populi Italiæ, Stephano. In voce* Σίριος. *Sed corruptè, pro* NORICI.

HORISIVS, *amnis Myſiæ Aſiaticæ, circa Troada, vt perhibet Plinius.*

HORMA ὅρμα, *Albotarum in Macedonia vrbs: Ptolemæo. Locus in deſerto, Iudic. 1. vbi Iſraëlitæ Chananæos fugauerunt. Num. 14. Sed* ἑρμά *habent 70. interpretes. Vide* RAMA, *&* HARMA.

HORMANVS, *vide* ORMANVS.

HORMENIVS, *Magneſia in Macedonia vrbs: Plinio. Vide* ORMENIVS.

HORMETIONORVM *gentis Barbaræ, ad Oceanum meminit Hiſtoria Miſcella, 16. quorum rex Aſceltus.*

HORMIA, *vide* SELEVCIA.

HORMIÆ, *vide* FORMIÆ.

HORMINÆ, *vide* HYRMINE.

HORMINIVS, *vide* HYPIA.

HORMIZA ὁρμίζα, *Arabū vicus; Ioſepho 1. belli Iud. c. 14.*

HORMVS ὅρμος, *locus Theſſaliæ, haud longè à Iolco. Diodorus, 4.*

HORNENSIS, *vide* SAMBRICA.

HORON, *vide* ARONVM.

HORONÆ, *vide* ORONÆ.

HOROSSVS ὅροσσος, *locus in Ciliciæ videtur: apud Plutarchum, in Demetrio.*

HORREA, *&* HORREA CELIA, *habet Itinerarium Antonini, in Africa, circa Adrumetum. D. Auguſtinus horum quoque meminit.* ORREOCELLENSIS *epiſcopi fit mentio in concilio Carthagineſi VII.* HORRENSIS *apud Vict. Vticenſ.* HORREA, *vel* HOREA *locus in Campania. P. Diacono, 6. Longobardic. Antoninus habet quoque Galliæ Narbonenſis locum Ad* HORREA *dictum, inter Forum Iulij & Antipolim.*

HORREM ὡρέμ, *70. interpret. Ioſue 19. locus in terra Chanaan.*

HORREN, *locus circa Aſſyriam: Ammiano.*

HORREVM *Margi, vide* ORREA.

HORREVS, *Moloſſidis regionis vrbs. Liuius 45. In Epiro puto. Vide* ORESTÆ.

HORSARA, *vide* ORSARA.

HORSENA, *vide* ORSENA.

HORTA, *Nouarienſis lacus inſula, in Gallia Ciſalpinæ. Sigonius 6. Regni Italiæ. In quam Berengarius coniectus fuit ab Othone Imp. Petrus Marſus ad Sil. Ital. 3. ſcribit* HORTA *Beticæ opidum eſſe, propè Nebriſſam. ad hunc verſum, Nebride & Hortano Monas Nocturna Lyæo.*

HORTANVM, Plinio Tuſciæ vrbs. Hæc HORTA apud Diaconum: quæ Leandro Horti nominatur: Orta Maſſæ. Alia eſt ORTONA Liuio 2. & 3. Latinorum ſiue Aequorum vrbs: quæ BIRTONA βιρτῶνα, Halicarnaſſeo 10. HORTENSES populos, habet Plinius etiam Latij. & alios in Vmbria. vide VRBINATES.

HORTARII Regna, de quibus Ammianus 18. Hayrich hodie appellari putat Heroldus.

HORTENSIS Villa, quæ eſt ad Baulos. Cicero in Academicis. Vide BAVLI.

HORTENSIVS Vicus, iuxta Arelatem, vbi duodecima Synodus habita fuit. Decret. 1. diſtinct. 16.

HORTINAS claſſes, habet Virgil. 7. Aeneid. Erythræo videtur fluuij nomē in Sabinis: quē hodie Coreſiti vocant.

HORTVS κῆπος, ſic dicta regio Siciliæ, Panormo vicina: quòd vbique abundet cultis arboribus. Athenæus 12.

HOSÆA, vide OSÆA.

HOSTIA, vide OSTIA.

HOSTIÆ Lacum, habet Obſequens. ex Liuij 27. Stagno hodie vulgò vocatur.

HOSTICVM, locus circa Perſidem: Ammiano 19.

HOSTILIÆ, meminit Tacitus lib 2. & 3. Hiſtor. item Antoninus Venetæ regionis opidum hodie, vt Leander ait, Hoſtia dictum. Padum alluere ſcribit Plinius. Huius mentio eſt quoque apud Caſſiodorum, Variar. 2. ad Dromanarios. vbi Hoſtilienſem locum vocat.

HOSTRIALIZVM, Thraciæ opidum: Antonino. Vide OSIVDIZO.

HVCVCA, vide VCVCA.

HVCVMBRA, vicus Marcellino, ZVMBRA Zoſimi eſt, eumq́ inter duo opida collocat, quorum nomina ſunt Nisbara, & Niſchanabe, quas Tigris diuidit.

HYDRENTVM, vide HYDRVS.

HVIONVM, vide IVHONVM.

HVL, vide ÆOLIS.

HVMESEN, tribus Iudæ poſſeſſio. Ioſ. 15. at 70. interpretes duo ex eo faciunt, ἀυμ & ἀσεμ.

HVMISA, Syriæ vicus, Damaſo: qui Anicetum Papam hinc oriundum ſcribit. In Vicomurco verò natum hunc tradit Platina.

HVNI, ſiue HVNNI, poſtea ABARES vocati fuêre. Diaconus 1. cap 18. Longobardicor. HVNNI ACATIRI ſunt apud Suidam, in verbo Abares. Sed ἀκτίροι, eſt in codice Græco. Apud Agathiam 5. Hunni diſtinguuntur in COTRIGVROS, VLTIZVROS, & BVRGVNDOS. eoſq́ circa lacum Mæotidem deſcribit.

HVNI Albi, vide EVTHALITÆ.

HVNISCIS equis (à natione ſic eos vocat Vegetius, in Veterinaria) grande & aduncū caput, exſtantes oculi, &c.

HVNNI, vide HVNI.

HVNNIVAR, Iornandi pars Scythiæ Europææ, ſic dicta, quam Danubius prætermeat.

HVNNVM, vrbis Britanniæ nomen, lib. Notitiar. Seuenshale hæc Camdeno eſt.

HVRDASPALENSIS Monaſterij, meminit Eulogius in Epiſtolis. Moralis nō dubitat quin hoc ſit quod hodie Vrdax appellant. Situm eſt trans Pyrenæos Galliam verſus, haud procul à Vaiona.

HVS, Auſitidis regionis, cuius incola Iobus fuit, vt Sacræ teſtantur litteræ. hæc, vt docet D. Hieronymus; in finibus Syriæ & Arabiæ eſt quæ dicitur Scenitis. Arſeron nouo vocabulo nominatur à Vincentio, libro 31. Hiſtorialis ſpeculi. Thomas Minadoius in hiſtoria ſua Perſica Omps nouo nomine nominat. Vide AVSITIS.

HVSIPÆ, vide VSIPETES.

HYACINTHI, vel Apollinis Hyacinthi tumulus, in agro Tarentino eſt: vt docet Polybius 8. HIACINTHIS Via, in agro Laconico. Athenæus 4.

HYACINTHVS, pagus, ſupra Sphendonios, vbi Erechtei filias immolatas tradit Suidas: in dictione Partheni. Circa Bœotiam videtur.

HYADETÆ ὑαδέται, Strabo 4. ſed CALETI legit pro eo Xylander, quod & Caſaubono placere video. Vide SIADÆ.



HYÆA ὕαια, Locrorum Ozolorum vrbs: apud Stephanum. Huius meminit quoque Thucydides 3.

HYÆLA, vide HYELA.

HYAIA, vide HYÆA.

HYALA ὕαλα, ad Indi fluminis oſtium vrbs. Diodor. 17.

HYALÆI ὑαλαῖοι, In Sicilia ſunt, Phalaridi: Epiſt. 148.

HYAMIA ὑάμεια, Meſſeniæ vrbs: apud Stephanum.

HYAMIVM ὑάμιον, Stephano Troicum opidum.

HYAPEA, vide HYPIA.

HYAMPEIVS ὑαμπεὶν κορυφη, vertex, in Phocide videtur. Herodotus, in Vrania. Parnaſſi fortaſſè. Circa Delphos fuiſſe, videtur ex Plutarcho, De tarda Dei vindicta.

HYAMPOLIS ὑάμπολις, Phocidis vrbs: Stephano, & Statio Thebaidos 7. vide ANEMOLIA.

HYANTIA ὑάντια, Locrorum Ozolorum vrbs: Plutarcho in Quæſtionibus Græcis, Statio, & Stephano. Idem habet HYANTES populos, circa Alalcomenium, in Bœotia. Vide ANEMOLIA.

HYANTOPOLIS, vide ANEMOLIA.

HYAPIA ὑάπεια, Phocidis vrbs: apud Stephanum. Eadem cum Hyampoli fortè.

HYAROTIS, vide HYDRAOTÆ.

HYASIS, vide OASIS.

HYASSVSÆ, vide BALEARES.

HYBA ὕβα, Vicus eſt Stephano, Leontidis tribus.

HYBANDA, Inſula quondam Ioniæ: CC. nunc à mari abeſt ſtadiis. Plinius.

HYBELA ὑβέλη, vrbs circa Carchedonem. Stephanus ex Hecatæi Europa. In Armenia fortaſſè.

HYBERIA Regio. ſic Taciti codices, per Y. Vide IBERIA.

HYBLA ὕβλα, Siciliæ vrbs mediterranea, Ptolemæo. Tres ſunt Hyblæ in Sicilia, Stephano auctore. MAIOR, MINOR, & PARVA. Vnam harū TIELLAM τίελλα vocatā dicit, quā verò, non addit. Paruam HERAM ἥρα, quoque nominat. Incolas maioris HYBLÆOS ὑβλαῖοι, Paruæ autem GALEOTAS γαλεῶται & MEGARENSES μεγαρεῖς, appellat. Pauſanias duarum meminit; vnam MAIOREM, alterā GEREATIN γερεάτις nuncupat. Hybla Ptolemæi, Milili dicitur, Claudio Aretio iudice. Hybla Virgilij in Bucolicis, vulgo Auola eſt, vt ſcribit in ſuo indice Erythræus. HYBLENSES Plinij. HYBLA quoque Italiæ vrbs: Stephano. Eſt & locus in Attica ſic dictus: Seruio.

HYBRISTES ὑβρίστης, fluuius inter Chalybes populos & Caucaſum montem. Æſchylus Prometheus. Proteruos appellatiuè vocat Garbitius: & Araxis putat epitheton.

HYBRIANES ὑβρίανες, populi circa Thraciam, à Scordiſcis infeſtati. Strabo. An Agrianes legendum, vt ſuſpicatur Caſaubonus?

HYCCARA ὕκκαρα. Thucydidi, Diodoro, & Plutarcho, Stephano, & Antonino, Siciliæ vrbs eſt. Huius meminit etiam Athenæus, qui dicit locum nomen habere à genere piſcium qui hyccæ vocantur. Omnes Laidis meretricis natale dicunt. Fazellus ſcribit hodie deſertam eſſe, ſed locum Garbolangi, & partem eius Catini nominari. Vicari Aretio, & cuidam Anonymo vocatur. HYCCARVM habet Stephanus, aliud ab Hyccara: hoc opidum, illud opidulum dicit, & Laidis patriam.

HYCSOS, vide IVDÆI.

HYDA ὕδη, locus incertus: teſte Strabone, ex Homero.

HYDARA ὕδαρα, Straboni Armeniæ Maioris vrbs.

HYDARCÆ ὑδάρκαι, Straboni & Stephano Indica gēs eſt.

HYDASPES ὑδάσπης, fluuius circa Tigrim & Euphratem, vt habent 70. interpretes: Iudith 1. Sed IADASON legit D. Hieronymus. Vide BIDASPIS, & INDVS.

HYDASPIS, fluuius delicatiſſimæ aquæ, circa Suſam vrbem videtur; apud Curtium, 5. ſic dictus ab Hydaſpe Medorum rege, vt placet Lactantio. An idem cum Choaſpe fortè ſic dicto? Fabuloſum Hydaſpen habet Horatius, ſed pro Indiæ flumine, ni fallor, cuius Strabo 15. Seneca in Hercule Oetæo, & Claudianus non vno in loco meminit, item Plutarchus in Alexandro, Q. Curtius, & Arrianus. De hoc flumine conſule quoque Philargyrum ad 3. Georg. HYDASPIS fluuius Æthiopiæ, ex aduerſo Meroes inſulæ, ſi





creditur Sexto Philoſopho in Pyrrhoniis.

HYDASPIOS populos, habet Trogus lib. 12. fortè Hydaſpim fluuium Indiæ accolentes. ADASPIOS tamen mauult legere Bongarſius.

HYDATA, vide AQVÆ.

HYDÆ ὕδη, Lydiæ vrbs; Stephano, Straboni, & Homero. circa Tmolum montem. Eandem cum Sardibus puto.

HYDESTINATVS, inſula Britannica haud magno freto à terra diſcreta: Bedæ. Circa Pictorum regionem.

HYDIA ὑδία. Siciliæ opidum, Ptolemæo: quod Nigro Fontana murata vocatur. Fazellus dicit eius hodie nihil exſtare præter turrim rotundam, & Cadra dici vulgo. Sed HIDRA ille habet, ex Latino fortaſſe Ptolemæi codice, vbi Græci hoc loco Hydia legunt.

HYDISSVS ὕδισσος, Cariæ vrbs: Stephano: ὕδισσα, Ptolemæo. HYDISSENSES Plinij ſunt.

HYDRA ὕδρα, inſula Libyca circa Carthaginem: Stephano. quæ fortè HYDRAS Ptolemæi. Item HYDRA Aeolidis promontoriū, Straboni & Ptolemæo. Dolopum vilis inſula, eſt in Lexico Phauorini. Eſt etiam opidum Argiæ ab Hercule expugnatum, niſi fabulam fabulæ addat Palæphatus. Vide LYSIMACHIA.

HYDRACA Vicus, Pentapolis in Africa regione. Syneſius Epiſtola LXVII.

HYDRACAE, Indiæ populi ſunt. Strabo 15.

HYDRALIS, fluuiolus propè Conſtantinopolim; Nicetæ. in Barbyſem influens Belgrado hodie dictus, à vico propè eius ripam ſito. Pet. Gyllius.

HYDRAMIA ὑδραμία, Cretæ vrbs, apud Stephanum.

HYDRAOTÆ ὑδραῶται, regionem Indiæ habet Philoſtratus lib. 2. Apollonij. Idem fluuium habet HYDRAOTEM, in fine eiuſdē libri. HYAROTIS ὑάρωτις, eſt Straboni, ſiue D. Hydraotim fluuium etiam deſcribit Philoſtratus, Curtius, & Arrhianus de rebus Alexandri. & idem in Indicis; eumq́ recepto prius in ſe multis fluminibus, in Indum incidere tradit. ex quo fortè Zadadrus Ptolemæi erit, nihil tamen affirmo. Nam ADRIS Ptolemæi mihi potius videtur.

HYDRAS ὕδρας inſula Africæ propriæ, in mari Mediterraneo. Ptolemæus. Vide HYDRA.

HYDRAX ὕδραξ, Africæ opidum, Ptolemæo, in Pentapoleos regione. Meminit huius etiam Syneſius, Epiſtolæ LXVIII. & Pentapolis vicum appellat.

HYDREA ὑδρέα, inſula iuxta Troezenem, Peloponneſi: Stephano, & Pauſaniæ in Corinthiacis. ſed hic HYIDREA ὑιδρέα, legit.

HYDRELA. Cariæ vrbs, quæ poſtea NYSA vocata fuit. Strabo 14. HYDRELITANVM agrum ad Phrygiam vergere, ſcribit Liuius 37. Vide CARIA.

HYDREVM, Æthiopiæ ſub Ægypto videtur mihi locus: apud Solinum. HYDREVMA, ni fallor, Plinij.

HYDREVMA Apollonis, HYDREVMA Troglodyticum, HYDREVMA Nouum, HYDREVMA Vetus; item alia quinque HYDREVMATA: Æthiopiæ ſub Ægypto nouem loca diuerſa ſunt apud Plinium. Hydreuma Nouum, Antonino CÆNON HYDREVMA eſt.

HYDRIA, Hadriatici maris inſula: apud Pomponium. An Adria D. Hieronymi?

HYDRIACVS ὑδριακος, Carmaniæ fluuius: Ptolemæo, & Marcellino. CAVDRIACVS, neſcio vnde interpretibus.

HYDRIAS ὑδρίας, Aſiæ Minoris regio, ex qua Marſyas amnis profluit. Herodotus in Terpſichore.

HYDRVS ὑδροῦς, Ptolemæo; HYDRVNTVM Plinio, cui etiam HYDRVS eſt: ſed diuerſas vrbes eſſe apud eum contendit Pintianus. HYDRENTVM, vel HYDRENTVM per E in ſecunda ſcribendum, docet ex Galateo & marmorea inſcriptione quæ Neapoli eſt, Becanus in ſua Gallia. EOA TYRVS eſt Hydron Italica, inquit Caſſiodorus, lib. 1. Variarum, ad Theonem. (nō autem nomine, ſed hiſtoria: ob purpuræ nempe vtrobique piſcaturam.) Hodie Otranto nuncupatur. Vrbs Calabriæ, ad Mare Ionium. HYDRVS fluuius hic quoque Galatæo teſte:



à quo vrbi nomen, vt putat ex Lucani 5. fortè, vbi auidus Hydrus legitur. Auius legit alius, pro auidus. Pomponius habet hoc loco HYDRVM montem. Mirum huius montis neminem alium meminiſſe. Magis mirum eundem hoc tractu inter ceteras vrbes, nō item Hydruntis. Mendum ſubeſſe vereor: & pro Hydrus mons, Hydrus mox legendum ſuſpicor. Iudicent peritiores, locus eſt lib. 2. cap. 4. In libro Iuris Orientalis numeratur quoque ὕδροις, inter metropoles Aſiæ.

HYDRVSA ὑδροῦσα, inſula Attica, ante Aexoniam. Strabo 9. Vide ACRA.

HYDRVSSA, vide ANDROS, CEOS, & TENOS.

HYELA ὕελα, Arabiæ Felicis vrbs: apud Ptolemæum. HYÆLA habet interpres. Vide VELIA, & THYELLA.

HYELIVM, Phrygiæ opidum ad Meandrum. Nicetas.

HYESDEM, vide IESDEMON.

HYETTOS ὑηττὸς, Bœotiæ vicus; quem etiam ASPLEDONEM ἀσπληδὼν, vocant. Stephanus. Fons, & mons, in Caria eſt. HYETTOS quoque, circa Miletum. vt refert Scholiaſtes in Theocritum. ſed vno T.

HYETVSSA, inſula in Cariæ ora. Plinius.

HYGASSVS ὕγασσος. Cariæ vrbs: Stephano, cui quoque Hygaſſius campus.

HYGENNENSIVM ὑγεννέων, populorum meminit Herodotus, in Aſia Minori.

HYGIANA ὑγιάνα, Triphyliæ in Peloponneſo vrbs. Polyb. 4. Sed HYPANA legendum putat Caſaubonus.

HYGRIM ὑγρεὶς, ciuitatem Sarmatiæ Europææ, Ptolemæi; Sabardi vulgo appellari, credit Villanouanus.

HYI, Suſianæ populi: apud Plinium.

HYIDREA, vide HYDREA.

HYLA Virgilio, HYLAS Solino, Martiano, & Plinio, fluuius, fons, & lacus, ſic dictus ab Hyla Herculis puero, vt fabulantur poëtæ. In Myſia alluit Pruſiadem vrbem. Apud Apollonium PEGÆ πηγαὶ vocatur. HYLA, etiam Doridis vrbs: Pomponio. Etiam locus in Cypro inſula: Lycophroni.

HYLABI, vide HYLAMI.

HYLACTES, HYSTRA, & TYRICHÆ, opida olim fuiſſe in ora Hiſpaniæ Tarraconenſis, ſcribit Sex. Auienus.

HYLACTVNTORVM ὑλακτούντων, populorum in Æthiopia, meminit Philoſtratus 6. Pro Cynocephalis fortè.

HYLÆ, vide LETHÆVS.

HYLÆA, vide HYLEA.

HYLAMI ὕλαμοι, Lyciæ vrbs: apud Stephanum. ex Alexandro Polyhiſtore. ὕλαβοι, habet Aldinum exemplar.

HYLAS, vide HYLA.

HYLATÆ, Syriæ populi, apud Plinium.

HYLÆ ὕλη, Phocenſium colonia, poſtea ELEA ἔλεα, dicta. Suidas & Laërtius in Zenone. cuius patriam facit & hic, & Strabo. In Italia eſt. eadem cū VELIA, ad Pæſtanum ſinum. HYLE etiam Cypri vrbs, Stephano, Lycophroni, & Papinio 7. Thebaidos. Eidem Stephano eſt quoque Locrorum Ozolorum vrbs. Item regiuncula Italiæ, inter Romanos & Sabinos. Vide ELEA, & VELEA.

HYLEA ὑλέα, Ponti regio; quæ alijs ABICA ἀβικη, dicitur, vt Stephanus tradit. Hylæa ὑλαῖα, cum diphthongo ſcribitur ab Herodoto & Plinio. Val. Flaccus HYLEAM gentem ibidem quoque habet. HYLEVM Mare habet Plinius. Circa Boryſthenis oſtia ſunt.

HYLIAS ὑλίας, agri Thurini fluuius. Thucydidi 7. Trionto nunc vocari, ſcribit Gab. Barrius. vide ÆSARVS.

HYLICA ὑλικη, palus, eſt apud Strabonem, 9. Circa Copaidem, aut Cephiſſidem, vt videtur.

HYLIESSA, vide PAROS.

HYLLA, vide HYLLIS, & HYLLAICVS.

HYLLAICVS ὑλλαικὸς, portus in Peloponneſo, iuxta Meſſenen videtur. Thucydides 3. Vide HYLLIS.

HYLLARIMA ὑλλάριμα, Cariæ opidulum, ſupra Theſtrotonitiam, Stephanus. Hieroclis philoſophi patria.

HYLLI, & HYLLICVS, vide HYLLIS.

HYLLIS, pæninſula, vel DIOMEDIS Promontorium Plinio; Liburniæ, ad Mare Hadriaticū: quod Cabo Ciſta

hodie dicitur, Nigro. ὕλλις Stephano & Euſtathio peninſula eſt oppoſita Hyllæis, Peloponneſo ſimilis, quindecim magnas ciuitates continens. HYLLI ὑλλεῖς, Illyrica gens, Stephano, & Apollonio 4. ibi & HILLEIS regio, & HYLLA vrbs. Poſt Hyllos ſunt Liburni, & Iſtri quidam dicti Thraces, inquit Euſtathius, ex Apollodoro: HISTRIAM peninſulam ſub Hyllis his deſcribere veriſimile eſt. HYLLICVM portum, habet Apollonius 4. ſed circa Corcyram, vbi & Liburnos ponit, Strabo 6. HYLLAICVM hunc nominat Thucydides 3. Stephanus habet etiam HYLLIM Argiæ vicum: item Doridis: & Træzeniorum.

HYLLVALIA ὑλλυαλία, Cariæ vicus, Stephano.

HYLLVS ὕλλος, Aſiæ Minoris fluuius, in Hermū defluens, circa Lydiam; Homero, & Pauſaniæ. Strabo ſcribit ſuo tempore PHRYGIVM vocatum, lib 13. circa finem. Phrygium eum quoq; Appianus, & Liuius vocat. Eundem SYRIACVM vocat Polybius. Plinio PHRYX eſt, ſed alius ab Hyllo, hoc tractu. Vide ELLVS.

HYLOBII, vide GERMANES.

HYLOPHAGI, Æthiopiæ populi: Agatarchidi, & Diodoro 3.

HYLVA, vide ILVA.

HYLYCVS ὑλυκος, amnis Argiæ, inter Hermionem & Troezenem. TAVRIVS ταυρίος, quondam dictus fuit. Pauſanias in Corinthiacis. TAVRVS hic ab Athenæo dicitur, & HYOESSA ὑόεσσα.

HYMANI, Liburnorum populi, apud Plinium.

HYMETTVS ὑμηττός, mons Atticæ. Ptolemæus, Strabo, Plinius, Lucianus, & Stephanus. iuxta Athenas. HYMESSVS Herodoto.

HYMMAS, vicus Antiochiæ Syriæ, apud quem victam Zenobiam ſcribit Iornandes. Vno M. quoq; ſcriptum reperio. THVMAS legit Marianus Scotus, & THYME Platina. TIMNAS Chronicon Euſebij. EMISSA Vopiſco eſt. & IMMA Ptolemæi, ni fallor.

HYMOS, circa Rhodum inſula, Plinio. Quo loco quidam codices AMOS, & HAMOS legunt.

HYNIDOS, Aſiæ Minoris, in Caria, opidum. Plinius. IDYMOS fortè Ptolemæi.

HYNILON, ſub ſede Amidenſi, Epiſcopalis vrbs. G. Tyrius.

HYOESSA, vide HYLYCVS.

HYOPE ὑώπη, Matienorum vrbs, iuxta Gordios: Stephano: ex Hecatæo. Maſtianorum legit Xylandri editio.

HYOPS ὕωψ, vrbs in Iberia Cherſoneſi, iuxta Leſyrum fluuium. Stephanus.

HYPACYRIS ὑπάκυρις, & GERRHVS γέῤῥος, Scythiæ flumina ſunt apud Herodotum. De quibus etſi nihil ſe aſſirmare ſcribat Peucerus; tamen ea flumina eſſe ſuſpicatur quæ Deſna, & Sem nominibus, iuxta Czernigo opidum, in Pontū infuſa, Carcinitem Sinum conſtituunt. Horum Pomponius etiam meminit. Herodotus eundem etiam, ὑπάκυρις, per A in pænultima legit. & puto eundem Plinij PACYRIN eſſe. vide CARCINITES.

HYPÆA, nunc Pomige vocari, ſcribit Dalechampius. vide STOECHADES.

HYPÆLOCHI ὑπαίλοχοι, Moloſſica gens. Stephanus, ex Rhiano 4. Theſſalonicar.

HYPÆPA ὕπαιπα, Lydiæ vrbs, inter Tmolum & Cayſtrum, Ptolemæo & Straboni. De eo Ouidius Metamorph. 6. & 11. ſed HYPÆPÆ multitudinis numero: vti quoque apud Pauſaniam. HYPOEPÆ apud Petronium. Apud Plinium HYPÆPENI ſunt.

HYPÆSIA ὑπαισία, Peloponneſi regio, circa Arenen. Strabo. Subdubitat Caſaubonus an Hypana in Triphylia ſit.

HYPÆTRENSIS, Phitiadis cuiuſdam, meminit Demoſthenes aduerſus Lacritum, à tribu ſic vocari, veriſimile.

HYPANA ὕπανα, Triphyliæ vrbs, Straboni & Stephano. Eandem cum HYPANIA puto. Vide HYGIANA.

HYPANIA ὑπανία, Ptolemæo Elidis, in Peloponneſo vrbs. EPINA ἔπινα, Straboni vocatur. Accumba nomine hodie vtitur, ſi verum dicit Niger. vide EPINA.

HYPANIS ὕπανις, Ariſtoteli, Herodoto, Plinio, & Pomponio; Scythiæ Europææ fluuius. in Ponto deſcribitur à Vitruuio: dicitq; ſandaracham ibidem inueniri. Hic mihi cum Mercatore, & Lud. Decio, hodie Bog eſt. Alius eſt Ptolemæi, qui proculdubio PANTICAPES Herodoti & Plinij eſt. Eſt & alius quoque Vibij, quem dicit Aſiam ab Europa diuidere. hic erit PHASIS. hunc enim quidam HYPANIM vocaſſe; & Aſiæ atque Europæ terminum feciſſe, auctores vetuſtiſſimi produnt. Stephanus ait Hypanim biſariam diuidi, & parte ſui in Mæotim, parte in Pontum effluere. Vide PHASIS, BIBASIS, HIPPANIS, & ANTICEITAS.

HYPARCHVS, vide HYPOBARVM.

HYPARNA ὕπαρνα, Lyciæ vrbs. Arrianus 1.

HYPASIORVM Terram Indiæ, habet Strabo 15. Geminato PP. habet idem. Inter Cophen & Indum flumina.

HYPASIS, Indiæ fluuius, & terminus Alex. Magni, Plinio & Solino. HYPHASIS Arriano, & Philoſtrato. Vide BIBASIS.

HYPATA ὑπάτη, Theſſaliæ primaria vrbs eſt, in Aſino Apulei. Meminit huius quoque Liuius; & Heliodorus 2. Æthiopicarum, eámque ad ſinum Maliacum ſub Oeta monte deſcribit, vocatq; metropolim Ænianum populorum, quos hic in Theſſalia, ad hunc ſinum collocat. Stephanus etiam eam Aenianum vrbem facit. De hac eadem quoque Ariſtoteles in Admirandis: vbi & loci Erythiæ meminit. Ptolemæi longè ab hac introrſum & multò diſtantem video, in Theſſalia tamen. Regionem Hypatæ dictam habet Stephanus, in Aſia: ad Sangarium fluuium. quorum gentile Hypatæi.

HYPATIS, Siciliæ fluminis, meminit Silius 14. & pauperis aluei Hypatem, &c.

HYPATVS ὕπατος, mons Thebanæ regionis, in Bœotia, Pauſaniæ & Straboni. Phœniciæ fluuius, Melæ. Sed LABOTAS legunt alij hoc loco. Vide MVLONA.

HYPELÆVS Fons, Epheſi, haud procul à Sacro portu. Athenæus.

HYPERACRII ὑπερακρίοι, & PARALII, παράλιοι, dicti fuere quidam Athenienſium. Halicarnaſſeus 1.

HYPERASIA ὑπερασία, vrbs eſt Stephano. alia ab HYPERESIA videtur, cuius autem regionis ſit, reticet. Vide ÆGIRA.

HYPERBOREI ὑπερβόρεοι, RHIPÆIq; ῥιπαῖοι gentes & montes, à veteribus omnibus ſtatuūtur verſus Boream, ſitu autem valde inconſtanti. Ptolemæo ſunt in Sarmatia Aſiatica, in Aſiatico littore Pomponio 3. cap. 5. vltra Amazones 1. cap. 3. Vltra Aquilonem Plinio 4. cap. 12. & 6. cap. 13. item Pauſaniæ 5. ſupra Ariſmaſpios eidem 1. Hos deſcribit vltra Ripæos montes Clemēs Alexandrinus. Strabo 11. dicit antiquiores eos qui ſupra Iſtrum & Adriam incolerent, omnes Hyperboreos, Sauromatas, & Ariſmaſpos appellaſſe. HYPERBOREOS, neſcio qua fide, habet Apollodorus 2. ad Atlantem montem. Atque hæc de his. RHIPÆI his confines, ad Tanaidis fontes ponuntur à Ptolemæo, & Plinio: cum Ceraunijs montibus eos coniūgere videtur Pomponius. Vltra extremam Scythiam ſtatuuntur ab Ariſtotele, de quibus multa, vt addit, fabuloſa narrantur: à quo non abludit Strabo 7. vbi dicit Hyperboreos & Ripæos montes eſſe cōmentitios. Circa Tanais fontes hodie nullos eſſe montes, docent teſtes oculati & fide digni. Sunt verò montes vlterius verſus mare Boreale, quos accolæ Camenopoias. i. Cingulum ſiue Zona mundi appellant, & eius verticem Stolp, teſte dicto Herberſteinio, qui hos, vti quoque Mercator, pro Hyperboreis ſiue Rhipæis antiquorum montibus habet. Meminit & Orpheus in Argonauticis Riphæi montis, cuius verticem CALPIVM nominat. hunc alium ab illo habuerim ego, at potius pro ijs qui Scandiam peninſulā à Meridie verſus Septentriones ad Oceanum vſq; in duas partes diuidunt, & quos Olaus vulgari nomine Doffrini & Doffrafiel nominat. Idem Orpheus ibidem habet Acheron locū, quem interpretari auſim abyſſum illum, quem noſtri Vmbilicum maris appellant; de quo nos ſuo loco in hoc Theſauro. etymon locus, & natura huius loci ad credendum me impellunt.





quid ni? vocem enim Germanicam puto, & idē ſignificare quod abyſſus. acheronta enim nihil aliud eſt, ſi interpreteris, quàm ſine fundo. ab a. vel af. priuatiuis articulis & grondt, fundus. itaque afgrondt pronuntiamus, i. abyſſus. vocem itaque indigenarum retinuiſſe hic Orpheum veriſimile. Incolas enim huius tractus Celtoſchytas nominant Strabo & Plutarchus in Mario. & Celtica ſiue Germanica lingua ibidē hactenus in vſu eſſe, non tantùm ſcio, ſed & docere poſſim, ſi neceſſitas vrgeat. Hyperboreos MACROBIOS eſſe, ſcribūt Strabo, Plinius, & Orpheus. item Olaus hactenus. Vide RHIPÆI, SEVO, CERAVNII, & DANVBIVS.

HYPERDEXIVM ὑπερδέξιον, Stephano Leſbi inſulæ regiūcula.

HYPERE, vide AMORGVS.

HYPEREA, vide CALAVRIA, & TROEZEN.

HYPERESIA ὑπερησία, Achaie vrbs. Euſtathius in catalogo nauium. Vide HYPERASIA.

HYPERIA ὑπέρεια, Theſſaliæ fons eſt, circa Helladem vrbem, teſtibus Strabone & Plinio. Meſſeniæ videtur apud Homerum β. Ἰλιαδ. & Pindarum in Pythiis. Vrbis nomen eſt Homero ζ. Ὀδυσ. & Euſtathio: item Val. Flacco 4. Lonicerus in Pindarū ſcribit circa Pheras Theſſaliæ eſſe, teſtemq; adducit Sophoclem. Phæacorum vrbs eſt Heſychio. Eſt & Siciliæ vrbs, Euſtathio in catalogo nauium, apud Homerum. Hanc velle Plutarchum de Exilio, veriſimile, quam finitimos ſcripſit habere Cyclopas. Vide ÆGIRA.

HYPERIS, Perſiæ fluuius, in medio ſinu Perſico. Plinius.

HYPERNEIVM. vide NEIVM.

HYPERNOTII, vide PILA Terræ.

HYPERTELEATVM locum, ſic dictum, in Laconica, habet Pauſanias.

HYPHÆVS, ὑφαῖος, Cāpaniæ mōs, apud Plutarc. in Sulla.

HYPHALI, vide MARITIMÆ Stationes.

HYPHANTIVM ὑφάντειον, Bœotiæ locus, videtur apud Strab.

HYPHASIS ὕφασις, Indiæ fluuius, vno oſtio in mare decurrens. Philoſtratus 2. & 3. ſed falsò hoc: In Indum enim, non in mare ſe exonerare, claſſici tradunt auctores. Vide HYPASIS, BIBASIS, & PHISON.

HYPHETVLA, vide SVFETVLA.

HYPHORMVS ὕφορμος, portus Achaiæ, Ptolemæo. HYPHORMI meminit etiam Strabo 5. in Latio, circa Stuvam fluuium, inſulæ aut opidum eſt.

HYPIA ὕπια, vrbs, & HYPIVS fluuius, item HYPII montes, (ex quo idem fluuius erumpit) ſunt apud Heracleam Ponticam, vt referunt Memnon, Stephanus, & Apollonij Scholiaſtes. Arrianus hunc fluuium geminato P. ὕππος, ſcribit, & inter Sangarium & Lycum ponit. ὕππιον, Ptolemæi eſt. & HIPPIVS Plinio (Per Y in prima ſcribendum videtur ex antiqua inſcriptione) HORMINIVS, vel melius ORMENIVS ὀρμένιος, hic mons videtur apud Ptolemæum vocari. & fortè SCOROBAS σκορόβας, apud Appianum de Mithridaticis. Hunc Ormenium dicit Leunclauius Armenidag vocari. Stuckius ait fluuium à Ptolemæo APTIVM ἄπτιον, nominari, quod mihi non liquet: APLIVM autem habet quoddā exemplar Latinū, Argentorati excuſum, 1520.

HYPII, & HYPIVS, vide HYPIA.

HYPNVS ὕπνος, locus aſper, circa Peliū: in Theſſalia. Strab.

HYPOBARVM, flumen Indiæ, quod Plinius ex Cteſia ſcribit, à Septentrione in exortiuum Oceanū fluere, iuxta arbores electrum ferentes. à Cteſia HYPARCHVS ὕπαρχος, vocatur; additq; ſonare, omnia bona ferens: Plinius omnia vaſa bona ferens, habet. Addam & hoc, præter inſtitutum; has arbores apud Plinium Aphytacoras, apud Cteſiam Siptachoras nominari. quibus vocibus vtrumque, dulcem ſuauitatem ſignificare prodit.

HYPOCHALCIS, vide CHALCIS.

HYPOCREMNVS ὑποκρημνος, loci nomen videtur Caſaubono apud Strabonem 14. in Ionia Aſiatica regione.

HYPODROMVS ὑπόδρομος, vrbs Æthiopiæ. Ptolemæo, In Lybia Interiori. Vide BETHLEHEM.

HYPOGOTHOS, nominat Hiſt. Miſcella 14.

HYPONEIVM, vide NEIVM.

HYPOPLACIVM, tractus Ciliciæ circa Troiam videtur, apud Stephanū, Vide THEBÆ, CILICES, & PLACIA.

HYPOPODIVM, Vide HIPPODIVM.

HYPOTHEBAS ὑποθήβας, habet Homerus β. Ἰλιαδ. ſic legit quoque Giſanius. ſub Thebis, Iuſtinopolitanus, eius interpres. Strabo 9. ſcribit à quibuſdam intelligi pro opidulo ſic vocato. quidā pro Potniis haberi. Vide POTNIÆ.

HYPPASII, vide HYPASIORVM.

HYPPELÆVS ὑππέλαιος, Epheſini agri fons eſt, apud Athenæum 8. cap. 11.

HYPPENÆ, Egeſippo Phœniciæ vrbs. corruptè pro HIPPONE Ioſephi puto.

HYPPIS, vrbs Ioniæ. Mela. Vide PARTHENIE.

HYPPIVS, vide HYPIA.

HYPPORVM, vide HIPPORVM.

HYPPVROS, portus Taprobanæ inſulæ: quo An. Plocami libertus appulit. Solinus. Per I. Hippuros apud Pliniū eſt.

HYPSA ὕψα, Siciliæ fluuius, apud Polybium, Plinium & Ptolemæum. HYSPA legit Silius, qui Bilici, & Saracenis Belich dicitur; vt ſcribit Fazellus: Platina vocatur Leandro: (ſed malè legit Hiſpa.) Lapriſſa ab Aretio, & aliis quodam Anonymo. Si de his nominibus diuinare liceat, Lapriſſa, erit Hypſa Ptolemæi: Platina, Polybij; & Belich, Plinij. variant enim in hoc flumine deſcribendo auctores veteres. HYPSA etiam Hiſpaniæ fluuius: qui ſecundum Irecon vrbem decurrit, teſte Vibio. VECON pro Irecon legit Bocatius.

HYPSALTÆ, Thraciæ populi, apud Plinium. HYPSELITÆ Stephano.

HYPSARNVS ὕψαρνος, Bœotiæ fl. Lycoph. & Iſacius.

HYPSELA ὕψηλα, vrbs circa Pergam Ciliciæ, Straboni. Alaſcehar fortè hodie, vt conijcit Leunclauius in Pandectis R. Turcicar. HYPSELIPOLITANI epiſcopi, meminit (in Aegypto ni fallor) Socrates, Calliſtus, & D. Athanaſius. gentile fortè ab HYPSILE ὑψηλη, quæ Ptolemæo Aegypti vrbs eſt: HYSOPIS Antonini eſt, vt Simlerus ſcribit. apud quem quoque HISORIS, variata lectione habetur. HYPSELIS ὕψηλις, Stephani eſt.

HYPSELITÆ, vide HYPSALTÆ.

HYPSICRYMNOS ὑψίκρημνος, vrbs, circa Caucaſum. Æſchylis Prometheus qui eam ab Arabibus habitatā ſcribit.

HYPSIPYLÆA, vide LEMNOS.

HYPSITANÆ, vide AQVÆ Neapolitanæ.

HYPSIZORVS, mons circa Pallenen, Macedoniæ peninſulam. Plinio.

HYPSVS ὕψος, in Laconica vicus, finibus Spartanorum: Aeſculapio & Dianæ Daphnææ ſacer. Pauſanias in Laconicis. Arcadiæ opidum eſt, Straboni, Stephano, & Pauſaniæ. Eidem montis ibidem nomen. Leunclauius Phrygiæ opidum ſic dictū adfert, ex Leone Imp. Synadæ ſubiectum. quod à Turcis Vpſu vocatū addit. IPSVS vult, ni fallor.

HYRAMENORVM ὑραμενων, meminit Goltzij Theſaurus, ex Auguſti nummo. Ibidem HYRANORVM, ex nummo Seueri Imp.

HYRCANA Silua, in Hyrcania. Iſidorus. Huius videtur meminiſſe Q. Curtius 6.

HYRCANI Montes, vide PHASIS, & TAVRVS.

HYRCANIA ὑρκανία, Ptolemæo Aſiæ regio: Hebræis HADORAM nuncupari, dicit Montanus in ſuo Apparatu Biblico. Hodie Diargument vocatur, Mercatore teſte; Caſſon Giraua, Hyrach Erythræo, Straua Mariæ Angiolello. Niger ſcribit à Barbaris Gigia, vel Corcan dici. Item ab ea parte qua Straua & Errit opida ſunt, Meſandra appellari. Maſandra eſt Thomæ Minadoio. Hic non ſum diuinus. Hyrcanios Aſſyriis finitimos facit Xenophon 4. Cyropediæ. In Hyrcaniam quoque Iudæos actos ab Artaxarxe, ſcribit Oroſius 3. cap. 7. Eſt etiam HYRCANIA, metropolis regionis Hyrcaniæ; eidem Ptolemæo, & Trogo, quæ à Scythis Carizath dici, ſcribit Theuetus. HYRCANIA quoque vrbs Thraciæ. & Palæſtinæ vicus, iuxta Iudæam, Stephano. HYRCANIA ſilua eſt Arabia, Seruio in 4. Aeneid. Apud Strabonem Lydiæ

opidum eſt, vbi & HYRCANIVS Campus, Stephano, & Liuio 37. HYRCANIA vrbs, & MOSTHENE ibidem, Calliſto: terræmotu ſub Tito Imp. concuſſa. DIA-HYRCANIA legit Euſebij chronicon. HYRCANI MACEDONES ſunt circa Smyrnam, in Aſia Minori, Plinio. Quiq; MOSGENI vocantur, (inquit Tacitus) aut MACEDONES HYRCANI. Calliſti corruptum Moſthene hinc corrige. Non placet Moſcheni, vt quidam legunt: alij enim ab his Moſcenis.

HYRCANIOS ſapientum philoſophorumq; gentem, habet Philoſtratus 1. In India.

HYRCANIVM, locus munitus, circa Arabiæ montes. Ioſephus 1. belli Iudaici, cap. 6. ANKALIA apud Ioſippum eſt. Eſt & Lydiæ campus. HYRCANIVS apud Steph.

HYRCANVM Mare, Ptolemæo: quod etiam CASPIVM aliis auctoribus vocatur. MAGNVM Mare nominat Arrianus 3. non ſemel. Et PONTICVM videtur vocare Q. Curtius 7. vbi Taurum montem deſcribit. aliiſq; idem in locis. Plinius auctor eſt illud ANTIOCHIDA atq; SELEVCIDA nominatum à regibus Macedonum ſic nuncupatis. Priſcis ſcriptoribus habitus eſt pro Sinu, è Boreali, ſiue Scythico Oceano, in interiores regiones irrumpente. Ab initio ſatis anguſtus, (inquit Strabo) intus autem dum progreditur, in latum ſe pandit. Pomponius illud trifariam diuidit, inq; tres ſinus diffundi ait. contra os ipſum in Hyrcanum; ad ſiniſtram in Scythicum; ad dextram in eum quem propè, & totius nomine, Caſpium appellant. Poſteritas autem lacum in mediterraneis, & vndique ab Oceano remotum, totiusque orbis maximum cognouit. Plurimis nominibus, inquit Plinius, accolarum appellatũ; celeberrimis duobus, Caſpio & Hyrcano. Hodie non paucioribus (ni fallor,) indigitatur. A Rhutenis enim Chualenskamorie vocatur, à Mauris Bohar Corſun, (vocabulo cum Sinu Arabico communi) quod mare clauſum ſignificat. Aliis præterea nominibus, vt Bachu, vel Abachu, Sala, Cunſar, Guilao, Giorgian, Terbeſtan, Coruſum, pro vario gentium idiomate, aut regionibus illi appoſitis, nuncupari, ex Tabulis & ſcriptis peregrinationibus obſeruaui. Mare Maurum, & Ganna apud Antonium Curchinum vocatur, in codice manu ſcripto vbi Magnum pro Maurũ, corruptè legunt excuſa Latina exemplaria. In peregrinatione Giſtelij Tartaricum etiam & Albanicum eadem ratione dicitur. quod has etiam regiones alluat, nempe.

HYRESBON, Bœotiæ oræ opidum. Plinius. EILESION vult legere Sylburgius ex Homero. Vide EIRESIÆ.

HYRGIS ὕργις, Scythiæ fluuius, in Tanaim influens; Herodoto teſte. Mercatori hodie Scoſna dicitur.

HYRIA ὑρία, Homero, Euſtathio, & Stephano, regio prope Aulidem. Idem, olim opidum ibidem fuiſſe, ait. Inde HYRIES lacus, Ouidio 7. Metam. Opidi meminere in Bœotia, Strabo & Plinius. ſed HYRIÆ hic legit. ille aliquibus HYSIAS dici, ait. Eſt & HYRIA vrbs iuxta Iſauriam Seleuciam, quam Calydnus vel Calycadnus fluuius alluit, Stephano auctore. HYRIENSES ſunt apud Plinium & Liuium. Vide LISIMACHIA, SELEVCIA, & ZACYNTHVS.

HYRIS ὕρεις, promontoriũ Propontidis: circa Chalcedonẽ, Stephan. quod & EVRON dicitur eidẽ, vt P. Gyllius vult.

HYRIVM ὕριον, Ptolemæo Apuliæ Dauniæ vrbs, in Italia. Hæc HYRIA ὑρία, Herodoto; VRIA οὐρία, Varroni, Plinio, & fortè Straboni. HYRINI populi, quoque Plinio. An VRII etiam Catulli, quos apertos cognominat? Inde VRIAS Sinus apud Melam. Vrbs hodie Rode; & Sinus Golfo di Rhode vocatur, Nigro & Leandro teſtibus. VRIAM Varronis, hodie Condoiano dici ſcribit Gab. Barius. Vide eius Calabriam fol. 232. editionis Romanæ. idem adſerit Scipio Mazzella. At Hyrium aliam eſſe ab Vria contendit Celſus Cittadinus, & Hyrium nunc Rode; Vria autem Oria appellari, hancq; in mediterraneis eſſe inter Brunduſium & Tarentum. illam verò in Apulia Daunia iuxta Garganum montem. Vide PAROS, & ZACYNTHVS.



HYRMINE ὑρμίνη, Elidis regionis opidum, Pauſaniæ, Plinio, & Straboni. quod & HORMINE ὁρμίναι, dicitur, eodem teſte. Idem Stephano, qui quoque HYRMINA, per A in fine habet. HORMINAS etiam ÆPEOS vocari, idem tradit.

HYRNITHIVM ὑρνίθιον, locus in Epidauro. Stephanus, ex 8. Pauſaniæ vt ſcribit. per E autem in ſecunda hic legit. in Argia Peloponneſi eſt.

HYSÆIS ὑσαεῖς, parua inſula, & magna: Æthiopum, Stephanus.

HYSBE ὕσβη, Stephano Lydiæ vrbs.

HYSCANA ὕσκανα, Illyrici vrbs, apud Stephanum. ex Polybij 8. vt addit. Huius libri autem fragmenta tantum hodie ſuperſunt.

HYSIA, vide HYSIÆ.

HYSIÆ ὑσίαι, Bœotiæ vrbs, Herodoto, Straboni, Stephano, Pauſaniæ, & Thucydidi 3. & 5. Ad Citheronis montis radices: Euripidi in Bacchis. Plinio alia in Achaia eſt. In Argia, Pauſaniæ, & Stephano: ſed HYSIA huic, ſingulari numero. Eidem eſt & alia, Parthyæorum regia. Item Arcadiæ vrbs. Et Vicus Argiæ. vide HYRIA.

HYSOPIS, vide HYPSILE.

HYSPA, vide HYPSA.

HYSSVS ὕσσος, portus circa Trapezuntem, Ptolemæo. & Arriani Periplo. cui quoque ibidem fluuius eiuſdem nominis. Dorotheo etiam portus maris eſt in Aethiopia Interiori (vbi & PHASIS fluuius.) Hic Matthiam apoſtolum prædicaſſe tradit. Vide ÆTHIOPIA.

HYSTASPÆ ὑστάσπαι, Perſica gens. Stephanus: ex Neſtore. pro HYDASPÆ veriſimile eſt: quaſi fluminis Hydaſpis accolæ.

HYSTOAS, vrbs Cretæ: Germanico in Aratum. Vide CYNOSVRA.

HYSTRA, vide HYLACTES.

HYTANIS, Carmaniæ fluuius, Plinio, Solino, & Martiano auctoribus. ANDANIS putauerim Ptolemæi.

HYTENNA ὕτεννα, Lyciæ vrbs, Stephano.

HYTHMITÆ ὑθμῖται, gens circa Liburnos, & Syopios. Stephanus, ex Hecatæo.

HYTTENIA, vide TETRAPOLIS.

IABADII ἰαβαδίου, Inſula. i. hordei. in Oceano Eoo eſt, ſecundum Ptolemæum. Hæc Noua Guinea videtur Gerardo Mercatori: Nigro Iaua eſt, propter alluſionem vocabuli fortaſſe. Quam Hiſpani hodie Nouam Guineam vocant, Andreæ Corſali Terra de Piccinacoli eſt.

IABIS ἴαβις, vrbs apud Stephanum, ex Ioſepho. IABES GALAAD Iudic. 21. & 1. Samuel 15. In Galaaditide vel Galadena regione eſt.

IABNA, vide IAMNA.

IABNEEL, vide IEBNEEL.

IABOCH ἰαβώχ, Vadum: Geneſ. 22. Torrens eſt Ioſepho Antiq. 4. qui in Iordanem fluuium deſcendit.

IABRI ἰάβρι, Arabiæ Felicis vrbs, apud Ptolemæum.

IABRVDA ἰάβρυδα, Laodicææ regionis vrbs, in Syria. Ptolemæus. Arabiæ eſt, in Nicæno concilio.

IACCETANI ἰακκητανοί, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi; apud Ptolemæum. ACCETANI ſine I. apud huius interpretes. Hic hodie Iacca vrbs, vt cenſet Cluſius. Iidem LACETANI, apud Cæſarem ſunt, vt exiſtimat Ful. Vrſinus. De Lacetanis Liuius, lib. 28.

IACENA, regio eſt Africæ Propriæ, teſte Victore Vticenſe, pro BYZACENA, corruptè.

IACHVRA ἰαχούρα, Armeniæ Maioris opidum, Ptolemæo. CACHVRA interpreti.

IACIACVM, vide LAVIACVM.

IACTERENSIS Epiſcop. in Numidia. Vict. Vticenſ.

IACTVM fluuium, videtur Plinius 3. cap. 16. deſcribere. Gaſpar autem Varrerius in ſua Corographia Luſitanica lingua edita, iacta appellatiuè legendum docet. vt intelligantur iacta flumina. Verba Plinij ſunt hæc: Celeberrima ex iis Apennino latere Iactum, Tanarum, Trebiam, &c.

IADAS



IADAS ἰάδας, vrbes, circa Helleſpontum videntur, ex Herodoto in Erato. Harum meminit quoque Diodorus 12. & Æliano Variar. 2. cap. 38. ἰαδέων πόλιν, etiam habet Polyb. 9.

IADASON, vide HYDASPES.

IADER fluuius, iuxta Salonam mare influit Adriaticum. ſic Vibius. Huius meminit etiam Lucanus 4. Salona fortè hodie. ita enim fluuium qui Spalatum opidum alluit (quod Salona putatur) accolæ nominant.

IADERA Colonia, ἰάδερα, vrbs in Illyridis ora maritima, Plinio, Ptolemæo, & Hirtio de bello Alexandrino, apud quem nonnulli cum afflatu HIADERTINORVM legunt. Zara hodie eſt, teſtibus Sophiano, & Fauolio. COL. AVGVSTA IADERA. in Domitiani nummo.

IADI ἰαδοῦ, Ptolemæo, RHADI interpretibus: Arabiæ Felicis vrbs.

IADONI, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi: auctore Plinio. Ad Cantabricum mare.

IADVA, vide GVTTALVS.

IÆTIA ἰαιτία, Stephano Siciliæ vrbs. ex Philiſto. Vide IETAS.

IAGATH ἰαγάθ, Ptolemæo Mauritaniæ Tingitanæ vrbs, quæ Terga Caſtaldo, per a. Targa Marmolio.

IAGVR, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

IAIR vici. Num. 32. Deuteron. 3. 30. ſunt opida in terra Galaad, ſic vocata, AVOTH IAIR, Iudic. 10.

IALCHLEVENSES ἰαλχλευεῖς, Libyæ populi. apud Nicolaũ, vt refert Stobeus, de Legibus. An Malichubij Ptolem.

IALYSVM Plinio, IELYSSVS ἰηλυσσός, Homero, & Ptolemæo; ἰάλυσος, Straboni. Rhodii inſulæ opidum: quod Niger ſcribit vicum eſſe nomine Vxilica. GALISA malè legitur apud Dict. Cretenſem. Hoc Ialyſum quõdam RHODVM dictum, ex Plinij 5. cap. 31. mihi perſuaſeram: at diſſuaſit poſtea Caſaubonus ad 14. Strabonis.

IAMÆ, vide SCYTHÆ.

IAMAN, & ADMOT, regiones nominantur in Lib. Proprietat. falsò Ariſtoteli tributis. Palæſtinam & Arabiam velle videtur.

IAMBA ἰάμβα, Babyloniæ vrbs, Ptolemæo.

IAMBAL, vide RHENVS.

IAMBIA ἰαμβία, Arabiæ Felicis vicus, ad ſinum Arabicum. Ptolemæus.

IAMBOLI inſula, vide CERNE, & TAPROBANA.

IAMBOS ἴαμβος, vrbs circa Troiam. Heſychius.

IAMEN, locus vnde lapis Altaza. Serapio.

IAMFVENSIS Epiſcopi, in Numidia: meminit Vict. Vticenſ.

IAMI, vide SCYTHÆ.

IAMIDEI Populi, vel familiæ videntur apud Herodotũ 5.

IAMIGGINENSIS Epiſcopus, in Numidia. Vict. Vtic.

IAMISSA, vide THAMESIS.

IAMNA ἴαμνα, vrbs Balearis inſulæ minoris, apud Ptolemæum. Per O in vltima, ſcribunt Plinius & Mela. IAMMONA vocatur in D. Seueri epiſtola: à Baronio edita, in Quinto Annal. tomo. Ciuitadella, Epiſcopo Gerundẽſi. IAMNA ἰάμνα, Stephano; IAMNEIA vrbs, & IAMNETORVM portus Ptolemæo. vtrumque Plinius IAMNES vocat: in littore, & interius: Iudææ regionis. LIAMNIA corruptè apud Antoninum. D. Hieronymo IAMNIA 2. Paralipom. 26. IABNA 70. interpretibus. Zaniam, & Caſtrum Beroaldi à Venetis vocari, ſcribit Maſius ad 12. de Ioſue. Sed idem ad 15. eiuſdem hanc IAMNIAM eandem eſſe cum IABNEEL dicit. de littorali loquitur. Vide ZINDI.

IAMNESIA, vide HIPPODES.

IAMNETORVM Portus, vide ACCARON, & IAMNA.

IAMNIA, vide IAMNA, & ACCARON.

IAMNITH, Galilææ Superioris vrbs. Ioſephus ſub finem lib. 2. belli Iudaici.

IAMNO, vide IAMNA.

IAMPHORINA vrbs, caput & arx Medicæ regionis, in Thracia. Liuius 26.

IAMSORTENSIS Epiſcopi, in Numidia; meminit Vict. Vtic.



IAMVIRITANVS Epiſcopus in Numidia: eſt apud Victorem Vticenſem.

IANASVM, vide FLAVIVM BRIGANTIVM.

IANGACAVCANI ἰαγγακαυκανοί, Mauritaniæ Tingitanæ gens, apud Ptolemæum. Latini codices habent ANGAVCANI.

IANGANORVM, vide CANGANORVM.

IANICVLA, vetus TVSCIÆ nomẽ, Leandro. Vide ITALIA.

IANICVLENSIS Pons, Vrbis Romæ. Ponte Xiſto hodie dici, ſcribit Barthol. Marlianus.

IANICVLVM, Vrbis nomen Virgilio, ſi vera ſcriptura: Arcem enim quidam codices legunt. Mons vrbis Romæ, quem ad Miluium vſque pontem porrectum fuiſſe docet Baronius in Annalibus. Vide ÆNEIA, ALBVLA, & ANTIPOLIS.

IANINEA, à Noës cognomine ſic dicta vrbs. In Arabia Felici. Pſeudoberoſus.

IANOBA, ciuitas Galliæ ad Rhodanũ: Gregorio Turonenſi.

IANOE locus, Ioſue 17. Item 4. Regum 15. vbi 70. interpretes IONOCH legunt.

IANVA, vide GENVA.

IANVM, Palæſtinæ locus. Ioſue 15. In territorio ciuitatis Legionis eſt D. Hieronymo.

IANVS, vide ALBVLA.

IANVS AVGVSTVS, locus Hiſpaniæ, ad Bætim fluuium, LXIII. millibus paſſ. ab Oceano. Teſtis vetus Inſcriptio, quæ Cordubæ conſeruatur. Circa ipſam Cordubam fuiſſe, ex diſtantia veriſimile eſt.

IANXVATIS ἰαγξόυατις, Lybica vrbs, Stephano.

IAOLCVS ἰαωλκός, Græciæ vrbs eſt apud Homerum, in Catalogo nauium. IOLCVS, aliis eſt, in Theſſalia; vt Ptolemæo, Stephano, &c.

IAON ἰάων, Arcadiæ fluuius, Dionyſio, & Callimacho. Vide DIAGVM.

IAONENSES ἰαονες, Athenienſes dicuntur ab Homero: teſte Strabone 9. Vide IAS.

IAONITÆ, vide HISTRIA.

IAPETIA, vide EVROPA.

IAPHA ἰαφα, Galilææ vrbs, apud Ioſephum lib. 2. circa ſinem belli Iud. Finitima Iotapatenſibus, lib. 3. cap. 11. & Egéſippo 13. cap. 3. Vicum maximum & munitiſſimum, vocat idem Ioſephus, in vita ſua. Puto IAPHIA Ioſue 19. cum Maſio. Vide HEPHA.

IAPHLET, vide IEPHLETI.

IAPIS ἰαπὶς, Attica vallis, perducens ad Megaram. Steph.

IAPODES ἰάποδες, Straboni, IAPYDES ἰάπυδες, Ptolemæo: Illyriæ populi ſunt; qui hodie Craner videntur: Auſtriæ Principibus ſubditi. Ex Lazij Tabulis ſic colligo. Sed idem in ſuo Migrationum 5. Iappenaw eos interpretatur. Video hoc vocabulum indifferenter apud auctores per Y. & O. in ſecunda ſyllaba ſcribi. IAPYDVM opidum quoq; Iapydiæ, nouit Seruius 3. Georg. quod fortè IAPYGIA Stephani: & IAPYX Plinij.

IAPYDIA, vide HISTRIA.

IAPYGIA, SALENTINA, PEVCETIA, MESSAPIA, APVLIA, CALABRIA, ſynonyma ſunt illius Italiæ Cherſoneſi quæ Orientem ſpectat. Hodie hanc Puglia vocant. Quondam MAGNA GRÆCIA quoque dicta fuit. ſed hoc nomine altera etiam Cherſoneſus comprehendebatur, quæ Meridiem reſpicit. Hoc ex Ant. Galatæi Iapygiæ deſcriptione. Hanc Iapygiam prius DAVNIAM, deinde MESSAPIAM dictam, ſcribit Polybius lib. 3. Sed neque hic omittendum duco, quod Iſacius in Lycophronem prodit; MESAPYGIA μεσαπύγη, inquit alio nomine IAPYGIA ἰαπύγη, poſtea SALATIA σαλατία, poſtremo CALABRIA nominata eſt. Idem alio in loco addit eam VALENTIAM nuncupatam. Adde his, quæ habet Ant. Liberalis de Lycaone. IAPYGIA vrbs, vna in Italia: altera in Illyride: auctore Stephano. Vide DELMATIA, & IAPODES.

IAPYGIVM Promontorium, vt Ptolemæus: vel, vt Plinius habet, ACRA IAPYGIA. Idem à Salluſtio, & Ptolemæo quoque SALENTINVM σαλεντίνη, dicitur, &



Plinius

Plinius addit hic Italiam longiſſimè in maria excurrere. Pomponius SALE tantum (niſi locus mutilus ſit) vocat. Cabo de S. Maria appellatur Leandro: ſic quoq; Mazzella: S. Maria de Finibus terræ nempe. C. de Leuca, Collenutio. Stalatum indigenæ appellant, inquit Barrius.

IAPYX, vide IAPODES.

IARAH, apud Sacros ſcriptores comprehendere ARIAM, & ARACHOSIAM, tradit Montanus, in ſuo Apparatu Biblico.

IARAVACORVM, eſt memoria Linzij in Auſtria, in antiquo lapide. Lazius lib. 6. R. P. Romanæ. SEVACES ſunt hoc tractu, Ptolemæo.

IARDA ἰαρδαν, vici nomen, Arabum. Ioſephus belli Iud. 3. cap. 2. ARTHA legit hoc loco Hegeſippus.

IARDANIS, vide IORDANIS.

IARDANVS ἰάρδανος, Cretæ fluuius. Pauſanias in Eliacis. Lydiæ fluuius quoque, apud Stephanum. Vide ACIDAS.

IARDES ἰαρδης, nemus in Iudæa. Ioſephus de bello Iud. 7. cap. 26.

IARGANVM ἰάργανον, Phrygiæ Magnæ promontorium, Ptolemæo. Cabo de S. Maria hodie eſt, Sophiano, Leunclauio, & Bellonio auctoribus. Vide GARGARA.

IARIM ἰαρίμ, vrbs, quæ & CHESLON χασιλὼν, Ioſue 15. CHASLON legunt alij. & χασιλον 70. Interp. IARIM quoque mons, ibidem.

IARMVTH, vide HIERIMOTH.

IARPHEEL, Palæſtinæ locus. Ioſue 18.

IARSATH ἰαρσάθ, Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Tedelez Caſtaldo.

IARSO, vide OEASO.

IARZETHA ἰάρζηθα, Ptolemæo ciuitas Libyæ Interioris.

IAS ἰὰς, Illyriæ pars, quæ & IONICA ἰωνική, dicitur; Stephano teſte. Cuius incolæ IATÆ. ſed IAONES Homero. vt ſcribit Strabo 9. Eoſdem cũ IASSIIS putauerim.

IASÆA ἰασαία, Arcadiæ opidum. Pauſaniæ. Perperam ſcriptum pro ασέα, vel δασέα ſuſpicatur Sylburgius.

IASI, vide IASSII.

„ IASII oſtendunt Dianam manibus eorum factam. Sic Plinius 36. cap. 5. Pintianus putat gentile ab Io eſſe. Quid ſi ſit à Iaſæis?

IASOM ἰασὸμ, Palæſtinæ locus, Ioſue 19. ASEM legit D. Hieronymus.

IASONIVM, locus iuxta Conſtantinopolim, qui Græcis Diplociana, Turcis Biſitas. Pet. Gyllius. IASONIVM eſt apud Ptolemæum & Strabonem magnus mons, ſupra Caſpias portas, ad læuam. Flumen eſt Plinio circa Iaſonium promontorium Ptolemæi, in Cappadocia. Eſt quoque Margianæ vrbs, Ptolemæo. Vide APSASIVM.

IASONIVS, vide TAVRVS.

IASPIS ἰασπίς, Conteſtanorum in Hiſpania vrbs. Ptolemæo. ASPIS Antonini putatur.

IASSA ἰασσα, inſula circa Liburniam, Straboni in Epitoma. apud ipſum autem Strabonem 7. ISSA ἴσσα, legitur. Iaſſa quoque locus in deſerto, vbi Iſraëlitæ caſtrametati ſunt. vt legimus in lib. Numeri, cap. 21. Eſt etiam nomen loci, apud Eſaiam cap. 15. Vide ISSA.

IASSII ἰάσσιοι, Pannoniæ populi, apud Ptolemæum. IASI apud Plinium, ad Drauum fluuium. Vide IAS, & IAZIGES.

IASSVS ἰασσος, Armeniæ Minoris vrbs: in Melitena, apud Ptolemæum. Apud eundem & Polybium, Cariæ vrbs: item Plinio: & quoque Illuſtrio in Diodoro: ſed huic ſimplici s. Ant. Pinetus dicit S. Pierro nominari. Hinc IAZIVS Sinus, Plinio & Melæ. Golfo di S. Pierro hodie. Eſt & inſulæ nomen, iuxta Cariam, in qua eiuſdem nominis vrbs, Stephano. cuius incolæ IASSÆI. eandem puto, Strabo enim vrbem in inſulam deſcribit.

IASSVS Babyloniæ vrbs, Solino. vbi puerum Delphinus adamauit. Neſcio alium qui huius meminit, IASVS apud alios eſt. Manuſcriptus meus pergamenus hunc locum ſic legit. Apud Iaſum vrbem Babylonem puerum, &c. ita vt vocem Babyloniæ non ad locum, ſed ad puerum referat: ſic quoque videtur Plinius 9. cap. 8. Vide IASVS.



IASTÆ, vide SCYTHÆ.

IASTILONES, & IASTRILLONES, vide LASYLONES.

IASTIVS Tonus, à regione dictus, eſt apud Caſſiodor. 2. Variar. ad Boëtium patricium.

IASTVS ἰαστος, apud Ptolemæum eſt fluuius Scythiæ intra Imaum.

IASVS ἴασος, Achæorum ditionis vrbs, ſed intra Laconiæ fines. Pauſ. in Achaicis. Etiam Cariæ, Illuſtrio, Athenæo: item Polybio, ſed gemina SS. Vide IASSVS, & ARGOS.

IATÆ, vide IAS.

IATHRIPPA ἰαθρίππα, Arabiæ vrbs, iuxta Egras. Steph.

IATII, circa Margianam gens. Plinius.

IATINA, Balearidis Maioris opidum, apud Plinium.

IATINVM ἰάτινον, Ptolemæo Meldarum ciuitas, in Gallia Lugdunenſi. Meaulx vertitur à Villanouano.

IATRVS ἴατρος, inſula Propontidis. In Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp. IATRVS fluuius Myſiæ Europææ; ad quem Iornandes Nicopolim deſcribit. Video hunc fluuium in neotericorũ tabulis Geographicis Iſchar vocari, & in aliis Abiz. Vide IETERVS.

IATVR ἰάτουρ, apud Ptolemæum eſt Indiæ intra Gangem vrbs.

IAVAN, vide IONIA, & GRÆCIA.

IAVATES, Pannoniæ populi, Plinio.

IAXAMATÆ, ad oſtium Tanais fluminis gens, Pomponio. vide SARMATIA.

IAXARTÆ ἰαξάρται, Scythiæ populi, Ptolemæo. Horum ſedem Barbaris Turcheſtan vocari, ait Niger. Idem aliis, Turciam Veterem dici ſcribit, & hinc, quos hodie Turcos vocamus, prodiiſſe exiſtimat. Atque hos ipſos eſſe, quos Plinius & Mela TVRCAS appellant, & ad Mæotidem paludem ponunt. vide SCYTHÆ, TVRCÆ, & VNNI.

IAXARTES ἰαξάρτης, Ptolemæo Sogdianæ, Aſiæ regionis fluuius, quem Strabo, Arrianus & Suidas TANAIM τάναϊν, appellant: & quem Scythæ SILYN vocant, teſte Plinio. OREXARTEM ὀρεξάρτης, eum nuncupat Plutarchus, in vita Alex. Magni: & ORXANTEM ὀρξάντην, Arrianus, ex Ariſtobulo. & ARAXATES Ammianus. A ſolis Bactris Iaxartem nominari, ſcribit Solinus. Cheſel hodie dici, ex Tabulis colligo. Bonfinius tradit eum à Scythis Schyttim; & Niger à Barbaris Organz indigitari, Vide SILYS.

IAZABATÆ, vide SARMATIA.

IAZER ἰαζὴρ, locus in deſerto: Num. 21. 32. Ioſue 21.

IAZIS, vide IAZYGES.

IAZITHA ἰαζίθα, Libyæ Interioris opidum: Ptolemæo. IARZITHA legunt Latini codices, ibidem malè.

IAZYGES ἰάζυγες, Straboni & Ptolemæo, vltra Germaniam verſus Orientem populi ſunt in Sarmatia Europæa. Wernherus putat hodie eos eſſe qui Iaz vocantur. habent peculiarem & auitam linguam. Iaſtringos eos vocat Cromerus. IAZYGES METANASTÆ μετανάσται, alij appellantur à Ptolemæo. Horum regionem nunc Cumanorum campus, dici, ſcribit Niger. IAZYGES BASILIOS βασίλειοι, etiam habet Strabo lib. 7. IAZIS in recto ſingulari habet Ouid. de Ponto 4. An ijdem cum Laſſijs?

IBÆI ἰβαῖοι, qui & IBENI ἴβηνοι, Celtarum, vel Galliæ populus, Stephano. Item IBENI Lydiæ gentes, qui etiam IAONITÆ ἰαωνῖται. vocantur eidem.

IBALIA, Arce ſub Ibalia Laertia lumina ſeruans. Sic Corippus 3. de Laude Iuſtiniani Imp. „

IBAN, Metropolis Baaſpracaniæ, apud Curopalatem, & Cedrenum. Wan Turcis, teſte Leunclauio.

IBEDA, vide CYRILLI.

IBEM ciuitatem, habet Liuius, in Hiſpania, de cuius principatu ſub Scipione dimicabant Corbis & Orſua.

IBENI, vide IBÆI.

IBER, vide HISPANIA.

IBERA, Hiſpaniæ vrbs, ad Iberum fluuium. Liuius 23.





Huius meminit quoq; Sex. Auienus, in ſua Ora maritima. ſed cum afflatu in prima, Hibera. MVN. HIBERA SETIA. ex nummo antiquo legit Ant. Auguſtinus, Dialogo de Numiſmatib. 3. vndecim enim ſcripſit, lingua Hiſpanica. Elix circa Carthaginem veterem fuiſſe putatur.

IBERIA ἰβηρία, Aſiæ regio; quam Ptolemæus etiam CAVCASVM appellat. Strabo lib. 11. quoque, ALBANOS, & IBERES, Caucaſios poſſe dici, ſcribit. Ioannes Tzetza addit ABASGOS ἀβασγοὶ: dicit enim Iberes, Abaſgos & Alanos vnum genus eſſe. (ABASCI ἀβασκοι, tamen ſunt in Colchide, Arriano.) Stephanus videtur eos ILARAVGATAS ἰλαραυγάται, appellare. A Plinio & Mela GEORGI nominãtur. Et hodie Georgiani dicuntur. Gargania apud Æthicum ſophiſtam nominatur. A Perſis tamen Gourohs vocari, dicit aut fingit Theuetus. IBERIAM EOAM vocat hanc Euſtathius ad Dionyſium. Hanc Iberiam quondam PANAM πᾶνα, à Pano huic regioni à Dionyſio præfecto, vocatam, poſtea à iunioribus SPANIAM σπανία, dictam, ſcribit ex Soſthene, auctor de Fluminibus & Montibus, Plutarchus. Si fides huic auctori adhibenda ſit; ego dixerim Hiſpanos, quos ex hac Iberia originem habere, claſſicorum ferè omnium ſcriptorum teſtimonio conſtat; ab hac Spania potius, quam ab Hiſpalo, (vt quamplurimi affirmant,) nomen ſortitos. Neque enim ipſi ſuam regionem Hiſpaliam, ſed Eſpaniam, patria lingua vocant, quaſi Spaniam. nam E litteram, vocabulis Latinis ab s. incipientibus præponere, Hiſpanicum vulgus cum Gallico commune habere, patet in dictionibus ſchola, ſcala, ſcamnum, ſcutum, ſpecies, ſtella, ſcribere, ſtudere, aliiſq; innumeris, quibus E prępoſito, ſuis dialectis familiares reddunt. Nam & D. Eulogius, qui ante ſeptingentos annos ſcripſit, eam non Hiſpaniam, ſed Spaniam vocat: quod monuit. (qui huius vitam edidit) Amb. Moralis. D. Lucas in Actis quoque ſic vocat. Alias etiam Montanus hanc Iberiam Aſiaticam in Sacris litteris ſub nomine THVBAL deſcribi, (θόβηλ Ioſephus) atque hinc profectos Hiſpanos, qui Europæ vltimam partem verſus Occidentem occupant, teſtatur in ſuo Apparatu Biblico. Niſi quis cum Strabone ex Apollodoro, Dionyſio, Socrate, Scholaſtico, & Priſciano malit hos ex Hiſpania in Iberiam tranſmigratos, ſomniare: atque ab his Iberiam Spaniam dictam; & non à Pano Paniam, affirmare. Hanc noſtram coniecturam doctioribus libenter deſpiciendam proponimus. Scribit Strabo IBERIAM antiquitus creditam, quidquid eſt extra Rhodanum, & Iſthmum, qui à Gallicis coarctatur ſinibus. & HISPANIÆ nomine eam tantum accipientes quæ eſt intra Iberum. IBEROS Occidentales magnam vrbem quandam eſſe ſcripſit Ephorus. teſtis Ioſephus contra Appionem. Hunc ſequutus fortè Zonaras, vbi dicit Hiſpaniam præſtãtiſſimam vrbem Iberiæ Europææ eſſe, Vide HISPANIA, & GALLIA.

IBERINGAE ἰβερίγγαι, Indiæ extra Gangem gens. Ptolemæus.

IBERVS ἴβηρος, Ptolemæo & alijs Hiſpaniæ fluuius celeber, qui inter Pyrenæos & Idubedam montes, æquo ab vtroque diſiunctus ſpatio, fluit. Ebro hodie vocatur. Eſt & fluuiolus in Bætica, quem hodie Rio Tinto, & Azeche vocant; eundem olim quoque IBERVM à ſcriptoribus appellatum, tradit Florianus à Campo. De hoc Ibero hæc lego, ni fallor, apud Sex. Auienum:

Hiberus inde manat amnis, & locos
Fœcundat vnda. Plurimi ab ipſo ferunt
Dictos Hiberos: non ab illo flumine
Quod inquietos Vaſcones prælabitur.

IBERVS, amnis etiam Iberiæ, in Aſia; quem Plinius tradit in Cyrum fluere. Ex Catonis 8. refert Nonius hæc
„ verba. Fluuium IBERVM, is oritur ex Catinatis.

IBETTES, fluuius Sami inſulæ, Plinio. M.S. codex HYBLETTES legebat.

IBI ἴβοι, Indiæ gentes, quas credunt ab Hercule originem habere, ibidemq; ab eo relictas, cùm Aornum petram expugnare fruſtra tentaſſet, vt refert Diod. lib. 17. SIBI, vel SYBI Oroſio ſunt, lib. 3. cap. 19. ASYBI Trogo: &



SOBII Curtio. IBI veram lectionem adfirmo: elementum s. enim præcedentis finale, malè huic voci à librarijs aſſutum. Similem errorem notauimus in COMBOS, & alibi.

IBIONES ἰβίωνες, Sarmatiæ Europææ gens eſt Ptolemæo. VIBIONES habent Latini interpretes.

IBIRTHA ἰβίρθα, Arabiæ Felicis vrbs: apud Ptolemæum.

IBIS, vide OASIS.

IBITTI, vide VITÆ.

IBIVM, Ægypti vrbs: Antonino.

IBLIODVRVM, Antonino Galliæ Belgicæ opidum, inter Durocortorum & Diuodurum.

IBONIVM ἰβώνιον, Dauniæ locus; Polybio 3. corruptè, pro HIPPONIVM. vide HIPPO.

IBORA ἰβωρὰ, Helenoponti vrbs. In Authenticis. Cappadociæ eſt, apud Porphyrogennetam.

IBRIONES enumerat Iornandes inter gentes aliquot Germanas. BRIONES legit Lichtenauius, Freculphus, & Diaconus, vbi quidam codices OLIBRIONES legunt, nec non LABRONES. Puto apud Caſſiod. 1. Variar. cap. 11. BREONES; & apud Fortunatum 4. de Vita D. Maritini BREOS eſſe. Hos inter Lycum & Oenum flumina conſtituit M. Velſerus. Vide BRIONES.

IBYLLA ἴβυλλα, Tarteſiæ vrbs; apud quos auri & argenti fodinæ ſunt. Stephanus. An pro Ilipa?

ICAMPENSES, Mauritaniæ Cæſarienſis gens. Tabula Peutingeriana, à M. Velſero publici iuris facta.

ICANONA, vide TICANONA.

ICANVS, Dyrrachij fluuius, ab Icano caſtello dictus. Sequeſter. ISANVS habet Bocatius.

ICAR, Scythiæ mons, in Aſia: Calliſto. quem MONTEM AVREVM quoque vocare videtur.

ICARIA ἰκαρία, Ptolemæo, ICAROS ἴκαρος, Solino, & Stephano; cui etiam DOLICHE δολίχη, MACRIS μάκρις, & ICHTHYOESSA ἰχθυόεσσα, dicitur. idem cum illo conteſtantur Plinius, Apollodorus, Heraclides, & Athenæus. PERGAMVM vocatam, antequam Icarus in eam præcipitatus eſſet, ſcribit Pauſanias in Bœoticis. Maris Ægei inſula eſt, quæ hodie adhuc Icariæ nomen retinet; vt Sophianus ait. Aliis Nicaria ſcribitur.

ICARIVM ἰκάριον, inſula Sinus Perſici, Euphratis oſtiis obiacens. Deſcribitur à Strabone, lib. 16. & ab Arriano, lib 7. ICHARA ἰχάρα, dicitur Plinio, & Ptolemæo, ſed extra verum ſitum hic ponit, & eius loco Apphana habet, malè. ICARVS ἴκαρος, Euſtathio. MESSANA videtur eam Dion vocare: Inde, vt ego coniicio, Meſſanites eius ſinus apud Stephanum, & etiam Ptolemæum dicitur, etſi idem quoque Madiſanites habet. Carge fortè hodie hæc inſula. Nonnullis Baharem eſt: teſte Maffeiio.

ICARIVM Mare, pars Maris Ægæi: Ptolemæo & aliis. Delum inſulam circundare ſcribit Callimachus. Mar dĩ Nicaria, Caſtaldo nomen habet.

ICARIVS ἰκάριος, Atticus mons: Plinio, Solino, & Straboni. Apud Heſychium eſt Athenienſium gens, Ægeidis tribus. Demoſthenes, Stephanus & Suidas hos ICARIENSES ἰκαριεῖς, vocant.

ICARTA ἰκάρτα, Indiæ intra Gangem opidum. Ptolemæus.

ICARVS, Aſiæ fluuius, inter Scythas, qui influit in Oxum fluuium: Solino & Plinio. vrbis nomen eſt etiam Stephano. at vbi locorum, ſubticet. Vide ICARA, & ICARIVM.

ICARVSA, Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius, apud Cercetas. Plin.

ICASIA, Antonino inſula diſtans à Mycono CCC. ſtadia. corruptè. Sed emendo ICARIA.

ICASMON, vide MACHMETATH.

ICATALÆ, apud Plinium populi, in Sarmatia Aſiatica.

ICAVNA, libro 2. Vita D. Germani. Cui prius Icaunæ nomen largita vetuſtas. Fluuij nomen eſt, circa Antiſſiodorum vrbem. vt docet Conſtantius presbyter in eius vita. „
Yonne hodie nominatur. Iauna ſine C. fortè legendum.

ICCIVM, vide ICIVM.

ICCIVS Portus, Cæſari, Morinorum populorum in Gallia Belgica nauale, vt Strabo ſcribit, ſed is ITIVM ἴτιον, legit: & ſic etiam haberi in manuſcriptis Cæſaris

Commentariis tradit Fuluius Vrſinus. Hodie Cales eſt, vt Lhuydus oſtendit. Cales quandoque Petreſſe vernaculo vocabulo vocatam, ſcribit Petrus Oudegerſt, in ſuis Flandriæ commẽtariis. Sunt qui S. Odomari vrbem olim Icium portum fuiſſe credant, perſuaſi tum loci ſitu, qui cùm valde humilis ſit, præaltis tamen littoribus, vrbem quodammodo cingẽtibus; & ſinum maris olim capaciſſimũ fuiſſe indicat, & vetuſto vrbis nomine, quo Sitieu vocabatur; quaſi Sinus Ithij. Hunc videtur Plinius alio in loco BRITANNICVM Portum Morinorum vocare. Amicus noſter Guil. Camdenus docet Iccium hunc portũ diu fuiſſe in loco quem hodie Withſan vocamus, prope Blaneſt. Adi eius Britanniam. In Appendice quam Had. Iunius Nomenclatori ſuo adiecit, legitur Iccium portum Fregellas à Floro nominari, quod adeò à veritate alienum eſt, vt potius credam hoc ab aliquo operario aut ſcriba huic Appendici inſertum, quàm à Iunio annotatum. Vide ICIVM, & GESSORIACVM.

ICENI, Tacito Albionis ſiue Britanniæ inſulæ populi ſunt. TIGENI in libris M.S. legi admonet Lipſius, ad hunc locũ XIII. Annal. ICINI ſunt Antonino. Eſſex Lhuydus interpretatur. Nortfolkmen ſunt Lelando, vti ex Antonini Itinerario colligit. Nortfolcia & Sudfolcia eſt Camdeno. Vide SIMENI, & CENIMAGNI.

ICENY, epiſcopatus ſub ſede Boſtrenſi. G. Tyrius.

ICESIA ἰκεσία, Ptolemæo eſt inſula iuxta Siciliam, quæ Panaria vocatur Fazello, Saline Nigro. Vide DIDYME.

ICHANA ἴχανα, Siciliæ opidulum: Stephano. ICHANENSES Plinio.

ICHARA, vide ICARIVM.

ICHNÆ ἴχναι, Bottiæidis regionis, in Macedonia vrbs: Herodoto & Stephano. circa Axij fluminis oſtium, Plinio. Eadem ACHNÆ quoque Eratoſtheni, apud Stephanum. ICHNÆ etiam Theſſaliæ vrbs, Straboni. quam eandem puto. Item Romanorum opidum, apud Parthos. vt docent Plutarchus in Craſſo, & Appianus in Parthicis. Dion ICHNIA ἰχνία, legit, & circa Euphratem eam deſcribit. Eandem puto cum ICHNÆ Stephani, quam verſus Orientem deſcribit.

ICHNIA, vide ICHNÆ.

ICHNVSA, vide SARDINIA.

ICHTHYOESSA, vide ICARIA.

ICHTHYOPHAGI, apud Sinas gens: Ptolemæo. Marititima loca habitant circa Carmaniam, & Gedroſiam: Agatarchidi. In Africa ſupra Syenem ad mare Rubrũ, ſunt Pauſaniæ. vbi & ICHTHYOPHAGVS Sinus. ICHTHYOPHAGOS habet Herodotus in vrbe Elephantina. ICHTHYOPHAGON multas inſulas circa Arabiæ Felicis partes Orientales, habet Plinius, Vide TROGLODYTÆ.

ICHTYS ἰχθύς, Peloponneſi promontorium Ptolemæo: Iardan vocari, dicit Theuetus. Ichtyn portum hoc tractu habet Xenophon.

ICIANOS locum, habet Antoninus, in Anglia. Thetford videtur Talboto. Sed Ickborow Camdeno. In Icenis; ſiue Simenis.

ICILIENSES, Siciliæ populi; apud Ciceronem, in Verrem. An mendosè, pro Sicilienſes? vide INCILIENSES.

ICINI, vide ICENI.

ICIVM ἴκιον, Ptolemæo promontorium Galliæ Belgicæ è conſpectu Cantij, Albionis promontorij. Blanckeneſt eſt Becano; Stapulas Meyero. ICCIVM duplici CC. malè ſcribunt recentiores Latini. Vide ICCIVS.

ICIVS, vide ICVS.

ICOC, vide VCVCA.

ICONII ἰκόνιοι, Galliæ Narbonenſis populi. Strabo 3. idem infra SICIONII. Iſacius Caſaubonus aut illic Sicionij, aut hic Iconij ſcribendum dicit. Ego ICONII vtrobiq; legendum minimè dubito. Illud elementum. S. enim quomodo acceſſerit ex verbo præcedenti ὀνοκοντες, diſce ex COMBOS, SATYRVS, aliiſq;, hoc Theſauro. & adi eius Indicem, in voce Librarij.

ICONIVM ἰκόνιον, Cappadociæ vrbs, Ptolemæo, in Lycaoniæ præfectura. Cogni Belonio vocatur: Gogniã ſcribit Poſtellus: Conia Leunclauius. Hoc Iconium Plinius tribuit Ciliciæ, cui confinis. Phrygiæ autem Xenophon 1. Cyri Exped.

ICOSIVM ἰκόσιον, Mauritaniæ Cæſarieñſis Colonia & vrbs, Ptolemæo, & Pomponio. Per diphthongum ſcribendum εἰκοσίον, ex Solino patet: quia dicit nomen à condentium numero, qui viginti erant, impoſitum. Orano, Nigro: Acor, Caſtaldo eſt.

ICTA, vide VECTIS.

ICTOMVLVM, & ICTVMVLVM, vide LAVMELLVM.

ICVLISMA putat legendum apud Auſonium, Vinetus, pro Iculiſna, vel Inculiſna, eamq; vrbem Galliæ arbitratur eſſe, quæ nunc Engoliſme (vel Angouleme) vocatur. In epiſtola ad Tetradium eſt. Vide ENGOLISMA.

ICVS ἰκός, Cycladum inſula, iuxta Eubœam; Stephano. ante Magneſiam, Straboni. Huius meminit quoque Liuius 31. & Appianus 5. Ciuil. ICIVS à Phanodemo ſcribitur: teſtis dictus Stephanus.

IDA ἴδη, Troadis mons Ptolemæo, Paridis iudicio celeber. Altiſſimus totius Helleſponti, vt tradit Diodorus 17. apud quem eius deſcriptio. Pluribus fontibus irriguum facit Athenæus 1. A quo nempe (quod nos ex omni hiſtoria obſeruauimus) originem ſumunt quindecim ad minimum flumina, at fama (vt habet Pomponius, cui IDÆVS eſt) quàm natura, maiora. & quorum plurima Plinius ſuo tempore exaruiſſe tradit. Adeò vt non immerito Horatius Idam aquoſam vocet. De his apud Strabonem 13. Huius cacumen tradunt Strabo & Macrobius GARGARVS γάργαρος vocari. Idem dicit Plutarchus, in libello de montibus. Stephanus eius verticem PHALACRÆ φαλάκραι dici ſcribit. At idem addit omnia montium iuga Phalacras nuncupari. verius fortè Iſacius ad Lycophronem, qui huic monti quatuor promontoria tribuit, vnumq; horum Phalacra. Vide GARGARA. IDA ſilua, eſt apud Daretem Phrygium, in Ida monte. IDA Ptolemæo Cretæ inſulæ mons. Idæus mõs Plinio dicitur. CHRYSOMALLVS χρυσόμαλλος, nunc dicitur, vt Strabonis epitoma vult. Hodie, Petro Belonio teſte, Pſiloriti, vocatur. Vide SARDIS.

IDACENSIS Epiſcopi, in Numidia, memoria eſt apud Vict. Vticenſem.

IDACVS ἴδακος, circa Ægæum mare vſpiam locus videtur, ex Thucydide, ad finem libri 8. Circa Cherroneſum Thraciæ alicubi.

IDÆA, vide IDEA, CRETA, TROIA, & SIPYLVS.

IDÆI DACTYLI, vide CVRETÆ.

IDÆVS Sinus, quem alij, teſte Strabone, ATRAMYTTENVM vocant, pars Maris Ægæi eſt, inter Myſiam Aſiæ minoris, & Lesbum inſulam. vide IDA.

IDALIS, & nimium glebis exilis Ariſpe. Sic Lucanus 3. ſi genuina ſcriptura. Interpretes & Lexica pro Troadis vrbe habẽt, Pliniumq; teſtem adducunt. ſed fruſtra. Æolis melius legendum, vt quædam habent exemplaria. Caici enim hic meminit, qui Æolidis fluuius: teſte Strabone. & Idalis ignota prorſus vox.

IDALIVM ἰδάλιον, Cypri vrbs, Virgilio, Plinio, & Stephano. IDALIVM Nemus, habent Vibius & Seruius. Vrbem hodie Bourg Dalim dici, ſcribit Luſignanus, in Cypri ſua hiſtoria.

IDANVSA, vide OBASO.

IDARA ἰδάρα, Phœniciæ opidum: Ptolemæo. GADARA eius interpretibus. Arabiæ Felicis quoque, eidem. vbi interpretes IRALA legunt.

IDEA ἰδέα, opidum in Sipylo monte, hiatu terræ abſorptum, locuſq; in paludem verſus: quæ SALOE nominatur. Pauſanias 7. IDÆA eſt Straboni hæc vrbs: & SALE Plinio Palus. Vide SIPYLVS.

IDESSA ἰδήσσα, vrbs in confinio Colchidis & Iberiæ; quæ olim PHRIXI VRBS φρίξου πόλις, vocabatur; auctore Strabone 17. PHRIXIVM idem nominat, lib. 1.

IDENSIS Epiſcopus in Mauritania Cæſarieñſi Vict. Vticenſ.





IDEONNI ἰδεόννι, locus, vel opidum Taurinorum, circa Alpes Cottias. Strabo. ab Ideonno quodam ſic dictum.

IDETES, vide EIDETES, & GLETES.

IDICARA ἰδικάρα, Babyloniæ vrbs, apud Ptolemæum. Vide ADICARA.

IDICRA, Mauritaniæ Ceſarienſis opidum: Antonino. Simlerus annotauit quædam exemplaria IDRICA, & IDICRIA legere. Sed IDICRA legit quoque Optatus Afer: & Coll. Carthaginienſ.

IDIENSIS, vide SACILERNVSI.

IDII, ciuitas Africæ, vt auctor eſt, qui vitam S. Fulgentij epiſcopi ſcripſit.

IDIS Ciuitas; cuius epiſcopus Euphrates. Chalcedon. concil.

IDISTAVISVS, nomen campi medij inter Viſurgim & colles, Tacito 2. Annal.

IDITHYA ἰδιθυῖα, Aegypti vrbs eſt, apud Plutarchum, in Iſide, vbi homines viuos quondam concrematos ſcribit. Sed ILITHYIA legendum credo.

IDOMENÆ ἰδομεναί, Macedoniæ vrbs: Thucydidi, & Stephano. IDOMENENSES ſunt apud Plinium. ἰδομένη, Ptolemeo, Emathiæ regionis. Vide EIDOMENE.

IDOTHEÆ Specula, Vide PHAROS.

IDRÆ ἴδραι, Sarmatiæ Europeæ gens: Ptolemæo.

IDRIAS ἰδριάς, vrbs Cariæ, quæ antea CHRYSAORIS χρυσαορὶς. Sic Stephanus: qui alibi ADRIAN ἀδριάς, Cariæ vrbem habet, prius CHRYSAORIN dictam. Idem etiam HECATESIAM ἑκατησία, Cariæ, IDRIAM appellatã tradit. Pauſanias lib. 5. ſic STRA-
» TONICA eodem nomine vrbs & regio CHRYSAO-
» RIS nuncupata eſt. Niſi loca apud Stephanum corruptæ fuerint; erunt Idrias, Adrias, Chryſaoris, Hecateſia, & Stratonica, vnius Cariæ vrbis ſynonyma. Vide CARIA.

IDRVCA, vide IDICRA.

IDVBEDA ἰδούβεδα, Straboni, & Ptolemæo mons Hiſpaniæ eſt. Hunc hodie Saltum Aucenſem ab Auca vrbe antiquiſſima, cuius veſtigia cum nomine adhuc viſuntur, nominari, ſcribit Nebriſſenſis. Accuratius videtur eum deſcribere Oliuarius, in Melam: Is enim dicit eum à Pyreneis ad Portugalliam promitti: & primùm vbi à Pyreneis egreditur, Hiſpanicè vocari Sierra datiença, deinde Sumo ſierra, tum Puerto de la tablada, poſtea Palomera d'Auila, Puerto de Guadarama, inde Puerto del Colmenar, hinc Puerto del Pico, poſtremo Puerto de Torna vacas. Inde in Portugallia promontorium facit, quod nominant Monte de la Strella. Plinio Flumen Hiſpaniæ Tarraconenſis eſt, quod Nauagierus conijcit nunc Zema vulgò dici, ſed non aſſirmat. Beuterus interpretatur Riu de Millas. Millars Bernardinus Gomeſius libro de Sale. Pintianus legit ex M.S. codicibus VDIBA, & VDVBA, apud Plinium. Tarapha, Plinij IDVBEDAM pro vrbe intelligit, dicitq; hodie Vbeda vocari, quàm bene, iudicent peritiores.

IDVM, & IDVNI, vide ILDVM.

IDVMA, vrbs Lydiæ quibuſdam fuit, alijs Iudææ: ſi fides Philargyro ad 3. Georg. Virgilij.

IDVMÆA ἰδουμαῖα, regiò ab Occidua parte Iordanis. EDOM ἐδώμ, eſt Geneſis 32. Hæc, vt Ioſephus perhibet, GOBOLITIS γοβολῖτις, & AMALECHITIS, ἀμαληκῖτις, eſt appellata. γοβολῖται, vocantur Stephano. Idumæi NABATHÆI ſunt, Straboni 13. Idumæi hodie Bidumi vocantur, ſi creditur Anonymo de Bello ſacro.

IDVMANIA εἰδουμανία, Ptolemao Albionis inſulæ amnis, in tractu Orientali. Stone mihi videbatur. Sed Blackwater Camdeno. Σιδουμανιος, erat in M.S. codice.

IDVNVM ἴδουνον, Norici opidum: Ptolemæo. quod Vdine hodie eſſe, minimè dubitat Lazius. Weyden hanc nominant Germani. IDVNVM aliud Antonino, in Mœſiâ Superiori. IDIMVM hoc alia lectione.

IDVRENSIS Plebs, in Africa, Coll. Carthag.

IDYMA ἴδυμα, Cariæ vrbs: & IDYMVS fluuius: Stephanus. Vrbs ſic ſcribitur, apud Ptolemæum. Vide HYNIDOS.



IDYRVS ἴδυρος, vrbs, & fluuius Pamphiliæ: Stephano auctore, qui Hecatæum ſequitur.

IEABARIM, D. Hieronymo, Græcè ἀιεβαρίμ, Caſtrametatio Iſraëlitarum; Numer. 21. HABARIM legit Pagninus. Ibidem cap. 33. HIIEHABARIM legit D. Hieronymus: & Græci GAI γαί.

IEBBA, Phœniciæ opidum: Plinio.

IEBLAAM, locus eſt: Ioſue 16.

IEBNEEL, in terra Chanaan locus: Ioſue 15. 19. IABNEEL Chaldæo.

IEBOC, ἰαβώκ 70. interpretibus. Palæſtinæ locus; Num. 2. Ioſue 12. Iudic. 11.

IEBSAM ἰεβσάμ, 70. interpretib. locus Palæſtinæ, Ioſue 21.

IEBVSÆI ἰεβουσαῖοι, Palæſtinæ gens. Geneſ. 15.

IECBAA, locus, Iudic. 8.

IECDAAM ἰεκδαάμ, Palæſtinæ locus, Ioſue 15. IVCADAM legit D. Hieronymus.

IECMAAM, circa Syriam regio. 3. Reg. 4.

IECONAM locus, Hierem. 19.

IEDABA, Palæſtinæ locus: Ioſue 19.

IEGAS ἰεγάς, circa Syracuſas locus. à Gylippo expugnatus. Thucydides, 7.

IEHYBVM, Palæſtinæ vrbs. Liber Notitiar.

IELEA, ELEA, vel IHELEA, ciuitas in littore maris, circa Cythercam inſulam; Dareti Phygio. HELENA, legunt excuſi codices.

IELLEIA ἰέλλεια, vrbs eſt Straboni, inter Genuam, & Placentiã. Stradella Mario Nigro eſt. Sed vide DIACVISTA.

IELYSSVS, vide IALYSVM.

IEMENA, & IEMINI, vide IMMA.

IEMNAAM, circa Palæſtinam videtur. Iudith, 2.

IENA ἰηνã, æſtus Albionis inſulæ. Ptolemæus. Kran videtur hodie.

IENYSVS ἰηνυσος, Arabicæ aut Syriacæ ditionis vrbs: Herodoto 3. iuxta Ægyptum. Vide INYSSVS.

IEPHLETI ἰεφλετί, Palæſtinæ locus, Ioſue 16. IAPHLET, Chaldæo.

IEPTA, Palæſtinæ locus: Ioſue 15.

IEPTAHEL ἰεφθαήλ, 70. Interp. locus in terra Chanaan: Ioſue 19.

IERABRICA, Antonino Hiſpaniæ vrbs; inter Olyſipponem, & Scalabim. Nonnulli LERABRICA, & GERABRICA legunt. Alanquera videtur Reſendio, vt Vaſæus inquit, in ſuo Hiſpaniæ Chronico. Idem aſſerit Varrerius: & teſtis fide dignus Moralis. Eſt fortè ARABRICA Ptolemæi. aut GERÆA, vt putat quidam.

IERACON, vide PHOCARVM.

IERIA, Indiæ regio: D. Hieron. in Quæſtion. in Geneſim, circa Cophenen fluuium. IERIA etiã locus extra Conſtantinopolim: Hiſt. Miſcell. 18. LERIA in libri ora erat. HERIA vocatur lib. 21.

IERNA fluuius, ad Celticum promontorium: in Hiſpaniæ Tarraconenſi: Melæ. Vide ARTABRVM, & HIBERNIA.

IERNIS, vide HIBERNIA.

IERNVS ἰερνος, Hiberniæ inſulæ fluuius, in latere Occidentali, Ptolemæus. Vide IVERNIS.

IESDEMON ἰεσδεμών, Perſiæ locus, Cedreno. vbi Heraclius Coſroen perſequens, natalem Chriſti celebrabat. HYESDEM vocatur in Hiſtoria Miſcella.

IESPVS ἰεσπούς, Iaccetanorum in Hiſpania opidum: Ptolem.

IESRAB, olim vocatum opidulum Arabiæ, quod hodie Medina Talnabi nominatur, vt ſcribit Poſtellus, in hiſtoria Orientali: Mahumetem hic natum tradunt Turcæ.

IESRAEL, ciuitas tribus Iudæ, Ioſue 15. creditur nunc Zerecin, vt ait Poſtellus: & Zaracin, vt alius quidam. Serinum parnum vulgari appellatione nominari ſcribit Guil. Tyrius. Nabothi patria: 3. Reg. 21. Video hunc locũ non ſemel à Ioſepho IEZRAEL & AZARE indifferenter vocari. Suidas IZARVS ἴζαρος, legit. Alia eſt IEZRAEL, in tribu Manaſſes, Ioſue 19.

IESRON Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

IESSA, locus in terra Chanaan, Ioſue 13.

IESSALENI, vel vt legit alius codex, IESSALENSES Mauritaniæ populi. Ammianus.

IETAS, vrbs Siciliæ, quam Silius lib. 14. Celſam cognominat. IETÆ ἰεταί, Stephano. Incolæ IETÆI apud Stephanum: & IETENSES, apud Plinium. Fazellus Iato vocari hodie ait.

IETERVS, Plinio, Mœſiæ fluuius, ex Hæmo monte oriens. IATRVS, Iornandi eſt.

IETHAM, ἰεθάμ, legunt 70. interpretes, Palæſtinæ locus: Ioſue 15. 21.

IETHEBATHA, vna manſionum Iſraëlitarum, in deſerto. Num. 33. Deuteron. 10.

IETHELA ἰεθλά, Palæſtinæ locus: Ioſue 19.

IETHER, locus in terra Chanaam. Ioſue 15. 21. & 1. Samuel. 30.

IETHREMMON ἰεθρεμμών, Palæſtinæ locus. Ioſue 19. 21

IETTA ἰεττά, Palæſtinæ locus; Ioſue 15. IOTHE legit D. Hieronymus.

IEZARÆ Fons, vbi canes lambebant cadauera Achabi regis: Ioſepho 8. Antiq. ad finem. SAMARIÆ fons eſt in D. Hieronymi interpretatione.

IEZRAEL vallis, circa Iordanem. Iudicum 6. Vide IESRAEL.

IGÆDITA, Luſitaniæ vrbs olim fuit, vt antiqua monumenta declarant, inquit Vaſæus: qui addit hodie vicum obſcurum eſſe, nomine Edania. Varrerius dicit vulgò Idanhas dici, & nouo Latino ODONIA. Morali eſt hodie Idania la veja. In Smetij volumine Inſcriptionum per C. ICÆDITA lego.

IGÆDITANI, LANCIENSES OPPIDANI, TALORI, INTERAMNIENSES, (INTERANNIENSES per N. vbique legit Smetij volumen) COLARNI, LANCIENSES, TRANSCVDANI, MEIDVBRIGENSES, ARABRICENSES, BANIENSES, PÆSVRES. Hæc eſſe municipia Luſitaniæ, quæ pontem Alcantaræ perfecerunt, teſtatur ibidem, in ipſo ponte, vetus inſcriptio.

IGALENSIS Monaſterij, in Hiſpania, meminit Eulogius.

IGDIENSISIVM, & variante ſcriptura IGDINENSIVM, meminit marmorea vetus inſcriptio, quæ Tarracone eſt teſte Lazio lib 5. R. P. Romanæ.

IGILGILI ἰγιλγίλει, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum: Ptolemæo. IGILLITANI Epiſcopi, hinc fortè meminit Vict. Uticenſ. Gigel, Gegel, & Gigeri, hodie. vt placet Marmolio. Vide SITIPHIS, & THABRACA.

IGILIVM, vide IGINIVM.

IGILLIONES ἰγιλλίωνες, Ptolemæo gens, in Sarmatia Europæa.

IGINIVM, Pomponio eſt Maris Tyrrheni inſula, Ennio, & Rutilio IGILIVM dicitur. Giglio vocatur Leandro & Nigro, ſed hic per z. auſpicatur recens vocabulum: Italis enim vterque character eodem ſono pronunciatur.

IGITVRVIVM, Italiæ videtur opidum; apud Liuium 45. quo ſcribit traductos Gentium regem, cum liberis, recuſantibus cuſtodiam Spoletinis. Apud Albam, hunc in cuſtodia deceſſiſſe, tradit Oroſius.

IGLETÆ, vide HISPANIA.

IGMANVS legunt interpretes, SIGMANVS σίγμανος habent Græci codices Ptolemæi, Galliæ Aquitanicæ fluuius eſt. Lera hodie eſſe putat Nauagierus: inter enim Aturium & Garumnam, quo Ptolemæus hunc Sigmanum deſcribit, alium quàm Leram non deprehendit. Cui aſſentitur Vinetus, ſed Leria ſcribit.

IGNATIA, vide HIGNATIA, & EGNATIA.

IGNE ἴγνη, vrbs vicina Priapo; cuius incolæ Ignetes. Stephanus, Vide GNES.

IGNIFERVS Campus, vide TERENTVM.

IGVINI populi Plinio, quorum locus à Ptolemæo ISVVIVM ἰσούϊον, dicitur. INGINIVM fortaſſe Silij eſt. & IGVVIVM Ciceronis 7. ad Atticum, Epiſt. 13. & INGVNVM pro eo inde ſcribi, ex Strabone didici & ſitu locorum. Vmbriæ opidum, quod Leander Eugubio vocat. Dominicus Niger vult hoc Eugubium, IVFICVM



ἴουφικον, Ptolemæi eſſe. Loco Iguini, tres meí codices Plinani excuſi legunt INGININI. Vetus autem lapis, qui eſt Folingi, IGVVINORVM meminit. Vide TIGNIVM.

IGVRINOS, habet Goltzius, in ſuo Theſauro, ex vetuſta inſcriptione. mendo typographico, ni fallor, pro IGVVINOS.

IGVVINI, vide IGVINI.

ILA ἴλα, locus Perſicus, ad eius ſinum: Arrhiano de Indicis. Albionis inſulæ eſt fluuius: apud Ptolemæum. Wiſle hodie, Camdeno. vide HILEIA.

ILACIACVM, vide LAVIACVM.

ILÆRGIA, vide ILVRGIS.

ILANA, vide ELANA.

ILARAVGATÆ, vide IBERIA.

ILARCVRIS ἰλαρκουρίς, Carpitanorum in Hiſpania opidum. Ptolemæus.

ILARIS ἰλάρις, Lyciæ vrbs: Stephano. ex Polycharmo.

ILAS, fluuius Aſiæ. Sic Iſidorus in Originibus. An corrupta ſcriptura, pro Hylas?

ILATIDES, vide EILATIDES.

ILATTIA ἰλαττία, Cretæ vrbs: Stephano. ex 13. Polybij. quem integrum non habemus.

ILCE, vide ILLICI.

ILDVM, Hiſpaniæ vrbs: Antonino, circa Dertoſſam. IDVM, & IDVNI, legit ex alius codicibus Simlerus.

ILEBERNIS, vide ILYBIRRIS.

ILEGIVM ἰλέγιον, Pelaſgiotarum in Macedonia vrbs. Ptolemæus. Vide ILETIA.

ILEI, vide EILEI.

ILENIA, vide EILENIA.

ILEOSCA, vrbs Hiſpaniæ, Straboni. In Ilergetibus. Vide OSCA.

ILERCAONES ἰλερκάωνες, Tarraconenſis Hiſpaniæ populi, apud quos Dertoſa vrbs. ILERCAONENSES Liuij ſunt. Eſt apud me nummus æreus Tib. Cæs. in cuius parte auerſa, nauis expanſis velis ſculpta. cui ſubſcriptum DERT. Iaora autem, ILERCAVONIA. An Illurgauionenſes quoque Liuij ſint, aliis iudicandum relinquo. Vide ILERGETES.

ILERDA ἰλέρδα, Ilergetum vrbs, Ptolemæo, & Stephano, in Hiſpania Tarraconenſi. Lerida eſt Vaſeo. Fluuius ILERDA eſt ibidem, niſi fallat. Vibius.

ILERGETES ἰλεργέτες, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Liuio, & Ptolemæo. ἰλουργηται ſunt Polybio 3. Iidem ſunt Ful. Vrſino cum iis qui Cæſari ILVRGAVONENSES dicuntur. Hos eſſe ILERCAONES Liuij, autumat Glandorpius. quos ego pro ELERCAONIBVS Ptolemæi habeo. Vide LORGITÆ.

ILERCAVONIA, vide ILERCAONES.

ILESIVM, vide EILESIVM.

ILETHYIAS, vide LEVCOTHEA.

ILETIA, vrbs Theſſaliæ: apud Plinium. ILEGIVM Ptolemæi eſſe, vult Sylburgius ad Pauſaniam.

ILIACVS, vide CHELONITES.

ILIBERI, vide ILLIBERIS.

ILICA, vide ELICA.

ILICIAS, vide ILLICI.

ILIENSES, Liuio, & Plinio, Sardiniæ populi, quos Pinetus Ilena interpretatur. Hermolaus putat à Strabone & aliis IOLAENSES ἰολαεῖς dici. ἰλιεῖς habet Pauſanias, in Eliacis.

ILINGÆ ἰλίγγαι, Ptolemæi, (quo loco interpretes LINCÆ ſubſtituunt) populi in Germania circa Sileſiam. Peucerus putat eoſdem eſſe cum ELYSIIS Taciti. Ab Ilingis & ſono & ſitu haud longè abeſt opidum Lignitz.

ILION, Macedoniæ (propter alteram in Aſia vrbem, quàm opidum notius) vt capitur. Liuius 31. vide TROIA, & ILIVM.

ILIONENSES, Italiæ populos, habet Plinius.

ILIOPOLIS, Aegypti vrbs: auctore Hilduino, in vita D. Dionyſij Areopagitæ vbi ſcribit hunc migraſſe, vt daret operam Aſtrologiæ. HELIOPOLIS legendum. Ve





apud Suidam, D. Hieronymum in huius vita, & Areopagita in Epiſtola ad Polycarpum.

ILIPA Liuij, in Luſitania: Calamea en la Serena interpretatur à Morali, in ſuis Hiſpaniæ antiquitatibus. Vide ILIPVLA, & INLIPA.

ILIPVLA, vide ILLIPVLA.

ILISANITÆ, Arabiæ Felicis gens: Plinio.

ILISSVS ἰλισσός, Stephano Atticæ vrbs. Etiam fluuius eiuſdem regionis: teſtibus Papinio, Plinio, Polyæno, & Tzetza. Eundem deſcribit Plato in Phedro. Sed εἰλισσὸς ſcribunt Ptolemæus, & Pauſanias. Apud Plinium eſt quoque Imbri inſulæ amnis. Vide LISSVS.

ILISTRVS, vide ELISTRVS.

ILITHYIAS, vide EILITHYIAS.

ILITVRGIS, vide ILLITVRGIS.

ILIVM ἴλιον, quæ à Poëtis interdum TROIA dicitur, Aſiæ Minoris vrbs, & Troadis regionis caput: Decennali quondam obſidione clara. A Troianis ACTAM ἀκτὴ, vocatam ſcribit Stephanus. Ilium tempore Strabonis non exſtabat; ſed locus tamen adhuc ILIENSIVM pagus dicebatur. Troia hodie appellari, tradit Sophianus. Ilium etiã montis nomen eſt, Laconicæ regionis, auctore Pauſania. Nomen pagi eſt apud Suidam, in voce Polemon. Vide TROIA, & ILION.

ILLERIS, vide ILYBIRRIS.

ILLETIA, Ioniæ inſula, vt docet Plinius.

ILLIBERIS ἰλλιβερίς, Ptolemæo Turdulorum vrbs mediterranea, in Hiſpania Tarraconenſi. ILIBERI, quod LIBERINI, inquit Plinius. Granada hodie à multis æſtimatur. Vaſæus autem ſcribit Granatam recentiorem eſſe Illiberi; atque ab ea duabus leucis diſtare. Cui Amb. Moralis aſſentitur, is enim dicit Illiberim non longè ab vrbe Granada fuiſſe, in eo colle nempe, qui nunc Eluire mons appellatur. ELIBYRGE ἐλιβύργη, habet Stephanus. Epiſc. Gerundenſis vult Illiberim hac ætate Almaria vocari. Vide ELIBERRI.

ILLICI Plinio, ILICIAS ἰλικίας, Ptolemæo, Conteſtanorum vrbs maritima, in Hiſpania Tarraconenſi. ILLICE habet Mela. ILCE Colonia immunis eſt apud Onuphrium, ex Paulo. Ant. Auguſtinus Dialogo 7. nummos antiquos profert cum litteris C. I. I. A. legitque Coloniæ immunis Illice Auguſtæ. item alios, cum C. V. IL. pro Colonia Victrix Illice. Alij Alicante, alij Elche vocant, inquit Vaſæus. Elgienſes quoque nominat Gameſius. Hæc Melæ Illicen, Pintianus putat ILLICITATVM ἰλλικιτάτος Ptol. eſſe. ILLICITANVM ſinum, hinc habet Mela.

ILLICITATVS, vide ILLICI.

ILLIPVLA, ſine cognomine, Beticæ in Turdetanis vrbs, Ptolemæo. ILIPA hæc eſt Liuij, quam Luſitanis adſcribit. Vide ILIPA.

ILIPVLA Magna, in Hiſpania Betica Turdulorum vrbs; apud Ptolemæum ἰλλίπυλα μεγάλα. Granata eſt Epiſcopo Gerundenſi. Apud Plinium ILIPVLA ſimplici L. eſt, quam MINOREM, & altera, quam LAVS cognominat. ILIPVLA ſimplici L. apud Ptolemæum, nomen montis in Betica eſt. Ambroſius Moralis dicit hoc Beticæ opidum quod Ptolemæus Illipulam Magnam vocat, eſſe idem cum ILIPA Plinij, quod ITALICAM cognominat. & eo loco ſitum fuiſſe putat, quo nunc non admodum magnum, Penflor dictũ, medio fermè itinere inter Cordubam & Hiſpalim videmus. Idem addit nummum peruetuſtũ vidiſſe, in quo legebatur MVN. ELEPLA.

ILLISTRVS, vide ELISTRVS.

ILLITVRGIS, Hiſpaniæ Beticæ vrbs Plinio, cui FORVM IVLIVM cognominatur. Aldea el rio, Cluſio eſt; Andujar Floriano; Iaen verò Beutero, & Methymnæo. Andujar el vejo vocat Moralis, tribus M. P. ab Andujar; & addit à Ptolemæo corruptè Ilurgis vocari. Lietor, haud procul Alcacaſſo, putatur à Ianne Mariana. ILITVRGIS eſt in veteri lapide eius loci. ILITVRGI Liuij, an alia ab hac, ſubdubito. vt quoque Beuterus. qui eam in Arragoniæ tractu circa Oſcam, in loco qui hodie Cariñena vocatur, deſcribit.



ILLVRCIS, vide GRACVRIS.

ILLVRCO, vide ILVRGIS.

ILLVRGAVONENSES, Cæſari 1. Ciuil. Aldus tradit in vetuſto Commentariorum Cæſaris libro LVRGAVONENSES legi, prima detracta ſyllaba. Ad Iberum flumen ſunt. Vide ILERGETES, & ILERCAONES.

ILVRGETES, vide ILERGETES.

ILLVRGIA, vide ILLVRO.

ILLVRO, Tarraconenſis Hiſpaniæ fluuius; vt mihi Ar. Montanus auctor eſt, qui eum à quibuſdam Badallona interpretari ait. Plinius lib. 3. cap. 3. huius meminit, ſed opidi, nõ fluminis nomen apud eum videtur. Apud Melam quoque lib. 2. opidum eſt, quod hodie, vt Moralis tradit, Alora vocatur. Pintianus ſcribit DILVRON διλοῦρον, Ptolemæi, eſſe ILVRGIA ἰλουργία, Stephani. Vide ELORONENSIVM, & ILLITVRGIS.

ILLYRICVM Plinio, ILLYRIS ἰλλυρίς Ptolemæo, ILLYRIA Stephano. HILLVRICVS, in antiquo lapide. ILLVRICIANORVM meminit nummus Traiani Decij. longè lateq; patens Europæ regio, apud Geographos: Plinio tamen non ita, is enim eam inter Arſiam & Titium flumina cõſtringit. Ea Plinij, poſſet hodie Sclauonia indigitari Italicè, & Windenlandt Germanicè. QVIRINALE Illyricum lectam hallucinatur Lazius, ex antiqua inſcriptione in qua hæc, ILLYRIIS QVIRINALIBVS Triumphum actum feſtis Quirinalibus indicat. Quod in libris Faſtorum triumphalium frequens eſt, addere diem acti triumphi. De Illyrico lege Appianum, Sex. Rufum, Iornandẽ, Lib. Notitiar. & Laziũ 1. R. P. R. cap. 1. apud quos multas regiones ſub Illyrico comprehendẽ diſces. Vide PANNONIA. ILLYRICVS Sinus, circa Epirum: de quo vide ENESTEDORVM.

ILLYRIS, Lycij maris inſula. Plinius.

ILLYRISSVS, Illyrici regionis fluuius. Laonicus 10.

ILORCI, Plinio lib. 3. cap. 1. vrbs eſt circa fluminis Taderĩ tractum. Lorca Morali eſt. Alijs Lorquino videtur, vt annotauit Io. Mariana. Codex Venetus, Colonienſis, & Pariſienſis, pro Ilorci, Illeocior. legit.

ILOTÆ, vide EILOTÆ.

ILVA ἰλοῦα, Ptolemæo, Pomponio, & Plinio, qui dicit eam à Græcis ÆTHALIA αἰθαλία, vocari. Maris Tyrrheni inſula eſt, quæ hodie Elba, vt Leander & alij docent. Ilua & Æthalia, Ptolemæo & Straboni diuerſæ ſunt; ſed non citra errorem; quod Victorius annotauit. Ἰλοῦαν, aliam habet Ptolemæus, circa Sardiniam, quam alius codex ὕλουαν vocat.

ILVATES, Liuio Ligurum populi. an ab Ilua? Vide LITVBIVM.

ILVCIA, Oretanorum in Hiſpania vrbs, Liuio 35.

ILVMBERITANI, Tarraconenſis Hiſpaniæ populi, apud Plinium. Nomen retinere ſcribit Marinæus: Lumberitani.

ILVNVM ἴλουνον, Baſtitanorum vrbs, Hiſpaniæ, apud Ptolemæum.

ILVRATVM ἰλούρατον, Tauricæ Cherſoneſi opidum. Ptol.

ILVRBIDA ἰλουρβίδα, Ptolemæo Hiſpaniæ vrbs: in Carpetanis.

ILVRCIS, vide GRACVRIS.

ILVRGIS ἰλουργίς, Ptolemæo Hiſpaniæ Beticæ vrbs: ILVRGIA ἰλουργία, eſt apud Appianum & Polybium. ἰλαίργεια Stephano. Villanouanus ſcribit eam hodie Illora dici. Apud Ouidium quoque ILLVRCO eſt geminato L. Sic etiam in veteri lapide. quod Moralis interpretatur quoque Illora, circa Granatam: Nauagerius putat Zerro de los Infantes eſſe. ILVRO in Pyrenæis montibus vrbs, Antonino. M. Vibij Materni Ilurenſis, meminit lapis antiquus, in Smetij volumine, fol. 66. numero 7.

ILVRO, Vide ILVRGIS.

ILYBIRRIS ἰλυβιῤῥίς, Galliæ Narbonenſis fluuius, apud Strabonem. Ptolemæo ILLERIS ἰλλέρις, eſt. Athenæo eſt ILEBERNIS ἰλέβερνις. Eundem eſſe cum THICIS Melæ, & hodie Tec dici, docet Varrerius. Vide ELIBERRI.

ILYN, vide ELIM.

ILYRGIA, vide ILVRGIS.

IMACARENSES, *Siciliæ populi Plinio.* HYCARENSES *cum Dalechampio legerim.*

IMADVCHI, *Sarmatiæ Aſiaticæ gens, apud Plinium.*

IMALA, *vide* HIMELLA.

IMALIA, *vrbis nomen, apud Phauorinum.*

IMAVS ἴμαος, *Straboni pars Tauri Montis, ad Mare Eoum, conteſtantibus Plinio & Oroſio.* EMAON ἤμαον, *Arriano dicitur, in Indicis: ſed idem paulò infra habet quoque* ἴμαιον. SEMANTHINI *Montes Ptolemæo ſunt. Ger. Mercator* Inifa *interpretatur, cuius Paulus Venetus meminit, argentiq́ fodinas in eo eſſe ſcribit. Iac. Caſtaldus* Altai *putat, vbi omnes Tartariæ Impp. ſepeliuntur. Bapt. Ramuſius hunc Altai eundẽ eſſe putat cum* Belgian *monte, in quo Haythonus Tartaros habitaſſe ait. Hic Imaus mons, videtur Poſtello* SEPHAR, *cuius in Sacris litteris memoria eſt.* IMAVS *Ptolemæi ab hoc Imao longè alius eſt, nempe qui ex radicibus Tauri exoriens, & vſque ad Mare Glaciale progrediens, Scythiam (quæ ab eo Intra & Extra Imaum cognominatur) bifariam diuidit. hunc ab accolis* Dalanguer & Nangracot *appellari tradit Caſtaldus. Huius Imai promõtorio (ſi in remotiſsimis mihi quoque diuinare lubeat) videntur* Altai & Belgian *recentia nomina quadrare.* IMAVM *Montem æſtimat Montanus in ſuo Apparatu Biblico* ABIMAEL *Hebræis nuncupari. Theuetus Imaum* Copizath *ab Indis nominari dicit. Vide* SEPHER, & TAVRVS.

IMBARVS ἴμβαρος, *mons, Tauri portio, circa Armeniam Maiorem, Straboni. Ciliciæ mons eſt apud Plinium.*

IMBRASIA, *vide* SAMVS.

IMBRASVS ἴμβρασος, *Sami fluuius, Callimacho. Vide* PARTHENIVS, & SAMOS.

IMBRI. *Imbrios arundines & iuncos decoquere aqua ſolitos, donec exiguum ſupereſſet humoris. Sic Plinius 31. cap. 7. de ſale faciendo. Gentile ab Imbros. ſed ſunt qui* VMBRI *legunt: quæ lectio proba, ex Ariſtotele 2. Meteorolog. cap. 3. vbi* Ὀμβρικοὶ, *qui ijdem cum Vmbris.*

IMBRINIVM, *(ita vocant locum) inquit Liuius, lib. 8. in Samnitio eſt.* SIMPRIVIVM *dici, à Tacito & Silio, ſcribit Hermolaus. Liuij Imbriuium, longè diuerſum à Taciti aut Silij Simbruino eſſe, Geographiæ periti facilè intelligẽt.*

IMBRITIA, *circa Locros Italiæ locus: apud Alphanum Salernitanum, in vita duodecim fratrum martyrum.*

IMBRVS ἴμβρος, *Plinio & Stephano. Maris Aegæi inſula. Sophianus* Lembro *vocat. In Phauorini lexico eſt quoq́ fluminis nomen. Vrbis quoque nomen eſt, in ipſa Imbro, teſte eodẽ Stephano: qui eam Cabiris & Mercurio ſacram dicit. Hinc Theodorum ſophiſtam oriundum, ſcribit Plutarchus in Phocione. quem malè Himeræum facit Aelianus in Varijs: vbi & Spartonis nomen deſideratur: quem, & Demaratum, Rhodienſes vocat idem Plutarchus, ſed hoc obiter.* IMBRVS *etiam caſtellum ſupra Caunum opidum, Rhodiæ continentis: Straboni.*

IMERIENSIS *Epiſcopi, Meſopotamiæ: meminit concilium Conſtantinopolitanum. An gentile ab* HIMERIA *Oſrhoenæ, de quo ſupra?*

IMINATIVM, *vide* EIMINATIVM.

IMITVENI *montes, Plinio: in Sarmatia Aſiatica. Pintianus* IMITVEN *legit, & pro amne intelligit.* IMITVI *ſunt ibidem quoque populi.*

IMMA ἴμμα, *Syriæ vrbs, in Seleucide, Ptolemæo: & D. Hieronymo, in Malcho.* IEMENA *interpretibus Ptolemæi.* IEMINI *Paleſtinæ terram habet D. Hieronymus, Iudicum 19. pro quo Chaldæus paraphraſtes* BINIAMIN *legit. Vide* HYMNAS.

IMMANICELVM, *vide* MANICELVM.

IMMATRIS, *Galliæ Narbonenſis portus, Antonino.* XII. *M. paſſ. à Maſsilia. In* MATRIS *etiam diuiſim legitur.*

IMMIRENI, *gens Perſis tributaria. Habitant autem in extremis Auſtralis plagæ, & ab initio Iudæi fuerunt: ab eo vero tempore quo regina Auſtri ad Solomonem venit, facti ſunt gentiles. Hi ſub Anaſtaſio Imp. Chriſtiani facti ſunt, & Epiſcopum acceperunt. Ex Collectaneis Theodori Lectoris, excuſis inter auctores Bibliothecæ SS. Patrum. Gentile fortè ab Himeria.*



IMMITENSIS *loci, in Africa, memoria eſt in Coll. Carthag.*

IMMOS, *Campus eſt apud Cedrenum, in quo Iudæi puerum captum de ligno crucis ſuſpenderunt. Circa Byzantium fortè.*

IMORVS, *vide* TMORVS.

IMPARA, *vide* ABDERA.

IMPERATORIA *Vrbs, vide* SALACIA.

IMPHES ἰμφῆς, *vicini Perrhæbis populi: vt Stephanus tradit. ex Hecatæo.*

IMYRA ἴμυρα, *Phœniciæ vrbs. Stephano. Num eadem cum Simyra?*

INA ἴνα, *Siciliæ vrbs, apud Ptolemæum. & alia in Cœleſyria, apud eundem.*

INACHIA, *vide* PELOPONNESVS.

INACHIVM, *vide* CORYPHASIVM.

INACHORIVM ἰναχόριον, *Cretæ inſulæ vrbs, Ptolem.*

INACHVS ἴναχος, *Argiæ regionis fluuius, in Peloponneſo, apud Ptolemæum, Strabonem, Pauſaniam, & Euſebij Chronicon. Antea* CARMANOR καρμάνωρ, *dictus fuit, &* HALIACMON ἁλιάκμων, *vt ſcribit auctor de Fluminibus.* ARGIVM *quoque vocatum, ab Æſchylo & aliis, tradit Pauſanias.* PHORONIDES *Venas, vocat Thyeſtes Senecæ.* Planizza *hodie appellat Sophianus, & Nic. Nicolaius. Mirum eius nomen exſtare, cuius ne monumentũ quidem apparere ſcribit Lucianus in Charonte, & à Neptuno exſiccatum tradidit Apollodorus 2. Bœotiæ fluuius eſt, apud Elconem vrbem, qui poſtea* SCAMANDER σκάμανδρος, *dictus eſt; auctore Plutarcho, in Quæſtionibus Græcis. Epiri etiam fluuius, in Acheloum defluens, Straboni. Eſt & Theſſaliæ, Vibio, & Ouidio. Stephanus habet Inachum ex Lacmone Pindi montis promontorio fluentem. Ex Pindo monte fluere Inachum tradunt Strabo & Stephanus. Eundem cum Theſſaliæ credendum.*

INALIÆ, *vide* SCYATHVS.

INALPINI, *vide* EBRODVNTII.

INAPHA ἴναφα, *Arabiæ Felicis opidum, Ptolemæo.*

INARIACIVM ἰναριακίον, *vnum oſtiorum Danubij, Ptolemæo: quod ab Apollonio Rhodio* ARECOS ἄρηκος, *vocatur:* NARACVSTOMA *Plinio & Ammiano.* NARACVM νάρακον, *in Arriani Periplo.* ARECOSTOMA *veram lectionem putat Hartungus. Inter hoc oſtium, & alterum quod Calon dicitur, idem Apollonius Peucen inſulam deſcribit: parum à Ptolemæi traditione diſtantem.*

INARIME, *Virgilio, Ouidio, cæteriſq́ fere Latinis:* ARIMA ἄριμα, *Homero, alijſq́ Græcis auctoribus.* ÆNARIA *Feſto, & Plinio; qui eam* PITHECVSA *Græcis dici, addit.* PITHECVSÆ *Straboni.* πιθηκοῦσαι, *Stephano, duplici s ſcribitur: cui ſuffragatur App. lib. 5. Ciuilium. Hodie* Iſchia, *Collenutio, Hermolao, Volaterrano, Fabricio, & Erythræo. quem conſule, in ſuo Indice Virgiliano, vbi docet contra Plinium, & eius Caſtigatorem Hermolaum, hanc inſulam non Inarime, ſed Arime ab Homero vocatam, Virgiliumq́ primum fuiſſe, qui Arime cum* εἰν, *Ionum præpoſitione, iunctim legerit. Idemq́ Plinij ſententiam, qua ſcribit hanc Pithecuſam nõ à ſimiis, quos Græci Pithecos, ſed à Figlinis doliariorum (dolia enim Græci Pithos vocant) nomen accepiſſe, multis auctoritatibus nititur euertere, dicitq́ de doliis huc pertinentibus, nuſquam ſe aliquid legiſſe: an iure neſcio. Seruius certè in Aeneid. 6. habet è regione huius inſulæ locum in continente, (cuius partem hanc inſulam eſſe, tradit Plinius) quem Doliola vocat. Maris Tyrrheni inſula eſt, in Sinu Puteolano.* Iſchia *appellatur quoque huius inſulæ vrbs, quam quondam* Gerunda *dictam, ſcribit Leander. Hanc eandẽ puto* PITHECVSAM *ab Ouidio nominari, his verſibus:*

*Inarimen Prochitamq́ legit, ſteriliq́ locatas*
*Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas.*

*Aenariæ & Pithecuſæ, diuerſæ videntur apud Liuiũ 8. Vide* PROCHITA, & ARIMI.





INATAMANA, *Lacus Lunæ, tenera ligna accendit, ex quo qui bibit, aut in inſaniam vertitur, aut in ſoporem. Sic Vib. ſequeſter. At Bocatius legit hoc modo: Lunæ lacus eſt Athamaniæ, &c. Atque hanc lectionem à vero haud procul abeſſe reor; ex Antigoni Mirabilibus, vbi tradit in Athamania in Fano Nympharum fontem eſſe, qui ſarmenta & alia ſimilia inflammat. Scio Merulam in ſuis Mirabilibus, hunc in Lunenſi Italiæ agro deſcribere: ſed ex dicto Vibio (vereor) malè intellecto.*

INATVS, *vide* EINATVS.

INCARVS, *Galliæ Narbonenſis portus, Antonino. Inter Maſsiliam & Foſſam Marianam. Exemplar Lugdunenſe habet* INCARVS *quod magis placet, video enim incidere in locum qui hodie* Cari *vulgò nominatur.*

INCERO, *vide* INICERVM.

INCHADES, *vide* EBVDÆ.

INCIBILI *Liuio, Hiſpaniæ vrbs, quã Florianus* Chelua *ſubdubitans vocat. Valentiæ regni eſt. Vide* INDIBILIS.

INCILIENSIVM *Siciliæ populorum, meminit Cicero 3. in Verrem. ſi ſincerus ſit locus. nam &* ICILIENSES *alio in loco habet. Vox apud alium auctorem non reperta.* GELENSIVM *habebat ora codicis.*

INCITARIA, *portus Tuſciæ videtur, apud Antoninum, in Itinerario portuum.*

INCLICA ἴγκλικα, *è regione Thyles locus, vbi Pygmæi habitant, vt citat ex Euſtathio, Geſnerus, capite de Gruib.*

INCVNINGVM, *Nordhumbrorum regio. Beda. Eccl. hiſt. 5. cap. 13.*

INCVRSACES *populi, ſunt, circa Danubium: Sidonio lib. 8. ad Trigetium.*

INDA ἴνδα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

INDABARA ἰνδαβάρα, *apud Ptolemæum eſt Indiæ intra Gangem opidum.*

INDAPRATHÆ ἰνδαπράθαι, *Indiæ extra Gangem gens, Ptolemæo.*

INDARA ἴνδαρα, *Sicaniæ vrbs, Stephano. ex Theopompo.*

INDI *primum* SABÆI, *deinde etiam* HOMERITÆ *appellati fuere, inquit Nicephorus Calliſtus lib. 8. cap. 35. eos verò in Arabia Felice ponit.* INDI *ſunt etiam populi, propriè ſic dicti, in India extra Gangem, teſte Ptolemæo. ſed* SINDI *eius loco legunt interpretes, & ſincerius, vt ego conijcio. in Græco enim codice legitur* ὡς ἰνδοὶ: *& Ptolemæum ſcripſiſſe* ὡς σινδοὶ, *puto. At vt in voce* INDICA *multis alijs hoc Theſauro locis moneo, S. geminatum non ſenſit ex prælegentis ore librarius. Confirmat meam ſententiam Heſychius, qui Sindos Indicam gentem, & ibidem Sindicum portum habet.* INDOS *Maritimos vocat Curtius 9 qui oram Rubri maris in Gedroſia habitant, eóſque cis Indum fluuium, contra Ptolemæum aliosq́ Geographos. Arrianus 3. quoque* INDOS *cis Indum fluuium nominat. hoſq́ idem de rebus Indicis* INDOS OCCIDENTALES *dicit, (ad differentiam qui vltra, quos* ORIENTALES *appellat.) Ad Arbin enim fluuium Plinius, & Arrhianus Indiam verſus Occidentem producit, Aſſyriiſq́ olim hos paruiſſe addit. Hancque eſſe veriſimile, cuius in lib. Eſther & Machabæorum mentio.* INDI *ſunt in Æthiopia quoque Procopio 6. Ædif. Indorum enim montes vocat, ex quibus Nilus originem ſumit. Vide* ÆTHIOPES, MEMNONES, & RHIZOPHAGI.

INDI *Nigri, vide* ÆTHIOPES.

INDI *fluminis oſtia ſeptem deſcribit Ptolemæus, eáque ex Occidente Orientem verſus his nominibus enumerat:* SAGAPA, SINTHON, CHRYSVM *id eſt Aureum,* CHARIPHRON, SAPARAGES, SABALASSA, & LONIBARE, σίνθων, χρυσοῦν, χάριφρον, σαπαράγης, σαβάλασσα, λωνιβάρει. *Hæc eodem ordine ſic interpretatur Theuetus, his nouis nominibus,* Cachar, Habinacth, Thalebnach, Kerim, Bydlin, Anakelr, Lombura. *Indum fluuium ſeptem habere oſtia nemo veterum (quod ſciam) prodit, præter Ptolemæum & vnum Arrianum, in Periplo ſuo maris Rubri: Dionyſius enim, Pomponius, Strabo & Arrianus libro 5. & 6. hiſtoriarum Alexandri, duo tantum illi oſtia adſcribunt: idem Luſitani, qui hodie has partes nauigant, atteſtantur. Si hodie tantum duo ſint oſtia, mirum quis Deus Theueto eorum ſeptem noua vocabula reuelauerit? an ſomnia narrat? per eburneam portam? qua falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes?*



INDIA ἰνδικὴ, *Aſiæ maxima regio, & nobiliſsima. Hanc Ptolemæus in duas diuidit, in Indiam nempe Intra, & Extra Gangem, cognominatam.* INDIA *intra Gangem* Indoltan *ab incolis vocari, auctor eſt Ioannes Barrius, teſtis oculatus, &, vt ita dicam, auritus: vt qui in hac India aliquot annis Proregem Luſitaniæ egit.* INDIA *extra Gangem,* HEVILA, *vel, vt alij ſcribunt,* HAVILATH, *aut* EVILATH, *in Sacris litteris dici putatur.* Macyn, *aut* Magyn *ab incolis appellari, ſcribit Niger. Idem ſubiungit, ex Ægypto in Indiam nauigantibus, eam in tres partes diuidi; in Inferiorem, Mediam, & Superiorem. Inferiorem, quæ eſt à flumine Indo ad Barium amnem,* Gaiſerat *nominari. Mediam, quæ hinc ad alium fluuium nomine Chaberim extenditur,* Minibar: *Superiorem,* Maabar; *quæ à Chaberi ad Gangem fluuium exporrigitur. M. Paul. Venetus tradit ſuo etiam tempore, in tot partes diſtinctam. ſed hic Maiorem* Malabar; *& Mediam* Abaſcia *nuncupat. Minorem peculiari vocabulo non indigitat. Mediæ Indiæ etiã meminit Cteſias. Indiam Plinius tertiam Orbis partem vocatam, ab Alexandri comitibus, qui eam ſubegerant, teſtatur. Neque hodie minorem Orbis terrarum partem eo vocabulo comprehendi, certum eſt: Antiquorum enim has Indias, vnà cum tota ferè nuper inuenta America, Hiſpani* Indias *vulgò nominant.* INDI *ſunt etiam in Aethiopia: & contra,* ÆTHIOPES *in India. Vide* ÆTHIOPES, ATLANTIS, MEMNONES, & RHIZOPHAGI.

INDIBILIS, *vrbs Hiſpaniæ eſt apud Frontinum: vbi Annonem à Cn. Scipione fugatum ſcribit. Antonino* XXIIII. *M. paſſ. à Dertoſſa eſt. An eadem cum Incibili?*

INDICA ἰνδικὴ, *Iberiæ vrbs: ad montes Pyrenæos: quam dicit Stephanus ab aliquibus* BLABERVRA βλαβερύρα, *vocari. Huius gentile* INDICITAS *idem facit. pro* INDIGETES, *vt putat Caſaubonus.* Ἰνδικὴ, *meminit quoque Polyænus 4. cuius regem Alexandrum in Theſſalos bellum mouentem ſcribit. Sed* SINDICA *hic ſcribendum, iuncto elemento finali præcedentis vocis* Ἀλέξανδρος, *quod librarius ex prælegentis ore geminatum, non animaduertit. Error ſatis frequens, & à nobis non ſemel in hoc opere notatus. Poſſet autem* Ἰνδικὴ *quoque tueri. de quo diximus in* GORGIPPIA. INDICA *etiam locus iuxta Pontum: apud Stephanum: in* ἰξιβάται.

INDICETÆ, *vide* ENDIGETI.

INDICIA, *colonia Cyrenenſium. Onuphrius, ex Vlpiano. Zernenſium alij legunt. quod vide ſuo loco.*

INDICOMORDANA ἰνδικομορδάνα, *Sogdianæ vrbs: Ptolemæus.*

INDICVM *Mare, Ptolemæi:* MAGNVM *Mare vocatur ab Aeliano 16. Animal. cap. 17. 18. 19. cuius partem idem Ptolemæus* MAGNVM *Sinũ appellat. Vide* EOVS.

INDIGETI, *vide* ENDIGETI.

INDOSCYTHIAM *Indiæ regionem, ſecundum Indum fluuium exporrectam, habet Ptolemæus. eandem Arrianus in ſuo Periplo* SCYTHIAM *ſimplici vocabulo nominat.* AVSTRINI SCYTHÆ Νότιοι Σκύθαι, *ſunt apud Dionyſium Afrum.*

INDVS ἰνδὸς, *fluuius Aſiæ nobiliſsimus. Hunc* SANDVM *ab incolis vocari, ſcribit Plinius.* SINTHVM σίνθος, *eum vocat Arrianus in Periplo Maris Rubri, quo nomine vnũm oſtiorum eius indigitatur apud Ptolemæum. Prius* MAVSOLVM μαυσωλὸς, *dictum, & poſtea* HYDASPEN, *tradit auctor de Montibus & Fluminibus.* Indu *hodie dici putat Caſtaldus:* Hiind Niger. *Incolis* Diul *appellari refert Garcias ab Horto, qui eas regiones habitauit. Theuetus ſcribit eum ab accolis Cambaienſibus* Inder, & Caercede *nominari. Vide* CALBIS.

INDVSTRIA, *vide* BODINCOMAGVM.

INESCHE ἰνέχη, *Interioris Aethiopiæ mons, Ptolemæo.* MESCHE *habent interpretes.*

INESSA, *Rhodi fons; à quo Ineſſa Siciliæ ciuitas (fons Bocatius legit) Vib. Sequeſt. Vide* ÆTNA.

INESSON, *vide* ÆTNA.

INFERIORIS *Limitis, in Mauritania Cæſarienſi; meminit lib. Notitiar. Fortè verſus Tingitanam, quæ aliquibus Inferior cognominatur.*

INFERNATES, *&* SVPERNATES, *in Italia ſic dicti à proximitate Inferi, aut Superi maris. Romæ Infernas abies, Supernati præfertur: teſtibus Plin. 16. cap. 39. & Vitru. 2. c. 9. Supernas Adamas eſt apud Macrob. 2. Saturnal. ſic enim Auguſtum Mæcenatem ſuum vocare ſcribit. Ridiculè, vt videtur, quia nullus ibi reperiatur: vt neque ebur in Etruria; aut margaritum in Tiberi, &c. Hoc autem obiter, & præter inſtitutum. Vide* CARENTINI.

INFERNVS, *Manibus locus deſtinatus à Poëtis. Huius luculentam pictoriamq; deſcriptionem lege apud Senecam in Hercule Furente: Virgil. 6. Aeneidos. Ouid. 4. Metamorph. Claudianus 2. in Ruffinũ: & Platonem de Anima. itẽ in Axiocho. His addat, qui velit aut vidit, Honorium de Imagine Mundi. Theologi (audi Zachariam Lilium in ſuo Orbis Breuiario) Inferna quatuor eſſe dixerũt. Vnum in centro terræ, in quo damnati ſenſibilem pœnam patiuntur, & gratia ac viſione diuina priuantur. Alterum ſuper hunc eſſe voluerunt, vbi animæ puerorum, qui vndam non percepere baptiſmi, carent gratia & viſione diuina, ſed pœnam ſenſibilem minimè patiuntur, quem locum puerorum Limbum vocauerunt: Super hunc tertium poſuere, vbi pœnam animæ ſentiunt, ſed gratia diuina non priuantur: quod Purgatorium appellant. Quartus omnibus ſuperior, in quo nulla exſtat pœna, & Limbũ Sanctorum patrũ vocari maluerunt: in hunc ſolũ Chriſtum deſcendiſſe, & ſanctos patres ibi exiſtẽtes ab inferis adduxiſſe, prodiderũt.*

INFERVM *Mare, vide* TYRRHENVM.

INFLASTE, *vide* EVPHRATE.

INFVLO, *opidum Ciliciæ, apud Epiphaniam, patria Georgij epiſcopi Arriani: Ammiano 22. in* FVLLIO *diuiſim habet Baronius 4. Annal. qua auctoritate, neſcio.*

INGÆVONES, *Germaniæ primi à parte Scythiæ populi ſunt apud Plinium: quo loco* WIGEWONES *.i. ſinum maris accolentes) legendum docet Rhenanus.* INGRIONES ἰγγρίωνες, *Ptolemæi eſſe, ſcribit Hermolaus. Pyramius collocat Ingriones, vbi hodie* Speshart *ſilua eſt.*

INGAVNI, *vide* ALBIGAVNVM.

INGENA ἴνγενα, *Abrincatuorum in Gallia Lugdunenſi vrbs, apud Ptolemæum. Cohortis* I. INGENVORVM *meminit ex veteri inſcriptione Goltzius. Fortaſſis* ARÆ GENVÆ *tabulæ Peutingerianæ, vt inquit M. Velſerus. Vide* TINGENA.

INGENIDAS, *vide* APSASIVM.

INGENVI, *vide* INGENA.

INGIDVNVM, *vide* NAISVM.

INGILINA, *vide* ANGELINA.

INGININI, *&* INGINVM, *vide* IGVINI.

INGRIONES, *vide* INGÆVONES.

INICERVM, *aut vt alius codex,* INCERO, *apud Antoninum: Pannoniæ vrbs. Lazius 12. R.P.R. ſcribit ab hac voce non malè abludere* Cernico, *ſupra Veticã* Regalem.

INLIPA, *pro* ILIPA, *legit Moralis, ex antiquo marmore.*

INMESTAR, *vide* MESTAR.

INNA ἴννα, *fons medius inter Mædos, & Pœonas. Athenæus 2. cap. 2. Neſcio quare* OENA *verterit Dalechampius. Drangianæ vrbs, eſt apud Ptolemæum.*

INNICVS ἴννικος, *Siciliæ opidulum, Heſychio. Vide* INYCVS.

INOPVS ἰνωπος, *Deli inſulæ fluuius, quem credunt incolæ occulto meatu ex Nilo ad ſe venire. Auctoribus Plinio, Strabone, Homero, Callimachoq; in Hymnis, & Pauſania in Corinthiacis.* ΟΙΝΩΠΟΥΣ *legit Lexicõ Phauorini.*

INSANI *Montes, vide* MÆNOMENI.

INSANVM, *maleſica vi appellatum, lacum; in Troglodytis deſcribit ex Iuba Plinius 31. cap. 2.*

INSECHI, *vide* ISICHI.

INSVBRES, *Plinio, Galliæ Ciſalpinæ populi; quos Scudus & alij* Mediolanenſes *interpretantur.* INSVBRI ἰνσουβροι, *ſunt Ptolemæo. Stephanus* INSOBARES ἰνσόβαρες, *Padi accolas dicit; quos quoque* INSOBRAS *vocat. Idem habet* INSOBROS, *Italiæ populos, eoſdem putarim.* INSOBARI ἰνσοβαροι, *ſunt Polybio, vt Merula dicit. Ego vbique apud Polybium* ISOMBRI ἰσόμβροι, *lego. ſic quoque Suidas in verbo* περιπλέους. INSVBRES *pagus Heduorum, ſic enim Liu. 5. de eruptione Gallorũ in Italiam. Cùm agrũ Inſubriam appellare audiniſſent, cognomine Inſubribus Heduorũ: ibiomẽ ſequentes, condidere vrbem, Mediolanum appellarunt. Hanc Inſubriam putat Caſtillionius olim fuiſſe, vbi hodie Caſtrum Seprij viſitur. ad Oronam fluuium, qui Mediolanũ irrigat.*

INSVBRIA, *vide* MEDIOLANVM.

INSVLA, *vide* LVGDVNVM, SYRACVSÆ, *&* VITVLI.

INSVLA *Sacra, quam bina Tiberis oſtia faciunt, Procop. 1. Gothorum.* Meza paludoſa *vocari; ſcribit Leander.* ASSIS *vocatur in Conciliorum volumine. Vide* LIBANVS *Almæ Veneris.*

INSVLAM *Ignitam, vocat Haymo Halberſtattenſis, locum in Ægypto: S. Macarij miraculis clarum. cuius meminere Calliſtus & Tripartita hiſtoria.*

INSVLÆ, *vide* AD SEX.

INTEMELIVM, *vide* ALBINIMINIVM.

INTERAMICI, *vide* AQVIFLAVIENSES.

INTERAMNA ἰντεραμνα, *Plinio & Straboni,* ἰντεραμνία *Ptolemæo, Vmbriæ vrbs, inter Ocriculum, & Ariminum, ad dexerã:* (Vrbino *interpretatur Interamnam, Vignereus in Bibliotheca Hiſtoriali.* Terni *&* Terani *Cittadinus in ſchedis ad me Roma miſſis.) Antonino inter Narniam & Spoletum eſt: Apud Plinium in Sexta regione ponitur. eoſq;* INTERAMNATES *vocat, atq;* NARTES *cognominat, à Nari flumine, ni fallor, cui adiacet:* NAHARTES *habet vetus Inſcriptio.* INTERAMNA *alia eſt via Latina, in Samnio, Liuio: ad Lirin fluuium. quam coloniam factam docet, præter alios auctores, antiquus lapis. Hos Plinius lib. 3. cap. 5.* INTERAMNATES SVCCASANOS LIRINATES *vocat, vt ego lego. etſi alia diſtinctione (duos ex his populos facientibus.) in vulgatis codicibus proſtet. monet me littera s. hoc loco præter Plinianum ordinem aliàs malè collocari; perſuadet me vetuſtus lapis, qui meminit Interamnatium Larinatium. Hanc Interamnam* Iſola *hodie vocari, Blondus; Cittadinus, & Niger auctores ſunt, item Scipio Mazella, apud quem huius diligens deſcriptio. Ptolemæus aliam* INTERAMNIAM *præter has in Præguntiis deſcribit, quam hodie (niſi Niger fallat)* Teremum *vulgus nominat.* Teramo *autem Leandro & Cittadino. In tabula Regni Neapolitani quam Pyrrhus Ligorius edidit,* Thermolo *vel* Termile *nominatur, ſed maritimam facit.* INTERAMNA *Flaminea, &* INTERAMNA *Palæſtinæ Piceni, ſic Frontinus de Limitibus M.S. Liber Balbi quoque M.S. Interamnæ Flaminiæ, & Interamnæ Palæſtinæ Piceni legit. vbi hic Flaminiæ, alter Fluminiæ habet. Hygenus quoq; hæc,* INTERAMNA *Paleſtinæ [ſine diphthongo] Piceni. Vide* PLISTINA, *&* PELESTINI. *Sed de his Interamnis piaculum mihi eſſet non ſubiungere Eliſij Calentij Oden hanc Sapphicam:*

*Trina per campos iacet Interanna,*
*Diuidens ciues tenui ſuſurro,*
*Vt ſuos tantum ſua terra norit*
*Iure creatos.*
*Interannantes referunt clientes,*
*Interannantes legimus colonos,*
*Interannites cupimus puellas*
*Conſcia turba.*
*Prima quæ Nari fluuio rigatur,*
*Alteram iuxta Liris intumeſcit,*
*Iſta Turdinum videt inſolentem*
*Mœnia propter.*
*Sic enim ſaxis legimus vetuſtis:*
*Si qua vel chartis aliter legantur,*
*Ritè non ſcribi, poteris putare*
*Quiſquis oberras.*





INTERAMNIA, *vide* INTERAMNA.

INTERAMNIENSES, *vide* IGÆDITANI.

INTERAMNIVM ἰντεράμνιον, *Aſturię in Hiſpania vrbs, Ptolemæo.* INTERAMNIVM FLAVIVM, *ibidem: idem quod Coquus* Ponferrada *vocat:* Fuente Encelada *Moralis. Hoc apud Antoninum, in itinere à Bracara Aſturicam, annotauit Simlerus mendosè legi* INTERERACONIVM FLAVIVM.

INTERANIESIA ἰντεραννιεσία, *Luſitaniæ vrbs. Trallianus. Corruptè, vt puto: pro Interamici, aut Interauſa. Eſt huic auctori familiare hoc ſuum notæ adijcere locorum vocabulis. quæ vide in* EBORA *&* CONIMBRICA. *In tabula antiqua Hiſpaniæ etiam* INTERANNIENSES *geminato* N. *nominantur, ne qui miretur ſcripturã ſine* M.

INTERAVSENSES, *Hiſpaniæ Luſitaniæ populi, apud Plin.*

INTERBROMIVM, *Italiæ locus, Antonino. Inter Corfinium & Adriam.*

INTERCATIA ἰντερκατία, *Hiſpaniæ vrbs, Straboni, Polybio, Appiano, Plinio de Viris Illuſtribus, & Antonino. Moralis eam conſtituit inter Leonem, Valliſoletum, & Aſtorgim ciuitates, hodie ſic nominatas.* INTERCATIENSES *ſunt Plinio, in Hiſpania Citeriore. Ptolemæus habet duas huius nominis vrbes in Hiſpania. vnam in Orniacis: alteram in Vaccæis,*

INTERCISA, *vrbs Pannoniæ Inferioris eſt, apud Antoninum. Valeriæ Ripenſi adſcribitur à lib. Notit.* Rachzkewi *Simlero dicitur. Vide* LVSSONIVM.

INTER DVOS LVCOS, *in vrbe Roma locus, Liuius 1.* μεθόριον δυοῖν δρυμῶν *appellat Halicarnaſſeus 2.*

INTERFRVRINI, *Illyrica gens, Appiano.*

INTERNI *fluuij riuulus, aquas cruoris emiſit. Sic Diaconus 4. Longobard. 2. Alius codex legebat* RHENI.

INTERNVM *Mare, vide* MARE *Mediterraneum.*

INTEROCREA ἰντεροκρέα, *Italiæ vrbem habet Strabo, vicinam Reati.* INTEROCRIVM *Antonini.* Interdocho *nũc appellatur, Pand. Collenutio, Videtur* OCREA *Antonini, & Ligorio.*

INTESTINVM *Mare, vide* MARE *Mediterraneum.*

INTI, *vide* EINTI.

INTIMELIVM. *vide* ALBINIMINIVM.

INTVERGI ἰντούεργοι, *Germaniæ populi ſunt apud Ptolemæum: Peucerus in Palatinatu eos conſtituit circa* Heydelbergam.

INVCENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.*

INVECTVS, *fluuij nomen qui Fucinum lacum tranſit. Plinius 2. cap. 103.*

INVI *Caſtrum, vide* CASTRVM *Inui.*

INVIA, *Pannoniæ vrbs, apud Antoninum.*

INVS ἶνος, *palus parua, Laconicæ regionis. Pauſanias.*

INVTRIVM ἰνούτριον, *Vindeliciæ vrbs; Ptolemæo. Auentinus vocat* Mittenwaldt. *pagus eſt cis Alpes in Bauaria.*

INYCTVM ἴνυκτον, *Siciliæ opidum, habet Stephanus. quod &* INYCTOS *ab Herodoto appellari ait:* INNICVS *fortè Heſychij. Vide* INYCVS.

INYCVS ἴνυκος, *Siciliæ vrbs eſt apud Pauſaniam, quam Stephanus* CAMICOS κάμικος, *appellari ait. Tzetzes* κάμικλος, *per* λ *legit, & alibi* κάμινος *per* N. *vtrobiq; malè, vt ego conijcio. Leander* Camerata *vocat: & Fazellus* Longobardo *nominat.* INNICVS *eſt apud Heſychium. & idem* INNYCTVM *fortè eiuſdem Stephani erit.*

INYSSVS ἰνυσσος, *Aegypti vrbs, Stephano, ex Herodoti 3. iuxta Caſium montẽ. vbi noſtri codices* IENYSVS *legũt.*

IO ἰὼ, *id eſt Luna, ciuitas ab Inacho Argiuorum rege condita. Suidas. An eadem cum Iopoli?*

IOANNIPOLIS, *vide* PARASTLABA.

IOB *Fons, in Idumæa. quater in anno colorem mutare dicitur: id eſt, puluerulentum, ſanguineum, viridem, & limpidum. Iſidorus.*

IOBACHI ἰόβαχοι, *Marmarica gens, apud Ptolemæum.*

IOBAB, *Hebræis eſt ea noui Orbis regio, quàm vulgò* Parias *appellant, auctore Montano, in ſuo Apparatu. Eius mentio fit Geneſ. 10. 36. & 1. Paralip. 8.*

IOBANVS. *lib. Limitum. Italiæ in Samnio opidum.*



IOBARITÆ ἰωβαρῖται. *Ptolemæo Arabiæ Felicis gens.*

IOBVLA ἰώβυλα, *Albaniæ vrbs. Ptolemæus.*

IOCVRA ἰωκοῦρα, *Arabiæ Deſertæ opidum, Ptolemæo.* IVCARA *interpretibus.*

IOGANA ἰωγάνα, *Taprobanæ opidum. Ptolemæus.*

IOHANNINORVM *Epiſcopalis loci, meminit Curopalates, & Balſamon, ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. An* IOANNIPOLIS?

IOL ἰὼλ καισάρεια, *quæ & poſtea* CÆSAREA *Ptolemæo, Plinio, & Pomponio teſtibus. Mauritaniæ Cæſarienſis maritima vrbs; quondam Iubæ regia.* IVLIA *Cæſarea, in Latinis Ptolemæi codicibus vocatur.* COL. IOL. CÆSAREA. IVBÆ. REG. *habet nũmus Claudij.* One, *aut* Albora *Nigro eſt;* Alger *Marmolio, & Mercatori. Ioannes Leo ſcribit Alger à Mauris* Gezeir *appellari, & olim* Meſgana *dictam, ab eius conditore ex Meſganæ familia.* Gezeyr de beni Moſgana *Marmolio. ſed hoc de inſula, quam Ptolemæus habet. vrbem autem ipſam quam Ptolemæus* IOLCÆSAREAM *vocat,* Tiguident *eidem Marmolio eſt.*

IOLAENSES, *vide* ILIENSES, *&* DIAGEBRES.

IOLAI, *vide* SARDINIA.

IOLAI *Lucus, propè Thebas Bœoticas. Arrianus 1.*

IOLCIACVS, *vide* PELASGICVS.

IOLCITIS, *vide* ESTIOTIS.

IOLCVS *Moloſſidis vrbs, Athenæo 11. An alia à Theſſalica, videndum. vide* IAOLCVS.

IOLIDA, *locum Indiæ habet Mela, vltra Gangem. Eſt qui legit* COLIDA *per* C. *in prima. Vide* COLIDIS.

IOLVM Ιωλον, *Perrhæbiæ mons. Stephanus.*

IOLYSITÆ ἰολυσῖται, *Arabiæ Felicis gens. apud Ptolem.*

IOMANES, *vide* HINAMANES, *&* DIAMVNA.

IOMNIVM ἰόμνιον, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum. Ptolemæus.* LOMNIVM *Antonini.*

ION ἴων, *Græciæ fluuius, qui ſe in Peneum amnem effundit. Strabo. Æthiopiæ Interioris mons. Ptolemæus.*

IONACA ἰώνακα, *Perſidis ciuitas, apud Ptolemæum.*

IONÆ *Portus, &* PROTEI *Columnæ, loca videntur inter Siciliam, & Peloponneſum, D. Hieronymo aduerſus Rufinum. Hunc ſecuri hominis curſum, illum fugientium, & turbatorum hominum. Vide* PROTEI.

IONAN ἰωνάν, *Palæſtinæ locus. Ioſue 15.* IETHAM *legit D. Hieronymus.*

IONDA ἰώνδα, *Aſiæ opidum, circa Epheſum. Diodorus 14.*

IONE, *vide* ANTIOCHIA, *&* GAZA.

IONES *habitauere in Aegypto, infra Bubaſtin, ad mare propemodum, Herodoti Euterpe. Vide* IONIDES, *&* ATHENÆ.

IONIA ἰωνία, *Aſiæ Minoris regio, Straboni; & Ptolemæo.* PANIONIA *eadem vocatur, Plinio auctore.* IAVAN *Hebræis eſt, Montani iudicio.* Sarchania *à Laonico vocari, annotauit Leunclauius. Alex. Sardus ſcribit eam à Turcis* Quiſcon *appellari. Ioniæ duodecim ciuitates attribuit & nominat Aelianus Variar. 8. cap. 5. Libanius verò in Demoſthenis vita, viginti. De Ionia multus Pauſanias in Achaicis. Vide* ATHENÆ, SICYON, ATTICA, ACHAIA, MILETVS, *&* SALAMIS.

IONICA, *Italiæ regio, apud Solinum & Martianum; ab Ione Naulochi filia, (Anlochi alij, & Autocli legunt) an ad Ionium Mare? immò, ſi rectè auguror. atq; circa Crotonem, ab Ionum ſiue Achæorũ ibidem (ab expugnato Ilio) aduentum fixamq; ſedem: vt habet Strabo 6. Vide* IAS.

IONIDÆ ἰωνίδαι, *Atticæ municipiũ, Aegeidis tribus. Steph.*

IONIDES ἰωνίδες, *inſulæ ſunt, Dionyſio Afro: inter quas Samum, Caunum, & Chion numerat.* IONIÆ *hæ veteri interpreti ſunt. Fortè eædem cum ijs quas Diodorus* FORTVNATAS *vocat.* IONIDES *populos, qui Europam incolũt, habet Herodotus 7. Ex Europa ſe tranſtuliſſe in Cariam maritimam Aſiæ, ſcribit Halicarnaſſeus 4. Athenienſes ſic vocari puto. Item Italiæ partem, de qua, in* IONIA.

IONIVM *Mare, etiam* CHRONIVM, *&* RHEÆ *Sinũ vocari apud auctores, ſcribit Iſacius in Lycophronem.*

Synonyma ſunt cum HADRIATICO. IONIVM Pontum, vocat Herodotus 7. & IONIVM Mare, Ammianus 22. Ægæi maris partem quæ inter Thraciam eſt & Peneum fluuium, atque vlterius, vt puto; ab Ionibus hanc partem accolentibus. IONIVM Mare, id quod à Gaza Ægyptũ vſq; eſt, nõnullis vocari, ſcribit Euſtathius. à Gaza vrbe nempe quæ Io quoque appellatur. PALÆSTINORVM mare nominatur hoc, Exod. 23. Vide HADRIATICVS.

IONOCH, vide IANOE.

IONOPOLIS ἰωνόπολις, Paphlagoniæ vrbs. In Authenticis, & apud Porphyrogennetam. vide ABONITEICHOS.

IONTII ἰόντιοι, Africæ Propriæ gens, apud Ptolemæum.

IOPETORVM ἰοπητῶν, meminit Goltzij Theſaurus. ex Titi nũmo. An à Iope Theſſaliæ, cuius Stephanus meminit?

IOPHE, vide NOPHACH.

IOPILIA villa. In S. Lamberti vita. Pagus ad Moſam eſt, haud procul à Leodio. Iupile hodie.

IOPIS ἰῶπις, Stephano eſt Laconica regiuncula: ex Herodiano, vt addit, ſed alio vt videtur, quàm qui aliquot Cæſarum vitas deſcripſit.

IOPOLIS ἰώπολις, in Silpio monte, quam Orontes fluuius alluit. Cedrenus. ἰούπολις eſt Euſtathio, qui eam iuxta Antiochiam deſcribit. IOPOLIS circa Galatiam, meminit Metaphraſtes in vita S. Theodori Archimandritæ.

IOPPE ἰόππη, Ptolemæo Palæſtinæ vrbs, & portus. Italis hodie Iaffo & Zaffo nominatur. Niger tradit à barbaris Arſufo dici. IOPPENSE mare habet hinc Ioſep. Antiq. 13.

IORDANIS, Palæſtinæ fluuius; vocatur IARDANIS ἰάρδανος, apud Pauſaniam in Eliacis. Plinius 5. cap. 15. & Ioſephus 3. cap. 18. Belli Iudaici hunc optimè deſcribunt. Adde Hegeſippum 4. cap. 26. item And. Maſium ad
» 1. Ioſue. Habet & Lucania Iordanem ſuum. ſic Caßiodorus, Variar. 8. ad finem.

IORDANI Minoris, μίκρου ἰορδάνου, in Tribu Dania, meminit Suidas, in Hieroboam. IORDANEM Minorem habet quoque Ioſephus belli Iud. 1. circa Semechonitidem lacum. & 4. cap. 1. item 5. Antiq. cap. 2. vbi eius fontes circa Libanum videtur deſcribere. Item 8. Antiq. 3. vbi Dan vrbem ad huius fontem habet. Quantum ex his dictis conijcere poſſum, partem eam Iordanis intelligo quæ ab eius fontibus eſt ad vſq; Semechonitidem lacum. Alium fluuiolum ſic dictum habet Laikſtenij Paleſtinæ tabula, de quo ipſa viderit. fidem enim meam non interpono. Vide ORONTES.

IORDANI Vicus, in Paleſtina; vbi Samaria regio incipit. Egeſippus 3. cap. 6.

IORDII ἰόρδιοι, Scythiæ intra Imaum populi, apud Ptolemæum. Pro quibus ſubſtituere interpretes PANIARDI. Iordeam regionem Indiæ, habet Ariſtoteles in epiſtola (ficta vt puto) ad Alexandrum.

IORI, vide IORVM.

IORVM ἰωρον, Iororum in Macedonia vrbs. Ptolemæus.

IOS ἴος, Maris Aegæi inſula, circa Theram. Straboni: quæ & PHOENICE, Plinio & Stephano teſtib. Homeri ſepulcro veneranda. Palma Nigro, Nio Sophiano eſt. Hæc IOS eſt quoque apud Ptolemæum; pro quo Latini codices omnes (excipio Nouiomagum.] CHIVS malè legunt. HIOS fortè Antonini eſt.

IOSCI, vide VIBISCI, & BITVRIGES.

IOSEDVM, Cæſari Galliæ opidum eſt, ad Sequanã fluuium. METIOSEDVM legitur apud Ful. Vrſinum. GLOSSEDVM etiam in nonnullis codicibus. Simlerus putat MEDETVM, MECLETVM, & METHETHVM, vacillante lectione apud Antoninum eſſe. Ioſedum, Marliano Corbeil eſt. Hoc CORBOLIVM nominatur in vita S Petri Tarentaſij.

IOSINIANA, Africæ ciuitas, in concilio Carthaginenſi, ſub D Cypriano habito. Vide DIONYSIANA.

IOTABIS, inſula ſinus Arabici: ab Aila vrbe non minus ſtadiis mille diſtans. Procopius 1. Perſicorum.

IOTÆ ἰῶται, apud Ptolemæum, ASIOTÆ apud interpretes: Scythiæ intra Imaum populi.



IOTALINVM ἰωτάλινον, vinum eſt apud Athenæum, in Sicilia. an à loco ſic dictum, videant eruditiores. Suaue & robuſtum vocat.

IOTAPA, vide IOTAPE.

IOTAPATA ἰωτάπατα, Syriæ vrbs, apud Stephanum, ex Ioſepho 2. & 3. belli Iud. cui Galilææ eſt. Huius meminit quoque Egeſippus. Syrin vocat eam recentiori nomine Breitenbachius.

IOTAPE ἰωτάπη, Ciliciæ opidum Ptolemæo. quod Lombardo Nigro.

IOTHE, Ioſue 15. Palæſtinæ locus. IETTA ἰεττά, legunt 70. interpretes.

IOVAVIVM, vide IOVIACVM.

IOVANENSIS, & IOVENSIS loci Dalmatiæ, meminit lib. Notit.

IOVETANVM Stannum, à loco, vt videtur, habet Plinius 34. cap. 17.

IOVIA, vide LOVIA.

IOVIACVM, Norici opidum, Antonino, inter Ouilabin & Boloderum. IOVAVIVM vocat alio in loco. Fortè Saltzburg/ vt ait Lazius. IOVANENSIS huic fortè corruptè in Gratiani Decretis.

IOVIS διὸς ἱερὸν, PANVM, Lydiæ vrbs, Ptolemæo. IOVIS FONS, in Dodone; qui Meridie ſemper deficit, quæ de cauſa ANAPAVOMENOS vocari, ſcribit Plinius lib. 2. cap. 103. Idem eiuſdem naturæ fontem deſcribit in agro Comenſi, qui hactenus Plinianus Fons dicitur, vt refert Io. Maria, ad lib. 4. Epiſtolar. Plinij. IOVIS AMMONIS Fons, Idem, ibidem. IOVIS DITIS Templum, iuxta Sinopen vrbem Paphlagoniæ. Tacitus 4. Hiſtor. IOVIS LVCVM, mutato nomine ALTIN ἄλτις antiquitus vocabant. Pauſanias in Eliacis. IOVIS INDIGETIS Lucus, deſcribitur à Plinio, in Latio: inter Ardeam & Antium, ſed addit, quondam fuiſſe. APHRODISIVM ſiue VENERIS Fanũ deſcribit Strabo lib. 5. prope Ardeam Rutulorum. Hæc eſſe ſynonyma, Blondus credit. IOVIS MONS, Ptolemæo in Africa Propria. In Phœnicia quoque, lib. Notit. IOVIS MONS, in Hiſpania Tarraconenſi, Pomponio eſt. Ab Ep. Gerundenſi Monte Iudaico nominatur. Oliuarius eum Monjuï vocat. Idẽ facit Varrerius, ſed hic docet ex ipſius Pomponij lectione, duos huius nominis eſſe hoc tractu mõtes; quorum alterum hodie Monjui, alterum Monte Iudaico nominant. Quem Monjui vocant, Nauagierus iuxta Barcelonam locat. Alterum dicit Varrerius iuxta Emporias eſſe. IOVIS PROMONTORIVM, in Taprobana inſula, Ptolemæo. IOVIS SALINARVM, vide SALINARVM locus. IOVIS SERVATORIS, σωτῆρος, Portus. Ptolemæo: ad Argolicum ſinum. IOVIS STHENII Ara, locus Peloponneſi, circa Troezenem: qui poſtea THESEI Petra dicta. Pauſanias. Vide COLORÆA. IOVIS Templum, aut opidum, Liuio 44. circa Baphyri fluminis oſtium, in Macedonia. IOVIS Templum, quem Nicæum vocant, circa Epirum videtur: ex Liuij 43. IOVIS VICILINI Templum, in agro Coſſano. Liuius 24. IOVIS VILLA in Capreis, apud Suetonium. de quo vide Lipſium, ad Tacitum. IOVIS VRII Fanum, ἱερὸν τοῦ διὸς τοῦ οὐρίου, Arriano ad Boſporum Thracium, in Aſia deſcribitur. Hodie arx eſt quã Græci Ieron appellant, teſte Pet. Gyllius, in ſuo Boſporo. Idem videtur cum CHRYSOPOLI. de quo vide ſuo loco. Vide DIANÆ Fanum.

IOVISVRA, vrbs in Norico, apud Antoninum. LOVISVRA legit alius codex.

IOXIDES, in Caria populi. Plutarchus in Theſeo.

IPA εἶπα, vrbs à Roboamo ædificata: Ioſeph. Antiq. 8. cap. 3.

IPAGRVM, vide PAGRVM.

IPANA ἴπανα, vrbs iuxta Carthaginem. Stephanus, ex primo Polybij, vt ait. HIPPANA ἵππανα, autem ibidem lego. ſed in Sicilia, Carthaginenſium imperij tamen.

IPASTVRGI, opidum Hiſpaniæ, quod TRIVMPHALE appellatur. Plinius lib. 3. cap. 1.

IPHIASTÆ ἰφιάσται, gens Acamantidis tribus. Heſychius.





IPHISTIADÆ ἰφιστιάδαι, Athenienſiũ gens, apud Heſychiũ.

IPNEA vide IPNOS.

IPNOS ἴπνος, Locrorum Ozolorum vrbs: quæ IPNEA aliquibus. Stephanus: ex Thucydidis 3.

IPNVS ἴπνους, Sami regiũcula: legitur & IPNVSIA. Steph.

IPORCENSIS municipij, in Hiſpania, meminit ex antiquo lapide, Moralis. In Bæturia Turdulorum deſcribit, & nouo nomine Conſtantia vocat.

IPORVS, vide HIPPARIS.

IPPA ἴππα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum. Ptolemæus. Cum afflatu in prima legunt interpretes.

IPPARIS, vide HIPPARIS.

IPPASINI Illyrica gens, apud Appianum.

IPPOLEVM ἱππολέον, promontorium, in quo Cereris delubrum: inter Hypanim & Boryſthenem flumina. Herodotus. HIPPOLAI ἱππολάου, promontorium vocat Dion Pruſæus, in Boryſthenica oratione. In Scythia Europæa eſt.

IPPOMENSIVM Curiales, Quintium & Felicem, habet Symmachus, lib. 9. epiſtola 48. Corruptè fortè, pro Hipponenſium.

IPSA, vide IPSVS.

IPSANDA, (vt legit Pintianus apud Plinium 6. cap. 27.) locus maritimus Perſiæ, ad Sinum Perſicum. Excuſa exemplaria huius Ipſandæ loco, PSEVDOPORTICVS legunt. Venetus meus codex INSANDA habet.

IPSICVRI ἰψίκουροι, Liguriæ populi, Stephano, quos quoq; ARBAZANOS ἀρβάζανοι, dici tradit. ἀρβάξανοι, per ξ, alio in loco ſcribit.

IPSVS ἰψός, locus Phrygiæ: Appiano in Syriacis. IPSA eſt in concilio Chalcedonenſi locus epiſcopalis. Vide HYPSVS.

IRA, vide IRE.

IRALA, vide IDARA.

IRAMINE, Italiæ Tranſpadanæ vrbs; quæ interijt. Plinius.

IRAN, vide EIRAN.

IRASA, & IRASSA, vide HIRASA.

IRATH ἰράθ, Ptolemæo Cæſarienſis Mauritaniæ opidum.

IRCTA εἱρκτή, locus maritimus Siciliæ inter Panormum & Erycen. Polybius 1.

IRE ἴρη, Lesbi vrbs, & μαλιέων. item Meſſeniæ vrbs, & mons: Euſtathio in Homerum. Idem fortè cum Eira. vide ABEA.

» IRECOS, Hiſpaniæ vrbs, Herculi grata, iuxta Hypſam
» fluuium. Vib Sequeſter. Vide HYPSA.

» IRENÆVM, Bithyniæ locus, è regione Soſthenij, in faucibus maris. Metaphraſtes in S. Marcelli vita dicit poſtea ACOEMETVM ἀκοιμήτων, vocatum, id eſt, non dormientium. Huius meminit etiam Euagrius 5. cap. 6. ACVMETENSE Monaſterium vocatur in Codice 1. Tit. 1. b. 10.

IRENE, vide CALAVRIA.

IRENOPOLIS εἰρηνόπολις, Ciliciæ vrbs. Ptolemæus. Ciliciæ II. eſt in Concilijs. Vide BERRHOEA, & NERONIAS.

IRENSIS Epiſcopi, in Africa, meminit, Vict. Vticenſ.

IRESIA εἰρισία, & AGELASTOS ἀγέλαστος, duæ rupes prope vrbem Eleuſinen. Suidas, in Σαλαμῖνος.

IRESIÆ, Græciæ vrbs, in Theſſalia: Liuio 32. Vide EIRESIÆ.

IRESIDÆ, vide EIRESIDÆ.

IRETRIAS, vide MELANEIS.

IRIA, fluuius Italiæ, eſt apud Iornandem & Diaconum; qui Dertonam alluit. apud quem Maiorianum Imp. occiſum ferunt. Georg. Merula in ſua Montis Ferrati deſcriptione, ait eum hoc ſæculo Scriuia dici. ſed HIRIA, cũ afflatu lego apud ipſum Diaconum. IRIA, Plinio & Antonino. EIRIA εἰρία, Ptolemæo eſt. Lombardiæ Ciſpadanæ opidum, quod Leander Vogera nominat. Gaud. Merula, Vicheria; quaſi vicum Iriæ, appellat. TRIRA dici à Plinio, (corrupte ſcio) ſcribit Villanouanus, in ſuo Ptolemæo.

IRIA FLAVIA ἰρία φλαβία, Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Padron Cluſio eſt, alijs S. Maria in finibus terræ. Padron quoque Morali eſt, etſi alio in loco eandem Fuente ençalada vocat. Item quaſi ſui oblitus, dicit Fuente ençalada FLAVIVM INTERAMNIVM eſſe. Iriam Flauiam ab Antonino PRIA dici vult Simlerus.



IRINE, vide CALAVRIA.

IRINVS εἰρινός, Sinus, ad oſtia Indi flu. Arrianus in Periplo.

IRIS ἶρις, Ptolemæo Cappodociæ fluuius, qui antea ERIDIVS ἐρίδιος, Euſtathio teſte. Caſalmach mihi videtur. Nigro Lirio dicitur. IRIS etiam pars inſulæ Britannicæ, cuius incolæ vt Scythæ nonnulli, carnibus veſcantur humanis, vt refert Diodorus 5. Credo Hiberniam cum hac voce deſignare, nam & huic inſulæ hanc antropophagiam adſcribit Strabo, neque hoc nomen admodum diſſonum ab hodierna voce eſt, qua eam Irland, (quaſi dicas, Iris terra) nominant.

IRITÆ, vide ZEERITÆ.

IROS ἶρος, Licophroni, & Stephano Theſſaliæ vrbs. Parrhebica quoq;, & Trachiniæ, eidem. Hermolao quoque in Lesbo eſt, & in Malienſi agro. Vide IRVS.

IRPIANENSIS Epiſcopus, in Africa. Vict. Vticenſ.

IRPINI, vide HIRPINI.

IRPINVM, vide HIRPINVM.

IRRHESIA, Aegæi maris inſula: apud Plinium.

IRVS εἶρος, Indiæ mons, circa Indi fluminis Oſtium. In Gedroſia, Arrhiano. Vide IROS.

IS ἶς, Perſica vrbs: & fluuius: Stephano, & Herodoto in Clio. Effluit in Euphratem.

ISA ἴσα, vrbs: Phauorini Lexicon.

ISABOS, vide ISAMVS.

ISACA ἰσάκα, Albionis inſulæ fluuius Dumniorum, Ptolemæo, in partibus Auſtralioribus: Ex, fortè hodie. ISCA putat melius lègi, Camdenus. Ego ISCA pro flumine, aut ISACA pro vrbe ſcribendum reor. vt homonymon ſit & vrbis & fluminis. hoc enim ſæpius reperire eſt apud veteres. Vide ISCA.

ISADENI, Hunnica natio; Procopio 1. Perſicorum.

ISADICORVM, vide EISADICORVM.

ISAFLENSES, videntur Mauritaniæ populi, apud Ammianũ.

ISAGVRVS ἰσάγουρος, Indiæ intra Gangem opidum: Ptolemæo. ITHAGVRVS interpretibus.

ISALÆCVS ἰσάλαικος, Luſitaniæ vrbs; Ptolemæo. SALLÆCVS habent Latini codices.

ISAMNIVM ἰσάμνιον, Hiberniæ promõtorium, Ptolemæo. Hoc Portmuck vocatur à Mercatore. S. Johans Foreland/ à G. Camdeno.

ISAMVS ἴσαμος, Straboni 11. fluuij nomen in India videtur. Collis Aſiæ Minoris, inter Argæum montem & Nicomediam vſpiam. Cedrenus, & Zonaras. ISABOS eſt apud Curopalatem.

ISANA ἴσανα, Palæſtinæ Villa, Ioſepho Antiq. 8. & 14.

ISANAVANTIA, vide BENNAVENTA.

ISANNAVARIA, legit apud Antoninum, Camdenus; & Stonistatford interpretatur. In Britãnia inſula. Alij Antonini codices ISANNAVANTIA legũt. vide BENNAVENTA.

ISANGRINI, vide BLOETINI.

ISANVS, vide ICANVS.

ISAPIS ἴσαπις, Flaminiæ fluuius Straboni. Fortè SAPIS Plinio eſt. Sauio Leandro, Volaterrano, & Fabricio. Circa Ariminum eſt.

ISAR ἴσαρ, Galliæ Narbonenſis fluuius, apud Ptolemæum. ISARA Ciceroni & Straboni eſt. Et hodie Yſere dicitur, teſte Poldo Albenate. Eſt etiam Vindeliciæ fluuius, apud Strabonem, qui hactenus nomẽ retinet. Aliter tamen ſentit non contemnendus (hoc tractu) M. Velſerus.

ISARA, Galliæ Belgicæ fluuius: in Sanctorum vitis celebris. Hodie Oyſe puto. vide ISAR.

ISARCI, Alpinæ gentes Plinio, ab Auguſto Imp. deuictæ. HISARCI legit Caſtilionius, cui hodie Harſo municipium, aut aliud vicinum Arciſare. Schudus putat MISAVCI legendum. & addit hodie eſſe Masoxerthal. Ianus Pincius in ſuo de Origine Tridẽtini vrbis libro, locum deſcribit in vertice Pyrenæi Germaniæ montis, quem vulgo Ayſocho nominant, ab ISARCO vt ipſe exiſtimat.

ISARGES, Plinio 5. cap. 2. aliquot codicibus, Mauritaniæ flu.

ISARI, *Indiæ gens quædam: apud Plinium.*

ISATICHÆ ἰσατιχαι, *Carmaniæ deſerta gens: apud Ptol.*

ISAVRIA *Iſauriæ vrbs: quæ* CLAVDIOPOLIS *dicta fuit à Claudio Cæſ vt habet Ammianus, libro 14.* ἰσαυρος, *legit Ptolemæus.* ISAVRVS *habet Florus. Iſaurias vrbes duas, in Iſauria regione habet Strabo, quarum vnam* EVERCEN εὐερκη *nominari dicit.* ISAVRIOPOLIS *eſt in Concilio Chalcedonenſi. Iſauropolim Iſauriæ vrbem epiſcopalem habet quoque Photius. vide* CAPPADOCIA, *&* EVERCES.

ISAVRIOPOLIS, *vide* ISAVRIA.

ISAVRITIS, *vide* CAPPADOCIA.

ISAVRVS, *olim ſic dictus fuit Piceni fluuius, quem hodie* Foglia *vocant, teſtibus Blondo, & Leandro.* PISAVRVS *quoque à Vibio, & Siculo Flacco, dicitur. Plinio quoque* PISAVRVM *eſt flumen; & vrbs: quæ hodie dicitur* Peſaro. *Vide* ISAVRIA.

ISBOS ἴσϐος, *Iſauriæ vrbs: Stephano.*

ISBVRVS ἰσϐυρος, *Siciliæ fluuius Ptolemæo.* Mayhaſoli *interpretatur eum Fazellus.* Garbe *Leandro vocatur, ſed malè habet, Ibrucus.*

ISCA ἴσκα, *Dumnoniorum vrbs, in Albione inſulæ, Ptolemæo.* Exceſtre *Anglicè,* Caerſuyſk *olim Britannicè, vt Hunfredus Lhuydus dicit.* EXONIA *recentioribus Latinis. Hanc olim* AVGVSTAM *appellatam addit Alexander Neuyllius.* ISCADVM *&* SCADVM NVNNIORVM *legit mendosè Antoninus. pro* ISCA *Dumniorum. Vide* ISACA.

ISCADIA, *vide* EISCADIA.

ISCALMVS, *vide* HEDISCVM.

ISCELEGVA AVGVSTI, *eſt Angliæ vrbs apud Antoninum. Simleri emẽdatio eſt* ISCA. LEG. II. AVGVSTA: *quæ duo ſunt loca, apud Ptolemæum: paululum ab inuicem diſtantia Camdenus pro vno loco habet, & vrbe quæ hodie* Caer Leon *nominatur.*

ISCHALIS ἰσχαλὶς, *Ptolemæo Albionis inſulæ vrbs, in Belgis,* Ilceſtre *nunc, Lhuydo teſte:* Iuele ceſtre, *Camdeno.*

ISCHARIOTH, *loci nomen putat* Iſidorus. *vnde Iudas cognominatus.*

ISCHERE ἰσχερει, *Libyæ Interioris vrbs. Ptolemæus.*

ISCHOPOLIS ἰσχόπολις, *Ponti Cappadocici opidum: Ptolemæo, & Straboni.*

ISCIA, *vide* OENOTRIDES.

ISCINA ἴσκινα, *Africæ propriæ vrbs: Ptolemæo, & Antonino.*

ISCONIENSES, *vide* HISCONIENSES.

ISDICÆA ἰσδικαια, *Thraciæ opidum. Procop. 4. Aedificiorum.*

ISEPVS ἴσηπος, *Scythica gens: Stephano, ex Hecatæo.*

ISGI, *ſiue* IZGI, *Indica gens; apud Plinium.*

ISGIPERA ἰσγίπερα, *apud Procop. 4. Aedific. eſt Thraciæ opidum.*

ISIACORVM *Portus, Ponti Euxini, circa Daciam: apud Arrhianum, in Periplo.*

ISIAS, *Brutiorum in Italia vrbem habet Fragmentum Diodori 37.*

ISICHI, *Aſiæ populi, circa Armeniam Maiorem videntur, apud Tacitum, 13. Annal* INSECHI *alia lectio.*

ISIDIS *Inſula,* ἴσιδος νῆσος, *Ptolemæo & Agatarchidi eſt in Sinu Arabico.* ISIDIS *Portus apud Plinium appellatur. &* ISIDIS *Templum Straboni; vt Villanouano placet.* Paſcoa *Belleforeſtio videtur.* ISIDI *Sacram inſulam habet Plinius in Nilo, circa Copton vrbem.* ISIDIS *Portum habet idem, apud Troglodytas. diuerſa ab inſula Ptolemæi; ne cum Villanouano ſentiam.* ISIDIS *Templum, in monte Aethiopiæ, ad ſinum Arabicum: eſt Straboni aliud etiam ab inſula, vt mihi contra Villanouanum videtur.* ISIDIS *opidum in Delta Aegypti; apud Plinium. & fortè* ISITHEA *in Oraculis Sibyllinis, fol. 204. Eſt quoque* ISIDIS *regio quædam turifera, in Aethiopia ſub Aegypto, vt refert Strabo.* ISIDIS *fons alicubi eſt circa Aethiopiam, vt palam eſt ex Antigoni Mirabilibus.* ISIDIS BACCA, *vide* SOSTHENIVM.



ISIGVS, *vide* ESIGVS.

ISIMON, *vide* BETHSIMOTH.

ISINDORVM *Pamphiliæ prouinciæ, meminit Synodus V. Conſtantinopolit.* ISIODORVM *puto, in Concilio Epheſino III.*

ISINDVS ἴσινδος, *vel* ISINDA *Stephano Ioniæ vrbs.* ISIONDA *eſt in Fragmento Polybij.*

ISINISCA, *Antonino in Vindelicia eſt.* Iſem *Simlerus vocat, pagum Bauariæ Inferioris, ad Iſaram fluuium.* Ilin *interpretatur M. Velſerus, ad fluuium cognominem, qui* ISINISCVS *eidem Antonino.*

ISINISCVS, *vide* ISINISCA.

ISIODORVM, *Vrbis Turonicæ pagus. Gregorio Turonenſi 6. Vide* ISINDORVM.

ISIS ἶσις, *Colchidis fluuius nauigabilis. Arrianus in Periplo.*

ISITHEA, *vide* ISIDIS.

ISIVM ἴσιον, *Aegypti Superioris vrbs, apud Stephanum, & Antoninum. Aethiopiæ promontorium Ptolemæo, ad Arabicum Sinum. Vide* VSVI.

ISLA, ARNAPA, IADA, *&* RVRA, *Friſiæ regionis flumina, in S. Ludgeri vita, qui fortè hodie* Iſſel, Horndiep, Roer, *&* Iada.

ISMAEDA ἰσμαένδα, *Arabiæ regio: apud Stephanum.*

ISMAELITÆ, *vide* SARACENI.

ISMARA ἰσμάρα, *Armeniæ Minoris vrbs, iuxta Euphratem: Ptolemæo. S. litteram ei præponunt interpretes. Thraciæ quoque vrbs, Seruio.*

ISMARVS ἴσμαρος, *Virgilio & Seruio Thraciæ mons,* AMPELOS *olim dictum ſcribit Niger. Iſmari incolas ab Homero* CICONAS κίκονας, *appellari, tradit Stephanus: ſed vrbem Iſmarum vocat, vt Plinius. quàm Euſtathius prope Maroneam deſcribit. Eſt & palus Iſmarus, apud eundem & Herodotum, in Polymnia. Cicones ad Hebrum fluuium ſtatuit Mela. Vide* MARONEA.

ISMENE ἰσμήνη. *Bœotiæ vicus. Stephano. Ab Aeliano 12. Variar. cap. 57. vrbs vocatur* ISMENVS, *circa Dircem fontem:* ISMENIORVM ἰσμηνιων, *meminit in ſuo Theſauro Goltzius, ab hac vrbe.*

ISMENVS ἰσμηνος, *Ptolemæo, Stephano, & Sophocli in Antigona: Thebas vrbem alluens. Bœotiæ fluuius. Hic antea* ASTERIVS ἀστέριος, *&* CADMI PES κάδμου πὼς, *dictus fuit, vt tradit Auctor de Fluminibus.* LADON λάδων, *quondam vocatus fuit, Pauſania teſte: ſed* ISMENIVM ἰσμήνιος, *eum nominat.* CNOPVM κνῶπος, *quoque appellari, à Nicandro & Strabone obſeruaui.* ISMENIVS ἰσμηνιος, *mons in Bœotia, apud Pauſaniam. Vide* ISMENE.

ISMVC, *Africæ opidum: diſtans à Zama viginti mill. paſſ. Huius ager nihil venenati ferre poteſt, vt tradit Vitruuius 8. cap. 3.*

ISOMANTVS, *vide* HOPLIAS.

ISOMBRI, *vide* INSVBRES.

ISONDÆ ἰσόνδαι, *Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Ptolemæus.*

ISONOE ἰσονοὴ, *Ptolemæo Aſſyriæ opidum.*

ISONTIVS, *locus in finibus Italiæ videtur in Caſſiodori chronico: vbi rex Odoacer fugatus fuit à Theodorico rege. Natiſonem fluuium puto, qui adhuc hodie* Lisontio *nominatur. In Venetis.*

ISORIA ἰσωρία, *Euoriæ in Epiro pagus: Sozomeno 7. cap. 25.* ISORIÆ *Dianæ fanum, in Laconica, circa Pitanen: Polyæno 2.*

ISPA ἴσπα, *Armeniæ Minoris vrbs. Ptolemæus.*

ISPALENSES *populos habet Plinius, in Hiſpania Tarraconenſi.* SPALENSES, *alij codices.*

ISPALIS, *vide* HISPALIS.

ISPALVCA, *vide* ASPARLVCA.

ISPANIA, *vide* HISPANIA.

ISPELLVM, *vide* HISPELLVM.

ISPINVM ἴσπινον, *Carpitanorum in Hiſpania opidum. Ptolemæus.*

ISPOLVM, *vide* HISPALIS.





ISPORIS, *vide* OESPORIS.

ISRAELITÆ, *vide* IVDÆI.

ISSA ἴσσα, *Lesbi Inſulæ vrbs; quæ* HIMERA ἱμέρα, *&* PELASGIA πελασγία, *quoque dicitur, Stephanus. Eſt &* ISSA, *Liuio, Polybio, Melæ & Ptolemæo inſula, & vrbs, in Mari Illyrico. Sic & Straboni quoque dicitur. eius autem Epitoma* IASSA ἴασσα, *legit. Videntur* ISSAEI *Plinio: &* HISSA *Cæſaris, quam à ſua amicitia ab Octauio ſcribit auerſam. Hæc* Liſſa *Sophiano nominatur.* ESSIOS *videtur appellari ab Appiano in Illyricis, niſi Latinus codex fallat. Græcum eius exemplar mihi hactenus nõ vidiſſe contigit.* ISSA *quoque opidum in Illyrico eſt, Liuio 39. vnde* ISSENSES *eidem 45. Idem libro 31. habet* ISSÆOS *populos quoque, neſcio cuius loci.* ISSA *quoque inſula eſt, vndique ſtagnis cincta, ab Aboriginibus olim habitata. proximè Marruuio. 40. ſtadiis à Septem Aquis. Videndum an ad Fucinum lacum. In Italia. Halicarnaſſeus 1. Vide* LESBVS.

ISSAEI, *vide* ISSA.

ISSATIS, *Parthorum vrbs, oppoſita quondã Medis. Plinius.*

ISSEDON SCYTHICA ἰσσηδὼν σκυθικὴ, *Scythiæ extra Imaum vrbs, Ptolemæo.* ESSEDON ἐσσηδὼν *Stephano eſt.* Succuir *hodie, ſi Caſtaldo creditur. Hæc ſola ferè toti orbi terrarum* Rhabarbarum *ſuppeditat. Eſt & alia* ISSEDON SERICA, *apud eundem Ptolemæum, in Sericæ regione. Vide* ESSEDONES.

ISSENSES, *vide* ISSA.

ISSI, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi: Plinio.*

ISSIDI, *vide* ESSEDONES.

ISSINA, *vide* ESSINA.

ISSORIVM ἰσσώριον, *Laconicæ mons. Stephanus, & Plu- Plutarchus in Ageſilao.*

ISSVS ἰσσὸς, *Ptolemæo Ciliciæ vrbs, quam Stephanus & Euſtathius* NICOPOLIM νικόπολις *appellatam ſcribunt:* Aiazzo *hodie: Nigro teſte. Et* SINVS ISSICVS *inde dictus, à Plinio. nunc* Golfo de Aiazzo, *vel; vt Rhamuſius habet,* Gazza, *vocatur. Hic Sinus, vt Euſtathius tradit,* SIDONIVS *quoque, &* PAMPHILIVS *appellatus fuit, ab oppido & regione adiacente. Marcellinus lib. 22. ſcribit* ISSIACVM *Mare, qua Aegyptus à Syria & Aſia ſeiungitur,* PARTHENIVM *à nonnullis nominari.* ISSVS, *&* NICOPOLIS, *diuerſa ſunt opida, Ptolemæo in Cilicia. Vide* GERVSIA.

ISTEON ἰστέον, *Cytherorum vrbs eſt Thucydidis Scholiaſti. Maritimam in Laconica puto, ſub Cytherorum inſulanorum imperio.*

ISTER ἴστρος, *hic apud antiquiſſimos auctores Iſtriæ fluuius eſt. Alius ab Iſtro Germaniæ, vt Diodorus, & quoque Pomponius adfirmant. additq; hic eum ex aduerſo Padi oſtio, in mare effluere idq; ratione horum duorum fluminum aluei, dulce exiſtere. fluuius fabuloſus, etiam Plinio teſte. libro 3. cap. 18. Non deſunt tamẽ, (inter quos D. Marius) qui hunc eundem eſſe cum Plinij* Nauporto *putant. & hodie* Quieto *dici, Sed & hoc falſum. (Has fabulas ſequutus Diaconus 2. Longobard. meminit quoq; huius Iſtri: & addit eum olim ampliorem fuiſſe, quam nunc ſit) Sozomenus, Zoſimus, & Calliſtus* ACYLIN ἄκυλιν *vocant.* AQVILVM *&* AQVILAM *ex eo fecere horum interpretes. Inferior pars Danubij quoque* ISTER *nominatur.* ISTER *apud Lycophronem eſt Theſſaliæ fluuius, niſi fallat Canterus ad eundem. vide* ACYLVS, DANVBIVS, ISTROPOLIS, *&* NAVPORTVS.

ISTHAEVONES *Plinij, &* BVSACTERI *Parui,* βυσάκτεροι *Ptolemæi: Gemmæ Friſio* Weſtfalen *eſt.*

ISTHMIA, *loci nomen, Liuio 31: hæc Zelaſium, id Iſthmiæ ſupra Demetriadem promontorium eſt peropportunè obiectum. In ipſa, aut circa Euboeam videtur.*

» ISTHMVS ἰσθμός, *Thraciæ eſt, &* ISTHMVS *Peloponneſi. vtrumque* Hexameli *hodie dici, credit Volaterranus, & Niger.* Hexamilion *voce caſtrenſi, hodie vtramq; vocari; & olim à Strabone* DIOLCOS, *tradit Hermolaus.* ISTHMVM *Aegypti, qui eſt inter Peluſium ad Mediterraneum mare, & intimum ſinum Maris Rubri,* ETAM *vocari apud Moyſem, docet Goropius, in ſua Hiſpania. Pars Sur deſerti eſt.* ETHAN *aliqui ſcribunt. Hunc* CCC. *ſtadior. facit Plutarchus in Antonio.* ARABIÆ *Dorſum, vel* αὐχὴν, *nominat Ptolemæus.* ISTHMVM *Tauricæ Cherſoneſi (quem Xenophõ triginta ſeptem ſtadiorum dicit)* Zuchala *appellari, ſcribit in ſuo Itinerario Ioſephus Barbarus:* Præcop, *Baro Herberſteinius.* ISTHMVM *Acanthæum, vocat Athi mõtis anguſtias; Aelianus 13. Anim. 20.* ISTHMVM *Dromi Achillis, ad Pontum Euxinũ, habet Ptolemæus, in Sarmatia Europæa.* ISTHMVS *Italiæ anguſtiſſimus inter Scylletium, &* Hipponiatem *ſinum eſt ſtadiorum* CXL. *vt habet Strabo:* XX. *millib. paſſ. Plinio: quod idem eſt.* XL. *autem Solino. Dimidiati diei itinere facit Ariſtotel. de Repub. 7. cap. 10. niſi locus malè fidus.* XL. *enim M. P. eſſe hodie, ex tabulis geographicis colligo. Solini itaque verior ſcriptio. Vide* HALICARNASSVS.



ISTRIÆA, *vide* OREVM.

ISTIÆOTIS ἱστιαιῶτις, *Græciæ regio, quæ ad Oſſam & Olympum iacet. Herodotus, in Clio. Vide* ESTIOTIS.

ISTIMON, *Palæſtinæ locus. Ioſue 21.*

ISTIREI, *vide* ITVRÆI.

ISTO ἴστων, *montis nomen; apud Thucydidem 3. & 4. In Corcyra inſula videtur.* ISTONES *eius incolæ nominantur à Polyæno 6.*

ISTONIVM ἴστονιον, *Celtiberorum in Hiſpania vrbs, Ptolemæo. Vide* HISTONIVM.

ISTRI, *&* ISTRIA, *vide* HISTRIA.

ISTRIANA ἰστριανα, *Ptolemæo Arabiæ Felicis vrbs. Stephano iuxta Perſicum mare. Eadem eſt.*

ISTRIANI, *&* ISTRIANORVM *Portus, vide* ISTROPOLIS.

ISTRIANVS ἰστριανός, *Ptolemæo Tauricæ Cherſoneſi fluuius.* Calamita *fortè nunc, inquit Niger.*

ISTRICI *populi, Pomponio. circa Axiacen fluuium, ad Pontum Euxinum.*

ISTRICVM *Vicum, habet Obſequens, in quo fons ſubito è terra effluxit. Circa vrbẽ Romam; ni fallor, ex Liu. lib. 24.*

ISTRIVM, *Meſopotamiæ vrbs, apud Nicetam.*

ISTRO, *vide* ISTRVS.

ISTRONA, *vide* ISTROS.

ISTROPOLIS *apud Plinium;* ISTROS ἴστρος, *apud Ptolemæum, Strabonem & Stephanum. Ariano in Periplo* ISTRIA *eſt, vt Pintianus obſeruauit. Ad Danubij oſtia opidum eſt. Huius incolæ* ISTRIANI *vocantur ab Herodoto 2. & Iuſtino hiſtorico.* HISTORIVM *Antonini eſt.* Groſſeti *interpretatur à Nigro,* Strauico *à Caſtaldo.* ISTRIANORVM *Portum habet Arrhianus in Periplo. ſed alium ab hoc, magis verſus Septentrionem, circa Tyram fluuium, vt videtur.*

ISTROS, *Stephano Cretæ vrbs, quæ Artemidoro* ISTRONA ἰστρῶνα, *dicitur. Eſt & alia* ISTROS *in Ponto* HISTRVS *legunt Euſebius & Contractus, in Chronicis. In Iapygia. Inſula quoque cum opido cognomine; iuxta Triopium Gnidiæ; eidem Stephano. Vide* ISTER, *&* ISTROPOLIS.

ISTRVNS ἰστροῦς, *de quo hoc Ariſtoteles in Mirabilibus. In Meſopotamia Syriæ, & in Iſtrunte aiunt ſerpentes quoſdam exiguos naſci, qui indigenas non lædant, aduenas verò vehementer infeſtent.*

ISTVLA, *vide* VISTVLA.

ISTVS ἰστὸς, *inſula Africæ eſt, nauigij forma: afris* VDENOR οὐδενώρ, *& Phœnicibus* CELLARHARSATH κελλαρχαρσαθ, *dicta. Stephanus.*

ISVBRIGANTVM, *vide* ISVRIVM.

ISVELI, *Aethiopiæ populi. Plinius.*

ISVRA, *Arabiæ Felicis inſula, Plinio. à parte Orientali.*

ISVRIVM ἰσούριον, *Albionis inſulæ in Brigantibus vrbs, Ptolemæo.* Aldburg, *Humf. Lhuydo, & Camdeno. Huius Iſurij & Antoninus quoque meminit in itinere à Bramenio Prætorium. Idem alibi* ISVBRIGANTVM *legit, corruptè pro Iſurium Brigantum diuiſim.*

ISVS ἴσος, *Bœotiæ vrbs, iuxta Anthedonem. Strabo.*

ἶσδς, fluuij nomen. Lexicon Phauorini.

ISVVIVM, Vide IGVINI.

ISVVM, Vide VSVI.

ISYROS ἴσυρος, loci nomen: Iulio Polluci. vbi metalla quædam Deo ſacra ſunt.

ITALIA ἰταλία, olim terrarum domina; & hodie etiamnum rerum geſtarum gloria, inter omnes Europæ regiones nobiliſſima: dicta fuit quondam VITALIA, ſi fides Hellanico apud Halicarnaſſ. 1. Item APENINA, ARGESSA ἀργεσσα, AVSONIA αὐσονία, CAMESENA, HESPERIA ἑσπερία, IANICVLA, OENOTRIA οἰνωτρία, SALEVMBRONA, SATVRNIA σατορνία, TAVRINA, & VITVLLIA aut VITALIA, teſtibus M. Catone, Dionyſio Halicarnaſſeo, Gellio, Iſacio, & aliis. PALENSANA etiam, ſi Pſeudoberoſo fides. CHONIA, ſiue CHONE Heſychio & Stephano, vt annotauit Canterus. Sed & Straboni quoque. TYRSENIA à Tyrſeno Telephi filio, vocatur Iſacio. BRETTIAM βρεττία, nuncupatam, ſcribit ex Antiocho, Stephanus. MAIOR GRÆCIA dicta eſt Italia (inquit Feſtus) quod in ea multæ magnæq́; ciuitates fuerunt è Græcia profectæ. Sed ſciendum, quòd omnia hæc nomina, Italiæ tãtùm antiquiſſimæ, quæ Rubicone fluuio terminabatur, propria ſunt. Alia enim pars quæ ad Alpes vſque extenditur, ſub Galliæ Ciſalpinæ nomine nota erat: (& Appianus ITALIAM GALLICAM appellat.) Poſtea in vniuerſum ITALIA, quemadmodum & hodie, Italia, nominata fuit. Eamq́; in CISAPENINAM & TRANSAPENINAM diuidit Cato in Originibus. Hebræis Italia KITYN dici, ſcribit Ar. Montanus, in App. Biblico. MOSOCH videntur appellare 70. interpretes, Eſaiæ 61. Italos quoq́; MORGETES μόργητες, aliquando dictos innuit lib. 1. Halicarnaſſeus. Italiam Slauones wloska vocant. De Italiæ nominibus, vide cap. 22. Amnimaduerſion. H. Iunij. & Corographiam Caſp. Varrerij. Vnde Italia dicta, lege apud Feſtum. ITALIAM Orientalem, vocat Halicarnaſſæus 1. quæ eſt à Iapygio promontorio, vſque ad Fretum Siculum. ITALIAM Liguſticam, habet Diodorus 11. Ciſalpinam velle exiſtimo. ITALIA Gallica, vide GALLIA Ciſalpina. Vide quoque CHERSONESVS.

ITALICA ἰτάλικα, Hiſpaniæ Bæticæ opidum, Ptolemæo, & aliis. Seuilla la veja Morali. Alfonſus Ciacconius in Explicatione Columnæ Traiani, ſcribit fuiſſe haud procul ab opido Alcala del rio vocato. Idem ſcribit Italicã olim SAVCIOS nominatam. ſed falsò. ex malè interpretato Appiano. Onuphrius inter Colonias Romanas numerat, ex Gellij 16. cap. 13. Nummus apud me eſt æreus Tib. Cæſ. in cuius auerſa parte DIVI. AVG. MVNIC. ITALIC. PERM. ITALICESIA, huius regio, vocatur à Stephano. ITALICA ἰταλικη, Euboëæ vrbs, iuxta Chalcidem, Antigono in Mirabilibus. vide CORFINIVM, & ILLIPVLA.

ITALICVM ἰταλικὸν, locus in Sicilia. Stephanus. Vide CORFINIVM.

ITALICVS Cliuus, locus in Alpib. Cottiis: Ammian. 15.

ITALIOTÆ ἰταλιῶται, dicebantur non priſci & germani Italiæ populi, qui Itali dicuntur: ſed Græci qui poſtea eò aduenerant: & eam partẽ occupauerant, quæ ab ijs Magna Græcia appellabatur. Sic Ioan. Iuuenis in ſua Tarẽtina hiſtoria. Sic, inquit, dicimus Siciliotas & Phthiotas, differentes à Siculis & Phthiis.

ITALIVM ἰταλίον, in Italia locus, vbi Diodorus 20. refert Samnites infeliciter contra Romanos pugnaſſe.

ITAMARI, vide BOISCI.

ITAMVS ἰταμὸς, Arabiæ Felicis portus. Ptolemæus.

ITANI, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, circa Pyrenæi radices, Plinio: ἰτανιων meminit Goltzius, ex nummo.

ITANVS ἴτανος, Herodoto, & Ptolemæo, Cretæ inſulæ vrbs; quæ hodie Paleocaſtro dicitur, vt Sophiano placet. ITANVM promontorium eſt Plinio, & Stephano.

ITARGIS; pro quo ITVRGIS dubitanter legit Ioſephus Scaliger, apud Ouidium. vide VISVRIGIS.



ITEA, ἰτέα, Stephano & Suidæ Acamantidis tribus, in Phrygia Maiori: hodie Soguta vocari, ex Laonico videtur. Is enim Sogutam vicum, iuxta Myſiam (hæc Phrygiæ contermina eſt) ponit, ducentis quinquaginta ſtadiis à Ponto Euxino remotum, & rerum omnium affluentia pollentem, deſcribit. Hincq́; Ottomannorum familiam originem habere, & Vicum Iteæ poſſe dici, addit.

ITEMESTI, pacatum hominum genus, ad ripam maris, circa Viſtulæ oſtia. Iornandes.

ITENSIS Epiſcopi, in Mauritania Cæſariẽſi, meminit Vict. Vticenſis. An idem cum IDENSI, cuius idem meminit?

ITESVI, ſunt Plinio 4. cap. 18. Galliæ Lugdunenſis populi. ATESVI habet ora libri Dalechampij.

ITHABIRIVS, vide THABOR.

ITHACA ἰθάκη, Ptolemæo inſula eſt Ionij maris. iuxta Cephaleniã, Vlyſſis patria. Valle di Compare, hodie, Sophiano & aliis teſtibus. Teachi quoque Porcaccio. Phiachi Turcis, teſte Leunclauio. Dionyſius Alexandrinus NERICIAM νεριχίν, vocat. Ithaca etiam vrbs videtur eiuſdem inſulæ, apud Strabonem lib. 10. quam prius ALALCOMENE ἀλαλκομένη, dictam, ſcribit Plutarchus, in Quæſtionibus Græcis. ALCOMENÆ Stephano. Item Syriæ vrbs, ad Euphratem: Stephano auctore. Vide CROCYLIVM.

ITHACESIÆ, Plinio & Martiano, inſulæ paruæ, contra Vibonem Calabriæ vrbem; Gabriel Barrius eas Praca, Braces, & Turrecula nouis nominibus indigitat. vide SIRENVSSÆ.

ITHACVS, mons in Dulichio inſula; ſi Seruio creditur.

ITHAGVRI, vide ETHAGVRI.

ITHAGVRVS, vide ISAGVRVS.

ITHAR, vide THAR.

ITHOME ἰθώμη, Meſſeniæ vrbs Ptolemæo, Diodoro, & Pauſaniæ, qui montem, cui impoſita eſt, ſic quoque nominat. Vrbis Meſſenæ arcem ita vocari, ſcribit Strabo 8. Grebegin Nigro dicitur. Strabo quoque aliam Ithomen habet in Eſtiæotide, Theſſaliæ regione, cuius vetuſtum nomen THOME eſt, detracta prima ſyllaba. THVMABA hæc quoque Stephano.

ITHON ἰθὼν, Theſſaliæ vrbs, Heſychio. Mendosè pro ITON ſuſpicor. Vide ITONA.

ITI Arx, vide FALISCI, & PHISCON.

ITINA, Africæ opidum; in concilio Carthaginenſi, ſub D. Cypriano habito. Vthina fortè Ptolemæi & Plinij.

ITIVS, vide ICCIVS.

ITOANA, vide BITOANA.

ITON, vide SITON.

ITONA ἰτώνη, vrbs in Epiro, Straboni, & Stephano. huic etiam in Italia. in Lydia. in Bœotia. regio etiam circa Hæmum. Scholiaſtes Apollonij lib. 1. habet ITONA vrbem in Theſſalia. Ithonenſium meminit quoque Thucidides 5. An hic autem mendosè, pro Ithome?

ITORVM ἰτωρον, vrbs in itinere ab Otriculo Ariminum. vicina montibus, ad ſiniſtram. Strabo.

ITRVM. Huius meminit Pomp. Sabinus. Hodie Itro eſt, caſtellum circa Formias Campaniæ. Hoc olim ATRIVM dictum, ait Scipio Mazzella.

ITTILLENATIVM, meminit in Campania, in libro de Limitibus Hygenus.

ITVCI, quæ VIRTVS IVLIA; Hiſpaniæ vrbs. Plinius lib. 3. cap. 1. ITYCA ἰτύκη, Appiano, in Ibericis.

ITVNA ἴτυνα, æſtus Albionis inſulæ. Ptolemæus. An Solwey hodie? Sed Eden interpretatur Camdenus.

ITVRÆA, vide TRACHONITIS.

ITVRÆI, populi Parthis vicini. Seruius, ad Georg. 2. grammatica fide potius quã geographorum, quibus nempe ſint Syris finitimi. ISTIREI legit hoc loco apud Virgilium, Iſidorus. Ituræos taxi torquentur in arcus.

ITVRGIS, vide ITARGIS.

ITVRICENSES, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Plinium. Ab Iturissa, ni fallor.

ITVRISSA ἰτύρισσα, Pomponio, & Ptolemæo, Vaſconum vrbs, in Hiſpania. Hodie Sangueſſa in Nauarræ regno putatur



putatur, vt habet Schottus in ſuo Pomponio. IVRISSA eſt Antonino.

ITYCA ἰτύκη, Libyæ vrbs; Tyriorum colonia. Stephanus: ex Dionyſio Vticæo. An pro Vtica? ſic enim cenſet in ſuis Emendationibus Leopardus. Vide ITVCI, VTICA, & SYRACVSÆ.

ITYS ἴτυς, Phocidis regionis locus, celebris fabula de aue Daulia, Thucydidi 2. Eſt & fluuius Albionis inſulæ, apud Ptolemæum, quem Camdenus nouè Aſſin nominat.

ITZIRALLVM, vide IZIRALLA.

IVBALENA Natio, Africana: Ammiano 24.

IVBALCIANENSIS Epiſcopus, in Africa: Vict. Vticenſ. IVBALTIANENSIS Coll. Carthag.

IVBELDA, mons Hiſpaniæ, à Iubelda Iberi F. ſic dictus. Pſeudoberoſus.

IVBERI, vide VIBERI.

IVBERNI, vide VTERNI.

IVCADAM, Palæſtinæ locus: Ioſue 15. ἰεκδααμ, legunt 70. interp.

IVCARA, vide IOCVRA.

IVCVNDIANENSIS Epiſcopus Africæ. Coll. Carthag.

IVD ἰὲδ, Palæſtinæ locus. Ioſue 19.

IVDÆA, vide PALÆSTINA.

IVDÆI, qui & HEBRÆI, & ISRAELITÆ; gens quæ quondam Iudæam, ſiue Palæſtinam habitauit: nunc verò per totum orbem terrarũ diſperſa vagatur, nuſquam proprium locum poſſidens. Vbique & apud omne genus hominum odioſa, & tributaria. Manethon apud Ioſephũ ſcribit eos HYCSOS ὑκσὼς, vel ὑκουσσος, vt legit Euſeb. 10. Prep. Euangelicæ, vocatos; quod ſacra Ægyptiorum lingua, teſte Ioſepho, reges paſtores ſignificat: ſiue vt idem inquit, captiuos. HERMIVTH ἑρμιὼθ, dictos, ſcribit Artapanus, apud eundem, 9. Præparat. MANZERES dictione Hebraica (quaſi nothos eos vocant Sedulius & Fortunatus. A Turcis hodie Chifont nominari, dicũt Pet. Gyllius, & Nicol. Nicolaius. Apud Europæos antiquum adhuc nomen retinent. Germanis enim, Hiſpanis, Italis, Gallis, Joden, Iudios, Iudæi, Iuifs, appellantur.

IVDAICVM Mare, vide SYRIACVM.

IVERNE ἰουέρνη, Stephano vrbs, in fluuio Pretanico. An Iuernis Ptolemæi?

IVERNIA, vide HIBERNIA.

IVERNIS ἰουερνίς, Hiberniæ vrbs. Ptolemæus. Dunkeren Camdeno. Sed ἰερνίς, legebat M.S. exemplar. vide IERNVS.

IVFICVM vel IVPHICVM, ἰούφικον, Ptolemæo Vmbrorum in Italia vrbs. Saſſoferrato videtur à quodam eo loco haberi. vide IGVINI, & TVFICVM.

IVGANTES, populi Britanniæ, Tacito 12. Annal. An Cantiani ſint, qui vulgo Y-Gaint vocari ſolebant, ſubdubitare ſe ſcribit Camdenus. ſed idem dubitat num corruptè ſcriptum, pro Brigantes.

IVGA RHÆTICA, vide RHÆTICA.

IVGARIA, vide IVNCARIA.

IVGATVM, regionis nomẽ, Nicephoro Calliſto 11. cap. 41. & Sozomenus 6. cap 34. vbi celeberrimus conuentus monachorum.

IVGVRENSIS Numidiæ epiſcopus. Vict. Vticenſ.

IVHONVM ciuitas, cuius Tacitus meminit, lib. 13. Ann. HVIONVM legunt paucis tranſpoſitis litteris, Becanus & Lipſius; eamq́; interpretantur, ex doctiſſimi Pighij ſententia, Hove, opidum ſic dictum, ſitumq́; in Eburonibus, ad Moſam fluuium. BIBONVM legit hoc loco Rhenanus; ſed malè, vereor. de quo vide ſuprà, ſuo loco. Iubonum Coloniæ meminit vetus lapis, vt teſtatur Onuphrius.

IVLA ἰουλας, Arabiæ Felicis vrbs. Ptolemæus.

IVLIA, Duas huius nominis vrbes habet in Paleſtina, Ioſephus 2. bello Iud. cap. 8. vnam in Gaulanitide, à Philippo conditam: alteram in Peræa, ab Herode. IVLIA vrbs, via Claudia, in agro Parmenſi: vbi S. Domninus martyrio occubuit. teſte Baronio 2. Annal. ad annum Chriſti 303. vide AVGVSTA VINDEL. LIBIAS, BIBRACTE, PELLA, CORINTHVS, DÆDALIA, TEPVLA, VLIA, NISIBIS, MOENVS, SACARBANTIA, BETHSAIDA, BETHARAMPHTHA, & TARRACO.



IVLIA APVLVM, eſt in Goltzij Theſauro, ex vetuſto lapide. IVLIA AQVA, ibidem. Circa Capuam videtur. ex Dionis 49. IVLIA AVGVSTA Colonia, apud Hygenum, in cuius tractu deſcribit opida Opulentia, Fiſolata, Haſta; item Axinum fluuium: & montes Geminum, Micam, Maſuinum. Habet quoq́; Ceſentium, Ceſientium, & Ceſolentium Vtteſenſium fines. IVLIA AVG. BARBA Colonia, apud Goltzium, in ſuo Theſauro. Barba Antonini eſt, in Bætica. IVLIA CÆSAREA, vide IOL. IVLIA CALAG. Vide CALAGVRIS. IVLIA CAMPESTRIS, quæ & Auguſti Colonia BABBA, Plinio. Mauritaniæ Tingitanæ vrbs: BABÆ fortè Ptolemæi, & Stephani. Beni Teudi hodie nominari, tradit Marmolius. IVLIA CONSTANTIA Colonia, Hiſpaniæ Bæticæ opidum, Plinio. Vide OSSET. Alia apud eundem videtur ad Fretum Herculis, in Mauritania. Hygenus quoque Iuliam Conſtantiam habet, ſed quò locorum, non addit. IVLIA CRISOPOLIS, in Via Claudia, quintodecimo ab Vrbe lapide, vt habet Martyrij S. Domnini hiſtoria. Huius meminit quoque Vſuardus. IVLIA CONCORDIA, in Bætica, Plinio. IVLIA CONTRIBVTA in Bætica, eidem. inter Emeritam & Bætim. Antonino. IVLIA FAMA, quæ & SERIA vocatur; Plinio. Sic etiam hodie, Seria dicitur; Taraphæ & Floriano auctoribus. Hiſpaniæ in Bætica vrbs eſt. IVLIA FELICITAS, vide OLYSSIPPO. IVLIA FELIX, vide BERYTVS.

IVLIA FIDENTIA, circa Bætim vrbs, vt Plinius tradit. Col. Iulia Fidentia, in Goltzij Theſauro. IVLIA GADITANA AVGVSTA, vide GADES. IVLIA GERMANICIA, vide GERMANICIA. IVLA IOSÆ, vide ZELES. IVLIA LIBERALITAS, quæ & EBORA Plinio; Luſitaniæ vrbs, quæ etiamnum Ebora, Taraphæ.

IVLIA LIBYCA ἰουλία λίβυκα, Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Florianus ſcribit locum eſſe non procul à Pyrenæis montibus, diciq́; hodie Linca, oſtendereque adhuc rudera & veſtigia antiquæ vrbis. Vide CASTROLYBIA. IVLIA MYRTILIS ἰουλία μυρτιλίς, Luſitaniæ vrbs, Ptolemæo. MIRTYLIS ſine prænomine, Pomponio. Vaëua Franciſco Taraphæ: ſed Mertola Varrerio. COL. IVL. OCTAV. Colonia Iulia Octauia. eſt in nummo Auguſti. apud Goltzium. IVLIA PIETAS, quondam POLA, vt Plinius refert. Hodie denuo Pola vocatur. Iſtriæ vrbs eſt maritima, à Colchis condita. Fortè ASTYRON quoque dicta. de quo vide ſuprà ſuo loco. Non eſt Olcbinium Plinij, vt viro cuidam docto viſum. Ab hac Pola POLATICVM Promontorium facit Stephanus. IVLIA, POLIA, FLORENTIA, ſic in Panegyrico Eumenij, Neſcio quid velit.

IVLIA RESTITVTA, eſt apud Plinium, in Bætica Hiſpaniæ. Vide SEGEDA. COL. IVL. SERT. SAC. AVG. FELIX, Onuphrius, ex nummo. IVLIA SCARABANTIA, vide SACARBANTIA. IVLIA TRADVCTA, vide TINGIS. IVLIA VALERIA, vide VALERIA. Vide quoque BETHSAIDA, & BETHARAMPHTHA.

IVLIA quà ponto lõgè ſonat vnda refuſo. ſic Virgil. Georg. Iuliam vndam vocat Puteolanum portum, vt addunt Seruius & Philargyrius.

IVLIACVM, Marcellino, & Antonino, Germaniæ Inferioris vrbs, quam hodie Gulich vocamus. teſte Diuæo. Medio itinere eſt, inter Coloniam Agrippinam, & Traiectum ad Moſam. IVLVM vocat Witichindus, corruptè.

IVLIÆ Alpes, vide ALPES.

IVLIANI vel S. Iulij inſula, cuius dux Menulphus occiſus fuit ab Agilulfo. Diacon. 4. Longob. in Verbano lacu erat: quod docet Vignierius in Bibliotheca Hiſtoriali. Vide CERRETANI.

IVLIAS ἰουλιας, Peræa regionis opidum: Ioſepho 2. belli Iud. cap 8. & 11. Vide BETHARA.

IVLIENSE Caſtrum. Vide FORVM IVLII.

IVLIENSES, *Carnorum in Europa populi, Plinio. In Iulio Carnico. Alij in Aſia Minori, circa Phrygiam Maiorem, eidem.* IVLIENSIVM *Montem: &* IVLIENSIVM DIANÆ *Lucum, habet Hygenus. ſed neſcio cuius regionis. Vide* ARTIGI, ARETINI, ROMANI, TEARI, *&* FOROIVLIENSES.

IVLIENSIS *Vici, non ſemel meminit in Gallia, G. Turonenſis. In Aquitania videtur.*

IVLIENSIVM HADRIANORVM ἰουλιων αδϱιανων, *meminit ex Antinoi nummo, Goltzius.*

IVLII GENITOR, *vide* VERGENTVM.

IVLIOBONA ἰουλιόβονα, *Caletarum, in Gallia Lugdunenſi, vrbs, Antonino & Ptolemæo. Huius meminit etiam Sigebertus; qui dicit eam à Iulio Cæſ. conditam, & à ſe nominatam, deſtructa vrbe Caleta. P. Diuæo* Honfleu *eſt.* Villebon *Turnebo. Vide* ALA FLAVIANA.

IVLIOBRICA *Colonia, Plinio, & Ptolemæis Latinis, Cantabrorum vrbs, in Hiſpania eſt.* Logroño *Cluſio, & Taraphæ eſt:* Oliua *Floriano:* Aguilar de Campoy *eſt in tabula Hiſpaniæ Henrici Coqui.* BRIGANTIA, *nunc*
IVLIOBRIGA, *habet lib. Notit. Vide* DEOBRIGA.

IVLIODVNVM, *Galliæ opidum, quod hodie* Lodon *vocari, ſcribit Paradinus. Neſcio huius antiqui vocabuli auctorem.*

IVLIOGORDVS, *vide* IVLIOPOLIS.

IVLIOLA ἰουλίολα, *Sardiniæ vrbs Ptolemæo.* Longoſarda, *Mario Nigro.*

IVLIOMAGVS ἰουλιόμαγος, *Ondicaouarum, in Gallia Lugdunenſi opidum, Ptolemæo. Villanouanus* Angiers, *in huius ſedem ponit. Hanc vrbem* ANDEGAVENSEM *ciuitatem vocat Diaconus in Longobardicis.* IVLIOMAGVS *etiam Germaniæ vrbs, vt habet ex charta Peutingeri Rhenanus. qui credit hodie* Pfullendorff *vocari. Circa Martianam ſiluam.*

IVLIOPOLIS, *Aſiæ Minoris vrbs, quæ quoq;* GORDIVCOME *vocatur, Plinio auctore. Strabo etiam ſcribit ex Gordo pago à Cleone latrone ciuitatem factam, & Iuliopolim dictam. Ptolemæi fortè* IVLIOGORDVS ἰουλιόγορδος *eſt: & Liuij* GORDIVTICHOS. *Videtur mihi errare Simlerus, qui hanc Iuliopolim putat eſſe Antonini; quam inter Conſtantinopolim & Antiochiam deſcribit: quam ipſe quoque poſtea* IVSTINIANOPOLIM *dictam addit. hæc enim Antonini eſt eadem cum Ptolemæi Iuliopoli, quam in Bithynia habet. quorum incolas* IVLIOPOLITAS *nouit Plinius. Huius memoria eſt quoq; apud Plinium 10. Epiſtolarum ad Traianum Imp.* IVLIOPOLIS *quoque apud Ptolemæum Armeniæ Minoris, in Rauenæ præfectura. Plinius* IVLIOPOLIM *habet Aegypti.* MM. *paſſ. ab Alexandria. Vetuſtiora exemplaria Heliopolim legunt, maiori fide. Vide* TARSVS.

IVLIS ἰουλίς, *Ptolemæo, Suidæ, & Val. Maximo, Ciæ inſulæ opidum. Vide* ROMANI.

IVLIVM, *vide* SEX.

IVLIVM CARNICVM, *vide* CARNICVM.

IVLIVM PRÆSIDIVM, *quæ* SCALABIS *vocatur, Plinio. Hiſpaniæ ciuitas.* SCALABISCVS σκαλαβίσκος, *Ptolemæo, in Luſitania. Coloniã facit Onuphrius.* Trugillo, *vel* Santarena *Damiano Goëſio,* Santaren *Oſorio, Morali, & Varrerio quoque interpretatur. ſic quoque Emanuel Enricus Luſitanus mihi familiaris, cui in hoc argumento haud parum tribuo.*

IVLIVS *Vicus, vide* VICVS.

IVLVM, *vide* IVLIACVM.

IVNA ἴουνα, *Albaniæ vrbs, Ptolemæo.*

IVNCARIA, *Antonino, & Ptolemæis Latinis.* IVGARIA ἰουγαρία, *enim legit Græcus codex. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs mediterranea.* Iunquera *hæc hodie; teſte Gaſp. Varrerio.* IVNGARIVM ἰουγγάριον, *Campum habet hoc tractu Strabo 3. ſed vrbis non meminit.*

IVNCENSIS *Epiſcopus in Mauritania Cæſarienſi. Victor. Vticenſ. M.S.*

IVNDENIVS, *vide* VINDERIVS.

IVNGARIVS, *vide* IVNCARIA.



IVNIA *Prata, Halicarnaſſeo 5. Circa vrbem. Vide* VRSVS *Lucus.*

IVNNA, *Galliæ fluuius, Aimoino.* Iuine *hodie.*

IVNONIA, *vna ex Fortunatis inſulis, Plinio.* HERAS *Ptol. Duas Iunonias habet inter Fortunatas, Solinus.* Madera *Nigro dicitur. Vide* CARTHAGO, *&* FALISCI.

IVNONII *Pagi, ſunt apud Halicarnaſſ. 1. An Faliſci?*

IVNONIS ARA, TEMPLVMQ; *extra ſinum Gaditanum ſunt Pomponio:* IVNONIS *promontorium hoc, Plinio. &* NAOS HERAS νάος ἥρας, *Ptolemæi. Hoc* Trafalgar *Taraffæ eſt hodie.* IVNONIS *paruulæ inſula, ad Herculis columnas. Strabo.* IVNONIS ARGIVÆ *Templum, à Iaſone conditum, in agro Picentino, inter Surrentum, & Silarum amnem. Plinio 3. cap. 5. in Lucania autem Straboni.* IVNONI ARGIVÆ *Lucus, apud Venetos eſt. Strabo.* IVNONIS LACINIÆ *Templum, Vide* LACINIVM. IVNONIS *Lucus, in Samo inſula. Varro 3. Rei ruſticæ.* IVNONIS *Sacrum, ibidem, Apuleius 2. Floridor.* IVNONIS MVRVS, *vide* HERÆVM. IVNONIS *Portus, Sami: Athenæo 15.* IVNONIS PRATA, *& Cytheronis iuga, Euripides habet, in Phœniſſis. Cithæronis Iunonis templum hoc nomine apud Thebanos dici, ſcribit qui eum vertit, Stiblinus.* IVNONIS PROMONTORIVM, *quam Acræam vocant, vt ſcribit Liuius 32. eſt aduerſus Sicyonem in Peloponneſo.* IVNONIS FANVM *Ptolemæi videtur. Nunc* Capo giallo *dici, habetur in Liuio Italico Iacobi Nardi.* IVNONIS SACRVM ἥρας ἱερὸν, *Ptolemæo; vna ex Pelagiis inſulis, iuxta Africam.* Gozo *eſt Hier. Alexandrino, in bello Melitenſi. Quintinus Heduus facit ex hoc Iunonis templo Ptolemæi inſulæ Melitæ promontorium, cuius nomen recens ineffabile dicit, niſi gentis ore: in ipſius autem vertice eſſe hodie ædiculam Diuæ Virginis in corte cognominatam. Huius Iunonis fani in Melita inſula, meminit quoque Cicero in Verrem 4. & Val. Maximus de Religione.* IVNONIAM *Coloniam, in Italia habet Frontinus de Menſuris agrorum. liber nondum excuſus. apud Franciſ. Nanſium. Eadem fortè cum Plinij Iunonis Argiuæ. Vide* HERA.

IVNONIVM *Caſtrum, in Thracia. Demoſtenes, Olinthiaca 1.*

IVNOPOLIS, *Ponti Paphlagonici vrbs, in Niceno concilio. Huic regioni quoque ibidem Amaſtris tribuitur.*

IVNXVS *fluuius, in Mauritania Tingitana, eſt apud Melam, qui eum proximè Lixum vrbem ſtatuit. Eſt præterea codex qui Lunxus, loco Iunxus legit.*

IVODIVM, *Treuirenſis ditionis opidum. In vita S. Gaugerici Epiſcopi Cameracenſis, Surius. qui addit in M.S.* EVOSIVM *legi.* Yuois *fortè hodie. Vide* IPOISIVS, EVODIVM, *&* EVIODIVM.

IVOLLVM ἰούολλον, *Pannoniæ Inferioris opidum, Ptolemæo.* Vilaco *Lazio videtur.*

IVPOLIS, *vide* IOPOLIS, *&* SILTIVS.

IVRA *Cæſari & Plinio,* IVRASSVS ἰουρασσὸς, *Ptolemæo. Mons Galliæ Narbonenſis.* Ioux, Iurat, Pirreport, *&* Mont S. Glaude *accolis appellatur, Scudo & Poldo auctoribus. Rhellicanus ſcribit eum à Sabaudis accolis, ab ea nempe parte qua ſiluoſiſſimus eſt,* Iurten, *& ab Heluetiis* Leerberg *vocari, & ab altera parte* Blamberg *dici. Seb. Munſterus in ſua Territorij Baſilienſis tabula, ait eum prope Baſileam, in Rauracis, vbi Rhenum attingit,* Botzberg, *deinde verſus Meridiem* Schaffmat; *inde* Ober *&* Niderhauwenſtein/ *& poſtea* Waſſerfal *dici. Fieri poteſt, vt alibi alia nomina ſortiatur, nam à Rheno ad Lemanum lacum vſque pertingit. Vide* LVRA.

IVRCÆ, *vide* TVRCÆ.

IVRIA ἰουρία, *via in Latio, circa Reate, & Coritum montem, Halicarnaſ. 1.* SALARIA *interpretatus eſt Gelenius.*

IVRICITANVS, *vide* VIRICITANVS.

IVRTA, *opidum in extremo Meſopotamiæ ſitum. Ammianus 20, Alius codex* VIRTA *legit.* BIRTHA *Ptolemæi mihi videtur.*





IVS ἰοῦς, *Sciritidis regionis opidum eſt; Xenophonti 6. Græcorum. In Peloponneſo, Vide* IOS, *&* GAZA.

IVSTI, *Antonino locus in Africa Propria.*

IVSTINI *Montes,* ἰουστῖνοι, *in Italia: Dioſcoridi, lib. 1. 2. & 4.* VESTINI *malo legere.*

IVSTINIANA, *vide* ADRVMETVM, *&* CARTHAGO.

IVSTINIANA NOVA, *Bithiniæ vrbs eſt, in ſynodo Conſtantinopolitana V. ibidem quoque mentio fit* IVSTINIANÆ NOVÆ CAMVLIENSIVM. *Cappadociæ hanc puto.* IVSTINIANA NOVA SECVNDA *Ægyptiorum etiam in eadem Synodo eſt.* IVSTINIANÆ NOVÆ *ſiue* DARASCI *ciuitatis mentio eſt ibidem. neſcio quibus in terris. Vide* CAMVLIANI, VLPIANVM, *&* CYPSELLA.

IVSTINIANA PRIMA, *In Bulgaria, quæ* ACHRIDOS. *Curopalates in Officialibus Conſtantinopolitanis. vide* TAVRESIVM. IVSTINIANA SECVNDA, *in Cypro vrbs, auctore Calliſto. vide* CYPRVS, *&* VLPIANVM. IVSTINIANA TERTIA, *vide* CHALCEDON.

IVSTINIANÆ, *vide* CORNV BYZANTIVM.

IVSTINIANEA, *vide* PETRÆON.

IVSTINIANOPOLIS, *Armeniæ vrbs, in Synodo V. Conſtantinopolitana.* IVSTINIANOPOLIS *Gordi, eſt in VI. ſynodo eiuſdem. Iuxta Pamphiliam videtur. vide* IVLIOPOLIS, BAZANIS, ANAZARBVS, BARCVSENA, MOSTENI, *&* SINA.

IVSTINOPOLIS, *Iſtriæ vrbs maritima; quam Blondus ſcribit à Iuſtino Imp. conditam, & ab eo nominatam: in peninſula quam Plinius Caprariam, & Pullariam vocat. (Caprariam hanc apud Plinium non noui: niſi Ægidam velit. & Pullarias illo tractu habet.) Villanouanus in ſuo Ptolemæo, & Vergerius in Munſteri Coſmographico opere putant hanc vrbẽ* ÆGIDAM *à Plinio appellari. Horum vltimorum ſententiam confirmat antiqua inſcriptio huius loci, quam vide in Auctario Lipſij, ad Smetij volumen. in qua Aegida inſula vocatur. Hodie* Cabo d'Iſtria *nominatur.* Gafers *Germani vocant.* IVSTINOPOLIS *alia, quam proximè Vlpianæ vrbi eſt; apud Dardanos. Procop 4. Ædific.* IVSTINOPOLITANI *Territorij de Zinis, meminit ſynodus V. Conſtantinopolitana. eadem* IVSTINOPOLIS *Bithyniæ.* IVSTINOPOLIS *Cappadociæ I. meminit Concil. Chalced. Vide* EDESSA, *&* ANAZARBVS.

IVTVNGI ἰούθουγγοι, *nomen gentis, quæ Iſtrum traiecit. Suidas.* IVTHVNGORVM *meminit D. Ambroſius in Epiſtolis. & Ammianus 17. vocatq; Alemannorum partem, Italicis conterminantem tractibus.* VITVNGOS *puto ab Eumenio, &* VITHVNGOS *à Sidonio in Panegyrico vocari. item* VIRTVNGVOS *corruptè à Pollione, in Aurelio. In Tirolenſi comitatu eos locat Spangebergius.*

IVTVNTORVM, *vide* FORVM *Diuguntorum.*

IVTVRNA, *apud Virgil. 12. Æneid. Seruio fons Italiæ eſt, iuxta Numicium fluuium. Gyraldus ſcribit à nonnullis ſtatui eo in loco qui nunc vulgò* Treglio *appellatur, eoſq; nõ infirmis rationibus agi. Lactantius, Florus, & Val. Maximus eius quoq; meminere item Ouidius 2. Faſt. circa Iuturnæ compoſuere lacus.* VITVRNÆ *lacus legitur apud Symmachum lib. 1. Epiſtola 89. ſic quoque apud Bocatium, qui addit haud longè ab vrbe Roma eſſe.* VIII. *eius regionis eſt P. Victori. Paullus Marſus in Commentariis ad hunc locum, dicit in Vrbe fuiſſe, circa D. Georgij fanum, ad turrim quandam ſemirutam.*

IVVANENSES, *habet vetus inſcriptio, apud Goltzium.*

IVVANTIVS *à Plinio vocari, ſcribunt Volaterranus, & Leander; eum fluuium Italiæ, in Prœcutinis, quem hodie* Tordino *vocant.* VIVANTIVS *legit Blondus.*

IVVAVIA *Antonini, & lapidum antiquorum;* IOVAVIVM *quoque videtur Antonini. &* IVVENSE *Caſtrum in lib. Notit. vt Pighius docet in Hercule Prodicio.* Saltzburg *Bauariæ vrbs eſt, Ottoni Friſingenſi, Auentino, & Lazio. Auentinus addit ex veteribus diplomatis oſtendi* POEDICVM ποίδικον *Ptolemæi eſſe, pagumq; ibidem adhuc nomen ſeruare. Franciſ. Irenicus ſcribit* GAMANODVRVM γαμανόδουρον, *aut* BADACVM βάδακον, *Ptolemæi eſſe.*



IVVAVIVS, *fluuius Saltzburgum ſiue Iuuauiam vrbem præterfluens.* Saltz *hodie, Auentino.*

IVVENATIVM, *meminit vetus lapis, qui in Adbaſtæ pago, Orobiorum agri reperitur, vt habet Zanchus in ſuo de Orobiis, ſiue Cenomanis libello.*

IVVENCVS, *vide* PITORNIVS.

IVVENSE, *Pannoniæ vel Norici vrbs, in Notit. lib.* ADIVVENSE *legebat membraneus codex. pro ad Iuuenſe, vt puto. Vide* IVVAVIA.

IVVERNA, *vide* HIBERNIA.

IXIA ἰξία, *Straboni.* IXIÆ ἰξίαι, *Stephano. Rhodi regiuncula, ſic dicta ab Ixo portu.*

IXIAS ἴξιας, *Oenotriæ mediterraneum oppidum deſcribitur à Stephano: ex Homero quod nunc, vt refert Gab. Barrius,* Caroleo *nomen habet.*

IXIBATÆ ἰξιβάται, *gens ante Pontum, iuxta Iudicam, Stephanus, ex Hecatæo.*

IXIRVS ἴξιρος, *fluuius. Lexicon Phauorini.*

IXOMATÆ, *vide* SARMATIA.

IXVS, *vide* IXIAS.

IYRCÆ, *vide* TVRCÆ.

IZALA, *mons circa Perſidem, Ammiano, 18.*

IZARVS, *Vide* IESRAEL.

IZATHA ἴζαθα, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum. Ptolem.*

IZELOS, *vide* EIZELOS.

IZOI, *Indiæ populi, apud Plinium.*

IZIIZVM, *Antonino vrbs in Aegypto.*

IZIRALLA, *Thraciæ opidum, auctor Antonini Itinerarium.* IZRIRALLVM *legit idem, alio in loco. item* TIRALLVM. *Omnes hæ prauæ lectiones mihi, pro quibus* TVRVLLVM *reſtituo. Vide* TZVRVLVM.

IZIRIANENSIS *Plebs, in Africa. Coll. Carthag.*

KARIOSA. *Vide* LAODICEA.

KÆNOPOLIS, *Vide* CARTHAGO.

KALE ACTE, *vide* CALE.

KALNE, *vrbs Terræ Sinear;* Dakia *à Beniamin dicta. vide* BABYLON, *&* CHALANNE.

KALOS *Limen, vide* CALOS.

KAM, *vide* ÆGYPTVS.

KAMARAS *meminit Goltzius, ex nummo Fauſtinæ. Antiquè fortè pro* CAMERS.

KAMTVA, *vide* BACMA.

KANTAROSA, *vide* EBVSVS.

KARCENNA. *Colonia Auguſta Karcenna, legit Goltzij Theſaurus. ex Othonis Imp. nummo.*

KARCHEDON, *vide* CARCHEDON.

KARENSES, *vide* CARENSES.

KARES, *Aſiæ gentes. Sic Vib. Sequeſter. Pro* CARES *Cariæ populis.*

KARIN, *vide* MESSENIA.

KARNI. *De Gallus Karnis triumphum egiſſe M. Aemilium Scaurum, docet fragmentum marmoreum antiquum, in Goltzij Faſtis. Pro* CARNI.

KARNVTENSIS *colonia eſt, in Goltzij Theſauro. ex veteri inſcriptione. pro* CARNVNTIVM *Pannoniæ.*

KARTHAGO, *vide* CARTHAGO.

KASZARA, *vide* ROGEL.

KATACAVMENE, *vide* LAODICEA.

KATVA *vide* BACMA.

KAYCVS, *vide* CAICVS.

KAYDO, *vide* CLAVDVS.

KECEI, *vide* MECEI.

KELAGH GEBER, *vide* PETRA DESERTI.

KIR, *locus, Amos 3. vbi interpretes* CYRENE *legunt; perperam: vt docet Matthæus Beroaldus, & locum in Aſſyria eſſe ait.*

KIRIATH-ARCHE, *vide* DABIR.

KIRIATH-IEARIM, *vide* BAALA.

KIRIATH SEPHER, *olim* DEBIR *dicebatur, Ioſue cap. 15. Palæſtinæ vrbs eſt.*

KISSÆON OROS, *vide* OSSA.

KITYN, *vide* ITALIA.

KOHA, *vide* BACMA.

KOVRO, *vide* CLAVDVS.

KYSE, *vide* PATARA.

LAATTHA λαατθα, *Arabiæ Felicis vrbs, apud Ptolemæum.*

LA, LAN, & LAAN, *Laconicæ opidum, in petra excelſa ſitum, quod poſtquam Dioſcuri expugnaſſent,* LAPERSAS λαπέρσαι, *nominarunt. Stephanus.* LAS λᾶς, *vicus eſt Liuio 38. Ptolemæo, & Pauſaniæ.* Vathi *bodie, Nigro.*

LABA λάβα, *Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo. verſus* Elaniti*cum ſinum.*

LABACA λάβακα, *Indiæ intra Gangem vrbs, apud Ptolemæum: Pandanorum regionis.*

LABÆ λάβαι, *Chattenia, Gerrhæorum vrbs, Stephano. Arabiæ Felicis eſt, ex Polybij 13. vt addit. cuius bodie fragmentum tantùm habemus.*

LABAN (λοβὰν, *70. interpretibus) loci nomen. Deuter. 1.*

LABANA, *Palæſtinæ locus. Ioſue 15.* λεβνὰ *eſt apud 70. interpretes. Vide* LIBANA.

LABANÆ λαβαναι, *Aquæ, in agro* Nomentano: *& circa Eretum. Strabo.* ALBANÆ *mauult legere Scaliger.*

LABANATH, *Ioſue 19. in Palæſtina locus. Vide* SIHOR.

LABANIS, *inſula Arabiæ Felicis, in mari Indico, apud Plinium.*

LABARA λάβαρα, *Stephano ex Alexandro, Cariæ opidum.*

LABAREI, *vide* HERMOTIMBIEI.

LABARVM *Padumq́; Silius 4. pro Lambro, fortè.*

LABASÆ λαβάσαι, *apud Ptolemæum:* DABASÆ *apud interpretes. Indiæ extra Gangem gens.*

LABASSIS, *vide* DALASIS.

LABATHA, *vide* LODABAR.

LABBANA, *Vide* LAMBANA.

LABDALVS, *Vide* HEXAPYLVM.

LABDENSIS *Epiſcopus Africæ. Coll. Carthag.* LAPDENSIS *eſt, Vict. Vticenſi. In Africa Proconſulari.*

LABEATIS *Palus, circa Illyricum: quam Liuius lib. 44. deſcribit, aut ea eſt quæ bodie* Lago de Scutari *vocatur, aut hanc antiquo nomine carere, cum Nigro, ego quoque dicam. Vide de hoc lacu Coriolanum lib. 3. de reb. geſtis Mocenici Imp. Venetorum.* LABEATAS *populos habet hoc tractu, Plinius, & Liuius, 44. 45. vbi Gentius rex regnabat.*

LABECIA, *Arabiæ Felicis opidum, à Gallo deletum; ſcribit Plinius.*

LABERNA, *Vide* LAVERNA.

LABERRIS λαβερρὶς, *Aſturiæ in Hiſpania vrbs. Ptolemæus.*

LABERVS λάβηρος, *Hiberniæ opidum Ptolemæo. quod* Caſal, *Nigro vocatur.* Killair *videtur Camdeno.*

LABESE, *vide* LAMBESE.

LABICI, *vide* LABICVM.

LABICVM, *Silio 8. ſiue, vt Strabo habet,* λαβικῶν, *Latij mediterraneum pagum dicit Leander eſſe, &* Val Montone *nunc appellari.* LABICANVS *Ager eſt apud Plinium. &* LABICANA *Via, apud Spartianum, & Frontinum.* LABICOS *Populos habet Liuius. Sed in hoc vocabulo ſcribendo, magnam apud auctores inconſtantiam conqueritur Sigonius, in Liuianis ſcholiis: modò enim Labicos & Labicanos, modò Lauicos & Lauicanos, nunc* λαβικοις, & λαβικανυς, *nunc* λαυικοις, & λαυικανυς, *edunt. Coloniam factam narrat Liuius.*

LABIENI *Caſtra, quæ Cæſar in Commentariis deſcribit;* Lobienſe monaſterium *(vulgò* Lobbe*) hodie occupare ſcribit Hub. Leodius, ad Sabim fluuium ſitum, non longè (vt dicit Becanus) à Marienburgo. Video hoc monaſterium in Sanctorum vitis* LOBIVM, LAVBIVM, & LAVBACVM *vocari.*



LABILENSE *opidum, habet Sulpitius 2. in Hiſpania ſitum, ni fallor.* ABILENSE *autem reſtituit Cæſar Baronius 4. Annal. ab Abila nempe. An Abyla per* Y. *velit?*

LABIMI, *vide* ENAMIÆ.

LABINA, *vide* LOBNA.

LABINIVM, *vide* LAVINIVM.

LABINIVS λαβινιος, *fluuius Italiæ, circa Mutinam, ad quem conſtitere* III. VIRI. R. P. C. *prouinciaſq́; inter ſe partitas deſignauere. Appianus 4. Ciuilium.* Formigo *bodie, teſte Nigro.*

LABISCO, *Galliæ Narbonenſis vrbs. Antoninus.*

LABOCLA λάβοκλα, *Indiæ intra Gangem vrbs Ptolemæo.*

LABOLA, *vide* LAVBACVS.

LABORIÆ *Campi, Plinio in Campania.* Territorio di Gaudo, *Sanfelicio dicitur. Horum partem vocant incolæ* Mazzoni, *vt Dalechāpius tradit. Vide* FORVM *Vulcani.*

LABORINI CAMPI, *in Campaniæ regione, Plinio.* Terra di Lauoro *Leandro dicuntur. Laboriæ & Laborini ijdem campi mihi vidētur apud Plinium, vbi optima alica. Finiuntur via ab vtroque latere Conſulari: quo à Puteolis & à Cumis Capuam ducit.* PHLEGRÆVM *Græci appellauere, vt idem inquit. Adi eundem 3. cap. 5. & 17. cap. 4. item 18. cap. 11. Vide* FORVM VVLCANI.

LABOTAS λαβότας, *circa Antiochiam Syriæ eſt fluuius: Straboni & Pomponio. Vide* HYPATOS.

LABRADA, *vide* LABRANDA.

LABRANDA λάβρανδα, *Cariæ vicus: apud Strabonem & Stephanum.* LABRADA *eſt apud Plinium, vt videtur. habet enim Labradij Iouis fontem, qui Labrandeus Straboni vocatur, & Aeliano.*

LABRENTVM, *vide* LAVRENTVM.

LABRIONENSIS, *in Hiſpania videtur epiſcopatus. In concilio Lugdunenſi.*

LABRIS λαβεις, *Arabiæ Felicis vrbs: Ptolemæo.*

LABRO, *huius meminit Cicero ad Q. Fratrem. Vide* AD HERCVLEM.

LABRONES *populos, ſcribit Diaconus Attilam eduxiſſe, contra Aetium Romanum, in campis Cathalaunicis.* OLIBRIONES *legebat vetuſtius exemplar.*

LACANITIDIS λακανιτιδις, *regionis, in Cilicia; meminit Ptolemæus.*

LACCI λάκκοι, *palus Marmaricæ: Ptolemæo. Vide* ASPHAR.

LACCINI, *Octauæ regionis, in Italia populi: apud Plinium.* LICINI *legunt tria alia exemplaria. à quo* FORVM LICINII *fortè. Lib. 3. cap. 15.*

LACCOBARDI λακκοβάρδοι, LANGOBARDI, λαγγοβάρδοι, & LONGIBARDI λογγιβάρδοι, *ſunt Ptolemæo Germaniæ populi: ſed diuerſi. Hos tamen à iunioribus ſæpenumero confundi, non citra errorem obſeruauimus. Vide* LANGOBARDI.

LACEDÆMON λακεδαίμων, *Laconica vrbs primaria, quæ antea* SPARTA σπάρτη, *dicta fuit, Pauſania teſte, apud Polybium 4. præter alios, huius deſcriptio.* Miſithra *hodie vocatur, vt Niger & Sophianus tradunt:* Ebada *à Lazio nominatur. Nardus addit* Zaconia *etiam dici. Huius vrbis epitheton apud Homerum* CETOESSA κητόεσσα, *vel vt alij legūt,* CÆETAESSA καιετάεσσα *eſt, vt Strabo ſcribit. Quare Apuleius lib. 6. Aſini, hanc Achaiæ tribuat, & lib. 10. Corinthū, ignoro. An totam Peloponneſum fortè ſub hoc Achaiæ nomine comprehendat?* LACEDÆMON, *etiā Cypri mediterranea vrbs eſt, apud Stephan.*

LACEDÆMONIA, *vide* LACONICA.

LACEIA, *vide* EPOPON.

LACERIA, & LACERIVM, *vide* HERMION.

LACETANI, *Hiſpaniæ populi: Cæſari, & Plinio. Vide* IACCETANI.

LACETER, *vide* LACTER.

LACHERE λαχέρη, *apud Ptolemæū Arabiæ Felicis opidū.*

LACHIS, *Palæſtinæ locus, Ioſue 10. 15. & 4. Reg. 14.* Bellena *Brochardo. Vide* CÆSAREA.

LACHMIORVM *inſula, eſt apud Val. Max. 8. cap. 13. cuius regem vixiſſe octingētis annis, ſcribit ex Xenophonte.*





*Tres codices membranei apud me* LATIMORVM *vel* LATINORVM *legunt. Lachmior, putat retinendam Pighius, & damnat Plinij lectionem, quæ* MARITIMORVM *habet. Codex Venetus Plinij* PVLITINIORVM, *& Pintiani* LVTINORVM *profert.*

LACIA *vide* EPOPON.

LACIACVM, *vide* LAVIACVM.

LACIADÆ λακιάδαι, *Atticæ municipium; Pauſaniæ, Heſychio, & Suidæ. Oeneidis tribus: apud Steph. Eius quoque meminit Demoſthenes. Miltiadis patria eſt, Plutarcho.*

LACIBI, *Hiſpaniæ Bæticæ opidū: Plinio.* λακιβις, *Ptolem. eſt.*

LACIBVRGIVM λακιβούργιον, *Ptolemæo Germaniæ opidū vbi nunc* Roſtock *eſt, vt Willichio videtur. Sed* Lazenitz *æquè locum & nomen tuetur. ad oſtium Oderæ.*

LACINIENSES, *Liburnorum populi: Plinio teſte.*

LACINIVM λακίνιον, *Ptolemæo, Plinio, & Pomponio: Italiæ promontorium, in magna Græcia. Simlerus credit ab Antonino* TACINA, *vel* TICINA *nominari. Hodie* Cabo delle Colonne *ab exſtantibus columnis templi Iunonis Laciniæ indigitatur à Leandro, & alijs.* Cabo dell'Alice *dicitur in tabula Pyrrhi Ligorij. Iapygum tria promontoria, quæ à Strabone lib 6. deſcribuntur, ſunt, vt Gab. Barrius docet, hoc Lacinium, & alia duo quæ nouis nominibus* Nao & Manna *hodie vocantur. Ad Lacinium promontorium olim habuit Iuno Laciniæ templum opulentiſſimum, ipſa vrbe Crotone, (quæ ſex millibus paſſuum hinc diſtabat) nobilius, vt Liuius tradit. Lacinij huius meminit quoque Polybius. Hoc Lacinium* STORTINGVM στόρτυγγον, *à Lycophrone appellari, putat Gab. Barrius. Vide* ORYON, & DIOSCORIAS.

LACIPEA, *vrbs Hiſpaniæ,* XX. *M. P. ab Emerita, verſus Cæſarauguſtam. Antoninus.*

LACIPPO, *Hiſpaniæ Bæticæ opidum; apud Pomponium & Plinium.* λακίππος *Ptolemæo.*

LACIS, *vide* CÆSAREA *Panias.*

LACMELLVM, *vide* LAVMELLVM.

LACMON, & LACMONIA, *vide* PINDVS.

LACOBORMANVM *vide* LOCOBORMANVM.

LACOBRIGA, *Pomponio Hiſpaniæ vrbs eſt, ad Sacrum promontorium. Huius nunc ruinæ, & antiquorum ædificiorum veſtigia exſtant prope* Lagos, *Algarbiæ vrbem, in vico qui Luſitanica lingua* Lagoa *nominatur, vt ſcribit Vaſæus. Huius incolas* LANGOBRITAS λαγγοβρίτας, *vocat Plutarchus in Sertorio. Alia eſt Plinij, quam in Vacceis ponit, &* LACOBRICENSES *vocat: quam Ptolemæus non nouit, niſi in Latinis codicibus. Hæc* LOCOBRICA *Antonini videtur.* LANGOBRICA *eidem Antonino eſt in Luſitania, ad mare Occiduum, inter Talabricam & Calem.* Langroiua *interpretatur Iacobus Delgadus in Schedula M. S.* LANCOBRIGA λαγκόβριγα, *verò Ptolemæo eſt Celticum oppidum, in Luſitania, quod, cuius hodie ſit nominis, apud neminem me reperiſſe memini. neque meum eſt diuinare. Hæc hic tamen lectorem admonere volui, quòd videam hæc nomina à recentioribus ſæpius confundi, & alterum pro altero ignoranter ſumi. A lacu & Briga compoſitum nomen, ſcribit Feſtus.*

LACONICA λακωνικὴ, *quæ olim* LELEGIA λελεγία, *Pauſanias. Item* OEBALIA, *Seruius.* LACONIDEM *vocat Pomponius. &* ARGOS ACHAICVM *appellari, ſcribit Euſtathius in Dionyſium. Peloponneſi regio eſt, quam nunc puto* Sacania *dici, teſtibus Tabulis geographicis.* LACONICA *regio adiuncta,* MESSENIA, LACEDÆMONIA *dicitur, inquit Strabo 8. &* LACEDÆMONIAM *vocat Gratius* LACONICAM, *hoc verſu, Et Lacedæmoniæ primum vidiſtis Amyclæ. Pauſanias quoque ſcribit Lacedæmon regionis nomē fuiſſe. item Thucydides 2. deſcribit Amyclas in Lacedæmone.* LACONES Tzacones *corruptè vocari, tradit Gregoras. &* Tzaconia *regionē hodie appellari, ait Leunclauius.*

LACONICVM, *vide* OSSIGI.

LACONICVS *Sinus, Peloponneſi eſt, Ptolemæo.* Golfo de Colochina *eſt Caſtaldo.*



LACONIMVRGVM λακονίμουργον, *Ptolemæo Vettonum opidum in Hiſpania.* LACONIMVRGI *eſt apud Plin.*

LACONIS, *vide* LACONICA.

LACOTENA, *locus Armeniæ Minoris videtur apud Ammianum. circa Taurum montem.*

LACRIASSVS λακριασσος, *Armeniæ Minoris in Rhauena præfectura vrbs. Ptolemæus.*

LACTARIVS *Mons, locus ſalubritate celeber: vt videtur ex Caſsiodoro, Variarum 1. ad Beatum V. C. quibus autem in terris, non docet.* LACTEVM *montem habet Procopius circa Veſeuum, ad Draconis fluminis ripam. Iuxta Stabias fuiſſe, hiſtoria de lacte mihi perſuadet. Ad Gauri montis læuam eſſe, docet ex Heliodoro, Stobeus de Morbis. Vide* TABIÆ.

LACTER λακτὴρ, *promontorium Coæ inſulæ, verſus Meridiem: Straboni.* LACETEREM λακητῆρα, *in Cos inſula, habet Plutarchus in Quæſtionibus Græcis.*

LACTEVS, *vide* LACTARIVS.

LACTISMA, *vide* OPSICELLA.

LACTODVRVM, *vel* LACTORVDVM, *Angliæ opidum eſt apud Antoninum. Ad nomen Lactoduri alludūt, vt ſcribit Talbotus,* Lutterworth/ & Lawghborow. *Camdeno autem* Bedford *videtur.*

LACTORACIVM, *vel* LASTORACIVM, *eſt Nouempopulanæ ciuitas, in lib. Notitiarum.* LACTORATENSIVM *meminit antiqua inſcriptio, in eadem ciuitate, Scaligero teſte. qui eam nomen retinere addit,* Lectore *incolis. Ridendum ſe præbet Belleforeſtius, qui vult* TAVROPOLIVM *olim dictam. Vide* LACTORVM, & LACTVRA.

LACTORVM *Ciuitatem, habet Goltzius, ex veteri inſcriptione, in ſuo Theſauro: ibidem habet &* LACTORIVM, & LECTORIVM. *Vide* LACTORACIVM. *Idem enim puto.*

LACTVRA, *Antonino vrbs, in Gallia Aquitanica. Eandem cum* LACTORACIO *credo.*

LACVRIS λακουρὶς, *Oretanorum in Hiſpania opidū. Ptol.*

LACVS REGIVS, *Numidiæ locus eſt apud Antoninum.* AQVÆ REGIÆ *ſunt in Concilio Carthaginenſi* IIII. & AQVÆREGIENSES *apud Victorem Vticenſem. An idem autem locus, dubito.*

LACYDON λακύδων, *portus Maſsilienſium. Euſtathius in Dionyſium.* HALYCIDON *apud Melam legitur.*

LADANA, *vide* DALANDA.

LADE λάδη, *inſula Maris Ægei, ante Miletum: Straboni, Thucydidi, Stephano, Arrhiano, & Herodoto. Prius* LATE *vocabatur, vt Plinius docet. Hanc in duas paruas ſcindi inſulas, ſcribit Pauſanias, & earum alteram* ASTERII *inſulam dici.*

LADEPSI λαδεψοὶ, *Bithynorum populi: Stephano, ex Theopompo.*

LADESTA λάδεστα, *vna ex Liburnicis inſulis. dicitur &* LADESTVM. *Stephanus, ex Theopompo. Inſcriptio vetus huius quoque meminit, quæ Aquilegiæ ſupereſt.*

LADICVS, *montis nomen in Hiſpania: qua è Legionenſi regione in Galliciam itur. Hodie eum corruptè* Los codos de Ladoco, *vel compendioſiùs* Laroco *nominant. Ex antiqua inſcriptione, in ipſo monte, quæ* IOVI LADICO *habet: Amb. Moralis, in ſuis Hiſpaniæ antiquitat. Pars Pyrenæi montis eſt. hucuſque enim eos pertingere, leges in* PYRENÆVS.

LADII, *populi ſunt apud Capitolinum, in Antonino Pio, vbi ſcribit, Pacorum regem Ladiis dedit. Ad* LADIOS, *locum habet Antoninus, in Pannonia: inter Sirmium & Salonas. Sed* LAZI *putat legendum hoc loco apud Capitolinum, Egnatius.*

LADISACITES λαδισακίτης *ſinus, in Perſico mari. Stephanus. ex Martiani Periplo.*

LADON λάδων, *Plinio, Ouidio, Apollodoro, & Straboni, Arcadiæ fluuius; cuius fontes eſſe in Clitoriorū agro, ſcribit Pauſanias: eiuſq́; fluminis aquam omnibus Græciæ barbarorumq́; fluminibus pulchritudine antecellere tradit. Plinius eum è paludibus Phenei oriri ait. Seneca 6. Natural.*

eum inter Helim & Megalepolim deſcribit. Dionyſius in Periegeſi eum OGYGIVM ὠγύγιος, cognominat. Ladonem putat Niger eundem eſſe cum eo qui à Strabone ACIDON ἀκίδων vocatur, qui fortè ACIDAS Pauſaniæ eſt. De alio LADONE hæc ex Varrone, Nonius, Ladon fluens ſub Sardibus flumẽ tulit Aureum later, quod conquadrauit religio. LADON quoq; circa Idam Troadis. Pauſanias in Phocicis. vbi Aidoneus legendum putat Sylburgius. Vide ISMENVS, LETHON, & ORONTES.

LADONCEA λαδογκέα, Vicus in Arcadia. Pauſanias. Vide LAODICEA.

LÆA λαιὰ, quæ & APHRODITES ἀφροδίτης, id eſt. Veneris inſula, Ptolemæo. In Africo mari, iuxta Cyrenen vel Marmaricam eſt. APHRODISIAS Stephano, & Herodoto in Melpomene dicitur. Hodie Iſola del Patriarcha appellatur à Bordonio.

LÆÆ, vide AQVÆ.

LÆANA, vide ELANA, & ÆLANVM.

LÆANITIS, vide ÆLANITICVS.

LÆCENI, vide LÆNI.

LÆDENATA, Mœſiæ Primæ vrbs. lib. Notitiarum.

LÆDVS, vide LEDVM.

LÆENI λαηνοὶ, Ptolemæo, LÆCENI interpretibus, Arabiæ Felicis gens.

LÆETANI, vide LALETANI.

LÆIA λάεια, Cariæ vrbs: Steph. ex Pauſaniæ 5. vt addit.

LÆLANNONIVS, vide LELAANNONIVS.

LÆLIA λαίλια, In Bæticæ vrbs, Turdetanorũ. Ptolemæus.

LÆLIA Caſtra, in ſinu Carthaginenſi, habet Mela.

LÆMOCOPIA, vrbs Europæ, in Boſporo, iuxta Propontidem. à Mechmete Amuratis F. condita. Laonicus 8. Ora libri dicit iuxta Seſtum eſſe, & nunc Bogazaſar vocari.

LÆMON λαιμὼν, mons circa ſinũ Arabicum. Agatarchides.

LAENAS, dicitur à loco. teſtis Varro 7. de Lingua Latina.

LÆNITICVM, vide ÆLANITICVS.

LÆPA Magna, λαίπα μεγάλη, Ptolemæo Hiſpaniæ Bæticæ, in Turdetanis vrbs. LÆPIA Latinorũ, vocatur à Plin.

LÆPHANIA λαιφανεια, vrbis nomen. Phauorini Lexicon.

LÆPIA, vide LÆPA.

LAERNA eſt in Theſauro Goltʒij, ex vetuſta inſcriptione.

LAERTE λαέρτη, Ciliciæ Aſperæ in Pamphilia opidum: Ptolemæo. LAERTES λαέρτης, Ciliciæ regiuncula, Stephano. idem & vrbem, & montem, ſic nominat, ex Alexandro. Pamphiliæ mons eſt, apud Ætium medicum. Strabo caſtellum habet huius nominis; in Caria. LAERTIA Regna ſunt apud Virgilium 3. Æneid. quibus Ithacam inſulam innuit.

LÆSTRYGONES λαιστρυγόνες, ſunt populi in Siciliæ. (inquit Iſacius, in Lycophronem) quos nunc LEONTINOS vocamus. Læſtrigonios Campos, habet in Sicilia, Plinius. Campaniæ quoque, vti videtur ex Homero & Ouidio. Circa Formias, ex Plinio, & Læſtrygonias rupes hic habet Silius 7.

LÆSTRYGONIA, vrbs Laſtrygoniæ eſt apud Heſychium. Vide GIGANTES, LAMVS, & FORMIÆ.

LÆTE, opidi nomen, in Salluſtij Fragmento.

LÆTI, vide LETI.

LÆTRINA λαίτρινα, Lycophronis, Elidis vrbs eſt Iſacio. in qua Pelopis oſſa iacebant. LÆTRINÆORVM λαιτριναίων, hiſtoriam promittit Pauſanias, in Eliacis. Sed idem LETRINI opidum, ſine diphthongo ſcribit. Vide LEPRIVM.

LÆVI, Ligures populi, apud Liuium 5. & 33. Circa Ticinum amnem habitabant. Sunt LEVI Plinio. Vide LAII.

LAGADIVM, vide ALGIDVM.

LAGANICI, vide LEVSANICI.

LAGARIA λαγαρία, Straboni & Stephano Thuriorum agri opidum: non procul Grumento, apud Plinium. Gabriel Barrius dicit locum nũc vacuum, ſine habitatoribus. mons verò cui ciuitas impoſita quondam fuerat, accolis Cirniſtaſo dicitur, à fluuio Cyliſtarno præterfluente. Hoc his adijcere volo, quòd Stephanus hanc Lagariam Siciliæ vrbem vocat, agri Thurini, quod idem alijs aliquot locis facit: ex quo apparet eo tempore (vti & hodie) hanc Italiæ partem Siciliam dictam. Vide LANGARIA.

LAGECIVM, Angliæ opidum Antonino; quod alio in loco LEGEOLIVM vocat. Inter Eburacum & Danum. Caſtleford appellari hodie, ſcribit Camdenus.

LAGENSES in lib. Not. Lætorum Lagenſiũ propè Tungros.

LAGEVS, vide NILVS.

LAGIA, vide DELOS.

LAGINA, Hiberniæ opidum, patria S. Brigidæ. Surius in huius vita. Vide LAGINIA.

LAGINIA λαγίνια, Stephano, LAGINA Straboni, Cariæ opidulum. inter Phyſcum & Epheſum. λαγινεια Stephano, eſt quoque Bithyniæ vrbs.

LAGMVS λάγμος, Lycophroni Paphlagoniæ mons, vt habet Canterus in eundem.

LAGNVS Sinus, vide BALTICVM.

LAGNVTVM λάγνυτον, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo. Tenes hodie, Marmolio, & Caſtaldo. GVNVCVS Antonini eſt, vt Simlerus credit. κανυκκὶς CANVCCIS hoc ego potius Ptolemæi putarim.

LAGON vrbem, habet Liuius 38. Phrygiæ Maioris puto.

LAGORIA λαγορία, nomen vrbis. Lexicon Phauorini.

LAGOVS amnis, Sarmatiæ Aſiaticæ: ex Cathais montibus profluens. Plinius.

LAGVSAM λαγοῦσα, inſulam ponit Strabo, & Stephanus in Cretico mari, prope Sicinum inſulam, quam hodie Chriſtiana vocari, ſcribit Niger. qui eam AGASA quoque dictam ait, non adducto tamen teſte. LAGVSA Plinij alia eſt, quam in Lycio Mari ſtatuit. LAGVSSÆ λαγουσσαι, habet Athenæus numero duali & duplici SS, vt quoque Plinius, ſed ante Troada.

LAGYRA λαγύρα, Tauricæ Cherſoneſi opidum, Ptolemæo. Soldaia hodie dici, tradit Niger.

LAII, Galliæ Ciſalpinæ gens, Polybio. LÆVOS Liuij eſſe, dicit Sigonius, & LIBYCOS Ptolemæi. Vide SALASSI.

LAINI λαινοὶ, Pæoniæ gens Stephano, ex Thucydidis 2. quo loco ego LEÆI λεαῖοι lego. Vide LEÆI.

LAINILA λαίνιλα, vrbis nomen. Phauorini Lexicon.

LAIRVS λαίρος, nomen inſulæ apud Phauorinum. Corrupte fortè, pro Lerus.

LAIS, vide DAN.

LAISA, vide ELEASA.

LALA λάλα, Armeniæ Maioris vrbs: Ptolemæo.

LALACAVM λαλακαυον, regionis nomen, in Aſia Minori: apud Cedrenum, Curopalatem, & Zonaram.

LALASSIS, Plinio eſt Ciliciæ fluuius; quem Niger ſcribit Calendo à barbaris vocari. Sed opidi nomen eſt Plinio, in caſtigatioribus codicibus.

LALENESIS λαλλωέσις, Armeniæ Minoris, in regione Melitena, opidum: Ptolemæo.

LALETANI, Hiſpaniæ populi Plinio, à Ptolemæo LÆETANI λαιητανοὶ, appellantur. LEETANI ληητανοὶ, ſunt Straboni, ſed idem AELETANOS αἰλητανοὶ, habet eodem tractu. vbi M. S. Εληтανοι legit, teſte Cauſaubono. LALETANIA regio, eſt apud Martialem, lib. 1. Hi poſtea GOTHOLANI dicti fuere, nunc corruptè Cataluña vocantur, Tarapha teſte.

LALISANDA λαλίσανδα, Iſauriæ vrbs: quæ nunc DALISANDA δαλίσανδα, dicitur inquit Stephanus. Δαλιζανδὸς habet Porphyrogenneta. & DALIZANDA concil. Chalcedonenſe. Eandem cum DACISANDVS Ptolemæi, in Armenia Minori regione collimitanea credo. quam interpretes huius DALISANDVS vocant. In limitibus Armeniæ & Iſauriæ.

LAMA λάμα, Luſitaniæ vrbs. Ptolemæo: in Vettonibus.

LAMACHA, vrbs circa Armeniam; Laonico.

LAMASBA, Numidiæ ciuitas: Antonino. Concilium Carthaginenſe eius quoq; meminit; apud D. Cyprianum. Hinc LAMASVENSEM Epiſcopum habet Vict. Vticenſis Fragmentum M. S.

LAMBANA λαμβάνα, Meſopotamiæ vrbs. Ptolemæo. LABBANA interpretibus.

LAMBANVS λαμβανος, aut fluuij, aut montis nomen, in Aſia Propria. Apolloniam enim ad Lambanum, nominat ibidem Ptolemæus.



LAMBATE, vide LAMPAGÆ.

LAMBE, inſula ſinus Arabici: circa Mioſormum. Plinius.

LAMBESE, Numidiæ vrbs; Antonino, & D. Auguſtino. item Aethico. ſine M inuenio quoque ſcriptum. vide LAMPESA.

LAMBIENSIS, & LAMBILITENSIS epiſcopatus in Africa meminit Coll. Carthag.

LAMBRANOS populos, habet Suetonius, in Cæſare. Ego eos ſuſpicor, qui Lambrum fluuium Tranſpadanum accolant. Vbi hodie Lambra opidulum. Sunt qui AMBRONES, & AMBRANOS legunt vitioſè.

LAMBRIACA, vide FLAVIA LAMBRIS.

LAMBROS Vicus Galliæ, Greg. Turonenſis, Hiſtoriar. 4. Circa Tornacum videtur.

LAMBRVS, Plinio Lombardiæ fluuius, Lambro hodie nuncupari, tradit Leander. Huic refragatur Bern. Saccus, qui eum Montia hodie dici aſſerit. Sed alium præter hunc eodem tractu eſſe LAMBRVM ſcribit Gaud. Merula; quem Inſubres Meridiano vocant.

LAMBVLA, & PETRA Sanguinis dicuntur duo aditus anguſtiores, qui per Lucanos montes in Brutios ducunt, vt ſcribit Procopius Lib. 3. de bello Gothorum.

LAMECA, (nouum fortè) Cluſio Portugalliæ vrbs eſt, ad Durium fluuium; hodie Lamego dicta. Concil. Toletanum III. eius meminit. LAMACVM à Latinis etiam vocari, teſtis mihi fide dignus Emanuel Enricus Luſitanus.

LAMEIA λάμεια, Arcadiæ mons. Stephanus, ex Parthenio. Vide LAMIA.

LAMELLVM, vocat Platina inſulam in Mari Tuſco: Arni oſtiis obiacentem quæ hodie Malora dicitur.

LAMENIVM, vide LIMINIVM.

LAMETIA λαμητία, Lycophroni ad mare Tyrrhenum in Lucanis opidum eſt. ſic dictum à Lameto flumine, vt Stephanus tradit: Euphemia hodie vocari opidum ſcribit Gab. Barrius. Idem addit Lametũ fluuium adhuc nomen ſuum retinere. Hinc LAMETICVS Sinus, apud Ariſtotelem 7. Politicon. cap. 10. qui ait abeſſe à Scylletico itinere dimidiati diei. Additq; idem hanc oram Italicam dictam Oenetriam. Hanc ſinum hodie Golfo di Taranto nominari, malè ſcribit Dominicus Niger. LAMETVM λαμητος, fluuium, & LAMETINI λαμητῖνοι, vrbem circa Crotonem, habet Stephanus. falsò autem, vt docet Caſaubonus ad 6. Strabonis. Vide HIPPONIATES.

LAMETINI, vide LAMETIA.

LAMFOCTENSE opidum, in Mauritania. Ammianus. Per E in prima, eſt in Vict. Vticenſ. Fragmento M. S. & LAMFORTENSIS in Coll. Carthaginienſi.

LAMIA λάμια, Theſſaliæ vrbs: Straboni, Polybio, Pauſaniæ, Stephano, & Liuio 7. & 36. dicitq; ab Heraclea Phthiotidis, VII. M. P. diſtare. In Phthiotide eſt Plinio, & Ptolemæo. Eſt in Bœotia vrbs: apud Plinium. Ciliciæ eſt etiam, auctore Stephano. An Lamus Ptolemæi? Fluuij quoque nomen, qui aduerſus Oetæ monti eſt. Pauſanias, in Atticis. vt vertit Amaſæus. Vide LAMEIA.

LAMIACVS, vide MALIACVS.

LAMIÆ inſulæ, ante Troada. Plinius.

LAMIANI Horti, extra vrbem, vbi Suetonius cadauer C. Caligulæ combuſtum ſcribit.

LAMIDA λάμιδα, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptolem.

LAMIGGINENSIS Epiſcopi Numidiæ, meminit Fragm. Victoris Vticenſ. non excuſum. Item Coll. Carthag. ſed LAMIGGIGENSIS per G. in penultima.

LAMINITANI, Hiſpaniæ populi, Plinio. quos Pinetus Alambra vertit. LAMINITANVS Ager, Citerioris Hiſpaniæ, vbi Anas amnis oritur. Campo de Montiel, P. Methymnæo, & Cluſio: Mancha d'Aragon, Varrerio: Mancha çiega, Henrico Coquo. Tractus frumentis maximè fertilis; at aquæ penuria plerumque laborans, propter fontium raritatem.

LAMINIVM λαμινίον, Carpitanorum, in Hiſpania vrbs. Ptolemæus, & Antoninus.

LAMMAS λαμμὰς, Paleſtinæ locus: Ioſue 15. LEEMES legit D. Hieronymus.

LAMMAVS, vide BETHEL.

LAMNÆVS, vide NAMADOS.

LAMNAS, vide LEEMES.

LAMNVM, vide TAMNVM.

LAMONES, vide CAMPI LAPIDEI.

LAMONIA, Ægypti locus, Guil. Tyrio 19. cap. 25. Hinc decem milliaribus habet BEBEM locum (quod interpretatur portæ) eo quod inter colles oppoſitas trãſitus arcetur.

LAMOSI, vide LAMVS.

LAMOTIS λαμώτις, Ciliciæ regio: Ptolemæo.

LAMPA, vide LAPPA.

LAMPESA λαμπαῖσα, Africæ Propriæ vrbs: Ptolemæo auctore. vbi LEGIO III. AVGVSTA LAMBESE Antonini eſt.

LAMPAGÆ λαμπαγαι, Ptolemæo, LAMBATÆ interpreti, Indiæ intra Gangem gens.

LAMPAS λαμπὰς, locus in Taurica Cherſoneſo videtur, in littore Ponti Euxini. Arrh. Periplus.

LAMPE λάμπη, Cretæ inſulæ vrbs: Polybio 4. & Dion. 51. Sed geminato PP. Scribendum, docet Steph. Vide LAPPA. Arcadiæ opidum eſt: Plinio. Eſt & Acarnaniæ: Stephano. & Argolis, eidem. Vide PHOENIX, ARPI, & LAPPA.

LAMPETES λαμπέτης, Hipponij montis aſperum cornu: In Italia: Lycophroni.

LAMPETIA λαμπέτεια, Brutiorum ciuitas, vt refert ex Polybio Stephanus: Cetrario nunc eſſe ſcribit Barrius. Opidum in edito loco ſuper ſaxum mari incumbens, ſitum. Vide CLAMPETIA, & DAMPETIA.

LAMPETIVM λαμπέτειον, ſepulcrum in Lesbo inſula. Stephanus. Idem fortè cum Lepethymno.

LAMPEVS, vide LAMPIA.

LAMPIA λάμπεια, Arcadiæ mons, aut pes Erymanthi montis: Straboni & Pauſaniæ. Apud Apollonium 1. ſaltus Arcadiæ eſt. ad Erymanthum fluuium, vt addit eius Scholiaſtes. Meminit huius etiam Papinius 4. Thebaid. (apud quem eſt Arcadiæ ciuitas, ſi Lutatio Placido creditur.) LAMPEVS eſt apud Plinium.

LAMPIS, vrbs circa Mæandrum fluuium. Nicetas.

LAMPONEA λαμπώνεια, Troadis vrbs: Stephano. Herodotus LAMPONIVM λαμπώνιον, eandem vocat. Aeolidis Straboni. Inſula circa Thraciæ Cherſoneſum, Plinio.

LAMPONIVM, vide LAMPONEA.

LAMPPE, vide LAMPE.

LAMPRÆ λαμπραὶ, duo municipia ſunt Erechteiæ tribus: vnum maritimum, alterum in editiore loco. Suidas. Meminit harum etiam Theocritus in Batto.

LAMPSACVS λάμψακος, Ptolemæo Myſiæ ciuitas, ad Helleſpontum, quæ data Themiſtocli in vinum, à Perſarum rege. Teſtis Thucydides, 1. Hæc antea PITYVSA. dicta fuit, teſte Plinio. PITYOESSA πιτυόεσσα, habet Plutarchus de virtutibus mulierum. Stephanus ſcribit PITYEIAM πιτύεια, ab Homero vocatam. Idem dicit ab Epaphrodito LAOMEDONTIAM λαομεδοντία, appellatam. Alij Pityeiam non pro ipſa Lampſaco accipiunt, ſed eam inter Parium & Priapum collocant, teſte eodem. Lampſacum etiam ABARNIS ἀβαρνὶς, & per metatheſim, APARNIS, per P. in prima, & ABARPIS, per P. in vltima ſcribi, ait Stephanus. Suidas ſcribit regionem ſic nominatam. Xenophon & Stephanus promontorium quoque ſic vocat. Lampſacum hodie Lampſico appellari, tradunt Sophianus & Zardus. Lepseke Leunclauius: Circe autem Oliuario auctore. Opidum imprimis Aſiæ clarum & nobile vocat Lucilius, apud Non. Marcell.

LAMPSEMANDVS, Cariæ regionis inſula, in ſinu Ceramico. Plinius. Eſt LEPSEMANDVS Stephani.

LAMPSVM, Theſſaliæ opidum: apud Liuium, lib. 32.

LAMPSVS λάμψος, pars regionis Clazomeniorum. Stephanus.

LAMPTER, *vide* PHOCÆA.

LAMPVENSIS *Plebs, in Africa. Coll. Carthag.*

LAMPVRA, *vide* SELAMPVRA.

LAMPYRENSES λαμπυρεῖς, *Atticæ regionis curia: Straboni.*

LAMSORTENSIS, *vide* LAMFOCTENSE.

LAMVM, *Latij opidum, Georgio Fabricio, in ſuis Itinerariis; quod* Marino *appellari ait.*

LAMVS λάμος, *Ciliciæ vrbs & fluuius: apud Ptolemæum.* LAMVSIA *regio; Stephano. Eſt quoque Læſtrigonum vrbs: Ouidio, Homero, & Suidæ. Caietam intelligo. vocat enim hanc à Lamo regnatam vrbem, Silius Italicus, lib. 8. Sed & Formias ab eodem regnatas, docet Horatius Carm. 3. ad Aelium. Eſt fluuius in ſummo Heliconis iugo: Pauſaniæ in Atticis.* LAMOSI *epiſcopatus, ſub ſede Seleucienſi, meminit Guil. Tyrius. Lamus hæc fortè Ptolemæi.* LAMVS *Diacono Longobard. 2. cap. 16. Lucaniæ vrbs. Vide* LAMIA.

LAMVSIVM λαμύσιον, *locus vbi Draco colitur, in quo Metellam Metelli F. à Veſta miſſam, & à victima reſeruatam, ſcribit Plutarchus, in Parallelis Romanor. cum Græcor. Sed Lanuuium legendum.*

LAMVRA λάμυρα, *apud Stephanum, fluuius, & vrbs Lyciæ, Ptolemæo vrbs* LIMYRA, *& fluuius* LIMYRVS *dicitur.* LIMYRA *fons eſt quoque, Plinio. vide* MYRVS.

LAMZELLVM, *in Africa locus. Coll. Carthag.*

LAN, *vide* LA.

LANARIVM *fluuium, habet Antoninus, in Sicilia.*

LANCE, *Antonino Hiſpaniæ vrbs: circa Lacobricam. Vide* LEGIO VII. *Germanica.*

LANCIA λαγκία, *Hiſpaniæ vrbs, Floro 4. Maximam Aſturiæ vrbem vocat Dio 53.* λαγκίατοι *eſt Ptolemæo. vide* OCELENSES, *&* LANCIENSES.

LANCIATI λαγκίατοι, *Aſturiæ in Hiſpania vrbs. Ptolemæus. Vide* LANCIA.

LANCIENSES OPPIDANOS, *&* LANCIENSES TRANSCVDANOS, *Hiſpaniæ populos, habet vetus inſcriptio, quæ Alcantaræ in ponte eſt. Lanciam opidanam* λαγκία ὀπιδάνα, *vrbem habet Ptolemæus in Luſitania. Vide* OCELENSES.

LANCOBARDI, *vide* HERVLI, *&* WINVLI.

LANCOBRIGA, *&* LANGOBRICA, *vide* LACOBRIGA.

LANDI λανδοι, *Germaniæ populi, quos ſcribit à Germanico Cæſare deuictos, Strabo.*

LANDOSIA λανδόσια, *Galatiæ opidum: Ptolemæo.*

LANEVM, *Ariſtidis prædium, vt ipſe ſcribit. In Myſia Aſiatica videtur.*

LANGARIÆ λαγγαρίας, *ſinus, apud Lycophronem: circa Troiam. ſimplici γ. erat in ora,* LAGARIA.

LANGATES *Liguriæ populi, agri Genuenſis, teſte tabula antiquiſſima ænea, quæ Genuæ exſtat. Eorum opidulum hodie* Langaſco, *vel* Lagnaſco *appellatur, vt credit Aug. Iuſtinianus.* LANGENSES *ibidem, & in eadẽ tabula.*

LANGIA, *vide* NEMEA, *&* ARCHEMORVS.

LANGLARIA, *&* PERTICVS, *ſiluarum nomina Lugdunenſis Galliæ, teſte Hugone Floriacenſi, M. S.* LANGOLARIA *legit Cœnalis, & dicit fortè* Aigle *hodie dici.*

LANGO λάγγων, *Eleorum vrbs, in Peloponneſo. Plutarchus in Cleomene.*

LANGOBARDI, *Tacito 11. Annal. Hæc vera ſcriptura. non Longobardi, aut Laccobardi. eſt enim vox Germanica, teſte locupletiſſimo Diacono. à* lang *quod* longa, *&* bard, *quod* barbam *notat. Quare ita vocatos, lege apud eundem. qui eos ex Scandinauia in Germaniam commigraſſe ſcribit. Prius* WINVLI *dicebantur. Vide* LACCOBARDI, *&* MACROPOGONES.

LANGOBRICA, *vide* LACOBRIGA.

LANGVVILLA, *vide* ALBA POMPEIA.

LANIASINA, *vide* CAPPADOCIA.

LANIGARA λανιγάρα, *Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis opidum.* Guagida *apud Marmolium.*



LANISE, *Plinio maris Aegæi inſula eſt.*

LANIVIVM, *vide* LANVVIVM.

LANNICVM *pagus, circa Arelatem. Vita S. Cæſarij Arelatenſis epiſcopi.*

LANOS, *fluuius & promontorium apud Seras. Plinius. Vide* SÆNOS.

LANVBIVM, *vide* LANVVIVM.

LANVENSES, *Regionis* IIII. *Italiæ populi: apud Plin.*

LANVS *fluuius, vltra Danubium. vnde Alani. Iſidorus. Corn. Kempius* LAMVM *fluuium in Friſia deſcribit, vnde illi Alani populi, idq; ex Oroſij 7. cap. 32. fruſtra. vide* LAVBACVS.

LANVVINAM *Villam, habet Capitolinus; vbi Antoninum Pium Imp. natum ſcribit.* LAVRINA *legit aliud exemplar. & rectiùs, à Lauria vel Loria, vt monuit me quoque Celſus Cittadinus. Vide* LORII *Villa.*

LANVVIVM, *Plinio vbi Iunonis Soſpitæ fanum. teſte Liuio pluribus in locis. Propertio quoque, & Ciceroni pro Flacco, Latij opidum; Blondus & Leander* Indiuina *appellari aiũt. ſic quoque Celſus Cittadinus: cui in Via Appia eſt* XVI. *ab Vrbe milliarib. Aelianus Animalium lib. 11. cap. 6. hanc* LAVINIVM *vocat; additq; eam meritò Matrem primariam Vrbis Romæ poſſe dici. vbi duplex error; in nomine, & hiſtoria. cum Lanuuium legendum. neq; vt facit, huius vt originem Latini filiæ tribuendam.* LANVBIVM *colonia eſt apud Frontinum M. S. &* LANIVIVM, *in marmoribus.* CC. *plus minus ab Vrbe ſtadijs, hoc eſt 25. M. P. fuiſſe, ex Diodori 14. conijcitur: vbi ait Marcium, (locum ſic dictum, haud procul hinc teſte Liuio 6) totidem à Roma diſtare. De Lanuuij & Lauinij differentia (magna enim harum apud auctores tam Græcos quam Latinos cõfuſio eſt) videnda ſunt Scholia Sigonij, in Liuij, lib. 8. Caſtigationes Hermolai in 3. Plinij: & Vrſinum, de Familiis, in Papia gente. item Simeonem Boſiũ in Epiſtolis ad Atticum: vbi ſcribit vtrumque locum* LANVVIVM *tempore Ciceronis vocatum. tam quòd in agro Laurentis, quàm quòd ſupra Aritiam erat. neſcio an verè. At quare non addam quoque hic Celſi Cittadini Anglerij ciuis Romani verba ex ſchedis mihi Romam miſſis? quæ ſunt hæc, Quamuis Fuluius Vrſinus in lib. de Familiis in Papia gente de Lanuuio ſeu Laniuio, & Lauinio ſatis ſcripſerit, volumus tamen hic noſtram ſententiam ſubſcribere. Sciendum eſt igitur, aliud eſſe Lauinium, & aliud Lanuuium ſeu Laniuium: nam Lauinium propius eſt mari inter Oſtiam Ardeam, & Veliternum, & nunc vulgo nominatur* Ciuita Lauina, *& diſtat ab Vrbe ferè* XX. *M. P. Lanuuium verò eſt propius Viam Appiam, inter Albanum, Ariciam, & Ardeam, & vocatur vulgo* Ciuita Indouina, *& ab Vrbe diſtat* XV. *M. P. hactenus Anglerius. Hoc habeant autem à me geographiæ ſtudioſi, vbicunq; apud ſcriptores mentio de Iunone Soſpita,* Lanuuium, *non* Lauinium *legendum.* LAVINO *apud Sil. Ital. 13. malè, pro* LANIVO *vel* LANVVO *eſt. vt inter multa hoc vnum emendem. Vide* LAVINIVM.

LAODAMANTIA, *Libyca inſula Stephano, &* LAOMEDONTIA *vocatur. ex Artemidoro.*

LAODAMANTIVM λαοδαμάντιον, *vicus in Libyæ Nomo. Ptolemæus.*

LAODICEA λαοδίκεια, *Ptolemæo eſt Cœleſyriæ vrbs: in Laodicea regione; quam* CABIOSA καβίωσα, *cognominat. (Scabioſa malè interpretibus.)* LAVDICIA *legit Antoninus.* LIBERAM *hanc cognominat Plinius. Eandem idem ad Libanum cognominat. Prius* LEVCE ACTA λευκὴ ἀκτὴ, *i. Album Littus vocata, Stephano. apud quem etiam* RHAMITA ῥάμιθα, *antea dicta fuit. Hodie* Liche *dici, ſcribit Oliuarius;* Laliſa, *Niger;* Liga *Beniamin;* Lizza *Thomas Minadoius.* LAODICEA, *Phrygiæ vrbs, Lydiæ regionis ad Lycum fluuium, Suidæ, & Ptolemæo. Philoſtratus in Philemone hunc Caryæ adſcribit. corruptè pro Cariæ, vt puto, finitimæ regionis. Hæc Plinio teſte, prius* DIOSPOLIS, *& deinde* RHOAS *dicta fuit.* Laudichia *hodie mihi videtur. at* Noue Leſke *à Leunclauio interpretatur.*

LAO-



LAODICEA, *apud Plinium Meſopotamiæ vrbs eſt. hanc Pinetus* Lor *vertit. Stephanus, & idem Ptolemæus habent* LAODICEAM *in Galatia, quæ ab eo Combuſta,* KATAKAYMENE *cognominatur. Aliam* LAODICEAM *deſcribit Stephanus in Media. hanc Plinius tradit ab Antiocho in extremis Mediæ finibus conditam. Eſt & Peloponneſi vrbs, Megalopolitidis regionis, Polybio 2. quam terræ Oreſtidis facit Thucydides 4.* LADONCEA *hæc Pauſaniæ.* LAODICEAM *coloniam, habet Onuphrius, ex Vlpiano. Vide* TRIMITARIA, *&* THEODORIAS.

LAOMEDONTIA, *vide* LAODAMANTIA, *&* LAMPSACVS.

LAORIPA λαορίππα, *Ptolemæo,* LATHRIPPA *interpretibus, Vicus in Libyæ Nomo.*

LAOS λᾶος, *Italiæ opidum; Herodoto, in Erato. Vide* LAVS.

LAPADVSA, *vide* LOPADVSA.

LAPÆA λαπαία, *locus apud Theophraſtum 2. Hiſt. Plantar. cap. 8. Vide* LAPPA.

LAPARA λάπαρα, *ei loco ob pinguedinem & fertilitatem ſoli id nomen fuit; nunc* LYCANDVM λυκανδὸν, *vocant. pars eſt Cappadociæ. ſic Georg. Cedrenus. Huius meminit etiam Porphyrogenneta, & Curopalates. item Zonaras, ſed hic per iota in prima vtrobique. Niſi hallucinor, Cedrenus hunc eundem alio in loco* LICANDRVM, *& Curopalates* LIMANDVM *appellat.*

LAPATHVS, *Liuio ad Aſcuridem paludem locus eſt. vt ſcribit libro 44. Idem habet* LAPATHVNTA *Caſtellum, quod* CHARACA *appellant; qua Tempe adeuntur in Theſſalia. Vide* LAPETHVS.

LAPATIA CORI λαπατία κώρυ, *Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium, quod &* TRILEVCVM τρίλευκον, *Ptolemæus vocat. An Scythicum Pomponij? non puto.*

LAPDENSIS, *vide* LABDENSIS.

LAPERSAE, *vide* LA.

LAPITHVS λάπηθος, *Cypri vrbs: Nonno & Stephano.* Λάπηθος, *Ptolemæo: vrbs & flumen.* λαπαθος, *Straboni.*

LAPHYSTIÆ λαφυσίαι, *dicuntur Bacchæ, alio nomine* MIMALLONES: *à Laphyſtio monte Bœotiæ. Iſacius in Lycophr. Huius meminit quoq; Pauſanias, & Heſychius.*

LAPICINI, *Italiæ cis Apenninum populi, apud Liuium. Ligures puto.*

LAPIDES ATROS, *locum in Auſetanis, inter opida Illiturgim & Mentiſſam: vbi Aſdrubal caſtra habebat, habet Liuius, lib. 26. hoc loco deſcribit Ptolemæus* BIATIAM βιατία, *in Oretanis.* Peñas negras *locum dici hodie circa hunc tractum ſcribit A. Moralis. ſed an idem ſit cum hoc Liuij, ſe non adfirmare, addit.*

LAPIDIENSIS *Epiſcopatus, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Uticenſis.*

LAPIS *Adiutorij,* (ABENNEZER *70. interpretibus) in Palæſtina locus; 1. Samuel. 4. inter Maſphat & Sen. ibidẽ, cap. 7.* CORRÆVS *vocatur hic locus à Ioſepho.*

LAPIS *Perforatus, locus circa Byzantium,* Nicetæ.

LAPITHÆ, *circa Olympum Macedoniæ montem gens, Diodoro 4. Ad Peneum amnem, Procopio 4. Aedif. & Iſidoro. circa Lariſſam, Palæphato. Eſt mons ſic dictus, in Laconica, Stephano. cui & populi Theſſaliæ ſic dicti. Iidem cum Diodori.*

LAPITHÆVM λαπίθαιον, *in Taygeto monte Peloponneſi, vrbs. Pauſanias.* LAPITHE *apud Stephanum.*

LAPITHE λαπίθη, *Theſſaliæ vrbs eſt. Ptolemæo, & Stephano. vnde Lapithæ gentile. Vide* LAPITHÆVM.

LAPITHVS, *vide* LAPETHVS.

LAPPA λάππα, *Cretæ mediterranea vrbs: Dioni & Ptolemæo.* λαμπα *&* λαππα, *videtur apud Polybium 4. Meminit huius loci Epiſcopi quoque ſynodus* VI. *Conſtantinopolitana. Eandem cum* LAMPE *puto.*

LAPSIAS, *Bithyniæ fluuius. Plinius.*

LAPVRDVM, *habet liber Notitiarum pro vrbe* Nouempopulanæ *regionis, in Gallia Aquitanica. Hanc hodie* Lorda *vocari, ſcribit Ioſephus Scaliger, in ſuis Lectionibus Auſonianis.* Lourde *Belleforeſtio. Lapurdenſium lo*-



*cuſtarum meminit Sidonius lib. 8. ad Trigretium.*

LAR λάρ, *Ptolemæo eſt Arabiæ Felicis fluuius, in Sinum Arabicum erumpens:* Om *eum vocant recentiores tabulæ. Caſtellum in Mauritania Cæſarienſi eſt* Lar, *apud Antoninum.*

LARANDA λάρανδα, *Antiochianæ regionis, in Cappadocia vrbs, Ptolemæo, Straboni, Diodoro, Antonino, & Ammiano. Lyciæ attribuit Suidas, in verbo* Νέστωρ. *Lycaoniæ Steph.*

LARASSA λάρασσα, *Mediæ vrbs, Ptolemæo.*

LARATINI, *Italiæ populi, Halicarnaſſeo.* LAVRENTINI *mallet legere Sylburgius. vide* LOMENTOS.

LARDAEA, *locus circa Mœſiam, Nicetæ.*

LARENDANI, *Plinio Arabiæ Felicis gens.*

LARES λάρης, *Africæ Propriæ opidum, Ptolemæo* Migana *Marmolio vocatur. Vide* LARIS, *&* LARIBVM.

LARGA, *Antonino vrbis nomen, inter Viſontionem & Argentoratum.*

LARGIA, *vide* ARCHEMORVS.

LARIAGARA λαριαγάρα, *Indiæ extra Gangem vrbem habet Ptolemæus.* Caracaran *vocatur Mercatori.*

LARIBVM *ciuitas Africæ. Meminit huius Procopius, D. Auguſtinus, & Aethicus.* LARIBVS *colonia eſt apud Antoninum.* LARES *Ptolemæi alia eſt ab Antonini. in eadem Africa tamen.*

LARICES λαρικῆς, *Indiæ intra Gangem populi, Ptolemæo.* LARICA *regio; apud eundem. Norici vrbs eſt apud Antoninum. vbi hodie adhuc* Larfeldt, *à laricibus arboribus nominis veſtigium ſeruat. teſte Lazio.*

LARICINVM, *vide* LARIGNVM.

LARIENSES *populi, ſunt apud Strabonem 1. quos terræ motu euerſos ſcribit. Græciæ videntur.*

LARIGNVM *caſtellum, habet lib. 2. Vitruuius, circa Alpes, quod Iulio Cæſari ſe dedidit.* LARICINVM *apud Iſidorum, 17. cap. 7. Gentile huius eſſe* LARISCVLVM *vult Ant. Auguſtinus 4. Dialogor. de Numiſmatis antiquis. vnde P. Accoleius Lariſcolus: de quo nummus teſtatur argenteus.*

LARINA λάρινα, *vrbs Lauinienſium. Stephanus. Sed pro Lauinienſium emẽdat Pintianus* Daunidrum. *Idem cum* LARINVM. *Vide* LARNIA.

LARINATES, *cognomine* FRENTANI, *ſunt Italiæ in Apulia populi, Plinio.* LARINVM *vrbem, decem & octo millia paſſuum diſtantem à Theano Apuliæ habet Cicero pro A. Cluentio: item Plinius.* Λάρινον *quoque Ptolemæus, in Pherentanis. Quaq; iacet Superi Larinas accola ponti. Silius 15.* LARINVS *Ager, eidem Ciceroni, pro Cluentio. &* LARINATIS *Ager, apud Liuium 22. & 27.*

LARINE, *Atticæ fons: Plinio. Epiri pagus, Athenæo 9.*

LARINVM, *&* LARINVS, *vide* LARINATES, *&* LVCRINVM.

LARIS, *Africæ vrbs. In bello Iugurthino, Salluſtij. Vrbs antiqua maritima, in ſolitudine, quæ eſt inter Ægyptum & Syriam. Guil. Tyrius. An ad Caſium montem? de quo vide* CASIVS.

LARISVS, *vide* LARISSVS.

LARISSA λάρισσα, *Ptolemæo & Pauſaniæ. Macedoniæ vrbs, ad ſinum Pelaſgicum. Vnico s. ſcribendum docet Ful. Vrſinus, ex nummo.* ARGOS *olim dictam, ſcribit Euſtathius, & Porphyrogenneta, qui eam Theſſalicam facit.* PELASGIAM *hanc etiam dici, item* CREMASTEN κρεμαστὴ, *id eſt penſilem vocari, tradunt Strabo & Liuius. Hanc Sophianus hodie* Larizzo *nomen habere dicit,* Larzo *corruptè, in Tabulis Geographicis. Eſt & alia* LARISSA, *in eadem regione, ſed ad Peneum fluuium, Ptolemæo, Procopio, & Pauſania teſtibus.* ARGISSAM, *&* ARGVRAM *hanc aliquando appellatam ſcribit Euſtathius in* Ιλιάδ. *β. Etſi harum duarum in Macedonia Lariſſarum, teſtem adduco Ptolemæum, in Græcis tamen codicibus* CHARISSA χάρισσα, *legitur, pro ea quæ apud Pelaſgiotas ad Peneũ eſt. Sed quia in omnibus ferè Latinis exẽplarib. imprimis vetuſtioribus, Lariſſa legitur, Sophianus etiam ipſe ex Græcia oriundus, Lariſſam in ſua Græciæ*



tabula

tabula ponat, tum fretus auctoritate Procopij & Pauſaniæ; adducor in eam ſententiam, vt pro Chariſſa, Lariſſam apud Ptolemæum reſtituẽdum putarim. Geographia Ptolemæi Latina, excuſa Argentorati, apud Ioannem Scotum Anno CIↃ. IↃ. XX. etiam Lariſſa legit, & in ora libri λαεισσα; ſingulis namque vocibus in hoc codice adiuncta ſunt à latere vocabula Græcè ſcripta. Theuetus Lariſſam, Larmire vulgo nomen habere dicit, at quam nam, reticet.

LARISSA Stephano eſt iuxta Oſſam. alia ab ea quæ ad Peneum. Atque hæ tres ſunt, quas in vna Theſſalia numerat; LARISSA, Syriæ ciuitas eſt Ptolemæo, Straboni, Zoſimo, Antonino, & Stephano; qui dicit eam à Syris ZIZARA ζίζαρα, vocari. LARISSA, quæ ÆGYPTIA vocatur. ſic Xenophon. PHRICONIS cognominatur à Strabone lib. 9. Aeolidis vrbs inter Cumam & Nouum Murum, vti liquet ex Herodoto, in vita Homeri. ſed idem habet in Clio (niſi locus mendoſus ſit) λαεισσας, Aeolidis vrbem. Sunt plures LARISSÆ, quas enumerat Strabo lib. 9. vt Argiæ arx, in Peloponneſo. item in eiuſdem confinio. Huius etiam meminit Pauſanias. Xenophonti 3. Græcor. Lariſſa circa Eleos in Peloponneſo eſt. Troadis, eidem Straboni, ad Hamaxitum: maritimam hanc facit Xenophon 3. Græcor. & Thucydides 8. Hæc circa Tragaſas, Athenæo 2. Alia Epheſia. Alia Attica. Lydiæ, in Cãpo Cayſtro. LARISSAM habet Ant. Liberalis, inter Corinthum & Tegeam. Sed hæc fortè Argiæ. Plinius habet Lariſſam in Arabia Felici. & Stephanus in Creta inſula. Halicarnaſſeus 1. deſcribit Lariſſam in Campania, haud longè à Foro Popilio. LARISSAM Deſertam, habet Xenophon 3. Cyriacor. ad Tygrim fluuium, quam Medi tenebant. En quindecim huius nominis vrbes. Vide CVMÆ, ARGOS, & GORTYNA.

LARISSVS λάεισσος, amnis in Peloponneſo, Straboni. Eleum agrum à Dymæo agro dirimere, ſcribit Liuius. Achæorum regionem ab Eleis diuidere, tradit Pauſanias. item Plutarchus. Vno s. interdum geminato, hanc vocem ſcriptam reperio.

LARITENSIS in Africa loci, meminit Coll. Carthag.

LARIVS Lacus, Ptolemæo aliiſq; qui COMACENVS, ab vrbe illi adiacẽte, P. Diacono, & Antonino dicitur. Lago di Como, Italis: Chumerſe Germanis hodie dicitur.

LARNASSVS, vide PARNASSVS.

LARNENSES, vide LARNVM.

LARNIA λαρνία, ciuitas Tuſciæ eſt, apud Sozomenum 9. cap. 6. LARINA habebat interpres. quam ſcribit tonitru & fulminibus, dum ab Alaricho obſidetur, conſeruatam & liberatam. NARNIA legendum adfirmo. NEVEIA Zoſimi videtur. ex ſimili hiſtoria. NARNIA autem hic quoque pro Neueia legerim. Videtur quoque Galilææ Primæ vrbs, cuius Epiſcopus Euphraſius vocatur, in concilio ſub Leone Imp. habito.

LARNOS, inſula deſerta, circa Thraciæ Cherſoneſum, vt ex Plinio videtur. SARNIS habebat M.S. codex. An Sarnuſij inde, apud Polyænum 4.

LARNVM, flumen Hiſpaniæ Tarraconenſis; circa Pyrenæi radices. Plinius. LARNENSES populos, habet idem, eodem tractu, vt videtur.

LARO, Tuſciæ amnis Catoni. Arone Leandro nunc. Vide LARVS.

LARODIS, vide THERMÆ.

LAROLVM λαρολον, vrbs in Via Flaminia, apud Strabonẽ.

LARTHENIANVM, Etruriæ opidum; quod prius ENIANVM dicebatur: & poſtea VEIENS à Romanis vocatum fuit, vt tradũt M. Catonis Fragmenta de Originibus, quæ circumferuntur. item Itinerarij Antonini Frag. quod Lartheniani ſiue Veienti meminit. VEII, vrbs eſt Liuio; & VEIENTES gens, BEII βηιοι, Plutarcho. Hac noſtra tempeſtate Marthemano appellari, refert, ex Annio Leander Albert. Pontiana ſcribit Nardus: Ciuita Caſtellana eſt aliis. Veiens negat Ant. Maſſa Caſtellanã eſſe.

LARTHES, vide OSSA.

LARTOLÆETANI λαρτολαιηταvοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, inter Pyrenæos & Iberum, contigui Lætanis. Strabo.

LARVNESIA λαρυνησία, inſula maris Mediterranei; circa Africam Propriam, Ptolemæo. Duas λαρυνησία inſulas faciunt Geſnerus, & Fazellus: quarum hic alteram ſine nomine eſſe, alteram Mollium vocari tradit.

LARVS mons, Hygeno. Circa Coloniam Claudiam. LAROS Italiæ fluuius, Phauorino. Laro Catoni fortè.

LARYMA, vide LORYMA.

LARYMNA λάρυμνα, Pomponio eſt Achaiæ vrbs, è regione Euboëæ inſulæ. Bœotiæ vrbs maritima eſt, ad oſtia Cephiſi, Pauſaniæ & Straboni. cui quoque Locridis vrbs eſt; quam Superiorem cognominat. Plinius etiam Larymnam in ora Locrorum Epicnemidiorum deſcribit. Theſſaliæ quandam vocat Iſatius in Lycophronem. Vide LORYMA.

LARYSIVS λαρυσιος, mons in Laconica. Pauſanias.

LAS, vide LA.

LASA λασά, Palæſtinæ locus. Geneſ. 10.

LASÆA λασαία, vrbs Cretæ inſulæ, iuxta καλον λιμήν, Act. 27. THALASSA legit D. Hieronymus. ſed corruptè, vt quidam teſtatur apud ipſum Hieronymum, in eo opuſculo, quod de Actis Apoſtolorum inſcribitur.

LASAMICES, Cyrenaicæ regionis locus, Antonino.

LASBANVM, prædij nomen, circa Perſidem. Hiſt. Miſcella 18.

LASCORIA λασκορία, Ptolemæo, Galatiæ vrbs.

LASIA, Pamphilij maris inſula. Plinius. Et alia contra Troezeniam Peloponneſi. Vide ANDROS, & LESBOS.

LASICE λασική, Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo. ELICE Apud Antoninum eſſe; credit Ger. Mercator. Hoc nomen per Æ diphthongum auſpicari apud Antoninum video.

LASIO λάσιων, Peloponneſi vrbs, de qua contendebatur inter Arcades, vt habet Polybius 4. & Xenophon 3. & 7. Græcor. Triphyliæ regionis eſt apud Diodorum 15. ſed geminato SS. Cretæ inſulæ mons, Epiphanio, vbi Iouis ſepulchrum oſtenditur. Heſychio etiam eſt vrbs, & populi δρυλασιονες.

LASONII, vide CABELEES.

LASOS, Cretæ mediterranea vrbs, Plinio.

LASSIO, vide LASIO.

LASSIRA λάσσιρα, Heditanorum in Hiſpania Tarraconenſi opidum. Ptolemæus.

LASSIPPA λάσσιππα, Ptolemæo Indiæ extra Gangem vrbs LASIPPA interpretibus.

LASTHENES, vide LEOSTHENIVM.

LASTIGI, Plinio Hiſpaniæ Bæticæ opidum.

LASTORACIVM, vide LACTORACIVM.

LASTRONA, (ſi fida ſcriptio) loci nomen, in Codice 6. ti. 61. l. 1.

LASVLONIS, Pannoniæ vrbs, apud Antoninum, Lazius legit IASTRILLONES. Læuini Torrentij lib. M.S. IASTILONES.

LATAGE, Praſiorum Indiæ opidum. Æliano Animal. 16. cap. 10.

LATAMEDA λαταμήδα, Ptolemæo, CATABEDA interpretibus, fluuius Indiæ extra Gangem.

LATA PETRA, vide PLATEA PETRA.

LATANIA λατάνεια, Bithyniæ opidum, Ptolemæo.

LATARA Caſtellum, in Gallia Narbonenſi eſt, Pomponio Melæ. Lates Ioanni Poldo eſt. LATERRA Plinio ſtagnum in agro Nemauſienſi eſt, quod Poldus ſe ignorare fatetur, vbi ſit. Marius Niger verò (qua auctoritate neſcio) ſcribit hoc ab incolis Stagnone vocari. Mirum, rem ipſam indigenam latere, & peregrino nomen tamen innotuiſſe. Sed de hoc caſtello & ſtagno addam hic ea quæ à Carolo Cluſio teſte oculato habeo. is enim in litteris ad me hæc verba: Rectè Poldus, nam Lates etiamnum vocatur hoc caſtellum cum vico adiacente: Vicinum ſtagno Volcarum, qua Ledum flumen in ſtagnum labitur. Id ſtagnum aliquot milliaria in longitudinem porrigitur; cui aliquot vici & opidula adiacent. Nonnullis locis Eſtang, & vbi altius vadum habet, Eſtau, ab indigenis appellatur: qui piſces in altiore ſtagni gurgite captos, aliis præferunt, quod cœnum adeò nõ reſipiant. Littus maris, quod incolæ Playe de la mar dicunt, ſtagnum à mari ſeiungit: aquæ tamen marinæ fluxum quibuſdam locis in ſtagnum præbet: & haud dubiè id ſtagnũ tutiorem à pyratarum atq; hoſtium incurſionibus eam Galliæ Narbonenſis oram reddit. Hactenus Cluſius. Hoc ſtagnum itaq; quod à Plinio Laterra dicitur, VOLCARVM Stagna à Pomponio vocantur. Vide FAVCES Laterræ.

LATAVVM, Phœniciæ vrbs. lib. Notitiar.

LATEA λατία, Ptolemæo Arabiæ Felicis vrbs. Interpretes legunt LATTHA.

LATEMNVS, vide LATYMNVS.

LATERIVM, Villa fratris Ciceronis, in Italia. Campaniæ eſt; vti coniicio. Meminit eius Cicero 10. ad Attic. Epiſt. 1.

LATERRA, vide LATARA.

LATETANOS, Hiſpaniæ littoralis populos habet ex antiqua inſcriptione Hermolaus ad Plinij 3. cap. 3.

LATHALIENSES, vide CHATALIENSIVM.

LATHIVS λαθιος, fons iuxta Oeten. Etymologicon.

LATHON, vide LETHON.

LATHRIPPA, vide LAORIPPA.

LATIA, vel LATINA Via, vide APPIA.

LATINI, vide LATIVM.

LATINOBRIGA, vide LITINOBRIGA.

LATINVS Mõs, ſub quo tumultus auditus fuit. Dion. 39. Circa Vrbem videtur.

LATIVM, Italiæ regio, omnibus auctoribus nota, hodie Campagna di Roma dicitur, à Roma eius Vrbe ſortitum nomen, quaſi dicas Territorium Romæ. LATINI dicuntur eius incolæ. qui antea PRISCI πρῖσκοι, vt habet Halicarnaſſeus. Priſci vocabantur propriè, teſte Feſto, qui prius quàm Roma conderetur, fuerunt. Hi iidem prius CASCI nominabantur, vt putat Scaliger, ad 7. Varronis de L. Latina. Hos prius CETIOS κετίυ, & poſtea ÆNEADAS αἰνεάδαι, & ROMANOS ῥωμαίυ, vocatos, ſcribit Suidas. LATIVM diuiditur in Antiquum, & Nouum. Antiquum à Tiberi, ad Circæios: Nouum hinc ad Lirim fluuium. auctores Strabo, & Plinius, qui huius incolas LATINOS vocat. item inter eos etiam LATINIENSES, ſed quos interiiſſe ſcribit. Latium ſcribit Collenutius hodie Latio, vel Campagna di Roma, & Maremma dici. LATIVM cognominat Virg. 7. Aeneid. HESPERIVM.

LATMVS, Cariæ regionis mons Pomponio, & Plinio, quem Hecatæus innuit eundem eſſe cum eo quem Homerus PHTHEIRON φθειρῶν, vocat. etſi alij GRIVM γρίον, intelligant. ex Strabone. Huius Latmi meminit etiam Plinius ad calcem 8. vbi quædam exemplaria ALETINIVS legunt. Sed LATMVS retinendum putat ex Antigoni Mirabilium narratione. Vrbem videtur facere Polyænus 8. in Artemiſia. LATMVS, etiam inſula maris Aegæi, apud Thucydidem 3 λάτμος. Heſychio, vrbs, mons, & fluuius inde exoriens. Ciliciæ fluuius & pagus Straboni. Ptolemæus vtrumq; LAMVM λάμος, ſine T. vocat. & Lamotidem regionem, LAMVSIAM Stephanus. & Lamon quoque fluuium. Iſauriæ vrbs eſt LATMVS, in Concil. Chalced. Vide HERACLEA Cariæ.

LATO, vide CAMERA.

LATOBICI, vide LATOVICI.

LATOBRIGI, Cæſari Celtæ ſũt, finitimi Heluetiorum; quos Loſanne, ad lacum Lemanum vocat, ſed ſubdubitans, Marlianus. Rhellicanus 𝔚alliſſerlandt, & Scudus 𝔈letgow interpretatur.

LATOBVLGIVM, vide ABLATO BVLGIO.

LATOIS (λατωίς, in Græco eſt) quæ nunc LATORIA λατώρεια, villa quædam montana, apud Epheſum: vbi Pramnium vinum naſcitur. Ex Athenæo.

LATOMAGVM, Galliæ opidum Antonino. RATVMAGVS Tabulæ Peutingerianæ videtur M. Velſero.

LATOMIÆ λατομίαι, quarum Cicero in Verrem, & Plutarchus in vita Dionis meminit, Syracuſarum carcer eſt; vt Varroni placet, vbi & lapidicinæ fuerunt. PHILOXENI Poëtæ cognomẽ habuiſſe eas, ſcribit Aelianus 12. Variar. cap. 44. Hodie Tagliate vocantur, vt ſcribit Aretius. Eorum pars adhuc teſtudinata, Grotta di S. Nicola vocatur, à quodam Anonymo non contemnendo. LATOMIAS, quas Strabo lib. 5. in Gabiorum regione deſcribit; (λιθοτομίαι Thucydidi ſunt.) Dom. Niger hodie Gallicano vocari ait. Blondus autem Gallicanum in ipſis Gabiis ponit. LATOMIÆ quoque locus, Straboni 17. ad Sinum Carthaginienſem: inter Tynim & Hermæum. Huius etiam meminit Diod. 20. LATOMIÆ ſex inſulæ, in ſinu Arabico. ſic dictæ, à Strabone 16.

LATONE, Ptolemæo Ægypti vrbs eſt, ad Nilum. Derote hæc eſt Ziegiero. λατοῦς πόλις eſt in Græco. ſic etiam Stephanus habet. Inde LETVPOLITES Nomus eiuſdem Ptolemæi. LATONÆ Lucus, Cariæ regionis, eſt apud Strabonem: iuxta Phyſcum, ad mare. Huius meminit quoque Appianus, in Mithridaticis.

LATOPODON, vide EVGYON.

LATOPOLIS, vide LATORVM vrbs.

LATORIA, vide LATOIS.

LATORVM Vrbs, λάτων πόλις, in Aegypto, Straboni & Ptolemæo. LATOPOLIS legunt Latini codices Ptolemæi. LETVS eſt Antonino; & LATVM fortè in libro Notitiarum, Simleri ſententia. Sed LATVM eſt quoque, apud Antoninum. Letus ergo eius, alterius loci eſt. LATOPOLITES Nomus hinc Plinij.

LATOVICI, Plinio Pannoniæ gens. Λατόβικοι, Ptolemæo ſunt. Antoninus meminit Prætorij Latouicorum. Huius rudera exſtare haud dubiè in tractu Valeriæ, ſcribit Lazius. Vide PRÆTORIVM.

LATRA, Mæſiæ Secundæ vrbs. lib. Notitiar.

LATRE λάτρη, Cedreno mons circa Epheſum. LATRIVS, apud Curopalatem.

LATRINGES, gens Sarmatiæ Europeæ, vt videtur apud Iul. Capitolinum, in M. Antonino philoſopho Imp.

LATRIS, inſula Germaniæ Plinio, ad oſtium Viſtulæ fluminis. Hanc Maiorem ab incolis vocari dicit Niger, 𝔊roſwerder vernaculum, ni fallor, interpretans (quod maior inſula ſignificat) ſic enim hodie nominant inſulam Viſtulæ fluminis prope Dantiſcum. Videtur mihi Friſchnarung, in tabula Pruſſiæ.

LATRIVS, vide LATRE.

LATRONES, vide LESTÆ.

LATTHA, vide LATEA.

LATVM, vide ABLATO, & LATORVM Vrbs.

LATVRVS SINVS, Libyci maris, apud Melam: idem fortaſſe cum eo qui NVMIDICVS à Ptolemæo dicitur. Hunc Marmolius Golfo de Eſtora nominat.

LATVSATES, Galliæ Aquitanicæ populi, apud Plinium.

LATYMNVS λατύμνος, Theocrito mons eſt in Magna Græcia, non procul à Crotone, vt habet eius Scholiaſtes, & Lexicon Phauorini. ſed per n in pænultima. Idem Scholiaſtes addit à quibuſdam Laconiæ montem ſic vocari.

LAVARE λαυαρή, Luſitanorum opidum Ptolemæo. Auero hodie Floriano, Porto, Epiſc. Gerundenſi. huic ſuffragatur Tabula Hiſpanica Henr. Coqui. Opidum ad Durij fluminis oſtium ſitum. Pro Auero autẽ habet Amicus meus Emanuel Enricus.

LAVATRIS, vel LEVATRIS, Angliæ vrbs. Antoninus, & lib. Notitiar. 𝔖tanemore Camdeno.

LAVBACVS, qui aliis LAVICA, & LABOLA, Friſiæ fluuius; apud mediæ ætatis ſcriptores. Cornel. Kempẽſis LANVM eundem vocat. Hodie 𝔏auwers Hieronymus Verrutius. Fluuium inundationibus interiiſſe puto: nomen autem ſupereſſe, inter Coreſandam & Monicogam inſulas. Suffridus vult olim Rheni fluminis oſtiũ fuiſſe. Eſt quoq; loci & fluuij nomen, in Hannonia. Vita S. Landileni.

LAVD, Mauritaniæ Tingitanæ fluuius, ad Ibericum mare. Plinius.

LAVDENONA, vide BLANDENONA.

LAVDIA λαυδία, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum: Ptol.

LAVDIACVM Vicum, ſexto à Turonica vrbe milliario, habet Greg. Turonenſis 2.

LAVDIAS, vide BARZALA.

LAVDICIA. *Laudicianorum quadrigas, celebrat Symmachus 4. ad Euſraſium. Hiſpaniæ aut Galliæ videtur. vide* LAODICEA.

LAVDVNVM, *Galliæ vrbs:* Laon, *Paradino auctore. Meminit eius Caroli Magni vita. Simlerus dubitat num eadem ſit cum* ALAVNA *Antonini.*

LAVERNA λαβέρνη, *locus vbi magnus hiatus Sullæ oſtenſus fuit, cum ad bellum ſociale proficiſceretur: ex quo flamma & ignis copioſus verſus cælum emicuit. Plutarchus in huius vita.*

LAVERNIVM, *locus Italiæ Ciceroni 7. Epiſtolarum ad Atticum, & Macrob. 3. Saturnal. Circa Campaniam videtur. Lauerna fortè Plutarchi. In via Salaria eſt, ſi creditur Horatij Commentatori, à Cruquio edito.*

LAVGASA λαύγασα, *Armeniæ Minoris, in Lauinianenſi præfectura, opidum, Ptolemæo.* LAVSTASA *pro eo habent interpretes.*

LAVIACVM, *Auſtriæ vrbs; quæ nunc* Lauffen *dicitur, Wolfg. Lazio teſte. Sed* Vogel *arx, eſt eidem alio in loco.* Affach *vocatur Simlero, qui aliquando* LACIACVM, & IACIACVM *legit, apud Antoninũ. item* ILACIACVM.

LAVICVM, vide LABICVM.

LAVINASENA, & LAVINIANENSIS, *vide* CAPPADOCIA.

LAVINCA, *vel potius* LAVICA, *vide* LAVBACVS.

LAVINIVM λαβίνιον, *Stephano, &* λαβουΐνιον, *Appiano. Liuio Italiæ vrbs; hodie eo loco* Ciuita in Diuina *ibidem exſtare putat Leander. vel* Lauinia, *vt mihi auctor eſt Philip. Pigafetta. Lauinium ſcribit Appianus ab Vrbe diſtare ad decimum lapidem. (ſed* λαβίνιον, *legit.) Seruius octo millib. à mari diſtare, eandemq́ue quoque* LAVRENTVM *vocatam. indeq́ue eam etiam* LAVROLAVINIVM *nominat. Haud procul à mari fuiſſe, ex Æneid. 1. & 15. Metamorph. docemur. vbi legimus, Lauinaq́ue littora.* LAVRENS LAVINAS *eſt in Goltzij Theſauro, ex vetuſta inſcriptione. Laurentum tamen ab vrbe diſtat* XVI. M. *paſſ. in Antonini itinerario, niſi Lanuuio legendum.* LAVINIVM *dictam* ALBAM *longam, ſcribit Varro. lib. 4. at librariorum culpa vereor. In Lauinio, vt ſcribit D. Auguſtinus 7. de Ciuitate Dei, cap. 21. Liber colebatur per totum menſem. Vide* LANVVIVM.

LAVMELLVM, *Diacono & Antonino. Inſubriũ vrbs; quæ* Lamello *Leandro. Meminit eius quoque Marcellinus. Hodie pagum ſatis contractum eſſe, ſcribit Gaud. Merula, qui tradit idem à Ptolemæo* GAVMELLVM γαύμελλον, *& à Marcellino* LACMELLVM *dici, per* C, *quã ſcriptionẽ ei magis placere addit. Per* V. *tamen in excuſo Ammiani codice ego lego. Gaumellum Ptolemæi, putat Xylander à Strabone* ICTOMVLVM *fortè dici. Plinio quoq́ue* ICTVMVLVM *eſt, in Vercellenſi agro, vbi aurifodinæ.*

LAVNTIVM λαύντιον, *metropolis Latinorũ. Steph. ex 5. Halicarnaſſei. mendoſè. Lauiniũ enim apud hunc legitur.*

LAVRA; *ſic in primitiua eccleſia monachorum manſiones, ſiue cellas, vocare ſolent, vt in Sanctorum vitis variis docetur. Has propriis nominibus interdum diſcernebant. vt* SABÆ, SVCA; CHVZICA; PHARVS; CREMASTOS, *&c.*

LAVRA λαύρα, *ciuitas eſt Crotonis, Iſacio in Lycophronem. Alexãdriæ Aegypti vicus eſt, Athenæo 12. cap. 19. Eidem eſt Sami ciuitatis vicus aut locus. Vide* CROTON.

LAVREACENSES, *vide* LAVRIACVM, & AVRELIA.

LAVREATES, *locus maritimus circa Salonas, in Dalmatia eſt; Procopio 3, Gothor. Vide* LAVRIANA.

LAVRENS, & LAVRENTVM, *vide* LAVINIVM, LAVRENTINVM, & LOMENTOS.

LAVRENTINA VIA, *in Italia, eſt apud Plinium in Epiſtolis, & Val. Max. lib. 8. cap. 5.* LAVRENTIAM *Paludem, habet Virgilius: &* LAVRENTINAS *Paludes, Paterculus. &* LAVRENTINAM *ſiluam, Obſequens, Symmachuſq́ue.*

LAVRENTINVM, *Villa C. Plinij Secundi videtur, libro Epiſt. 1. ad Minutium Fundanum.* LAVRENS *idem vocat lib. 2. ad Gallum ſuum, Decem & ſeptem millibus paſſ. ab Vrbe. aditur & Oſtienſi, & Laurentina Via. propè Laurentum vrbem.*



LAVRENTVM, *Latij vrbs, Straboni, & Plinio. De quo hoc Papinius 5. Siluarum. Qua Tyrrhena vadis Laurentibus æſtuat vndis. In littore maris fuiſſe, docet Val. Maximus, vbi ſcribit Scipionem & Lelium Caietæ & Laurenti conchulas & vmbilicos lectitaſſe. Idem cognoſcere licet ex Symmachi 7. ad filium ſuum. Epiſt. 5.* λαυρέντον, *ſcribit Iſacius ad Lycophronem. Laurentum Latij à Pico conditum, hodie* S. Laurentij *vocari, ſcribit Gab. Barrius 2. Calabriæ. vide* TROIA, LAVINIVM, & LOMENTOS.

LAVRI, *ſic in Tabula Peutingeriana. Bataniæ locus. ad quod ſic M. Velſerus. ſi numeros conferas, incidit in Traiectum Ant. Quid ſi ſit eius vrbis ſuburbanum, vt Daphne ad Antiochiam Syriæ?*

LAVRIA λαυρείων, *locus alicubi circa Aſiam Minorem videtur; in Plutarchi Antonio. Vide* LAVRIVM.

LAVRIACVM, *Auſtriæ opidum, ad oſtia Anaſi fluminis, in lib. Notit. Antoninus quoq́ue eius meminit.* LAVREACENSES *per* E. *in ſecunda habet vetus inſcriptio. Lazio & Bruſchio* Enſs *eſt:* Lorch *Simlero.*

LAVRIANA, *locus circa Forum Iulium, aut Illyricum, P. Diaconus 6. Longobardicor. M. S. In typis excuſo codice erat* LAVRINA. *An Laureates Procopij? Vide* LANVVIVM.

LAVRIVM λαυρείων, *Apollonio 4. locus eſt circa Iſtri fluminis oſtia, ad Sindi campum: Scholiaſtes eius dicit ad Scythiæ campum. Eſt etiam mons vbi Athenienſium argentea metalla ſunt: Thucydidi 2. & 6. item Herodoto 7. & Plutarcho in Nicia, & Themiſtocle. Pauſaniæ eſt inter Sunium promontorium & Pyræeum portum. Hunc locum puto à Sophocle in Oedipo Coloneo* χαλκόπους ὀδὸς *i. Aerea via appellari. & ab Euripide in Cyclope* PALLADIS *Petra* Ἀθάνας πέτρα.

LAVRO, *vel* LAVRON λαύρων, *Frontino, Plutarcho in vita Sertorij, App. lib. 1. Ciuilium, & Oroſio lib. 5. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Hæc* Liria *Beutero dicitur, quæ quinque leucis à Valentia diſtat, vel* Laurigi, *quæ hinc non procul abeſt, vt Moralis putat.*

LAVROLAVINIVM, *Colonia Romana, Frontino. vide* LAVINIVM.

LAVRVS INSANA, *vide* AMYCLVS.

LAVS, *Flumen & opidum Lucaniæ, apud Plinium. Stephano, & Straboni quoque Laus,* λᾶος *eſt, & non* TALAVS, *vt Leander ſcribit; qui Græcum articulum cum vocabulo iungit. Idem dicit hoc flumen hodie* Cocco *vocari, Collenutio* Sapri *eſt, ſed Niger* Laino *appellat. Idem autem quoque Talaus malè legit. Sic etiam Gab. Barrius* TALAVM *vrbem apud eundem Strabonem legit; additq́ue eam hodie* Scalea *vocari. Hæc fortè quoq́ue* λάος *Herodoti.*

LAVS POMPEIA, *Plinio Inſubrum vrbs eſt; quæ hodie* Lodi *dicitur; Leandro & aliis teſtibus. Diſtat autem hæc* Lodi III. M. P. *à veteri Laude Põpeia, vt referunt Blondus & Volaterranus. Hanc enim deſtructam aiunt, & illam à Frederico Barbaroſſa ædificatam. Coloniam Romanam fuiſſe, ſibi perſuadet Onuphrius. Suſpicauerim eundem à Cicerone* LAVDEM NOVAM *vocatam. Vide* BLANDENONA.

LAVSONIVM, *vrbs ad Lemanum lacum, quæ hodie* Loſanne *vocatur. Ex Antonini Itinerario hoc colligo. qui Laci Lauſonij meminit: nimirum ſic dicti ab opido adiacente. Et hodie hunc lacum à quibuſdam* Lac de Loſanno *appellari video. Vide* LEMANVS.

LAVSTASA, *vide* LAVGASA.

LAVSTOLÆ, *vide* LAVTVLÆ.

LAVTVLÆ, *locus ſic dictus, haud procul ab Anxure: Liuio 7. vbi ſæpius dimicatum fuit cum Samnitibus. Eidem 9. locus eſt in Samnitibus, qui* LAVSTOLÆ λαυστολαι, *Diodoro 19. ſunt, vbi Q. Catulum Cos. & Q. Ælium magiſtrum equitum contra Samnitas infeliciter pugnaſſe ſcribit.* LAVTVLÆ *Feſto locus extra Vrbem, quo aqua fluebat ad lauandi vſum. Calidam hanc fuiſſe, ad Ianum Geminum ſcribit Varro 4.*



LAVZADVS λαύζαδος, *Ciliciæ vrbs: apud Porphyrogennetã.*

LAXII λάξιοι, *Sauromatum gens. habitat à receſſu paludis Mæotidis, verſus Septentrionem. Herodotus in Thalia. Fortè eadem cum Lazijs. x. enim & z. indifferenter interdum à veteribus vſa, alibi docuimus.*

LAXTA λάξτα, *Celtiberorum in Hiſpania vrbs. Ptolemæo.*

LAZA, *vide* CALLIRRHOE.

LAZÆ, & LAZE, *vide* COLCHIS, & SCYTHÆ.

LAZICA *Antiqua, Vide* PALÆA *Lazica.*

LAZICHENÆ, *vrbis epiſcopalis mentio eſt apud Metaphraſtem, in vita D. Eutychij.*

LAZICI, *ſunt in Libya populi, ſi locus ſincerus apud Suidã in verbo* Ἀναστάσιος, *vbi fortè* λιγυων *pro* λιβυων, *legendum.*

LEA, *Æthiopiæ ſub Ægypto opidum: Plinio. Eidem quoq́ue inſula circa Aegæum mare.*

LEÆ λέαι, *Ptolemæo Africæ Propriæ vrbs.*

LEÆI λέαιοι, *Pæonica gens, circa Macedoniam: ad Strymonem fluuium. Thucydides 2.* LAINI *legit ex hoc loco Stephanus.*

LEANDIS λεανδὶς, *Armeniæ Minoris vrbs; in Cataonia regione. Ptolemæus.*

LEANITÆ λεανῖται, *Arabiæ Felicis gens: apud Ptolemæum.* LEANITES *Sinus apud eundem.*

LEANVM, *vide* LIANVM.

LEBA λέβα, *vrbs ſub Thracis. Heſychius.*

LEBADE, *Ioniæ locus:* Plinio. *An pro* LEBEDVS?

LEBADIA λεβάδεια, *Pauſaniæ, Gellio: & Plinio, qui dicit nullas hic eſſe talpas. Bœotiæ vrbs. Ptolemæus ſine diphthongo ſcribit. Olim* MIDIA μίδεια, *vocata fuit, Pauſania teſte, per* Y *in prima Tzetzes ad Lycophronem, corruptè.* Badia *dicitur Zardo.*

LEBÆA λεβαίη, *Superioris Macedoniæ vrbs. Herodoti Vrania.*

LEBAHIM, *vide* CYRENE.

LEBAOTH, *Ioſue 15. Palæſtinæ locus.*

LEBECII, & LEBETII, *vide* LEBVI.

LEBEDONTIA *vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, quæ priore æuo* STABATISTVM, *& nunc* AGERVA *vocatur. Sex. Ruffus Auienus, in Ora ſua maritima.*

LEBEDVS λέβεδος, *Straboni & Plinio Ioniæ, in Aſia propria vrbs. Eſt qui eam nouo nomine* Lacerea *vocat.* Lebeditzi-chizar *à Græcis dici, ſcribit Leunclauius. Lebadus eadem appellatur in codicibus Ptolemæi, ſed Latinis. cùm in Græcis* LESBVS λέσβος, *legatur. vitioſè, ni fallor.* LEBEDVS *apud Horatium à quibuſdam putatur vicus Italiæ, iuxta mare. quo pauci accedunt propter huius æſtum. vt habet Commentator vetus in eundem.*

LEBENA λεβήνα, *Cretæ inſulæ opidum auctoribus Ptolemæo, Strabone & Plinio.*

LEBENEVM λεβηναῖον, *templum Æſculapio dicatum, in Creta inſula, circa Phæſtum. vnde ex tota Aſia Libyaq́ue confluentia. Philoſtratus 4. Apollonij.*

LEBETHRIVS, *vide* LIBETHRIVS.

LEBIDON λεβιδων, *vbi ſacrificabant Arabes Moabitæ, ad Libadeſiam. Heſychius.*

LEBINTHVS λέβινθος, *inſula Maris Aegæi, Plinio, Melæ, & Straboni. Lebynthos apud Ouidium, 8. Metam. Apud Nigrum* Palmoſa *eſt.*

LEBNA λεβωνα, *70. interpret. vna caſtrametationum Iſraëlitarum. Num. 33. Ioſue 10. 21. Iudic. 21.*

LEBONA λεβωνα, *ad Libanum vrbs. Iudicum vltimo.*

LEBRIEMELVS *fons, Liguriæ, circa Genuam. teſtis antiqua ænea tabula, quæ ibidem proſtat.*

LEBVI, *Galliæ Ciſalpinæ populi ſunt Liuio, quos alio in loco* LIBVOS *per* I, *vocat. eoſq́ue circa Veronam & Brixiam deſcribit. Hos Polybij* LEBETIOS λεβέτιοι *eſſe credit Sigonius, de Iure Italiæ. & pro his malè* LIBICOS λιβικοι, *apud Plinium & Ptolemæum legi, vult Gaud. Merula; qui eorum vrbem primariam* FORVM LIBETIORVM, *vel* LEBVORVM, *vocat; eamq́ue hodie* Burgo Lauizario *nomen habere addit. in agro Nouarienſi eſt. Leandro* Lauezzo *eſt. Ego apud Polybium* LEBECIOS *per* K *non per* T *lego.*



LEBVNI, *Hiſpaniæ Citerioris populi. Plinius. Vide* LEVNI.

LECCVM λέκκων, *Antiochidis tribus gens. Heſychius.*

LECENNA, *Galliæ Aquitaniæ ſilua; in qua Brunehildæ reginæ domus. Aimoinus & Hugo Floriacenſis, M. S. qui eam Biturigibus, & Aruernis confinem facit.*

LECHÆVM λεχαῖον, *Corinthiorum nauale, ad Sinum Corinthiacum; Ptolemæo, & Pauſaniæ.*

LECHETARVM λίχητων, *meminit Polybius, 10. quorum regem Andobalum vocat, in Hiſpania. Sed* ILERGETVM *reſtituendum, ex Liuio.*

LECHI λεχι, *id eſt, Maxilla, locus in tribu Iuda. Iud. 15. Vide* RAMATHLECHI.

LECHMIVM, LOCHÆA, & CORYPHE, *videntur loca circa Corinthum: Polyæno 4. de Demetrio: Wetterano interprete, ſed mendoſè. Duo priora pro* LECHÆVM *habeo. Vide* ACROCORINTHVS.

LECHNVS, *vide* LINVS.

LECHVS, *vide* LYCIAS.

LECTORIVM, *vide* LACTORVM.

LECTOSIA, *pro* LEVCOSIA.

LECTVM λεκτὸν, *Ptolemæo Troadis promontorium: Idæ promontorium Ariſtoteli 5. Animal. Q. Smyrnæo, & Iſacio, in Lycophronem, quod* Scorpiata *Sophiano appellatur. Africæ opidum videtur, ad mare mediterraneum. Procop. 1. Wandalicor. Vide* GARGARA.

LECVM *Hieronymo,* λακκὺμ *70. interpretibus, Ioſue 19. In Palæſtina locus.*

LECYTHVS λήκυθος, *Chalcidenſium Euboeæ vrbs: Thucydidi 4. ſub finem.*

LEDO, *vide* NIVESDVM.

LEDRENSIS λεδρεων, *ſiue* LEVTEONIS λευτεῶνος, *Cypri epiſcopatus, (cuius epiſcopum Triphillium vocant,) mentio eſt apud D. Hieronymum, Nicephorum, Calliſtum, & Tripartitam hiſtoriam. item Honorium, ſed corruptè hic Litrenſis, & Leucontheon.* Nicoſia *hodie vocari, & à Græcis* Licoſia, *tradit Stephanus Luſignanus.*

LEDRINI λεδρῖνοι, *Peloponneſi populi: Xenophonti, 4. hiſtor. Græcor. An* LETRINI *Pauſaniæ? Vide* LEPRIVM.

LEDVM *Galliæ* Narbonenſis *fluuius, apud Pomponium.* Lez *eſt, Cluſio. Phocica vrbs eſt apud Pauſaniam.* LEDVS *apud Sidonium in Panegyrico. ſed* LÆDVS *legit Pithoeus in Aduerſar.*

LEEMES, *Ioſue 15. locus in Palæſtina.* λαμμὰς *legunt 70. Interpretes.*

LEES, *vide* DEES.

LEGÆ, *vide* LEGES.

LEGARDA, *Vide* ELEGARDA.

LEGEDIA, *Galliæ Lugdunẽſis locus. Tabula Peutingeriana.*

LEGENSIS *Plebis, in Africa, meminit Collatio Carthag. habita ſub Honorio Imp. Eadem cum Legienſis fortè.*

LEGEOLIVM, *vide* LAGECIVM.

LEGES λῆγες, *Aſiæ populi, qui vna cum Gelis habitant, intra Albanos & Amazonas: iuxta tractum Caucaſi. ad Hyrcanum mare. Plutarchus in Pompeio.* LEGÆ λῆγαι *ſunt apud Strabonem.* LEGES *vrbem, habet D. Hieronymus epiſt. 40. ad D. Auguſtinum.*

LEGIA, *Flandriæ fluuius: in vita S. Bertulphi.* Leye *Flandris,* Lis *Gallis vocatur.*

LEGIENSIS *Epiſcopi, in Numidia, meminit Vict. Vticenſ. M. S. Vide* LEGIENSIS.

LEGIO, *vide* ACVMINCVM, AGRIPPINA, BOSTRA, DVROSTVLON, LVGIO, VIMINATIVM.

LEGIONIS *Opidum Palæſtinæ, in latiſſimo campo. Nouem millibus ab Arbela: quindecim à Bethacad vico Samariæ, verſus Septemtrionem Ptolemaidem pergentibus. Auctor D. Hieron. in Locis Hebraicis, ſepius.*

LEGIONVM *Ciuitas, in Britanniæ inſula.* Legaceſter *à gente Anglorum; à Britonibus autem rectius* Caerlegion *appellatur. Sic Beda. eadem cum* ISCA. Caer *antiqua Britannorum lingua, ciuitatem ſignificat. Vide* DEVA & ISCELEGVA.

LEGIONEM Athenienſem Primam, in Germaniam Inferiorem inſtituiſſe Domitianum Imp. ſcribit Dion. 55. An hæc opido Brabantiæ nomen dederit, quod hactenus Thienen vocamus? An potius Aeth?

LEGIO AVXILIATRIX, hanc Bonfinius oſtendit ex antiqui lapidis inſcriptione, ibidem effoſſa, ad Budam Veterem, iuxta Danubium fuiſſe, vbi etiamnum vetuſtiſſimæ vrbis veſtigia cernuntur. locum iuniores nunc Sicambria vocant, inquit, & à Sicambris, remotiſſimis Germaniæ populis, extructam, inſcriptio indicat. Idem Lazius in ſua Vienna. qui ſcribit ab Hungaris Scambri vocari. Vide SICAMBRI.

LEGIONIS Gallicæ loci ſic dicti, meminit in Hiſpania: Amb. Moralis in ſuo Hiſpaniæ Chronico.

LEGIO I. ADIVTRIX, vide CRVMERVM.

LEGIO I. IOVIA, vide TRISMIS.

LEGIO I. ITALICA, vide DVROSTVLVM, NOVÆ, & NOVIODVNVM.

LEGIO I. MACEDONICA, vide OESCVS.

LEGIO ALTERA AVGVSTA, vide SEBASTA.

LEGIO II. vide CARTENNÆ.

LEGIO II. ADIVTRIX, vide AQVINCVM.

LEGIO II. AVGVSTA, vrbs in littore Mauritaniæ Cæſarienſis. Plinius.

LEGIO II. HERCVLIA, vide NOVIDVNVM, & TRISMIS.

LEGIO III. DIOCLETIANA, vide THEBÆ.

LEGIO III. SEBASTA, in Africa Propria vrbs. Ptolemæo. Vide LAMPÆSA.

LEGIO IIII. vide ANTIVM.

LEGIO V. vide BVRVNGVM, & NOVÆSIVM.

LEGIO VI. vide BVRCINATIVM, & SAMOSATA.

LEGIO VI. NICEPHORIA, vide CAMVLODVNVM.

LEGIO VI. HERACLEA, vide ONOCHRINVM.

LEGIO VI. VICTRIX. vel NICEPHORIA, vide EBVRACVM, & CAMVLODVNVM.

LEGIO VII. vide SAMOSATA, & DVRNOMAGVM.

LEGIO VII. CLAVDIANA, vide VIENNA.

LEGIO VII. GEMINA, vide LEGIO Septima Germanica.

LEGIO SEPTIMA GERMANICA, ponitur in Tarraconenſi Hiſpania, inter Aſtures. à Ptolemæo, λεγίων ζ γερμανική. Vaſæo Leon eſt. qui ſcribit eam aliquando LEGIONEM Geminam dictam. Huius meminit Antoninus. In Latinis Ptolemæi Scholiis Villanouianis legitur SVBLANTIAM quoque (neſcio quibus auctoribus) vocatam. Aliud præterea nomen illi tribuit Tarapha. Vide ipſum. Sublantiam quondam appellatam, tradit quoque Moralis: eiusq́ nominis veſtigia exſtare dicit in loco dicto Sollanço; ſeſquileuca ab vrbe Legionis diſtante. Videant huius loci peritiores, num melius diuiſim, ſub Lancia. Antoninus enim hanc Legionem, & Lanciam, duo loca XI. M. P. abinuicem diſtantia habet.

LEGIO VIII. vide AVSANA, SEBASTA, & ARGENTORATVM.

LEGIO IX. vide EPIDAVRVS, CALONIS, & GELDVBA.

LEGIO X. GERMANICA, Ptolemæo in Pannonia Superiori eſt, iuxta Danubium. Bonfinius docet eam fuiſſe prope Strigonium, in effuſa planitie; aut è conſpectu Comaræ, iuxta Tatani. vide HERENATIVM, FRETENSIS, ASA PAVLI, COMAGENVM, BVNNA, MATISCONA, & TOLPIA.

LEGIO XII. vide EBVROBRICA, EGORIGIVM, & ARTIACA.

LEGIO XIIII. GERMANICA. Hanc in Pannonia Superiori ad Danubium, paulo ſupra Budam fuiſſe, tradit Bonfinius, vbi hodie templum D. Andreæ eſt; & vicus in edito loco. Huius Legionis meminit Ptolemæus, ſed videtur eandem CHERTOBALVS vocare. Vide CHERTOBALVS, CABALLINVM, & TINVRTIVM.

LEGIO XV. vide SATALA.

LEGIO XVI. vide ABALLONE.

LEGIO XVIII. vide BARBESOLA, NOVIOMAGVS, DVROCOTTORVM, & SIDOLEVCVM.

LEGIO XIX. vide AGRIPPINA.

LEGIO XX. vide NVAGERRA, & OROLAVNVM.

LEGIO XX. VICTRIX, vel NICEPHORIA, vide DEVNANA.

LEGIO XXI. vide TROIA, DVROSTVLVM, & VETERA.

LEGIO XXII. vide ANTISSIODORVM, AVGVSTODVNVM, TRICASSINI, & DVROCOTALAVNVM.

LEGIO XXIII. vide DEVA, & AMBIANI.

LEGIO XXIIII. vide PONS, PONTES, & FRETENSIS.

LEGIO XXV. vide AQVÆ SEXTIÆ, GEMELLA, SVESSIONES, & TVCCI.

LEGIO XXVI. vide GESSORIACVM.

LEGIO XXVIII. vide MARCOMAGVM.

LEGIO XXIX. vide FORTENSIS.

LEGIO XXX. VLPIA, vide TRICESIMÆ.

LEGIO XXXI. vide DIANENSIS.

LEGIO XXXII. vide SCOBENSIS.

LEGIO XXXIIII. vide FRETENSIS.

LEGIO TRAIANA, vide TRAIANA.

LEGISAMO, Hiſpaniæ vrbs: Antonino. inter Aſturicam & Tarraconem. Vide SEGIMONENSES.

LEGNA, apud Antoninum Galatiæ vrbs.

LEGOPOLIS λεγόπολις, Lelegū vrbs videtur apud Cedrenum.

LEGVM λῆγον, Siciliæ vrbs eſt Ptolemæo. circa Lilybæum promontorium.

LEIDÆ epiſcopum, Dionyſium, habet D. Athanaſius, in apologia ad Conſtantinum Imp. Italiæ videtur. Pro Lauda forte corruptè, à LAVS.

LEIMONE, vide ELONE.

LEINVM λῆινον, Sarmatiæ Europææ opidum, Ptolemæo, quod Niger Luczho dici ſcribit.

LELAANNONIVS λελαάννονιος & λαιλαννονιος, in typis excuſo codice, ſinus Albionis inſulæ, verſus Septemtrionem. Ptolemæus. LEMANNONIVS λεμαννονιος, habebat M.S. exemplar.

LELÆA, vide LILÆA.

LELALITENSIS Epiſcopus in Africa: legitur in Coll. Carthagini habita.

LELANTVM, vide LILANTVM.

LELEGES λέλεγες. gens barbarica. Heſychius. Ad Sinum Adramittenum eam deſcribit Strabo, ex Homero. In Laconica indigenas eſſe, auctor eſt Strabo.

LELEGIA, vide LACONICA.

LELEGIS, vide BOEOTIA, CARIA, & MILETVS.

LELEGVM vrbs. vide NINOE.

LELENTIDIS. vide SELENTIDIS.

LELGOVIA, Boethio Scotiæ regio eſt, quā Lennos vocat. Praua ſcriptura. Vide ELGOVÆ.

LELII λέλιοι, iuxta Meotidem paludem, in Aſia populi, apud Orpheum, in Argonauticis.

LEMANVS, aliis LILIENVS, Angliæ regionis fluuius, Auctore Lhuydo. qui eum vulgò Rotler dici tradit. Nominis antiqui inueni memoriam apud Antoninum. In Tabula Peutingeriana LEMAVIVM lego. Talbotus hodie non exſtare ſcribit, tantumq́ in eius loco templum parochiale extare Limpne nomine. LEMANNVM eſt in libro Notitiar. Camdenus putat NOVVM PORTVM Ptolemæi eſſe.

LEMAMNONIVS vide LELAANNONIVS.

LEMANVS Lacus, Melæ & Plinio; Ptolemæus LIMENE λιμενή, vocat. LAVSONIVS nominatur in Itinerario Antonini. λαμβανώ λιμνὴ apud quendam lego, cuius nomen iam non occurrit. Sic hodie Lac de Lozanne & de Geneue, ab opidis in ripa eius poſitis vulgò dicitur. Germani Jenfferſe eadē ratione appellāt. vide ACCION.

LEMAVI, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi: Ptolemæo Latino. Græcus codex non nouit.





LEMAVIVM, vide LEMANVS.

LEMBA λέμβα, Moabitarum, in Syria opidum. Ioſeph. Antiq. 13. cap. 23.

LEMBAIS, pagus Galliæ: circa Veromanduos. In S. Hunnegundis vita. Surius.

LEMBANVS, vide LEMANVS.

LEMBVS, vide APSASIVM.

LEMELLENSE caſtellum, in Africa: habet Optatus Afer. An idem cum LEMELEFENSI Vict. Vticenſ. cuius epiſcopum nominat Iacobum.

LEMENNIS, Mauritaniæ Cæſarieſis locus: apud Antoninū.

LEMFOCTENSE, vide LAMFOCTENSE.

LEMICAM, Hiſpaniæ vrbem, cuius epiſcopus Ydacius; habet Sigeb. Gemblacenſis. Eandem cum LAMECA opinor.

LEMINCVM, vide LEMNICVM.

LEMNIÆ, vide BLEMYES.

LEMNICVM, Galliæ Narbonenſis opidum: Antonino. LEMINCVM habet M.S. codex.

LEMNIS, vide LYMINIS.

LEMNOS λῆμνος, Maris Ægæi inſula, Ptolemæo, Straboni, ceteriſq́. Vulcano ſacer, & Lemnia terra nobilis. Sophianus & Erythræus eam hodie Stalimine vocari aiunt. HYPSIPYLÆA ab eiuſdem nominis filia Thoantis, quæ ibidem regnauit, quondam dicta fuit. In Etymologico DIPOLIS vocatur, à duabus eius vrbibus. Eius incolas SINTIOS σίντιοι, vocat Homerus. CARES olim eam inhabitaſſe, apud Aem. Probum in Miltiade, lego. Serapio capite de terra Lemnia, ALMAYVM vocat. Vide ÆTHALE.

„ LEMONIVS Pagus, qui eſt à Porta Capena, Via Latina. Feſt. Pomp. LEMONIVM opidum habet Frontinus
„ de Menſuris agrorum, qui adſeruatur M. S. à CL. V. Franciſco Nanſio.

LEMOVICES, Plinio, vel, vt Ptolemæus habet, LIMOVICI λιμόβικοι, Galliæ Aquitanicæ populi ſunt Pictonibus vicini. Limoſins hodie video ab omnibus interpretari. A. Hirtius eorum vrbem primariam LEMOVICVM nominat. hæc hodie Limoges. Pro Lemouicum, LIMONVM legendum cum Ptolemæo, contendit Ful. Vrſinus, fretus veterib. codicibus. Alij autem præter hos ſunt apud Cæſarem 7. belli Gall. Lemouices, quos inter Armoricas (Britanniæ) populos numerat. Leon hi ſunt Rob. Cœnali.

LEMOVII, Germaniæ populi, Tacito: Lijflander ſunt Curæo. Ego potius Mechlenburger putarim. Vide EFFLVI.

LEMVRINVS Mons, in Liguria. Aenea tabula antiqua, Genuæ.

LEMVRIS, vide MERVLA.

LEMNÆVS λημναῖος, vicus quidam. Stephanus.

LENIVM, opidum Luſitaniæ: A. Hirtio.

LENNAS, epiſcopalis locus: apud Tyrium. In Syria videtur.

LENTIA, vide LONCIVM.

LENTIENSES, Alemannici populi, Ammiano lib. 15. & 31. Ex iis Lintzgoewer facit Scudus, Vindeliciæ populos.

LENTVDVM λέντουδον, Pannoniæ Superioris vrbs: apud Ptolemæum, Lutenberg forte hodie, vt Lazius conijcit.

LENTVLÆ, Pannoniæ Superioris opidum: Antonino.

LENVS λῆνος, regio Πισαίων. Sic Stephanus, ex Phlegonte. An in Pelagonia?

LEOCORIVM λεωκόρειον, locus Athenis. Thucydides 6. Templum Lei filiabus dicatum ſcribit Theodoretus, Græcorum Affection. 7.

LEOCREANTVM opidum. de quo Cicero, Oratione 16. legis Agrariæ.

LEODICVM, & LEODIVM, vide EBVRONES.

LEODORICIVM opidulum, in Locrenſium regione, Pindo adhærens. Laonicus.

LEON λέων, Euboëæ inſulæ promōtorium, Ptolemæo. Cabo Mantello nomen habet apud Sophianum. LEON Euboëæ Ptolemæi, videtur LEVCE ACTE apud Strabonem. LEON quoq́ Phœniciæ fluuius; Ptolemæo. Cretæ promontorium, eidem Ptolemæo. Item promontorium Coi inſulæ. auctor Heraclides, in Politiis, Phrygiæ vicus: Athenæo 2. vbi aſperæ & nitroſæ aquæ. Vide LEONTIA, GOELEONTOS, & TAMYRAS.

LEONATA, Pannoniæ Sauiæ vrbs: Antonino.

LEONICENSES, Hiſpaniæ Citerioris populi: Plinio. λεονίκα, vrbs Ptolemæo, in Heditanis. LEONICA quoque in Goltzij Theſauro.

LEONINA, pars vrbis Romæ, vltra Tiberim. ſic dicta à Leone IIII. Pontifice, qui eam muris cinxit. Eadem RAVENNATIVM vrbs dicta fuit. eo quòd militibus claſſis Rauennatium aſſignata erat. Hodie Borgo dicitur. Vide NOVARIA.

LEONIS, vide POSSESSIO.

LEONTHARNA λεονθάρνα, ciuitas Bœotiæ: Lycophroni, & Iſacio. Circa Heliconē vicus; vel fons: Varino in ἄρνη.

LEONTIA, locus circa Syracuſas, Liuio: quinq́ millia paſſ. ab Hexapylo diſtans. LEON λέων, Thucydidi eſt 6. qui ſex vel ſeptem diſtare ab eo tradit.

LEONTIDIS Tribus, circa Athenas. Xenophon. 2. Græcor. & Pollux 8. de Trittyarchis.

LEONTINI, vide LEONTIVM, & ARGVRA.

LEONTIVM λεόντιον, Siciliæ opidum, Ptolemæo. Plinio LEONTINI. Niger ſcribit Lintini nunc vocari. Achaiæ in Peloponneſo quoque vrbs. Polybius 2. & 5. Vide LÆSTRIGONES.

LEONTOCEPHALE λεοντοκεφαλή, Phrygiæ Superioris munitiſſ. caſtellum: Appiano in Mithridaticis. In littore maris Aegæi, deſcribit Plutarchus, in Themiſtocle.

LEONTON, Palæſtinæ vrbs: Plinio. Vide LEONTOPOLIS, eandem enim reor.

LEONTOPOLIS λεόντων πόλις, Phœniciæ vrbs, circa Sidonem: Straboni. Forte ad Leontis fluminis (cuius Ptolemæus meminit) oſtium. LEONTON Plinij. ni fallor. Eſt quoque in Aegypto vrbs; apud Strabonem, & Ptolemæum, cui & LEONTOPOLITES Nomus. Iſauriæ opidum eſt, apud Photium, in Nomocanomo, & in Synodo Conſtantinopolitano VI. ſub Conſtantino Magno Imp. habita. In Authenticis eſt Hellenoponti vrbs. Vide ALEXANDRIA, & BAZANIS.

LEONTOS λέοντος κώμη. Phrygiæ pagus: Athenæo 2.

LEONVM Specula, λεόντων σκοπή, ad ſinum Arabicum, in Aethiopia: Straboni.

LEONVM vrbs, vide LEONTOPOLIS.

LEOPHORA via, λεωφόρος ὁδὸς, quæ MEMNONIA adhuc dicitur; à Memnone nempe, qui eam ſtrauit; circa Suſam Perſidis vrbem, vt docet Diodorus lib. 2. Hanc deſcribit quoque Pauſanias, in Phocicis.

LEOPODVM, locus littoralis, iuxta Erythras Ioniæ. vbi Athenæus 6. ſcribit Cnopi regis cadauer expulſum.

LEORDI, vide EORDI.

LEOSTHENIVM λεωσθένειον, Stephano Boſphori Thracici ſinus: LASTHENES vocatur à Dionyſio Byzantino, vt tradit Gyllius; qui eum cum Hermolao ſub nomine CASTHENES à Plinio deſcribi cēſet. Quidam Byzantini eum hodie appellant Sthenion, alij Soſthenion, vt idem Gyllius annotat.

LEPAS, λέπας ἀκραῖον, Thucydidi lib. 7. vocatur vertex cuiuſdam rupis Siciliæ, in agro Syracuſano. Hodie Crimiti dicitur, Aretio, & Fazello.

LEPETHYMVS, mons eſt in Lesbo inſula: Plinio. Circa Methymnam eum deſcribit Philoſtratus de viris illuſtrib. vbi LEPETHYMNVS legitur, in Latino Codice. Græcum non vidi. Antigonus in Mirabilib. λεπετύμνος habet. Sic quoque Theophraſtus antiquus auctor. Vide LAMPETIVM. idem enim reor.

LEPHANA, vide LEVPHANA.

LEPIDI Pons, Romæ, à plebe LAPIDEVS dici, ſcribit Aethicus. Vide SVBLICIVS.

LEPIDOTVM λεπιδωτόν, Aegypti vrbs; Ptolemæo.

LEPINVS, mons in Latio: de quo Columella libro 10. Quæ Marucini, quæ Signia monte Lepino.

LEPONTII, Rætica gens Straboni: Heluetiæ populi, „
apud quos ſunt Rheni fontes; Cæſari. Rhinwalder, ſumma Alpium habitantes, ſunt Scudo. LEPONTII VI-

BERI apud Plinium, qui Rhodani fontem accolunt.
LIPONTII λιποντίοι, ſunt apud Ptolemæum, quorum regionem præfatus Scudus Leuontina vallis, Italis; & Leuentiner tal/ item Eſchental/ Germanis vocari ait.

LEPRE ACTE, vide PRIVM.

LEPREATICVS, vide PYLVS, & LEPRIVM.

LEPRIA, circa Ioniam inſula: apud Plinium.

LEPRIVM λέπρειον, Elidis, Peloponneſi regionis vrbs, apud Ptolemæum, Suidam, & Pauſaniam. λεπρεον, Ariſtophani in Auibus. In Laconico & Eleo agro ſitum, ſcribit Thucydides 5. Chaiapa Nigro dicitur. Arcadiæ opidum eſt Plinio. & Ciceroni ad Atticum. Cauconum Callimacho. Ad Nedam fluuium LEPRINI ſunt Xenophonti 3. Græcor. Sed LETRINI erat in ora libri. Eoſdem idem 4. LEDRINOS per D. ſcribit: & puto LÆTRINÆOS eſſe Pauſaniæ. vide LÆTRINA.

LEPSEMANDVS λιψήμανδος, Cariæ opidulum. Stephanus: ex Carteri Sophiſmatis. vide LAMPSEMANDVS.

LEPSIA, inſula in ora Cariæ. Plinius.

LEPSYDRIVM, vide LIPSYDRIVM.

LEPTE ACRA, Indorum promontorium, ab alijs DREPANVM vocatur. Plinius lib 6. cap. 29. λεπτη ακρα, Galatiæ locus maritimus: in Arrhiani periplo. Aegypti, ad ſinum Arabicum: Ptolemæo.

LEPTIMAGNVS, LEPTIMIVS, & LETTIMIENSIS, vide LEPTIS.

LEPTIS λέπτις, duo ſunt huius nominis vrbes, in Africa Propria, Plinio, Pomponio & Antonino teſtibus. Alteram, quarum Plinius MAGNAM cognominat, & Antoninus Coloniam vocat. Ptolemæus vnam tantùm habet, eamq; PARVAM μικρα, cognominat, atque hæc eſt quam Strabo & Euſtathius NEAPOLIM quoque appellatam ſcribunt, quo nomine Ptolemæus etiam vrbem hoc tractu ponit, eamq; quoque TRIPOLIM vocat. Latini Codices huius loco LEPTIS MAGNA legunt, haud ſcio, an rectè. Neapoli de Barbaria hodie vocari, ſcribit Sanutus. Leptim Paruam Liuius in Emporia regione, ad oram Minoris Syrtis habet. Magna à Mercatore pro Lebida hodie intelligitur. Parua, à Cornelio Sceppero Africa dicitur. Hanc quoque SARRANAM vocatam, tradit Car. Stephanus, in ſuo Dictionario. Sed obſeruandum, quod Plinius, Mela, & Antoninus ex his tres vrbes facere videntur; cùm duas Leptes, & præter eas Neapolim, eodem hoc tractu nominant. Leptiminus & Leptimagnus legit apud Cyprianum, Pamelius. & LEPTIMIENSIS Epiſcopi meminit Vict. Vticenſis. Fragmentum M. S. LETTIMIENSIS legitur corruptè, in Coll. Carthag. Vnam harum putarim Lepide à Ioanne Leone nominari. Ant. Auguſtinus Dialogo 6. de Nummis ſcribit ſe legere in nummo hanc inſcriptionem COL. VIC. IVL. LEP. interpretaturq; Colonia Victrix Iulia Leptis. Magnaeq; Leptis nomen eſſe, addit. vide ABROTONVM, & TRIPOLIS.

LERIA λερία, vna ex Sporadibus inſulis, apud Strabonem. Lero, Sophiano hodie appellatur. Putauerim eandem eſſe cum Leros, aut huic vicinam.

LERIA λέιεια, quæ & HEDETA ἕδητα, Ptolemæo Hedetanorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi: Cluſio & Morali Liria eſt: ſed Oliete Floriano. vide IERIA.

LERINA, vide LERO.

LERNA λέρνη, Ptolemæo & Melæ eſt Laconicæ vrbs, in Peloponneſo: quam Niger Pettina, Sophianus autem Phonea vocari tradunt. Eſt quoque locus in Argia, circa Aſinen. Etiam fontis nomen, in Corintho vrbe: teſte Pauſania. vide LERNÆVS.

LERNÆVS Fons, in Laconica regione; antea AMYMONIVS dicebatur; ab Amymone puella ibidem à Neptuno compreſſa: vt refert Hyginus. (Hunc falsò in Aemonia ſtatuit Albericus, auctor proletarius.) Eſt ibidem Lerna palus, & fluuius;

LERO λήρων, Straboni inſula circa Rhodani oſtia; in qua Leronis ſacellum. LERONE eſt Ptolemæo. S. Margaritæ nominat Belleforeſtius. LERO & LERINVS Inſulæ hoc tractu habet Itinerar. Antonini. Vnam harū hodie S. Margaritæ, alteram S. Honorati nomē obtinere video. LERINAM habet Plinius, (aliam à Lero.) Inde poſtea LIRINVM, & in ea Lirinenſe monaſterium, S. Honorati hodie, Maſſono. Vide STOECHADES.

LERONE, vide LERO, & STOECHADES.

LEROS Λέρος, Maris Aegæi inſula, Plinio, & Herodoto. In ora Cariæ. Ant. Liberalis huius quoq; meminit, item Aelianus 4. Animal. cap. 42. vbi aues meleagrides.

LERSA λέρσα, in Hiſpania locus. Appianus in Ibericis. Circa Caſtulonem erat.

LERVS, vide TENEDOS.

LESA λέσα, Sardiniæ vrbs. Ptolemæo.

LESBIVS, vide VESEVVS.

LESBVS λέσβος, Maris Ægæi clariſſima inſula, octo vrbibus culta, vt Plinius teſtatur. Hic eam quoque HEMERTE, LASIA, ÆGIRA, PELASGA, ÆTHIOPE, & MACARIA, appellatam ſubiūgit. Lycophron ISSAM ἴσσα, etiam vocat. MITYLENA μιτυλήνη, ab Euſtathio, & MYTANIDA μυτανίδα, à Stephano nuncupatur. Metelin hodie nominatur, Sophiano & alijs. vide LEBEDVS.

LESBVM, Mauritaniæ Cæſarienſis locus: apud Antoninū.

LESEM, Palæſtinæ locus. Ioſue 19. Vide DAN.

LESIDIS, vide HESIS.

LESORA, Sidonius in Propontico, Leſera Caucaſum Scytharum Vincens. In Gabalis montē eſſe, dicit Dalechampius ad Plinium: vnde Tarnis oritur. qui nunc Loſere vocatur.

LESOVM, vide ELYSIVS.

LESSA λῆσσα, Vicus Argiæ. Pauſanias in Corinthiacis. Vide LISSA.

LESPIAM locum, circa Ægyptum, nominat FRECVLPHVS Chriſtianorum quoddam latibulū. in lib. 6. cap. 16. Tom. 2.

LESSVS, vide LISSVS.

LESTADÆ ληστάδαι, pagus Naxi inſulæ. Athenæus 8.

LESTÆ λησταί, latrones, ſunt Indiæ extra Gangem populi: apud Ptolemæum. Vide BESSI.

LESVITANVS Epiſcopus, in Mauritania Sitiphenſi, eſt apud Vict. Vticenſ. LESVITENSIS in Coll. Carthag.

LESVRA, Auſonio in Moſella, fluuius. Prætereo exilem „
Læſuram. Leſer hodie, cū pago cognominis ad eius oſtium, quo ſe in Moſellam inſinuat. vbi hodie traiectus. LESVRA Plinio Nemanſienſium pagus, vbi optimus caſeus. Leſo nunc, vt habet Dalechampius. Exiguus pagus, pauculis tantùm domunculis conſtans.

LESYRVS λεσυρός, Iberiæ Cherſoneſi fluuius. Stephanus.

LETA, Piceni fluuius, ſic olim dictus: nunc Morto, ſi creditur Franciſco Adamo. in Firmanorum geſtis.

LETANDROS, Plinio Aegæi maris inſula. 4. cap. 12.

LETANVM λέτανον, vrbs in Propontide, ab Athenienſibus condita: Diodorus 12.

LETAVIA, vide ARMORICÆ.

LETE λητή, Macedoniæ vrbs, Stephano. Ad Thermæum ſinum, Plinio. eadē Mygdoniæ regionis, in Macedonia, apud Ptolemæum. Priſcianus 15. hæc ex Salluſtio 1. Hiſtoriar.
Ad Coritum, & apud Lete opidum. & repulſus à Lete „
opido; & apud ILERDAM. alia hæc fortè. Vide LITÆ. „

LETHÆVS ληθαῖος, Magneſiæ fluuius, qui vrbem Magneſiā præterfluit: vt auctor eſt Pauſanias, & Strabo. Hylæ ὕλαι, vicum iuxta eundem deſcribit Pauſanias. Idem Strabo dicit eum ex Pactya monte oriri, atque in Meandrum influere, vicinumq; eſſe Epheſo. Lethæum aliū idem habet, apud Triccam Macedoniæ, ad quem Aeſculapius dicitur natus. Alium apud Heſperios, ſiue Occiduos Afros. (niſi locus mendoſus.) Item aliū, Gortinam Cretæ vrbem alluentē, vbi & Solinus eū deſcribit, contra Ptol. tabulas: (ibi enim præter Gnoſſum fluit; & Electras præter Gortinam.) LETHECVS apud Vibiū eſt, ni fallor corruptè. LETHÆVS Campus, apud Inferos, Platoni, aliiſq;, à Lethe fl.

LETHE, caſtellum eſt, Perſarū Imperij: apud Agathiam 4. & Procop. 1. Perſicor. item in Hiſtoria Miſcell. 17. Hoc fortaſſe λήθη Perſidis locus eſt Cedreni. Eſt etiā Inferorum fluuius, apud Poëtas. vide LETHES, & LETHÆVS.





LETHEON ληθαίων, Italiæ mons excelſus, (in Campania vt puto) Lycophroni.

LETHES, Africæ fluuius, Lucano 9. Et ſe dilecta Tritonida „
dixit ab Vnda, Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur „
amnis. Luſitaniæ fluuius eſt, apud Grauios, Silio 1. Vide „
LIMÆA.

LETHON, Africæ fluuius, in Cyrenaica regione, Plinio, & Martiano. item Athenæo 2. quem auratum lupum, & anguillas gignere ſcribit. Hunc Ptolemæus & Strabo LATHONEM λάθων vocant. Apollonio in Argonauticis LADON λάδων eſt, quod ante me Hermolaus docuit. Milelrio, hodie: vt tradit Marmolius.

LETI λετοὶ, Gallica natio, apud quam Magnentium Imp. vixiſſe ſcribit Zoſimus 2. RÆTI legendū putat Vigiteuius. quid ſi Heluetij? LÆTORVM, tamen in lib. Notit. non ſemel fit mentio.

LETIA, & VRTA, Arduennæ flumina; in vita S. Mononis. Hoc Ourt hodie nominatur. Illud fortè Leſche.

LETINI, Siciliæ populi, noti tantùm apud Ciceronem, in Verrem. corruptè fortaſſe pro IETINI, à Ietas. etſi ſciā hos à Plinio Ietenſes: & à Stephano Ietæos nominari.

LETOA λητώα, Libyci maris inſula, prope Cretam, Ptolemæo. Chriſtiana Sophiano.

LETOEVS λητωεύς, Alexandriæ vicus. Stephanus: ex Triphone, vt ait.

LETOIA, Vide LOTOA.

LETOIS, Vide LATOIS.

LETRINI λέτρινοι, Elidis opidum, apud Pauſaniam. Vide LEPRIVM, LETRINA, & LEDRINI.

LETVPOLIS, vide LATONE.

LETVS, Liguriæ mons eſt, auctore Liuio, & Val. Maximo, quem Leander teſtatur hodie L'alpi del Pelegrino vocari. Siciliæ vrbem vocat falsò Salisberienſis 1. Curialium. Vide LATORVM vrbs, & LETVSPOLIS.

LETVS Portus, vide CVNION.

LETVSPOLIS λητοῦπολις, Aegypti vrbs, Stephano, & Ptolemæo. apud quē LETVPOLITES Nomus quoq;. λητοπολίτης, Strabonis eſt, & LETVS Antonini. Loco Letuſpolis fabricatum Babylonem, ſcribit Ioſephus, Antiq. 20. Hæc duo tamen diuerſa ſunt apud non ſolùm geographos, ſed & omnes hiſtoricos. Vide BABYLON.

LEVACI, Galliæ Belgicæ populi, & Neruiorum clientes, Cæſare auctore. Hos Marlianus Loeuen Brabantiæ vrbem interpretatur. Leeuw opidulum hinc quatuor leucis diſtans, huius nominis originem referre videtur. quid enim aliud Leuaci, quam gētile è Leu? Becano verò ſunt, qui Sluſam, Ardenburgum, Axellam, & Ooſtburgum Flandriæ opida habitant.

LEVATRIS. vide LAVATRIS.

LEVCA λευκά, Straboni, & Lucano, Salentinorum vrbs eſt: LEVCAS in Itinerario maritimo Antonini eſt. Sulpitius ad Lucani 4. ſcribit diſtare à Tarento quingentis ſtadiis, ab Hydrunto centū quinquaginta: hinc verò Brundiſium quadraginta. Niger vocat Cabo Leucoſo, & dicit PHLEGRÆA DÆDALI vocatam; quo autem auctore, non addit. & ego me neſcire fateor. LEVCA etiam Ioniæ opidum, circa Hermum fluuium, Pomponio. Inter Smyrnam & Phoceam, Straboni. ſed λεύκαι, hic ſcribit.
„ Et Leuce opidum Ioniæ, in promontorio quod inſula fuit, ſic
„ de eo Plinius. Huius etiam meminit Diodorus 15. qui eam medio ferè itinere inter Cumas & Clazomenas conſtituit. viciniorem tamen Cumis. Eodem auctore LEVCE eſt inſula Cretica contra Cydoniam. Idem aliam habet, ibidem. contra Itanum, eiuſdem inſulæ promontorium. Inſula Indiæ intra Gangem, eſt Ptolemæo. Strabo Leucæ campum deſcribit, ad Laconicum ſinum, inter Helos & Cypariſſiam. Argiuorum opidum eſt, apud Polybium 4. LEVCA Littus, locus dictus in Caria, Pomponio. Vide ACHILLEA, LEVCE, & SESECRIENE.

LEVCA ORE λευκὰ ὄρη, Ptolemæo, id eſt, ALBI Montes, vt Plinius eos vocat; in Creta inſula ſunt. Madara, & Spachia hodie vocari, ſcribit Bellonius.

LEVCADIA, vide LEVCAS.

LEVCÆ, inſulæ quinque, appoſita Leſbo. Plinius. Vide LEVCA.

LEVCÆ NAPÆ λευκαὶ νάπαι, Marmaricæ vicus, apud Ptolemæum.

LEVCÆ STYLÆ, id eſt, Albæ Columnæ, locus circa Cariam, ſic dictus. Herodotus, ſub finem Terpſichores.

LECÆTHIOPES. vide LEVCOÆTHIOPES.

LEVCADES, vide EBVDÆ.

LEVCADIÆ Petræ, Plutarchus de virtutibus mulierum. In Lampſaco.

LEVCANI, vide LVCANI.

LEVCANIA, vide SAMOS.

LEVCARISTVS λευκάριστος, Germaniæ vrbs, apud Ptolemæum.

LEVCARVM, Antonino Angliæ vrbs Lochar eſt, vel alia ſcriptura Loghoz. G. Camdeno.

LEVCAS λευκάς, Epiri promontorium eſt Ptolemæo, & Straboni. inſulam, & montem, ſic nominat Florus: LEVCATAM Montem facit Virgil 3. Aeneid. opidum, Melæ & Euſtathius, qui illud quoque NERICON νήρικος, nominat. Acarnaniæ Epiri reguunculæ opidum eſt Stephano. Leucadiam & NERITIM appellat Plinius: ſed pæninſulam eſſe ſcribit, ponitq; in ea Leucam & Neritum opida. Poſtea eam opere incolarū (quos Strabo Corinthios fuiſſe ait) abſciſſam, à continenti, ac redditam ventorū flatu addit. Habet idem LEVCATES promontorium. Mela LEVCADIAM inſulam facit. Hodie S. Maura dicitur, Nigro aliiſq;. item Sophiano in ſua Græciæ tabula; vbi eam inſulam depingit. Iſthmum LEVCADIENSIVM habet Soſipater ex Hygino: 40. ſtadiis ab Actio diſtantem. Et LEVCADIVM Aequor eſt apud Ouidium in Heroid. Epiſtolis. Vide BALANEÆ, NERITVM, & LEVCA.

LEVCASIA, Plinio eſt inſula Tyrrheni maris, contra Pæſtanum Sinum, ſic dicta à Sirene ibi ſepulta. Pinetus Licoſo eam vocat. Sed is mihi videtur confundere Leucoſiam & Leucotheam, cùm vtramq; Licoſo appellat. Vide SAMOS, BALYRAS, & LEVCOSIA.

LEVCASIVS vicus, in Arcadia eſt Pauſaniæ.

LEVCASPIS λεύκασπις, Libyæ Nomi portus, Ptolemæo.

LEVCATA, Galliæ Narbonenſis locus, Pomponio, circa Pyrenæos. Arx Leucat ibi hodie, vt putat Nauagerius. Vide LEVCAS.

LEVCATAS, promontorium quo includitur Aſtacenus ſinus, Plinio. In Bithynia.

LEVCATES, vide LEVCAS.

LEVCATHÆ λευκάθαι, Mauruſij barbari, ſic dicti, apud Procopium 6. ædificior. Puto eoſdem apud eundem 2. Wandalicorum LEVCHATAS nominatos.

LEVCATIVS, locus præcipitij, ſic dictus, ad mare, circa Nicomediam. Hiſtoria Miſcella 19.

LEVCE, vide LEVCA, & ACHILLEA.

LEVCE ACTE, Euboëæ Auſtrinum promontorium, Straboni. Circa Iſthmum Thraciæ Cherſoneſi opidum eſt; Demoſtheni, in Haloneſo. In Propontide, apud Suidam. Eſt locus iuxta Conſtantinopolim, auctore Cedreno. ALBVM LITTVS, Ptolemæo Marmaricæ locus eſt ad Mediterraneum mare. Idem Straboni quoque LEVCOGEVS λευκόγειος, vocatur. Vide ACHILLEA, & LEON.

LEVCE COME, Arabiæ Felicis, Straboni. circa eius ſinus receſſum videtur. Vide ALBVS Pagus.

LEVCENAS caſtaneas, habet Galenus: à loco ſic dictas: qui eſt ad Idam montem Troadis, quem dicit plurali numero, vt Thebas, pronunciari.

LEVCETIA, vide LVCOTECIA.

LEVCHATÆ, vide LEVCATHÆ.

LEVCI λευκοί, Ptolemæo & Cæſari, Galliæ Belgicæ populi. Plinius eos LIBEROS cognominat. Eorum vrbem vocat Ptolemæus TVLLVM, quæ hodie Toul eſt, Marliano & Diuæo cenſoribus. TVLLVM LEVCOR. nouit Antonini Itinerarium. CIVITAS LEVCORVM, „
quod eſt TVLLVM, legitur in libro Prouinciar. Galliæ. „

Eius & Tacitus quoque meminit. LEVCI etiam Peloponneſi, in Laconica ſunt, apud Liuiũ 35. vbi ſcribit Eliam (quæ in Laconica eſt) imminere & Acriis & Leucis. Strabonis LEVCI Campi quoque ibidem. LEVCI Campi quoq; propè Daſcylium, in Bithynia. Pauſaniæ 4. vbi aqua calida, quæ lacte hauſtu ſuauior.

LEVCIANA, Hiſpaniæ vrbs, inter Emeritam & Toletum. Antoninus. LICINIANA λικινίανα, Ptolemæi eſt, in Luſitania.

LEVCI CAMINI λεύκοι κάμινοι, in Marmarica vicus, Ptolemæo. LVCVNDI V fortè Antonini, vt annotauit Simlerus.

LEVCIMNA λεύκιμνα, Corcyræ inſulæ promontorium, Ptolemæo, & Thucydidi. Cabo blanco hodie, Sophiano.

LEVCOA λευκον, apud Ptolemæum vicus eſt in Marmarica. An Leucon Herodoti?

LEVCOÆTHIOPES λευκαιθίοπες, Africæ populi Ptolemæo ſunt ad mare Atlanticum: Pomponio autem ad Libycum mare.

LEVCOGÆVS Collis, inter Neapolim, & Puteolos. LEVCOGÆI Fontes ibidem. Plinius. Collem vocant Sanfelicius & Leander, Lunera.

LEVCOGEVS, vide LEVCE ACTE.

LEVCOLA λεύκολα, portus Cypri inſulæ, apud Strabonem. Leucolæ meminit quoque Plinius. vbi gagatem lapidem reperiri tradit. Idem fortè cum Leucolla Pamphiliæ.

LEVCOLITHI, populi Lycaoniæ, aut vicinæ regionis alicuius, apud Plinium.

LEVCOLLA, Pamphiliæ promontorium. & ibidem inſula, cum opido, auctore Plinio. In Coa locum, ſic nominat Athenæus 5. vbi Antigonus Ptolemæi duces ſuperauit.

LEVCON λευκων, Africæ vrbs, circa Cyrenen. Herodotus in Melpomene. Vide LEVCOA.

LEVCONIA, vide LEVCONIVM.

LEVCONIENSES λευκονιέυς, Leontidis tribus. Lexicon Phauorini. Apollodori Leuconenſis meminit Demoſthenes aduerſus Policlem.

LEVCONIS, vide COPAIS.

LEVCONIVM λευκωνιον, Æolidis opidum videtur, apud Thucydidem 8. LEVCONIA λευκωνία, fortè, Chiorum colonia; de qua Plutarchus in libello de Virtutibus mulierum: & Polyænus 8.

LEVCONIVS Fons, in Arcadia eſt. teſte Pauſania.

LEVCONVM, Pannoniæ vrbs, Antonino.

LEVCO PEDION λευκυ πεδιον, Megarici regionis. Heſychius. Bithyniæ, circa Daſcylon, Pauſaniæ, in Meſſeniacis.

LEVCOPETRA λευκυπέτρα, Ptolemæo & Ciceroni eſt Brutiorum agri Rhegini promontoriũ. Capo di Sparto Vento, eſt Fazello, & Leandro: huic quoque Capo de Larme; vt Nigro, & Ananienſi. LEVCOPETRA etiam montium pars, quæ Parthiam ab Hyrcania diſtinguit. (Coronus mons hoc facit Ptolemæo.) Polybius 10. Apud Plinium videtur locus circa Aabiam, lib. 37. vbi Aſpilates lapis. Vide BRVTIVM.

LEVCOPHRVS, locus in quo Dianæ fanum, & ſtagnum ſtadij amplitudinis: Xenophonti 3, Græcor. Circa Trallim videtur, ad Mæandrum, eidem 4. Græcor. Vide TENEDOS.

LEVCOPOLICHNA, Laonico Sarmatiæ Nigræ vrbs. Fortè Lempurch, quam recentiores Latini LEOPOLIM vocant.

LEVCOPOLIS vrbs, in Doridis ſinu, Plinius.

LEVCOPYRA λευκοπυρα, Antiochidis tribus gens, Heſychio.

LEVCOREA, vide MARCILIANVM.

LEVCOS λευκὸς λιμήν, Portus, in Aegypto: ad ſinum Arabicum, Ptolemæo. Macedoniæ fluuius eſt in Plutarchi Æmilio. circa Pidnam. Idem fortè cum Lycus eiuſdem in Q. Flaminio.

„ LEVCOSIA, de qua ſic Feſtus. Leucoſia inſula ſic dicta à
„ conſobrina Aenææ, ibidem ſepulta. LECTOSIA quoque legitur. vbi LEVCASIA legendum. Canterus in Nouis Lect. Locus circa Mare Ionium. Ouid. 15. Metam. vbi LEVCORIA legit codex M. S. Raphelengij. quam lectionem veram eſſe, ex Caſſiodoro puto, qui hoc tractu Leucoriam deſcribit in agro Conſilinate. Vide MARCILIANVM, & SYRENVSSÆ.

LEVCOSYRIA, Cappadociæ pars, circa oſtia Thermodoontis fluuij. Hanc ASSYRIAM vocat Dionyſius Afer, vbi Amazones habitant. Orpheus in Argonauticis incolas ASSYRIOS. Vide ARMENIA, & CAPPADOCIA,

LEVCOSYRVS, vide PYRAMVS.

LEVCOTHEA, Tyrrheni maris inſula, apud Plinium, & Melam. Licoſo Pineto eſt. Fons Sami inſulæ eſt apud Plinium. Arabiæ vrbs eſt in Antigoni Mirabilibus. LEVCOTHEÆ vrbem Ægypti habet Plinius. ego ELETHYIAS εἰλυθυίας, Ptolemæi puto. LEVCOTHEÆ Templum habet Strabo in Moſchica regione Aſiatica, quæ circa Phaſidem fluuium eſt. LEVCOTHEÆ Fanum, habet in Tyrrhenia, Polyænus. An in Leucothea inſula? Vide LEVCASIA, & MARCILIANVM.

LEVCOTICHOS λευκωτειχος, Aegypti locus, circa Memphim, Herodoto in Thalia, & Diodoro 11. Apud Thucydidem 1. videtur pars Memphidis ſic dicta.

LEVCTRA, de quo Strabo 9. Leuctra oſtenduntur in via quæ Plateis Theſpias ducit. Eſt ergo in Bœotia. Eſt LEVCTRIS Theſpienſis agri exiguus pagus, apud Plutarchum in Amatoriis. Vide LEVCTRVM.

LEVCTRVM λεῦκτρον, Laconicæ vrbs, in Peloponneſo; ad Sinum Meſſeniacum, Pauſaniæ, & Ptolemæo. Maina Nigro vocatur. Et ſic eam Gemiſtus quoque μαίνη, appellat. Leuctrum etiam eſt Arcadiæ vrbs, apud Pauſaniam. Rhypidis etiam regionis pagus, in Achaia Propria, Straboni 8. Eſt quoque locus apud Megalepolim Arcadiæ, Plutarcho in Pelopide, & Cleomene. ſed hic λευκτρα legit. LEVCTRVM Bœotiæ habet Strabo 8. & Stephanus in verbo Νικαῖα.

LEVCVS, vide LEVCOS, & LYCVS.

LEVCYANIAS λευκυανίας, Peloponneſi fluuius, in Alpheum prorumpens. Pauſanias in Eliacis.

LEVEFANO, ſic in Tabula Peutingeriana. M. Velſerus hæc. Niſi fallunt Geographicæ tabulæ, huius fani memoria „
in Lee ad Rhenum, nomine ferè nihil mutato ſupereſt. „

LEVGÆSA λεύγαισα, Armeniæ Minoris vrbs, Ptolemæo. In Melitena regione.

LEVGI, Aethiopiæ Africæ prouincia.

LEVI, Italiæ Tranſpadanæ populi videntur apud Plinium. Vide LÆVI.

LEVINVS, vide BODOTRIA.

LEVNI λεῦνοι, Vindeliciæ populi, Ptolemæo. Hos Horatius GELONOS vocat, vt ſcribit Auentinus. Glon fluuius hodie in eo tractu eſt, & loca quædam ei vicina, Glon, & Gloneck dicta. Pro Gelonis, vt Simlerus prodit, nonnullæ Horatiana exemplaria GENAVNI, GERAVNI, & GENAVI legunt. quam poſtremam lectionem illi potius placere addit, quòd ad Germanicũ idioma accedat magis, in quo Aw, inſulam aut agrum ſignificat. An NAVNES Plinij, & BENLAVNI Ptolemæi ijdem ſint, aliis conijciendum relinquit. LEVNI apud Plinium ſunt quoq; in Hiſpania Tarraconenſi, alicubi. Eoſdem cum eiuſdem LEBVNIS puto.

LEVOMNE, mons circa Pallenen, Macedoniæ pæninſulam. Plinius.

LEVONÆ λευώναι, Ptolemæo ſunt populi qui media Scandiæ tenent; vbi hodie ſunt Bothnia Occidentalis & Orientalis.

LEVPAS Portus, Arabiæ Felicis, à parte Meridionali: Plinio teſte.

LEVPHANA, Germaniæ vrbs Ptolemæo. Hanofer in Saxonia, vertit Irenicus. LEPHANA λεφάνα, eſt in Græco.

LEVPHITHORGA, Aethiopiæ vrbs, ſub Aegypto. Plinius.

LEVSANA, Antonino Pannoniæ vel Illyrici vrbs.

LEVSANICORVM Antra, λευσανικων σπήλαια, in Pentapoli regione Africæ: Ptolemæo. LAGANICORVM legunt malè (vt fere ſolent) eius interpretes.

LEVSINE, vide ELEVSINA.

LEVSINIVM, Dalmatiæ vrbs, Antonino.





LEVTARNIA λευταρνία, Straboni, & Lycophroni Iapygiæ vrbs. LEVTARNIAM maris oram, & LEVTERNIOS dictos gigantes, quos ex Phlegra Campaniæ huc uſq; profligauit Hercules, habet Strabo 6. Gab. Barrius hanc Leutarniam pro Leuidonia habet circa Thurium. an rectè, ipſe viderit.

LEVTEON, vide LEDRENSIS.

LEXIANÆ, Plinio Arabiæ Felicis populi.

LEXOBII, & LEXOVII, Galliæ populi ſunt apud Cæſarem, Strabonem, & Plinium. Marlianus eos collocat in Normandiæ ducatu, vt quoque Vinetus: in opido Liſieux vocato. λεξουιοι apud Ptolemæum ſunt.

LHOEGRIA, quondam fuit dicta ea inſulæ Albionis pars, quæ hodie Anglia vocatur. teſte Walſingamo. Vide BRITANNICÆ.

LIAMNIA, vide IAMNA.

LIANIVM, vide DIANIVM.

LIANVM λεíανον, Sarmatiæ Europææ vrbs. Ptolemæo. Salinea interpretatur Mercator, ad Mæotidem paludem ſitum opidum.

LIARIA, vide MARIAN.

LIBA λίβα, Ptolemæo Carmaniæ inſula: Areſtinga fortè. Hanc Areſtingam ſcribit Theuetus Codane vocari. fides ſit penes illum. Meſopotamiæ opidum eſt, apud Polybium 5. Locum ſic dictum circa Nitriam, habet Palladius, in Lauſiacis. Locus circa Nicomediam, Cedreno. LIBVM hoc fortè Antonini.

LIBADESIA, vide LEBIDON.

LIBAM, vide LIPARA.

LIBANA λιβάνα, Celtiberorum in Hiſpania opidum. Ptolemæus. LABANA legit apud eundem Hermolaus.

LIBANÆ λιβαναι, Syriæ vrbs, vicina Atreis, apud Stephanum; ex Arriani Parthicis.

LIBANISIA, vide PHOENICE.

LIBANOPHOROS, id eſt Thurifera regio, in Arabia Felici, Ptolemæo.

LIBANOTHANI, vide EVDOSES.

LIBANVM, vide LIBARNA.

LIBANVS λίβανος, Ptolemæo aliiſq; Syriæ mons. Circa portas Ciliciæ eũ deſcribit Diodorus 14. dicitq; eum porrigi ad Phœnices vſq;. De eodem lege eundẽ 19. In Arabia apud Sabæos eſt, ſi fides Iſidoro, qui ſcribit tus inde venire.

LIBANVS ALMÆ VENERIS, vocatur Aethico inſula Tiberis, inter vrbem Romam, & Oſtiam ciuitatem. Hodie fortè communi nomine Iſola nominatur. Vide INSVLA Sacra.

LIBARNA λιβάρνα, Ptolemæo, & Plinio Liguriæ opidum, in Apennino ſitum. Dom. Niger Bobio vocat. Inciſa Georg. Merula putat, vt de eo reſtatur Gaud. Merula. Vide LIBERONEM, & LIBANVM.

LIBERALIENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

LIBERI Patris fons, in Andro. Plinius.

LIBERI, Sarmatarum gens, videtur apud Ammianũ 17. Vide ARVERNI, BITVRIGES, LEVCI, MELDI, NERVII, SANTONES, SECVSIANI, & TREVIRI.

LIBERI Patris Luci, in Thracia, meminit Suetonius in Auguſto.

LIBERII, vel S. Liberij inſula in Propontide. In Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp. ELEVTHERII in Græco eſt.

LIBERINI, vide ILLIBERIS.

LIBERNVM λίβερνον, vocat Suidas lacũ Curtiũ: Vrbis Romæ.

LIBERONEM, Liguriæ vrbem, habet Calliſtus 14. cap. 5. Λιβερῶνα Sozimo. LIBARNA fortè Ptolemæi.

LIBERTINORVM, tamquam gentis, meminit D. Lucas, Act. 6. Gentis quoque nomen eſt apud Suidam. LIBERTINENSIS Eccleſiæ epiſcopum Victorem, habet Coll. Carthag. in Africa eſt.

LIBETHRA, vide LIBETHRVM.

LIBETHRVM, opidum in Macedonia alicubi; Liuio 44. LIBETHRA, eſt Melæ. Circa Heliconem, Iſacio ad Lycophronem. Pauſanias dicit olim λίβηθρα, fuiſſe in Bœotia. Habet is ibidem Libethrum fontem. Item montem, ſtadiis circiter quadraginta à Coronea diſtantem. Libethria fons, in Magneſia, Plinio quoque notus eſt. LIBETHRIVS λειβήθριος, Mons, & vrbs Thraciæ eſt apud Ioannem Tzetzam. Huius mentio eſt in Argonauticis Orphei. Mons Ætoliæ eſt Vibio Sequeſtri.

LIBIAS λιβίας, Iudææ vrbs: Ptolemæo, Ioſepho, Antiq. 14. cap. 2. & D. Hieronymo in locis Hebraicis. LIVIAS Plinio 13. cap. 4. LIBIAS Paleſtinæ vrbs, ab Herode conſtructa, in honorem Liuiæ matris Tiberij Imp. Auctor Egeſippus, Euſebius in Chronicis, & qui eum imitatur Contractus. Aliis IVLIA eſt, ni fallor. Hæc eadem enim Tiberij mater LIVIA dicebatur, priuſquam ab Aug. Imp. in Iuliam familiam recepta fuiſſet. LIVIADIS Conuallis hinc quoque Plinius, loco ſupra dicto, vbi fertilitas & nobilitas palmarum. Vide BETHARA.

LIBICI, Vide LEBVI, & LIBYCI.

LIBISONIS Turris, colonia, Plinio, BISSONIS Turris, πύργος βίσσωνος, Ptolemæo, TVROBOLIS fortè Antonini eſt. Sardiniæ opidum. Sardos appellatur Pineto, Terra noua Nigro, & Porto di Turre Leandro.

LIBISOSONA, cognomine FOROAVGVSTANA, Hiſpaniæ vrbs, Plinio lib. 3. cap. 3. Eadem fortè cum LIBISOCA λιβισόκα, Ptolemæi. LIBISOSA per s. in vltima, legit ex Antonino, & lapide antiquo, Moralis: qui eandem recentiori nomine Lezuza vocat, circa Alcarez vrbem.

LIBISSA, Vide LIBYSSA.

LIBISTVS, Thraciæ vrbs, Plinio. circa Mœſiã Inferiorem.

LIBIVM, vide LIBVM.

LIBNA, vide PELVSIVM

LIBNIVS, vide LIBOEVS.

LIBOEVS λίβοιος, Hiberniæ fluuius, apud Ptolemæum. LIBNIVS corruptè legunt eius interpretes. Bay of Slegah ex eo facit Camdenus.

LIBONA, Arabiæ vrbs: in lib. Notit.

LIBONOTRIA, vide EVDOSES.

LIBOPHOENICES, vide LIBYPHOENICES.

LIBORA λιβώρα, Carpitanorũ in Hiſpania opidum. Ptolem. ÆBVRA Liuio eſſe putat Io. Mariana. & hodie Talauera. Gothorũ tempore vocabatur Elbora, vt idem addit.

LIBVI, vide LEBVI.

LIBVM, locus inter Niciam & Nicomediam: Antonino. LIBIVM eſt in Hiſt. Miſcell. vide LIBA.

LIBVNCA Hiſpaniæ vrbs, Pomponio. ad Narium fluuium. Λιβύνκα, Ptolemæo. Llanes eſt H. Coquo.

LIBVRNA λιβυρνὴ, vrbs circa Dalmatiam: Strabo. ſi ſincerus locus: de quo conſule Caſaubonũ. In Italia quoq;, ſi Zoſimo credendum eſt. à qua Liburnas naues nomen habere tradit. A Liburnia autem Illyrici regione ſic dictas, antiquiores ſcribunt. LIBVRNÆ ciuitatis epiſcopalis, circa Ciliciam, ſæpius memoria in concil. Chalcedonenſi. Vide LIBANVM.

LIBVRNIA λιβυρνία, Illyridis regio, apud Ptolemæum. λιβυρνοι, ſine o ſcribit Stephanus. Lazius Crabaten, & Krayn, Pinetus Contado di Zara indigitat. Huic ſuffragatur Vegetius, qui dicit Liburniam, Dalmatiæ partem eſſe, & ſubiacere Iadertinæ ciuitati. LIBVRNOS circa Corcyram habet Strabo 6. de quibus vide HYLLIS. LIBVRNOS aliquando oram Gallicam VI. regiones Italiæ habitaſſe, (in qua Truentum,) auctor eſt Plinius 3. cap. 13. & 14.

LIBVRNICVS Sinus. vide FLANATICVS.

LIBVRNIDES λιβυρνίδες, Straboni inſulæ LX. ſunt Maris Hadriatici, iuxta Liburniam: inter quas numerat Iſſam, Tragurium, & Pharum.

LIBVRNVM Mare, vide TYRRHENVM.

LIBVRNVS λίβυρνος, Apuliæ mons. Polybius 3. Eundẽ eſſe credo cum eo quem Virgilius & alij TABVRNVM nominant. Vide AD HERCVLEM, & LIGVRNVS.

LIBYA λιβύη, regio quam Stephanus quoque OLYMPIAM ὀλυμπία, OCEANIAM ὠκεανία, ESCHATIAM ἐσχατία, CORYPHEN κορυφὴ, HESPERIAM ἑσπερία, ORTYGIAM ὀρτυγία, AMMONIM ἀμμωνὶς,

ὠρμιωτὶς, ÆTHIOPIAM αἰθιοπία, CYRENEN κυρλωή, OPHIVSAM ὀφίουσα, CEPHENIAM κηφλωία, & ÆRIAM ἀερία, dici ſcribit. Hebræis Libya LVDIM eſt, Ar. Montano teſte. In antiquis inſcriptionibus ſæpius LYBIA per Y in prima legitur. LIBYA dicebatur tempore Procopij, ea Africæ pars quæ ab Alexandria Cyrenen vſque vrbem eſt, vt ipſe teſtatur 6. Aedificior. Hoc tractu LIBYA eſt quoq; Ptolemæo, quam Propriam cognominat, in principio libri 4. de Geographia, vbi eam inter vndecim Africæ regiones numerat. In eiuſdem autem deſcriptione LIBYÆ Nomum vocat. Libro autem 8. nominat quidem, atque tantùm ſeptem Africæ regiones facit. parum ſibi conſtans. G. Mercator hanc eandem EXTERIOREM cognominat, qua fide, mihi non liquere fateor. LIBYA Antonino, Hiſpaniæ vrbs, circa Calagurrim. Vide AFRICA, & NOVARIA.

LIBYÆ Deſerta, Ptolemæo, in Africa ſunt. Ab incolis nominantur Zahara, Ioanni Barrio; & Zarra Aloiſio Cadomoſto, cum Ioanne Leone, qui addit ſic Arabica lingua vocari; & deſertum ſignificare. Lud. Marmolius ſcribit ab incolis antiquitus Elber dictam.

LIBYA INTERIOR, Ptolemæo Africæ regio. ab incolis appellatur Beledla Abid, vel Beled Geneua, auctore Marmolio. Huius naturam lege apud Lucianum in Dipſadibus. LIBYA PHRAGONIS, iuxta Paratonium, nominatur à D. Athanaſio, in cõcilio Alexandrino. PHRAGONEOS nominat concil. Epheſinum III. cuius epiſcopum Paullum vocat. At diuerſa lectione idem PHRAVONEOS & PHRAVVNEOS ſcribit.

LIBYA PALVS, in Africa Propria, apud Ptolemæum. Vide LYBIA.

LIBYCA, appellantur duo modica oſtia Rhodani fluminis. ex his alterum HISPANIENSE dicitur: alterum METAPINVM: tertium idemq; ampliſſimum, MASSALIOTICVM. ſic Plinius.

LIBY ÆGYPTII, Africæ gens, Ptolemeo, & Plinio. LIBYES ÆGYPTII, Melæ qui Libyco mari alluuntur. LIBYA ÆGYPTIA Oroſio, vbi Nuchul fluuius.

LYBYÆ SEPTIMIACÆ prouinciæ, meminit Chalcedonenſe concilium. Sic cognominata fortè à Septimio Imp. aut in huius honorem ſic dicta à poſteris. Eritq; pars Africæ Propriæ, circa Leptim. quæ huius patria: niſi ſit is tractus, vbi Septimmicia vrbs eſt.

LIBYARCHÆ, Marmaricæ Nomi gens. Ptolemæus.

LIBYCÆ PALÆSTINÆ meminit Vopiſcus in Aureliano.

LIBYCA Via, & LIBYCVM Fretum, vide MAMERTINVM.

LIBYCI, Italiæ Tranſpadanæ populi: in quibus Vercellæ vrbs, Plinio. Vide LEBVI, & LAII.

LIBYCI, Montes Aegypti, ab exortiua parte Nili fluminis, Ptolemæo. Meminit horum Syneſius quoque in oratione Aegyptia.

LIBYCVM vocatur à Plinio lib. 5. cap. 9. tractus Aegypti, in qua Lycon. LIBYCVM Mare vocatur à Ptolemæo, quod Cyrenen adluit. Vide LIBYCA.

LIBYCVS Mons Aegypti, ad Thebarum magnam vrbem. & alius huic è regione oppoſitus, qui SACER dicitur. inter hos Nilus interfluit. Syneſius, in Libello De Prouidentia.

LIBYCVS Campus, vide LIBYSSVS.

LIBYES ÆGYPTII, vide LIBI ÆGYPTII.

LIBYPHOENICES, miſtum Punicum Afris genus. Liuius 21. LIBOPHOENICES λιβοφοίνικες, eos vocat Diodorus 20. Meminit horum etiam Plinius. Vide BYZACIVM.

LIBYSOSONA, LIBYSOCA, LIBVNCA, & LIBORA, Celtiberorum ciuitates, Beroſo. Vide (ſi ocium eſt) Annium, huius commentatorem.

LIBYSSA Plinio. Apud Ptolemæum malè ſcribitur in ſecunda quemadmodum in prima, per I λίβισσα. Bithyniæ vrbs maritima; vt Plutarchus auctor eſt, in Flaminio. Diaribe Bellonio dicitur, Diacybiſſa Gyllio, qui vicum hodie eſſe, addit. Gebyſe Busbequio. ſed Lebuſſa Leunclauio. Hic Annibalis ſepulcrum fuit. Fuit Libyſſa, inquit Plinius, vbi nunc ANNIBALIS tantùm tumulus. Hanc Libyſſam vidit Bellonius inter Nicomediam & Pantichium, admodum autem huic vicinam. Λίβυσσα, Bithyniæ fluuius eſt, apud Appianum de bellis Syriacis, vnde vrbi & regioni nomen.

LIBYSSVS, Vrbis Romæ locus: qui deinde ARGÆVS, poſtea VICVS TVSCVS dictus fuit. Fab. Pictor. LIBYCVS campus in agro Argeo. ſic Feſtus. vide LIBYSSA.

LIBYSTENE, vide COLCHIS.

LIBYSTINI, Libyæ populi vocantur, teſte Iſacio in Lycophronem. Horum mentio eſt apud Auienum, in Ora Maritima. cui ad Fretum Herculeum ſunt. Inde Libyſtinus (quaſi Libycus) Apollo: Macrobio 1. Saturnal.

LICANDRVS, vide LIPARA.

LICANIACENSIS vici, in Aruernis, meminit Greg. Turonenſis.

LICATII λικάτιοι, Vindeliciæ populi, apud Ptolemæum, & Strabonem, qui eos petulantiſſimos Vindelicorum vocat. Plinius LICATES habet. Lechrainer hodie ſunt, vt Scudus & Auentinus ſcribunt.

LICESIVS, vide LYNCESTIS.

LICHA λίχα, ciuitas videtur circa Lyciam. Thucydides 8.

LICHÆ Aræ, & Columnæ, ſunt in Aethiopia ſub Aegypto. Straboni.

LICHAS. Ouidius 9. Metamorph. Nunc quoque in Euboico ſcopulus breuis eminet, alto Gurgite: & humanæ ſeruat veſtigia famæ. Quem quaſi ſenſurũ nautæ calcare verentur: Appellantq; Licham. Strabo 9. habet LICHADES λιχάδες, inſulas tres. harũ multas partes inundatione ſubmerſas tradit. Lichadũ meminit hoc tractu quoq; Plinius.

LICHENI, Arabiæ Felicis populi, apud Plinium.

LICHINDVS λίχινδος. Siciliæ vrbs. Stephanus: ex Philiſto.

LICHNIVM λιχνίον, circa Athenas locus. Tzetza in Lycophronem. Vide APHIDNA.

LICHNORVM, vide NVPHEOS

LICHOS, Phœniciæ fluuius, Pomponio. Fortè Plinij LYCOS.

LICIANVM, vide NOVA.

LICICA VIKI, vide SCLAVI.

LICINI Forum, vide FORVM LICINI.

LICINIA Stagna, habet Statius 4. Thebaidos. circa Peloponneſum videntur.

LICINIANA, vide LEVCINIANA.

LICINII Liberti Aug. monumentũ, pretioſi operis in Via Salaria, ſecundo ab Vrbe lapide. Cornutus in Perſium.

LICNENI λικνινοὶ, Ptolemæo Corſicæ inſulæ populi. Leander eos ponit, vbi hodie Val de Niolo eſt.

LICNIAS, vide APSASIVM.

LICOLONE, vide COLONE.

LICORNIS, vide QVILLÆVS.

LICVS, vide LYCVS, & LYCIAS.

LIDE λίδη, Cariæ mons, Herodoto in Clio.

LIEBRIS λίηβεις, Phœniciæ vrbs, Stephano. ex Hecatæo & Herodiano, vt tradit.

LIGA, Britannici maris inſula, Antonino. vt legit Camdenus, qui eam nunc Ligon vocari ait.

LIGANA Silua; ad Benacum lacum, vbi Claudius Imp. magnam multitudinem Alemannorum fudit. vt habet Diaconus, ad Eutropium, lib. 9. LIGONA per O. in medio legebat M. S. codex meus. An Litana Liuij?

LIGANIRA λιγανείρα, Ptolemæo, Indiæ intra Gangem vrbs.

LIGARVM, vide BEGABRI.

LIGAVNI, Galliæ Narbonenſis populi. Plinius. Pro INGAVNI contenderim.

LIGEA, ſic appellata inſula, abiecto corpore Sirenio, ita nominato ſic Solinus. LIGIA, & LINCÆA alijs. Vna ex Sirenum ſaxis videtur. Vide SIRENVSÆ.

LIGERIS λίγειρος, Cæſari, Straboni, & Ptolemæo Galliæ fluuius. Aeduos à Biturigibus diuidens. Etiam Celtas ab Aquitanis, Vibio. Loire hodie, Marliano.

LIGIA, vide LIGEA, & SIRENVSSÆ.





LIGIÆ, vide SALLYES.

LIGII, Germaniæ populi, Tacito, Annal. 12. Sunt Schleſier, Willichio. Per Y. in prima, quidam legunt. ſic quoque λυγιοι in Dionis fragmento. Andreas Velleius Langlandt inſulam Baltici maris interpretatur. Vide ILINGÆ.

LIGIR λίγειρ, fluuius circa Platean. Stephanus, in dictione Bechir.

LIGITANI, vide FRAVASOSONENSES.

LIGNISTVS, vide DASSARITES.

LIGONA, vide LIGANA.

LIGVIDONIS Portus, in Sardinia: apud Antoninum, fortè Lucuidoneſiorum Ptolemæi.

LIGVLA, vide TÆNIAS.

LIGVRES qui cognominantur CORNELIANI, & qui BEBIANI, Apuliæ populi ſunt. Plinio lib. 3. cap. 11. Horũ meminit his verbis Frontinus Nanſij inter colonias: Liguris, Veuianus & Cornelianus, muro ductus Triumuirali lege, &c. Bæbiani per æ diphthongon alia lectio.

LIGVRIA λιγύεια & λιγυστική, Italiæ regio, quæ hodie Riuiera di Genoa dicitur. Euſtathius tradit ex Lycophrone LIGVSTINOS, Ligures à Græcis appellari. λιγυρος, per Y, ſcribit Stephanus. LIGVRES COMATOS vocat Dion, qui Alpes Maritimas colebant. In Marij vita apud Plutarchum, videntur ab initio AMBRONES ἄμβρωνες, vocati. Qui in Gallia nempe, vbi Ligures olim quoque vſque ad Oranum fluuium, ab Occidente. Epitome Liuij 47. vocat hos LIGVRES TRANSALPINOS. Ligures ad Arnum vſque verſus Orientem, ducit Trogus. Piſas enim Ligurum facit. Plinius Ligures habet cognomine VAGIENNOS, & INGAVNOS. item INALPINOS. Hi cenſore Foglietta, habitabant eam partem quæ ab vrbe Genua verſus Occidentem ad Alpes vſque eſt. Rufus Auienus videtur Ligures deſcribere, à Celtis fugatos, circa Oceanum Gallicum. Vide LIGYES.

LIGVRISCÆ, vide TAVRISCI.

LIGVRNVS Portus, eſt in fragmento Antonini, & apud Catonem, ſi verus eſt titulus eius libri, qui huius nomine circumfertur. Liuorno hodie vocatur. Liburnum portum habent (neſcio vnde) Ptolemæi interpretes, ſed malè collocant inter Lunam & Arnum.

LIGVRVM, Pomponio locus videtur inter Lunam & Genuam.

LIGVRVM MONTES, deſcribit Leander in Tuſcia, dicitq; eos hodie Montagna di Carrara & Lunigiana appellari. LIGVSTINI vocantur Liuio, lib. 34. LIGVSTICI, Varroni lib. 36.

LIGVS, Liguriæ fluuius; à quo Liguſtici vocantur. Euſtathius in Dionyſium. λιγύρον Stephanus vocat.

LIGVSTICA SAXA, Iuuenalis 1. Satyra 3. Nomen inſulæ eſſe adnotauit huius vetus interpres.

LIGVSTICÆ, & LIGVSTINÆ Alpes, eædem ſunt, cum MARITIMIS, vt credit Simlerus. Harum meminit Ptolemæus, Dio, Liuius, & Tacitus. Tendarum comitatum hodie ibi ponit Philibertus Pingonius in ſua Sabaudia. vide LIGVRVM Montes.

LIGVSTICVM Mare, vt Plinius illud vocat, quòd Liguriam alluit: LIGVSTICVS Sinus Floro eſt. hodie Mar di Leone vocatur, atteſtante mihi Leandro. Marius Niger ait hoc totum Maris Mediterranei quod eſt à Freto Gaditano, ad Siciliam vſque, nunc à Iunioribus Mare Leonis appellari. AFRICANVM Mare nominat impropriè Luitprandus Ticinenſis, cùm Ianuenſem vrbem ad Africanum mare conſtitutam ſcribit. Videtur eum excuſare Iſacius, qui dicit Libycum & Liguſticum idem eſſe. Sed idem ſunt re, nomine non item.

LIGVSTINVS lacus, vnde Tarteſſus fluuius emanat. Auienus.

LIGYES λίγυες, Aſiæ populi, in Media fortaſſe, apud Herodotum 7. Ad Caucaſi partes, quæ is verſus Hyrcanum mare ſe inclinat, ſunt Zonaræ. In Colchide puto. Colchos enim originem trahere à Liguribus Europæis, tradit Euſtathius ad Dionyſium. LIGYES Hiſpani ſunt quoque circa Sicanum fluuium: Thucidi 6. & Halicarnaſſeo 1. Hos puto LIGVRES Auieni. Vide LIGYSTINA, & GALLOLIGVRES.

LIGYRGVM λιγυργον, Arcadiæ mons: Polybio, 4. LYCVRGIVM puto Strabonis 8.

LIGYRII populi, in Thracia ſunt, apud quos aditus eſt Libero conſecratus, ex quo redduntur oracula. Macrobius 1. Saturnal. cap. 18.

LIGYRVS, vide LIGVS.

LIGYSTICA, vide COLCHIS.

LIGYSTICVS λιγυστικὸς, locus in Iberia. Suidas. Cytiæam Iberiæ, vrbem Ligyſticam vocat Lycophron.

LIGYSTIDES, vide STOECHADES.

LIGYSTINA λιγυστίνη, Lygiorum vrbs, iuxta Iberiam Occidentalem, & Tarſum. ſic Stephanus. Incolas Lygies vocat. Vide LIGYES.

LILÆA λίλαια, vrbs Phocidis: Stephano. ad Cephiſſi fluuij fontes: Straboni 1. & 9. Doridis, Ptolemæo. Arcadiæ vrbs eſt Ptolemæo quoque. ſed per ει. in prima: λείλαια.

LILÆVS λιλαῖος, mons in India, Indo flumini adhærens. Plutarchus de Fluminibus & Montibus.

LILANTVM λιλάντον, regio Chalcidenſis: Aeliano 6. Variarum. Strabo per η in prima LELANTVM. Sic quoque Callimachus, cuius Scholiaſtes dicit Euboëæ campum eſſe. Theophraſtus per ε, in Euboëa. Flumen eſt Plinio, in Euboëa.

LILLIVM λιλλίον, Bithyniæ emporium, ad Pontum Euxinum. Arrhiani Periplus.

LILYBÆVM λιλύβαιον, Siciliæ promontorium & vrbs, Ptolemæo, & Solino; Item Puteus, Euſtathio, & Diodoro. Vrbs hodie Marſalla dicitur Fazello, Aretio, & Leandro: apud Nigrum Marzara legitur. Promontorium verò Capo Boëi, Fazello & Aretio: Capo Coco autem Leandro. SICILIENSEM Speculam, vocat hoc promontorium, Nazarius in Panegyrico. λιλύβη, habet Dionyſius Alexandrinus. PHREAR φρέαρ, i. Puteus, antea vrbem nominatam, ſcribit Diodorus 13. LILYBÆITIS Regio, legitur apud Polybium 1.

LIMÆA λιμαία, Luſitaniæ fluuius apud Strabonem, quem LETHEN λήθη quoque vocat. Ptolemæo LIMIVS λίμιος, videtur. Lethen habet quoque Silius, lib. 1. apud Luſitaniæ Grauios populos. Plinius lib. 4. cap. 22. LIMÆAM appellare videtur, & ÆMINIVM; quem antiqui OBLIVIONIS Fluuium vocauere. de eodẽ ſic etiam Mela, Et cui Obliuionis cognomen eſt LIMIA. Obliuionis fluminis meminit etiam L. Florus, & is qui ſcripſit Liuianam Epitomen, lib. 55. Strabo tradit etiam BELIONEM dictum. Xylander in ſuo Strabone Latino hoc vocabulum reticuit, tanquam ſpurium & corruptum. corruptam vocem pro ὀβλιουιώνα putat Schottus, quod & veriſimile eſt. BALION à Pomponio appellari, annotauit Hermolaus, ego hoc apud Pomponium nõ inuenio. Marius Niger dicit à Plinio CHALIBES nominari, ex mẽdoſo (vti ego conijcio) exemplari, alibi enim pro Chalibe, hodie legitur, loco dicto, ſic: Aeminius: quẽ alibi quidã intelligunt, & Limæam vocant, Obliuionis antiquis dictũ, &c. Limia hodie nuncupatur. Eſt in Bætica fluuiolus, hodie Guadalete dictus, & à Mauris Bedalac (vt P. de Medina tradit) vocatus; quẽ Florianus ſcribit olim quoq; LETHEN nominatũ, ſed apud quem auctorem, nõ fatetur: atq; hoc etiam mihi ignotũ eſt, niſi Silius lib. 16. eius meminerit hoc verſu:

Et Theron potator aquæ ſub nomine Lethes.

Antiquum nomen obtinet, præpoſito Arabico vocabulo, Guadil, aut, vt Hiſpani corruptè pronunciant, Guadal; quod fluuium ſignificat, quaſi dicas, Fluuius Lethe.

LIMANEM vocat Greg. Turonenſis Auerniæ regionem, quam hodie vulgò Limaigne nominant. Niſi fluuium hujus regionis ſic vocet, qui hodie Lamone & Lymonne nominatur: vt videtur Belleforeſtio.

LIMANDVS, vide LAPARA.

LIMATA, vrbs Africæ: Diuo Auguſtino. qui & Limatenſis epiſcopi meminit. ſic quoque Optatus Afer.

LIMEN Interni Maris, vide FRETVM.

LIMENE, vide LEMANVS.

LIMENEIVM λιμωνιόν, *locum in Mileſiorum regione, habet Clio Herodoti. Idem Suidas, in voce Gyges.*

LIMENIA λιμωνία, *Cypri ciuitas apud Strabonem.* Limnat *pagus hodie; vt refert Stephanus Luſignanus.*

LIMENEOCHVS, *vide* HERACLEVM *Prom.*

LIMENOPOLIS, *vrbs videtur circa Buthyniam, aut Phrygiam. In epiſtola epiſcoporum huius tractus, ad Leonem Imp. Exſtat in Conciliorum opere.*

LIMENOTIS λιμενῶτις, *Cherroneſus Celtica. Stephanus. Non noui locum.*

LIMERA, *vide* EPIDAVRVS.

LIMETARVM λιμητῶν, *Solitudo, apud Calliſtum eſt, quam Gregorium Theopolitanum peragraſſe ſcribit. Arabiæ videtur, apud Euagrium.*

LIMIA λίμια, *Macedoniæ regio, aut locus videtur; apud Strabonem 7. corruptè, pro* ELIMEA *putandum. Vrbis nomen, Antonino. in Hiſpania. circa Bracaram. Vide* LIMÆA.

LIMICI λιμικοι, *Hiſpaniæ Tarraconenſis populi: Ptolemæo. Vide* AQVÆ FLAVIENSES.

LIMIGANTES *Sarmatæ, ſunt apud Ammianum. Vide* ARCAGANTES.

LIMINIVM, *opidum inter Emeritam & Cæſarauguſtam: Antonino.* LAMENIVM *etiam, Simlero,* VII. M. P. *à capite fluminis Anæ.*

LIMIOSALEVM λιμιοσάλεον, *Ptolemæo Germaniæ vrbs, ex qua P. Appianus* Gueſna, *Poloniæ vrbem facit.*

LIMIVS, *vide* LIMÆA.

LIMMOCHEIRIS, *ad Mæandrum fluuium, qui hic ponte tranſitur. Nicetas.*

LIMNÆ λίμναι, *vrbs in Thraciæ Cherſoneſo: Straboni. iuxta Seſtum, Stephano. Vicus eſt in Meſſeniæ & Laconicæ confinibus: apud Pauſaniam. Idem pro Meſſeniæ caſtello habet. Atticæ tribus eſt Callimacho, in Dianæ hymno. In Acropoli Athenienſium locus, Scholiaſti in Thucydidem 2. Eſt & prope Soreos locus; Metaphraſti in S. Autonomi vita. Macedoniæ eſt, Laonico, 6. Vide* AMYCLÆ, & DIANÆ.

LIMNÆA λιμναία, *circa Ambracium ſinū locus: Polyb. 4. & Thucydidi 2. & 3. Argiæ vicum facit Stephanus, ex Thucydide. quia circa Argos Amphilochicum. Theſſaliæ, aut vicinæ vrbs, Liuio 36.*

LIMNE ASPHALTIS, *lacus ampliſſima magnitudine, Babylone. Vitruuius 8. cap. 3.* BITVMINIS *Fons eſt, apud Curtium 6.*

LIMNIDIS, *Cyrenaicæ regionis locus: Antonino. Alio loco* LIMNIADIS *legit.*

LIMNITÆ, *gens ſub Turcis: Cedreno.* DE LIMNITÆ *legebat Gabius, in ſuo Curopalata. vide* DILIMNITÆ, *eandem enim reor.*

LIMNOS λίμνος, *inſula inter Albionem & Hiberniam, Ptolemæo. Hæc* Eulhi *Britannicè, &* Bardeſay *Anglicè vocatur, vt Lelandus docet,* SILIMNVS *fortè Plinij eſt. quod & Camdeno videtur, qui hanc Britannicè* Lymen, *& Anglicè* Ramſey *appellari tradit, & Limeneiam inſulam in S. Dauidis epiſcopi vita ſæpius vocatam, addit.*

LIMON λειμων, *id eſt pratū, Cariæ locus, à Nyſa vrbe* XXX. *ſtadiis verſus Meridiem diſtans. Strabo. Eſt Argiæ vicus, apud Pauſaniam. Circa Surrentum in Campania quoq; loci aut fluuij ſic dicti, meminit Statius 2. & 3. Siluarum.*

LIMONVM λίμωνον, *Galliæ Aquitanicæ vrbs. Ptolemæus.* LEMNVM *eſt in tabula Peutingeriana, vt cenſet M. Velſerus. Vide* LIMOVICES.

LIMOPEDIVM λιμνοπεδίον, *Atticæ locus. Heſychius.*

LIMOVICI *vide* LEMOVICES.

LIMVSA, *Antonino Pannoniæ Inferioris vrbs.* Muſnburch, *&* Wiſelburg/ *Lazio vocatur, in ſua Vienna, & R. P. Romana. Ad primum lapidem ab Altemburgo.*

LIMYRA, & LIMYRVS, *vide* LAMYRA.

LIMYRICA λιμυρικη, *regio Indiæ intra Gangem. Ptolemæus: & Arriani Periplus.*

LIMYRNII λιμυρνιοι, *populi vxores cōmunes habentes, & liberos cōmuniter alentes. ex Nicolao, Stobeus. de Legibus.*

LINATVS *mons, qui poſtea Congregationis fuit dictus, vt docet Metaphraſtes, in vita S. Pelagiæ. Circa Tharſum Ciliciæ.*

LINCÆ, *vide* ILINGÆ.

LINCASII λιγκάσιοι, *Galliæ Narbonenſis gens: circa Æduos. dicit enim Strabo 4. Ararim fluuium terminum eſſe Sequanorū, Aeduorum & Lincaſiorum. Infidam ſcripturam reor, & mirer Caſaubonum hic mutum.* LINGONES *putat Xylander. quod & mihi veriſimile.*

LINCERIVM, *(aut vt alia lectio* LVTIRIVM, & LITIRIVM,) SOLINIVM, SEMVRIVM, TVRACEM *agrum, Accam Laurentiam poſt exceſſum ſuum P. R. reliquiſſe, ſcribit Macrobius 1. Saturnal. cap. 10. loca in agro Romano, ni fallor.*

LINDEMACVS, *Heluetiæ fluuius: in vita S Meinhardi,* Limmat *hic hodie dicitur. Tigurinum lacum permeat.* LIMAGVS *nonnullis eſt.*

LINDII, *vide* GELA.

LINDISFARNA, *inſula eſt Angliæ, teſte Beda, qui eam non ſemel etiam* FARNA *ſimpliciter nominat,* Halig Eilande *Anglicè dicitur, Humf. Lhuydo auctore. Ad oſtia Tuedæ fluminis eſt.* LINDISFARNENSIS *ſiue* AVGVSTALDENSIS *epiſcopi Aidani mentio eſt in vita S. Suiberti. Eius meminit etiam Siffridus presbyter, apud quem quoq; locus eiuſdem inſulæ* BRVNA *vocatus, qui idem à Matthæo Monaſterieſi* Yekenfild *nominatur.*

LINDISSA, *Angliæ prouincia, In S. SWiberti vita. Quæ, teſte Beda, eſt ad ripam Humbri Meridionalē, pertingitq; ad mare. In ea* LINDO COLINA *ciuitas, teſte eodem.*

LINDOCOLINA, *vide* LINDISSA.

LINDON λίνδον, *Coritauorum ciuitas Ptolemæo, in Albione inſula,* Lincolne & Lindecolin *Anglis,* Lincol *Normannis,* Caerludcoyd *Britannis dici, tradit Humfredus. Lindum quoque apud Antoninum habetur. Eſt &* LINDON *alia Damniorum in eadē inſula, eidem Ptolemæo, quam Camdenus* Lithquo *interpretatur. Vide* CAER.

LINDONIVM, *vide* LONDINIVM.

LINDVS λίνδος, *Rhodi inſulæ opidum, Ptolemæo: quod* Lindo, *Sophiano auctore hodie vocatur. Eſt quoque fluuij nomen, qui Cariam terminat & Lyciam: Q. Calabro 8. Calbis fortè Ptolemæi. Vide* RHODVS.

LINGA, *vide* TINGIS.

LINGEVS, *vide* LINCEVS.

LINGIVS, *vide* LINGVS.

LINGONES, *Celtarum populi, apud Cæſarem.* LONGONES *per o. micron in prima habet Ptolemæus.* LINGONES *Fœderati Plinio.* LINGONVM *ciuitatem habet Tacitus, &* LIGONICAM *vrbem Gregorius Turonenſis. In huius locū hodie* Langres *vrbs à Marliano ſtatuitur. quos* ÆGONES *Polybij putat Sigonius.* LINGONES, *Liuio 5. ſunt inter Padum Alpesq;.* Lunkha *hodie eorum locum vocari, ait Lazius.* LINGONES *etiam in Hiſpania, Tacito 1. Hiſtoriar. ſi locus ſincerus, de quo adi Notas Lipſij. In Germania quoque Slauorum natio. apud M. Adamum, in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica.*

LINGVA, *vide* TÆNIAS.

LINGVA *Maris, vide* ASPHALTITES.

LINGVS λίγγος, *Caſſandreorum caſtellum. Eſt &* LINGIVS, *ſinus. Stephanus: ex Apollodoro.*

LINIACENSIS *epiſcopi, in Africa; meminit Optatus Afer. & D. Auguſtinus.*

LINITIMA, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio.*

LINOA, *vide* AFRICA.

LINTERNA *Palus, Silio in Campania eſt; quam Leander* Lago della patria *vocat.*

LINTERNINVM, *vide* LINTERNVM.

LINTERNVM, *Silio & Melæ; cæteri fere* LITERNVM *ſine* N. *habent; vt etiam Ptolemæus,* λείτερνον. *Campaniæ vrbs littoralis & colonia Romana, teſte Frontino, ſepulcro Scipionis nobilis. Hodie* Torre della patria *dici, tradit Leander.* LINTERNIVM, *habet Cicero Epiſtola 7. & 10. ad Atticum: prædium fortè in huius ſuburbio. Huius meminit etiam Plinius 14. cap. 4. Liternum ſine* N. *in prima, hoc tractu etiam fluminis nomē eſt Straboni, & Liuio, Lib. 32. quem huius accolæ quoque* Patria *vocant.* LINTERNAM *Paludem, habet Silius 7. Vide* LIRIS.

LINTOMAGVM, *vide* LVCCOMAGVM.

LINTPVRGVM, *opidum in Voſago monte ſitum. Surius in vita D. Popponis.*

LINVM λίνου ἄκρα, *promontorium Chonie, regionis Italiæ, vt legitur apud Lycophronem. Hoc hodie* Verre *dicitur, vt teſtatur Gab. Barrius.* λίνον, *etiam Helleſpontiaca regio intra Parium & Priapum. Stephanus, & Strabo 13.*

LINVS *Fons, in Arcadia: qui partum cuſtodit, abortum autem fieri, non patitur. Plinius.* LEGHNVS *apud Iſidorum legitur.*

LINX λίγξ, *Mauritaniæ fluuius, & vrbs. Aliqui* LIXVM λίξον, *vocant. Stephanus. Vide* LIX.

LIONENSES λιονεῖς, *Populi in Peloponneſo. Polib. 2.*

LIOTHASIVM *vocat Plinius, naporum genus; an à loco, neſcio.*

LIOTHIADA, *vide* BERGIO.

LIPARA λιπάρα, *quæ antea,* MELIGVNIS μελιγουνὶς, *vocabatur, Plinio, Strabone, Stephano, Callimacho, & Euſtathio teſtibus.* Lipara *adhuc noſtra ætate dicitur: niſi fallat Leander. Vna eſt ex Æoliis inſulis quam* LIBAM *vocat Serapio, cap. de Sulphure. item* BARCHEN, *cap. de pumice. Inter omnes Æolias hæc ſola hodie habitatur.* LIPARA, *Cappadociæ pars, quæ* LICANDVS *vocatur; vt inquiunt Curopalates, & Zonaras. Vide* LAPARA.

LIPARÆ λιπαραι, *Stephano inſula ſic dicta. in verbo* βέσβικος.

LIPAREÆ, *vide* ÆOLIÆ.

LIPARIS λιπαρις, *Ciliciæ fluuius, apud Soluntem vrbem, in quo natantes, ab ipſo tanquam oleo inunguntur: Vitruuius 8. cap. 3. Meminit huius quoque Plinius. & Antigonus in Mirabilium congerie.*

LIPAXVS λίπαξος, *Thraciæ vrbs: apud Stephanum, & Herodotum. Vide* LIPEZVS.

LIPENIVM, *locus vſpiam in Græcia, videtur, apud Cedrenum & Curopalatem.*

» LIPEZVS λίπεζος, *Madidamq; Lipezen. Orpheus in Argonauticis. Circa Pallenen Thraciæ locus. Idē, ni fallor, cum Lipaxo Herodoti. Z. enim & X. apud Græcos commutari dicemus in* XIPHENE.

LIPHLVM λίφλον, *Æquorum opidum, in Italia, à Romanis captum. L. Valerio & à Manlio Coſſ. Diodorus 14. vide* LIPHOECVA.

LIPHOECVA λιφοίκυα, *Æquorum vrbs, à Romanis capta. L. Lucretio, C. Aemilio, C. Rufo, & Ver. Sulpitio tribunis conſularibus: Diodoro 14.* Henr. *Stephanus putat eandem eſſe cum eiuſdem Liphlo.*

LIPHON, *nomen loci, vt habet Prochorus, in vita beati Ioannis Euangeliſtæ, inter Epidaurū & Pathmon alicubi.*

LIPIÆ, *vide* LVPIÆ.

LIPIDIACVM, *vide* BERBERES.

LIPONTII, *vide* LEPONTII.

LIPPI, *vide* AD LIPPOS.

LIPSANA *vide* LYSPANA.

LIPSYDRIVM λειψύδριον, *locus eſt ſupra Parnethen: de quo Suidas in dictione ἐπὶ λειψυδρίῳ, In Spartæ confinijs eſſe docet H. Iunius 3. Animad. cap. 7. Supra Pæoniam eſt locus, apud Herodotum in Terpſichore.*

LIQVENTIA, *Venetorum fluuius, Plinio; pro quo Leander* Liuenſa *hodie intelligit; Fori Iulij fluuiū.* LIQVETIA *legitur apud Virgiliū; & eam ſcriptionem probat Seruius. cui minus aſſentitur Erythræus. Eiuſdem nominis portum habet hic quoque Plinius.*

LIRIA, *Galliæ Narbonenſis fluuius. Plinius.* Lez *vulgo, vt dicit Dalechampius. Prope Montempeſſulum.*

LIRIMIRIS λειμιρίς, *vrbs Germaniæ, apud Ptolemæū; in climate Septētrionali.* Mulheym *Villanouano videtur.*

LIRINATES, *ſic malim legere apud Silium 8. hoc verſu, Ac Larinatum dextris ſocii hiſpidis arma. Vide* SVCCASANI, & INTERAMNIA.

LIRINENSE *Cœnobium, habet Sidonius, 8. & 9. Epiſtolarum. Vide* LERINA.

LIRIOPE, *vide* NARCISCI.

LIRIS, *Fluuius Italiæ, qui &* LITERNVS; *vt putat App. Alexandrinus.* LYRIS, *per* Y. *in prima, habent Lucanus, & Tacitus. Perfluit vrbem Minturnenſem, vt habent Porphyrius & Acron, in Horatium. Erumpit circa Soram vrbem, teſte Strabone.* LIRIS *apud Pomponium, eſt etiam vrbis nomen. Vide* CLANIVS, MINTVRNÆ, & THELON.

LIRNYTIA λιρνύτια, *Pamphiliæ opidū Steph. ex Hecatæo.*

LISÆ λίσαι, *Pallenæ in Græcia vrbs, aut regionis vicinæ apud Herodotum, 7.* LISSA *Antonini puto.*

LISANICVLVS *Mons igniuomus, apud Pacianum de Pœnitentia & Confeſſione. Ex Annal. Baronij.*

LISBOVM, *Plinio lib. 9. cap. 15. locus eſt prope Mœnum, Germaniæ fluuium. Rhenanus* ERLISBORNI *legi debere, &* Erlenbrunnen *dici, credit. Sed de hoc Plinij loco vide Epiſtolam Lipſij ad Pantinum, libro 2.*

LISCENA λίσκηνη, *Armeniæ locus, apud Strabonem, 11.* ACLISENA *eſt in Epitome.* ACILISENA *rectè legi, putat Xylander. Sed conſule Caſaubonum ad hunc locum.*

LISEIS λισειεις, *gens tribus Oeneidis. Heſychius.*

LISIA, *vide* LISSIA.

LISINAS, *Theſſaliæ opidum: Liuio, 32.*

LISITANÆ, *vide* AQVÆ.

LISITANIA, *vide* LVSITANIA.

LISSA, *inſula contra Iader, in Illyrico mari, Plinio teſte.* Liſſa *adhuc Hermolao dicitur.* Lieſina *Fauolio, in ſuo Hodæporico, ſic quoque puto vocari apud Procopium, 1. Gothorum.* λίσσα, *Ptolemæo Iaccetanorum in Hiſpania vrbs: vbi* LESSA *legunt Latini codices.* LISSA *quoque Mauritaniæ, ad Herculis fretum, quondam opidum fuiſſe, tradit Plinius. An* LIXA *fortè, emendatius? Vide* PHAROS.

LISSAS, *vide* LISÆ.

LISSIA, *inſula maris Britannici, vt legit apud Antoninum, Camdenus; qui eam* Gulfe *interpretatur.*

LISSON λίσσον, *Siciliæ fluuius. Leontium opidum à parte Occidentali præterfluens. Polybius 5.*

LISSVS λισσός, *Illyridis opidum Ptolemæo, & Diodoro 15.* Aleſio *hodie, Sophiano & Barletio teſtibus.* ILISSVS ἔλισσος, *Cedreno eſt, &* Siliſſum *apud Curopalatem. Eſt & Thraciæ fluuius; qui Xerxis exercitui non ſuffecit, ſed exhauſtus fuit. Herodotus lib. 7. Cretæ inſulæ vrbs Plinio;* LESSVS λησσός *Ptolemæo.* LYCTVS *Strabonis videtur.* Phioniſſo *dicitur à* Nigro.

LISTA λίστα, *Aborigenum metropolis: à Matiera 24. ſtadiis diſtans, quam antiquis temporibus Sabini noctu ex Amiterna vrbe profecti, ex improuiſo cœperunt. Halicarnaſſeus lib. 1.*

LITABRVM, *Hiſpaniæ opidum, à C. Flaminio expugnatum; Liuio 39. Moralis ſuſpicatur legendum* BRITABLVM, *qui locus eſt iuxta Segouiam. libro 11. Chronicorum, fol. 56. b. & in Antiquitatibus fol. 95.*

LITÆ λιταῖαι, *Laconicæ vrbs: Stephano. ex Apollodoro.*

LITANA, *Silua vaſta Galliæ Togatæ, apud Liuium, & Sex. Iulium Frontinum, vbi Romanum exercitum cæſum ſcribit à Gallis. Sunt qui putant hodie* Selua de lugo *in Romagna eius partem eſſe; vti habetur in Liuio Italico Nardi. Vide* LIGANA.

LITANOBRIGA, *vel vt legit Simlerus,* LATINOBRIGA, *Galliæ Belgicæ vrbs: Antonino.*

LITARBIS λιταρβις, *regio à Theopoli (quæ Antiochia Syriæ.) circa trecenta ſtadia diſtans. Euagrius, & Calliſtus 18. cap. 14.* LITARBVM *alij vocant.* LITARGVM *per* G. *eſt in Hiſtoria Miſcella. In Chalcide Syriæ eſt, Iuliano Apoſtatæ in Epiſtolis.*

LITBADA, *in montanis Magnæ Rhoſiæ, metropolis. Sic Curopalates in Officialibus Conſtantinopolitanis. In Thracia credo.*

LITBVNVM, vrbs epiſcopalis; ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. Balſamon.

LITE λιτη, vrbs Macedoniæ: vt ſcribit ex Hyperide, Suidas. Num eadem cum Lete?

LITERATA, trans Danubium locus. In Authenticis. Ibidem & RECIDVA locus. Pannoniæ videntur.

LITERNVM, vide LINTERNVM.

LITHACVS λίθακ☉, inter fluuiorum nomina reperitur. ad calcem Porphyrogennetæ.

LITHIA, vide CILICIA.

LITHINOS PYRGOS, vide TVRRIS.

LITHOPROSOPOS λιθοπρόσωπος, Syriæ mons, iuxta Botryn. Cedrenus. Vide THEVPROSOPON.

LITHOSORÆA λιθοσωρία, Bulgarorum locus videtur: circa Thraciam fortè. Cedrenus. LITHSORIA libro 22. Hiſtoriæ Miſcellæ.

LITHOTOMIÆ, vide LATOMIÆ.

LITHRVS λίθρ☉, Armeniæ Minoris vrbs: apud Strabonẽ.

LITHSORIA, vide LITHOSORÆA.

LITHVS, Maleæ locus, vbi Apollo Lithesius colebatur. Stephanus ex Rhiano. In Peloponneſo eſt.

LITICIANOS, inter Germanicas gentes numerat P. Diaconus. Num Luti Ptolemæi.

LITIRIVM, vide LINCERIVM.

LITITTA λιτιτθα, metropolis Nouæ Romæ. Curopalates.

LITOPHAVM, vicus Galliæ, ſunt qui putant circa Moret en Gaſtinois eſſe. Vignierius in Biblioth. Hiſtoriali.

LITOPOIITES, vide LETVSPOLIS.

LITRÆ λίτραι, Aegypti locus, vbi magna corpora oſtenduntur: Phleg. Trallianus.

LITTAMVM, Norici vrbs: Antonino. Lutach vocatur Lazio. Paullo infra Draui fontes eſt.

LITTVS ALTVM ὄχθη ὀφηλη, Albionis inſulæ: Ptolemæo. RIPA ALTA quidam vertere. Tarbarth ibi nunc eſſe, ait Camdenus. LITTVS CÆSIÆ καισιὰς αἰγιαλὸς, apud Ptolemæum Corſicæ opidum, Pinetus Calui appellat. LITTVS FINITIMVM αἰγιαλὸς πρόσοχος, in Sardinia: Ptolemæo. LITTVS LONGVM, vide LITTVS MAGNVM. LITTVS MAGNVM μέγας αἰγιαλός, eſt Arabiæ Felicis, apud Ptolemæum. in Periplo Arrhiani LITTVS LONGVM αἰγιαλὸς ἐπιμήκης, vocatur. LITTVS MAGNVM etiã Taprobanæ inſulæ vrbs; apud Ptolemæum. LITTVS SAXONICVM, vide CANTIVM, & SAXONICVM littus.

LITVBIVM, Liuio lib. 32. Ligurum opidum eſt. Hodie (vt Bernardus Saccus ait) ſtatum & nomen retinet, L in R mutata. Rutubium viri periti, populares verò Riturbium vocant. Ab hoc opido dubitat idem Saccus, an apud eundem Liuium legendum ſit Lituates, pro Iluates.

LIVALLIA Silua, in territorio Piſarum, Italiæ. In vita S. Guilielmi comitis & eremitæ.

" LIVANIA. Gratius de Venatione, Prægrauat ingẽti pernix
" Liuania cultro. Albania ſuſpicatur legendum Turnebus.

LIVETENSIS, vide FVGILINENSIS.

LIVIA AVGVSTIDIA, vide CALEACTE.

LIVIADIS Conuallis, vide LIBIAS.

LIVIÆ Villa; ſub Apennino. Obſequens.

LIVIANA, Galliæ vrbs, in Peutingerianæ tabulæ ſchæda III. non edita. quam vſui habui à M. Velſero.

LIVII, Galliæ Narbonenſis populi: Plinio.

LIVIOPOLIS vrbs, apud Plinium. in Cappadocia, circa Pontum Euxinum.

LIVONES, vide HILINONICVM.

LIVTICI, vide SCLAVI.

LIX λίξ, Ptolemæo, LINX λιγξ, Stephano, LIXVS Plinio & Straboni, Mauritaniæ Tingitanæ amnis. Luſſo hodie vocari, ſcribit Caſtaldus.

LIXA λίξα, Ptolemæo, Stephano, & Solino, LIXOS Colonia, Plinio, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs mediterranea. LIXITAS accolas, habet Hanno. Larach Mercatori; Lariſſa Caſtaldo eſt. Larache habet Marmolius; & Arays ab Africanis vocari ait.

LIXVS, vide LIX, LIXA, & TINGIS.

LIZISIS λιζισίς, Daciæ vrbs: Ptolemæo. Laorzalos hodie, locus ruinoſus: Lazio. Ad Cuſum fluuium.

LOBAN, vide LABAN.

LOBETANI, vide LOBETVM.

LOBETVM λόβητον, Lobetanorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, Ptolemæo. Beuterus in ſuo Hiſpaniæ chronico ſcribit antea TVRIAM, & poſtea Auerazin, tandemq; vt hodie Albarrazin vocatam. Idem alio in loco, putat hanc ANITORGIN eſſe, cuius Liuius meminit, lib. 25. Vide ATHANAGIA.

LOBITZVM, locus Thraciæ videtur, apud Cedrenum, Zonaram, & Nicetam. Gabius in ſuo Curopalate LOMZVM vocat.

LOBNA, 4. Reg. 8. LABINA λαβινα, regio; Ioſepho. Antiq. 9. cap. 2. quæ à Roboam deficiebat.

LOBRINI Montes λόβρινα ὄρη, in Phrygia. vnde Rhea Lobrina. Nicandri Scholiaſtes.

LOCANA λοκανα, Armeniæ vrbem puto, apud Curopalatem, & Cedrenum.

LOCANVS λοκάν☉, Magnæ Græciæ fluuius, apud Ptolemæum. Sagriano appellatur à Leandro, qui putat SAGRAM Plinij eſſe, cuius memoria eſt lib. 3. cap. 10. vbi legitur, Locris, Sagra, &c. cuius loco legendum eſt, (vt cenſet Pintianus & ante eum Hermolaus,) Locanus, Sagra. Videant Geographiæ & locorum periti, an ſynonyma ſint, aut diuerſorum fluminũ nomina. mihi enim hoc nondum liquet. Locanus Plinij hodie Proteriato nominari ſcribit Gab. Barrius. Vide SAGRA, & ALEX.

LOCARICVM, Siciliæ opidum: Antonino.

LOCASTRA λοκάστρα, Mediæ vrbs: apud Ptolemæum. CHOASTRA in Latinis Codicibus.

LOCHA λοχα, Africæ vrbs magna, à Scipionis militibus expugnata, & direpta, eo inuito. cum vrbe enim pepigerat, vt incolumes ex ea diſcederent. Appianus in Punicis.

LOCHARNA λοχάρνα, Paropaniſi opidum. Ptolemæus.

LOCHIA, videtur Serapio cap. de Capparis, pro Marmarica Dioſcoridis intelligere.

LOCHIAS λοχίας, promontorium Aegypti; circa Pharum. Strabo. Caſteletto hodie, vt mihi videtur. Vide ACROLOCHIAS.

LOCHIS λοχίς, Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs. Ptolemæo. AVCHIS interpreti.

LOCIS, vide ANGERIS.

LOCOBORMANVM, Antonino Liguriæ locus; inter Albingaunum & Alpes Summas. per A. in prima, Sigonio, Diuiſim fortaſſe legendum, vt ſit Bormanicum Plinij.

LOCOBRICA, vide LACOBRIGA.

LOCORITVM λοκόριτον, Germaniæ vrbs, vt Ptolemæus tradit. Forchepm, ad Mœnum eſt, Petro Appiano.

LOCOTENA, vide HACOTENA.

LOCOXITÆ, vide LOCOZVS.

LOCOZVS λόκοζ☉, Phrygiæ vrbs, ſed diluuio abſumpta: Eius incolæ LOCOZII, & LOCOZITÆ λοκοζῖται, Stephanus.

LOCRA λόκρα, Corſicæ inſulæ fluuius, Ptolemæo auctore. Talabo Leander nominat.

LOCRI λοκροὶ, Ptolemæo magnæ Græciæ vrbs, prope Zephyrium promontorium. In Brutiis, Liuio 27. Gerazî nominant Niger & Pariſius: Hieracium eſt (quod idem ſonat) Pirrho Ligorio, & Gabrieli Barrio. Idem eandem NARYTIAM ab Ouidio 15. Metamorph. & à Virgilio Georgicorum lib. 2. dici, tradit, item Aeneidos quoque 3. eo verſu:

Hic & Naritij poſuerunt mœnia Locri.

Eandem puto eſſe cum ea, quam hoc loco ponit Strabo, & LOCROS EPIZEPHYRIOS λοκροὶ ἐπιζεφύριοι, nominat. LOCRI, Achaiæ populi; qui OZOLÆ quoque appellantur, Pauſania teſte. LOCRIDEM horum regionem vocat Liuius. Strabo verò HESPERIOS, ſiue Occiduos Locros tantum Ozolas dici tradit. Cæteros in duas partes diuidi ſcribit idem Strabo, quorum alij OPVNTII ὀπούντιοι, alij EPICNE-

MIDII



MIDII ἐπικνημίδιοι, vocantur. OZOLIS Regio etiam apud Stephanum. Sunt itaque quatuor genera Locrorum, in vna Europa. Horum Heſperiorum Locrenſium meminit etiam Aelianus in Variis 3. cap. 1. Sed LOCROS

" etiam in Africa deſcribit hoc verſu Virgilius: Libycoue ha-
" bitantes littore Locros. Vide Seruium 3. Aeneidos. Hos Dionyſius Apher cognominat ZEPHYRIOS, eosq; ad Atlanticum deſcribit Oceanum. At LOCRI etiam ſunt in Aſia: ſi audiendus ſit Pomponius Sabinus in hoc
" Virgilij. Vltima Cumæi venit iam carminis ætas. dicit enim Cumam ciuitatem eſſe in Locrenſi agro, Ioniæ regionis. Fides ſit penes auctorem. LOCRI, colonia à Latino Siluio ducta. vti eſt in libello Originis Romanæ, ab A. Schotto edito. In Magna Græcia, ſiue in Brutijs, vt Liuio placet, quorum incolas LOCRENSES nominat. Geraci nunc vocatur, vt ſcribit Proſper Pariſius.

LOCVS, vide THVRE.

LOCVS ARCÆ, nomen montis in Palæſtina, iuxta eius Cæſaream: ſi creditur Metaphraſti, in vita S. Martiniani.

LOCVS FELIX, Antonini; Welſſ Auſtriæ opidum, creditur à Lazio.

LOD, loci nomen. 1. Paralip. 8.

LODABAR locus, 2. Samuel 9. Ioſepho. LABATHA nominatur.

LOEDIAS λοιδίας, Macedoniæ fluuius, cuius meminit Æſchines. ſic Suidas. Vide LVDIAS.

LOGI λόγοι Albionis inſulæ populi, Ptolemæo. (LVGI λοῦγοι, erat in M. S. codice.) Scotiæ tractum Strathnauernia dictum interpretatur H. Boethius.

LOGIA λογία, fluuius Hiberniæ. Ptolemæus. Lough foile apud G. Camdenum.

LOGIONES λογίωνες, Germanicam circa Rhenum nationem habet Zoſimus, à Probo Imp. deuictam. quorum ducem Semnonem vocat.

LOGVS λόγους, locus vſpiã circa Conſtantinopolim, Gregoræ.

LOIVM, & LOLIVM, vide LOTVM.

LOLLIANI Fontis, memoria eſt in antiquo lapide: cuius exempla profert Ful. Vrſinus in Familiis Romanis.

LOLLVPICE, vide POLLVPICE.

LOMENTOS λωμεντὸς, Italiæ vrbs eſt Stephano, quam dicit LORENTOS per R dici. LORETVM Liuio. λαρεντῖνι fortè Halicarnaſſeo lib. 5. LAVRENTVM Plinij, & Strabonis. LAVRENS Caſtrum Tibullo in Latio eſt, ni fallor. Barrius in ſua Calabria, ſcribit hodie vulgo S. Laurentij nominari. Vide LANVVIVM, & LAVRENTVM.

LOMNIMIA, Celtiberorum vrbs magna. Pſeudoberoſus.

LOMNIVM, vide IOMNIVM.

LOMOVNVM, vide RATIASTVM.

LOMZVM, vide LOBITZVM.

LONGIVM, Antonino Norici opidum. Simlero eſt Luntz; cui etiam LENTIA videtur, vt in lib. Notitiarum legitur. quod ipſum Lyntz in Auſtria interpretatur, à Pighio, & item à Lazio.

LONDINIVM λουνδίνιον, Ptolemæo, Tacito, & Antonino. LVNDINIVM & LVNDONIVM Ammiano. LONDINIENSE Opidum vocatur in Panegyrico, Maximiano dicto. LONDONIA à Beda nominatur. λινδόνιον habet Stephanus. LVNDONIA à Sigeberto, & eius temporis malè Latinis ſcriptoribus dicitur. Coloniam factam innuit Tacitus Annal. 14. Londinium AVGVSTAM poſtea nuncupatã ſcribit Ammianus lib. 27. Inde AVGVSTAM TRINOBANTVM, admodum propriè, in ſuis ad me litteris vocare ſolet Daniel Rogerſius. Cantiorum ciuitatem facit Ptolemæus, ſed librariorum incuria, vt Lhuydus putant & Lelandus; qui eam Trinoantum, vel vt Tacitus, Trinouantum vrbem eſſe volunt. Indigenis Britannis, vt Lhuydus tradit, Tröyenewyth, (id eſt Noua Troia) quondam nuncupata fuit, & poſtea Dinas Beli, (id eſt Palatium Belini.) Tandem Caerlud, & Lhundain; ſiue vt Angloſaxones pronontiant, London nomen obtinuit. Exteri Londra & Londres dicunt.

LONDOBRIS λονδόβρις, Ptolemæo, ERYTHIA eſt Plinio & Melæ. Inſula Oceani eſt, iuxta Luſitaniam, quam hodie Barlinguas nuncupant.

LONGANVS λογγαν☉, Siciliæ fluuius, circa Mylas vrbem, vt habet Polybius 1.

LONGAS, vide LONGATIS, & LONGVM.

LONGATICVM, mãſio inter Aquileiam & Aemoniam. Antoninus. Hodie Logitſch vocari, teſtis eſt Lazius.

LONGATIS λογγάτις, Lycophroni, quæ & LONGAS, Iſacio: Bœotiæ regio.

LONGELA, vide LONGVLA.

LONGIBARDI, vide LACCOBARDI.

LONGIDIDVNI λογγιδιδοῦνοι, Germaniæ populi, apud Ptolemæum. LVTI DIDVNI diuiſim interpretibus.

LONGINI FOSSATVM λογγίνυ φοσσάτον, locus videtur in confinibus Tzanorum, vbi Imp. Iuſtinianus caſtellum exſtruxit, nomine BVRGVSNOCE βεργυσνόκη, Procop. 3. Aedificior. An SVDAMAGNA μεγάλη σοῦδα, Cedreni, quam MAGNAM FOSSAM interpretatur Gabius, apud Curopalatem?

LONGOBARDI, gens Germana feritate ferocior, teſte Paterculo. Vide HERVLI, WINVLI, LACCOBARDI, & MACROPOGONES.

LONGONE, vide LONGVM Prom.

LONGONES, Sardiniæ locus, apud Antoninum. Vide LINGONES.

LONGOPORI, Aethiopiæ ſub Aegypto gens. Plinius.

LONGOVICVM, Britanniæ inſulæ opidum. lib. Notitiar. Loncheſter Camdeno eſt.

LONGVLA, Liuio Volſcorum vrbs. Halicarnaſſeo LONGELA λογγέλα, haud procul à Poluſca. Plinio LONGVLANI ſunt. Vide VITERBVM.

LONGVM Promontorium, μακρὸν ἄκρον, in Sicilia eſt Ptolemæo. Lognina hodie appellatum, ſcribunt Leander, Aretius, & Fazellus. LONGONE λογγώνη, fortè Stephani. LONGVM Littus, habet Arrianus in Arabia Felici. Hoc MAGNVM vocat Ptolemæus. Λογγον caſtelli Bulgariæ meminit Cedrenus: Longas Curopalati eſt.

LONGVNTICA, Hiſpaniæ Tarraconenſis eſt vrbs maritima, apud Liuium. Beuterus ſcribit nonnullis Guardamar, aliis promontorium Helch videri.

LONGVRVS λογγοῦρ☉, Siciliæ palus vel lacus. Phauorinus. ex Tzetza, in Lycophronem.

LONGVS λόγγος, fluuius Albionis inſulæ. Ptolemæus. Lough hodie in huius locum ſuccedere videtur.

LONGVS Murus, vide MACRONTICHVS.

LONIBARE λωνιβάρη, Ptolemæo vnum oſtiorum Indi fluminis, dicitur.

LOPADIVM, iuxta Sangarium fluuium opidum, Nicetæ, & Laonico. Nunc Lupadi nomen habere, & Turcis Vlubat vocari, ſcribit in Pandectis Turcicis Leunclauius. Vide RHYNDACVS.

LOPADIVS Lacus, Laonico 5. qui multis ambagibus in mare effunditur. Vide RHYNDACVS.

LOPADVSA λοπαδοῦσα, Plinio & Ptolemeo, Africi maris inſula. Lampidoſa vocatur Mercatori. LAPADVSAS numero plurali habet per A. in prima, Athenæus.

LOPHIS λόφις, Bœotiæ fluuius, Haliartidem præterfluens. Pauſanias.

LOPSI, Liburniæ populi, Plinio. & LOPSICA vrbs. eidem. Λοψικα. hæc etiam Ptolemæo.

LORACINÆ fluminis, alicubi circa Antiates, meminit Liuius 43.

LOREA, Epiſcopatus ſub ſede Boſtrenſi. G. Tyrius.

LORENI, Lydiæ populi. Plinius.

LORENSIS Deſertum, inter Burgundiam Alemanniamq; Auenticæ ditioni adiacens. Greg. Turonenſis. in vita S. Lupicini. LORENSIS Epiſcopi Petri, meminit concil. Romanum.

LORENTOS, vide LOMENTOS.

LORETANVS Portus, Tuſciæ eſt, Liuio 30. Videtur circa Coſſam.

LORGITÆ λοργιται, populi numerantur apud Polyb. 3.

inter eos Afros quos Annibal fratri ſuo Aſdrubali ad Hiſpaniam, contra Romanos tuendam, reliquerat. Ex quo Africanos cenſuerim. Interpretes tamen omnes pro iis Ilergetes ſubſtituunt. quibus videtur ſuffragari Liuius 21. Hi autem Hiſpani ſunt.

LORII Villa, in Tuſcia, XXII. millibus paſſuum ab Vrbe diſtat, Sex. Aurelio Victore teſte. ſed duodecim tantùm, vt Euſebius, Eutropius, & Antoninus perhibet, qui eam cum Capitolino, in via Aurelia ponit. Hic educatum & mortuum Antoninum Pium Imp. idem ſcribit. SVALORIS malè legitur apud Iornandem. pro, villa ſua Loria, ſic enim diuiſim ſcribendum.

LORIPEDES, vide HIMANTOPODES.

LORNE, Caſtellum præſidiarium, circa Zagrum montem. Ammianus.

LORYMA λορυμα, Doridis vrbs, Appiano, Straboni, & Ptolemæo. LARYMNA opidum, & LORYMA locum Pomponius vocat. & Plinius LARYMNA. DORYMA δώρυμα, habet Diodorus corruptè. λαρυμαν, hanc ſcribit Porphyrogenneta viginti paullo amplius millia à Rhodo abeſſe. Ex aduerſo ipſi vrbi, vt tradit Liuius 45. Maxi hodie dici, ſcribit Niger. Stadia Pinetus. Sed idem Plinius hoc tractu Stadia opidum habet.

LOS λῶς, iuxta Theſſaliam, inſula. Stephanus, ex Artemidori epitome, vt ait.

LOSA, Antonino Aquitanica vrbs.

LOSCORDA, caput gentis Illyrici eſt apud Florum 2. SCODRA autē alij legunt. Et Vinetus dicit libros membraneos ſyllabam LO non habere. Scodra itaque legendum.

LOTEVA, Galliæ vrbs, in ſcheda III. tab. Peutingerianæ. non edita. An in LVTEVANIS?

LOTHARINGIA, quæ quondam AVSTRASIA, & AVSTRIA, diuiditur in SVPERIOREM, & INFERIOREM. Continetúrque inter Rhenum, Schaldim Moſamq́; flumina. Inferior hodie varia nomina obtinet, diuerſisq́; principibus ſubeſt. Superior quæ & MOSELLANICA, item TVLLINGIA cognominatur, ſub vnius principis eſt imperio: & antiquo nomine floret. Lotring enim Germani, Loraine incolæ appellant. Hæc fere ex Archiuis quæ Roſerius ſuo operi inſeruit. Lotreych vera ſcriptura, quaſi dicas, Lotharij regnum. eſt enim ea pars quæ Lothario Imp. obtigit.

LOTOA λωτώα, Ptolemæo inſula maris Ionij, iuxta Cephaleniam, verſus Meridiem. LETOIA Plinij eſt. Hanc Sophianus Guardiano, Niger Trapano appellari tradit.

LOTONENSIS Eccleſiæ Epiſcopus, meminit concil. Toletanum III. Circa Hiſpaniam & Galliam videtur.

LOTOPHAGITES λωτοφαγίτης, Ptolemæo, MENYNX Plinio, & MENIX μῆνιξ, Polybio, etſi in Latinis codicib. MIRMIX legatur, μήνιγξ Stephano & Ptolemæo, (cui quoque vrbs in ea ſic dicitur.) Inſula maris Africi eſt, non longè à Syrtibus. Gerbi Fazello, nōnulli Zerbi ſcribunt; eiuſdem pro gentium diuerſitate, pronunciationis. Gelues Hiſpani vocant, Calueto auctore, qui ſcribit eam ex parte continēti adhærere, ex quo quis poſſet fortè CYRANEN κύρανις, putare, quam Herodotus in Melpomene deſcribit. GIRBA appellari crediderim apud Antoninū, ex his Sex. Aurelij Victoris verbis, in Virij Galli (vbi Vibij, vt hoc in tranſcurſu moneam, ex numiſmatibus reſtituendum eſt) Imp. vita. Creati in inſula Menynge, quæ nunc Gyrba dicitur. Gerbi ſcribit Theuetus à Mauris Zotophac vocari. Vide SYRTES.

LOTOPHAGON ORA, in intimo Syrtis Maioris ſinu, ad Philenorum aras. hos quidam ALACHROAS dixere, inquit Plinius. Stephanus vocat LOTOPHORVM Regionem, λωτοφόρος χώρα, Hanc eandem CAMARINEORVM vocat Iſacius ad Lycophronem. LOTOPHAGOS alios habet Strabo 5. ſupra Mauritanos verſus Occaſum. Idem, ibidem, ad Meningem inſulam quoque, circa Syrtim Minorem.

LOTOPHOROS, vide LOTOPHAGON Ora.

LOTRONIVS, vide VVLTVRNVS.

LOTVM, LOIVM, & LOLIVM, incertæ lectionis, apud Antoninum: Galliæ Lugdunenſis opidum.

LOVANIES, vide MONTVNATES.

LOVANIVM, Sigeberto & aliis, Brabantiæ academia. Vide GRVDII.

LOVENTINVM λουέντινον, Ptolemæo eſt Albionis inſulæ vrbs, quam Villanouanus Bonnellandt vocat. ſed conſule de ea Britanniam Camdeni.

LOVENTIO Mons, in Liguria; circa Genuam. teſtis antiqua ænea tabula. ibidem.

LOVIA, Pannoniæ vrbs, Antonino. VIA legit Simlerus.

LOVISVRA, vide IOVISVRA.

LOVOLAVTRVM Caſtrum, in Gallia, Greg. Turonenſ.

LOVS λῶος, Macedoniæ fluuius, Ptolemæo. prope Apolloniam. Strabo & Liuius, AOVM ἀῶος, vocat: & Hecatæus apud eundē ÆANTEM αἴας, nominat. Sic etiam Plinius, Ouidius, & Mela, ÆAS. AVAS eſt Dioni. ANIVS ἄνιος, videtur apud Plutarchum, in Cæſare. ALORVS ἄλωρος, apud Appianum 2. Ciuilium. & AVS apud Vibium. Marius Niger refert eum hodie Piergo dici, ſed Barletius Vauiſſa. Vide ARAS. Theſprotiæ fluuium LOVM habet Pauſanias in Meſſeniacis. vbi interpres ACHELOVS legit.

LOXA λόξα, Ptolemæo Albionis inſulæ fluuius, lateris Orientalis. Firth à Villanouano interpretatur. Sed nomen vetuſtum hactenus retinere, ſcribit Buchananus. & Losse dici, addit Camdenus.

LOXITÆ λοξῖται, appellantur qui in extremis Libyæ finibus Atlantem accolunt. Pauſanias in Atticis. LIXITÆ malim legere, à Lixo vrbe hoc tractu & flumine.

LOXONETA, locus circa Alexandriam Ægypti. vt habet in vita S. Menæ, Metaphraſtes.

LOYIA, vide AVIA.

LVANGI λουαγγοι Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Ptolem.

LVBÆNI λουβαινοι, Ptolemæo in Hiſpania Tarraconenſi gens. Sic dicti fortè à Lubienis Aſiaticis Plinij.

LVBAR, vide GORDIÆVS.

LVBIANA, vide ÆMONIA.

LVBIENORVM gentes, habet Plinius, circa Iberiā Aſiaticā.

LVBIVM, vide NVBIVM.

LVBNEN regio, vnde Zurumbeth adſertur. teſte Serapione. Circa Indiam, ni fallor.

LVBRA opidum, in Italia. Frontino Nanſij, M. S. Huius meminit etiam S. Abundij paſſio. Circa viam Flaminiam erat XII. M. paſ. ab Vrbe, vt quidam ſuſpicantur.

LVCA λοῦκα, Tuſciæ vrbs, & colonia, Ptolemæo, Liuio, Suetonio, Paterculo, Feſto, aliiſq́;. Nomen etiamnum retinet. Africæ etiam maritimus locus, eſt apud Procopium 1. Wandalic. Diſtat à Carthagine iter nouem dierum.

LVCANAM Paludem, habet in Lucania, vt videtur, Plutarchus in Craſſo. LVCANAM Siluam habet Calpurnius Siculus LVCANOS Saltus, Seneca.

LVCANI λουκάνοι, Italiæ populi, Ptolemæo, & aliis. LEVCANOS, & eorum vrbem LEVCANAM λευκανη, vocat Euſtathius & Halicarnaſſeus 37. LEVCANIAM regionem nominat Modeſtus. LEVCANOS Populos, Polyænus. Hodie eorum regio Baſilicata dicitur, vt Leander tradit. Vide BRVTTII.

LVCANVS, vel LVCANIACVS Fundus, eſt apud Auſonium & Paulinum in Epiſtolis. Vinetus putat ſupra Liburniam & Condatum opidula, haud procul flumine Duranio. In loco fortè vbi hodie eſt opidulum S. Æmiliani. in Aquitania. Suburbanum Burdegalenſe putat Scaliger duabus circiter leucis ab vrbe. Idem Auſonius de Vrbibus, LVCANIACVM locū habet, vbi Bacchum Pantheum nominant. vbi ſit, ignoro.

LVCARIA, vide NVCERIA.

LVCAS, montis nomen in Palæſtina, teſte Palladio, in Elpidio. Circa Hierichunta.

LVCCOMAGVM legit Scheda, i. tabulæ Peutingerianæ: ſed LINNOMAGVM II. & III etiam nondum edita, ſed mihi ad vtendum miſſa à M. Velſero. qui priores in lucem edidit. In Flandria aut huius finibus eſt.

LVCEA λουκέα, Apuliæ vrbs, in quam coloniam miſere Romani, Diodoro 19. LVCERIA lego ex Liuij 9.

LVCENI, Hiberniæ ſunt populi, Oroſio & Aethico. verſus Meridiem. Camdenus hos à Lucenſiis Hiſpanis credit & nomen & originem trahere. Vide VTERNI.

LVCENSII, vide LVCENTES.

LVCENTES, Hiſpaniæ populi, Plinio. CALLAICI LVCENSII Ptolemæo. Lugo, Galeciæ opidum eſt Pineto. Hanc iuniores Latini LVCAM vocant. LVCENTES habet idem Plinius, Pelignorum populos. In Italia. Vide LVCII.

LVCENTVM Plinio, LVCENTIA Melæ, LVCENTI, λουκέντοι, Ptolemæo, Conteſtanorum vrbs maritima, Tarraconenſis regionis. Hodie Lucena dicitur, teſte P. Antonio Beutero. Amb. Moralis Luxente vocat. haud procul à Valencia. Luchena eſt Coquo, circa Illiberim vel Granatam.

LVCEOLVM Caſtrum, in Italia habet Diaconus. Inter Rauennam & Romam. Erat, vt ſcribit Rubeus, ſupra Cantianum, & Pontem Riccilum nuncupant. Inter Eugubium & Vrbinum, vt ſcribit Blondus.

LVCERIA, vide NVCERIA.

LVCERNARIA, Africæ regionis aut vrbis nomen videtur: apud Adonem. vide TVBVRBIS.

LVCIFERI Fanum, φωσφόρου ἱερὸν, quod LVCEM DVBIAM λουκεμδουβία, appellant, inquit Strabo, Hiſpaniæ Bæticæ opidum eſt, quod Florianus S. Lucar de Barrameda vocat.

LVCII, ſiue LVCENSES, ſunt populi prope Pariſios: apud Ptolemæū: vt adſcribit I. Io. Scoppa in Collectaniis, neſcio quo vſus codice, & fortè ſcirem, ſi ad manus eſſet Ptolemæi exemplar à doctiſſimo Io. Leuinicio Romæ cum optimis M. S. collatū codicibus. hoc autem quidam fur apud Vbios à me retinet. dignus ad cognomē ſuum vt relegetur.

LVCIMAGNENSIS epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

LVCINÆ, vide EILITHYIAS.

LVCINI Portum, habet Caſsiodorus Variarum 1. ad Sabinianum. SICINI legebat prior editio. Iuxta Vrbem Romam videtur.

LVCIOLÆ, vide LVCEOLVM.

LVCOPIBIA λουκοπιβία, Ptolemæo Albionis inſulæ vrbs, Caerlyl hodie Neubrigenſi, Talboto, & Humfredo; qui ſubiungit eandem LVGVBALLIA ab Antonino vocari. Ego Luguvallum, & Luguualium, dubia lectione apud eundem habeo. LVGVBALLIÆ meminit quoque Beda. De hac Lucopibia addam Camdeni amici noſtri ſententiam, & verba. is enim in ſua Britannia ſic: Leucopibiam, quam vbi quæram planè neſcio, locus tamen poſtulat, vt illa ſit ſedes Epiſcopalis Ninſani, quam Bedæ CANDIDAM CASAM, Angli & Scoti eadem notione Whittern appellitant. Quid ergo ſi Candidam Caſam, quam Britanni dixerunt, Ptolemæus ſuo more Græcè λευκὴ οἰκίδια, conuerterit, i. domicilia candida, pro quo librarij Leucopibiā nobis obtruſerunt. huc vſq́; Camdenus.

LVCOTECIA λουκοτεκία, Ptolemæo Pariſiorum vrbs eſt, in Gallia. LEVCETIA λευκετία, Iulianus habet, in Miſopogono. vbi huius genuina deſcriptio. LVTETIAM Cæſar vocat. Marcellinus appellat LVTETIAM, CASTELLVM PARISIORVM. PARISIVM nominat Zoſimus 3. ſed Germaniæ vrbem facit. an quia Franci Germaniæ hunc tractū quondam obtinuere? Hodie Paris dicitur. Primaria vrbs regni eſt, amplitudine, & ciuium frequentia excellens. Regia ſede, academia, & emporio gaudet. Ab Yſio quodam conditam, & Paryſium dictam, nugatur Sigebertus Gemblacenſis.

LVCRETILIS Mons, in Sabinis, Horatio, & Feſto Pompeio. Iuxta Gabios eum deſcribit Acron.

LVCRINVM, Italiæ opidum, Pomponio. in Daunijs. Sed LARINVM, Pintianus legit. ita ego quoq́; in vetuſto codice.

LVCRINVM Saxum. Iuuenalis 1. Satyra 4. Locum Bruttiorum dicit eius vetus interpres.

LVCRINVS Lacus, Plinio, Straboni, Melæ, Suetonio, Val. Max. & Virgilio, in Campania eſt, circa Baias. Antea COCYTVS dictus, Silio Italico teſte. vnitum cum Auerno, & Tyrrhenum mare per hunc in Auernum labi, ſcribit Philargyrus, ad Georg. Virgilij. Erithræus & Georgius Fabricius Mare Morto vocant. Lago Licola, Bar. Falconio eſt. Vide ACHERVSIA, & BAIANVS.

LVCRINVS Sinus, vide BAIANVS.

LVCTVS, Alamannus, Sarmata, gentis nomina ſunt, in Codice Theodoſiano, Titulo de Veteranis. Vide CLAVTHMOS.

LVCVIDONESII λουκουιδωνήσιοι, Sardiniæ populi, apud Ptolemæum. Vide LIGVIDONIS.

LVCVLLANVM Caſtellum Campaniæ, vbi Auguſtulus filius Oreſtis ab Odouacro in exilium miſſus. Iornandes, & Marcel. Comes. LVCVLLANVM quem quidam TVSCVLANVM putant. ſic Frontinus 1. Aquæd.

LVCVLLARIVM Caſtrum, eſt apud Caſsiod. 8. Variar. ad Ioan. V. S. cui domum in hoc caſtro largitur Athalaricus. Neſcio quo locorum, niſi circa Luculli villam, vnde huic fortè nomē. & LVCVLLANVM legit vetus editio. An in Latio? vetus enim inſcriptio quā Panuinius adfert, in Ciuitate ſua Romana, mentio fit Flaminij, Laurentialis, Lauinalis, & Lucularis.

LVCVLLI Horti, apud Baias, quorum memoria eſt apud Tacitum & Plutarchum. eo in loco erant, quem hodie vulgus Cento Camerelle vocant. Ferd. Loſredus. Lege de his Mazellam, in Antiquitatibus Puteolanis.

LVCVLLI Villa, prope Neapolim; de qua Plutarchus in eius vita. Bagni d'Agnano, Blondo auctore. In LVCVLLANA Villa obijt Tiberius Imp. auctore Suetonio. Miſeni eum mortuum, ſcribit Dion. Conciliat hæc Tacitus, cùm ſcribit eum iuxta promontorium Miſeni in Luculli villa obijſſe. Alia eſt in Latio, quam Blondus & Leander Fraſcato dici teſtantur. LVCVLLANVM Caſtellum vocat Marcellinus Comes.

LVCVLLIANVM Collem, vocat Andreas Baccius locum prope Neapolim, ad oram maritimam dextram: hodie Pizzo Falcone dictam.

LVCVNDIV, vide LEVCI CAMINI.

LVCVS, qui permagnus inter viam Salariam & Tiberim, vbi Lucaria Feſta celebrāt Romani. Feſtus. Vide LVCVS Auguſti, ASTVRVM, & OLEASTRVM.

LVCVS AVGVSTI, Galliæ Narbonenſis ciuitas fœderata Plinio. LVCVS Vocontiorum eſt Tacito, Hiſtor. 1. & LVCVS ſimpliciter videtur Antonini. LVCVS AVGVSTI quoque Hiſpaniæ vrbs, apud eundem Antoninum. LVCVS AVGVSTI in Germania Superiori: vt habet Marmorea inſcriptio Romæ, in Smetij volumine. Vide ARÆ SEXTIANÆ. LVCVS Dianæ, vide IVLIENSES. LVCVS Feralis, quem Hagæ Comitis propinquum, & ob horrorem inacceſſum fuiſſe memorant. vt habet Hadr. Iunius in ſua Batauia. Nouum puto. Vide SACER.

LVD, vel LOD, ciuitas Palæſtinæ, in Paralipomenon libro. LYDIA vertit D. Hieronymus, Eſaiæ 66. Beniamin cam Segura appellat. Vide LYDIA, & MELOTHI.

LVDIAS λουδίας, Macedoniæ fluuius, iuxta Pellam vrbem. Epitoma Strabonis 7. vide LYDIVS. & LOEDIAS.

LVDICÆ λουδικαὶ, Thraciæ vrbs regionis Europæ, Procop. 4. Aedificior.

LVDIM, vide LIBYA.

LVDINORVM inſulas, circa Lydiam, habet Varro, ad calcem librorum de Re ruſtica. Lydiorum legendum. ſic quoque poſt eos Vrſinus reſtituit. Scaliger mallet LVDIANORVM. Vide NYMPHARVM.

LVERIONIS λουεριωνος, loci aut fluminis Galliæ, meminit Strabo 4. Inter Rhodanum & Alpes videtur, verſus mare. δουρίων fortè legendum. vt idem ſupra.

LVESA Via, circa Atellas. Hygenus de Limitibus.

LVETIOS populos habent Lexica. Horum auctores facit Lazius, ſecundo Migrationum, Stephanum & Strabonem. ſed apud hunc pro Heluetiis, Luetiis truncatim legit, apud illum μακρὰ λειπτῶν laiè habitantium Luetiorum interpretatur. Luetios itaque ex Maſsilienſibus & Heluetiis effictas voces noſco: populos ignoro.

LVGANA, vide ZVGANA.

LVGDOLVM, *vide* LVGDVNVM.

LVGDVNA, *vide* LIGODVNVM, *&* LVGVDVNVM.

LVGDONESIA, *vide* GALLIA *Lugdunenſis.*

LVGDVNVM λȣγδȣνόν, *Cuquenorum vrbs; in Gallia Aquiſanica, Ptolemæo, & Straboni. Ouuphrius coloniam Romanam facit. auctorem adducens Ptolemæum. quod in meis codicibus non reperio.* Oloron *vocat Villanouanus. Vide* LVGODINVM, *&* LVGVDVNVM.

LVGENTES *Campi, apud Inferos, Virgil. 6. Aeneid.*

LVGEVM *Lacus* λȣγεον, *Straboni in Pannonia eſt,* Kirchnitzerſe *vocat Lazius à Circknitz opido in eius ora ſito. Lacus hic ſingulis annis meſſem, piſcationem, & venationem præbet. Vide Vuernherum, de admirandis Hungariæ aquis.*

LVGI, *vide* LOGI.

LVGIDVNVM λȣγίδȣνον, *Germaniæ vrbs, Ptolemæo. pro qua Ioach. Curæus* Glogaw *Sileſiæ vrbem ſumit.*

LVGIO, *vel* LEGIO, *vt legit Simlerus apud Antoninum, qui* Batha *ex ea facit; Pannoniæ Inferioris vrbem.*

LVGIONVM λȣγίωνον, *Pannoniæ Inferioris vrbs, Ptolemæo. Lazius putat* LEGIONEM *eſſe apud Antoninum. quam ad Danubium deſcribit.*

LVGODINVM λȣγόδεινον, *Ptolemæo Batauorum vrbs; in Galliæ Belgica. Stoefflerinus* Utrecht *interpretatur. Ego* Leyden *iudico.* LVGDVNVM *Caput Germaniarum vocat Antoninus. An Caſtra Legionum Germaniæ, apud Plinium? Non eſt Lugduna Stephani. quamuis H. Iunio ſic videatur.*

LVGVBALLIA, *vide* LVCOPIBIA.

LVGVDONEC, *in Sardinia locus, Antonino.*

LVGVDVNVM, *ſic enim in marmoribus eius loci antiquis ſæpius legimus: idem in numiſmatibus. Apud Tacitum & Plinium alioſq; tamen* LVGDVNVM *triſyllabicos, colonia eſt, ſic etiam Ptolemæo,* λȣγδȣνον. *vbique rectè; nam Dion ſcribit Lugudunum prius, poſtea Lugdunum dictum. Stephanus* LVGDVNA λȣγδȣνα, *ſcribit. In lapide antiquo eſt* COL. AVG. LVG *Galliæ emporium celebre eſt, ad confluentia Rhodani & Araris ſitum. quod* Lion *hodie dicitur. Paradinus in ſua Lugdunenſi hiſtoria, quam Gallica lingua edidit, docet à Liuio & Plutarcho* INSVLAM *vocatam; atque in Inſcriptionibus vetuſtis* CIVITATEM SEQVANORVM *dici. Idem dicit* RHODANVSIA *à Sidonio, &* ARARIA *in S. Lupi archiepiſcopi Lugdunenſis hiſtoria, nuncupari: à fluminibus videlicet eam interfluentibus. Gregorius Turonenſis lib. 1. tradit eam quoque* NOBILISSIMAM *nominatam, ex eo quòd martyrum ſanguine illuſtrata fuerit. Sed* RHADANVSIÆ ῥαδανȣσία, *&* RHODANVSIÆ ῥοδανȣσία, *vrbiũ, meminit etiam Stephanus, in Maſſilienſibus. Et* RHODANVSIÆ *regionis, Epiphanius ex Ireneo. (Rodanuſiã Stephani, habet Caſaubonus, pro* Rhoda *Plinij.) Plutarchi libellus de Fluminibus & Montibus ſcribit ciuitatem* LVGDOLVM *vocatam, & montem cui inſidet* LVGDVNVM. *hiſtoriamq; fabuloſam, & rationes friuolas adducens. Plinius in Epiſtolis hanc vrbem Ornamẽtum prouinciarum dicit. De huius origine nominiſq; ratione lege hiſtoriolã ſiue potius fabellam, apud Plutarch. de Montib. in voce* Araris.

LVGVVALLVM, *vide* LVCOPIBIA.

LVIA, *vide* AVIA.

LVII λȣïοι, *magna Germaniæ gens, à Marobuduo rege domita. vt refert 7. Strabo.* LYGII *legit Lipſius.*

LVIDONIA, *eſt apud Goltzium, ex veteri inſcriptione quæ exſtat Neomagi, in Germania Inferiori.*

LVITH λȣϊτϑ, *nomen loci videtur, apud Eſaiam 15.*

LVITITII, *qui & Luſcitij: Wandalica gens. Crantzius in Metropoli.* Lauſnitzer *vulgo vocatur. Puto eoſdem* LVSOS *appellari, ab Alb. Stadenſi.*

LVLLIA, *vide* ADVLLIA.

LVLVM λȣλον, *Armeniæ Minoris caſtellum. Vicinum Tarſo, à Roſſis ædificatum, in colle. Zonaras, Porphyrogenneta, Curopalates, & Cedrenus.*

LVMA λȣμα, *Ptolemæo Arabiæ Deſertæ opidum. Eſt &*



*vrbs circa Mæandrum fluuium, Nicetæ.*

LVMÆI, *vide* ENAMIÆ.

LVMONE, *Liguriæ locus, Antonino. inter Albiniminium & Alpes Summas.*

LVNA λȣνα, *Etruriæ vrbs & portus, Ptolemæo, Straboni, & Plinio.* CARIARA *ab Etruſcis, &* SELENES *à Græcis dici, ſcribit in Originibus, is, qui nomine Catonis circumfertur. Cariara hoc tractu meminit etiam Antonini Fragmentum, in Itinere maritimo Romano.* LVNENSIS *Agri in Piceno, meminit Frontinus, & Balbus quidam, libro M.S. eſt qui adſeruatur à C.V. Franc. Nanſio. Ex huius ruinis vicinum opidum* Sarazana *exſtructum, putat Volaterranus.*

LVNA, *vel* LVNNA, *Antonino Galliæ Lugdunenſis vrbs eſt; quam Simlerus* Clugni *appellat, &* CLVNIA *fortè legendum putat. Vide* IO.

LVNÆ, *vide* SELENIS.

LVNÆ *Inſula, circa Fretum Herculeum, Avieno.* LVNÆ *Mons,* σελλώνης ὄρος, *promontorium Luſitaniæ, Ptolemæo.* Ponte de Lima, *Villanouano eſt.* Rochan de Lima Sintra, *Iacobo Nauarcho, in ſua Epiſtola Aſiatica. Eidem Ptolemæo Africæ regionis incognitæ, mons, vnde Nilum originem ſumere ſcribit.* Bed *hodie vocari, tradit Marmolius, & Giraua.* ARGYRVS *ab Ariſtotele nominari perhibet Becanus.* BYBLINOS βυβλινοι, *Montes appellat Aeſchylus in Prometheo, vnde Nili ſcaturigines emanant.* INDORVM *Montes nominat Procopius 6. Aedif.* LVNÆ *Portus,* λȣναι λιμὴν, *Straboni eſt; qui* ERICIS *Ptolemæo, vt Leander vult:* Porto Venere *hodie nuncupari addit. Sic quoque in Decretis* PORTVS VENERIS. *(Ericis non eſt in Ptolemæi Græcis codicibus.) In Liguria eſt.* SELENE σελλώνη, *Stephano dicitur.* LVNÆ *Sylua* λȣναια ὕλη, *Ptolemæo in Germania deſcribitur. Lazius* Kuningweiſerwaltt *appellat. Bohemicæ ſyluæ pars.* LVNÆ *Templum procul ab vrbe Carris Meſopotamiæ, Herodiano 4.*

LVNARIS, *vide* APESANTVS.

LVNARIVM λȣναριον, *Promontorium, Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo,* Cabo de Vallis. *Cl. Aretio.* Palafigel *Coquo. Vide* SCALÆ ANNIBALIS.

LVNDINIVM, *vide* LONDINIVM.

LVNGIPRESSVM *opidum, habet Rubeus in ſua Rauennatium hiſtoria. X. M. paſſ. ab ipſa vrbe Rauenna: Quod nunc* Ruſſio *vocari addit.*

LVNGONI, λȣγγονοι, *Hiſpaniæ Tarraconenſis gens. Ptol.*

LVNNA, *Antonino Galliæ Lugdunenſis opidum. vbi* LEGIO X. *Vide* LVNA.

LVNVSA, *Pannoniæ vrbs, ad Iſtri ripam. Lazio. 1. Reipublicæ Roman. cap. 2. pro* LIMVSA *Antonini habeo.*

LVPARIA λȣπαρία, *Oretanorum in Hiſpania vrbs; apud Ptolemæum.*

LVPERCAL, *locus Romæ; quem nos* LYCÆVM *dicere poſſumus; ait Halicarnaſſeus.*

LVPERCIANA, *Africæ ciuitas: D. Auguſtino & Cypriano, in concilio Carthaginenſi.*

LVPFVRDVM λȣπφȣρδον, *Ptolemæo Germaniæ vrbs:* Meyſſen *Miſniæ vrbem, in eius loco conſtituunt Appianus; & Bircheymerus.* Leypſick *& loco & nomini propius videtur.*

LVPIÆ λȣπίαι, *Straboni & Melæ:* LVSPIÆ λȣσπίαι, *Ptolemæo:* LVPIA *Pauſaniæ & Plinio, qui locum ſtationem militũ vocat. Calabriæ in Italia opidum.* LIPIÆ *Antoninus habet.* LEPIÆ *legitur, ſed corruptè, in Epiſt. D. Paulini de Nicetæ obitu. obiter hoc hic admonere libuit. Pauſanias ſcribit quòd priſco nomine* SYBARIS *dicta fuerit. Luſpias Ptolemæi in littore maris (nam ceterorum paullo interius eſt) hodie* Roccà *vocari, putat Galateus, cuius ſitum lege apud eundem, in Iapydia Libello. Huic vicinæ erant Rudiæ.*

LVPIAS λȣπίας, *Straboni,* LVPPIA *Tacito, Germaniæ flumen; quod Vadianus* Neckar *putat, Irenico & Spiegelio autem* Lon *videtur. Alijs* Lippe *eſt; quibus Iunius ſuffragatur.*

LVPIEN-



LVPIENSIVM *Coloniam, habet Goltzius, in Theſauro. An à Lupia gentile?*

LVPONDVM, *ſic legit Rhenanus apud Auſoniũ, eo verſu:*
„ *Hoſtibus exactis, Nicrum ſuper & Lupondum. Vbi nonnulli Luponudum habent. Arcem cenſet, quam hodie* Lupff *vocant, non longè à Danubij fontibus. ſic quoque Lazius.*

LVPOSINA, *vide* GRVDII.

LVPPIA λȣππία, *Germaniæ vrbs. Ptolemæus, circa Lipſiam videtur. Vide* LVPIAS.

LVRA, *locus Galliæ Belgicæ in III ſcheda tabulæ Pentingerianæ nondũ editæ. in prima à M. Velſero edita* IVRA *legitur.*

„ LVRDA, *Niſi quia flamen Lurda Tauro monte defluens ſic Priſcianus, ex 2. hiſtoriarum Salluſtij.*

LVRINVM λȣ́ρινον, *Corſicæ opidum: Ptolemæo.*

LVSI, *vide* LVSSI, *&* LVITITII.

LVSIA λȣσία, *vicus Oeneidis tribus. Stephanus. Eurilochum Luſienſem habet Xenophon 7. Cyriacor. A Luſia, Arcadiæ loco. Vide* LVSTIVS.

LVSIAS λȣσίας, *Thuriorum fluuius; qui tametſi perlucidos liquores habeat, nigerrimos tamen piſces procreat. Aelianus 10. Animal. cap. 39.*

LVSIKI, *vide* SCLAVI.

LVSIS, *Arcadiæ fons. Plinio. vide* LYSIS, *&* COLVSIS.

LVSITANIA λȣσιτανία, *Hiſpaniæ regio, Ptolemæo & cæteris. Hæc hodie* Portogallo. LISITANIA *per* I *in prima habet Ap. Alexandrinus. Huius incolas* BELITANOS βελιτανοὶ, *vocari, ait Stephanus.* BELLITANOS *appellat Plinius quoſdam Hiſpaniæ Citerioris populos. Sed quia videam Portugalliæ vocabuli etymon, à portu Gallorum, ab eruditis quamplurimis deduci, operæpretium duxi de eo hic Oſorij ſententiam apponere. Is enim ex doctiſſimi Andreæ Reſendij demonſtratione, id à Cale portu originem habere dicit, (opiduli nomẽ eſt, quod Durij fluminis oſtio imminet) qui olim piſcationis gratia frequẽtari ſolebat, inde tanta hominum multitudo confluxit, vt in ciuitatem opulẽtiſſimam euaſerit; &* Portogalo *(quaſi portus* Cale) *nominari cœperit. Inde verò totum regnum nomen obtinuiſſe conſpicitur.* LVSITANIA *trans Durium fluuium verſus Septentrionem; nunc* CALLAICA *dicitur: vt ſcribit Strabo. hos ego* CALLAICOS BRECARIOS καλλαϊκοὶ βρακάριοι, *Ptolemæi; &* BRACAROS *Plinij putarim.* Antre Douro & Minho *hodie dicitur, vbi Braga metropolis.*

LVSITANVM, *Hiſpaniæ eſſe fluuium, credit Martianus. dicit enim Luſitaniam à cognominis ſui fluuio permeari. An Tagum velit? Anam mallet amicus meus Emanuel Enricus Luſitanus.*

LVSIVS, *Peloponneſi fluuius, Suidæ, in verbo* Ἀλφεός. *vide* COLVSI, *&* GORTYNIVS.

LVSONES λȣσονες, *Hiſpaniæ populi, ad Iberum fluuium: Numantinis vicini: Appiano in Ibericis. Ad Tagi fontes pertingere ſcribit Strabo 3.*

LVSPIÆ, *vide* LVPIÆ.

LVSSA λȣσσα, *Arabum vrbs, in Palæſtina. Ioſephus Antiquitat. 14. cap. 2.* LYSA *Ptolemæi eſt.*

LVSSI λȣσσοὶ, *Arcadiæ vicus: Pauſaniæ, Callimacho, Stephano, item Polybio 4. & 9. vbi Dianæ templum à Timeo ſpoliatum tradit: ſed vno* S. *tantum huic ſcribitur.*

LVSSONIVM λȣσσώνιον, *Pannoniæ Inferioris vrbs, Ptolemæo.* LVSSVNIVM *Antonino.* Pax *Simlero eſt.* LVSSONIVM, *nunc* INTERCISA, *habet lib. Notitiar. cui in Valeria Ripenſi eſt.*

LVSTARIA, *vide* OSSONABA.

LVSTIVS λȣ́στιος, *Oeneidis gens. Heſychius. An eadẽ cũ Luſia?*

LVTANA, *vide* LVTEVANI.

LVTARBVRGIVM, *colonia Tarbelliorum. In Goltzij Theſauro, ex vetuſta inſcriptione.*

LVTETIA, *vide* LVCOTECIA.

LVTEVANI, *qui &* FORONERONIENSES, *Plinio Galliæ Narbonẽſis populi ſunt. Hos Cœnalis, & Pinetus* Lodeſue *vertit.* LVTVENSIVM *ciuitas, i.* LVTANA *caſtrum ſic legitur in libello Prouinciarum Galliæ. In Prouincia Viennenſi II. eſt.*



LVTI λȣ̃τοι, *qui &* BVRI βȣ̃ροι, *cognominantur, inquit Ptolemæus. cui Germaniæ populi ſunt.* Sleſier *cenſentur à Chriſtophoro Pyramio. Idem Ptolemæus habet etiam Lutos Germaniæ populos, quos* OMANOS ὀμανοὶ, *cognominat. Vide* BVRII, *&* LONGIDVDINI.

LVTIA λȣτία, *opidum Hiſpaniæ opulentum; trecentis ſtadiis à Numantia diſtans. in Areuaccis. Appianus in Ibericis.*

LVTIDIDVNI, *vide* LONGIDVDINI.

LVTIRIVM, *vide* LINCERIVM.

LVTVENSES, *vide* LVTEVANI.

LVX DVBIA, *vide* LVCIFERI *Fanum.*

LVXIA, *Beticæ fluuius, inter Anam & Bætim. Plinius.*

LVXOVIVM, *Galliæ vrbs, in Voſago monte, calidis aquis irrigua. vt eſt apud Aimoinum, & in vita S. Galli Abbatis & confeſſoris.* Luxeul, *in Burgundiæ comitatu.*

LVZA, *Chananæorum regio, quæ dicitur* OGYS, *non longè à ciuitate Hebron. Ioſephus lib. 1. vt vertit Rufinus. Sed in Græco, pro Luza, eſt* DRVS δρȣ̃ς, *i.* QVERCVS. *vide* BETHEL, HIEROSOLYMA, *&* QVERCVS.

LYBADIA, *vide* LEBADIA.

LYBIA, *Hiſpaniæ Citerioris vrbs, Antonino: inter Caleguiram, & Segaſamunclum.* LIBYA *legit Simlerus. Non eſt Iulia Libyca Ptolemæi. vide* LIBYA.

LYBORVM λυβων, *regionem habet in Bœotia Tzetzes, ad Lycophronem. Sphingis hic habitaculum.*

LYBVM, *Cœleſyriæ vrbs, Antonino. Inter Damaſcum & Laodiceam.*

LYCA, *vide* LYCASTRIS.

LYCABETVS λυκαβηττός, *Atticæ mons maximus. Plinius, Solinus, Antigonus, Suidas.* λυκαμβηττος *eſt apud antiquiſſimum ſcriptorem Theophraſtum.*

LYCADIVM, *ſiue* CYCLADIVM. *ſinus ad Boſporum Thracium, P. Gyllius, ex Dionyſio Byzantio.*

LYCÆA λύκαια, *Arcadiæ vrbs: apud Pauſaniam & Stephanum. cui eadem* LYCÆTHA λυκαιθα. *Aliam* LYCÆAM *videtur deſcribere Orpheus in Argonauticis: vbi Cereris domus. Circa Atlanticum mare.*

LYCÆVM λύκαιον, *locus vel vrbs Theſſaliæ. Varino: Vide* LVPERCAL.

LYCÆVS λύκαιος, *Mons Arcadiæ, Vibio, Virgilio, & Pauſaniæ, quem* OLYMPVM *etiam, & Arcades nonnulli* SACRVM, *alij* ARCADVM IVGVM *appellant. Huius pars* CERAVSIVS *quoque dicitur, vbi Nedæ fontes ſunt; eodem auctore.* LYCÆVS, *etiam Atticæ locus videtur, apud Strabonem, cùm ſcribat inde Iliſſum fluuium oriri.* LYCÆVM *Campum, habet Memnon, circa Heracleam Ponti.*

LYCAMBETVS, *vide* LYCABETVS.

LYCANDVM, *vide* LAPARA.

LICAONES, *vide* LYCAONIA, *&* OENOTRIA.

LYCAONIA, *Aſiæ Minoris, in Cappadocia regio, vicina Iſauriæ: Ptolemæo. Idem alios* LYCAONES *habet in Lycia, ad Lycum fluuiũ quos aliquando* ÆZEOS αἰζεοὺς *dictos ſcribit Halicarnaſſeus 1. Hi poſtea in Italiam profecti* OENOTRI *dicti fuere. Pro* αἰζειοι *ſuſpicatur Sylburgius* Αἰζώους *ſcribendum. Eſt & Phrygiæ Minoris vrbs* LYCAONIA, *D. Hieronymo, in locis Hebraicis. Vide* ARCADIA, *&* TIBERINA *inſula.*

LYCAPSVS λυκαψὸς, *vicus Lydiæ vicinus. Step. ex Euphorione.*

LYCARISVS λυκαρισσος, *montis nomen, apud Io. Lydum Philadelphienſem.*

LYCAS, *Aſiæ opidum, ad Lycum amnem Vibius. Item Coæ inſulæ. Idem.*

LYCASPVS λυκασπος, *vrbs Heſychio eſt. ſed non addit quo locorum. Fortè eadem cum Lycapſo, aut Licaſto.*

LYCASTIA λυκαστία, *vrbs Doeantis campi, in Cappadocia. Apollonius 2. Vide* LYCASTVM.

LYCASTRIS *fluuius Coæ inſulæ: à quo Lyca ciuitas. Vibius.*

LICASTVM, *Plinio Cappadociæ vrbs eſt, quæ nunc* Do Caſtelli *dicitur, Nigro teſte. Secundum Halym fluuium eam deſcribunt Mela, & Plutarchus in Timoleonte. Lycaſtia fortè Apollonio. quam in Leucoſyria deſcribit eius Scholiaſtes.*

LYCA-

LYCASTVS λύκαστος, Cretæ vrbs: Homero, Plinio, & Pomponio. Strabo & idem Plinius eam interijſſe ſcribunt. Pontica etiam vrbs eſt: Varino ex Stephano. apud quem hoc hodie non legitur.

LYCES, fluuius Scythiæ Europææ; Val. Flacco 4. Quas Tanais, Flauuſq; Lyces, Hypaniſq;, Nomaſq;, Addat opes. Lycus legerim, ex Ptolemæo, & Herodoto. Eſt & Macedoniæ vrbs, ad Beuum fluuium. Liuius 31.

LYCETIS. In Lycetis, apud nos. [Pergami] inquit Galenus, ſunt aquæ Calidæ. De Sanitate tuenda 6.

LYCHNIDVS λύχνιδος, vrbs Macedoniæ apud Ptolemæū. Illyrico eam adſcribit Liuius 27. 43. & 44. Ochrida apud Sophianum eſt. Alchria etiam apud Barletium. Diodoro 16. & Stephano Lychnidus. Polybio λυχνιδία, etiam lacus eſt. qui LICHNITTVS Stephano, ex Herodiano. hunc Sophianus in ſua Græciæ tabula iuxta eandem vrbem deſcribit: & Lago de Lochrida recenti vocabulo indigetat. Hanc eandem videtur Florus 2. & Liuius lib. 44. ASCVRIDEM appellare. quamuis quidam codices ASTRVDIS legunt. Vide DASSARITES, TAVRESIVM, & ACHRIS.

LYCHNITIS λυχνίτις, Armeniæ Maioris palus, Ptolemæo. Ex Tabulis Exſechia videtur. Armeniæ regio quoque Stephano.

LYCHNOS, locus circa Peluſium videtur: apud D. Hieronymum, in vita Hilarionis.

LYCI Saltus, agri Meſſenici eſt, apud Pauſaniam 4.

LYCIA λυκία, Ptolemæo & cæteris Aſiæ regio eſt. MYLIAS μυλίας, olim dicta fuit, etiam OGYGIA ὠγυγία, Stephano teſte. Incolas TERMILAS τερμίλαι, vocatos, ſcribit Herodotus; τρεμιλοι TREMILOS Stephanus. TRIMILIS regio eſt apud Liberalem: & SOLYMOS σόλυμοι, apud eundem Stephanum. Regionem nouo vocabulo Bricquia appellari, tradit Girana: Bene-ſaacan ab Arabibus dici, ſcribit Theuetus. Aldinelli, Caſtaldus. LYCIA eſt quoque circa Troadem regio quædam, Homero, & Strabone auctore, quam HYPOPLACIAM cognominat Stephanus in verbo θήβη. Huius vrbs Zelia. Hāc Lyciā Poëta innuit, hybernamq; nominat, quia magis quam altera ad Septentrionem. item altam, quia ad Idam mōtem. In hac Apollinem natū, ſcribit Homerus Δ. Ιλιάδ. inde Lycias ſortes Virgilio. contra Seruium. LYCIOS populos circa Troiam, habet Euſtathius, ex Homero. In Creta inſula quoque ſunt, Ioui hominem immolantes; Clementi Alexandrino, ad gentes. niſi LICTII legendum ſit. quod video placere Leopardo in Emendationibus. LVCIA pro LYCIA ſcribi in marmoribus, monuit me Celſus Cittadinus Romæ. vti Aeguptus, pro Aegyptus. &c. Vide ALOPE.

LYCIAS λυκιας, & λυκί☉, Ptolemæo Rhætiæ fluuius. LYCVS, vel LICVS, Fortunato. Lech hodie. LECHVS Eginartho.

LYCIDE, opidum Myſiæ Aſiaticæ: Plinio. LYCIDENSIS epiſcopi Laurentij, meminit Marcellinus Comes.

LYCII, vide LYCIA.

LYCIMNA λυκίμνα, Peloponneſi arx diſtans à Nauplia XII. circiter ſtadiis. Strabo.

LYCIORVM Portum, ad Boſporū Thraciū, habet Gyllius.

LYCIRNA λυκίρνα, Aetoliæ pagus eſt, apud Strabonem.

LYCIVM λύκιον, locus Theſſaliæ. Etymologicon. Vrbs eſt Phauorino.

LYCIVS, vide LYCIAS.

LYCOA λύκοα, Arcadiæ vrbs: Pauſaniæ, & Stephano. Item Suidæ, in dictione ἀλφειός.

LYCOCAPER, & CVPHVS, oſtiis à ſe inuicem diſtantibus, per Lyciam fluunt. Simeon Metaphraſtes de miraculis S. Michaëlis archangeli.

LYCOMEDIS λυκομήδους, Lacus Africæ; Ptolemæo, & Plinio auctoribus, quem Pinetus recentiori nomine Linxano vocat.

LYCON, Aegypti vrbs, libro Notitiar. in Libyco. LYCOPOLIS fortè Ptolemæi. Strabo & Stephanus habent λυκων bis in Aegypto. vnam in Lycopolite Nomo, alteram in Sebennytico, hanc quoque nouit Antoninus in Itinerario. LYCON, etiam opidum Hiſpaniæ; Liuio 57. Luſitanorum fortè. Quattuor leucis infra Emeritam eſſe, & Lobon hodie nominari ſcribit mihi D. Iacobus Delgadus.

LYCONE λυκώνη, mons cupreſſis conſitus, in Argia regione: Pauſaniæ. Thraciæ opidum eſt Stephano.

LYCOREA λυκώρεια, Delphorum vicus: apud Stephanum, Pauſaniam, & Strabonem. Luciano autem in Miſanthropō, mons eſt, in quo Deucalionem ſeruatum ſcribit. Vide LYCVRIA.

LYCORMAS λυκόρμας, qui poſtea EVENVS εὔην☉, dictus eſt; Apollodoro & Strabone teſtibus, item Plutarcho, in opuſculo de Fluminibus: & Stobeo de Morbis. Aetoliæ fluuius eſt, quem Mar. Niger Laſidari indigetat. Phidari Petăcius, quod idem eſt. la enim vel lo, articulus. A Vibio videtur ESPER etiam dici. Hyginus ſcribit eum ſuo tempore CHRYRRHOAS vocari. CALYDONIVS amnis, Ouidio eſt, quod Calydonem vrbem alluat. In Lexico Rob. Stephani habetur eum quoq; CENTAVRVM nominari. Centaureum ſcio eum cognominari, à Statio 4. Thebaidos.

LYCOS, Palæſtinæ fluuius: Plinio, Straboni, & Melæ. Item in India fons, cuius aqua lucernæ ardeant: eodem auctore. Vide LYCVS, & LICHOS.

LYCOSTHENA λυκοσθένη, Lydiæ vrbs: ex Xantho, Stephanus. Metropolim facit nummus Titi, apud Goltzium.

LYCOSTHOME, vide PENEVS.

LYCOSTOMIVM λυκοςόμιον, campi nomen in Theſſalia. Iſacius in Lycophronem.

LYCOSVRA λυκόσυρα, Arcadiæ vrbs, in monte Lycæo. Hanc omnium quos vel continens terra, vel inſulæ ſuſtinent, vetuſtiſſimam eſſe, ſcribit Pauſanias, & Stephanus. Vide ORISTHOCNIENSES.

LYCOTÆ λυκόται, apud Pauſaniam Arcadiæ opidum.

LYCOZIA λυκόζεια, vrbs Thraciæ: Stephano.

LYCTVS λύκτος, à Poëta dicitur LYTTVS λύττ☉, inquit Strabo: ſic quoque Polybius 4. Cretæ eſt vrbs; quæ à Nigro Paleocaſtro dicitur. Vide LISSVS.

LYCVNTES λυκουντης, Arcadiæ vicus: teſte Pauſania.

LYCVRGIVM λικύργιον, Argiæ pagus; in Peloponneſo. Strabo. & mons eiuſdem nominis. Idem. Vide LIGYRGVM.

LYCVRIA λύκυεια, locus ſic dictus videtur alicubi. apud Plutarchum, cur Pithia oracula non reddat. Puto idem eſſe cum LYCOREA, de quo ſupra. In Arcadia eſt Pauſaniæ LVCVRIA vicus. qui LICVRGIVM fortè Strabonis.

LYCVS λυκος. Siciliæ fluuius eſt teſte Diodoro, libro 16. qui Platina dicitur, vt Aretius tradit, aut Platani, vt Fazellus. LYCVM fontem, in Leontinis, habet Plinius. LYCVS, Plinio, Xenophonti, Orpheo, Ouidio 4. de Ponto Elegia 10, & Apollonij Scholiaſti, Mariandynorum in Ponto fluuius, prope Heracleam, in Euxinum effluens, quam CELECEM à Thucydide appellari, annotauit Hermolaus. Sed CALEX κάληξ, eſt in Græco Thucydide: CALETEM nominat Euſtathius. CACHETVM κάχητα, vocat eum mendoſè Diodorus, lib. 12. Chelit Belonio, ſed Betelis Ramuſio indigitatur. Ego hæc diuerſa à Lyco, apud idoneos auctores obſeruo, eiuſdem tamen tractus. LYCVS, Q. Curtio libro 3. fluuius Aſiæ minoris, qui Celenas Phrygiæ vrbem interfluit. Hic MARSYAS Liuio eſt: MARSYAS nominat eum quoq; Plutarchus. Q. Curtius eum circa fontem ſic vocari dicit, ſed MARSIA ille habet. An μαρσυν Herodoti ſit, dubito. Idem fortaſſe cum Lyco Plinij, & Strabonis, quem in Mæandrum incidere ſcribit. LYCVS, Cappadociæ fluuius, Neocæſaream præterfluens, & in Irim deſinens, Plinio. Alium in Ponto Cappadocico cum Apſoro ſe coniungentem, habet Ptolemæus. LYCVS, Syriæ fluuius: Polybio 5. LYCVS, Scythiæ Europææ, in Mæotim effluēs: apud Ptolemæum, & Herodotum. LYCVS, Phœniciæ fluuius: Straboni, circa Leontem Ptolemæi. Fortè idem cum Polybij, & Plinij. LYCVM in Euphratem influentem deſcribit Plinius. hunc LEVCVM λευκός, Ptolemæi puto, qui Lycus interpretibus. ſed LYCVS etiam Q. Curtio 4. & Arriano 3. In Aſſyria hic. Idem Plinius habet LYCVM fluuium, in Cilicia. Eſt & LYCVS fluuius, Bithyniæ inter Rhebam & Phyllidem; Apollonij Scholiaſti 2. LYCVS etiam Armeniæ Maioris, qui in Euxinum effluit, Straboni. Idem fortaſſe cum eo quem Apollonius 4. ex Araxe oriri, & cum Phaſide miſceri, ſcribit. LYCVS in Macedonia, iuxta Daſaretios populos. Plutarchus in Flaminio. In Cypro LYCVS, vt Ptolemæus habet. LYCVS circa Byzantium, Cedreno eſt, quem tradit ab Apollonio Tyaneo coactum, ne Byzantio inundationibus noceret. LYCVS, foſſæ cuiuſdam nomen, circa Ægyptum, ad Maream paludem: vt refert Calliſtus 8. cap. 41. & Tripartita hiſtoria. Hanc foſſam Nili, dicit eſſe Palladius, in Lauſiacis. LYCVS etiā in Illyrico gens: Liu. 33. Vide ELATAS, LYCIAS, LEVCOS, LYCOS, & RHYNDACVS.



LYDA, vide LYDDA.

LYDAE λύδαι, Lyciæ opidum: Ptolemæo. Vide CHYDA.

LYDDA λύδδα, Iudææ vrbs, apud Ptolemæum. Rama Caſtaldus appellat. S. Georgio, Iodocus à Meggen. Vicus Samariæ regionis eſt, haud procul à Ioppe: Ioſepho Antiquit. 20. & Actuum 9. Item 1. Mach. 11. vbi vno D. ſcribunt interpretes. Vide DIOSPOLIS.

LYDI, Tyrrhenica gens, quorum vrbs Agyllas ſiue Cære: quam captam à Lydis, ſcribit Strabo. Virgilio 8. Aeneid. horum rex Mezentius. Vide TYRRHENI.

LYDIA λυδία, Aſiæ minoris regio, quæ etiam MAEONIA μαιονία, dicta fuit, Ptolemæo, Herodoto & Plinio conteſtantibus. Mæoniam dictam fuiſſe ASIAM, & ASIVM Campum; item accolas ASIONES, & ESSIONES, ex claſſicis auctoribus conſtat. LVD apud D. Hieronymum eſt, Eſaiæ 66. ARCHADIAM vocat Serapio, capite de nitro. λυδία μαυρουσιαδος, eſt apud Dioſcorid. 2. cap. 60. vbi ſcincus reperitur. Sed λιβύα, pro λυδία, emendo. Vide AVDEA; AVDIA, LYDIVS, & PHRYGIA.

LYDIVS λυδίος, fluuius eſt, qui agrum Macedonicum & Bottiæicum diſterminat: Ptolemæo & Herodoto 7. qui eum confluentem cum Halyacmone facere tradit. LVDIAS in Epitoma Strabonis. λυδίαν puto eundem in Aeſchinis Orationibus nominari. Vide BENACVS.

LYGAMATAE λυγαμάται, Lybiæ Interioris populi apud Ptolemæum. cuius interpretes LYNXAMATAE habent. LYNXAMA λύγξαμα, eſt ibidem Ptolemæo vrbs.

LYGDANVM, Plinio, Myſiæ Aſiaticæ vrbs.

LYGII, vide LVII, & LIGII.

LYGINVS, vide CIABRVS.

LYGOS, vide CONSTANTINOPOLIS.

LYLA λύλη, Arcadiæ vrbs: Stephano. An λειλαια, Ptolemæi?

LYLAEVS, Bithyniæ fluuius: apud Plinium.

LYMAX λύμαξ, Arcadiæ fluuius, qui Phigaliam alluit, & in Nedam erumpit: teſte Pauſania.

LYMINIS, Cappadociæ opidum, in quo Baſiliſcum cum vxore & filiis, à Zenone Imp. in exſilium miſſum, & fame necatum, ſcribit Marcellinus Comes. LEMNIS legit Pomponius Lætus. SLEMNII opidum, habet Iornandes. CVCVSI hoc factum, tradit Cedrenus. Aut loci ſunt ſynonyma; aut diſſonantia in Hiſtoria. vide ACVSI.

LYMPHORTA, circa Gedroſiam, Plinio opidum.

LYNCAEE λυγκαίη, Macedoniæ vrbs. Heſychius.

LYNCEA, Qui ripas Lyncæe tuas, Statius 4. Thebaid. Aetoliæ fluuiū eſſe, addit Lutatius Placidus. Vide LYRCIA.

LYNCESTIS λυγκηστις, Macedoniæ regio; Ptolemæo. Incolæ LYNCISTAE λυγκισται, Straboni. In gremio terrarum (ſic Macedoniæ ſinuoſam oram vocat) eos deſcribit Plinius. LYNCESTIS aqua quæ vocatur ACIDVLA, vini modo temulentos facit. ſic Plinius lib. 2. cap. 103. Macedoniæ fluuius eſt in Erigonem defluens. Meminit huius etiam Ouidius 15. Metamorph. Lutatius Placidus apud eundem Thraciæ eum facit. LICESIVS corruptè apud Vibium legitur. Vide LYNCVS.

LYNCEVS λυγκεύ☉. vel alia lectione LYNGEVS λυγγε☉, fluuius Italiæ eſt, Iſacio & Lycophroni. aquas calidas habet oculis ſalubres. In Tyrrhenia videtur. Corſenum balneū fortè innuit. quod XV mill. paſſ. à Luca vrbe deſcribit And. Bacchius. quod caligātibus mederi oculis affirmat.

LYNCISTAE, vide LYNCESTIS.

LYNCVS λύγκος, Epiri vrbs: Thucydidi 4. & Stephano, cui gentile Lynciſtis. LYNCOS mons Epiri, intermedius Macedoniæ Theſſaliæq;: vt ſcribit Liuius 32. Vide PIERIA, & PINDVS.

LINGEVS, vide LYNCEVS.

LYNOPE, vide NARCISCI Fons.

LYNX λυγξ, Libyæ vrbs iuxta Gadiram. Stephanus.

LYNXAMA, & LYNXAMATÆ, vide LYGAMATÆ.

LYONOI, vide AFRICA.

LYPERVS λυπηρός, mons in Bithynia, iuxta Zipoëtium vrbem, Memnon.

LYPPIENSIS Ager, in Calabria. Liber limitum. Fortè corruptè à LVPIÆ.

LYRA λύρη, loci nomen, vbi Orpheus lyram ſuſpenderit, in Bithynia, ad Pontum alicubi: inter Thyniam inſulam, & Parthenium amnem. Apollonius 2. Argonauticor.

LYRBA λύρβη, ciuitas ſita ſupra Cybiram: in Aſia Minori. Euſtathius, Dionyſius, & Feſtus Auienus. Vide LYROPE.

LYRCIA λύρκεια, Peloponneſi vrbs, quæ antea LYNCEA λύγκεια, dicebatur. Pauſanias in Corinthiacis. Lyrceium montem hoc tractu habet quoque Stephanus ex Callimacho. & Lycæum Virgilius. In Arcadia eſt, auctoribus Seruio, Strabone, & Plinio. Callimachus ſuum λύρκειον in Argia ponit, vt etiam Phauorinus, & Heſychius, qui eum λύρκιον vocat. In Cynuria terra, vt Strabo 8. qui habet & LYRCIOS populos. LYRCEIA Tellus eſt apud Flaccum 4. ex qua Inachus oritur. vt addit ex Strabone Maſerius. Idem dicit LYRCEVS fontē eſſe, ex Papinio.

LYRCII, & LYRCIS, vide LYRCIA.

LYRIS, vide LIRIS.

LYRNATIA λυρνατία, Cherroneſus & regiuncula Lyciæ. Stephanus, ex Alexandro. Vide LIRNYTIA.

LYRNESVS, vide LYRNESSVS.

LYRNESSVS λύρνησ☉, Troica vrbs, Virgilio, & Straboni: quam dicit ab Homero MYNETIS vrbem nominari. Aeolicam vocat. Philoſtratus de viris illuſtribus. Seruius LYRNEAM vocat. Feſto in Phrygia eſt. Sed & alia quoque eſt Cilicum, Straboni, Curtio, & Euſtathio; cui & HOMALA ὁμαλὴ, (prauè, pro MALLOS.) vocatur, à Mallo quodam conditore. Hanc Lirneſſum vnico s. ſcribit Heſychius Lyrneſum. Plinio eſt quoque inſulæ nomen, aduerſa Sigæo Littori. Vide MALLVS.

LYROPE λυρόπη, Ciliciæ Aſperæ, in Pamphylia opidum: Ptolemæo. LYRBE vocant interpretes. Vide LYRBA.

LYSA λύσα Arabiæ Petreæ vrbs. Ptolemæus. Vide LVSSA.

LYSANII λυσανίοι, Regnum Syriæ vel Palæſtinæ. Ioſephus 2. belli Iudaici 10. vbi Abila Lyſanij Ptolemæo, à Lyſania rege ſic dicta, cuius idem Ioſephus 15. Antiq. cap. 4. & Dion. 49. meminere. Viri nomen, non loci eſt. Vide ABYLA.

LYSENEN locum maritimum, circa Dalmatiam, habet Procop. 1 Gothor. Inter Salonas & Epidaurum, inſulam PHARIAM velle, puto, quæ hodie Leſina. Vide PHAROS.

LYSIAS λυσίας, Ptolemæo Arcadiæ vrbs. λυσιας, eſt apud Xenophontem 7. Cyriacor. Crepa hodie dici, ſcribit Niger. Eſt etiam Phrygiæ opidum: Straboni 12. Plinio 5. cap. 29. & eidem Ptolemæo. Syriæ quoque, circa Apamiam: eodem auctore. Huius quoq; meminit Strabo 6. & Ioſephus Antiq. 14. cap 4. Apud Pliniū eſt Cariæ vrbs.

LYSIMACHIA λυσιμαχία, Thraciæ vrbs, Ptolemæo, qui dicit eam ſuo tēpore HEXAMILIVM vocatam, ἑξαμίλιον. Hodie etiamnum Hexamili dicitur, niſi fallat in ſua Tabula Sophianus: Nardus Policaſtro vocat. CARDIA primum appellatam ait Stephanus. idem per diphthongon in pœnultima ſcribit λυσιμάχεια. Cardiæ hoc tractu meminit Herodotus 7. Pauſanias ſcribit Cardia euerſa in eius locum Lyſimachiam conditam. καρδιόπολις & λυσιμαχία

Ptolemæo duo ſunt opida. LYSIMACHIA, palus eſt apud Strabonem: quæ olim HYDRA ὕδρα, dicebatur. In Ætolia eſt, apud quam olim Lyſimachia vrbs erat, ſed ſuo tempore deletam addit idem Strabo. HYRIAM
„ eam Ouidius appellat, eo verſu: At genitrix Hyriæ ſerua-
„ tum neſcia flendo, Delituit, ſtagnumq; ſuo de nomine fecit:
„ Adiacet his Pleuron, &c. Sed hoc ante me annotauit Gerbelius. LYSIMACHIA quoque vrbs eſt in Aeolide, Aſiatica regione; quæ interijt. teſte Plinio.

LYSIMELIA λυσιμέλεια, Theocrito, & Thucydidi lib. 7. Siciliæ palus in agro Syracuſano. Pantanella hodie vocari, auctores ſunt Fazellus & Aretius.

LYSINOE λυσινόη, ciuitas Aſiæ: circa Pamphiliam. vt videtur apud Liuium 38. & Polybium, in fragmentis. An fortè LYSINIA λυσινία, Ptolemæi.

LYSIRIS λύσιρις, Lazicum caſtrum. In Authenticis.

LYSIS, Aſiæ fluuius, circa Pamphiliam videtur, apud Liuium 38. λυσις fortè Antigoni, in Mirabilibus.

LYSIVM vocat à loco natali, Cleanthem philoſophum, Plutarchus de Exilio: Caſſium à loco, Suidas. Vterque locus mihi ignotus, quia mendoſus. Aſſius legendum docent Laërtius & Stephanus, in voce ἄσσος. Sed & hoc addam, quia de Cleanthe mentio: Clem. Alexand. ad gentes Cleanthem quendam Piſadeum à loco nominat, mihi quoque incognito, niſi Piſateus per t. legendum, hoc enim gentile facit Stephanus à Piſa Peloponneſiaca.

LYSMO, vide CLYSMO.

LYSPANA, loci nomen, in vrbe Carthaginenſi. Victor Vticenſis. Alius codex LIPSANA legit. Et F. Balduinus putat relliquias, non locum ſignificare.

LYSTRA, Iſauriæ vrbs, in Galatia eſt, apud Ptolemæum Latinum, nam in Græco hoc loco AVSIRA legitur. LYSTRENI Plinio. λυστρα Actuum 14, Lycaoniæ regionis vocatur. Sed confines ſunt regiones. Actuum 27. autem vocatur Lyciæ. ſed loco Lyſtræ legunt Græcus codex & Syriacus, Myra μύρα, quorum lectionem veram putarim, teſtibus veteribus Geographis.

LVTÆ λυται, Theſſaliæ regiuncula. Stephanus. Circa Peneum fluuium, vbi poſtea TEMPE.

LYTARMIS, Celticæ promontorium habet Plinius; ad Scythicum Oceanum. Conijcio hoc circa Wardhus (locum ſic hodie vocatum) eſſe.

LYTTVS, vide LYCTVS.

LYXEA λύξεα, Stephano Acarnaniæ vrbs.

LYZIMENSIS Epiſcopus, in Piſidia. Concil. Nicenum.

MAACHA, regio circa Syriam videtur. 2. Samuel 10. μαχας, Ioſepho eſt, Antiq. 7. cap. 6. Vide DAMASCENA, & EPICÆRVS.

MAALATHA μααλάθα, Idumeæ caſtrum. Ioſephus 18. Antiquit. cap. 8.

MAALO, vide MELLO.

MAARSARES, vide BAARSARES.

MABARTHA, vide NEAPOLIS.

MABVC Syris, MEMBICH Saracenis, vocari ciuitatem quandam Hierapolitanorum, ait Metaphraſtes; in Surij Sanctorum hiſtoria, De imagine D. N. Ieſu Chriſti.

MACÆ μάκαι, Ptolemæo & Straboni Aſiæ populi ſunt, in Arabia Felice, circa Fretum ſinus Perſici. Horum regio MACETA μάκετα, dicitur Arriano. Ormus regni pars hodie eſt. Nam Ormutij regnum ab vtraque parte huius Freti ſitum eſt: comprehenditq; in ſe ferè omnem huius ſinus Perſici regionem littoralem, cum inſulis intermediis. Inter Carmaniam & Arabiam, ſunt Stephano. MACÆ, & MACES, etiam Africæ populi, circa Cyrenaicam regionem: Herodoto, Diodoro, Plinio, & Silio auctoribus. μακαῖοι συρτῖται, ſunt apud Ptolemæum. Vide MAGETÆ.

MACALLA, ciuitas Italiæ, Lycophroni. vbi cumulus & templum Philocteti, vt addit Tzetza. Et eſt MACELA Steph. quamuis aliter ſentiat Ciaconus. Vide MACELLA.

MACANITÆ μακανῖται, Mauritaniæ Tingitanæ gens, Ptolemeo. Horum regionem MACENNITIM μακεννίτιν, & populos MACENNITAS vocat Xiphilinus, in Seuero Imp. eámque deſcribit propter Mauritaniam Inferiorem. vbi Nilus oritur, ex Atlante non longè ab Oceano. Horum meminit quoque Antoninus.

MACAR μακαρ, fluuius, circa Carthaginem: Polybio 1. Vide BAGRADAS.

MACARA, Siciliæ vrbs, Heraclidi in Politiis, quæ poſtea MINOA, Fazellus dicit Machari à Senioribus: Cittadella autem vulgo vocari. MACHARA legit Cicero, in Verrem. MACARA μάκαρα, Lyciæ inſula eſt; apud Stephanum. ex Alexandri Periplo.

MACAREÆ μακαρεαῖ, Arcadiæ ciuitas; quæ Romanis BEATA βέατα, vocatur, vt Stephanus tradit. Pauſaniæ μακαρεια eſt. Vide FORTVNATÆ.

MACARENA μακαρήνη, regio, in qua Stephanus Macatem fluuium deſcribit: & decimam tertiam Alexandriam numerat. Aſiatica videtur.

MACARIA μακαρία, Ptolemæo Cypri inſulæ vrbs, quæ Nigro Ialines appellatur. Eſt & fons, in Marathone, Atticæ regionis: apud Pauſaniam. Tractus in Meſſenia Peloponneſi etiam ſic dicitur Straboni. Inſulam in ſinu Arabico, habet Ptolemæus. Vide MACAREÆ, CYPRVS, LESBOS, & ACONTIMACARIA.

MACARON NESOS μακάρων νῆσος, acropolis Thebarum in Bœotia. Heſychius. Huius meminit quoque Herodotus in Thalia. Iſacius ad Lycophronē dicit ipſam vrbem ſic vocari. Vide OASIS, CRETA, FORTVNATÆ, & THEBÆ.

MACAROS, vide CRETA.

MACATVTÆ μακατοῦται, Pentapoleos regionis in Africa gens, apud Ptolemæum.

MACCALA, vide MASSALA.

MACCARAE μάκκαραι, ſupra Pharſalum regio. Stephanus, ex Theopompo. In Theſſalia ergo.

MACCES, Syriæ regio videtur: 3. Reg. 4.

MACCHIDA, vide MACEDA.

MACCI μακκοι, Libyæ Interioris populi: Ptolemæo. MANCI interpretibus. An Maces Silij?

MACCOCALINGI, Indica Brachmanorū gens: apud Plin.

MACCVRAE μακκοῦραι, Mauritaniæ Cæſarieſis populi. Ptol.

MACE μάκη, Celtica vrbs. reperitur & MAENACE μαινάκη, Celtica vrbs. Stephanus. Matnicz hodie hanc ab incolis vocari, ſcribit Lazius; & credit GABRVMAGVM Antonini eſſe. Vide MALACA.

MACEDA, loci nomen. Joſue 10. & 15. MACCHIDA μακχιδα, eſt Ioſepho.

MACEDNVM μακεδνον, locus in Pindo: Stephano, & Herodoto, in Clio.

MACEDONES, habet in Libya, Siculus Flaccus. vide HYRCANI, CADI, POEMANNIVM, & MYSOMACEDONES. item MESOPOTAMIAE Præfectura.

MACEDONIA, Græciæ celebris regio: EMATHIA ἠμαθία, antea dicebatur, Plinio & Trogo teſte. PAEONIAM primo vocatam ſcribit Liuius, lib. 40. deinde AEMONIAM. Item EDONIA & PIERIA, Solino. BOEOTIAM quondam dictam, ſcribit Trogus 7. Eius partem quondam MACETIA μακετία dictam, ſcribunt Stephanus, & Heſychius; & inde totam regionem nomen accepiſſe, refert Euſtathius, in Dionyſium. MACETAE dicebantur huius populi. PELASGOS vocat Trogus. Poſterioribus ſæculis huius pars SALVTARIS dicta fuit, in libro Notitiarum. quæ partim Macedoniæ, partim Daciæ adſcribitur. Item PRAEVALIS, ſiue PRAEVALITANA, apud Sex. Rufum. Eſt etiam MACEDONIA Maritima, apud Dionem; quam dicit à Pæonibus inhabitari, circa Rodopen montem. Hæc Macedoniæ regio Prima vocatur apud Liuium 45. is enim ibidem Macedoniam in quatuor regiones diuidit. Pars quoq; Macedoniæ LIBERA vocatur, apud Cæſarem 3. Ciuil. (Macedones atq; Illyrios liberos voluiſſe Romanos, ſcribit idem Liuius. Poſterioribus tēporibus Macedoniæ tantū I. & II. mentio, & frequēs memoria in Concilijs. vide THRACIA.

MACEDONICVM Montem, habet Herodotus, circa Pieriam



Pieriam Macedoniæ: cuius tertiam partem ſcribit à Xerxe purgatam. vt illac tranſiret exercitus. MACEDONICVM Mare vocat Liuius 44 quod Canaſtræum alluit.

MACEDONICVS Sinus, vide PELASGICVS, & THERMÆVS.

MACEDONOPOLIS, Meſopotamiæ locus epiſcopalis: in concil. Niceno. Meſopotamiæ præfecturæ veriſimile.

MACEDONVM Portum, in Carmania, habet Plinius; ad Fretum Perſicum. vbi Alexandri Aræ.

MACELATH μακελάθ, 70. interpretibus. Numer. 33. CEELETHA legit D. Hieronymus. Vna eſt caſtrametationum Iſraëlitarum. Vide MACELOTH.

MACELENA, vide MALECENA.

MACELLA μάκελλα, Italiæ ciuitas apud Stephanum: Barrius facit Calabriæ ciuitatem epiſcopalem, hodie Strongili dictam, tribus paſſ. millibus à mari diſtantem. Macella legitur etiam apud Lycophronem; ſed quoque MACALLA. Barrius addit eandem à quodam ſcriptore TYROPOLIM nominatam. TYRVS hæc fortè, de qua vide TYRVS. Hanc Macellam in Sicilia eſſe, vult Ciacconus in Libello Columnæ Roſtratæ. Vide MACALLA, & MAGELLA.

MACELIVM μακέλιον, locus ad Argeum mōtem, non procul à Cæſarea Cappadociæ: Cedreno. μακελλον, geminato λλ. legunt Sozomenus & Calliſtus. Xylander putat MARCELLI Fundum eſſe, apud Antoninum, & Marcellinum 15. MARCELLVM Sozomeni eſt.

MACELOTH, vna caſtrametationum Iſraëlitarum, in deſerto Num. 33. μακηδὼν, legunt 70. interpretes. Idem cum MACELATH fortè.

MACEPRACTA, vicus in Meſopotamia, videtur apud Marcellinum.

MACERIAS, vide MAGETROBIA.

" MACES, Garamaſq;, Nomaſq;. In Africa ſunt. Silius 5. Vide MACÆ, MACCI, & ASABORVM.

MACESTVS μακεσος, Myſiæ Aſiaticæ amnis, in Rhyndacum influens. Strabo & Plinius, Megiſtus fortè hodie. Vide RHINDACVS.

MACETA, vide ASABORVM.

MACETÆ, & MACETIA, vide MACEDONIA.

MACHÆRVS μαχαιροῦς, Iudææ caſtellum; Ioſepho 14. Antiq. Stephano & Plinio. Iuxta Aſphaltidem lacum, ad montes Arabiæ.

MACHAGENI μαχαγενοὶ, Ptolemæo, MACHETEGI interpretib. Scythiæ gens intra Imaum. vide SCYTHÆ.

MACHANAIIM, vide MANAIM.

MACHAON, vide MATISCONA.

MACHARA, vide MACARA, & MACTORIVM.

MACHATI, loci nomen videtur: Deut. 3. Ioſue 12.

MACHELA G. Tyrio, vel MECHELA Villa ad Moſam, auctori Anonymo de bello Hieroſolymitano. Mechelen etiamnum pagus, magno milliari infra Traiectum.

MACHELONES, vide MACRONES.

MACHIA, inſula eſt circa Aegæum mare: apud Plinium.

MACHIMVS, vide EVSEBES.

MACHIONTE, vide CHALONITIS.

MACHIR, locus Palæſtinæ, Iudic. 5.

MACHLÆI μαχλαίοι, in India populi ſunt; Luciano in Baccho: qui dicit eos læuum Indi fluminis littus, ſi ad fluxum illius reſpexeris, incolere: & vſque ad Oceanum porrigi. Hos apud tres fontes eſſe ait, vnum Satyris, ſecundum Pani, tertium Sileno ſacrum.

MACHLINIÆ, vrbis Brabantiæ meminit vita S. Macarij. Machelen vocatur vernaculè. Eius quoque mentio in S. Rumoldi vita. Molanus in eiuſdem vita ſcribit MALINA nominari in Appendice ad D. Auguſtini De Mirabilibus Sacræ Scripturæ. Malines Gallis hodie.

MACHLYES μάχλυες, populi vicini Lothophagis, circa Syrtim in Africa; Herodoto; etiam Plinio, cui Androgyni ſunt. MACHYNI μάχυνοι, ſunt Ptolemæo. His proximi ſunt MAXYES μάξυες circa Tritonem fluuium Herodoto: & hi ſunt MACHRYES μάχρυες, apud Ptolemeū. μάκρυες, ſine χ Stephano. & μάκειαι, per ι. quoq; eidem.

MACHLYENSES quoque Scythiæ populi, circa Mæotim, apud Lucianum, in Toxari.

MACHYNI, & MACHRYES, vide MACHLYES.

MACHMAS, in Palæſtina. 1. Samuel 12. Eſaiæ 10. vbi D. Hieronymus MAGMAS legit. MACHMA μαχμα, quoque meminit liber 1. Machabæor, cap. 9. & Ioſephus Antiquit. 13. Bira Brochardo vocatur. Barra autem Breitenbachio.

MACHMES, vide MAZYES.

MACHMETATH locus, Joſue 16. E regione Sichem. ISCASMON habet Syxti V. editio. dicitque libros veteres partim OCLOMON, partim MOSCHOT, & partim MACHTHOTH legere.

MACHON, vide BETHE.

MACHORBÆ, Arabiæ Felicis portus, verſus Ortū. Plin.

MACHOVILLA, Galliæ Narbonenſis. P. Diacon. 3. Long. cap 8.

MACHVREBI μαχουρῆβοι, & MACHVRES, Mauritaniæ Cæſarienſis gens: apud Ptolemæum. MACVREBII Plinio ſunt. quamuis huic in Tingitana. MACHVRIBI μαχουρίβοι, per I. in penultima, ſunt eidem Ptolemæo Lybiæ interioris populi.

MACHVSII μαχουσιοι, Mauritaniæ Cæſarienſis gens. Ptolemæus.

MACI, circa Arachoſiam ſunt populi: Plinio.

MACICRATIM vrbem in Ægypto conditam, ab Athenienſibus, habet Euſebij Chronicon. NAVCRATIN legit codex meus pergamenus. idem à Mileſiis conditam profert. rectè vtrumq; cum Strabone.

MACIDOS, locus in Thracica Cherſoneſo, Pomponio teſte. MADI Ptolemæi eſt, nonnullis. Sed hoc tantum in Latinis eius exemplaribus legitur. In Græcis non exſtat. MADYTOS μάδυτος, Stephano eſt, & Xenophonti. Maitos hodie dici, ſcribit Leunclauius.

MACINIVM, vide MACYNIA.

MACISTIA, vide MACISTVS.

MACISTVS μακιςος, Triphyliæ vrbs in Peloponneſo, quæ & PLATANISTVS πλατανιςος, dicitur. auctor Strabo, lib 8. vbi & MACISTIAM eius regionem vocat. MACISTVS Leſbi etiam mons; apud Plinium. Arcadiæ quoque vrbs: apud eundem. vide MAGISTVS, & MECISTVS.

MACNA μάκνα, Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo.

MACODAMA μακόδαμα, Africæ Propriæ vrbs maritima, ad Syrtim minorem, Ptolemæo: MACOMADES Antonino eſt: Mahometta hodie videtur. D. Auguſtinus, & lib. Notitiar. huius quoque meminit. Macomades tres ſunt in hac Africa, Antonino.

MACOLICVM μακόλικον, Ptolemæo eſt Hiberniæ inſulæ opidum mediterraneum. Mercator ſcribit haud dubiè illud eſſe quod Malck in Neotericis tabulis conſpicitur.

MACOMADA, ad Syrtim maiorem locus Antonino. MACOMAZIENSIS meminit Collatio Carthag. Vide CALVMACVMA.

MACOMACA, vide CALVMACVMA.

MACOMENA, Vicus iuxta Hieruſalem: Guil. Tyrio.

MACOPSISA μακοψίσα, Sardiniæ vrbs: Ptolemæo.

MACORABA μακοράβα, apud Ptolemæum Arabiæ Felicis opidum.

MACRA, Italiæ fluuius, qui Liguriam à Tuſcia ſeparat; Straboni & Plinio. MARCALLA μαρκάλλα Ptolemæi eſt. Magra hodie Leandro, & Tabulis. MACRA Straboni locus eſt, & terminus, inter Etruriam & Liguriam. Eſt etiā inſula ſic dicta, in Carcinite ſinu: apud Plinium. MACRA Curopalati quoque epiſcopatus eſt, ſub ſede Conſtantinopolitana. Vide EVBOEA, CHIOS, HELENA, BAGRADAS, ICARIA, AVSER, & STAGIRA.

MACRA Come, Macedoniæ locus. Liuius 32.

MACRÆ μακραι, circa Athenas locus vbi Erichthonius à terra abſorptus dicitur: teſte Euripide, in Ion. Boreale antrum, in rupe Cecropiæ eſt; apud Pauſaniam, in Atticis. Vide MACRAS.

MACRÆVM μάκρεων, Troadis mons, ante Gergithum. Stephanus.

MACRALES, Italiæ populi, Primæ regionis: Plinio. MÆNALIS legebat M.S. codex. MACRANOS Catonis fortè.

MACRANESVS, id eſt, longa inſula, prope Athenas. Phlegon Trallianus. In qua Macroſiris ſepultus. Eadem fortè cum Helena, quæ hactenus hoc nomen retinet. Vide HELENA.

MACRANI, Volſcorum opidum. M. Cato in Originibus.

MACRAS μάκρας, Campus, Straboni in Cœleſyria eſt. Hunc Niger Marzi vocari ait. Circa Syracuſas habet quoque μάκρας, Plutarchi Dion. An fortè MACROPOLIS Stephani?

MACRENI μακρηνοὶ, Corſicæ inſulæ gens. Ptolemæus.

MACRI, locum, in Mauritania Cæſarienſi, habet Antoninus. MACRIENSIS epiſcopi meminit Concilium Carthaginenſe IIII. & Auguſtinus ad Vincentium. MACRENSIS, & MACRIANENSIS, epiſcopatuum in Mauritania Sitiphenſi, meminit Vict. Vticenſ. M.S. & Coll. Carthag. Vide CAMPI.

MACRIA μακρία, inſula Rhodiorum eſt Plinio. Promontorium Teiorum, in Aſia Ioniæ regionis, habet in Achaicis, Pauſanias.

MACRIADES μακριάδες, Scopuli, in Propontide; circa Cyzicum: Apollonio libro 1.

MACRIÆ, vide MACHLYES.

MACRIANENSIS, vide MACRI.

MACRIEÆ, vide MACRONES.

MACRIS, Pamphilij maris inſula: Plinio. Idem aliam habet in Rhodienſi pelago. Aliam circa Ioniam, habet Liuius 37. Vide CHIOS, BAGRADAS, CORCYRA, EVBOEA, HELENA, & ICARIA.

MACROBIOS Aethiopes, habet Dionyſius, ad Oceanum Atlanticum. MACROBIOS quoque apud Hyperboreos eſſe, ſunt qui putant, inquit Euſtathius. Idem MACROBIOS in Erythia inſula habet. In Meroë inſula, ſunt Pomponio, gentes ob longæuitatem ſic dictæ ab auctoribus. Vltra Meroen quoque, ſupra exortum Solis, Macrobij Aethiopes vocantur, Senecæ, Plinio, & Solino.

MACROBIORVM Inſulas, ad Gangem fluuium, vbi Brachmanni habitant, habet Glycas. Vide GYMNETÆ, HYPERBOREI, & ÆTHIOPIA.

MACROCEPHALI μακροκέφαλοι, in Libya Colchis vicini populi, ſunt apud Stephanum, & Suidam. Sed apud hunc λιγύη pro λιβύη, emendo, ſunt enim Ligyes hoc tractu, teſte Zonara. Circa Ceraſum opidum, ſunt Plinio, & Pomponio. Harum meminit quoq; Theophraſtus de Aëre & Aquis, Sic dicti quod longiora ceteris capita habeant. item Philoſtratus 3. at nullibi terrarum viuere cenſet.

MACROCREMNII Montes, circa Iſtrum & Tyram fluuios. Plinius.

MACRONES μάκρωνες, Pontica gens eſt, ad flumen Abſarum, vt Plinius auctor eſt. Bechiris auſtralior, Euſtathio. Scythinis finitimos ſcribit Xenophon. Strabo & Stephanus tradunt hos ſuo tempore SANNOS Σάννοι, vocatos. SAMI legitur in Xylandri Strabone Latino, errore typographico, ni fallor. Eos nunc SANNOS nominamus, magis propriè verò TZANOS τζάνοι, inquit Euſtathius. MACHELONES μαχέλονες, ab Arriano appellari, MACRIEAS ab Apollonio lib. Argon. 1. credit Pintianus: ſic dictos, vt idem addit (ex eius Enarratoribus) quod ſint coloni Euboenſium: Euboëa enim Macris quoque dicta fuit. Sed Sannos diuerſos à Macronibus faciunt Xenophon & Arrianus, quod idem Pintianus quoque antequam hæc ſcriberem, monuit. Vide DRYLLÆ.

MACRONTICHOS, (id eſt longus murus,) Plinio Thraciæ opidum, in cuius Iſthmo videtur fuiſſe, atque Cherroneſum à continente excluſiſſe. De alio LONGO MVRO in eadem Thracia, ab Anaſtaſio Imp. ædificato, & à Iuſtiniano reſtituto, ſcribunt Procop. 4. Aedific. Euagrius 3. Nicephorus 16. cap. 34. & Suidas in Αναστάσιος. Præter hos ſunt alij ab Athenienſibus exſtructi, Pyræeum Phalericumq; vſq;, quos deſcribit Thucydides 1. & accuratè 2. itẽ Plutarchus in Cimone. quæ CRVRA, ſiue Σκέλη, vocat.

MACROPOGONES μακροπώγωνες. id eſt, Longobardi, gens circa Euxinum Pontum. in Sarmatia Aſiatica Strabo 11.

MACROPOLIS, vide EVRYALVS.

MACROPROSOPI, vide HIPPIOPROSOPI.

MACROS, vide BAGRADAS.

MACRYES, vide MACHLYES.

MACRYNIA, vide MACYNIA.

MACTARVM, Africæ Propriæ vrbs: D. Auguſtino, & Cypriano, in Concilio Carthaginenſi. MACTARITENSIS meminit Coll. Carthag.

MACTORIVM μακτώριον, Herodoto Siciliæ vrbs, ſuprà Gelam. MACHARA Ciceroni eſſe, & hodie Mazarino vocari, ſcribit Areius, negat autem Fazellus. Pro Macharenſes, apud Ciceronem, Imacharenſes, ex Ptolemæo & Plinio, legit Fuluius.

MACVA, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio.

MACVREBII, vide MACHVREBI.

MACYNIA μακυνία, Straboni Aetoliæ vrbs: quæ & μακρύνιον. MACRYNIA χοκρύνεια, videtur Stephanus hoc loco legere. MACYNA Plutarcho eſt in Moralib.

MACRYNIVM Aetoliæ montem maximum, habet Plinius.

MADA, vide DAMA.

MADABA Hieronymo, 1. Machab. 9. μαβαδαβ legunt 70. interpretes. μαβαθὰ autem Ioſephus, Antiquit. 13. Vide MEDABA.

MADÆI, vide MEDIA.

MADASARA μαδασάρα, Ptolemæo Arabiæ Felicis ciuitas.

MADASVMMA, Africæ Propriæ vrbs: apud Antoninum. MADVSSAMA alibi, idem legit. MADYSSVMMA eſt Victori Vticenſi.

MADAVRA, Plinio Africæ Propriæ opidum: Apulæi patria. inter Numidiam & Getuliam, vt ipſe fatetur, in Apologia 1. pro ſe ipſo. MEDAVRA per E in antiqua inſcriptione eſt. MADVRVS μάδουρος, videtur Ptolemæi. Nomen fortè retinet. Vide QVIZA.

MADDENI, vide MADENAM.

MADENAM, optimam Armeniorum regionem, vocat „ Sex. Rufus. Idem alio in loco, ſic: M. Antonius Mediam „ ingreſſus, quæ nunc Madena appellatur, bellum Parthis „ intulit. MYGDONIA putat legendum Cuſpinianus, MADDENI ſunt Procopio Saraceni, Homeritarũ ſubditi.

MADENSIS Limitis, in Africa: meminit lib. Notitiar. Epiſcopatus eſt, Vict. Vticenſi.

MADI, vide MACIDOS.

MADIA μαδία, Colchidis vrbs: apud Ptolemæum.

MADIAMA μαδιάμα, Arabiæ Felicis vrbs: Ptolemæo.

MADIANITÆ Arabum gens, in Sacris litteris. Stephano eos MANDIANITAS μανδιανῖται & MADRENOS μαδρηνοὶ, appellat. TERRA MADIAN, Actuũ 7. Salaboni Arabibus eorum regionem hodie dici, ſcribit Thenetus.

MADIENA μαδιήνη, vrbs ad Sinum Rubri maris. Ioſephus 2. Antiq. cap. 5. A Madianitis ſic dicta.

MADINÆI μαδιναῖοι, Siciliæ populi. Diodorus 16.

MADISANITES μαδισανίτης, Sinus, Perſici maris pars eſt apud Ptolemæum, in deſcriptione Arabiæ Felicis, (Golfo de Saudra hodie vocari, ex Tabulis colligo.) MESANITES μεσανίτης, habet idem, in deſcriptione Arabiæ Petreæ, ſic quoque Stephanus: quam lectionem, ſi pace Ptolemæi liceret, ego magis probauerim, ob Meſſenam inſulam, à Dione in eo deſcriptam. Nicephorus Calliſtus quoque lib. 9. cap. 19. ex Philoſtorgio, ſcribit inſulam quam oſtia Euphratis & Tigridis faciunt; à Meſenorum gente habitari.

MADOCE μαδόκη, Ptolemæo eſt Arabiæ Felicis opidum. Aden Ioanni Barrio videtur.

MADRENI, vide MADIANITÆ.

MADVATENI Thraciæ populi, Liuio. Vox non alibi lecta, mendoſam exiſtimo: pro MÆDOBITHYNI. Vide MEDI, & ASTII.

MADVOS populos inter Belgas, habet Hector Boëthius: & ex eo Meyerus. antiquiores huius gentis teſtes ignoro, vti & ipſos.

MADVRNVM, vide ADVRNVM.

MADVRVS μάδουρος, Ptolemæo Africæ Propriæ vrbs. Vide MADAVRA.

MADVS, Britanniæ inſulæ vrbs. in ſcheda 1. Tabulæ Peutingerianæ. quem Maidſton interpretatur Camdenus.

MADVSSAMA, vide MADASVMMA.

MADYTA vrbs, ſub metropoli Heraclea, in Alexij Comneni Imp. Conſtitutionib. Balſamoni quoque ad Calcedonenſe concilium. In Thracia puto: aut Ponto. Idem ni fallor, cum Madytos.

MADYTOS, vide MACIDOS.

MÆA, vide MAIA.

MÆANDER Plinio, MÆANDRVS μαίανδρος, Ptolemæo, Cariæ fluuius eſt, in Aſia Minori. Sexcentas flexuras facit, vt inquit Dion Pruſeus, in Oratione de Celænis. Prius ANABÆNOS ἀναβαῖνος, id eſt, RHETROGRADVS dictus fuit, vt Libellus Plutarchi de Fluminibus & Montibus tradit. Madre ex tabulis Geographicis poſſe interpretari mihi videtur. Palazzia tamẽ Bordonio vocatur. MÆANDRVM Fluuium in Attica, habet Senecæ Hippolytus. MENANDER autem legebat vetus codex.

MÆANDRIA, Plinio Epiri opidũ. Alandriana Pineto eſt.

MÆANDRINOS populos, habet Dictes Cretenſis in Aſia, circa Mæandrum fluuium. Vide CYLLA.

MÆANDRVS, quæ & MÆANDROPOLIS, Magneſiæ vrbs, Stephanus. MÆANDROPOLIS, Cariæ opidum fuit: Plinio. MÆANDRVS, Indiæ extra Gangem mons: apud Ptolemæum. Vide MÆANDER.

MÆATÆ μαιάται. Britanniæ populi, apud Zonaram, Dionem in Seueri Imp. vita. Iuxta eum murum qui inſulam in duas partes diuidit; quorum regionem Laudonia vocat Lhuydus. Pictica gentis fuiſſe credit Buchananus. Northumberlandia vertit Camdenus.

MÆCENAS nomẽ à loco eſſe, ait Varro 7 de Ling. Latina.

MÆCIA, Caſtri nomen, in Italia, à quo Mæcia tribus. Sex. Pompeius.

MÆDI μαιδοὶ, Thraciæ populi, vicini Macedonibus, qui quoque MÆDOBITHYNI vocantur, vt Stephanus auctor eſt. MEDOS & MEDICAM regionem ſine diphthõgo ſcribit vitioſè Strabo: & Liuius lib. 26. eorumq; caput & arcem Iamphorinam appellat. MÆDICA regio eſt Ptolemæo. & in ea Pantalia vrbs. Sic ſcribendum per Æ. Mædos Thracicos. & Medos per E. Aſiaticos.

MÆDOBITHYNI, vide MÆDI.

MÆETI, vide MÆOTAE.

MÆGORES, vide METORES.

MÆMARSVS μαιμαρσος, vrbs Iſtri. Stephanus.

MÆNACA, Hiſpaniæ opidum: Straboni, & Auieno, iuxta Malacham. Vide MACE, & MALACA.

MÆNALES, vide MACRALES.

MÆNALIA μαιναλία, Galatiæ opidum: Thucydidi, & Stephano. cui illud quoque μαινάλος, vocatur.

MÆNALIVS μαινάλιος, Arcadiæ eſt mons; Ouidio, Melæ, & Pauſaniæ. MENÆLÆVS eſt apud Liuium. MENALIVS, in Tegea: Vibio. MÆNALVS, eſt Arcadiæ vrbs: apud Strabonem, & Pauſaniam. vide MÆNALIA.

MÆNARIÆ, inſula Balearici maris, è regione Palmæ vrbis. Plinius. MERARIA legunt tria mea Exemplaria, Colonienſe, Pariſienſe & Venetum. Idem MÆNARIAM habet inſulam, iuxta Corſicam. quam Melora interpretatur Dalechampius.

MÆNOBA, vide MANOBA.

MÆNOBORA μαινόβωρα, Maſtienorum vrbs. Stephanus ex Hecatæi Europa.

MÆNOMENA μαινόμενα, ſunt Ptolemæo montes in Sardinia; à Liuio, & Floro INSANI appellantur. Canelle hodie dici, ex tabulis exiſtimo.

MÆON, vide MÆOTIS Palus.

MÆONES, tenuere aliquando oram Mæotidis, circa Tanaim. Plinius.

MÆONIA, Aſiæ regio, Ptolemæo & Plinio, cuius caput Sipylum. Sed MEONIA μηονίη, ſine diphthongo ſcribitur ab Herodoto & Dionyſio. Strabo autem 12. vtramque ſcripturam retinet, & diuerſos populos vocat: vicinos tamen. Vide MYSIA, & LYDIA.

MÆONII, in Tuſcia quoque populi. Silio 4. teſte.

MÆONVS μαίονος, fluuius qui circa Achaida fluit. Stephanus in voce μαιονία.

MÆOTÆ μαιῶται, populi ad Mæotidem paludem Ptolemæo. MÆETÆ μαιῆται ſunt Herodoto 4. Tartari Nigro dicuntur. Omnes populos hanc paludem adhabitantes, vno nomine MÆOTICOS appellari, tradit Mela. Vide SCYTHÆ.

MÆOTALIMNOS μαιοτάλιμνος, nomen loci. MÆOTALMNOS μαιόταλμνος fluuius. Phauorini Lexicon ita. Voces corruptæ, pro μαιῶτις λίμνη, MÆOTIS Palus.

MÆOTIS Palus μαιῶτις λίμνη, Ptolemæo & aliis: MEÆTIS μαιῆτις, Herodoto; MÆOTIVS Lacus Plinio: SCYTHICA Stagna Mæotidis: Columellæ. CIMMERIAS Paludes nominat Claudianus in Eutrop. TANAIM ab indigenis aliquando appellatam, lego apud Euagrium 4. cap. 22. Mar delle Sabacche hodie vocatur. Italis etiam Mar della Tana, ab opido illi adiacente nominatur. Bellonius auctor eſt, ab Italis quoque Mar bianco, id eſt, mare album, dici. Tzetza ſcribit à Scythis Carpaluc καρπαλοὺκ vel καρμπαλοὺκ, (variat enim ſcriptio) appellari. Arabibus Mar el Azach vocari Bapt. Ramuſius. Scythis TEMERINDA nuncupari tradit Plinius, dicens hoc matrem maris ſignificare. Sic eam etiam antea nominauit Dionyſius Alexandrinus, MATREM ſcilicet PONTI μητέρα πόντου. Ego dicerem Temerinda, maris finem ſignificare; vox enim merè Germanica eſt: Meer namque, mare; Inde finis denotat; Et, vel Het, articulus eſt: qui hic litterarum metatheſi (quod apud nos frequens eſt;) Te ſcribitur. Atque hæc etymologia veterum hiſtoriæ ad vnguem congruere videtur; vt qui Mare Mediterraneum per Fretum Gaditanum, ab Hercule intromiſſum fabulantur, atque hic in Mæotide palude finirĩ omnibus manifeſtum eſt. Germanicam linguam olim hũc tractum occupaſſe, Taurica Cherſoneſus ad hãc paludem, teſtis eſt. vbi hactenus (vti recentiores qui has partes perluſtrarũt, adſirmant) huius vſus vulgo. Teſtis etiam inſtar omnium mihi Busbequius Epiſtola 4. Legationis ſuæ Turcicæ. Nec mirandum, cum Mela Germaniam per Sarmatiam Europæam extendat, & Plutarchus in Mario ad Mæotidem vſque Paludem. Et quamuis Illyrica lingua has poſtea partes paſſim occupauerit, non tamen penitus veterem & auitam linguam extinxiſſe, ipſa res oſtendit. MÆOTIS Palus, in Græcia. MAEON μαιον, fluuius Achaiæ. ſic Heſychius. Vide BOSPORVS Cimmerius, & TAVRICA Cherſoneſus.

MÆPA μαίπα, Armeniæ Maioris vrbs. Ptolemæus.

MÆPHA μαίφα, metropolis Arabiæ Felicis, Ptolemæo. MEPHRAM Ammiani puto.

MÆPHATH μαιφάθ, Arabiæ Felicis vicus: apud Ptolemæum. Per θ. in medio, interpretibus.

MÆRAS μαιρᾶς, in Arcadia locus ſic dictus. Pauſanias.

MÆSIA Sylua, huius Liuius & Plinius meminit. hodie Boſco di Baccano dicitur, vt Annius & Leãder tradunt. Territorij Romani, in Tuſcia eſt. Nomẽ habet à MAESIO opido, ſi creditur Fragmento, quod pro Catonis exſtat.

MAESIVM, vide MAESIA.

MAESIVS Mons, Myſiæ in Aſia Propria eſt. OLYMPVS propriè dicitur Plinio teſte. MYSIVS habet Mela: qui dicit eum ſic ab incolis vocari. MYSIVM OLYMPVM appellat Ptolemæus. ex quo Myſius quoque malim legere quam Mæſius, apud Plinium. Prius SATVRNI Collem appellatum, ſcribit Iſacius; in Lycophronem. In Pandectis Leunclauij lego eum à Turcis Geſchildage vocari: & à Græcis Calogeron oros.

MAESOCA, vide MAVSOCA.

MAESOLIA μαισωλία, Indiæ intra Gangem regio: apud Ptolemæum. MAESOLOS populos habet Arrhianus.

Et MÆSOLVM fluuium, ibidem Ptolemæus. Sine diphthongo ſcribunt perperam interpretes.

MÆTONA μαίτυνα, Perſidis vrbs: Ptolemæo. METHONE Stephano.

MÆTONIVM μαιτώνιον, Sarmatiæ Europææ opidum. Ptolemæus.

MÆVIVS, & MÆVLVS, vide VESEVVS.

MAGÆ, Britanniæ inſulæ vrbs lib. Notit. Vide MAGNIS.

MAGABIA, Galatiæ mons, videtur, apud Sex. Rufum, quem MODIACVM appellari ſcribit.

MAGÆA, agri Syracuſani fons: Plinio.

MAGALA locus, 1. Samuel. 17.

MAGALÆ ciuitatis, in Hiſpania: meminit vetuſta marmoris inſcriptio, apud Amb. Moralem. MAGALA, loci nomen eſt, lib. 12. Epiſtol. Ciceronis, in ea quæ incipit, Putaram te aliquid noui, &c. GAMALA erat in margine.

MAGALONENSIVM Ciuitatem, in prouincia Narbonenſi 1. habet Liber Notitiar. Montuſpeſſulani epiſcopalis olim ſedes, nunc domus tantũ cum tẽplo. In mediis ſtagnis.

MAGARIASSVS, quidam vicus Cappadociæ; eſt in vita S. Theodoſij, auctore Simeone Metaphraſte.

MAGARIS μάγαεις, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs.

MAGARMELITENSIS Plebis Africæ, meminit Coll. Carthag. & ibidem MAGARMELENSIS.

MAGARSVS μάγαρσος, vrbs Ciliciæ: apud Plinium, & Arrianum. Magnum collem μεγισ⊙-όχθος, vocat Stephanus, iuxta Mallum. Vide MEGARSVS.

MAGASES, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum. Plinius.

MAGAVA, Aſiæ Minoris mons: apud Liuium 38. Circa Ancyram.

MAGDALA μαγδαλα, Matthæo 15. vbi D. Hieron. MAGEDAN legit. Apud Marcum verò 8. DALMANVTHA habetur pro eadem regione. Vide MAGEDDO, quæ fortè eadem.

MAGDALGAD, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

MAGDALVS, vide MAGDOLVS.

MAGDIHEL, D. Hieronymo: μαγδιαλιὴλ 70. interpret. MIGDAHEL Pagnino. Palæſtinæ locus, Joſue 19.

MAGDOLVS μαγδωλὸς, Aegypti vrbs: Hierem. 46. item Herodoto & Stephano. Apud Antoninum circa Deltam videtur, verſus Orientem. XII. M. P. à Peluſio. Fortè MAGDALVM Exodi 14. vbi MIGDOL legit Pagninus. μαγδωλιτων meminit Antonini Pij Imp. nummus, in Goltzij Theſauro.

MAGDVNVM, Galliæ Aquitanicæ vrbs, circa Aureliam, ad Ligerim fluuium: in vita S. Liphardi. Meun interpretatur à Cœnali, Mauge autem à Cognato.

MAGEDAN, vide MAGDALA.

MAGEDDO, locus, Ioſue 17. ad Ciſon torrentem. MIGDO legit Chaldeus. Aquæ ſic vocatæ ſunt, Iudic. 5. A Burchardo Subimbre appellatur. Breytembachio Suberbe eſt. 4 Regum 23. MAGEDDO quoque mentio eſt. Vide MAGDALA, DALMANVTHA, MAXIMIANOPOLIS, CÆSARÆA, MAGROM, & PHIALA.

MAGELLA, Siciliæ vrbs: Liuio 26. MAGELLINI ſunt apud Plinium. MACELLA Polybio, circa Segeſtam. MACELA vno L. legitur in Columna roſtrata C. Duillij. Mungelino. Fazellus vocat. vide MACALA, & MACELLA.

MAGELLI, Liguriæ populi: apud Plinium.

MAGEMPVRI, Libyæ gens. Vibius.

MAGETÆ. Papinius 2. Achilleid. Quo Magetæ ſua gæſa citent, quo turbine cæſtum Sauromatæ. Africæ populos puto. Gæſam enim Afris tribuit Iul. Pollux. Iidem fortè cum Macis ſiue Macibus. Vide MACÆ.

MAGETH μαγὴθ, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs. Ioanni Tzetzæ, Chil. 8. num. 217. Palæſtinæ eſt opidum; 1. Machab. 5.

MAGETIANA, vide MOGETIANA.

MAGETROBIA, Cæſari locus in Celtis, quem Toaut Marlianus vocat. Vigenereus mallet Mont-belliard (hæc Mimpelgard Germanis) vertere, vt ſcribit in Annotationibus, quas Cæſaris Commentariis à ſe Gallica lingua factis adiecit. Sed in caſtigatioribus exemplaribus. AMAGETROBIA habetur. Apud Car. Bouillum AD MAGEROBIA legitur, vitio fortè Typographorum. Hic Ariouiſtus Germanorum rex, Gallorũ copias prælio fudit, vocatúrque hodie Maſieres, vt idem Bouillus, in ſuo de linguarum vulgarium differentia, libello tradit. Hoc Maſieres ſcribit Meierus ab Antonino MADERIACVM vocari fides ſit penes illum.

MAGGARITANVS Epiſcopatus, in Africa Proconſulari. Victor Uticenſis

MAGGEDAN, vide MAGDOLVS, & CÆSAREA Panias.

MAGGIANOS, & alia ſcriptura MAIANOS, habet Trogus 41. ſed MARGIANOS legendum cum Bongartio contenderim.

MAGI μαγοὶ, Mediæ gens: auctoribus Stephano, & Herodoto in Clio. Magorum regionis in Perſia, & triũ in ea admirandorum montium, meminit Clemens Alexand. 6. Stromatum. Paſſagardas caſtellum eos obtinere, ſcribit Plinius, & Solinus. OSTANÆ olim dicebantur, teſte Suida. eorum, ni fallor memoria quoq; apud D. Matthæum euangeliſtam. quos ſcribit veniſſe ex Oriente, & Chriſtum infantem adoraſſe. Vulgus Reges vocat. & ex Arabia veniſſe credit: quod fieri quoque poſſit. Arabes enim longè lateq; per Orientem habitare, ex Plinio diſcimus. Ipſa numina à Perſis magos appellari, ſcribit Apollonius in Epiſtolis. Vide MAGOG.

MAGIA μαγία, Illyriæ vrbs: Stephano. Vide MOGETIANA.

MAGIDA μάγιδα, Ptolemæo, MASIN interpretibus. Carmaniæ vrbs.

MAGIDVS, vide MATYLVS.

MAGINA, Pannoniæ vel Norici opidum. Lib. notit. An eadem cum MAGIA?

MAGINDANA μαγίνδανα, Arabiæ Felicis opidum; apud Ptolemæum.

MAGINI, vide MAGYNI.

MAGIOVINTVM, & alia lectione MAGIVM VINIVM, Angliæ vrbs: Antonino. Simlerus ſcribit quoq; MAGINTVM. In Antonino Pariſienſis editionis ALAGIOVINIVM eſt. Aſchewel Camdenus recentiore nomine appellat.

MAGISTRICA, Stephano: Madran in Carinthia, Lazio. Vide TAVRICI.

MAGISTVS μάγιστος, Elidis vrbs videtur in Peloponneſo: apud Herodotum. MACISTVS Strabonis eſt.

MAGITÆ μαγῖται, Arabiæ Felicis populi: apud Ptolemæum. MALICHÆ ſunt apud interpretes. Vide MALICHA.

MAGIVM VINIVM, vide MAGIOVINTVM.

MAGLOVA, Britanniæ inſulæ opidum. Lib. Notitiarum. Maclenith apud Camdenum nominatur.

MAGMAS, vide MAGHMAS.

MAGNA μάγνα, Libyca inſula eſt Stephano; quam ait à Libyis SAMATHO σαμαθὼ, dici. Alexandrum quendam teſtem adducit. Vide GERMANIA, & CARTHAGO.

MAGNAM GRÆCIAM Ptolemæi, Calabriam appellat Leander. Quæ & quota pars Italiæ ita appellabatur, lege quæ diximus ad Tabulam Magnæ Græciæ in noſtro Theatri Parergo. ſed vide GRÆCIA, IAPYGIA, & ITALIA.

MAGNA VRBS, vide NINOE.

MAGNATA, vide NAGNATA.

MAGNES, vide MAGNESIA.

MAGNESIA μαγνησία, Aſiæ Propriæ vrbs, ad oram Meandri fluminis ſita, quæ antea THESSALOCE, & ANDROLITIA nominata fuit: vt Plinius refert. Hanc Liuius 37. & Diodorus 11. Magneſiam ad Mæandrum vocat. Ad Thoracem montem, Diodoro 14 Hæc Themiſtocli, teſte Thucydide 1. in panes data fuit à rege Perſarum. Eſt enim alia hoc tractu, quam idem Liuius ad Sipylum cognominat. vtraq; Ptolemæo nota. Maniſſa nouo nomine vocat Leunclauius. MAGNESIA, Macedoniæ promontorium, ad Sinum Thermaicum, Ptolemæo.





Cabo Verlichi, Sophiano & Zardo dicitur. S. Georgio autem, Bordonio. MAGNESIA Plinio Macedoniæ regio eſt Theſſaliæ annexa. ea apud Ptolemæum PIERIAM & PELASGIAM comprehendit. MAGNES Campus eſt apud Flaccum. MAGNETES incolas vocant Thucydides, Euſtathius, & Heſychius. Didymos montes inhabitare, tradit Strabo. Hic tractus ab Ouidio ſemper HÆMONIA appellatur. Sed & MAGNESIA vrbis nomẽ videtur, ſub Pelio monte, Pauſaniæ in Achaicis.

MAGNI μάγνοι, Perſica gens apud Strabonem lib. 15. Niſi μάγοι, legendum ſit.

MAGNI Campi, (ita vocati) ſunt in Africa, circa Vticam. Liuio 30.

MAGNILOCENSE Cœnobium, in Gallia, deſcribitur in vita S. Boniti epiſcopi.

MAGNIANA μαγνιάνα, Pannoniæ Superioris opidum. Ptolemæus. Vide MOGETIANA, & MENEIANÆ.

MAGNIS, Angliæ opidum: Antonino. In lib. Notitiar. MAGÆ, & MAGNÆ, Old Radnor Camdeno. Huius tractus incolas aliquando Maſegeſetas vocatos addit.

MAGNOPOLIS, vide EVPATORIA.

MAGNOS caſtrum, habet Diaconus, in Territorio Tridentino. In finibus Italiæ. ANAGNIS legebat codex M.S. Vide ANAGNIA.

MAGNVM Promontorium, Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis eſt. La Guarda Caſtaldus nominat. ſed Cabo de One, Marmolio, ab One ciuitate proxima, quam & Deyrat vneyn ab Africanis vocari ait. MAGNVM Promontorium, vlterius Sacro, in Luſitania, Pomponio. item Plinio. cui & VLYSIPPONENSE nominatur.

MAGNVM Promontorium, etiam Siciliæ, apud Ptolemæum. ſed μακρον, i. longum, eſt in Græco codice. MAGNVM Oſtium, vnum ex Gangis fluminis. Ptolemæus.

MAGNVM littus, μέγας αἰγιαλ⊙-, Arabiæ Felicis. & aliud Aethiopiæ, ad ſinum Barbaricum, Ptolemæo. Vide ARTABRVM, & LONGVM.

MAGNVS Campus, μεγα πεδιον, Palæſtinæ ſic dictus locus Samaritanæ ditionis, inter Aſphaltiten lacum & Ginnabrin vicum: Ioſepho 20. Antiquit. cap. 5. item 5. belli Iud. cap. 4. vbi eius accurata deſcriptio. eiuſdem non ſemel meminit in vita ſua. De eodem apud Hegeſippum 4. cap. 16. MAGNVS Portus μέγας λιμὴν, Ptolemæo Libyæ Interioris vrbs. Serem porto à Caſtaldo vocari video.

MAGNVS Portus, Albionis inſulæ, contra Vectin inſulam, Ptolemæo. Soudthamthon mihi eſt. Portesmouth Camdeno autem. Vide PETRÆ magnæ portus. MAGNVS Portus etiam Ptolemæo in Hiſpania Tarraconenſi, inter Nerium & Lapatia promontoria. MAGNVS Sinus, eſt Ptolemæo idem cum EOO Oceano. vide CHRYSÆ.

MAGNVS PADVS, vide SPINETICVM.

MAGO μαγῶ, Ptolemæo, Plinio, & Pomponio, Balearidis Minoris inſulæ opidum. Hodie adhuc Mahon appellari, ſcribit Florianus. MAGONA vocatur in Epiſtola D. Seueri, quam publicam fecit in V. Annal. tomo Baronius.

MAGOA, Perſidis opidum, circa Suſianam. Plinius.

MAGODIA, Arabica regio: Epiphanio, vnde Magos deſcendiſſe ait. Conſule Annales Baronij.

MAGOEDENSIVM Ciuitatis Pamphiliæ, meminit Sinodus V. Conſtantinopolitana.

MAGOG, in Sacris litteris gens. quæ in profanis, vti exiſtimo, MAGI in Perſia. MAGOG enim, i. Perſa: teſte Suida. vide BAMBICA, GETÆ, SCYTHAE, & PERSIA.

MAGOMAZIENSIS Eccleſiæ epiſcopum Aurelium, in Africa: habet Collatio Carthag.

MAGON μαγον, Indiæ fluuius, in Gangem effluens. Arrianus in Indicis.

MAGONTIACVM Tacito, & Ammiano, MOCONTIACVM μοκοντίακον, Ptolemæo. MAGONCIA apud Eutropium legitur: MOGVNTIAM vocant Rhegino & eius ſæculi ſcriptores. Exteri adhuc Moguntia vocant, Hiſpani nempe & Itali; Galli Maiençe appellãt. Incolis verò Mentz eſt. Germaniæ vrbs Archiepiſcopalis, ad Rhenum; vbi oſtia Mœni fluminis è conſpectu habet. vide MAGOTIENSE.

MAGORA, Æthiopiæ ſub Aegypto opidum. Plinius. MOGGORESEA legit M.S. codex.

MAGORAS, vide TAMYRAS.

MAGORES, vide VNNI.

MAGORVM μαγῶν, Sinus Arabiæ Felicis, apud Ptol.

MAGOSA, vide MASOGA.

MAGOTIENSIS concilij, ſæpius meminit Gratianus, in Decretis. pro MAGONTINENSE, haud dubiè. Sic enim parte 2. Cauſa 30. Item ex concil. Magõtienſi cap. x. in clauſtro S. Albini habito. Hoc clauſtrum enim in huius ciuitatis ſuburbio etiamnum eſt.

MAGRADA, vide MENLASCVS.

MAGRI locus, μάγρυ τόπος, In Marmarica. Ptolemæus.

MAGROM, locus, apud Hieremiam. μαγδὼν legunt 70. interp. Eſaiæ 10.

MAGVDA μάγυδα, Meſopotamiæ vrbs, apud Ptolemæũ.

MAGVLABA μαγυλάβα, Arabiæ Felicis opidum. Ptolem.

MAGVR, vide NARGVR.

MAGVRA μάγυρα, Ptolemæo Libyæ Interioris opidum.

MAGVSA Æthiopiæ ſub Aegypto vrbs, Plinio.

MAGVSÆI, (à Magog, & Magi: vti exiſtimo) Perſica gens, quæ filias, ſorores, & matres in matrimonium ducit, vt habet Euſeb. 6. Præp. & D. Clem. 6. Recognitionum. vide PERSIA.

MAGVSANI Herculis Fanum circa Scaldis oſtia olim fuiſſe, Vetus inſcriptio indicat, quæ ſupereſt in Zelandiæ inſula, pago dicto Weſtcappel. Ineptiunt qui Marcuſanum legunt: cùm nec canina littera, neque eius veſtigium vllum in lapide (quem diligenter inſpexi) cernitur. Atque hanc veram eſſe ſcripturam, teſtimonio eſt Poſtumi nummus æreus, qui Herculis Maguſani quoque effigiem & nomen liquido oſtentat. Poſtumum Imp. hic, Transrhenani huius limitis ducem, & Galliæ præſidem factum à Valeriano, Trebellius Pollio memoriæ tradidit. Inſcriptionis formula hæc eſt:

HERCVLI
MAGVSANO
M. PRIMIIVS
TERTIVS
V. S. L. M.

MAGVSTANA μαγυστάνα, Maioris Armeniæ vrbs, Ptolemæo. MATVSTANA interpretibus.

MAGVSVM, opidum Arabiæ Felicis, à Romanis deletum. Plinius.

MAGVZA μαγυζα. Ptolemæo Arabiæ Petreæ vrbs.

MAGYDIS, vide MATYLVS.

MAGYNI, ſiue MAGINI populi, Tibullus 4. ad Meſſallam. Scytharum gens videtur circa Tanaim aut Hebrum.

MAHEDERON, Epiſcopalis locus, ſub ſede Becerra Arabiæ. Guil. Tyrius.

MAIA μαῖα, Helleſpontia vrbs, Stephanus.

MAIANDARA, vide MALANDARA.

MAIANI, vide MAGGIANI.

MAINE, vide LEVCTRVM.

MAIOCARIRVM, Meſopotamiæ vrbs. lib. Notitiar.

MAIOMA, vel MAIVMA, vide GAZÆORVM Nauale.

MAIORES Populi, numerantur in antiqua inſcriptione, cum Piſidis & Termenſibus. Aldi Ortographia, fol. 409. Vide COELALÆTÆ, & MIZI.

MAIOZAMALCHA, vide BITHRA.

MAIS μαΐς, nomen fluminis in India. intra Gangem & Indum. Arriani Periplus.

MAITAS Campus, circa Conſtantinopolim eſt, Ludis definitus, Cedreno & Curopalati.

MAITTAVONIVM, Galliæ vrbs, inter Forum Iulium & Aquas Sextias, Antonino.

MAIVCENSIS Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi, eſt apud Vict. Uticenſ.

MAIVMA, vide GAZAEORVM Nauale.

MALACA μάλακα, Hiſpaniæ Bætica vrbs, ad Mare Mediterraneum,

diterraneum, Ptolemæo, & lapide antiquo. MALACHA Plinio & Auieno. Malaga, Cluſio Sunt qui hanc eandem putant cum MÆNACA μαινάκη, inquit Strabo, ſed eos errare addit. Hanc Malacam puto in Decretis Gratiani MALECHA vocari. Sed & MALACHA fluuij quoque nomen eſt, Auieno, iuxta Malacham vrbem Hiſpaniæ. duæ ſunt autem apud hunc Malaca & Mænacæ. μαλάκη vrbs Italiæ eſt, in Phauorini Lexico. Vide MACE.

MALACATH μαλακαθ, Libyæ Interioris opidum. Ptolem.

MALACHA, vide MALACA.

MALACHV, vide MALCHV.

MALACITANORVM meminit vetus lapis inſcriptus. Romæ. In Smetij volumine legenda. A Malaca Hiſpaniæ gentile puto.

MALACOPA, In Aſia Minori vrbs. Hiſtoria Miſcella 24.

MALACVM, regionis nomẽ videtur, ex hoc Quinctiliani 8. Oratoriar. In Malaca fanum, &c.

MALÆA μαλαία, Arcadiæ vrbs, apud Pauſaniam.

MALÆI COLON, μαλαίε κῶλον, Ptolemæo Aureæ Cherſoneſi Promontorium. Gaſpar Varrerius Malaca emporium ex eo facit.

MALÆTA, vide MALLÆTA.

MALÆVM, vide BALÆVM.

MALAGINA, Armeniæ locus videtur, apud Cedrenum.

MALALITANÆ ciuitatis, Epiſcopum Ianuarium, habet Vita S. Gregorij Pontificis Romani, lib. 2. cap. 11. MALACITANÆ per c. legendum crediderim. à Malaca.

MALAMANTVS μαλαμάντος, Indiæ fluuius, in Cophenen ſe exonerans. Arrian. in Indicis.

MALANA μάλανα, Oritarum regionis locus vltimus, ad mare, Arriano de Indicis.

MALANDARA, Cappadociæ vrbs, Antonino. MARANDARA, eadem: eidem.

MALANGITÆ, vide MELANGITÆ.

MALANGO regia Baſaronagis, μαλαγγω βασιλειον βασαρωναγος, Ptolemæo. In India intra Gangem.

MALANIVS μαλάνιος, Stephano ex Hecatæo. Oenotriorum vrbs mediterranea. Maida hodie eſt, Gab. Barrio.

MALAO, vide MALEOS.

MALATIS, opidum in Palæſtina. D. Hieronymus in locis Hebraicis.

MALBODIVM, vocatur in vita S. Aldegundis, ſcripta anno 930. ea Hannoniæ ciuitas, quam incolæ Mabeuge appellant. Huius quoque memoria eſt in vita S. Macarij.

MALCECA, Hiſpaniæ opidum, Antonino inter Cordubam & Emeritam.

MALCHV, inſula Indici maris, videtur apud Plinium, & Solinum. ſed hic MALACHV legit. Vide MALIACHI.

MALCHVBII, vide MARCHVBII.

MALCOÆ μαλκόαι, Libyæ Interioris populi. Ptolemæus.

MALDVNENSE Monaſterium, in Anglia. Malmeſbery hodie vocatur. In vita S. Anthelmi.

MALEA μαλέα, Ptolemæo Peloponneſi Promontorium, ad Sinum Laconicum. MALEVM Plinio. PROMALEVM προμαλεον, Heſychio. Cabo Malio vocat Sophianus. A nautis Chriſtianis vocari D. Michaelis alas, ſcribit Breidebachius. (Hinc MALEVS Sinus, qui & AVREVS à latronibus vocabatur, inquit Florus lib. 3. cap. 6.) Malea promontorium, vocatur à forma, ASINI MAXILLA γαμφηλας, vt ſcribit Iſacius in Lycophronem. Ptolemæo tamen & Straboni duo diuerſa loca ſunt, in quorum medio, Boæ ab eis deſcribuntur. MALEA quoque Lesbi promontorium: è regione Mitylenes, Thucydidi 3. & Xenophonti 1. Hiſtoriæ Græcor. MALEAM locum alicubi circa Helleſpontum, habet Plinius, vbi ſpongias naſci tradit. Idem puto. Mons Taprobanæ ſic etiam dicitur, apud Ptolemæum.

MALECENA, Armeniæ Minoris vrbs, Antonino. Simlerus legit MACELENA. MASSELENA in alio codice reperio. Codex M. S. Reuerendiſſ. Leuini Torrentij hoc loco MELITENA legit.

MALECHA, vide MALACA.

MALEDIS, & PERGAMIS, ſaltuum loca in quibus



pecus paſcere ſoliti ſunt. in Epiro, vt putat Pet. Victorius, ex Varronis de Re ruſtica 1. cap. 9 Pro Maledo, ALEDO legebat vetuſtior codex. MALEDVM retinet Turnebus. & idem hinc Maledentiæ vina, legit apud Lucretium 4.

MALEDOMIN, vide ADDOMIN.

MALENA μαληνη, Atarnitidis regionis in Aſia locus. Herodotus in Erato.

MALEOS μαλέος, ex Ebudibus inſulis vna, Ptolemæo, quam ego cum Mercatore Mula voco. Nobis ſubſcribit quoq; G. Camdenus, qui putat eandem à Plinio 4. cap 16. MELLA vocari. In Veneto enim codice Venetiis excuſo 1513. hoc modo legitur. Reliquarum Mella CXXV. circuitu amplior. Pro Mella alij codices nulla legunt. Emporium etiam Æthiopiæ, in Aualite ſinu, eidem Ptolemæo. MALAO μαλαω, in Periplo Arriani eſt.

MALES, opidum ad montium quorundam radices, in Byzacio. Procop. 2. Wandalicorum.

MALETHVBALVS μαλεθύβαλος, Mauritaniæ Cæſarienſis mons. Ptolemæus.

MALETVM, Diacono Huius nominis veſtigia in Malzan caſtro exſtare, putat Lazius. circa Tridentum. Vide FAGITANA.

MALEVENTVM, vide BENEVENTVM.

MALEVS, Indiæ mons, in quo quindecim tantùm diebus Helice conſpicitur, vt teſtis eſt Martianus. Idem & Solinus. qui hunc iuxta Palibothram ſtatuit: in quo hieme in Septentriones vmbræ, in Auſtrum æſtate cadunt. In Oretum gente eum deſcribit Plinius. alio loco eundem apud Suaros eſſe, dicit. Vide MALEOS, & MALEA.

MALI, vide MALLI.

MALIA μαλια, ſiue μαλίας, Hiſpaniæ ciuitas: Numantinorum præſidio firmata, ſed Pompeio, occiſo à militibus præſidio, tradita. Appiani Iberica. Vide MANIA.

MALIACA μαλίακα, Aſturiæ in Hiſpania opidũ. Ptolem.

MALIACHI μαλίαχοι, Ptolemæo ſunt inſulæ duæ, in Sinu Arabico. per E. in prima interpretibus. MALCHV inſula Plinij eſt.

MALIACVS Sinus, Plinio maris Ægæi eſt pars, Macedoniam alluens. LAMIACVS λαμίακος, apud Pauſaniam vocatur. à Lamia vrbe fortè Liuij. MELIEVS μηλιέως, à Thucidide dicitur lib. 8. Herodotus vocat MELIDEM μηλίδα, à Melide nempe regione adiacente. MALIEVM μαλιέα, Polybius. Golfo del Ziton hodie dicitur, Sophiano. Volo, Theueto tamen; cui cum aliis ſentire ferè religio eſt. MALIACVM Sinum video quoque vocari, in quo Achelous ſe effundit. MALIACAS Aquas, nominat Lucanus 6. Vide MALIEVS.

MALIANDE, vide BITHYNIA.

MALIANE μαλιάνη, apud Ptolemæum, Arachoſiæ opidum.

MALIANENSIS Plebis Africanæ memoria exſtat in Coll. Carthag.

MALIARPHA, vide MANARPHA.

MALIAS, vide MALIA.

MALIATTHA μαλιάτθα, Arabiæ Petrææ vrbs. Ptolem.

MALIBA μάλειβα, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptolemæo.

MALICHA μαλίχα, Nabathæorũ regia, in Felici Arabia: Periplo Arriani. MALICHAS populos agnoſcit Ptolem.

MALICHÆ, vide MAGITÆ.

MALIENSES, vide HIRA.

MALIEVS μαλιεὺς, vrbs ſic dicta. hinc Maliacus ſinus. ex Androtione, Stephanus. Vide MALIACVS, & HIRA.

MALII μαλιοι, populi circa Meſopotamiam. Strabo 16.

MALIMNVS μαλίμνος, Theocrito eſt nomen loci paluſtris: non procul à Crotone. vt habet eius Scholiaſtes.

MALINOPOLIS vrbs, circa Bithyniam aut Phrygiam videtur. in epiſtola Epiſcoporum huius tractus, ad Leonem Aug. quæ exſtat in Conciliorum opere.

MALIOTÆ μαλιῶται, Scythæ circa Boſporum. Apollonij Scholiaſtes 3.

MALIPPALA μαλίππαλα, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. MANIPPALA interpretibus

MALLA, vide MASPHA.

MALLABA μαλλάβα, Arabiæ Felicis vrbs, apud Ptolemæum.



lemæum. MALLADA legunt eius interpretes.

MALLADA μαλλάδα, Perſica vrbs. Stephanus ex Martiano. Vide MALLABA.

MALLÆTA μαλλαίτα, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. Interpretes eius ſingulari L. ſcribunt.

MALLE, vide MASPHA.

MALLI μαλλοὶ, Indica gens, Oxydracis vicini, circa Indi fluminis originem. Huius meminit Strabo, Diodorus, Curtius, Arrianus libro 5. Alexand. & in Indicis. item Plutarchus in Alexand. quos idem in libro de eius Fortuna MALLOTAS vocat. MALI μαλοι, vnico L. ſcribit Stephanus. Vide AMBRI.

MALLIA Aqua. Catullus de ea, hoc verſu, Lymphaq; in Oetæis Mallia Thermopylis. A Maliaco ſinu ſic dictam puto: cui Oetæus ſaltus, & Thermopylæ imminebant. Scio Turnebum à Manlio deducere. iudicet æquus lector.

MALLIÆ, Italiæ locus, apud Antoninum. In Bruttiis.

MALLOEA Perrhæbiæ vrbs. Liuius 36. & 42.

MALLOS, Plinio ciuitas Æthiopiæ ſub Aegypto. Vide MALLVS.

MALLVS μαλλός, Mallorum mons, circa Indiam; Plinio. Ciliciæ vrbs, Straboni, Ptolemæo, Arriano, Pomponio, & Dionyſio. MALLOTES gentile. Singulari L. etiam ſcriptum reperio apud Dionem Pruſeum. Arcadiæ fluuius, in Alpheum ſe committens, Pauſaniæ. Vide LYRNESSVS.

MALMVNDARII Monaſterij, ſæpius fit mentio in Sanctorum vitis, & mediæ ætatis ſcriptoribus. Eſt in regione Lutzeburgenſi. hodieq; Malmedi dicitur, S. Modoaldi opus eſt.

MALODES, mons inter vndas: in Hiſpania Tarraconenſi. Sex. Auienus.

MALOETAM μαλοεταν, Arcadiæ fluuiũ, habet Pauſanias,

MALOIS μαλόεις, locus ſic dictus, in quo Apollinis templum. Stephanus. & Thucydides 3. MALVNTEM vocat Strabo. Tenedo oppoſitum, inter Palæſcepſin & Acheium. Vide MALVNTEM.

MALOS, vide MALLVS.

MALOTHA, Arabiæ Felicis pagus videtur apud Strabonem 16.

MALPHITANVM, vide AMALFITANÆ.

MALSANE μαλσάνη, Arabiæ Felicis vrbs. Stephanus.

MALTACIA, vide MELITE.

MALTANVS, Tuſciæ portus: Antonino. Circa Grauiſcas videtur. Sed MARTHA fluuium putat Cittadinus.

MALTECORÆ, Indiæ gens. Plinius.

MALTHACE, inſula haud procul à Corcyra, apud Pliniũ.

MALTHVRA, vide MAREVRA.

MALVA μαλῦα, fluuius Mauritaniæ Tingitanæ, apud Ptolemæum. Meluia à Teiſero, Muluya à Marmolio. Mululo à Caſtaldo nominatur. MALVANA Plinio eſt. MALVA, fluuius Galliæ, circa Aureliam vrbem, Vita S. Liphardi.

MALVERNIÆ Saltus, in Anglia. Surius in S. Wolſtano.

MALVGINENSIS Familia, Corneliæ gentis. nomen à loco ſiue patria obtinuiſſe, veriſimile eſt. Meminere huius Liuius, Halicarnaſſeus, Cicero, & Tacitus. Locus autem ignoratur.

MALVM μαλὸν, Cypri inſulæ opidum: Diodoro, circa principium lib. 12. Vide AD MALVM.

MALVNTEM μαλῦντος, locum habet Strabo, Tenedo oppoſitum, in Aſia. MALOIS fortè eidem.

MALVS, vide MALLVS.

MAMA, Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs. Plinius.

MAMALA, vide MAMALIS.

MAMALIS, Arabiæ Felicis locus, vbi thus, cinamomum, myrrha, & caſia prouenit, Theophraſto teſte. μάμαλα, vicus Ptolemæo eſt, in Arabia Felici.

MAMANTIS, aut potius D. Mamantis anguſtiæ, ſunt apud Zonaram. Mamantis loci meminit etiam Suidas. monaſterium eſt, circa Byzantium. Mamantis Xerocerci mentionem video fieri alicubi. ſed conſule Onomaſtichon Muſulmannicum Leunclauij.



MAMAPSON, Epiſcopalis locus, ſub ſede Rubba Moabitarum. G. Tyrius.

MAMARCINA μαμάρκινα, Auſonica vrbs, Stephano.

MAMAS, collis Aſiæ Minoris. circa Galatiam fortè. Cedrenus. vide MAMANTIS.

MAMAVS, vide PAMISSVS.

MAMBARI μαμβαρου, regnum Indiæ, habet Arrianus in Periplo. Iuxta Arabicam regionem, Barygazenum ſinum, & Iberiam Scythiæ.

MAMBLIA, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum. Plinius.

MAMBOLEIVM, vide ACROVENTVM.

MAMBRE Quercus, μαμβρῆ δρῦς, locus Palæſtinæ, in Hebron. CONVALLIS MAMBRE vertit D. Hieronymus. PLANITIES MAMBRE Chaldæus Paraphraſtes. QVERCVS OGYS, eſt apud Ioſephum. TEREBINTHVM ſuo tempore appellatum locum, ſcribit Sozomenus lib. 2. cap. 3. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. vbi huius ſepulcri deſcriptio. Terebinthum arborem ab opido Chebron diſtare ſexto ſtadio, ſcribit Ioſephus 5. belli Iud. cap. 7. Hanc eandem arborem ibidẽ permanere ad ſuam vſque ætatem, ſcribit Euſeb. 5. Demonſt. cap. 9. MAMBRE Torrens, D. Hieronymo, Iudith 2. vbi 70. interpretes ARBONÆ ἀρβωναὶ, legunt. In Meſopotamia videtur. vide HEBRON.

MAMBRI μαμβρὶ, Romanorum præſidium, contra Perſas, à Diocletiano collocatum; & à Iuſtiniano renouatum: habet Procop. 2. eius ædificiorum.

MAMBVTA μαμβύτα, Meſopotamiæ opidum. Ptolemæus.

MAMÆE Aquæ meminit Ammianus 28. circa Puteolos aut Caietam.

MAMECHIA, vide CAMECHIA.

MAMBRE, vide HEBRON.

MAMERTINI, ſic ſe vocabant Campani, capta Meſſana, teſte Polybio 1. vide MESSANA

MAMERTINVM Fretum, inter Italiam & Siciliam. FRETVM HADRIATICVM Oroſio eſt: SICILIÆ FRETVM appellat Cicero 3. Deorum, Tacitus Annal. 6. & Plinius lib. 19. cap. 1. & RHEGIVM Fretum Strabo. SCYLLÆVM, Athenæo 7. Nauifragum cognominat Ouidius 13. Metamorph. In Antonini Itinerario TRAIECTVS dicitur. hoc Fretum Thucydides lib. 4. CHARYBDIN nominat, partem pro toto accipiens. A Pauſania deſcribitur, in Eliacis, & Ariſtotele in Admirandis. vocatur hodie Faro de Meſſina. Beniamin Lonid vocat. SICILIÆ, ſiue SICVLVM fretum alterum, verſus Meridiem, vocant Martianus, & Euſtathius in Dionyſium: illud nempe, quod eſt inter Carthaginem & Lilybæum prom. Ipſe Dionyſius nominat hoc quoque LIBYCAM Viam, λιβυκος πορος. LIBYCVM Fretum, eſt Ouidio 3. Faſtor. Vide MIXODIA.

MAMERTIVM, vide MVRGANTIA.

MAMIA, vide FLAMIAS.

MAMIANVS, vide FVNDVS.

MAMILIARIA, vide ARELATVM.

MAMILLAM in chronicis appellari eam Miſniæ vrbem, quã vulgò Ceitz vocãt, ſcribit Fabricius in ſuis Itinerarijs. MAMILLENSIS Plebis Africanæ, meminit Coll. Carthag. Geminato MM. eſt apud Vict. Vticenſ. In Mauritania Cæſarienſi.

MAMISTA, Glyca teſte, Ciliciæ vrbs eſt, à Phoca Imp. occupata. MAMISTRA non ſemel apud G. Tyrium. Malmiſtra fortè.

MAMMÆ opidum, in Byzacena regione Africæ. Procop. 2. Wandalic.

MAMMÆVS Pons, à Mammæa matre Seueri Imp. ſic dictus. ſuper Anienem fluuium. Platina in Paſchali II. Ponte Mammolo nunc. MAMMEÆ Palatium in ſinu Baiano, exſtructum ab Alexandro Seuero Imp. in matris honorem. Lampridius.

MAMMIDA μάμμιδα, Perſiæ vrbs, apud Ptolemæum.

MAMMILLENSIS, vide MAMILLENSIS.

MAMMISEA, Syriæ quædam Tetrarchia. Plinius.

MAMMVCIVM, vide MANCVNIVM.

MAMORTHA, *vide* NEAPOLIS.

MAMPSARVS μάμπσαρ@, *Africæ Propriæ mons, Ptolemæo. qui eundem* MOTVTVRIVM *appellare videtur. inter populos enim huic vicinos habet Motuturios, monti cognomines, vt inquit. Vide* CAMPSARI.

MAMPSYSTA, *locus in Codice* Theodoſiano 11. *titulo de conlatione donatarum.*

MAMVCENSIS *Limitis, in Africa, meminit lib.* Notit. *A Mammæ fortaſsè.*

MAMVDA, *Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plinius.*

MAMVGA μαμυγα, *Syriæ vrbs, Ptolemæo. quæ hodie* Mabuga *dicitur, vt ſcribit A Maſius.*

MAMVRRARVM *vrbs, in Latio:* Horatius *Serm.* 1. *Satyra* 5. *Sunt qui* Formias *intelligunt.*

MANAATH, *locus:* 1. *Paralip.* 8.

MANACCENS ERITANVS *Epiſcopus, in Mauritania* Cæſarienſi. *Vict. Vticenſis.*

MANÆANAN μαναιάναν, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo. Latinus codex* MANLIANA *habet.* Miliana *nunc vocari ſcribit Marmolius.*

MANAIM, *vel vt Pagninus vertit,* MACHANAIIM, *id eſt* Caſtra *Dei: Locus circa Meſopotamiam. vbi Laban habitabat. Geneſ.* 32. *Ioſue* 13. 21. *Itē* 2. *Reg.* 17. *vbi Hieronymus* CASTRA, *&* 70. *interpretes* PAREMBOLE *legunt, vt quoq; Ioſephus, qui eum in Galaditide deſcribit.*

MANAIN, *amnis circa Gedroſiam, Plinio.*

MANAITA μαναίτα. *Armeniæ regio: Deo eiuſdem nominis conſecrata. Dioni* 36.

MANALIS μανάλις, *trans Iordanem regio; ſic ab incolis dicta, quam Græci* PAREMBOLA παρέμβολας, *vocant. vt refert Ioſephus, Antiquit.* 7.

MANAMBIS, *vide* MENAMBIS.

MANAPIA μαναπία, *Hiberniæ vrbs, Ptolemæo:* Waterford *nunc, teſte Staniburſtio. Ibidem* MANAPII *gens, eidem Ptolemæo. Sunt qui Menapia, per ſecundam vocalem in prima legunt, mendosè.*

MANARICIVM *Antonini.* Manrich *Simlero. Hollandiæ vicus eſt, Traiectenſis diœceſis.*

MANARMANIS μαναρμανὶς, *Ptolemæo Portus eſt Germaniæ, poſt Rheni oſtia. Pirchaymerus credit* Campen *eſſe: Becanus mauult* Harlingen, *aut locum vicinum, Mercator* Oldemardum *ex eo facit. ſed* MARARMANIS *per* R *in prima legit, ex Latinis codicibus. Adſcribam hic quæ de hoc loco habeo ab eruditiſsimo Hieronymo Verrutio Friſio, iſta: Portus Manarmanis, aliàs Marnamanis, vel Mabarnanis (ſunt enim variæ lectiones) à Ptolemeo celebratus, à parte Friſiæ* Maharna *olim nuncupata, quam nūc* Marnam *per contractionem vulgo dicimus, nomen accepit, quæ pars Friſiæ longo tractu procurrens verſus anguſtias Scolbalchi, efficit cum aduerſa parte Friſiæ quam* Dungerdeel *vocant, ſinum amplum, in quem effuſus Oceanus vnà cum fluuio Laubaco, portum olim & ſtationem non incommodam nauibus præbuit. De hoc Manarmani vide quoque Suffridum lib.* 1. *cap.* 12. *De Friſiorum Antiquitate.*

MANATES, *Italiæ populi, Plinio. In prima regione.*

MANATHAT, *aliàs* CATHOE, *iuxta Antipatridem ad montem Saron. ſic Poſtellus, in ſua Syria.* Kato *eſt apud Brochardum.*

MANAZENENSIS *Regiorum loci epiſcopalis, in Africa, meminit Coll. Carthag.*

MANCHANA μανχάνα, *Meſopotamiæ opidum. Ptolem.*

MANCHARA, *loci nomen videtur, in lib. Secretorum. qui Galeno adſcribitur.*

MANCOI, *vide* MACCOI.

MANCVNIVM, *Antonino Britanniæ vrbs eſt: quæ à Humf. Lhuydo, & Camdeno* Mancheſtre *vocatur. In Brigantibus.* MANCVNIVM, *&* MAMMVCIVM, *idem eſſe, apud Antoninum, docet Talbotus.*

MANDA μάνδα, *Indiæ intra Gangem fluuius eſt, apud Ptolem.* Menan *Gerardo Mercatori eſt. Vide* MANDRVS.

MANDAETH μανδαὴθ, *Aethiopiæ vicus: in Adulico ſinu. Ptolemæus.*

MANDAGANDENI, *Troadis populi, apud Plinium.*

MANDAGARA μανδαγάρα, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem opidum. Per* O. *in penultima eſt Arriano in Periplo,* Caſtaldo Mongalor *interpretatur. Mediæ etiam vrbs, apud eundem Ptolemæum.*

MANDAGARSIS μανδαγάρσις, *Mediæ vrbs, Ptolemæo.* Maſandram *incolis dici, ſcribit Niger.*

MANDAGORA, *vide* MANDAGARA.

MANDAGRÆVM *flumen, apud Scythas Aſiaticos. Plinius.*

MANDALVM, *Aethiopiæ lacus, circa Azanium promontorium. Plinius.*

MANDARÆ μανδαραὶ, *pars Macedonicæ Cyri. Stephanus.*

MANDAREI, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi, ſunt apud Plin.*

MANDASVMATENSIS *Epiſcopus. in Africa. Coll. Carthaginienſis.*

MANDEI, *Indiæ gens, ad Gangem, Plinio. Supra hos Malli populi, & Mallus mons.*

MANDELA. *Horatius* 1. *Epiſtolarum, ad Lollium:*

*Me quoties reficit gelidus Digentia riuus,*
*Quem Mandela bibit, rugoſus frigore pagus,*

*In Sabinis vicus eſt, Acroni, & Porphyrio. Video à quodam* Poggio Mirteto *interpretari.*

MANDEPA μάνδεπα, *Thraciæ vrbs. Procop.* 4. *ædificior.*

MANDETRIVM, *Dalmatiæ vrbs; Plinio,* 3. *cap.* 22. *Sed* ANDETRIVM *mauult legere Caſaubonus. Sic quoque ego. neque præcedentis vocis elementum finale huic attexere volo. Vide* ANDECRIVM.

MANDIADINI μανδιαδινοι, *Indica gens: Arriano in Indicis.*

MANDIANITÆ μανδιανῖται, *Arabiæ populi; apud Stephanum. Vide* MADIANITÆ.

MANDONIVM, *vide* MANDVRIA.

MANDORI μάνδοροι, *Libyæ Interioris gens. Ptolemæus.*

MANDRA, *id eſt, ſpelunca ſiue cubile, ſic dictum. monaſtici exercitij locus, in mōte: à Theopoli, (id eſt, Antiochia,)* XXX. *ſtadiis diſtans. Calliſtus, & Euagrius. ſed ſtadia* CCC. *hic habet, &* MANDRIA *legit.* μάνδρα *quoq; locus Syriæ eſt apud Ioſephum* 10. *Antiquit. cap.* 11.

MANDRACIVS *Portus, circa Carthaginem, Procopio* 1. *Wandalic.*

MANDRÆ, *vide* APSASIVM.

MANDRALÆ μανδράλαι, *Ptolemæo; Indiæ intra Gangem populi; quorum ciuitas Palibotra. Hos populos videtur Strabo & Plinius* PRASIOS *vocare,* πράσιοι: *horum enim ſcribunt Palibothram vrbem eſſe. Indeq; etiam eandem gentem* PALIBOTHROS *quibuſdam appellari, idem tradit Plinius.*

MANDRI *gens Indica; vt eam vocat Clitarchus, & Megaſthenes, apud Plinium. Quadragenos non excedunt annos, Vide* AMBRI.

MANDRIA μανδρία, *Vide* MANDRA.

MANDROPOLIS μανδρόπολις, *Phrygiæ vrbs, Stephano, & Titi nummo.* MANDROPVS *Liuio* 38.

MANDRVENI, *circa Margianam, gens, Plinio. vide* MARDYENI.

MANDRVS *fluuius, Plinio* 6. *cap.* 16. *Circa Sogdianam fortè.* MARDRVS *erat alia lectio.* μάνδρος, *mons Libyæ Interioris, apud Ptolemæum. Idem habet fluuium Indiæ intra Gangem, ſic dictum, ſed* MANDA *legunt Latini codices.*

MANDVBII μανδούβιοι, *Galliæ populi, apud Cæſarem, & Strabonem. quorum caput Alexia.* Baſsigny *fortè, inquit Golluzius.*

MANDVESSEDVM, *Angliæ opidum, Antonino. Talbotus in eo Commentariolo quod ad huius iter Britannicum ſcripſit, dicit ſe nihil de eo diuinare poſſe, niſi quod* Manſfeyld *ab eo non malè abludat. Sed* Manceſtre *in Cornabiis facit ex eo Camdenus.*

MANDVRIA, *Salentinorum opidum Plinio.* MANDVRIVM μανδύριον, *Liuio & Stephano eſt. ſed hic Iapygiæ vocat.* Mandula *Nigro,* Caſal nouo *Leandro appellatur. ſic quoque à Galatæo, & à Laurentio Ananienſe. Suſpicor*



*Suſpicor* MANDONIVM μανδόνιον, *Meſſapiorum eſſe Plutarchi, in Agide.* MANDVRIVM, *ſcribit Leander à Plinio vocari lacum in Apulia Dauniæ, qui hodie* Andoria *dicitur;* Verſentino *autem, ſi Alexandro Andreæ creditur. Plinius enim iuxta opidum Mandurium, lacum deſcribit, ad marginem plenum, quem neque exhauſtis aquis minui, neque infuſis augeri tradit: ſed eum innominatum relinquit.*

MANEI, *Populi Hiſpaniæ. Iuxta Bætis fluminis oſtia. Auienus.* μανέοι, *ſunt quoque circa Cyprum, Diodoro* 19. *cuius regem Staſioecem nominat.*

MANES, *vide* BOAGRIVS.

MANESIVM μανήσιον, *Phrygiæ opidum. Stephanus: ex Alexandro.*

MANETHVSA, *Cretæ vrbs, apud Pomponium. Vide* MARATHVSA.

MANEZARDVM, *Galatiæ opidum; Antonino.*

MANGANÆA μαγγαναία *regio, apud Euſebium* 8. *Hiſt. Eccl. cap.* 21. *circa Palæſtinam videtur.*

MANGANVM, *loci, & in eo monaſterij nomen, apud Cedrenum & Nicetam, Thraciæ, circa Byzantium.*

MANGANVR μαγγάνυρ, *Ptolemæo,* MASTANVS *interpretibus. Indiæ intra Gangem vrbs.*

MANGON μαγγων, *Ptolemeo inſula ſinus Arabici.* MAGORVM *legunt Latini codices.*

MANIA μανία, *promontorium Lesbi inſulæ eſt apud Ptolemæum.* MALIA μαλία, *per* L. *habent Xenophon, & Strabo.* MANIA, *Parthiæ opidum; Plinio. Vide* MONEDA.

MANIACAN, *vide* BANEIACHAN.

MANIÆNA μανίαινα, *apud Ptolemæum. Indiæ extra Gangem vrbs.*

MANIATHE μανίαθη, *Palæſtinæ vrbs, à Gedeone ſuperata. Ioſephus* 5. *Antiq.* 9.

MANICELVM, *circa Genuam locus. vt fidem facit ænea tabula antiqua, ibidem.* IMMANICELVM *legit Auguſtinus Iuſtinianus, vel* INMACELVM. *An fortè* Immaticen *pagus, quem idem in Genuēſi agro deſcribit.*

MANIDÆ, *vide* AMANICÆ.

MANIMI, *Germaniæ populi, Tacito.* Manharczperg *hodie Lazio. Inter Hercyniam ſiluam, & Danubium. Sunt qui horum nomen in* Mone *inſula Daniæ ſupereſſe putant, inter quos eſt And. Velleius in Chronico Daniæ.*

MANIOLÆ μανίολαι, *inſulæ Eoi maris, vbi Antrophagi. Ptolemæo.* Iſlas de Praçel *fortè hodie ſunt.*

MANISARVM, *vide* MATVSARVM.

MANLIANA μανλιάνα, *Vettonum in Luſitaniæ vrbs, Ptolemæo.* Monte maior *nunc appellari puto.* Mallen *credi autem hodie ſcribit I. Mariana.* MANLIANA, *apud Antoninum, & eundem Ptolemæum, eſt Tuſcorum vrbs. Vide* MANÆANAN.

MANLIANVM *Saltum. habet Liuius* 40. *in Hiſpania. quo Fuluium Flaccum obſeſſum à Celtiberis ſcribit. Vide* VITVLARIA.

MANNACARTA μαννάκαρτα, *Arabiæ vrbs, apud Stephanum.*

MANNÆI, *vide* NAAMATH.

MANNATIA, *Armoricana vrbs. lib. Notitiarum.*

MANNEOS μάννεως, *regio interamnia, in qua habitant Manneotæ Arabes. ſic Stephanus, ex Vranio.*

MANOBA μάνοβα, *apud Ptolemæum eſt Hiſpaniæ Bæticæ opidum, ad Ibericum pelagum.* MÆNOBA μαίνοβα, *Straboni. at Plinio & Pomponio* MENOBA *eſt. cui fluuius ibidem quoque ſic dicitur.*

MANOTH, *Byblienſis agri, in Iudæa, caſtellum. G. Tyrius.*

MANRALI μάνραλοι, *Libyæ Interioris gens, Ptolemæo. Eidem ſunt Colchidis populi, quos hodie* Mengrelos *vocari ſcribit Poſtellus in Hiſtoria Orientali. Vide* COLCHIS.

MANSA, *Galliæ Narbonenſis vicus. Sex Auienus.*

MANSIO CAPITONIANA, PHILOSOPHIANA, CALLONIANA, & CORCONIANA, (*Galloniana & Gorcaniana. in alio codice.*) *ſunt Siciliæ loca, apud Antoninum. Inter Catinam & Agrigentum, Corconiana videtur Simlero Cotyrga Ptolemæi. vide* BONA.

MANSVETINVM, *vide* PONS *Sociorum.*

MANTALA, *Galliæ Narbonenſis vrbs, Antonino.*

MANTALVS μάνταλος, *Phrygiæ vrbs. Stephanus.*

MANTAVONIVM, MAVTAVONIVM, & MAITAVONIVM, *inconſtante ſcriptura, opidum Galliæ Narbonenſis, inter Voconi Forum & Aquas Sextias. Itiner. Antonini.*

MANTEBRVM, *locus in codice Theodoſiano* 12. *titulo de Suſceptoribus.*

MANTEIVM, *opidum Aſiæ, in Ioniæ ora, Plinio. Eiuſdem nominis quoque Colophoniorum cognomine. in eodem tractu. eodem auctore. Vide* COMANA.

MANTHVRICI μανθουρικοι, *Campi ſic dicti, in Arcadia ſunt; auctore Pauſania, qui & Manthurenſes populos ibidem habet, Tegeatarum curiam.* MANTHYREA μανθυρέα, *Stephani puto.*

MANTHYREA, *vide* MANTHVRICI.

MANTIANA *Palus,* μαντιανὴ, *Straboni in Media eſt, Aſiæ regione. M. P. Veneto* Geluchalat *vocatur.* Actamar *hodie vocari, ſcribit Thomas Minadoius. Bap. Ramuſio videtur ex P. Gyllij deſcriptione, eam eſſe, quam Abylfedea in ſua Geographia* Argis *appellat. Nonnulli hunc lacum (vt Theuetus ſaltem dicit)* Van *vocant; Iudæi* Vanic, *Aethiopes* Abannas. MARIANE μαριανὴ, *Palus, aut* MARTIANA μαρτιανὴ, *fortè Ptolemæi eſt. Ex epiſtola M.S. Petri Gyllij, quæ apud me eſt, habeo hanc paludem octo magna flumina ingredi, nullumq; egredi, habereq; in ambitu iter octo quoque dierum. Quatuor habet M. Paul. Venetus Italicus. ſexcenta milliaria Latinus.*

MANTIENI μαντιηνοι, *Aſiæ montes, vnde Gyndes & Araxes flumina oriuntur. Herodoti Clio.*

MANTINEA *Plinio locus Peloponneſi, ad Sinum Argolicum; qui* Mantegna *à Nigro appellatur. Aliam præter hanc, habet Plinius Mantineam in Peloponneſo. Hæc quondam* ANTIGONIA ἀντιγονία, *dicta fuit. Plutarcho in vita Arati, Ptolemæo, & Pauſania teſtibus, Arcadiæ ciuitas eſt. Niger eam* Goriza, *ſed Zardus* Mundi *vocat. Leunclauius in Pandectis dicit eam quæ ad Argolicum ſinum eſt,* Mandigna *vocari; quæ in Arcadia autem* Mandi. *Addam his Gemiſti verba* ἀντιγόνεια ἡ καὶ μαντίνεια, ἢ περὶ τὰ Ιζεπανὰ παλαιοπολὶς.

MANTINIVM μαντίνειον, *locus in Cappadocia. Suidæ, & Socrati Scholaſtico, vbi plurimos Nouatianæ ſectæ addictos eſſe ſcribit.*

MANTINOM μαντινων, *ciuitas Corſicæ, apud Ptolemæum. In latere Orientali eſt.*

MANTITTVR μαντιτὺρ *Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs.*

MANTOLA, *vide* ALISVM.

MANTVA μάντυα, *Carpetanorum in Tarraconenſi Hiſpaniæ opidum, Ptolemæo. Hodie* Madrid, *aut veriùs* Villamanta, *locus non procul hinc, vt putat Montanus; item Tarapha, qui cum Villanouano ſcribit quoque* VISERIAM *olim dictam. ſed ſine auctore.* VRSARIA *lego in ſchedula M.S. D. Iacobi Delgadi.* MANTVA μάντυα, *Cenomanorum in Italia vrbs, Ptolemæo, Straboni & Plinio. Per* Y. μάντυα, *ſcribit quoque Stephanus.* GALATEAM *eam Virgilius vocat, allegoricè. vt Seruius annotauit. Hodie* Mantoa.

MANTVRANVM, *Tuſciæ locus. cuius memoria eſt in litteris Lud.* 1. *Imp. vt teſtatur Antonius Maſſa, in ſuo de Faliſcis libello. Ditionis Eccleſiæ Romanæ eſt. In Conciliorum opere eius non ſemel mentio. Sine* N. *in prima legit Sigonius de regno Italiæ, & Ducatus Romani facit.*

MANTZICIERTE, *vide* MARZICIERT.

MANVTHIS, *vide* MENVTHIS.

MANZERES, *vide* IVDÆI.

MAOCOSMOS, *vide* NASCVS.

MAON *Deſertum,* 1. *Samuel.* 23. & 25. *Palæſtinæ locus; Ioſue* 15. EMMA *eſt Ioſepho.*

MAPALIA *appellantur ſtata domicilia, in Cyrenaicæ regione,*

regione, auctor Mela. MAPPALIA geminato P. apud Victorem Vticenſem, locus D. Cypriani ſepultura clarus. MAPALITORVM μαπαλιτων, diœceſis memoria eſt in concilio Carthaginenſi III.

MAPETA μάπιτα, Ptolemæo eſt Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, ad Pontum Euxinum. Copo Mercatori.

MAPHA, 70. interpretibus locus Palæſtinæ, Ioſue 21. Vide MASPHA.

MAPHARTIS μαφαρτις, regio Arabiæ Felicis, contra fretum ſinus Perſici. Arriani Periplus. μαφοειται populi fortè, apud Ptolemæum.

MAPHORITÆ, vide MAPHARTIS.

MAPPALIENSES, populos Africæ quoſdam nominat D. Auguſtinus, Epiſt. 73. Vide MAPALIA.

MAPS μάψ, Idumææ opidum. Ptolemæus.

MAPVRA μαπȣ̃ρα, Indiæ vrbs, intra Gangem, Ptolemæo.

MARA μάρα, vna ex manſionibus Iſraëlitarum, in deſerto. Exod. 16. Num. 33. Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo 8. Geographiæ. Vide BARABA, MVZA, & RASALINA.

MARABINA μαράβινα, Africæ in Pentapoli regione opidum. Ptolemæus.

MARABIVS μαραβιος, Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius apud Ptolemæum. MARVBIVS legunt interpretes. ſic quoque Accurſius apud Ammianum. vbi alius MARACCVS eſt.

MARACA μαράκη, Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo. MARDACHE interpreti.

MARACANDA μαράκανδα, vrbs Sogdianæ regionis, Arriano & Curtio, μαργανδα, per G. legit Plutarchus 2. de Fortun. Alexandri. Idem lib. 1. corruptè vt exiſtimo. PARACANDAM Strabo nominat. MARACARDATOS μαρακαρδατοι, vocat eius populos. Petrus Perondinus putat Samarchanda hodie eſſe, quondam Magni illius Tamberlani patria, & regia. Hanc Chalcondilas Samrachatan appellat.

MARACCVS, vide MARABIVS.

MARACES, Aetoliæ populi, apud Plinium. vide MARACI.

MARACHE μαράχη, Indica vrbs, Stephano.

MARACI μαρακοι, populi in Græcia ſunt, auctore Xenophonte in principio 6. hiſtoriæ Græcor. Plinij MARACES puto.

MARACLEA, Phœniciæ maritima vrbs, iuxta Antaradum, verſus Septentrionem. Guil. Tyrius.

MARACODRA μαρακοδρα, Ptolemæo Bactrianæ vrbs.

MARADVNVM, Lycaoniæ vrbs, cuius Epiſcopum Seuerum vocat Balſamon, in epiſtola Baſilij ad Amphilochium.

MARÆOTIS, vide ARAPOTES.

MARAGA μαράγα, Ptolemæo, MARATA interpretibus, Arabiæ Felicis vrbs.

MARAGANDA, vide MARACANDA.

MARAGVINENSIS Epiſcopi Africæ, meminit Vict. Vticẽſ.

MARAHENSES, vide MARCOMANNI.

MARAI μαραι, Perſica gens videtur apud Strabonem. Sed MARDI putat legendum Caſaubonus.

MARAIOLICÆ, vide MAROIALICÆ.

MARALA, vide MEDALAA.

MARANDARA, vide MALANDARA.

MARANE, Arabiæ Felicis opidũ, in Rubro littore. Plinius.

MARANGA tractus, Ammiano: MARONSA vicus, eſt Zoſimo. Perſidis regionis locus.

MARANITÆ μαρανειται, gens Arabiæ Felicis verſus Arabici ſinus receſſum, nunc GARINDÆI γαρινδάιοι, illis dolo interemptis, locum poſſident. Strabo 16.

MARANTHESIORVM μαρανθησιων, meminit Goltzius, in ſuo Theſauro, ex Nummo Neronis. An à Marantheſio fortè, gentile?

MARANTHIS μαρανθὶς, Africæ vrbs: in Pentapoli regione. Ptolemæus.

MARANTIVM, Latini vocant opidulum Tuſciæ mediterraneum; quod vulgò Ripa maranſi appellant. Leander Albertus.

MARAPHIS, vide MARATHOS.



MARAMANIS, vide MANARMANIS.

MARASDI μαρασδȣ, Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo.

MARASIVM, vide MARRASIVM.

MARATE, inſula ante Corcyram. Plinius.

MARATH, (μαρερα 70. interpretibus) Iſraëlitarum manſio. Exod. 15.

MARATHA μαράθα, Arcadiæ vicus, apud Pauſaniam. Oſrhoena vrbs, in lib. Notit. vel Meſopotamiæ, vicina Samoſatenſibus, Metaphraſti in S. Daniele Stylite.

MARATHAI, vide MORASTHI.

MARATHESIVM μαραθησιον, Cariæ ciuitas, Plinio, & Stephano. Eidem eſt quoque Epheſiorum opidum. Samiorum vrbem in continente, habet Strabo. eadem cum Stephani fortè. item cũ Maratiſſa Thucydidis, aliorumq;.

MARATHI μαραθοι, vltra Tanaim gens. Athenæus 13. cap. 12.

MARATHON μαραθὼν, Atticæ Achaiæ vrbs, teſtibus Herodoto, Ptolemæo, & Pomponio. Maratona Nigro, Marathona Sophiano. Decem millib. paſſ. ab Athenis, Aemilio probo. Eſt quoque pars tribus Leontidis, Stephano. eadem fortè cum dicta Ptolemæi. Lutatio in 11. Statij Thebaidos, mons Atticæ regionis eſt: in quo Icarum occiſum tradit. Vide EVROTAS, MARATHVSSA, TETRAPOLIS, & FOENICVLARIVS Cãpus.

MARATHONIA μαραθωνία, Thraciæ opidum, haud procul ab Abdera, Stephano.

MARATHOS μάραθος, Acarnaniæ vrbs, apud Stephanum. Phœniciæ vrbs eſt Pomponio & Ptolemæo, quæ Margath Oliuario. Videtur à Tzetza Chiliade 12. numero 45. MARAPHIS μάραφις, nominari. inter Caſium & Libanum. vide EVROTAS.

MARATHVSA, Cretæ mediterranea vrbs eſt, apud Plinium. Sic quoque legendum apud Melam, pro Manethuſa, atteſtantibus veteribus codicibus.

MARATHVSSA μαραθȣσσα, inſula ante Clazomenas, Thucydidi, Stephano, & Plinio. Eſt & Atticæ locus, Straboni 9. MARATHON hæc alijs. Phocidis etiam vrbs, iuxta Anticirrham: eidem, ibidem. Vide MARATHESIVM.

MARATIANI, circa Sogdianam fortè populi. vt videtur apud Plinium.

MARATOCVPRENVM, Syriæ vicus, prope Apamiam: Syriæ, Marcellino 28.

MARATONYMA Regio, in qua Caſſius Vticenſis ſcribit ſe vites plantaſſe. & ex eadem ſe originem ducere addit. An in Africa?

MARATSEMERE ciuitas, vnde Domini noſtri tunica tranſlata fuit. ſi non errauerit Metaphraſtes, in Surij hiſtoria Sanctorum, ad finem menſis Auguſti.

MARAX, Libyæ gens. Lucano lib. 4. Vide MIRAX.

MARAZANA, Africæ circa Byzacenam regionem vrbs: D. Auguſtino & Antonino. etſi NAZARANA, in quibuſdam huius codicibus legatur. MAZRAZANA vocatur apud D. Cyprianum: & in opere Conciliorum.

MARBARIVM, vide MARMARIVM.

MARCALA μάρκαλα, Armeniæ Minoris vrbs, Melitenæ regionis, Ptolemæo. CARMALA legunt interpretes.

MARCALLA, vide MACRA.

MARCELLAM Ciuitatem Italiæ, habet D. Athanaſius, Tomo 2. cuius Epiſcopum Euſebium nominat. Circa Thraciam locus videtur, in Hiſtoria Miſcella 22. & 23. Ibidem quoque memoria Caſtri Marcellorum. Vide MARCILIANVM.

MARCELLI Fundus, vide MACELLVM.

MARCELLIANA, Africæ Propriæ ciuitas, apud D. Auguſtinum, & Cyprianũ, in concilio Carthaginenſi. MARCELLIANENSIS, & BAZITENSIS epiſcopus Lucidus eſt in collatione Carthag. MARCELLIANA Antonino Lucaniæ vrbs. parum (vt putat Cittadinus) vltra Atinam.

MARCELLIANENSIS, ſiue CLVSINATIS vrbis Epiſcopum Sabinum, habet lib. Decret. 1. Diſt. 54. Huius meminit quoq; lib. 22. Hiſt. Miſcella. circa Bulgariam.





MARCELLVM, vide MACELLVM.

MARCHADÆ, Troglodytici populi, in Africa; circa ſinum Arabicum. Plinius.

MARCHOMODES populos, à Traiano Imp. deuictos, habet Eutropius. In Aſſyria videntur. MARCHOMEDOS, & MARCOMEDES, & MARDOMEDOS, quædam exemplaria legunt. Poſtremam lectionem probo, conſtatam à Medis, & Mardis, qui in Media ſunt, Ptolemæo: in Aſſyriæ finibus. Horum quoque Sex. Rufus meminit.

MARCHVBII, Africæ Propriæ populi, Plinio. MALCHVBII, ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Ptolemæum. Fortè iidem. contiguæ ſunt enim hæ regiones.

MARCIA, opidum Bæticæ eſſe, quod hodie Marchena dicitur; ex antiquis eius loci marmoreis inſcriptionibus docet Carolus Cluſius. MARTIA per T legit Henricus Coquus. Coloniam facit Onuphrius, ex antiqua baſi.

MARCIA Aqua, Romani territorij, ex Fucino lacu promanare putant, vt ſcribit Strabo, 5. Vide AQVA MARCIA.

MARCIANVM, locus in Africa videtur, apud Auguſtinum, Epiſtola 247.

MARCIANOPOLIS, vide MARTIANOPOLIS.

MARCILIANVM, locus eſt ſuburbanus Conſilinatis vrbis, in Magna Græcia. vbi conuentus eſt frequentiſſimus totius Lucaniæ. qui LEVCOREA (LEVCOTHEA alius codex legit) quoque priſca ſuperſtitione, nomen accepit, vt ſcribit Caſſiodorus, lib. Variarum 8. ad Seuerum, vbi hunc locum eleganter depingit, & natale D. Cypriani dicit. vide LEVCOSIA.

MARCILLADA Colonia, circa Galatiam eſt Antonino. Sed Archelaida putat legendum Simlerus, ex Ptolemæo. Hæc Archelaus autem in Cappadocia eſt, multis paraſangis ab hac Marcillada.

MARCIMEN, vide MERCIMEN.

MARCINA μάρκινα, inter Strenuſas & Poſidoniam vrbs, in Italia. Strabo 5.

MARCINIACVM, locus circa Lugdunum eſt: in vita D. Anſelmi Archiepiſcopi.

MARCIS in littore Saxonico, Belgicæ Secundæ. lib. Notit.

MARCIVM μάρκιον, mons, Plutarcho in Camillo. METIVM, non procul à Lanuuio habet Liuius 6. ſed MARCIVM huius loco reſtituit Sigonius. Marcij meminit quoque Diodorus, ad finem 14. Ducentis ſtadiis ab Vrbe.

MARCIVS Saltus, in Liguria, ſic dictus quod Q. Marcius in Ligures Apuanos profectus; ab illis fuit in anguſtiis quibuſdam circumuentus. vt refert Liuius, Lib. 39.

MARCODAVA μαρκόδαυα, Ptolemæo Daciæ opidum. Marcoſzeck eſt apud Lazium hodie. Margoſeſt, idem alio in loco legit. Sed & alibi ſubdubitat num ſit Fileſia.

MARCODVRVM, Vbiorum vicus eſt, apud Tacitum. Duren hodie, Iuliacenſis ducatus vrbs, Rhenano & Diuæo. DVRIA Caſtrum vocatur à Reginone hiſtorico, & Aimõino.

MARCOLICA, nobilis Hiſpaniæ vrbs, apud Liuium 45.

MARCOMAGVM Vicus, LEGIO XXVIII. inter Treuiros & Agrippinam. Antoninus.

MARCOMANNI μαρκομαννοι, Germaniæ populi, Ptolemæo, Dioni Paterculo, Eutropio, Capitolino, Lampridio, & Vopiſco. Vel MARCOMANNIA Regio, vt etiam Iulius Capitolinus habet. Merhern hodie eſt, Dubranio & aliis teſtibus. MARAHENSES vocat Regino.

MARCOMEDI, vide MARCHOMODES.

MARCOPOLIS ciuitatis, meminit concilium Chalcedonenſe. In Aſia Propria alicubi ſita, vt puto. Apud Guil. Tyrium circa Meſopotamiam videtur. eam namque ſub Edeſſeno epiſcopatu locat. vide ARTAVNVM.

MARCVLITANVM, locus Numidiæ epiſcopalis. Victor Vticenſis. An fortè corruptè pro Maſculitanum?

MARDA, mons excelſus, circa mare Mortuum. In vita Euthymij Abbatis. MARDES eſt apud Io. Moſcum in Prato ſpirituali.

MARDACHE, vide MARACA.



MARDAITÆ, gens in Libano degens. Cedrenus, Zonaras, & Hiſtoria Miſcella. Pyratæ interpretatur Beluacenſis, lib. 24. cap. 117. Speculi Hiſtorialis.

MARDANDVS, Villa Ciliciæ, decem M paſſ. ab Ægina, (Aegæ fortè) vt habet Ioan. Moſcus, in ſuo Prato ſpirituali.

MARDANI, vide ARABIA.

MARDARA μαρδάρα, Ponti Cappadocici vrbs, Ptolemæo. Armeniæ Minoris, eidem.

MARDE μάρδη, Aſſyriæ vrbs, Ptolemæo, ad Tigridis ripam. Merdino apud Onuphrium in vitis Pontificum.

MARDENAM regionem habet Ptolemæus in Perſide.

MARDES, vide MARDA.

MARDI μάρδοι, Hyrcaniæ populi, apud Strabonem, Suidam, Stephanum, & Curtium. Ptolemæus habet Mardos in Armenia Maiore. & in Media. Sunt etiam Perſiæ populi, apud Herodotum, & Arrianum de Indicis: quẽ eos latrones eſſe addit. ſed eodem quoq; auctore 4. Alexandri, ſunt etiã in Hyrcania. Strabo eos item in Media deſcribit. vbi eos ex rapto viuere ait. Mardos collocat Plinius ad mare Euxinum, in Sarmatia Aſiatica. Idem quoque circa Suſianam. Vide MYGDONIA, AMARDI, & AMBRI.

MARDOCÆA, vide AMORDACEA.

MARDONIA, vide PANDOSIA.

MARDVLAMNE μαρδȣλάμνη, ciuitas Taprobanæ, Ptolemæo. MORDI legit interpres.

MARDVS μαρδος, Ptolemæo, & Dionyſio Afro, Mediæ fluuius, in Caſpium mare erumpens: AMARDVS Ammiano eſt, & Ptolemæi interpretibus. Vide MARGVS.

MARDYENI μαρδυηνοὶ, Sogdianæ populi, apud Ptolemæum. An Mandraeni Plinij? vide AMBRI.

MARE, vide TIMAVVS, & THALATTA.

MARE GRÆCVM, vide ÆGÆVM.

MARE MAGNVM, vide INDICVM.

MARE MEDITERRANEVM, quod Africam à noſtra Europa ſeparat, MARE MAGNVM, & NOVISSIMVM, item OCCIDENTALE, in Sacris litteris: MARE INTERNVM, Plinio: & Straboni ἐντός: cui, & Liuio, MARE NOSTRVM quoque appellatum. INTESTINVM Floro dicitur. MARE TYRRHENVM vocat Oroſius, partem pro toto accipiens. HESPERIVM MARE etiam vocatur Euſtathio. Arabibus Bohar Rumi dicitur, Marmolio teſte. A Turcis Acdenizi, à Græcis Aſpra thalaſſa nominari, ait Leunclauius, & Mare album ſignificare addit. Video ab Hiſpanis Mar de Leuante (quod ſonat Orientale) vocari. Alia hodie, vti & olim, vocabula, ſecundum regiones quas alluit, ſortitur plura. SEMMI Arabibus vocari obſeruaui in libello de Proprietatibus Elementorum, falſò Ariſtoteli tributo, in huius operibus Venetijs excuſis.

MARE PARVVM μικρὰ θάλαττα, Agathiæ 3. lacus in Pontum Euxinum delabẽs. Prope Phaſidem videtur. Vide THALATTA.

MARE RVBRVM, Græcis ERYTHRÆVM; Dionyſio ÆTHIOPICVM, Plinio & Melæ INDICVM, & Herodoto in Melpomene PERSICVM appellatur. (Perſæ (inquit Plinius) Rubrum mare ſemper accoluere.) Inter Africam & Taprobanam inſulam, Aſiæ Meridionalem partem alluit. Strabo illud ſub ATLANTICI nomine comprehendit. Huius pars, quæ Perſiam & Arabiam Felicem lambit, AZANIVM apud Plinium lib. 6. cap. 24. nuncupatur. Dom. Niger ſcribit etiamnum ſic nominari: ipſe viderit. Credo à Luſitanis Mar d'India dici. Maris Rubri vocabulum tam latè apud bonos auctores extendi fugit doctiſſ. Guilandinum, in ſuo de Papyro libello, vbi Euſtathium reprehendit, quòd ſcribat Indiam ad Rubrum Oceanum pertingere. Item Martinum Delrio, apud quem malè audit Seneca Troas, quòd dicat:

Tepidum rubenti Tigrin immiſcet freto.

Sed hic error his communis eſt cum illis qui Mare rubrum tantũ pro Arabico Sinu intelligunt, idq; malè: teſtibus enim Plinio, & ex eo Solino. quibus mare Rubrum in duos diuiditur ſinus, in Arabicum & Perſicum nempe. Indũ quoq;

Tigrim & Euphratem flumina in Mare Rubrum ſe exonerare, tradunt claſſici auctores omnes: at nullum horum in ſinum Arabicum. Apud P. Oroſium 1. hæc ſunt verba, à Rubro mari, id eſt, Oceanus. ergo extra ſinum. Immo teſte Liuio 45. mare Rubrum Indiam vſque eſt, qua terrarum vltimus finis. Alium, ab hoc Maris rubri, ſinum nominat Sineſius, Epiſtola 51. vbi hæc lego, Quum ſoluiſſemus ex Phycunte ſub auroræ initium, ad crepuſculum ſerotinum ſinui maris Rubri applicuimus. An eum ſinum velit ad quem Erythra locum Aſricæ, in Cyrenaica regione? Aut hic idem eſt, aut huius locum me ignorare lubens fatebor. vide PERSICVS SINVS.

MAREDESSVM, loci nomen, in nummo Antonini Britannici. cuius Goltzius meminit in ſuo Theſauro: ΚΟΛΩΝ. ΜΑΡΕΔΕΣΣ.

MAREIA μάρεια, Thucydidi vrbs Ægypti eſt, ſupra Pharum iuxta Alexandriam. pagum facit Athenæus. μαρίαν vocat Diodorus 1. μαρέη eſt in Euterpe Herodoti, qui eam Aegypti vrbem, circa Libyæ fines facit. Vide ARAPOTES.

MARENE Regio, Liuio 42. Circa Macedoniam & Thraciam videtur.

MARENSIS Epiſcopus, Robertus. Decret. 1. Diſt. 55.

MAREON, vide SAMARIA.

MAREOTICA Lacus, in India, vnde ebenus arbor: ſi fides Iſidoro 17. cap. 7.

MAREOTIS, Aegypti pars, Seruio, & Ptolemæo. Huic quoque vicus eſt Libyæ Nomi. Epiſcopalis ſedes eſt, apud Nicephorum Calliſtum.

MAREOTIS Libya, vide MARMARICA.

MARES μαρες, gens vicina Moſinœcis, Herodoto & Stephano. Vide MARRIS.

MARESA, vrbs in Tribu Iudá, vti habetur in Sacris litteris. Ioſue 15. vrbs à Salomone exſtructa, 2. Paralip. 11. Michææ Prophetæ patria, teſte D. Hieronymo. Abeſt ab Eleutheropoli bis mille paſſuum, vt ſcribit Euſebius. Hanc Beniamin BETHGEBARIN vocat. Et Mariſſa Ioſephi. Antiq. 14. cap. 8. & MIRISA corruptè Egeſippo. Vide MORASTHI.

MARESIA, vrbs Ciliciæ videtur, apud Guil. Tyrium.

MARETH, Palæſtinæ locus, Ioſue 15.

MAREV, inſulæ aquoſæ, in Arabico ſinu. Plinius.

MAREVM, vide BALÆVM.

MAREVRA μαρευρα, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptolemæus. Hæc MALTHVRA quoque, ſi eius interpretibus creditur.

MARGÆÆ μαργαῖαι, Elidis vrbs eſt apud Stephanum. pro quo MARGALÆ apud Strabonem, putat Caſaubonus.

MARGALÆ, vide MARGÆÆ, & ÆPY.

MARGANA μαργανα, Indica vrbs, Stephano. & Taprobanæ inſulæ, Ptolemæo. Item Elidis in Peloponneſo. teſtis Diodorus 15. MARGANEA videtur Xenophonti.

MARGARA μαργάρα, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs; circa ipſum fluuium. Mognan Caſtaldo.

MARGARIASSVS, Cappadociæ vicus. patria S. Theodoſij cœnobiarchæ. Simeon Metaphraſtes.

MARGARVM, vide NARGARA.

MARGASA μάργασα, prope Pyramum Ciliciæ locus, videtur apud Strabonem. Sed MAGARSA mauult legere Caſaubonus.

MARGASI μάργασοι, Mediæ gens, Ptolemæo.

MARGASTANA μαργαστανα, ſinus Perſici exigua inſula. circa oſtia Aroſis fluminis. Arrianus in Indicis.

MARGIANA μαργιανὴ, tractus Mediæ Ptolemæo, aliiſq́; Ieſelbas Caſtaldo: Tremigan Pineto. Vide BACTRIANA, & OCHVS.

MARGIDVNVM, Angliæ vrbs, Antonino. Margedouerton Camdeno. MARGITVDVM in alio codice.

MARGINIA, circa Ochum & Oxum flumina vrbs. Q. Curtius. 7. Pro ANTIOCHIA Margiana habeo, in Margiana regione. & MARGIANA reſtituo.

MARGINOS, locũ Italiæ habet Quintilianus 7. Orator. 3. Patriã Cluſinij Figuli, Virginiæ F. Scriptura haud fida vereor.

MARGION, vide APOLLONIA.

MARGIS, Dardanorum in Mœſia Europæa fluuius, Plinio. MARGVS fortè Marcellini Comitis, & Caſſiodori. Et Strabonis quoque, ni fallor. Vide BARGVS.

MARGVM in lib. Notitiar. AD MARCVM Antonino. MVRGVM legit Eutropius, & Euſebius. Moeſiæ opidum inter Viminatium & Aureum montem. Carinum Imp. hic occubuiſſe tradunt Eutropius, Caſſiodorus, & Iornandes. Idem Iornandes, & Marcellinus Comes hoc opidum Margum-planum vocant. illudq́; ſtatuunt inter Danubium & Martianum flumina. Sed & eodem tractu, MARGVM pro flumine, agnoſcunt Caſſiodorus, Marcel. Comes, & Aethicus. Lazius tamen 12. R. P. Romanæ ſubdubitat, num hoc Margoplanum idem ſit cum MARTIS Caſtris. CONTRAMARGVM habet quoque in Moeſia I. Lib. Notitiar. Vide MVRTIVS.

MARGVCINI, vide MARVCENI.

MARGVS μάργος, Margianæ fluuius. Ptolemæus. Vide MARGIS, & BARGVS.

MARGYLIA, vide BARGYLA.

MARHVGIA, vide BACMA.

MARIA, Pintiano æſtimatore locus eſt Bæticæ, non longè à Corduba, à quo putat Marianos montes nomen habere. Vide eius Obſeruationes in Plin. 34. cap. 1. vbi hæc verba: Celebritas in Aſia. Pro Aſia, ille Maria legit, ex antiquo codice. Vide MAREIA.

MARIA, vel S. Maria: opidum Anniacæ regionis. Curopalates. Vide ARAPOTES, & MAREIA.

MARIA Aqua, ab Auguſto in vrbem deducta. teſtis inſcriptio Ancyrana, à Busbequio in noſtrum Orbem perlata. Pro MARTIA autem, interprete I. Lipſio.

MARIABA, omnium Arabiæ Felicis opidorum regina; vt Plinius ſcribit, qui illud in Calingis ponit, & BARAMALACVM cognominat. Straboni μαρίαβα, in Sabæis eſt. Idem quoque per E. in prima ſcribit. MARIAMA μαριαμα, Ptolemæi eſt, vt Hermolaus ſentit. Vide SABA.

MARIANA, vide MARIABA, & MARIAMNIA.

MARIAMNIA μαριαμνια, Phœniciæ vrbs, Stephano. μαρίαμμ, Ptolemæo eſt. Gemino M. ſcribit Arrianus. MARIAMNITANI, fortè Plinij. Syriæ primæ, eſt in Nicæno concil. in alijs autem Syriæ II.

MARIAN μάριαν, perfodiſſe Amaſin Aegypti regem, ſcribit Tatianus contra Græcos. In Margine μαρία erat. Vtrumque mihi ignotum.

MARIANA μαριανὴ, Corſicæ inſulæ vrbs, & colonia, Plinio, Melæ, & Ptolemæo. MIRIANA, Antonino. Cabo S. Maria Pineto. MARIANA Villa, in Latio. Hodie Marino, aut Zagarolo eſt, Blondo & Leandro auctoribus. MARIANA Antonino, vrbs Hiſpaniæ inter Emeritam & Cæſaraugustam. Suburbium ſic dicitur Byzantinum, vel Nicomedienſe, quod habet Georg. Alexandrinus in vita D. Chryſoſtomi.

MARIANDYNI μαριανδυνοί, Bithyniæ populi, Straboni lib. 8. Mariandeni per η. in penultima, legit Ptolemæus. MARIANDYNÆI Mela. μαριανδυνοὶ Orpheus. DONIFEROS, vocatos ab Euphorione, ſcribit Athenæus lib. 6. cap. 7. MARIANDVNVM regio, eſt apud Stephanum, & Val. Flaccum. & MARIANDINVS Sinus, apud Plini, & Herodotum. Vide BVCCELLARIOR.

MARIANE μαριανὴ, Aſiæ palus, Ptolemæo. Lago de Bendemal Caſtaldo. Vide MANTIANA.

MARIANI, vide CERNETANI.

MARIANVM μαριανὸν, promontorium, & vrbs, Corſicæ. Ptolemæus. Vide MARINVM.

MARIANVS μαριανὸς, Mons in Hiſpania Bætica. Ptolemæo. Sierra Morena hodie dici, ſcribunt Amb. Moralis, & Florianus. MARIANI plurali numero, legit Plinius lib. 3. cap. 1. etſi ARIANI in nonnullis excuſis exemplaribus corruptè reperiatur. MONS MARIORVM eſt apud Antoninum. Nebriſſenſis dicit à Ptolemæo hos montes corruptè TEMERIANOS vocari. Sed ex malis interpretibus, qui articulum τε vocabulo annexere, non ex ipſo Ptolemæo hoc eum habere credo.





MARIAS, vide ARAPOTES.

MARICA Silua, in Campania, vbi Marica nympha ſepulta eſt: Vibio, & Auguſtino de Ciuitate Dei. Ad oſtia Lyris fluuij fuiſſe, vbi ſunt Minturnæ, ſcribit Pomp. Sabinus, ad 7. Aeneid. MARICÆ lucus eſt apud Liuium 27. & Plutarchum, in Mario. MARICÆ Paludes, vbi Marius ſe abdiderat, & à Sullæ militibus extractus fuit. Vell. Paterculus. Maricæ meminit Lucanus & Horatius. cuius interpres Acron pro flumine intelligit. vt quoque Martialis 10. An circa Circæum? Circen enim poſt mortem, Maricam dictam, ex Lactantio habeo, falſæ religionis 1. cap. 21.

MARICI, Italiæ populi, qui Ticinum condidere, apud Plinium. Poſterorum ætate MARINGI dicti fuere; vt tradit Merula. Circa Alexandriam de la Paglia dictam, ſedes habuere, in opido Marico, deſtructo & collapſo. Sed etiamnum exſtat in eodem tractu Caſtellum Petra de Maricis dictum.

MARICVS Mons, circa Sueſſanum: eſt apud Aggenum, de Limitibus agrorum. Circa Maricam ſiluam. Niſi potius Maſſicus fuerit legendum.

MARIDE, vide MIRIDE.

MARIDVNVM μαρίδουνον, Demetarum in Britãnia vrbs, Ptolemæo. Caermardin Camdeno, & Priſæo eſt. Caer vrbem ſignificat antiqua Britannica lingua. MVRIDVNVM Antonini eſſe, idem, & Dauid Powellus adſerunt.

MARIGERI, Aethiopiæ ſub Ægypto populi. Plinius.

MARIMATHA μαριμάθα, Arabiæ Felicis opidum, Ptol.

MARINA, vide CERATÆ, & CERNETANI.

MARINANA, vide MARINIANÆ.

MARINCVM Nemus in Lombardia, vbi Lambertus Imp. occiſus. Onuphrius, & Sigonius.

MARINIANÆ, Pannoniæ vrbs: Antonino. MARINANA, lib. Notitiar. CASTRA MARCIANA apud Marcellinum, vt Lazius tradit. & Marchburg hodie dici credit.

MARINIANI, Vide CERNETANI.

MARINVM μάρινον, Vmbriæ vrbs apud Strabonem 5. quæ hodie S. Marini vocatur. Quo loco interpretes non ſine errore Camarinum fecere. vt docet Cæſar Orlandius in Senæ Antiquitatibus. Hoc Marinum puto MARIANVM nominari à Diacono 3. Longobardicor. vbi ſynodum habitam ſcribit. Niſi ſit illud quod Scipio Mazzella Marigliano nominat haud procul ab Auerſa in Cãpaniæ regione. quod ipſe Marianum & Merlianũ dictum tradit. vel potius Roccha di val di Marino, in agro Treuiſano, quod mihi veroſimilius. omnes enim epiſcopos in hoc ſynodo nominatos, huius tractus fuiſſe video.

MARINVS LACVS λιμνοθάλασσα, Herculis Portui proximus, in Tuſcia, vt Strabo eum deſcribit, lib. 3. Lago d'Orbitello hodie vocatur, vti ex Tabulis colligo.

MARIONIS μαριωνίς, Germaniæ ciuitas apud Ptolemæum. Pet. Appianus Luneborg ex ea facit. MARIONIS altera, eiuſdem tractus vrbs, apud eundem, Sberir interpretatur Villanouanus, Sundis verò, in Pomerania, Althamerus. ego malim Lubeck.

MARIS μάρις, Thraciæ palus. in Ciconibus, à quo Maronea vrbs. Stephanus. Eſt & fluuij nomen in Mœſia Europæa, Agathyrſorum, Herodoto.

MARISBA, Troianis amica ciuitas. Dict. Cretenſis 2. Malè pro ARISBA. M. enim ad finem præcedentis vocis pertinet. Vide ſimile in COMBOS.

MARISCA, vide TRANSMARISCA.

MARISSA μαρισσα, 13. Antiq. cap. 23. & 1. belli Iud. cap. 2. Ioſepho, Idumeæ opidum. Vide MARESA.

MARISVS μαρισος, Straboni Getarum fluuius, qui in Danubium labitur. PARISVS fortè idem, apud eundem. Rhenanus putat eundem à Tacito MARVS dici, Sambucus ſcribit eum ab Hungaris Maros, à Germanis verò Maerisch appellari. Plinio AMOROIS dicitur, teſte dicto Rhenano. MORVS in Baſilienſi editione legitur, libro 4. cap. 12. MARIS Herodoti, videtur Lazio.

MARITHA μάριθα, Arabiæ Felicis mons Ptolemæo: Martimos vocatur in recentiorum tabulis.

MARITIMA Colonia, μαριτίμα, Galliæ Narbonenſis vrbs Anatilorum, Ptolemæo, vel, vt Plinius legit, Anaticorum. Mela ſcribit eam Auaticorum ſtagno aſſidere. Martegue Ioan. Poldo eſt. Vide CVPRA, HIERA, & ASTROMELA.

MARITIMÆ Alpes, vide LIGVSTICI.

MARITIMÆ Stationes, ὕφαλοι ὅρμοὶ, Cyrenaicæ regionis, in Africa. Ptolemæus. Salinæ Marmolio.

MARITIMVS CIRCVS, locus ſic dictus in Anagninis. vbi concilium habebant Hernici. Liuius 9.

MARIVM μάριον, Stephano & Plinio, Cypri inſulæ vrbs. poſtea ARSINOE vocata: eodem Stephano teſte. Marium Vaſilipotamo interpretatur à Porcacchio.

MARIVS μάριος, Laconicæ opidum liberum. Pauſanias.

MARMA, Arabiæ Felicis vrbs: in Rubro littore, Plinio. Phœniciæ quoque vrbs: apud Stephanum, μάρμη.

MARMACES μάρμακες, Aethiopica gens. Steph. ex Hecatæo.

MARMARA, Syriæ aut Euphratenſis vrbs. lib. Notit.

MARMARES μαρμαρεις, Ciliciæ gens, & vrbs: ad extrema eius regionis, verſus Aſſyriam. Ab his Alex. Magnus laceſſitus, eos profligauit. Diodorus 17. An à MARMARA gentile?

MARMARICA μαρμαρικὴ, Africæ regio, Ptolemæo, quæ Plinio MAREOTIS LIBYA dicitur. Hodie Barcha dici video. Sed BARCAM etiam olim vocatam autumo, ex Virgilio, cùm inquit, Lateq́; furentes Barcæi, à Barce fortè regionis opido, quod poſtea Ptolemais dictum fuit. Habet etiam Ptolemæus BARCITAS βαρκῖται, & Syneſius BARCÆNOS βαρκαῖνοι, populos hoc tractu. At licet Barce opidum, & Barcitæ populi (quos eoſdem credo cum Barcæis Virgilij) in Pentapoli regione à Ptolemæo conſtituantur, & non in Marmarica, parum referre videtur: nam Marmaricam ſub Cyrene, cuius pars Pentapolis eſt, comprehendi, ex Strabone & Pomponio liquet, qui Cyrenen ad Aegypti Catabathmum & Nilum fluuium extendit. Vterque etiam Marmaridas populos, μαρμαρίδαι, ſub Cyrene regione complectitur, ſed marmaricæ regionis neuter meminit. Marmarydas hos populos, Herodotum ADYRMACHIDAS ἀδυρμαχίδαι, appellare puto, in Melpomene, vbi dicit hos ab Aegypto ad Plynum vſque pertingere.

MARMARITANI, vide AMASIA.

MARMARIVM μαρμάριον, Euboëæ opidum: Straboni, & Stephano. Circa Macedoniam locus eſt Cedreno. apud Oſtrobum. MARBARIVM per B. hoc loco habet Gabius, apud Curopalatem.

MARMAX μαρμαξ, Fluuius in Peloponneſo, Elidis regionis. Pauſanias.

MARMARIDÆ, vide MARMARICA.

MARME, vide MARMA.

MARMISVM μαρμίσον, Pagus apud Gergitionis opidum: quod olim fuit in finibus Troadis, Tempore Cyri & Solonis, ſicut ſcripſit Heraclides Ponticus. Ex Marmiſo erat oriunda Sibylla Helleſpontia. Hæc ex M. Antimachi præfatione in Oracula Sibyllina. & ſimilia habet Suidas. MARPESSVS fortè legendum. quod vide ſuo loco.

MARMOLITÆ regio, μαρμολῖτις, Galatiæ, verſus Bithyniam. Strabo 12. Alia lectio eſt μαρμῶσα.

MARMVSIS, vide MARMOLITÆ.

MAROBVDVM, vide BVBIEMVM.

MAROGA, vide MARORA.

MAROHÆ, Plinio ſunt Indiæ populi.

MAROIALICÆ Thermæ, de quibus Pontius Paulinus, in epiſtola ad Auſonium. Cumq́; Maroialicis tua prodigis ocia thermis. Ad Pyrenæorum montium radices putat Vinetus. MARAIOLICÆ vocatur apud Auſonium. Epiſtola 15. MAROILENSEM Vicum habet Aimoinus. Hiſtor. 3. MAROIALENSEM Greg. Turonenſis 7. in agro Turonico: in quo S. Martini reliquiæ.

MARON, & GEMELLI Colles. Neſcio vbi ſint. De his ſic Plinius 3. cap. 8. Aetnæ fragor peruenit ad Maronem & Ge-

& Gemellos colles. In Sicilia fortaſsè, vt mihi videtur ex his Maurolici, in ſuo Martyrologio: *Vnum quoque ex meo cœnobio S. Mariæ à partu, quod ſub Marone monte, Gemelliſq́ collibus poſitum eſt.*

MARONEA μαρώνεια, Thraciæ vrbs Ptolemæo. quæ prius ORTAGVREA, Plinio teſte, appellata fuit. Et ab Homero ISMARVS ἴσμαρος, dicta, vt Heſychius, & Suidas auctor eſt; item Iſacius, in Lycophronem, an rectè, neſcio. Plinius certè duas diuerſas Thraciæ vrbes facit. Hanc Maroneam, HIPPARCHIAM poſtea dictam fuiſſe, legitur in Diogenis ad huius ciues epiſtola; quæ inter Laconicas habetur. CINOSSEMA quoque Georgio Cedreno nũcupatur. in Rhodopen regionem deſcribit eam Epheſinum concilium. Hodie Marogna vocatur, vt Sophianus & Niger docent, aut Marolia, vt placet Leunclauio. MARONIA, etiam Atticæ locus: Demoſtheni, vbi metalli fodinæ. Italiæ quoque vrbs in Samnitibus eſt, Liuio 27.

MARONIAS μαρωνείας, Ptolemæo Syriæ ciuitas, Chalcidicæ regionis. Bellonius ſubdubitans, ſcribit hodie Marat dici. MARONIA vocatur à D. Hieronymo, diciτq́ vicum eſſe, & diſtare ab Antiochia XXX. ferme millibus, verſus Orientem. Sed videtur alia à Ptolemæi Maroneia.

MARONIS Eccleſia, ſiue epiſcopatus, eſt apud Calliſtum. MARONENSIS epiſcopi, in Sitiphenſi Mauritania, meminit Victor Vticenſis.

MARONITARVM Rhodiæ prouinciæ memoria eſt in Synodo V. Conſtantinopolitana.

MARONSA, vide MARANGA.

MARORA μάρωρα, Sargarauſenæ in Cappadocia vrbs: Ptolemæo. MAROGA, legunt eius interpretes.

MAROS, loci nomen: Polybio 9. Vbi Timæus Neptuni templum ſpoliauerit. In Græcia, ni fallor. τεμάρῳ habet Græcus codex. Tænaro putat legendum Fuluius, cui lubens adſentior. in Tenaro enim, vt Pauſanias auctor eſt, templum habuit Neptunus. MAROS quoque Thraciæ mons ad Iſmarum vrbem, ſi Pomp. Sabino creditur: in 5. Æneidos. Sed corruptè, pro Iſmaro. vt mihi perſuadeo.

MARPESIA Cautes, vide CAVCASVS.

MARPESSA μάρπησσα, Pari inſulæ mons; Stephano, Seruio, & Vibio. Marpeſia Cautes, apud Virgilium.

MARPESSVS μάρπησσος, Ida in Phrygia vrbs; apud Pauſaniam in Phocicis. quã 240. ſtadiis ab Alexandria Troadis, circa Ladonem fluuium deſcribit. Circa Gergithum opidum, in agro Troiano eam ponit Lactantius; vnde Sibyllam Helleſpontiacam ortam ſubiungit. MARMISVM, & MERMESSVM, cum hoc MARPESSO ſynonima eſſe reor.

MARRA, vide CASARDA.

MARRAGATÆ, vide MESSABATÆ.

MARRASIVM μαῤῥάσιον, Perſidis opidum: Ptolemæo. Vno R. legit idem lib. 8.

MARRICHE μαῤῥίχη, Parthiæ opidum. Ptolemæus.

MARRIS Silua, circa Meſopotamiam eſt Guil. Tyrio, 16. cap. 29. MARES etiã vrbs, circa eundem tractum: eidẽ.

MARRVBIVM, vide MARVVIVM.

MARRVCINI, vide MARVCENI.

MARSACI, & MARSATII, vide MASACI.

MARSANVM, vide MESSAPIVS.

MARSAQVEVS natione, eſt apud Goltzium: ex veteri inſcriptione.

MARSENSIS Opidi, mentio in Epiſtola Maximi Imp. ad Valentinianum Aug.

MARSI, Tacito Germaniæ populi, Oetmarſen opidum Friſiæ, in Tuentiæ regiuncula hodie videtur. μαρσοὶ, Italiæ etiam populi; apud Ptolemæum, Plinium, Strabonem, Cæſarem, & Liuium. Hos (vt Pſylli in Africa) ſerpentibus medentes, ſcribit Soſipater. Montes in Italia ſunt; Columellæ 6. Vide ABELLINATES, & TVSCIA.

MARSIAS, vide BAARSARES.

MARSIGNI, Germaniæ populi, apud Tacitum. MARVIGNOS μαρούιγνοι, Ptolemæi, eoſdem eſſe putat Althamerus.

MARSIPPVS μαρσίππος, Stephano Phœniciæ opidum.

MARSOG μαρσωγ, & ANGON ἄγγων, locorum nomina, quorum mentio fit in Sibyllinis oraculis, lib. 3.

MARSONIA μαρσονία, Pannoniæ Inferioris vrbs: Ptolemæo. Vide TAVRVNVM.

MARSVS Municipium, Libro de limitibus. An Marſorũ.

MARSYA μαρσύα, Phœniciæ vrbs: Straboni & Stephano. item Polybio 5. inter Libanum & Antilibanum montes. dicitq́ locum eſſe anguſtum, & paluſtrem; vbi calamus aromaticus prouenit, inter Brochum & Gerram opida. Vide LYCVS.

MARSYABA μαρσυαβα, Rhamanitarum vrbs, in Arabia Felici videtur, apud Strabonem 16.

MARSYAS, de quo hoc Plinius: *A Samoſatis latere Syriæ, Marſyas amnis influit. huius Martianus & Ammianus 23.* quoque meminit. Idem videtur cum SINGA σίγγα, Ptolemæi. Vide eius tabulas. Alius MARSYAS qui primùm MIDÆ FONS dicebatur, vt ſcribit auctor de fluminibus. Hunc Xenophon lib. 1. Cyri expeditionis deſcribit prope Thymbriam ciuitatem, in Aſia Minori; circa Phrygiam vel Troadem regionem. & in Mæandrum ſe exonerare in Celænarum vrbe ſcribit. Et hic eſt MARSYAS de quo Liuius 38. hæc: *Marſyas amnis haud procul à Mæandri fontibus, famaq́ ita tenet Cælenis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe.* Hoc Marſya flumine Apamea cingitur; teſte Plinio 5. cap. 29. Celenas interfluit, Curtio 3. & Arriano 1. Mæandrum & Marſyam ex eodem fonte oriri, auctor eſt teſtis oculatus Maximus Tyrius, Sermone 38. Eadem refert Claudianus 2. in Eutropium. Adhibe his quæ habet Caſaubonus ad 12. Strabonis. cui adſentiri videtur Arrhianus 1. Adde his quæ habet Plutarchus de Montib. Poſtquam hæc ſcripſiſſem incidi in Commentaria Caſauboni ad 12. Strabonis, quæ huc adhibenda. MARSYAS quoque Cœleſyriæ tractus, Straboni 16. in qua Chalcis vrbs. Vide LYCVS.

MARTENA, caſtrum in Illyrico, vbi Cemandri habitant. teſte Iornande. MATERNA legit Lichtenauius. & MARCENA Lazius 12. R.P. Romanæ, qui Margburgum Styriæ interpretatur.

MARTENSES, ſunt in Armoricano tractu: vt habet Lib. Notitiarum.

MARTHA, locus inter Coſam & Romam. Antoninus. Non eſt fluuij nomen, vt Leander putat.

MARTHAMA μαρθαμά, Africæ Propriæ vrbs. Appiano, in Punicis.

MARTHVLA μαρθούλα, Ptolemæo Ponti Cappadocici opidum.

MARTIA, vide MARCIA.

MARTIACI loci, meminit Codex Theodoſianus 10. Titulo de metallis.

MARTIALIS, vide ONOBA, & VIOLASCENSIS.

MARTIANA Silua in Germania eſt, Ammiano. Schwartſwaldt vulgò vocant. ex quo NIGRAM Siluam faciunt Latini iuniores. Peucerus & Althamerus putant idem eſſe cum Ptolemæi EREMO Heluetiorum. Vide MANTIANA, & HERCYNIA.

MARTIANÆ, locus Flandriæ, ad Scarpam fluuium. Marchiennes vulgo. In vita S. Amati.

MARTIANOPOLIS vrbs, apud quam multa prœlia habuit Claudius Imp. vt refert in eius vita Treb. Pollio. In Mœſia Zoſimo eſt. Ad Pontum Euxinum, inter Odyſſum & Anchialum opida, Antonino. A ſorore Traiani Imp. ita cognominatam, ſcribit Ammianus. Per C. Marcianopolis ſcribendum ea ratione. Huius meminit quoque Suidas, in voce Scythæ.

MARTIANVM, flumen Pannoniæ habet Iornandes, inter quod & Danubium, Margum Planum opidum ſtatuit. Sed MARGVM Flumen habet alius codex.

MARTIE, Hiſpaniæ locus, inter Bracaram & Aſturicam. Antoninus.

MARTINI μαρτῖνοι, Arabiæ Deſertæ gens: apud Ptolem.

MARTINOPOLIM, nominat Merſburg Saxoniæ vrbem; Otto Friſingenſis. Vide TVRONES.





MARTIS Caſtra, locus Ammiano ad Danubium in Pannonia videtur. In Myſia ponitur à Sozomeno, κασσά μαρτις vrbs. Marotha opidum, eſt Lazio. ſupra Sirmij veteris rudera: ad confluentis Bozathiæ & Valconis amnium. Vide autem MARGVM. MARTIS Fanum, in inſula deſerta Euxini maris, Apollonio. Etiam ſecundo ab Vrbe Roma lapide: Appiano 3. Ciuilium. MARTIS Fons, in Bœotia, circa Thebanos, Pauſaniæ, Apollodoro, & Placido in tertium Metamorph. MARTIS Lacus, in agro Cruſtumino. Liuius 41. in quo lapidem de cælo decidiſſe ſcribit. MARTIS Silex, locus in Latio, Liuio 10. ſub finem. MARTIS Templũ. Vide PHRYXI. MARTIS Tranſitus, vel Traiectus, ἄρειος πόρος, Pindaro in Nemea, locus Siciliæ eſt: iuxta Elorum amnem, vbi Chromius Gelonem regem fudit. MARTIS Vertex, vide COTTIÆ. MARTIS Villa, in via Appia, vbi Ael. Donatus hortulos habuiſſe ſcribit Terentium. MARTIS Villa, Liguriæ in Apennino, Pertinacis Imp. patria: teſte Capitolino. Puto circa Albam Pompeiam fuiſſe, ex eo quod ſcribat Dion hunc natum ex Alba Pompeia: in cuius fortè agro erat hæc Martis villa. Vbertus Foglietta ipſe Ligur, haud procul à Vadis Sabatiis deſcribit. Auguſtinus Iuſtinianus tradit eum in agro Vintimigliæ natum. fides ſit penes iſtos. AD MARTIS, locum Italiæ, habet Antoninus, in Seguſianis. vide MARGVM.

MARTIVS Campus, vide TIBERINVS.

MARTIVS NARBO, vide NARBO.

MARTIVS Vicus, AREOPAGVS, Huius meminit Illuſtrius, in vita Theodori athei. & Aldi Orthographia fol. 514. Locus Athenis eſt.

MARTVA, vide POMPELON.

MARTVLANA ciuitas, nominatur, in Martyrologicis Vſuardi, & Adonis. ad VII, Id. Iul. S. Brictius hinc.

MARTVS, vide BARGVS.

MARTYANA μαρτυανὴ, validiſsimum Parthorum caſtellum: Straboni. MARGIANA emendat Caſaubonus.

MARTYROPOLIS μαρτυρόπολις, Armeniæ Maioris vrbs, cui CITHARISAN κιθαρίσων, caſtellum adiecit Iuſtinianus Imp. vt in Nouellis Conſtit. 31. Sita eſt in Armenia quæ Sophanine appellatur: iuxta fluuiũ Nymphium, vt Procopius docet lib. 3. Aedif. ab altera parte fluminis Axane regio habitatur. octoginta ſtadijs ab Amida diſtare ſcribit idem 1. Perſicor. Hanc vrbem ſcribunt Curopalates, Zonaras & Cedrenus à Saracenis Miepherkin appellari. μεφερκὶ habet Ioannes Lydus.

MARVCÆI, circa Margianam populi: Plinio. Bactrianæ potius; vt Ptolemæo. & ibidem MARVCA vrbs. eidem.

MARVCENI μαρουκηνοὶ, Italiæ gens, apud Ptolemæum. item apud Liuiũ, Statium, & Diodorum, ſed geminato pp. & 1. in penultima. ſic quoque apud Plinium, & Cæſarem. Corruptè μαῤῥουῖνοι apud Memnonem.

MARVIGNI, vide MARSIGNI.

MARVNDÆ μαρουνδαι, Mediæ gens: Ptolemæo. Indiæ extra Gangem: eidem.

MARVS, vide MARISVS.

MARVVIVM μαρούϊον, Marſorum in Latio opidum, Straboni. Aboriginum Halicarnaſſæo, in intima palude, 40. ſtadiis à Septem Aquis. MARRVBIVM Virgilio, MARRVVII Plinio. Circa Fucinum lacum, Seruio. Marno vocatur à Leandro. Maraſſo Erythræo, qui addit à Bononienſibus Magaraſſo nominari.

MARYCATVM, Bithyniæ locus, ſitus ad Borealem partem Apolloniadis. Metaphraſtes in vita S. Ioãnicij Abbatis.

MARZICIERT, locus ſic dictus, in Baaſpracan: Curopalati. Matzicier alio in loco, apud eundem lego. μανζικιέρτ apud Cedrenum eſt.

MASACI, ſic dicit ſe legiſſe Hub. Leodius, in veteribus libris, cuius loco in excuſis Taciti exemplaribus, MARSACI habetur. Plinius MARSATIOS vocat. Populi ſunt Germaniæ, quos idem Leodius ad Moſam deſignat, in opido Maſeyck dicto. Cui minimè aſſentitur Dinæus. neque iniuria. Hos enim Plinius inter Helium & Fleuum, Rheni oſtia, deſcribit. Hieronymus Verrutius putat Marken Hollandiæ inſulam, huius nominis veſtigium hactenus referre. Hadrianus Iunius in ſua Batauia ex his Marſacis tractum Hollandiæ facit vbi hodie fretum Maerſdiep. Ego Marſen pagum (qui milliare diſtat ab Vltraiecto) horum nominis memoriam conſeruare credo. Lectionem certè neque interpretationem Leodij probare queo.

MASADA, Plinio caſtellum eſt non procul ab Aſphaltite lacu. μάσαδα. Ioſepho eſt. & MASARA Ioſippo. MOASADA, μοασάδα Straboni. Pinetus apud Plinium Naſſa vertit.

MASADALIS μασυδάλις, Ptolemæo. Marmaricæ vicus.

MASÆI Arabes, circa Meſopotamiam: Plinio. MASAOS alibi vocat.

MASÆMANES, vide MNASÆMANES.

MASÆSYLI, vide MAVRITANIA.

MASAITICA μασαϊτικὴ, ad Pontum Euxinum locus, in Sarmatia Aſiatica. Arrh. in Periplo.

MASALEON, caſtellum quoddam: in quo S. Nicetas in exilium miſſus. Metaphraſtes in eius vita.

MASALIA μασυλία, Indiæ gens. Arrhiani Periplus. MÆSOLIA Ptolemæo eſt. vide MASSILIA.

MASALOTH, vide ARBELA.

MASAM μισαλ, 70. interp. Paleſtinæ locus, Ioſue 21.

MASANI μασανοὶ, Arabiæ Deſertæ gens. Ptolemæus.

MASANORADA μασανωράδα, Stephano Cariæ opidum. Huius memoria quoque exſtat in Titi Imp. nummo.

MASARA μασάρα, Armeniæ Minoris vrbs: apud Ptolemæum. Vide MASADA.

MASATAT, vide MASSA.

MASATI, Libyæ Interioris populi: Plinio. Videntur MASICES Ptolemæi.

MASBVRGI, vide BRAVVM.

MASCA μάσκα, Arabiæ Deſertæ fluuius videtur, ex libro 1. expeditionis Cyri; apud Xenophontem.

MASCHANE μασχάνη, vrbs iuxta Scenitas Arabes. Steph.

MASCIACVM, apud Antoninum Norici vrbs eſt.

MASCLIANÆ, locus in Africa Propria. Antoninus.

MASCOTVS μάσκωτος, Libyæ vrbs: & alia, vicinæ Heſperidibus. Stephanus, ex Hecateo.

MASCVLA, Numidiæ vrbs: Antonino; & D. Auguſtino.

MASCVLITENSIS Plebis meminit Collatio Carthag.

MASDIANVM, locus epiſcopalis Africæ; Victori Vticenſi, & Collationi Carthag.

MASDORANVS, Mons Aſiæ Ptolemæo. Chiteliur Caſtaldo eſt. Vide TAVRVS, & MAZORANI.

MASE, vide FAGITANA.

MASEI, vide ARABIA.

MASEMORVM regionem, circa Euphratem; habet Metaphraſtes, in vita S. Gregorij. Magnæ Armeniæ.

MASES μάσης, Argiæ vrbs: Homero, Straboni, Pauſaniæ, & Stephano. cui quoque MASETVS vocatur. Idem habet MASETIM μασητὶς, paludem, vicum, & inſulam.

MASIANI μασιανοὶ, Indiæ gens. Strabo. Inter Cophen & Indum flumina.

MASICES μάσικες, Mauritaniæ Tingitanæ populi: apud Ptolemæum. Vide MASATI.

MASICYTVS μασικύτος, Ptolemæo mons eſt, mari incumbens, qui Pamphyliam & Lyciam diuidit. MASSYCITES apud Plinium eſt. EMASICYTHVS legit apud Q. Calabrum 3. Iodocus Vellareus eius interpres. CLIMAX dicitur Straboni. Vide TAVRVS.

MASII μασιοι, Perſiæ populi: apud Herodotum, in Clio.

MASIN, vide MAGIDA.

MASINISSENSES, populos Mauritaniæ, habet Ammianus.

MASITHOLVS μασίθολος, Libyæ Interioris fluuius: Ptolemæo.

MASIVM μάσιον, Ptolemæo, & Straboni in Meſopotamia mons eſt, ſupra Niſibin & Tigranocerta ſitus. Vide CASIVS.

MASNES μασνής, & PASNES πασνής, fluuiorum nomina. Etymologicon. in voce Σάσλνες.

MASOBIA, *locus vnde vnus fortium Dauidis, 1. Par. 11.*

MASOGA μασόγα, *Indiæ vrbs, Aſſacani regia, Straboni.* MASAGA *apud Curtium legitur.* MASSACA μάσσακα, *Arrhiani eſt. & Diodoro 17. capitum elencho: liber ipſe enim hodie deſideratur.* MAGOSA *legit Xylander, apud Strabonem, ſed vitio fortè typographorum. Vide* MASSAGA.

MASONITÆ μασονῖται, *apud Ptolemæum Arabiæ Felicis gens.*

MASPHA, *Ioſue 11.13. 21.* μαφα *legunt 70. interpretes: &* MISZPAIA *Chaldæus. Item Iudicum 10. vbi 70. interpret. legunt* ἀμασσαφα. *Huius meminit quoq; 1. Machab. 5. vbi Ioſephus 12. Antiquitatum* μαλλη *legit.* MASPHACEN *habet lib. 5. cap. 9. idem.* MASPHA *veterem & nouam, in cuius medio lapis Adiutorij, habet D. Auguſtinus 17. Ciuit. Dei. cap. 7. De his conſule quoq; Maſium in* 11. *&* 18. *Ioſue.*

MASPHAT, *(vel vt 70. interpr.* μασσηφα,*) in Moab regione. 1. Samuel. 22. Huius meminit & Ioſephus Antiquit.* 10. *cap. 11. Vide* MESPHE.

MASPII μάσπιοι, *Perſica gens. Stephanus.*

MASRECA *locus, 1. Paralip.* 1.

MASSA μάσσα, *Libyæ Interioris fluuius, Ptolemæo.* Sus *appellat Caſtaldus.* MASATAT *Plinij mihi videtur.*

MASSA VETERNENSIS, *locus Tuſciæ eſt apud Ammianum. Nomen hoc retinere hactenus puto. Inter Lucam & Piſtorium ferè medio itinere eſt. Hic natum Conſtantium Gallum Imperatorem ſcribit* Onuphrius. *Lucaniæ ditionis eſt, in Decret. lib.* 1. *cap.* 10.

*Apud Damaſum in vita Silueſtri Papæ nominãtur plures* MASSÆ; *(ſic enim vicos appellabant. teſte mihi Sigonio. qua ſignificatione, vide quoque apud Caſſiod. 8. ad Seuerum: & 12. ad Valerianum.) vt* MASSA AVRIANA, *in territorio Laurentino:* BALDARIOLIARIA, *territorij Numidiæ.* AVRONICA, *ibidem:* BAVRONICA *alia lectio.* CAPSIS, *territorij Capſitani:* CAMARAS, *in territorio Curta Lupi:* CASTIVS *in territorio Caſtanenſi:* ESTALIANA, *in agro Corano:* FESTI, *territorij Præneſtini:* GABA, *in territorio Gabinenſi;* GARGILIANA, *in territorio Sueſſano:* LAMNAS, *territorij Cartiolani:* MALLIANA, *in territorio Sabinenſi: hodie nomen ſeruat, & dicitur* Magliano di Sabina. *opidum prope Tiberim, & paulò ſuprà Pontem Aug. in via Flaminia, in loco qui vulgo dicitur* Il Borgetto, *non longè ab Ocriculo.* MVRINAS, *in territorio Appiano Albanenſi:* PICTAS, *territorij Gabinenſis:* STATIANA, *territorij Sabinenſis:* STATILIANA, *territorij Melturnenſis:* TAVRANA, *intra Siciliam, territorij Parannenſis:* TRABARIÆ *eſt in Inſtrumento publico Germanorum principum, quod publicauit Bellarminus.* TRAPEAS, *in Cathanenſi territorio:* VARIA, *Sardana:* VRBANA, *territorij Antiani.* MASSÆ CANDIDÆ *meminit Prud. in Periſtephan. Locum Carthaginis ſic dictum, ſcribit in eundem Fabricius. Vticenſem cognominat hanc D. Auguſtinus. Sic autem dictos ipſos martyres putat Baronius, quod in fornace calcaria vitã conſummauerint. Nõ eſt ergo loci hæc, ſed perſonarum.* VIRGINIS, *Corani territorij. vide* AMOSA, RVSTICIANA, PALENTIANA, CÆSARIANA, *&* CASA.

MASSABITICA, *vide* MESSOBATENE, *&* GABIANA.

MASSACA, *vide* MASSAGA, *&* MASOGA.

MASSADA, *vide* MASADA.

MASSÆI, *vide* SCYTHÆ.

MASSÆLIBYI μασσαιλίβυοι, *Africæ Propriæ gens. Strabo 14. Sed* μασσαισυλοι *legit Caſaubonus.*

MASSÆLII, *vide* MAVRITANIA.

MASSÆSYLI, *ſunt affines Mauris; regionem Hiſpaniæ, maximè qua ſita Noua Carthago eſt, ſpectantes. Liuius 28. Vide* MAVRITANIA.

MASSAGA μάσσαγα, *Indiæ vrbs, circa Guræum fluuium: Arrhiano 4. Alexandri. Idem libro Indicorum habet* MASSACAM *per κ vrbem, Aſſacenorum gentis caput. Eadem haud dubiè. &* MAZAGA *apud Q. Curtium eſt. Circa Indi fluminis partes ſuperiores. Vide* MASOGA.

MASSAGETÆ μασσαγέται, *vulgò* ALANI ἀλανοὶ *vocantur, vt ſcribunt Dion Caſſius, Ammianus, & Gregoras. Maſſagetas puta* ABASGOS ἀβασγοὶ, *eſſe inquit Ioannes Tzetza. Maſſagetas poſtea* AVGOS αὐγόι, *appellatos, ſcribit Iſacius Tzetza. Euagrius, & Procopius 1. Wandalicorum eos* HYNNOS *vocat. Maſſagetas Herodotus (apud quem horum deſcriptio) ad Orientem ponit, trans Araxem fluuium, è regione Iſſedonum. Stephano & Suidæ Maſſagetæ circa Arachoſiam ſunt, aut in ipſa. In Margiana ſunt Ptolemæo; & quoque in Sogdiana. Laonico* Charaidæ *videntur. Theuetus eos* Abinadal *vocat.* MASSAGETAS *habet Ptolemæus in Margiana. Et alios apud Sacas. Vide* MAGOG, *&* SCYTHÆ.

MASSALA, *Homeritarum vrbs, in Arabia Felici: Plinio.* MACCALA μάκκαλα, *fortaſſe Ptolemæi.*

MASSALIA μασσάλαα, *Ptolemæo eſt Cretæ inſulæ fluuius, à Pineto* Maſano *vocatus. Vide* MASSILIA.

MASSALIOTICVM μασσαλιωτικὸν, *vnum & maximum oſtiorum Rhodani, Plinio & Polybio: qui hoc primum vocat, nempe quod verſus Maſſiliam eſt.* AD GRADVS *videtur à Marcellino & Antonino nominari.* Gras de Paſſon *hactenus dicitur. ſed & cetera quoque Rhodani oſtia Gradi nomen: cognominibus autem diſtinctis, retinẽt, vt* Graneuf, Gra d'Orgon, Gra Pauler, Gra gran, *&* Gra d'enfer. *Vide* LIBYCA.

MASSANI, μασσανοὶ, *Indi fluminis circa oſtia accolæ, ſunt apud Diodorum 17.*

MASSE, *vide* MESSA.

MASSELENA, *vide* MALECENA.

MASSEPHA, *Palæſtinæ locus. Ioſue* 18. *vbi D. Hieronymus* MESPHA *legit. Vide* MASPHAT *&* MESPHAT.

MASSEREPHOTH *Aquæ: Ioſue 11. In biblijs Syxti V. P. M. pro eo legitur* MASERON. *&* SALINAS *Aquarum interpretatur in horum Notationibus.*

MASSIA, *Hiſpaniæ vlterioris opidum, vbi lateres fiunt, qui ſiccati, in aqua non merguntur. Plinius. Vrbs eſt ad Tarteſios pertinens: apud Stephanum.*

MASSICE *vicus, circa Euphratis fluminis ſciſſionem; vbi cum Tigri confunditur, Plinius.*

MASSICI *Montis Promontorium, Plinio in Campaniæ Felice eſt.* Monte Dracone *nunc appellari, ſcribit Leander. Ipſe Maſſicus mons, hodie* Monte Marſo *dicitur. & inde vinum Maſſicum,* Maſſacano *vulgo. vt tradit Ben. Falconius. Maſſici verum nomen* OSINIVM *eſſe putat Seruius ad 10. Æneidos. Vide* FALERNVS, *&* GALLICANVS, *&* GAVRVS.

MASSIENA, *&* MASSIENE, *vide* MASTIA.

MASSILI, *Africæ Propriæ gens: Plinio. Vide* NVMIDIA.

MASSILIA, *Pomponio & alijs,* MASSALIA μασσαλία, *Ptolemæo eſt;* MASSALIA *lego in antiquis numiſmatibus. Sic quoque Euſtathius, qui Maſſaliam etiam regionem vocat. Paradinus tradit in ſua Lugdunenſi hiſtoria ſe legiſſe* ATHENOPOLIN *dictam, non verè, vereor.* Marſeille *hodie incolis appellatur. Galliæ Narbonẽſis vrbs, cuius deſcriptionem vide apud Cæſar. 2. Ciuil. & in Panegyrico Conſtantino magno dicto incerti auctoris. Eius diſciplinam & mores lege apud Val. Max. 2. cap. 6. vide* MAVRITANIA.

MASSILIENSE *Prom. vide* APHRODISIVM.

MASSIMANENSIS *epiſcopi Africæ, meminit Victor Vticenſis.*

MASSOLII, *vide* MAVRITANIA.

MASSYSITES, *vide* MASICYTVS.

MASSYLA *Gens, Virgilio 4. Æneidos. Seruius vocat vrbem mediterraneam Beronycelibye. haud longè ab Hortis Heſperidum.* MASSYLIAM *Gentem Numidicam, habet Liuius 24.*

MASSYLIA, *vide* NVMIDIA.

MASTA,



MASSYLIA, *vide* NVMIDIA.

MASTA μάστη, *Aethiopiæ ſub Ægypto mons Ptolemæo:* Graro *ab incolis dicitur hodie, vt in Barroſo videre eſt.* MASTA *ciuitas, ibidem quoque Ptolemæo.*

MASTARNA, *vide* COELIVS.

MASTAVRA μάσαυρα, *Lydiæ vrbs, Straboni, & Stephano.* MASTAVRENSES *ſunt Plinio.* MASTAVRORVM *ciuitatis Aſianæ prouinciæ, meminit ſynodus* VI. *Conſtantinopolitana. & Concil. Epheſinum* III. Meſtaurebe *hodie vocatur, Leunclauio.*

MASTHALA μάσθαλα, *Arabiæ Felicis vrbs: Ptolemæo.*

MASTIA μασία, *Carthaginenſium opidum, circa Herculis columnas; Polybio 3. Huius populi* MASTIANI. *quos Stephanus ex Hecatæo, circa Herculis columnas ſtatuit. An* MASSIENA *vrbs, &* MASSIENI *populi, apud Sex. Auienum?*

MASTIANI, *vide* MASTIA.

MASTICENSIS *pagus, in Burgundia, in quo Cluniacenſe monaſterium. Platina in Hadriano* III. MATISCONENSIS *puto legendum.*

MASTIENI μασιηνοὶ, *Libyæ videntur populi, apud Stephanum. in dictione* ἐλβεστιοι *&* Σιξ@-, *ſed hic legit Aldi codex* μασιηνοι. *ſine n.*

MASTIRA μασειρα, *Thraciæ vrbs: apud Demoſthenem. Suidas ſubdubitat num* BASTIRA, *aut* PISTIRA *ſcribendum, aut* EPIMASTVS.

MASITÆ μασῖται, *Aethiopiæ ſub Ægypto gens. Ptolemæus. Et alia apud eundem in Aegypto.*

MASTRAMELLE, *ſic enim legendum, non Aſtromelle. deprauationis cauſſa librarius: qui ex prælectoris ore non intellexit* M. *geminatum, vbi ſic legebatur,* Stagnum Aſtromela. *vide* ASTROMELA.

MASTVRDA, *vide* COELIVS.

MASTVSIA, *Ioniæ mons, à tergo Smyrnæ: apud Plinium. Thraciæ Cherſoneſi eſt promontorium: eidem. item Ptolemæo & Pomponio.*

MASTVSIVM, *vide* MATVSIVM.

MASTYA, *Mileſiorum opidum, in Paphlagonia; Plinio. Inter Teium & Cromnam videtur.*

MASVÆ, *apud Plinium Indiæ gens.*

MASVCCABENSIS *Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Victor Vticenſis.*

MASVCHIS μασούχις, *Marmaricæ vicus: Ptolemæo.*

MASVINVS *mons, vide* IVLIA AVGVSTA.

MASVRVTH, *vide* MOSEROTH.

MATALIA ματαλία, *Ptolemæo Cretæ inſulæ vrbs, in littore meridionali.* METALLVM μέταλλον, *vocatur Straboni:* Matala *hodie.*

MATARITANENSIS *Plebs, in Africa. Coll. Carthag.*

MATAVRVS, *vide* METAVRVS, *&* MATRIA.

MATAZA, *loci nomen, in Epiſtolis Nazianzeni. Cappadociæ videtur. Hic Baſilium conſediſſe ſcribit. Ad Irim fluuium fuiſſe, videtur Baronio.*

MATELGÆ, *opidum Garamantum. Plinius.*

MATENI ματηνοὶ, *gens in Sarmatia Aſiatica. Ptolemæus.*

MATEOLANI, *Apuliæ populi: circa Garganum montem. vt ait Plinius.*

MATER μήτηρ, *Hypanis, ſic dicitur magna palus, ex qua Hypanis fluuius oritur. In Scythia Europæa. Teſtes Herodotus & Pomponius. Vide* AMADOCOS.

MATERIANENSIS *Epiſcopatus, in Africa. Vict. Vtic. M. S.*

MATERINA, *Vmbrorũ quondam in Italia plaga. Liuius 9.*

MATERNA, *vide* MARTENA.

MATHÆ μάθαι, *Indiæ gens, circa Gangem alicubi. Arrhianus in Indicis.*

MATHANA, *vel* MANTHANA, *70. interpr. locus in deſerto. Num. 21.*

MATHARENSIS *Epiſcopi, in Numidia; meminit Victor Vticenſis.*

MATHATHÆI, *Arabiæ Felicis populi: apud Plinium.*

MATHEVALLIS, *Galliæ palus, circa Angoleſimenſem ditionem. Hiſtoria de reuelatione capitis D. Ioannis, in operibus D. Cypriani.*

MATHIS, *Dyrrachij fluuius, non longè à Lyſſo, Vibio. Sine aſſlatu legit Bocatius. Video in recentiori Caſtaldi tabula hoc loco* Matin.

MATHITÆ, *Aethiopiæ ſub Aegypto populi: apud Plinium. Ptolemæi fortè* ματιτες, *quos in Libya Interiori deſcribit, regione finitima.*

MATIA, *vide* EMATHIA.

MATIANA ματιανὴ, *Mediæ regio, Stephano, Herodoto, & Straboni, ſed hic* ττ *geminat* ματτιανη. MATIANI *quoque circa Sogdianam videntur apud Plinium.* MATIANI *Euſtathio, &* MATIENI *Herodoto, ſunt Aſiæ Minoris populi, ad dextram Halys fluminis. vbi Ptolemæi Sagarauſena regio eſt. Ad Euphratem fluuium, Dionyſio.*

MATICENSE *Concilium. Decret.* 1. *diſtinct. 50. item Diſtinct. 2. Cauſa 4.* MATINENSE, *eſt Cauſa 11. Pro* MATISCONENSE, *corruptè: ſi rectè conijcio.*

MATIDIÆ, *vide* PACTIANÆ, RVSICIBAR, *&* ARGENTARIVS *mons.*

MATIENA, *vide* MATIERA, *&* TVDER.

MATIENI, *vide* MATIANA.

MATIERA, *quod &* TIORA, *Halicarnaſſeo 1. teſte.* MATIENA, *legit Sylburgius. Vide* TVDER.

MATILICATES, *Vmbriæ populi ſunt Plinio:* Matelica *nunc vocatur. In Piceno deſcribit Fr. Pamphilus.*

MATILO, *Batauiæ vrbs: in tabula Peutingeriana.*

MATINESSA, *loci nomen videtur, apud Martial.* NATINESSA *legebat codex M. S.*

MATINI, *Apuliæ populi; apud Lucanum, & Plinium. Matinum littus. Matinam paludem, & Matina cacumina, habet Horatius. Vide* BATINA.

MATISCONA, *Cæſari Aeduorum ciuitas ad Ararim ſita. Marlianus* Maſcon *interpretatur. Sic etiam Philip. Bugnonius in huius vrbis hiſtoria, vbi monet in veteri quodam diplomate* MASTICO, *atque in vetuſtis aliquot codicibus* MATISSANA *legi. Antoninus in ſuo Itinerario* MATISCONENSE *Caſtrum vocat. &* LEGIONEM X. *cognominat.* MACHAONEM *villam puto, apud Diaconum, in Longobardicis. Huius meminit quoque Greg. Turonenſis.*

MATISSA μάτισσα, *Corſicæ inſulæ opidum. Ptolemæus.*

MATISSANA, *vide* MATISCONA.

MATITES, *vide* MATHITÆ.

MATIVM, *Cretæ inſulæ littoralis vrbs, apud Plinium. vocatur* Candia *à Pineto. Themyſciræ regionis opidum eſt quoque Plinio. circa Colchidem.*

MATOGENVS, *mons Galliæ, vt habet Conſtantius preſbyter, in S. Germani epiſcopi Antiſſiodorenſis vita.*

MATRA, *vide* IMMATRIS.

MATREIO, *Pirchaymero Rhætiæ opidum eſt, in Germania, quod nouo nomine* Matran *appellat.*

MATRIA, *Italiæ vrbs: apud Suidam, in dictione* Steſichorus. ματαυρ@- *erat in Græco codice. Eadem eſt cum* METAVRO.

MATRICA, *Antonino Pannoniæ Inferioris opidum, quod* Theten, *Simlero eſt. Valeriæ Ripenſis eſt in lib. Notit. Locus Paphlagoniæ quoque* LX. *ſtadiis à Gangra: Metaphraſti, in S. Callinico martyre.*

MATRICORENSES, *vide* MEDIOMATRICES.

MATRINVS, *Piceni fluuius.* ALBVLAM *huius ſynonymon eſſe, putat Pyrrhus Ligorius: &* Liberata *hodie dici. Vide* ALBVLA, BATINVS, *&* HELVINVM.

MATRONA, *Galliæ fluuius, qui Lugdunenſem à Belgica diuidit; vt Cæſari & Ammiano placet. hodie* Marne *dici, teſtis mihi eſt Car. Bouillus.*

MATRONÆ *vertex, vide* COTTIÆ.

MATTHANA, *Syriæ aut Euphratenſis vrbs. Lib Notit.*

MATTIACI, *Tacito Galliæ Belgicæ populi, in Batauorũ obſequio, ſed vltra Rhenũ. Hos Lemnius & H. Iunius* Seelanders *putat, qui inſulas aliquot Oceani, inter Hollandiam, Flandriam, & Brabantiam incolunt. Liber Notitiarum Mattiacos quoque Batauis ſubiungit. Neque ego alios quam Selandos pro his acceperim. atque vetus nomẽn à Mattiaco Catthorum loco originem habere ſuſpicor.*



Meierus

*Meierus quoque audet Mattiacum* Middelburgum *interpretari, primariam huius gentis in his inſulis vrbem. quaſi Mattiaburgum.* MESOBVRGVM *videtur hanc ciuitatem vocare Trithemius in Annalibus Francorum. Vox Græco-Germana, idem quod Middelburg ſignificans.*

MATTIACVM ματτιακόν, *Germaniæ vrbs Ptolemæo;* MATTIVM *Tacito eſt, quam Cattborum caput vocat: Situs huius, vt Ptolemæus eam deſcribit, congruit cum* Martpurg, *Haßiæ vrbe primaria, vbi academia: neque nominis alluſio adeò diſſona eſt.* MATTIACOS *Fontes habet Plinius in Germania;* & MATTIACAS *Aquas Marcellinus;* & MATTIACOS *Populos Tacitus. Vbique per* R, *in tertio loco legendum ſuadet Heroldus, ob ſitum fortaſſe: quod eos omnes in Martiana ſilua deſignat, an bene, videant alij.*

MATTIANA *Mala, quæ adferuntur è pago in Alpibus ſito, propè Aquileiam, habet Athenæus 3. An à loco ſic dicta, ignoro. Vide* MATIANA.

MATTIVM, *vide* MATTIACVM.

MATVRANVM, *Vide* MANTVRANVM.

MATVRBVM, *locus Epiſcopalis, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſis.*

MATVSARVM, *Luſitaniæ vrbs: inter Olyſipponem & Emeritam: Antonino.* MERISARVM *legit etiam Simlerus.* & MANISARVM *ego, ex alio codice.*

MATVSIVM *Mare, circa Troiæ Cherſoneſum; vbi Crater portus. Vide Hyginum, in Cratere, ſigno cæleſti.* MASTVSIVM *putarim legendum. habent enim Ptolemæus, Plinius & Pomponius Maſtuſiam promontorium ibidem.* μαζυσία MAZVSIA *tamen legit Lycophron. Et Eleuntis eſſe ſcribit Iſacius ad eundem. In Thraciæ nempe Cherſoneſo.*

MATVSTANA, *vide* MAGVSTANA.

MATYCETÆ ματυκέται, *Scythica gens: Stephano. ex Hecatæo. Vide* SCYTHÆ.

MATYDIANOPOLIS, *eſt in Theſauro Goltzij ex Traiani nummo.*

MATYLVS μάτυλος, *Pamphyliæ vrbs. Ptolemæus. Eius interpretes* MAGYDIS *legunt. & ni fallor, ſincerius.* MAGIDVS *enim Pamphyliæ vrbs in ſynodo* VI. *Conſtantinopolitano.*

MATYZIA *inſula, circa Italiam aut Siciliam videtur; in Conciliorum volumine. de munificentia Conſtantini Imperatoris.*

MATZICIER, *vide* MARZICIERT.

MATZVCVM, *caſtellum in Thracia: Cedreno.*

MAVBE, *vide* BAVMÆ.

MAVIN, *vrbs Africæ: circa Nigri fluminis fontes: Plinio.* MAGIVM, *M.S. codex.*

MAVITANIA, *Hiſpaniæ Citerioris regio, Plinio. à Pineto interpretatur* Murcia.

MAVMA, *apud Plinium eſt Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs.*

MAVR, *vide* SARIRA.

MAVRA, *vide* MAVRVS.

MAVRENSII μαυρήνσιοι, *Mauritaniæ Tingitanæ gens: Ptolemæo.* MAVRVSII *ſunt apud Liuium 24.* MAVRENSEM *Epiſcopum habet Vict. Vticenſ. in Mauritania. item* MAVRIANENSEM *ibidem, idem.*

MAVRETANIA, *vide* MAVRITANIA.

MAVRI μαῦροι, *populi in Africa: Stephano in verbo* μαυρούσιοι. *Sunt & Marianduris (ſiue Mariandynis) vicini. ad Pontum Euxinum: Orpheo. In tractu Armoricano quoque habet Liber Notitiar. Mauros Venetos, & Mauros Oſiſmios. an horum opidum Mauritaniam vocat S. Lupus? Epiſtola 129. hoc vulgo* Mortagne.

MAVRIANENSIS *Epiſcopi, meminit concil. Matiſconenſe I.* Morienne *vt puto nunc.*

MAVRICII *Campi, vide* CATHELAVNI.

MAVRINGA, *ad Sueuicum mare, apud Diaconum 1. cap. 9. Longobardicor. Io. Gothus in Gothia deſcribit. ſed* MORINGIA *legit.*

MAVRITANIA μαυριτανία, *Africæ regio eſt Ptolemæo, & aliis: quæ* PHVT *Hebræis dicitur, teſte Ar. Montano, in ſuo Apparatu Biblico. Diuiditur à Ptolemæo in* TINGITANAM, & CÆSARIENSEM (καισαρεῖδια, *Stephano) quam diuiſionem Dion, Claudio Imp. adſcribit. Hæc* MAIOR *à Victore Uticenſi Lib. 3. cognominatur. Strabo hanc* MASSILIAM μασσιλία, & MASSESYLIAM μασσαισύλιοι, *appellatam ſcribit. Incolas* MASSÆSVLOS *vocat Plinius.* MASSYLOS, *legit Stephanus.* MASSYLAM *gentem habet Virgilius.* MASSÆLII μασσαίλιοι, & MASSOLII μασσόλιοι, *diuerſi ſunt apud Polybium 3. Hi* MESSOLI *fortè Plutarcho, Hodie regnum* Tremiſſenum *hoc loco videtur, vt Girana, & Niger quoque atteſtantur.* TINGITANAM, *à Bogud rege* BOGVDIANAM *aliquando cognominatam, tradit Plinius.* SITIPHENSIS, & HISPANIA TRANSFRETANA *ab Honorio, & Sex. Rufo: & in libro Notitiarum* HISPANIA TINGITANA *nominatur.* INFERIOR MAVRITANIA *à Solino in deſcriptione Nili, & à Xiphilino, in vita Seueri nuncupatur. vbi dicit Atlantem non longè ab Oceano Atlantico exoriri; apud Macenitas, qui ſunt in Mauritania Inferiore. Regnum* Marochi *eius loco ſtatuit Auguſtinus Curio;* Feſſæ; *verò Niger. Sed vtrumq; potius video ſub ea comprehendi.* Benamarim *eam dicimus, inquit Alfonſus à Carthagena. In numiſmatibus antiquis* MAVRETANIA *per* E. *in ſecunda, legitur. Incolæ, vt Strabo teſtatum reliquit, à Græcis* MAVRVSII, *à Romanis autem* MAVRI *appellantur. Idem Vitruuius lib 8. cap. 2.* MAVRVSIA, *quam noſtri* MAVRITANIAM *appellant. Eos ex Medis ab Hercule ibidem relictis nomen habere, ſed poſtea à Barbaris pro Medis Mauros dictos; auctor eſt Salluſtius, in bell. Iugurthino.* Alarabes *hodie nominant Hiſpani, Oliuario auctore. quaſi dicerent Arabes; Al enim articulus Arabicus eſt. Totum enim Africæ tractum ad Mare Mediterraneum qui eſt ab Ægypto, ad Fretum Gaditanum vſque, ab Arabibus occupatum, ſcriptores recentiores aſſerunt. Idemq; hic tractus, in quo vtraque Mauritania, Africa Propria, cum Cyrene & Marmarica antiquorũ comprehenditur; ab Hiſpanis, Italis, & Gallis, communi vocabulo* Barbaria *indigitatur. quo nomine videtur mihi ante aliquot ſecula etiã Lãpridio innotuiſſe, in vita Alex. Seueri Imperatorũ. Carolus Sigonius in ſuis Scholiis Liuianis lib. 24. (ne hoc Lectorem lateat) docet Maſſæſulos, & Maßilios non eſſe eoſdẽ, ſed diuerſos, hos enim Maſſaniſæ regi, illos Syphaci tribuit. Stephanus Maſæſilos (ſic ille legit ſimplici* S. *in ſecunda) & Mauruſios gentes conterminas, non eaſdem vocat. Strabo etiam lib. vltimo oſtendit Molochath fluuium regionem Maſſæſilorum à Maurorum diſtinguere. Sed neque hoc hic omittendum duxi, quod Strabo eodem loco, & Herodianus lib. 7. habent:* MAVRITANIAM *nempe Romanis ſubiectam, ab ipſis incolis* NVMIDIÆ *nomen obtinere. Pomponius quoque ſub Numidiæ vocabulo Mauritaniam ſuam Cæſarienſem deſcribit.* MAVRITANICVM *Pelagus nominat Oroſius, quod Mauritaniam à Septemtrione alluit. Vide* MAVRI.

MAVROCASTRVM, *Armeniæ opidum: Curopalati. Epiſcopalis ſedes, ſub Sergiopoli: Tyrio.* MAVRORVM *Caſtra, ſunt apud Ammianum: Perſidis monumentum.*

MAVROPHORI, *qui* CHRYSARONITÆ *dicuntur, apud Cedrenum populi. qua terrarum plaga neſcio.* CHOROSANITÆ *ſunt apud Diaconum. ſed hoc obſeruauit Xylander. Vide* MELANCHLAENI.

MAVRORVM *Caſtra, vide* MAVROCASTRVM.

MAVRVM, *Calabriæ vrbs, inter Thurios & Coriolanum: Gabrieli Barrio. cuius epiſcopum ſcribit interfuiſſe ſynodo Romanæ ſub Papa Iulio I.*

MAVRVS, *fluuij nomen apud Gregoram. Videtur circa Byzantium. Ibidem* MAVRA *locus Suidæ, in voce* Conſtantinus. MAVRVS *mons eſt Palæſtinæ: libro 19. Miſcellæ hiſtoriæ. Pars quoque Tauri montis ſic dicitur in itinere quod ducit Antiochia Conſtantinopolin, auctoribus Cedreno & Curopalate.* MAVRVS *Oceanus. Vide* AFRICVM *Pelagus.*





MAVRVSII μαυρούσιοι, *quædam gens Phœnica, in Africa. circa* Tripolim, *& Syrtim Magnam, qui hodie* PACATI πάκατοι, *appellantur. Procopius lib. 6. de Aedificiis Iuſt. Imp. Liber Notitiarum meminit etiam* PACATIANÆ, *in Tingitana.* MAVRVSII *Liuio 24. ſunt extremi prope Oceanum: aduerſus Gades. Et* MAVRVSIA *regio, Straboni: aduerſa Fortunatis inſulis.*

MAVS, *ſupra ripam Adonidis videtur: in Syria. apud Guilielmum Tyrium.*

MAVSOCA μαύσοκα, *Ptolemæo,* MÆSOCA *interp. Hyrcaniæ vrbs.*

MAVSOLI μαυσολοὶ, *Libyæ Interioris gens. Ptolemæus. Vide* CARIA.

MAVSOLVS, *vide* INDVS.

MAVSVS μαυσος, *Corinthi vicus. Stephanus, ex Theopõpo.*

MAVTAVONIVM, *vide* MANTAVONIVM.

MAVTICITANI, *vide* MVTICITANI.

MAXALA, *Africæ Interioris vrbs: à Corn. Balbo deuicta. Plinius.*

MAXATES μαξάτης, *fluuius Macarenæ regionis. Stephanus, in dictione Alexandria.*

MAXERA μάξηρα, *Hyrcaniæ fluuius, Ptolemæo & Ammiano.* MAZERAS *apud Plinium eſt.* MAXERÆ *gens, ibidem Ptolemæo.*

MAXILVA μαξίλουα, *Bæticæ vrbs: in Turdetanis. Ptolem.*

MAXIMA *Sequanorum, Galliæ regio: apud Sex: Rufum.* MAXIMA CÆSARIENSIS, *Prouincia inſulæ Britanniæ. in Lib. Notitiar.*

MAXIMIANENSIS, *vide* MAXIMINENSIS.

MAXIMIANOPOLIS *Aegypti vrbs. Lib. Notitiarum. Hanc antea* MAGEDDO *appellatam, ſcribit Adonis Chronicon, & Hermannus Contractus. Thraciæ quoque in Moeſia, Ammiano & Antonino. Pamphiliæ vrbs: in Concilio Niceno. Vide* ABDERA, & ADREMMON.

MAXIMINENSIS, & MAXORITANVS *epiſcopi ſunt in Numidia. Vict. Vticenſ. MS.* MAXIMIANENSIS *eſt D. Auguſtino.*

MAXIMVS, *vide* VERBANVS.

MAXITENSIS *Epiſcopus, Mauritaniæ Cæſarienſis eſt, Victori Vticenſi.* MAXITANORVM *Regem Hiarbam vocat Trogus 18. vt Bongarſius legit. vbi prior lectio,* MAVRITANORVM *erat.*

MAXVLA, *vide* MAZVLA.

MAXYES, *vide* MACHLYES, & MAZYES.

MAZA, *vide* MAZACA.

MAZACA μάζακα, *Ptolemæo Ciliciæ præfecturæ, in Cappadocia opidum, quod eodem auctore* CÆSAREA καισάρεια *etiam dicitur. Straboni quoq;* EVSEBIA εὐσέβεια *ad Argæum vocatur. Stephano* MAZA *eſt.* CÆSAREA *Cappadociæ Primæ, eſt in concilio Epheſino.* Tiſaria *Barbari appellant, vt ſcribit Niger. Mazacam hanc malè ab Euſebio & Rufo* MEGARAM *vocari, monuit Philander in Vitruuium. Vide* MASOGA.

MAZACÆ, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi: apud Plinium.*

MAZACENSIS *Epiſcopi, in Numidia, meminit Vict. Vticenſis. M.S. à Maſax vel Maſas veriſimile.*

MAZACYLA μαζακύλα, *Marmaricæ vrbs. Ptolemæus.*

MAZÆI μαζαῖοι, DERRII δέρριοι, & DERRIOPES δερριόπες, *populi ſunt Liburniæ, Orientem verſus, vt Ptolemæus ſcribit. Dalmaticæ ſunt Dioni. Mazæi ſunt Pannonum, apud Strabonem. Harum regionem hodie* Lica *vocari, ait Mar. Niger.*

MAZÆNA μάζαινα, *Palæſtinæ vrbs: apud Stephanum.*

MAZÆVM, *vide* AMAZONIVM.

MAZAGA, *vide* MASSAGA.

MAZANIA, *locus ad Siberim Superiorem, ſub climate Mnozeniæ. Sic Simeon Metaphraſtes, in vita S. Theodori Archimandritæ. In Aſia Minori fortè alicubi.*

MAZARA μαζάρα, *Siciliæ fluuius: Ptolemæo, & Diodoro 11. & 13.* μαζάρη *caſtellum Selinuntiorum, eſt apud Stephanum. in Sicilia quoque haud dubiè. Armeniæ Maioris vrbs eſt Ptolemæo.*

MAZARIS, *Siciliæ vrbs, Antonino. Eadem cum Mazare Stephani, mea ſententia.*

MAZARORVM *caſtrũ Perſicum, Hiſtoria Miſcella 17.*

MAZAX *coloratus equus, eſt in Olympij Nemeſiani Cynogetico: & Oppiani Venatione. Geſnerus gentile à Mazaca Paphlagoniæ putat. Mihi Africana gens videtur. cuius meminit Lucanus 4. & Claudianus in Panegyrico Stiliconi dicto. qui* MAZAS *legit.*

MAZENIS *Fundi, meminit Caßiodorus, Variarum 1. ad Florianum V.S.*

MAZERAS, *vide* MAXERAS.

MAZICI *populi, &* MAZVCANVS *Fundus: Ammiano ſunt in Mauritania. Horum etiam meminit Euagrius 7. cui ſunt pro Oaſes. Sic quoque Georg. Alexandrinus in D. Chryſoſtomi vita.* MAZICORVM *etiam memoria apud Palladium in Arſacio abbate, à Mazax fortè.*

MAZIVS, *vide* TAVRVS.

MAZNIMI *epiſcopatus, ſub ſede Sergeopoleos: apud Guil. Tyrium.*

MAZORANI μαζοραροὶ, *Ariæ gens: Ptolemæo.* MASDORANI *legit interpres: &* MASDORANVM μασδώρανον, *montem propinquum vocat idem Ptolemæus.*

MAZRAZANA, *vide* MARAZANA.

MAZVCANVS *Fundus, vide* MAZICI.

MAZVLA μαζοῦλα, *vel* μαξουλα, *duas huius nominis vrbes habet Ptolemæus, in Africa Propria. vnam in littore, quam Coloniam facit, alteram paulo interius, quam* VETEREM *cognominat. Antoninus ambas quoque nouit ſub voce* MAXVLA, *qui littoralem,* PRATES *cognominat. De eadem Victor Uticenſis hæc: Qui dum (vt moris eſt) ad Maxilitanum littus exiiſſent, quod Ligula vulgi conſuetudine vocatur.* MAXVLAM *coloniam habet Plinius. Vide* TÆNIAS.

MAZVSIA, *vide* MATVZIVM.

MAZYCORI, *vide* MAZYES.

MAZYES μάζυες, *Libyci Nomades ſunt apud Stephanum. Idem habet & alios* MAXYES, & MACHMES μάχμες. MAZYCES *Libycos populos habet Ammianus.* MAZYCORVM μαζυκων, *& Nomadum regem, vocat Iarbam, Euſtathius in Dionyſium.* MAZISCES μαζισκες, *Ptolemæo, ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis populi.*

MEANVARORVM *Prouinciam, in Occidentalium Saxonum gente, habet Beda.*

MEARVS, *vide* METAROS, & MELSOS.

MEBIENSIS *Epiſcopi, in Italia, ſæpius memoria in Concilior. opere. An pro Nebienſis Corſicæ?*

MECEI μηκέοι, *Indiæ gens, circa Indum alicubi. Indica Arrhiani.* κηκέοι *per* κ. *legit aliud exemplar.*

MECHISTHA, *vide* MESTLETA.

MECHLESSVS μεχλεσσὸς, *Colchidis vrbs: Ptolemæo.*

MECI μῆκοι, *Perſiæ populi videntur apud Herodotum in Thalia.*

MECIRA, *vide* MECYRA.

MECISTVS μήκιστος, *Triphyliæ vrbs. & alia Elidis. Stephanus. Pro* MACISTVS, *proculdubio.*

MECLARIA, *vrbs Illyrici aut Pannoniæ videtur Paulo Diacono, M.S. de Longobardicis.* MEDARIA *alia lectio eſt.* Medling *ad Colapin fluuium, interpretatur Lazius. Vide* ZELLIA.

MECLEDVNVM, *Vide* MEGLEDVNVM.

MECON μήκων, *inſula finitima Delo: vbi Aiax ſepultus. Iſacius ad Lycophronem. Vide* SICYON.

MECYBERNA μηκύβερνα, *Pallenæ peninſulæ vrbs, Plinio, Diodoro, Straboni, & Stephano. 20. ſtadiis ab Olyntho, Suida teſte.* MECYPERNA *per* P. *eſt in Strabonis Epitome.*

MECYBERNEVS, *vide* THERMÆVS.

MECYRA, *ſiue* HELEM, *Marmaricæ locus, in Africa: Antonino. Per* I. *in prima idem alio in loco. Itẽ per* T. METIRA.

MEDA μῆδα, *Ptolemæo,* MIBA *interpreti. Arabiæ Felicis opidum.*

MEDABA μηδαβα, Nabathæorum ciuitas, in Arabia, Stephano: Moabitarum, Ioſepho: In Arabia Petræa, Ptolemæo. μηδαυα, eidem lib. 8. 1. Par. 19 eſt quoq; MEDABÆ mentio. MEDABENOS etiam nominat Stephanus. MEDAVON fortè apud Tyrium. μηδαυα eſt 1. Paralip. 19. & 21. vbi D. Hieronymus legit MADABA, & μωαβ 70. interpretes. Meminit eius quoque Ioſephus 13. Antiquitat. cap 17. & cap. 2. libri belli Iudaici 1. Item Ioſue 13. Vide MADABA, & MEDAPA.

MEDÆVM μηδαιον, vide MIDÆVM.

MEDALAA, D. Hieronymo, μαεγλά 70. interpretibus. Ioſue 19. Palæſtinæ locus.

MEDAMA μέδαμα, Straboni Bruttiorum, in Italia opidum. Nicotera (i. Victrix) Gab. Barrio, & Scip. Mazellæ. Capo di Batticani Leandro. Medama, Plinio MEDVA eſt, inquit Xylander. Sed MEDMA legunt hoc loco apud Plinium, mea quædam exemplaria ſincerius fortaſſe. nam & μέδμα agnoſcit Stephanus. MEDAMA fontis quoq; nomen, ibidem: Straboni. Vide NICOTERA.

MEDAMNA, vide MESSE.

MEDAPA, ciuitas trans Iordanem, verſus Orientem, ſubiecta quibuſdam Arabibus. Metaphraſtes in S. Sabæ vita. Vide MEDABA.

MEDARI, corrupta vox apud Plutarchum. Vide ALEXANDROPOLIS.

MEDARIA, vide MECLARIA.

MEDAVA, & MEDAVON, vide MEDABA.

MEDAVRA, vide MADAVRA.

MEDDEN, Palæſtinæ loca. Ioſue 15.

MEDEA, vrbs in Media regione. vt habet Trogus 42. Vide MEDIA.

MEDEÆ Pyrgos, locus iuxta Cyaneas inſulas: P. Gyllio ex Dionyſio.

MEDECVEL, AXVM, & SERENDID, vrbes ad littus maris Indici: teſte libello de Proprietatibus Elementor. falsò Ariſtoteli tributo, cũ ſit Arabis cuiuſdam recentioris.

MEDEFESSITENSIS Plebs. Coll. Carthag.

MEDELACVS, monaſterium ad Sarram fluuium, in Lotharingia. teſtibus Archiuis, quas profert Roſierius. Met- loch hodie.

MEDELICVM, Melch hodie, Lazio: Auſtriæ vrbs Eius mentionem fieri in libro Præfecturarũ, ſcribit idem. MELISSA vocatur in antiquo lapide, quem idem profert. cui CLAVDIVIVM quoque Ptolemai videtur.

MEDEMA, locus Paleſtinæ, Ioſue 15. μεδμενὰ legunt 70. interpretes. Poſteri MENOIN vocarunt teſte D. Hier. de Locis Hebraicis.

MEDENA, ſic olim vocatum fuiſſe emporium Vectis inſulæ, quod hodie Newport nominatur; ſcribit Neuyllius, in ſuo Norico. Vide MEDIA.

MEDENI μεδῆνοι, Ptolemæo Africæ Propriæ populi.

MEDEON μεδέων, Bœotiæ vrbs, teſtibus Thucydide Plinio, Pauſania, & Stephano, quæ & PHOCIDIS vocatur, teſte Strabone. Eſt & alia Phocidis, eidem Straboni, in Criſſeo ſinu. Eidem Stephano eſt quoque vrbs & vicus, in Epiro. MEDION per I. in ſecunda, apud Liuium 36.

MEDEOS, vrbs iuxta Pappuam montem Numidiæ. Procop. 2. Wandal.

MEDERA, vide AMMÆDARA.

MEDERIACVM Antonino. Mierle vicus, Simlero; infra Venlonam non longè à Moſa.

MEDETVM. vide IOSEDVM.

MEDI, vide MÆDI.

MEDIA μηδία, Ptolemæo, Straboni, Plinio, & aliis, Aſiæ celeberrima regio, quorum gentile MEDICI μηδικοί, Straboni & Stephano. cuius deſcriptionem lege apud Polybium 5. ARIAM olim vocatam refert Pauſanias. & ARIOS eius incolas, appellat Herodotus. MADÆOS μαδαῖοι, eos Ioſephus nominat. Strabo eam in MAIOREM, & ATROPATIAM diſtinguit. Cedrenus eam ASPRACAN ἀσπρακαν, & eius partem Superiorem BASPRACAN βάσπρακαν, nuncupat. (ſed geminato AA in prima ſcriptum quoque inuenio.) MEDENAM, ſuo tempore dictam, ſcribit Sex. Rufus: ſic quoque vocatur 1 Danielis 6. Cordini vulgo nomen habere, tradit Haithonus: & Seruan, Caſtaldus. Vrbis nomen eſt apud Iſidorum MEDIA, vide Media regio. Huius fidem facit quoq; Trogus 42 item Tzetza Chiliad. 6. numero 72. vbi dicit vrbem per ει ſcribi. regionem autem per I iota. Vide MELOS.

MEDIÆ, vel AD MEDIAS, locus in Sardinia: apud Antoninum. CASTELLVM MEDIANVM fortè, cuius epiſcopum nominat Fragmentum M. S. Vict. Vticenſ.

MEDIÆ Murus. μηδίας τεῖχος, locus circa Babylonem Aſſyriæ. Xenophon 2. Cyropediæ.

MEDIÆ Porta, μηδικὴ πύλη, in Zagro monte. Strabo 10. Vide ZAGRI Pylæ.

MEDIANA, Oſrhoenæ regionis vrbs, Lib. Notit. Neſſi vrbis ſuburbium, ſic appellatum; tertio lapide ab ea ſeparatur. Ammianus. Medianæ meminit quoque Iornandes.

MEDIANENSIS in Africa Plebis, meminit Coll. Carthag. Vide CASÆ.

MEDICA, Propontidis inſula. Conſtitutiones Emanuelis Comneni.

MEDICCARA μεδικκάρα, Africæ Propriæ opidum: Ptol.

MEDICI, vide MEDIA.

MEDICVLEIA, vide MENDICVLEIA.

MEDIMENA, vide MEDEMA.

MEDIMNÆI μεδιμναῖοι, populi ſunt apud Diodorum 14. quibus incolendam Meſſanam dediſſe Dionyſium ſcribit. Mihi ignoti. An Methymnei legendum?

MEDIMNI, opidũ in Aethiopia ſub Aegypto: teſte Plinio.

MEDIOLANIVM μεδιολάνιον, vel MEDIOLANA μεδιολάνα, vtrumque Ptolemæus ſcribit, Inſubrum in Italia metropolis. MEDIOLANVM Procopio: quam poſt Romam ceteras facilè anteire vrbes dicit, magnitudine, ciuium copia, & reliquis fortunæ bonis. OLANVM à conditore antea dictam, tradit Cato in Originibus, ſi modò illius ſunt quæ hoc nomine circumferuntur. Sunt qui prius INSVBRIAM, alij ALBAM, alij PEVTHECIAM vocatam volunt, inquit Caſtilioneus. Inſubriæ meminit nummus antiquus M. Valerij Meſſallæ. Zacharias Lilius, in ſuo Orbis Breuiario credit à Maximiano Herculio Imp. HERCVLEAM quandoque appellatam, ſed quo auctore hoc credat, mihi ignotum eſt. Hodie Milano incolis: Meylandt. Germanis. Vrbs Melana potens, pro Mediolano legit Gotf. Viterbienſis. MEDIOLANIVM, Germaniæ vrbs, Ptol. quæ à Pyrchaimero Munſter in Weſtphalia dicitur. Metelen inſignis pagus, ad Vidrum fluuiũ, eſt Mercatori. MEDIOLANIVM Ptolemæo, Aulirciorum Eburaicorum vrbs. MEDIOLANVM Aulercorum Antonino. quod NOVIOMAGVM Antonini videtur M. Velſero, inter Breuiodurum & Condate. Magdunum nouo nomine vocant Gaguinus & Aimoinus. Mun vulgo. MEDIOLANIVM in Ordouicis, Britanniæ populus vrbs, Antonino, & Ptolemæo: Lancaſtre in Anglia, Lhuydo: Mathraual Dauidi Pouelo. ſed Lhanuellin Camdeno. MEDIOLANIVM, Santonum in Gallia vrbs: Ptolemæo, Straboni, & Stephano. Non dubito inquit Vinetus (in Auſoniũ) quin ſit Santonum metropolis, quam nunc Sainctes appellant.

MEDIOLANVM, Antonino opidum inter Coloniam Traianam, & Agrippinam. Metteler vicus, iuxta Moſam, vertit Simlerus. Mechelen fortè. Midelſlun pagus non male alludit, neque diſtantia admodum aut nihil differt. MEDIOLANVM, Mœſiæ Secundæ opidum: Lib. Notit. vide MEDIOLANIVM.

MEDIOLVM, vide ECELESTA.

MEDIOMATRICES μεδιομάτρικες, Ptolemæo Cæſari, Straboni, & Plinio, ſunt Galliæ Belgicæ populi. quos Weſtreicher appellat Rhenanus, quorum metropolis hodie Metz dicitur. Blondus MATRICORENSES vocat, lib. 1. Decadis 1. METENSEM vrbem, nominat Greg. Turonenſis. METAE & METENSES ſunt in Lib. Notitiar. vbi Cynegium fuiſſe tranſlatum ex Auguſtodano ſcribit.





MEDION μεδίων, Labeatiũ gentis vrbem, vocat Liuius, lib. 36. & 44. Aetoliæ facit Steph. ex Polybio. Vide MEDEON.

MEDITANA, vide MEDVANA.

MEDITLITANVS Epiſcopus, in Africa. Vict. Vticenſ.

MEDIVM, vel IN MEDIO, Thraciæ locus XXIIII. M. P. ab Hadrianopoli: Antonino. Eodem teſte vrbs inter Scythopolim & Neapolim Cœleſyriæ. Idem habet duo diuerſa loca ſic dicta, in Armenia Minori.

MEDIVM OSTIVM Rheni, Ptolemæo. Hodie Vlyſt nomen obtinet. Vide RHENVS.

MEDMA, vide MEDAMA.

MEDMASVS μεδμασος, apud Stephanum Cariæ vrbs eſt. MEDMASSAM vocat Plinius.

MEDME μέδμη, Italiæ vrbs. & fons. Et alia in Liguria. Ex Hecatæo Stephanus. Pro MEDAMA crediderim.

MEDOACVS μεδόακος, Straboni portus & fluuij nomen eſt. Duos hoc nomine fluuios notat Plinius. Alterum Maiorem vocat Leander, & hodie Brenta vocari; alterum Minorem, & Bachilione dici ſcribit. In Venetorum regione ſunt. Meſſalla Coruinus, aut quiſquis ille ſit qui libellum de Progenie Auguſti ſcripſit, alterũ BRENTESIAM appellat. BRINTAM nouit hoc loco etiam Fortunatus. Sed de his fluminibus ſic Merula, in Libello ſuo de Gallia Ciſalpina: Per Vicentinam agrum Rharonus & Bachilio amnes dilabuntur: vbi ad Vicentiæ mœnia confluxere, nec ille Rharonus, nec hic Bachilio eſt; ſed vno nomine Medoacus dictus; in Mare Hadriaticum defertur. MEDVACVS per V. in ſecunda habet Liuius. MEDOACOS populos habet etiã Strabo. Vide METHAMAVCVM.

MEDOBITHYNI μεδοβιθυνοι, circa Bithyniam gens: Liuio & Straboni, ſed per Æ in prima ſcribendũ. Vide MEDI.

MEDOBREGA, Hiſpaniæ vrbs, in Luſitania, A. Hirtio. Armeña Vaſæo. MEIDVBRIGENSES, ſunt in vetuſta inſcriptione. MEDVBRICENSES apud Plinium 5. cap. 22. quos PLVMBARIOS cognominat.

MEDOE, inſula Nili, in Aethiopia ſub Aegypto. in qua Aſer opidum. Plinius.

MEDON μέδων, Peloponneſi fluuius. Strabo. Sed NEDON legit Caſaubonus. MEDON primus Archon Athenienſis fuit. ab hoc poſteri apud Atticos MEDONTIDÆ dicti, Paterculo 1. Hiſtoriar.

MEDOSLANIVM μεδοσλάνιον, Germaniæ vrbs: Ptolemæo.

MEDVA, vide MEDAMA.

MEDVACVS, vide MEDOACVS.

MEDVALLI, vide MEDVLLI.

MEDVANA, pro Medualle, legit Turnebus, lib. 1. Lucani. In ripis Meduana tuis marcere peroſus. additq; illis in locis Meduana fluuium nomen retinere. MEDVANAM vel MEDANAM ſcio vocari à Rheginone, & Turonẽſi, fluuium Galliæ, qui Andegauenſium vrbem alluit, hodieq; Mayne nominatur. Canterus 3. Nouar. Lectionum, legebat hoc loco apud Lucanum MEDITANA. vbi MEDVALLA legit quoque Pulmannus.

MEDVBRICENSES, vide MEDOBRIGA.

MEDVLI, Auſonius Epiſt. 20. & 29. item 30. Laudat oſtrea ex Medulorum Oceano petita. Apud Bituriges Viviſcos ſunt, vt ſcribit Vinetus in eundem. dicitq; hodie Meduc vocari, quidquid agri eſt infra Burdigalam, Oceanũ, & Garumnam in eum influentem. Vide MEDVLLI.

MEDVLLI, populi ſunt in Alpibus. Vitruuio lib 8. Habitatores Vallis Ciler intelligunt Philander, & Barbarus, eius Commentatores. Diſtat, vt ipſi inquiunt, ab Oeno octauum lapidem, Meridiem verſus. Dalechampius Miollans, & Vallis Tarantaſia interpretatur. Habitatoribus guttur intumeſcit, aquarum vitio, vt putatur. Ptolemæo & Straboni, μεδυλλι ſunt altiſſimis montibus inſidentes, ſupra Iſaræ in Rhodanum influxum. Morienne credit hodie vocari Simlerus. MEDVALLI ſunt apud Lucanum lib. 1. Alij ſunt hi à Medullis Vitruuij. Vide PEDVLI & MEDITANA.

MEDVLLIA μεδυλλία, Stephano, Liuio, & Plinio, Latij vrbs, Coloniam factam à Romulo tradit Halicarnaſſeus. Vide MEPHYLA.

MEDVLLIVS Hiſpaniæ mons, Minio flumini imminens. Florus 4. & Oroſius 6. cap. 21. IDILIVM habebat membraneus codex. EDVLIVS Ptolemæi eſt, ſed ab eo in altum locum malè tranſpoſitus. Manduria ab accolis vocatur, ſi creditur Garibaio.

MEDVLLVM μέδυλλον, Vindeliciæ vrbs, Ptolemæo, Medlingen Lazio, & Auẽtino. Sunt MEDVLLI fortè Vitruuij.

MEDVNNACVM, vide DOVEANA.

MEDVS μῆδος, Perſiæ fluuius, in Araxem defluens. Strabo, & Curtius. Hic autem eum in Araxem: ille verò Araxem in Medum influere ſcribit. Straboni libentius acceſſerim. Vide EVPHRATES.

MEELEPH, vide BELED.

MEFA, vide MESADA.

MEGA, id eſt, magnum, vide MAGNVM.

MEGADINI μεγαδινοὶ, populi Aſiatici, apud Xenophontem 1. Cyropediæ. BVDINI, itẽ MAGADIDI, in ora libri. Philelphus huius vetus interpres μαγαδιδινοι legit, & melius, ni fallor. Magadidi enim vox ignota: Budini Sarmatiæ populi huc minimè pertinent, inter nempe Aſiæ interioris quos vna cum his Xenophon hic enumerat.

MEGABARI, & MEGABRADI, vide ADIABARÆ.

MEGALA, appellatur Mediæ locus arduus, verſus Perſepolim, teſte Plinio. Eſt & inſula ante Smyrnam. Item in Propontide, eidem

MEGALE μεγάλη, inſula Lyciæ: Steph. Etiã Peloponneſi vrbs: Ariſtoteli in Admirandis, in cuius agro ſemper flagrat. Huius etiam meminit Pauſanias. Idem cum Megalepolis fortè.

MEGALEPOLIS μεγαλήπολις, Ptolemæo, & Diodoro 15. Arcadiæ opidum, Per O. in media habet Liuius 35. Eius media pars ORESTIA ὀρεστία, vocabatur, vt Stephanus habet. Eius partem quoque THISBOAM vocatam à Nympha quadam, ſcribit ex Pauſania Gerbelius. Hodie dicitur Leontari, vt Sophianus; vel Londario, vt Sabellicus & Niger ſcribũt. PHILETO φιλητώ, vocat eam quoque Plethon. MEGALEPOLIS, Iberiæ ciuitas, eſt apud Stephanum. Africæ eſt, Carthaginenſium ditionis; apud Diodorum 20. Lyciæ inſula ſic dicta, Stephano. Vide NINOE, PHAZEMONITIS, & EVPATORIA.

MEGALESIVM, locus Aſiæ: Varro 5. de Ling. Latina.

MEGALIA. Quæq; ferit curuos exerta Megalia fluctus. Papinius 2. Siluarum, in Surrentinum Pollij. μεγαλία Zonaræ locus eſt, vel caſtellum, in Africa, circa Carthaginem, in prærupta petra, mari imminens. MEGARA μέγαρα, eſt Appiano. Vide MEGARIS.

MEGALLÆ, Indiæ gentes, Plinio.

MEGALOPHYEM Thaletem, habet Laërtius in Thalete. à patria fortè.

MEGALOPOLIS, vide MEGALEPOLIS.

MEGALOSSVS, vide METALASSVS.

MEGALVDA, vide METADVLA.

MEGALVSIORVM μεγαλυσιοι, meminit Theſaurus Goltzij, ex nummo.

MEGANITAS μεγανίτας, Achaiæ in Peloponneſo fluuius, iuxta Aegium. Pauſanias.

MEGAPOLIS, in Africa Proconſulari epiſcopalis vrbs. Vict. Vticenſ.

MEGARA μέγαρα, quæ & NISSÆA νίσαια, dicta olim Ptolemæo & Suida teſtibus. NISA habet Pauſanias. NISSA Homerus. Megaridis regionis vrbs, ad Sinum Saronicum, quam coloniam facit Plinius. Megara hodie adhuc dici, ſcribit Sophianus. Mazarino Niger. Idem tradit ALEXANDROPOLIM, cùm à Philippo caperetur, appellatam fuiſſe. Antea etiam ALCATHOE vocatam, quidam ex his Ouidij verſibus colligit, Alcathoë quam Niſus habet, &c. lib. Metamorphoſeos 8. Huius mentio eſt quoque apud Euripidem in Heraclidis. Strabo Niſeam facit nauale Megarenſium. Alcathoen Megaræ Arcem, vocat Pauſanias in Atticis. MEGARA, Siciliæ vrbs in littore maris, quam prius HYBLAM dictã ſcribit Strabo. MEGARIS Plinij eſt. Auguſtam hodie dici, tradit Aretius, & Leander, quod negat Fazellus; qui eandem

GEREATIN Pauſaniæ putat. Pauſanias in Eliacis duarum Hyblarum meminit, quarum vnam MAIOREM, alteram GEREATIN appellat. Antoninus vocat hanc Megaram CASTELLVM Syracuſanorũ. MEGARA, Macedoniæ locus vel vrbs, teſte Plutarcho, in Pyrrho. quæ Theſſaliæ eſt Stephano. Eodem auctore eſt quoq; in Moloſſide: alia in Illyride: & alia in Ponto: Ouidio 1. Triſt. Elegia 9. vbi puto eum de hac ſcribere hoc verſu. Et quos Alcathoi memorant à mœnibus ortos. Hæc inter Tomos & Dionyſopolim. Eſt & Apamienſium vrbs, in Syria, Straboni 16. In Peloponneſo vrbs, Ariſtoteli in Mirabilib. Vide HYBLA, CARTHAGO, MEGALIA, & MERGANA.

MEGARI, Indiæ populi, circa Indum fluuium. Plinius.

MEGARICE, vide HERACLEA.

MEGARICVM μεγαρικον, Bithyniæ opidulum, Stephano. MEGARICE fortè Plinij.

MEGARIS μεγαρίς, Ptolemæo Attica regio. Hæc etiam NISSÆA vocatur, Suida teſte. MEGARIS, Plinio inſula eſt inter Pauſilipum & Neapolim. MEGALIA videtur à Papinio vocari. Ouo hodie Hermolao dicitur. Arcem habet, quæ inde Caſtel del Ouo vocatur. Hoc caſtellum Michaël Ritius LVCVLLIANAM ARCEM appellat. MEGARIS, locus non longè à Syracuſis. Cicerò 5. in Verrem. Vide MEGARA, METARIS, & NISSÆA.

MEGARSVS μεγαρσ&c., per A etiam ſcribitur in prima. Ciuitas Ciliciæ eſt, ſita iuxta Pyrami amnis oſtia, inter tumulos Mopſi & Amphilochi, teſte Iſacio, in Lycophronem. Per A. in prima Plinio eſt; & MARGASA corruptè apud Strabonem. Fluuius in Scythia eſt, apud eundem. Indiæ fluuius aurifer eſt, in Indum influens, Dionyſio. quo loco eius interpres Auienus CYMANDER habet. Siciliæ vrbs eſt apud Stephanum.

MEGASA μέγασα, Libyæ vrbs, Stephano, ex Hecatæo. In qua AROTERES ἀροτῆρες, & SITOPHAGI σιτοφάγοι.

MEGATICHOS, opidum in monte, inter Ægyptum & Æthiopiam; quod Arabes MYRSON vocauere. Plinius.

MEGDII VILLA ANICIORVM, in Africa Propria. Antoninus.

MEGIA, vrbs ad Euphratem ſita, in Meſopotamia, circa Zitham. vt refert Zoſimus 3.

MEGISBA, Stagnum in Taprobana inſula. Plinius.

MEGISTA μεγίστη, Lyciæ inſula, Ptolemæo & Stephano auctoribus. Apud Liuium eſt portus Lyciæ. Goltzius huius quoque meminit, ex nummo.

MEGISTANÆ, videntur Armeniæ gentes, apud Tacitum, 15. Annal. & Vegetium, & Frontinum.

MEGISTVS μεγιστ&c., fluuius qui in Aegæum mare influit. Suidas. Vide RHYNDACVS.

MEGLEDVNVM, vrbs Galliæ, quindecim millib. à Biturico. Greg. Turonenſis 6. An Mehun hodie?

MEGRIPETANI μεγριπετανῶ, Epiſcopi, in Africa, mentio eſt in concilio Carthaginenſi, vbi Titus nominatur. MIGRIPETANI legit Balſamon. An à Migirpa? ſic putauerim.

MEHERATITES vocatur Epher, vnus fortium Dauidis, à loco. 1. Paralip. 11.

MEHODEMIA, vide SEMELIA.

MEIACARIE, locus cui fontes dedere nomen. nemoroſus, vineis arbuſtiſq; pomiferis conſitus. Ammiano circa Perſidem eſt.

MEIDVBRIGENSES, vide IGÆDITANI, & MEDOBREGA.

MEIONIS, vide CYPRVS.

MELA, fluuius propè Brixiam, Galliæ Ciſalpinæ vrbem; Catullo, ad Ianuam. Nomen antiquum hodie obtinet, inquit Erythræus & Leander. ſed pro Mela MELON legendum, auctore Capriolo, docet. Idem autem putat hunc Melam hodie Garza vocari. Mellæ huius etiam meminit Virgilius 4. Georgicon. & in eundem Philargyrus, eumq; ex Brenno monte oriri ſcribit. MELA etiã fons in Lycia, vbi Latona ruſticos in ranas conuertit: vt habet Probus ad 1. Virg. Georg. MELA locus, aut vrbs in Sicilia videtur; apud Ouidium 4. Faſtor.

Sacratumq; Melam, paſcua læta boum.

MELACTE. Silius 14. Lanigera Melite, & littus piſcoſa Melacte. In Sicilia eſt. Pet. Marſus annotauit maritimum opidum eſſe.

MELÆ, Samnij vrbs: Liuio 24.

MELÆA μελαια, Græciæ locus. Thucydidis 5. circa libri initium.

MELÆNA μέλαινα, promontorium Chij inſulæ. Strabo. Vide SAMOS.

MELÆNÆ μέλαιναι, Arcadiæ vrbs, apud Stephanum μελαιναῖαι, Pauſaniæ eſt. & MELANÆA Plinio. Eſt & Lyciæ vrbs, teſte Stephano. Polyænus habet caſtellum ſic dictum, finitimum Atticæ & Bœotiæ. Hippocrati in Epiſtolis ſunt MELÆNÆ in Locris circa Criſſam, aut vti in Galeni vocum Hippocratis expoſitione lego, circa Chriſæum campum, ad Criphium.

MELÆNI μελαινεῖς, pars tribus Antiochidis. Stephanus.

MELAMBIVS μελάμβι&c., locus circa Scotuſſas. Polybius 17. In Theſſalia.

MELAMBOLOS, vide ÆGYPTVS.

MELAMPHYLOS, vide SAMOS.

MELAMPHYLLON, Plinio Thraciæ mons. MELPHYLLAS, habet alius codex.

MELAMPIA μελαμπεια, Stephano Lydiæ ciuitas. qui Xanthum auctorem eius facit.

MELAMPYGOS Petra, iuxta Aſopũ in Bœotia fluuium. Herodoti Polymnia.

MELAM μέλαν, mons Ptolemæo, in Felici Arabia.

MELANA, vide MELAS, & MEDIOLANVM.

MELANÆA, vide MELÆNÆ.

MELANCHLÆNI, μελάγχλαινοι, inhabitant Caſſiteridas inſulas, auctore Strabone & Euſtathio. In Sarmatia Aſiatica ſunt Stephano, & Ptolemeo. Hos Maurophoros Turcicè vocari, ſcribit Leunclauius. Vide SCYTHÆ.

MELANCIADA, vide MELANTIAS.

MELANDEPTÆ μελανδέπται, in Aſia ſunt populi; circa Pontum fortaſsè. Xenophonti 7. exp. Cyri. μελανδέται, legebatur in margine.

MELANDETÆ, vide MELANDEPTÆ.

MELANDIA μελανδία, Sicyoniæ regio, Stephano. ex Theopompo.

MELANE, Plinio eſt inſula circa Ioniam.

MELANEIS μελανηΐς, Euboëæ inſulæ vrbs, quæ & ERETRIA ἐρετρία, Stephano. AROTRIA ἀρότρια, etiam dicitur, Strabone teſte. ἐρετρία, Ptolemæo & Plinio eſt. ἐρέτεια Herodoto 6. εἰρετρία fortè Homero, Ιλιαδ. β. Huius Eretriæ etiam meminit Plutarchus, in Phocione.

MELANES, vide AMAZONES, MELAS, & NIGRITÆ.

MELANGA, quæ Malagina vulgo appellatur. ſic Glycas. Locus circa Conſtantinopolim videtur.

MELANGE μελάγγη, Aruarorum emporium, Ptolemæo; in India intra Gangem. quod Iacobus Caſtaldus Malipur intelligit; vbi corpus D. Thomæ requieſcere creditur.

MELANGIA μελαγγεια, Arcadiæ opidum, Pauſaniæ. In Aſia Propria alicubi locus videtur, apud Nicetam.

MELANGITÆ μελαγγῖται, Ptolemæo Arabiæ Felicis gens. Per A. in prima interpreti.

MELANI Montes, μέλανα ὄρη, ad Sinum Arabicum deſcribuntur à Ptolemæo, eo loco quo Moſes in Sacris litteris SINAI, qui & OREB dicitur, Hieronymo teſte, ponit. Idem MONS DEI apud Moſem appellatur. SYNEVM eum vocat Iuſtinus, ex Trogo Pompeio. SINÆVM σίναιον, Ioſephus & Suidas. Europæis adhuc Sinai nominatur: ſed Turcis, vt N. Nicolaius refert. Turla, at Gebel Thor Arabibus vocari, ait Theuetus. Tur habet Zieglerus. Dominicus Niger tamen ſcribit MELANOS hodie Phaſga dici. ASABO ἀσαβω, cognominat Ptolemæus hos Melanos. SABO eſt in Periplo Arriani. Puto tamen ab ipſis auctoribus hoc verbum eadem forma ſcriptum, ſed librariorum vitio poſtea differẽter exaratum. Codices Ptolemæi, hodie legunt καλυμενα ἀσαβῶ: Arriani, λεγομενα σαβῶ. Deprauationis originem ſcire ſe velis, adi Indicem huius Theſauri in verbo Librarij. ASABO veram ſcripturam exiſtimo. habet enim Ptolemæus eodem tractu ASABO promontorium.

MELANIA μελανία, Straboni Ciliciæ opidum, eſt. quod MYLE Plinij eſſe, Ger. Mercator auctor eſt. Vide BEGIALIS.

MELANIPIA, vide CHELIDONIÆ.

MELANIPPIVM μελανίππιον, Pamphiliæ fluuius: Stephano. Mineruæ ſacrum dicit Q. Calaber 3.

MELANO, Doridis inſula: in Ceramico ſinu. Plinius.

MELANOGÆTVLI μελανογαιτῦλοι, Aethiopum gens, in Libya Interiori. Ptolemæus.

MELANOS μέλαν&c., promõtorium Besbici inſulæ. Strabò.

MELANOSYRI dicuntur (ad differentiam Leucoſyrorum, qui Cappadociam incolunt ad mare Ponticum: teſte Strabone.) ij qui habitant vltra Taurũ & Ciliciam. & hi veri ſunt Syri: inter nempe Euphratem & Mare Mediterraneum. Euſtathius & Porphyrogenneta.

MELANTHII μελανθίοι, Scopuli, Icarij maris, apud Strabonem, Circa Samum ſunt. Furni vocantur Nigro: Fornelli Bordonio. MELANTII μελάντιοι, ſunt Apollonio 4. duo ſcopuli ante Theram inſulam, huius Scholiaſti.

MELANTHIVM μελάνθιον, fluuium Cappadociæ habent Plinius, & Arrhianus in Periplo. MELANTHVS Ouidio eſt 4. de Ponto, Elegia 10. In Syria quoque mons, vbi Fanum Veſtæ, Cedreno.

MELANTHVS, vide MELANTHIVM.

MELANTIAS μελαντιάς, qui nunc vulgò Melitias, μελιτιὰς, dicitur; Thraciæ pagus, 102. ſtadiis Byzantio diſtans, quem Athyras fluuius præterfluit. Ex Suida, & Procopio. Agathias 150. ſtadia habet, vt ferè Antoninus, qui XVIII. M. paſs. qui faciunt ſtadia 144. apud quem MELANCIADA, & corruptè MELANTRADA quoque legitur. Villam Cæſaream cognominat Marcellinus. Vide MELANCIADA.

MELANTII, vide MELANTHII.

MELANTIVM, vide AMANVS.

MELANTRADA, vide MELANTIAS.

MELAPHYLLON, Thraciæ mons, Plinio.

MELARIA, vide MELLARIA.

MELAS μέλας, Thraciæ fluuius apud Ptolemæum & Plinium, quem Xerxis exercitui non ſuffeciſſe ſcribit Herodotus. MELANAM vocat eum Liuius: & nouo nomine La Meta, qui hunc vertit, Nardus. ſed Lariſſa Bellonius.

Eidem Ptolemæo eſt Aſiæ Minoris fluuius, quem Euphrates excipit. Hodie Genſui, vti ex Tabulis perſuadeor. Straboni, Plinio, & Zoſimo, etiam MELAS eſt, quem Pamphyliæ & Ciliciæ terminum dicunt. Iuxta Siden ciuitatem hunc deſcribit Pauſanias. & antiquum Ciliciæ terminum fuiſſe ait Plinius. MELANES ab Ammiano vocatur. hunc Marius Niger ſcribit nunc Crionero vocari. Peloponneſi fluuius, qui Olenum Achaiæ vrbem alluit, Straboni. Arcadiæ fluuium vocant Dionyſius, Callimachus, & Euſtathius. Alius eſt in Bœotia; auctoribus Strabone, Plinio, Vitruuio, Plutarcho in Pelopide, & Seneca tertio Naturalium: qui nigras oues efficit. hic excurrit in Cephiſidem paludem, vt refert Pauſanias, & Plutarchus in Sulla. vel in Cephiſſum fluuium, vt habet Theophraſtus 4. Hiſt. Plantar. cap. 12. & idẽ de Cauſsis Plantar. 5. cap. 5. Melam habet Herodotus in Trachinia, apud Trachin vrbem XX. ſtadiis à Dyra flumine diſtantem. Liuius videtur eũdem circa Heracleam vrbem deſcribere. ſic quoque Strabo 9. Eſt hic Mygdoniæ fluuius, apud Ouidium 2. Metamorph. Mygdoniuſq; Melas, & Tenarius Eurotas. Circa Colchidem, in Aſia Minori, eſt quoque huius nominis fluuius, teſte Plinio. Apud eundem fons eſt ſic dictus, in Heſtiæotide regione: qui oues albas facit.

Fons eſt quoque in Lycia, Probo auctore. vbi Latona accolas in ranas transformauit; vt Ouidius tradit. Vide MELITE, NILVS, NELEVS, & CATARRACTVS.

MELAS (i. Niger) SINVS μελας κόλπ&c., Thraciæ, apud Ptolemæum. MELANVS Solino. CARDIANVM eum quoque vocari, à Cardia vrbe, ſcribit in Ιλιαδ&c., Euſtathius. Magariſium hodie vocari autumo.

MELCHIA, Synodi locus, tempore Vrbani ſecundi Decret. 1. Diſtinctione 32. Corruptè pro MELPHIA. quod annotauit Ant. Auguſtinus. Idem cum MALPHITANVM puto.

MELCHON μολχόμ, loci nomen, Hieremiæ 49.

MELCOMANI, Dalmatiæ populi, Plinio.

MELCYNDA, vide MELENDA.

MELDÆ μέλδαι, Ptolemæo & Cæſari Galliæ Lugdunenſis populi. Orontio Meaulx eſt, opidũ ad Matronam amnem. MELDI ſunt in antiqua inſcriptione: & apud Plinium, qui eos LIBEROS cognominat.

MELDITA μέλδειτα, Africæ Propriæ opidum. Ptolemæus.

MELEA μελέα, locus Myſiæ, circa Caycum fluuium. Strabo 13. Sed ELÆA hic legendum minimè dubitat Caſaubonus.

MELEABA, in lib. Notitiar. Aegypti vrbs.

MELEAGRI Vallum, agri Antiochiæ Syriacæ. Strabo.

MELEAGRIA, vide CALYDON, & PLEVRONE.

MELEGVNIS, vide LIPARA.

MELEISSA, vide EVGYON.

MELENÆÆ, vide MELÆNÆ.

MELENDA μηλήνδα, Ptolemæo, Indiæ intra Gangem vrbs. Interpretes MELCYNDA habent. Vide NELCYNDA.

MELENICVS μελένικος, caſtellum in Zagorea, Thraciæ regione. Cedrenus, & Gregoras. Sedes Epiſcopalis eſt Balſamoni: ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. MELNICES Curopalati, Gabio interprete.

MELES μέλης, fluuius qui prope Smyrnæ muros labitur. Philoſtratus, Statius, & Strabo. Lydiæ vrbs videtur apud Suidam, in μόξ&c.. Samnitum vrbs, à Marcello capta. Liuius 27. Vide HELLES.

MELESE ab Ouidio 15. Metamorph. vrbs nominata: vt putat Gab. Barrius, hoc verſu, Thurinoſq; ſinus, Meleſenaque & Iapygis arua. circa Crotonem fuiſſe ſcribit, & hodie Meliſſa vocari. TEMESEN autem (non Meleſen) noſtri codices legunt.

MELESOBE μελεσόβη, locus Epiſcopalis, in Reſponſis patriarcharum Orientalium.

MELESSES, Hiſpaniæ populi, Celtiberorum, in quibus Oringis vrbs. Liuius 28.

MELETI Sinus, μελήτου, à Meleto flumine, etiam SMYRNÆVS dicitur, à Smyrna opido, illi adiacente, Stephano teſte. ELAITEM vocat eundem Agathias in Proemio Hiſtoriæ. Sinus eſt maris Aegæi, iuxta Aeolidem regionem.

MELIA μελία, vrbs Cariæ. Stephanus ex Hecatæo. Galliæ ciuitas, in vita SS. Nazarij, Geruaſiiq;.

MELIACHI, vide MALIACHI.

MELIACVS, vide MELIAS.

MELIAS μηλιας, Græciæ regio, ad Maliacum ſinum, Herodoto 7. MELIDIS inde Sinus; quem MELIACVM nominat Thucydides 4. Eſt & ſinus nomen propè Conſtantinopolim, vt docet Gyllius, ex Dionyſio Byzantio.

MELIBOCVS μελίβοκ&c., Germaniæ mons eſt; apud Ptolemæum. Miſniæ ſaltum qui Hardtſwaldt vocatur, ex eo facit Pirchaymerus. Brockersberch eum nouo nomine appellat Peucerus. Vogelsberg ex eo facere videtur Tilemannus Stella. Vide CATTI MELIBOCI.

MELIBOEA purpura, à nomine inſulæ, in qua tingitur, eſt dicta. Feſtus, & Lucretius. idem cum MELIBOEVM. Videtur quoque Aſſyriæ vrbs, ad Orontem fluuium; ex Oppiani Venatione. Vide MELIBOEVM.

MELIBOEVM, OLYZON vrbs, μελίβοιον. τὴν ὀλυζῶνα πολιν, ſic Suidas, nihil præterea addens. Olizon verò, & Melibœa, Homero, & Plinio, diuerſa ſunt opida, Magneſiæ Græciæ regionis. Item Straboni, Seruio, Solino, & Stephano Theſſaliæ μελίβοια. Idem Plutarcho in Pelopide; item Herodoto, & Liuio, qui eam in radicibus Oſſæ deſcribit ad Peneum fluuium circa Boebeidem paludem videtur, in Orphæi Argonauticis. Pomp. Sabinus ad 5. Aeneid.

eam ſtatuit poſt Theſſalonicam, verſus Cherſoneſum. Idem dicit quoque Laconiæ vicum ſic vocatum. qua fide, alijs cenſendum relinquo.

MELIBOEVS μελίβοιος, Italiæ mons, in Campania: vnde fluit Orrhontes fluuius. Iſacius ad Lycophronem.

MELIBOTVS, loci nomen, apud Nicetam. Circa Aſiam Minorem videtur.

MELICAS grues, laudat Gellius tanquam præſtantiſſimas, lib. 7. cap. 16. Et Anſeres Melicas, Plinius 10. cap. 21. Gallinas Melicas ampliſſimi corporis habet Feſtus: à loco, omnes pro MEDICAS. L. littera, pro D. ſubſtituta. de quo apud Varronem De R. R. cap. 8.

MELICHVS, vide MILICHVS.

MELIDIS Sinus, vide MALIACVS.

MELIENSES μηλιεῖς, Theſſaliæ populi videntur apud Xenophontem 3. Græcorum. & Thucydidi 3. & 5. Ad Othryi montis radices ſunt, vt habet Antonius Liberalis, & MELIDIS Regio ibi. quam accuratè deſcribit Herodotus 7. vide MELIAS, & MELO.

MELIEVS, vide MALIACVS.

MELIGVNIS, vide LIPARA.

MELII, vide MELOS.

MELINA μέλινα, Argiæ vrbs. Stephano.

MELINOPHAGI μελινοφάγοι, Thraciæ populi, Xenophonti, & Stephano. Panico veſcentes ſignificat.

MELIODVNVM μελιόδουνον, Germaniæ vrbs. Ptolemæo. Bohemiæ vrbem facit ex ea Lazius, quæ Mileuſko nunc vocatur. Vide MELODVNVM.

MELIPIA, Mœſiæ opidum, Antonino.

MELIS μηλὶς, vrbs Trachiniæ, Callimachi Scholiaſtes. Vide MALIACVS Sinus.

MELISSA μέλισσα, Libyæ vrbs: & Meliſſæa regio. Item vicus Cyriacæ regionis. Stephanus: ex Hecatæo. Phrygiæ ciuitas eſt apud Athenæum. Circa Synnadam, qua Metropolim itur. Vide MEDELICVM, & MELITTA.

MELISSOPETRIVM, Armeniæ opidum, Curopalati.

MELISSVS μελισσοῦν, vicus eſt agri Corinthiaci; Plutarcho in Amatoriis Quæſtionibus.

MELITA, Cappadociæ vrbs, non procul ab Euphrate, Solino, & Plinio. MELITINE μελιτηνή, fortè Ptolemæo. in Armenia Minori, regione confini. Malatia eſt apud Nigrum. MELITA, Apollonio & Plinio inſula Hadriatici maris, prope Dalmatiam. Ptolemæus eam MELITINE μελιτηνή, vocat. MELITVSAM à Polybio nominari, ſcribit Volaterranus. (Scio à Stephano ex Polybio citari μελίτουσαν, Illyriæ vrbem; ſed hanc inſulam quæ Illyriæ vicina eſt, ſic ab eo appellari, me fugit.) MELTA corruptè apud Antoninum legitur. Hinc catuli Melitæi; Callimacho auctore, apud Plinium. Hodie Melida dici, ait Sophianus: Melite Hermolaus. MELITE μελίτη, vna ex Pelagiis, apud Ptolemæum. Hæc inſula D. Pauli naufragio celebris eſt; & hodie Rhodienſibus militibus habitatur. Hinc Melitæi catelli, Strabone teſte. Videtur MALTACIA apud Antoninum. Concilium hic habitum ſunt qui opinantur (ſed falſo) quod MILEVITANVM dicitur. vnde quidam ſuſpicatur olim quoque MILEVITVM appellatum. Hodie Malta nominatur. Carthaginenſium coloniam puto à Stephano vocari. MELITE eidē Ptolemæo & Ciceroni, huius inſulæ ciuitas eſt; quam etiam hodie Malta vocant. MELITA Atticæ opidum eſt Plinio. Vicum μελίτη, vocat Plutarchus in Themiſtocle, & Solone. Cecropidis tribus, eſt apud Suidam. idem, ni fallor, cum μελίτη Stephani, quam partem Oenidis tribus vocat. circa radices montis Himetti eſſe, ex Luciani Timone, & Strabone intelligo. Æliano 11. Animal. cap. 17. μελίτη locus in Ægypto eſt, vbi draco diuinis honoribus afficitur. MELITE lacus Aeniadarum in Acarnania, apud Strabonem 10. Antonio Liberali fons eſt μελίτη, in Lycia: circa Xanthum. Melas hic eſt apud Probum. Eidem eſt vrbis nomen, in Phthia regione, ad Tartarum fluuium. Vide MELITVSSA, MELITÆENSES, & SAMOS.

MELITÆENSES μελιταιεῖς, Phthiotidis regionis Macedonicæ populi ſunt Straboni. quos aliquando PYRRHÆ nomen geſſiſſe ſcribit. Ptolemæo eorum vrbs MELITARA μελιτάρα: Antonio Liberali, μελίτη: Plinio MELITEA vocatur: & μελίτεια Straboni.

MELITARA, μελίταρα, Phrygiæ Magnæ vrbs: Ptolemæo. Vide MELITÆENSES.

MELITÆ, Aſiæ Propriæ ciuitas; alia à Mileto videtur apud Vitruuium 4. cap. 1. μέλιται, hoc tractu etiam meminit Conſt. Porphyrogenneta. Vide MILETA.

MELITEA, vide MELITÆENSIS.

MELITEIVS μελίτειος, mons, apud Apollonium 4. Scholiaſtes eius dicit Corcyræ inſulæ eſſe. MELITIVM eſt in Phauorini Lexico.

MELITENA μελιτηνή, vrbs, & regio Cappadociæ, Ptolemæo & Stephano. Eſt etiam Suſianæ regiuncula, eodem Ptolemæo teſte. Hodie Aracgelaran nominat eam Caſtaldus. Suar Theuetus. Armeniæ Minoris, ad Euphratem regio, apud Ptolemæum. Hæc Boſoch Caſtaldo, & Suar Nigro eſt. Reineccius autem putat hanc vrbem apud Belli Sacri ſcriptores Malatina & Melotania, vocari. Melatie eſt Leunclauio. MELITENAM Coloniam, Armeniæ Maioris, ex Ptolemæo, nominat Onuphrius. Fides ſit penes illum, Codices mei non nouere.

MELITIA μελιτία, Achaiæ vrbs, Thucydidi 4. itinere vnius diei à Pharſalo. vide MELITÆENSES.

MELITIVM μελίτειον, Corcyræ mons. Lexicon Phauorini. Vide MELITEIVS.

MELITTA μέλιττα, vrbs ab Hannone conſtructa, ad Atlanticum mare. teſtis ipſe, in ſuo Periplo.

MELITTÆA μελιτταία, Theſſaliæ vrbs, Stephano, & Polybio 5. An eadem cum Melita? Achaiæ vrbem habet Thucydides 4. Vide MELITÆENSES.

MELITVSSA μελιτοῦσσα, Illyriæ vrbs, Stephano. ex Polybij 13. cuius tantum fragmentum exſtat hodie. Vide MELITA.

MELIVNTA μελιοῦντα, locum habet Strabo 13. circa Erythræam Ioniæ, vt mihi videtur.

MELIZIGARA μελιζειγαρα, Indiæ intra Gangem emporium: in Arriani Periplo. MELIZIGERIS μελιζιγηρίς, Ptolemæo, Indiæ intra Gangem inſula.

MELLA, vide MELA, & MALEOS.

MELLAPO COSPAS, vide APSASIVM.

MELLARIA, Plinio, Pomponio, & Antonino, vrbs Hiſpaniæ Bæticæ, in littore freti Gaditani. μενεράλια Ptolemæo, & μηλαρία Stephano, in dictione βῆλος. Begerra de Melena eſt Stephano Aquæo, in Plinium. ſaniori ſcriptura alijs Bejar de Melena, aut vt Moralis habet Bejar de la miel, quod paulo interius verſus mediterranea eſt, (vt ipſe addit) quàm Mellaria ſit. Ex hac Mellaria, Tariffam facit Marmolius, & Coquus. Alia eſt MELLARIA etiam Plinij, Cordubenſis conuentus: Morali locus eſt qui hodie Fuente Ouejuna nominatur, quatuordecim leguis à Corduba. Apud Antoninum hæc Mellaria LII. M. paſſ. (quod fere idem eſt) à Corduba diſtat. Vide CARTEIA.

MELLISVRGIS, Macedoniæ opidum, inter Theſſalonicam & Apolloniam. Antoninus.

MELLO, ciuitas Palæſtinæ, Iudic. 9. μααλὼ 70. Interpretibus. Arx Hieroſolymis eſt, in libris Regum.

MELLVS, PAPHVS, THASVS, & CALLISTA, vrbes conditæ. ſic Euſebij Chronicon ad annum Mundi 3770. Membraneus meus codex legebat MELVS, PAPHVS, THYASVS, & CALESTA. Deligat meliora eruditus lector. Neutram ſcripturam probam æſtimo.

MELNICES, opidum munitiſſ. in petra: Zagoriæ regionis, Curopalati.

MELO, vide NILVS.

MELOBOTERA, vide ÆGÆ.

MELOCAVVS μηλόκαυος, Germaniæ opidum Ptolemæo. Coburch Villanouano dicitur.

MELODA, Palæſtinæ locus; Ioſue 15. μωλαδά, legunt 70. Interpretes.





MELODVNVM, Cæſari Senonum opidum, in inſula Sequanæ fluminis poſitum, vt ipſe deſcribit, & ego quoque vidi. Vrbis area ipſam inſulam, & vtramque continentis ab oppoſito ripam inſtar Lutetiæ Pariſiorum occupat. Melun hodie vocant. MILIDVNVM eſt apud Aimonium; & MELIODVNENSE Caſtrum apud Greg. Turonenſem 10.

MELOESSA, Italiæ inſula, circa Locros, Plinio. LXX. M. paſſ. à Caulone.

MELOS μῆλος, Ptolemæo inſula Cretici maris, inter Cretam, & Sunium Achaiæ promontorium. Milo Sophiano dicitur. MELII μήλιοι, incolæ vocantur Thucydidi. Hãc omnium inſularum rotundiſſimam, ſcribit Plinius, eandemq; ab Ariſtide BYBLIS βύβλος, ab Ariſtotele ZEPHYRIA ζεφυρία, à Callimacho MIMALLIS, ab Heraclide SIPHNVS, & ACYTOS, dictam ſubdit. STORIAM quoque vocatam, legitur apud Honorium Auguſtodunenſem. ſed vbi hoc ſomniauerit neſcio. MINSAL dicitur à Serapione, cap. de ſulphure. Pro Byblide apud Plinium, quædam exemplaria MYBLIDA, & MIMBLIDA legunt. Sed MEMBLIS etiam vocatur, vt ſcribit Phauorinus. MEDIA vocari à Varrone 2. de R. R. annotauit Ioſ. Scaliger, antiquo more. de quo vide MELICAS. MELOS, Suidæ locus circa Halicarnaſſum. dicit enim Termerum caſtellum ſitum inter Halicarnaſſum, & Melon. MELOS etiam Theſſaliæ vrbs, apud Suidam, ex Thucydide. hic enim Melos videtur circa Oropum deſcribere, & inſulam vocat, eiuſq; incolas diſtinguit in Paralios, Hieros, & Trachinios lib. 3. ſub finem. idem Diodorus 12. Eſt etiam Acarnaniæ pagus; apud Stephanum, & Thucydidem 3. MELOS quoque quondam Eubœæ opidum fuiſſe, refert Plinius. MELOS eſt etiam in Hiſpaniæ finibus vrbs, Stephano, in dictione βῆλος. circa Mellariam. Vide BELOS, & MINSAL.

MELOTHI ciuitas, circa Syriam videtur; Iudith 2. λουδ habent hoc loco 70. Interpretes.

MELPHES, Italiæ fluuius, Plinio. Circa Columnam Regiam. Gab. Barrio videtur. mihi autem ad Poſidoniatem ſinum. MOLPES legebat M. S. codex.

MELPHIA, vide MELCHIA.

MELPIA μέλπεια, Pauſaniæ vicus in Arcadia.

MELPIS μέλπις, Straboni fluuius, in Latio. iuxta Aquinum opidum, Melfa Leandro.

MELPVM, Inſubrum opidū, Plinio. opulentia præcipuum, ſed deletum à vicinis, eo die quo Camillus Veios ceperit, vt ipſe inquit. Melci nunc dici, ſcribit Leander.

MELSIAGVM, vide SVESIA.

MELSVS μέλσος, Hiſpaniæ fluuius, in cuius vicinia æſtuarium eſt, vt ſcribit Strabo, quod Cantabros ab Aſturibus diuidit. ex hac deſcriptione videtur mihi NÆLVS ναίλος, Ptolemæi. Dom. Niger, & Caſaubonus putant MEARON Ptolemæi eſſe: mihi nequaquam.

MELTA, vide MELITA.

MELTHA lacus, in Paleſtina; circa Tiberiadem, verſus Auſtrum. Gul. Tyrius. Melcha paulò inferius ſcribit, per ch. alterutrum mendoſè. Vide GADARENVS.

MELTINAS, viliſſima poſſeſſio in montibus arduis ac ſiluis denſiſſimis cōſtructa. apud Marianum Scotum, in epiſtola Paſchaſini, ad Leonē Papam. Vbi terrarum, non addit.

MELVS μελοῦς, caſtellum eſt, Curopalati & Cedreno. Circa Armeniam videtur.

MELVSSA μήλουσσα, Steph. iuxta Iberos inſula. ex Hecatæo.

MELYENSES μελυεῖς, Aſiæ Minoris populi: Herodoto in Thalia. quo loco Ptolemæus MYLIAS μυλιάδα, regionem habet.

MELZITANVM opidum, in Africa Propria, Plinio, & D. Auguſtino.

MEMACENI, valida gens Aſiæ: circa Perſidem vſpiam. Curtius 7. Scytharum gens videtur.

MEMARMALIS, vide TAVRVS.

MEMASVM, vide BILIGA.

MEMBLES μέμβλης, Lycophroni: Italiæ fluuius eſt, prope Leucanos: Iſacio.



MEMBLIAROS, vide ANAPHE.

MEMBLIS, vide MELOS.

MEMBLOSITENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

MEMBRESA ciuitas, CCCC. ſtadiis à Carthagine diſtans: Procopio 2. Wandal. Meminit huius quoque Antoninus. & MEMBRESITANI Epiſcopi, D. Auguſtinus. item Vict. Vticenſis M. S. An à Membro Antonini forſan?

MEMBRVM, Africæ Propriæ vrbs, Antonino. inter Carthaginem & Hipponem Zarethum.

MEMINORVM meminit Plinius, in Gallia Narbonenſi; lib. 3. cap. 4. Vide MENIMI.

MEMMA, inſula à Iornande deſcripta, eſt illa Cherſoneſus Albionis inſulæ, quæ hodie Meneg appellatur. vt credit Guil. Camdenus. Vide MONA.

MEMNIVM, vel MENNIVM, Aſſyriæ ciuitas videtur, vbi Q. Curtius lib. 5. ſcribit fontes eſſe bituminis. Circa Babylonem. MENNIS legit F. Modius. MEMNONIVM malim. de qua vide SVSA.

MEMNON μέμνον, tractus in Ægypto vocatur apud Ptolemæum. MEMNONIVM apud Strabonē; vbi Memnonis regia & ſtatua: de qua dictus Strabo, Plinius, Solinus, Tacitus, Diodorus, Curtius, Pauſanias, Spartianus in Seuero, Lucianus in Toxari & Philopſeudo, Philoſtratus in Iconibus & Vita Apollonij: item Iuuenalis 5. Satyra 15. & ad eundem Gloſſarius vetus. De quo latiùs in noſtro Theatri Parergo, ad Alex. Magni Expeditionis tabulam.

MEMNONES μέμνονες, Æthiopiæ ſub Aegypto populi, Ptolemæo, Plinio, & Stephano. MEMNONES INDOS hos nominat, ni fallor, Sidonius, ad Priſcum Valerianum: quos Auroræ face ciuica peruſtos dicit.

MEMNONII Muri, ſunt apud Pauſaniam 4. Circa Suſam puto.

MEMNONIS pagus Troadis, circa Aeſepi fluminis oſtia. Strabo. Idem ibidem habet MEMNONIS Sepulcrum. Aliud MEMNONIS ſepulcrum, iuxta Beleum fluuium Phœniciæ. Ioſephus 2. belli Iud. cap. 9. item Strabo.

MEMNONIA, vide SVSA, & LEOPHORA.

MEMNONIVM vocatur arx Suſa, in Perſid. Strabo. vide MEMNON.

MEMORIA fluuius, de qua ſic Plinius. In Bœotia ad Trophonium Deum, iuxta fluuium Orchomenum, duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionem adfert: inde nominibus inuentis. Vide MNEMOSYNES.

MEMORIÆ Aedes, in vrbe Carthagine. Vict. Vticenſis.

MEMPHIS μέμφις, quæ Hebræis MOPH, vel NOPH, & MIGDOL, Aegypti ad Nilum vrbs Ptolemæo. Hodie Cairo. vt Sabellicus, & nonnulli alij putant: cùm tamen Memphis ab altera parte fluminis fuerit, è regione Cairi. vbi hodie eius nihil exſtare præter nomen Menchis, putat Poſtellus. Eandem idem in Hiſtoria ſua Orientali nominat Cairum Foſtat, Mitzit, & Nitzrulatik. μέμφις Arcadiæ, in qua Aſtragalum naſcitur. ſic Dioſcoridis lib. 4. Sed quia in Arcadia (quæ regio Peloponneſi eſt) nulla Memphis ſit, Marcel. Virgilius putat Pheneus legendum. & dicit in aliquibus exemplaribus ἐυφαινῷ haberi. Haud multum abſum, quin credam Memphis retinendum: cùm Arcadia etiam Aegypti regio ſit, eius ſæculi ſcriptoribus; vt Euſtathio, libro Notitiarum, & Stephano, qui quoque Arcadiam, Aegypti vrbem habet. Heptanomis regio Aegypti Ptolemæo eſt, in qua Memphin deſcribit, atque cùm hanc Heptanomin ſcribat Euſtathius poſtea Arcadiam appellatam, Memphim vnam eſſe ex eius vrbibus luce clarius eſt. Vide BABYLON.

MEMSIDOS, Epiſcopalis locus, ſub ſede Rubba Moabitarum. Guil. Tyrio.

MEN, maritimus locus videtur iuxta Phanagoriam. Hiſtoria Miſcella 20.

MENA μηνᾶ, inſulæ duæ, Ptolemæo, in Hippadis pelago.

MENABVS. Inclita Cæſareis Menabos diſſoluitur alis. lib. 1. Lucanus, vt Pulmannus recenſuit. GENABVS legebat alius codex.

MENÆ μεναί, Ptolemæo Siciliæ opidum mediterraneum.

Thomæ Fazello Meneo eſt; Nigro autem Calatagirone. MENÆNON, & MENÆON habet Diodorus Siculus. MENENIOS populos, habet Cicero 3. in Verrem. Vide MENANINI, & NEÆ.

MENÆLAIVS, vide MENALIVS.

MENÆNON, & MENÆON, vide MENÆ.

MENAIS, fons Leontinorum, per quem ciues eius loci timent iurare. Vibius.

MENALA, Aegypti regio, Martiano. ſi ſincerus ſit codex. Nam MENELAITES legendum puto. Diuiſim, Menala item, codices excuſi malè habent.

MENAMBIS μεναμβις, Arabiæ Felicis opidum, Ptolemæo. Per A in prima interpretibus.

MENANINI, Siciliæ populi, apud Plinium. ΜΗΝΑΝΙΝΟΙ in nummis Græcis etiam. An MENENII Ciceronis? & gentile à Mene?

MENAPIA μεναπία, Bactrianæ vrbs, Ptolemæo. MENAPILA legit Ammianus. Alia eſt MENAPIA, cuius ciuem Carauſium facit Sex. Aurel. Victor. quem Schottus edidit. Hanc verò non noui. & deprauatam lectionem ſuſpicor. Vide MANAPIA.

MENAPII μενάπιοι, Galliæ populi, Morinis contermini, Cæſare, Dione, Strabone, Tacito, & Ptolemæo auctoribus. Marlianus & Leodius Iuliacenſes, Geldrenſes, & Cliuenſes, pro ijs accipiunt. Ego his Brabantos & Flandros adiicio.

MENAPILA, vide MENAPEA.

MENAPISCVS Pagus, cuius in archiuis cœnobiorum Gandenſium, & in legibus Caroli Magni ab Anſegigo monacho collectis, frequens eſt mentio; vt Diuæus teſtatur. hodie Flandriæ Comitatus eſt, eodem auctore, & Meyero. FLANDRIA, vt & hoc his addam; proauorum memoria RVTHENIA dicebatur. teſt. ib. Lhuydo, & Cœnali.

MENARIACVM, ponit Antoninus inter Caſtellum & Cameracum, in Gallia Belgica. Mergen, vel, vt Galli pronunciant, Meruille in eius locum conſtituo: pagus eſt Flandriæ, ad Lyſam fluuium. BROYLVS olim locum vocatum, ſcribit Molanus in S. Mauronto.

MENAVIA, vide MONAOEDA.

MENDA μενδα, ciuitas Græciæ: Polyæno 2. Pro Mēdus fortè.

MENDÆ μένδαι, Siciliæ vrbs, iuxta Palicos. Stephanus: ex Apollodoro.

MENDÆI, Pauſaniæ Thraciæ gens, oram maritimam habitans ad Ænum vrbem. Gentile à Mende, Stephano.

MENDE μένδη, Thraciæ vrbs, Pauſaniæ, Polyæno, Pomponio, & Thucydidi: in Pallena regione Erythreorū colonia. Stephanus ſcribit ab Apollodoro μενδις vocari. MERIDIS eſt apud Liuiū 31. vocatā, vicum maritimū Caſſandreæ ciuitatis, ad Thermaicū ſinum. Vide MENDESIVM.

MENDELA μένδηλα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

MENDES μένδης, Aegypti vrbs, eſt apud Strabonem, Diodorum, & Stephanum. Hic Apis, ſiue hircus colebatur, teſte Plutarcho in Iſide.

MENDESIVM μενδήσιον, Nili oſtium, Ptolemæo. Damiate Niger vocat; Migni Alfonſus Bonacciolus. MENDESIVM Nomum habet ibidem Ptolemæus. MENDESIVM tractum Eunapius. Puto μενδη Ioſephi eſſe, 10. Antiq. 6.

MENDICVLEA μενδικουλῆα, Luſitaniæ vrbs, Ptolemæo. Non eſt Mendiculeia Antonini, quæ Mediculeia vocatur in Aldina editione. inter Aſturicam & Tarraconem.

MENDIS, vide MENDE.

MENDVS μένδος, Circa Cariam vrbs, apud Porphyrogennetam, quem Vulcanius recēter vertit ex Græco. Huius etiam mentio fit in Epheſino concilio. Pro MYNDVS.

MENE μηνὴ, Phrygiæ pagus, vbi aquæ aſperiores & nitroſæ, vt tradit Athenæus 2. cap. 2. Inſula eſt Mediterranei maris, apud Epiphanium.

MENEBRIA, vide MESEMBRIA.

MENECINA μενεκίνη, Oenotriæ vrbs mediterranea. Stephanus, ex Hecatæi Europa.

MENEDEMIVM μενεδήμιον, Lyciæ opidum, Stephano. ex Capitone. Carbaliæ, in Pamphilia, Ptolemæo.

MENEFESSITANVS Epiſcopus in Africa. Vict. Vticenſis. Vide MENEPHESSA.

MENEGGESEM, Africæ Propriæ, in Numidia, videtur vrbs, apud Antoninum. Fortè eadem cum Meneggere.

MENEGERE, apud Antoninum Africæ Propriæ vrbs.

MENELAIDEM fontem, habet Pauſanias, in Arcadia. iuxta quem Platanus pulcherrima erat.

MENELAITES, vide CANOPVS.

MENELAIVM μενελαῖον, Stephano, & Polybio 5. iuxta Spartam tractus eſt verſus Orientem Hybernum. Vrbs eſt in Dolopia. Liuio 39.

MENELAVS μενέλαος, vrbs Aegypti, Ptolemæo, & Stephano. quibus & Plinio, MENELAITES Nomus eſt. (ſic autem ipſa vrbs vocatur in Edictis Iuſtiniani Imp.) Eſt quoque locus Marmaricæ, apud Ptolemæum & Strabonem. MENELAI Portum hunc vocat Aem. Probus, in Ageſilao. Vide BATHRACVS, & ELAITICA.

MENENII, vide MENÆ.

MENEPHESSA, Africæ opidum, in Byzacio, Procop. 2. Wandalic. MENEFESSA. Vict. Vticenſi M.S.

MENES μηνὴς, Heſperæ inſulæ vicus, quem Aethiopes Ichthyophagi habitant. vt tradit Diodorus 3.

MENESTÆ, vide PENESTÆ.

MENESTHEI Portus, μενεσθέως λιμὴν, Ptolemæo & Straboni Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, quam hodie Puerto de S. Maria vocant, vt teſtātur P. de Medina, Gomecius, & Florianus. BESIPPO Plinij eſt, vt credit Villanouanus. Huius meminit quoque Mela, & Antoninus. Beſippo apud Coquum Vejer eſt. ſed ſubdubitantem.

MENICVS, opidum Syriæ videtur apud Curopalatem, & Cedrenum.

MENIDAS Gentes, Peloponneſum occupaſſe, ſcribit Tertullianus de Anima.

MENINI, de quibus hoc Plinius 18. cap. 8. trans Alpes in „ Allobrogum tantùm Meninorumq; pertinax. Eoſdem pu- „ to eundem MEMINOS vocare, lib. 3. cap. 4. (Non neſcio tamen; eo loco quoſdam Aruernorum, alios Remorum legere.) MIMENI μίμηνοι, ſunt apud Ptolemæum. Ad Plinium 3 cap. 4. hæc habet Dalechampius, Quidam „ volunt eſſe Muræ, propè Gratianopolim. ſed mihi placet „ magis Menoſque, vel Mornas opidum antiquum, Rho- „ dano appoſitum, ſic ille.

MENISMINI, Africæ gens, quæ ab Oceano itinere dierum viginti abeſt, & cynocephalorum lacte viuit, Plinio teſte.

MENIVS μήνιος, Peloponneſi fluuius, non longè à Chelonitis promontorio. Epitoma Strabonis 8.

MENIX, vide LOTOPHAGITES.

MENLARIA, vide MENRALIA.

MENLASCVS, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius; quem Pomponius MAGRADA vocat, cenſore Villanouano, in ſuo Ptolemæo. Menlaſcum legit Latinus codex; ſed in Græco Ptolemæo eſt MENOSCA μηνόσκα, pro opido. Orea fortè hodie: Vramea eſt Garibaio. MENOSCA opidum, nouit quoque Plinius.

MENNEIANÆ, Pannoniæ vrbs. Antoninus. Fortè Manſpurg, vt Lazius conijcit. Videtur MAGNIANA apud Ptolemeum.

MENNIS, vide MEMNIVM.

MENNITH, locus Palæſtinæ. Iudic. 11.

MENNIVM, vide MEMNIVM.

MENNONES corruptè ſunt qui ſcribunt. Vide MEMNONES.

MENOBA, nomen duorum fluuiorum in Bætica, Plinio 3. cap. 1. Alter ad dextram Bæti influens; alter in Ibericum mare ſe exoncrans. In vtriuſq; ripa eiuſdem quoque nominis vrbs, eidem, ibidem. Vide MANOBA.

MENOBARDI, Armeniæ Maioris populi. Plinius.

MENOCALENI, Alpium incolæ, inter Tergeſtum & Polam. Plinius. Mingelstal hodie Lazio.

MENOIDA, Palæſtinæ vrbs. lib. Notitiar. Pro MENOIN fortè. Vide MEDEMA.

MENOSCA, vide MENLASCVS.

MENOSGADA μηνοσγάδα, Germaniæ opidum, Ptolemæo. Egra in confinibus Bohemiæ eſt; Petro Appiano.





MENOTHARVS amnis, in Sarmatia Aſiatica. Plinius.

MENRALIA μενραλία, Conteſtanorum in Hiſpania vrbs Ptolemæo. MENLARIA eſt in Latinis codicibus. Vide MELLARIA.

MENSA Solis, vide SOLIS Menſa.

MENTESA, vide MONS SABASTIANI.

MENTESANI, qui & ORETANI, & alij qui BASTVLI. Hiſpaniæ populi ſunt Plinio, lib. 3. cap. 3. Hos Mēteſanos putarim à Liuio 25. Auſetanos appellari, vbi deſcribit Lapides Atros inter Illiturgim & Mentiſſam, quæ loca in Oretanis ſunt. Niſi quis fide aliorū codicū pro Auſetanis Oretanis reſtituat. Auſetani enim longè ſunt ab Illiturgi.

MENTISA μέντισα, Oretanorum in Hiſpania Tarraconenſi opidum, Ptolemæo. geminato S S ſcribit Liuius. Car. Cluſius putat eſſe Iaen, aut Mentexa; opida inuicem vicina. Vaſæus ex Reſendio, dicit Montejo eſſe, in Bætica. Caçorla facit ex eo Moralis. ſed idem alio in loco ex eo Toya facit, quæ diſtat à S. Thomæ duob. leucis. Montizou vult Io. Mariana.

MENTONOMON, æſtuarium Oceani Germanici, quod Guttonum gens accolit. Plinius. Friſchaff nunc nominari videtur.

MENTONINES populi, circa Genuam. Teſtis ænea antiqua tabula, ibidem.

MENTORES μέντορες, iuxta Liburniam gens. Plinius: & Stephanus, ex Hecatæo. In Mentorica, veriſimile.

MENTORICA μεντορική, regio circa Iſtriam eſt, Ariſtoteli in Mirabilibus. Inter hanc & Iſtriam Delphium δέλφιον, montem altiſſimum deſcribit.

MENTVM μέντον, vrbs, prius TAPHOS vocabatur: ſed nunc TAPHIVS. ſic Epitoma Strabonis lib. 10. Circa Epirum eſt.

MENTVRINVM, Italiæ opidū videtur circa Capuam. In Conciliorum opere, de munificentia Conſtantini Imp. Minturnum, veram ſcripturam reor.

MENTYRNA, vide MINTVRNÆ.

MENVLLINVM agrum, habet Feſtus, in dictione Scriptum lapidem. Italiæ locus.

MENVS, vide MOENVS.

MENVTHESIAS, vide MENVTHIAS.

MENVTHIAS μενουθίας, Ptolemæo, Africæ inſula, ab exortu Solſtitiali. MENVTHESIAS eſt Arriano: MENVTHIS Stephanus legit. Vide CERNE.

MENVTHIS μένουθις, in Ægypto vicus: iuxta Canopum. Stephanus. Huius meminit quoque Epiphanius. Per A in prima legitur in vita S. Cyri Abbatis. vbi duobus tantùm ſtadiis à Canopo diſtare additur. vide DELTA.

MENYNX, vide LOTOPHAGITES.

MENZOCHASA μὴν ζωχάση, diſtinctim legit Græcus codex Zoſimi 3. de qua hæc, Zochaſa, quæ nunc Seleucia vocatur. vide SELEVCIA.

MEONIA, vide LYDIA, MYSIA, & PHRYGIA.

MEOPAROTÆ, ECBIZÆ, ORCADES, inſulæ maris Septentrionalis, apud Æthicum Sophiſtam. Idem alibi habet inſulas MEOPERONITAS.

MEPHAS Præſidium Sarracenicæ gentis, Georg. Alexandrinus in vita D. Chryſoſtomi.

MEPHET, (μαιφὰθ, 70. interp.) Palæſtinæ locus. Ioſue 13. MEPHATH eſt D. Hieronymo. Sed duas facit. vnam in Tribu Beniamin, alteram trans Iordanem.

MEPHITIS Aedem, locum ſic dictum Italiæ, in Amſanctis; habet Plinius. quam, qui intrauere, moriuntur. Huius meminit quoque Virgil. 7. Aeneid.

MEPHYLA μηφύλα, Aborigenum vrbs, in Latio, Halicarnaſſeo lib. 1. Quadraginta ſtadiis ab Oruinio diſtat, & triginta à Suna. Pro MEDVLLIA Plinij habet Sylburgius.

MEPHRAM, vide MÆPHA.

MERA, vide AVSER.

MERÆ vicum habet Pauſanias in Arcadicis. μερὰ fluuius, eſt in Lexico Phauorini.

MERANIA, Vide NARISCI.

MERAPHII μεραφίοι, Perſiæ gens, Herodoto in Clio.

MERARIA, vide MENARIÆ.

MERCALLVM, vide MERGABLVM.

MERCIDES, vide AMMÆDARA.

MERCII, Angliæ inſulæ gens, apud Bedam.

MERCIMEN, Africæ Propriæ vrbs, Antonino. Per A in prima alius codex ſcribit.

MERCVRIALE, & CIBELE, loca Italiæ citat Scipio Mazzella in Neapolitani Regni deſcriptione, ex Antonini Itinerario. in itinere à Beneuento Columnas. Hoc autem Iter deſideratur in codicib. typis excuſis. Primum locum idem Mazzella Mercogliano, alterum Monte Vergine interpretatur.

MERCVRIVS, loci nomen in Mauritania Tingitana videtur, apud Antoninum, quem EXPLORATIONEM cognominat. Idem alium locum hoc tractu habet, quem AD MERCVRIOS vocat. vbi quædam exemplaria MARIOS legunt, alia AD MERIOS. MERCVRIVS TEVTATES, tumulus in Hiſpania, ſic dictus: iuxta Carthaginem Nouam. teſte Liuio 26. MERCVRII Aqua, iuxta portam Capenam, Ouidio 5. Faſtorum. MERCVRII Delubrum, Aethiopiæ locus, inter quem & Meroen inſulam, adamantem reperiri tradit Plinius 37. cap. 4. MERCVRII Lophrij Calcatio, locus ſic dictus in Aethiopia. teſte Iſacio ad Lycophronem. MERCVRII Ciuitas, vide HERMVPOLIS. vide & HERMÆA, HERMVS, & PVLCHRVM Promont.

MERDI μέρδοι, & SERDI σέρδοι, Thraciæ populi ſunt; à Craſſo domiti. Dion. 51.

MERECH. Ex concilio apud Merech, ſic in Decretal. 2. „ Cauſa 10.

MERENS, vide BVBEGENTÆ.

MERFERARITENSIS Epiſcopus in Africa. Coll. Carthag.

MERGABLVM, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, Antonino; inter Beſipponem & Gades. Simlerus legit MERCABLVM, & MERCALLVM.

MERGANA μεργάνη, Polybio lib. 1. in Sicilia locus eſt. Corruptè pro MERGARA puto.

MERGENTINI, vide PITVLANI.

MERGISAFAR, locus Palæſtinæ. vbi G. Tyrius putat D. Paulum conuerſum.

MERGIVM, locus Palæſtinæ. Guilielmo Tyrio.

MERI, Meſopotamiæ vrbs circa Edeſſam, Simlero, ex Antonini Itinerario manuſcripto.

MERIABA, vide MARIABA.

MERIBRIGA μερίβριγα, Celticorum in Luſitania vrbs Ptolemæo. MIROBRICA apud Antoninum eſt, in itinere ab Emerita Cæſaraugustam.

MERIDIANVM, Thraciæ locus, in Nouellis, Tit. 6. Pro MESEMBRIA exiſtimo, eiuſdem enim ſignificationis.

MERIOS, vide MERCVRIVS.

MERITVS, Thraciæ mons. Plinius.

MERMADALIS μερμαδάλις, amnis, inter Albaniam & Amazones, verſus Septentrionem, Straboni 11. Paulò infra videtur eundem μερμόδας, appellare.

MERMEROES μερμερόης, locus circa Caucaſios montes, videtur apud Suidam.

MERMESSVS μερμησσός, Troica vrbs, Stephano, & Tiberij nummo. Eandem cum Marpeſſo puto.

MERMODAS, vide MERMADALIS.

MERO μηρὼ, Galilææ Superioris opidum, Ioſepho ad finem lib. 2. belli Iudaici. μηρὼθ pro eodem legit lib. 3. cap. 2. ROTHALA habet hoc loco Hegeſippus 3. cap. 6. Eſt & μηρῶ Phrygiæ vrbs, Socrati. ſed MISO μίσω, legit Sozomenus, in Tripartita hiſtoria. MEROS veram lectionem eſſe puto. de qua vide COMOPOLIS.

MEROÆ, opidum Aethiopiæ ſub Aegypto. Plinius.

MEROBRIGA, vide MIROBRIGA.

MERODIPA μεροδίπα, circa Halicarnaſſum vrbs, Diodoro 13. Mendosè, pro MEROPIDA, vt annotauit vir doctiſſimus Caſaubonus.

MEROE μερόη, Ptolemæo Nili inſula; quæ prius SABA σαβά, Ioſepho, & Cedreno teſtibus dicebatur. Hodie Geguere dicitur, vt ſcribit Caſtaldus. Naulelabe, vt Iouius;

Saba, & Bed Amare, vt Hier. Giraua tradit. Marmolius fortaſſe melius, qui dicit Naule babe Aegyptiis, Neube incolis, & Saba ab Abyßinis nominari. Multas huius inſulæ appellationes profert Theuetus. is enim præter Elſaba, Guegere, & Meroë, quæ hactenus retinere dicit, ſcribit quõdam ab Arabibus qui Nubiam vicinaq́; loca habitant, Merala, alijs Oclin Merodach, & ab Arabiæ Felicis incolis Mezaal vocatam: à Cephalienſibus Sabaim, ab Abyßinis Sabacthani; à Barbaris Alquehx, Hauage, Albila, & Albhon, (id eſt boum pecorumq́; inſulæ) nominatam. item à nonnullis Alhabib, Athabib & Galgala; & tandem Alhaim Alfacouza, quod ſignificat regionem milio fertilem. fides ſit penes inſidum auctorem. Hanc Meroën pulchrè deſcribit Heliodorus 10. Vrbs cognominis eſt in eadem inſula, Ptolemæo, & Stephano. MEROE etiam vrbs Lyciæ, apud eundem Stephanum. Item locus ad Orientem, non longè à Daphne Antiochiæ, eidē. MEROE inſula Oceani eſt apud Suidā.

MEROLIACENSE Caſtrum, in Gallia, accuratè deſcribit Greg. Turonenſis Hiſtoriar. 3.

MEROME, locus Palæſtinæ. Iudicum 5. Silua agri interpretantur 70. interpretes.

MERON, lacus Iordanis eſt, vbi Ioſue Iabin regem Aſor cum aliis montium regibus fudit. alij SAMACHONITIDEM appellant; inquit Wiſſenburgius. Poſtellus ſcribit ſic ab humanioribus auctoribus appellari. Zieglerus autem, in ſua Terræ Sanctæ deſcriptione duos lacus ex ijs facit. MERON Aquæ, Ioſue 11. σημεχωνιτις, eſt apud Ioſephum 3. belli Iudaici, cap. 18. Æſtate ſiccatur, vt refert Giſtelius, & Brochardus. Videtur mihi TABARIE vocari à Serapione, cap. de aſphalto. Maſius ſubdubitat an Meron & Samachonitis ſynonyma ſint. Adi eundem ad 11. cap. Ioſue.

MERONES μέρονες, Straboni 12. vna gens cum Phrygibus videtur.

MEROPIA, vide SIPHNOS.

MEROPIDIS Terram fabuloſam, habet Strabo 7. ex Theopompo. De his vide Aelianum 3. Variar. cap. 18. Vide MEROPIDA.

MEROPIS, vide COS, & ANOSTOS.

MERORVM Arabum regio, circa Comagenam Syriæ. Plinius.

MEROS μηρὸς. Indiæ mons, Straboni, Theophraſto, Aeliano, Melæ, & alijs. Ioui ſacer habetur, & Bacchum hic enutritum, fabulatur antiquitas. Meros enim femur ſignificat; & Bacchum ex Iouis femore genitum credidit gentilitas. Plinius lib. 8. cap. 39. eum NYSAM nominat. A Suida eum NYSEIVM νυσήιον, vocari puto, ab vrbe cognomine, ei vicina. SACRVM nominat Trogus 12. Hic autem eſt inter Indum & Cophenem fluuios: teſtibus Ptolemæo & Arriano. Polyænus lib. 1. ſtratagematum, aliter de hoc monte: eum enim TRICORYPHVM τρικόρυφος, dictum ſcribit; à tribus cacuminibus, quorum vnum vocatur CORASIBIS κορασιβις, alterum CONDASCE κονδασκη, & tertium MERVS. MEROS etiam Ampeli pars, apud Heſychium. Vide MERO, & COMOPOLIS.

MEROTH, vide MERO.

MEROZ μερωζ, regionis nomen, Iudicum 5.

MERRA, vide MARATH.

MERROMENI, Appiano; Illyrici populi. Meraner vocat Lazius, Migrationum 5. Merona opidum idem ibi conſtituit, de R.P.R. 12. An MELCOMANI Plinij?

MERTÆ μέρται, Albionis inſulæ populi, Ptolemæo. SIMERTÆ eius interpreti.

MERVA μερῶα, Luangorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo.

MERVCRA, Hiſpalenſis conuentus opidum, Plinio.

MERVLA, Liguriæ fluuius Plinio. A Iuſtiniano & Leandro Meira, à Nigro Conta interpretari video. Aſſenta vocat Stunicæ Itinerarium. LEMVRIS fortè, in ænea antiqua tabula, Genuæ.

MERVLÆ Campum Seruiæ regionis, vocant Latini, &



CASSOVIVM quoque. Seruiana lingua Caſſowepolye nominatur: & Germanicè Amſelsfeldt. Hæc ex Itinerario M. S. Cornelij Scepperi. Caſobus Laonico vocatur. Campus feraciſsimus & amplus. cuius longitudo à Septemtrione in Meridiem patere videtur ad cētum quinquaginta milliaria Italica. latitudo ab Oriente in Occidēte ſeptuaginta aut octuaginta. Plura lege de hoc campo apud Felicem Petancium, de Itineribus in Turciam.

MERVLI Pons, in via Portuenſi. Platina, in Adeodato 1.

MERVLIS, locus ſic dictus octauo à Populonia milliario, vbi S. Cerbonius vrſis à Totila proiectus fuit. Teſtes Marianus Scotus, & D. Gregorius 3. Dialog.

MERVSIVM μερύσιον, Siciliæ locus ſeptuaginta ſtadiis à Syracuſis diſtans. Stephanus, ex Theopompo.

MES, fluuius eſt regionis Coraſceni, quem nemo adiuit præter Alexandrū. Hic adamas reperitur. Serapio. Vide MYSIA.

MESA, vide MESADA.

MESABIVM μεσάβιον, Bœotiæ mons, circa Euripum. Pauſanias. Alius à Meſapio Stephani.

MESADA μέσαδα, Arabiæ Petrææ vrbs, apud Ptolemæum. Fortè MESA in lib. Notit. quæ quoque MEFA vocatur, eodem in libro.

MESÆ, Indiæ populi, circa Indum fluuium. Plinius.

MESÆNA, vide MIASENA.

MESÆPOLIS μεσαιπολις. Hic Ariſtoclem Pergamenum ſophiſtam extremum vitæ diem clauſiſſe, ſcribit Philoſtratus. Vide MESOPOLITÆ.

MESAGEBES, Aethiopiæ ſub Aegypto populi, Plinio.

MESAMBRIA μεσαμβρίη, tractus & Cherſoneſus Perſidis eſt; Arriano in Indicis. Eſt quoque Thraciæ vrbs Herodoto 7. circa Thaſum inſulam. Vide MESEMBRIA, CROCILIVM, & CHERSONESVS.

MESANA, vide MESSANA.

MESANACTA, vide DIPOTAMVM.

MESAMMONES, vide NASAMONES.

MESANÆI μησαναῖοι, populi; nunc PASINI Caſtrum, πασίνα χάραξ, dicitur. Ioſephus lib. 1. Antiquitatum, cap. 7. in Perſia eſt, ni fallor, ad Sinum Perſicum. Vide CHARAX, & MADISANITES.

MESANGIA μεσαγγία, locus vbi Theophilus lib. 3. ad Antolycum, ſcribit Cyrum regem interfectum à Myriade.

MESANITES, vide MADISANITES.

MESADHAR, Guil. Tyrio eſt vicus circa Sidonem.

MESAPIVM μεσάπιον, Stephano Euboëæ mons. Alius à Meſabio Pauſaniæ.

MESAPYGIA, vide IAPYGIA.

MESARFELTENSIS Epiſcopus, Africæ. Coll. Carthag.

MESARME, vide BERSABE.

MESATE, inſula deſerta, Plinio. Circa Thraciæ Cherſoneſum videtur. Vide HERA.

MESCHE, vide INESCHI.

MESCHELA μεσχελα, Africæ vrbs, apud Diodorum 20.

MESCHIA, regio circa Iberiam Aſiaticam, videtur apud Curopalatem.

MESE, quæ & POMPONIANA Plinio: eadem THEMISTA Martiano. Vide STOECHADES, MESSENIA, & PYTHO.

MESECH, vide MOSCHI.

MESECHINI, vide CAPPADOCIA.

MESEMBRIA μεσημβρία, Ptolemæo Myſiæ vrbs, ad Pontum Euxinum. Strabo ſcribit antea MENEBRIAM μενεβρία, dictam. MESAMBRIA per A in ſecunda legit Herodotus. Sophianus Meſimbria hodie vocari tradit. Pro Meſembria ERMENVM ἥρμενον, habet Tzetza; cùm tamen ipſum Ptolemæum ſe Iambicis verſibus transferre profitetur. Chiliade 11. Vide MERIDIANVM.

MESENE μεσήνη, regio & vrbs Siciliæ eſt, Stephano. Thraciæ vrbs eſt apud Nicetam. Vide ASINE, ADIABENE, APAMIA, & MESSENIA.

MESENI, vide MADISANITES.

MESEVS, vide MOSÆVS.

MESIA, vide MISIA, & SVESIA.

MESIVM, vide MÆSIA.

MESMA



MESMA μέσμα, Italiæ vrbs. ex Apollodoro. Stephanus. Locrorum ſtructuram facit Phauorinus, qui huic addit flumen eiuſdem nominis.

MESOA, vide MESSOA.

MESOBATENE regio, ſupra Coſſæos, Suſianæ populos; ad Septentrionem, in monte Cambalido. Plinius. MASSABITICA Strabonis eſt. Huius incolæ ſunt MESSABATÆ μεσσαβάται, Ptolemæi. quos Dionyſius ſupra Babylonem, verſus Septentrionem habitare tradit.

MESOBOA μεσοβόα, vicus Arcadiæ. Pauſanias.

MESOGABA, vbi Ammonis templum, quo oracula petuntur. In Africa. Arrianus 3. Alex. Alia lectio autem μεσογαια eſt: quam veriorem puto. & mediterranea appellatiuè, interpretari debere, non propriè.

MESOGÆA μεσογαια, Atticæ tribus: apud Iul. Pollucem. Vide MESOGABA.

MESOGEIVM μεσόγειον, ſcopuli nomen circa Lesbum inſulam, Plutarcho in Sapientum conuiuio.

MESOGIS, vide MESSOGIS.

MESOLA μεσόλα, Straboni Arcadiæ vrbs; quā nonnulli putant ab Homero HIRAM ἴρη, & HIERAM ἱερὴ, appellatam. MESOLA, Meſſeniæ opidum. Steph. ex Nicolao.

MESOLIA, vide MÆSOLIA.

MESONESOS μεσονησος, Propontidis inſula. In Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp.

MESOPOLITÆ μεσοπολῖται, ſunt circa Ioniam, Appiano in Mithridaticis. Gentile à Meſæpoli crediderim.

MESOPOTAMIA μεσοποταμία, Aſiæ regio, Ptolemæo, & aliis. quam MEDAMNAM Latinè dixit Dionyſii vetus interpres, ſiue Priſcianus, ſiue alius. Stephanus ADIABENE ἀδιαβηνὴ, eam quoque vocat. In ſacris ARAM, vel CHARAM eſt, teſtibus 70. interpretibus. SYRIAM CAMPESTREM in Sacris quoq; vocari, annotauit Aurogallus. Moletius recentiore vocabulo Azamia & Halapia nominat. Mercatori Diarbech dicitur. Meredin Poſtello: Turcia Nigra, & Caraoliuc, Leunclauio eſt. Eidem alio in loco, Diarbekir: an aliis linguis, alijs nominibus? Apud Bellonium legitur Meſopotamiam vnà cum Aſſyria, ſub vno nomine Azamia hodie à Turcis comprehendi. MESOPOTAMIÆ quædam pars, nempe quæ ad Amidam pertinet, ARMENIA nonnullis dicitur: teſte Procopio 1. Perſicor. MESOPOTAMIÆ Præfectura quoque eſt, quæ auctore Plinio 5. cap. 24. originem à Syris trahit. Eandem à Macedonibus habitari, ex 6. Annal. Taciti apparet: Anthemuſiam enim & Nicephorium quas hic Macedonibus adſcribit, ille huic præfecturæ tribuit. Vide PLAGA, & OSRHOENA, item MESSA. nam ſic quoque dicta.

MESOROME, vide METOROME.

MESPE, Africæ Propriæ locus, Antonino.

MESPHATH Fons, Geneſ. 15. πηγη τῆς χρισεως, (id eſt Fons iudicum) 70. interpretib. Idem cum CHADES.

MESPHE, Palæſtinæ locus, μασσηφα, 70. interpretibus. Ioſue 18. Vide MASPHAT, & MASSEPHA.

MESPILA μέσπιλα, vrbis nomen, apud Xenophontem 3. Cyri exped. Circa Mediam regionem. Stephanus per 1. in prima ſcribit. idq́; ex Xenophonte.

MESRA, vide BETHEMECH.

MESRAIM, vide ÆGYPTVS.

MESSA μέσσα, Laconicæ opidum, Pauſaniæ. μέσση eſt apud Strabonem 8. In Aſia regio eſt MESSA, habitatio filiorum Iectan: Geneſ. 10. ſed μασσῆ legunt 70. interpretes. Indiæ regionem, dicit D. Hieronymus. Vide ANCHIALVS.

MESSABA μέσσαβα, Carum vrbs, apud Steph. ex Hecatæo.

MESSABARA, Palæſtinæ locus. Tyrius lib. 21. cap. 11.

MESSABATÆ μεσσαβάται, Ptolemæo & Dionyſio Afro. cuius interpres Auienus corruptè Marragatæ legit. MASSABATICA per A in prima Straboni. Perſidis populi ſunt. SABTHA Hebræis dici, Ar. Montanus tradit. Horū tractum Caſtaldus Sauas appellat. Vide MESOBATENE.

MESSADENSIS loci, mentio eſt in Codice Theodoſiano 11. titulo de Appellationibus.

MESSAL μασαλ, Palæſtinæ locus. Ioſue 19.



MESSALVM, in Arabia Felici vrbs. Plinius.

MESSANA, Plinio & aliis; MESSENA μεσσήνη, Straboni & Ptolemæo. Stephanus ſingulari s. legit; Siciliæ vrbs, & emporium, ad Fretum Mamertinum. Chronicon Euſebij, & Cicero contra Verrem eam MAMERTINAM, & incolas Mamertinos vocat. Idem pro L. Cornelio Balbo, quoſdam Mamertinos OVIOS cognominat. ſi vera ſcriptura; nam quidam obuios, legit. Hodie Meſſina nominatur. Strabo ſcribit eā olim ZANCLE ζάγκλη, dictam. Sed Zancle hodie vicum eſſe prope Meßinam, Chiera appellatum, tradit Cl. Aretius. MESSENIOS populos hic habet Ptolemæus. Vide ICARIVM.

MESSANICVS. vide PADVSA.

MESSAPEÆ μεσσαπέαι, Stephano Laconica regio. ex Theopompo, vt ait.

MESSAPIA μεσσαπία, Plinio Meßapiæ vrbs eſt, quam Leander Miſano appellari ait. Straboni Italiæ peninſulā eſt, à Brundiſio Tarentum vſque. Hæc poſtea CALABRIA dicta, vt refert Solinus. Vno s. ſcribit Stephanus. Vide BOEOTIA, APVLIA, & IAPYGIA.

MESSAPIVS μεσσάπιος, mons in confinibus Pæoniæ & Mædicæ regionum; qui gignit Bonaſum animal. vt ſcribit Ariſtoteles de animalibus. In libro de Mirabilibus, qui eidem adſcribitur, HESÆNVS ἡσαῖνος, vocatur, & animal Bolinthum. quod à Pæonibus Monopon vocari addit. MARSANVM μαρσάνον, nominat eundem Antigonus in ſua Mirabilium narrationum cōgerie. vbi pro Bonaſum, Monotum legit. & idem alibi, Monychon. Idem animal Monops ab Aeliano vocatur. MESSAPIVS etiam mons in Anthedonia regione Bœotiæ, Straboni, & Pauſaniæ. Euboeæ eſt Stephano.

MESSATIS μεσσατις, Achaiæ opidum, inter Aroan & Anthean. Pauſanias.

MESSE, Papinius 4. Thebaidos: Quos Pharis, volucrumq́; parens Cythereia Meſſe. Forſan MESSA Pauſaniæ. MESSE μέσση, i. media; ſic dicitur omnis regio inter Tigrim & Euphratem; Dionyſio Afro. MEDAMNAM vocat huius vetus interpres. Vide MESENE.

MESSEIS μεσσηις, fontis nomē, vt habet Homerus ζ. Ιλιαδ. In Theſſalia, prope Helladem vrbem, habent eum Strabo & Plinius. Vide POLYDEVCIA.

MESSEN μέσσην, Laconica vrbs. Heſychius. μεσσα fortè Strabonis. In Meſſena, ni fallor: quam Laconicam regiunculam facit Euſtathius. alia à Meſſena Peloponneſi quoque regione.

MESSENE μεσσήνη, Peloponneſi vrbs, Ptolemæo. Vrbs & regio, ſic dicitur Stephano, & eidem Ptolemæo. ſed & regio MESSENIA. etiam MESE per ſyncopen, eidem Stephano, ex Strabone. qui duplici ss. MESSE ſcribit. Vrbs hodie Mattagia Caſtaldo; Moſeniga Nardo; Niſim Theueto nomen habet. Duas eſſe huius nominis vrbes Meſſenæ in Peloponeſo, docet Strabo 8. cui in Laconica alia preterea eſt. Tigridis fluminis inſula eſt MESSENE. ad cuius oſtium videtur. nam ibi propter æſtum maris in magnum periculum veniſſe Traianum Imper. ſcribit Xiphilinus. In ea Athambilus regnabat. Arcadiæ quoque vrbs, apud Philoſtratum Apollonij 7. ad finem. MESSENA Achaiæ, non ſemel nominatur in concil. Chalcedonenſi. Vide MESSANA.

MESSENIA μεσσηνία, Peloponneſi regiuncula, etiam ANDANIA nominatur à Stephano. Pro Meſſenia & Colchis apud Diſcoridem de Colchico, legit Serapio KARIN & GNAGNA. Vide MESSENE.

MESSENIACVS Sinus, μεσσηνιακὸς, apud Ptolemæum nominatur ea pars Maris Mediterranei, quæ Meſſeniam Peloponneſi regionem alluit. Golfo de Coron, à Corone ciuitate, Sophiano hodie vocatur. ASINÆVS etiam idem dicitur à Strabone, ab Aſine eius vrbe.

MESSENIANI, vide MISINIANI, & SARMATIA.

MESSI, vide BESSI.

MESSOA μεσσοα, locus Laconicæ: Steph. Item tribus Laconica: eidem, ex 8. Strabonis. Vno s. legit Pauſanias MESOA.

MESSOGIS μέσσογις, Lydiæ mons; apud Stephanum, ex

Stra-

Strabone. Eſt autem MESOGIS μεσωγὶς & μεσογὺς, vnico σ. apud Strabonem. MISETES μισῆτες, fortè Ptolemæi.

MESSOLI μεσσόλοι, vide GARÆTIVM, & MAVRITANIA.

MESSVA, Africæ Propriæ vrbs, ad ſinum Carthaginenſem: Martiano. Alius codex MISVA legit, ſic quoque Plinius, & Antoninus. Sed NISVA Ptolemæus. & neſcio an eundem locum deſignet Procopius 2. Wandal. ſub voce MISNA, quod Carthaginenſium nauale vocat.

MESTAR, Syriæ locus, inter Chalcidem & Antiochiam vrbes, ad Orontem amnem. Niceph. Calliſtus 14. cap. 16 INMESTAR ἰνμεσάρ, habet Socrates 7. cap. 16.

MESTARNE μησάρνη, Cilicum vrbs. Suidas. Eandem cum MESTAR credo.

MESTHIA, vide MYSTIENSIS.

MESTLETA μεσλῆτα, Iberiæ Aſiaticæ vrbs eſt Ptolemæo. Fortè MISCHITA Agathiæ lib. 2. vbi MECHISTHA μεχισα, legit Vulcani codex.

MESTRIANA, Antonino Pannoniæ vrbs. Meſtri pagus hodie Lazio.

MESTVS μεςος, videtur fluuius circa Thraciam; apud Zonaram. qui regionem huic adiacentem ab Alexandro quodam occupatam ſcribit. An corruptè forſan, pro Neſto?

MESVA, Pomponio Galliæ Narbonenſis collis & pæninſula. Meſe Ioanni Poldo. Vide SIGIVS.

MESVGA prouincia, & COZERIMORVM terræ: vbi Iudæos clauſos narrat Eldad Danius. Circa Perſiam aut Babyloniam.

MESVIVM μεσυΐον, Germaniæ vrbs apud Ptolemæum. Meydenburg ad Albim ſita, interpretatur à Pet. Appiano.

MESVS, vrbs Euboëæ Plinio eſt. Sed NESOS legendum iudico cum Pomponio. & ſit Atalantæ Neſium Ptolemai.

META, vide AVGVSTAM.

METABOLES, opidum circa Armeniam videtur, apud Curopalatem.

METABVS, vide METAPONTVM.

METACHOEVM μετάχαιον, Bœotiæ caſtellum, inter Orchomenum & Coroneam. Stephanus. Idem METACHOERVM quoque nominatur, eidem.

METACOMPSO μετακομψώ, Ptolemæo Aegypti vrbs, iuxta Syenen, quæ Aſuan Zieglero hodie. TACHEMPSO Pomponij videtur; (ſed inſulam in Nilo vocat.) & TACAMPSON Plinij. quam & THATICEN quidam appellauere, vt ipſe ſcribit. Per O. in ſecunda ſcribit Herodotus, eamq; inſulam quoq; facit, & apud Elephantinam locat. ταχομψὸς quoque Stephano vicus eſt, iuxta Philiam inſulam Aegypti.

METACVM, interpretatur à Ioanne Barrio Calaiate, Arabiæ Felicis opidum. Hoc Metacum in Latinis Ptolemæis nonnullis habetur; ſed in caſtigatioribus, & Græcis CVMACATVM, κυμάκατον, legitur. Vide NIMETACVM, & RIGIACVM.

METADVLA μετάδυλα, Cappadociæ vrbs eſt, in Ponto Polemoniaco. Ptolemæus. Interpres habet MEGALVDA.

METÆ, vide MEDIOMATRICES.

METAGONIVM Straboni, METAGONITIS μεταγωνίτις, Ptolemæo; Mauritaniæ Tingitanæ promontorium. Cabo de tres forcas, nominatur Caſtaldo; de tres Arcas, Oliuario. Metagonitas populos, habet ibidem Ptolemæus. quos METAGONIOS vocat Strabo. Sed aliud METAGONIVM promontorium Pomponio eſt; ad Ampſagum fluuium, vt videtur. Vide NVMIDIA.

METALASSVS μεταλασσός, Ptolemæo Ponti Polemoniaci vrbs eſt, in Cappadocia. MEGALOSSVS legunt eius interpretes.

METALLA, Sardiniæ locus: Antonino.

METALLINA, vide CASTRA VICELLIANA.

METALLOFANENSIS loci, meminit Beda, & alia Martyrologia, vbi ſub Diocletiano 40. ſanctos capite cæſos ſcribunt. ad IIII. Non. Maijs. METALLOFENON eſt D. Hieronymo in Locis Hebraicis, qui eam in Palæſtina deſcribit: 4. milliarib. à Dodan, verſus Meridiem. Vide PHÆNO.

METALLVM, id eſt fodina. Locus ſic dictus videtur ab Herodoto 5. inter Macedoniam & Thraciam: vbi æris fodinæ: circa Praſiam paludem. Etiam Galliа locus eſt in Lamberti (filij Onulphi.) S. Audomari canonici Florido, ſic enim nominat opus ſuum M.S. in quo hæc verba, „Anno octingenteſimo quadrageſimo octauo Normanni Burdegalam Aquitaniæ Iudæis prodētibus captam depopulatamq; incendunt. Deinde Metallum vicum populantes incendio tradunt. Eſt item nummus argenteus Ludouici IIII. Imp. cui ab auerſa parte METALLVM, quod quoque pro proprio loci habeo, eo, quod in alijs eiuſdem legitur LVGDVNVM, item BITVRIGES, &c. Vide MATALIA.

METALVM, vide TRITVM METALVM.

METANASTÆ, vide IAZYGES.

METANOEA, Procopio 1. Aedif. locus in ſuburbio Conſtantinopolitano. Vide CANOPVS.

METAPA μέταπα, Acarnaniæ vrbs apud Stephanum. ex Polybij 5.

METAPINVM, vide LIBYCA.

METAPONTVM Plinio, & METAPONTIVM μεταπόντιον, Ptolemæo & Straboni. Magnæ Græciæ maritimum opidum, quod Torre di mar Leandro, & Ananienſi dicitur. Thebeſaze caſtellum hoc loco nunc eſſe ſcribit Niger. Trebiſati legendum duco. (At Celſo Cittadino verior ſententia eſt Leandri quam Nigri) VIBO aliquando vocata fuit, vt Solinus auctor eſt. ſic eam quoq; nominat Cæſar libro bellorum ciuilium tertio. Item SIRIS σίρις, nomen habuit, teſte Stephano & Euſtathio. SIRINOS quoque vocat eius incolas, Plinius. METABVM μέταβον, olim vocatam, tradit apud Strabonem Antiochus: idem quodammodo Silius 4. Tzetza Chiliade 12. numero 404. illam quoque ALYBAS ἀλύβας, appellat. item Stephanus. Vide BITHYNIA, & SYME.

METARIS Aeſtus, μεταρὶς, Ptolemæo, ad latus Orientale Albionis inſulæ. The waſhe hodie videtur. μεγαεις erat in M.S. codice.

METAROS μεταρος, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius. Ptolemeo. MEARVS apud Melam eſt, vt Pintianus ſcribit. & ego ſubſcribo.

METAVM μέταον, Stephano in Lesbo opidum eſt. ex Hellanico.

METAVMACVM, vide METHAVMACVM.

METAVRENSES, vide TIFERNATES.

METAVRENSIS in Hiſtria epiſcopi, memoria eſt in ſynodo VI. Conſtantinopolitana; ſub Conſtantino Magno Imp. Vide SVASA, TIFERNATES, VRVINI, & VRBINATES.

METAVROS μέταυρος, duo ſunt huius nominis in Italia fluuij, apud Strabonem. Vnum eorum in Vmbria ſtatuit, alij in Piceno, regione vicina, ponunt. Sidonius eum circa Ariminum deſcribit. ad Senam Plinius de Viris Illuſtrib. Huius Vmbrici meminit quoque Val. Max. 7. cap. 4. iuxta Flaminiam, Acron. Hunc Leander, Niger, & Bonacciolus Metro vocari aiunt: Metaro alij habent: vt Cittadinus. Tertius in Brutiis eſt, cuius oſtium ex aduerſo Aeoliarum inſularum deſcribitur à Plinio. Eum Niger Angiuolo appellat: Bonacciolus & Leander in ſua Italiæ deſcriptione, Seminara nominari dicunt. Sed idem Leander, ſui quaſi oblitus eum Metremo indigitat, in ſuo inſularum Italicarum libello. In Italiæ autem deſcriptione videtur duos fluuios ex Seminara & Metremo facere; ambos tamen in Brutio. Non video quomodo hæc ſibi apud Leandrum conſtent. Locorum peritis hæc concinnanda relinquo. Hoc vnum addam; nonnullos ex Strabone (qui tamen apertè hoc non indicat) duos in Brutiis Metauros ſtatuere, ex quibus M. Niger eſt, qui addit alterum à Catone in Originibus PACTOLICVM dici, neſcio quo vſus exemplari: ego enim hoc apud hunc nō inuenio. Idem tamen Gab. Barrius aſſerit: ſed PACCOLINVM hic habet. PACCOLICVM legit Prob. Grammaticus ex tertio



Originum. vt ait in vita Virgilij. additq; eum Rheginorum & Taurinorum fines diſpeſcere. MATAVRVS per A. in prima, in marmoribus legi, Goltzius mihi affirmauit. METAVRVS quoque fluuij nomen in Sicilia videtur, apud Strabonem 6. quem ſubter terram ſe condere aliquantulum dicit. Stephanus item Mataurus habet, ſed pro Siciliæ vrbe. METAVRVS locus ſic dictus & ſtatio nauium in Brutio, ad Metaurum fluuium: Straboni. Mataurum Pomponij & Stephani puto. hanc enim partem Italiæ maximè Orientalem; ſub Siciliæ nomine à Stephano deſcribi, non ſemel ſignificaui.

METCHA, vna caſtrametationum Iſraelitarum. Num. 33.

METELIS μέτηλις Ptolemæo: METILIS per I. in ſecunda, Stephano, Pomponio. Aegypti vrbs, ad Nili oſtium. Stephano etiā BECHIS βῆχις, dicitur. Roſetto vocatur Italis, Raſchit Turcis Rair appellat Beniamin. METELITES Nomus ibidem, Ptolemæo. Hanc, vt puto, Hirtius in Bello Alexandrino, deſcribit ſub nomine DELTA. vocátque locum illarum regionum nobiliſſimum.

METELLINA Colonia, vide CASTRA VICELLIANA.

METELLIPOLIS, huius ciuitatis meminit ſynodus II. Nicenæ habita. Neſcio vbi ſit.

METENSES, vide MEDIOMATRICES.

METENSIS Epiſcopatus, in Numidia: Vict. Vticenſi. METENENSIS eſt in Coll. Carthag.

METERCOSA μετέρκωσα, Carpitanorum in Hiſpania vrbs. Ptolemæus.

METEREA Turba. Ouidius 2. Triſtium, Elegia 2.
» Iazyges & Colchi, Metereaq; turba, Getæq;, Danubij medius vix
» prohibentur aquis.
Scythiæ Europeæ gens. ſi vera lectio. NEVREAque turba, mauult Merula. Val. Flaccus ſanè coniungit Neuros & Iazygas, hoc verſu,
» Neurus & expertes canentes Iazyges æui.

METHAMAVCVM, & METAVMACVM, video à Latinis appellari Venetiarum vrbis portum; qui vulgò Malamocho nomine innoteſcit. Meta Meduacum, quaſi inſula vltra Meduacum, legit Faroldus. Strabo habet MEDOACVM μεδόακος, portum, ad Medoaci fluminis oſtium. Idem etiam MEDOACOS populos, ſupra Venetos.

METHANA μέθανα, Troëzeniorum opidulum; in Argiæ Iſthmo. Pauſanias. Inter Troëzenem & Epidaurum hoc Straboni eſt. quod METHONE Xenophontis eſt. Sic quoque Thucydides nominat. METHANA vocatur quoque Straboni huic adiacēs Cherſoneſus. in cuius Iſthmum hanc vrbem ſitam reor. Vide METHONE, & CHERSONESVS.

METHENE, vide CHERSONESVS.

METHONE μεθώνη, Meſſeniæ vrbs maritima, in Peloponneſo. Per O. in prima ſcribit Pauſanias, in Meſſeniacis. Hanc aiunt ab Homero PEDASVM πήδασος, dictam, vt ſcribit Strabo. Idem dicit quoſdam eſſe, qui per ÆPEÆ αἰπειαι nomen, Methonen intelligant. Modon hodie, Sophiano teſte. Mutune Leunclauio. METHONE, vrbs Thraciæ, Suidæ, & Stephano. Huius incolæ à vicinis APOSPHENDONETI ἀποσφενδόνητοι, id eſt, fundarum telis pulſi, vocabantur, vt tradit Plutarchus in Quæſtionibus Græcis. In Macedoniæ confinibus fuiſſe, videtur ex Demoſthenis Olynthiaca 1. METHONE, vrbs Macedoniæ, in Magneſia: auctoribus Thucydide, Strabone, Stephano, Plinio, & Solino: in Theſſalia eſt Heſychio. Sub Oetæis montibus fuiſſe, docet Seneca Troas. Suidas dicit vnam eſſe ex Halcionijs. (Halcionem vrbem deſcribit hoc tractu Plinius.) In huius obſidione Philippus rex vnoculus factus eſt Circa Olynthum hoc factum, ſcribit Plutarchus in Paralellis Minoribus. Thucydides habet huius nominis vrbes alias; in Laconica: Stephanus in Euboëa; & in Perſia. Vide METHANA, & MÆTONA.

METHORA μέθορα, & CLISOBORA κλεισόβορα, Indiæ opida: Suraſenorum gentis. Arrh. in Indicis. Methoræ etiam Plinius meminit, ad Iomanem amnem. qui in Indum influit. Vide SCYTHOPOLIS.

METHORICVM opidum deſertum habet Plinius. circa Gedroſiam, vti videtur.

METHVRIADES μεθουριάδες, inſulæ inter Atticam & Aeginam iuxta Trœzenem: vt refert Stephanus. METHVRIDES ſunt quatuor numero, in Megarico ſinu: Plinio.

METHYDRIVM μεθύδριον, Arcadiæ opidum: Plinio, Polybio, Thucydidi, Xenophonti, & Stephano. in Megalopolitarum regione, Polybio 4. Eſt & aliud Theſſaliæ: apud Strabonem, Pauſaniam, Polybium, & Thucydidem.

METHYMNA μήθυμνα, Ptolæmeo, Stephano, Ouidio, Philoſtrato, & Parthenio, Lesbi inſulæ vrbs. Cretæ vrbs eſt apud Ælianum, 14. Animal. cap. 20.

METIBI μέτιβοι, Sarmatiæ Europææ gens. Ptolemæus.

METILIS, vide METELIS.

METINA, vide BLASCON.

METINATES, populi in Apulia, ſunt Plinio. ETINATES legunt tres mei codices.

METIOSEDVM, vide IOSEDVM.

METIRA, Antonino, Africæ locus: inter Paniurum & Lucundium. Per C. Mecira alius codex habet. Vide MECYRA.

METITA μέτειτα, Armeniæ Minoris, in Lauinienſi præfectura, opidum: Ptolemæo. & Lib. Notit.

METIVM, vide MARCIVM.

METO, locus Italiæ: Antonino. circa Thurios.

METODORVM, Galliæ vicus, circa Pariſios. auctor Conſtantius presbyter, in vita S. Germani Antiſſiodorenſis.

METOLE, Aegypti locus. In 11. Tomo operum D. Athanaſii. cuius epiſcopum Cromum vocat.

METOMACHARTA, vide CHARTA.

METOPA vicus, circa Arabiam fortè alicubi. Surius in S. Euthymio abbate.

METOPEN μετώπην, Peloponneſi fluuium, habet Callimachus, & Aelianus, in Variis. quam Stymphalij in figuram bouis depingunt. In Arcadia eſt, Callimachi Scholiaſti.

METOPON, promontorium prope Peram vrbem, vicinam Conſtantinopoli; quod hodie Acra Spandona dicitur. Ex P. Gyllio. A Nicephoro hiſtorico Aquilonare promontorium vocari, idem addit. Vide ARIETIS Frons.

METORENSIVM ciuitas, Cycni regni caput, non longè à Troia. Dictes Cretenſis, lib. 2.

METORES μέτορες, Perſidis gens, Ptolemæo. MÆGORES interpretibus.

METOROME μετορώμη, Cappadociæ in Ponto Polemoniaco vrbs: apud Ptolemæum. Latini codices legunt MESOROME.

METRACHA μέτραχα, vrbs archiepiſcopalis. In Sanctionibus pontificum Orientalium.

METRIA, vide SCETIN.

METRIDERA, vide AMMEDARA.

METRISARVM, vide MATRISARVM.

METROPOLIS μητρόπολις, Sarmatiæ Europææ vrbs, Ptolemæo. MILETOPOLIS Plinij eſt, vt æſtimat Villanouanus. METROPOLIS, Phrygiæ vrbs: Athenæo, Stephano, & Ptolemæo: ad Mæandrū fluuium. Alia apud eundem Stephanum & Ptolemæum eſt in eadem Phrygia. Aliam habent in Lydia: Ptolemæus, Stephanus, Liuius, & Dion. Aliam habet Diodorus 15. in Heſtiotide. Eidem Stephano eſt quoque Metropolis in Arcarnania: in Doride: in Euboëa: in Scythia: in Ponto Moſſynœcorū, ex Xenophonte in Cyriac. in Theſſalia, & ſupra Theſſaliam: huius etiam meminit Ptolemæus, & Cæſar 3. Ciuil. COL. AVR. METRO. legit ex Gallieni nummo, Goltzius. Decem huius nominis vrbes numerat Stephanus. Hunc numerum nos tribus auximus, Sarmatica nempe: Heſtiotidis: & alia Iſauriæ regionis, cuius meminit concilium Nicenum. Alias præterea vide in AVXVMVM, & OLBIA.

METROVM μητρῷον, locum ſiue opidum, ſic dictum, habet Arrhiani Periplus, in Bithynia; ad Pontum Euxinum. Dolium in Metroo habuiſſe Diogenem, ſcribit Laërtius. At locus hic Athenis, ſic dictus.

METVBARRIS, *Pannoniæ inſula Plinio, in Sao flumine, qui eam amnicarum maximam vocat.* Hodie Zygeth *dicitur. Sed hoc etiam vocabulum commune eſt omnium inſularum, lingua* Hungarica. *In hac Metubarri ſcribit Lazius hodie exſtare opidum* Bibar *nomine, à Bubalis nomine haud multum abludens.*

METVLVM μέτυλον, *Straboni & Dioni Iapydum vrbs. Lazius ſcribit hodie* Troiam *eſſe, ad Saiuum fluuium, in Mednikthal: Ciliæ comitatus. Appianus in Illyricis tradit eam regionis metropolim eſſe, ſitamq́ in monte nemoroſo, duobus conditam tumulis, quos vallis modica interſecat. Vide* MEDVLLVM, & MVTILA.

METVS, *vide* PHOBVS.

MEVANIA μευανία, *Vmbriæ opidum Ptolemæo, Straboni, Suetonio & Tacito.* Beuagna *Leandro appellatur. De hac Meuania Philander ad 2. Vitruuij hæc, Ducatus Spoletini opidum, in via Flaminia, ad radices eius collis in quo Falcum ſitum eſt, ex aduerſo Triuij. De eadem Sulpitius ad Lucani 1.* MEVANIA *videtur regionis nomen apud Columellam lib. 3. cap. 8.* MEVANATES, & MEVANENSES, *habet Plinius, diuerſos in Vmbria, quo loco aliquot codices mei* MEVANIONENSES *legunt. Vide* VEMANIA.

MEVANIÆ, *vide* EBVDÆ.

MEVIDI *Præſul Eraſtus, vnus ex 70. diſcipulis. Volaterranus 19. Vrbanor.*

MEVONIOLA, *habet Goltzius in ſuo Theſauro, ex vetuſta inſcriptione.* Galeate *vocatur hodie vrbs: vbi hæc inſcriptio ſupereſt. In Romandiola Italiæ regione.*

MEZAI *Plinij,* MAZÆI *Ptolemæi: Illyridis populi. Vide* MAZÆI.

MEZARME, *vide* BERZABE.

MIACORVS μιάκωρος, *Chalcidicæ vrbs: Stephano, ex Theopompo. Vide* MILCORVS.

MIACVM, *Hiſpaniæ opidum: Antonino. Inter Salmanticam & Complutum.*

MIÆDII μιαίδιοι, *Africæ Propriæ gens. Ptolemæus.*

MIAS μιας, *vicus Syriæ, de quo contentio erat inter Iudæos & Philadelphinos. Ioſephus in Antiq.*

MIASENA, *Antonino Armeniæ vrbs; verſus Syriam.* MESAENA, *legit pro eadem, idem.*

MIBÆ, *Libyæ populi. Silius 3. Malim* NVBÆ.

MICA *Mons, vide* IVLIA.

MICELÆ *populi, Lucano 6. Hic & odorato ſpirantes crine Micelæ.*

MICENAS, *vide* APESANTVS.

MICERIANVS *epiſcopus, Felix. Decret. 1. Diſt. 5?.*

MICHAELIVM, *vide* SOSTHENIVM, & ESTIÆ.

MICHAS, *vide* MAACHA.

MICHOE, *vide* TROGLODYTICE.

MICITE, *Siciliæ locus; apud Silium 14. Et Netum & Micite, &c. Niſi ſit Motuce legendum.*

MICRIPETANVS, *vide* MEGREPETANVS.

MICTIS, *vel* MICTERIS, *vide* CASSITERIDES.

MIDACVM, *vrbs eſt Curopalati: in Armenia vt videtur.*

MIDÆ *Fons, vide* MARSYAS.

MIDÆIVM μιδάιον, *Phrygiæ Maioris, vrbs: Ptolemæo, Dioni, Stephano, & Plinio.* μιδάιον *forſan Cedreni, & Porphyrogennetæ.*

MIDANON *epiſcopatus, ſub Boſtrēſi ſede, in Syria. Tyrius.*

MIDAVA, *vide* MEDABA.

MIDDELENGLOS, *vocat Beda (quod idem ſignificat) Mediterraneos Anglos.*

MIDEA μίδεα, *Bœotiæ vrbs Straboni. Item Argiæ, eidem: ſed differente accentu* μιδέα. (*Hinc* MIDEÆ *Tumuli* μιδίας γηλοφοι, *Peloponneſi locus: Xenophonti 7. Græcor.*) *Hæc eadem* MEDEIA μίδεια. *Homero. hæc antea* PERSEPOLIS Περσέως πόλις, *vocabatur, vt inquit Stephanus. Vide* LEBADIA.

MIDILA, *Africæ Propriæ ciuitas: D. Auguſtino, & Cypriano. Item concilio Carthaginenſi.* MIDITA *fortè in Coll. Carthag. & ibidem* MIDICENSIS *per c.*



MIDOE, *vide* TROGLODYTICE.

MIEZA, *Macedoniæ vrbs Plinio, quam &* STRYMONIVM ϛρυμόνιον, *appellari tradit Stephanus. Iuxta Stagiram fortè. vt videtur ex Alexandri vita: apud Plutarchum.*

MIGDO, *vide* MAGEDO.

MIGDOL, *vide* MAGDOLVS.

MIGDONIA, *vide* BITHYNIA.

MIGIRPA, *Africæ Propriæ ciuitas: D. Auguſtino & Cypriano. In concilio Carthaginenſi. & apud Vict. Vticenſ. Epiſcopalis ſedes. Vide* MEGRIPETANI.

MIGO μιγω, *Ptolemæo vicus, in Marmarica, Africæ regione.*

MIGODES, *vide* EVGYON.

MIGONIVM μιγώνιον, *regionem, in Laconica; habet Pauſanias. Iuxta Gytheum eſt.*

MIHDIMON, *ſpelunca ſic dicta, quam quidam* APHRISO *vocant. In Arcadia eſt, in regione Nemææ, vt refert Germanicus Cæſar, in Aratum.*

MIHERÆ, *vide* ZIN.

MILCORVS μίλκωρος, *Chalcidica vrbs, in Thracia. Stephanus: ex Theopompo. Eandem eſſe cum eiuſdem Stephani* MIACORO *ſubdubitauerim, eſt enim* A. *cum* Λ. *non diſsimilis adeo forma.*

MILENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag. pro* MILEVENSIS *forſan corruptè.*

MILESIA *Regio, apud Plinium. vbi paucis in locis cicadæ. Vide* MILETVS.

MILESII μιλήσιοι, *Græciæ Aſiaticæ populi, ſunt Diodoro 11. quos tanquam patriæ proditores Dario adhæſiſſe ſcribit.* MILESIOS *Peloponneſiacos, habet Diod. 14. quibus Dionyſius Meſſanam incolendam dedit. Vide* MILETVS.

MILESIORVM *Murus, locus Aegypti: circa Bolbiticum oſtium. Strabo.*

MILETIDA, *vide* TOMIS.

MILETOPOLIS μιλητόπολις, *Myſiæ vrbs: inter Bithyniam & Cyzicum, ad Artyniam ſtagnum, ex quo Rhyndacus oritur (quod Strabo inde Miletopolitem vocat,) teſtibus Plinio & Stephano. Per* ει *in prima ſcribitur in nummo Commodi Imp. apud Seb. Erizzum. Stephano quoque Miletopolis in Perſia eſt. Vide* OLBIA, & METROPOLIS.

MILETVM *Calabriæ vrbem à Mileſiis Aſiaticis conditam habet Barrius, ex lib. 6. Herodoti: quam hodie* Mileto *adhuc nominari ſubdit. Eandē à Cicerone* MELITA *dici, lib. 3. Epiſt. ad Atticum putat Seb. Corradus. Huius Mileti meminiſſe videtur Tzetza Chiliade 7. numero 156.*

MILETVS μίλητος, *Ioniæ vrbs, quondam* PITHYVSA πιθυοῦσα, ANACTORIA ἀνακτορία, & LELEGIS λελεγέις, *Plinio, Stephano & Euſtathio teſtibus.* BRANCHESIAM *vocatam, annotauit Canterus in Lycophronem, ex Clemente, vt addit. Aelianus, & Pomponius eam in Ionia ponit,* IONIAMq́ *vocari quoque ſubdit. Huius incolæ* MILESII *appellantur: & regio* MILESIA *apud Thucycidem. De Mileto Seneca Albinam conſolans, Miletus* CCCCC. LXX. *vrbium populum in diuerſa effudit.* Melaxo. *Alex. Zardus vulgo appellari ſcribit. Ad Mæandrum eam deſcribit Orpheus. decimo autē ab hinc ſtadio, Plinius. De hac vrbe multa Strabo. In Caria male hæc à Ptolemæo ponitur.* MILETVS *Cretæ vrbs apud Homerum. B.* Ιλιαδ. *Straboni quoque, Pauſaniæ & Plinio. Eſt quoque Cretica inſula; apud Euſtathium. Plinius tradit, Miletum opidum Troadis, ad Euenum amnem intercidiſſe. Vide* CALYPSVS, & TOMIS.

MILEVIS *Africæ Propriæ locus, Auguſtino Epiſt. 168.* MILEVITANA *Regio eſt apud eundem; Epiſt. 129. ad Donatum. Ciuitas* μελεβεταινη MELIBETANA *eſt in concil. Carthag. Vnde liquido apparet errare eos qui concilium dictum Mileuitanum, in Melita inſula habitum ſcribunt.*

MILEVM, *vrbs in Africa Propria,* XXV. M. P. *à Cyrta Antonino. Huius meminit D. Auguſt. & Synodus Conſtantinopolitana V. quæ eam Numidiæ attribuit F. Balduinus putat corruptum: pro* MILEVIM. *In Victore Vticenſe M.S. mentio fit* MILIANENSIS *Epiſcopi.* MYRÆVM *Ptolemæi puto.*



MILIANVM, *vide* MILEVM.

MILIARE, *Daciæ fluuius, apud Iornandem.* MVLIARE *per quintam vocalem ſcribit Lazius, &* Mulbach *interpretatur.* MILIARIÆ, & MILIARIENSIS *Alæ meminit Lib. Notit. inter præſidia in Palæſtina poſita. Vide* ALA MILIARENSIS.

MILICHIE, *agri Syracuſani fons. Plinius.*

MILICHVS μείλιχος, *fluuius Achaiæ, qui antea* AMILICHVS ἀμείλιχος, *dicebatur. Pauſanias in Achaicis.*

MILIDIENSIS *locus, in Africa. Coll. Carthag.*

MILINVS μιλῖνος, *portus Æthiopiæ, ad ſinum Arabicum. Strabo.*

MILIODVNVM, *vide* MELODVNVM.

MILITARE, *Valeriæ Ripenſis locus: in lib. Notit.*

MILIVM, *loci nomen; in Hiſtoria Miſcella, 23. Regio vrbis Conſtantinopolis videtur.*

MILLIARIVS, *Cliuus, vide* THEBÆ.

MILMANDRA, & ALBETA, *Galliæ flumina. in vita S. Euſtachij abbatis Luxouienſis.*

MILO, *Indiæ mons, cuius accolæ auerſis plantis ſunt. & octonos in ſingulis plantis digitos habent. Solinus.*

MILOLITVM, *apud Antoninum Thraciæ opidum.*

MILONIA μιλωνία, *Samnitum opidum; apud Stephanum, & Liuium 10.*

MILTINA μιλτίνη, *vrbs Africæ. Diodorus, lib. 20.*

MILTON, *vide* APSASIVM.

MILTOSELEVCVS μιλτοσέλευκος, *Socrati, &* MONTIOSELEVCVS μοντιοσέλευκος, *Sozomeno, in Tripartita hiſtoria; Galliæ locus, quo Magnentium prœlio ſuperatum à Conſtantio Imperatore fugiſſe ſcribunt.* MONS SELEVCVS *eſt in veteri interpretatione. Huius meminit quoque Itinerarium Antonini, in Gallia Narbonenſi.*

MILTVS μίλτος, *vrbs inſulæ Sagdianæ, in ſinu Perſico. Ptolemæus.*

MILVIVS, *vide* PONS.

MILVIVS *Ager. Papinius 2. Syluarum, in Glauciam Melioris. Circa Miluium pontem.*

MILYAS μιλύας, *Carbaliæ vrbs, in Pamphilia: Ptolemæo & Polybio. Eſt & regionis nomen hoc tractu: Ptolemæo & Straboni: item Herodoto, cuius incolas* MILYAS, TERMILAS, & SOLYMOS *vocatos addit.* MILYÆ *dicuntur huius incolæ à Strabone. quos Thracum ſobolem facit Plinius. Vide* LYCIA, & MYLIAS.

MILYNORVM, μιλυνων, *meminit ex nummo, Goltzius.*

MIMACES, & MIMACI, *vide* MIMALCES.

MIMALCES μίμαλκες, *Libyca gens: Stephano.* MIMACI μίμακοι *fortè Ptolemæi.* MIMACES *idem habet in Africa Propria.*

MIMALLIS, *vide* MELOS.

MIMAS μιμας, *Homero, Thucydidi, Plinio, Straboni, & Aeliano Animal. 5. cap. 27. Aſiæ Propriæ promontorium eſt, Chios inſulæ oppoſitum.* Cabo Stillari, *Nigro dicitur. Eſt & mons in ipſa inſula, vt refert Scoliaſtes Callimachi. Mons Ioniæ, in Aſia, non longè à Colophone: Solino. Circa Laodiceam, eſt Ptolemæo. Legitur etiam* MINAS, *per* N. *in ſecunda. Mimantis etiam meminit Philoſtratus 2. Apollonij, & Silius 3.* MIMANTEM *Montem ventoſum, in Pſyria, habet Cicero ad Atticum.* MIMAS μίμας, *quoque in Thracia mons eſt; apud Ariſtophanis Scholiaſtem in Nubibus; Suidam, & Ouidium 2. Metamorphoſeos. Aetoliæ, Heſychio eſt.*

MIMATENSIS *Montis Galliæ, circa Gaballitanam vrbem, cuius epiſcopus S. Priuatus erat, meminit G. Turonenſis.* MEMMATENSIS *etiā legitur. Regino habet* MITANENSEM *in territorio Caualitano corruptè.* Mande *hodie vocatur, teſte Cœnale, Belleforeſtio, & Cognato.*

MIMINENSIS *epiſcopi, in Africa, meminit Vict. Vticenſ.*

MIMENI, *vide* MENINI.



MIMINGRODA, *vide* MINIMIGARDVM.

MIMNEDVS μιμνηδός, *Stephano Lydorum opidum. ex Hecatæo.*

MINA, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs: Antonino. Vide* MNIARA.

MINACE, *opidum Hiſpaniæ Bæticæ, ad mare Mediterraneum: Auieno.*

MINÆI, *vide* MINNÆI, & NAAMATH.

MINAGARA μιναγάρα, *Indiæ intra Gangem vrbs in Indoſcythia: Ptolemæo.* Maciquopatan *Caſtaldus vocat. Eſt & altera eiuſdem nominis, eidem Ptolemæo: in eadem India, quæ* MINNAGAR *apud Arrianum in Periplo videtur. quam Scythiæ metropolim vocat.*

MINARIACVM, *vide* MENARIACVM.

MINATICVM, *Galliæ Belgicæ vrbs: Antonino.* NINTIACVM *pro eo legi in tabula Peutingeriana, viſum M. Velſero.*

MINCIVS, *Lombardiæ Tranſpadanæ fluuius eſt, apud Plinium: & D. Auguſtinum ad Dioſcorum.* Mencio *Leandro eſt.* Sarcha *vocari,* Niger *ait.*

MINDANA, *ager ſic dictus: Miſthiæ epiſcopatui ſubiectus. Balſamon in epiſtolam Baſilij ad Amphilochium.*

MINDVS, *vide* MYNDIA.

MINDVVM *vide* MIRDVVM.

MINDYA, μινδυα, *pagus in Caria: circa Myndum; Strabo 14.* CYNDIA, κυνδυη, *autem legendum putat Caſaubonus, ex Polybio 16. vbi Cindyadis Dianæ meminit. Vide* CINDYA.

MINERVÆ ἀθηναι, *nomen, vrbem quandam Siciliæ retinere, ſcribit Diodorus Siculus 5. Circa Himeram.* MINERVÆ ARA βωμὸς ἀθηνας, *Sinus Arabici inſula Ptolemæo.* Chifale *eſt, niſi recentiorum tabulæ fallant.* MINERVÆ *Caſtrum, ex Varrone deſcribit Barrius in Calabria circa Locros; idq́ nunc* Cripteria *nominatum tradit.* MINERVÆ *Muri, in Achaia Peloponneſi. Pauſanias in Achaicis.* MINERVIVM *Colonia apud Paterculum puto.* ATHENÆVM *eſt Halicarnaſſeo. Mineruæ Templum* Αθηνας ἱερον, *locus in Hiſpania: Straboni 3.* MINERVÆ *Palus, vide* TRITON. MINERVÆ *Promontorium, vide* ATHENÆVM, ANCON & PALLENIDIS.

MINERVIVM, *vide* MINERVÆ.

MINES *Portus, in Gallia Narbonenſi: Antonino. Circa Maſsiliam.*

MINGVM, *vide* NINGVM.

MINICA, *apud Antoninum Syriæ vrbs, circa Emiſſam. alias* MINNIZA *Simlero.* MINICÆ *Ciuitatis Primæ Galatiæ, mentio fit in* VI. *ſynodo Conſtantinopolitana.*

MINICVS, *vide* ANIGRVS.

MINIATIS, *vide* GEMINIANVM.

MINIMIGARDVM, *vrbs Weſtphaliæ: quæ hodie* MONASTERIVM *vel* Münſter. *Surius in vita S. Swiberti.* MIMINGRODA *eſt Crantzio.*

MINIO, *Virgilio, & Vibio Tuſciæ fluuius eſt.* MVNIO *dicitur à Rutilio:* Migno, *Nigro & Blondo,* Mugnone *Leandro nominatur. Iuxta Cære, vt Seruius docet 8. Aeneidos. vbi* CÆRITIS *amnis vocatur.*

MINIVM, *Opidum & flumen Minium. Sic Plinius lib. 4. cap. 21. In Luſitania. Tria alia exemplaria mea Euminium legunt. Idem fortè cum* ÆMINIVM *Ptolemæi.*

MINIVS μίνιος, *Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, Melæ, & Ptolemæo. Hunc Luſitaniæ maximum eſſe, &* BÆNIN βαῖνις, *quoque vocari, ſcribit Strabo. Hermolaus putat inuerſè Bænis pro* NEBIS *ſcriptum eſſe. Minium tamen & Nebin diuerſa flumina autumo: Ptolemæus enim & Pomponius vtrumq́ nominat. Minius videtur* NIMIS νίμις, *ab Appiano appellari. Pro* νίμις, NIBENES *vertit Cæl Secundus.* Miñio *adhuc dici, ex Cluſio, & Tabulis habeo.*

MINIZVM, *vide* MNISVM.

MINNÆI μινναιοι, *apud Strabonem ſunt populi in Arabia Felici. Iuxta mare Rubrum eos collocat Stephanus.*

ſed per I. in prima. Plinius ſingulari N. ſcribit, ſic quoque Ptolemæus & Stephanus.

MINNAGAR, vide MINAGARA.

MINNA VILLA AMARSI, Africæ Propriæ. Antoninus.

MINNIZA, vide MINICA.

MINNODVNVM, Antonino vrbs; quam Simlerus Milden nominat. Inter Aug. Prætoriam, & Aug. Rauracorū.

MINOA μινώα, Ptolemæo Cretæ inſulæ portus. Paleocaſtro dicitur Nigro; ſed Altemura Sophiano. Eidem Ptolemæo eſt alia quoque MINOA, in eadem Creta. MINOA, inſula quæ ante Megaram iacet. in ſinu Saronico. Thucydides 3. & 4. Promontorium Atticæ quoque eſt, Megaridis regionis: quod Niſſæ portum efficit: Straboni. cui etiam caſtellum ſic dicitur, ad ſinum Argolicum. Portus eſt ibidem Ptolemæo. Apud Pauſaniam quoque promontorium eſt, excurrens in mare, ab vrbe Epidauro Limeræ. Hæc fortè μινον Plethonis. Stephano Arabiæ opidum eſt. Eidem in Siphno inſulæ vrbs. Vide GAZA, MINYIA, HERACLEA, MINTHE, NISSÆ, & PAROS.

MINOE, vide MINOA, & MINTHE.

MINOIDES μινοΐδες, inſulæ ſunt apud Apollonium 2. Eius Scholiaſtes Cyclades interpretatur: à Minoo rege, qui bis quondam imperauit. MINOIVM Pelagus Cretæ, habet idem, & Phauorini Lexicon. Pro ÆGÆO exiſtimo.

MINOIVM Pelagus, vide MINOIDES.

MINORES, vide COELALETÆ, & MIZI.

MINOS, vide GAZA.

MINSAL, vide MELOS.

MINTERIVS, vide ORCHOMENVS.

MINTHE μίνθη, mons in Peloponneſo, teſte Ptolemæo, & Strabone. Gemiſtus hoc loco apud eundem Ptolemæum, μινώη legit, & eum quoque SCORTON σκόρτων vocat. Olono vocatur Nigro. EVAN videtur apud Pauſaniam dici, ab Euoë bacchantium voce; quod hoc loco Bacchus, & quæ eum ſequebantur mulieres, ſic exclamaſſe credantur.

MINTVRNÆ μιντοῦρναι, Latij vrbs & colonia Ptolemæo, aliiſq́. Ad Lirim fluuium Halicarnaſſeo 1. quam Georg. Fabricius ſcribit vulgò Traietto vocari. Caſtro al mar, Nardus. Sanfelicio auctore eſt, vbi hodie La Scafa del Garigliano. Eſt numiſma Tiberij Imp. apud me æneum, quod MVNTVRN. legit. MENTYRNA μεντυρνα, habet Stephanus. MINTVRNENSEM Paludem, habet Seneca 3. Declamationum. MINTVRNENSE flumen, circa Minturnas. in 18. Digeſtorum. Lirim ſic vocare veriſimile eſt, cum Liuius ſcribat Minturnas coloniam ad oſtium Liris deductam. VENTVRNÆ corruptè legitur apud Aethicum. Ex Minturnarum ruinis Traietto ædificatum ſcribit ad me quoque Celſus Cittadinus. Traietto autem in colle eſt, Minturnæ erant in valle ſiue planicie, quod ex amphitheatri & aquæductuum reliquiis, palam omnibus. fueruntq́ ad dextram Liris fluminis, quo in loco ſunt veſtigia pontis olim coniungentis viam Appiam.

MINVCI Caſtella vocant, ſic Lucanus 6. Alij MINICI legunt. Sed & NVMICI lego in codice calamo exarato. A Numitio conditore ſic vocato lego in membranis vetuſtis.

MINVENSIS Epiſcopi, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſis.

MINVTIA, locus quo Lampridius ſcribit Herculis ſignum æneum ſudaſſe.

MINYA μινύα, vrbs Theſſaliæ; quæ prius ALMONIA ἀλμωνία, dicta fuit. Stephano. Eidem Phrygiæ vrbs circa Lydiam. Huius mentio etiā apud Lucianū in Pſeudomante.

MINYADA μινυάδα, regio Armeniæ: in qua Baris mons. Nicolaus Damaſcenus, apud Joſephum & Euſebium.

MINYÆ, Gens in Elide, Peloponneſi regione. Strabo. Duas alias MINYAS habet Pauſanias, vnam Orchomeniis, alteram Scarphiæ finitimam. Vide MINYEVS, ARGONAVTÆ, & ORCHOMENVS.

MINYCIVS μινύκιος, Pyli fluuius. Heſychius.



MINYEVS μινύειος, ſic dictus eſt ORCHOMENVS Theſſaliæ fluuius, Diodoro 4. & Plinio auctoribus. Item ORCHOMENVS Bœotiæ opidum, Thucydide auctore. Huius populi etiā MINYÆ dicti fuere; vt refert Pauſanias in Bœoticis. Vide ORCHOMENVS, & ANIGRVS.

MINYIA μινυΐα, Ptolemæo Amorgi inſulæ ciuitas. μινώα Stephani eſt. Vocatur à Calſtaldo Mandria, à Sophiano autem Plati.

MINYEIVM μινύειον, loci nomen eſt Suidæ.

MIONES, vide CYPRVS.

MIRABEL, Guil. Tyrio eſt locus circa Aſcalonem.

MIRACE. Scythicis quem Iupiter oris Progenuit viridem Miracem, Tibiſenaq́ oſtia. Val. Flaccus 6. Alij MARACEN, ſunt qui MACAREN, legunt. Scythiæ lacum eſſe, dicit qui ſcripſit ad eum, Maſerius. Ego vix dubito, quin eum locum poëta deſcribat, quem ceteri auctores Tamyracen vocant.

MIRANGVLI, ſiue MIRIANGVLI, vide GERMANICIAS.

MIRDVVM, Procopio lib. 1. De bello Perſico, vrbs eſt in finibus Perſarum, ſiniſtrorſum euntibus Niſibin. ſed per N. MINDVVM, legit alio in loco. Merdin eſt apud Joſephum Barbarum.

MIRIANA, & MIRINIANA, vide MARIANA.

MIRIDE, caſtellum preſidiarium circa Zagrum montem: Ammiano 19. MARIDE legit alius codex.

MIRISA, ciuitas Syriæ Cauæ: Egeſippo 1. cap. 18. Vide MARESA.

MIRITANÆ Ciuitatis, in Africa, meminit Victor Vticenſis 3. MYZENTINÆ legebat alius codex.

MIRMIX, vide LOTHOPHAGITES.

MIRMYCION, vide MYRMECIVM.

MIROBRIGA, Ptolemæo trium opidorum nomen eſt in Hiſpania. vnum Turdetanorum in Bætica eſt. per Y. in prima μυροβειγα. alterum Celticorum in Luſitania. tertium Tarraconenſis Oretanorū. ſed per n. in prima ſcribit MEROBRIGA. Plinius Mirobrigam habet in Beturia, Cordubenſis conuentus: hoc Moralis & Mariana Villa de Capilla vocat. circa Fontem Oueiunam locus ſic appellatus, duobus leucis ab Azuaga diſtans. Vnum quoque horum Moralis, Vaſæus, & Cluſius Ciudad Rodrigo appellant. Vide MERIBRIGA.

MIROBRIGENSES CELTICI, Hiſpaniæ populi, Plinio. Ciudad Rodrigo corruptè hodie dici putat D. Iacobus Delgadus. Vide CVNEI.

MIRTENVM, vide MOTENVM.

MIRV, epiſcopalis locus, ſub ſede Scythopoli. Guil. Tyrius.

MIRVS μυρός, Phrygiæ fluuius: apud Suidam.

MISADAI, vide MOSERA.

MISÆI, vide NISSÆA.

MISARIS μισαρὶς, Sarmatiæ Europææ promontorium: Ptolemæo. Ad Achillis Dromon.

MISAL, vide MASAN.

MISAVCI, vide ISARCI.

MISCERA μίσκηρα, Sicaniæ vrbs: vt tradit Stephanus, ex Theopompo.

MISCHITA, vide MESTLETA.

MISDIA, vide TEMISDIA.

MISEA, vide MOXOENA.

MISENAM Coloniam habet Onuphrius, ex Vlpiano.

MISENVS Mons Campaniæ, Liuio; & Virgilio. apud quem antea AERIVS vocatus videtur. In Opicis eum deſcribit Halicarnaſſ. Monte Miſeno nūc vocatur. MISENVM opidū vocat Ioſephus 19. Antiquit. 1. & Oroſius 5. cap. 12.

MISETES, vide MESSOGIS.

MISETVS μισητὸς, Macedoniæ vrbs: Stephano.

MISGETES μίσγητες, Iberorū in Europa gens. Stephanus.

MISGOMENÆ μισγομεναὶ, Theſſaliæ vrbs. Stephanus, ex Hellanici 1. Deucalioniar.

MISIA μισία, Ptolemæo Albaniæ opidum.

MISIMIANI μισιμιανοὶ, populi, ſub Colchorum ditione. Agathias 3. An MESSENIANI Plinij? Si non ijdem, ſunt ſaltem contermini.

MISNA



MISNA, vide MESSVA.

MISO, vide MERO.

MISOR, locus in Palæſtina, Ioſue 21.

MISPILA, vide MESPILA.

MISTHIA, vide MINDANA, & MYSTIENSIS.

MISTHIVM μίσθιον, Orondicorum, in Galatia vrbs: Ptolemæo. Vide MYSTIENSIS.

MISTIA, vide MYSTIENSIS.

MISTRÆ, Pomponio Locrorum Epizephyriorū, in Italia opidum eſt: Gab. Barrius dicit ſic quoq́ à Plinio & Steph. vocari. & hodie Geloſia. Sed MYSTIA eſt apud Plinū.

MISVA, vide MESSVA.

MISVLANI, in Africa Propria gens: Plinio, & Ptolemæo. ſed huic per M. in vltima μισυλαμιοι. MVSVLANI Tacito.

MISVM μισουμ, fanum Herculis, in Phocide. Plutarchus de Pythiæ oraculis.

MISYNE, vide ASINE.

MISYNOS, Libyci maris inſulæ, Ptolemæo. Meſurata, vt puto, hodie. vide GÆA.

MITHRACINI μιθρακινοι, Armeniæ Maioris locus videtur apud Strabonem 11. vbi equi præſtantiſſimi.

MITHRIDATIS μιθριδάτης, in Sarmatia Aſiatica, regio: Ptolemæo. Mithridatis nomen in veteribus nummis per A. in ſecunda ſcribi, hic annotare placuit.

MITHRIDATIVM, Galatiæ caſtellum: Straboni 12. quod idem cum EVPATORIA Appiani puto.

MITRÆI μιτραῖοι, ſunt montes circa Mæotim, auctore Luciano, in Toxari.

MITROCHTONES, vide HERACLEA.

MITROTOMIAS, epiſcopalis locus, ſub Rubba Moabitarum. Guil. Tyrius.

MITYLENE, Plinio, Melæ, Arriano, Vitruuio, & Ptolemæo, Lesbi inſulæ opidum liberum. Mitylin vocat Sophianus. Ab hoc opido tota inſula ſic dicta fuit tempore Euſtathij. MITYLENAS numero multitudinis, legit Suetonius in Tiberio. MYTILENE μυτιλήνη, per Y. in prima ſcribit Stephanus.

MITYS, Macedoniæ fluuius vſpiā. Liuio 44. Inter Diũ & Agaſſas vrbes.

MIXODIA μιξοδίη, fretum ſic vocat Homerus, & Apollonius 4. inter Scyllam & Charybdim.

MIZÆI, Suſianæ gens. Plinius. Vide MOXOENA.

MIZI Maiores, & Minores, ſunt in Arabia Felici, auctore Plinio.

MIZINVM, vrbs in Galatia: apud Antoninum. Circa MOSON Ptolemæi videtur. MNIZVM fortè, quod, vide inferius.

MNASYRIVM μνασύειον, Rhodi inſulæ pagus: iuxta Lindum. Strabo.

MNASÆMANES μνασαιμάνεις, In Arabia Felici ſunt gentes: apud Ptolemæum. Sine N. in prima legunt interpretes.

MNASES μνάσης loci, Epiſcopus Theodorus, eſt in concilio Epheſino III.

MNEMIVM μνημεῖον, promontorium Aethiopiæ, ad ſinum Arabicum. Ptolemæus.

MNEMOSYNES, i. Memoriæ, & LETHES, i. obliuionis fontes Hercynæ fluminis, in Bœotia. Pauſanias. Vide MEMORIA.

MNIARA μνιάρα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo: quod Habet vocatur apud Marmoliū. MINA Antonini putat Simlerus.

MNIZVM, loci nomen: in Codice, libro 7. titulo 62. Armacius eius fuit epiſcopus, in concilio Galaciæ Primæ. Per Y. in prima quoque reperio. item MINIZVM.

MNYZVM, vide MNIZVM.

MNOZENIA, vide MAZANIA.

MOAB, vide MEDABA, & AREOPOLIS.

MOABEN μωάβην, locum in Lyborum regione, iuxta Phicium montem, vbi Sphinx habitabat, habet Tzetza in Lycophronem.

MOABITÆ μωαβῖται, Palæſtinæ gens. Geneſ. 19.

MOASADA, vide MASADA.



MOBA μώβα, apud Stephanum, pars Arabiæ ſic vocatur.

MOBVCHARAX μωβουχάραξ, ait vocari Stephanus eam vrbem Tertiæ Palæſtinæ, id eſt Arabiæ Petrææ, quam Ptolemæus CHARACMOBA χαράκμωβα, appellat. In Ptolemæi tamen codicibus hodie CHARACOMA χαράκωμα, legitur.

MOCA μόκα, in Arabia Petræa opidum: Ptolemæus.

MOCARSVS μόκαρσος, Thraciæ regio: apud Stephanum, ex Theopompo.

MOCASVS, vide MOCISVS.

MOCATA μόκατα, Stephano Bithyniæ opidum. ex Domitio Calliſtrato.

MOCCADELII μοκκαδήλιοι, Bithyniæ gēs: apud Ptolem.

MOCCLE μόκκλη, Phrygiæ vicus. Stephanus. MOGLENI hinc fortè gentile.

MOCENIA, pagus ad Danubij ripam dextram, Auentino ex lapide antiquo. cui Montzing hodie vocatur.

MOCESVS, vide MOCISVS.

MOCHADION littus, circa Byzantium, auctore Procopio. Ad ſinum MOVCAPORIDEM fortè; quem Dionyſius Byzantius deſcribit. P. Gyllius in Boſporo.

MOCHMVR μοχμύρ, torrens in Palæſtina. Iudith. 7.

MOCHOL, vide DAGBET.

MOCHORA, vide MOGARO.

MOCHVRA μόχουρα, Arabiæ Felicis miditerranea vrbs, Ptolemæo. Mecha putatur Nigro. MICA hæc vocatur ab Apomaſare.

MOCILLVS μοκιλλος, Bithyniæ collis; Cedreno, & Zonaræ.

MOCISVS μώκισος, loci nomen, in Sanctionib. pontificiis Orientalium. geminato SS. eſt apud Porphyrogennetam. In Cappadocia. Per E. in ſecunda eſt apud Balſamonem. & A. in ſecūda apud Curopalatem. MVSCISSVS μουκισσος Procopio 5. Aedif. MVCATVS apud Phleg. Trallianum videtur. Eſt & MOCISIA Ciſterna, in Blachernis. Suidæ.

MOCONTIACVM, vide MAGONTIACVM.

MOCORETÆ μοκορέται, Ptolemæo, MOCRITÆ interpretibus, Arabiæ Felicis gens.

MODACÆ μοδάκαι, Sarmatiæ Aſiaticæ populi: Ptolemæo. Per O. in medio legunt interpretes.

MODEIN, vide MODIN.

MODIACVS, vide MAGABIA.

MODIANA μοδιανα, Ptolemæo Arabiæ Felicis vrbs, ad ſinum Arabicum.

MODIN μωδειν, 1. Machab. 2. ciuitas in Palæſtina, vbi Matathias habitabat. Idem Ioſephus 12. Antiq. ſed pagum facit. μωδεειν ſcribit idem 1. de bello Iudaico.

MODIRIS μόδιεις, Indiæ intra Gangem emporium, apud Ptolemæum. In periplo Arriani MVZIRIS μούζιεις legitur, ſic quoque eidem Ptolemæo lib. 8. & Plinio. MVSVRIS μυσυεις, legitur apud Lucianum, de Vera Hiſtoria. Vide ZIZERVM.

MODOETIA, apud Paulum Diaconum eſt Inſubrum vrbs. XII. M. P. à Mediolano. Blondus & Leander eam Monza vocari aiunt. MOGONTIAM olim dictam, ex antiqua huius loci Inſcriptione, oſtendit Mar. Niger. Melius, vti ego auguror, Gaud. Merula MOGVNTIACVM, qui ipſam Inſcriptionem, vti ibidem etiamnum reperitur, exhibet; in libro ſuo de Gallia Ciſalpina.

MODOGALICA, Indica gens, in Gangis quadā inſula. Plin.

MODOGVLLA μοδόγουλλα, Indiæ intra Gangē vrbs: Ptol.

MODOMASTICA μοδομαστική, regio Carmaniæ Deſertæ, apud Ptolemæum.

MODONVS μοδόνος, Ptolemæo fluuius eſt in Hibernia. μοδουνας, legebat M.S. codex. Videtur ille qui Dublinum emporium adluit, & Liffeus hodie vocatur.

MODRENA, Bithyniæ vrbs, quam hodie Mudurni vocant, vt habet Leunclauius in Onomaſtico Muſulmanico. Vide COMOPOLIS.

MODRIMEN Regionem, habet Miſcella Hiſtoria 22. Vide COMOPOLIS.

MODRON μόδρων, locus Phrygiæ, vnde Gallus fluuius oritur. Strabo. Modra, in Latino erat.



MODVÆ

MODVBÆ, *vltra Gangem populi, vt ſcribit Plinius.*

MODVNAS, *vide* MODONVS.

MODVNDAM, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, in* Nili *ripa. auctore Plinio.*

MODVNGA μοδυγγα, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs: Ptolem.*

MODVRA μόδυρα, *aut* DEORVM *Vrbs; vt Ptolemæus vocat, Indiæ intra Gangem vrbs, in Caſpirais. Hanc Caſtaldus ſcribit hodie* Bilnagar *dici. Eſt eidem Ptolemæo ibidem alia Modura regia Pandionis.* μευδ'ιεις *hæc eſt in Periplo Arrbiani; &* MODVSA *Plinij.*

MODVSA, *vide* MODVRA.

MODVTI μοδέτε, *Taprobanæ inſulæ vrbs, Ptolemæo.* Pinder *hodie eſt, vti videtur Villanouano.*

MOECHINDIRA, *vrbs in Aethiopia ſub Aegypto: apud Plinium.*

MOEDVM *Orientis, Bithyniæ locus, inter Niciam & Cœnum Gallicanum: Antonino.* MEDIVM *legit Simlerus.*

MOEGILANI μοιγιλανοι, *Latinorum populi; apud Halicarnaſſeum 8.* MVGILLANOS *vertit Gelenius. Silburgius ſcribit ſe neſcire an Vitelliani legendum ſit, ſeu Vittellini: à Vitellia vrbe.*

MOENENSIVM *Caſtrum, habet Goltzius in ſuo Theſauro. ex antiqua inſcriptione. Neſcio vbi terrarum.*

MOENTINI, *Illyrica gens Iapidum. Appianus.*

MOENVS, *Germaniæ amnis Plinio,* MOENIS *Pomponio,* MENVS *Ammiano, Franconiæ regionis eſt, &* Meyn *hodie dicitur. Hunc Regino hiſtoricus, & eius temporis ſcriptores* MOGONVM *vocant. Fortè* IVLIA *flumen eſt, apud Velleium Paterculum. Niſi pro* Iulia, Lupia, *apud hunc legendum. vt viri docti quidam ſuſpicantur.*

MOERIDIS *Stagnum,* μοιρίδ☉ λίμνη, *in Aegypto eſt, Ptolemæo auctore. item Pomponio* MOERIS. MYRIDA *per* Y. *legit Herodotus & Aelianus de animalib. lib. 6. cap. 7.* Buchaira *vocatur hodie, vt tradit Caſtald.*

MOESIA, *Europæ regio; quam in* SVPERIOREM, & INFERIOREM *diuidunt.* SVPERIOR *indigitatur à Leüclauio* Zirfi, *à Lazio* Seruia; *à Cuſpiniano* Boſna: *à Taurino Olmutienſe* Moldauia; *& à Sabellico* Walachia. *Tzetza Chiliade 11. vocat* Hungariam. INFERIOR *aliquando* FLACCIA *dicta fuit, vt Sabellicus docet. Cereris horreum nominat Pomp. Sabinus. Taurinus eam* Walachia *dici putat. Lazius, Cuſpinianus, & Chalcondilas eam* Bulgariam *appellant.* Sagoriam *Petancius. Mœſi, montis Hæmi accolæ (qui ſunt Inferiores) nunc* Blachi *nominantur, inquit Nicetas. horũ meminit quoq; Pachymerus. De hoc Mœſiæ vocabulo libet hoc addere ex Hermolai Caſtigationibus Plinianis: quòd Plinius, Tacitus, Flaccus, Virgilius, Martianus, & ferè omnes Latini codices hoc nomen per* OE *diphthongon ſcribunt: Græci autem per* Y. MÆSIA *per* Æ *inuenitur in antiqua inſcriptione, apud Aldum. Olim* MYSIAM, *poſt* MOESIAM *vocatam docet ex Homero, Dion Pruſæus. Mæſiam,* MINOREM SCYTHIAM *nuncupari, tradit Iornandes.* SCYTHIAM THRACENSEM *Zoſimus lib. 4. in eaq; Tomin vrbem ponit. Ouidius lib. De Triſtibus non ſemel eandem Scythiam vocat, ſic quoque Arrbianus in Periplo. Hunc tractum puto à Plutarcho* SCYTHIAM PONTICAM, *& incolas* SCYTHOGERMANOS *ſiue* κελτοσχυθαι, *dici.* PONTICA *Maritima eſt Polyæno 8. in Amago dici.* PONTVS *etiam ſimpliciter eius pars ad littus Euxini maris appellari video paſſim à claſſicis auctoribus, vt Ptolemæo, Stephano, Ouidio, &c. Pomponius eam ſub Thracia comprehendit.*

MOESIA, *ciuitas Phrygiæ. haud longè à Troia: auctore Seruio; in illud Virgilij: Nullo tantum ſe Mœſia cultu Iactet.* MYSIA *hæc Stephano. Vide* DARDANIA.

MOESIVM, *(à quo ſilua Mœſia) vrbs Etruriæ. ſic in Originib. quæ Catonis nomine circumferuntur. Vide* MÆSIA.

MOESVS, MESVS, NÆSVS, *inconſtans eſt lectio apud Val. Flaccum 6. Mœſus rectè ſcribi puto, à Mœſia duplici Europæa. Scythica gens eſt.*

MOGARO, *Antonino Galatiæ opidum.* MOCHERA *libro Notit. vt cenſet Simlerus.*

MOGETIANA, *Pannoniæ Inferioris vrbs, legitur etiam* MOGENTIANA, *apud Antoninum.* MAGETIANA *legit etiam Simlerus.* Zika *fortè hodie, vt Lazius conijcit, & credit eandem cum* MAGNIANA *Ptolemai, &* MAGIA *Stephani.*

MOGGORESEA, *vide* MAGORA.

MOGLÆNA, & MOGLE, μογλενοὶ, *in Macedonia populi; apud Cedrenum, & Curopalatem. Vide* ÆDESSA, MOCCLE, & NOTIA.

MOGLINTENSIS *Campus, ad Glinno fluuium, decimo milliario ab vrbe Pictauorum. In Gallia eſt. Surius in vita D. Remigij.* VOGLADENSIS *legere Aemilium, idem annotauit.* VOCLADENSIS *eſt apud Turonenſem.* Voglenſis *nomen retinere, ſcribit Maſſonus.*

MOGGORESEA, *vide* MAGORA.

MOGLÆNA, *vide* ÆDESSA.

MOGOLA μόγολα, *Porphyrogennetæ circa Cariam vrbs.*

MOGONTIA, *vide* MODOETIA.

MOGONVS, *vide* MOENVS.

MOGRVS μώγρ☉, *Colchidis fluuius Arriano. Plinio hoc loco* NOGRVS, *deprauata fortaſsè lectione.*

MOGVNTIA, *vide* MAGVNTIACVM.

MOGVNTIACVM, *vide* MODOETIA.

MOHAILA, *in Palæſtina vrbs. Lib. Notit.*

MOLADA μωλαδᾶ, *70. interp.* MELODA *legit D. Hieronymus. Ioſue 15. 19. & 1. Paralip. 4. Palæſtinæ locus.*

MOLÆ FORMIANÆ, *Ciceroni ſic dictæ, quòd à Formiis non longè abeſſent. In Latio ſunt: & hodie pagus eſt,* Mola *dictus, vt ſcribit Mar. Niger.*

MOLARIA, *Sardiniæ locus: Antonino.*

MOLEAHA, *Paleſtinæ vrbem, habet Lib. Notit.*

MOLEATES, *gens ſocia amicaq; Populo Romano: ſi vera eſt lectio apud Gellium 1. cap. 13.*

MOLGII, *vide* TROGLODYTÆ.

MOLIBÆ μολίβαι, *Aethiopiæ ſub Aegypto gens, Ptolem.*

MOLICVNTENSIS *Epiſcopus, in Mauritania Sitiphenſi. Vict. Vticenſ.*

MOLIENSES μολεῖς, *Græciæ populos habet Suidas. in verbo* Αμφικτυονες, *At Melienſes legerim ego.*

MOLINDÆ, *Indiæ populi, vltra Gangem. Et vrbs ibidem eiuſdem nominis. Plinius.*

MOLISCON, *caſtellum ſic dictum, Curopalati, & Cedreno. Circa Illyriam fortaſſè.*

MOLISMVM, *opidum Galliæ, in diœceſi Lingonenſi.* Moleſme *vulgo. Vide* BECCENSIS.

MOLIVM μολιον, *huius meminit Ptolemæus in deſcriptione Ciliciæ; quo (niſi vitioſus ſit locus) vocabulo Amanum montem deſignare videtur: Latina certè exemplaria, quotquot viderim, eo loco* Amanum montem *legunt.*

MOLOCHATH μολοχὰθ, *Ptolemæo eſt Mauritaniæ Tingitanæ fluuius.* Nocore *vocatur Caſtaldo. Oliuarius ſcribit Arabicè* Mululacha *dici.* Mulucan *habet Marmolius. Niger tradit à Barbaris* Munzemar *nominari.* MVLVCHA, *Pomponio & Plinio appellatur. Finis Bochi regis, & Maſſæſulorum gentis.*

MOLOCRIA μολοκρία, *Stephano Nemeæ opidum. Idem videtur cum Molorchia Gyraldi.* μολωκρία *legit Stephanus, ex Aldi editione. Vide* MOLORCHOS.

MOLOEVNTEM μολόεντα, *Græciæ fluuium, habet Herodotus 8. In Achaia eſt, circa Citheronem. An Molus Plutarchi?*

MOLOGENI, *vide* SCYTHÆ.

MOLON. *Pomp. Sabinus in* VI, *Æneidos hæc: Aiunt quidam, Aeneam ſepultum in vrbe Berecynthia, prope flumen Molon. Sed* NOLON *legendum, ex Feſto.*

MOLORCHOS *Nemus in Nemea: à Molorcho hoſpite Herculis. ſic Vibius: Molorchos nemus eſt, & Nemea ſilua vocatum. ſic dictum, quod dum accederet Hercules aduerſus leonem Nemeum, à Molorcho paſtore ſuſceptus & hoſpitatus eſt, & nemus Molorchum dictum eſt. Sic Boccatius:* MOLORCHIAM *ciuitatem habet Gyraldus, in ſuo Hercule. Vide* MOLOCRIA.

MOLOSIA, *vel* MOLOSSIA, *vide* MOLOSSI.





MOLOSSI μολοσσοι, *Inter Epiri populos numerantur à Plinio. Vicini Caſsiopeis videntur apud Plutarchum in Quæſtionibus Græcis: vbi Aenianes primum habitabant. Liuius 45. Moloſsidis regionis meminit.* Pandoſia *hæc hodie vocatur, niſi fallat Pinetus.* MOLOSIAM *hanc nominat Stephanus, ſimplici* S. *Geminato verò Euripides in Andromache.* MOLOTTI *ſunt Heraclidi in Politijs.* MOLOSSI *etiam in Theſſalia, Victorino Grammatico. item Athenæo 11. vbi* Iolcon *vrbem* Moloſſiæ *vicinam facit.*

MOLOSSIA, & MOLOSSIS, *vide* PASSARON.

MOLOSSVS, *vide* MOLOTTVS.

MOLOTTI, *vide* MOLOSSI.

MOLOTTIS, *circa Iolcum, Theſſaliæ locus: Athenæo 11.*

MOLOTTVS μολοττός, *Arcadiæ amnis, apud Panſaniam.* MOLOSSVS *habent interpretes.*

MOLPIDIS *Petra, Lycophroni: eſt Elis vrbs, teſte Iſacio, eius Commentatore. Vide* ELIS.

MOLSVS μολσος, *gens Æolidis. Phauorini Lexicon.*

MOLVIVS, *vide* PONS.

MOLVRIS *Petra, vel ſaxum, in agro Corinthiaco, qua Megaram itur: Pauſaniæ in Atticis, & Iſacio in Lycophronem.*

MOLVS *amnis, Plutarcho in Sylla. In Græcia circa Bœotiã vſpiam. Aut idem eſt quam ſupra Morium nominauit, aut non procul ab eo. Vide* MOLOEVNTEM.

MOLYBODES, *inſulæ Sardiniam adiacentes; quæ ſunt Plumbea & Hieracum; nunc* Iſolæ de S. Piero. *Sic Pinetus in ſua Vrbium Corographia. Sed errat hic in nominibus, cùm* MOLYBODES μολυβώδες. *Ptolemæo non ſit nomẽ commune duarum inſularum, ſed vnius tantùm. Molybodes enim, & Plumbea idem eſt, & ſignificat; eandemq; inſulam denotat. Plus tribuerim in his Leandro in ſuo de Inſulis Italiæ libello, qui dicit* HIERACVM *ἱεράκων, hodie* S. Pierro *vocari: &* MOLYBODES, *quæ Plumbea Latinis interpretibus eſt,* Iſola di Toro *nominari.*

MOLYBDANA μολυβδάνα, *vrbs Maſtienorũ: Stephanus.*

MOLYCRIA μολυκρία, *Ptolemæo & Stephano vrbs; hic Aetoliæ, ille Locrenſium Ozolorum facit.* μολυκειον *Pauſaniæ.*

MOLYCRIVM, *vide* RHIVM, & MOLYCRIA.

MOLYNDIA μολύνδεια, *Lyciæ vrbs: Stephano. ex Alexandri 1. Lyciorum.*

MOLYS μωλις, *Libyca vrbs, Stephano.*

MOMEMPHIS μώμεμφις, *Ægypti vrbs; apud Strabonem & Stephanum.*

MOMOCIACVM, *Galliæ opidum. Greg. Turonenſ. 9.*

MOMPSI *Domus, vide* HEMOPSONESTIA.

MONA μόνα, *inſula inter Britanniam & Hiberniam ſita; vt Ptolemeus, Cæſar, & Plinius eam deſcribunt.* MONNA μοννα, *geminato* NN. *habet Xiphilinus in Nerua. &* MEMMA *corruptè Iornandes, vt puto. Hãc hodie* Man *nominant de qua vide* MONAOEDA. *Taciti* MONA, *alia ab hac eſt, continenti Britanniæ proxima: ita vt ex ea in inſulam nando per vada tranſmitti poterat. Hæc olim Druidum ſedes fuit, Tacito auctore. Hodie incolis Britannis, qui auitam linguam retinent,* Mon *vocatur: Angli verò Saxonica lingua imbuti,* Angleſey *vocant; Humfredo Lhuydo & Lelando.* MONAM *aliam, Rheni inſulam, citat ex Tacito Marlianus in ſuo locorum Indice, eamq; Hollandiæ, Friſiæ, ac Geldriæ proximam facit, atq; ex ea* Monaſterienſes *nomen retinere putat; ineptè. Eandem habet Zacharias Lilius in ſuo Orbis Breuiario; & cæteri qui poſtea Lexica conſcripſere. Apud eoſdem eſt etiam* VATASTICA *inſula, eodem tractu, & eidem Tacito adſcripta. ſed ſimili errore, ex corruptis exemplaribus vtramq;. Neutram enim nouit Tacitus.*

MONABÆ μοναβαὶ, *Iſauriæ vrbs. Stephano. Et* MONABATES *gentile, eidem.*

MONACHE μονάχη, *inſula ante Taprobanam. Ptolemæus.*

MONADI, *Danniorum in Italia gens: quos Diomedes ibidem deleuit. Plinius auctor.*

MONALVS μονάλ☉, *Ptolemæo Siciliæ fluuius, qui Fazello* Molina *dicitur;* Pollina *alio in loco legit idem, melius.* Toſa *autem Leandro.* Mal pertuſo *quidam Anonymus habet.*

MONAOEDA μονάοιδα, *inſula eſt Ptolemæo, inter Britanniam & Hiberniam ſita. In aliquibus vetuſtis Latinis Ptolemæi exemplaribus* MONARINA *legitur, vt quoque in M. S. codice Græco,* μοναρίνα. *Beda* MENAVIAM *appellat, & Gyldas* EVBONIAM. Menau *vocant hodie Britanni indigenæ: Angli autem* Man. *hinc quidam recentiores* MANIA *fecere: vt tradit Humf. Lhuydus.* MONAPIAM *à Plinio dici cenſeo. An* MONA *Cæſaris ſit, doctioribus inueſtigandum relinquo.*

MONAPIA, & MONARINA, *vide* MONAOEDA.

MONASTERIOLVM, *vocat Froardus opidum Galliæ Belgicæ: quod incolæ* Monſtreul *nominant.*

MONDA μόνδα *Ptolemæo & Pomponio,* MVNDA *Plinio; qui* MVLIADAS μελιάδας, *Straboni. hodie* Mondego *dicitur, vti ex Cluſio habeo, & ex tabulis perſuadeor. Luſitaniæ fluuius eſt, inter Tagum & Durium.*

MONDI μόνδε, *inſula, in ſinu Aualitico. Ptolemæus. Vide* MVNDI.

MONDEL, *Indiæ vrbs, vnde aloe nigrum. Auicenna.*

MONEDES, *Indica gens: apud Plinium.*

MONEMBASIA, & MONOBASIA, *vide* EPIDAVRVS.

MONESI, *Galliæ Aquitanicæ populi: Plinio.*

MONETTIVM μονήττιον, *Iapydum opidum, apud Strabonem.* Mansburg *vel* Monſpurg, *variante dialecto, vocat Lazius. In Ciliæ comitatu.*

MONNA, *vide* MONA.

MONOBRICA, *habent eius loci Inſcriptiones antiquæ, qui hodie* Monobriga *vocatur. In Hiſpania Bæticæ vrbs eſt. Car. Cluſius.*

MONOGAMINVM μονοκάμινον, *Maræotis regionis vrbs. Ptolemæus.*

MONODACTYLVS μονοδάκτυλ☉, *Aethiopiæ mons apud Ptolemæum.* PENTADACTYLVS *Plinij eſt. Villanouano teſte.*

MONOECHVS, *Illyridis mons. Vib. Seq.* MONOETES *eſt apud Boccatium.*

MONOECVS, *vide* PORTVS.

MONOGLOSSVM μονόγλωσσον, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem emporium.* Mangalor *à Nigro indigitatur.*

MONOLEVS *lacus, Aethiopiæ iuxta Ptolemaidem Epitheram. Plinius. Hunc lacum deſcribit Strabo 16. etſi non nominet diciṫq; Aſtaboram ex eo ortum habere.*

MONOMERI, & MONOSCELI, *vide* SCIOPODÆ.

MONOPOLIS, *in Italia haud procul ab Egnatia verſus Barium, opidum, Volaterrano. Meminit eius quoque Cedrenus & Curopalates. Calabriæ eſſe, ex Laurentio Ananienſe didici.*

MONOSI, *vide* ONESIÆ.

MONS ARGENTEVS, *vide* ARGENTEVS.

MONS *Peregrinus, præſidium ſic dictum, ante Tripolim Palæſtinæ. Gul. Tyrius 10. cap 27.*

MONS PESSVLVS, *Iunioribus vocatur Galliæ vrbs, quam vulgo* Mompellier *appellant. Hanc quondam* Subſtancion *vocatam, ſcribit Ioan. Poldo.* Suſtancion *habet Vignierius. Caroli nempe Martelli tempore.*

MONS *Regalis, in Tertia Arabia: Iacobo di Vitrico, & Guilielmo Tyrio 11 cap. 26. Vide* PETRA.

MONS *Regis, Diacono 2. Longob. 8.* Der Vogel, *Lazio. Inter Pannoniam & Forum Iulij.*

MONS *Sabaſtiani, vel Sabatiani, vt legit Simlerus apud Antoninum. cui Hiſpaniæ locus eſt, circa Caſtulonem. Idem Simlerus* MENTESAM BATISTANORVM *dubitat legendum ne ſit.* MENTESA, & BASTIA, *legit diuiſim, Moralis.*

MONS *Seleuci, apud Antoninum Galliæ Narbonenſis locus. Vide* MILTOSELEVCVS.

MONS SILICIS, *caſtrum in Longobardia, P. Diacono 4. Longobard. Nomen retinet* Monſelice.

MONTALOMAGVM, *vicus Galliæ, apud Greg. Turonenſem 7. In Turonibus.*

MONTANA *peninſula,* ὀρεινὴ χερσόνησος, *ad ſinum Arabicum, in Aethiopia, Ptolemæo, Vrbs in Norico, Antonino. quod hodie* Admind *cœnobium, teſte Lazio. In Stiria prope Rotteman vrbem. Vide* ORINE.

MONTANI, *vide* ORINI.

MONTE FERETRVM *Piceni opidum eſt, apud Procopium lib. 2. Gothorum.* Monfeltre *hoc hodie nominatur. Apud Luitprandum* Montem Feretratum *&* *opidum Leonis vocari video.*

MONTENSIS *Epiſcopus, Numidiæ, Vict. Vticenſi.* MONTENSIS *Limitis lib. Notit. meminit.* MONTENVS *eſt in Coll. Carthaginienſi.*

MONTES ÆRII, *ſic vocantur apud Diod. Siculum, ſub finem lib. 4. montes quidam Siciliæ, qui hodie* Montiſori *vocantur, Fazello auctore. Sed* ERIA ἐρεῖα, *eſt in Græco codice. Item* ERÆA ἐρεῖα: *variat enim lectio.*

MONTOCIARVM *ciuium Romanorũ, meminit vetus lapis, in loco Montoini, prope Spoletum. Lazius 3. R.P. Roman.*

MONTVNATES, *ſunt in agro Mediolanenſi, vbi hodie* Galerato *vicus. Gaud. Merula, ex inſcriptione antiqua eius loci.*

MONTVNIATES, VICANI, LOVANIES. *Sic Goltzius in ſuo Theſauro, ex antiqua inſcriptione. Si Leandro creditur; ſunt montes in Tuſcia, qui etiamnum hodie* Montuanorum *nomen referunt.*

MONYCHIA, *vide* MVNYCHIA.

MOPH, *vide* MEMPHIS.

MOPHAS, *vide* VPHAZ.

MOPHI μῶφι, *&* CROPHI κρῶφι, *Herodoto montes in Aegypto ſunt ſupra vrbem Thebaidos & Elephantinam.* NILI VENAS *videtur eas appellare Seneca 4. Naturalium. & Lucanus 10. Et ſcopuli, placuit fluuij quos dicere venas.*

MOPHIS μωφις, *Indiæ intra Gangem fluuius, Ptolemæo.*

MOPSI *Tumulus, vide* HEMOPSONESTIA.

MOPSIVS *Tumulus, inter Tempe & Lariſſam medius eſt. Liuius 42. ibidem habet* MOPSIVM μόψιον, *Pelaſgiotidis in Theſſalia vrbem. habent ſic quoque Strabo & Stephanus. Idem cum Mopſio Tumulo puto. Vide* HEMOPSONESTIA.

MOPSOCRENE, *&* MOPSONESTIA, *vide* HEMOPSONESTIA.

MOPSOPIA, *vide* ATTICA, *&* PAMPHYLIA.

MOPSORVM *vrbem in Theſſalia: habet Rotmarus, in ad Apollonium Notis.*

MOPSOS, *vide* HEMOPSONESTIA.

MOPTENSIS *municipij Africani, meminit Coll. Carthag.*

MORA μόρα, *Corſicæ vrbs. Ptolemæus.*

MORABVS, *locus, Pannoniæ opidum dicit Cedrenus & Curopalates, ad vlteriorem Iſtri regionem ſitum. finitimum Cralæ Turciæ.*

MORADVNVM, *vrbem veterem, circa Roram fluuium, apud Neocum Caſtellum: habet Tritthemius in Francor. Annal. Galliæ Belgicæ eſt.* Werden *opidum & cœnobium hodie eſſe, indicabat libri ora.*

MORAGVS, *vide* CLAROANGVS.

MORANTIACVM, *loci nomen videtur, in Codice Theodoſiano, 1. Titulo de officio rectoris prouinciæ.*

MORASTHI μωρασθι, *Michea prophetæ patria. Hieremiæ 26.* MARESA *legit Chaldæus paraphraſtes. Dorotheus huius Michææ patriam* MARATHAI *vocat. additq́ eundem ſepultum propè.* POLYANDRIVM ENAKIM. *Vicus contra Orientem Eleutheropoleos eſt, D. Hieronymo in locis Hebraicis. Vide* MARESA.

MORBIVM, *Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notit.* Morsby *Camdeno vocatur.*

MORDENSIMNIS, *vide* BVBEGENTAS.

MORDI, *vide* MARDVLAMNE.

MORDIÆVM μορδιαῖον, *Piſidiæ vrbs, Stephano: quam poſtea* APOLLONIAM *dictam ſcribit. Hic optima mala naſci tradit Athenæus.*



MORDVLI, *vide* DIORDVLI.

MORE, *vide* QVERCVS.

MORENA μωρηνή, *&* ABRETTENA ἀβρεττηνή, *Myſiæ Aſiaticæ partes ſunt, apud Strabonem.*

MORGANTIVM μοργάντιον, *Straboni & Diodoro Siciliæ vrbs, quæ hodie, vt Fazellus ait,* Agnuni *dicitur.* Murgo *cuidam Anonymo.* MVRGANTIA *Liuio 39. &* MORGENTIA *Silio. 14. vocatur.* MVRGENTINI *ſunt Plinio. Liuius 10. Aliam quoque* MVRGANTIAM *in Samnitibus habet.*

MORGE, *vide* AMORGVS.

MORGENTIA, *vide* MORGANTIVM, *&* MVRGANTIA.

MORGES, *vide* EPHESVS.

MORGETES *populi, ab Oenotris pulſi, in Siciliam traiecerunt. Strabo 6. Horum meminit etiam Halicarnaſſeus 1. Vide* ITALIA.

MORGVS, *Plinio 9. cap. 16. Salaſſorum fluuius; qui hodie* Orco *dicitur, vt Leander tradit. vel* Orcho, *vt Merula, & Volaterranus habent.* ORGVS *legit quoque codex Plinij M.S. & ſic ſcripſiſſe ipſum Plinium, minimè ambigo. M. autem elementum præcedentis vocis finale quomodo adiectum ſit huic verbo, lege in* COMBOS, *& alibi in hoc Theſauro.*

MORGYNA μόργυνα, *Siciliæ vrbs, Stephano. ex Philiſt. 2.*

MORI μόρυ, *Aethiopiæ vicus, circa Nilum, Ptolemæo.*

MORIA, *Montis nomen, qui poſtea* SION *dictus fuit, teſte D. Hieronymo. In hoc monte iuſſit Deus immolare filium ſuum Abraham. In eodem deinde templum ædificatum fuit. Vide* HIEROSOLYMA.

MORICAMBE μορικάμβη, *Albionis inſulæ æſtus. Ptolemæus.* Bay at Caerdronock *vocat Camdenus.*

MORIDVNVM *Antonino Britanniæ inſulæ vrbs, quæ Camdeno* Seaton *videtur. &* RIDVNVM *Tabulæ Peutingerianæ. Vide* MARIDVNVM.

MORIES μωριεῖς, *Indiæ populi, ſunt Stephano. Ligneas domos incolentes.*

MORIMARVSA (*i. mortuum mare.*) *vocari à Cimbris, ſcribit Plinius, mare Septẽtrionale, quod Scythiam alluit. idem* AMALCHIVM *ab Hecatæo appellari addit.*

MORIMENA, *vide* CAPPADOCIA, *&* MVRRANI.

MORINI μόρινοι, *Ptolemæo, Straboni, Cæſari, & Virgilio, Belgij populi.* Terwanen *eos indigitant Leodius, & alij. Bouillus* Monstreul *ex iis facit. Ciuitas Morinum, id eſt Pontacum. ſic liber Prouinciarum. aut vt Diuæus legit, Morinorum, i. Ponticum. Vide* TARVANNA.

MORION, *vide* DOMINVS VIDEBIT.

MORISENI, *Thraciæ populi ſunt circa Ponti littora, Plinio.*

MORISSENA, *ad Moriſij fluminis littus locus. in Pannonia. Vita S. Gerardi Epiſcopi Canadienſis.*

MORITANIA, *eſt Floardo monumentum ad Scaldim fluuium, quod vulgo* Mortaigne *vocant.*

MORITONIVM, *vide* CONSTANTIA *Caſtra.*

MORIVS μώριος, *Bœotiæ fluuius, circa Thurium montem. Plutarchus in Sylla. Vide* MOLVS.

MOROBISDVS μωροβισδος, *locus ſic dictus, apud Cedrenum. In Græcia videtur.*

MOROECA, *Cantabrorum in Hiſpania opidum, Ptolemæo. ſed in Latinis codicibus tantum.*

MORON μώρον, *Luſitaniæ vrbs, ad Tagum. Strabo 3. quam Brutum tanquam belli arcem vſum ſcribit, contra ipſos Luſitanos.*

MORONENON, *promontorium Africæ, ad Sinum Arabicum, Pomponio.*

MORONTOBARIS μοροντοβαρις, *circa Mulierum Portum, Arriano in Indicis. Gedroſiæ eſt.*

MOROSGI, *Vardulorum opidum, in Hiſpania, apud Plin.*

MORREA, *vide* FVNDVS.

MORTARIA *Campus, apud Ligures, vbi Carolus Magnus Deſiderium prœlio ſuperauit. nunc ibi Forum Peregrinorum eſſe, ſcribit Gotfridus Viterbienſis 17. Mortarium* caſtellum



*caſtellum hoc loco habet Capriolus, & Leander, quod prius* Siluam bellam *hic dictum ait:* Pulchram ſiluulam *dicit Lupold. Babenbergius. Inter Ticinum & Nouariam.*

MORTVVM *Flumen, vide* ACHERON.

MORTVVM *Mare, vocat Commentator vetus Iuuenalis, quod extra Herculis Columnas eſt. quia nempe nauigare non conceditur. vt credidit antiquitas. Vide* CRONIVM, *&* ASPHALTES.

MORVINNVM, *vide* ALISIVM.

MORVNDA μορουνδα, *Mediæ vrbs, apud Ptolemæum. Indiæ intra Gangem, apud eundem.*

MORVNTES, *Indiæ populi: Plinio.*

MORVS, *vide* MARISVS, *&* SYCAMINOS.

MORILLII, *gentes Macedoniæ, in gremio terrarum. Plinius.* μόρυλλος, *Ptolemæo vrbs, in Chalcidica, Macedoniæ regione.*

MOSA μόσα, *Ptolemæo, Plinio, Tacito, & Cæſari Galliæ Belgicæ fluuius celebris. ex monte Vogeſo oritur, & in Hollandia cum Oceano miſcetur.* BATAVVS *nominatur in Tabula Peutingeriana.* Maeſe *Germanis,* Meuſe *Gallis dicitur. Sed* MOSA *etiam loci nomen videtur apud Antoninum, inter Antemantunnum & Tullum.*

MOSÆVS μοσαῖος, *Suſianæ regionis fluuius, Ptolemæo.* Triticiri *vocari ab Abylſedea, ex eius tabulis colligo.* MESEVS *eſt apud Marcellinum.*

MOSARNA μοσαρνα, *Arriano Carmaniæ vrbs. Ptolemæo per v. in prima.*

MOSBVRGI *Caſtri, in Carantanis, meminere Regino, & Otho Friſingenſis. quod hodie, vt Lazius vult, in lacu Carinthiæ* Werdſee *dicto, vetuſtate collapſum cernitur, inter Clagenfurtum & Villacum opida.*

MOSCENE, *vide* HYRCANIA.

MOSCHA μόσχα, *portus Arabiæ* Felicis, *Ptol. & Arriano.*

MOSCHENI, *Armeniæ Maioris gens, apud Plinium.*

MOSCHI, *ſunt populi ad Hyrcanum mare, Pomponio. circa fontes Phaſidis fluminis, Plinio. Hos* MESECH *in Sacris litteris dici, ſcribit Montanus in Apparatu Biblico: (Qui hodie Moſchouitæ appellantur, verſus Occidentem magis vergunt.)* MOSCHICA *regio, Straboni, cuius partem Colchi tenent, Iberes aliam, aliam Armenij.*

MOSCHICVS, *vide* ARMENIVS, PHASIS, *&* TAVRVS.

MOSCHIVS μόσχιος, *amnis in Myſia Superiori, Ptolemæo.* Morana *hodie. vt refert Lazius, & Felix Petancius, in ſuo Itinere Turcico.* Lym *putat vocari Cornelius Scepperus, in Itinere ſuo Byzantino M.S.*

MOSCHOPHAGI, *vide* AGRIOPHAGI.

MOSCIVS *Mons, ad Scyllacium, in Brutiis. Caſſiod. Variarum 12. ad Max. Cancellarium.* MOSTIVS, *&* MOYSTIVS *legebat ora libri.*

MOSCONNVM, *Aquitanicæ vrbs, Antonino. Circa aquas Terrebellicas.*

MOSEGA μόσεγα, *Ptolemæo opidum in Albania.*

MOSELANVS *Comitatus, vide* HASBANIVM.

MOSELE μωσηλή, *manſio ſic dicta à Moſele duce exercitus, qui à Bulgaris victus fuit. Tzetza Chiliade 9. numero 259.*

MOSELLA, *vide* MOSVLA, *&* OBRINCVS.

MOSERA μοσηρα, *locus vbi mortuus & ſepultus eſt Aaron. Deuternom. 10. vbi Sixti V. editio legit* MISADA. *ſed Ioſua cap. 23. ſcribit eundem in monte* HOR *mortuum & ſepultum. Ioſephus 4. cap. 3. Antiq. ait eum in Arecem mortuum.*

MOSEROTH, (μασουρεθ 70. *interpretib.*) *vna manſionum in deſerto. Num. 33.*

MOSOCH, *vide* ITALIA.

MOSODA, *Epiſcopatus ſub ſede Seleucienſi, Ciliciæ. Guiliel. Tyrius.*

MOSOGAMIVM, *locus Galliæ. Vide* DVZIACVM.

MOSOMAGVM, *vide* NIVOMAGVM.

MOSOMVM, *ſic vocat Frodoardus Galliæ Belgicæ opidum, Rhemenſi metropoli ſubiectum. Habitam Synodũ hic anno nongẽteſimo nonageſimo quinto, ait Maſſonus, in Hugone.*



*Nomen priſcum retinere addit. ex quo* Pont à Mouſon *velle, non dubito.*

MOSON μόσον, *Galatiæ vrbs Ptolemæo.* Aricanda *à Mar. Nigro vocatur. Vide* MIZINVM.

MOSOPIA. *Ouidius 6. Metamorph. ſubiectaq́ Ponto Barbara Moſopios terrebant agmina muros.*

MOSSILON, *vide* MOSYLON.

MOSSINI, *populi circa Pergamum, in Aſia Propria. Plinius. Vide* MOSYNOECI.

MOSSINVS, *Cariæ fluuius, Plinio.*

MOSSYLITES, *portus, & promontorium Æthiopiæ, Plinio. Ad Abalitem ſinum. Vide* MOSYLON.

MOSSYNI, *vide* MOSYNOECI.

MOSTENAM *ciuitatem, habet concil. Chalcedonenſe. circa Ægyptum videtur.*

MOSTENI μοστηνοὶ, *Lydiæ vrbs, apud Ptolemæum. Eadem* MOSTENA, *ſeu* IVSTINIANOPOLIS *Cappadociæ 11. vocatur, in ſexta Synodo Conſtantinopoli habita, ſub Conſtantino Magno Imp. Vide* HYRCANIA.

MOSTIVS, *vide* MOSCIVS.

MOSVLA *legit Vinetus, apud Florum 3. de bello Gallico, vbi exemplaria* MOSA *habent. An pro Moſella?*

MOSYCHLON μόσυχλον, *Lemni mons. Heſychius, ex Nicandri Scholiaſte in Theriacis.*

MOSYLON μόσυλον, *Ptolemæo Aethiopiæ ſub Aegypto promontorium, & emporium.* MOSSYLITES *eſt apud Plinium. &* MOSSYLICVM *Solino. item* MOSSILON *Oroſio.* MOSYLI *gens ibidem, Ptolemæo.*

MOSYNI, *vide* MOSYNOECI, *&* HEBTACOMETÆ.

MOSYNOECI μοσύνοικοι, *ad Pontum Euxinum gens, Dionyſio. Inter Ceraſum & Cytorum opida eos deſcribit Diodorus 14. De his multa Xenophon 5. Exped. Cyri. Videntur* MOSYNI μοσύνοι, *Orphei, Stobæi, Euſtathij, & Plinij, quos vicinos Tibarenis facit. ſed geminato ss. hic & Artemidorus legunt. An quoque ijdem ſint* MOSSINI *quos Curtius dicit mare Caſpium accolere à læua, vna cum Cercetibus, & Chalybibus ignoro. videntur tamen. Vide* DVRATEI, *&* HEPTACOMETÆ.

MOSYNON, *vide* MOSYNOPOLIS.

MOSYNOPOLIS *vrbs, Nicetæ & Cedreno, aut in Thracia, aut in Moſinæcis. Inter Thraciam & Theſſalonicam mihi videtur.* MOSYNON *Thraciæ eſt, Athenæo 8: vbi moris eſt piſces in præſepibus bobus obijci: à quibus comeduntur.*

MOTA *Palus, quæ dicitur* Sigefridiſmor. *ſic Albertus Stadenſis. Bremenſis diœceſis eſt.*

MOTENE μωτηνή, *Armeniæ Maioris regio, ad Cyrum fluuium, vt tradit Ptolemæus.* Exſechia *dicitur, ex Abylſedeæ tabulis, Caſtaldo.* OTENE *apud Plinium nuncupatur, in qua amomum naſci perhibet.* ωτηνη, *Stephano, circa Cyrum fluuium.* TOTENA *legunt malè Ptolemæi interpretes.*

MOTENVM *Pannoniæ Superioris vrbs, Antonino.* Bruck an der Lepta *Simlero videtur.* MVTENVM *per V. quoque ſcribitur. Et Lazius* MYRTENVM *legit. additq́ hodie* Martz *appellari.*

MOTHO μωθώ, *Arabiæ vicus: eſt apud Stephanum.*

MOTHONE, *vide* METHONE.

MOTIENI μοτιηνοὶ, *Iberiæ regio, à Romanis habitata: Stephano. ex Polybij 3. & Phlegonte. cui quoque* MVTIENI μουτιηνοὶ, *ſcribitur.*

MOTINA, *Antonino inter Bononiam & vicum Serninum. Aliud videtur à Mutina.*

MOTVCA, *vide* MOTYA.

MOTVTVRII μοτουτούριοι, *Africæ Propriæ populi, apud Ptolemæum.*

MOTVTVRIVS, *vide* MAMPSARVS.

MOTYA μοτύη, *Stephano & Diodoro Siciliæ in peninſula vrbs, non procul Eryce.* Mundello, *tumulus non longè à Panormo, Occaſum verſus, Aretio.* MOTYA, *Siciliæ vrbs quoque Pauſaniæ eſt, ad Pachynum promõtorium. Hodie, vt Fazellus tradit, tota proſtrata iacet, exſtat dumtaxat*

ædicula S. Ioannis appellata. duæ ſunt ex horum deſcriptionibus, huius nominis vrbes, in Sicilia, vna ad Pachynum, altera ad Lilybæum promontorium. MVTIENSES habet Plinius. Hæc MOTVCA μότυκα, eſt Ptolemæi; quæ Modica Leandro & Aretio dicitur, Palazolo Nigro. Errant Aretius & Fazellus, qui tres Motucas in Sicilia ſtatuunt. Vide MVTYENSES.

MOTYCHANVS μοτυχάνος, Ptolemæo Siciliæ fluuius. Cycli Fazello dicitur. Camarana Leandro vocatur, & videtur illi GELAS Plinij.

MOTYLÆ μοτύλαι, Siciliæ caſtellum, circa Motyen, vt ſcribit Stephanus ex Philiſto.

MOVABVS, vide MVABVS.

MOVCAPORIS, vide MOCHADIVM.

MOXIANI μοξιανοὶ, Bithyniæ populi. Ptolemæus.

MOXOENA, Aſiæ locus circa Mediam & Perſiam, Ammiano. MOZENA legit Pomponius Lætus. MISEA Mariangelus. hanc ſcripturam ſequitur Baronius. ſed per Z: MIZEA.

MOZEL μουζηλ, regionis nomen. Ezechiel, 27.

MOZOTCORITANVS Epiſcopus in Africa. Vict. Vticenſ.

MOZOTENSIS Epiſcopus, in Mauritania Stiphenſi. Vict. Vticenſis.

MVABVS μούαβις, Pamphiliæ fluuius: Antigono in Mirabilibus. quædam in lapidem vertens.

MVCASVM μουκάσον, loci nomen, vbi Trallianus ſcribit quendam Zekedenthen centum annos vixiſſe. Vide MOCISVS.

MVCERINÆ μυκέριναι, Aegypti vrbs, in Sai. Heſychius.

MVCHRAS caſtellum, iuxta Arabiam alicubi. Hiſtoria Miſcella 18.

MVCHIRISIS μυχείεσις, Perſarum vrbs mihi videtur, circa Phaſidem, in Armenia Maiori fortè. ex Agathia 2.

MVCHIRVS, locus fermè maritimus, & Salonis quamproximus: vt refert Procop. 3. Gothorum. In Dalmatia.

MVCHTHVSII μυχτέσιοι, Ptolemæo ſunt Africæ Propriæ populi.

MVCIA, vide MVTIA.

MVCIALLA, locus qui diei via à Florentia diſtat. Procop. 3. Gothor. Rauennam verſus, vt videtur. Mugello hodiè, Celſo Cittadino.

MVCIANÆ Villæ, agri Romani, meminit Plutarchus in Mario. Inter Romam & Oſtiam erat.

MVCISSVS μύκισσος, Cappadociæ vrbs, Stephano, & Procopio 5. Ædificior.

MVCONI μυκῶνοι, Mauritaniæ Cæſarienſis gẽs, Ptolemæo.

„ MVCRÆ, Italiæ vrbs. Silius 8. Qui Batulum Mucrasq;
„ colunt, &c.

MVCRITI, gens circa Indiam videtur, ex Calliſti 18. cap. 30.

MVDVTTI μουδοῦτοι, Taprobanæ gens. Ptolemæus.

MVENNA, Galliæ Belgicæ opidum; Antonino. X. M. paſſ. à Durocortoro. Lubet hic adſcribere M. Velſeri, quæ annotauit ad vocem AVXENA tabulæ Peutingerianæ. quæ ſunt iſta.
„ Antoninus itinere Durocortoro Diuodurum,
„ AVXVENNA, vel AXVENNA. Quod nomen hinc
„ licet corrigere. Meminit Cæſar 2 belli. Gallici fluminis
„ Axonæ, in extremis Rhemorum finibus, ab eo nomen opido
„ inditum credibile eſt. Sic ille.

MVGILLANI, vide MOEGINANI.

MVGILONES μυγίλωνες, Germaniæ populi, quos Maroboduus ſibi ſubiecerat. Strabo 7. In Auſtria ad torrentem Mubel habitaſſe, ſcribit Lazius.

MVGVAS, Numidiæ locus, Cirthenſis coloniæ ſuburbium. In vita S. Mariani; auctore Vſuardo.

MVLELACHA, opidum Mauritaniæ Tingitanæ, in promontorio; ad Oceanum Atlanticum. Plinius. MVLVCHA Flori videtur.

MVLIADAS, vide MONDA.

MVLIARA, vide MILIARE.

MVLIENSIS Numidiæ loci, epiſcopi, meminit Victor Vticenſis.

MVLIERVM, vide GYNECON, & SENVM Portus.



MVLLICIENSIS, & TVRGALLIENSIS regionis, meminit Hygenus, de Limitibus. An Hiſpaniæ?

MVLLITANVS Epiſcopus in Africa Proconſulari: Victori Vticenſi. MVLLITENSIS eſt in Coll. Carthag.

MVLONA, Aethiopiæ opidum; quod Græci HYPATON vocant. Plinius.

MVLVCHA, Florus 3. cap. 1. & ſaxeo inditam monti „
Mulucham vrbem per Ligurem aditu arduo, penetrauit. „
In Mauritania, ad Mulucham fluuium, vt puto. MOLOCHATH Ptolemæi. vt autumat Vinetus, in Florum. Vide MOLOCHATH, & MVLELACHA.

MVMASTIS μυμαστις, Stephano opidum in Caria. ex Alexandro. Vide BVBASTIS.

MVNATII, vel L. MVNATII PLANCI Mauſoleum, in promontorio Caietano. hodie Torre de Orlando. Pighius in Hercule Prodicio.

MVNAVILITENSIS Plebs Africæ. Coll. Carthag.

MVNDA, Bætica vrbs, Plinio & A. Hirtio; vbi Cæſar Dictator Cn. Pompeium vicit. Hanc Io. Mariana Hiſpanis vulgo Ronda veja vocari ſcribit. Diſtat duabus leucis à Ronda, tribus ab alio opido Munda nomine, quod Arabes ex hoc exſtruxerunt antiquo nomine retento, (quod moris ipſis) vt disertè & doctiſſimè probat Illuſtriſſimus Didacus Mendozius in ſuis Commentariis belli vltimi Granatenſis. quæ ex Hiſpanico Latina facit V. Cl. Hadrianus à Maerſelare patricius Antuerpianus. Munda etiamnum vocari putant Cluſius & Moralis: Mundecaran Aretius, at falſo. Vide MONDA, & ARVNDA.

MVNDI μοῦνδι, emporium Aethiopiæ, in Aualite ſinu. Ptolemæus.

MVNDI Anhelitus, & Nares. vide VMBILICVS Oceani.

MVNDIRIS. vide MODVRA.

MVNDVS, foſſæ nomen, in agro Romano. Plutarch. in Romulo.

MVNICIPIVM, Mœſiæ locus, apud Antoninum. Africæ epiſcopalis locus, Victori Vticenſi. vide CALAGVRIS, ERGAVICA, IPORCENSIS, MARSVS, SIARVM, ASISINATIVM, VEROLANIVM.

MVNIENSES, Italiæ in Prima regione populi. Plinius.

MVNIO, in Edicto Deſiderij regis, Tuſciæ vrbs, in agro Feſulano. in qua palantes Arinianos & Fluentinos collegit. vide MINIO.

MVNITIA, inſula maris Septentrionalis, vbi homines cynocephali: vt ſcribit Aethicus Sophiſta. alius ab eo quem Simlerus edidit.

MVNITIVM μουνίτιον, Germaniæ apud Ptolemæum opidum. Villanouanus Gottingen interpretatur.

MVNTOBRICA, vrbs inter Oliſipponem & Emeritam. Antoninus.

MVNTVRNÆ, vide MINTVRNÆ.

MVNYCHIA μουνυχία, Atticæ portus, haud procul à Pyræeo: Thucydidi, Straboni, Ptolemæo, Plutarcho, Herodoto, Xenophonti, Pauſaniæ, Ouidio, & Stephano. Idem per ω in prima ſcribit. Corruptè Monæchi legitur apud Frontinum; Stratagematum 1. cap. 5.

MVNYCHIATIS μουνυχιάτις, regio Arabiæ Petrææ; Ptolemæo.

MVRA, vide MVRSA.

MVRANNIMAL, opidum Arabiæ Felicis, iuxta flumen per quod Euphratem emergere putant. Plinius.

MVRANVM, locus Campaniæ videtur, ex inſcriptione antiqua, quam Lazius profert, in ſua R. P. Romana lib. 2. item Aldus in ſua Ortographia, alijq;. SVMMVRANVM Antonini videtur. Inſcriptio exſtat, vt à Celſo Cittadino Angelerio habeo in agro Atinati, inſerta parieti cuiuſdam cauponæ, vulgo Lhoſteria, vel vt regnicolis, la Tauerna della Polla, ab opido Polla, ibi proximo, iuxta quam exiit ſpecu ſubterraneo fluuius Tanager, vulgo il Negro. Eamq; hic in gratiam ſtudioſorum antiquitatis & Geographiæ lubens adponam, maximè quia hactenus mendoſiſſimè à multis edita. at fideliſſimè quantum fieri potuit hac forma à dicto Angelerio ex ipſo lapide excerpta.





VIAM. FECEI. AB. REGIO. AD. CAPVAM. ET. IN. EA. VIA.
PONTEIS. OMNEIS. MEILLIAROS. TABELLARIOSQ.
POSEIVEI. HINCE. SVNT. NOVCERIAM.
MEILIA. LI. CAPVAM. XXCIIII. MVRANVM. LXX.
IIII. COSENTIAM. CXXIII. VALENTIAM. CLXXX.
AD. FRETVM. AD. STATVAM. CCXXXII. REGIVM.
CCXXVII. SVMA. AF. CAPVAM. REGIVM.
MEILIA. CCCXXI. ET. EIDEM. PRÆTOR.
IN. SICILIA. FVGITIVEOS. ITALICORVM. CON
QVAESIVEI. REDIDEIQ. HOMINES. ƆCCCCXVII.
EIDEMQ. PRIMVS. FECEI. VT. DE. AGRO. POPLICO.
ARATORIBVS. CEDERENT. PAASTORES. FORVM.
AEDISQ. POPLICAS. HEIC. POSEIVEI.

MVRBOGI μούρβογοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis gens. Ptolemæus.

MVRCI, vide VIRGI.

MVRCIBII equi, videntur à loco ſic dicti, apud Gratium
„ Poëtam. Murcibij vix ora tenacia ferro, Concedunt.

MVRCINVS, vide MYRCINVS.

MVRCONENSIS Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Victor Vticenſis.

MVRCVS, vide AVENTINVS.

MVREX, vrbs circa Meſopotamiam videtur, apud Cedrenum. TOMVRECEM legit Gabius, apud Curopalatem, iuncto articulo ſuo, malè.

MVRGANTIA, Liuio 10. & 24. Samnitum vrbs (alia à Siciliæ apud eundem) In Magna Græcia ponunt Volaterranus, item Niger, qui ſcribit hoc loco nunc opidula Monaſterachi, & Orizella exſtare. MORGENTIA & MORGENTIVM μοργεντία καὶ μοργέντιον, apud Stephanum vocari puto, quam Barrius S. Georgeto vocat. Niger ſcribit eandem eſſe cum MAMERTIO μαμέρτιον Strabonis, ſed hanc hodie Martirano vocari ſcribit Gab. Barrius. etiam Proſper Pariſius: qui in tabula ſua Magnæ Græciæ nummum adducit cum inſcriptione MAMEPTINΩN BPETTIΩN, i. Mamertinorum in Bruttijs. ex qua hanc aliam eſſe liquet à Murgantio in Samnitibus. vide MORGANTIVM.

MVRGENTINI, vide MORGANTIVM.

MVRGI, Hiſpaniæ vrbs. Antonino. in Bætica, ad mare, vt puto. vide MVRGIS.

MVRGILLVM locus, in codice Theodoſiano 16. titulo de Iudæis. Pannoniæ vrbs, vt teſtis eſt Sigonius.

MVRGIS μοῦργις, Ptolemæo & Plinio. Bæticæ Hiſpaniæ vrbs: quæ hodie Murçia eſt, vt Cluſius putat. Muxacra autem Floriano, & Io. Marianæ eſt. MVRGIS Plinij & Antonini eſt ad Mare Ibericum, Bæticæ finis. hanc Muxacra putarim. Ptolemæi autem multo interius, quam Murçia cenſuerim. Murga autem Io. Marianæ.

MVRGISCA μουργίσκα, circa Thraciam opidum videtur. ex Aeſchinis Oratione, contra Cteſiphontem.

MVRGVM, vide MARGVM.

MVRGVS, vide MVRTIVS.

MVRIANA μουριανὴ, Armeniæ Minoris regio. Ptolemæus.

MVRICI, vide SICHII.

MVRICVM, vide AVTRICVM.

MVRIDVNVM, Angliæ vrbs, apud Antoninum. MORIDVNVM vacillante lectione, quoque. Vide MARIDVNVM.

MVRII, vide ZICHII.

„ MVRINORVM Terra, quam ille TETRAGINAM
„ nuncupauit: Sic Aethicus Sophiſta. alius ab eo quem Simlerus in lucem dedit.

MVRIS STATIO, vide MYOSHORMOS.

MVRISIOS μουρίσιος, Lazicum caſtrum, in Authenticis.

MVROCINCTA, in Gallia ciuitas, centeſimo lapidè à Treuiris diſparata. Ammianus 27. Muers fortè hodiè. Nomen enim & diſtantia illi congrua. Vide AD MVROS.

MVROELA μουρόελα, Pannoniæ Superioris vrbs, apud Ptolemæum: Mureck Villanouano videtur. Muera Styriæ eſt quoque Lazio, cap. 1. Sectione 3. R. P. R. 12.

MVROTRIGES, & SVMOTRIGES, habet Humf. Lhuydus Angliæ populos; quos ipſi Angli Somerſetſhire, & Cambri (qui ſunt genuini Britanni) Gulad pr haf appellant. Mendum typographicum puto, pro DVROTRIGES.



MVRRANI, Aſiæ Propriæ gentes, apud Pomponium. Scytharum videntur. Vox non apud alium nota. Pintianus mallet MORIMENI legere.

MVRSA, & MVRSIA, eſt Antonino Pannoniæ Inferioris vrbs,) quam & alibi in itinere Sirmi Carnuntum corruptè MVRA ſcribit.) μουρσία colonia Ptolemæo. Aethicus ſcribit eam ad confluentia Saui cum Danubio, non ſine errore: cum ſit Ptolemæo circa Draui confluentia cum Danubio. quod quoque ex Antonini itineribus confirmari poteſt. Hanc Simlerus Murouiza, vel Ezech putat. Eſſek ſcribit Lazius. Sed vide TEVTOBVRGVM. MVRSA μοῦρσα, Ioniæ opidum, quod & MVRSIVM dicitur, Stephano. Galliæ quoque caſtellum, trium dierum iter à Lugduno. vbi Magnentium à Conſtantio Imp. prælio ſuperatum, ſcribunt Eutropius, Socrates, & Zoſomenus.

MVRSELLA μουρσέλλα, Pannoniæ Inferioris opidum. Ptolemæus & Antoninus.

MVRSIA, vide MVRSA.

MVRTIVS, Fl. Vopiſco locus quo interfectum ſcribit Carinum Imp. MVRGVS eſt apud Eutropium & Euſebium. inter Viminatium & Aureum montem: in Pannonia. MARGVS quidam Eutropij codex habet. Vide MARGVM.

MVRVIS μουρούις, opidum in Africa Propria. Ptolemæus.

MVRVM, Hiſpaniæ vrbs, Antonino. Inter Liminium & Toletum. AVRVM legit Simlerus.

MVRVM VICVS, Antonino trans Alpes opidum, quod Mur in Bregentz, Scudo; Caſtelmur in Bergel, Simlero eſt.

MVRVSTAGENSIS Epiſcopus, Cæſarienſis Mauritaniæ. Victor Vticenſis.

MVSÆ, Aegypti locus. Antoninus.

MVSÆVS, Gothiæ fluuius, in quo ſubmerſus S. Sabas. Simeon Metaphraſtes in eius vita.

MVSAGORI inſulæ, numero tres, circa Cretam: Pomponio. Circa Criu Metopon ſunt Plinio, MVSAGORES.

MVSANA, vide MVZANA.

MVSARINÆI μουσαριναῖοι, Ptolemæo Gedroſiæ populi.

MVSARNA μουσάρνα, vrbs apud Beroſum (qui circumfertur) de qua conſule eius commentatorem Annium: dignum patella operculum. Apud Ptolemæum eſt Gedroſiæ opidum. Vide MOSARNA.

MVSARVM Antrum, vide ASELENVS.

MVSCANDA μουσκάνδα, Antiochianæ regionis in Cappadocia vrbs. Ptolemæus.

MVSCARIA μουσκαρία, Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Vaſconibus vrbs, apud Ptolemæum.

MVSCIAS CALMES, locum ſic dictum habet Greg. Turonenſis 4. Ebrodunenſi ciuitati adiacentem: vbi Mummolus Longobardos fugauit. MVSTIA SCALMES legit Paul. Diaconus Longobard. 3. Manu ſcriptus liber coniunctim, Muſtiaſcalmes.

MVSCVLARIORVM Militum, in Gallia Riparienſi: meminit Lib. Notit.

MVSCVRTITENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

MVSEVM μουσεῖον, locus iuxta Olympum, in Macedonia. Stephanus. Circa Bœotiam, Plutarcho in Sylla. Cretæ locus, inter Apteram & mare. vbi quondam Sirenum cum Muſis certamen. Suidas & Stephanus. Vide VINIVS.

MVSGI opidum, Galatiæ regionis videtur, apud Metaphraſten, in vita S. Theodori Archimandritæ.

MVSICANI Terra, μουσικανοῦ. Hanc Strabo totius Indiæ Auſtraliſſimam dicit. Erit ergo ea quæ hodie Malaca vocatur. At idem eam, paulò inferius, ad Pantalenam inſulam (hæc ad Indi oſtia eſt) ponit. Cui ſententiæ etiam Arrianus lib. 6. De geſtis Alexandri, & Diodorus Siculus lib. 17. ſubſcribunt. Meminit huius etiam Q. Curtius. SVSICANA σουσικάνα, Ptolemæi eſſe, vult Villanouanus. Strabo alio in loco, vbi Taprobanam deſcribit, CO-

M V

NIACOS κωνιακοὶ, vocat *Indiæ populos maximè verſus Meridiem exiſtentes. Sed alios idem etiam Coniacos Hiſpaniæ populos, ab Aug. Imp. deuictos habet.*

MVSIO, *primus eſt amnis poſt Cumerum promontorium; vt ſcribit Blondus, qui eum ad oſtia* ASPIDVM *vocari addit. Vtrumq; fortè recens eſt. Ego neutrum apud veteres me agnoſſe fateor. Vide huius deſcriptionem quoque in Piceno Franciſci Pamphili.*

MVSIS, *Armeniæ Maioris amnis: qui in Araxen influit. Plinius.*

MVSITANVM *Epiſcopum Felicianum, habet Auguſtinus, Epiſt. 165. An librarij vitio, pro* MVSTITANVM? *à Muſti?*

MVSISTRATVM *Polybio, aut potius* MYTTISTRATVM μυτίστρατον, *vt in Græco eſt.* MVTVSTRATINI, *Plinio. Siciliæ vrbs eſt, quam Fazellus & Aretius* Miſtretta *vocant. Hos eoſdem eſſe cum* AMESTRATINIS, *quorum Cicero in Verrem meminit, ait Aretius; ſed negat Hermolaus.* MYTISERATA μυτισέρατα, *habet Stephanus Siciliæ vrbem: an eandem cum illa, iudicent alij. apud eundem namque etiam* AMESTRATOS ἀμήστρατος *eſt.* AMASTRA *per* A *in ſecunda Silio 14.*

MVSIVM, *vide* MVSEVM.

MVSLVBIVM, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Antonino. inter Salden & Chobata.*

MVSON, *Ægypti vrbs. lib. Notitiar.*

MVSONII, *vide* MVSSINI.

MVSOPALE μυσοπάλη, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolem.*

MVSSE μυσση, *in Africa Propria vrbs, apud Ptolemæum.* MVSTE *legit Latinus codex. Sed* μυση *quoque idem Ptolemæus habet, vicum eiuſdem regionis: ad Cinyphum fluuium. Vide* MYSTI.

MVSSINI *Plinio,* MVSVNI *Ptolemæo, gens in Africa Propria.* MVSONII *fortè, in Tertia ſcheda Peutingeriana, mihi à M. Velſero communicata.*

MVSTE, *vide* MVSSE.

MVSTI, *Africæ opidum habet Vibius, ad Bagradam fluuium. Meminit huius quoque Antoninus.* MVSTITANA *regio, eſt apud D. Auguſtinum.* MVSSE *Ptolemei puto. vbi Latini interpretes* MVSTE *legunt.*

MVSTIA SCALMES, *vide* MVSCIAS CALMES.

MVSTILIA μυστιλία, *Ciliciæ in Cappadocia vrbs, apud Ptolemæum.*

MVSVCENSIS *Epiſcopus, vide* MVZVLENSIS.

MVSVLANI, *Numidiæ gens, Tacito. Vide* MISVLANI.

MVSVLON *ciuitas, vnde cinamomum. Simeon Sethi.*

MVSVNI, *vide* MVSSINI.

MVSVVIS, *fluuij & vici nomen in Gallia Lugdunenſi: Iuoni Epiſtola 224.*

MVTAGENENSIS *Plebs, in Africa. Coll. Carthag.*

MVTALASCA, *vicus Cappadociæ, ſub Cæſarea metropoli. patria S. Sabæ. vt tradit Simeon Metaphraſtes in huius vita.*

MVTE, *Silius 14. Nec maior Megara Mute concordibus auſis. Siciliæ loca. An* MVTYENSES *hinc Plinio?*

MVTECITANVS *Epiſcopus Africæ, meminit Collatio Carthaginienſis.*

MVTELA, *mons in Sabinis. Frontinus de Limitib. agrorum. item Aggenus.*

MVTENVM, *vide* MOTENVM.

MVTHI, *Thebaidis in Ægypto vrbs, Antonino.* MVTHEOS *in libro Notit.*

MVTHVL, *Numidiæ fluuius, à Meridie oriens. Salluſtius in Iugurthino. Vide* SVTHVL.

MVTIA *Prata, trans Tiberim erant. Corn. Nepos, de viris illuſtrib.* MVCIA *per* C. *legit Feſtus.*

MVTICITANI *Limitis, in Mauritania Cæſarienſi, meminit lib. Notit. Membraneus codex legebat* MAVTICITANI.

MVTIENI, *vide* MOTIENI.

MVTIENSES, *vide* MOTYA.

MVTIGENNENSIS *locus, in Africa. Coll. Carthag.*

MVTILA, *apud Liuium 41. Iſtriæ vrbs. an eadem cum Metulum? Vide* MVTILVM.

MVTILVM, *Liuio Flaminiæ in Italio opidum.* MVTILA *Obſequenti.* Mutilina, *Blondo;* Modiana, *Leandro nominatur.*

MVTINA μύτινα, *Galliæ Togatæ vrbs Ptolemæo. Coloniam vocant Pomponius, & Liuius.* MOTINA *per* O. *legit Antoninus.* Modena *eſt hodie.*

MVTVCVMENSES, *Italiæ populos, habet Plinius.*

MVTVGENNA, *Africæ villa. Auguſtinus Epiſt. 204.*

MVTVRGVRES, *vide* BVRTVRGVRES.

MVTVSCÆ, *Virgilio Vmbriæ opidum eſt, in Sabinis:* Treui *hodie dici ſcribit Leander, & in Vitruuium Philander. De his ſic Seruius, in illud Virgilij, Oliuiferaq; Mutuſcæ. Hæc* TREBIA *poſtea dicta fuit, quam modò* TRIBVLAM *dicunt, apud quam Hannibal deleuit pop. Rom. Sed hunc errare putat Hermolaus: quod Trebia, prope quem Romanorum clades illa fluit, fluuij nomen ſit Galliæ Togatæ ad Placentiam vrbem.* TREBIAM *tamen vrbem in Sabinis, agnoſcit Arnobius 3. Erythræus & Villanouanus credunt* TREBVLAM *Ptolemæi eſſe: quibus ego ſuffragari nequeo; is enim hanc ſuam in Campania, vt Liuius quoque deſcribit, multis paraſangis à Sabinis diſtantem. neque Ptolemæus Trebula, ſed* TRIBVLA τείϐυλα, *habet. Trebulam autem per epſylon legit in Sabinis Strabo, & Tribulam per iota, Halicarnaſſeus.* TREBVLANOS, *Plinius* BALINIENSES *cognominat, lib. 3. cap. 4. Item* MVTVSCÆOS, *&* SVFFENATES, *cap. 12.* SVFFENAS *vocat Dionyſius, vt annotauit Sigonius de Iure Italiæ 1. cap. 18. Dum hanc ſecundã Theſauri editionem adornabam, ſcribit ad me Cittadinus Angelerius Roma, hæc de his Mutuſcis: Mutuſcæ nunc appellantur Treui, vt etiam dicit Leander, & ſunt in Sabinis iuxta Spoletium Meuaniam & Fulginium. à Plinio Trebulani Mutuſcei vel Suffenates dicuntur, nam duos populos ſub vno nomine ponit. Quos autem Balinienſes appellat, erant in Campania, prope Cales nunc Carinula. & Aeliſas, & Capuam, ſupra Acerras vulgò* Acerra: *& hæc Trebula eſt illa de qua Liuius & Ptolemæus, ex quo apparet errare Erythræum & Villanouanum. Hæc ille. vide* TREBVLA.

MVTVSCÆI, *vide* MVTVSCÆ.

MVTVSTRATINI, *vide* MVSISTRATVM.

MVTYENSES, *Siciliæ populi, Plinio 3. cap 8. ſed* MOTYENSES *malo. cum codice meo vetuſto à Motya vrbe.*

MVZA μοῦζα, *Ptolemæo & Plinio Arabiæ Felicis in Eliſarorum regione portus & emporium eſt, quò appellunt qui ex Ægypto Indiam nauigant: non longè ab* Hali *abeſſe putat Ramuſius.* MARA μαρα, *vocat lib. 8 idẽ Ptolemæus.*

MVZANA, *Antonino vrbs in Armenia Minori eſt.*

MVZIRIS, *vide* ZIZERVM, *&* MODIRIS.

MVZVLENSIS *Epiſcopi, in Africa Propria, meminit D. Auguſtinus, & Cyprianus, in concilio Carthaginenſi. In aliquibus exemplaribus ſine* L. *ſcriptum legi, corruptè.* MVZVEENSIS *meminit Coll. Carthag. corruptè, vt puto. pro eodem. Ibidem* MVZVCENSIS *eſt apud eandem.*

MVZVRIS, *vide* MODIRIS.

MYA, *Doridis inſula, in ſinu Ceramico. Plinius.*

MYARIDA, *Plinio Ciliciæ vrbs mediterranea.*

MYARA, *vide* ÆGYPTVS.

MYASES, *& alia lectio* MYSES *Epiſcopatus, in concil. Epheſino,*

MYBLIS, *vide* MELOS.

MYCALE μυκάλη, *Cariæ vrbs Straboni, Diodoro, & Stephano. Mons eſt Ptolemæo, Thucydidi, & Suidæ. qui quoque* MYCHALE μυχάλη, *dicitur; vt Stephanus addit. cui vrbs & mons eſt. eſt autem inter Pamphyliam & Cariã, teſte Philoſtrato 2. Apollonij. è regione Sami, Suidæ; in voce* Eraſiſtratus. *ad mare eſt, teſte Oroſio 2. cap 11.* MYCALE *Herodoto, promontoriũ Ioniæ eſt, Zephyro vento oppoſitum. & ad Samum pertinens, quæ* TROGILIA *Mycales, Stephano. In Didymorum regione Euſebio 8. Præp.* MYCALENSIS *Mõtis verticem, meminit Val. Max. 6. cap. vltimo. vbi Polycratem ab Oronte comprehenſum tradit. Thucydidi & Plinio* MYCALE *inſula eſt, in Ioniæ ora. Vide* MYCALESSVS *&* PANIONIVM.



M Y

MYCALESSVS μυκαλησσός, *vrbs Bœotiæ mediterranea, Pauſaniæ, Homero, Stephano, & Straboni. ſed hic pagum vocat. & Bœoticè per τ μυκαλητ@ ſcribit. Plinio vrbs eſt, in ora Bœotiæ. cui videtur ſuffragari Thucydides 7. Eſt etiam Cariæ vrbs, apud Stephanum. Plinius etiam montem ſic dictum, in Bœotia habet. & alium Stephanus, è regione Sami. hunc* MYCALE *aliorum puto.*

MYCENA *condita in Italia, quæ nunc Cumæ. ſic Chronicon Euſebij. Locum corruptum puto. Miſenum & Cumæ, ſunt in Campaniæ tractu, duo loca. In codice meo M.S. melius, ita,* MICENÆ *conditæ in Italia, vel* CVMÆ.

MYCENÆ μυκῆναι, *Argiæ in Peloponneſo opidum, Ptolemæo. (item Straboni, & Plinio. ſed apud hos alia videtur à Ptolemæi.)* MYCENICA *vocatur Liuio 32.* INACHIAS *appellat Papinius, quod iuxta Inachum fluuium poſitæ videantur.* POLYPHENGON πολύφεγγον, *vocat Plethon. Ad Argium montem ædificatum, ſcribit Plutarchus de Montibus. Sophianus* Agios Adrianos *nouo nomine indigitat. Nigro* Charia *eſt.* Grebigni *Theueto.* MYCENÆVS *Lucus ibidem Apollodoro 2. In Creta quoque* MYCENAS *conditas ab Agamemnone, ſcribit Vell. Paterculus 1.*

MYCHALE, *vide* MYCALE.

MYCHOPONTION, *vide* ACHERVSIA.

MYCHTHONIA, *vide* MYGDONIA.

MYCHVS μυχὸς, *Phocidis portus eſt, apud Strabonẽ, & Steph.*

MYCI μυκοὶ, *Aſiæ populi videntur apud Stephanum. Perſiæ videntur apud Herodotum.*

MYCINI μυκῖνοι *populi in Mauritania Cæſarieſi ſunt Ptol.*

MYCLEA, *Italiæ lacus: circa Tarracinam. vt habet Geſnerus in 4. Aquatilium, de ſerpente: ex Sotione, & Iſigono. Iuxta ſcribit ciuitatem deſertam, cuius incolæ propter hydrorum multitudinem pulſi fuerint. Amycle legendum putauerim ex Plinio.*

MYCONIVS μυκόνι@, *Siciliæ mons, circa Meſſanam, aut Aetnam alicubi. Appianus 5. Ciuil.*

MYCONOS μύκων@, *Ptolæmeo, Melæ, Athenæo, & Plinio, vna ex Cycladibus inſulis.* Micole *dicitur Sophiano, & Nigro. Vide* CALYDNA.

MYDIONIA μυδιονία, *Aetoliæ vrbs ad mare. Polybius 2.*

MYECPHORITANA μυεκφορίτης, *tribus, vel Nomus in Ægypto, ex aduerſo Bubaſtis vrbis. Herodoto in Euterpe.*

MYENVS μύηνο@, *mons in Aetolia; qui antea* ALPHIVS ἄλφιο@. *Plutarchus, Libello de Fluminibus & Montibus.*

MYES μύης, *Ioniæ vrbs. Stephanus: ex Hecatæi Aſia.*

MYEZA μύεζα, *apud Plinium & Ptolemæum, Emathiæ vrbs, in Macedonia.*

MYGDONIA μυγδονία, *regio Macedonica verſus Thraciam, ad Axium fluuium, Ptolemæo, Straboni, Plinio, & Herodoto. circa Bolben paludem, Thucididi. Etiam Meſopotamiæ, in qua Niſibis, Straboni, Ioſepho, & Plinio. Sic nominata à* MYGDONIO *flumine, qui hinc Niſibin (vt teſtis eſt Theodoritus in Tripartita hiſtoria) mediam ſecat. Iuxta Olympũ Myſiæ, etiam Mygdonia, Plinio, & Straboni; per quam Rhymus fluuius labitur. (Habet & idem Strabo, hic Mygdonium Campum.) Hanc Stephanus adſcribit Magnæ Phrygiæ. eandemq;* MYCHTHONIAM μυχθονία, *vocat. & eius incolas* MARDOS. MYGDONES *etiam Thracica gens, apud Strabonem. vnde Martianus Capella dicit Rodopen montem Mygdonium. Vide* ANTIOCHIA, BITHYNIA, MADENA, *&* PERINTHVS.

MYGDONIVS, *fluuius, & campus, vide* MYGDONIA.

MYGDVS, *locus ad Sangarium fluuium. Ammianus 26.*

MYGISI μύγισι, *Cariæ vrbs, apud Stephanum. ex Hecatæi 3. Genealogiarum.*

MYIM, *Epiſcopatus ſub ſede Seleucienſis Ciliciæ. Guliel. Tyrius.*

MYLA, *Siciliæ fluuius, Liuio lib. 24. inter Syracuſas & Leontium. Aretio & Leandro* S. Iuliano *appellatur. cui quoque aſſentitur Fazellus. eius oſtium autem Saracenicè* Yhadeda *vocari ait. Idem eundem aut alium valde huic vicinum* Marcellino *nominat. Mylam hunc, putat quidam* PANTACHVM *Ptolemæi eſſe.*

MYLACES μύλακες, *Epirotica gens, Stephano. ex Lycophrone, cuius Commentator Iſacius facit hos Illyricis populis vicinos.*

MYLÆ, *Inſulæ circa Cretam ſunt Plinio.* Can bruſie, *M. Nigro vocantur.* Gnioſa *&* Liſto *appellat eas Pinetus.* MYLÆ μύλαι, *Ptolemæo, Paterculo, Appiano, Plinio, Silio, Dioni, Suetonio, & Thucydidi, Siciliæ vrbs:* Milazon, *vel* Milazzo, *Fazello & Aretio hodie appellatur.* MYLE *etiam Theſſaliæ vrbs, apud Liuium 42.*

MYLANTIA μυλαντία, *promontorium in* καμίρῳ *Rhodi. Stephanus.* κάμειρ@, *legit Geſnerus.*

MYLAON, *Arcadiæ fluuius, Pauſaniæ. Vide* MYLOIS.

MYLAS, *vide* MYLASA.

MYLASA μύλασα, *Cariæ vrbs, Plinio, Stephano, & nummis. geminato ss. ſcribunt Ptolemæus, Strabo, Pauſanias Dion, Herodotus, & Porphyrogenneta.* MYLAS *nominatur quoque apud Aeſchylum, vt refert Stephanus.*

MYLASSA, *vide* MYLASA.

MYLE, *Cariæ vrbs, Plinio. Vide* MELANIA.

MYLIADIS PODALLIA, *vide* PODALIA.

MYLIAS, *Magnæ Phrygiæ pars, ſed Lyciæ attributa. Arriano in Indicis. item Ptolemæo.* MILIAS, *Ciceroni 2. in Verrem.* MILYÆ *populi, Plinio & Herodoto tranſpoſitis* Y. *&* I. *litteris. Vide* MILYAS, *&* MELYENSES.

MYLISIN μύλισιν, *Phrygiæ gens, Stephano: ex Hecatæo.*

MYLOIS μυλόεις, *Arcadiæ fluuius. Heſychius. An Mylaon vel Molottus Pauſaniæ?*

MYLON μύλων, *Agypti vrbs eſt apud Athenæum & Stephanum. Inde* MYLOPOLITES *Nomus.*

MYLVIVS, *vide* PONS.

MYLVS μύλος, *inſulæ nomen, in qua effoſſas terræ cauernas, alta ſuccreſcente humo rurſum compleri, tradit Ariſtoteles in Admirandis. ſed μύλ@ legunt alij codices.*

MYNDII, *vide* LANYNDII.

MYNDONES μύνδονες, *Libyæ gens. Stephanus.*

MYNDVS μύνδ@, *Cariæ opidum, Straboni, Ptolemæo, & Stephano:* MINDVS *Pomponio,* MENDVS *Porphyrogennetæ.* Menteſe *hodie vocari, teſtem Leunclauium habeo. Item alterum in eadem Caria; quod teſte Stephano* PALÆA παλαιὰ, *cognominatur, ad differẽtiam.* S. Pietro *hodie hoc dici, ſcribit in ſuo Liuio Nardus.* PALÆMYNDVM *hanc, olim fuiſſe, vbi nunc* MYNDVS, *refert Plinius.* MINDYA *vicus fortè hic Strabonis.* MYNDVS *Ptolemæo inſula Icarij maris eſt. Etiam Arcadiæ vrbs, vt refert Winſemius ad Theocritum. Vide* MINDYA.

MYNETIS *vrbs, vide* LYRNESSVS.

MYON μύων, *Locrorum vrbs, in Epiro. Stephanus, ex Thucydidis 3. ſub finem. vbi Myonenſium meminit. Hos nouit quoque Pauſanias 2. Eliacor. Vide* MYONIA.

MYONIA μυονία, *Phocidis vrbs: auctoribus Stephano & Pauſania. eandem puto cum* MYON. *quamuis diuerſa ſcriptura. Eſt enim hæc Phocis regio, cum Locris finitima.*

MYONNESOS μυόννησ@, *Ioniæ vrbs, inter Teium & Lebedum: Stephano: item Straboni, cui peninſula eſt. Liuius 37. pro promontorio deſcribit, inter Teium Samumq;. Teiorum inſula eſt Thucydidi 3. Straboni inſula Theſſaliæ eſt, ante Lariſſam. Vide* PISISTRATI.

MYOSHORMOS μυὸς ὅρμος, *Ptolemæo, & Plinio, Aegypti opidum cum portu, ad mare Rubrum.* Coſireo *loco ponit Ramuſius. Agatarchides ſcribit hoc magnum portum facere, atque poſtea* APHRODITEN *(id eſt* VENERIS*) vocatam.*

MYPSÆI μυψαῖοι, *Thraciæ gentes, Herodoto, in Melpomene. Vide* NIPSA.

MYRA μύρα, *Lyciæ vrbs, Straboni, & Ptolemæo, quæ hodie* Strumita *vocatur, vt ſcribit in ſuo Itinerario* Stunica. MYRON μύρων, *apud Stephanum eſt. Vide* MYRVS, *&* LYSTRA.

MYRÆVM μύῤαιον, vrbs in *Africa Propria, Ptolemæo.* Micila Marmolio *vocatur. Vide* MILEVM.

MYRCINVS μυρκῖνος, *vrbs, prius* HEDONVS ἠδώνος, *vocabatur; vt ſcribit Ioannes* Tzetza, *Chiliade 3. numero 96. Meminit huius etiã Herodotus in Terpſichore, & Thucidides 5. Iuxta Strymonem fluuium, in Thracia, Stephano.* μυρκινος *eſt Appiano 4. Ciuilium. circaq; Philippos deſcribit. Vide* AMPHIPOLIS.

MYRENÆI, *vide* GRYNI.

MYRENORVM *Ciuitatis Phrygiæ Salutaris, meminit Synodus* VI. *Conſtantinopolitana.*

MYRGETÆ μυργεται, *Scythica gens. Stephanus: ex Hecatæo.*

MYRIAGADAN *vrbem, ab Hercule in ſeruitutem redactam, habet Gyraldus, in eius vita. quo auctore ignoro.*

MYRIANDRVS μυρίανδρος, *Syriæ vrbs maritima, Ptolemæo, Xenophonti, & Stephano. item Arriano 2. Alexandri. Myriandri populi Syriæ ſunt Melæ; ad Amanum montem.*

MYRICA μυρίκη, *Rubri maris inſula, Stephano. In Hippadis pelago, Ptolemæo.* MYRSIACA *legunt huius interpretes. Vide* AMPHIPOLIS.

MYRICVS μυρικους, *Troadis vrbs, è regione Tenedi, & Lesbi. Stephanus: ex Hecatæo.*

MYRIDA, *vide* MOERIDIS.

MYRINA, *vrbs Æolidis; Ptolemæo, Agathiæ, & Stephano. quæ* SEBASTOPOLIM *ſe vocat, inquit Plinius.* Marhani *hodie teſte Leunclauio. Ptolæmeo & Plinio, quoque Lemni inſulæ vrbs.* Lemno, *Bellonio eſt. Troadis, apud Strabonem, Diodorum, &* Tzetzam *in Lycophronem. Etiam mediterranea vrbs Cretæ, Plinio. Item Thracenſis, vt ex Agathia videtur, in principio hiſtoriæ, ſed geminato* R.R. *Vide* CERCENA.

MYRINNAE *Tumulus, vide* BATIEA.

MYRIOCEPHALVM, *in Aſia Minori vrbs. Nicetas.*

MYRIOPHYTVS, *locus vel vrbs, Curopalati.*

MYRLÆVM, *vide* APSASIVM.

MYRLEIA, *vide* APAMEA.

MYRMECES *Scopuli, in ſinu Ioniæ, alicubi, Plinio. ſi fida ſcriptura. Vide* ESSEDONES, & CHESEOPOLIS.

MYRMECIVM μυρμήκιον, *Tauricæ opidulum, Plinio, Ptolemæo, & Stephano. cui quoque* MYRMENIA μυρμηνία, *vocatur.* MYRMETIVM *per* T. *legunt Plinius & Pomponius.* MIRMYCION *corruptè, Iornandi.*

MYRMENA, *Anthropophagorum vrbs, Nicephoro. cuius principem ad fidem Chriſtianam conuertiſſe Matthæum apoſtolum, addit. In Aethiopia: vt ex Adone veriſimile. Vide* MYRMECIVM.

MYRMEX μύρμηξ, *inſula Pentapolis regionis, in mari Libyco. Ptolemæus.* MYRMECEM *Pharium vocat Syneſius, in Epiſtolis.* ANTENORIDARVM *Collis fortè, cuius meminit Iſacius, ex Symmacho. Vide* RHEGIVM, & MYRMECIVM.

MYRMIDON, AMASÆA, & SYNOPE, *ciuitates in Achaia Peloponneſi. Abdias Babylonius in vita D. Andreæ.*

MYRMIDONES, *omnes Theſſalos vocatos, ſcribit Philoſtratus, de Viris Illuſtribus. Vide* ÆGINA, & GRÆCIA.

MYRMISSVS μυρμισσος, *iuxta Lampſacum vrbs. Stephanus. An eadem cum Mermeſſo?*

MYROBRIGA, *vide* MIROBRIGA.

MYRON μυρον, *fluuius in Lycia, Stephano. Iuxta Myram vrbem. facilè crediderim eundem eſſe cum Limyra & Limyrus. Vide* MYRA & LAMYRA.

MYRONOS μύρωνος, *Arabici ſinus inſula. Stephanus & Ptolemæus.*

MYROPOLON μυροπώλον, *Græciæ vrbs, ex aduerſo Heracleæ. Iuxta Thermopylas fortè. Procop. 4. Aedific.*

MYRRINE, *vide* BATIEIA.

MYRRINVS μυῤῥινοῦς, *Atticæ municipium, Straboni. aut pars tribus Pandionidis: Stephano.*

MYRROFERA *regio, vide* SMYRNOPHERA.

MYRSIACA, *vide* MYRICA.



MYRSINITIS *Vallis, oblonga & profunda, atque ſiluis conſita, apud Syneſium, Epiſtola* CXXII. *Circa Cyrenem Africæ, fortaſſè.*

MYRSINVS μύρσινος, *qui &* MYRTVNTIVM μυρτύντιον, *tempore Strabonis. Achaiæ pagus, in Peloponneſo, vt ipſe ſcribit. Elidis vrbs eſt Stephano.*

MYRSOS, *vide* MEGATICHOS.

MYRTANIA, *vide* MYRTONIVM.

MYRTEI *Campi: in quibus Sardos ſuperatos à Papyrio tradit.*

MYRTETA, *ſupra Baias locus ſudatorius, ex profuſo inde calido vapore. Celſus, & Horatius.* Frittola *videtur à Scipione Mazella appellari.*

MYRTILIS, *vide* IVLIA.

MYRTION μύρτιον, *qui poſtea* TITTHION τίτθειον, *mons Peloponneſi. Pauſanias, ex interpretatione Amaſæi* MARTION *habet Loeſcherus; errore typographico fortè. Thraciæ opidum Myrtion videtur, apud Demoſthenem, in Corona.*

MYRTONIVM μυρτονιον, *caſtellum in Thracia. Suidas ex Demoſthene. aliis* MYRTANIA *dici addit. Fortè idem cum Myrtion.*

MYRTOS, *nomen inſulæ eſt. de eo ſic Plinius 4. cap. 11. Aegæi maris pars Myrtoo datur, appellatur ab inſula: quæ cernitur Macedoniam petentibus à Geræſto: haud procul Euboëæ Caryſto.* "

MYRTOSIVM, *vide* MYRTVSSA.

MYRTOVM *Pelagus, à Caſtaldo* Mar di Mandria *interpretatur. Sed ne & hoc neſciat ſtudioſus, Ptolemæi hoc eſt, Cariam alluens: nam Plinii, Strabonis, Pauſaniæ, cæterorumq; Myrtoum mare alibi eſt, de quo in dictione* BEGIALIS *dixi. Vide etiam* MYRTOS.

MYRTVNTIVM μυρτύντιον, *mare paludis inſtar, inter Leucadem & Ambracium mare. Strabo* 10. *Vide* MYRCINVS.

MYRTVSSA μύρτουσα, *Libyæ mons, Stephano. In Cyrenaica regione, Callimacho. ſed vno* S. μυρτοῦσα, MYRTOSIVM μυρτώσιον, *eſt Apollonio, qui promontorium ex eo facit, & in Libyæ Cyrenaica ponitur ab eius Scholiaſte.*

MYSECROS *fluuius, in Arabia Felici, verſus Meridiẽ. Plin.*

MYSIA μυσία, *Aſiæ Propriæ regio, Ptolemæo, quam in* MAIOREM & MINOREM *diſtinguit. Hanc Minorem* OLYMPICAM *cognominat Strabo* 12. OLYMPIENOS *huius incolas vocat Herodotus, &* OLYMPENOS *Ptolemæus. Illam* HELLESPONTICAM *appellat Galenus 5. de Sanitate tuenda, &* HELLESPONTIOS *eius incolas, Strabo.* Burſia *à Caſtaldo interpretari video. Myſia aliquãdo* ABRETA, *item* ÆOLIA, & ÆOLIS *dicta fuit, teſte Plinio.* MEONIA μηονια, *vocatur quoque à Strabone 13.* ABRETTINAM ἀβρεττίνη, *vocat Stephanus.* MES *Hebræis eſt, vt ſcribit Montanus in ſuo Apparatu. Myſos à Poſidonio* CAPNOBATAS καπνοβάτας, *id eſt, fumi ſcanſores, vocari, tradit Strabo lib. 7.* MYSI, MOESI, & MASSÆI *iidẽ ſunt Reineckio: eoſq; in* Miſniam *Germaniæ regionem deducit; quam tempore Henrici Aucupis* Thaleminciam, *& à Slauis* Lumaciam, *item à Bohemis* Sirbiam *appellatam addit.* MYSIA, *regio & vrbs Stephano.* MOESIA *hæc vrbs apud Seruium. Locus ſiue regiuncula in Peloponneſo, Pauſaniæ, in Corinthiacis. Vrbs eſt circa Adramittum, Straboni.* MYSI *apud Ptolemæum, ſunt Myſiæ Superioris populi. Eſt quoq; vrbs Parthiæ* MYSIA, *Ptolemæo. quæ* MOESIA *Accurſio apud Ammianũ. alii codices ea voce carent. Sic enim ille. Genonia, Mœſia, Charax, &c. Eſt quoque Thraciæ in Myſia regione opidum, Porphyrogennetæ. Vide* ÆOLIS, MOESIA, & DARDANIA. "

MYSIANVM *Stagnum, vel* MVSIANVS *lacus, in Scythia Europæa: Iornandi.* MORSIANVS, & NVRSIANVS, *aliæ lectiones.*

MYSISTRATVM, *vide* MVSISTRATVM.

MYSIVS μύσιος, *Aeolidis fluuius; apud Strabonẽ 13. Vide* MÆSIVS.





MYSOCARAS μυσοκάρας, *portus in Mauritania Tingitana. Ptolemæus.*

MYSOMACEDONES, *iuxta Epheſum populi, Plinio. quos diuidit in Superiores, & Inferiores.*

MYSORVM ESCHATE, *vide* THYATIRA.

MYSOTMOLITÆ, *populi in Lydia ſunt. Plinius.*

MYSTES, *vide* DALDIS.

MYSTIA μυστία, *Magnæ Græciæ vrbs, apud Plinium. Samnitum eſt Stephano. vide* MYSTRÆ.

MYSTICVM *Helleſpontis. Huius meminit Sophronius, in Peregrinatione D.D. Petri & Pauli.*

MYSTIENSIS *Epiſcopi, in Lycaonia, meminit concilium Conſtantinopolitanum 1. An* MISTIA *in Hiſtoria Miſcella 10? &* MISTHIA, *vel* MESTHIA, *Balſamoni, in epiſtolam Baſilii ad Amphilochiũ?* MISTHIVM *fortè Ptolemæi.*

MYSTVS, *inſula alicubi, circa Echinades videtur, apud Plinium.* NYSTRVS *legebat M.S. codex.*

MYTANIS, *vide* LESBVS.

MYTHEPOLIS, *vide* MYTHOPOLIS.

MYTHOPOLIS μυθόπολις, *locus vbi fontes eſſe, aliquid cum Nilo commune habentes, tradit Antigonus in Mirabilib. Per n. in ſecunda* μυθηπόλις, *eſt apud Ariſtotelem in Admirandis. Iuxta Aſcanium paludem: centum viginti ſtadia à Cio.*

MYTHOS, *vide* FABVLA.

MYTILENE, *vide* MITYLENE.

MYTESERATA, *vide* MVSISTRATVM.

MYTISTRATVM μυτίστρατον, *Stephano Acarnaniæ vrbs. Eidem eſt vrbs circa Carthaginem, ex Polybio, vt addit. ſed falsò. In Sicilia enim eſt, ſed Carthaginenſium imperii. vt ex Polybii 1. palam eſt. Vide* MVSISTRATVM.

MYVS μυοῦς, *Ioniæ maritima vrbs, circa oſtia Mæandri fluminis: teſtibus Diodoro, Aeliano, Strabone, Plinio, Pauſania, Herodoto, & Vitruuio. A Perſarum rege data fuit Themiſtocli, in obſonia: teſte Thucydide 1. A culicibus horum incolas adeò infeſtatos quondam, refert Pauſaniæ, vt rebus omnibus ſuis inde aſportatis Miletum migrarent.*

MYZENTINA, *vide* MIRITANA.

NAAGRAMMA ναάγραμμα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

NAAGRAMMVM ναάγραμμον, *Taprobanæ metropolis, Ptolemæo.*

NAALOL, *locus in Palæſtina. Ioſue 19. & 21. Iudic. 1.*

NAAMATH, *nomen loci, apud D. Hieronymum, Iob 2.* MINÆI *ſunt 70. interpretibus. Per* A. μαιναιοι *ſcribit Euſebius 9. Præpar.*

NAANA, *vide* NABLA.

NAARDA νάαρδα, *Syriæ vrbs, iuxta Euphratem, Stephanus. In Meſopotamia, Ptolemæo eſt. Vide* NEARDA.

NAARMALCHA, *flumen foſſile, à Traiano, & poſtea à Seuero effoſſum, quo Euphrates aquas ſuas coniungeret cum Tigri. Am. Marcell. 24. Cogitaſſe, non perfodiſſe Traianum, ſcribit in huius vita Dion. vide* EVPHRATES.

NAAROTH, *locus Palæſtinæ. Ioſue 19.*

NAARSAFARVM, *Arabiæ opidum. lib. Notitiar.*

NAAS *vrbs, 1. Paralip. 4.*

NAASON, *Galilææ vrbs. Tobiæ 1.*

NABAB, *vide* ABARIM.

NABABVRVM ναβάβουρον, *opidum Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptolæmeus.*

NABADES, *gens in Mauritania Cæſariẽſi apud Plinium. An Nabaſi Ptolemæi?*

NABADATH, *vide* MADABA.

NABÆ, *vide* NOBE.

NABÆVS, *vide* NANÆVS.

NABALENSIS *Epiſcopi in Mauritania Cæſarienſi: meminit Fragmentum M.S. Vict. Vticenſis.*

NABALIA, *vide* VAHALIS.

NABALLO ναβαλλώ, *caſtrum Arabum, in Palæſtina. Ioſephus Antiq. 14 cap. 2.*

NABANDIS, *vide* NAMADOS.



NABANNÆ ναβάνναι, *Sericæ regionis populi, Ptolemæo. apud Marcellinum* RABANNÆ *ſunt. Sic legunt quoq; Ptolemæi interpretes.*

NABAR, *Numidiæ fluuius, Melæ, & Plinio. vide* NASABATH.

NABARIS νάβαρις, *Ptolemæo Ariæ vrbs eſt.* NAMARIS *interpretibus.*

NABARVS, *vide* NOVERVS.

NABASI νάβασοι, *Mauritaniæ Cæſarienſis populi, Ptolemæo.* ENABASI *apud eius interpretes.*

NABATH, *vide* NAIBOTH.

NABATHÆOS ναβαθαίοι, *Arabiæ Felicis regionis gentes,* DAGHARENOS δαχαρηνοὶ, *vocatos, ſcribit Euſtathius, & Stephanus.* NABATÆI. *Arabiæ Felicis populi, Plinio.* ναπαταῖοι, *Ptolemæo. ſed truncato capite legunt interpretes* APATÆI. *Dacharenos idem ibidem habet, ſed ab his diuerſos. In Æthici Sophiſtæ libro ſic habetur:* SICHARIA *regio, quæ poſtea Nabathæa nuncupatur.* " *De Nabathæis lege Diodorum. 9. Vide* ARABIA, & IDVMÆA.

NABATHÆA *Petra, inter Arabicum ſinum & Babyloniã, Straboni. Eſt* PETRA *Ptolemæi. in Arabia Petræa.*

NABATHRÆ ναβάθραι, *Africæ Propriæ: & Libyæ Interioris gens, apud Ptolemæum.*

NABDÆI Ναβδαῖοι, *populi alii à Nabathæis, ſunt apud Euſeb. 9. Præpar. quos à Dauide rege domitos ſcribit.*

NABIANI ναβιανοὶ, *Straboni gens, in Sarmatia Aſiatica.*

NABIVS νάβιος, *Tarraconenſis Hiſpaniæ fluuius, Ptolemæo. Idem eſſe cum* NARIO *Melæ, Villanouanus & Pintianus affirmant. quod ex ſitu Lubucæ vrbis veriſimile eſt.*

NABLA νάβλα, *Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, Ptolemæo.* NAANA *ſubſtituere interpretes.*

NABO ναβώ, *locus, Hieremiæ 48. Vide* ABARIM.

NABOTH ναβώθ, *vrbs à filiis Ruben exſtructa. Num. 32.* NEBO *legit Chaldæus. Vide* NOBE.

NABRVM, *fluuius Gedroſiæ videtur apud Plinium.*

NACADVMA νακάδουμα, *apud Ptolemæum Taprobanæ vrbs.*

NACCARVM, *Paludis nomen, Auieno: in Hiſpania Tarraconenſi.*

NACE, *vide* ACE.

NACHABA ναχάβα, *Arabiæ Deſertæ vrbs, Ptolemæo.* BANACHA *legunt interpretes.*

NACHAL (*vel* NEHEL) ESCOL, *locus Palæſtinæ. Num. 13.* TORRENS BOTRI *eſt Diuo Hieronymo, & Chaldæo Paraphraſti.* VALLIS BOTRI, *70. interpretibus.*

NACHOR ναχώρ, *Meſopotamiæ ciuitas 70. interpretibus. Syriæ iuxta Euphratem Chaldæo Paraphraſti. Geneſ. 24. vbi Ioſephus* ναῤῥαν *legit. Et 2 Samuel 6. vbi 70. interp. legunt* ναχώρ, *& Ioſephus* χειδών.

NACIS νακίς, *Aethiopiæ vicus, circa Nilum. Ptolemæus.*

NACLENSES, *vide* THESSALIA.

NACLES νάκλης, *vrbs iuxta Heliopolim. Suidas. In qua ſunt, quæ dicuntur Aphaca. In Phœnicia, ni fallor. Vide* APHACA.

NACMVSII νακμούσιοι, *Mauritaniæ Cæſarienſis gens. Ptolemæus.*

NACOLE, *vide* NACONA.

NACOLEIA νακόλεια, *Ptolemæo & Straboni, Magnæ Phrygiæ vrbs.* NACOLIA νακολία, *Stephano & Ammiano. Suidas dicit quoque* NACOLEVM, & NACOLEIA *plurali numero dici.* Einagiol *Leunclauio.*

NACONA νακώνη, *vt* ALCONA, *Siciliæ vrbs, Stephano: ex Philiſto.* νακολη *legit Phauorini Lexicon.* NACONENSEM *coloniam in Syria, habet Onuphrius, ex Vlpiano.*

NACRASA νάκρασα, *apud Ptolemæum Lydiæ vrbs.*

NACRI, *vide* CAMPI *Macri.*

NACRIA νακρία, *quæ &* NVCRIA νουκρία, *Tyrſeniæ vrbs, Stephano & Suidæ. An pro Nuceria?*

NACVENSII νακουένσιοι, *Mauritaniæ Cæſarienſis gens, Ptolemæo. ſine* N. *in prima legũt interpretes* ACVENSII.

NADDAVER, *Aethiopiæ vrbs magna. Abdias Babylonius in vita Matthæi Apoſtoli. & Fortunatus de partu Virginis: item de Aeternæ vitæ gaudiis.*

NÆA *ſilua, iuxta Vrbem erat. ſic Feſt. Pomp.*

NÆLVS, *vide* MELSVS.

NÆPAPHA ναίπαφα, *Galilææ vicus, quem munitum ſcribit à ſe Ioſephus, in vita ſua.*

NÆSOPOLIS νοισόπολις, *vrbs, cuius muros Iuſtinianus Imp. reſtituit. Procop. 4. Aedifi. Fortè eadem cum* ναΐσσος.

NAESSON, *Epiſcopalis vrbs, in finibus Perſarum, vt habet vita S. Acepſimæ, teſte Simeone Metaphraſte.*

NAESSOS, *vide* NESSVS.

NAETÆ ναῖται, *gens, circa Pontum Euxinum: Orpheo in Argonauticis.*

NAEVIA *Silua, extra Vrbem, ad milliarium quartum. Feſtus. Extra portam Neuiam, quæ hodie* Porta Maiore.

NAFA, *vide* HAFA.

NAGADIBA ναγάδιβα, *vrbs in Tabrobana inſula, Ptolemæo. Et alia* Ναγαδιβα, *ibidem. & populi* Ναγαδειβοι, *eidem.*

NAGARA νάγαρα, *Arabiæ Felicis metropolis, Ptolemæo, & Ammiano. vide* DIONYSOPOLIS.

NAGARVRIS, *ciuitas Indiæ intra Gangem, Ptolemæo. In Græco autē codice* NATARVRA νατάρουρα, *legitur.*

NAGERI νάγειροι, *Taprobanæ gens, apud Ptolemæum.* NANIGERI *eſt apud interpretes.*

NAGIA, *Gebanitarum opidum, in Arabia Felici. Plinius.*

NAGIDOS ναγιδός, *Stephano inter Pamphiliam & Ciliciam vrbs eſt. pro quo legitur apud Pomponium* NATIDOS; *ſed vitioſè, vt credit Pintianus, qui etiam* NAGIDOS *apud Strabonem legit lib. 14. etſi eius interpretes hactenus* AGIDOS *enunciauere, idq́; ex corruptis exemplaribus, vbi* ἐστὶν αγιδός, *pro* ἐστὶ ναγιδός *legebatur: ita vt littera* N. *quæ eſt prima nominis, adiuncta antecedenti verbo ſit. error non infrequens, apud bonos auctores qui arguit librarios ex alterius prælectione ſolere ſcribere.* Ναγιδός *lectionem cōfirmat nummus L. Veri, teſte Goltzij Theſauro.* Nigde & Nigidia *Turcis: vt refert Leunclauius.*

NAGIDVSA ναγιδοῦσα, *inſula circa Nagidem Ciciliæ vrbem. Stephanus.*

NAGNATA νάγνατα, *Ptolemæo Hiberniæ vrbs, & Nagnatæ populi.* MAGNATA *legit Niger. atque hodie* Lemerich *incolarum lingua appellari addit.* μάγνατα & μαγνάται, *per* M. *legit quoque M.S. codex.*

NAGRAN, *Arabiæ Felicis vrbs populoſa. In S. Arethæ vita, Metaphraſtes.*

NAHALIEL, *vide* NATHANAEL.

NAHARTES, *vide* INTERAMNIA.

NAHARVALI, *Germaniæ populi, Tacito.*

NAIA Ναΐα. *fons circa Teuthronem, in Laconica. Pauſanias.*

NAIACIS *Murus, vide* NAIN.

NAIBOTH, *in Ramatha,* ναβαὼθ *70. interpretibus. 1. Samuel. 19.* GALBAATH *in Ramatha, legit hoc loco Ioſephus.*

NAID ναίδ, *terra iuxta Eden, verſus Orientem vbi Cain habitabat. Gen. 4* NOD *legit Chaldæus paraphraſtes.*

NAIM ναΐμ, *ciuitas, Lucæ cap. 7.*

NAIN τεῖχος, *vicus circa Idumæam. Ioſephus 5. belli Iudaici, cap. 7.* AIACIS *Murū vocat Hegeſippus 4. cap. 21.* NAIACIS *legendum autem. N. enim poſtremum elementum verbi proximè præcedentis geminandum: huicq́; voci annectandum. vitium ſimile cognoſce in* TENTYRA.

NAIS ναΐς, *vicus Samaritanæ ditionis, in Campo Magno. Ioſephus Antiq. 20. cap. 5.* GINAIS *habebat Rufinus interpres.*

NAISVM, INGIDVNVM, *Illyriæ ciuitates habet Marcellinus Comes. (auctor valde deprauatus) quas à Hunnis exciſas ſcribit. Naſtum, fortè, & Singidunum.*

NAITHVM, *Aegypti opidum, lib. Notit.*

NALCVA, *vide* CALEVA.

NALPOTES, *locus in Africa Propria Antonino.*

N A

NAMADOS ναμάδος, *Indiæ intra Gangem fluuius. Ptolemæo. quem alibi* NABANDIS ναβάνδις, *vocat. Dom. Niger eum* Amaudaune *vocat. Stukius credit* LAMNÆVS λαμναῖος, *ab Arriano dici.*

NAMARINI, *vide* EGVRRI.

NAMARIS, *vide* NABARIS.

NAMASTE, *vide* NOMASTÆ.

NAMMANTIA, *Valeriæ Ripenſis vrbs. Lib. Notit.*

NAMNETÆ, *vide* NANNETES.

NAMVTENSIS *comitiſſæ, mentio eſt in Decretalibus lib. 1. cap. 36. de Reſcriptis. In Gallia videtur, circa Tulliū.*

NANA, *vide* TVSSA.

NANÆVS ναναῖος, *Albionis fluuius. Ptolemæus.* NABÆVS *interpres.*

NANAGVNA ναναγοῦνα, *Indiæ intra Gangem fluuius. Ptolemæus.*

NANDÆ νάνδαι, *apud Ptolemæum Mediæ vrbs.*

NANDIANVLLVS, *Antonino circa Galatiam opidum.*

NANDRIA, *vide* NEANDRIA.

NANDVBANDAGAR ναυδουβανδάγαρ, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

NANESSVS, *vide* NEANESSVS.

NANGOLOGÆ ναγγολόγαι, *Ptolemæo,* NARGOLOGÆ *interpretibus. Indiæ extra Gangem gens.*

NANIA, *vide* VANIA.

NANICHE, *vide* ANICHÆ.

NANIGÆNA, *vide* PANIGÆNA.

NANIGERI, *vide* NAGERI.

NANIGERIS, *vt habet Mercator in ſua Vniuerſali tabula, Ptolemæo eſt Indici maris inſula. Hanc* Zeilan *à noſtris; &* Tenariſim *ab incolis dici, idem Mercator ſubdit. Huius incolæ* Chingale *appellantur, Garcia ab Horto auctore, qui eam pulchrè deſcribit.* PANIGERIS πανιγηρίς, *habent Græci Ptolemæi codices.*

NANNETES, *Galliæ populi, apud Strabonem, & Cæſarem. Marliano vrbs eſt in Oceani Aquitanici littore, quam hodie* Nantes *vocant.* NAMNETICAM *vocat Greg. Turonenſis. Quid ſi ſint* SAMNITÆ σαμνῖται, *Ptolemæi? non ſunt* NAMNETÆ *Ptolemæi, vt Xylander putat: nam hi in mediterraneis ſunt: Nannetes verò & Samnitæ, ad Oſtia Ligeris.*

NANNIGI *natio, Africæ Interioris, à Corn. Balbo deuicta. Plinius.*

NANOSBES νανοσβεῖς, *Libyæ Interioris gēs: apud Ptolem.*

NANTONENSE *caſtrum, iuxta parochiam Senonnenſem. In Gallia, Iuonis epiſtola 122.*

NANTVATES, *Plinio & Cæſari;* NANTVATÆ ναντουᾶται, *Straboni; Galliæ populi ad Acronium lacum. Marlianus* Coſtentz *interpretatur. Scudus ſcribit eorum tractum hodie* De Waat, & Vchtlandt *Germanicè,* Pays de Vault *Gallicè dici. Idem putat eos eoſdem eſſe cum* ANTVATIBVS, *ſed fallitur, vt credit Vigenereus. Ego eoſdem puto, &* N. *elementum finale vocis præcedentis geminatum ex prælegentis ore non ſenſit librarius.* NANTVATES *itaq́; legendum vtrobiq́; adfirmo. Adi Cæſarem 3. Gallicor. & quid velim, intelligas. Similes errores & emendationes diſce ex Indice huius Theſauri, in voce* Librarij. *Nantuatiū regionem & nomen ſcribit Paradinus hodie exſtare in opidulo quod etiamnum* Nantua *nuncupatur, non longè ab vrbe hodie Chamberi dicta.* Vchtlandt *à Vignierio* Burgundia Minor *appellatur. ſed vide* ANTVATES.

NAO, *vide* ANAO.

NAPÆ ναπαι, *Diodoro Scytharum gens, qui* NAPÆI *apud Plinium. Vide* SCYTHÆ, NAPE, PALI, & LEVCÆ.

NAPARIS νάπαρις, *Scythiæ fluuius Herodoto; quem* Dnieper *incolæ vocant, vt ſcribit Peucerus. Hunc tamen non infundi in Iſtrum video, quod Herodotus Naparim facere, tradit.*

NAPATÆ ναπάται, *Libyæ vrbs, Stephano, & Straboni. vbi Candacis, reginæ regia.* ναπατα, *Ptolemæi & Plinij eſt. Vide* TANAPE.



N A

NAPATÆI, *vide* NABATHÆA.

NAPE νάπη, *Lesbi vrbs. Stephanus ex Hellanico, vt ipſe addit. Strabo tamen 9. dicit malè ab Hellanico* LAPEN *nominari. Sunt etiam* NAPÆI *in Epiro. Eſt & pars montis Nape; Stephano. Vide* PYTHO.

NAPEGVS ναπηγοῦς, *vicus in Arabia Felici. Ptolemæus.*

NAPES, *vide* PALI.

NAPHILVS νάφιλος, *Arcadiæ fluuius, in Alpheum ſe deuoluens. Pauſanias.*

NAPHTHVHIM, *vide* AFRICA *Propria.*

NAPIS νάπις, *apud Stephanum Scythiæ vicus. Vide* PALI.

NAPITIAM *vrbem Calabriæ, habet Gab. Barrius, ex Antiochi ſententia apud Strabonem. (vbi libro 6. Sinum Napitinum deſcribit:) hanc idem Barrius* Amanthea *vocat. ſed malè Nepetia pro Nepitia habet, in ſuo de Calabriæ antiquitatibus libello, Romæ mēdoſiſſimè excuſo. Eandē idē* AMANTIAM *Lycophronis putat. at* ABANTIAS ἀβαντιας, *per* B. *Græcè etiam legitur. Amātiæ Calabriæ vrbis meminit Cedrenus, quā ſcribit à Nicephoro Saracenis ereptam. Scipio Mazzella in Neapoli regni deſcriptione, ait Gab. Barrium falli, vbi Napitiam Amantheam. interpretatur:* Pitzo *enim hodie nominari Napitiā addit.*

NAPITINVS *Sinus, vide* HIPPONIATES.

NAPOCENSIS *Coloniæ, meminit Digeſtorum liber 50. Titulo de Cenſibus.* NACONENSIS *legit alius codex. Napocēſis eſt Turnebo, & diuiſim legit Neapolis & Ocenſis, ſuo iure.* NARPORENSIS *legebat membraneus Nicolai Roccoxij.*

NAPVCA νάπουκα. *Daciæ vrbs: Ptolemæo.* Buſa & Buſaten, *Lazio eſt: 12. R. P. R. Sectione 2. cap. 1.*

NAR νάρ, *Vmbriæ flumen, in Italia: Procopio, Straboni, Plinio, & Tacito: qui ſcribit cum lacu Velino coniungi, & Liuio quoque, qui dicit Narniam opidum à flumine ſic dictum. Ex Amiterninis montibus oriri, annotauit Pomp. Sabinus ad 7. Aeneid. De eodem Sulpitius ad 1. Lucani.* Negra *hodie nomen habere, perhibet Leander.*

NARA *Byzacenæ regionis, in Africa vrbs. Antoninus.* NARENSIS *hinc, in Collatione Carthag.*

NARACVM, & NARRACVSTOMA, *vide* INARIACIVM.

NARANGARA ναράγγαρα, *Africæ Propriæ opidum: Ptolemæo.* NARRAGARA *Antonini.* NARAGGARITENSIS *Epiſcopus, in Numidia eſt, Vict. Vticenſi.*

NARANVS, *vide* VOLCEIVM.

NARATEANENSIS *Epiſcopus, in Numidia. Vict. Vtic.*

NARBAS, *circa Perſidem amnis. huius meminit Cedrenus, in bello Heraclij cum Coſroe. item lib. 8. Hiſtor. Miſcellæ.*

NARBASES *populos Hiſpaniæ in Gallicia, legit apud Iſidorum, Vaſæus. Alij* ARBASES *vel* ARVASES *montes ibidem habent.* Aruas *hodie, inter Legionem & Ouiedo opida. Hæc Moralis.* ναρβασοι *ſunt Ptolemæo in Hiſpania Tarraconenſi: & apud eoſdem* FORVM NARBASORVM *opidum.*

NARBATA ναρβάτα, *regio quædam ſic vocata, in Paleſtina, Samariæ finitima. diremta à Cæſarea ſtadijs* LX. *Ioſephus bello Iud 2. cap. 14.*

NARBES. *Domo Narbes. ſic in antiquo lapide: Vide Smetij volumen. In Tarbellis, ſi rectè conijcio.*

NARBINCENSIS *Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi Victor. Vticenſis.*

NARBIS ναρβίς, *Illyriæ vrbs: Stephano. An Narbona Ptolemæi?*

NARBO *Colonia* ναρβών, *Tectoſagum in Gallia Narbonenſi vrbs, vt Ptolemæus eam deſcribit. Decumanorum Coloniam eſſe, ait Plinius: à quo, & Pomponio* MARTIVS NARBO *vocatur.* MARCIVS *per* C *vult ſcribi Lambinus, in Ciceronem. ſed contra fidem vetuſti marmoris ibidem effoſſi, Anno 1566. quod legit* COL. IVL. PATERN. NARB. MART. *Apud Auienum* NARO *vocatur. Strabo in Arecomicis ponit, quorum Natale, Narbonem eſſe dicit. Marcianus, apud Stephanum eam* NARBONESIAM ναρβωνησία, *appellat.* Narbone *hodie vulgo indigetatur. Iuniores hanc vrbem ſæpius* NARBONAM *nominant, ſed perperam, Narbona enim in Illyrico eſt. Neque quiſquam veterum, præter Ammianum (quod ſciam) Narbonam nuncupat Galliæ vrbem. Narbonæ huius deſcriptionem habes apud Apollinarem.* NARBON *apud Polybium 3. Galliæ fluuius eſt, non longè diſtans ab ora Maſſiliæ, ac Rhodani oſtiis. Rhodanum velle credo: & mendoſam ſcripturam.* NARDO *puto legi, apud Sidonium 2. ad Domicium.* NARBONITIS *Palus, eſt apud Suidam. Vide* NARONA, ATAX, & ARBON.

NARBONA, *vide* NARONA.

NARBONENSIS *lacus, vide* RVBRENSIS.

NARBONENSIS *Prouincia,* BRACCATA *antè dicta, Plinio teſte,* κελτογαλλατία ναρβωνησία *Ptolemæo eſt.* CELTÆ *ſunt Straboni. Hodie* Languedoc, Prouence, & Daulphine *continet. Galliam Narbonenſem vocat Sidonius & D. Eulogius in Epiſtola ad Wilienſindam,* GOTHIAM *fortè quòd à Gothis poſſeſſa erat. Hanc Gothiam Sigebertus* S. Ægidij prouinciam *vocat. (Sed videtur quoque ciuitatis nomen:* GOTHIÆ *enim Metropolis in Gallia meminit concilium Nicenum.) Narbonenſes,* BEBRYCES *appellat Lycophron, vt Tzetza refert, ex Cocciano.* BEBRYCIVM *mare vocat Zonaras Narbonenſe pelagus. Vide* ANATILORVM, & GALLOLIGVRES.

NARBONESIA, *vide* NARBO, & NARBONENSIS.

NARCASVS νάρκασος, *gens & vrbs Cariæ. Stephanus. ex Apollodoro.*

NARCES νάρκης, *Numidiæ vrbs: Polybio, & Appiano.*

NARCISCI *Fontem, quem Ouidius eleganter deſcribit;* LYNOPE *à Vibio Seq. vocatur.* LIRIOPE *legitur apud Ouidium 3. Metamorph.* ναρκίσσου *fons, in Theſpienſium finibus vico Hedonaco, Bœotiæ; eſt apud Pauſaniam.*

NARDINIVM ναρδίνιον, *Sælinorum vrbs, Ptolemæo. In Tarraconenſi Hiſpania.*

NARDO, *Galliæ fluuius, Sidonio. circa Nemauſum, qui Sipluuianum fundum medium interfluit.* WARDO *legit codex meus membraneus M.S.* Gardon *hodie eſt. quod idem ſonat. ſolent enim Galli digamma ſemper in* G. *commutare. quod diximus docuimuſq́; in* QVARTENSIS.

NARDVS νάρδος, *Indiæ extra Gangem opidum. Ptolemæus. Vide* ARADVS.

NAREÆ, & NEREÆ, *Indiæ populi: apud Plinium.*

NARENSIS, *vide* NARA.

NARESII, *Plinio ſunt Dalmatiæ populi.* ναρήνσιοι *apud Ptolemæum ſunt.* NARISII *legit Appianus.*

NARGARA, *Africæ Propriæ vrbs eſt Liuio; vbi Scipio & Hannibal colloquebantur:* MARGARVM μάργαρον, *apud Polybium legitur.*

NARGOLOGÆ, *vide* NANGOLOGÆ.

NARGVR νάργουρ, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem opidum.* MAGVR *legunt interpretes.*

NARIANDVS, *Cariæ opidum: Plinio.*

NARINSII, *vide* NARESII.

NARISCI, *Tacito Germaniæ populi. Hos Auentinus* Nortgoew *interpretatur, vel* Marcaw, *vt Melanthon habet. Rhenanus* Beyen, *Georgius Fabricius & Villichius* Voithlander *faciunt. ſic quoque Ioachimus Cureus, qui hanc eandem quondam* Meraniam *vocatam dicit. Idem Willichius putat apud Ptolemæum pro* VARISTIS οὐαρισοὶ. NARISCI *legendum. Variſtas tamen legi apud* Capitolinum, *in vita M. Antonini, annotauit Althamerus. pro quibus* NARISTAS *habet* Theodoſius, *ex Dione.*

NARISII, *vide* NARESII.

NARISTÆ, *vide* NARISCI.

NARITI ναρεῖτοι, *Arabiæ Felicis gens: apud Ptolemæum.* ANARITI *apud huius interpretes.*

NARIVS, *vide* NABIVS.

NARMALIS νάρμαλις, *Piſidiæ vrbs: Stephano.*

NARMVNTHVM *Aegypti opidum. Lib. Notit. Vide* HERMVNTHIS.

NARNIA ναρνία, *Liuio & Ptolemæo Sabinorum, vel*

Vmbrorum opidum, quod & propriè NEQVINVM dicebatur, vt Plinius & Liuius tradunt. In Flaminia via eam ſtatuit Seruius. Municipes huius loci olim NARTES appellatos, ex antiquis marmoribus docet Hermolaus. Plinius nihilominus eos NARNIENSES vocat. Coloniam deductam, præter alios, ſcribit Plutarchus. Nerni hodie dicitur, Leandro teſte. Vide NECOVIA.

NARO, vide NARBO, & NARON.

NARON νάρων, Illyrici flumen, apud Ptolemæum. NARO vocatur à Pomponio, vt Villanouanus ait, qui illud Narcuta nominat. Fluuium magnum, pulcrum, & piſculentum dicit Cato, apud Nonium.

NARONA, Liburniæ vrbs, Plinio. Eadem dicitur Ptolemæo NARBONA ναρβωνὰ, Colonia, vt Villanouanus vult, qui eam cum Volaterrano, Narenta vocari ſcribit.

NARRABO, vide ARRABO.

» NARRAGAM flumen, qui dedit ciuitati nomen. ſic Plinius. Circa Babyloniam. Vrbs & fluuius.

NARRAGARA, vide NARANGARA.

NARTES, vide NARNIA, & INTERAMNIA.

NARTHACIVM, vide NARTHECIVM.

NARTHECIS ναρθηκὶς, inſula, ad Samum inſulam: Straboni, & Stephano. NARTHEX eſt Suidæ. Ad vrbem adpellentibus, à dextra cernitur.

NARTHECIVM ναρθήκιον, Theſſaliæ mons videtur, apud Xenophontem, de Oratione Ageſilai. NARTHACIVM eſt apud eundem 4. Græcor. ναρθάκιον vrbs eſt Ptolemæo, ſed in Phthiotide, regione finitima.

NARTHECVSAM quandam inſulam habet Plinius 5. cap. 31. circa Rhodum. Idem 2. cap. 89 NARTHECVSAM inſulam habet, ſed poſtea Parthenio promontorio adiectã. ſed ARTHEMISIA hic legunt vetuſtiores codices.

NARTHEX, vide NARTHECIS.

NARVLLA νάρουλλα Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

NARYCION, Locrorum Ozolorum in Græcia opidum eſt apud Plinium. Hoc & NARYX νάρυξ, & NARYCIVM ναρύκιον, appellatur Suidæ & Stephano.

NARYTIA, vide LOCRI.

NASABATH, Ptolemæo, ſed NASAVA νασαῦα eſt in Græcis codicibus. Mauritaniæ Cæſarienſis amnis eſt; qui Caſtaldo Sofsagia dicitur. NABAR Melæ, & Plinij eſt, Villanouano auctore. Naſabath Hued el Quibir vocari ſcribit Marmolius. & à Chriſtianis recentioribus Rio di zinganor.

NAZABVTES νασαβῦτες, gens in Africa Propria: apud Ptolem. NATABVTES habent eius interpretes.

NASAITENSIS loci, in Africa; meminit Coll. Carthag.

NASAMONES νασαμῶνες, quos ATLANTES ἀτλαντες, Herodotus eſſe exiſtimat: qui Orbis terræ ſpatia noſſe profitentur. Alij ſunt NASAMONES in ora Syrtis, Herodoto, Curtio, & Plinio, quos antea à Græcis MESAMMONES dictos ſcribit. Alij in Marmarica, Ptolæmeo. In Aethiopia, Philoſtrato. Naſamones alas in capite geſtare ſolitos, ſcribit Dion Pruſæus, Oratione 72. NASAMONITIM νασαμωνῖτιν, Regionem habet Ptolemæus 2. Quadripartiti.

NASANIA, Arduennæ ſiluæ fons. In S. Mononis vita.

NASAVA, vide NASABATH.

NASAVDVM, Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs: apud Pliniũ.

NASBANA νασβανα, Ptolemæo, SABANA interpreti, Indiæ intra Gangem vrbs.

NASCA, montis nomen, apud Serapionem, cap. de Viſco.

NASCI νάσκοι, Sarmatiæ Europææ gens: Ptolemæo.

NASCICA, vide CALAGVRIS.

NASCVS νάσκος, Arabiæ Felicis opidum: Plinio, & Ptolemæo. quo loco huius interpretes MAOCOSMOS ſubſtituunt. NASCVM, apud Marcellinum eſt.

NASENVR, inſulæ nomen, inter Galliam Belgicam, & Britanniam inſulam, habet tabula Peutingeriana.

NASIBIS, vide NISIBIS.

NASICA νασίκα, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs.

NASIVM νάσιον, Ptolemæo Galliæ Belgicæ vrbs, Nancy, in Lotharingia, ad Murtham eſt, teſte Dinao, & aliis. Hos autem falli monuit me ſuis litteris doctiſſ. N. Clemens Treleus Moſellanus. dicit enim Naſium non eſſe Nanſyam ad Murtham fluuiũ; ſed pagum hinc XII. milliaribus diſſitum non procul à Moſa, in Barroducana prouincia, vulgo Nas dictũ. Lapide eo loco effoſſo cũ hac inſcriptione ſententiam ſuam firmat. FABRICIVS NASIENSIS CVRATORIBVS ET MINISTRIS IVVENTIDIO FIRMO ET ATEVLA SOLLI F. HVIVS FANI FACIENDI. Ex ruderibus, vrbem ampliſſimam fuiſſe, conſtare addit. Huius de Naſio Trelæi ſententiam confirmare Antoninum obſeruaui, in Itinere Durocortoro Diuodurum.

NASONNACVM, loci nomen, in Codicis lib. 12. Titulo 11. ſingulari quoque N. in codice Theodoſiano 6. titulo de Prætoribus, & alibi, eodem in codice.

NASOR ἄσωρ, locus in Paleſtina. Ioſue 19. Vide ASOR.

NASOS νασως, Peloponneſi vrbs: Pauſaniæ, in Arcadicis. vide SYRACVSÆ.

NASOTIANI, circa Sogdianam populi videntur, apud Plinium.

NASSVNIA νασσουνία, in Sarmatia Aſiatica vrbs. Ptolemæus.

NASTVS, vide NESTVS.

NASVS νάσους, Arcadiæ vicus: apud Pauſaniam.

NATABVTES, vide NASABVTES.

NATARVRA, vide NAGARVRIS.

NATAVRI, vide NOTHABRIS.

NATEMBES νατεμβεῖς, Libyæ Interioris gens: Ptolemæo.

NATHABVR, Africæ Interioris flumen, à Corn. Balbo deuictum. Plinius. Fortè apud Nathabres populos. de quibus vide NOTHABRES.

NATHAN D. Hieron. ANATHON 70. interp. Ioſ. 19.

NATHANAEL ναθαναηλ, locus in deſerto. Numero 21. NAHALIEL legit D. Hieronymus.

NATHO ναθὼ, Aegypti inſula, Herodoto, In Delta, in qua vrbs eſt Atarbechis nomine. Hanc eandem inſulam idem PROSOPITIN προσωπῖτις, vocat. Huius etiam meminit Diodorus Siculus libro 11. & Thucydides libro 1. Hanc inſulam puto eandem eſſe, cum ea quam Ioannes Leo Gezat Eddeheb (id eſt, aurea inſula) vocat. PROSOPIN προσωπὶς, Aegypti vrbem habet Stephanus. προσώπον eſt Heſychio. Ptolemæus habet προσωπιτην Nomum.

NATIDOS, vide NAGIDOS.

NATIONENSIS in Africa epiſcopatus. Vict. Vticenſ. & Coll. Carthag.

NATISO, Venetorum fluuius, apud Plinium. In Foro Iulij eſt, & à Leandro Natiſone vocatur, à Blondo autem Liſontio. SONTIVS eſt, ni fallor, Caſſiodoro Variar. 1. ad Domitianum & Voilam. SONTIVS Pons, eſt in Euodij Panegyrico.

NATIVS Portus, in Bætica: Auieno.

NATO, caſtellum circa Moeſiam, ad Margum fluuium. Marcellinus Comes.

NATVPHA deſertum, circa Palæſtinam. Metaphraſtes de S. Quiriaco.

NAVA, Tacito fluuius, qui apud Bingium Rheno miſcetur. Naha hodie, Rhenano. Hic Auſonio quoque innotuit eo carmine, Tranſieram celerem nebuloſo flumine Nauam. »

NAVÆTHVS, vide NEÆTHVS.

NAVALE, vide EPINIVM.

NAVALE CÆS. AVG. vide FORVM IVLII.

NAVALE Stagnum, vide CÆSARVM Nemus.

NAVALIA ναυαλία, Germaniæ vrbs Ptolemæo. Swol/ in Germania Inferiore; Pet. Appiano. Vide QVINTIA Prata.

NAVARI ναουαροι, in Sarmatia Europæa gens: teſte Ptolemæo. & ibidem NAVARIVS vrbs: eidem. quam alio in loco, idem NAVBARIS vocat. NEVROS aliorum puto.

NAVATA, Valeriæ Ripenſis vrbs: libro Notit. PONE VATA legebat membraneus codex. NAVATENSIS epiſcopi mentio fit in Decret. 2. Cauſa 9. & Decreto 1. Diſtinctione 14.





NAVBARIS, vide NAVARI.

NAVBARVM ναύβαρον, Sarmatiæ Europææ opidum: Plinio, & Ptolemæo; hic autem NAVARVM alio in loco pro eodem legit.

NAVBOLENSES, vide DRYMEA.

NAVBONENSES, Mauritaniæ Cæſarienſis locus. Scheda II. tabulæ Peutingerianæ. Lege ad eandem Explicationem M. Velſeri. In III. autem huius Scheda nondum edita, at vſui mihi ab eius liberalitate conceſſa, NVBONENSES legebatur. Cogitent peritiores an fortè pro Nobicenſes. Vide NOVA, vel AD NOVAS.

NAVCRATICVM, vide CANOBVS.

NAVCRATIS ναυκρατις, Aegypti vrbs; Ptolemæo, Platoni, Straboni, & Stephano. NAVCRATICVM Nomũ habet Plinius. Naucratis Strabonis alia eſt à Ptolemæi. aut locus apud alterutrum corruptus.

NAVECTABE, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, in Nili ripa: apud Plinium.

NAVEGO, vide BVBEGENTAS.

NAVENNA, vide RAVENNA.

NAVIA, vide FLAVIONAVIA.

NAVILLOINVS ναυιλλοΐνος, Callaicorum Lucenſium fluuius Ptolemæo, in Hiſpania Tarraconenſi: NAVILVBIO eſt Plinio.

NAVLIBE ναυλίβη, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

NAVILVBIO, vide NAVILLOINVS.

NAVLIBIS ναυλιβὶς, Paropaniſi opidum, Ptolemæo.

NAVLOCHVS ναύλοχος, Meſembrianorum caſtellum, Straboni, in Thracia. Plinio TETRANAVLOCHVS vocatur. Coſacho Nigro dicitur. NAVLOCHVS Phocidis vrbs: & Cariæ Plinio. Eidẽ eſt Cretica inſula, ante Sammonium promontorium: & Bithyniæ, ad Propõtidem promontoriũ. quod P. Gyllio NAVSIMACHIVM Dioniſij Byzantij videtur. Eſt & Siciliæ locus maritimus, inter Pelorum & Mylas. vt videtur ex Suetonij Auguſto, & Appiano 5. Ciuilium. item Silio, lib. 14. eo
» verſu. Non Herbeſus iners, non Naulocha pigra pericli. Item Imbri promontorium, ad Notum ventum vergens. cui fons adhæret, animalium maſcula quidem eunuchos efficiens: feminas verò vſque adeò inebrians, vt ſopitæ dormiant. vt habet Philoſtratus Dialogo de viris illuſtribus in bello Troiano. Vide SMYRNA.

NAVLOCON, vide NAVMACHOS.

NAVMACHOS, inſula iuxta Cretam: Pomponio. An Naulochus Plinij?

NAVNES. Plinij, videntur Simlero, quos Germani Nanſer/ vel Nanſerberg vocant; in Tridentino epiſcopatu. Naunium opidum (vbi & fluuius huius nominis) hoc loco eſſe, putat Ianus Pyrrhus, in Tridentinorum rebus geſtis. Vide LEVNI.

NAVONIVS Portus, in Corſica inſula: Antonino. Videtur circa Syracuſanum portum Ptolemæi.

NAVOS, Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs: in Nili ripa. Plinius.

NAVPACTVS ναύπακτος, Achaiæ in Aetolia vrbs, Straboni, Polybio, Thucydidi, Tralliano, Liuio, & Ptolemæo, ad Sinum Corinthiacum. Puto NEOPACTVM vocari à Cicerone in Piſonem. Lepanto Sophiano vocatur. Nepanto Nigro, errore, ni fallor, librariorum. Idem ſcribit eam prius PALMYRIAM appellatam. A Turcis Einebachti vocari ſcribit Leunclauius.

» NAVPHRA, Virgilius in Cyri, Gnoſia neu Partho contendens ſpicula cornu. Pro neu Partho legit Pomponius
» Sabinus Nauphreo. Et dicit Nauphra opidum Cretæ eſſe. Fides ſit penes auctorem. Naupacto legit Badius, voce vſitatiore. Sed neue Partho emẽdat optimè Scaliger.

NAVPLIA ναυπλία ἐπίνειον, Nauale Argiæ regionis, in Peloponneſo; Herodoto, Xenophonte, Strabone & Ptolemæo auctoribus. ἀνάπλι, & Napoli de Romania dici, Sophianus tradit. Vide ACHAIA.

NAVPLIVM ναυπλίον, circa Euboeã: Euripidi in Helena.

NAVPONTVS, vide NAVPORTVS.

NAVPORTVS, Velleio, & Tacito, NAVPONTVS ναύποντος, Straboni, opidum in Tauriſcis, (hodie Carnis.) Plinio NAVPORTVS fluuius eſt, inter Aemonam & Alpes exoriens. Hodie & opidum & flumen Germanicè Laybach dicitur, Italicè Laboto, & Dalmaticè Lubeana. Latinis huius ætatis LABATVM flumen, cum opido nomen habet. Strabo hunc fluuium PAMPORTVM πάμπορτος, vocare videtur. An Iſtriæ ille fluuius, hodie Quiero nominatus, antiquorum Nauportus ſit, vt Blondus, Vergerius, & Leander aſſerere volunt, ipſi viderint. Mihi verò cum deſcriptione Nauporti Plinij ac Strabonis minimè conuenire videtur. Sunt qui Laybach opidum NOVIDVNVM νουίδουνον, eſſe volunt, cuius meminit Ptolemæus, in Pannonia Superiore. Vide ISTER.

NAVRA, regio Scythiæ in Aſia videtur, apud Q. Curtium 8. Promontorium Indiæ intra Gangem eſt Arrhiano, in Periplo.

NAVRVS ναῦρος, fluuius propè Demetriadem, Theſſaliæ vrbem. Strabo 9. Sed ANAVRVS reſtituit Caſaubonus. Sic quoque legendum apud Athenæum 4. vbi Naurus habet Dalechampius. ἄναυρος autem Græcus codex.

NAVS, locus maritimus circa Crotonam Italiæ: Antonino. in Itinerario Maritimo.

NAVSICLIA, vide APSASIVM.

NAVSIMACHIVM, vide NAVLOCHVS.

NAVSTALO, opidum in Gallia Narbonenſi; Sex. Auieno.

NAVSTATHMVS ναύσταθμος, Plinio Portus Siciliæ eſt. PHOENICVS φοινικοῦς Ptolemæo dici, ſed eum in ordine errare, ſcribit Fazellus: hodieq; Vindicari nomen habere ait. Aretius ſcribit Fontana bianca nuncupari. NAVSTATHMVS locus maritimus circa Halyn fluuium, vbi palus eſt. Arrhianus in Periplo. Portus Pentapolis regionis eſt Ptolemæo & Melæ, in Africa. Statio ad Indi fluminis oſtia, eſt apud eundem, pro quo huius interpretes CANTHI Nauale, legunt. Vide PHOCÆA.

NAVTACA ναύτακα, Sogdianæ regionis vrbs: Arrhiano 3. Alex. Et NAVTACÆ populi, ibidem: in Fragmento libri 17. Diodori.

NAXIA ναξία, vrbs Cariæ. Stephanus, & Suidas.

NAXIVS νάξιος, fluuius ad Tomin Myſiæ vrbem; habet Aelianus, Animal. 14. cap. 25. Vide APSORVS.

NAXOS νάξος, inſula maris Aegæi, vna ex Cycladibus, apud Melam & Ptolemæum. Nicſia Sophiano dicitur. Hanc olim etiam STRONGILE, DIA, DIONYSIA, CALLIPOLIS, & SICILIA Minor vocatam, Plinius teſtatum reliquit. SYME quoque appellata fuit, Diodoro teſte. VENERIS inſula vocatur apud Nonium, in Gerræ. LYTRA λυτρα, vocatur quoque in Gloſſario. Hæc inſula habet fontem ex quo vinum ſuauiſſimum nonnunquam fluit, ſi fides habenda Cteſiæ. Dom. Niger ſcribit hic illud marmoris genus exſcindi, quod vulgus Serpentinum, Plinius Ophites nominat, inſtar ſerpentum ſquammis, viride nempe, ſed maculis liuidioribus inſperſum. NAXOS, Cretæ etiam vrbs apud Suidam. Etiam Acarnaniæ, apud Polybium 9. NAXON Euboeæ vrbẽ, habet Tzetza in Varijs, Chiliade 1. numero 32. Vide TAVROMINIA.

NAXVANA ναξουανα, Ptolemæo Armeniæ Maioris vrbs.

NAZADA νάζαδα, Mediæ vrbs: apud Polemæum.

NAZALA Phœniciæ vrbs. Lib. Notit.

NAZAMA ναζάμα, Apamenæ opidum, in Syria. Ptolem.

NAZAMBA, parua Ciliciæ ciuitas, terræmotu collapſa. vt habet Rubeus ex Andrea Agnello, Rauennatium hiſtorico: qui vixit circa annum 800.

NAZARÆI, vide EVROPÆI.

NAZARANA, vide MARAZANA.

NASARBONENSEM quendam Athanaſium, nominat D. Athanaſius, Tomo 1.

NAZARETH ναζαρέθ, in tribu Zabulon Matth. 4. Eſt vſque hodie, (inquit D. Hieron. in Locis) in Galilæa viculus, contra Legionem, in quintodecimo eius milliario, ad Orientalem plagam, iuxta montem Thabor, nomine Nazara.

NAZAVITIVM, vide TAVRVS.

NAZERINORVM Tetrarchia, in Cœleſyria, Plinius.

NAZIANSVS, tenue opidum eſſe prope Cæſaream Cappadociæ, ſcribit Nicephorus, Socrates, & Calliſtus. Cappadociæ Secundæ Cappadociæ tribuit Gregorius presbyter, in vita Nazianzeni. Caſtellum & diuerſorium Cappadociæ, eſt apud Suidam. Nazianzeni epiſcopi meminit concilium Conſtantinopolitanum 1.

NAZORIVM ναζώρειον, mons. Phauorini Lexicon.

NEA νεη, Aegypti vrbs, in Thebaica prouincia; prope Chemnin vrbem: auctor Herodotus in Euterpe. NEAS eſt in lib. Notit. NEA νεα, Come, Troadis pagus, Straboni & Plinio; qui etiam NEE habet. Myſiæ Stephanus adſcribit. apud quem, & Suidam caſtellum quoque eſt, ſic dictum. NEA, Plinio Aegæi maris inſula eſt Mineruæ ſacra: inter Lemnum & Helleſpontum. Hæc NEÆ νεαι, Antigono, Stephano & Suidæ. Nio apud Nigrum vocatur.

NEÆ νέαι, Siciliæ vrbs Diodoro, lib. 11. Fazellus ait NEETVM Ptolemæi eſſe, ſed NECTVM νέκτων, eſt in Græcis codicibus. NETINI ſunt Plinio, & NETINENSES Ciceroni, ſed quoque NETINI eidem. Aretius putat MENÆ μεναί, Ptolemæi eſſe, Noti vocat Fazellus, ſed Minio Aretius, qui ex NECTO, Noti facit. Vide NEA.

NEÆTHVS νέαιθος, Straboni & Plinio Magnæ Græciæ fluuius, in territorio Crotonienſi: cuius Barrius apud Lycophronem etiam memoriam exſtare ſcribit. ſed apud hũc NAVÆTHVS ναύαιθος, legitur. Salentinum ab Ouidio nominari, idem Barrius addit. νηαιθος, per η. in prima, Siciliæ fluuius eſt apud Theocriti Scholiaſten. Idem eſt: mediæ enim ætatis ſcriptores hanc Italiæ partem Siciliæ vocabulo indigitarunt. quod hactenus receptum manet, cùm dicunt vtramque Siciliam, inſulam nempe, & eam continentis partem quæ ab altera freti Mamertini eſt. Nomen retinere hunc fluuium, auctor eſt Ananienſis. item Dom. Niger.

NEAMA, Palæſtinæ locus: Ioſue 15. NOMA νομὰ, 70. interpretes.

NEANDRIA νεάνδρεια, Straboni, & Xenophonti. vel NEANDRIVM νεάνδρειον. Vrbs Troadis, Helleſpontia: quam quidam LEANDRIAM per L perperam ſcribũt. Suidas & Stephanus. NEANDROS Plinij eſt. NEANDRIDÆ numero plurali ſunt apud Antigonũ in Mirabilib.

NEANESSVS νεανεσσός, Garſauriæ in Cappadocia opidum: Ptolemæo. Sine E in prima ſcribunt eius interpretes. NANIANVLLVS Antonini videtur.

NEAPAPHOS, vide PAPHOS Noua.

NEAPECHA νεαπηχυ, locus vbi imagines quas Tileſius Athenienſis ſtatuarius fecit. Clem. Alexand. ad Gentes: interprete Gentiano. ἐννεάπηχυ autem legit Leopardus, id eſt, nouem cubitorum. Non loci ergo.

NEAPOLIS Colonia, νεάπολις, Ptolemæo Africæ propriæ vrbs: quam TRIPOLIM quoque appellat, in Græcis codicibus. in Latinis autem pro Tripolis legitur Leptis Magna. Napoli de Barbaria, eſt Chriſtianis; & Nabel, Barbaris; vt Theuetus aſſerit. Ego puto Triboli de Barbaria, vocari hodie. NEAPOLIS, Macedoniæ vrbs, ad Sinum Strymonicum eſt Ptolemæo. Chriſtopoli dicitur Nigro, & Sophiano. NEAPOLIS quæ prius PARTHENOPE παρθενόπη, Stephano & cæteris. Campaniæ vrbs celeberrima, pulcherrimo ſitu ad Mare Mediterraneum exporrecta. Colonia Romana eſt in marmoribus antiquis. Napoli hodie. νεοπολις, legunt vbique numiſmata. NOVVS CAMPVS HERCVLIS ab Oppiano in Venationibus, nuncupari, ſcribit Iſacius. Videtur ex Stephano quoque PHALERVM φάληρον, vocatam. NEAPOLIS, Samariæ regionis ciuitas, quæ antea MAMORTHA dicebatur, vt Plinius tradit. MARBOTHAM nominat Ioſephus, vt Zieglerus & Pintianus legunt, ex lib. 5. de bellis Iudaicis. Sed MABARTHA μαβαρθα, eſt in Græcis; libro 4. Hæc prius SALEM, & SICHEM, item EPHRON Hebræis, & SICINIA Latinis vocabatur; vt ſcribit Wiſſenburgius. NEAPOLIS caſtellum in Taurica Cherſoneſo; Strabo. Cariæ vrbs eſt Plinio. inter Myndum & Iaſſum, Pomponio. Aliam in Caria, habet Ptolemæus. Ioniæ ciuitatem ſic dictam, habet Strabo, inter Samum & Epheſum. NEAPOLIM Iſauriæ, habet Suidas, in voce Indacus. NEAPOLIS in Thebaide Ægypti, eſt apud Chemnin opidum. auctores Herodotus & Stephanus. NEAPOLIM inſignem Alexandriæ portum, deſcribit Metaphraſtes, in S. Spiridione. Ptolemæo præterea Neapolis eſt in Colchide: Piſidia: Lydia: Pentapoli Africæ: Macedonia, Edonidis regionis: item in Sardinia. Idem habet NEAPOLITAS νεαπολῖτας, populos, ibidem: quos Plinius NEAPOLITANOS vocat. Neapolim in Cypro videtur deſcribere Sigebertus Gembl. cuius epiſcopum Leontium nominat. Cui adſtipulatur Metaphraſtes, in vita S. Simeonis abbatis. Luſignanus hanc quoque nouit, dicítque à Græcis Lemiſe la Neuue, & à Latinis NEMOSIA vel LEMONCE appellari. NEAPOLIS ad ἀναζαρκον mentio in Epiſtola Ignatij 10. cuius epiſcopum Marin vocat: Marius autem idem in Concilio quodam nominatur. Vide ABROTONVM, ANTVERPIA, LEPTIS, PANORMVS, FLAVIA, PHAZEMONITIS, SAMARIA, SYRACVSÆ, & TRIPOLIS.

NEAPOLITÆ, in Sardinia populi: Ptolemæo.

NEAPOLITANÆ, vide AQVÆ.

NEARA νεαρὰ, circa Hierichonta vicus: Ioſepho 17. Antiquit. 15.

NEARCHI, Galliæ Narbonenſis populi. Sex. Auienus.

NEARDA νεαρδα, Ioſepho. Antiq. 18. Babyloniæ ciuitas, quam Euphrates vndique circumluit. NAARDA Ptolemæi fortè.

NEARTI νεαρτοι, Ichthyophagorum gens. Stephanus.

NEAS, vide NEA.

NEBBITENSIS Epiſcopus in Africa. Coll. Carthag.

NEBIODVNVM, loci nomen: in Codice, lib. 11. Tit. 8. An pro Nouiodunum?

NEBIS νῆβις, Ptolemæo & Pomponio Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius. Neue C. Cluſio dicitur, & Vaſæo. Neuia autem mihi in litteris ſuis doctiſſimis Emanuel Barboſa & Gaſpar Aluarus Machiadus Luſitani. idiomate, ni fallor, parum ab Hiſpanico differente. NEVIS, & NOVIS eſt Antonino. Vide PONS.

NEBO, vide NABOTH.

NEBOPRIDVM, Mœſiæ opidum videtur apud Laonicum, 8. NOVOBARDVM erat in margine.

NEBRI, vide VNNI.

NEBRIM, vel NEMRIM Aquæ. Eſaiæ 15. Vicum dicit D. Hieronymus, nomine BENAMERIVM, ad Septemtrionalem plagam Zoaræ.

NEBRISSA νήβρισσα, Ptolemæo Hiſpaniæ Bæticæ vrbs. Plinius eam VENEREAM cognominat. Lebrixa hodie nuncupatur. Nebriſſa habet Tarapha, nouo vocabulo.

NEBRODES, vt Pomponius, & Solinus, vel NEVRODES νευρώδης, vt Strabo, lib. 6. quod vocabulum miror quare Xylander pro proprio minimè cognouerit, cùm pro eo (tanquam appellatiuum eſſet) neruoſum, interpretatus eſt; in ſuo Latino Strabone. neque enim à neruis, ſed à damis nomen habere, teſtis Solinus eſt. Eum Silius 14. pro altiſſimo huius inſulæ monte deſcribit, hoc verſu: Quo mons Sicaniæ non ſurgit ditior vmbra. Fazellus qui eum hodie Madonia vocari ait, ſcribit CRATONA Ptolemæo dici. Sed CRATAS κράτας, nõ Craton, apud Ptolemæum legitur, (quem alium à Nebrode puto.) Madunia pro Madonia, vna mutata littera, habet recentiori vocabulo Aretius. HEBRODEM vitioſè, pro Nebroden legitur apud Gratium poëtam, hoc verſu, Victæq; fragoſum Hebrodem liquere feræ.

NEBSAN, Palæſtinæ locus, Ioſue 15.

NECANIDON, vide SOSIPPVS.

NEÇATE, Promontorium in Piceno, prope Piſaurum, quod quidam Focariam vocant, inquit Niger. Neſcio quis eius veteris vocabuli meminerit.

NECEB, vide ADAMI.

NECHESIA νεχεσία, locus Aegypti, ad ſinum Arabicũ Ptol.





NECHILIS νεχειλις, loci nomen: in Syria fortè. apud Sozomenum lib. 6. cap. 34. MECHILIS eſt apud Calliſtum 11. cap. 41.

NECHRÆI νεχραῖοι, gens Indica, vicina Oxydracis & Brachmanibus. Lucianus, in Fugitiuis, Philoſophiæ deditam ſcribit.

NECICA νήκικα, Dalaſſidis in Cilicia opidum: Ptolemæo. NINICA legunt interpretes.

NECIORVM meminit Frontinus Stratagematum 2. cap. 11. circa Græciam videtur gens.

NECLA νέκλα, Arabiæ Petrææ vrbs: apud Ptolemæum.

NECOVIA, vel NECVIA, νικούια, Ombricorum opidum. Stephanus. ex Dionyſii libro decimoſeptimo Antiquitatum. quo hodie caremus. Pro NEQVINVM habeo. Gentile enim νικουινατης, inde facit.

NECRETICE νεκρητική, Colchidis regio: Ptolemæo. Hanc Arrianus NITICEN vocat; vt ſcribit Pintianus. ECRECTICE hoc loco Plinius legit.

NECROPOLIS νεκρόπολις, ſuburbanus locus Alexandriæ Aegypti: Straboni 7. Huius meminit quoque Ioſephus, contra Appionem, lib. 2.

NECROPYLA νεκρόπυλα, apud Cedrenum, locus in Sarmatia Europæa videtur, libro 20. Hiſtoriæ Miſcellæ, circa oſtia Danapri & Danaſtri. Ad Carcinitem ſinum opinor, inde enim hic nomen Negrapila hodie obtinet.

NECTENSIS ſilua, in Hibernia. Vita S. Ethbini, apud Surium, & Vincentium Beluacenſem.

NECTIBERES νεκτίβηρες, Mauritaniæ Tingitanæ populi: apud Ptolemæum.

NECTVM, vide NEÆ.

NECVIA, vide NECOVIA.

NECYOPA, νεκυόπα, palus eſt apud Cedrenum; Circa Campaniam alicubi, vt videtur, in qua ſcribit Vlyſſem multa ſibi euentura cognouiſſe.

NEDA νέδη, fons ex Lycæo mõte oriens, per Arcades labitur. diuiditq; fines maritimos inter Meſſenios & Eleos. Hic omnium fluuiorũ poſt Mæandrum maximè tortuoſus incedit. Pauſanias, in Arcadicis & Meſſeniacis. Leprio vrbi Vicinus eſt: & in pelagũ effunditur: Callimacho teſte. NEDAS Strabonis eſt, vt puto. νέδη eſt etiam Arcadiæ vrbs: apud Stephanum.

NEDINVM νήδινον, Ptolemæo Illyrici opidum eſt. Marius Niger dicit Suſied ab incolis vocari.

NEDON νέδων, locus & vrbs in Laconica: Stephano & Straboni. Apud quem eundem Peloponneſi fluuius quoque à loco ſic dictus eſt. alius à Neda. Vide MEDON, & TRYCHATA.

NEDVS νέδους, locus quidam in quo aiunt Teleclum condidiſſe Pœeeſſam, Echeias, & Tragium. ſic Strabo 8. Videtur in Ceo inſula.

NEE, vide NEA.

NEERENSIS Vici, in Gallia, meminit Greg. Turonenſis in vita Patrocli Recluſi.

NEGA νήγα, opidum Albaniæ, Ptolemæo. interpretes per I. in prima ſcribunt.

NEGETA νεγετα, in Africa Propria vrbs, apud Ptolemæũ.

NEGEVGNVS Mons, Gregorius P. M. lib. Epiſtolar. 7. cap. 2. Circa Spoletum fortè.

NEGLA νεγλα, Arabiæ opidulum: Stephano. NEGNE νέγνη, legit Suidas. NEGRA fortè Cedreni.

NEGLAPOLITANÆ Plebis, in Africa, mentio in Coll. Carthag.

NEGLIMELA, vrbs Africæ Interioris, à Corn. Balbo deuicta. Plinius.

NEGNE, vide NEGLA.

NEGRA νεγρα, vrbs, vbi ab Homeritis occiſum S. Aretham ſcribunt Cedrenus & Calliſtus. Huius meminit quoque Zonaras. Apud Homeritas fortè. Vide NEGLA.

NEGRAN, vide EGRA, & AGRANORVM.

NEGRETES, vide NIGRITÆ.

NEHEL ESCOL, vide NACHAL.

NEIA, Phœniciæ vrbs, Lib. Notit.

NEIEL νειήλ, Palæſtinæ locus. Ioſue 19.

NEILIOS Colonia deducta in Aſiam celebratur: ſic Suidas. Regio quædam Aethiopiæ ſic vocatur, apud Strabonem.

NEIN, epiſcopalis ſedes, ſub Becerra Arabiæ. Guil. Tyrius.

NEIVM νήιον, locus vel mons Ithacæ inſulæ, Straboni ex Homero, & Stephano. qui & HYPONEIVM Suidæ. Sed HYPERNEIVM ὑπερνήιον, habet Stephanus.

NELAXA νελάξα, Bataneæ regionis, Syriæ opidum: Ptolemæo.

NELCYNDA νελκυνδα, cuius Arrianus in Periplo Maris Rubri meminit; fortè hodie Dulcinde regio eſt, vt Rhamuſius conijcit. Puto Ptolemæi MELENDA μελίνδα eſſe. Vide SOSIPPVS.

NELEA, vide PYLVS.

NELEVS νηλευς, Euboëæ fluuius: Antigono in Mirabilib. NILEVS νιλευς, Straboni 10. eſt. MELAS videtur à Plinio malè vocari, lib. 31. cap. 2.

NELI, populi Troglodytici, circa ſinum Arabicum: Plinio.

NELIA νηλία, ad Pelaſgicum ſinum, vrbs. Strabo.

NELO, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, circa Arotrebas. vt tradit Plinius.

NELVPA, Aegypti locus, apud D. Athanaſium. cuius epiſcopum Theonem nominat.

NEMALONI, Alpina gens, à D. Auguſto deuicta, auctore Plinio.

NEMANTVRISTA νεμαντουρίστα, Hiſpaniæ opidum: in Vaſconibus. Ptolemæus.

NEMAS Caſtrum, non longè à Foro Iulio. ſic Diaconus 5. Longobard. alius codex NEMAVSVM habebat: & M. S. MEMASVM alia lectione. Vide BILIGA.

NEMASIA, locus in codice Theodoſiano 12. Titulo de Ponderatoribus.

NEMAVSVS, nomen fontis ad Nemauſum vrbem videtur, apud Auſonium, in deſcriptione Burdigalæ. NEMAVSVS Colonia, in Gallia, à quo Nemauſenſes gentile, in marmoribus antiquis à Poldo editis. non Nemauſienſes. vide ARECOMICI.

NEMEA νέμεα, Argiæ opidum, in Peloponneſo apud Ptolemæum, Pauſaniam, & Strabonem. NEMESA νεμεσα, ni fallor, ab App. in Mithridaticis dicta, corruptè. Hoc opidum cum ſuo territorio hodie Triſtena vocari, teſtatur Niger. NEMEA, fluuius qui Sicyoniam, & Corinthiacum agrum diſcernit, Strabone teſte. Hunc Niger putat LANGIA à Statio nominari. NEMEA dicitur etiam Elidis regio, à Stephano. NEMEA Rupes, Virgilio 8. Aeneidos, vicina Thebis eſt Seruio. NEMEA CHARADRA dicitur & quidam locus in Pelopõneſo: à Suida. Vide CHARADRVS, BEMBINADIA, MOLORCHOS, & NEMETA.

NEMEÆVS. Namque vt paſſa Deum Nemeæi ad fluminis vndam. Papinius. 1. Thebaidos. Nemei ſine diphthongo erat in membranco codice meo. idem cum Nemea Strabonis.

NEMEIVM νέμειον, locus in Locride, vbi Heſiodus trucidatus fuit, vt habet Plutarchus, in ſapientum conuiuio. Apud Locros Ozolos eſt.

NEMENTVRI, in Alpibus gens, quam Auguſtus deuicit. vt tradit Plinius. Sed malim NEMETVRI, vt quidam codices legunt. Et meminit Nemeturicæ picis, in Liguria, Columella 12.

NEMESA, Peloponneſi regio, vbi Hercules leonem interfecit. Pater Nonnius Inuectiua Nazianzeni, in Iulianum apoſtatam. Nemea fortè legendum. Vide NEMEA.

NEMESA, & PRONEA, flumina in Suram ſe exonerantia: Auſonio. Pruym hoc hodie: illud Nyms vocatur.

NEMESIVM νεμέσιον, Marmaricæ vrbs. Ptolemæus. NEMESEVM Fanum quoque Æolidis in Pago monte. Pauſanias.

NEMETA, nomen fontis aut fluuij in Hiſpania videtur, apud Martialem ad Licinianum. Alij NEMEA legunt.

NEMETACVM, vide NIMETACVM.

NEMETATI νεμετατοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi: Ptolemæo.

NEMETES νεμῆτες, *Ptolemæo & alijs Galliæ ad Rhenum populi.* Speir *hodie vrbs epiſcopalis, in Germania, B. Rhenano.* AVGVSTA *Nemetum hæc Aethico. Sed vide* VANGIONES.

NEMETOBRIGA νεμετόβριγα, *Tiburorum, in Hiſpaniæ Tarraconenſi vrbs, Ptolemæo.* NEMETOBORICA *Antonino.* Val de Nebro, *hodie, Tarapha teſte.*

NEMETOCERNA, *Cæſari & Hirtio. Ful. Vrſinus* NEMOTECENNA *legit. in Belgica opidum. Marlianus ob alluſionem cum Nemeto, putat* Speirenſes *eſſe. falsò, vt mihi videtur. Car. Boullus docet hodie* Namurs *vocari. hoc* Namen *appellant Teutones. Vigenereus dicit Nemetocernam hodie locum ſine nomine eſſe.*

NEMETVRI, *vide* NEMENTVRI.

NEMEVS *Mons Cieonenſium. Vibius.* Deinonenſium *legit exemplar Aldi, & Lugdunenſe. Nemæus (per diphthongon,) Clionenſium, habet Bocatius. Nemeus Cleonenſium, veram ſcripturam puto. Nemea enim vrbs non longè à Cleonis. In Argia Peloponneſi.*

NEMIA νέμεια, *vrbs Theſſaliæ, Etymologicon. Idem fortè cum Nemeo Vibij.*

NEMINIA *fons, in agro Reatino, alio atque alio loco exoritur, annonæ mutationem ſignificans, vt refert Plinius.*

NEMIÆVM νεμεαῖον, *mons Peloponeſi. Lexicō Phauorini.*

NEMITZI, *gens Gallica eſt apud Zonaram. vt vertit H. Wolfius. qui Nemetes putat, vt in huius operis indice legit. Ego pro* Niemechis. *i. Germanis, habeo. In Græco enim codice gentem vocat* κελτικων, *& ſub Celtarum nomine etiam Germanos comprehendi, eruditioribus notum. Vide* GERMANIA.

NEMORENSIS *Lacus, vide* TRIVIÆ.

NEMOS νεμος, *Latij vrbs: apud Appianum 5. Ciuilium.* NEMORENSIS *Agri meminit Feſtus; quem Dianæ conſecratum fuiſſe à Manio ſcribit Haud longè ab Aricia eſt. teſte Seruio, Hodie* Nemo *opidulum ibidem exſtare, ait Gioſanus, in Ouidium. Dianæ lacus aræq; meminit hoc tractu Silius 4. Vide* TRIVIÆ *lacus.*

NEMOSSVS νεμωσσὸς, *caput Aruernorum, impoſita Ligeri*
„ *flumini vrbs: Straboni. etiam Lucano 1.* tunc rura Ne-
„ mosſi. *Sed* Nemeti *habent codices excuſi. An* AVGVSTONEMETVM *Ptolemæi?*

NEMRIM, *vide* NEBRIM.

NENSA νῆνσα, *vrbs in Africa Propria. Ptolemæus.*

NENTIDAVA νεντίδαυα, *Daciæ vrbs: apud Ptolemæum.* Roſenſtadt *Germanis eſt apud Lazium, in R. P. Romana, &* Biſtricia *Hungaris.*

NEOCÆSAREA νεοκαισάρεια, *Cappadociæ in Ponto Polemoniaco vrbs; Ptolemæo, Ammiano & Solino. Barbaris* Thocato *dici, ſcribit Mar. Niger.* Niſan *vocatur Bellonio.* Nixaria *eſt Leunclauio, & mihi quoque ex tabulis Geographicis. Hanc poſtea* HADRIANOPOLIM *appellatam, tradunt Suidas & Stephanus.* NEOCÆSAREA *Bithyniæ vrbs eſt, Suidæ & Stephano. alia à Cappadociæ. Alia eſt Syriæ aut Euphratenſis: in Lib. Notitiar. & Concilijs. Neocæſarea in Euphratis ripa, meminit quoque Hiſtoria Tripartita, & Calliſtus; qui huius epiſcopū in Concilio Niceno præfuiſſe ſcribit. Eadem fortè cum libri Notitiarum. Eſt & in Mauritania vrbs natalis S. Seueriani, ſi creditur Martyrologio.*

NEOCLAVDIOPOLIS νεοκλαυδιόπολις, *quæ &* ANDRAPA ἄνδραπα, *Paphlagoniæ vrbs. Ptolemæus.*

NEOCNVS, *vide* NEOGNIVS.

NEOCRETES νεοκρῆτες, *populos habet Liuius 37. & Polybius 5. ex Creta videtur.*

NEOCVM, *vide* MORADVNVM.

NEODA, *vide* NETAD.

NEODVNVM, *vide* DOLENSIS.

NEOGIALA νεογιαλα, *Arabiæ Felicis nauale: Ptolemæo.*

NEOGNVS *fluuius, circa Colchidem fortè. vt videtur ex Agathia. ſub finem Libri 3. Sed* νεόκνος, *In Græco codice.*

NEOGRORVM *Turbam in Ægypto, colere & adorare Serapidis ſimulacrum, ſcribit Iul. Firmicus.*



NEOI νεῶον, *vrbs Phocidis. Lexicon Phauorini. Corruptè forte, pro* Νεων.

NEOMAGVS νοιόμαγος *autem Græcè: Lexubiorum in Gallia vrbs, apud Ptolemæum.* S. Saluator *Villanouano.* NEOMAGVS, *Regnorum ciuitas Ptolemæo, in Britannia, (hodie Anglia.)* Guldifordia *hodie vocari, ſcribit Lhuydus. Hoc Neomagum Ptolemæi putat Talbotus idem eſſe cū* NOVIOMAGO *Antonini: & hodie* Croyden *dici. Sed Camdenus hoc habet pro* Woodcote. NEOMAGVS νειόμαγος, *Ptolemæo Tricaſtinorum, in Galliæ Narbonenſi vrbs.* Nyon, *I. Poldo.* NEOMAGVS *Antonini; In Germania ea vrbs eſt, quæ nūc* Odenheym *dicitur, ad Rhenum ſita. Ex Heroldi libello, de Stationibus Romanarum legionum. Quo loco docet Neomagum* Νοιόμαγον *à Ptolemæo in Nemetibus deſcriptam, aliam eſſe ab hac. Vide* NOVIODVNVM, NOVIOMAGVS, & AVGVSTA TRICASTINORVM.

NEON νεων, *Phocidis vrbs, iuxta Parnaſſum: Pauſaniæ, Stephano, & Herodoto in Vrania. Vide* ELEON, & TITHOREA.

NEONTICHOS νεοντειχος, *Aeolidis vrbs: Plinio & Stephano. item Herodoto in Homero: cui circa Hermum fluuium eſt. Phocidis vrbs Pauſaniæ. Thraciæ, ad Propontidem: Xenophonti. Cariæ, Suidæ. Sarmatiæ Europææ Ptolemæo.*

NEOPACTVS, *vide* NAVPACTVS.

NEOPAGVS, *locus. vbi Francogalli reges ſuos ſolent eligere. circa Rheni oſtia. Auctor Hunibaldus.*

NEOPATRENSIS *epiſcopi, Ioannis, meminit ex archiuis, Ioannes Molanus in ſuo Indiculo. Vide* PATRÆ.

NEOPOLICHNA, *Peloponneſi vrbs: apud Laonicum 8.*

NEOPOLIS, *vide* NEAPOLIS.

NEOPTANA νεόπτανα, *Arrhiano in Indicis, locus eſt in Carmaniæ littore, inter Carpellam & Armozon promontoria: Ptolemæi.*

NEOPTOLEMI νεοπτολεμου *Turris, in oſtio Tyræ fluminis. Strabo.*

NEORIS, *opidum Iberiæ Aſiaticæ: Plinio auctore.*

NEORITÆ νεωρειται, *gens circa Gedroſiam, Diodoro 17. Mortuorum corpora arboribus ſuſpendunt.*

NEORIVM *Portum, Conſtantinopoli: habet lib. Notit.*

NEOS, *vide* NOVÆ.

NEOSTI νεωςι, *Syriæ ciuitas; apud Ioſephum 14. Antiq.*

NEOTENSES *Bœotiæ gentem eſſe, videtur ex Demoſthenis Oratione de Falſa legatione.*

NEOTERIDIS νεωτερίδος, *regionis, circa Gedroſiam: meminit Diodorus 17. verſus Indi fluminis oſtia.*

NEOTTIVM νεόττιον, *Nemeæ mons. Phauorinus.*

NEPA *caſtrum, in Syria alicubi videtur: apud G. Tyrium.*

NEPEIVM, *vide* NEPIAS.

NEPET *Liuio & Plinio,* NEPETA νέπετα, *Ptolemeo, Tuſciæ mediterraneum opidum.* Nepe, *hodie Leand. Alb.* NEPETES *vocatur apud Procopium 3. Gothorum.* NESPETOS νέσπετος, *Stephani fortè ex Halicarnaſſeo. Puto* NEPENSEM *coloniam eſſe, in Nanſii Frontino.* NEPESINOS *populos habet marmor antiquum. Vide* NEVEIA.

NEPHADOR, *locus, 3. Regum cap. 4. Ioſephus* DORENSEM, *& littoralem vocat. vide* DOR.

NEPHARIS, *vide* NEPHERIS.

NEPHELE, *id eſt nubes, locus montanus, ſiue vicus alicubi in Græcia. ſi Palephato creditur, in Fabulis.*

NEPHELIS νεφελίς, *Ciliciæ vrbs: Ptolemæo.* NEPHELIA *apud Tyrium vocatur.* NEPHELIDA *Promontorium nominat Liuius 33.*

NEPHEONITÆ, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi: apud Pliniū.*

NEPHERIS νέφερις, *Africæ Propriæ opidum: Appiano, & Straboni. Per* A. *in ſecunda Liuij Epitoma 51.*

NEPHTHALIM, *Iudææ vrbs: Arabis hodie* Siziz *vocari, auctor eſt Poſtellus.* Syrin *eſt apud Breidenbachium.* Suziz *Brochardo.*

NEPHTHALITÆ, *(ſic ſcribendum apud Agathiam, pro Neptalitæ.) à Procopio* EVTHALITÆ *vocantur. Hoc* LeWenclauius



*LeWenclaius monuit. Hunnica natio eſt; ſed Perſis propinqua verſus Boream, quorum ciuitas Gorga. Vide de Perſico bello librum primum Procopij, vbi eos eleganter deſcribit. Horum etiam Cedrenus & Nicephorus meminere. item Suidas ex Ioſepho.*

NEPHTHAR νεφθαρ, *locus ſic dictus; 2. Machab. 1.*

NEPHTHOA & NEPTHOA, *Aqua, Ioſue 15. 18.* ναφθω *&* ναφθω, *legunt 70. Interpretes.*

NEPIAS νηπείας, *campus iuxta Cyzicum. Myſiæ vel Phrygiæ. vt refert ex alijs, Scholiaſtes Apollonij 1.* νηπηίων *legit Phauorinus. Vide* HILATIDES.

NEPISTA νήπιςα, *Ptolemæo, Carmaniæ vrbs. Per* I. *in prima legunt interpretes.*

NEPOS νεπως, *mōtis nomen, ſine vlla aqua. Etymologicon.*

NEPR. COL. *Carenorum.* νηπρ. κολ. καρηνων. *eſt in Goltzij Theſauro, ex Gordiani Imp. nummo. An circa Perſidem, vbi Carenos habent Procopius & Stephanus?*

NEPTHOA, *vide* NEPHTHOA.

NEPTVNI *Aræ, in Africa Propria vrbs maritima: Ptolemæo.* NEPTVNI *Fanum, Straboni & Pomponio Circa Cenchreas, in Iſthmo Corinthiaco. Iuxta Patras quoque: Ptolemæo.. In Calauria inſula: Plutarcho, in Demoſthene. Circa Tænarum, in Peloponneſo: Plutarcho, Circa Mantineam, in Peloponneſo: Polybio 11. In Caria, vbi amnis dulcis mutatus in ſalem eſt. Plin. 31. cap. 5. Vide* POSIDONIVM.

NEPTVNI ASPHALII *Fanum, erexiſſe Rhodienſes in inſula miraculo inter Theram & Theraſiam enata, ſcribit Strabo 1. Automate hæc Plinij eſt. Strabo autem hoc loco mendoſus eſt, vbi hanc Theram & Theraſiam inter Cretam & Cyrenem deſcribit. quæ verè ſunt inter Cretam & Atticam: vt cùm alijs ipſemet docet lib. 10. Neronis tempore hoc eueniſſe, tradit Philoſtratus 4 cap. 11.*

NEPTVNI SAMII *Fanum, vide* SAMICVM.

NEPTVNIA *Colonia, In Italia. vt refert Velleius. Neque huius nominis apud alium auctorem, quod ſciam mentio eſt. An Poſidonia forte, cuius Strabo 6. meminit, in Lucania, poſt Silarim fluuium: quæ eadem cum Pæſto? Vide* PÆSTVM, & RHEGIVM *Iulium.*

NEPTVNIA *Clauſtra, ad pedem Moſcij montis, propè Scyllatium, in Brutijs Caſſiod. 12. Variar.*

NEPTVNIVM ποσειδειον, *Arabiæ Felicis promontorium, ad fretum ſinus Arabici: Ptolemæo, & Diodoro 3. Non longè ab eo, vicus, Phœnicus dictus, ab excellentia palmarum, ibidem prouenientium.* NEPTVNIVM *Nemus,* ποσειδήιος ἄλσος, *in Græcia vſpiam: Homero B.* Ιλιαδ. *Vide* NEPTVNIA.

NEPTVNIVS, *Siciliæ mons, Solino.* Spreuerio *nunc appellari, tradit Fazellus.* NEPTVNIVS *Fons, Anxuri vel Tarracinæ. Vitruuius 8. cap. 3. De eodem fortaſſe Liuius*
„ *9. hæc. Flaccus molem ad Neptunias aquas, vt iter populo*
„ *eſſet, & viam per Formianum montem, &c. Vide* POSIDIANÆ.

NEQVINVM, *vide* NARNIA.

NERA *vicus, in Arabia Felici videtur ad mare, apud Strabonem.*

NERABVS νήραβος, *Syriæ vrbs: Stephano.*

NERATA, *Liburniæ vrbs, Plinio. 4. cap. 22. in M. S. codice.*

NERBII, *vide* NERVIOS.

NEREA, *Cœleſyriæ opidum, quod alio nomine* ALAPIA *dicitur. Guil. Tyrius lib. 20. cap. 19.* Alepo *hodie. vt putat RaWolfius, in ſuo Itinerario.*

NEREÆ, *vide* NAREÆ.

NERESSVS νηρησσὸς, *Ceiorum opidum: Aeſchini, in Epiſtolis. At* CARESSVS *lego, cum Ptolemæo, Strabone, Plinio, Suida, ceteriſq;.*

NERETINI, *(alij à Neritinis,) populi in Salentinis; apud Plinium.*

NERGOBRIGES, *vide* NERTOBRIGA.

NERIÆ, & NERII, *vide* CELTICI.

NERICIA, *vide* ITHACA.

NERICVM, *vide* LEVCAS.

NERIGON, *circa Britanniam inſula videtur, apud Plinium 4. cap. 16.* Norwegen *Becano. & mihi quoque: hinc enim facilis nauigatio in Thulen, quā Scandiā interpretor.*



NERII *populi, ſunt circa Nerium promontorium, Hiſpaniæ Tarraconenſis: Pomponio.*

NERIPHVS, *inſula deſerta, circa Thraciæ Cherſoneſum. Plinius.*

NERIPI, *Aſiaticæ Sarmatiæ gens: apud Plinium.*

NERIS νηρὶς, *Meſſeniæ vrbs; Stephano, & Papinio 4. Thebaidos. Pauſanias in Argia habet Nerim, circa confinia Laconicæ. Vide* EVROTAS.

NERISVM νήρισον, *Thraciæ mons: apud Stephanum. in voce* κωνεαιθα. *Iuxta Cynetham vrbem.*

NERITVM νήριτον, *Ptolemæo Salentinorum vrbs. Niger* Nerdo *vocat:* Nardo *Ligorius.* A Diua Cæſarea *autem nomen habere, ſcribit Galatæus. Et ait à Tarētini ſinus ora diſtare tribus aut quatuor M. P. à Lupijs 15. à Tarento 45.* NERITINI *fortè Plinij, vbi quidam codices* NERECINI *habent.* NERITVM *quoque Armeniæ vrbs, Freculpho 2. cap. 19. vbi Iacobum apoſtolum ſepultum ſcribit.*

NERITVS, *Ithacæ mons Plinio. De quo fortè hæc Suidas:* NERITVM νήριτον, *mons. Eſt &* NERITVM *quod* ACTORICVM ἀκτορικὸν, *dicitur; locus Epiri, poſt* LEVCAS *dictus. eidem Suidæ. Vide* LEVCAS.

NERIVM, *vide* ARTABRVM.

NEROASSVS, *vide* NORA.

NERON, *Inſula Rubri maris, ante Arabiam. vbi criſtallum naſci ſcribit Plinius.*

NERONIA, *vide* CÆSAREA *Panias,* ARTAXATA, & PVTEOLI.

NERONIANA *Piſcina, lacus circa Aponi fontes. Caſſiod. 2. variar. ad Aloiſium.* NERONIANA *villa Sublacenſis, eſt apud Frontin 2. Aquæd. Trium M. P. ab Vrbe, circa Valeriam eidem.*

NERONIANÆ THERMÆ, *à Nerone Imperatore ædificatæ: nunc* ALEXANDRINÆ *appellantur, inquit Eutropius, lib. 7. Romæ ſunt.*

NERONIANI *Campi, circa Romam inter Salariam & Pincianam fuiſſe, videntur ex Procopio.*

NERONIAS, *Ciliciæ Secundæ ciuitas eſt, nunc* IRENOPOLIS *vocata. ſic Nicephorus Calliſtus 8. cap. 18. & Theodoritus 1. cap. 7.* HERENOPOLIS *eſt in vetuſta inſcriptione.* NERONIPOLIS *meminit D. Athanaſius, cuius epiſcopum Narciſſum vocat. Idem eundem alio in loco Neroniadis epiſcopum facit.*

NERONIENSES, *vide* FORONERONIENSES.

NERONIS *Imp. Suburbanum, inter Salariam & Numentanam vias: circa quartum milliarium: Suetonio. In Neronianis campis fortè.*

NERTERIANI νερτερέανοι, *Germaniæ gens: apud Ptol.*

NERTOBRIGA νερτόβριγα, *Ptolemæo & Appiano Bæticæ vrbs, Turdetanorum. Viſuntur hodie in Bæticæ extremis partibus propè Luſitaniā, tribus millibus paſſuum (vt mihi Ar. Montanus auctor eſt) à* Frexenal, *vbi ipſe natus, magnæ vrbis antiquæ ruinæ. locus ab accolis* Valeta *vocatur. Ibidem addit hodie etiamnum antiquam Inſcriptionem exſtare, in qua* NERTODRICA *per* D. *nominatur, ſed falſo, vt ipſe autumat, ex eo, quòd in eadem inſcriptione, M. Aurelio dicata, reſpudlica per* D. *etiam, pro reſpublica legatur. Ex harum ruinarum lapidibus magna opida ædificata fuere: (vt idem mihi narrauit,) quæ ſunt Frexenal, Fuentes, Bodonal, & Higuera.* NERTOBRIGA, *Ptolemæo Celtiberorum, in Hiſpania Tarraconenſi vrbs.* NERGOBRIGES νεργόβριγες, *habet Appianus, & Antoninus, quam eandem mendosè quoque* NITOBRICAM *appellat. Sed* NATOBRICA *etiam apud eundem legitur, exemplariorum magna inconſtantia.* Almunha *hodie vocari, idem Varrerius teſtis eſt.* Rota *autem Hieronymo Suritæ. Io. Mariana 3. cap. 1. putat haud procul Turiaſone & Bilbili fuiſſe. &* Ricla *idem interpretatur.*

NERVA νερβα, *Ptolemæo Cantabrum, in Hiſpania fluuius:* NESVA *Pomponio dicitur, quemadmodum etiam aliquando*

quando Ptolemæum legere, ſcribit Pintianus. quam lectionem videntur approbare, inquit, qui loca illa habitant. Nanſa lingua vernacula eum in hodiernum vſque nominant.

NERVESIÆ, vicus Italiæ, in Aequicolis, vbi conſiligo herba naſcitur. Plinius. NERNEVIÆ habebat, M. S. codex.

NERVICA, vide NERVIOS.

NERVIOS, Galliæ Belgicæ populos ferociſſimos, νέρβιοι, habent Tacitus, Cæſar. Appiano Νερβιοι, ſunt. Plinius eos LIBEROS cognominat. Becanus Oudenarde interpretatur. Marlianus eam vrbem eſſe putat quam Flandri Doornick, incolæ Galli Tournay vocant. Vtrumq; Flandriæ opidũ, ad Scaldim ſitũ. Νερουιοι Ptolemæi videntur alij ab his, in quibus Rhotomagum habet, ad Sequanũ fluuium. Sed Latini codices pro his Subanectos ſubſtituunt. Quod autem Neruios retinendos duco, facit Lib. Notit. qui NERVICANVM Tractum & Littus, circa Armoricam habet. & D. Paulinus meminit NERVICI littoris, ad Victricium Rhotomagenſem epiſcopum. Scio hos Neruios à Ioſ. Scaligero hinc expulſos: ego eoſdem tribus hic comitatus coadiutoribus, reduco.

NERVLVM, Lucaniæ opidum, ab Æmilio coſ. captum. Liuio 9. & Antonino. NERVLONENSIS meminit Suetonius in Auguſto. Hoc forſan quod nunc (vt Roma ad me ſcribit Celſus Cittadinus) Lagonero. opidum in Lucanis, in via Aquilia, quæ à Capua ad Rhegium tendebat.

NERVOSOS Montes, in Gallicia regione, nominat Iſidorus.

NERVSI, Alpina gens: Plinio. νερυσιοι Ptolemæo.

NESACTIVM, Iſtriæ opidum Plinio, NESACTVM νέσακτον apud Ptolemæum, & NESATTIVM apud Liuium legitur. Caſtello nouo, ad Arſiam flumen hodie eſſe, ſcribit D. Niger.

NESÆA νησαια, pars Hyrcaniæ: per quam Ochus fluit. Strabo.

NESÆVM, Mediæ locus vel cãpus. Herodoto. Maris Erythræi eſt Orpheo, vt tradit Suidas. Vide HIPPOBOTVM.

NESAIS, vide NISA.

NESCANIA opidi nomen in Hiſpania Bætica: VI. M. P. ab Antiquera. Eius mentio fit in marmore antiquo. Teſtis Amb. Moralis.

NESEI, Indiæ populi: apud Plinium.

NESIADES νησιάδες, Dionyſio inſulæ Bretanicæ: Amnitarum domicilia. Neſides legit Priſcianus huius vetus interpres. Camdenus putat eaſdem cum Veneticis. Vide SILVRVM, & AMNITARVM.

NESIB, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

NESIBIS, vide NISIBIS.

NESIDES, vide NESIADES.

NESIDION, vide HALONESVS.

NESIDVM, vide AMNITARVM.

NESIOPE νησιώπη, inſula Lesbi, quæ Sigrem Σιγρῶν, portum efficere dicitur; Suidas. Vide NISOPE.

NESIOTÆ, CRANII, SAMEI, & PALLENSES, populi in Cephallenia inſula: Liuio 38. & Straboni 10.

NESIOTIS, vide HENESIOTIS.

NESIS, Plinio Campaniæ inſula, aſparago optimo nobilis. Statius etiam meminit lib. 3. Siluarum, item Lucanus 6. & Cicero ad Atticum 16. Epiſt. 1. 3. & 4. Nunc Neſira dici, ſcribit Georgius Fabricius, in Itinerario Romano. Niſari habet Collenutius. Inter Pauſilypum & Puteolos eam deſcribit Hermolaus. Νεσις, vbi Herculeum promontorium eſt: Arrhiano in Periplo. Sarmatiæ Aſiaticæ, ad Pontum Euxinum.

NESONIS, vide THESSALIA, & NESSVM.

NESOS νῆσος, Iberiæ vrbs. Stephanus. In Arcadia quoque locus, circa Orchomenum: Halicarnaſſeo 1. Vide ATALANTA, MESVS, & ORCHOMENVS.

NESPETOS, vide NEPET.

NESSA νῆσσα, Siciliæ vrbs eſt, Thucydidi 3. ſub finem. Amatheorum etiam opidum, in Arabia Felici, Plinio. Huius meminit quoque Agatarchides.

NESSONIVM, vide THESSALIA.

NESSVM νεσσων, Theſſaliæ vrbs. Stephanus. NESONIS Palus eſt apud Strabonem. & NESSONIVM Stagnum, apud Suidam. circa Lariſſam.

NESSVS νέσσος, Thraciæ fluuius Ptolemæo. NESTVS Herodoto, & Plinio. NEVS νεος, corruptè apud Arrianum 1. Alexandr. Neſto à Sophiano vocatur. Bellonius ſcribit eum à Turcis Charaſou, à Græcis verò Meſtro dici. A Neſſo flumine ſalutatum Pythagoram, cùm eum tranſiret, ſcribit Laërtius in huius vita: item Aelianus in Varijs 4. cap. 17. Idẽ 2. cap. 26. hoc à Coſa factum tradit. An bis factum? an lectio varia? Sed & infra Samum idem accidiſſe, ſcribit ex Ariſtotele, Apollonius.

NESTÆI, Populi Illyridis, circa Ceraunios montes, ſunt Apollonio 4. Idem ibidem NISIDIS fluminis meminit.

NESTANIA, vide NOSTIA.

NESTVS νεστός, quæ & NASTVS νάστος, Thraciæ vrbs Stephano & Suidæ. NESOS νέσος, Ptolemæo fortè, in Myſia. Hodie Nyſſa Seruiæ metropolim eſſe, ſcribit Lazius. Ioannes Tzetza NÆSSVS ναῖσσος, hoc loco apud Ptolemæum legit, in Varia ſua hiſtoria. Puto quoque NAISSVM Zoſimi, & NISVM Curopalati eſſe.

NESTVS vrbs & fluuius Illyridis, apud Stephanum. Niſſaua hodie vrbem vocari, ex Itinerario Cornelij Scepperi diſco. & ſic fluuium quoque nominari, in Tabulis Geographicis video.

NESVA, vide NERVA.

NESYDRION, vide HALONESVS.

NETAD, Pannoniæ fluuius, apud Iornandem. NEDAO in ora libri. NEODA legit Lichtenauius.

NETHIMI, vide ENAMIÆ.

NETINI, & NETINENSES, vide NEÆ.

NETIS, Homeri vicus, [apud Homeritas fortè.] Theodoretus, in vita Maris.

NETIVM νήτιον, Straboni Peucetiæ opidum, in Italia. quod Andre hodie fortè vocatur, inquit Niger.

NETSIBIS, vide NISIBIS.

NETVM, vide MICITE.

NEVA, Cœleſyriæ vrbs, inter Capitoliam & Damaſcum Antoninus.

NEVDRVS νεῦδρος, Indiæ fluuius, quam Hydraotes excipit. Arr. in Indicis. Sine N. Εὔδρος, legebat alius codex.

NEVEIA νεβνία, Tuſciæ opidum, à Gothis illi imminentibus Deorum numine liberatum: eo tempore quo Alarichus Romam obſidebat, vt refert lib. 5. Zoſimus, ſub finem. NEPETA erat ad oram. NARNIA legit Sigonius. Sed vide LARNIA.

NEVIASCA, fluuius Liguriæ: circa Genuam. teſtis ibidem tabula ænea antiqua.

NEVIDVNVM, vide NOVIODVNVM.

NEVIVS, vide PONS Aelij.

NEVMASVM Caſtrum, vide NEMAS & BILIGA.

NEVRÆ, vide NEVRI.

NEVRI νεῦροι, Sarmatiæ populi, in Europa: Stephano, Herodoto, Plinio, & Suidæ. (hic eoſdem NEVRITAS & HIPPOPODES nominat.) Tyram fluuium apud hos naſci, ſcribit Pomponius. (ſed NEVRÆ hic legit) Solinus Boryſthenem. Vterq; tradit hos in lupos ſe poſſe transfigurare: exactoq; ſpacio in priſtinam formam reuertere. Hanc fabulam autẽ deridit cum Pauſania in Achaicis, Plinius 8. cap. 22. & ego quoque hic Democritus ſum. etſi his diebus quendam facinoroſum Betburgi, in ducatu Cliuenſi publicè combuſtum ſcio, quem de hac arte infamem celebrabant. Huiuſmodi nos Wederwolf vocamus .i. denuo vel iterum lupus. quaſi dicas per internalla lupum. vt diſtinguamus à lupo bruto. qui ſemper. Hanc etymologiam minimè intelligentes Galli Romaniſantes Loup Warou nominant corruptè. (Lupũ enim Latini, hi Loup, nos Wolf vocamus, & pro noſtro Weder ſiue Weer, illi Warou fecere.) Hos Neuros autem, (vt ad noſtra) fortè hodie Neruam opidum habitare, credibile. De Neurorum dicta metamorphoſi copioſè Mercurialis, capite vltimo Variar. Lectionum. NEVRIS horum regio vocatur à Suida. Vide NAVARI.

NEVRIS, vide NEVRI, & PROCONNESVS.





NEVRITÆ, vide NEVRI.

NEVRODES, vide NEBRODES.

NEVS, vide NESSVS.

NEVSTRIA, quæ melius VESTRIA ſiue WESTRIA, & WESTRASIA, & Weſtenrijch .i. Occidentale regnum) item Waſgew, teſte Lazio. idem ſignificans, ex quo Latini Germanicæ linguæ ignari, & W. litteram non habentes, VASTVM REGNVM fecere. Vocabula hæc ſunt enata circa Caroli Magni tempora, eiuſq; ſæculi ſcriptoribus valde frequentia. Comprehendit hæc Gallicam regionem à Rhodano & Sequana fluminibus, ad Oceanum & Mare Britannicum vſque, vt ex Auſtria Lazij quis doceri poteſt. Hotomãni (ex Maioris Monaſterij chronico,) verbis ſic deſcribitur: Neuſtria eſt quicquid à Pariſiis & Aurelianis interiacet, inter Ligerim & Sequanam inferius ad Oceanum. NEVSTRIA etiam dici partem Occidentalem Italiæ ſcribit Sigonius 3. de Regno Italiæ. Vide NORTMANNIA, & RIPVARII.

NEVT νευτ, Ægypti Nomus, Ptolemæo.

NEVSIVM, (in Græco νέυτζικον, locus inter Philippopolim & Hadrianopolim Thraciæ. Nicetas.

NIA νία, fluuius in Libya Interiori. Ptolemæus.

NIACCVRA, Antonino vrbs in Comagena, Syriæ regione.

NIAPOLLINIS, vide AQVÆ.

NIARA νιάρα, Cyrrheſticæ in Syria vrbs. Ptolemæus. & Theodoretus in Hiſt. Sanctor. Vide CITTICA.

NIBA νίβα, fons quidam Thraciæ. Suidas.

NIBARVS νίβαρος, Armeniæ Maioris fluuius. Strabo.

NIBAS νίβας, locus vicinus Theſſalonicæ; in quo gallinaceorum genus mutum eſſe, ſcribit Aelianus 15. Animalium.

NIBENES, vide MINIVS.

NIBENSIS, Epiſcopus, in Numidia, Vict. Vticenſ. An malè, pro NOBENSIS?

NIBIS νίβις, Aegypti vicus. Suidas. Vrbs, Stephano.

NICA, Thraciæ opidum, Calliſto 9. cap. 41. & Socrati Scholaſtico 2. cap. 29. Vide NICE.

NICÆA νίκαια, quondam ANTIGONIA dicta, teſte Strabone. OLBIA prius, vt Plinius auctor eſt: & ANCORE ἀγκώρη, vt Stephano placet. in vltimo Aſcanio ſinu. de hac vide apud Memnonem. Hodie adhuc Nichea à Sophiano nominatur. Iſnich ſcribit Leunclauius, & Nichor. Aliam præter hanc, habet Plinius hoc in tractu Nicæam. ad Aſcanium lacum. NICÆA, Plinio & Ptolemæo Liguriæ opidum maritimum eſt. NICIA in Antonini Itinerario legitur. Nizza hodie. NICÆA, Locrorum Epicnemidiorum vrbs, in ſinu Maliaco, teſtibus Strabone, Liuio, & Stephano. cui quoque in Illyride Nicæa eſt. Eſt & Indica Nicæa, circa Hydaſpen fluuium, Diodoro, Iuſtino, Stephano, & Arriano 5. Alexandri. Et alia eidem 4. circa Paropamiſadas & Cophenem fluuium. In Corſica quoque inſula: Stephano, Diodoro 5. & Straboni 9. Stephanus habet Nicæam in Leuctris, Bœotiæ: in Thracia: & aliam in Thracia: cuius etiam meminit Theodoretus 2. cap. 21. vbi concilium habitum ſcribit. Eadem hæc fortè cum Illyridis. item circa Thermopylas. Idem aliam in Gallia, Maſſilienſium ſtructuram. ſed hãc eandem puto cum Ptolemæi, in Liguria.

NICAMA νίκαμα, Indiæ intra Gangem metropolis, Ptolemæo. NIGAMA interpretib.

NICASIA νικασία, parua inſula, iuxta Naxum. Stephanus & Suidas.

NICATES, à Liuio appellatur mons ille Italiæ qui hodie Maiella & Matheſio dicitur, vt M. Niger autumat. In Pelignis eſt, vt tradit Cioſanus, in Sulmonis deſcriptione.

NICATORIVM νικατόριον, Aſſyriæ mons, circa Arbelam. Strabo. Νικατοριτων meminit Veſpaſiani nummus, in Goltzij Theſauro.

NICE νίκη, Cedreno vrbs in Macedoniæ confinibus. Aliam habet in Thracia, Calliſtus. Aliam NICE ſtationem habet Ammianus 31. in Thracia. In Africæ Tripolitana regione, habet Victor Vticenſis, Nicenſem Epiſcopum Creſconium.

NICEA Antonino Macedoniæ vrbs inter Heracleam & Lychnidum.

NICEPHORIVM νικηφόριον, Meſopotamiæ vrbs: Ptolemæo, Dioni, Polybio, Straboni, & Plinio. Ab Alexandro Magno condita, & poſtea à Conſtantino Imp. CONSTANTINA appellata, vt Suidas & Stephanus litteris tradidere. Naſiuancaſi hodie nominari, ſcribit Caſtaldus. Nephrun Pinetus vocat. NICEPHORIVM habet quoque Polybius 17. & Liuius lib. 32. item Appianus in Mithridaticis, Attali regis vrbem, circa Propontidem, in Aſia Minori. ad Pergamum, vt Strabo docet. Vide CAMVLODVNVM.

NICEPHORIVS amnis, qui partem murorũ Tigranocertæ ambit; vt tradit Tacitus 15. Annal. Vide AGNICE.

NICER, Germaniæ fluuius, ab Auſonio celebratus. item à Fl. Vopiſco, & Ammiano. Hodie Neckar, Rhenano teſte. In ducatu Wirtenbergenſi eſt.

NICERTE vicus, maximus & populoſiſſimus, circa Apameam. Theodoretus in Theophilo.

NICETA, videtur Thraciæ locus: In Hiſtoria Miſcella 24.

NICETIANA, locus in Gallia. Sidonius 3. Epiſtolar. ad Auitum.

NICHIOS, vide NICHOCIS.

NICHOCIS, Aegypti inſula: Statio Alexandrino 4. Amorum. NICHIOS fortè apud Theophilũ Alexandrinũ.

NICI, vide TONICA.

NICIA, Plinio Italiæ fluuius. Lenza nunc, in Lombardia, Nigro & Leandro. Sed apud Cognatum & Gaud. Merulam Nura eſt. Vide NICÆA.

NICII νικίυ, Aegypti Inferioris metropolis, Ptolemæo, ad Nilum ſita. νικίυ κώμη, Stephano. Fuoa hodie dici, ex Ioanne Leone veriſimile eſt. NICIÆ Vicum Strabonis eſſe, Villanouanus vult. ſed fallitur. hic enim ad Mare Mediterraneum à Strabone ponitur: illa verò à Ptolemæo in mediterraneis. Vide ASTO, & NITHINE.

NICOMEDIA νικομήδεια, Aſiæ Minoris in Bithyniæ vrbs, Ptolemæo. ASTACVS ἄστακος, olim dicta fuit, Pauſania, Ammiano, Cedreno, Treb. Pollione auctoribus. OLBIAM ὀλβία, quoque vocatam, tradit Stephanus. CONTVM antea nuncupatam Mar. Niger refert, ex Capitolino, ſed malè. nam periodus illa quam citat, non eſt Capitolini, ſed Pollionis. neque ibi Contum, ſed Aſtacum lego. Specioſam nominat Athenæus 1. Comidia à Nautis noſtratibus, Nicor à Turcis hodie nominari, refert in ſuo Strabone, Bonacciolus. ſed Iſnigimid Leunclauius. Aſtacus, Olbia, & Nicomedia, Ptolemæo tres ſunt: Pomponio quoque Aſtacus & Olbia duæ ſunt. Vide CLAVDIOPOLIS.

NICOMEDIENSIVM Lacum deſcribit Plinius 10. Epiſtolarum, ad Traianum. de hoc lacu libet hæc addere ex epiſtola quadam Pet. Gyllij. (cuius mentionem feci in DASCVTA.) Deinde Nicomediam & lacum ſupra Nicomediam: de quo Plinius ad Traianum. quem falsò quidam putant Aſcanium. cùm hic ſit iuxta Nicæam, diſtans ab illo amplius centum mille paſſibus, cuius fluuius influit in Propontidem, illius verò in Sagarim, & deinde in Pontum Euxinum. Iuxta hunc lacum, Iuſtiniani vidimus pontem, celebratum Procopio & Agathiæ epigrammatibus adhuc exciſis in ponte exſtantibus, & etiam in Florilegio epigrammatum, edito in vulgus. Sub Puſgulæ nomine videtur mihi deſcribi à Niceta Choniate. Vide SVNONENSIS.

NICOMEDIVM νικομήδειον, Bithyniæ emporium. Stephanus. ex Arriani Bithyniacis. Nicomediæ nauale fortè.

NICON, vide TONICA.

NICONIA νικωνία, Ponti vrbs, ad Iſtri oſtia. Stephanus. NICONIVM Ptolemæi fortè, Mœſiæ Inferioris. quod tamen paulo remotius eſt, ad Axiacem nempe fluuium. NICONIAM Strabo hoc tractu ad Tyram fluuium habet. Nomanoſter Nigro vocatur.

NICONIVM, vide NICONIA.

NICOPOLIS νικόπολις, iuxta Hæmum montem, in Thracia Ptolemæo. Nicopoli Sophiano dicitur. Idem habet

ibidem aliam NICOPOLIM ad *Neſſum fluuium. Ad Iatrum fluuium, Iornandes. Huius meminit etiam Ammianus 27. & 31. qui à Traiano exſtructam addit. In Mœſia eſt circa huius Iatri cum Danubio confluentiam. Hactenus puto* Nicopoli *vocari*. Nigeboli, *& Turcicè* Sciltaro *à Leunclauio appellatur: qui eandem diuidit in Maiorem & Minorem, interfluente Danubio. Auctorem huius vrbis quare Heraclium Imp. faciat Ranzanus in ſua Hungaria; mihi incompertum.* NICOPOLIS, *Plinio Bithyniæ opidum; quod hodie* Callipolis parua *dicitur, Nigro auctore* NICOPOLITANVS *Sinus inde, apud eundem Plinium. Epiri vrbs ad oſtium Ambraciј Sinus, Ptolemæo & aliis. Veteris Epiri, in concilio Epheſino. Plinius, Tacitus, & Nummus argenteus coloniam vocant, auctore Onuphrio. Hic Cæſar Auguſtus M. Antonium & Cleopatram nauali prœlio fudit. Hodie* Preueza, *vt Sophianus; aut* Priuyſe, *vt Lazius; vel* Peruexa: *vt Niger ſcribit, vocatur. Armenia Minoris etiam opidum, Antonino, Ptolemæo, Hirtio, & Plinio, auctoribus. A Pompeio conſtructum ſcribit Dion. 36. Appianus, & Oroſius.*

*Eſt & Aegypti locus, 30. ſtadijs ab Alexandria diſtans, ſecundum Dionem. 51. & Strabonem 20. & Ioſephum 5. belli Iudaici, ad finem. Nicopolim habet Ptolemæus quoq; in Cilicia. Nicopolis, metropolis Piſidiæ meminit Chalcedonenſe conciliū. Vide* ACTIVM, EMAVS, & ISSVS.

NICOPOLITANVS *Sinus, vocatur à Plinio libro 5. cap. 32. pars Propontidis, in quo portus Amyci. Hunc ſinum ſcribit Bellonius hodie* Golfo de Montanee *dici. Vide* NICOPOLIS.

NICOPSIS, *vide* ZICCHIA.

NICOTERA, *Antonino opidum eſt, quod Leander nunc* Nicodro *vocari ait. In Brutiјs, ſiue Calabria eſt. Vide* MEDAMA.

NIDA, *Indiæ fluuius, ſi fides Iſidoro.*

NIDVM, *Angliæ vrbs, apud Antoninum:* Neath *apud Camdenum.*

NIGA, *vide* NEGA.

NIGÆA, *vide* NISÆA.

NIGAMA, *vide* NICAMA.

NIGBENI νιγϐενοὶ, *populi in Africa Propria; apud Ptol.*

NIGER *Lapis,* μέλανος λίθος, *Ægypti mons, Ptolemæo.*

NIGER *Mons, in Gallia, Gregorio Turonenſi: Hiſtoriar. 4.*

NIGER *Tumulus, Nicetæ. circa Thraciam.*

NIGETIA, *circa Aſſyriam & Mediam vrbs, Laonico.*

NIGILGIA νιγιλγια, *Ptolemæo eſt Mauritaniæ Cæſarienſis opidum.*

NIGINTIMI νιγίντιμοι, *Ptolemæo ſunt Africæ Propriæ populi. Hos Villanouanus putat* CINITHIOS *Taciti, &* ETHINOS *Plinij eſſe. Ego Cinithios Taciti* CINETHIOS κινήθιοι, *Ptolemæi credo.*

NIGIR νίγειρ, *Libyæ amnis, apud Ptolemæum.* NIGER *Solino eſt; quem dicit ab indigetibus* ASTAPVM *vocari.* Gambra *hodie vocatur, ſi Iouio fides ſit. Arabibus* Hued Nijar *dici, ſcribit Marmolius.* NIGIRA *metropolis, ad eundem fluuium eſt Ptolemæo. Vide* ASAMA, NILVS, & TIL.

NIGIRA, *vide* NIGIR.

NIGIZVBITENSIS *loci, in Africa, meminit Coll. Carthag.*

NIGRAMMA νίγραμμα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.* NIGRANIGAMMA *legunt interpretes.*

NIGRAM *Regionē, nominat Galenus lib. De bonitate aquæ, cuius aquam ſcribit accendi ab igne. Circa Medos eſt.*

NIGRI, *vide* ÆTHIOPES.

NIGRIS *Fons, apud Heſperios Æthiopes, qui Nili caput à pluribus putatur: teſte Plinio.* NIGRITIS *Palus fortè Ptolemæi. vide* NILIDEM.

NIGRITÆ νιγρῖται, *Aethiopes ſunt Ptolemæo & Plinio.* NEGRETES νήγρητες, *ſunt apud Dionyſium. Plinius quoque* NIGROES *habet, diuerſos fortè ab his Nigritis.* MELANAS *videtur eoſdem Nigritas appellare Callimachi Hymnus in Cererem.* NIGRITIS *Palus ibidem eſt Ptolemæo.*



NIGROÆ, *Aethiopiæ populi, quorum rex vnum oculum habet in fronte. Plinius.*

NIGRONIS *Mons, in Palæſtina. Guil. Tyrius 2. cap. 11.*

NIGRO PVLLO. *ſic in tabula Peutingeriana. Circa Batauiam. Lege quæ adnotauit M. Velſerus.*

NIGRVM *Prom. vide* ACRITAS.

NIGVZA νιγυζα, *Ptolemæo Mediæ vrbs eſt.*

NILEVS, *vide* NELEVS, & THONIS.

NILIDEM *Lacum, in monte Inferioris Mauritaniæ, non procul ab Oceano, habet Plinius & Solinus. vnde Nilum fluuium originem habere, putauit Iuba rex. Fortè idem cum Nuchul.*

NILOPOLIS νειλόπολις, *iunctim Ptolemæo:* NILOS *vrbs,* νεῖλος πόλις, *diuiſim, Stephano: Aegypti vrbs. Huius mentio quoq; apud Euſebium lib. 6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 34. ſed diuiſim quoque: cuius epiſcopum Chæremonem nominat.*

NILOPTOLEMÆVM νειλοπτολεμαιον, *locus Aethiopiæ, ad Barbaricum ſinum. Arriani Periplus.*

NILVS νεῖλος, *Africæ fluuius celeberrimus, & totius Orbis maximus, à nullis ſcriptoribus non litteris nobilitatus. Hic antea* ÆGYPTVS, OCEANVS, SIRIS, TRITON, ASTAPVS ἄσαπος, & ASTABORAS ἀσαϐόρας, *dictus fuit, Plinio auctore.* (TRITON *eum vocat quoq; Apollonius 4.) Item* ÆTVS ἀετός, *i.* AQVILA, *Diodoro & Lycophroni. A Vitruuio vocatur* DYRVS, *vbi ex Atlante oritur; deinde* NIGIR. MELAM μέλας, *nonnullis dici ſcribit Euſtathius, & Plutarchus de Fluminibus. Item Stobeus de Morbis.* MELO *habet Feſtus.* CHRYSORRHOAS, *quaſi aurifluus, à Cedreno & Epiphanio appellatur.* SYENE *à Dionyſio.* NOYM *ab Aegyptiis vocari apud Orum Apollinem legitur.* GIRISANTEM *per milliaria aliquot nominatum, tradunt Zieglerus & Wiſſenburgius, ex deprauato Plinij codice, quo loco reſtituit Barbarus,* Siris vt antè, *lib. 5. cap. 9. eſt.*
„ *Plinius non antea Nilum dici, quam ſe totum aquis con-*
„ *cordibus iunxerit, inquit. Idem Vitruuius. Heliodorus quo-*
„ *que idem velle videtur, lib. 10. hiſtoriæ ſuæ Aethiopicæ, vbi Meroën, eius inſulam depingit. Eius fontem* PHIALA *nuncupari, Solinus ex Plinio auctor eſt. Ioſephus Nilum* GEON γεὼν, *nominat. In Sacris etiam litteris* PHISON, & SIHOR *nomine cognitum, nobis doctiſſimus Arias Montanus communicauit. Sil. Italicus lib. 1. Nilum,* LAGEVM (*Periphraſticos vt puto, à Ptolemæo Lageo Aegypti rege*) *vocat, in Libyæ deſcriptione:* Terminus hinc
„ *roſeus amnis Lageus ad ortus Septeno impellens tumefa-*
„ *ctum gurgite pontum. Beniamin eum* Piſſon *vocat.* Ab-
„ bahuis *dici, Iouius:* Gihon, *Fern. Aluareſius tradit. Ioannes Barrius dicit ab Abyſſinis* Tacui; *vbi verò in duo ſe findit, (Meroën inſulam efficiens) & Aſtapi atque Aſtaboræ nomina, Ptolemæo auctore ſortitur. ab accolis* Taccaſij, & Abanhi *indigitari. Marmolius ſcribit Nilum ab Africanis* Nil, *ab Abyſſinis verò* Abanhi *vocari. Theueto auctore multa habet noua nomina: Aethiopibus enim* Gihon, *Iudæis* Sihor, *Arabibus* Aloadexton, *Georgianis* Mahara, *aliis* Bahar-ennil *dici ſcribit. De Nilo quædam apud Pauſaniam Eliacorum 1. & Vitruuium 8.*

NILVS *regio quædam dicitur in Aethiopia, Straboni. Eſt & vrbis nomen: de qua vide* NILOPOLIS.

NILI *Oſtia ſeptem ſunt, Pomponio, Straboni, Diodoro, & Herodoto. Ptolemæus nouem numerat, inter quæ duo falſa vocat: Plinius vndecim, ſed quatuor falſa: Herodotus ex ſuis ſeptenis duo falſa eſſe dicit. Nomina ſunt* HERACLEOTICVM, PELVSIACVM, SEBENNITICVM, TANITICVM, PHATNITICVM, MENDESIVM, & BOLBITINVM: DIOLCOS, & PINEPTIMI *nominat ſolus Ptolemæus:* NAVCRATICVM *Plinius. Sed ad ſynonyma:* PATHMETICVM παθμητικὸν, *Ptolemæo,* PHATHMICVM φατμικὸν, *Straboni & Diodoro eſt, lib. 1. ſed idem lib. 20.* PHAGNETICVM φαγνητικὸν *legit; idq; falſum vocat. Idem videtur* BVCOLICVM βυκολικὸν, *ab Herodoto vocari.* HERACLEOTICVM *etiam* CANOBI-





CVM *dicitur Pomponio;* CERAMICVM *Athenæo. &* NAVCRATICVM *fortè Plinio.* TANITICVM, *Strabone teſte, aliquibus quoque* SAITICVM *nominatur:* TANICVM *habet Mela.*

NILI *Venas, ſcopulos in Ægypto, ſic dictos, habet Seneca 4. Naturalium. Vide* MOPHI.

NIMBLIS, *inſula non procul à Gyaro: quam Callima-*
„ *chus* AGATHYRSAM *vocat. Hæc verba ſcribit Car.*
„ *Stephanus in ſuo Dictionario: neſcio vnde petita. fruſtraq; dum apud veteres quæro: corrupta & ſumpta experior ex Plinij 4. cap. 12. pro his,* nobilis à Callimacho Agathuſſa appellata. *Adi ipſum locum, & iudica lector. vide* TELOS. *de ea enim hæc Plinij verba.*

NIMETACVM, *deſcribitur ab Antonino in Itinere inter Caſtellum, & Coloniam Agrippinam.* Lens *Arteſiæ vrbs eo loco eſt, niſi fallant paſſuum numeri.* Mainy *in agro Inſulenſi tamen putat Meyerus.* NEMETACENSIVM *Atrebatu meminit lib. Notit. in Belgica Secunda.* METACVM *Ptolemæi videtur M. Velſero.*

NIMIS, *vide* MINIVS.

NINÆA νίναια, *Oenotriæ vrbs mediterranea, Suidæ, & Stephano; Gab. Barrius ſcribit* NINETVM *Latinis, &* Donato *vulgo dici.*

NINGVN, *vel* MINGVM, *vtroque enim modo legitur apud Antoninum; vt Simlerus inquit; qui* Mugiam *interpretatur, Iſtriæ vrbem.*

NINIA νινία, *Dalmatarum opidum Straboni.*

NINICA, *vide* NECICA.

NINIVE, *Aſiæ vrbs; Hebræis* RAHABOTH *dici, ſcribit Ar. Montanus. Ptolemæus eam* NINVS νῖνος, & NINEVE νινευὴ, *appellat, inq; Aſſyria locat. vt quoque Ammianus, qui eam Adiabenæ adſcribit Plinius 6. cap. 13. flumini Tigri imponit.* NINOS *Aſſyriæ vetuſtiſſimam vrbem, habet Tacitus 12. Annal. & Philoſtratus 1.* Muſſula, *& quibuſdam* Moſſe *nominari, tradit Niger.* Moſal *vocat I. Leo. Muſulam ciuitatem habet Simeon Sethi vnde optimum cinamomum aduehitur. an eadem ſit mihi non conſtat. D. Hieronymus in locis Hebraicis, duas huius nominis vrbes facit: vnam Aſſyriorum, ab Aſſur ædificatam: Aliam in Arabiæ angulo, ſuo tempore corruptè* NENEVEN *vocatam. Niniuen Aſſyriæ tetrapolim facit An. Viterbienſis: eamq; exſtructam dicit ex* FORA, CALE, RESEM, & NINIVE. *In Aethici ſophiſtæ libro nondum typis edito leguntur hæc verba:* Niniuem
„ *quam philoſophi* ARCHOCHIRAM *nominant. Sui-*
„ *das dicit Semyramidem Niniuen mœnibus cinxiſſe: & mutato nomine* BABYLONEM *vocaſſe. Euſebius in ſuo Chronico dicit Niniuen ſuo tempore Niſibin dictam. ſed malè, vt puto. hic liber enim valde deprauatus, in propriis imprimis nominibus. neque hoc in meo pergameno (quod melioris notæ habeo) lego. A quodam indocto itaq; inſertum, veriſimile.* Cheria *vrbem habet Laonicus, quam aliqui (vt ipſe addit) antiquitus Ninum fuiſſe opinantur.*

NINIVE, RHOBOTH, CHALACH, *tres vrbes à Nemrotho conditas, habet Cedrenus.*

NINOE νινόη, *vrbs in Caria;* APHRODISIAS ἀφροδισιὰς *dicta: à Pelaſgis Lelegibus ædificata; propterea etiam* LELEGVM VRBS λελέγων πόλις *vocata eſt. Poſt autem* MEGALOPOLIS μεγαλόπολις, *id eſt,* MAGNA VRBS. *Hæc Suidas & Stephanus.*

NINTIACVM, *vide* MINATICVM.

NINVS νῖνος, *Lyciæ fluuius, Stephano. Vide* CALBIS, & NINIVE.

NINVS *Vetus, Comagenæ vrbs, Ammiano.*

NIOBE, *Laconicæ fons. Plinius.*

NIOBES *lachrymæ. vocatur aqua fluens ex Phrygiæ quodam promontorio; quod quidem longè diſtantibus ſimile mulieris faciei apparet. Hoc habet Euſtathius ex fabulis.*

NIOSSVM νίοσσον, *Sarmatiæ Europææ vrbs. Ptolemæus.*

NIPHADIS *Petra, vide* ÆGALEON.

NIPHAGRÆ νιφάγρη *Pierum murus. Herodotus 7. malè, &* PHAGRES φάγρης *legendum docuit Leopardus in ſuis Emendationibus.*



NIPHANÆ *regionis, mentio eſt, in Pandectarum libro 32.*

NIPHANDA νιφάνδα, *Paropaniſi vrbs apud Ptolemæum.*

NIPHAS, *vide* ÆGALEVM, CAVCASVS, & CYNAPES.

NIPHATES, *Meſopotamiæ pars eſt, ſi fides Probo ad 3. Georgicor. vide* NYMPHATES, & TAVRVS.

NIPHAVANDRA νιφαυάνδρα, *Mediæ vrbs, Ptolemæo.*

NIPISTA, *vide* NEPISTA.

NIPSA νίψα, *Stephano Thraciæ opidum. ex quarto Herodiani. Subdubito, nam hinc Mypſæi, quorum meminit Herodotus quarto. Pro Heradiani itaq;* Herodoti *legendū.*

NIRETHINE, *vide* NITHINE.

NIRIDANVM *Monaſterium, habet Beda. haud procul à Neapoli Campaniæ. Cuius Epiſcopus Hadrianus Afer.*

NISA νίσα, *Myliadis in Lyciæ vrbs, Ptolemæo. Fortè hæc* NESAIS νησαΐς, *Strabonis 12. vbi Xylander Nyſæa vertit.* NISAM *locum in mari Rubro ſitum, habet Suidas, ex Orpheo. in voce* ἵππος νισαῖος. *Cappadociæ, Antonino. Vide* HIPPOBOTVM, MEGARA, PARNASSVS, NYSA, & NYSSA.

NISÆA νισαία, *Margianæ vrbs, apud Ptolemæum.* NIGÆA *legit idem, lib. Geographiæ 8. Vide* NISSÆA.

NISÆI, *Ariæ regionis gens, apud Ptolemæum.*

NISÆVM, *vide* HIPPOBOTVM.

NISBARA, & NISCHANABE, *Perſarum vrbes, quas Tigris diuidit. Zoſimus 3.*

NISCHANABE, *vide* NISBARA.

NISERGE νισέργη, *Perſidis vrbs. Ptolemæus.*

NISIBES, *vide* NISIVES.

NISIBIS νίσιβις, *regionis in Meſopotamia nomen, Ioſepho 20. Antiq. cap. 2. In eadem quoque* NISIBIS *vrbs: quæ &* ANTIOCHIA *Mygdoniæ nominatur. ad Tigrim fluuium, ſub Maſio monte, haud procul ab Amida. huius meminere Ioſephus loco dicto, Ptolem. 6. Strabo 11. & 16. Plutarchus in Lucullo, Plinius 6. cap. 13. Tacitus 15. Annal. Procop. 1. Perſ. Dion. 35. Xiphilinus in Seuero, Capitolinus in Gordiano. Treb. Pollio in Tyrannis, Eutropius 6. Socrates Scholaſticus 7. cap. 18. Euagrius 7. cap. 8. & 9. Ammianus, Suidas & Stephanus, qui eandem etiam* NASIBIN & NESIBIN *vocat.* NETZABIS *eſt apud Ben. Tudelenſem.* NISIBENA CONSTANTINA *eſt in lib Notit. In Goltzij Theſauro hæc ſcriptura* IOY. CEP. KOΛΩ. NECIB. MET. *id eſt.* IVLIA, SEPTIMIA COLONIA NESIBIS METROPOLIS. *Ioſephus 18. Antiq. cap. 12. habet* NISIBIN *ad Euphratem, circa Babyloniam, vt videtur. Huius, quod ſciam, apud nullum alium mentio. In Aria, Aſiatica regione, quoque* NISIBIS *Ptolemæo.* NIZIBIS *per z. ſcribitur in Codice Theodoſiano. Vide* ANTIOCHIA, & ACABENE.

NISICATES, & NISITAS *populos, habet Plinius in Aethiopia ſub Aegypto. quod ſignificat ternorum & quaternorum oculorum viros: non quod ſic ſint, ſed quia ſagittis præcipua contemplatione vtantur.*

NISIOBENSES, *ſunt in nummo æreo meo, Traiani Imp.*

NISIS, *vide* NESTVS.

NISISTA νίσιστα, *vrbis nomen. in Sanctionibus Pontificiis, Imp. Orientalium. Circa Epirum videtur.*

NISIVES, *in Africa Propria gens, apud Plinium.* NISIBES νίσιϐες *ſunt Ptolemæo.*

NISOPE νισώπη, *Lesbi inſula, quæ Sigrim portum efficit. Stephanus.* NESIOPE *legit Suidas. alteruter vitioſè.*

NISSA, *vide* MEGARA.

NISSÆA νίσσαια, *quæ &* MEGARA μέγαρα, *quoq; appellatur Ptolemæo. Achaiæ vrbs eſt, ad Sinum Saronicum; quam Thucydides & Strabo per ſimplex s. ſcribit; &* MINOA *quoque nominari addit,* Saloia *Sophiano dicitur. Miſæi* μισαῖοι, *pro Niſæi corruptè legitur apud Diod. 11. vbi ſcribit Thraſideum profugiſſe ad Megarenſes, Miſæos cognominatos. Vide* MEGARIS.

NISSOS, *opidum circa Pallenen, Macedoniæ peninſulam. Plinius.*

NISTRA, *Laonico vrbs quædam, circa Illyricum.*

NISVA νίσυα, Ptolemæo Africæ Propriæ ciuitas maritima. MISVA Plinij videtur. Nubia hodie, Fazello eſt. Vide MESSVA.

NISVETÆ, populi Rhodienſibus auxiliares, ſunt, apud Liuium.

NISVM, vide NESTVS.

NISVS, Comagenæ vrbs, Antonino. Νίσ☉, etiam Atticæ locus videtur apud Thucidem 4. Vide HITVS.

NISYRVS νίσυρ☉, Rhodiorũ inſula, Plinio: qui (ex Apollodoro) dicit eã à Co inſula abruptam, & quoque PORPHYRIN πορφυρὶς, vocatam. Pone Cnidũ eam deſcribit Strabo. de hac vide Suidam, qui ſcribit ſuo tempore à piſcatoribus etiamnum ſic appellari. Nunc Niſare nominari, tradit Sophianus. Strabo præter hanc habet alias exiguas Niſyriorum inſulas. NISYRVS etiam vrbis nomen in Carpatho inſula. Euſtathius & Strabo. Vide CALYDNA.

NITAZVM, Galatiæ vrbs, apud Antoninum. HITAZVM, alius codex.

NITERIS, Natio Africæ Interioris, à Corn. Balbo deuicta. Plinius.

NITHAGOV, Germaniæ tractus: in qua Eginhartus Hecg ſtadt, Vrſella, & Suntiligna loca deſcribit. lib. 3. tranſlationis SS. martyrum Marcellini & Petri.

NITHINE, vel NICHINE, Ægypti vrbs, apud Antoninum. qui eandem quoque NICIV vocat. NIRETHINE quoque vetus liber excuſus legit. Vide NICII.

NITIBRVM, opidum Africæ Interioris, quod Plinius ſcribit à Corn. Balbo deuictum.

NITICE, vide NECRETICE.

NITIOBRIGES, Celtarum populi apud Cæſarem. Montpellier & eius territorium hodie, vt Marlianus & Poldus docent. Latini recentiores MONTEMPESSVLANVM vocant. Mons Puellarum, item Mons Piſculanus à nonnullis dicitur, vt ſcribit Cœnalis. Mons Tremulus appellatur à Beniamino Tudelenſi. Hanc vrbem olim SVBSTANTIONEM vocatam, neſcio qua fretus auctoritate, prodat Blondus, Primæ Decadis libro decimo. Vide AGATHA, & ANTOBRIGES.

NITOBRICA, vide NERTOBRIGA.

NITRA, vide NITRIÆ.

NITRÆÆ νίτραιαι, locus Aegypti, Stephano. vnde NITRIOTES Nomus, apud Strabonem.

NITRAN, Palæſtinæ tractus videtur apud Serapionem: ex Dioſcoride. vbi granum ben prouenit.

NITRIA νιτρία, mons in Aegypto, circa Scetim, Nicephoro Calliſto 11. cap. 30. & Socrati in hiſtoria Eccleſiaſtica ſæpius. D. Hieronymus huius non ſemel meminit. Inter Nitriam & Alexandriam eſt Maria lacus; teſte Palladio, in Lauſiacis. A nitro huic nomen, nam in hac continentia nitrarias egregias deſcribit Plinius, & Sozomenus. Adi de hoc loco Philonem Iudæum in Vita contemplatiua: item Iſidorum 16. cap. 2. Vide SCETIN.

NITRIÆ νίτριαι, emporium in India intra Gangem: Ptolemæo. NITRA interpretibus.

NITRIOTÆ νιτριῶται, ſunt Ptolemæo, in Libya. An à Nitria monte?

NITRIOTES, vide NITRÆÆ.

NIVALIS, vide NIVIGELLA.

NIVARIA, vna ex Fortunatis inſulis, Plinio. Teneriffa, Nigro: Gomera, Andreæ Baccio, ex Alexandro Gerundino Epiſcopo (vt ipſe inquit) videtur, cui magis fidendum. NIVARIA, etiam Hiſpaniæ vrbs, inter Salmanticam & Compluticam, Antonino.

NIVERNIVM, Galliæ vrbs, Greg. Turonenſi 8. Niuers hodie. Vide NOVIODVNVM.

NIVESDVM, ſiue Niueſdonck, villa quam vulgus LEDONEM appellauit. Ab vno latere reſpicit Taxandriam, ab altero Rienſem prouinciam. Amnis Netha eam medius interfluit. Hæc in vita S. Gummari. LEDO vocari in Appendice ad D. Auguſtini de Mirabilibus Sacræ ſcripturæ, annotauit quoque ad eiuſdem vitam Molanus. Hæc vrbs in Brabantia eſt, & hodie Lierre dicitur. VIVESDVNC alibi lego.



NIVIGELLA. vocatur in S. Northerti vita, ea Brabantiæ vrbecula, quam incolæ Niuelles nominant. NIVALIS vocatur à Lichtenauio.

NIVISIVM, vide NOVÆSIVM.

NIVOMAGVM, vel, vt alij legunt, NOIOMAGVM apud Auſonium. Ad Moſellam vrbs eſt, quam hodie Numagen appellari, ibidem intellexi. MOSOMAGVM (ſi ſincerus ſit locus) puto dici apud Lupum, in vita S. Maximini. Huius Moſomagi mentio quoque fit in archiuo quodam, apud Floardum.

NIZIBIS, vide NISIBIS.

NO, Ezechielis 30. Nahum 3. ALEXANDRIA Aegypti eſt, D. Hieronymo & Chaldæo. Dioſpolim vertere 70. interpretes. quæ eadem cum Thebæ. Septuaginta interpretes AMMON legunt apud Nahum. ab Ammone Ioue mihi veriſimile. Diodoro enim teſte Ioui Ammoni templum fuit aureum erectum in Thebaide. Vide NOO.

NOA, Palæſtinæ locus, Ioſue 19. per A. in prima 70. interpretib. Eſt etiam Arabiæ Felicis vrbs, apud Pſeudoberoſum, qui circumfertur.

NOÆ νόαι, Siciliæ vrbs. Stephanus & Suidas. An NOOENI Plinij?

NOARATHA, locus apud Ioſuam 16. Per A. in prima 70. interp.

NOARVS, vide SAVVS.

NOAS, Scythiæ fluuius. Val. Flacco, & Herodoto, cui Νόης eſt, in Danubium ſe exonerans; quẽ Peucerus hodie Sithnizum vocari putat.

NOB νώβ, 2. Samuel. 22. GOB. D. Hieronymo. Loci nomen. And. Maſius putat eandem vrbem cum ANAB. quam D. Hieronymus dicit Beth-anoba vocari. Vide NOBE.

NOBA, vide NOVA, & NOMBA.

NOBÆ, vide PYGMÆI.

NOBATÆ, gens Aethiopiæ, circa Nilum, ad Oaſim ciuitatem. Procopius 1. Perſicorum. NVBÆI fortè alijs.

NOBANA, vide NOVANA.

NOBE, Sacerdotum ciuitas, in Tribu Beniamin. Bochonopolis Burchardo dicitur. Guil. Tyrius 14. cap. 8. ſcribit vulgari nomine Bettemuble vocari. Eſt caſtellum ibidem exſtructum, quod Arnaldi nomen habet. Alia NOBE eſt in tribu Manaſſis, quam idem Burchardus Bethonopolim vocat. Nobe à 70. interpretibus ναϐὰ dicitur, Iudicum 8. & eadem ναβὼθ, Numeri 32. Vide NOB & NOMBA.

NOBILIA, & CVSIBI, Oretanorum opida in Hiſpania, ad Tagum amnem. Liuius 35. NOLIBA legit Moralis in ſuis Antiquitatibus mendoséne, an ex vetuſti codicis fide, ignoro.

NOBENSES, & NOBICENSES, vide NOVA.

NOBILIACVM, ſuburbium quoddam, ciuitatis Atrebatium. antiquitus ISIC dictum. Meyerus. Huius memoria eſt quoque in S. Vedaſti vita. Item in Hadulphi, apud Molanum. Monaſterij S. Vedaſti vetus nomen eſſe, ex Papirij Ioanne VIII. Pontifice didici. NOBILIACENSEM Pagũ, vrbis Turonicæ, in Gallia, habet Greg. Turonenſ. 2. Martyrum.

NOBOPYRVS, vrbs Mœſiæ, apud Laonicum 7.

NOBVNDÆ, gens Indica, Plinio.

NOCETVM, circa Matronam fluuium villa: in Gallia. Greg. Turonenſis, & Aimoinus.

NOCHETI, Arabiæ Felicis, ad Perſicum ſinum, populi. Plinius.

NOD, vide NAID.

NODINVM, fluminis nomen in Italia videtur, apud Ciceronem 3. Naturæ Deorum.

NOEGA VCESIA νόιγα ὐκέσια, Cantabrorum in Hiſpania Tarraconenſi, vrbs, Ptolemæo, & Straboni. ſed hic, vt Plinius & Mela tantùm Noega habet; Nauia Cluſius vocat. & Villanouanus apud Ptolemæum pro flumine intelligit, & addit SANGAM Plinij eſſe: quo loco, in caſtigatioribus codicibus SADA legitur. quod infrà annotauimus, in dictione SALIA.





NOELA Plinij, ſiue NOVIVM νουίον, Ptolemæi, opidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, quod Artabris adſcribit. hodie Hiſpanis Noya dicitur: vt Florianus, & Cluſius ait.

NOELÆ, & NOEGLÆ, Coloniæ Celtiberorum Hiſpalorum. PſeudoBeroſus.

NOEODVNVM νοιόδουνον, Ptolemæo Aulirciorum Diaulitarum in Gallia Lugdunenſi vrbs; quæ Villanouano, in ſuo Ptolemæo Leondoul.

NOEMAGVS νοιόμαγ☉, Vadicaſſiorum in Gallia Lugdunenſi opidum: Ptolemæus. Alia eidem, Lexubiorum in eadem Lugdunenſi, quæ S. Saluator Villanouano. Vide NEOMAGVS.

NOES, vide NOAS.

NOESIA νοισία, prope Rhodum inſula eſt, Euſtathio. Vna ex Sporadibus.

NOCRVS, vide MOGRVS.

NOLA νῶλα, Picentinorum vrbs, in Italia, Ptolemæo, Diodoro, Straboni. In Samnio ponit Epitoma Liuij 89. Amicam Romæ dicit D. Paulinus in S. Felicis Natali tertia. Colonia Auguſta eſt apud Frontinum. Nomen retinet. νωλυγαῖοι, corruptè apud Polybium 2. videtur.

NOLASENA νολασήνη, Armeniæ Minoris, in Lauiniamenſi præfectura, Ptolemæo. NOSALENA legunt interpretes.

NOLON flumen, circa vrbem Berecynthiam. Feſtus in dictione Roma. Vide MOLON.

NOLYNADES, vide NOLA.

NOMA νομὰ, Palæſtinæ locus. Ioſue 15. NEAMA legit D. Hieronymus. NOMA Petrenſis, in Africa, teſtis Coll. Carthag. Sed NOBA ſiue NOVA legendum puto. Vide NOVA.

NOMADES, Plinio. Aſiæ populi, ad ſiniſtrã, in Caſpium intrãti, à noſtris hodie appellantur DAÆ, & cognomento PARNI, inquit Strabo. cui quoque cum Stephano, in Arabia Felici. NOMADES Iſtrum accolentes, habet Plutarchus de Oraculorum defectu. In Africa quoque quidam NOMADES, quos ZVPHONES ζούφωνας, vocant. Diodorus 20. Νομάδες, Græci vocant, quos NVMIDAS nominant Romani. Sic Appianus in præfatione. Circa Lixum fluuium eos deſcribit Hanno. Vide NVMIDIA, SCYTHÆ, & SARACENI.

NOMÆI νομαῖοι, Thraciæ populi, qui poſtea SCYTHÆ dicti fuere. Stephanus. NOMÆA Gens in Libya: Aeliano 17. Animalium, cap 27. quam ſcribit exſtinctam à leonibus.

NOMANTIA, vide NVMANTIA.

NOMAS, Sarmatiæ Europææ fluuius videtur, apud Val. Flaccum 4. ad finem: „ Quas Tanais flauusq; Lyces, Hypaniſque Nomaſq;, addit opes. „ NOMAS νομας, locum Siciliæ, habet Diodorus 11.

NOMASTÆ νομᾶσαι, Ptolemæo in Scythia intra Imaum gens. NAMASTÆ per A. in prima, legunt interpretes.

NOMATIS Ager, in libro Limitum. an Siciliæ? à Noma?

NOMBA νόμβα, Iudææ vrbs. Stephanus, ex Ioſepho, 8. Antiquit. vt addit. Sed NOBA ſine M. hic legit lib. 1. cap. 14.

NOMENTANA, vide NVMENTANA.

NOMENTVM νώμεντον, Latinorum mediterranea vrbs, apud Liuium & Ptolemæum. Νωμεντος Stephano eſt. Duodecimo ab Vrbe lapide eſt, vt tradit Rhegino. Lamentana Leandro eſt. NOMENTANVM Rus, decimo lapidis diuerticulo ab vrbe. Plinius 14. cap. 4. & Aemil. Probus in Pomponio Attico.

NOMICIVS, vide NVMICIVS.

NOMII νομία, montes Arcadiæ, apud Pauſaniam.

NOMISTERIVM νομιςήριον, Germaniæ vrbs. Ptolem.

NOMMANA. vide COMBANA.

NOMVS νόμος, locus in Attica. Sophoclis Scholiaſtes, in Oedipo Coloneo. In NOMIS diſtinguitur Aegyptus, Ptolemæo. quas PRÆFECTVRAS interpretatur Plinius.

NONA Fons, dicitur CALLISTO. Sic Heſychius.

NONACRIS νώνακρις, vrbs Arcadiæ eſt apud Pauſaniam,



Herodotum, & Stephanum. NONACRIA Euſtathio. ONONACRIN quondam appellatam, apud Hermolaum in Plinium lego. Vitruuius regionem ſic vocat. Ex huius montibus Styx aqua frigidiſſima promanat, vt habet Suidas. NONAGRINVM Nemus habet Ouidius 2. Faſtor. per G. Montem habet Lutatius Placidus, in 1. Metamorph.

NONAGRIA, vide ANDROS.

NONAGRIS, vide NONACRIS.

NONASINVENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag. Vide NOVA.

NONIGENTVM, vide ALISIVM, & NOVIGENTVM.

NONYMNA νώνυμνα, Siciliæ vrbs ex Philiſto Stephanus, & Suidas.

NOO, Thebæ Ægyptiæ ſunt, vt credit Matth. Beroaldus. Vide NO & ALEXANDRIA.

NOOENI, vide NOÆ.

NOORDA, locus ſub Perſarum imperio, vltra Tigrim. Zoſimus 3. An Nearda Joſephi?

NOPH, Ezechiel, 30. Memphis interpretatur à D. Hieronymo, & Chaldæo. Vide MEMPHIS.

NOPHACH, & NOPHE, Chaldæus: IOPHE legit D. Hieronymus. Num. 21. Locus in deſerto.

NOPHETH vrbs Ioſue 17.

NOPIA νωπία, Thebaica vrbs in Bœotia. ex qua Amphiarai templum iuſſu oraculi traductum eſt in Tanagram Bœotiæ. Epitome Strabonis 9. CNOPIA eſt apud ipſum Strabonem.

NORA νῶρα, Ptolemæo, Stephano, & Pauſaniæ, Sardiniæ vrbs. NVRA apud Antoninum legitur. Leandro Caluiri dicitur. NORVS eſt Solino. & NORENSES habet Plinius. ab Iberis ædificatum ait Pauſanias. NORA, caſtellum Phrygiæ, Diodoro 18. & Aemil. Probo in Eumene. in confinibus Cappadociæ & Lycaoniæ: Plutarcho in Eumene. Strabo illud Cappadociæ adſcribit, ad Taurum montem, quam ſuo tempore NEROASSVM νηρόασσ☉, vocatam ſcribit. Locus quoq; ſic dictus eſt, 1. Paralip. 7. NORA, (Ora legit recentior codex) Indiæ vrbs, Q. Curtio 8. quam Alex. Magnus in deditionem redegit. Vide ORA. hanc enim veram ſcriptionem aio.

NORACVS νωρακος, Pæoniæ vrbs. Stephanus. ex Epaphrodito. Aldinus codex melius Παννονίας. Et ſic legit Suidas, qui inde optimum ferrum prouenire addit. Carnuntum eſſe, putat B. Rhenanus.

NORBA vrbs, & NORBANI populi ſunt Plinio in Italia. De his ſic Liuius 2. „ Norbæ in montes nouam coloniam miſerunt, quæ arx in Pomptino eſſet. „ In Campania hæc eſt, vt videtur ex eodem lib. 32. Latini nominis vrbem facit Halicarnaſſeus 7. NORBANENSES habet etiam Plinius: ſed in Calabria.

NORBA CÆSAREA νῶρϐα καισάρεια, Luſitaniæ mediterranea vrbs, Ptolemæo. NORBENSIS colonia Plinio. Alcantara hodie vocatur, Varrerio, Tarapha & Cluſio teſtibus. quibus tamen reclamat Moralis in ſuo Hiſpaniæ chronico. Vide NORBE.

NORBANI, & NORBANENSES, vide NORBA.

NORBENSES, vide NORBA Cæſarea.

NOREIA, Plinio Tauriſcorum opidum, vbi, vt Strabo ſcribit, auri lauacra, & ferri ſecturæ ſunt, & apud quod Cn. Carbo inani conatu cum Cimbris conflixit. Goritia Leandro, ex Amaſæo. Goertz Lazio dicitur. quod idem eſt, differenti vernaculo. Cæſar Noreiæ etiam meminit, ſed alia videtur ab hac.

NORDVMBRI, Angliæ inſulæ gens, quæ diuiditur in duas prouincias. Deirorum nempe, & Berniciorum: teſte Beda.

NORENSES, populi Sardiniæ Plinio. Mara hos vertit Pinetus. vide NORA.

NORICA, vide NORICVM, & NOROPES, & GEPIDI.

NORICÆ Alpes, vide IVLIÆ.

NORICVM, Germaniæ regio, quam Ptolemæus definit

Aeno flumine, Danubij parte quæ eſt ab Æno ad montem Cetium, monte Cetio, Pannoniæ parte & monte Curuanca. Sed poſtquam Boij exactis Romanis in partem Vindeliciæ, quæ inter Lycum & Aenum iacet immigrarunt, euenit vt is etiam tractus, tum Norici, tum Boariæ ſiue Bauariæ nomen acciperet. Quo ſenſu, (vt ſuis litteris ad me M. Velſerus monuit) eam Diaconus 3. Longobard. deſcribit, his verbis: NORICVM ſiquidem prouincia quam Boioariorũ populus habitat, habet ab Oriente Pannoniam, ab Occidente Suauiam, à Meridie Italiam, ab Aquilonis verò parte Danubij fluenta. Beyern/ ſiue Bauaria nunc. Noricorum duas prouincias numerat Sex. Ruffus, item Lib. Notit. MEDITERRANEVM, & RIPENSE. NORICVM Ripenſe. huius meminit lib. Notit. Ex eo Auſtriæ tractum facit Lazius, qui eſt à Patauio, Viennam vſq;, vulgoq; Hauſruck dicitur. (NORICVM apud Zonaram non ſemel legitur prauè, pro ORICVM: vt & hoc obiter annotem) NORICVS ager, & NORICA vrbs. Cæſar de bello Gallico I. Hi fortè ſunt NORI corruptè, apud Cæſarium fratrem Nazianzeni. νόεικον, etiam Phrygiæ vrbs, iuxta Satyri ſepulcrum. Plutarchus de Fluminibus. NORICOS olim TAVRISCOS vocatos, ſcribit Plinius 3. cap. 20. Hodie apud hos eoſdem huius vocis multa ſuperſunt locorũ nomina, vt Krumler-Taurn/ Felber-Taurn/ Karn-Taurn/ &c. Vide CARNI.

NORINE, vide ORINE.

NORITÆ, vide ORITÆ.

NORITENSIS in Africa, meminit Coll. Carthaginenſ.

NOROPES νώροπες, gens Pæoniæ; nunc autem appellatur NORICA νωεικοὶ, æs elaborarunt, & primò ferrum purgarunt. Clemens Alexand. Stromatum I. & Euſebius de Præp. Euangel. Vide NORICVM & CARNI.

NOROSSI νοροσσοι, Scythiæ intra Imaum gens. & NOROSSVS ibidem mons. Ptolemæus. Vide SCYTHÆ.

NORTMANNI, vocantur à Sigeberto & eius ſæculi ſcriptoribus, omnes ferè Septentrionales gentes, vti ſunt Norwegiani, Suediani, & cæteri qui Scandiam pæninſulam atque Ruſſiam incolunt. Vide DANI.

NORTMANNIA, Galliæ regio, quæ antea NEVSTRIA vocabatur. Mich. Ritius, Maſſonus, & Crantzius. Lege ſi lubet Michaëlis Bruti epiſtolam ad Veſp. Gongazam.

NORVS, vide NORA.

NOSALA, & NOSORA, vide SOLIS Inſula.

NOSALENA, vide NOLASENA.

NOSCOPIVM, Lyciæ vrbs, apud Plinium.

NOSTANA νοσάνα, Ptolemæo Drangianæ opidum.

NOTHABRES, Africæ populos habet Oroſius. NATHABRES legit Codex pergamenus. Apud Æthicum hoc loco NATAVROS proditur. Vide NATHABVR.

NOSTIA νοστα, Arcadiæ villa; NESTANIA νεσανία, Ephoro dicitur. Suidas. ESTIANIA ἐστιανία, ſcribit Stephanus. & NESTANA Pauſanias.

NOTI Cornu νότου κέρας, promontorium ad ſinum Barbaricum. Ptolemæus.

NOTIA νωτιά, caſtellum Moglenis vicinum. Cedrenus, & Curopalates. In Macedonia circa Aedeſſam puto.

NOTITÆ, Meſopotamiæ populi, verſus Meridiem. Plinius.

NOTIVM νότιον, id eſt Auſtrinum, Hiberniæ promontorium eſt Ptolemæo. Cabo del mar Oliuario. Cara Dom. Nigro interpretatur. Cabo de Cler vocari hodie ex perito nauclero intellexi. Biarhead nautis appellari tamen ſcribit Camdenus. NOTIVM, Ioniæ vrbs, Heſychio & Stephano: Aeolidis Herodoto. A vetere Colophone diſtat XII. M. paſſ. vt teſtis eſt Liuius 37. NOTIENSES ſunt Ariſtoteli 5. Politicor. Apud Strabonem videtur Chij inſulæ, illi oppoſitæ. Plinius habet NOTIVM opidum in Calydna inſula, circa Rhodũ. Apud Ptolemæum Sinarum promontorium eſt. Vide CALYDNA, TYRRHENVM, & MARE RVBRVM.

NOVA vel AD NOVAS, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs: Antonino. D. Auguſtinus & Cyprianus quoque NOVAM in Africa (ni fallor Propria) habent. NOVA SPARSA, & NOVA PETRA, ibidem quoque apud Antoninum. NOVA GERMANIA, quoque ibidem eſt, in Canonibus concilij Carthaginenſis. Pro Noua NOBA legitur in Fragmentis M.S. Victoris Vticenſis, quæ habeo à Cl. V. Ludouico Hallero ab Hallerſteyn, in quibus ſæpius horum mentio: vt NOBENSIS epiſcoporum Paulli, & Verecundi: NOBICENSIS Donati: NOBASINENSIS Candidi: NOBALICIANENSIS Reducis, NOBACESARIS Victorini: NOBASPARTENSIS Felicis: NOBAGERMANENSIS Florentij: NOVABARBARENSIS Adeodati: VILLENOBENSIS Balei: OPIDONOBENSIS Benantij: CASTRONOBENSIS Vitalis: & AQVÆNOBENSIS Anaſtaſij. omnes in vna Africa: aut vt ipſe ait, Numidia. Vide ZIPH, ZIPHENE, & AVGVSTA NOVA.

NOVA vrbs, νεεοπολιος, circa Pallenen Thraciæ, Herodoto. Vide GEMINIANA.

NOVÆ νοῦαι, Myſiæ Inferioris vrbs, apud Ptolemæum, & Antoninum. Secundæ Mœſiæ eſt in lib. Notit. NOVENSIS Ciuitas eſt Marcellino Comiti. Eandem Antoninus in Aldino exemplari LEGI, BAL. cognominat, pro quo Simlerus LEGIO I. ITALICA legit. Nouomont Lazio eſt. Idem Antoninus habet alias NOVAS in Mœſia Superiori. NOVÆ quoque in Pannonia Secunda in lib. Notit. eſt. hæc AD NOVAS eſt apud Antoninum. NOVA etiam in Macedonia eſt Antonino, inter Apolloniam & Scampim. Eidem in Hiſpania, inter Aſturicam & Tarraconem. Vide ARSACIANA, & EVSTESIVM.

NOVÆ AQVILONIÆ, vel AQVILIANÆ, Africæ Propriæ locus, apud Antoninum.

NOVÆ AVLÆ, vel THEODOSIVPOLIS ciuitatis, meminit Chalcedonenſe concilium. cuius autem regionis, mihi non liquet. THEODOSIOPOLIM habet lib. Notitiarum in Meſopotamia.

NOVANA, Piceni vrbs, Plinio. NOBANA aliquot codicibus. Citta Noua nunc, vt placet Pamphilo.

NOVANTÆ νουάνται, Albionis inſulæ populi ſunt Ptolemæo. In Scotia ſunt Lhuydo, & Gallouidiani vocantur.

NOVANTRINVM, vide FORVM Nouantr.

NOVANVS fluuius, omnibus ſolſtitiis torrens, bruma ſiccatur. In Pitinate agro, trans Apenninum. ſic Plinius. In Piceno eſt. Vide FORONOVANVS.

NOVANTVM νουάντων, pæninſula & promontorium Septentrionalis partis Albionis inſulæ; apud Ptolemæum. Canter Boëthio, Kerdermouthead Mercatori; Cockermouth Villanouano nominatur. Buchananus ſcribit Mula .i. roſtrum vocari: Gallouidiæ promontorium.

NOVARIA νουαρία, Italiæ Tranſpadanæ opidum, Ptolemæo, & Plinio. Hoc olim, vt Cato in Originibus (vt vulgo inſcribitur libellus) refert, ARIA, LIBYA, & LEONINA, vocatum fuit. Nouara hodie, vulgò.

NOVASENNENSIS Epiſcopus Africæ, item NOVASVMENSIS. Coll. Carthag. Vide NOVA.

NOVDAVGVSTA νουδαυγοῦστα, Areuacarum in Hiſpania opidum, Ptolemæo. NOVA AVGVSTA Plinio.

NOVEM PAGI, Plinio Tuſciæ opidum mediterraneum, quod nunc Bagnarea dicitur, Leandro teſte. Decempagos malè legi apud Volaterranum, idem dicit. Vterque addit à iunioribus Latinè Balneoregium appellari, & à Deſiderio rege, RODA. Vide FORVM Claudij.

NOVEMPOPVLANA, Galliæ Aquitanicæ III. prouincia. A nouem populis ſic dictam ſcribit Maſſonus. Vibiſcis, nempe Vaſatibus, Medulis, Bois, Auſciis, Cõuenis, Conſuranis, Bigerrionibus, & Terbellis. Guaſcoigne hodie eſt Cœnali. Vide GALLIA.

NOVEM Turres, vide ENNEA Tyrſeſin.

NOVEM VIÆ, vide AMPHIPOLIS.

NOVENSIS ciuitas, vide NOVA.

NOVERVS, vel NABARVS, aut NOVARVS, variat enim lectio, Auſonij rus. In Epiſtolis. Les Nouliers vicus fortè, hodie, Vineto. Propior Angeriacis quam Santonibus eſt. Huius ſitum cognoſce ex Auſonianis Scaligeri Lectionib. Lib. 2. cap. 12. Vide NOVIOREGVM.

NOVESIVM, Tacito: νουαίσιον Ptolemæo: Germaniæ vrbs: Nuiſſ, ad Rhenum, infra Coloniam Agrippinam Rhenanus interpretatus eſt. Hanc NIVESIVM Ammiani, & NOVESIVM Antonini, vbi LEGIO V. puto; & NIVISIVM Greg. Turonenſis. NOEVESII meminit vetus inſcriptio. Sed Ptolemæi (niſi numerorum notulæ apud eum fallant) omnino alia eſt.

NOVIA, in Goltzij Theſauro eſt, ex vetuſta inſcriptione, quæ vt Lazius habet 5. R. P. Roman. Vrbini in Italia ſupereſt. Lege eam in Codice Smetiano.

NOVIDVNVM, Ammiano circa Danubium vrbs eſt. in Grutingis, vt videtur. NOVIODVNVM νουιόδουνον, Ptolemæi, Mœſiæ Inferioris. vbi Danubius in oſtia effunditur. Apud Antoninum, hic LEGIO II. HERCVLIA eſt, & lib. Notitiar. I. IOVIA. In Aldi editione habet quoque Antoninus LEG. II. NOVIODVNVM. Aliud NOVIODVNVM in Pannonia eſt Antonino, quod Lazius Neumarck vocat. vel potius, vt alio in loco docet, 12. R. P. R. Neupurg, quod nunc Krainburg. Vide NAVPORTVS.

NOVIENTVM, vide DVZIACVM.

NOVIGENTVM, opidulum ſupra Matronam fluuium. Greg. Turonenſis, & S. Germani Pariſienſis vita. NONIGENTVM in alio codice. An NOVIENTVM in S. Remigij vita?

NOVIODVNVM, Cæſari lib. de bello Gallico ſecundo, Belgarum vrbs eſt finitima Sueſſionibus. Noyon interpretatur à Marliano, H. Leodio, & Vigenereo: NOVIOMAGVM Antonini Diuæo videtur. NOVIOMVM puto in Sanctorum vitis appellari. NOVIODVNVM alterum eſt Biturigum apud eundem Cæſarem, lib. 7. hoc à Vigenereo & Hotomanno Neuuy ſoubs Baranjon putatur. NOVIODVNVM tertium Aeduorum ad Ligerim, eſt apud eundem, eodem libro. quod Hotomannus & Vigenereus Neuers indigitant. Hoc Ptolemæo νοιόμαγος, NEOMAGVS eſt: & Antonino NIVERNIVM: NEVIDVNVM Floriacenſi. Vide NOVIDVNVM.

NOVIOMAGVM, Antonino eſt inter Borbitomagum & Tabernas. Speyr indigitat Simlerus. Ciuitas Epiſcopalis eſt, ad Rhenum. Aliud idem habet XXV. M. paſſ. ſupra Bingium, circa Rhenum. Item aliud inter Bormitomagum & Argentoratum, quod Neuwenburg putarim. NOVIOMAGVM, ſuper Wabalim fluuium, qui Batauorum inſulam à parte Meridiana præterfluit. vt eam deſcribit Eginhartus, in vita Caroli Magni. Nimmeghen hodie vocatur. Scribitur & NOVIOMAGIVM, NEOMAGIVM, & NVMAGA, vt Geldenhaurius tradit. NEOMAGIVM in BADVA, legitur apud Rheginonem Prumienſem; quaſi diceret Nimegem inde Betuwe. NEOMAGVM ſcribendum docet vetus marmor hac ipſa in vrbe, quod H. Iunius publicauit, in ſuo Batauia. Vide NEOMAGVS, NIVOMAGVM, NOVIODVNVM, & MEDIOLANIVM.

NOVIOMAGVS νουιόμαγος, Biturigum Vibiſcorum vrbs, in Gallia, Ptolemæo. Hanc Vibiſcorũ Nouiomagum fuiſſe, vbi hodie Solacus vicus eſt, ait Vinetus, ad Auſonij vrbes. NOVIOMAGVS, Antonino in Gallia Belgica inter Sueſſones, & Ambianos, & eandẽ LEGIONEM XVIII. vocat. idem cum NOVIODVNO Cæſaris eſſe veriſimile eſt. Idem Antoninus habet NOVIOMAGVM in Anglia, X. M. P. à Londino. hæc hodie Woodcote nominatur, teſte Camdeno. Alia in Gallia Lugdunenſi deſcribitur, ab eodem Antonino. Circa Iuliobonam. Vide NEOMAGVS.

NOVIOMVM, Galliæ opidum, ſitum inter geminos riuulos, Galliolam & Margaretam; quos ambos tertius quidã Verſa dictus ſuſcipit; eoſq; in Iſaram deducit. Vita M. Medardi. Circa Veromanduos videtur. Idem cum NOVIODVNO.

NOVIOREGVM, Aquitaniæ vrbs, Antonino. Scaliger putat idem eſſe cum NOVERO.

NOVIS. Data venia, ſeducit filiam ac nutricem propè Cloacinæ, ad tabernas, quibus nunc Nouis eſt nomen. Sic Liuius 3. nominat locum vbi Virginiũ ſcribit filiã occidiſſe.

NOVISONA, fluuiolus in ſaltu Iurenſi. vt habet S. Columbani vita.

NOVIVM, vide NOELA.

NOVIVS νουΐος, Libyæ Interioris fluuius. Ptolemæus. Albionis inſulæ fluuius, eidem: qui mihi Nith videtur. Lhuydus Conwy nominat. Camdenus mecum ſentit, ſed is NODIVS apud Ptolemæum reſtitutum vult. Vide PONS Aelij.

NOVOBARDVM, vide NEBOPRIDVM, & NOVOPYRGVM.

NOVOPYRGVM, Laonico 8. prope Morauum fluuium. In margine erat NOVOBARDVM, qui & NOVVS Mons.

NOVS, vide NVS.

NOVVM Gallorum opidum, habet Liuius 39. quod Gallos conſuli L. Portio dedidiſſe ſcribit. In agro Aquilegienſi.

NOVVS Murus, vide NEON τεῖχος.

NOVVS Portus, καινὸς, Ptolemæo in latere Meridionali Albionis inſulæ. Newhauen hoc tractu hodie eſt, quod idem ſignificat.

NOVVM COMVM, vide COMVM.

NVAGERRA, inquit Nebriſſenſis in ſuo Dictionario, Ptolemæo Galliæ Belgicæ vrbs eſt. Aquiſgranum, ait Iouius Hiſtoriarum lib. 29. antiquis NVAGERRA fuit. VEGERRA habet Sabellicus, & Volaterranus. VETERRA Irenicus. Omnes Aquiſgranum interpretantur. Sed cedant omnia hæc ſpuria nomina (quæ nuſquam apud bonos auctores locum inuenient,) & locum dent vni legitimo Antonini & Ptolemæi VETERA οὔετερα, in qua LEGIO XXX. VLPIA. ſed apud Antoninum eſt XX. & LEGIO XXX. VLPIA. alius huic loco vicinus. Hanc vrbem autem quam recentiores AQVISGRANVM vnica dictione appellant, Luithprandus GRANI PALATIVM vocat. Rhegino THERMAS GRANI; & AQVIS PALATIVM. Sæpius etiam AQVÆ ſimpliciter, ab illius ſæculi ſcriptoribus nuncupatur. Inde Germani hodie Ach, Flandri Aken, & Galli Aix dicunt. Petrus Diuæus putat CORIOVALLVM Antonini eſſe. ſed hoc Walckenborch mihi potius. De Aquiſgrani nominis coniectura, lege quæ habet M. Velſerus ad antiquam inſcriptionẽ, vbi hæc, I. APOLLINI GRANN. &c. Sylburgius in ſcheda ſua mihi miſſa opinatur verum huius nomen eſſe AQVÆ GRATIANÆ.

NVBA, vide NVTHA.

NVBÆ νοῦβαι, qui & NVBÆI νουβαῖοι: Item DABÆI δαβαῖοι, & NVMIDES νόμιδες, vocantur auctore Stephano, populi circa Nilum fluuium. NVBI hi ſunt Ptolemæo. & NVBEI Plinio. Nubia etiamnum à recentioribus geographis circa Nilum deſcribitur. NVBÆ alij Ptolemæo ſunt, circa Aualiten ſinum nempe.

NVBARTA νουβάρτα, vrbs in Taprobana inſula. Ptolem.

NVBÆI, Arabes iuxta Libanum montem, Plinio. In Africa quoque quidam Aethiopes ſic vocantur, eidem. ſed hi ijdem cum NVBÆIS.

NVBI, vide NVBÆ.

NVBIVM νούβιον, vicus Iberiæ Aſiaticæ, Ptolemæo. LYBIVM eſt eius interpretibus. An Lubieni populi hinc?

NVCERIA νουκερία, Ptolemæo Vmbrorum in Piceno vrbs. In via Flaminia Straboni. Hodie Nocera eſt, vt Leander ait. Plinio NVCERINI ſunt, quos PAVONIENSES, & CAMELANOS cognominari tradit. Volaterranus, Blondus, Leander, & Niger ſcribunt ALPHATEMIAM etiã dictam, ex Liuio. Sed ALPHATERNA apud Liuium legendum, docet Sigonius, ex Diodoro, ἀλφατέρνη. Alfaternorum etiam meminit Plinius. Hanc Nuceriam CONSTANTIAM appellat Antoninus. Onuphrius NVCERIAM CONSTANTINAM COLONIAM vocat. huius meminit quoque C. V. Nanſij Codex M. S. Frontini. Alia NVCERIA Colonia Ptolemæo, Straboni, & Plinio, Campaniæ Picentinorum vrbs. Hodie Nuceria de i pagani, Leandro. Hanc Cicero ad Atticum non ſemel LVCERIAM nominat.

Tertia

*Tertia in Apulia Daunia eſt, Ptolemæo, & Suetonio. Sed hanc* LVCERIAM *appellant Plinius & Liuius, item Strabo; apud quem* LEVCHERIA λευχερία, *legitur. Stephano ex Polybio 3.* LVCARIA λυκαρία, *eſt. ſine α. in medio legit meus codex Polybij* λουκρία. Luceria de i Saraceni *Leandro nunc dicitur. Addit illi aliquando Diuæ Virginis* (Citta di S. Maria) *nomen inditum; ſed priſtinum nomen præualuiſſe. Quarta* Nuceria *Ptolemæi, eſt in Gallia Togata. vbi hodie* Riuo de Luſera *eſt, vt putat Leander.*

NVCHALO, *nomen loci in Gallia. Circa Toloſam videtur. Apud Ciceronem, pro M. Fonteio.*

NVCHVL *accolis*, DARA *Barbaris, vocatur lacus quidam apud Libyos Aegyptios, vt ſcribit Oroſius.* NVCHVL *pro fonte habet Pomponius. dicitq́ue haberi pro Nili fonte.* NIGRIS *Plinij putatur ab amico noſtro And. Schotto.*

NVCRIA, *vide* NACRIA.

NVCVLÆ, *vide* PRÆNESTE.

NVDIODVNVM, *Galliæ Lugdunenſis locus, in Tabula Peutingeriana. M. Velſero videtur* NOVIOMAGVM *Antonini, inter Breuiodurum & Condate.*

NVDITANVM, *Baſtitaniæ in Hiſpania opidum, Plinio.* VNDITANVM *legebat M. S. codex.*

NVDIVM νύδιον, *Peloponneſi in Elide vrbs. Melpomene Herodoti.*

NVETINI, *vide* GRAVISCÆ.

NVITHONES, *Tacito Germaniæ populi; quorum regionem B. Rhenanus* Nuithlandt *vocat. In Heluetia eſt. Ex Nuithonibus Taciti facit Peucerus* GYTHONES γύθωνες, *Ptolemæi. Longiſſimè, ſi hoc verum eſt, ab Heluetia hodie diſtabunt.*

NVLVCH, *vide* NVCHVL.

NVMAGANI. *Dius & Epiſtrophus filij Numaganorum regis. Sic Dictys Cretenſis 2. Apud Halizonas hos imperitaſſe, ſcribit Homerus.*

NVMANA νύμανα, *Piceni vrbs, Pomponio, Plinio, Silio, & Ptolemæo.* Humana *hodie dicitur, Franciſco Pāphilo.*

NVMANTIA νυμαντία, *Ptolemæo, Melæ, Floro, & Oroſio, aliiſq́ue. per* O. *in prima, Stephano. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs eſt, inter Areuacos ad Durium fluuium. Tarapha* Soria *vertit. Soriæ vicino loco fuiſſe Numantiam, habeo à C. Cluſio.* Garray *Morali eſt. Quatuor amplius millibus ſupra Soriam, ad Garai pontem, non procul ab ortu Durij fluminis eius veſtigia monſtrari, ſcribit Io. Mariana 3. cap. 1.*

NVMEDIA, *vide* NVMIDIA.

NVMENIA νυμηνία, *regio apud Ioann. Lydum. An pro Numidia?*

NVMENTANA *Via, extra Portam Viminalem, etiam* FIGVLNENSIS *dicta fuit, auctoribus Liuio, & P. Victore.* FIGVLENSIS *legit Aldi editio.*

NVMENTANVS *Pons, Anieni impoſitus.* Ponte Lamentano *hodie.*

„ NVMERIA, *Siſenna, apud Nonium: Protinus agros*
„ *populabundus ad Numeriā conuertit. Locus mihi ignotus.*

NVMERITAS *Arabes, habēt Curopalates, & Cedrenus.*

NVMESTRANI, *vide* NVMISTRO.

NVMICIVS *fluuius, in Latio: Plinio, Virgilio, & Ouidio. In agro Laurenti, Liuio, Ouidio, & Vibio. Haud procul Lauinio, Halicarnaſſeo 1. & Silio 8. Exſiccatum ſcribit Seruius.* νομίκιος *eſt Halicarnaſſeo.* NVMICIVM *ſtagnum habet Aurel. Victor, quem Schottus edidit.* Riuo *eſt hodie, Pyrrho Ligorio.* NVMICIAM *Viam, Brundiſium ducentem habet Horatius 1.* Epiſtolar. *ad Lollium.*

NVMIDES, *vide* NVBÆ.

NVMIDIA νυμιδία, *Africæ regio Ptolemæo.* METAGONITIS *à Græcis appellari, tradit Plinius.* MASSYLIAM *eandem vocat Liuius 24.* Biledulgerid *hodie vocari, ex Ioanne Leone didici.* Biled el Gerid, *diſtinctim ſcribit Marmolius. Dactilorum etiam regionē vocat vterque. Incolæ olim* NVMIDÆ, & NOMADES. *Vide* NVBÆ, & MAVRITANIA.

NVMIDIA NOVA, *Ptolemæo, & Appiano 4. Ciuilium eſt Africæ Propriæ regio. Hodie* Regnum Conſtantinæ *obtinet, vt vult Ludouicus Marmolius.* Cuçuntina *Arabicè, vt idem habet.*



NVMIDICVS *Sinus, vide* LATVRVS.

NVMESTRANI, *vide* NVMISTRO.

NVMINIENSES, *Italiæ populos habet Plinius, in antiquo Latio.*

NVMISTRO νυμιςρον, *Ptolemæo: Lucanorum Liuio 27. & Frontino 2. Stratag. cap. 2.* NVMESTRANI *Plinio.* Nicaſtra *vocat quidam.*

NVOOIDENSIS *(ſi ſincera lectio) epiſcopi, in Mauritania Cæſarienſi, meminit Fragmentum Vict. Vticenſ. MS.*

NVPHEOS. *Adelphius Epiſcopus Nupheos; quæ eſt Lichnorum. Sic D. Athanaſius in concilio Alexandrino. In Aegypto videtur.*

NVPSAS *Caſtellum Boſtræ Arabum, vbi Euliſium epiſcopum relegatum, ſcribit Baronius 5. Annal. ex Palladij Dialogis.*

NVPSIA, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, Plinio.* NVPSIS *idem alibi. pro eadem fortaſſe.*

NVRA, *vide* NORA.

NVRCONENSIS *Plebis, in Africa, mentio in Coll. Carth.*

NVROLI, *vide* NVRVM.

NVRSIA νυρσία, *Sabinorum vrbs Ptolemæo.* NVRSA *Virgilio. ad quem Seruius annotauit Piceni vrbem eſſe. Hodie* Norza *vocatur, vt Leander ait.*

NVRVM νέρυμ, *in Africa Propria opidum. Ptolemæo.* NVROLI *habent Latini codices.*

NVS νῦς, *Ciliciæ fluuius, ad Ceſcum opidū: Plinio 31. cap. 2. Sed* ANVS *legendum eſt. vt ex Suida & Heſychio patet. Contra tamen videtur viro vndecunque docto Hartungo. Quædam mea exemplaria* Iuſgum & Viſcum *pro* Ceſco *habent: item pro* Cilicia. Sicilia. Νοῦς, *etiam Arcadiæ fluuius: Pauſaniæ. vide* CESCVS, NILVS, & ARVS.

NVSARIPA νυσαρίπα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolæm.*

NVSEA νυσεα, *Aſiæ regio, contermina Mediæ, verſus Occidentem. Polybius 5. Corruptè, ſi rectè auguror, pro* NISÆVM. *vide* HIPPOBOTVM.

NVSIPI, *vide* VSIPETES.

NVTHA νύθα, *Libyæ interioris lacus eſt Ptolemæo. qui eundem alio in loco* NVBA νύβα, *vocat, vitio fortè exemplaris.*

NVTRIA νυτρία, *Illyridis vrbs: apud Polybium 2.*

NYCHOPONTIVM, *vide* ACHERVSIA.

NYCPII νύκπιοι, *Ptolemæo gens in Africa Propria.*

NYCTIMIS, *vide* ALPHEVS.

NYGBENITAI νυγβενῖται, *populi Aethiopiæ ſub Aegypto, apud Ptolemæum.*

NYGDOSA νυγδόσα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.* NYGDOSORA *interpres.*

NYMBÆVM νυμβαῖον, *ſtagnum in Laconica. circa Maleæ promontorium: Pauſaniæ.*

NYMPHE CATABASSI, *locus in via Cornelia, tertio decimo milliari ab Vrbe. In vita S. Valentini & Aſturij, Surius.* Santa Nympha *hodie vocari, ſcribit Baronius, cui hæc via Cornelia erat inter Aureliam & Triumphalem vias.*

NYMPHÆA, *inſula eſt Ptolemæo, circa Sardiniam. Plinio alia eſt, circa Samum, Ionicam. In Hadriatico mari eſt, Stephano: vbi Calypſonis habitaculum. vide* COS, & CALYPSVS.

NYMPHÆ MARINAE *Minturnenſis templum, in ripa Liris fluuij. Vib. Sequeſter. Pro Marinæ autem* MARICÆ *legendum. Vide* MARICA *Silua.*

NYMPHÆVM νύμφαιον, *Tauricæ Cherſoneſi opidum, Ptolemæo. A Mario Nigro* Ciprico *vocatur. Locus Bithyniæ eſt, ad Pontum Euxinum: Arrhiano in Periplo. Ponti caſtellum habet Suidas, ex Aeſchine, à Gylone quodam produtum. Etiam circa Apolloniam, ad Ionium mare: Plinio, Appiano, Aeliano, Dioni, & Straboni. vbi ad Aoum fluuium multus ignis editur, qui vicina, vt arbores, &c. neque inflammat, aut exurit: Promontorium* 

vocat



*vocat Plinius: Portum Cæſar, vltra Liſſum 3. M. P. Eſt & promontorium Athi montis, Ptolemæo & Strabonis Epitome. Specus ſacrum quoque, circa Orontis oſtia. vt Strabo tradit libro 16. Eſt etiam locus vbi Tigris, poſtquam Thoſpiten lacum reliquerit, ſibi redditur: teſte Plinio. vide* NYMPHIVS, SARMINETVM, & APSACIVM.

NYMPHÆVS νυμφαῖος, *portus Sardiniæ. Ptolemæus. vide* ASTVRA.

NYMPHAIS, *Pamphilij maris inſula, Plinio.*

NYMPHARENA, *vrbis & gentis Perſicæ nomen: Plinio 37. cap. 10.*

NYMPHARVM *Antrum, vide* PHORCYNVS.

NYMPHARVM *Cubile, vide* SOLIS *Inſula.*

NYMPHARVM *Fanum, vide* INATAMANA.

NYMPHARVM *Inſulæ, in Lydia ſunt apud Martianum, in Muſica: ex Varrone. has ſcribit tibiarum cantu moueri, in medio ſtagno.* SALTVARES *vocat eas Plinius; easq́ue in Nymphæo deſcribit. ſtagni fortaſſe nomen hoc. Turnebus annotauit Templum ſic dictum, ex Sotione.* NYMPHARVM, & PVERORVM *locus, in Meſſapia: Antonio Liberali. Vide* TORREBVS.

NYMPHAS νυμφὰς, *locus ſiue vicus Arcadiæ eſt, Pauſaniæ, & Stephano. Fons eſt Pauſaniæ. Fontem ibidem, idem Pauſanias & Stephanus* NYMPHASIVM *vocant.* NYMPHAS *Cedreno, etiam Thraciæ locus eſt, ab Hunnis ſubactus. Cœmiterium ſic dictum, ſexto ab Vrbe lapide, via Numentana, in prædio Seuero. Baronius 2. Annal. ad ann. 226.*

NYMPHATES νυμφάτης, *mons in Armeniæ Minori: apud Ptolemæum.* NYPHATES *legunt eius interpretes. quam vocem Plinius quoque agnouit.* NYPHATEM *adſcribit Claudianus Parthis.*

NYMPHEVS, *videtur Bithyniæ fluuius, apud Q. Calabrum. Haud procul ab Acheruſiæ ſpecu.*

NYMPHIVS, *fluuius apud Ammianum, & Suidam. vbi videtur in Tigridem erumpere. Perſas à Romæis diſterminat; auctore Procopio 1. Perſicor.* NYMPHÆVM *Plinij videtur. Vide* MARTYROPOLIS.

NYPHÆVS, *Phthiotidis mons, quodam topiario naturæ opere ſpectabilis. vt refert Plinius.*

NYRAX νύραξ, *Celtica vrbs: apud Stephanum.*

NYSA νύσα, *Armeniæ Minoris vrbs: Ptolemæo. Stephanus habet Nyſam in Helicone. in Thracia. in Caria. in Arabia. in Aegypto (de quo fortè in* PHILA.) *in Nixo. in India, ad Caucaſum. in Libya. & in Eubœa. Nyſam quoque habent Plinius & Solinus, in India, apud Pandæam gentem, circa Merum montem. In Bœotia quoque Euſtathio, in 2.* Ἰλιάδ. *quæ* NISA *Diodoro. Sed &* NYSAN *Indiæ montem, habet Plinius 8. cap. 39. & Philoſtratus 2, Apollonij in quo Bacchi templum.* NYSA *Mons, ſupra Syriam: Xenophonti de Venatione. Vide* NYSSA, MEROS, & HYDRELA.

NYSÆ *Antrum, vbi Bacchum à Muſis educatum ſcribit Diodorus lib. 4. intérque Nilum & Phœniciam collocat. & ex eo, Euſebius 2. Præp. Euangelicæ. Iuxta Sirbonidem paludem erat, vt alibi lego.*

NYSÆVM νυσαῖον, *maris Erythræi locus eſt. vt ſcribit Suidas in voce* ἵππος νυσαῖος.

NYSAIDIS νυσαΐδος, *regio, eſt trans Mæandrum; inter Cariam & Phrygiam, Straboni lib. 12. & 13. Sed* MESOGIDIS *mauult Caſaubonus, & montem intelligit.*

NYSES νύσης, *Africæ fluuius eſt, ex Aethiopiæ montibus oriens. Ariſtoteles 1. Meteor.* ONYSES *legunt quædam Latina exemplaria. malè articulum illi connectentia.*

NYSIÆ *Portæ, vide* PHILA.

NYSSA νύσσα, *Cariæ opidum, Ptolemæo: antea* PYTHOPOLIS *dictum: Stephano auctore.* NYSA *Plinij. Vide* ATHYMBRA, *eadem enim cum hac Nyſſa videtur.* NYSSA, *Cappadociæ vrbs, Socrati Scholaſtico 5. cap. 8. Lyciæ eſt, in Chalcedonenſi concilio. hæc Ptolemæi* NISA. NYSSA *eſt in Græcia alicubi vrbs: Homero B.* Ἰλιάδ. *Dionyſius & Euſtathius, habent Nyſſam iuxta Trallim. ſic quoque Strabo 14. ſed S. ſingulari. puto eandem eſſe, cum Ptolemæi, quam in Caria deſcribit. In Felici Arabia habet Nyſam, propinquam Aegypto, Diodorus 1. ſupra montem excelſum, & florentem, vbi Oſiridem natum fabulātur. Supra Aegyptum, in Aethiopia, eſt Herodoto. Vide* NYSA. *Inconſtans enim valdè eſt huius apud auctores ſcriptura. Vide quoque* DIONYSOPOLIS, & ACARA.



NISSÆA *Via, circa Gangem Indiæ fluuium; quam Bacchus calcauit, vt refert Dionyſius Afer.* DIONYSIAM *viam, vocat huius interpres vetus.* NISSÆI *Receſſus, ſunt apud Auienum.*

NYSSEIVM νυσσήιον, *Thraciæ mons, qui &* NYSSA. *Euſtathius in Homerum, & Lexicon Phauorini.*

NYSTRVS, *vide* MYSTVS.

OA ὄα, *Atticus vicus, tribus Pandionidis, Stephano, (ὄη legit Phauorinus) etiam Oeneidis: Stephano. Sed &* OEIS ὄεις, *legitur.* OA *etiam inſula Ponti aut Thraciæ videtur; ex vita S. Parthenij.*

OADITÆ, *vide* THADITÆ.

OÆNEVM, *Liuio 43. Illyrici opidum, in Peneſtia regione, proximè Labeatibus, ad Artatum fluuium. In Nardi Liuio Italico* Sabionello & Cideriſo *interpretari video. Videtur aliud ab Oneo Ptolemæi, aut erratum in ſitu.*

OALGASSVS, *vide* OLYSSAS.

OANVS ὄανος, *Siciliæ fluuius, Pindaro. Thom. Fazellus ſcribit eum hodie* Fraſcolari *dici. Eſt quoque Lydiæ vrbs: apud Stephanum.*

OANI ὄανοι, *Ptolemæo,* SOANI. *interpreti, Taprobanæ inſulæ gens. Soani meliorem lectionem puto. habet enim idem Ptolemæus* SOANAM *fluuium ibidem. neque infrequens eſt apud veteres geographos legere nomina populorum, fluuiorum, & montium homonyma. Sed & ipſum Ptolemæum* Σοανοι, *ſcripſiſſe, minimè me dubitare facit vox præcedens ἀνδροφάγοι. lege deprauationis (ne idem ſæpius inculcem) originem in* NANTVATES.

OARACTA, *vide* ORGANA.

OARVS ὄαρος; *Scythiæ Europææ fluuius, in Mæotidem paludem erumpens. Herodotus.*

OASIS ὄασις, MAGNA, & PARVA, *loca Aegypti ſunt, apud Ptolemæum.* OEASITÆ *ſunt Plinio. Quibuſdam* AVASIS αὔασις, & HYASIS ὕασις *ſcribi, ex Stephano patet.* AVASITAS *habent Oroſius & Aethicus. Oaſim quoque* IBIN ἶβιν *dici, tradit Euagrius lib. 1. cap. 7. & Niceph. Calliſtus 14. cap. 36. A Strabone* ANASES ἀνάσεις *appellantur, quorum hic tria numerat; easq́ue ad Aegypti confinia, verſus Occidentem ponit. (Sunt loca in mediis Libyæ arenis, tanquam in pelago inſulæ, quæ aqua & vino abundant; eoq́ue habitantibus apta, quorum deſcriptionem apud Zoſimum 5. & Olympiodori Excerptis pete.) Hæc hodie ab incolis* Azagar *vocari, Barrius tradit. Herodotus* OASIM *vrbem vocat ſeptem dierum itineris à Thebis diſtantem. dicitq́ue eam à Samiis, qui ſunt è tribu Aeſchriona, incoli. vocariq́ue regionem* μακάρων νῆσος, *id eſt, Beatorum inſulam. eandem* PHÆACIDEM *nominari, apud Olympiodorum lego.* OASIS *Magna,* Gademez *nuncupari videtur Zieglero, idq́ue ex Ioannis Leonis deſcriptione. Is enim Gademes ſic delineat, vt quis Oaſem facilè ex ijs intelliget.* HYSÆIS *Stephani videtur.* OASES ὀάσεις, *gens tribus Pandionidis: Heſychio.* HOASIS *eſt Gloſſario in Iuuenalem.*

OATES, *vide* OROATES.

OAXES, *vide* OAXIA, & OAXVS.

OAXVS ὄαξος, *Cretæ vrbs: Herodoto, Suidæ, & Stephano. Pro eadem puto* ἄξος *corruptè legi apud eundem. huius Axus enim non meminit Herodotus. etſi eum huius auctorem faciat.* OEAXVS ὀίαξος *eſt Etymologico, & Apollonio Argonauticor. 1. Eſt etiam Cretæ fluuius; Vibio ex Varrone. item Virgilio. ſed* OAXES *hi ſcribunt. Fluuium Meſopotamiæ, & vrbem Cretæ, ex eo facit Seruius, in Virgilium. Sed falsò, cum Politiano, credo.* OAXIA,



eſt

eſt ciuitas, eidem Seruio. item Vibio, ex hoc Varronis, Quos magno Anchiale partus adducta dolore, Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis. Adi Fuluium ad Seruium, in Bucolica Virgilij. OEAXIS ὀίαξις, Creticaregio. Etymologicon.

OBANA ὀϐάνα, Aſſyriæ opidum: Ptolemæo.

OBÆRA, vide ABÆRA.

OBARENI ὠϐαρηνοὶ, Armeniæ pars, circa Cyrum fluuium. Suidas & Stephanus. quam OBARENITÆ & OTENI habitant. Idem.

OBARES ὀϐαρες, Ariæ regionis gens: apud Ptolemæum.

OBBA, Africæ vrbs, in Concilio Carthaginenſi; ſub D. Cypriano habito. Huius meminit quoque Coll. Carthag.

OBELÆ ὀϐίλαι, Marmaricæ Nomi gens. Ptolemæus.

OBIDIACENI, vide DOSCI.

OBIGENE, pars Lycaoniæ. Plinius. Obligene legit Venetus codex.

OBII, vide RHIPÆI.

OBILA ὄβιλα, Vettonum in Luſitania opidum: Ptolemæo.

OBLIVIO, vide MEMORIA, MNEMOSYNES, & LIMÆA.

OBNOBII. vide ABNOBI.

OBOB, vide EBOB.

OBOCA ὀϐόκα, Ptolemæo Hiberniæ fluuius.

OBODA ὄϐοδα, Nabathæorum regio. Strabo 16. & Stephanus, ex Vranio.

OBOLCOLA ὀϐόλκολα, Luſitaniæ vrbs, quam Viriatus præſidio firmauerat: Seruilianus autem eam expugnauit. Appianus in Ibericis. ὀϐουλκολα Ptolemæi eſt, in Turdetanis: & BVCCVLA Antonini. BÆCILAM Stephani credit Caſaubonus.

OBOLCON ὀϐόλκων, vrbis nomen, apud Stephanum. ὀϐουλκον Ptolemæi. In Bætica. & OBVCVLA Hirtij.

OBOLIVM, vide ÆPOLIVM.

OBOM ὠϐὼμ, Moabitarum vrbs. Heſychius.

OBORITANVS Epiſcopatus, in Mauritania Cæſarienſi, eſt apud Vict. Vticenſem M.S.

OBOTH ὠϐὼθ, caſtrametatio Iſraëlitarũ. Num. 21. & 33.

OBOTRITÆ, vel OBOTRITI, vtrunque enim apud Helmoldum, alioſq; mediæ ætatis ſcriptores inuenio Germaniæ populos: hodie Meckelburger dictos, interpretantur Helmoldus, & Crantzius. Hos Wolfg. Iobſtius putat HERVLOS Sidonij eſſe. Obotritos nunc Kregos appellari, ſcribit M. Adamus lib. 2. cap. 10. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, horumq; vrbem primariam Magnopolim vocat. (ſic Meckelburgum nominans.) Vide PHARODINI.

OBRAPA ὀϐραπα, Arabiæ Felicis vrbs: Ptolemæo OBRACA per C. legunt interpretes.

OBRICOLVM, Aequiculorum vrbs. in Ptolemæis Latinis. In Græcis non habetur.

OBRIMÆ Fontes, habet Liuius 38. ad vicum qui APORIDOS COME vocatur. Circa Piſidiam videtur: OBRIMA fluuius eſt Plinio, ad Apamiam Magnæ Phrygiæ vrbem, eumq; in Mæandrum cadere addit.

OBRINCVS ὀϐρίγγος, Ptolemæo Galliæ Belgicæ fluuius eſt. Beat. Rhenanus MOSELLAM Taciti, (qui hodie Germanis Moeſel, & Gallis Moſelle,) interpretatur. Ioannes Heroldus Obrincum, non fluuium, apud Ptolemæum deſignare docet; ſed eum ad Rhenum Germaniæ tractum quem hodie Ober Rhingaw appellant. Eſt quidam meus amicus qui credit eo vocabulo ſignificari ſuperiorem partem Rheni fluminis, quaſi diceret Oberrhijn. Ad Moſellam fluuium, tractum quendam Obrinci nomẽ hactenus retinere, teſtis mihi eſt oculatus & fide dignus Clemens Trelæus Moſellanus.

OBRIS, vide OROBIS.

OBRITÆ ὀϐρεῖται, Siciliæ populi. Ptolemæus.

OBROATIS ὀϐροάτις, Perſidis vrbs, apud Ptolemæum. OROBATIS legit Ammianus. & OREBATIS Ptolemæi interpretes.

OBSCVM, vide OSCVM.

OBSEQVIVM, & OBSICIVM, vide OPSICIANA.

OBTRICENSE, Moſæ opidum habet Ammianus lib. 20.



Tricht, quod & Maeſtricht appellant, mihi videtur. Hoc Galli Trait vocant.

OBVCVLA, vide OBVLCO, & OBOLCON.

OBVLCO ὀϐυλκον, Ptolemæo; quod PONTIFICENSE appellatur, Plinio, & lapide antiquo teſtibus. Hiſpaniæ Bæticæ vrbs eſt, quæ Mario Nigro Sicura dicitur, ſed Porcuna Morali. Obulco putat Villanouanus VLLAM A. Hirtij eſſe. Ego OBVCVLAM potius. Huius etiam Dion meminit.

OBVLCOLA, vide OBOLCOLA.

OBVLENSII ὀϐυλήνσιοι, Myſiæ Inferioris populi: apud Ptolemæum. BVLENSII habẽt truncatim interpretes.

OBYDINES gens, vide CAVCACI.

OCA ὄκη, Perſiæ regia, iuxta maris oram. Strabo. An ſit quæ Ptolemæo TAOCA, quærit Caſaubonus.

OCÆLLI, vide OCELLI.

OCALEA ὠκαλέα, Bœotiæ vrbs, prope Haliam: Straboni, Dicæarcho, Homero, Apollodoro, Stephano & Suidæ. OCALE eſt apud Plinium. in ora Bœotiæ.

OCBAS ὄκϐας, Calliſto munitiſſimum caſtellum, ex aduerſo Martyropoli, in vlteriore ripa, in altiſſimo ſcopulo ſitum. libro 18. cap. 18.

OCCARIBA, vide OCTARIBA.

OCCIDVVM Mare, vide OCEANVS Atlanticus.

OCCORA Antonini, videtur Simlero COARA κόαρα, Ptolemæi, Chalcidicæ regionis; in Syria.

OCEA Colonia, in Africa Propria; inter Sabratam & Leptim Magnam: Antonino. OEA autem reſtituendum. Pro ÆA non ſemel lecta apud Apuleium, in Apologia pro ſeipſo, OEA reſtituendum quoq; puto. D. Auguſtinus quoq; Epiſt. 5. de Diuerſis Quæſtionibus. ſcribit Apuleium vxorem Coenſem habuiſſe. vbi Oenſem legendum puto.

OCEANI Oſtium. vide FRETVM Herculeum.

OCEANI Stagna, ſunt in lapide inſcripto. Adi Nonium in verbo Anfractum, & Smetij volumen.

OCEANI Vmbilicus, vide VMBILICVS Oceani.

OCEANIA, vide LIBYA.

OCEANITÆ, ſunt Panchææ Arabiæ Felicis inſulæ populi: & OCEANIDA, eorum vrbs. Diodorus 5.

OCEANITIS, vide CHRYSE.

OCEANVM vno eodemq; nomine, totum illud mare quod terram ambit, vocare poëtas, ſcribit Philoſtratus 9. OCEANVM ὠκεανον, putarunt veteres fluuium, falsò. & ab Aethiopibus accoli: vt tradit Pauſanias in Atticis. Idem ibidem habet OCEANVM Fluuium in Lydia.

OCEANVS ATLANTICVS ὠκεανὸς ἀτλαντικὸς, propriè dicitur illud mare quod Europam & Africam ab Occidente alluit. Ptolemæo OCCIDVVM δυτικον, & EXTERIVS ἐκτὸς, nominatur. EXTERNVM à Floro 4. cap. 2. Dionyſio Alexandrino HESPERIVS ἑσπέριος. VESPERVS interpretatus eſt Bertrandus. Martianus VESPERTINVM vocat. Arabes Magareb appellãt, teſte Marmolio. aut Magrib. teſte Leunclauio. (Hodie eius pars, quæ inter Hiſpaniam & Canarias inſulas eſt, Hiſpani Golfo de las yeguas, id eſt, Sinus equarum, vocant: à demerſis ibidem toties equabus, aliiſq; iumẽtis quæ ſobolis procreandæ cauſa ad eas inſulas vehebantur.) MAGNVM etiã appellatur, teſte Plinio, lib. 3. cap. 5. Sed video huius Atlantici maris appellationẽ multo latius interdum apud auctores accipi. Strabo enim ſcribit Indiam deſinere ad Mare Orientale, & ad Auſtrinum, Atlantici partem. Idẽ alibi ait eius Auſtrale & Orientale latus in Atlanticũ pelagus procurrere. Et alio in loco Atlanticũ mare in ſe coire teſtatur. Omnia maria innauigabilia, Atlantica vocari, tradit Suidas. In Somnio Scipionis legimus, omnem terram quæ à nobis colitur, Atlantico mari (quem Oceanũ appellamus) circumfundi. Iulius Firmicus addit Atlanticum mare, terræ ſpacium, in modum inſulæ, vndarum ſuarum circumfuſione concludere. idem Ariſtoteles de Mundo, ait vniuerſam terram ab Atlantico mari ambiri. At cum his dictu illud addidero, quod Plinius perhibet, nempe Aethiopiam etiam Atlantiam dictã, & totum illud nouum hemiſphærium, quam Americam vocamus, Atlantim Platonis, (vt plurimi æſtimant) fuiſſe; videtur

tota



tota terrarum & Oceani pila, Aſia tantum & Europa exceptis, in Atlantis vocabulum olim abijſſe. Herodotus duo tantum vniuerſi maris nomina nouit. ſcribit enim Atlanticum, & Rubrum, & totum illud quod Græci nauigant, (Mediterraneum poſt huius tempora dictum) vnum eſſe; Caſpium alterum. His aſſentitur Zoſimus, qui ſcribit Rhenum fluuium ſe in Atlanticum mare exonerare; quod hodie Germanicũ vocamus. Vide CIMBRICVM, & GERMANICVM.

OCEANVS FRETALIS, vide FRETVM Gallicum.

OCELENSES, Hiſpaniæ populi, qui & LANCIENSES, Plinio. LANCIAM vrbem habet Dion 53. & Oroſius lib. 6. cap. 21. & LANCIA OPIDANA λαγκία ὀπιδάνα, in Luſitania Ptolemæo eſt. Sed Lancia & Ocellum Ptolemæo duo diuerſa ſunt opida Vettonum. LANCIA poſſit Ouieda eſſe coniectura, inquit Moralis.

OCELIS ὄκηλις, Ptolemæo Arabiæ Felicis opidum. in quo interpretando, parum inter recentiores conuenit. Iouius namque Aden vocat, ſed falsò. Pinetus Acyla, Niger Zidem. Ramuſius Capo de Celi. Ocelim Ptolemæi, ACILA ἄκιλα, Strabonis eſſe, vult Villanouanus. Ego Ocelis Ptolemæi, CELIS & CHELIS χῆλις, Arrhiani in Periplo putarim, etſi idem alibi quoque OCELIM legat. OCILA Plinij eſt: in Gebanitis. vide ORCELIS, & ACILA.

OCELLI ὀκέλλι, Promontorium Orientale, Albionis inſulæ, Ptolemæo: Spurnheade hodie dicitur. Per Æ, erat in M.S. codice. ὀκαίλλι. Kellentey video à Camdeno interpretari. cui libenter & meritò cedo.

OCELVM, Cæſari & Straboni in Alpibus opidum, quod Villanouanus & Varrerius Oulx appellari aiunt. (Ours Itali dicunt.) Iſilles vocat Simlerus. Eſſilles ſcribit Vigenereus. Noualeſiam interpretatur Marlianus; & Chielano Caſtilioneus, ſed malè, vt docet Varrerius.

Non eſſe idem cum OSCELLA Ptolemæi, quod in Lepontiis ponit, oſtendit Scudus eruditè. Idem Caſpar Varrerius, in ſua Corographia, Luſitanica lingua ſcripta.

Habet quoque Ptolemæus Ocelum, & Appianus OCELIN, in Tarraconenſi: & Ocellum geminato LL ὄκελλον, in Luſitaniæ Hiſpania. OCELVM DVRII, quòd ad Durium fluuium ſitum ſit, nominat hoc Antoninus. Eſt tamen qui mallet hoc loco apud Antoninũ Octodurũ legere.

OCETIS ὄκετις, inſula maris Scotici, Ptolemæo: contra Orcada promontorium: Sandes fortè hodie. Aut potius Ranalſda, vt perſuadet tabula nauigatoria, quæ apud me eſt dono Humf. Lhuydi. Hethy, ex coniectura, interpretatur Camdenus.

OCHA, vide OCHE.

OCHANI populi, Plinio. verſus Margianam. in Aſia.

OCHE ὄχη, maximus mons Eubœæ. Straboni, & Stephano. Vrbs Plinio. Vide EVBOEA.

OCHRAS, Cappadociæ opidum: Antonino.

OCHRONA ὄχρονα, vrbs Arabiæ Felicis: Ptolemæo. Per A. in prima. interpretibus.

OCHRONVS, vide OTHRONVS.

OCHTE, vide LITTVS Altum.

OCHVS, Aſiæ fluuius, circa Bactrianam, Ptolemæo. alius ab Oxo. Ita enim Q. Curtius 7. Superatis deinde amnibus Ocho & Oxo, ad vrbem Marginiam peruenit. (Hæc fortè erit Ptolemæi Antiochia Margiana.) OCHVS ὦχος, mons Perſidis etiam eſt, in littore ſinus Perſici. Arrhianus in Indicis.

HYRA ὄχυρα, Siciliæ opidum: Diodoro 4. vt interpretatus eſt Poghius. at Leopardus 1. Emendationum appellatiuè, munita, interpretari mauult.

OCHYROMA ὀχύρωμα, arx Rhodi, ſupra Camyrum Strabo.

OCILA, vide ACILA, & OCELIS.

OCILIS, vide OCELVM.

OCIMNIVH, vide SCYTHIA.

OCINA, circa Palæſtinam locus. Iudith. 2. Ibidem quoque SVRII populi.

OCINARVS ὠκίναρος, Lycophroni Choniæ nunc Calabriæ fluuius: circa Terinam. Per Y. in ſecunda apud eundem eſt, Sabatio hodie dici; & SABBATVM Antonini eſſe, oſtendit G. Barrius. Ocinarim hanc Tzetzes AREN quoque nominat. Vide ERIS.



OCLOMON, vide MACHMETATH.

OCOLVM ὄκωλον, Eretriorum regio. Stephanus, ex Theopompo. An in Theſſalia?

OCRA ὄκρα, Alpium pars humillima, qua ad Carnos accedunt. Ptolemæo, Sẽpronio, & Straboni 4. & 7. Eſt etiam Venetorum vrbs, ſic dicta, apud Plinium.

OCREA, vrbs inter Romam & Ocriculum. in itinere Flaminio: teſte Fragmento Antonini. Vicinam Tiberi, & Galleſio fuiſſe, ſcribit in illud, Annius.

OCRICVLVM ὀκρίκολον, Vmbrorum Ptolemæo vrbs, in Italia. Liuio & Tacito, per T. OTRICVLVM. Otricoli, Leand. Alberto. Otregoli ab accolis dici, non ſemel obſeruaui. quod nunc autem ſic vocant, in monte eſt: antiqui namque veſtigia, vt teſtudines & columnas interruptas, in planitie iuxta Tiberis ripam diſperſas aliquando luſtrauimus.

OCRINVM ὄκεινον, quod & DAMNONIVM δαμνόνιον, Angliæ promontorium Ptolemæo, maximè Occidentale. S. Iuſtin fortè hodie, aut potius The landes end.

OCRISIVA, eſt in Theſauro Goltzij, ex vetuſta inſcriptione.

OCTABVM; vide OCTAVVM.

OCTACORDA, vide OTTOROCORRA.

OCTAPITARVM ὀκταπίταρον, Albionis inſulæ promontorium: Ptolemæo. S. Dauids head nominat Camdenus.

OCTAPOLIS ὀκτάπολις, Lyciæ opidum: Ptolemæo.

OCTARIBA, Syriæ aut Euphratenſis vrbs. lib. Notit. OCCARIBA habebat codex M.S.

OCTAVANI, vide FORVM IVLIVM.

OCTAVIANVS, Specus ſic vocatur, ſecundo ab Vrbe milliario. circa Labicum. Frontinus 1 Aquæduct.

OCTAVIOLCA ὀκταουίολκα, Cantabrorum vrbs, in Hiſpania. Ptolemæus.

OCTAVIVS Vicus, in Velitris. Suetonius in Auguſto.

OCTAVVM, Africæ Propriæ vrbs: D. Auguſtino, & Cypriano in concilio Carthaginenſi. Et OCTAVENSIS loci, meminit Optatus Afer. ſed per B. OCTABENSIS, non ſemel, in M.S. Eſt quoque OCTAVVS pagi nomen circa Lugdunum Galliæ: Gregorio Turonenſi 9. Hiſtoriar. Pro Foro Iulio habeo. Vide OCTOVIANVS.

OCTOBES, lacus ſexaginta ſex ſtadiis à Satala vrbe. Procop. 1. Perſicor. In Armenia Minori.

OCTODORVS, Cæſari Veragrorum vicus; quem B. Rhenanus & Scudus Martenach nominant, Valleſiæ vallis. Duodecim millibus à S. Mauritij opidulo: vt addit Ioſias Simlerus. VALLENSIVM Ciuitatem, vocat Lib. Prouinciar.

OCTODVRVM ὀκτώδουρον, Vaccæorum vrbs. Ptolemæus.

OCTOGESA, Cæſari Hiſpaniæ vrbs, ad Iberum fluuium. Vrſinus putat hanc ETOVISAM Plinij eſſe. hoc duplici SS. ſcribit Liuius. (Quid ſi ſit ETOBESA?) Hitona hodie, Epiſcopo Gerundenſi. Mequinenza Suritæ, & Morali. in ripa Iberi fluminis: quinque leucis ab Ilerda. C. Cluſius putat fuiſſe vbi hodie Scatron vel Flix, ad Sicoris & Iberi confluentes. Vide ETOVISSA.

OCTOLOPHVS, loci nomen. Liuius 31. & 44. In Macedonia videtur. ATABOLVS quidam codices habent.

OCTOPAS ὀκτώπας, fluuius. Heſychius.

OCTOVIANI agri, meminit Sidonius 8. ad Conſentium. in Gallia ad mare Mediterraneum alicubi videtur. Vide FORVM IVLIVM, nam idem eſſe reor.

OCTVLANI, Italiæ populi: Plinio. In Latio.

OCYNARVS, Vide OCINARVS.

OCYPODES ὠκύποδες, Indica gens, quæ equos curſu præuertit. Strabo.

ODAAGNA, vide ODAGANA.

ODAGANA ὀδαγάνα, Arabiæ Deſertæ opidum: Ptolemæo, ODAAGNA legunt interpretes.

ODANEORVM ὀδανεων, *tanquam populorum, meminit A. Occo, ex Caracallæ nummo.*

ODESSVS ὀδησσος, *in Ponto magnus mons. Stephanus. Vide* ODYSSVS, *&* ORDESVS.

ODIA, *Plinio maris Aegæi inſula.*

ODIABVM, *Valeriæ Ripenſis vrbs. Lib. Notit.*

ODIATES, *Liguriæ gens, circa Genuam. auctor ænea tabula antiqua, ibidem.*

ODICEA, *in Morinis locus maritimus. vbi Cæſar turrim conſtruxerat. niſi fallat Virunnius.*

ODIVPOLIS ὀδιυπολις, *regio Heracleæ, iuxta Pontum. Stephanus. Fortè* ODYSSOPOLIS *Cedreni.*

ODMANA ὀδμανα, *Palmyrenæ vrbs: Ptolemæo.*

ODOCA ὄδωκα, *Taprobanæ fluuius. apud Ptolemæum. Interpretes cum afflatu,* HODOCA.

ODOGRA ὀδώγρα, *Chamaniæ in Cappadocia opidum: Ptolemæo. Sine* R. *legunt interpretes.*

ODOLLA *ſpelunca, 1. Samuel 22.* ἀδουλλα, *Ioſepho. Vrbs quoque à Salomone ædificata 2. Paralip. 11.* ὀδολλα *Ioſepho, Antiq. 8. Vide* EGLON.

ODOMANTICA ὀδομαντικη, *Macedoniæ regio. Ptolemæus.* ODOMANTIDICA *eſt Liuio 45.* ODONTOMANTES ὀδοντομάντες, *gẽs Thracica: quæ pudenda pilis nudabant & præcidebant. Quidam pro Iudæis habent. Suidas. Sed eoſdem cum* ODOMANTIBVS *cenſeo, in Odomantica regione. ſunt enim in confinibus Macedoniæ & Thraciæ. quos ſæpiùs à priſcis confundi ſcriptoribus non vno obſeruauimus loco.*

ODOMANTIS ὀδομαντις, *Armeniæ Maioris regio. Strabo.*

ODOMBOERÆ, *Indiæ gens: Plinio.*

ODONES ὠδονες, *Thraciæ gens, Mædis vicina. Stephanus. An ipſi Hedones?*

ODONTOMANTES, *vide* ODOMANTICA.

ODRANGIDI ὀδραγγιδοι, *apud Ptolemæum ſunt Libyæ Interioris populi.*

ODRISTA *epiſcopalis ſedes: ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. Balſamon.*

ODRYSA ὄδρυσα, *vrbs Odryſarum, qui in Thracia ſunt; Straboni, & Stephano. Circa Hebrum eos collocat Solinus.* ODRYSAS *Laonicus* Moldauenſes *vocat. In Odryſis Hadrianopolim ponit Metaphraſtes, in S. Lucæ & S. Artemij vita.* ODRYSSIOS *Montes, habet Clem. Alexand. Vide* THRACIA.

ODVCIA, *locus Hiſpaniæ Bæticæ, in antiqua inſcriptione, quam Moralis habet in ſuis Antiquitatibus. Circa Loram fuit. Vide* ODYSSIA.

ODYSSES ὀδυσσης, *fluuius qui Alazonum pagos perfluit. In Mygdonia Aſiatica. Strabo 12.*

ODYSSIA ὀδύσσεια, *Siciliæ promontorium Ptolemæo: quod* Cabo Marzo *Fazello nuncupatur. puto* EDISSÆ *Portum eſſe, cuius meminit Cicero, in Verrem, lib. 4. Aretius* Porto de Pali *vocat. In Hiſpania quoque vrbs, ſupra Abderam, in montanis, Straboni.* ODVCIA *ni fallor, hæc in antiquo lapide. Vide* VLYSSIS *Portus, &* OLYSIPPO.

ODYSSIS, *vide* OLYSIPPO.

ODYSSVPOLIS, *vide* ODIVPOLIS.

ODYSSVS ὀδυσσός, *Ptolemæo & Diodoro Mœſiæ Inferioris vrbs.* Varna *dicitur Nigro.* ODESSVS ὄδησσος *Strabonis eſt: & Arrhiani, in Periplo, &* VDISSVS *Antonini. Stephanus* ὄδησσον *in Ponto deſcribit. quæ eadem eſt. Quæ hodie* Varna, *apud Cedrenum* BARNA *eſt.*

OE, *Troadis inſula, apud Dictym Cretenſem 2. vide* OA.

OEA ὄεα, *Theræ inſulæ opidum: Ptolemæo. Eſt & Atticæ populus* οἰα, *Scholiaſti in Sophoclis Oedipo Coloneo. Vide* EOA, OCEA, *&* OEEA.

OEAGRVS, *vide* HEBRVS.

OEANDENSES, *Aſiæ Propriæ gens alicubi: Plinio.*

OEANTHE οἰάνθη, *Locrorum Ozolorum opidum: Plinio, Pauſaniæ, & Stephano.* οἰάνθεια, *autem legunt Pauſanias & Pomponius. Aetoliæ eſt Polybio 4. aduerſa Aegyræ. vide* EVANTHIA.

OEASITÆ, *vide* OASIS.

OEASO οἰασὼ, *Ptolemæo,* EASON *Melæ, Hiſpaniæ promontorium eſt; quod Plinio* OLARSO *eſt, vt Hermolaus autumat.* IARSO *Martiano,* IDANVS ἰδάνσου, *Straboni, dicitur, vt Pintianus credit.* ORSONA ὄρσωνα, *Appianus videtur pro eodem habere. Ar. Montanus, vrbem eſſe dirutam, & hodie* Ojarço *vocari, mihi auctor eſt. idem Cluſius, qui dicit eam binis & amplius leucis à mari diſtare. cui Fontarabiæ vicina eſt.* Baiona *Epiſc. Gerundenſi nominatur. Florianus & Gomecius ſcribunt* Fontarabia, *& incolis* Hondaribia *appellari. Fontem Rapidum video à Latinis noſtris hodie indigitari. Sed* OEASOPOLIM *vrbem habet hoc loco quoque Ptolemæus, quæ his recentioribus nominibus fortè verius quadrabit, quàm Oeſo promontorio. quod & Garybaius tradit hodie adhuc* Aiſo *dici. & iuxta quædam conuallis nomine* Ojarço, *&* Ojarçun.

OEAXVS, *vide* OAXVS.

OEBALIA, *vide* ARENE, TARENTVM, *&* LACONICA.

OECALICÆ, *Aethiopiæ populi, circa quos Nili fons eſt. Plinius.*

OECHALIA οἰχαλια, *Straboni & Dioni Pruſæo, vrbs eſt in Theſſalia. Pauſanias in Meſſeniacis ſcribit Oechaliam Meſſeniæ vrbem aliquando* EVRYTIVM *dictam. hæc autẽ Arcadiæ tribuitur à Strabone.* OECHALIA *etiam Eubœæ opidum; teſtibus Strabone, Pomponio, & Plinio. Trachiniæ quoque. & Arcadiæ, apud Strabonem, Euſtathium, & Stephanũ. Aetolicæ quoq; Straboni. Pauſania auctore etiam vicus eſt Meſſeniæ regionis* OECHALIA *vocata, quæ pòſt* CARNASIVM καρνάσιον, *appellata fuit. Vide* CARNASIVS, *&* ANDANIA.

OECHORDAS οἰχορδας, *Ptolemæo Sericæ regionis fluuius eſt. Sed variat apud eum ſcriptio; nam &* OECHARDVS οἰχάρδος *legitur. M. Niger eum* Tartar *nomen habere ſcribit.* OECHARDÆ *etiam gens ibidem, eidem Ptolemæo. Quos* CHARDOS *vocat Ammianus.*

OECVBARIA, *Italiæ caſtellum, circa Bononiam. Zoſimus 5.*

OECVS οἰκους, *Cariæ vrbs: Stephano.*

OEDANA οἰδάνη, *vnus fluuiorum qui in Gangem influunt. Strabo.*

OEDANTIVM οἰδάντιον, *Illyridis opidum: Stephano: ex Theopompo.*

OEDIMVS οἰδιμὸς, *ſinus circa Doridem, inter Gnidum & Lorymam. Conſtantinus Porphyrogenneta.*

OEDIPODIA, *Fons Thebarum: Plutarcho in Sylla, Plinio, Solino, & Pauſania.*

OEEA, *loci aut opidi nomen, apud Apuleium, in Apologia pro ſeipſo.* ὀιη *Herodoto. prope Epidaurum Peloponneſi.*

OEENSIS *ciuitas, in Africa Propria, circa Syrtes: cum qua Romani auſpicio Veſpaſiani Imp. bellum geſſere. Plinius. Gentile ab Oea. Vide* OCEA.

OEETIDIS οἰητιδος, *vrbis in Laconica, ab Aenea exſtructæ, meminit Pauſanias in Arcadicis. fortè eadem cum Oetæus.*

OEIE οἰηή, *Pandionidis tribus. Suidas. Vide* OA.

OEIS, *vide* OA.

OEMPHYLE, *Dyrrachij mons. Vibius.* OENIPHILE *eſt apud Boccatium.*

OEN *inſulam, habet Dict. Cretenſis; quæ ante Troiam continenti iungitur.*

OENA οἶνα, *Tyrrheniæ vrbs, in medio collem habens altitudine trium ſtadiorum: vt refert Stephanus, ex Ariſtotele, de Mirabilibus. ſed hic* OENAREA οἰναρεα, *legit.* VOLATERRA *autẽ debere legi, annotauit Pet. Victorius.* OENA *etiam fluminis in Aſſyria nomẽ, inter quem & Tigrim,* ADIABENAM *eſſe comprehenſam, ſcribit Ammianus. Eſt & fons ſic dictus, Athenæo 2. medius inter Mædos & Pæonas, de quo vide* INNA.

OENÆVM, *Nicetæ & Glycæ circa Paphlagoniam opidum.*

OENANDA, *vide* OENOANDA.

OENANTHIA οἰνανθία, *Ptolemæo Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, ad Pontum Euxinum. Hæc* S. Sophia, *Mercatori indigitatur. Aetoliæ vrbs maritima eſt, Polybio 4. aduerſa Ægyræ. inter Acarnaniorum & Ætoliorũ fines.*

OENAREA, *vide* OENA.

OENE οἴνη, *Argiæ vrbs. Stephanus.*

OENEA, *vrbs quondam fuit, Plinio. circa Iſthmum Corinthiacum. Huius quoque Strabo meminit.*

OENEANDA, *&* OENOANDRVM, *vide* OENOANDA.

OENEI, *apud Plinium, Dalmatiæ gens. circa Oeneum fluuium veriſimile.*

OENEON, *vide* OENION.

OENEVS οἶνεος, *Illyridis fluuius: vt Ptolemæus auctor eſt.* HINEVS *legit Dom. Niger.*

OENIADA, *vide* OENOANDA.

OENIADÆ οἰνειάδαι, *in Acarnania vrbs, ad os Acheloi, Polybio, Plutarcho, Liuio, Thucydide, & Pauſania teſtibus:* ERYSICHE ἐρυσίχη, *olim dictam, tradit Stephanus, ſed* ἐρυσίχη *alio in loco, idem legit.* ÆNIADÆ *ſunt quoque apud Liuium.* Dragameſto *bodie, Sophiano & Thucydidis Scholiaſti; qui* OENIAS *habent. Vide* OENOANDA.

OENIANES, *vide* AENIANES.

OENI PONS, *Rhætiæ locus, in lib. Notitiar. & apud Antoninum.* Oetingen *facit ex ea Simlerus, ſed hic* ÆNI *legit. In Bauaria* Odingen *Lazius. idem eſt, differente tantum ſcriptura & ſono. ſunt qui* Inſpruck *(Tirolenſis comitatus) ex ea faciunt, & errant.*

OENION οἰνιὼν, *Locridis in Ozolis portus; apud Stephanum, ex tertio Thucydidis. vbi per ε in penultima* οἰνεων *legitur. ſic quoque apud Lucianum in Sympoſio.*

OENIS οἰνίς, *Atticæ tribus, Iul. Pollux 8.*

OENIVM *Nemus, in Lycia, circa Canduba opidum. Plinius.*

OENIADA, *vide* OENOANDA.

OENIPHILE, *vide* OEMPHYLE.

OENOANDA οἰνόανδα, *Lyciæ vrbs: Plinio, Liuio, & Stephano.* οἰνεανδα *Ptolemæo. &* οἰνοανδρον *Straboni.* οἰνεανδα *Appiano. An* οἰνιάδαι? *quam hoc tractu agnoſcit Porphyrogenneta.*

OENOCHALACORVM *opidum circa Perſidem videtur, apud Procopium 2. Perſicorum.*

OENOCHOVS οἰνοχόος, *i. Pincerna: pars montis Oetæ ſic dictus. Athenæus 9. ſub finem.*

OENOE οἰνον, *Elidis regionis vrbs, in Peloponneſo, Straboni, quam* BOEONOA βοιωνόα, *appellatam addit. Hæc eadem* EPHYRA *nomen habere videtur apud eundem Strabonem & Stephanum. ad Selleentem fluuium. Plethon eam quoque* PYLVM *vocat, an bene, neſcio.* OENOE, *opidulum in Icaria inſula, Athenæo, & Straboni. item Stephano, qui hanc duarum Icariæ inſulæ vrbium, vnam facit. Atticæ mediterranea eſt Thucydidi, & Ptolemæo. in Tetrapoli regione, vt habet Stephanus. Atticam tribum facit Thucydidis Scholiaſtes. Eſt & Laconicæ, eidem Ptolemæo. Arrhiani Periplus habet locum maritimum ſic dictum. in Cappadocia. Eſt locus Corinthiorum, in promontorio Oleniæ: vt tradit Strabo. lib. 8. & 9. & Thucydides 2. Arcadiæ fons eſt, apud Pauſaniam. Item Arcadiæ vrbs, teſtibus Athenæo, Stephano, & Suida. Et Argiæ, Pauſaniæ. Vide* OENONE, SICINVS, *&* TETRAPOLIS.

OENONE οἰνώνη, *duo Attici pagi, ſic dicti, auctore Strabone 8. Alter ad Eleutheras fuit, alter Marathoni vicinus. Huic ſuffragatur Icaromenippus Luciani vterque* OENOE *à Suida nuncupatur. Ptolemæus quoque habet* OENOE *in Attica. Vide* ÆGINA.

OENOPARAS οἰνοπάρας, *agri Antiochiæ Syriacæ fluuius. Strabo 16.*

OENOPHYTA οἰνόφυτα, *Bœotiæ vrbs. Thuycides 1. & 4. Diodorus 11. item Ariſtides, & Ariſtoteles 5. Politicor. Myronidem Bœotes hic ſuperaſſe ſcribit Plutarchus.*

OENOPIA, *vide* ÆGINA.

OENOPLIA, *terminus Romani imperij verſus Auſtrum. Bodinus in Methodo hiſtorica, & Vignierius in Bibliotheca hiſtoriali, ex Appiano, & Ruffino vti videtur. Fides ſit penes iſtos. mihi non liquet.*

OENOPVS, *vide* INOPVS.

OENOTRI, *ſunt in Meſopotamia populi. Stephanus, ex Hecatæo: in voce* Arinthe. *ſi ſincera lectio. Fuerunt & Italiæ populi Halicarnaſſeo 1. qui incolebant totam illam oram maritimam quæ eſt à Tarento Pæſtum vſque. De his quoque Ariſtoteles 7. R. P.* OENOTRI, LYCAONES, *&* PELASGI, *ijdem populi, eidem Halicarnaſſeo loco ſupradicto.*

OENOTRIA, *hæc ſola* ITALIÆ *nomine vocata fuit, ab Antiquitate. Sic propriè Sabinorum terram dictam, ſcribit Seruius, ad 7. Æneid. Vide* ITALIA. *&* LAMETICVS *Sinus.*

OENOTRIDES οἰνωτρίδες, *Straboni, ante Veliam maris Tyrrheni duæ inſulæ ſunt, ſic quoque Plinio, apud quem harum nomina ſunt* PONTIA, *&* ISCIA. Ponza *&* Iſchia *etiamnum appellantur, vt Leander tradit.* PONTIAS *alias in Campania, numero multitudinis legit Dio 59. & Plinius 3. quæ* PONTIA *&* PANDATARIA *Straboni 2. & 5. Sed* PONTIA *ſingulariter habet Suetonius, & Strabo: qui eam è Speluncis conſpici ait. Liuius 9. dicit Pontias inſulas à Volſcis (qui in continente ibidem ſunt) inhabitari. at hæ ſunt Oenotrides.*

OENOVS, *vide* OENVS.

OENSIS, *vide* OA.

OENVNIA, *vide* SINVNIA.

OENVNS οἰνοῦνς, *fluuius Laconicæ iuxta Spartam & Selaſiam; Liuio & Polybio. Vide* BABYCE.

OENVS, *fluuius Germaniæ; qui, vt Tacitus ſcribit, Rhætos Noricoſq; interfluit, apud quem etiam* ÆNVS, *per* A. *legitur. quam lectionem quoque confirmat Antoninus, in Æni ponte.* HENVS ἔνος, *apud Arrianum.* HINVS *apud Diaconum eſt.* ATESINVS ἀτησινὸς *Strabonis, videtur Auentino.* Inn *hodie vocatur, Lazio teſte.* OENVS οἰνοῦς, *etiam Laconicæ opidulum: Stephano. ex Androtione.*

OENVSÆ, *vide* OENVSSA.

OENVSSA, *Plinio inſula iuxta Samum & Lesbum. Eſt eidem quoque inſula finitima Chio.* OENVSSÆ *Herodoto 1. & Thucydidi 8. item Stephano. ſed huic vnicos. Eidem Plinio ſunt* ONVSSÆ *tres inſulæ ante Meſſenam. hæ etiam Oenuſæ vno* s. *apud Pauſaniam; quæ eas ante Acritam promontorium deſcribit. vt quoque Pomponius lib. 2. cap. 7. de inſulis Mediterranei maris. vbi hæc: Oenuſa & Theganuſa contra Acritam, quam ſinceram eſſe lectionem docet ex hiſtoria & fide exemplariorum Pintianus.* Emiſſa *pro Oenuſſa codices malæ fidei legunt. Hæc* Sapientia *Sophiano dicitur. vide* CARTHAGO.

OENVSSÆ, *vide* OENVSSA.

OEOS οἶος, *Tegeæ opidulum. Stephanus ex Aeſchilo. Cuius autem Tegeæ? ſunt enim plures.*

OEPOLIVM, *vide* ÆPOLIVM.

OEROA οἰρόη, *Græciæ inſula, ante Platæenſe opidum; quam Aſopus fluuius & Gargaphius fons efficiunt. Herodotus in Calliope.*

OEROANDA, *opidum circa Pamphiliam videtur, apud Liuium 38. Sine* E. *quoque* OROANDA, *apud eundem ibidem. ſic quoque Plinius.*

OESCA, *vide* OSCA.

OESCVS οἶσκος, *Triballorum ciuitas, in Inferiori Mœſia, vt Ptolemæus tradit.* EGIROS *antea dictam ab Ouidio; tradit Niger (non ego) qui eam* Blida *vocat. Lazius eam* Traiectum Budini *vocat. Apud Antoninum habetur* OESCVS LEG. MAG. *in Aldino codice. Simlerus autem ſcribit legendum* LEGIO PRIMA MACEDONICA. OESCVS *eſt ibidem fluuius, apud Plinium, ex Rhodope profluens. Fortè* CIVS *Herodoti.*

OESPORIS οἰσπορὶς, *Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo.* Sibaca *eſt apud Marmolium.* ISPORIS *legunt Ptolemæi interpretes.*

OESTROS, *Pamphyliæ fluuius, Pomponio.* CESTRVS,

κέστρ☉-, Straboni, & Ptolemæo vocatur. Ceſtrus eſt etiam ... quamuis hic cum Ciliciæ attribuat. Ex his omnibus, Ceſtrum quoque reſtituendum apud Melam, reclamantibus omnibus exemplaribus affirmare auſim. Error ex præcedentis vocis elemento s finali natus, nam c. initiale verbi Ceſtri, & s. finale verbi catarractes. eodem ſono (vulgo Latino nempe) cum pronunciaſſet lector: librarius geminatum minimè animaduertit. Sic enim apud Melam, Catarractes Oeſtros. malè.

OESTRYMNIS *Promontorium*: OESTRYMNIS *Sinus*: & *in eo* OESTRYMNIDES *inſulæ*: *metallo, vt plumbi & ſtanni diuites, habet Auienus circa Hiſpaniam in mari Atlantico. Incolæ ex pellibus naues conſtruunt, quibus Oceanum nauigant. Aut hallucinor, aut hoc promontorium eſt quod alijs* ARTABRVM: *Sinus, qui alijs* AQVITANICVS: *Inſulæ, quæ alijs* CASSITERIDES. *Vide* OPHIVSA, & CASSITERIDES.

OSYMA οἰσύμη, *Macedoniæ vrbs, Ptolem. & Thucydidi 4. dicitur quoque* EMATHIA, *Stephano teſte.* ÆSYMA *Homero, vt idem addit. Vide* BIBLIA.

OETA οἴτη, *Ptolemæo & Pauſaniæ Macedoniæ mons, iuxta Maliacum ſinum.* OETES *Stephano.* Bunina *appellat eum Sophianus. Vrbis quoque nomen ibidem: Ant. Liberali, quæ* OETES *Diodoro*: & OETÆA *Straboni, cui &* TRACHIS *nominatur.* OETÆI, *ſunt Græciæ populi ad Melicum ſinum, in Trachinia: Thucididi 3. & 8. item Xenophonti 3. Græcorum. Montes, ſic dicti, ſunt apud Liuium. & Oetæus ſaltus apud Pomponium. ſilua eſt Luttatio ad Senecæ Tragediam Herculis Oetæi.* οἴτης *Stephano, &* ὄτα *Theophraſto, qui eum prope Pylæam deſcribit. Vide* THERMOPYLÆ.

OETÆVS οἰταῖ☉-, *Laconicæ vicus. Laertius in Myſone. vnde hunc oriundum ſcribit. à parte patris nempe: nam Chenæum fuiſſe addit à matris* (χημαῖον *malè apud Stobæum legitur, ex Miſonio de Agricultura, vt hoc obiter annotem.*) *Idem Laertius ibidem tradit ab alijs* ETEIVS ἠτεῖ☉- *ſcribi. Apud Pauſaniam video quoque hunc locum indifferenter exaratum* οἰτεῖ☉- & ηπ☉-. *Vide* CHEN, ETIA, OETA, & OEETIDIS.

OETEI, *vide* SCYTHÆ.

OETENSII οἰτήνσιοι, *In Myſia Inferiori gens: Ptolemæo.* TENSII *legunt interpretes.*

OETENTINE *Caput, quod eſt ſub monte Albano. Feſtus. Annotationes in hunc locum putant ſcribẽdum* FERENTINE, *ex Liuij 1. vbi ſcribit ad lucum Ferentinæ conueniſſe Latinos: & paulo poſt ad Caput Aquæ Ferentinæ Turnum deiectum fuiſſe.*

OETES οἴτης, *vide* OETA.

OETEVS, *vide* EVBOICVM *Mare.*

OETYLVS, *vide* BITYLA, & TYLVS.

OEVM, *vide* OIVM.

OEZENIS, *vide* TRAPEZVS.

OFFIDIVM, *Italiæ mons, qui hodie* Bazzano *vocatur, vbi S. Iuſtina vixit, vt habet Scipio Mazzella, in Regni Neapolitani deſcriptione.*

OGALIBA ὀγάλιβα, *Ptolemæo, Taprobanæ prom.* GALIBA *interpreti; & ſincerius, ni fallor, habet enim idem Ptolemæus ibidem Galibos populos, & montes.*

OGDÆMI ὀγδαῖμοι, *Marmaricæ Nomi gens. Ptolemæus.*

OGDOLAPIS, *vide* COLAPIS.

OGIA, *inſula Aquitanica videtur, in vita S. Amandi. quadraginta diſtans à littore milliaribus. Eius quoque mentio fit in vita S. Landoaldi.*

OGLAMVS ὄγλαμον, *Marmaricæ mons, Ptolemæus.* OGDAMVS *legunt interpretes.*

OGLASA, *vide* DIANIVM.

OGRYLLIS, *vide* OLBIA.

OGVZII, *vel* AGVZII, *Turcorum tribus, ex quo Othomannorum familia. Laonicus.*

OGYGIA ὠγυγία, *vrbs eſt maximum Hæmi ſpatium complexa, &* PRISTHLABA *vocatur, vt auctor eſt Nicetas. Patzinacorum magnam vrbem, vocat Cedrenus.* OGYGIA *ab Homero celebrata inſula, Plutarcho auctore quinque dierũ curſu à Britannia verſus occaſum.* OGYGIAM *aliam inſulam habet inter Phœnicium & Syrium mare, Zacharias Lilius, ex Varrone tertio R. Ruſticæ. Vide* ATTICA, ÆGYPTVS, BOEOTIA, CALYPSVS, HIBERNIA, LYCIA, THASVS, & THEBÆ.

OGYGIANVM, *Tuſciæ colonia, vt habent Fragmenta, quæ Catoni adſcribuntur.*

OGYGIVS, *vide* LADON, & OGYVM.

OGYLOS, *vide* ÆGIALIA.

OGYRIS, *Indici maris inſula Plinio, Melæ, & Dionyſio, in qua Erythri regis ſepulcrum. Geru nunc eſſe, quidam non abſurde conijcere ſcribit Maffeius. Vide* ORGANA.

OGYS, *vide* LVZA, & MAMBRE.

OGYVM *Montem (Ogygium legit Xylander) fabuloſum, habet Strabo 7.*

OIE, *vide* OEEA.

OIETHENSIS, *pago Atticæ oriundus erat Polemo philoſophus. Laertius, in huius vita.*

OIS, *vide* OA.

OISCA, *vide* OSCA.

OIVM οἶον, *Leontidis tribus municipiũ: Stephano. Suidas aliud habet quoq; Decelicum Hippothoontiæ. vtrum. q; in Attica. Caſtellum quoque ſupra Opuntiũ vrbem, Strab. 1.*

OLABI, *Æthiopiæ ſub Aegypto populi: apud Plinium.*

OLACHAS, *Bithyniæ fluuius: Plinio. cuius gurgite periuri notantur pati velut flammam vrentem. Referenda fortè huc quæ leguntur in incerti auctoris Panegyrico Conſtantino Magno dicto.*

OLAN, *vide* HELON.

OLANE, *alterum Padi oſtium, quod &* VOLANE *dictum, Plinio auctore.* Volana *hodie dici, Leander teſtatur.* ὄλανα, & ὄλονα, *apud Polybium lib. 2. inueniuntur.* ὀλάνη, *Armeniæ Maioris vrbs: Straboni.*

OLANVM, *vide* MEDIOLANVM.

OLAPIA ὀλαπία, *vrbs in Arabia Felici. Ptolemæus.*

OLARINVM, *vide* VLIARVS.

OLARSO, *Hiſpaniæ vrbs, Plinio.* Olit *hodie, in Nauarræ regno. vt credit Beutherus. Vide* OEASO.

OLBA, *vide* OLIBA, & ALBANVS.

OLBASA ὄλβασα, *Ptolemæi, &* OLBVS ὄλβ☉-, *Straboni, ſynonyma eſſe intelligit Villanouanus. Vrbs Ciliciæ eſt. Ptolemæus tria huius nominis opida habet: in Cilicia, Cappadocia, & Pamphylia.*

OLBELVS ὄλβηλ☉-, *Macedoniæ vrbs: apud Stephanum. Vide* ORBELVS.

OLBI ὄλβοι, *Aegypti vrbs, iuxta Libyam. Stephanus.*

OLBIA ὀλβία, *Sardiniæ inſulæ maritimum opidum, Ptolemæo & Liuio. quod Pauſanias quoque* OGRYLLEN ὀγρυλλίς, *vocatum ſcribit.* VLBIA, *apud Antoninum legitur: &* VLBIENSIS *apud Oroſium.* OLBIA *ad Boryſthenis oſtium vrbs, in Sarmatia Europæa: Arrhiano in Periplo. Hæc ipſa etiam* BORYSTHENES βορυσθένης *appellatur, teſtibus Ptolemæo & Strabone, item Stephano. diuerſa autem ſunt apud Pomponium: qui* OLBIDAM *vocat. Hanc Olbiam nouit quoque Ammianus 22.* OLBIOPOLIS *Plinij eſt. Niger tradit* Strapenor *à barbaris vocari. Pintianus in ſuis in Melam Caſtigationibus, tradit hanc quoque* MILETOPOLIM *dictam, à Mileſiis conditoribus, ex Stephano fortè; qui eam Mileſiorum coloniam vocat.* OLBIA, *Bithyniæ opidum, ad Propontidem, Ptolemæo.* Verlia *dicitur Sophiano.* OLBIA, *Ptolemæo & Melæ Galliæ Narbonenſis vrbs; quam Ioannes Poldus* Eres *vocat, ſed idem dubitat, num ſit* Yeres, *Prouinciæ opidum.* Aires *vocat Cognatus.* OLBIA, *Stephano eſt vrbs in Iberia: Illyride: Ponto: & Pamphilia. In Pamphilia, etiam Ptolemæus habet. hanc Lyciæ tribuit Strabo. An autem Stephani Liguſtica & Ptolemæi Narbonenſis eadem ſit, ſubdubito. Liguriæ nomen namque Narbonenſem oram aliquando comprehendiſſe, ſcio.* OLBIA *etiam epiſcopatus Aegypti eſt: in concil. Chalced.* VLBIA *eadem in concil. Epheſino III. Vide* ARSINOE, NICÆA, NICOMEDIA, SELEVCIA, & OLIBA.

OLBIOPOLIS, *vide* OLBIA.

OLBIOPOLITÆ, *vide* BORYSTHENITÆ.

OLBISII ὀλβίσιοι, *vel* ὀλβυσσιοι *per υ vt alius codex legit. & geminato* SS. *gens ad Herculis columnas. Stephanus.* OLBISINII *alias. Idem.*

OLBIVS ὄλβι☉-, *Arcadiæ amnis, quem Pauſanias dicit Arcadibus nonnullis* AROANIVM ἀροάνιον, *appellari. Apud Athenæum 8.* AORNOS *vocatur.*

OLBVS, *vide* OLBASA.

OLBVTANVS *Epiſcopatus, in Mauritania Cæſarienſi, Vict. Vticenſis.*

OLBYSSII, *vide* OLBISII.

OLCACHITIS ὀλκαχίτις, *Numidiæ Nouæ ſinus. Ptolemæus.*

OLCADES ὀλκάδες, *Stephano ſunt Hiſpaniæ populi intra Iberum fluuium, cuius vrbem Althæam vocat. Eadem eſt apud Polybium & Liuium. Olcadum mentio etiam fit in Annibale Plutarchi. Carthagini Nouæ vicinos facit Suidas. In regno Toleti eſſe, prope vrbem hodie* Ocaña *dictam, habetur in Lexico Nebriſſenſis.*

OLCHINIVM, *quod antea* COLCHINIVM, *teſte Plinio, Illyrici opidum eſt, ad ripam Drinonis.* Dulcigno *nunc vocari, Volateranus auctor eſt.* VLCINIVM ὀλκίνιον, *Ptolemæo eſt. &* OLCINIVM *Liuio 45. Inde Olciniatæ.*

OLCIMVM ὄλκιμον, *Montem, habet Dioſcorides 3. in Macedonia, quo rutam ſilueſtrem naſci refert. Halyacmon pro eo vertit Mathiolus. Sed ſic Apuleius de virtutibus herbarum, capite de ruta hortenſi. Memorant ad Olcimum fluuium appellari viperalem. [rutam nempe] Ex quo Olcimum nomen & mõtis, & fluuij eſſe, eamq; vocem apud Dioſcoridem incorruptam retinendam, veriſimile eſt.*

OLCINIVM, *vide* OLCHINIVM.

OLCIVM ὄλκιον, *Stephano Tyrrheniæ opidum. ex Polybij 6. Huius tantum fragmentum hodie exſtat. in quo nulla eius mentio.*

OLDA, *Aquitaniæ fluuius, Garumnam augens, hunc inuerſo ordine* Loda *vocant. Sic Ioſ. Scaliger in Auſonianis lectionibus.*

OLEA ἐλαῖαι, & PALMA φοίνιξ, *duo fontes in Bæotia, ad Delum montem: vbi Apollinem natum fabulantur. Plutarchus in Pelopide, & Oraculorum defectu.*

OLEARVS, *vide* OLIARVS.

OLEASTRVM ὀλέαστρον *Ptolemæo, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ. Simlerus æſtimat hoc apud Antoninum* BARBARI *Promontoriũ appellari.* Gebha *opidulum deſtructũ circa hunc locum hodie: Marmolio teſte. Pomponius habet Hiſpaniæ opidum, circa ſinum Gaditanũ, quod* OLEASTRVM *Lucum appellat. Eſt Plinij* OLEASTRO. ὀλέαστρον, *Ptolemæo quoq; Turdetanorum in Bætica vrbs eſt. Antonino alia inter Tarraconem & Dertoſſam eſt.*

OLEATRVM ὀλέατρον, *Hiſpaniæ opidum, circa Saguntum Straboni.*

OLENA, *Tuſciæ vrbs: Catoni in Fragmentis.*

OLENACVM, *Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notit.* Elenborrow *Camdeno.*

OLENIA *Petra, vide* SCOLLIS.

OLENON *opidum, in Aulide, habet Hyginus. ab Oleno Vulcani F. conditum.*

OLENVS ὤλεν☉-, *Achaiæ Propriæ vrbs, Ptolemæo, Straboni, Pauſaniæ, & Apollodoro;* OLENVM *Plinio eſt. Niger* Chaminiza, *Pinetus* Canigriſa *nominat. Galatiæ vrbs eſt quoque apud Ptolemæum. Item Aetoliæ: Stephano, & Straboni: cui quoque* ÆGÆ *nomen.* OLENVS *Eremus etiam, inter Patras & Dymen: Euſtathio ad B* Ιλιαδ. *Vide* ACHAIA.

OLERVS ὤλερ☉-, *Cretæ vrbs, ſupra Hierapytnam. Stephanus & Euſtathius. Vide* ELYRVS.

OLEVM, *Hiſpaniæ Tarraconenſis flumen: Sex. Auieno.*

OLGANVS ὀλγαν☉-, *loci nomen, apud Stephanum in verbo* μίεζα.

OLGASSVS, *vide* OLYSSAS.

OLIA ὀλία, *Meſopotamiæ vrbs: apud Ptolemæum.* ELIIA *legunt interpretes.*

OLIARVS ὠλίαρ☉-, *Ptolemæo, vna ex Cycladibus inſulis; Virgilio, Plinio, & Melæ; ſed huic* OLEARVS *per* E. *eſt. Hodie ab incolis* Quiniminio *vocatur, ſi fides Mario Dominico Nigro.*

OLIBA ὄλιβα, *Beronum in Tarraconenſi Hiſpania vrbs. Ptolemæo. Ambroſius Moralis putat pro eo corruptè* OLBA *legi apud Liuium. Eſt fortè* ὄλβια, *Stephano quoque.* OLOGITVM *ab Iſidoro vocari putat quidam.* Olit *appellat eam Ep. Gerundenſis, cui aſſentitur Coquus in ſua tabula veteris Hiſpaniæ.*

OLIBANVS, *vide* CLIBANVS.

OLIBERA, *vide* ORIXA.

OLIBRIONES, *vide* LABRONES.

OLICANA ὀλίκανα, *Ptolemæo Brigantum vrbs; in inſula Albione.* Halegfex *H. Lhuydus vocat.* Oteley *Camdenus.*

OLIGASCVS, *vide* BOLEGASCVS.

OLIGYRTIS ὀλίγυρτις, *Peloponneſi vrbs: Polybio 4.* OLOGVNTVS *Plutarcho in Cleomene.*

OLIMACVM ὀλειμακον, *Pannoniæ Superioris opidum: Ptolemæo.* Lynnbach *putatur Lazio. vide* HALICANVM.

OLINA ὀλίνα, *Galliæ Lugdunenſis fluuius, Ptolemæo.* Orna *apud Cœnalem dicitur. Apud eundem Ptolemæũ eſt Callaicorum Lucenſium vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi. quam aliqui* Molina *putant. vt tradit Gomecius. vide* OLLINA.

OLINO, *Sequanicæ prouinciæ locus, cuius meminit liber Notitiarum:* Hole *nunc à Baſileenſibus nominari, ſcribit Rhenanus: qui vicum eſſe, cũ nemuſculo, non procul à Baſilea, dicit: vbi multa antiquitatis monumenta effodiuntur.*

OLIOS HIPPON, *vide* OLYSIPPO.

OLITINGI, *Hiſpaniæ opidum, Pomponio; in Luſitania. Intra oſtia Bætis & Anæ fluminum videtur.*

OLITTO EVLARISA, *vide* CALTIORISSA, & OLOTOEDARISA.

OLIVA, *vide* AD OLIVAM.

OLIVARVM *Mons, Zachariæ 14. Ioſephus 20. Antiq. dicit* V. *ſtadiis ab vrbe Hieroſolyma diſtare. vide* ELÆON.

OLIVVLA, *portus Galliæ Narbonenſis apud Antoninum. V. M. P. à Nicia.* OLIVVLA *quæ poſt* VENETIA *dicta. Sic Sigonius. Pars huius vrbis eſt, quæ nunc* Caſtello *nominatur.*

OLIZONES ὀλιζῶνες, *gens in Thracia. Suidas.*

OLIZONI, *vide* CHALYBES.

OLYZVM ὀλιζών, *Theſſaliæ vrbs: Plutarcho in Themiſtocle, Straboni, & Stephano. vide* MELIBOEVM.

OLLÆ, *vide* THERMA LVTRA.

OLLARIA, *vide* CHYTROPOLIA.

OLLICVLANI, *Italiæ populi. Plinius. In Latio.*

OLLINA ὄλλινα, *vrbs iuxta Caſpium mare. Stephanus. Vno L. ſcribitur in Aldino codice.*

OLLIVS, *Plinio Lombardiæ Tranſpadanæ fluuius.* Oglio *hodie dici, tradit Leander. An Cluſius Polybij ſit, ſe ſubdubitare ſcribit Sigonius, de Iure Italiæ. Ego duos differentes adfirmare auſim.*

OLME, *vide* OLMI.

OLMEVS, *vide* OLMONES.

OLMI ὄλμοι, *Stephano vrbs Aſperæ Ciliciæ, quæ ſuo tempore* SELEVCIS σελεύκεις, *vocabatur. Straboni* ὄλμος; *Plinio* OLME. *Vide* OLMIVM.

OLMIÆ ὀλμιαὶ, *promontorium Megaridis regionis, ad ſinum Corinthiacum. in quo Pagæ opidum. Strabo.*

OLMIVM ὄλμιον, *Epheſi vrbs, Heſychio eſt.* HOLMI ὄλμοι *ſunt Straboni. Bœotiæ Stephano, & Heſiodo in Theogonia.*

OLMIVS ὀλμειος, *Straboni 9. Luciano aduerſus indoctum, & Philoſtrato in Iconibus, fluuius, Statius Theb. 7. Et felix Olmiæ vadis.* OMIVS *legit Danæus, in ſua Geographia Poëtica. errore fortè typographico. In meo membraneo codice* ARIME *eſt, & in margine* HORIME. *Sed Olmius, retinendum.* HOLMIVS *cum afflatu* ὅλμει☉- *eſt apud Orpheum in Theogonia. Bœotiæ fluuius eſt, circa Heliconem, vt ſcribit in eundem Tzetza.*

OLMO-

OLMONES ὀλμωνες, *Bœotiæ vicus: Stephano & Pauſaniæ. Videtur & fluminis ibidem nomen, Philoſtrato, in imagine Meles. Per* A. *etiam* ALMONES *idem Pauſanias ſcribit.*

OLMVS, *vide* OLMI.

OLOBAGRA ὀλόβαγρα, *Stephano ex Theagene. vrbs in Macedonia. Per* O. *in penultima legit Aldinus codex.*

OLOCHÆRA ὀλόχαιρα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

OLOESSA, *inſula circa Rhodum Plinio.*

OLOGITVM, *vide* OLIBA.

OLOGVNTVM ὀλόγουντον, *vrbem Peloponneſi, habet Plutarchus, in Cleomene. Inter Phliunta & Orchomenon videtur. Vide* OLIGYRTIS.

OLON, *vide* CHILVN.

OLONDÆ ὀλόνδαι, *Ptolemæo gens in Sarmatia Aſiatica.*

OLONNA, *vide* HOLONNA.

OLONE, *Hiſpaniæ caſtellum; Liuio 33. à M. Fuluio expugnatum. Idem cum* HOLONE.

OLOOSSON ὀλοοσσών, *Magneſiæ ciuitas apud Stephanum. Perrhæbiæ Straboni: Theſſaliæ Heſychio. Hanc Iſacius in Lycophronem ſcribit ſua ætate* ELASSON ἐλασσών *vocatam. Lycophron autem ſimplici* O, ὄλοσσον, *habet.*

OLOPHYXOS ὀλόφυξος, *Thraciæ vrbs iuxta Athon montem: auctores Stephanus, Herodotus, Thucydides, & Strabonis epitome. Sinus eſt ibidem, Plinio. ſed cum aſflatu in prima.*

OLORENSIS, & OLORONENSIS, *vide* ELORONENSIVM.

OLOROS, *Pieriæ in Macedonia vrbs: Plinio. Vide* ALORVS.

OLOSTRÆ, *Indiæ populi, Patalen inſulam attingentes. Plinius. vide* ORESTÆ.

OLOTOEDARIZA, *Antonino Armeniæ Minoris opidũ. quod idem alio in loco* OLITTO EVLARIZA *nominat. Vide* CALTIORISA.

OLPÆ ὄλπαι, *Stephano Acarnaniæ opidum, quod* Sopoto *dici putat Niger. Huius Olpæ meminit & Thucydides 3. & dicit munitionem in tumulo, viginti ſtadiis ab Argiuorum vrbe maritima.*

OLPIA, *vide* ALPES.

OLVLIS ὄλυλις, *eſt apud Ptolemæum Cretæ inſulæ vrbis nomen. item Siciliæ. Cretenſis nominatur à Pineto* Olulo: *Siciliæ verò,* Soranto, *à Nigro.*

OLVM, *vide* CHILVN.

OLVMBRI, *vide* VMBRIA.

OLVRA, & OLVRIS, *vide* HELOS.

OLVRO, *vicus circa Idumæam. Ioſeph. 5. belli Iud. cap. 7.*

OLVRVS ὄλουρος, *opidum Achaiæ, in Peloponneſo. Plinius, Pomponius, Xenophon, & Stephanus.* OLVRVS *aliud eſt in Meſſenia, auctore Strabone: quod* DORIVM *vocatum addit.*

OLVS ὀλοῦς, *Cretæ vrbs. Pauſanias & Stephanus. Vide* OLYSSA.

OLYBAMA, *vrbs, apud Scythas Armenos. Beroſus.*

OLYBRIA, *vide* SELYBRIA.

OLYCA ὀλύκα, *Macedoniæ vrbs: Stephano. ex Theopompo.*

OLYCRÆ ὀλύκραι, *Stephano vrbs, iuxta Naupactum: in Achaia.*

OLYMNA, *vide* CALYDNA.

OLYMPE ὀλύμπη, *Illyriæ vrbs: Stephano.*

OLYMPENA *vrbs, circa Olympum Myſiæ. Plinius.*

OLYMPENI, *vide* MYSIA.

OLYMPIA ὀλυμπία, *Elidis vrbs, in Peloponneſo. Eadem* ARPINA ἀρπίνα, & PISA πῖσα *olim vocata. auctor Stephanus. Strabo eam inter Oſſam & Olympum mõtes, (Macedonicis cognomines) ſtatuit. ſed idem lib. 8. ſcribit Olympiam in Piſæorum agro eſſe, ex quo duæ videntur vrbes. Geminato* NN. ἄρπιννα, *ſcribit Pauſanias. In Arcadia eſt Olympia; Philoſtrato in Paleſtra.* OLYMPIA *Ægyptia, eſt in Peloponneſo: apud Stephanum, in* ηλις, *Olympiam ab Arpina diſtare viginti ſtadiis, ſcribit Lucianus in Peregrino. Duæ ergo diuerſæ huic ſunt. Adi de hac Olympia Tzetzam quoque in Variis, Chiliade 1. numero 21. Hodie* Langanico *dici, ſcribit Caſtaldus. Sed* Stauri, *Niger. Sed* OLYMPIA *quoque in Aetolia Liuio 26. Vide* GONNOCONDYLVS, LIBYA, & SEVERIA.

OLYMPIAS, *fons in Arcadia: apud Pauſaniam. vide* THVRIVM.

OLYMPICVM, *Iouis templum, vocat Liuius. Mille & quingentis paſ. ab Vrbe diſtans.*

OLYMPIEIVM ὀλυμπίειον, *locus in Delo inſula.* ATHENÆ NOVÆ HADRIANÆ *vocatæ ab Athenienſibus. Stephanus. Harum meminit quoque vetus lapis, Mediolani.* OLYMPIEVM *etiam locus circa Syracuſas videtur, apud Thucydidem 6. & 7.* ὀλυμπιον *vocat Diodorus 20.*

OLYMPIENI, *vide* MYSIA.

OLYMPIS ὀλυμπεις, *Peloponneſi caſtellum, iuxta Argiuorum & Lacedæmoniorum montes ſitum. Polyb. lib. 3.*

OLYMPIVM, *locum circa Corinthum habet Pauſanias 2. & Theophraſtus 5. de Cauſis Plantar. vbi ſcribit Corinthum, Cranium, & Olympium, inter ſe eſſe vicina. vide* OLYMPIEVM, & OLYMPVS.

OLYMPIVS, *vide* OLYMPVS.

OLYMPVS ὄλυμπος. *Tres huius nominis vrbes reperio. unum promontorium, & duodecem montes. Vrbes ſunt in Pamphilia: apud Stephanum. in Lycia, Socrati Scholaſtico, & Ptolemæo: quam Solinus intercidiſſe ſcribit. hæc fortaſſe eſt quam Atheneus tradit, Pytharcum dono habuiſſe à Cyro Rege, ſed* OLYMPIVM *vocat. & in Cilicia, Floro, 3. cap. 6. & Pediano, in* III. *contra Verrem Ciceronis. vbi Corycum, Olympum, & Phaſelidem vocat Ciliciæ vrbes.* OLYMPVS *promontorium, eſt in Cypro; auctore Strabone. Nunc ad montes.* OLYMPVS *mons, in Cypri inſulæ medio, apud Ptolemæum: quem hodie* Troode *vocant, vt ſcribit Luſignanus,* Throhodos, *vt Porccachius. Alius in eadem inſula Straboni, inter Cithium & Amathum opida: mamillæ ſimilem. Eſt mons Macedoniæ Ptolemæo; quem* PIERICVM *cognominat Aelianus in Variis: quod in Pieria regione Macedoniæ ſitus. qui* Lacha *hodie dicitur, niſi errauerit Caſtaldus. Sophiano enim antiquum nomen retinet. In Peloponneſo duo quoque, vnus in Arcadia: teſtibus Strabone, Euſtathio, & Polybio lib. 2. (cui alter è regione eſt Eua* εὔα, *dictus, via inter hos media eſt, quæ per ripam profluentis fluminis Spartam ducit. Hæc via, ſiue aditus Selaſia,* σελάσια, *nomen habet) alter in Elide, vt vult Apollonij Scholiaſtes in 1. Argonautic. Theſſaliæ: Ciliciæ: eodem auctore. In Lycia, qui ignem emittit, vt tradit Maximus Tyrius. In Lydia; Athenæo 2. Circa Aeolidem, teſte Plinio. In Lesbo inſula: Plinio. Ad Idam montem, iuxta Antandrum: Straboni. Idem alium habet in Myſia, Idæ conterminum. cui accinere videtur Apollonij dictus Scholiaſtes. eundem puto cum eo quẽ Ptolemæus* OLYMPVM *Myſiæ vocat. Hunc* Geſchiſdag & Keſchiſdag, *itẽ* Anatolaidag *Turcos vocare, annotauit Leunclauius. Vide* MÆSIVS. ὄλυμπος τειφύλιος, *mons excelſus Diis dicatus eſt, in Panchæa inſula Oceani, iuxta Arabiam Felicem, vt videtur. quem etiam* CÆLI SEDEM οὐρανοῦ δίφρος, *appellant. Diodorus Siculus, lib. 5.* OLYMPVM *ſepius apud Poëtas pro cælo ſcribi, neminem in his verſatum, ignorare puto. Vide* LYCÆVS, MÆSIVS, & PHOENICVS.

OLYNTHIACVS *fluuius, qui Olynthum vrbem alluit: & in Bolycen lacum defluit. Athenæus 8.*

OLYNTHOS ὄλυνθος, *vrbs à Mela deſcribitur, inter Athon montem, & Pallenen vrbem. Viginti ſtadijs à Meciberna, vt tradit Suidas. Plinius & Oroſius quoque meminerunt. Thraciæ vrbem maximam vocant Xenophon, & Libanius. Eandem* SITHONIA σιθωνία, *appellari ſcribit Herodotus in Polymnia. Sed regionẽ potius ſic vocat, in qua Olynthos, & aliæ vrbes ſitæ ſunt.*

OLYSSA ὄλυσσα, *Cretæ vrbs, ſub Pheſtiis. Strabo. An fortè* OLVS *Stephani?*

OLYSSAS, *Galatiæ mons, in Latinis Ptolemæi codicibus.* OLGASSVS ὄλγασσος, *Strabonis eſt; eius Epitome* OALGASSVS *legit. ſi Becano creditur in ſua Hiſpania. eundem* GIGANTEM *vocari addit.* γίγας, *apud Ptolemæum legitur: quo loco interpretes nonnulli Olyſſas habent.*







OLYSIPPO, *Plinio & Pomponio;* OLIOS HIPPON ὄλιος ἵππων, *Ptolemæo;* VLYSIPPO *in lapideis inſcriptionibus; (vt Cluſius mihi teſtis eſt.) Strabo* VLYSSIAM ὀλύσσεια, *vocat.* ὀδυσσεῖς, *habet Stephanus. Idem Plinius tradit poſteà* FELICITAS IVLIA *dictam.* LACEBONA *corruptè apud Helmoldum ſcribitur. Hodie* Lisbona, *vel, vt incolis profertur,* Lisboa, *vocatur. Luſitaniæ vrbs eſt & emporium, ad Tagi fluminis oſtia ſitum. Mercium peregrinarum, quæ ex Aſia, Africa, & Breſilia adferunrur, promptuarium celebre.*

OLYSIPPONENSE *Prom. vide* MAGNVM.

OLYZON, *vide* OLIZVM, & MELIBOEVM.

OMADITARVM, *ſedis Epiſcopalis, ſub patriarchatu Conſtantinopolitano, meminit Balſamon.*

OMALIS ὄμαλις, *Indiæ fluuius, in Gangem erumpens. Arriani Indica.*

OMAN, *Palæſtinæ locus. Ioſue 15.*

OMANA ὄμανα, *Arabiæ Felicis emporium, Stephano, & Plinio. qui addit hoc à prioribus portum Carmaniæ celebratum. Perſidis emporium eſt Arriano.* OMANVM *eſt Ptolemæi.* OMANI, & OMANÆ, *Plinio ſunt Arabiæ Felicis populi.* OMANITAS ὀμανῖται, *hic habet Ptolemæus. &* OMANA *Sinum Arrianus.*

OMANI, *vide* OMANA, & LVTI.

OMARIVM ὀμάριον, *Theſſaliæ opidum, Stephano. ex Polybij 5. Per* O. *in ſecunda putat legendum Gyraldus.*

OMBI, *vide* OMBRI.

OMBREA ὄμβρεα, *Meſopotamiæ vrbs, Ptolemæo.*

OMBRI ὄμβροι, *Aegypti vrbs Ptolemæo. Videtur* Chanã *hodie, ex Ioannis Leonis deſcriptione.* OMBI *habet Latinus Ptolemæus. &* OMBITEM *Nomum Plinius.* ὀμβῖται, *populi, ſunt apud Aelianum lib. 10. Animal. cap. 21. & eodem cap. 26. ſed in hoc quoque* ὄμβροι *malè, pro* ὀμβῖται. OMBOS *apud Iuuenalem lego, contra omnes quos viderim codices, vbi legitur, Ardet adhuc Combos.* CONTRAOMBOS *locum habet hoc tractu Antoninus. qui &* AMBOS *ibidem: pro* OMBOS *corruptè, vt puto. Idem error in lib. Notit.* Ombos *veram ſcripturam credo. Vide* COMBOS.

OMBRICI ὀμβρικοὶ, *gens Illyrica, apud Herodotum. 4. & Stobæum de Fortitudine, Auaritia, & Iniuſtitia.* Crabaten, *ſiue Croatiam interpretatur Peucerus in ſuo libello, de Dimenſione terræ inſcripto. Italiæ quoque populi ſunt, Athenæo, & Stephano. circa Iapygiam, Hadriatico mari vicini. Vide* VMBRIA.

OMBRIO, *vna eſt ex Fortunatis inſulis, apud Plinium.* Porto Santo *vocatur à Nigro, qui putat* APROSITOS ἀπρόσιτος, *Ptolemæi eandem eſſe. Quidam Ombrio* Iſola di Ferro *interpretatur.*

OMBRITÆ, *vide* OMBRI.

OMBRONES ὀμβρωνες, *Ptolemæo ſunt populi in Sarmatia Europæa.*

OMBRVS ὄμβρος, *ſemper niue obſitus, iuxta pedem montis Tarbeli. Circa Caunum Doridis videtur. Q. Calaber 8. Italiæ fluuius eſt eius nominis, apud Stephanum. Vide* VMBER.

OMENOGARA ὀμηνόγαρα, *Indiæ intra Gangẽ vrbs. Ptol.*

OMILVS, *circa Græciam locus videtur: apud Hippocratem 5. Morbor. popular. Pro Omolus fortè.*

OMIZA ὄμιζα, *apud Ptolemæum eſt Gedroſiæ vrbs.*

OMMATON ὀμματὸν, *Palæſtinæ locus. Ioſeph. 7. cap. 1.* MATHON *legebat interpres Latinus.*

OMMEI *populi, circa Sodomam. D. Hieron. in Locis Hebraicis.*

OMNÆ, *opidum Omanorum, in Arabia Felici. Plinius.*

OMOENVS, *inſula Arabiæ Felicis: in ſinu Perſico; vti videtur ex Plinio.*

OMOLE ὀμόλη, *Theſſaliæ mons Straboni, & Stephano; cui idem etiam* HOMOLVS ὅμολος, *dicitur.* HOMOLE *Virgilio. item Pauſaniæ, cui totius Theſſaliæ altiſſimus eſt. Theocritus eius etiam meminit in Thalyſia. & Apoll. 1. ſed cum afflatu, in prima. Cuius Scholiaſti quoque Thraciæ vrbs eſt.* OMOLIVM *eſt apud Liuium 42. Vide* HOMOLES.



OMPHACE ὀμφάκη, *Siciliæ vrbs, Stephano, & Pauſaniæ in Arcadicis.*

OMPHALIVM ὀμφάλιον, *Cretæ locus, Diodoro, & Callimacho. iuxta Thennas & Cnoſſum, Stephano. Theſſaliæ, eidem Stephano, & Diodoro 5. Epiri vrbs eſt, apud Ptolemæum.*

OMPHALOS ὀμφαλός, *id eſt vmbilicus, in medio Peloponneſi locus, ſic dictus. Pauſanias in Corinthiacis. In Omphalo ſepultum Dionyſium, ſcribit Tatianus, contra Græcos. Vide* VMBILICVS.

ON, *ciuitas Samariæ, pro quo Hebræi* AVN *ſcribunt: vt habet D. Hieron. in locis Hebraicis. Sed adi I. Druſium 10. Obſeruationum Sacrarũ, cap. 15. vide* HELIOPOLIS.

ONÆVM ὀναῖον, *Ptolemæo Illyridis opidum, in Liburnia. Sophianus dicit* Cabo Cumano *appellari. Aliud videtur ab* OÆNEO *Liuij.*

ONAGRINVM *caſtellũ, in Pannonia Sauia. lib. Notitiar.*

ONCÆ ὄγκαι, *ciuitas Arcadiæ, Iſacio in Lycophronem. Opidum Thebarum, apud eundem. Pagus Bœotiæ, Phauorino.* ὀγκαῖαι *Thebarum portæ; teſte Stephano, Aeſchylo, & Lycophrone. Vide* ONCIVM.

ONCHÆ, *vide* VNCHÆ.

ONCHESMVS ὄγχησμος, *Epiri portus Ptolemæo.* ONCHIMVS ὄγχιμος, *vocatur Straboni.* ECHINVS *Plinij eſſe, vult Villanouanus.* Santi quaranta *Nic. Nicolaio eſt.*

ONCHESTI *Palus, vide* COPAIS.

ONCHESTVS ὄγχηστος, *Homero, Diodoro, Pauſaniæ, & Plinio, Bœotiæ vrbs. inter Haliartum & Acræphium, Stephano. Fluuius quoque Theſſaliæ eſt, apud eundem Stephanum, & Polybium 17. Palus quoque eſt circa Thebas Bœotiæ: Aeliano. Eſt & Neptuni lucus ſic dictus, apud Apollodorum 2. In Euboea fortè hic. meminit enim Oncheſti Euboici nemoris, Apollonius 3.*

ONCHIMVS, *vide* ONCHESMVS.

ONCHOBRICE, *Inſula Arabiæ Felicis, verſus Ortum. Plinius.*

ONCHOE ὀγχόη, *Phocidis vrbs. Stephanus.*

ONCIVM ὄγκειον, *Arcadiæ locus, haud procul à Telphaſia: Pauſaniæ & Stephano. vbi Apollinis lucus, qui* ONCVS *dicitur. Lycophronis* ONCÆ *fortè.*

ONDICÆOVÆ ὀνδικαιουαι, *Ptolemæo Galliæ Lugdunenſis populi.* ANDICANI *habent nonnulla exemplaria Latina, malè.* ANDECAVI *ſunt Tacito.* ANDEGAVI *Plinio:* ANDEGAVENSES *vulgari Latino vocantur. Vulgo* Anjou. ANDES *à Cæſare appellari video.* ANDVS *à Lucano 1. vbi alij* ADVS *legunt.*

ONELLABA, *Numidiæ locus, apud Antoninum.*

ONENSES, *Hiſpaniæ Citerioris populi. Plinius.*

ONERICI *populi, ſtatuuntur à Diacono, ad Danubium, ad S. Seuerini cœnobium. Sed* NORICI *fortè legendum. Vide* SEVERINI *Cœnobium.*

ONESIÆ ὀνησίαι, *Thermæ præſtantiſſimæ: quarum aqua ad potum optima. Vrbs Auſciorũ, in Gallia, circa Pyraneos, Straboni 4. Xylander dubitat num ſit* MONOSI *Plinij.*

ONEVATHA, *Phœniciæ vrbs. lib. Notitiar.*

ONIABATES ὀνειαβατες, *vrbs in Ægypto. Stephanus: ex Hecatæo.*

ONIÆ *regionem, habet Egeſippus in Aegypto, inter Arabiam & Nilum. vt videtur. Fortè* ONII *Ioſephi. Vide* ONII.

ONIAM, & PONTIVIACVM, *Monaſteria, à S. Vrſo fundata, apud Tauriſiacum, habet Greg. Turonenſ. in huius vita. In Biturigibus ſunt.*

ONIENSIVM *populorum, meminit nummulus antiquus Imp. Poſtumi: in cuius auerſa parte eſt ſigillum Herculis, cum inſcriptione,* HERCVLES DEVSONIENSI. *Belgij putauerim. Sic quoque amicus meus D. Dionyſius Villerius, qui credit* Ogny *horum nomen hactenus referre.*

Sic enim vocantur duo loca, quorum vnus ad Sambram fluuium, alter circa Duacum.

ONII Montes, ὀνεία ὄρη. haud longè ab Iſthmo Corinthiaco, Polybio 2. & Thucyd. 4. Protenduntur vſque ad Bœotiam, teſte Strabone. Vrbs Heliopolitis Nomi, in Aegypto, apud Ptolemæum Latinum. ὄνιοι populi, & ONII Regio, ibidem Ioſepho 14. Antiq. cap. 14. & 1. belli Iud. cap. 7. ὀνίον ciuitas eſt in hoc eodem tractu Heliopolitano, apud eundem Ioſephum 7. belli Iud. ad finem ferè. quam 80. ſtadijs à Memphi abeſſe ſcribit. Ab Onia pontifice Iudæorum exſtructam, ſcribit Euſebius in Chronico. Idem cum ONIÆ regione, Egeſippi. Vide ONIÆ.

ONINGIS, Hiſpalenſis conuentus opidum, eſt apud Plinium. Vide ORINGIS.

ONISA, Cretica inſula, contra Itanum promontorium. Plinius 4. cap. 10.

ONIVM ὄνειον, locus in Peloponneſo, Polyæno 2. item 4. ſic quoque Thucydidi & Xenophonti libro 6. Græcor. & ſeptimo, vbi circa Corinthum videtur. vbi Onij nempe montes. vide ONII.

ONNE ὄννη, Arabiæ Felicis vrbs, Ptolemæo, & Stephano.

ONO locus 1. Paralip. 8. & Nehemiæ 6.

ONOBA. MARTIALIVM ONOBA eſt apud Plinium, in Cordubenſi conuentu. ſed an vnum, an duo loca ſint dubito. ONOVA legitur apud Antoninum. ὄνοβα Strabonis, eſt inter Calpen & Gades, è regione inſulæ Herculi ſacræ, in Hiſpania. Ad fluuiũ ſitam, ex eodem videtur. Vicinior Gadibus quam Calpi eſt Ptolemæo.

ONOBALA, vide ACESINE.

ONOBALVSTVRIA, vide OSSONABA.

ONOBRISATES, Plinio ſunt Galliæ Aquitanicæ populi.

ONOCARSIS ὀνόκαρσις, locus Thraciæ amœnus, apud Athenæum 12. cap. 14.

ONOCHONVS ὀνοχῶνος, Theſſaliæ fluuius, Plinio, & Herodoto in Polymnia, qui ſcribit eum cum alijs in Peneum influere, epotumq́; ab exercitu Xerxis. Pro Onochono legit hoc loco HORCON, Mar. Niger; neſcio quo vſus codice. additq́; eundem fluuium CYTHARESIVM à Græco poëta vocari. Hoc quoque me fugit. ipſe viderit.

ONOCHRINVM, Pannoniæ vrbs, cuius meminit Lazius, ex Codice Præfecturarum. dicitq́; hodie Kew nominari. E regione Bononiæ Antonini, vbi LEGIO VI. HERACLEA. meus codex ONAGRINVM legit.

ONOGLIS ὀνώγλις, locus circa Pitanem, cuius vinum celebrat Athenæus.

ONOGORIS, Colchidis vrbs, ſic dicta (vt refert Agathias) ab Hunnis, qui & Onogori dicebantur, ibidem prœlio victis. ſed quòd beati Stephani protomartyris in eadem templum inædificatum fuit, ex eius nomine DIVI STEPHANI vocari inſtituerunt. ONVGVRIS ὀνέγουρις, autem in Græco codice.

ONOGVNDVRENSES Bulgari, Hiſtoria Miſcella 19. ONOGVNDVRI apud alios. Vide BVLGARI.

ONONACRIS, vide NONACRIS.

ONOPNICTES ὀνοπνίκτες, fluuius, Cedreno circa Armeniam alicubi, fortè. ONOPIPTES habet Curopalates.

ONOSARTHA, Syriæ 1. vrbs. Concil. Chalcedonenſe.

ONOVA, vide ONOBA.

ONTHYRIVM ὀνθύριον, Theſſalica vrbs: circa Arnen. Stephanus, ex Rhiano.

ONVGNATHOS ὀνουγνάθος, id eſt, Aſini maxilla, Laconicæ promontorium eſt apud Ptolemæum. Xili, Nigro vocatur. idem ſcribit hoc ab Halicarnaſſeo CINÆTHIVM κιναίθιον, dici. ONVGNATOS, Ptolemæo quoque Doridis promontorium, ad pelagus Chodienſe. Vide CYNOSSEMA, & MALEA.

ONVGVRIS, vide ONOGORIS.

ONVOTA ὄνουωτα, id eſt, aſini aures, Vicum in Phrygia ſic dictum, habet ex Ariſtotele, Tzetza, Chiliade 1. numero 2. item Suidas in voce Midas. Duos colles ſic dictos habet Iſacius ad Lycophronem.

ONVPHIS ὄνουφις, Aegypti vrbs, Stephano & Ptolemæo.



Apud eundem & Herodotum ONVPHITES Nomus. Huius meminit quoq; Dion Pruſæus.

ONVS, Epiſcopalis locus; ſub Cæſarea Stratonis, G. Tyrio. Vide HERATIA.

ONYCHIVM ὀνύχιον, Cretæ locus, apud Stephanum.

ONYSES, vide NYSES.

ONZENSIS locus, in Africa. Coll. Carthag.

OONÆ, Sarmatarum inſulæ, apud Pomponium: Plinio etiam notæ, quarum incolæ auium ouis, & auena aluntur. Aland Mercatori appellantur hodie, in fronte Finlandiæ ſitæ. Becanus autem locum Eggiafort (pro Eyerfort, vt ipſe putat, dictum) pro ijs ſupponit. Cæſari etiam populi ſunt in inſula quadam ad exitum Rheni in Oceanum, quos ouis auiũ viuere ſcribit. hos ego inſulam Eyerlandt (quod ſonat ouorum terra) inhabitare hodie crediderim.

OPALVM gemmam, à patria nomen habere, ſcribit Iſidorus. In India. Opalum vt hoc obiter addam, Pandiam vocare videtur Caßiod. in Varijs 5. Huius gemmæ libentius reminiſcor quòd eam haud vulgaris magnitudinis ex liberalitate magni mihiq́; amicißimi viri D. Ben. Ariæ Montani in annulo aureo poßideam. & quamuis ijs quibus vita carere poteſt, (inter quæ imprimis lapides & gemmæ pretio potius ambitioſæ quàm vſu neceſſariæ) non valdè teneor: tenet me tamẽ in hac, tot colorum inſtabilis, lubrica inenarrabiliſq́; alternatio. admirorq́; lubẽs hoc inimitabile iucundè ludentis Naturæ artificium. Huius gemmæ exſtat digna ſcitu hiſtoriola apud Plinium 37. cap. 6.

OPANE, Ptolemæo Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs, ad Sinum Barbaricum. Opin, Gerardo Mercatori, in ſua Europæ tabula. Sed OPONE ὀπώνη, habent Græci codices. item Arriani Periplus.

OPARIENSEM Epiſcopum, Heſychium nominat Greg. Patriarcha in vita D. Chryſoſtomi. item Palladius in Dialogis. Circa Byzantium fortè alicubi.

OPENI ὀπῆνοι, Corſica gens. Ptolemæus.

OPHARVS fluuius, Sarmatiæ Aſiaticæ, qui in Lageum defluit. Et ibidem OPHARITÆ populi. Plinius. Opharium fluuium eum alio in loco vocat.

OPHAT, vide OPHIR.

OPHELIME, vide BALLADE.

OPHELTA, ὄφελτα, & ZARAX, ζαραξ, apud Lycophronem. Montes ſunt Eubœæ, Iſacio.

OPHELTINA, vide PHALERNA.

OPHELTIVS, vide APESANTVS.

OPHENSIS ciuitatis populi, in Africa ſunt, apud Tacitum 4. Hiſtoriar. Circa Leptin & Garamantes. Sed OEENSIS legendum contendunt Cuiacius & Lipſius. quibus ego haud egrè conſenſerim.

OPHER, vide EPHER, & GETEPHER.

OPHERA, Palæſtinæ locus. Ioſue 18. ἀφαρα, 70. interpretib. Ab hoc diuerſum eſſe OPHERA Gedeonis, cuius mentio Iudicum 20. docet Maſius.

OPHIENSES, vide OPHIONIA, & SOPHIENSES.

OPHIETIS ὀφιῆτις, Petra, circa Aſſyriæ Babyloniam: vbi Beryllus lapis naſcitur. Dionyſij Periegeſis. ASIANAM Petram, nominat huius vetus interpres Priſcianus.

OPHIODES ὀφιώδης, inſula, in ſinu Arabico, ſinus immundi, (vt vocat) oppoſita Berenicæ, auctoribus Strabone, Agatarchide, & Diodoro. Topazius gemma hic reperitur. Libyæ interioris fluuius ſic quoque dicitur, apud Ptolemæum.

OPHIOGENES, Plinio 28. cap. 3. in Cypro inſula populi, quos terrori ſerpentibus eſſe ſcribit. ſed pro Cypro Parium legendum, docuit Pintianus, ex altero eiuſdem Plinij loco: qui eſt 7. cap. 2. cui ſententiæ ſuffragatur Strabo 13. ſed fabuloſum exiſtimat. PHARIOS hos vocatos ſcribit Varro 1. Humanar. niſi fallat Priſcianus 10. ſed fortè PARIOS legendum. OPHIOGENES etiam in Phrygia deſcribit Aelianus 12. Animal. cap. 39. à dracone & Halia muliere quadam concepti. Parium circa Phrygiam eſt. ex quo Parij lectio haud parum confirmari poteſt.

OPHIO-



OPHIONIA ὀφιωνία, ciuitas ad Meliacum ſinum: Thucydidi. OPHIONII ibidem populi, eidem; OPHIENSES ὀφιεῖς ſunt Straboni.

OPHIOPHAGI, Æthiopiæ populi, qui CANDEI vocantur. Plinius. CANDÆI lego apud Melam.

OPHIORYMA, vide HIERAPOLIS.

OPHIR, regio aurifera, in Sacris litteris celebris, vnde Salomoni aliiſq́; Hebræorum regibus, ternis annis (vti 3. Reg. 9. & 2. Paralip. cap. 9. habetur) magna vis auri aduehebatur. Sed vbi terrarum hæc regio ſita ſit, & an alio etiam nomine cognita eſſet, hactenus ignoratum fuit. σωφειρα, & σουφειρ legunt 70. interpretes. Ioſephus eam in India ponit; & TERRAM AVREAM χρυσῆν γῆν, ſuo tempore vocatam, addit. Eupolemus auctor apud Euſebiũ lib. 9. cap. 4. Præparationis Euangelicæ, VRPHEN οὐρφη appellat, & dicit inſulam Maris Rubri eſſe, naueſq́; cogi ſolere Melanis, Arabiæ vrbe. (Heſion Gaber, hãc vocat Sacra Scriptura: etſi Epiphanius Ailon dici in Sacris litteris, prodat.) Hinc Marius Niger eam AVREAM CHERSONESVM Ptolemæi interpretatus eſt, non parum enim ad Terram auream alludit; & Rubri maris nomen huc vſque pertingere, ex claßicis auctoribus doceri poteſt. Sed hanc Cherſoneſum, auri diuitem olim fuiſſe, nemo veterum, quod ſciam, auctor eſt, neque nunc etiam eſſe, ex recentioribus palam eſt. Edidit tamen Gaſpar Varrerius Luſitanus nuper peculiare opuſculum, de Ophyræ regione: in quo conſtanter aſſeuerare, multiſq́; argumentis perſuadere conatur, ſacræ Scripturæ Ophyram, eſſe Auream Cherſoneſum: aut potius omnem eam oram quæ Peguſiis, Malaca, & Samotra continetur. In Biblijs Vatabli à Rob. Stephano excuſis pro Hiſpaniola Noui Orbis inſula habetur. Poſtello autem Peru videtur: cui ſuffragatur doctiß. Goropius, in ſua Hiſpania. Idem affirmat Ben. Arias Montanus, cuius viri ſententiam non ſolum ob multiplices eius virtutes, quibus à natura abundè ornatus, ſed ob omnis generis doctrinæ ſolidam peritiam, multarumq́; linguarum cognitionem admirabilem, libenter amplecterer, niſi deterreret me ab ea vaſtus ille Oceanus intermedius, quem omnis antiquitas innauigabilem, atque à mortalibus, quia ſacrum Diuumq́; ſedem exiſtimarit, nauigatione minimè violandum, (vt docet apud Senecam Pedo Albinouanus) credidit. Neque apud vllum veterem auctorem reperies ab vllo mortalium ante repertum magnetis lapidis vſum (quem nuperum habemus) vmquam tentatum. nec immerito. neminem hoc enim potuiſſe vel poſſe, norunt intelliguntq́; qui nauigant omnes. Caſu fortè aut felicitate hoc aliquando eueniſſe, vt credam, facit Plutarchus in Sertorio. At conſilio aut ſcientia hunc ab vllo traiectum, nulla apud priſcos ſiue ſacros ſiue prophanos ſcriptores memoria. Circa littora autẽ nauigatum ſæpius, teſtes exſtant tot antiquorum Græcorum Peripli: vt Hannonis, Arriani, Iaſonis, Nearchi: & qui temporis iniuria intercidere, Cteſiæ, Menippi, Marcelli, Alexandri, Theophili, &c. Ego Ophir Cephalam, vel vt alij pronunciant Sofalam, Africæ verſus Orientem regionem interpretari malim, tum quod hæc teſte grauißimo Io. Barroſo admodum aurifera ſit. adeò vt etiamnum nihil præter aurum, vt Luſitanorum teſtantur peregrinationes, exteris mercatoribus communicet. tum quòd ſcribat in ſua Indica nauigatione Thomas Lopeſius, hos Sofalenſes habere libros patria lingua ſcriptos, in quibus legitur Solomonem regem tertio quoque anno hinc aurum tuliſſe. Ex Ophir etiam ebur habuiſſe Solomonem ſacræ referunt litteræ. at hoc non ex Peruuiana regione, vbi nullus vmquam elephas. Pro Ophyr, OPHATH ὄφατ legit Ioannes Tzetza; & inſulam, ſiue pæninſulam aureã in India eſſe dicit. De Ophir adde quæ habet Ioſephus à Coſta, lib. 1. cap. 14. De Natura Noui Orbis. vbi Ophir Indiam Orientalem, cum Ioſepho Iudæo, interpretatur. Vide VPHAS.

OPHIS ὄφις, Arriano fluuius Cappadociæ in Pontum Euxinum defluens. Stukius eum OPHARVM putat, quem Plinius in Lagoum amnem ſe exonerare ſcribit. OPHIS, Arcadiæ etiam fluuius, circa Mantineam.



teſtis Pauſanias. Vide SALAMIS.

OPHITEA ὀφίτεια, nuncupatur ab Herodoto, Phoceæ vrbs, quæ apud Pauſaniam AMPHICLEA ἀμφίκλεια nomen habet. AMPHICÆA ἀμφίκαια, ſine L. legit etiam Stephanus.

OPHITES, vide ORONTES.

OPHIVSA, inſula in Propontide, Plinio. ὀφιοῦσσα hæc, niſi fallor, Stephano: in Βεσβικος. Eidem, & Straboni eſt in Balearico mari. Hanc olim OSTRYMNIAM dictam, ſcribit Auienus. Fluuius eſt in Halo, qui impetiginẽ abolet. auctor Antigonus, in Mirabilibus. Vide CYPRVS, CYTHNVS, LIBYA, RHODVS, TENOS, & TYRAS.

OPHIVSSA, Cretica inſula, circa Hierapytnam. Plinius. Rhodiorum inſula eſt; Hygino, in Ophiucho.

OPHLAS ὄφλας, loci nomẽ. Ioſepho 2. belli Iudaic. cap. 18.

OPHLIMVS ὄφλιμος, mons Armeniæ Minoris. Strabo.

OPHLONES ὄφλωνες, Ptolemæo gẽs in Sarmatia Europæa.

OPHNI, vide APHNI.

OPHRADVS, circa Indum fluuius, Plinio.

OPHRYNIVM ὀφρύνιον, Troadis populus aut vrbs. auctores Halicarnaſſeus, Herodotus, Strabo, Xenophon, & Suidas.

OPHTHIS ὠφθὶς, Libyæ vrbs, vicina Ægypto. Stephanus. ωφθιτων meminit quoque Goltzius, ex Tiberij nummo.

OPIÆ ὠπίαι, Indica gens, iuxta Indũ fluuium, Stephano. Per ο μικρον videtur eandem ſcribere in voce Ἀλεξάνδρεια.

OPICA. vide OPICI.

OPICI ὀπικοὶ, gens Italiæ: apud Stephanum. Pauſanias in Achaicis ſcribit Cumas Opicæ terræ eſſe. idem Thucydides 6. Hi antea & nunc AVSONII dicti fuere, vt refert Ariſtoteles 7. cap. 10. Politicorum. Idemq́; dicit eos ad mare Tyrrhenum habitare: cui ſuffragatur Halicarnaſſeus 1. ſed hic eos in Latium vſque protendit. Eoſdem eſſe cum OSCIS & SIDICINIS, lege in OSCI.

OPIDANI, vide LANCIENSES.

OPIDVM NOBENSE, vide OPPINVM & NOVA.

OPINVM ὄπινον, Corſicæ inſulæ opidulum, Ptolemæo. Italiæ vrbs, Antonino, inter Venuſiam & Potentiam. Vide YPINVM.

OPIS ὦπις, ampla ciuitas, non procul à Phyſco amne. in Perſia fortè, vt videtur apud Xenophontem 2. Cyri exped. Ad Tigrim eam deſcribunt Strabo 2. 11. 16. & Arrianus 6. Alexandri.

OPISINA ὀπίσινα, Thraciæ vrbs mediterranea, apud Ptolemæum. Vide OPIZVM.

OPITERGIVM ὀπιτέργιον, Venetorum vrbs eſt, Tacito, & Ptolemæo. Oderſo hodie vocari, tradit Leander. Hanc ciuitatem ſcribit Gaud. Merula à Longobardorum rege Rhotario, poſt longam obſidionem euerſam: eiuſq́; loco aliam conditam, & ab Heraclio Imp. HERACLEAM dictam. OPITERGINOS Montes habet Plinius. & portum eodem nomine. Vide EPITERPVM.

OPIVS ὄπιους, Ponti Cappadocici vrbs, Ptolemæo. PITYVSA legunt hoc loco interpretes.

OPIZVM, Thraciæ vrbs, Antonino. OPISINA Ptolemæi videtur.

OPOES, vide OPVS.

OPONE, vide OPANE.

OPOTANA, vide OPOTON.

OPOTON, Palæſtinæ opidum Plinio. quod Chryſorrhoa amne irrigatur. OPOTANÆ vrbis memoria eſt in Chalcedonenſi concilio.

OPOTVRA ὀποτούρα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

OPPEMIENSIS Sedis epiſcopalis Africæ memoria, eſt apud Victorem Vticenſem M. S. An corruptè pro OPPINIENSIS? ab Oppinum?

OPPIDIVM ὀππίδιον; Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, apud Ptolemæum.

OPPIDONEVM ὀππιδόνεον, Colonia, in Mauritania Cæſarienſi, Ptolemæo. OPPIDVM legunt Latini codices. & Oppidi Noui meminit quoque hoc tractu Antoninus. Mezuna eſt Marmolio. vide NOVA.

OPPIDVM NOVVM, Galliæ Aquitanicæ vrbs, Anto-



nino.

*gino. Antoninus habet huius nominis vrbes duas: vnam in Tingitana, alteram in Cæſarienſi Mauritaniis. Vide* OPPIDONIVM, *&* OPPINVM.

OPPINVM ὄππινον, *Ptolemæo Mauritaniæ Tingitanæ vrbs.* OPINENSIS, *& malè* OPSINENSIS, *legitur in concilio Carthaginenſi* VII. Rhabath *Nigro dicitur.* OPPIDVM NOVVM *Antonini eſſe ſcribit Simlerus.* OPIDVM NOBENSE *hoc apud Victorem Vticenſ. vide* NOVA.

OPPIVS *Mons, Romæ: Varroni, & Feſto.*

OPSCI, *vide* OSCI.

OPSICELLA ὀψικέλλα, *Cantabriæ in Hiſpaniæ vrbs, ab Antenoris ſocio ſic vocato, exſtructa, vt Strabo lib. 3. prodit. Hanc Nebriſſenſis quoque* LACTISMA *appellari dicit, neſcio quo auctore.*

OPSICIANAM *regionem, habet Zonaras, & Cedrenus, in quam ſcribit Iuſtinianum Imp. magnam Slauinorum multitudinem deportaſſe.* OPSICII ὀψικίω, *quarti Thematis loci meminit Porphyrogenneta. in Aſia Minori.* OBSEQVIVM *vertit Vulcanius.* OBSICIVM *per* B. *eſt in Hiſtoria Miſcella 20. & 22. Phrygiæ videtur. vbi præſidium habebant Romani Impp. contra Perſas.* eſſici *nouo nomine interpretatur Leunclacius.*

OPTENSIANVS *Epiſcopus Leo, in Africa. In Carthaginenſis concilij canonibus huius memoria.*

OPTIMATIVM *Thema* ὀπτιμάτων, *tractus Aſiæ Minoris, quē Sangarius fluuius permeat. Conſtant. Porphyrogeneta.*

OPVLENTIA *ciuitatem, habet Hygenus. & Plinius quoque, Inſubrum, in Nona Italiæ regione. ſi vera ſcriptura. Vide* IVLIA AVGVSTA.

OPVNS, *vide* OPVS.

OPVNTII, *vide* LOCRI.

OPVNTIVS *Sinus, vide* EVBOICVM *Mare.*

OPVROCARRA, *vide* TAVRVS.

OPVS ὀπους, *Ptolemæo Opuntiorum, Straboni Locrorum Epicnemidiorum vrbs.* OPOES ὀπόεις, *Stephano & Heſychio eſt. Mille paſſib. à mari ſita: vt refert Liuius 25. cui* OPVNS *eſt.* OPOES, *etiam Achaiæ opidum: teſtibus Homero, & Orpheo. Eſt & Elidis, apud Stephanum. vide* CYNVS.

OR ὤρ, *mons in finibus terræ Edom. Num. 20. & 33.* HOR *D. Hieronymo. Ad Petram, ſiue Arecem ſitum, apparet ex Ioſepho, Antiq. 4. cap. 3.*

ORA ὦρα, *Indiæ vrbs, ab Alexandro Mag. expugnata. circa Indi fluminis partes Superiores. Arr. 4. Alex. Carmaniæ eſt apud Ptolemæum. Vide* NORA, *eandē enim puto.*

ORABA, *Oſrhoënæ regionis vrbs. lib. Notit.*

ORACANA, *vide* OROCANA.

ORÆA ὡραία, *Peloponneſi circa Troezen regiuncula, quæ poſtea* ALTHEPIA ἀλθηπία, *nuncupata fuit. Pauſanias in Corinthiacis.*

ORAGISON, *Epiſcopalis locus, ſub ſede Emiſſena. Guil. Tyrius.*

ORANI, *gens in Sarmatia Aſiatica. Plinius.*

ORANVS, *Auieno Galliæ Narbonenſis fluuius, qui diuidit terram Hiberam à Lygibus. Circa Sitium montem eſſe, ex eodem videtur. ſcribit enim Lygies populos ad hunc vſque habitare.*

ORAS, *vide* HORAS.

ORATELLI, *Alpini populi, à D. Aug. deuicti: apud Plin.*

ORATES *fluuius, in Pontum Euxinum ſe exonerans. Ouidius 4. de Ponto, Elegia 10.* CRATES *legebat vetus codex.*

ORATHA ὄραθα, *ad Tigrim vrbs, regionis Meſſenæ. Stephanus: ex Arriani Parthicor. 16. quo hodie caremus.*

ORATVRÆ, *Indiæ populi, Plinio.*

ORAXVS. *Oraxi fontes oculari claritate, & vulneribus medicinæ, dentiumq; firmitati: ſunt in Campania, ad collem Leucogium: Plinio 18. cap. 11. An* Aſtruno *hodie?*

ORBA, *vide* SINNA.

ORBADARI ὀρβαδάρι, *vicus, in Æthiopia ſub Aegypto. Et vrbs Indiæ intra Gangem. Ptolemæus.*

ORBALISENA ὀρβαλισηνή, *Armeniæ Minoris apud Ptolemæum regio.* ACILISENA ἀκιλισηνή, *Strabonis eſt.*



ORBANASSA ὀρβανασσα, *Pamphiliæ vrbs, Ptolemæo.*

ORBAS ὄρβας, *fluuius Aſiæ Minoris, in Phrygia; circa Celænas. Dion Pruſeus.* ORGA *Plinij puto, &* ORGAS ὄργας, *Strabonis.*

ORBELVS ὄρβηλος, *inter Myſiam & Macedoniam mons, Ptolemæo, Herodoto, & Straboni in Epitoma. Lazius eum* Karopnitze *vocat. vide* OLBELVS.

ORBESINA ὀρβησίνη, *Armeniæ Minoris regio, apud Ptolemæum.*

ORBETANE ὀρβητάνη, *Ariæ vrbs, Ptolemæo.* ARCITANE *legunt interpretes.*

ORBILIA *regio,* ὀρβιλία, *in Macedonia. Ptolemæus. Pro* ORBELIA *videtur. adiacet enim Orbelo monti.*

ORBIS *Terrarum alter, vide* BASILIA.

ORBITÆ ὀρβῖται, *Indica gens: apud Stephanum. ex Apollodoro. Pro* ARBITI, *ni fallor.*

ORBITANIVM, *Samnij vrbs: Liuio 24 à Fabio vi capta.*

ORBITAVM ὀρβιταῖον, *mons in Pannonia: auctore Diodoro 20.*

ORBITVM, *vide* OROPITVM.

ORBIVS, *vide* VRBICVS.

ORBVS, *vide* OROBIVS.

ORCADES ὀρκάδες, *Ptolemæo, Straboni, Plinio, & Melæ, ſunt maris Septentrionalis inſulæ, prope Scotiam.* ὀρχάδες *ſunt Suidæ. Mercatori* Orcane *dicuntur.* Orknay *vocari video in Tabula nauigatoria manuſcripta.*

ORCANÆ ὀρκαναι, *canes, ſic dicti à loco: ſunt apud Pollucem. eoſq; inter nobiles numerat. An ex Orcadibus?*

ORCAORYCI ὀρκαόρυκοι, *Circa Phrygiam populi, Straboni 12.*

ORCAS, *&* ORCHAS, *vide* TARVIDVM.

ORCELIS ὀρκελις, *Tarraconenſis Hiſpaniæ opidum, Ptolemæo.* Horiuela *&* Oriola *Gomeſio, & Cluſio;* Zamora *Nebriſſenſi videtur. &* OCELI, *vel* OCELIS *putat apud Ptolemæum legendū, vt ſcribit Vaſæus. In Baſtitanis eſt.* ORCELIS *eidem Ptolemæo, etiam Thraciæ opidum.*

ORCHADES, *vide* ORCADES.

ORCHALIS ὄρχαλις, *tumulus Bœotiæ, in finibus Haliarti, ad Heliconem vergentibus, qui poſtea* ALOPECOS ἀλώπεκος, *dictus fuit. Auctor Plutarchus, in vita Lyſandri.* ὀρχαλις, *legit idem in Libello de Pythiæ oraculis.*

ORCHAS, *vide* TARVIDVM.

ORCHENI ὀρχηνοί, *Arabiæ deſertæ populi, Ptolemæo. Meſopotamiæ populi ſunt Plinio.* ὀρχηνία, *&* ἀντορχηνία, *eſt apud Ioannem Lydum.* ὀρχηνία, *eſt in Quadripart. Ptol. 2. circa Aſſyriam.*

ORCHESTENA ὀρχηστηνή, *Armeniæ Maioris prouincia. Strabo.*

ORCHESVM, *Armeniæ caſtellum, prope Melitenſium metropolim. Metaphraſtes, in vita S. Andreæ ducis exercitus.*

ORCHIANVM, *opidum Tuſciæ; ſi fides Edicto Deſiderij regis.*

ORCHINIA *Babyloniæ regionis vrbs, Ptolemæo. quo loco interpretes* VRCHAO *legunt. vide* ORCHENI.

ORCHOE, *vide* VR.

ORCHOMENII, *populi in Arcadia, Pauſaniæ: quos ab Homero* POLYMELOS πολύμηλος, *dictos ſcribit.* POLYMALLOS *legit Iſacius ad Lycophronem.* ORCHOMENON *etiam opidum in Arcadia eſt, Plinio, Pauſaniæ, Xenophonti, & Melæ. Hanc νῆσον, id eſt, inſulam cognominari tradit Halicarnaſſeus 1. quòd in paluſtribus ſita ſit.*

ORCHOMENVS ὀρχόμενος, *Ptolemæo & Plinio, Bœotiæ vrbs.* DIADÆ *olim vocatam, ſcribit Niger, citans malè ex Euſebio hūc locum:* „*Cecrops in Bœotia Diadas condidit,* „*quam Bœoti Orchomenū vocarunt. Pro Bœotia & Bœoti, Euboëa & Euboici legit Chronicon Euſebij.* MINYEVM μινύειον *quondam, nunc* BOEOTIVM *vocant Orchomenum, inquit Thucydides lib. 4 Orchomenium locū non ſemel nominat Theophraſtus: qui inſulas fluitantes in eo deſcribit. In Bœotia. Huius meminit & Plinius 16. cap. 36.*

ORCHOMENVS, *Theſſaliæ fluuius,* MINYEVS *antea*



*antea dictus, Plinio teſte. Et poſtea* MINTERIVS μιντήειος, *vt tradit Strabo, ſed eum cum Anigro, Peloponneſi fluuio confundere videtur.* ORCHOMENVS *iuxta Caryſtum vrbs: Straboni. Theſſaliæ quoque, quod annotauit ex veteri Scholiaſte Gerbelius ad Lycophronem. Vide* BOCOTA.

ORCIA, *vide* ORGIA.

ORCINIA, *vide* HERCYNIA.

ORCVS, *vide* ADES, *&* EVROTAS.

ORCYNIA ὀρκυνία, *locus Cappadociæ, vbi Eumenes ab Antigono victus fuit. Plutarchus in Eumene.*

ORCYNIVM ὀρκύνιον, *mons Lesbi inſulæ, qui quoque* ORDYNVM ὀρδυνον, *nominatur, auctor Theophraſtus: qui Euonymū arborem ibi naſci perhibet.* ORDYMNVS *apud Plinium legitur. Vide* HERCYNIA *Silua.*

ORDABÆ, *circa Indum fluuium gens, Plinio.*

ORDÆA ὀρδαία, *Macedoniæ vrbs, apud Stephanum, ex Nicandro.*

ORDESVS ὀρδησος, *Ptolemæo ciuitas ad Axiacem fluuium. ſic quoque Pomponio & Plinio.* ODESSVS *eſt in Arriani Periplo. habet is enim hoc tractu maritimo duo huius nominis opida.*

ORDIA ὀρδία, *Galliæ Ciſalpinæ in paludibus ſita vrbs. Strabo. Concordia fortè legendum: vt putat Leander.*

ORDISSVS ὀρδισσός, *Herodoto, Sarmatiæ, ſiue Scythiæ fluuius, in Iſtrum ſe infundens. Hungari eum* Craſſo *patria lingua vocant, vt ſcribit Peucerus.* ARDESCVS ἀρδησκος, *Heſiodi fortaſſe: eum enim Iſacius eius Commentator Scythiæ fluuium facit.*

ORDOVICES ὀρδούικες, *Albionis inſulæ populi, Ptolemæo, verſus occidentem.* Lancaſtrienſes, Ceſtrenſes, *&* Salopienſes *ſunt Humfredo Lhuydo. Tacitus* ORDOVICARVM *etiam meminit, apud quem nonnulli* ORDOLVCÆ *legunt, vt H. Boëthius. qui eos* Berwicum *habitare ait. Item Villanouanus, qui eos pro montibus habet, qui medij inter Scotiam & Angliam ſunt. Hodie hi montes* Cheuiota *appellantur. Vide* BARANGÆ.

ORDYMNVS, *&* ORDYNVM, *vide* ORCYNIVM.

OREATÆ, *vide* BRASIÆ.

OREB *Petra, Iudicum 7.* OREB *Mons, nunc* Orel *vocari, ſcribit Anonymus de Bello Sacro. Vide* MELANI.

OREBATIS, *vide* OBROATIS.

ORECH, *vide* ARACH.

OREGES, *vide* TAVRVS.

OREI, *vide* ARABIA.

OREINE, *vide* ORINE.

OREITIS, *vide* OREVM.

OREON, *vide* BALLIACE.

OREOPHANTA ὀρεοφάντα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.* Rotas *Caſtaldo.*

ORESA, *Syriæ aut Euphratenſis vrbs. lib. Notit.*

ORESTA ὀρέστη, *Euboëæ regio, Heſychio. Vide* ORESTIS, *&* HADRIANOPOLIS.

ORESTÆ ὀρέσται, *Europæ gens, Moloſſica. Thucydides 2. Euſtathius, & Stephanus. Epiroticam facit Strabo 7. Horum meminit etiam Lucanus 3. quo loco quidam codices* OLOSTRÆ *legunt: ſincerius. ſunt enim hi in Aſia. & ſunt Aſiatici populi, quos idem hic enumerat. Vide* HORREVS, *&* ORESTIS.

ORESTEVM ὀρέστειον, *opidum Parrhaſiæ regionis. Euripides, in Oreſte. Arcadiæ puto, ex Thucydidis 5. Et idem eſſe cum* ORESTHASIO *Pauſaniæ, non dubito.*

ORESTHASIVM ὀρεσθάσιον, *Arcadiæ vrbs, Stephano. quam Pauſanias poſtea* ORESTIVM ὀρέστειον, *appellatam ſcribit. Vide* ORESTEVM.

ORESTIA, *vide* MEGALEPOLIS, *&* ORESTIS.

ORESTIADES, *vide* HECATONTACHIRIA.

ORESTICVM *Argos, vide* ARGOS.

ORESTIS *Portus, in Magna Græcia, apud Plinium eſt lib. 3. cap. 5.* Rauagoſum *appellant accolæ, inquit Gab. Barrius. Macedoniæ etiam vrbs, apud Liuium 27. & 31. Oreſtia eſt Stephano, in Oreſtis, & Oreſtium Menaliæ, Thucydidi 5. Coloniam vocat Onuphrius, ex Plinio.*



ORESTIS. *Macedoniæ regio eſt Ptolemæo.* ORESTIAS *Straboni, quam Liberam dicit Cicero. &* ORESTÆ *populi, Plinio.* ORESTIDEM *dictam ab Oreſte, quid quid eſt quod procedit inter Macedonicum ſinum & Adriaticum ſalum, ſcribit Solinus. Vide* ORESTÆ.

ORESTIVM, *vide* ORESTIS, *&* ORESTHASIVM.

ORETÆ ὀρεται, *Aſiatica gens, prope Euxinum Pontum, Dionyſio in Periegeſi.*

ORETANI ὠρητανοί, *Ptolemæo & Straboni, ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Plinius eos* GERMANOS *cognominat. Eorum vrbs Ptolemæo* ORETVM GERMANICVM ὤρητον γερμανῶν, *vocatur. Hæc hodie* Calatraua *eſt; Cluſio.* Oreto *Morali, circa Almagro opidum. Hoc Oretum videtur apud Stephanum* ORISIA ὠρισία, *nominari. Et eſt fortaſsè* ORIA ὠρεια, *Strabonis, quam in Oretanis ponit. Poſtquam hæc ſcripſiſſem, animaduerti mecum ſentire Caſaubonum.* ORETANOS *alios populos, habet Cedrenus circa Perſidem & Mediam.*

ORETHVS *Siciliæ fluuius Vibio, quem Leander ſcribit hodie* Fiume de la Muraglia *vocari. ſine afflatu Oretus, Boccatio. Vide* ELEVTHERVS.

ORETVM, *vide* ORETANI.

OREVM, *Plinio Eubœæ inſulæ vrbs. in Heſtiaotide regione, vt ex Plutarchi Amatoriis diſco. ſitum eius diſce apud Liuium 28.* HORÆVS ὤρειος, *Ptolemæo vocatur. ſed* SOREVS *corruptè, eius interpretibus. Pauſanias tradit eam quoque* ISTIÆAM ἱστίαια, *appellatam. Thucydides & Mela* HESTIÆA ἑστίαια, *legit. Camerarius in ſuis Homericis Commentariis dicit eam prius* TALANTIAM *dictam. Stephanus hanc* HISTIÆAM *ſcribit, & ſuo tempore* OROPVM ὤρωπος, *nuncupatam addit. Item ab Homero* POLYSTAPHYLON πολυστάφυλον. Loreo *hodie nominari ait Sophianus. Gentile* OREITES *hinc facit Stephanus.* OREVM *Bœotiæ eſt quoque vrbs, apud Liuium 44. vide* ORICVM.

OREXARTES, *vide* IAXARTES.

OREXIS ὄρεξις, *mons in Arcadia. Pauſanias.*

ORGA, *Aſiæ Minoris fluuius, apud Apameam vrbem Phrygiæ in Mæandrum cadens, Plinio.* ORGAS *Strabonis 12. eſt. Vide* ORBAS.

ORGADEM ὀργάδα, *regionem Atticæ: habet Pauſanias.*

ORGALEMA ὀργάλημα, *vrbs iuxta Iſtrum. Stephanus ex Hecatæo. Vide* ORGOMENÆ.

ORGALICVS *Sinus, vide* ARGARICVS.

ORGANA ὀργάνα, *Ptolemæo inſula, Arabiæ Felici adiacens: in Indico mari Plinio, circa traiectum Arabiæ in Carmaniam. Hermolaus putat à Pomponio & Plinio* OGYRIS *appellari: (in qua Erythræ regis monumentum eſt.) Hæc* TYRRHINA τυῤῥινή, *à Strabone vocatur. Pintianus æſtimat eam quoque ab Arriano in Indicis* HOARACTA ὀαρακτα, *nominari. ſed fallitur: nā hanc in ſinu Perſico deſcribit, vbi & Organam ipſe quoque habet, quæ fortè* SAGDIANA σαγδιανα, *Ptolemai. Eſt ergo Organa Ptolemæi, diuerſa ab Arriani, aut quod veriſimilius mihi eſt, Ptolemæus eam non rectè in mari Indico deſcribit. De Erythri regis monumento hoc addo: Plinius, Pomponius, Dionyſius illud in Ogyri inſula: Arrianus in Hoaracta; Strabo in Tyrrhina ponit. Vide* DORACTA.

ORGANAGÆ, *Indiæ populi, Plinio.*

ORGAS, *vide* ORBAS, *&* POLITICEORGAS.

ORGASI ὀργασοι, *Scythiæ populi intra Imaum, ſunt Ptolemæo,* Organzi *Nigro dicuntur.*

ORGE, *fons eſt Plinio, in Prouincia Narbonenſi.* Sorgue *indigitatur Ioanni Poldo, cui idem* SVLGAS σύλγας, *Strabonis eſt. Hunc Varrerius etiam* Sorgue *vocat.* SORGE *etiam Plinium ſcripſiſſe mihi veriſimile, S. vero ablatū à capite, librariorum culpa, atque hoc elementum geminatum ex ore prælegentis non intellexiſſe. Sic enim apud Plinium 18. cap. 22.* fons Orge Orge, *à L. Floro* VINDELICVS *dici, à Vindelo opido quod præterfluit, annotauit Ioſephus Scaliger lib. 3. cap. 2. vbi meminit huius Florus. Huius Sorguæ deſcriptio exſtat apud Petrarcham in Epiſtolis.*

ORGELITANVS Epiſcopus, Iuſtus, qui ſcripſit explanationem in Cantica Canticor. ORGELLVM eſt apud Aimoinum. VRGELLA eſt Io. Vaſæo, & Morali. Vrgel vulgo vocatur. Aragoniæ vrbs eſt, in Hiſpania Tarraconenſi. Ilergetibus eam tribuit Florianus. Vide ORGIA.

ORGEMPEI, vide ARGIPPÆI.

ORGESSVM, Macedoniæ ciuitas, apud Liuium 31. Vide ORGYSVS.

ORGIA ὤργια, Ptolemæo Ilergetum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi. Alcaraz indigitatur à Varrerio. ORCIA malè habent Latini Ptolemæi. Eadem fortè cum Orgello.

ORGOCYNI, opidum; Tauricæ Cherſoneſi. Plinius.

ORGOMANES, vide DORGAMANES.

ORGOMENÆ ὀργομεναι, Illyridis vrbs, Stephanus. Eadem fortè cum eiuſdem Orgalema.

ORGONESOS, vide VRGO.

ORGVS, vide MORGVS.

ORGYSVS ὄργυσος, Piſſantinorum vrbs, in Macedonia, Polyb. 5. ORGESSVM Liuij.

ORI ὦροι, Gens maritima, iuxta Carmaniam videtur, apud Plinium, & Arrhianum.

ORIA, vide ORETANI, VRGIA, & VRIVM.

ORIANVS ager, in Calabria, lib. de Limitibus. Ab Vria, ſi rectè coniicio.

ORICIA, Regio in qua Oricus vrbs, teſtis Euſtathius ad Dionyſium. Vide ORICVM, & EPIRVS.

ORICINVS, vide ORICVM.

ORICVM ὀρικόν, Epiri maritima vrbs, apud Ptolemæum, Plinium, Liuium, Melam, & Horatium. ORICVS ὠρικός, Stephano. OREVM ὠρεόν, eam vocare videtur Strabo. ORICINORVM fines, habet Liuius 26. Orcho Nigro; Velona Gerbelio putatur. Commentator Cruquij ad Horatium, facit Ciliciæ vrbem Oricum: ſide vereor Grammatica potius, quam Geographica. ORICVM, Aſſyriæ mons, apud Polyb. 5. Vide NORICVM.

ORIENS. Orientis vox valde frequens in veteri hiſtoria. pro Aſiæ parte, quæ nobis nimirum verſus Orientem eſt, quam autem peculiariter ſic nominet, nonnihil obſcurum. Circa Parthiam eſſe, nummus aureus Traiani Imp. mihi indicio. habet hic ab auerſa parte caput radiatum, (Solis orientis typus) cum litteris in ora PARTHICO. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. Plinium habeo in hac ſententia, vbi ſcribit, Oriens murrhina mittit, maximè Parthici regni. & Tacitum Annal. 11. Parthus imperium Orientis, &c. Liber Notit. quindecim prouincias ſub Oriente numerat & nominat, quas ibidem lege. nec tamen inter eas, Parthia. At fuſius eam deſcribit Plinius 14. cap. 10. vbi Aſiam (Propriam nempe) inter Europam & Orientem mediam facit. Aegyptum autem etiam Orientis prouinciam nominat Tacitus 15. Annal. Turcicum Imperium hodie non abſurdè quis indigetauerit. vide ANATOLE, & ORONTES.

ORIENSES ὠρεῖς, Atticæ regionis curia. Strabo 9.

ORIENSIS Epiſcopi Victoris, in Africa: meminit Coll. Carthag.

ORIENTIVM Coloniam, habet Onuphrius, ex Frontino. Sed ARRETIVM emendat A. Schottus.

ORIGARIVM, palus Commiaclenſis, vt habet S. Romualdi vita. In Italia. Lago di Comachio putauerim.

ORIGENE, Lycaoniæ pars. Plinius.

ORIGENI, Hiſpaniæ populi, circa Cantabros. vt videtur apud Plinium. Vide AQVÆ.

ORIGEVIONES, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, per quos Neſua fluuius deſcendit, Pomponio. An iidem cum Origenis?

ORIGIACVM, vide RIGIACVM.

ORII ὄριοι, Polybio 4. ſunt Cretæ inſulæ populi.

ORINÆI, vide ERINÆI.

ORINDICVM Agrum, nominat Cicero de Lege Agraria contra Rullum. Aſiæ Minoris videtur. Pro OROANDICVM fortaſſe.

ORINE ὀρείνη, inſula è regione Aduli, in ſinu Arabico. Arrianus in Periplo. quæ Maczua interpretatur à Ramuſio. An eadem cum Orneon Ptolemæi? Peninſula eſt ibidem Ptolemæo. ORINE etiam Iudææ toparchia, Plinio. vbi quidam codices NORINE legunt. Vide MONTANA, & PANIS.

ORINGIN ciuitatem in Meleſſum finibus deſcribit Liuius, vbi argentifodinæ. Moralis apud Liuium ONINGIS per N. legit, putatq; ex coniectura Iaen, aut locum huic vicinum eſſe. Vide ONINGIS.

ORINI, id eſt, Montani. Thraciæ populi, ſic dicti à Xenophonte 7. Cyriacor. ORINI quoque gentes circa Caucaſios montes videntur. vnde Indum profluere facit vetus Dionyſij Afri interpres.

ORINVS, Illyrici fluuius videtur apud Calliſtum, in quo ſe Drinus effundit. lib. 17. cap. 28. Vide ERINEVS.

ORIPPO, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, apud Antoninum. IX. M. paſ. ab Hiſpali.

ORISIA, vide ORETANI.

ORISSON, Epiſcopalis locus, ſub ſede Emiſſena. G. Tyrius.

ORISTHOCNIENSES, Pauſaniæ ſunt populi, in Arcadia. vbi hæ voces, λυκος, ορειθωκνεῖς. Pro quibus λυκωσωρεῖς & θωκνεῖς ſcribendum docet Sylburgius.

ORISTIDES ὀρεισίδες, inſulæ duæ ſunt, in Sinu Arabico. Ptolemæo teſte. nonnulla Latina exemplaria TRISITIDES habent.

ORITÆ ὠρεῖται, Straboni & Arriano vltimi Indiæ populi ſunt verſus Occidentem. ad Arbin fluuium, Plinio in Carmania nempe. Horum etiam meminit Arrianus & Dionyſius. Eoſdem à Curtio NORITAS vocari, annotauit Vulcanius. mendosè autem, vt hoc addam, librariorum vitio, qui finale elementum vocis præcedentis, huic initiale fecere. cauſſam lege in COMBOS, alibiq;. In Gedroſia ſunt Stephano. ORI, alij ſunt ab his Oritis. vtriuſque enim meminit Arrianus. ORITÆ Polybio 3. ſunt Hiſpaniæ populi. circa Fretum Herculeum fortè. Vide ORITANI.

ORITANI, Græciæ populi, circa Opuntios videntur, apud Liuium 28. ORITÆ ὠρειται, ſunt Polybio 11. Gentile ab ORITANVM vel OREVM Eubocæ puto. Vide MENTISANI.

ORITANVM, Plinio Euboëæ vrbs.

ORIVNDVS, vide DRILO.

ORIZA ὀρίζα, Palmyrenæ vrbs, Ptolemæo.

ORMANVS ὀρμάνος, Arabiæ Felicis fluuius, Ptolemæo. Interpretibus cum afflatu in prima eſt.

ORMENIVS ὀρμένιος, Theſſaliæ vrbs, Straboni. Fortè eadem cum Hormenio Plinij. vide HYPIA.

ORMION, Epiſcopatus ſub ſede Hierapolitana, in Syria. Guil. Tyrius.

ORNEA ὄρνεα, Argiæ in Peloponneſo vrbs, vbi commiſſum prœlium fuit inter Lacedæmones & Argiuos, vt ſcribit Diodorus 16. & Thucydides 5. item Pauſanias in Corinthiacis. Straboni, & Euſtathio in Catalogo nauium, alia inter Corinthum & Sicyonem ſita eſt. Idem Strabo ibidem habet fluuium eiuſdem nominis. Vicus Argiæ eſt, Euſtathio in Homerum. Vide ORNIS.

ORNEON ὀρνεῶν, id eſt auium, inſula in ſinu Arabico, Ptolemæo. Eidem eſt promontorium Taprobanæ. & inſula ante eandem. Vide TRVLLA, & ORINE.

ORNIACI ὀρνιάκοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Ptolemæum.

ORNIS ὄρνις, locus ſic dictus ante vrbem Corinthi. Plutarchus in Arato. An idem cum Ornea?

ORNITHON ὀρνίθων, vrbs Phœniciæ inter Tyrum & Sidonem: Straboni, & Plinio.

ORNYTVM, vide TEVTHIS.

OROANDA, Piſidiæ vrbs, apud Plinium. Oroandicum huius tractum, idem appellat. OROANDES, & OROANDI ſunt Liuio 38. vide OEROANDA.

OROASCA ὀροασκα, Ptolemæo, THROASCA interpreti, Carmaniæ vrbs.

OROATES, Plinio Suſianæ fluuius, oſtio difficili, niſi peritis: amnem eius tractus maximum eſſe ſcribit Strabo. Ptolemæus RVATES ῥυάτης, habet. AROSIS ἄροσις, Arriano in Indicis eſt. Ammiano VATRACHITES, vt ego ſuſpicor. Oroatis tamen hic quoq; meminit, vt legit Accurſius. Ceteri codices eo loco Oates habent. Vide ARAXES.

OROBA ὀρόβα, Aſſyriæ opida, duo: apud Ptolemæum.

OROBATIS ὀροβάτις, Indiæ vrbs, circa Indi fluminis partes ſuperiores. Arrianus 5. Alex. Vide OBROATIS.

OROBIÆ ὀροβίαι, Euboëæ locus, apud Thucydidem 3.

OROBII populi, ſunt in Italia Ciſalpina, Plinio. Chryſoſtomus Zanchus eos eoſdem vult cum CENOMANIS Ptolemæi. dicitq; Cenomani proprium, Orobij autem epitheton eſſe, quaſi montium incolæ.

OROBIS ὀρόβις, Galliæ Narbonenſis fluuius, Ptolemæo: OBRIS Straboni, & Pomponio. item Plinio 3. cap. 4. in vetuſtis codicibus, vbi in recentiorum editionibus malè.
» nempe hæc verba, Flumina Tecum, Vernodubrum, vbi iſti
» Flumina Telim, & Obrim. Olim ſic quoque legiſſe Camertem, ex Indice patet, quem in hunc auctorem, ampliſſimum fecit: in quo OBRIS eſt, quod expunxere poſteriores. ORBVS eſt apud Auienum. Hodie Orb nomen retinere, habeo ex Carolo Cluſio, teſte mihi fide digniſſimo. Vide TRIOBRIS.

OROCANA ὀροκάνα, Mediæ vrbs, apud Ptolemæum. Per A. in ſecunda, interpretibus.

OROCASIA, locus circa Antiochiam, ad Orontem. Procop. 2. Perſicorum.

ORODI, vnde vnus fortium Dauidis, 2. Samuel. 23. AROR legunt 70. interp.

ORODOPES Tumulus, inſula Tyro proxima, ſic dicta. vbi Tyri naues ſtationem habent. Statius Alexandrinus 2. Amorum.

OROENI, vide OSRHOENI.

OROLAVNVM, Antonino Galliæ Belgicæ opidum, vbi LEGIO XX. ALAVNA habet idem Antoninus pro eodem, ni fallor: quod hodie Arlun dici puto, in Ducatu Lutzenburgenſi. Hic multa antiquitatis veſtigia cernuntur. Quid ſi vera ſcriptura ARLAVNA, vel AROLAVNA ſit? ARAM LVNÆ nominant recentiores Latini.

OROMANDRVS ὀρόμανδρος, Armeniæ Minoris vrbs, apud Ptolemæum.

OROMANSACI, iuncti pago (inquit Plinius) qui Geſſoriacus appellatur. Becano ſunt Flandriæ comitatus populi, qui S. Odomari, Gaines, & Terauanam opida incolunt.

OROMEDON ὠρομέδων, altiſſimus mons, apud Theocritum in Eidyllio 7. Winſemius eius interpres dicit eum in Co inſula eſſe.

OROMENVS, Mons indiæ; in quo ſal gignitur. Plinius 3. cap. 7.

ORON, Amnis in Ægypto, apud Q. Curtium 4. vt eum recenſuit Modius: OXIVS enim in alijs codicibus legebatur. At neutrum huius loci eſt. Malim itaq; ocius, pro Oxius legere, hoc modo. Aſtaces prætor Darij relictus, ocius
» amne ſuperato, &c. Nilo nempe. de eo enim hic ſermo:
» neque alium hoc tractu vllum eſſe, quo Memphi ad interiora Ægypti nauigari poſſit, omnes Geographiæ periti mecum confiteantur neceſſe eſt. Quia, Vnicus in terris Aegypti totius amnis, Lucretio teſte. Pro ocius, qui malit, hocce legat.

ORONÆ ὀρωναι, Moabitarum vrbs, Ioſepho Antiquit. 13. cap. 23.

ORONAIM, loci nomen, Eſaiæ 15. ἀρωνιμ legunt 70. interpretes.

ORONDICI ὀρονδικοι, Ptolemæo populi in Galatia.

ORONTES ὀρόντης, Ptolemæo Syriæ fluuius. LADONEM nominat eum Philoſtratus 1. Apollonij. ORIENTEM vocatum à veteribus, ab originis ſuæ tractu, ſcribit Egeſippus 3. & ex eo fortè, Iſidorus. Euſtathius tradit eum à Tib. Imp. DRACONIS nomine appellatum. Prius TYPHON τυφων, dictus fuit, teſte Strabone. OPHITES antea nomen habuiſſe, ſcribit Pomp. Lætus. MINOREM IORDANEM à nonnullis antiquis dictum, (ex Hegeſippi 4. cap. 1. fortè, ſed malè) ſcribit Mar. Niger. qui eum hodie Soldino vocari tradit. Oliuarius eum Tarfaro appellat. Tarfar autem Giſtelius: & Fer, G. Tyrius. Beniamin videtur eum Pir nuncupare. Theuetus dicit eum ab accolis Oronz, & à Perſis Beinelnaharaim nuncupatum. Orontis fluminis oſtium vocatur Portus Simeonis, apud Guil. Tyrium. à monaſterio ſic dicto, in arduo monte, ad eius oram ſito. Hunc Orontem ex Caſio monte labi, ſcribit Vibius, falſò. ORONTES Montis nomen quoq; in Media, circa Ecbatanam, Ptolemæo, Polybio 10. & Diodoro 2. ORONTES populi, circa Meſopotamiam vſpiam; ſunt Plinio. Vide TAVRVS.

OROPI, ſub Anarbaza ſede Epiſcopatus. G. Tyrius.

OROPITVM Antonino, OROPITE Catoni, VRBIVENTVM Procopio, vt Leander habet. VRBEVETANVM ego lego lib. 2. de bello Gothico. & quoque diſtinctim VRBS VETANA. HERBANVM Plinij eſſe, vult Volaterranus. HARBANVM habet Myrſ. Lesbius, opidum Tuſciæ mediterraneum, quod Leander Oruieto vocat. Diacono in Longobardicis VRBS VETVS dicitur. ORBITVM in Edicto Deſiderij regis eſt.

OROPVS ὤρωπός, Stephano Syriæ ciuitas; quam TELMISSVM τελμισσόν, etiam appellat. OROPVS, Ptolemæo & Thucydidi 8. Centum & triginta ſtadijs à Tanagra: teſte Dicæarcho: Bœotiæ vrbs. Zucamini ab Alex. Zardo dicta. Suſamino habet Nardus. COROPE κορόπη, fortè Nicandri, apud Stephanum. Per Y in ſecunda eſt apud Nicandrum. ſed huius interpres eum Theſſaliæ tribuit. AROPVS malè apud Antoninum ſcribitur. OROPVS, Macedoniæ vrbs, Stephano. Euboëæ: Argiæ: quam etiam Ammianus agnoſcit. & Theſprotiæ, eidem. Oropum GRÆAM quoque vocari ab Ariſtotele, ſcribit Stephanus. Vide OREVM, & TANAGRA.

OROSA ὄροσα, Mediæ vrbs; quæ & ALINZA ἀλίνζα, Ptolemæo auctore. Archiech nunc vocatur, niſi fallat Caſtaldus. Aliam ALINZAM habet idem Ptolemæus, in eadem regione. & aliam in Suſiana. ſed huic interpretes P. præponunt: Palinza.

OROSANA ὀροσάνα, Serica vrbs, Ptolemæo.

OROSBES ὀροσβεῖς, Scythiæ intra Imaum gens. Ptolemæus. NOROSBES habent interpretes.

OROSCOPA ὀροσκόπα, Africæ vrbs, de qua lis erat inter Maſaniſſam & Carthaginenſes. Appianus in Punicis.

OROSINES, Plinio Thraciæ fluuius.

OROSOLOGIA, vide RHOSOLOGIA.

OROSPEDA ὀρόσπεδα, Straboni, ORTOSPEDA ὀρτόσπεδα Ptolemæo. Hiſpaniæ Tarraconenſis mons Sierra Vermigia, à colore, Aluaro Gomecio vocatur. Carolo Cluſio Sierra Morena eſt; ſed Floriano Sierra Molina, at idem ſubiungit Oroſpedam pro ratione locorum diuerſa ſortiri nomina, neque vbique eodem nomine indigitari. cui accinit quoq; Nauagierus in ſuo Itinerario Italica lingua ſcripto, vbi illi hæc nomina attribui putat: Puerto de la Tablada, di Ponfria, Tofria, del Pico, di Soma Sierra, Palomera di Auila, &c.

ORPHEA. ſic locum vocari iuſſit Quinctus, excelſum, & ſiluoſum, in agro Laurenti. Varro 3. de Re ruſtica. LAVRENTINA Silua fortè apud alios.

ORPHES ὀρφεῖς, populi in Libya Interiore. Ptolemæus.

ORREOCELENSIS, vide HORREA.

ORRHEA ὄῤῥεα, Myſiæ Superioris vrbs, apud Ptolemæum. HORREVM MARGI, Antonino eſt, quæ ad Margin fluuium. ORRHEA, Venicontiorum in Albione inſulæ opidum, apud eundem Ptolemæum. Forfaire fortè, vt putat Camdenus. Mauritaniæ Cæſarienſis, eſt Antonino. Vide VOREDA.

ORRHOENI, vide OSRHOENI.

ORRHONTHES ὀῤῥονθες, fluuius Italiæ videtur apud Iſacium in Lycophronem. Fontem habet in Melibœo monte: In Campania

ORSA, mons cum portu, Plinio: in Arabia Felici. Indiæ intra Gangem opidum, Ptolemæo.

ORSARA ὀρσάρα, Ptolemæo Armeniæ Minoris vrbs.

Hanc

*Hanc opinatur Simlerus apud Antoninum* TONASA *nominari. Ipſe autem legit* HORSA, *ex Latinis codicibus, mendoſè.*

ORSEI *Indi, ſimias candentes toto corpore, venantur. Plinius 8. cap. 21.* ORSII *habebat exemplar Colonienſe.* ORSENA ὄρσηνη, *Ptolemæo tractus Armeniæ Minoris eſt. Cum afflatu in principio ſcribunt interpretes.*

ORSII, *Indica gens, apud Plinium 6. cap. 20. Forſan ijdem cum Orſeis. Vide* ORSEI.

ORSIMA, *Aethiopiæ ſub Ægypto oppidum, Plinio.*

ORSIPPI ὀρσιπποι, *Ptolemæo,* ORSITI *interpreti, Bactrianæ gens.*

ORSOLOGIACVM, *Antonino Galatiæ vrbs, inter Ancyram & Niſam. Eandem alio in loco* ROSLATIACVM *vocat. item* RESOCIACVM. *Ptolemæi* RHOSOLOGIA *puto.*

ORSON, *vide* OEASA.

ORSONA, *vide* VRSO.

ORSVRA, *Italiæ vrbs, circa Samnium, aut Campaniam videtur, apud Diaconum in Longobardicis.* SVRA *autem legit M.S. codex.*

ORTA, *vide* HORTANVM.

ORTACEA, *Suſianæ fluuius, Plinio.*

ORTAGVREA, *vide* MARONEA.

ORTHAGORIA, *vide* STAGIRA.

ORTHE ὄρθη, *Homero & Plinio Magneſiæ ciuitas eſt; vel, vt Straboni placet, Perrhabicæ, quæ quibuſdam, vt idem ſcribit,* PHALANNEORVM *Arx credita fuit. Orthe & Phalanna Plinio duo ſunt opida Magneſiæ regionis. Vide* HIPPIA.

ORTHEAGA ὀρθεάγα, *Meſopotamiæ vrbs. Ptolemæus.*

ORTHESIVM, *Arcadiæ montem habet Gyraldus in ſyntagmate de Diana. Mendoſè fortè pro Orthoſium.*

ORTHIA ὀρθία, *Arcadiæ regio, Heſychio. Orthiæ porrum laudat Plinius 19. cap. 6.*

ORTHIANA ὀρθιάνα, *Ariæ vrbs, apud Ptolemæum.*

ORTHIOMAGVS ὀρθιόμαγος, *in Phœnicia locus maritimus. Polyænus 4. in Antigono. An pro Orthoſia?*

ORTHOCORYBANTII ὀρθοκορυβαντίοι, *Perſiæ populi videntur, apud Herodotum, in Thalia.*

ORTHOPAGOS, *vide* THVRIVM.

ORTHOPANVM, *vide* ORTOSPANA.

ORTHOSIADA ὀρθωσίαδα, *ciuitatem, habet 1. liber Machab. cap. 15. in quam fugiſſe Triphonem naui ſcribit. Hanc à Ioſepho* APAMIA *appellari, putat Vignierius in ſua Hiſtoriali Bibliotheca. Locus apud Ioſephum eſt Antiq. 13. cap. 12.*

ORTHOSIAS ὀρθώσιας, *Cariæ opidum, Plinio, & Ptolemæo. Piſidiæ eſt in Chalcedonenſi concilio. Huius etiam meminit Liuius 45.*

ORTHOSIS ὀρθώσις, *Dionyſio,* ORTHOSIAS ὀρθωσιάς, *Ptolemæo & Straboni,* ORTHOSIA *Plinio; Phœniciæ vrbs.* Tortoſia *hodie vocatur, teſtibus Hermolao & Leandro.*

ORTHOSIVS ὀρθώσιος, *Laconicæ mons: Iſacio ad Lycophronem. vnde Orthoſia Minerua apud Arcades.*

ORTHVRA ὀρθουρα, *quæ &* SORNAGVS σορνάγος, *Ptolemæo lib. 8. Geographiæ. at libro 7. vocat Orthuram Sornagis regiam. Indiæ intra Gangem vrbs eſt.* Oriſſa *dicitur Caſtaldo.*

ORTISIA ὀρτισία, *vrbs in Italia videtur, apud Phleg. Trallianum.*

ORTIVM, *vide* ORTON.

ORTOBRIGA ὀρτόβριγα. *vrbs magnitudine & multitudine hominum, inter præcipuas habetur. Sic Suidas. Nihil addit. Hiſpaniæ videri poſſet, ex vocis terminatione. in hac enim ſupra viginti loca in* briga *deſinentia reperio. reperietque lector in hoc Theſauro.*

ORTOGORDOMARIS, *vide* DORGAMANES.

ORTON ὀρτῶν, *Ptolemæo Pelignorum vrbs, in Italia. Frentanorum eſt nauale Straboni: quod* ORTIVM *nominat.* ORTONA *Plinio. Sic etiam hodie, Leandro teſte. Vide* HORTANVM.

ORTONA, *vide* HORTANVM, & ORTON.

ORTOPHANTÆ, *Meſopotamiæ gens, apud Plinium.*

ORTOPLA, *vide* ORTOPVLA.

ORTOPVLA, *vrbs in ora Liburniæ. Plinius.* ὀρτόπλα, *Ptolemæi eſt.*

ORTOSPANA ὀρτοσπάνα, *Paropaniſi, in Aſia vrbs, Straboni 11. quam eandem 16.* OROSPANAM *vocat. quæ &* CARVRA κάρυρα, *à Ptolemæo nominatur.* ORTHOSPANVM *Plinio.* Candahar *hodie, vt Caſtaldus habet. Vide* PORTOSPANA.

ORTOSPEDA, *vide* OROSPEDA.

ORTYGIA ὀρτυγία, *elegans lucus Straboni, in maris littore, iuxta Panormum Mileſiorum. Lucus etiam apud Epheſum: Tacito 3. Annal. Idem puto. Vide* DELVS, EPHESVS, PLEMMYRIVM, LIBYA, & SYRACVSÆ.

ORVBIVM, *vide* ORVIVM.

ORVDII, *vide* ARVEDORVM.

ORVDIZA, *ad Burgum, Thraciæ locus, Antonino. Eſt qui ſuſpicatur Aphrodiſia legendum.*

ORVINIVM ὀρουίνιον, *Aboriginum opidum, ſi quod aliud in eo tractu, amplum ac nobile. vbi Mineruæ templum, quadrageſimo ſtadio à Mephila diſtat. Halicarnaſſ. 1. Cõſule Notas Sylburgij ad hunc locum. cui fere Corphinium Strabonis & Ptolemæi videtur. niſi ſit ea vrbs quæ hodie* Vrbino *nominatur.*

ORVIVM ὀρούιον, *Ptolemæo promontorium, in Hiſpania Tarraconenſi.* ORVBIVM *habent Latina exemplaria.*

ORVMIAS, *Doridis ignobile opidum. Liuius 28. Videndum an pro Loryma.*

ORVROS, *Romani Imperij termini eſt opidum, à Zeugmate ducentis quinquaginta mill. paſſ. Plinius.*

ORVZA, *Palæſtinæ vrbs. concil. Chalcedonenſe.*

ORXANTES, *vide* SILVS.

ORXVLÆ, *Indica gens, vltra Gangem. Plinius.*

ORYBA ὄρυβα, *Arabum vrbs, in Palæſtina. Ioſephus Antiq. 14.*

ORYCHIVM ὠρύχιον, *Atticæ regionis locus. Stephanus, ex Euphorione.*

ORYGMA, *vide* BARATHRVM, & SELENVS.

ORYMAGDVS, *vide* ARYMAGDVS.

ORYPEI, *vide* RHYPÆI.

ORYX ὄρυξ, *locus Arcadiæ, ad Ladonem fluuiũ. Pauſanias.*

OS MÆOTIS, *vide* BOSPORVS *Cimmerius.*

OS PONTI, & CYANEVM, *vide* BOSPORVS *Thraciæ.*

OSA, *locus in Palæſtina. Ioſue 19.*

OSÆA ὄσαια, *cum aſpiratione, Sardiniæ opidum, Ptolemæo. Simlerus dubitat num ſit* OTHOCA *Antonini.* Saline *Nigro appellatur.*

OSCA ὄσκα, *Ilergetum in Tarraconenſi Hiſpania vrbs, Ptolemæo, Plinio, & Plutarcho in Sertorio.* OSCENSES *habet Cæſar. Oſcenſis argenti meminit Liuius 24.* ETOSCA *mendoſè vocatur Paterculo; vbi Sertorium interemptum ſcribit.* Hueſca *Cluſio eſt.* ILEOSCA ἰλεόσκα, *malè pro Oſca legi apud Strabonem, Guilandinus in libello ſuo de Papyro, ex Puteani ſententia docet. Ego eundem Strabonem potius* ὄϊσκα, *pro* OSCA *habere, cum Xylandro affirmauerim. deſcribit enim vtramque & Oëſcam atque Ileöſcam. Ex nummis antiquis legit Ant. Auguſtinus V.V.* OSCA. *interpretaturque vrbs Victrix Oſca.* OSCA *etiã Bæticæ vrbs, apud Ptolemæum. Vide* CAPVA.

OSCANA ὀσκάνα, *Ptolemæo vrbs in Gedroſia.*

OSCARVS, *Galliæ fluuius, agri Diuionenſis, Aimoino & Turonenſe teſtibus.* Ouſche *hodie.*

OSCEATINI, *vide* OSCI.

OSCELLA ὄσκελλα, *Ptolemæo opidum Lepontiorum. hoc* Thum *Germanis;* Domo d'oſcella, *Italis dicitur; Scudo Caſtilioneo, Simlero & Vigenereo teſtibus.*

OSCHA, *loci nomen, circa Palæſtinam alicubi, Ioſippo.*

OSCI ὄσκοι, *gens in Italia, quæ interijt. Strabo 5. Aliam eiuſdem nominis videtur habere, eandem cum Sidicinis, adhuc ſuperſtitem. circa Campaniam, in Samnitio. eodem libro, paulo infra.* OSCOS *habet etiam Vibius, Samnites Italicos. Hos eoſdem cum Auſonibus putat apud Strabonem Antiochus, ſed negat Polybius. vt idem addit Strabo. Vicinos Lucanis facit Feſtus Pompeius: & antiquitus* OBSCOS *ſiue* OPSCOS *vocatos.* OSCEATINI *ſunt Soſipatri.*



OSCIVM ὄσκιος, *fluuium, ex eodem monte quo Hebrus & Neſtus, Rhodopæ vicino, oriri, ſcribit Thucydides libro 2.*

OSCOBAGVS, & OSCOBARAS, *vide* TAVRVS.

OSCORI, *Volſcorum vrbs. In Originibus, quæ Catonis nomine circumferuntur.*

OSCORON, *flumen Scythiæ, habet Iſidorus, in Originum 14. auctor in nominibus proprijs, fide non admodum pura. Cyros fortè legendum pro* ὄσκυρος.

OSCVM, *locus in agro Veienti, quo frui ſoliti prodantur augures Romani. Feſtus. Sed &* OBSCVM *ſcribitur.*

OSDARA, *Armeniæ Minoris vrbs, Antonino:* ASDARA, *eadem, alibi.*

OSDROENA, *vide* OSRHOENOR.

OSEN *Campum (ſi fida ſcriptura) habet in Luſitania, Greg. Turonenſ. De Miraculis lib. 1. vbi piſcinam & fontem mirum deſcribit.*

OSERIATES, *Pannoniæ populi, apud Plinium.* ὀσεριάτες *Ptolemæo.*

OSERICTA, *inſula in Germaniæ littoribus, cedri genere ſiluoſa, vnde electrum deſluit in petras. Plinius.*

OSI, *Tacito Germaniæ populi, An hi ab* ARAVISCIS, *an Arauiſci ab Oſis in Pannoniam migrauere, incertum eſſe, idem refert. Althamerus eos verſus Sileſiam & Pannoniam locat, vbi hodie* Oppel & Naiſſa *opida ſunt. Idem tamen poſtea ſcripſit eorum reliquias adhuc hærere in ripis Albis fluminis.* Oſenburg *Weſtphaliæ fortè Reyneckio. Georg. Bruno ſcribit, (ex Rantzouij ſententia) eos* Oſel *inſulam habitare. Eſt hæc in Sueuico mari.*

OSIANA, *Cappadociæ vrbs. Antoninus.*

OSICA ὄσικα, *Ptolemæo Albaniæ vrbs. eadem videtur mihi à Strabone* HARMOZICA ἁρμοζίκη, *appellari. Caſaubono hæc Harmozica videtur* ARMACTICA *Ptolemæi.*

OSICERDA ὀσικέρδα, *Ptolemæo Heditanorum, in Hiſpania Tarraconenſi opidum. Plinius* OSSIGERDENSES *appellat. Sunt qui hodie* Oſſera *vocant, inquit Varrerius.*

OSII ὄσιοι, & OSILI ὄσιλοι, *Sarmatiæ Europææ gens. Ptolemæus.*

OSILI, *vide* OSII.

OSINCVM ὄσιγκον, *Corſicæ opidum, Ptolemæo.*

OSINIVS, *vide* MASSICI *Promont.*

OSINTIGI, *videtur apud Plinium vrbs in Hiſpania Bætica.*

OSIRIDIS *Aſylum, locus in Ægypto, apud Strabonem.* OSIRIACA *eſt apud Athenagoram pro Chriſtianis.*

OSISINI *Cæſari,* OSISMII *Plinio & Melæ, quos* TIMIOS τιμιοι, *vocat Pytheus apud Strabonem, qui eos quoque* SISMIOS σίσμιοι, *appellat. Galliæ populi ſunt ad Mare Britannicum.* Landriguet *nominat Cœnalis. Vide* TRECORENSIVM.

OSIVDIZO, *Thraciæ vrbs: apud Antoninum. Simlerus* HISTODIZO *quoque legit. Alio in loco idem Antoninus* OSTODIZVM *habet. item* HOSTRIALIZVM. *In Pariſienſi codice* HOSTRIDISVM *lego.*

OSMVS, *fluuius Thraciæ: Curopalati. Mœſiæ Superioris videtur apud Cedrenum.* Sladitza *à Bulgaris vocari, putat Leunclauius.*

OSONES, *Pannoniæ vrbs: Antonino.* Santo *nunc vocari, exiſtimat Lazius.*

OSOPIVM, *vide* BILIGA.

OSPHAGVS, *Macedoniæ fluuius: apud Liuium 31. Haud procul* Erigone, *alio flumine.*

OSPITENSIS *Epiſcopatus Numidiæ. apud Vict. Vticenſ.*

OSQVIDATES *Campeſtres, & alios Montanos, habet Plinius, in Gallia Aquitanica.*

OSRHOENORVM ὀσροηνοι, *meminit Dion, lib. 40. & Herodianus, in fine lib. 6. & principio 7. Liber Notitiarum etiam* OSRHOENÆ *regionis Aſiaticæ mentionem facit. in qua inter alia opida Cercuſium nominat. Stephanus, (cui* ὀσροηνοι *eſt) Zenodotion opidum prope Nicephorium, in ea collocat. & Edeſſam Sex. Rufus.* OROENI ὀροηνοι, *ſunt Procopio 3. de ædificijs. ſed idem 1. Perſic.* OSROENA *legit, & addit ſic dictam ab Oſroe viro ibi quondam regnãte. Erat hic Arſacis nepos: teſte Pauſania 5.* ὀῤῥοηνοὶ *Stephano. in dictione* βατναι. ORSENE ὀρσηνη, *fortè Ptolemæi.* OSDROENA *habet Ammianus. Ex horum deſcriptionibus colligo eandem à Plinio* MESOPOTAMIÆ PRÆFECTVRAM *nominari. Videtur vicina Anthemuſiæ, aut eadem: ex eo quod Ammianus Batnas, quã lib. 14. in Anthemuſia, lib. 23. in Oſrhoena deſcribat. Vrbes huius regionis numerantur in Lib. Notit. vide* MESOPOTAMIÆ *Præfectura. eadem enim videtur cũ hac Oſrhoena: quam conprehendo inter Euphratem & Chaboram fluuium.* ASROENOS *ſubactos à Traiano Imp. ſcribit Chronicon Euſebij. ſed Oſroenos legendum. non Agarenos, vt quidam putat.*

OSSA ὄσσα, *Italiæ fluuius, in Tuſcia: Ptolemæo auctore.* Marta *eo loco hodie fluere videmus.* LARTHES *ab Antonino vocari putat Leander. Vrbs Macedoniæ, in Biſaltia regione: eidem Ptolemæo. Mons Italiæ in Campania maximus, vt ſcribit Iſacius, ex Metrodoro.* OSSA *Macedoniæ mons, Ptolemæo & Plinio:* Olira *appellatur Pineto,* Colſouo *autem Sophiano, qui eundem quoque* KIZZAION OPOS *vocat. Polyænus lib. 4. Strategematum, deſcribit in hoc monte locum,* SCALAS ALEXANDRI *dictum.* OSSA ὄσση, *Peloponneſi mons, Straboni, & Euſtathio in Dionyſium.*

OSSADII ὀσσάδιοι, *Indica gens libera. circa Indum fluuium. vti conijcio ex Arrh. 6. Alexandri.*

OSSARENA ὀσσαρηνή, *Armeniæ Maioris regio: apud Ptolemæum ſed* TOSARENA *apud eius interpretes.*

OSSERIATES, *vide* OSERIATES.

OSSET, *quæ* IVLIA CONSTANTIA *à Plinio cognominatur, Hiſpaniæ Bæticæ opidum eſt, è regione Hiſpalis.* Triana, *Pineto interpretatur.* Seuilla la veja *Marinæo.*

OSSIGERDENSES, *vide* OSICERDA.

OSSIGI, *quod cognominatur* LACONICVM, *Hiſpaniæ opidum. conuentus Cordubenſis. Plinius.*

OSSIGITANIA, *Plinio Hiſpaniæ Bæticæ vrbs.*

OSSONABA ὀσσόναβα, *Ptolemæo,* LVSTVRIA *à Plinio cognominata. Luſitaniæ vrbs eſt. in Turdetanis. Pinetus* Gibraleon, *Cluſius* Exuba *in Algarbiæ regno, interpretatur. Varrerius autem, ipſe Luſitanus,* Eſtombar *vocat, Algarbiæ vrbem. cui accinit Moralis. Idem alio in loco* Faro *interpretatur. Hermolaus putat* ONOBAM *Pomponij eſſe.* ONOBA & SONOBA, *diuiſim habet Strabo. Sed Ptolemæus habet quoque* ONOBALISTVRIA ὀνοβαλιστυρία, *vnica dictione. In Bætica, aliam ab Oſſonoba.*

OSTAMA ὄσταμα, *Arabiæ Felicis vrbs. Ptolemæus.*

OSTANÆ, *vide* MAGI.

OSTAPHVS ὄσταφος, *apud Ptolemæum, Thraciæ vrbs.*

OSTEODES ὀστεώδης, *inſula, iuxta Siciliam, Ptolemæo.* Pozzelli *Caſtaldo dicitur, alijs* Porcelli. *Vide* ÆOLIÆ, & EVONYMOS.

OSTERLINGI. *De his hoc Auctor vitæ Caroli Magni, quem Reineccius edidit, „Regionem Solis ad Ortum inhabitant Oſterlingi, quos nomine quidam Oſtvalos alio vocitant, &c.*

OSTHA ὄσθα, *Indiæ intra Gangem opidum: Ptolemæo.*

OSTIA ὠστία, *Latij opidum, ad Tiberis oſtia; Ptolemæo & cæteris. Sub Anco Martio coloniam factam, tradit Halicarnaſſeus.* Hoſtia *hodie adhuc.* OSTIÆ *Lacus, meminit Liuius 27.* Pantano *hunc appellari puto. Eſt etiam ciuitas ad Aternum fluuium Marucenorum & Marſorum in Italia Vib. Sequeſtro. Oſtia Aterni, vocatur in Itinerario Antonini.*

OSTIÆI, *vide* OSTIONES.

OSTIDAMNIORVM *Promontorium Europæ extremum*

verſus Occaſum eſt Straboni, quod appellatur Calbium. Sed Pitheæ figmenta veretur.

OSTIENSIS *Porta, vide* TRIGEMINA.

OSTIONES ὠςίωνες, *populi ad Oceanum Occidentalem, Stephano, quos etiam* COSSINOS κοσσινὲς, *vocari ait. Pitheas apud Strabonem eos* OSTIÆOS ὠςιαῖοι, *nominat. In Albione videntur Camdeno, in ſua Britannia.*

OSTIPPO, *Hiſpalenſis conuentus opidum. Plinius, & Antoninus. Sũt qui* ASTAPA *Liuij putant. inquit Moralis.*

OSTIVM CYANEVM, *vide* BOSPORVS *Thracius.*

OSTOBALASSARA, *vide* SOBALASSARA.

OSTOBARA ὀςόβαρα, *Bactrianæ vrbs. Ptolemæus. Per* E. *in prima ſcribit interpres.*

OSTODISVM, *vide* OSIVDIZO.

OSTRA ὄςρα, *vrbs Semnonum mediterranea, in Italia. Ptolemæus.*

OSTRACHE, *pagus Friſiæ: vbi S. Bonifacius martyrio coronatus. vti in S. Ludgeri vita habetur.*

OSTRACINE ὀςρακίνη, *Ptolemæo Ægypti vrbs, quam Pinetus* Stragioni *vertit. Eſt locus Conſtantinopoli, teſte Euagrio 2. cap. 12. & 6. cap. 8.*

OSTRACINVS ὀςρακῖνος, *Arcadiæ mons: apud Pauſaniã.*

OSTRANI, *Vilumbrorum populi. Plinius. Ab Oſtra vrbe Ptolemæi, ni fallor.*

OSTRENSIS *Ager. Liber Coloniar. Ab* OSTRA *veriſimile eſt.*

OSTRENVS. *Zotici Oſtreni epiſcopi, non ſemel meminit Calliſtus. (ὄςρηνος eſt apud Euſebium.) Baronium video pro loco habere in Armenia: ex Euſebio puto, qui eundem Zoticum Comanæ vici epiſcopum facit.*

OSTREODES, *locus prope Byzantium. quem excipit Metopium promontorium. Gyllius ex Dionyſio Byzantino.*

OSTRIANVM *Cœmiterium, tertio ab Vrbe lapide, via Salaria. vbi S. Petrum baptizaſſe, ſcribit Rubeus, in Rauennatium hiſtoria.*

OSTRIMI ὀςρίμοι, *ſunt montes Troiæ; Iſacio in Lycophronem. ſed appellatiuè* mapalia *vertit Scaliger: &* ſtabula, *Canterus.*

OSTROBI *ſtagni, meminit Glycas. vide* BODENA.

OSTROGOTHI *Populi, Claudiano in Eutropium. Sunt Sarmatiæ Europææ.*

OSTVALI, *vide* OSTERLINGI.

OSVRTRV, *planicies Iberiæ quædam ſic incolis dicta. Cedrenus.* VRTRON *legit Gabius apud Curopalatem.*

OTADENI ὠταδηνοὶ, *Albionis inſulæ populi: Ptolemæo.* OTALINI ὠταλινοὶ, *legit M.S. codex.*

OTENE ὠτήνη, *regio, vbi nullus pictor, nullus nummularius, &c. Euſebius 6. Præparationis Euangelicæ. Huius etiam meminit Plinius 12. cap. 13. Vide* MOTENE.

OTENI, *vide* OBARENI.

OTER, *mons geminus, circa Opulentiam vrbem. Hygenus.*

OTESINI, *Octauæ regionis Italiæ populi, apud Plinium. Horum meminit quoque vetus inſcriptio, quam profert Zanchus in ſuo de Orobiis libello.* REIP. OTESINORVM.

OTHENE, *Ægypti locus, Antonino, inter Memphim & Oxyrinchum. ſed alia lectione* CÆNÆ, *&* CENE.

OTHINGI, *vide* BERGIO.

OTHIOS *Campos, in Creta, ab Otho quodam gigante: habet Seruius in 3. Aeneidos, ex Salluſtio. Sine aſpiratione fortè legendum.*

OTHOCA, *Sardiniæ locus: apud Antoninum. Vide* OSÆA.

OTHOM, *vide* ETHAM.

OTHONA, *Littoris Saxonici, in Britannia, vrbs. lib. Notit.* Haſtengs *à Camdeno putatur.*

OTHONIA, *vide* VOLATERRÆ.

OTHRIONEOS, *Macedoniæ populos, nominat Plinius. inter Amantinos & Lynceſtos.*

OTHRONIENSES, *populi ſunt Plinio, circa Mæoniam: Aſiæ Minoris regionem.* OTRYÆ *fortè Plutarchi.*

OTHRONVS ὄθρωνος, *vrbs & inſula Siciliæ, verſus Meridiem: aut ſecundum alios, Melitenæ; (corruptè pro Melitæ, vt puto) vt perhibet Stephanus. Othronum hanc inſulam habet quoque Lycophron. Iſacius eius commentator, item Phauorinus. dicunt eam eſſe circa oſtium Adriæ, inter Epirum & Italiam. huic Melitam adiacere addit, quæ protegitur Pachino promontorio. Sed ὄχωνος legit Phauorinus. An Thoronus Plinij? Ant. Galateus ex recentiorum nauigationibus, deſcribit Thonon quandam inſulam, quæ oſtio ſinus Hadriatici obijcitur; &* LX. M. P. *ab Hydrunto, &* XL. *à Corcyra abeſſe dicit. Eadem cum Othrono videtur. Othronum Sophianus* Merlere Fanu, *&* Othoni, *vernaculis vocibus interpretatur.*

OTHRYN ὄθρυν, *Cretæ mons, Heſychius.*

OTHRYS ὄθρυς, *mons Thraciæ, Vibio. Theſſaliæ Straboni. in Melienſium terra: Ant. Liberali. iam triſtis Pholoë, iam nubilus ingemit Othrys. ſic Statius 1. Achilleid. Othrymq́ niualem, vocat Virgil. 7. Aeneid. Idem fortè cum Othryus.* OTHRYI *Nemoris meminit Euripidis Alceſtis.*

OTHRYVS, *vide* THERMOPYLÆ.

OTIES ὠτιεις, *Cypriorum pars, apud Stephanũ: ex Ephoro.*

OTOLICNI, *vide* SATMALI.

OTOMEGALI, *vide* SATMALI.

OTOPISIVM, *vide* TOPIRVS.

OTRENVS, *vide* OSTRENVS.

OTRERIETES, *vide* TRERIENSES.

OTRICVLVM, *vide* OCRICVLVM.

OTRIS, *Babyloniæ locus videtur, apud Plinium. circa Tigridis paludes.*

OTROEA ὀτροία, *opidulum in finibus Bithyniæ, paululum ſupra Aſcanium lacum. Strabo.*

OTRYÆ ὄτρυαι, *Phrygiæ ciuitas: Plutarcho in Lucullo. Vide* OTHRONIENSES.

OTRYNENSEM *quendam Eutymachum, nominat Demoſthenes aduerſus Leocharem. A tribu Attica quadam veriſimile.*

OTTHORA, *Phœniciæ vrbs. Lib. Notit.*

OTTONIA *Inſula, cuius Crantzius meminit, nunc* Tirholm *vocatur. teſte Georgio Bruno. In mari Baltico eſt, ad Cimbrici Cherſoneſi latus Orientale.*

OTTOROCORRA ὀττοροκόρρα, *Sericæ regionis vrbs, apud Ptolemæum & Oroſium.* Salgora *Mercatori vocatur. Mons eſt eiuſdem nominis, in eadem regione, apud eundem Ptolemæum.* OTTOROCORRÆ, *populi etiam ſunt eiuſdem regionis Ptolemæo, quos Plinius* ATTACOROS *appellat; Villanouano auctore.* ATTACORVS *Sinus, eſt ibidem; Martiano.* OTTOROGORRAM *flumen quoque nominat hoc tractu Oroſius. quo loco Aethicus* OCTACORDA *legit.*

OVDENOE, *vide* ISTVS.

OVFENS, *vide* VFENS.

OVIDII *Horti, vbi via Flaminia Claudiæ iungebatur. Ouidio 1. de Ponto, Elegia 9.*

OVII, *vide* MESSANA.

OVILABIS *Antonini, interpretatur à Lazio* Lambach, *ad Drauum fluuium, in confinibus Auſtriæ & Bauariæ. Idem Lazius in ſuis Viennæ Commentariis; producit eiuſdem loci vetus monumentũ, vbi legitur,* COLONIA AVRELIA ANTONINIANA OVIL. *Eugippius in Herulorum hiſtoria eam* VILLOBIAM *nominat.*

OVIM, *locus in Scythia, Iornandi. Circa* Oby *fluuium (vti hic hodie vocatur) fuiſſe videtur. Putauerimq́ hunc fluuium ab accolentium nomine nomẽ ſortitum: aut contra. vide* SCYTHIA.

OVISCA, *locus in Africa Propria, Byzacenæ regionis. Antoninus.*

OVPORVM ὠυπορόν, *Liburniæ mediterranea vrbs: Ptolem.*

OXCAORYCVS ὀξκαορυ´κος, *Galatiæ opidum. Strabo 12.*

OXEA, *inſula Propontidis, teſte Balſamone, in Synodum* VII. *Vide* OXIA, *&* AVXENTIVS.

OXEI, *Illyrica gens: Appiano. In veteri Epiro eſt, Antonino, in Itinerario Maritimo.*

OXEIÆ, *vide* DVLICHIVM.

OXI, *mõs ſupra Cenchreas, in Iſthmo Corinthiaco: Laonicus.*

OXIA ὀξεία, *promontorium Taprobanæ inſulæ: Ptolemæo. Propontidis inſula in Cõſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp. & apud Nicetam, Cedrenum, & Curopalatem. qui* ACVTA *legit, ex Gabij verſione. Vide* OXEA.

OXIA CAMPE ὀξεια κάμπη, *locus ad Cephiſi amnis oſtiũ, in Bœotia. vbi Theophraſtus ſcribit optimum calamũ naſci.*

OXIANE ὠξιανὴ *Sogdianæ regionis ſtagnum, Ptolemæo: quod* OXVS *Plinio.* Choraſinuni *à Barbaris dici, refert Marius Niger.* OXIANA *vrbs, ibidem, eidem Ptolemæo.*

OXIANI ὀξιανοὶ, *Sogdianorum populi, Ptolemæo. Hoc nomine vocantur etiam* CHAZARII χάζαριοι, *&* CHERSONES χερσῶνες, *ab Oxo amne, qui eorum regionem interluit; teſte Tzetza.* VZALCOS *Hebraicè appellari, ſcribit Ar. Montanus, in ſuo Biblico Apparatu. Vide* SCYTHÆ.

OXII, *vide* OXVS, VXII, *&* AVXACII.

OXIMVM, *in Gallia pagus, auctor Surius, in vita S. Opportunæ.* Hyemes *Cœnali. Sagienſis epiſcopalis ſedes, Hugoni Floriacenſi. Sagium, & Oximum, duo ſunt in Normandia loca, ad quinque milliaria inter ſe diſtãtia: vt tradit Gyraldus Cambrenſis in ſuo Cambrenſi itinerario. Vide* AVXVMVM, *&* SAGIENSES.

OXINAS, *vide* CALLICHORVS.

OXIONÆ, *Sarmatiæ Europeæ populi: Tacito, de Morib. Germanorum.*

OXIOPIVM, *vrbs in Myſia Aſiatica. Plinius.*

OXIPETRAM ὀξυπέτρα, *quam alij* ARIAMAZI ἀριαμάζυ, *vocant, inquit Strabo, qui eam inter petras ab Alex. Magno proditione captas, enumerat. Sic dicta fortè ab Arimazo Sogdiano (de quo Q. Curtius lib. 7.) qui eam tenebat.*

OXIRA ὄξιρα, *Meſopotamiæ opidum: Ptolemæo.* OLIBERA *peruertere interpretes.*

OXONIVM, *Latinis dicitur ea Angliæ vrbs, & celebris academia, quæ hodie incolis Anglis* Oxenford; *& Britannis auita lingua* Rhydychin *dicitur. Antiquum eius nomen ignoratur, inquit Lhuydus. quibuſdã tamen* Caer-Memphig (Caervortigorn) *olim dictam placet.* Oſeford, *pro Oxenford debere dici, docet Lelandus. Vide* CALEVA.

OXTHRACA ὀξθράκα, *Luſitanorum maxima vrbs. à M. Attilio exciſa. Appianus in Ibericis.*

OXVS ὦξος, *Margianæ fluuius, apud Ptolemæum.* Geichon, *Ramuſio:* Deiſtan, *Nigro.* Xa, *Pineto dicitur. Multa alia nomina illi tribuit Theuetus, is enim eum* Thina *vel* Tina *vocari ait: deinde addit eundem ab incolis* Nicaprach; *à Perſis* Cappanach, *& ab Arabibus* Monarach *nominari. Ego eum* Abiam *vocari credo, fretus tabulis Aſiaticis Abylſedeæ.* OZVS ὦζος, *Ariſtoteli eſt in Mirabilibus.* OXVS *Lacus, vnde oritur Oxus, eſt apud Plinium; ibidem etiam* OXII *populi. qui &* OXIANI *alijs.*

OXIBII ὀξύβιοι, *Straboni, Plinio & Stephano Ligurum gens eſt in Gallia Narbonenſi. Simlerus dubitat num ijdem* ESVBIANI *à Plinio vocentur. quod ego autem minus crediderim, facit quod Plinius ipſe & hos, & quoq́ Oxubios nominat in Gallia Narbonenſi, quouſq́ Liguria tunc extendebatur, aut potius ipſam Narbonenſem comprehendebat.* Onelie *comitatum interpretatur Pingonius,* Oberrois *Dalechampius.* OXYBIVS *portus ibidem, Straboni.*

OXYDRACÆ *Mallis vicini, habitant inter Gangem & Hyphaſidem Indiæ flumina: Straboni. Horum meminere quoque Philoſtratus 2. Lucianus in Dialogis, Plutarchus in Alexandro, Q. Curtius 9. Arrianus 6. Diodorus 17. Vetuſtior Curtij Codex legebat* SYDRACÆ. *Vide* PANDANORVM *Regio.*

OXYLITHVM, *caſtellum Saracenorum: Cedreno, & Curopalati.* Siuri-chiſar *Turcis: teſte Leunclauio.*

OXYMAGIS ὀξύμαγις, *Indiæ fluuius, in Gangem erumpens. Arrh. in Indicis.*

OXYNIA ὀξύνεια, *Græciæ vrbs, ad Ionem fluuium, qui ſe cum Peneo iungit. Strabo.*

OXYNON, *vide* CALLICHORVS.

OXYRINCHVS ὀξύρυγχος, *Ptolemæo, Straboni, & Stephano, Aegypti vrbs.*

OXYRRVM, *&* PERIRRVM, *promontoria Europææ ad Boſporũ Thraciũ, habet Gyllius, ex Dionyſio Byzantio.*

OZÆ *Diuiſio, locus ſic dictus. 1. Paralip. 13. Iuxta Chidonis aream: Ioſepho, Antiquit. 7. cap. 4.*

OZALIS, *vide* TINNEIA.

OZARA ὄζαρα, *Armeniæ Maioris opidum: Ptolemæo. per* A. *in principio interpretib.*

OZARBA ὀζάρβα, *Thraciæ vrbs: Procopio 4. Aedificior.*

OZENE ὀζήνη, *regia Tiaſtani, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.* Pale *Caſtaldo.*

OZENZARA, *loci nomen, 1. Paral. 7.*

OZIZALENSIS, *quidam dictus videtur, à loco, in Nazianzeni epiſtolis. An circa Aegyptum?*

OZOA ὄζοα, *Perſidis vrbs: Ptolemæo.*

OZOAMIS ὀζοαμις, *Indiæ intra Gangem opidum, vt refert Ptolemæus.*

OZOANA ὀζόανα, *apud Ptolemæum, Indiæ intra Gangem ciuitas.*

OZOGARDANA, *opidum Marcellino:* ZARAGARDIA *Zoſimo dicitur. vterque ſcribit in eo Traiani principis tribunal oſtendi. circa Meſopotamiam videtur ſitum.*

OZOLA ὀζόλα, *Arachoſiæ vrbs: Ptolemæo.* AXOLA *interpretibus.*

OZOLÆ, *&* OZOLIS, *vide* LOCRI.

OZVS, *vide* OXVS.

OZVTE ὄζυτοι *gens in Africa Propria: Ptolemæo.* ZVTÆ *ſunt in Latinis Ptolemæi codicibus.*

OZZALA, *Antonino Galatiæ vrbs.*

OZZAPOLIS, *vide* EVTZAPELVS.

PABII πάβιοι, *Paropaniſi gens, apud Ptolemæum.* PARSII *legunt interpretes.*

PACASIACVS *Sinus, in quo Samothraciæ inſula. vt ait D. Hieronymus in locis Hebraicis. Corruptam vocem credo.*

PACATI, *vide* MAVRVSII.

PACATIANA, *vide* FLAVIA, MAVRVSII, *&* PHRYGIA.

PACCOLINVS, *&* PACTOLINVS, *vide* METAVRVS.

PACENSIS *Colonia, Vide* PAX IVLIA, FORVM *Iulij; &* VICVS.

PACHARI, *vide* TACHARI.

PACHIA παχεῖα, *Ptolemæo Sardiniæ promontorium.*

PACHINVS, *vide* PACHISVS.

PACHISVS, *Siciliæ fluuius, vbi Sex. Pompeius iuuenis interfectus eſt. ſic Vibius, mendoſè. nam in Aſia interfectum hunc conſtat, ex Appiano, Dione, & ceteris. Circa Mylas autem &* Naulochum *in Sicilia ſuperatum ſcribit Suetonius. oppreſſum Tacitus & Florus.* PACHINVM *pro fluuio, circa Pachinum promontoriũ, agnoſcit Aretius.*

PACHIVS, *Aſiæ Minoris vicus: Appiano in Mithridaticis. Vide* SANGIA.

PACHNAMVNIS παχναμουνίς, *Aegypti metropolis. Ptolemæus.*

PACHOMIVS παχωμίον, *Thraciæ pagus, iuxta Lyſimachiam. teſte Gregora.*

PACHYNNE. *Dextra Lebynchos erat, ſiluiſq́ vmbroſa Pachynne. Ouid. 2. Amandi. Malunt autem Calymne legere Scholiaſtes. His ſuffragari quodammodo videtur idem 8. Metamorph. vbi hæc, Dextra Lebynthos erat, fecundaq́ melle Calymna.*

PACHYNVS *Portus, Ciceroni in Sicilia eſt, vt tradit Thomas Fazellus, qui eum* Porto Longobardo *vocat.* PACHYNVS παχῦνος, *Promontorium Siciliæ, Ptolemæo.* Cabo Paſſaro, *Fazello & Aretio.*

PACIDARE πακιδάρη, *Indiæ intra Gangem vicus: apud Ptolemæum.*

PACINATES, *Italica gens videtur ex Feſto, in verbo* Peligni. *An pro Picentes? Vide* PADINATES.

PACONIA πακωνία, *inſula Siciliæ, teſte Ptolemæo. Glandorpius putat* APONIANA *eſſe, cuius Hirtius meminit, de bello Africano.* Pantalarea *à N. Nicolaio vocatur.*

Mareramo à *Leandro: &* Leuica *à Nigro. Quis horum melius verterit, lectores iudicent. Mihi* Porcelli *videtur.*

PACORIA παχορία, *Meſopotamiæ vrbs, apud Ptolemæũ.*

PACRÆ, *Syriæ locus: inter Alexandriam & Antiochiam. Antoninus.* PAGRÆ *Strabonis & Plinij.*

PACTENE, *vide* PACTYNA.

PACTI πακτυι, *gens quædam circa paludem Mæotidem in Aſia: Orphæo, in Argonauticis.*

PACTIANÆ MATIDIÆ, *locus in Mauritania Cæſarienſi: Antonino. Inter Cullum & Igilgilem. An Pacatianæ in lib. Notitiarum?*

PACTICVS, *nomen ſiluæ Gallicanæ, in vita Launomari.*

PACTIVS, *Pediculorum fluuius; in Italia: apud Plinium.*

PACTOLVS πακτωλὸς, *Ptolemæo, qui antea* CHRYSORROAS χρυσορόας, *teſte Solino; & eo qui ſcripſit de fluminibus. Lydiæ fluuius, aurifer eſt.* E Tmolo *oriens atq; in Hermum deſinens vt habent Strabo & Dionyſius. Sardes tranſit, teſte Dione Pruſæo.* PACTOLI *Phrurium. 1. munitio, locus dictus circa hunc eundem fluuium: Plutarcho.* PACTOLVS *etiam Bottiæorum locus, Diodoro 12. fluuium ex eo facit, in ſuo Gallico Diodoro Amiotus. Sed* Spartolus *hoc loco ſubſtituere audeo, loco Pactoli. ex Thucydidis 2.* PACTOLVM. *flumen Hiſpaniæ facit vetus commentator ad Iuuenalem. Commentitium autem puto, & plura geographica apud eundem. quæ vide in* CORYCVS. *Nec admodum curæ huiuſmodi eſſe ſolere grammaticis, fatetur celeberrimus inter hos, & inſtar omnium, ipſe* A. *Gellius 14. cap. 10.*

PACTORVM *Portus, in Europæ tabula ponitur à Ger. Mercatore, in Taurica Cherſoneſo, inter Ctenim & Cherſoneſum opida.* Calamita *eum vocari, ſcribit Niger. Vide* SYMBOLON, *nam idem eſt.*

PACTYA πακτύη, *Ptolemæo Thraciæ vrbs eſt.* Panido *Sophianus vocat. Vide* PAROS.

PACTYES πακτύης, *Agri Epheſiorum mons: Straboni.*

PACTYICA πακτυϊκη, *Perſiæ regio verſus Aquilonem videtur, apud Thaliam Herodoti. Vrbs Caſpatyrus eſt huius regionis. ibidem.*

PACTYNE πακτυωη, & PACTENE *per* η. *nomen vrbis. Lexicon Phauorini.*

PACVRA πάκυρα, *Meſoliæ regionis vrbs, in India intra Gangem, Ptolemæo.* PALVRA *legũt Latini interpretes.*

PACVS πάκος, *Syriæ locus, vnde Galbanus venit, Theophraſtus 9. Hiſt. Plantar. An circa Amanum montem? ſic ex Plinio conijcio.*

PACYRIS *fluuius, iuxta Carcinitem ſinum. Plinius. vide* HYPACYRIS.

PADÆI παδαῖοι, *Indiæ populi, qui ægrotantibus, antequam moriantur, veſcuntur, vt tradit Herodoti Thalia: & Tibullus 4. Vltima vicinus Phœbo tenet arua Padæus. Sabæus mauult legere vir quidam doctiſſ. hoc verſu, fruſtra.*

PADAN, *vide* PHADANA.

PADANEAS *Siluas, habet Solinus. cap. 23. ad Padum fluuium. quas antiquitas ſuccinum fleuiſſe, fruſtra credidit.*

PADARGVS παδάργος, *exiguus amnis Perſiæ. Arrh. in Indicis.*

PADASIA, *vrbs apud Cedrenum. Aut Galatiæ, aut Armeniæ videtur.* PHADASIA *Curopalati eſt.*

PADICHORA, *vide* ARMOZVM, & BADECHORA.

PADINATES, VIII. *regionis in Italia populi. Plinius. An Pacinates Feſti? quos ex Illyrico oriundos ſcribit?*

PADOA, *vide* PADVSA.

PADVS, *vide* ERIDANVS.

PADVSA, *quondam* MESSANICVS *appellatus, ait Plinius,* PADOA παδόα, *à Polybio lib. 2. dicitur. Iornandes eam* ASCONIS *Foſſam vocat. Paduſam amnem etiam Virgilius cognouit, lib. 11. Aeneid, & Stagna Paduſæ, Claudianus. Vibius paludem vocat. Foſſa eſt anguſta, quæ ex Pado flumine Rauennam ducit. Et hodie* Canale di S. Alberto *nominant, Nigro teſte. Hanc aliquando nauigaui, extenditur in duodecim millia paſſ. ſtagnans eſt, & tam arcta alicubi, vt remis non pateat locus, tamq; vadoſa, vt cymbas, quas paruas tantum fert, per lutum, manibus trahere oporteat. A pago ad eius caput ſito, nomen habet. Erythræus tamẽ in ſuo Indice ſcribit* Premerinum *vocari. De hac Paduſa, ceteriſq; Padi oſtiis, lege Rubeũ Rauennatium hiſtoriam 1. cap. 6.*

PADYANDVS, *vide* POLYANDVS.

PÆANENSES, & PÆONIDÆ, *vide* POEONIDEM.

PÆANIÆA *Inferior, & Superior, duo municipia Pandionidis tribus: in Attica. Suidas.*

PÆANIENSES, *vide* POEONIDAS.

PÆANIVM παιάνιον, *Acarnaniæ opidum: Polybio 4.*

PÆDALII παιδάλιοι, *Indica gens, quæ non ſacerdotem, ſed prudentiſſimum quemque ſacris præficit. Stobæus de Iuſtitia: ex Nicolao quodam.*

PÆEESSA, *Coæ inſulæ vrbs, quæ intercidit, vt tradit Plinius. Melius* ποιήεσσα, *vt Stephano, Suidæ, & Straboni; quæ in Cartheam tranſlatam ſcribit.* LOEPESSA *corruptè apud Probum in Georgica. Vide* NEDVS.

PÆMANI, *Cæſari ſunt Belgij populi.* Peelanders *(hi in Brabantia ſunt) eos vertit Diuæus. Huberto Leodio autem in Arduenna ſilua ſunt: vbi nunc* Pemont *vicus eſt.*

PÆNA παῖνα, *Atlantici maris inſula: apud Ptolemæum.*

PÆNORVM *meminit Eumenius Rhetor, in Britannia inſula. Prauam lectionem putat Camdenus: qui panarum reſtituit, appellatiuè.*

PÆONIA, & PANNONIA, *Pæones & Pannones ſiue Pannonios apud auctores ſæpius confundi video. hos optimè diſtinguit Dion lib. 49. Is enim ſcribit Pannonios ad Iſtrum fluuium à Norico vſque ad Myſiam Europæam, Dalmatis vicinos habitare. Pæones verò ad Rhodopem montem, & Macedoniam maritimam. Herodotus Pæones ad flumen Strymonem ſtatuit. Pæones habet etiam Ptolemæus in Macedonia ad Haliacmonis fluminis fontes. Vide* MACEDONIA, PANNONIA, & EMATHIA.

PÆONIDEM παιονίδην, *paludem habet Ælianus 17. Animal. in qua piſces quoſdam procreari ſcribit, quos ſi pabulo pecori obijcias, eis adhuc palpitantibus expletur libentius; quam ceteri boues fœno. contra ab eorundem mortuorum eſu tantopere abhorret, vt non attingat. Quibus in terris ſit, non addit. An in Pæonia, Thraciæ regione? ſic puto. & Praſiam paludem ab Herodoto nominari.*

PÆONIDIS, *vide* POEONIDAS.

PÆOPLÆ παιόπλαι, *Thraciæ gens: Herodoto.*

PAEPIA παίπια, *Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis opidum.*

PAESA παῖσα, *lacus qui potu, & veſtibus expurgandis idoneus eſt. vt refert in ſuis Problematibus Ariſtoteles. Vbi ſit locorum, ignoro.*

PAESARCAE παισάρκαι, *gens ſub Caucaſo habitans. Stephanus.*

PAESICI *populi, ad Scythicum ſinum, maris Caſpij: Pomponio. Vide* PESICI.

PAESTANVS *Sinus, Plinio in Brutiis: à Paſto vrbe nomen ſortitus: qui &* POSIDONIATES. Golfo Agropolitano, *à Leandro dicitur.* di Salerno *ab Ananienſe, & Mazzella.* PAESTANAE *valles ſunt apud Solinum.*

PAESTOS, *vide* PARIVM.

PAESTVM, *Melæ, quæ Græcis* POSIDONIA ποσειδωνία, *vt Plinius prodit: Colonia eſt Liuio & Paterculo. Lucaniæ maritima vrbs, teſte Philargyro.* Acropoli *à Pontano; à Nigro vocatur* Gripoli: *Leandro nomen* Poſidonia *retinet. Vide* NEPTVNIA.

PAESVLA παισύλα, *Turdetanorum in Bætica, opidum: apud Ptolemæum.*

PAESVRES, *vide* IGAEDITANI.

PAESVM, *vide* PAESVS.

PAESVS παισὸς, & PAESVM, *vrbs Troadis, inter Lampſacum & Parium opida. Hanc poëta quoq;* APAESVM ἄπαισον, *vocauit, auctore Strabone, libro 13.* PAESVS *eſt etiam fluuius ibidem, eidem Straboni: & Euſtathio, in Homerum.*

PAETA, *Indiæ vrbs maxima & populoſa: quæ Alexandro magno portas aperuit. eumq; eius victi humanitate, receperunt. Polyænus 4. de Alexandro. interprete Vulteio.*

PÆTA-



PÆTALIA παιταλία, *Thraciæ regio; apud Stephanum.*

PÆTAONIVM, *Calletiæ in Hiſpania opidum. lib. Notit. corruptè fortè, pro Petauonium.*

PÆTI παῖτοι, *Thraciæ populi: apud Herodotum 7.* PÆTICA παιτικη, *Thraciæ eſt regio, inter Hebrum & Melam fluuios: Arrhiano 1. Alexandr.*

PÆTICA, *vide* PÆTI.

PÆVS παῖος, *vrbs Arcadiæ videtur, apud Herodotum, in Erato. Vicum dicit Pauſanias. Non procul à Sorone.*

PAFENSIS *loci Meſopotamiæ, meminit lib. Notitiar.*

PAFVRIANA, *vide* PALFVRIANA.

PAGÆ, *Lyciæ vrbs: Euſebio 8. Hiſt. Eccleſ. vnde Apphianus martyr. Theſſaliæ videtur vrbs, apud Suidam. vide* PEGÆ.

PAGÆATICVS *Sinus, vide* PELASGICVS.

PAGALA πάγαλα, *locus maritimus Carmaniæ videtur; apud Arrh. in Indicis.*

PAGANORVM *inſulam, habet Marcellinus Comes, in qua Zeno Imp. Plagio gulam frangi præcepit. Illyrici maris inſulam putarim, quam hodie* Pago *nominant.*

PAGASA, *in Magneſia vrbs, Apollonius. Pagaſæos colles, habet Ouid. 5. Faſtor. vide* DEMETRIAS, & AGASSÆ.

PAGASICVS, & PAGASITICVS, *vide* PELASGICVS.

PAGIDA, *vide* BELVS.

PAGASSÆ, *vrbs in Magneſiæ promontorio. Pro* PAGASÆ *æſtimo.*

PAGONIS, *Peloponneſi portus, circa Saronicum ſinum. Mela. Vide* POGON. *ſic enim per* O. *in prima legendum, cum doctiſſimo And. Schotto putauerim.*

PAGOS πάγος, *mons in Æolide, circa Meleten fluuium. Pauſanias in Achaicis. Vide* CORINTHVS.

PAGRÆ πάγραι, *Cyreſticæ Syriæ regionis vrbs, agri Antiochenſis: adiacens Gindaro opido. Strabo & Plinius. In Pieria, vicina regione, eſt Ptolemæo. Portus quoque ad mare Euxinum, in Sarmatia Aſiatica, in Arrhiani Periplo. Ciliciæ opidum eſt, Cedreno, & Glycæ. vide* PACRÆ.

PAGRASA παγράσα, *Indiæ extra Gangem, vrbs, Ptolemæo.* Perperi *Caſtaldo.*

PAGRVM, *vel* IN PAGRO, *opidum circa Cordubam, in Hiſpania; Antonino.* IPAGRVM *etiam legit Simlerus.*

PAGYDA, *flumen Africæ Propriæ: apud Tacitum 3. Annal.*

PAGYRITÆ παγυρῖται, *Sarmatiæ Europææ gens. Ptolem.*

PAHV, *vide* PHOGOR.

PAIPERTA παίπερτα, *Armeniæ caſtellum eſt, apud Cedrenum, & Curopalatem.*

PALACIA, *vide* PLACIA.

PALACIVM παλάκιον, *Tauricæ Cherſoneſi vrbs: Straboni. vide* BADATIVM, & PLACIA.

PALÆA παλαιά, *Straboni Cypri opidum eſt.* Pelandre *nunc, Luſignano. Apud eundem Strabonem eſt vicus, in Myſia Aſiatica,* CXXX. *ſtadiis ab Anderis. Idem lib. 12. habet* PALÆAM *in Iſauria. Pauſaniæ eſt Laconicus vicus. Eſt & vrbs in Cephalenia inſula: Polybio 5. Phlegon Trallianus habet locum ſic dictum, vbi ſcribit mulieres ſex annos natas parere. Vide* PALEIS.

PALÆALAZICA, *ſtatio ad Euxinum mare, in Sarmatia Aſiatica. Arrhiani Periplus.*

PALÆAMYNDVS, *vide* MYNDVS.

PALÆAPETRA, *locus circa Cõſtantinopolim: Cedreno.*

PALÆAPOLIS, *vide* EMPORIÆ, & PANORMVS.

PALÆBISCA, *vide* PALÆVISCA.

PALÆBYBLOS, *vide* BYBLOS.

PALÆGAMBRIVM, *vide* GAMBREIVM.

PALÆMARIVS παλαιμάρειος, *vicus Mareotis: apud Ptolemæum.*

PALÆMYNDVS, *vide* MYNDVS.

PALÆON BEVDOS, *vide* BEVDOS.

PALÆOGONI, *vide* TAPROBANA.

PALÆONTICHVS, *vide* GAGE.

PALÆOPHARSALVS, *vide* PHARSALVS.

PALÆOTRIVM, *Athi montis vrbs: Plinio.*

PALÆPAPHOS, *vide* PAPHOS.



PALÆPATMA παλαιπάτμα, *emporium Indiæ intra Gangem. Arrianus in Periplo. vide* BALIPATNA.

PALÆ PERCOTE, *vide* PERCOTE.

PALÆPHARSALVS, *Phthiotidis in Theſſalia vrbs. Straboni 9. vbi Septimius Florens intelligit eandem eſſe cum* THEBIS. *Huius Palæopharſali meminere quoque Liuius, Eutropius, & Oroſius.*

PALÆPHARVS, *Theſſaliæ vrbs: Liuio 32. corruptè vereor, pro Palæpharſalus.*

PALÆPOLIS, *fuit haud procul inde vbi nunc Neapolis ſita eſt; duabus vrbibus populus idem habitabat, inquit Liuius, lib. 8. Cumanorum vrbs. quam Leander ſcribit hodie* Torre de i gioparelli, *vel* Poggio reale *eſſe. Eſt locus prope Neapolim (vt tradit Amb. Leo, in ſuis Nolanis Commentarijs) ad tria millia paſſuum, prope mare, & montem Veſuuium, in ipſa via quæ Neapoli Nolam fert. De Palæpoli & Neapoli conſule Fernandi Loſredi opuſculum, de Puteolanorũ territorio, Italicè ſcriptum. Vide* GYTHIVM.

PALÆRVS πάλαιρος, *Acarnaniæ vrbs: apud Strabonem. Thucydides* πάλιρος *legit.*

PALÆSCAMANDRVS, *vide* SCAMANDRVS.

PALÆSCEPSIS παλαισκήψις, *Troadis opidum. Plinius & Ptolemæus. item Athenæus, qui ſcribit hoc à rege Perſarum datum Themiſtocli in veſtes & ſtragula. Hoc nomen autem ad alia multa loca extendi, ſcribit Strabo 13.*

PALÆSIMVNDVS, *vide* PALESIMVNDVS.

PALÆSTE, *vrbs Orico vicina, in Epiro. vt habet interpres Lucani Sulpitius lib. 5. in hunc verſum. Lapſa, Palæſtinas vncis confixit arenas. Sed adi ipſum interpretem, vbi de hoc loco plura. vide* PHARSALVS.

PALÆSTENORVM παλαιστηνῶν, *agrum, in Sicilia, circa Meſſanam alicubi, habet Appianus 5. Ciuilium.*

PALÆSTINA παλαιστίνη, *Ptolemæo Aſiæ regio: quæ in Sacris litteris* PELISTHIM, CANAAN, & *Terræ Promiſſionis vocatur.* φυλιστιειμ *70. interpretibus. D. Hieronymus in locis Hebraicis, ait notandum eſſe apud hiſtoricos, quòd* IVDÆA *ad Palæſtinam;* GALILÆA *verò &* SAMARIA *ad Phœnicen pertineant.* CANANÆI *eius incolæ. Hodie ab Europæis omnibus, variis vocabulis, pro linguarum differentia, ſed idem ſignificantibus,* Terram Sanctam *nominant.* PALÆSTINÆ I. *mentio eſt in Authenticis, in qua vrbs Cæſarea Strabonis.* PALÆSTINÆ II. & SALVTARIS *meminit lib. Notitiar.* PALÆSTINA *Tertia: vide* ARABIA *Petræa.* PALÆSTINA SYRIA, *Galeno eſt, vbi Iudaicum lapidem inueniri ſcribit. pro* IVDÆA *videtur. Euſeb. enim 10. Præp. ſcribit ſuo tempore hanc ſic appellatam.* PALÆSTINA *Petra; Agatarchidi locus eſt circa Arabiam Felicem. Vide* SITTACENE, & INTERAMNA.

PALÆSTINA *Aqua. Ouid. 2. Faſtor. de Dione. Venit ad Euphratem comitata Cupidine paruo. Inq; Palæſtinæ margine ſedit Aquæ. Sunt qui Euphratem ſic à poëta nominari opinentur. ſed Syriam hunc adluere ſcio, Palæſtinam non item. Tigrim malim in Aſſyria interpretari, vbi Sittacenam regionem lambit, quæ teſte Plinio, etiam Palæſtina dicta fuit. Venit itaque primùm ad Euphratem, deinde ad Tigrim. Lege quæ huc pertinent quæ idem 4. Metamorph. Stagna Palæſtini credunt coluiſſe figura.*

PALÆSTINA *Libyca, eſt apud Vopiſcum, in Aureliano, An pro ea Palæſtinæ parte quæ verſus Aegyptum?*

PALÆSTINVS, *vide* STRYMON.

PALÆTYRVS, *vide* TYRVS.

PALÆVISCA, *vicus Pentapolis regionis, in Africa. Syneſius, Epiſtola* LXVII. PALÆBISCA *Phauorino.*

PALÆVS παλαιός, *Ciliciæ portus. teſtis Conſtantinus Porphyrogenneta, nondum editus, ſed Latinè interpretatus tamen à Bon. Vulcanio, è cuius muſæo ſtudioſis propediem edetur.*

PALAMEDIVM, *opidum Troadis fuit. vt Tradit Plinius.*

PALANDA παλάνδα, *Indiæ extra Gangem vrbs in Aurea Cherſoneſo, Ptolemæo.* Pari *dicitur Caſtaldo. Ibidem* PALANDAS *fluuius eſt quoque eidem Ptolemæo.*

 PALANTA

PALANTA πάλαντα, vrbs Corſicæ inſulæ. Ptolemæus.

PALANTEVM, vide PALANTIVM.

PALANTIA παλαντία, Vaccæorum vrbs, in Tarraconenſi Hiſpania, apud Ptolemæum, & Appianum: item Strabonem. ſed duplici LL. PALLANTIA, Areuacis autem hic eam tribuit. Palencia, Cluſio. Simlerus putat PERALANCIAM eſſe, apud Antoninum. Eſt Pallantia duplici LL. fluuius, eidē Ptolemæo, in eadem regione.

PALANTIVM παλάντιον, Arcadiæ opidum; Stephano, & Trogo Pompeio. Pauſanias ſcribit ab Antonino Imp. ex vico vrbem factum. PALANTEVM vocat Liuius. Vide PALATINVS.

PALARII, Illyriorum natio: apud Appianum, in Illyricis.

PALAS, vide CAPELLATIVM.

PALASSÆ, vide CHONÆ.

PALATINI, Hiſpaniæ citerioris populi. apud Frontinum & Aggenum de Limitibus agrorum. PALATINOS Campos, hic quoque nouit Oroſius 7. cap. 4. Etiam qui Palatium agri Reatini incolunt. Varro.

PALATINVS Mons, (Vrbis Romæ) primo PALANTIVM vocatum, ſcribit Liuius libro 1. PALLANTIVM primum nuncupatum, ſed aliquanto pòſt mutatum eſſe nomen, & detractis litteris L. & N. PALATIVM dictum, tradit Pauſanias. lib. 8. PALATIVM à Næuio BALANTIVM appellatum, Varrone teſte. EVANDRIVS vocatur à Claudiano.

PALATIVM, Aboriginum opidum, 25. ſtadijs à Reate; prope viam Quintiam. Halicarnarnaſſeo 1. & Varroni 4. Item Rhetiæ locus Antonino, inter Tridentū & Veronam.

PALDRIACVS locus, in Rhotomagenſi territorio: Vita S. Anſaberti. Quatuor millibus diſtat à Fontaualle.

PALEA, vide DYME.

PALEAS, locus vergens in mare: Ammiano. Circa Pamphiliam aut Ciliciam.

PALEIS, vrbs Cephaleniæ inſulæ, apud Pauſaniam, & Thucydidem: PALÆA Polybio 5. quam Sophianus Palichi vocat. PALENSES priſco nomine DVLICHII ſunt appellati; inquit Pauſanias. Sed in eo errare Pauſaniam, docet Camerarius, in ſuis Homericis Commentariis; Homerum enim manifeſtè Dulichium inſulam facere, oſtendit. Apud Heſychium tamen Dulichium Cephaleniæ vrbs eſt. Vide DVLICHIVM.

PALENSANA, vide ITALIA, & FORVM Vulcani.

PALENTIANA Maſſa, loci nomen, apud Caſſiod. in Variis 5. ad Theobaldum. In Italia putarim.

PALESIMVNDVS, Plinio Taprobanæ inſulæ vrbs eſt. Patzin à Pineto vocatur. Ptolemæo auctore tota hæc inſula Πάλαι σιμούνδου vocata fuit. PALESIMVNDVM fluuium habet in hac inſula, Plinius.

PALESTINA, tractus Piceni, de quo vide INTERAMNA. Scribendum puto PELESTINI.

PALETHRE, vide DIOCLETIANOPOLIS.

PALFVRIANA, Hiſpaniæ Citerioris opidum: Antonino. XVII. M. P. à Tarracone. PAFVRIANA legebat quoque Simlerus.

PALI πάλοι, Campi Arcadiæ, Phalanto monti ſubiacentes. Pauſanias. PALI πάλοι, Scythicæ gentes: quemadmodum & NAPES Νάπες, nomina à duobus fratribus ſumſere: vt habet Diod. Siculus 2.

PALIANA παλίανα, Sericæ vrbs, Ptolemæo. Panconia apud Caſtaldum eſt.

PALIBOTHRA παλίβοθρα, Indiæ intra Gangem opidum, apud Mandrales, vt habet Ptolemæus. PALIMBOTHRAM παλιμβόθρα, vocat id Arrianus de Indicis, ſed in Gedroſiorum finibus. ad Erannoboa & Gangis confluentia. Per A. in penultima eſt apud Dionem Pruſæum. Hanc prius FRESIAM vocatam, adfert Suffridus, & inde natam Friſiorum gentem. credat Iudeus apella. Vothara nomen habet apud Nigrum; Iadaſon apud Theuetum, Ana fortè eſt, inquit Mercator. Vide MANDRALÆ.

PALICA παλική, Siciliæ vrbs, Stephano, & Diodoro libro 11. teſte: Paleconia hodie dici, Aretius & alius quidam anonymus libellulus non inutilis mihi teſtes ſunt.

PALICI παλικοὶ, qui & DELLI, & CRATERES κρατῆρες nominantur, lacus ſiue fontes in Sicilia ſunt; qui continua eructatione, ad tres circiter cubitus in altum efferuntur, cadenteſq; in ſeipſos recipiuntur. Horum hiſtoriam, & nominis originem, vide apud Macrobium, & Diod. Siculum, in fine lib. 11. item apud Thom. Fazellum, qui ſcribit eos hodie Naphtha vocari. PALICINVM fontem habet quoque Stephanus. Eſt & PALISCVS Siciliæ lacus, prope alueum Symethi amnis, Iulio Materno. PALICORVM delubri in Sicilia meminit quoque Diodorus 36.

PALIMBOTHRA, vide PALIBOTHRA.

PALIMPON, epiſcopatus ſub ſede Damaſcena. Tyrius.

PALINÆVM παλιναῖον, mons in Chio inſula. Euſtathio. Vide PELLENÆVM.

PALINDROMOS παλίνδρομος, Ptolemæo Arabiæ Felicis promontorium eſt. ACILA Plinij eſt, auctore Villanouano.

PALINII παλίνιοι, Italiæ populi, qui poſtquam debellati eſſent à Romanis, agrum illis ademerunt: qui verò eis fauiſſe videbantur, ciuitate donarunt. Diod. Siculus 20. An Pellenij Lycophronis?

PALINORMICVM, vide APSASIVM.

PALINVRVS παλίνουρον, Plinio, Virgilio, Paterculo, Horatio, Dioni & Straboni, promontorium Paſtani ſinus. portum dicit Halicarnaſſeus 1. De eodem Virg 6. Aeneid. Æternumq; locus Palinuri nomen habebit. Niger Paliuro, Caſtaldus Cabo Palemudo appellat. Videtur quoque ex Liuij lib. 27. locus ad Ægeum mare, circa Ioniam alicubi.

PALINZA, vide OROSA.

PALIONENSES, Calabriæ populi ſunt apud Plinium. Per B. BALIONENSES alius codex. & item alius BALTONENSES.

PALIRENSES, ſunt in Acarnania: Thucydidi 2. Vide PALÆRVS.

PALISCIVS παλίσκιος, ager, in Arcadia: Pauſaniæ.

PALISCVS, vide PALICI.

PALITINIOS, epiſcopalis ſedes, ſub Sergiopoli vrbe. Guilielmus Tyrius.

PALIVRA παλίουρα, Macedoniæ vrbs, ex qua oriundus Antipater Iolai F. Suidas.

PALIVRI παλίουρος, lacus. in quo conchylium: Ptolemæo. In Africa, Cyrenaicæ regionis. PALIVRVS, vrbs Marmaricæ: apud eundem. quæ PANIVRVS Antonino.

PALLA πάλλα, Corſicæ inſulæ vrbs, Ptolemæo. PALMA Antonino. S. Bonifacio hodie, vt Niger tradit. Inſula maris Indici, eſt apud eundem Ptolemæum.

PALLACANA Cepa, eſt apud Apitium 9. cap. 1. Culinariæ. An à loco, nondum mihi conſtat.

PALLACOPA, & PALLACOTTA, vide PELLACONTA, & BAARSARES.

PALLADIS Petra, locus ſic dictus è regione Troezenæ. Euripides in Hippolyto. PALLATIDES Scopuli, ſunt apud Callimachum. Circa Creium montem. Vide LAVRIVM.

PALLANTIA, vide PALANTIA.

PALLANTIAS, & PALLAS, vide TRITON.

PALLANTIS Monumentum, via Tiburtina, intra primum ab Vrbe lapidem, Plinius 7. Epiſtolar. PALLANTIANOS Hortos, habet Frontinus 1. Aquad. iuxta ripam Herculaneum.

PALLANTIVM, vide PALATINVS.

PALLATIDES, vide PALLADIS Petra.

PALLENA παλλήνη, Macedoniæ peninſula inter Thermaicum & Toronicum ſinum: quæ PHLEGRA φλέγρα, antea quoque dicta fuit. auctoribus Herodoto, Theone, Polyæno, & Halicarnaſſeo. qui eam ſub Thracia deſcribit, regione confini. Sic quoque Stephanus & Euſtathius, apud quem etiam CASSANDRIÆ peninſula vocatur. Hæc PATALENA Ptolemæi eſt. Pallenen dictam à Palla Sithonis filia, tradit Philargyrus ad Virg. Bucolica. PALLENE quoque Plinio & Stephano vrbs eſt, in hoc Cherſoneſo.



ſoneſo. ea Sophiano Caniſtro, Nardo autem Tarcho dicitur. Euſtathius quoque in ea Pallenem montem habet. PALLENE vna ex Halcyoniis inſulis, eſt apud Suidam. Apud eundem & Stephanum, eſt municipium Antiochiæ tribus, in Attica. PALLENEN Hyperboream habet Ouidius 15. Metamorph. vbi viri in aues mutantur, cùm ter Tritoniacam paludem ſubierint. Hunc locū videtur Sequeſter in opus ſuum trāſtuliſſe, hac formula, Triton [palus] Thraciæ, in quo qui ſe nouies immerſerit, in auem conuertitur. Vide PELLENA, & CHERSONESVS THRACICA.

PALLENENSES παλληνεῖς, Atticæ tribus gens. Phauorinus. A Pallene fortè.

PALLENIDIS Mineruæ fanum, inter Athenas & Marathonam alicubi. Herodoto 1. Huius meminit etiam Polienus 1. PALLENIDIS Pagi, etiam Euripides in Heraclidis.

PALLENSES, vide NESIOTÆ.

PALLIENSES populos, ſiue vrbem Italiæ, vbi lapidicinæ ſunt, habet Vitruuius, lib. 2. cap. 7. Circa Vrbem alicubi. vbi lapidicinæ.

PALLON, Arabiæ Felicis opidum: Plinio.

PALLVRA παλλοῦρα, Indiæ intra Gangem vrbs: Ptolemæo. Limyricæ regionis.

PALMA πάλμα, Maioris Balearidis vrbs: apud Ptolemæum, Plinium, & Melam. cui colonia eſt. Nomen retinere ſcribit Amb. Moralis. vide OLEA, & PALLA.

PALMARIA, Plinio & Melæ, Liguſtici maris inſula, non longè à Tiberinis oſtiis. Palmarola Nigro dicitur. Alij hanc PANDATARIAM putant, quæ apud eundem Plinium eſt. Palmariam, Pandatariam, & Pontiam, habet Varro de re ruſtica, hoc tractu.

PALMARIS Luci, meminit Ammianus 24. circa Cteſiphonta. Huius etiam memoria eſt apud Zoſimum 3. vbi lucum palmis conſitum vocat interpres. PHOENICVM ni fallor Procopij.

PALMENSIS Ager, in Piceno. Plinius. vide BALNENSIS.

PALMETVM, vide PHOENICVM.

PALMISVS παλμισὸς, vrbs. Phauorini Lexicon.

PALMYRA παλμύρα, Syriæ vrbs, Ptolemæo. in Phœnicia ad Libanum deſcribit Procop. 2. Aedificior. Vlpianus coloniam facit, vt habet Onuphrius. Hæc quandoq; HADRIANOPOLIS vocata fuit, vt ſcribit Stephanus. Syrorum quoque lingua THADAMORA dicta fuit, vt tradit 8. Antiq. Ioſephus. A 70. interpretibus THAMOR nominatur. item THEBMOR 2. Paralip. 8. Amegara an hodie dicatur, ſubdubitat Guil. Tyrius. PALMYRAM haud longè ab Euphrate deſcribit Appian. 5. Ciuil. An alia à Ptolemæi? perquirendum. Eandem ego putauerim, atque à Ptolemæo peccatum in ſitu.

PALMYRENA παλμυρήνη, Ptolemæo Syriæ regio. DEDAN Hebræis eſt, Ar. Montano teſte. Arden hodie vocari ſcribit Caſtaldus.

PALMYRIA, vide NAVPACTOS.

PALODA παλόδα, apud Ptolemæum Daciæ vrbs. Blechisfeld campi hoc loco hodie eſſe, Lazius non abſurda coniectura exiſtimat.

PALODIS κατὰ τὸ παλῶδες, maris Ionij locus, alicubi circa Corcyram inſulam videtur, ex Plutarcho, de Defectu Oraculorum. PELODES Ptolemæi & Strabonis eſt.

PALOENTA παλόεντα, vrbem habet liber 5. Ciuilium, Appiani. Inter Corcyram & Brundiſium alicubi videtur. Subdubito an eadem ſit cum παλυς Polybij.

PALOIS, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio.

PALOVS, vide PALVS.

PALSICIVM, Italiæ Tranſpadanæ vrbs, perijt. Plinius.

PALSVM flumen, Libyæ Interioris: apud Plinium.

PALTOS, Phyniciæ vrbs, Stephano, Straboni & Pomponio. Cœleſyriæ eſt D. Athanaſio. Primæ Syriæ, in Concil. opere. Gibel hodie nominatur, teſte Oliuario. PALTENSE opidum vocat Marcell. Comes, PATHOS malè ſcribitur apud D. Clementem 7. Recognit.

PALVMBINVM, Samnitum opidum, Liuio 10. à Caruilio captum.

PALVRA, vel PACVRA, vide POLVRA.

PALVS παλυς, circa Peloponneſum vrbs: Polybio 5. locus maritimus cum ſtatione, in Peloponneſo: Curopalati. Sed HELOS hic legit Cedrenus, & verius. Vide PALOENTA.

PAMARIENSIS epiſcopatus memoria, eſt apud Vict. Vticenſ. In Mauritania Cæſarienſi.

PAMBESTITANA Colonia, Africæ, D. Cyprianus, in Epiſtolis.

PAMBOTADES παμβωτάδες, Atticæ municipium, & Erechthiæ tribum, faciunt Stephanus, & Suidas.

PAMIA, vide EPAVNENSE.

PAMISVS παμισὸς, Meſſeniæ in Peloponneſo fluuius, Strabone, Plinio & Pauſania teſtibus. Straboni quoque AMATHVS ἄμαθος, vocatur. Idem videtur MAMAVS μάμαος, & ARCADIACVS ἀρκαδικὸς nominari apud eundem. Apud Strabonem quoque PAMISVS, & FAMISSVS (vtroque enim modo legitur) videtur idem eſſe cum PANISO πανίσος Ptolemæi, Meſſeniæ quoque fluuio; qui Stromio ab incolis dicitur, vt Niger perhibet. PAMMESVS πάμμισος, hoc loco habet Plethon qui tamen Ptolemæum tanquam ſimia imitatur, in deſcribenda Peloponneſo. Eidem Straboni alius PAMISVS eſt Meſſeniæ, in confinio Laconicæ. tres enim huius nominis in Meſſenia enumerat. Herodotus & Plinius PAMISVM παμισὸς, Theſſaliæ fluuium habent. Plinius etiam Mœſiæ Inferioris habet circa Odeſſum. qui PANYSVS eſt Ptolemæi. vide PENEVS.

PAMMESVS, vide PAMISVS.

PAMMONIA παμμώνια, locus in Europa, vbi vipera ſerpens reperitur: Nicandro. eius interpres dicit Megaridis montem eſſe.

PAMPANIS παμπανις Ptolemæo, Vicus mediterraneus Aegypti. PAPA ab Antonino, & RIPAMPANE in Libro Notitiarum vocari, aſſerit Simlerus. Mihi illud non eſt veriſimile.

PAMPHAGI Æthiopes, omnia mandentes. Plinius. PAMPHAGI Solino. PAMPHILI corruptè, ni fallor, apud Iſidorum.

PAMPHIVM πάμφιον, Aetoliæ vrbs, Polybio 5.

PAMPHYLIA παμφυλία, Ptolemæo Aſiæ Minoris regio. quæ etiam MOPSOPIA dicitur, Plinio. Hodie Setilia vocari ſcribunt Girauа, & Alph. Adrianus: Zina Arabibus nominari, Theuetus ait. Petrus Bellonius autem tradit PAMPHYLIAM vnà cum CILICIA hodie vno nomine Caramania dici. Marius Niger ait Pamphyliam noſtro tempore in duas partes diuidi: & qua Septentrionem aſpicit, Caraman: qua autem ad mare vergit, Scandelorum nuncupari. PAMPHYLIVM Mare, Euſtathius PHASELICVM vocat, à Phaſeli vrbe adiacente. PAMPHYLIA etiam Macedoniæ vrbs. Stephanus. vide ELEVTHERA CILICIA.

PAMPII Coloni, à Goltzio nominantur cum Sinueſſanis; in ſuo Theſauro. ex inſcriptione antiqua.

PAMPOLA παμπολη, nomen vrbis. Lexicon Phauorini.

PAMPORTVS, vide NAVPORTVS.

PANACHÆI, vide PANELLENES.

PANACHAICVS παναχαϊκὸς, Peloponneſi mons, in Achaia: Patris imminens, vt ait Polybius 5.

PANACRA πάνακρα, Cretæ mons, circa Idam: Callimacho in hymno Iouis; & PANACRVM Cretæ vrbs: Stephano.

PANACTVM πάνακτον, Atticæ caſtellum; Pauſaniæ, & Thucydidi 5. inter Atticam & Bœotiam: Suidæ. Bœotiæ attribuit Photius in Electis. Demoſthenes eius quoque meminit, & Plutarchus in Alcibiade, Demetrio, & Nicia.

PANÆI παναῖοι, Hedonorum circa Amphipolim in Thraciæ gens: apud Thucydidem & Stephanum. πανανοι, legit Lexicon Phauorini.

PANÆMA, locus in Samo: Plutarcho in Quæſtionibus Græcis.

PANÆTOLIVM, Ætoliæ mons: Plinio.

PANÆVRA παναῖυρα, Indiæ vrbs, iuxta Indum fluuium. Stephanus.

PANAGRA πάναγρα, Libyæ Interioris vrbs: apud Ptolemæum.

PANAPIO, videtur Tuſciæ locus maritimus, apud Antoninum, III. M. P. à Pyrgis. ANIO videtur Melæ.

PANARA πάναρα, Panchææ inſulæ, Arabiæ Felicis opidum: Diodoro 5. Qui in ea habitant, miniſtri Iouis Triphylij dicuntur. Huius templum hinc abeſt 60. ſtadiis.

PANARRHOEA παναῤῥοία, Armeniæ vicus: Cedreno.

PANASA πανάσα, Indiæ intra Gangem opidum: Ptolemæo. Aliud à Panaſſa, eiuſdem.

PANASIVM, Nicetæ circa Phrygiam vrbs.

PANASSA πάνασσα, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. Hanc Mercator in ſua vniuerſali tabula, Pandaſgu vocat.

PANCALE, vide AMORGVS.

PANCALEA, campus eſt latus, ac rei equeſtri aptus, proximè Alyn fluuius ſitus. Cedrenus.

PANCHÆA, Oceani inſula, circa Arabiam: in quo Fanum Iouis Triphylij in monte. Vt refert Euſebius de Præpar. Euangelica, ex Diodoro. Huius meminit quoque Plutarchus, in Iſide. vbi dicit hos Pancheos, vti & Triphylios, nuſquam gentium exſtare: aut vnquam exſtitiſſe. atque mera Euemeri Meſſenij eſſe figmenta. PANCHIA Seruio Arabia eſt. Propè Panchaiam in Solis vrbe phœnicen auem nidum ſuum deponere, ſcribit Plinius 10. cap. 2. PANCHAIAM quoq; vocari, Palæſtinæ oram maritimam, annotauit Ar. Montanus, in Varia Republica. quo auctore, ignoro.

PANCHARIANA Statio, in Africa: Ammiano.

PANCHRYSOS, vide BERENICE.

PANCOENVS πάγκοινος, ſtagnum apud Inferos. Suidas.

PANCOR, vide FAFFELLA.

PANCRATIANA Porta, vide AVRELIA.

PANDA, fluuius in Soracis; Tacito 12. Annal. Opidum in Sogdianis: Plinio & Solino. Vide DREPSA.

PANDÆ, vide PANDÆA.

PANDÆA, gens Indica; quam fœminæ tenent. cui prior regina erat Herculis F. Solinus & Martianus. Regionem ab ea ſic nominatam, tradit Arrhianus in Indicis. Huius regionis vrbs eſt Niſa. PANDÆ ſunt Stephano. & πανδιωνων χώρα Ptolemæo: Indiæ intra Gangem. Vide PANDANORVM.

PANDÆSIA, vide PANDOSIA.

PANDANA, vide SATVRNIA.

PANDANORVM Regio, πανδανῶν χώρα, in India intra Gangem eſt Ptolemæo. Hanc Niger putat OXYDRACARVM ὀξυδράκων, eſſe. vtriuſq; meminit Strabo. diuerſam itaq; puto.

PANDARI populi, vide PONAMVS.

PANDARVM, vide TANADARIS.

PANDASSO πανδάσσω, Indiæ extra Gangem opidum. Ptolemæus.

PANDATARIA πανδαταρία, Tyrrheni maris inſula, Plinio, quæ Palmarola Collenutio, & Fazello, Palmaia autem Celſo Cittadino. Hanc Pandatariam vnà cum Pontia ſe conſpicuam è Speluncis præbere, ſcribit Strabo 5.

PANDION, collis in Caria regione: Pomponio, in mare emiſſus, circa Doridem.

PANDIONIS πανδίονος, regio, in India intra Gangem. Ptolemæo. CANDIONORVM legit idem, alio in loco. Vide MODVRA.

PANDONIA, vide PANTHIA.

PANDORA, vide THESSALIA.

PANDORÆ, populi in Indicis quibuſdam conuallibus. annos ducentos viuunt. in iuuenta candido capillo, qui in ſenectute nigreſcit. Plinius.

PANDOSIA πανδοσία, Lucanorum vrbs, in Italia, Trogo. Oenotriæ quondã regiam fuiſſe, ſcribit Strabo. PANDÆSIA, per Æ diphthongon in ſecunda habet Plutarchus de Fortuna Rom. MARDONIAM à Theopompo appellari, tradit Mar. Niger. Caſtrofranco hodie nominari ſcribit G. Barrius. Mendicino Proſper Pariſius. Huius incolas putat idem à Plinio ACHERONTINOS appellari, ab Acherõte fluuio præterfluente. PANDOSIA in Caſsiopia vrbs: Straboni, Trogo, & Suidæ. in Epiro. Theſprotiæ eandem adſcribit Stephanus.



PANEAS πανεὰς, Phœniciæ opidulum: Stephano & Plinio. Vide PANIVM, & CÆSAREA.

PANEBI πανέβοι, Libyca gens, apud Stobæum, de Sepultura. Regis exſtincti corpus obruunt terra, caput autem abſciſſum & inauratum in delubro collocant.

PANELLENES πανέλληνες, ſic omnes Græci vocantur. Pauſanias & Stephanus. Item PANACHÆI.

PANELVS πάνελος, vrbs iuxta Pontum: Stephano.

PANEPHYSIS πανέφυσις, Aegypti opidum: Ptolemæo, & Ioanni Caſsiano eremitæ. Per E. in penultima, concilio Epheſino III.

PANEVM, vide PANTVM.

PANGÆVS παγγαῖος, Thraciæ mons eſt, Plinio auctore, & aliis. Dioni Macedoniæ eſt, adiacens vrbi Philippi. quæ tamẽ aliis in Thracia eſt, ſed Macedoniæ confinibus. Antea CARMANIVS καρμάνιος, dicebatur, vt ſcribit auctor de Fluminibus. Hodie Malaca & Caſtagna nominari, apud Bellonium legitur. Vide PIERIA.

PANHELLENIVS mons, in Aegina inſula. Gyraldus Syntagmate Deorum 2.

PANHORMVS, vide PANORMVS.

PANIA πανία, Ciliciæ nauale eſt Stephano. Circa Aleium campum. Vide ARCADIA, IBERIA, & ÆSCVLAPII.

PANIARDI, vide IORDII.

PANIARDIS πανιαρδὶς, Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs: apud Ptolemæum.

PANIGENA πανίγαινα, Ptolemæo, NANIGÆNA interpretibus. Indiæ intra Gangem vrbs.

PANIGERIS, vide NANIGERIS.

PANINORVM vrbem, circa Galatiam, habet Metaphraſtes, in S. Theodori archimandritæ vita.

PANION, vide PANIVM.

PANIONIA, vide IONIA.

PANIONIVM πανιώνιον, lucus & vrbs in littore, iuxta Epheſum & Samum: Stephano. Circa Mycales montem, eſt Diodoro & Herodoto. locus Neptuno Heliconio ſacer. Ad hunc locũ collecti omnes Iones, ſacrificium celebrant, quod Panionia vocabant. PANIONIA Regio Plinio. Panionium ſacram regionem, vocat Mela. PANIVM vocat Maximus Tyrius, Sermone 11.

PANIS πανὸς, inſula, in ſinu Arabico: apud Ptolemæum. Videtur ORINE ὀρεινὴ, Arrhiani, in Periplo. PANIS vrbs, Thraciæ in Europa prouincia. Synodus VI. Conſtantinopolitana. Vide ADVLE.

PANIS Lucus, vide PANOS.

PANIS vrbs, vide CHEMNIS.

PANISSA, Thraciæ fluuius. Plinius. vide PANYASVS.

PANIVM πάνιον, promontorium Europæ, parallelum Cyaneis inſulis, vt illud ex Dionyſio Byzantino deſcribit Gyllius: hodie Phanorion vulgo vocatur. Huius Panij meminere quoque Zonaras, Nicetas & Cedrenus. Suidæ caſtrum circa littus eſt, in finibus Heracleæ. Eſt etiam Palæſtinæ quædam ſpelunca, (locum excelſum vocat Egeſippus) vnde Iordanis oritur. PANEAS à Plinio nominatur. Pelin corrupto vocabulo nunc dici, ſcribit Maſius. Apud Ioſephum 15. Antiq. & 1. bell. Iud. 16. item 3. cap. 16. πάνιον locus eſt ad Iordanis fontem, in quo Herodes ex candido marmore templũ in honorem Cæſaris extruxit. PANIVM regio, ſupra Hæmũ montem in Thracia: Laonico 4. vide PANEAS, & PANIONIVM.

PANIVRVS, vide PALIVRVS.

PANIVS Mons, propinquus Cæſareæ Paneadis, Palæſtinæ vrbis. Calliſtus. Vide PANIVM.

PANNONA πάννονα, Cretæ vrbs: Ptolemæo.

PANNONIA παννονία, Ptolemæo Europæ regio; quam in SVPERIOREM & INFERIOREM diuidit. PANNONIAS Tres habet Optatus Afer, contra omnes



omnes ſcriptores, & nummos veteres. Hæ Pannoniæ ſub Impp. Romanis, Arcadio, Honorio, & ſequentibus, (vti ex Rufo, Marcellino, & Libro Notitiarum patet) pluribus vocabulis diſtinctæ fuere: vti ſunt PANNONIA PRIMA, eadem fortè cum SVPERIORE: SECVNDA, eadem cum INFERIORE. SAVIA, ſiue RIPENSIS; RIPARIENSIS habet lib. Notitiarum, & VALERIA. Pannoniæ BVBALIÆ, item SABARIÆ meminit Aurel. Victor, in vita Decij & Didij Iuliani Impp. Hanc eandem cum SAVIA, à Sauo flumine: illam à Bubali ciuitate ſic nominatam puto. PANNONIAM CIBALIENSEM, à Cibali vrbe, (quam Ptolemæus in Inferiore Pannonia ponit) habet Diaconus. PANNONIAM SIRMIENSEM quondam Gothorum ſedem, nominat Caſsiodorus, lib. 3. Variarum, ad Coloſſeum. AMANTINA Pannonia eſt etiam, apud Lazium; ex Ptolemæo & Plinio. Superior Pannonia hodie ab Auſtria, Carinthia, & Carniola occupatur. Inferior tota noſtro tempore ſub Hungaria eſt, quæ Slauonicè Wegierska nomen habet. Sauia Pannonia, à Lazio Slauonia indigitatur. Valeriam, Rhenanus Krabaten vocat. POEONIÆ pars verſus Thraciam, vbi Rhodope ſita eſt, nunc CLOCOTINITZA κλοκοτινίτζα, nominatur, inquit Euſtathius. Vide Libellum Lazij Germanica lingua ſcriptum. de Regno Hungariæ. PANNONES olim quoque POEONES dicti fuere, à Græcis imprimis: at non ſine errore. quod Dion 49. docet. Non ſemel corruptè apud Appianum in Illyricis, Pæones pro Pannonij legitur. idem vitium in Ariſtotelis Admirãdis: vbi de auro, apyro dicto. Vide AMANTENI, HAGINOIA, GEPIDI, PANOPEROS, & PÆONIA.

PANO, vide PANOPOROS, & PANOPOLIS.

PANOPE πανόπη, Phocidis vrbs Heſychio, Herodoto, Straboni, Ouidio. item Stephano, ex Pauſania. qui dicit eam ab Homero CALLICHORVM καλλίχορος, appellatum. Eſt & fontis nomen Athenis. Plato in Lyſide. Vide PHANOTEVS.

PANOPEVS, vide PHANOTEVS.

PANOPOLIS πανόπολις, in Thebaide, vrbs Aegypti. Ptolemæus. PANO Antonini eſt. PEAMV in lib. Notit. dici, credit Simlerus. Vide CHEMNIS & PANOS.

PANOPROS πάνωπρος, vicus Aethiopiæ, ad Barbaricum ſinum; Ptolemæo. PANO tantum legunt interpretes, & ni fallor, ſinceriùs. nam ipſe Ptolemæus 1. Geographiæ, eundem PANORVM Vicum πανων κωμην nominare videtur.

PANORMVS πάνορμος, Achaiæ portus. Ptolemæo, Polyæno, & Pauſaniæ, Raphei Sophiano dicitur. PANORMVS Samiæ terræ, eſt apud Liuium lib. 37. Hodie Macri nomen habere legitur apud Nardum, in ſuo Liuio Italico. Hanc Panormum eandem puto cum ea, quam Herodotus, & Thucydides 8. in ora Mileſiæ, & Strabo circa Epheſum deſcribit. PANORMVS, Ptolemæo Cretæ inſulæ vrbs, in latere Septentrionali. Bellonius Voliſmeni nominat. Mirabello Niger. PANORMVS Cephaleniæ portus: teſtis Porphyrius, de Nympharum antro. ad 13. Ὀδυς. ex Artemidoro. PANORMVS, Epiri portus, apud Ptolemæum; quem Nicol. Sophianus Panormo adhuc appellari ait. PANORMVS, Thraciæ Cherſoneſi vrbs, inter Eleam & Cardiam; apud Pliniũ. PANORMVS, Siciliæ vrbs, Ptolemæo & alijs. Eam noſtra ætate Palermo indigitant, Aretio, Fazello, & pluribus teſtibus. Polybius hanc lib. 1. in duas partes diſtinguit; in Veterem nempe & Nouam: quas NEAPOLIM, & PALÆAPOLIM vocat. PANORMVS, Chalcidicæ regionis vrbs, in Macedonia, teſte Ptolemæo. Yeriſco fortè hodie. PANORMVS, Marmaricæ portus. Ptol. PANORMVS, etiã Achaiæ Propriæ vrbs: Pauſaniæ, Thucydidi, & Plinio; iuxta Rhium, è conſpectu Naupacti. vt refert Polybius 5. PANORMVS, nauale Orici, ad Mare Ionium. Strabo 7. Idem fortè cum Ptolemæi, in Epiro. Videtur etiam Cypri vrbs: apud Strabonem 1. Vide ANTIGONIA.

PANORVM vicus, vide PANOPROS.



PANOS πανὸς, promontorium Rhodi inſulæ. Ptolemæus. Aegypti vrbs, Stephano, & Straboni. PANOPOLIS Ptolemæi eſt. Eſt etiam vicus ad mare Rubrum: Stephano. Item mons in Attica regione: apud Pauſaniam. Eſt quoque PANOS Lucus iuxta Meroen inſulam, vbi Gymnoſophiſtas habitare, ſcribit Heliodorus 10.

PANOTIA, vide PHANOTEVS.

PANOTII, vide SATMALI.

PANPHAGI, vide PAMPHAGI.

PANTA, Palæſtinæ vrbs, inter Balanæas & Laodicæam; vt videtur apud Metaphraſten in Commentario peregrinationum DD. Petri & Pauli.

PANTACHVS παντάχος, Ptolemæo Siciliæ fluuius, in latere exortiuo. PANTAGIES Plinio. PANTACIVS παντακίος, Thucydidi dicitur: PANTAGIA Virgilio, & ceteris ferè Poëtis. PANTHAGIAS corruptè, apud Vibium. Fazellus ipſum fluuium Porcari, eius autem oſtium Canale & Bruca appellari hodie ſcribit, Leandro S. Iuliano eſt. Marcellino ad eius oſtium nominatur, in quodam libello Anonymo, de Sicilia. cui aſſentitur Aretius. ſed Paſſum Syracuſarum in mediterraneis dici, hic addit.

PANTAENSES, Aſiæ Propriæ populi, apud Plinium.

PANTALIA παντάλια, Thraciæ vrbs, Procopio 4. Ædificior. πανταλία Ptolemæi.

PANTANVS Lacus, à Plinio circa Garganum montem in Apulia Daunia deſcriptus; creditur à Mazzella, Nigro, & Leandro, Lago de Leſina vocari.

PANTÆI παντέω vrbis, meminit concil. Epheſinum III. cuius Epiſcopum Macarium vocat.

PANTHAGIAS, vide PANTACHVS.

PANTHEIVM vocatur apud Suidam, & Ariſtotelem in Admirandis, locus in Attica, ſexaginta ſtadijs ab Iliſſo, vbi oliua (calliſtephanus vocata) naſcebatur. ex qua ſola Victores in Olympiacis coronabantur.

PANTHELÆI πανθήλαιοι, Perſici gentes, apud Clionem Herodoti. PENTHIADÆ πενθιάδαι, videtur legiſſe Stephanus in Δερυσαῖοι.

PANTHETIVM, vide PANTICVM.

PANTHEON, templum Vrbis Romæ, inter reliqua antiquorum opera, integerrimum. Hodie S. Maria rotunda, ab eius orbiculari forma, vocatur.

PANTHIA πανθεῖα, & PANDONIA πανδονία, locorum nomina, in Oraculis Sibyllinis lib. 3. Aſiæ videntur.

PANTHIVM, vide PANTHEIOM.

PANTI, ſinus Taprobanæ inſulæ, Ptolemæo. ſed Græcus codex PASI πάσι, legit.

PANTICAPÆA παντικάπαια, Tauricæ Cherſoneſi vrbs. Ptolemæo, & Straboni. PANTICAPÆVM Stephano. Voſpero hodie vocari, ſcribit Niger. quod ſi verum eſt, antiquum nomen obtinet. nam Plinio teſte, olim quoque BOSPHORIVM appellatum fuit. PANTICAPÆVM quoque dici fluuium vrbem præterfluentem, ait Stephanus.

PANTICAPES παντικάπης, Scythiæ Europææ fluuius, apud Pomponium & Herodotum, qui Peucero Przepetz eſt, in Lituania. Conſcauoda autem Mercatori. Plinio & Pomponio teſtibus diuidit Nomadas à Georgis. Vide HYPANIS.

PANTICHIVM, vide PANTICVM.

PANTICVM, Antonino locus inter Chalcedoniam & Nicomediam. Eundem alio in loco PANTHETIVM vocat. PANTICHIVM Calliſto, nõ longè à Chalcedone. παντείχιον, Sozomeno, & Dionyſio Byzantio.

PANTIMATHII παντιμάθιοι, Perſica gens. Herodoti Thalia.

PANTIPOLIS παντίπολις, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

PANTOMATRIVM παντομάτριον, Cretæ inſulæ promontorium, Ptolemæo. quod Niger & Pinetus Milopotamo vocant.

PANTOPOPTÆ Monaſterij, meminit Pachymerius Circa Conſtantinopolim fortè alicubi.

PANTVM deducit in montem, qui vocatur CÆLI

*Stella. Sic Lactantius* 1. *Falſæ religionis, cap.* 11. PANEVM *legit volumen Sublacenſe. in quo Saturno patri Iouem conſecraſſe aram, ſcribit Ennius.*

PANVS, *vide* PANOS.

PANVSII, *vide* SATMALI.

PANXIANI πανξιανοί, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Strabo.*

PANYASVS πανύασος, *Ptolemæo Macedoniæ fluuius eſt: Hunc Theuetus* Spirnaſſe *nominat: ſed alio loco idem Apſum fluuium eodem nouo nomine interpretatur; fortè ſui oblitus. Videtur* PANISSA *Plinij. Ex hoc Panyaſi, facit* GENVSVM *Liuij, Ligorius, in ſua Græciæ tabula.*

PANYSVS πάνυσος, *Ptolemæo in Mœſia Inferiore fluuius.* PAMISVS *Plinio eſt. Panyſum hodie* Laniza *vocari, tradit Niger.*

PAPA, *vide* PAMPANIS.

PAPARIVM, *vide* PAPYRONA.

PAPHARA παφάρα, *Cyrrheſticæ regionis vrbs, in Syria. Ptolemæus.*

PAPHLAGONIA παφλαγονία, *Aſiæ Minoris regio, Ptolemæo & alijs. Hæc aliquibus, vt Plinius ſcribit,* PYLÆMENIA *dicta fuit. Ioſephus incolas* RIPHATÆOS ῥιφαταίοι, *vocat.* HENETI ἐνετοὶ, *&* VENETI οὐένετοι, *hi etiam appellantur Straboni lib.* 4. ENETI *ſine aſpiratione, legit Stephanus.* Roni *eos hodie nomen habere tradit Caſtaldus.* Flagania *nominari, in Anonymi libro de Bello Sacro, putat Reineccius.* HENETVS *locus, eſt apud Solinum.* PAPHLAGONIAM *Macedoniæ conterminam, verſus Boream, habet Martianus Capella. Hanc me ignorare fateor. An Pelagonia legendũ?*

PAPHLAGONIVS παφλαγόνιος, *fluuius ad pedem Idæ montis, apud Q. Calabrum lib.* 2. *factus ex ſanguine occiſi ab Achille, Memnonis.*

PAPHOS NOVA πάφος νέα, *Ptolemæo Cypri inſulæ vrbs.* NEA PAPHOS *Plinio.* Bapho *hodie dici, teſtatur Niger. Hæc olim quoque* ERYTHRA *dicta fuit, vt Stephanus ſcribit. Paphum ab Aug. Imp.* AVGVSTAM *appellatam, tradit Dio lib.* 54. *ſed Veterem ne an Nouam, non diſcernit: duæ enim ſunt in Cypro Paphi, Ptolemæo, & Strabone auctorib. in Paphia regione.* NEA PAPHOS, *&* PALÆA PAPHOS, *quam Pomponius* PALÆPAPHOS *nominat, coniunctim.*

PAPI, *locus in Marmarica. Antoninus.*

PAPIA, *vide* TICINVM.

PAPIÆ, *inſulæ videntur ad fretum ſinus Perſici. Arrianus in Periplo.*

PAPIANILLÆ *Lacum, circa Aruernum in Gallia vrbem, habet P. Maſſonus in ſuis Annalibus, dicitq́ hodie* Sorliuta *vocari, deſcribiq́ à Sidonio* 2. *Epiſtolarum, ad Domitium.*

PAPICA παπικη, *Indiæ promontorium, ad Barygazenum ſinum. Arr. in Periplo. Ibidem alium locum idem ſic dictum habet, ſed magis verſus Orientem.*

PAPIENORVM *meminit vetus inſcriptio, quæ Sinueſſæ eſt. Circa Sinueſſam ſunt in Italia.*

PAPINVS, *vide* SICIMINA.

PAPIRA, *vel* PAPYRA, *Galatiæ vrbs, apud Antoninum. An* PAPIRIANA *arx* πάπειω φρούριον *Euagrij? lib.* 3. *cap.* 27. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.*

PAPIRANVM, *vide* POSSESSIO.

PAPIRIANÆ *Foſſæ, vide* FOSSÆ.

PAPIRIVS *Ager, circa Tuſculum. Vnde Papiria tribus. Feſtus.*

PAPITIVM παπίτιον, *Paphlagoniæ vrbs, apud Stephanum.*

PAPPA παππα, *Orondicorum in Galatia vrbs, Ptolemæo.*

PAPPVA παππουα, *mons in Numidia, Cedreno, & Procopio, in cuius radice Medeos vrbs.*

PAPRANTIS, *vide* PRANTES.

PAPREMIS, *vide* PAPRIMIS.

PAPRIMIS παπριμὶς, *Ægypti vrbs Stephano. item Herodoto, ſed per* n. *in ſecunda. vbi Mars colebatur. & Hippopotamus ſacer erat.* PAPREMITIS *Nomus ibidem.*

PAPVNGÆ, *Indiæ populi. Plinius.*



PAPYRA, *vide* PAPIRA.

PAPYRIANA *Maſſa, Siciliæ locus. In Gregorij* 1. *Pont. Max. Epiſtolis.*

PAPYRIVM, *vide* VBARA.

PAPYRONA παπυρῶνα, *locus ſic dictus, in Syria, aut Arabia. Ioſephus* 14. *Antiq. cap* 4. *item* 1. *belli Iud. cap.* 5. PARARIONEM *habet Egeſippus* 1. *cap.* 14.

PAPYTIVS *Mons, Zonaræ. In Thracia videtur. Inter Moſynopolim & Dramam, Nicetæ.*

PARA, *locus maritimus in Aſia Minori circa Helleſpontum, aut Euxinum mare, videtur. Salluſtij fragmentum.*

PARABALI παράβαλι, *Indiæ intra Gangem vrbs, apud Ptolemæum.*

PARABARICHOS, *vide* ARISTOBVLIADES.

PARABOLVS, *vide* APSASIVM.

PARACA πάρακα, *Indiæ vrbs, monti ſubiecta. Philoſtratus* 3. *Apollonij.*

PARACADI παράκαδοι *à Spitamene in arce obſeſſi: his Alexander ſuppetias tulit. Arrian.* 4. *Alexandri. ſed vitioſè, pro* MARACANDI. *vt patet ex eodem libro, paulo inferius. Eadem* PARACANDA παρακάνδα *Sogdianæ vrbs eſt apud Strabonem. vide* MARACANDA.

PARACANANE παρακανάνη, *Ariæ vrbs, Ptolemæo.*

PARACANDA, *vide* MARACANDA, *&* PARACADI.

PARACARESVS παρακαρησοῦς, *fluuij nomen. Phauorini Lexicon.*

PARACHÆLOIS, *vide* PARACHÆLOITÆ.

PARACHANA παράχανα, *Ptolemæo Mediæ opidum.*

PARACHELOITÆ παραχελοῖται, *populi, apud Theſſalos circa Maliam vrbem, ad Acheloum fluuium. & apud Aetolicos, Straboni. Stephanus alios in Phthiotide habet.* PARACHELOIDA *vrbem habet Liuius* 29. *Athamaniæ; ſed Theſſalicam factam addit.*

PARACHOATRA, *vide* TAVRVS.

PARADA, *Africæ Propriæ vrbs, quam vna cum ciuibus combuſſit Scipio. Hirtius de Bello Africano. Vide* PHARA.

PARADABATHRA παραδαβάθρα, *Indiæ intra Gangem opidum. Ptolemæus.*

PARADAMIVM, *locus epiſcopalis in Africa. Victoris Vticenſ. Fragmentum M.S.*

PARADENI, *vide* PARDENE.

PARADISVS, *locus incertæ poſitionis, (niſi totus terrarum orbis eo nomine comprehendatur,) quem Hebræi* GAN-EDEN *vocant. His vocabulis ſcribit Theuetus hodie à diuerſis gentibus notari,* Malcouta, *&* Zabbay, *Neſtorianis;* Ha-ia del-holan *(quod ſonat locum vitæ beatæ) à Bengalenſibus, Iauæ, Borneiq́ inſularum incolis;* Mitreden *Abyſſinis. A Slauis* Ray *vocari, didici. Hoc eſt nomina dare, non rem aut locum. In Oriente deſcribitur à Moyſe. In Syria à Matthæo Beroaldo. Poſtellus ſub Polo Arctico eius locum ſtatuit. Goropio apud Indoſcythas eſt. Sunt qui ſub Æquinoctiali fuiſſe putant. Ego vbiq́ fuiſſe puto, ante Adami nempe lapſum. & non locum ſignificare, ſed loci naturam, ſiue qualitatem. De hoc Paradiſo fusè & eruditè Ferrerius in Geneſim, alijq́, de eodẽ etiam Ioannes Hopkinſonus Synopſin edidit, cum eiuſdem tabula corographica.* PARADISVS παράδεισος, *Syriæ vrbs apud Ptolemæum, Laodiceæ regionis. hanc Diod. lib.* 18. TRIPARADISVS *nominat.* PARADISVS, *Syriæ fluuius ſic dictus, apud Martianum. Is circa Germaniciam vrbem labitur, vt refert Leo Imp. cap.* 9. PARADISVS, *Ciliciæ fluuius, Plinio & eidem Martiano. Idem fortè cũ Syriæ in harum confinibus nempe.* PARADISVS *Siciliæ vicus, vt Stephanus auctor eſt. Etiam Perſiæ locus, apud Metaphraſten, in vita S. Acepſimæ. Huius meminit circa Tigrim fluuium, Xenophon* 2. *Exped.*

PARÆCII, *quæ ſunt circa Abiam. ſic in Conſtitutionib.* " *Apoſtolorum* 7. *cap.* 46. *quorum Epiſcopi Aquila & Niceta vocantur.*

PARÆLEOS παραίλεως, *mons iuxta Marathonem. Phauorini Lexicon.*





PARÆSVS παραισοῦς, *vrbis nomen apud Stephanum, in Creta inſula. In dictione* σηλαι.

PARÆTACA παραιτάκα, *Mediæ vrbs, Ptolemæo, Diodoro, & Stephano.* PARETACENI *populi, ſunt apud Plinium & Strabonem.* PARÆTACENE, *Perſidis regio, Ptolemæo. &* PARETACÆNI *populi, Straboni: qui* PARETACENI, *per* η *in ſecunda Herodoto: in Media ſunt his duobus.* PARITACENI, *&* PARITACÆ *ſunt Arriano* 3. *&* 4. *Alexandri. Eoſdem populos credo, quamuis ab alijs in Perſia, ab alijs in Media ponantur. ſunt enim collaterales regiones, quæ ſæpius ab auctoribus confundi, non hic tantùm lectorem monuimus. Strabo certè Paretacenam deſcribit inter Carmaniam, & Perſiam, & Parthiam.*

PARÆTACENE, *vide* PARÆTACA.

PARÆTONIVM παραιτόνιον, *Ptolemæo & Straboni.* PARATONIVM *ſine diphthongo Procopio* 6. *ædif. Aegypti vrbs. Hodie* Porto raſſa, *Nigro & Caſtaldo eſt: Mercatori verò* Berton. AMMONIA ἀμμωνία, *quibuſdam dici, prodit Strabo, & Stephanus. Parætonium & Peluſium, duo cornua Aegypti, vocat Florus.* PARTHENIVM *ſcribit Aethicus, pro Parætonio. Vide* CANOBVS.

PARAGENITÆ, *Achaiæ in Peloponneſo populi, Plinio.*

PARAGONTICVS παραγοντικὸς, *Sinus, apud Ptolemæum.* TERABDON τεράβδων, *in Periplo Arriani videtur. Carmaniæ eſt.* Golfo di Gugirath *Barbaris nautis dici. tradit M. Niger. Vide* ARMENIÆ.

PARALAIS παραλαὶς, *Cappadociæ in Lycaonia opidum. Ptolemæus.*

PARALATÆ, *vide* SCYTHÆ.

PARALIA, *id eſt littoralis. Indiæ intra Gangem regio; Propriè ſic dicta, apud Arrianum, & Ptolemæum. Tribus Atticæ eſt, Stephano & Polluci* 8. *de Trittyarchis. Huius memoria quoque apud Plutarchum in Solone. Vide* AMBRACIA *&* PERINTHVS.

PARALLVS, *Aegypti vrbs epiſcopalis. Concil. Epheſinum.*

PARALOS πάραλος, *Melienſium, in Theſſalia vrbs: & Atticæ: Stephano & Thucydidi.*

PARAMBOLI, *Epiſcopatus ſub ſede Boſtrenſi. Guilielmus Tyrius. Vide* PAREMPOLIS.

PARAMICA, *vide* SEGONTIA, *&* SEPONTIA.

PARANISENSIS *Coloniæ Syriacæ, meminit ex Vlpiano Onuphrius.*

" PARANITES. *Plinius* 37. *cap.* 9. *ſic de amethiſto, Eadem*
" *Paramites in conterminia Arabiæ gentis nomine.*

PARAPAMENI, *vide* PARIMÆ.

PARAPAMISADÆ, *vide* PAROPANISVS.

PARAPIANI, *circa Arachoſiam gens, Plinio.*

PARAPIOTÆ, *vide* PRAPIOTÆ.

PARAPOTAMIA παραποταμία, *Phocidis vrbs, Stephano & Pauſaniæ. Strabo vicum vocat, vicinum Phanoteæ, in ripa Cephiſſi. Idem Parapotamios populos ibidem nominat, per quos Cephiſſus Bœotiæ fluuius meat. Sic quoque Plutarchus in Sulla.*

PARASANGIÆ, *Indiæ populi. Plinio.*

PARASIA παρασία, *Polybio* 5. *Aſiæ regio eſt. Mediæ regioni ab Oriente imminens,* PARRHASII, *Mediæ ſunt populi, apud Strabonem. quos aliquando cum Anariacis habitaſſe tradit.* PARASII, *Arcadiæ populi, apud Sequeſtrem. Et Theſſaliæ, apud Scholiaſtem Thucydidis* 2. *Vide* PARRHASIA.

PARASINVM, *ciuitas peninſulæ Taurorum, in qua terram eſſe, quæ omnia vulnera ſanat, ſcribit Plinius. Per* E. *in prima habet alius codex. Characena in ora libri quoque legebatur. Vide* PAROSTA.

PARASIVM, *vide* FORVM *Diuguntorum.*

PARASTLABA, *Bulgarorum regia; à Ioanne Cimiſcæ Imp. expugnata. à quo* Ioannipoli *appellata eſt, Ioanne Curopalate, & Cedreno auctoribus. Sed apud hũc* PERSTLABAS περσλάβας, *vocatur, qui Paruam & Magnam nominat. Hanc vrbem Vignierius in Bibliotheca Hiſtoriali,* Peretalaw *à Moſcouitis appellari, ſcribit. Haud procul à Rhodoſtolo eſſe, ex Curopalate videtur.*



PARATACÆ παρατάκαι, *Aſiæ populi, Arrianus* 4. *Alexandri. Iidem cum* PARITACENIS.

PARATANTICENE, *vide* ARCTICENA.

PARATH, *vide* EVPHRATES.

PARATIANÆ, *Mauritaniæ Cæſarieſis vrbs, apud Antonin.*

PARATONIVM, *vide* PARÆTONIVM.

PARAVÆ, *&* PARAVÆI, *vide* ÆNIANES.

PARAVTI, *vide* PARVTI.

PARAXIA παραξία, *Ptolemæo Macedoniæ regio eſt.*

PARBARA πάρβαρα, *Parthiæ vrbem habet Ptolemæus.*

PARBOSENA, *circa Cappadociã vrbs, Antonino auctore.*

PARCA πάρκα, *Iapygum Metanaſtarum vrbs, Ptolemæo.*

PARDENE παρδηνή, *Ptolemæo Gedroſiæ regio. Interpretes* PARADENE *legunt.*

PAREATÆ, *in Achaia Peloponneſi ſunt, Plinio.*

PAREDONI, *vide* PRATIDÆ.

PAREMBOLE, *vide* CÆNA, MANAIM, *&* MANALIS.

PAREMPHIS πάρεμφις, *Aegypti vrbs, Stephano. Huius meminit quoque nummus Tib. Imp. in Goltzij Theſauro.*

PAREMPOLIS, *Aegypti vrbs, Antonino, & lib. Notit. An Paramboli apud Guil. Tyrium?*

PARENETA παρηνητή, *Chalybum regio, aut Moſſynecorum. Strabo.*

PARENTIVM παρέντιον, *Ptolemæo, Stephano, & Plinio, Iſtriæ opidum maritimum.* Parenzo *hodie, Leandro.*

PAREON, *Iornãdi opidum Europæ, in littore Ponti Euxini.*

PAREPAPHITIS *regio, in Carmania, Ptolemæo. Sed hanc non agnoſcit Græcus codex.*

PARETACENI, *vide* PARÆTACA.

PAREVSIVM, *vide* ANIO.

PARGE πάργη, *locus vnde Albatia Sabina. Phlegon Trallianus de Longæuis.*

PARGYETÆ, *vide* ARIMASPI.

PARIA, *inſula Phœnicij maris, ante Ioppen, vt inquit Plinius:* Arſuffo *video eius loco, in recentiorum tabulis. Parianorum meminit Ioſephus* 14. *Antiq.* 17.

PARIADES, PARIEDRVS, *&* PARIADRES, *Aſiæ Mons: Plinio, & Ptolemæo. qui* ACVS ἄκος, *apud Euſtathium videtur. ex eo enim Araxen & Euphratem effluere dicit. hic* CAPOTES *Solino eſt, & Vibio* GARAMAS. *Sed habet quoque Euſtathius* PARYADREN, *At in Aſia Minori. Aſiaticus, hodie* Leprus *dictus; Iouio teſte. Vide* TAVRVS.

PARICANE παρικάνη, *Perſica vrbs, Stephano. & Paricanij populi, Herodoto in Thalia, & Polymnia, ſed per* υ *in ſecunda. Circa Sogdianam ſunt Melæ, & Plinio. ſed & eouſque Perſi aliquando imperauere.*

PARIDION. *Cariæ opidum, Plinio.*

PARIENNA παρίεννα, *Germaniæ vrbs, Ptolemæo.* Frideck *in Sileſia, Villanouano.*

PARIENSIS *Epiſcopi, in Piſidia: meminit concilium Nicenum.*

PARIETÆ παριῆται, *Paropaniſi gens. Ptolemæus.*

PARIETINA, *apud Antoninum Mauritaniæ Tingitanæ locus: item Hiſpaniæ, inter Liminium & Cæſarauguſtam.*

PARIGIA, *vide* PATIGRA.

PARIMÆ, *&* PARAPAMENI, *Aſiæ populi, ab Alexandro Magno ſubacti. Oroſius* 3. *cap.* 18. *&* 23. *Hi* PARAPAMISADÆ *ſunt apud Arrianum.*

PARINATES, *vide* TARINATES.

PARIRÆ, *Carmaniæ populi ſunt apud Plinium.*

PARISIENE παρισιηνή, *Ptolemæo, Gedroſiæ regio eſt.*

PARISII παρίσιοι, *apud Ptolemæum. eam regionem olim inhabitarunt, quã hodie vulgari & proprio nomine* France *vocant. Pars regni Galliæ eſt, vbi Paris (vt nunc vocant) totius regni caput eſt.* PARISII *quoque Albionis inſulæ populi, apud eundem.* Holdernesse *interpretantur à Camdeno. Vide* LVCOTECIA.

PARISIVM, *vide* LVCOTETIA.

PARISVS πάρισος, *fluuius per Scordiſcos, in Iſtrum defluens. Strabo. Pro Mariſo habet Xylander. item ego.*

PARITACÆ, *&* PARITACENI, *vide* PARÆTACA.

PARIVM πάειον, *Aſiæ Minoris, ad Helleſpontum vrbs, Ptolemæo. Colonia eſt apud Plinium & Vlpianum, vt obſeruauit Onuphrius.* Pario *vocat eam Sophianus.* Paradiſo *autem Niger. Ab Homero* ADRASTIAM *appellatam, tradit Plinius. Eandem &* PÆSTOS *apud Homerum dici, ſcribit Camerarius. Plutarchus in Lucullo habet in eadem continentia* ADRASTÆ *Montem. ſic quoque Strabo 12. Parium & Adraſtia, diuerſa ſunt Stephano, & Straboni. Adraſtiam hic enim inter Priapum & Parium ponit. Apud Homerum ἀδρήστεια, per η eſt. ſic quoque apud Heſychium. Parium, apud Suidam, nomen agri eſt, à Paride, (qui & Alexander) nominati. cùm antea locus ille* AMANDRVS ἄμανδρος, *diceretur.*

PARMA πάρμα, *Ptolemæo Galliæ Togatæ vrbs. Nomen hactenus retinet. In Goltzij Theſauro eſt* COLONIA IVLIA AVG. PARMA, *Parmam* CHRYSOPOLIM *appellatam ſcribit apud Leandrum Albertuzzius, ex quadam inſcriptione lapidea antiqua, fides ſit penes auctorem.*

PARMASIA, *vide* PARRHASIA.

PARMECAMPI παρμεκάμποι, *in Germania, apud Ptolemæum.*

PARMISSVS, *vide* PERMESSVS.

PARNASIA NAPE, *vide* PYTHE.

PARNASII DVTOCHTHONES παρνάσιοι αὐτόχθονες, *ſunt populi inſtar Troglodytarum ſub terra habitantes, Euſtathio in Dionyſium. ſed vbi locorum, ſilentio præterit.*

PARNASVS, *vide* PETENISOS, PARNASSVS, & PAROPAMISVS.

PARNASSVS παρνασσός, *Achaiæ mons, Ptolemæo & cæteris; Muſis & Apollini ſacer.* LARNASSVS *olim dictum, Stephanus auctor eſt. Per* E. *in ſecunda, eſt Theophraſto 3. Hiſt. Plantar. Nunc* Parnaſo, *vt Caſtaldus;* vel Liacura, *vt Sophianus tradit, vocatur. Huius iugum ab Herodoto* TITHORÆA τιθορέα, *appellari, ſcribit Pauſanias. Alij, vt Lactantius Grammaticus, Cornutus, Iuuenalis, & cæteri poëtæ Parnaſi duo iuga deſcribunt;* CIRRHAM *nempe &* NISAM. *Hæc autem de eo Seruius 7. & 10. Aeneidos: Parnaſſus Theſſaliæ mons, diuiditur in Chiteronem Liberi, & Heliconem Apollinis. Neſcio autem qua fide hunc montem Theſſaliæ tribuat, & eundem cum Helicone faciat, contra omnes non ſolùm Geographos, ſed & Hiſtoricos. At huic Grammatico defuiſſe geographiæ peritiam obſeruauit ante me diligentiſſ. Georg. Fabricius; & ante hunc Beroaldus.* PARNASSVS, *eſt etiam Galatiæ vrbs, Antonino.* Γαρνασσὸς *fortè Porphyrogennetæ, qui eam Cappadociæ attribuit. Rhodiorum quoque in Peræa, vt habet Polyænus 4. in Philippo Demetrio filio. Sed an hoc loco Caria, pro Peræa: & Cryaſſus, pro Parneſſus legendum ſit, ſubdubitat Caſaubonus. Ego Peræa retinendum ſuadeo: auctoribus Liuio & Polybio. &* PRINASSVS *lego, ex eodem & Stephano.*

PARNES πάρνης, *Atticæ mons, Stephano, Luciano, Strabone, Pauſania, & Thucydide 2. auctoribus.* PARNETHA *Athenæo 5.*

PARNESSVS παρνησσός, *Mediæ regionis mons, ſub cuius pede Bactri Mediæ populi habitant, Dionyſio teſte.* παρπησσὸς *nonnulla exemplaria legere, annotauit Papius. Vide* PAROPAMISVS, & PARNASSVS.

PARNETHA, *vide* PARNES.

PARNI πάρνοι, *Ptolemæo & Straboni, Margianæ populi, ijdem* APARNI. *Vide* NOMADES, & DAÆ.

PARNOS, *loci aut fluminis in Peloponneſo nomen, Pauſaniæ. Videndum an Parthenius mons legendum, vt ſubdubitat Sylburgius.*

PARODANA παρόδανα, *Perſidis vrbs, Ptolemæo.*

PAROECOPOLIS παροικόπολις, *Sinticæ regionis, in Macedonia vrbs, teſte Ptolemæo. Huius meminit etiam Phlegon Trallianus.*

PAROETÆA παροιταία, *regio ad mare Rubrum. Stephan.*

PARON *opidum, habet Hyginus. in Arctophilax.*

PARONATÆ παρωνάται, *populi in Triphylia, montium incolæ, circa Lepræum & Maciſtum. vſque ad mare pertingunt. Strabo. vbi* PAROREATÆ *legit Caſaubonus.*

PARONAXIA, *Epiſcopalis ſedes, ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. Balſamon.*

PAROPAMISADÆ, *vide* TVRCÆ.

PAROPAMISVS, *qui* Calchiſtan *Caſtaldo nominatur: pars Tauri montis, vbi ſe ipſum, vt Plinius inquit, exuperat; & in excellentiſſimam conſurgit ſublimitatem.* παροπανίσος *per* N. *habet Ptolemæus.* παροπάμισος, *duplici* ss. *Stephanus.* CAVCASVS *dictus eſt ab Alex. Magni militibus, Arriano & Diod. teſtibus. ſed impropriè: nam Caucaſus (vt ſuo loco dictũ eſt) inter Euxinũ & Hyrcanum mare iacet. Extrema huius Paropamiſi à Barbaris* EODOA, & HIMAONVM *appellari ſcribit Strabo. Pro Paropamiſo* PARNASVS παρνασος, *apud Ariſtotelem, &* PARNESSVS πάρνησος, *apud Dionyſium legitur.* PARPESSVS *in nonnullis manuſcriptis haberi. annotauit Papius. Idem tamen Dionyſius alio in loco; eundem* PARPANISVM παρπανισος, *vocat: & Priſcianus eius interpres* PARPANEVM. *Ex hoc Paropamiſo, Indus fluuius fontes ducit, vt Plinius cum Arriano perhibet. quo tractu hodie à Pineto & Ger. Mercatore* Pamer, *vocatur. Atque hæc eſt altiſſima pars Orbis terræ M. Paulo Veneto teſte.* Naugracot *in Aſiæ tabulis idem locus nominatur. In Paropamiſo monte Arca Noë conſtitit, opinione Becani. lege eius Indoſcythica. Eſt item* PAROPAMISVS *Scythiæ amnis, apud Plinium, & Solinum. Penultimam huius vocabuli video indifferenter per* M. & N. *ſcribi. Meliorem lectionem fortè vetus codex docebit. Vide* TAVRVS.

PAROPANISVS παροπανίσος. *Aſiæ regio eſt Ptolemæo. cuius incolæ* PARAPAMISADÆ παραπαμισάδαι, *ſunt Arriano, in Alexandro 4.* Candabar *Th. Minadoio: ſed* Sableſtan *Caſtaldo teſte hodie dicitur.* Dacha *quibuſdam vocari ſcribit Niger. Vide* PARIMÆ.

PAROPINI, *vide* PAROPVS.

PAROPVS παρωπος, *Siciliæ vrbs, Polybio 1. Paropini Plinio ſunt. contra Vſticam inſulam, in latere Septentrionali.*

PAROREA παρώρεια, *Arcadiæ vrbs, Pauſaniæ & Stephano.* PARORÆATÆ *populi ſunt quoque apud Herodotum.* PAROREIA *Thraciæ vrbs eſt, vicina Macedonibus, apud Liuium 39. &* PAROREI *populi, circa Thraciam ſunt Plinio. Strabo habet eiuſdem nominis populos in Epiro, apud quos Arachtus fluuius oritur. Vide* PHRYGIA.

PAROS πάρος, *Ptolemæo; vna ex Cycladibus inſulis. Hæc quoque* PACTYA πάκτυα, MINOA μινῶα, *Plinio dicta fuit. Item* DEMETRIAS δημητριὰς, ZACYNTHVS ζάκυνθος, HYRIA ὑρία, HYLIESSA ὑλήεσσα, & CABARNIS κάβαρνις, *Stephano auctore. Sophianus ſcribit quoque* POLIN *vocatam: ſed quo auctore, ſubticet. A Paro quodam Arcade nomen habere, tradit Heraclides. Huius etiam meminit Paterculus 1. ſed malè* PHAROS *quidam legunt. Apud Æmil. Probum quoque in Miltiade eius mentio.* Pario *hodie nominari, Sophianus teſtatur.* PAROS *Aſiæ tractus, cenſore F. Iunio Biturige, ex Manilij verſu, quem ſic legit; Bactraq; & Arij, Babylon, & Suſa Paroſq;. Alij aliter. Vide* PHAROS.

PAROSPVS, *fluuius Indiæ in Cophen influens. Plinius.*

PAROSTA παρώστα, *Ptolemæo Tauricæ Cherſoneſi vrbs. Niger ſcribit* PARASINVM *quibuſdam eſſe. Huius Plinius meminit.*

PARPANEVS, *vide* PAROPAMISVS.

PARPARON παρπάρον, *Aeolidis regio Aſiatica, quæ* PERINE περίνη, *quoque nuncupatur, vt tradit Stephanus, vbi Thucydidem mortuum ſcribit.* PERPERENE *Straboni & Plinio, vt annotauit Hermolaus.* PERENA περήνα, *ego tamen apud Strabonem lego, pro regione. ſed Perperenen vrbem eius habet. Suidæ, è regione Lesbi eſt.*

PARPARVS, *Laconicæ mons. Plinius.*

PARPESSVS, *vide* PARNESSVS, & PAROPAMISVS.





PARPODIZVM, *Thraciæ vrbs, Antonino.* TARPODIZVM *legit Simlerus.*

PARRHASIA παῤῥασία, *Arcadiæ opidum, Homero, Pauſaniæ, & Stephano; quã* PARMASIAM παρμασία, *quoque dici teſtatur.* PARRHASIÆ *plurali, Plinio.* PARASII *Vibio. Horum meminit etiam Oroſius 1. cap. 7. ſed corruptè Paraphaſij, Paphaſij, & Parphaſij. Regio Parrhaſia vocatur, apud Euripidem, in Oreſte. vbi* ORESTEIVM *vrbs.* PARRHASIVM *Nemus ibidem, Papinio 7. Thebaidos: &* PARRHASIVS *Mons, Heſychio. Vide* ARCADIA.

PARRHASII *populi, ſunt in India vltra Gangem: Q. Curtio. Vide* PARASIA.

PARRHASINI, *populi ſunt circa Sogdianam, Plinio.*

PARRODVNVM, *Rhetiæ vrbs. lib. Notitiar. Idẽ putant cum* PARTHANO *Antonini, Lazius & Velſerus.*

PARSARGADÆ παρσαργάδαι, *locus vbi Perſarum reges epulum præbere ſolent. Appianus in Mithridaticis. Vide* PASARGADA. *ſic enim ſcribendum puto.*

PARSENSIS *Epiſcopus, in Numidia. Vict. Vticenſ.*

PARSENTI παρσέντοι, *montes, Tauri; circa Indi fluminis fontes. Epitome Strabonis 15.* PARSVETI παρσυῆτοι, *apud Ptolemæum, ni fallor. Parueti ſine* s. *legũt interpretes.* Nochdariaſari *vocantur à Caſtaldo.*

PARSIA, & PARSIANA παρσίανα, *Paropaniſi vrbes, apud Ptolemæum.*

PARSII, *vide* PABII, & ÆNIANES.

PARSIRÆ, *vide* GARSIDÆ.

PARSIS, *vide* EASIS.

PARSTRYMONIA, *locus ſubiectus Thraciæ eſt, Liuio 42. Circa Strymonem, vt puto, fluuium.*

PARSVETVS, *vide* PARSENTI.

PARTA πάρτα, *Perſidis vrbs, Ptolemæo.*

PARTALIS, *Calingarum regio, circa Gangis oſtia. Plinius.*

PARTENIENSIS *Epiſcopi, in Mauritania Sitiphenſi; meminit Victor Vticenſis.*

PARTHANVM, *Antonino vrbs in Vindelicis:* Partenkirch *opidulum. ad Loyſam fluuium nominat Simlerus. Vide* PARRODVNVM.

PARTHAVS, *vide* TAVRVS.

PARTHAX, *vide* CYLISTANVS.

PARTHENI *Plinio,* PARTHINI *Polybio, Pomponio, & Dioni, Illyrici populi, quos hodie* Raguſienſes *appellare licebit. An* PERTHENETÆ *Appiani? vide* EPIDAVRVS., & PARTHVS.

PARTHENIA, *Illyridis vrbs, Polybio 2.* PARTHINORVM *opidum, Cæſari.* Præſa *nunc, vt putat Barletius. qui illud iuxta Croiam Epiri ponit. Eſt etiam vicus circa Pontum, Stephano. Vide* ANCHIALA, & SAMOS.

PARTHENIAS, *Peloponneſi fluuius, per Epinam Elidis vrbem means. Strabo 8. Per Arpinnatas fluentem habet Pauſanias, in Eliacis.*

PARTHENICVM, *Siciliæ opidum, Antonino. Videtur* VENERIS ÆNEADIS *Ara, Halicarnaſſei.* Παρθενικὸν, *locus in Aſia Minori, alicubi, Xenophonti 7. Cyriacor.* PARTHENIVM *fortè Plinij, in Myſia.*

PARTHENIE, & HIPPI, *vrbes Aſiæ Minoris, (circa Ioniam fortaſſè. nam* HIPPIN *in Ionia deſcribit Pomponius) quas Plinius* CHYTOPHORIA *appellatas tradit, cùm inſulæ eſſent.*

PARTHENIVM *Promontorium* παρθένιον, *in Taurica Cherſoneſo eſt, Ptolemæo, & Plinio teſte.* Roſaphar *Barbaris dici, ſcribit Niger. Lydiæ promontorium eſt, Nicandri Scholiaſti in Theriacis. Arcadiæ vrbs, eidẽ Plinio. Huius meminit, ni fallor, Stephanus, in φωειαμοί. Apud eundem Plinium, & Stephanum videtur quoque Thraciæ locus littoralis. Idem Plinius habet opidum ſic dictum, in Myſia, circa Troadem. Euboëæ vrbs eſt Stephano. vide* PARTHENICVM.

PARTHENIVM *Mare, Macrobio 7. Saturnal. eſt pars Mediterranei maris quod Aſiam Africamq; interluit. vide* ÆGYPTIACVM, & ISSVS.

PARTHENIVS, *Sami inſulæ fluuius: qui quoque* IMBRASVS *dictus fuit: vt refert ex Apollonij Scholiaſte Stukius.* PARTHENIVS, *fluuius Aſiæ Minoris Ptolemæo. huius etiam meminit Stephanus: itẽ Arrianus, qui dicit eum eſſe terminum inter Bithyniam & Paphlagoniam.* Dolap *hodie eum nominari, ex Tabulis conijcio. Fluuius etiam Ciliciæ, Anchialæ propinquus, auctor Suidas.* PARTHENIVS *mons, Peloponneſi; in Arcadia, teſtes Liuius, Apollodorus, Pauſanias, Pomponius, Aelianus, & Vibius.* AVGES *Epitheton illi tribuit Callimachus, Hymno in Delum. Parthenij ſaltus, Virgilio, in Bucolicis.* PARTHENIVS, *promontorium, iuxta Heracleam, Stephano.* PARTHENIVS, *portus Phocenſium in Italia eſt, iuxta Picentinos. vt videtur apud Plinium & Solinum. Vide* PARÆTONIVM.

PARTHENOARVSA, *vide* SAMOS.

PARTHENOPE παρθενόπη, *Tyrrheni pelagi inſula, apud Ptolemæum.* Palmoſa *Leandro dicitur:* Betente *Collenutio, & Carraſæ.* Bentiliem, *& alijs* Ventotiene, *vt ſcribit Iaſolinus. Vide* NEAPOLIS, & SIRENVSSÆ.

PARTHENOPOLIS, *Macedoniæ vrbs, apud Stephanum. Huius meminit quoque concilium Chalcedonenſe. vbi Macedoniæ Primæ tribuitur. Circa Myſiam Aſiaticam habet Plinius Parthenopolim vrbem. Parthenopolim numerat Eutropius inter deuictas à Lucullo vrbes; circa Pontum alicubi, in regione Europæa. Hæc erit Plinij, quam in Mœſia Inferiori deſcribit. In Caria prouincia, alia eſt. teſtis Chalcedonenſe Concilium.*

PARTHIA παρθία, *Aſiæ regio, Ptolemæo, & omnibus.* Arach. *Ger. Mercatori eſt;* Choraſan *Nigro,* Iex *Alph. Hadriano.* Choroſan *vocat Cedrenus interiorem Perſidis regionem.* Curaſan *Hiſtoria Miſcella. Parthi à quibuſdam* PARTHYÆI παρθυαῖοι, *vocãtur, auctore Euſtathio. Strabo eos non ſemel ſic appellat lib. 2. Huius ampla deſcriptio apud Trogum 41.*

PARTHINI, *vide* PARTHENI.

PARTHINORVM *vrbs, vide* PARTHENIA.

PARTHISCVS, *vide* PATHISSVS.

PARTHOS πάρθος, *Illyrica vrbs: Stephano, ex Apollodoro. vnde Partheni gentile, apud eundem. an eadem cum Parthenia? Africæ Propriæ magna vrbs eſt; à Scipione capta, Appiano in Punicis. Haud procul à Cilla fuiſſe videtur.*

PARTHVSI, *Suſianæ gens. Plinius.*

PARTHYÆI παρθυαῖοι, *Macedoniæ populi, apud Ptolemæum. Vide* PARTHIA, PARTHENI, & SCYTHÆ.

PARTHYENE παρθυηνή, *Parthiæ regionis pars, Ptolemæo.* Naiſtan *Pineto dicitur,* Delin *Caſtaldo vocatur; Incolis* Tharpaſtan *appellatur, ſi Nigro creditur.*

PARTISCVM πάρτισκον, *Ptolemæo Iazygum Metanaſtarum opidum.* Cechometh *à M. Nigro interpretatur. Sed* Paroczlo *à Lazio. Haud procul ab Agria, ſede epiſcopali.*

PARVETVS, *vide* PARSENTI.

PARVS, *vide* PAROS.

PARVTÆ παρῦται, *Ariæ regionis gens, apud Ptolemæum.* PARAVTI *apud eius interpretes.*

PARVVM *Littus, Aethiopiæ ad ſinum Barbaricum, Ptolemæo & Arriano. Item Arabiæ Felicis, eidẽ Ptolemæo.*

PARYADRES, *vide* PARIADES.

PARYÆI, *vide* STYMPHÆAS.

PARYCANII, *vide* PARICANE.

PARYMÆ, *Aſiæ populi, circa Caucaſum montem vſpiam. Trogus 12.*

PARYMNA, *Cypri delicioſus locus, Metaphraſti, in Spiridione.*

PARYSTIVM παρύστιον, *vinum ſic dictum à loco, (circa Pitanem videtur) celebrat Athenæus 1.*

PASABAS, *vide* GYTHIVM.

PASACARTA πασακάρτα, *Parthiæ vrbs, apud Ptolem.*

PASAGE πασάγη, *Indiæ intra Gangem vrbs, apud Ptolemæum.*

PASAR, *vrbs Choraſmiorum, Cedreno, & Zoranæ.*

PASARGADA πασαργάδα, Perſidis vrbs, apud Strabonem, Ptolemæum, Agatarchidem, Solinum, & Arrianum. Chelqueta hodie; vt tradit Theuetus. PASARCHA malè in Latinis Ptolemæi codicibus. PARSAGADA legit Curtius 5. & quidam codices per ſecundam vocalem in prima. PASARGADA Plinius 6. cap. 26. tribus meis codicibus, melius quam in recẽtioribus editionib. quæ PASSAGARDAS legunt. Idem ibidem cap. 23. quoque PASARGADA legit omnibus quos videre licuit, codicibus. PARSARGADÆ App. in Mithridaticis. PASARGADÆ populi, ſunt Maximo Tyrio, Herodoto, Dionyſio, & Curtio. item Stephano, ſed geminato SS. aſperam horum regionem facit Tyrius Maximus. PASARGADÆ ſunt in Carmania, apud Ptolemæum. Vide PARSARGADÆ.

PASARNA πασαρνη, Lauinianenſis præfecturæ vrbs, in Armenia Minori. Ptolemæus.

PASCÆ πάσκαι, Sogdianæ gens, Ptolemæo. PASICÆ in Latinis codicibus.

PASI, vide PANTI, & HYPASIORVM.

PASIANI πασιανοὶ, Aſiæ populi, qui Græcis Bactrianam adimerunt, vt teſtis eſt Strabo 11.

PASIACVS, vide AXIACES.

PASICÆ, vide PASCÆ.

PASICANA πασικάνη, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolem.

PASINI Caſtrum, vide MESANÆI, & CHARAX.

PASIPEDA πασιπήδα, Ptolemæo vrbs in India intra Gangẽ.

PASIRA πασιρὰ, pagus Carmaniæ: circa mare. Arr. de Indicis.

PASIRIS πασιρίς, Sarmatiæ Europææ vrbs, apud Ptolem.

PASITIGRIS, vide TIGRIS.

PASMASIVS Ager in Gallia. Habetur in vitis Speuſippi, Eleuſippi, & Meleuſippi, apud Surium.

PASNES, vide MASNES.

PASPANENSIS Epiſcopi, in Lycaonia, meminit concilium Conſtantinopolitanum. ſub Damaſo 1. habitum.

PASSA πάσσα, Thraciæ vrbs, apud Stephanũ. vide PASTOS.

PASSADÆ πασσάδαι, Ptolemæo; PASSALÆ interpretib. gens Indica extra Gangem. Sic vocat eos quoque Plinius. PASSIDAS ab Alexandro domitos, habet Oroſius 3. cap. 19. Vide PAZALÆ.

PASSAGARDAS, vide PASARGADA.

PASSALA πάσσαλα, Mylaſſeorum nauale, apud Stephanum. Inſula Doridis, in ſinu Ceramico: eſt apud Plinium. Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.

PASSALÆ, vide PASSADÆ, & PAZALÆ.

PASSALON πασσάλων, Ptolemæo Aegypti vrbs. PESLA Antonini eſt, vti æſtimat Villanouanus. PESCLA in libro Notit. dici, credit Simlerus. Non eſſe Peſla Antonini intelliget qui propius inſpiciat.

PASSANDA πασσάνδα, regio Myſiæ Aſiaticæ, circa Adramyttium & Ciſthenem. Stephanus.

PASSAPRVM Vinum, ſic dictum à loco, habet Athenæus 1. Natali interprete. In Græco codice excuſo lacunula eſt, & vox mutila, παπ tantum legitur.

PASSARON πασσαρον, Moloſſiæ in Epiro locus, vbi delubrum Iouis Martialis (ſiue Arei) erat, Plutarcho teſte, in Pyrrho. Paſſaronis in Moloſſide regionis mentio etiam eſt apud Liuium 45. Obiter hoc, à Marte alij etiam Dij ſibi cognomina ſumere. Eſt enim in nummo antiquo Iuno Martialis. & Pauſanias in Boeoticis habet Mineruam Martialem.

PASSER, vide FLVCTVS.

PASSIDÆ, vide PASSADÆ.

PASTERIS πασερὶς, Aegypti vrbs, Stephano.

PASTONA, vrbs ad Euphratem, circa Melitenen. Plinius. Huius auctorem adducit Hermolaus quoque Ptolemæum. & ex eodem PASTICAM Præfecturam. Puto PASSA Stephani.

PASTOS, Thraciæ vrbs; circa fines Macedoniæ. Plinius.

PASVMENA TERRA, ſcribunt Volaterranus & Leander à Strabone vocari eum Tuſciæ tractum quem vulgo Il Caſentino vocant. Sed hoc loco pro γῆ πασυμένα, quod



terra Paſumena ſonat, Traſymenus vertit Xylander in ſuo Latino, & Buonacciolus in ſuo Italico Strabone. Ann. Viterbienſis ſcribit hunc tractum Caſentino hodie dictum, ab Antonino, in ſuo Itinerario, CLVSENTINVM Tranſitum appellari.

PATÆTA πάταιτα, Aethiopiæ vicus: à Nili parte Orientali. Ptolemæus.

PATAGA, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, Plinio. Vide AMORGVS.

PATALA πατάλα, vrbs, in Indi fluminis inſula, PATALENA Ptolemæo. PATTALA duplici TT. ſcribit Arrianus. PATALIS fortè Plinij. PATHALIAM Regionem habet Curtius. POTANA ποτάνα, videtur Diodoro lib 3. PATTALENA πατταλήνη, apud Strabonem dicitur inſula, & PATTALA eius opidum. Petacal hodie, Caſtaldo: Diu vel Babul, Pineto vocatur; Parimioth Theueto. Vide DELTA.

PATALENA, vide PATALA.

PATALIS, vide PATALA, & PATAVITANVS.

PATALVS πάταλος, inſula vicina Cariæ. Stephanus.

PATAMI, Arabici populi, Plinio. In Syria alicubi.

PATARA πάταρα, Ptolemæo; quondam SATAROS Plinio; & ARSINOE Straboni. Lyciæ maritima vrbs eſt. Xanthiorum nauale: teſte Appiano 4. Ciuil. A Sophiano etiam CYSE κύση, & recentiori vocabulo Patera nominatur. PATARIS vocatur ab Heſychio. & ſic quoque montem ibidem nominat. PATAREVM Promõtorium Dionyſio. & PATAREIDIS Arx, Auieno: huius paraphraſti.

PATARES ANGVSTIÆ, vide BOSPORVS Cimmerius.

PATARVE παταρύη, Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs. Ptolemæus.

PATAVIA vocatur vulgo Latino, ea Germaniæ vrbs, ad Danubium ſita, quam incolæ Paſſaw vocant; Gaſp. Bruſchio teſte. BATAVAS libri Notitiar. putat Velſerus. Vide PETOVIO, & BOIODVRVM.

PATAVISSENSIVM vicus à D. Seuero ius coloniæ impetrauit. lib. 50. Digeſtor. Titulo de Cenſibus. Liber M. S. legebat per quintam vocalem in prima.

PATAVITANVS Portus Indiæ, in quo prima tantum parte noctis Helice conſpicitur. Martianus, in ſua Geometria. pro PATALITANVS fortè. nam Patalis Portus eſt apud Plinium 2. cap. 73.

PATAVIVM παταύϊον, eſt Venetæ regionis opidum, apud Ptolemæum, Tacitum & Aelianum. Padua nunc, Academia celebre. Ptolemæi interpretes POETOVIVM legunt. & idem ipſe Ptolemæus lib. 8. pro eadem BÆTOBIVM habet. Apud eundem Ptolemæum eſt quoque Bithyniæ mediterranea vrbs. Eſt qui hodie Polme vocari ſcribit.

PATEIDES, dicuntur Muſæ, à fonte Macedoniæ. Gyraldus ex Feſto, in ſuo Muſarum ſyntagmate. ſed ex corrupto codice, pro PIMPLEIDES.

PATERIA, inſulæ deſertæ nomen eſt Plinio. circa Thraciæ Cherſoneſum, vt videtur.

PATERNIANA πατερνιάνα, Carpitanorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, Ptolemæo. Hanc hodie Paſtrana vocari, ſcribit Villanouanus. Item Io. Mariana. Vide NARBO.

PATERNVM, Cappadociæ Primæ vrbs, in Chalcedonenſi concilio. PATERNENSIS Epiſcopi in Italia, memoria eſt apud Sigonium 2. De Regno Italiæ. A Paternum hoc. Vide CRIMISA.

PATERON, vide PHATERVNESOS.

PATHALIA, vide PATALA.

PATHISSVS, Plinio Daciæ fluuius; quem Cuſpinianus, Lazius & Wernherus eum Hungariæ fluuium interpretantur qui nunc Teiſſa vocatur. PARTHISCVS legitur apud Ammianum. TIBISCVS τίβισκος, Ptolemæo eſt. TIBESIS τίβησις, hoc tractu, apud Herodotum eſt. TISIANVM Iornandis, & TISSVM Cedreni puto. Titia fluuius, qui vulgariter Ciſa appellatur, dicit Matth. Michouienſis, in ſua Sarmatia.

PATHMETICVM παθμητικὸν, Nili oſtium Pomponio, & Ptolemæo. PHATNITICVM eſt Ammiano, & Plinio. φατνικὸν Straboni, φατμικὸν Diodoro.



PATHOS, vide PALTOS.

PATHVRES παθούρες, terra Aegypti, Hieremiæ 44. PHATVRES D. Hieronymo. BATHORES βαθωρες legunt 70. interpret. apud Ezechiel. 29. 30.

PATIGRA, Mediæ vrbs, Marcellino. Accurſius legit PARIGLA.

PATINA, vide TASTINA.

PATINARIA Via, Vrbis Romæ. lib. Notitior. & P. Victor. Vide VIÆ Italiæ.

PATIORVS πατίωρος, Ptolemæo Siciliæ mediterranea vrbs; quæ hodie, Aretio teſte, Palazzolo vocatur.

PATIS, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plinius.

PATISCHORES πατεισχορεῖς, Perſica gens videtur apud Strabonem.

PATISTAMA πατιςαμα, Ptolemæo Indiæ intra Gangem ciuitas.

PATMOS πάτμος, Plinio & Straboni Icarij maris inſula. Nomen antiquum retinet, ſi Nigro creditur. Palmoſa nouo nomine vocat Sophianus.

PATRÆ πάτραι, quæ Pauſania & Stephano teſtibus, antea AROE ἀρόη, dicta fuit. Achaiæ vrbs, quæ COL. A. PATREN. in nummo meo æreo Auguſti. Has Patras Conſtinopolitani ſcriptores, cognominant VETERES. Hodie Patra vocatur, teſte Sophiano: Balubactra Leunclauio. PATRÆ NOVÆ, ſunt apud Gregoram & Nicetam. An aliæ ab his, mihi ignotum. Patras enim habet Laonicus in planicie quæ eſt in radicibus montium Locrenſium circa Thermopylas. & hæ fortè ſunt quas PATRAS Theſſalicas nominat D. Paulinus, in S. Felicis Natali nona.

PATRÆVS πατραιος, pagus ad Boſporum Cimmerium. in Aſia. Strabo 11.

PATRASIS πάτρασις, Ponti Aſiatici vrbs, apud Stephanum. ex Hecatæo.

PATRIAGADÆ πατριαγάδαι, Stephano Perſidis locus eſt.

PATRIAS, Perſiæ vicus: in vita S. Acepſimæ. Simeon Metaphraſtes.

PATRICIA, vide CORDVBA.

PATRICVM, Romani ducatus in Latio opidum. Sigonius, de Regno Italiæ. Maritimus locus circa Numicium fluuium eſt Ligorio.

PATRIDAVA πατρίδαυα, Daciæ vrbs, Ptolemæo. Petersdorff Lazio.

PATRICII Purgatorium locus in Hibernia inſula, qui incolis hodie Ellanu frugadorp vocatur. Guil. Camdenus in ſua Britannia.

PATROCLI πατρόκλου, inſula iuxta Atticam, Pauſaniæ & Stephano. Inter Sunium & Athenas. PROCLI Vallum, Strabo vocat, mendoſè.

PATROVISSA πατρούισσα, Daciæ opidum. Ptolemæo. Braſſoua ab Hungaris, Chronſtat incolis nominari exiſtimat Lazius, in R. P. Romana.

PATTALA, & PATTALENA, vide PATALA.

PATVMOS πάτουμος, Arabiæ vrbs, paulo ſupra Bubaſtin vrbem, apud Stephanum, & Herodotum in Euterpe.

PATYCOS πατυκος, mediterranea Brutiorum vrbs apud Stephanum: Paula, eſt Gab. Barrio.

PATZENICA, in Mantinæa, Peloponneſi regione opidum, Laonico.

PATZINACÆ πατζινακαι, Scythica gens eſt eorum quæ BASILII dicuntur. Incolunt trans Iſtrum planicies à Boryſthene fluuio ad Pannoniam vſque porrectas. PATZINACITAS vocat Suidas. PECENATI malè ſcribitur apud Othonem Friſingenſem. Diuiditur in XIII. tribus. gens eſt magna & populoſa, cui nulla alia Scythica reſiſtere poteſt. ex Cedreno: qui quendam horum tribuum Belemarnin, & alium Pagumanin vocat. In horum Patzinacarum tractu hodie Podolia & Moldauia viſitur. Vide SCYTHÆ, & DACIA.

PAVCA παῦκα, Ptolemæo Corſicæ inſulæ opidum. Pauonia Pineto dicitur.



PAVLIACVS, Villæ nomen, Auſonio ad Theonem. Pauliac adhuc dici hodie, ſcribit Vinetus, Apud Medulos, in Garumnæ ripa.

PAVLINI Prædia, in Foro Iulio, habet Plinius Epiſtolar. 5. epiſtola 19. Hodie Villa di Ruuignas in Columbara vocari, ſcribit Porcacchius in Inſulari opere. ipſe viderit.

PAVLITALIENSEM, Epiſcopum Euangelum, nominat Marcellinus Comes. Circa Illyricum videtur.

PAVLON, Liguriæ fluuius, Pomponio: Palion hodie vocari, ex ſitu & nominis alluſione ſuſpicor. Ad Niciam in mare effunditur.

PAVNA παύνα, Samnitum vrbs, apud Strabonem.

PAVRÆVS, vide CAYCVS.

PAVS πάος, Arcadiæ vicus. Pauſanias.

PAVSICÆ παυσίκαι, Perſici videntur, apud Thaliam Herodoti.

PAVSILYPVM Prom. παυσίλυπον, Campaniæ, habent Plinius, & Columella. quod hodie Poſilipo nominatur. Benedictus Falconius in ſua Neapolitana deſcriptione tradit hunc montem vrbem Neapolim cingere, eumq; nunc hæc noua nomina habere: S. Hermo, Antoniano (vel Antignano potius,) Conochia; & Cabo di monte, quo promontorium ipſum denotatur. PAVSILYPVM Villam habet Dion, 54. Inter Neapolim & Puteolos.

PAVSINVS, Liburniæ fluuius, Plinio. Buzanich mihi videtur.

PAVSTERII παυςήριαι, Achaiæ montes, in quibus Orion obijt. Phauorini Lexicon.

PAVSVLANI, Piceni populi, apud Plinium. PAVSVLENSIS ager, ab opido ſic vocato; eſt in lib. de Limitib. An circa Firmum? Hieron. Rubeus enim in huius agro caſtri Pauſuli meminit.

PAVTALIOTORVM παυταλιωτων, meminit ex nummo Antonini Pij, Adolphus Occo. In Thracia eſt παυταλία, Ptolemæo. Palutze huius territorium vocari, ſcribit Leunclauius. Vide PANTALIA.

PAVVS, ſiluæ nomen in Gallia, à Lemouico vrbe decem fere milliaribus. Vita S. Leonardi.

PAVZETENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

PAX AVGVSTA, vide PAX IVLIA.

PAX IVLIA πὰξ ιουλία, Turditanorum in Luſitania vrbs eſt, apud Ptolemæum. Nũc Badajos dici, Villanouanus & Tarapha ſcribũt. Beja vel Bexa Cluſius interpretatur; ſic quoque Io. Mariana & Vaſæus: qui ait eam adhuc tempore Maurorum Paccam appellatam. Sed de his doctiſsimè diſputat Gaſpar Varrerius, in ſua Corographia, Luſitanica lingua edita: vbi docet Badajos, Strabonis PEZAVGVSTAM πεζαυγυςα eſſe, & à Plinio PAX dici, (vbi lib. 5. cap. 32. meminit PACENSIS Coloniæ, & Pacenſis conuentus.) Eandem olim à Mauris Baxagus dictam: ab antiquo nomine PAX AVGVSTA. PAX IVLIA verò Ptolemæi, & Antonini hodie Beja, & à Mauris Pacca nominari, idem docet. Carolus Cluſius quoque mihi fide dignus auctor eſt, in ipſa Beja etiamnum exſtare multas inſcriptiones quæ Pacis Iuliæ meminere. Alia ergo eſt Pax Plinij & Pezauguſta Strabonis, à Pace Iulia Ptolemæi. Hæc in Beja, illa in Badajos hodie nomen mutauit. Edidit tamen And. Reſendius epiſtolam ad Io. Vaſæum, in qua multis argumentis docet eandem eſſe Pacem Iuliam Ptolemæi ac Plinij, cum Pace Auguſta Strabonis. PAZAVGVSTA per A. in prima, habet codex Græcus M. S. qui in Monaſterio regio Eſcuriali ſeruatur. teſtis mihi oculatus D. Iacobus Delgadus Pacenſis. Vide BADIA & BVDVA.

PAXÆ, Polybio & Plinio inſulæ duæ, inter Leucadiam & Corcyram. Nigro hodie Paxu. PAXOS quoque Plinio alia eſt ſingularis, circa Echinades vſpiam. Huius Dion 50. quoque meminit. Vide ERICVSA.

PAZALÆ παζαλαι, Indiæ gens, circa Gangem alicubi. Arr. de Indicis. PASSALÆ puto Plinij.

PAZVS πάζος, vetus circa Sangarij fluminis fontem, vbi concilium aliquando habitum, ſcribunt Calliſtus, & Socrates, vbi alia lectione PEPVZVS eſt, Baronio 4. Annal.

CAZVS γάζ☉-, legit Sozomenus, malè, vt videtur. Vide SANGA.

PEAMV, vide PANOPOLIS.

PEAPOLIS, vide ARTAVNVM.

PECENATI, vide PATZINACÆ.

PECENTINVM, vel PERCENTINVM, opidum in Pannonia, Antonino. Pekaricium non malè abludere, ſcribit Lazius, 12. R.P.R.

PECHINI πεχῖνοι, Aethiopiæ ſub Ægypto populi. Ptolem.

PECHOS, vide ANANAHEL.

PECINARIVS, vide AVGVSTA.

PECTONES, & PECTONIVM, vide PICTONES, & PICTONIVM.

PECTORA, vide STETHE.

PEDA πέδα, Stephano Auſonica vrbs. Latinorum eſt apud Liuium 2. & 9. PEDO & PEDVM. ſic quoque apud Halicarnaſſeum 8. Horatio 1. Epiſtolarum, PEDANA regio vocatur. PEDANI ſunt Plinio, & Plutarcho in Coriolano. Porphyrion dicit opidum haud procul ab Vrbe fuiſſe, nunc autem non eſſe: regionem autem adhuc Pedanum vocari. Vetus commentator Cruquij ad hunc Horatij locum, dicit regionem PEDANAM fuiſſe inter Tibur & Præneſte. PEDO, & PEDVM ſanè duo videntur apud Liuium 2. vbi hæc, Pedum cepit, poſtremo ad vrbem Pedo ducit. Pedanos Scapſiam vrbem incoluiſſe, apud Feſtum lego.

PEDACHTHON πεδαχθὼν, locus Archiepiſcopalis, in Sanctionibus pontificum Orientalium.

PEDÆVS πεδαῖ☉-, Cypri fluuius, apud Ptolemæum. PEDIÆVS apud interpretes. Eſt & locus circa Troiam, Phauorino.

PEDALIVM, in Ptolemæi exemplaribus Latinis, eſt Cypri promontorium. PEDASIVM nõnulli etiam habent. Mercator Cabo de Griego vocat. Grée legit Stephanus Luſignanus. In Græcis autem codicibus non eſt ſed eius loco AMMOCHOSTVS ἀμμόχωστος legitur. PEDALIVM πηδάλιον, eſt Appiano quoque locus in Aſia Minori, ad Pontum Euxinum, circa Sinopen.

PEDANA, vide PEDA.

PEDASA πήδασα, Cariæ vrbs, Straboni, Stephano, & Nicandro. PEDASIS, hic etiam regio, Straboni. PEDASVS eſt Plinio vrbs. Sed & PEGASA Stephano. Pedaſum vrbem à Cyro rege largitam Pytharco ſuo familiari, ſcribit Athenæus.

PEDASVM, vide CORONE, & METHONE.

PEDASVS, vide ADRAMYTTEOS, & PEDASA.

PEDATRITÆ, Indiæ populi, apud Plinium.

PEDERODIANENSIS Epiſcopus, in Africa. Vict. Vticenſis M. S.

PEDIAS πεδιὰς, Stephano Atticæ municipium. PEDIACORVM meminit Ariſtoteles 5. Politicor. cap. 5. & Plutarchus in Solone.

PEDIADIS πεδιάδος, regio Bactrianæ pars: per quam Oxus amnis fertur. Polybius 10.

PEDICVLI Plinio, & Iuſtino: ποιδίκλι Straboni: πολίκλοι, corruptè Appiano: Italiæ populi, contermini Brundiſio, inter Salentinos & Apulos, Plinio. Vide PEVCETII, & APVLIA PEVCETIA.

PEDIES πεδιεῖς, Stephano, vrbs in Caria.

PEDIEAS πεδιέας, circa Phocidem vrbs. Herodotus 8.

PEDIEVS, vide PEDÆVS.

PEDNA, inſula circa Lesbum. Plinius.

PEDNELISSVS πεδνηλισσ☉-, Piſidiæ in Pamphilia vrbs, Polybio & Ptolemæo. per T. in prima πετνηλισσ☉- ſcribit Strabo. per I. in ſecunda, Stephanus. PLETENESSVS corruptè legunt Ptolemæi interpretes. PINDENISSVS apud Ciceronem eſſe, obſeruauit Simeo Boſius.

PEDNOPVM πέδνοπον, vicus in Libyæ Nomo. Ptolemæus.

PEDO, & PEDONENSIS Ciuitatis, meminit Caſſiodorus 1. Variar. ad Theodoriolum V. S. Vide PEDA.

PEDONIA πεδωνία, Ptolemæo Libyæ nomi vicus. Apud eundem inſulæ nomen eſt, Aegyptiaci pelagi. vide DEDONE.



PEDVM, vide PEDA.

PEDYLI πέδυλοι, Galliæ Narbonenſis populi, Straboni. Sed MEDVLI legendum, ſcribit Caſaubonus.

PEGADÆ πηγάδαι, Oritarum regio videtur, apud Philoſtratum 3. Apollonij. Apud quos æneæ petræ, æneaq́ue terra, & æris fruſta in fluminibus.

PEGÆ πηγαὶ, Achaiæ vrbs, in Megaride, Ptolemæo. PAGÆ Plinio dicitur, & Suidæ. Helleſponti vrbs quoque Nicetæ. Cypri quoque vrbs, in Cyrenia, Stephano. Vide HYLA.

PEGASA, vide PEDASA.

PEGASEVM Stagnum, Plinio, circa Epheſum. Hoc Pegaſum vngulæ ictu aperuiſſe fingitur: vt inquit Feſtus. & inde Pegaſides Muſæ: quæ ob id & Hippocrenæ dicuntur, vt idem addit.

PEGE, vrbs Africæ Interioris, à Corn. Balbo expugnata. Plinius.

PEGELASVS, vide PIGELASVS.

PEGIA, vrbis nomen, in Hiſtoria Miſcella. Circa Propontidem fortè.

PEGVNTIVM πηγύντιον, Ptolemæus habet pro Illyrica vrbe. Plinius vocat PIGVNTIÆ. Almiſſa Dominicus Niger habet.

PEGVSA, vide CNIDVS.

PEICENTES, vide PICENTIA.

PEIRVS, vide PIERVS.

PEISO, Plinio Norici lacus eſt. Hunc eum interpretatur Lazius, quem Germani Neuſidler ſee, (à Sidunis accolis, quorum Ptolemæus meminit, vt ipſe putat) & Hungari Ferten vocant. (Creditq́ue eundem eſſe cum LACV FELICIS Antonini. duo autem diuerſi mihi ſunt.) Eſt in confinibus Hungariæ & Auſtriæ. PELSODIS lacum appellat Iornandes, ſi locus mendo careat. & PELSONEM Aurel. Victor, quem Schottus edidit.

PEIVM πεῖον, Toliſtobogiorum in Galatia caſtellum. Strabo 12.

PELA, vide PEIE.

PELAGE πελάγη, inſula Propontidis. In Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp.

PELAGIA, eſt inſula herbarum abundans, ac Saturno ſacra. ſic Auienus. Circa Hiſpaniam videtur. An eadem cum Scombraria? vide RHODVS.

PELAGIÆ πελαγίαι, Ptolemæo inſulæ ſunt inter Siciliam & Africam, numero quinque. A Strabone videntur TARICHIÆ ταριχεῖαι, vocari, vel PHOENICVM. Conigliari appellat eas Niger. Vide ZENOBII.

PELAGONIA πελαγονία, Macedoniæ regio, Liuio 31. quæ TRIPOLITIS cognominata fuit, auctore Strabone, lib. 7. quòd tribus nempe conſtabat vrbibus. PELAGONES ſunt apud Ptolemæum & Liuium. Pæones, Pelagones dicebantur in Macedonia, vt refert Epitoma Strabonis 7. PELAGONIA quoq́ue vrbis nomen in hac ipſa regione videtur: apud Liuium 45. quod caput Quartæ Macedoniæ facit. Vide TRIPOLITIS. PELAGONIA etiam Siciliæ regio eſt, apud Stephanum. Mendosè autem, vt credit Caſaubonus.

PELAGVS, locus in Arcadia, circa Haleſium montem. Pauſanias.

PELAMYDIVM, ſuburbium Conſtantinopolitanum. Cedrenus.

PELANA, vide PELLANA, & GERENIA.

PELARGI, vide PELASGI, & TYRRHENIA.

PELASGI, gens antiqua, per vniuerſam Græciam quondam diffuſa. de qua vide Herodotum 1. Huius originem, lege apud Strabonem 5. qui eoſdem PELARGOS .i. Ciconias, appellatas tradit: quod tanquam vagabundi, nunc hanc, nunc illam regionem habitauerint. Apud eundem 13. lego eos in Aſia circa Aeolidem commorari. Et circa Idam montem, teſte Herodoto 7. vbi PELASGIDEM horum regionem nominat. Latium aliquando habitaſſe, teſtes ſunt Halicarnaſſeus 1. & Plinius 3. cap. 5. vide OENOTRIA, MACEDONIA, & BOEOTIA.

PELASGIA, Tuſciæ antiquum nomen. vide ATHENÆ, ACHAIA, ARCADIA, ÆOLIS, DELOS, GRÆCIA, LARISSA,



LARISSA, LESBOS, MAGNESIA, ISSA, PELOPONNESVS, THESSALIA, & MACEDONIA.

PELASGICVM ARGOS, vide ÆMONIA.

PELASGICVS Sinus, ſic à Ptolemæo vocatur: à Plinio PAGASICVS, à Pagaſa vrbe adiacente. PAGASITICVS, in Strabonis Epitoma: PAGASÆVS à Mela, & IOLCIACVS ab Ouidio. Ariſtophanis interpres (quod monuit Gerbelius) PAGÆATICVM nominat. Liuio DEMETRIACVS eſt lib. 28. MACEDONICVS eſt apud Oroſium. Golfo de Armiro à Caſtaldo nominatur.

PELASGIOTÆ, vide DANAIDÆ, PERRHÆBI, & THESSALIA.

PELASGIS Regio, vide PELASGI.

PELE πέλη, Theſſalicæ ciuitates duæ, vna quæ Eurypylo, altera quæ Achilli parebat. Stephanus. Inſula quoque obiacens Clazomenijs: Thucydidi & Plinio. Meminit huius quoque Ariſtides.

PELECANIA πελεκανία, Græciæ locus, inter Cephiſſum & Melanam fluuios, vbi plurima arundo. Theophraſtus. In Bœotia eſt. Vide CHYTRI.

PELECANTEM πελεκάντα, montem, habet Polyb. 5. In Aſia Minori, circa Æoliam.

PELECES πέλεκες, pars tribus Leontidis, apud Stephanum in verbo ευπυρίδαι. PELEX Phauorino eſt.

PELECVS πέλεκκος, Libyæ vrbs, Stephano.

PELENARIA, opidum Aethiopiæ ſub Ægypto, Plinio. PLANARIA legebat M.S. codex.

PELENDONES πελένδονες, Hiſpaniæ populi, Ptolemæo & Plinio. Medina Celi, Pineto eſt. Floriano ſunt vbi hodie Renilla del Campo, S. Pedro d'Arlança, Salas, &c.

PELESIORVM πελησιῶν, meminit Goltzius, ex nummo.

PELESTINI, Vmbrorum populi, apud Plinium. Tres mei codices hoc loco Pæſtini & Peſtini habent falsò. PALÆSTINI ſunt apud alios æquè mendosè. Hos Peleſtinos locat Robertus Titius inter Iguuium, Spoletum & Fulginium: eo tractu qui hodie Plesteia nominatur. vbi Piobigo opidum. Vide INTERAMNA.

PELESTOTHRE, vide SALAMIS.

PELETHRONIVM πελεθρόνιον, Theſſaliæ mons circa Pelium, apud Lucanum, Nicandrum, & Stephanum. Vrbs quoque, apud Strabonem, & Seruium.

PELEX, vide PELECES.

PELIA, Tuſciæ amnis, Catoni in Originibus. Paglia hodie, Leandro, ex Annio Viterbienſi.

PELIACÆ Rupes, vide PELION.

PELIALA πηλιάλα, Meſopotamiæ vrbs. Ptolemæus.

PELIAS πελιας, Zonaræ inſula eſt, circa Drepanum Siciliæ. COLVMBARIA vertit Wolſius.

PELIGNI πελιγνοι, Italiæ populi, apud Plinium, Ptolemæum, Strabonem, &c. πηλιγοι, malè vocantur apud Memnonem. Ex Illyrico ortos, tradit Feſtus. Vulgo nunc Valua vocari, vt tradit Cioſanus in Sulmonis vrbis deſcriptione. vel Valuenſes, vt placet Leandro.

PELINÆVS, vide PELLENÆVM.

PELINNA, vide PELLENE.

PELION πήλιον, Theſſaliæ mõs Ptolemæo, Ouid. 5. Faſtor. & alijs; propè Magneſiam, vt Ioannes Tzetza tradit, Chiliade 6. numero 95. Idem nunc Petras πέτρας, nuncupari ait. PELIACAS Rupes, nominat Apollonius Argonautic. 1. CHIRONIDES χειρωνίδες ἄκραι, vocantur à Chirone inhabitatore, vt Callimachi Scholiaſtes teſtatur, de quo quoque Orpheus in Argonauticis. PELIVM Nemus, habet Quintilian. 5. cap. 10. Eſt etiam Theſſaliæ vrbs, Homero Ιλιαδ. Ϛ. & Euſtathio. Illyridis opidum quoque, Stephano. Eſt & Daſſaritiorum vrbs, in Macedonia, Liuio 31. fortè Pellium geminato LL, apud Arrianum in Alexandro, ad Erigonem fluuium. & eandem cum Stephani puto. vt qui Illyricum huсuſq́ue extendat.

PELIS, vide BVZIGIVM.

PELISTHIM, vide PALÆSTINA.

PELIVM, vide PELION.

PELIVS mõs, in Tuſcia. Cato qui circumfertur, in Originib.



PELLA πέλλα, antea BVNOMOS βούνομος & βουνόμεια, dicta: vt Stephanus tradit; Macedoniæ vrbs, cuius ſitum pulchrè deſcribit Liuius, lib. 44. Coloniam vocat Plinius. COL. IVL. AVG. PELLA eſt in Gordiani nummo apud Ioan. Viuianum. Philippi & Alex. Magni regum natalibus celebris. Ieniza Sophiano; Zuchria Nigro hodie dici, video. PELLA Cœleſyriæ opidũ, Ptolemæo, Polybio, Ioſepho, & Egeſippo: Decapolitanæ regionis, Plinio. quod & BVTIS βοῦτις vocabatur. vt refert Stephanus. Idem habet PELLAM in Theſſalia: & in Achaia: vrbes. & montem ſic dictum, in Aethiopia. Vide APAMEA, & BERENICE.

PELLACONTA, fluuius circa Meſopotamiam. Plinius. PALLACOPA Arriano: & PALLACOTTA Appiano eſt. Vide BAARSARES.

PELLÆVS pagus, circa Characem, ad Tigridis oſtia, Plinio.

PELLANIVS, vide PELLANA.

PELLANA πελλάνα, Laconicæ vrbs, Pauſaniæ. (qui ibidem Pellanium fontem habet) Hanc Polybius 4. πελλήνην vocat, & TRIPOLIM cognominat. vno L. Straboni eſt. Eadem PALLENA παλλήνη eſt apud Diodorum 15. Plinio eſt Arcadiæ vrbs.

PELLAON vrbs perijt: in Italia Tranſpadana. Plinius.

PELLENA, Argiæ vrbs eſt. Heſychio. Fluuij nomen eſt, ad Viuarienſe monaſterium, Caſſiodoro de Diuinis lectionibus. cap. 29. Vide PELLANA, & VIVARIENSE.

PELLENÆVM πελληναῖον, Chij inſulæ mons: Stephano, Plinio, Dionyſio; & in eum Euſtathio, qui πελιναῖον legit. PELINÆVS πελιναῖ☉- habet Strabo, ſic quoque Aelianus, ſed geminato NN. Eſt & opidum Pelaſgiotarum, (vt hic tractus apud Ptolemæum vocatur) Liuio 36. Eſt etiam in Caria mons: Stephano in χί☉-. Vide PALINÆVM, & CELSIONIVS.

PELLENE πελλήνη, Ptolemæo & Plinio, Achaiæ Propria vrbs. PELLINA πελλίνα, etiam legitur apud Stephanum. πελήνη, ſimplici L ſcribit Gemiſtus, cui quoq́ue CERCOBA κέρκοβα, dicitur. Zaracha hodie vocari, refert M. Niger. Idem videtur, eam ab incolis Diacopton appellari, ſubiungere. Alia eſt PELINNA πέλλινα, Stephano in Theſſalia, Phthiotidis regionis. hæc Liuio PELLINA. Eſt quoque PELLENE pagus, inter Pellenen & Aegas, Straboni. vide PELLENII.

PELLENENSIS epiſcopi, in Euphratiſia regione, meminit concilium Carthaginenſe 1.

PELLENII πελλήνιοι, Auſones. ſunt apud Lycophronem. Sic dicti, quod ex Pellena Achaiæ in Italiam habitatum venere. vt videtur ex huius Scholiaſte Iſacio. Vide PALINII.

PELLIDI, Sardiniæ populi ſunt apud Liuium 23.

PELLINA, vide PELLENE.

PELLIPARIORVM vicus, Iudææ: circa Hieroſolymam videtur; apud Guil. Tyrium 14.

PELLIVM, vide PELIVM.

PELLORIA, vide AZOTVS.

PELODES πηλώδης, i. cœnoſus. Epiri portus, Straboni, & Ptolemæo. Eidem Sinus Suſianæ, in Sinu Perſico. Vide PALODIS.

PELON, locus epiſcopalis, ſub Scythopoli. Guil. Tyrius.

PELONTIVM πηλόντιον, Lungonum in Hiſpania Tarraconenſi opidum. Ptolemæus.

PELOPE πελόπη, Lydiæ vicus, iuxta Phrygiam: Stephano. Etiam fluminis nomen, Philoſtrato Iconum 1. in Pelops, & Hippodamia.

PELOPIA, vide PELOPONNESVS, & THYATIRA.

PELOPIS πέλοπος, Peloponneſi inſulas nouem, habet Pauſanias, ante Methanam vrbem: in Argia.

PELOPONNESVS πελοπόννησος, Ptolemæo, Straboni, Steph. Procopio, ceteriſq́ue: Græciæ peninſula eſt, quæ hodie Morea appellatur. Olim Apollodoro & Plinio teſtibus APIA ἀπία, & PELASGIA πελασγία, vocata fuit. ARGOS ἄργος, & poſtea ARGOS ACHAICVM nuncupatũ, tradit Strabo. & ACHAIAM Oroſius 1. cap. 2. item Apuleius 6. Aſini. vbi Lacedæmona nobilem Achaiæ ciuitatem vocat. & 10.

eiuſdem Corinthum eius caput nominat. PELOPIA πε-λοπία, etiam Euſtathio: & INACHIA ἰναχία, Stephano. ÆGIALIA vocatur quoque in Euſebij Chronico.

PELORIAS, vide PELORVS.

PELORIS πέλωεις, inſula, Phauorini Lexicon.

PELORVM πέλωρον, fluuius Iberiæ, in Aſia, Dion 31. Vide DIZERVS.

PELORVS πέλωρ☉, Ptolemæo Siciliæ promontorium. Cabo de la torre del Faro nunc, Caſtaldo teſte. Della Martella Laurentio Ananienſi. ORAM PELORITANAM habet ibidem Solinus. quam & PELORIAM πελωειας, vocat Suidas.

PELSO, vide PEISO.

PELTÆ πέλται, Phrygiæ Maioris vrbs: Ptolemæo, Straboni, Stephano, & Xenophonti 1. exped. Cyri. Felti hodie nominatur, vt vult Leunclauius.

PELTENI πελτηνοι, Lycaoniæ, aut regionis finitimæ populi: apud Plinium, & Ptolemæum. ſed SPELTINI corruptè legunt huius interpretes.

PELTINVS πελτηνὸς, circa Lydiam campus, in Aſia Minori: quem Strabo in calce lib. 13. ſcribit ſuo tempore PHRYGIÆ Campum vocatum.

PELTVINATES, Plinius Veſtinorum populos, in Italia habet. PELTVINI legit lapis inſcriptus, in Auctario Lipſij, ad Smetij volumen.

PELVA, Illyrici vrbs: Antonino. circa Salonas.

PELVS πηλε̃ς, inſula iuxta Chium. Stephanus. Mons Tuſciæ eſt apud Catonẽ. Pelia puto hodie vocari. inter Tiberim Glaniumq; flumina, & Traſumenũ lacum. Siciliæ torrens: Stobæo 1. Phiſicor. De ſtatu animar. poſt mortẽ.

PELVSIVM πελύσιον, Ptolemæo Aegypti vrbs, ad Nili fluminis oſtium, quod ab ea Peluſiacum dicitur, ſita. Hanc olim quoque ÆLIOPOLIM, ab Aelio principe, qui eam triplici muro cinxerat, dictam ſcribit Sabellicus. Platina in vita Honorij III. tradit ſic appellatam ab Aelio Pertinace. Sed illum Heluij, non Aelij; prænomen habuiſſe, numiſmata antiqua docent, eoq; HELVIOPOLIS, & [illegible] 'eliopolis diceretur. LIBNA, & SIN, in Sacris litteris eſt, Aria Montano teſte. Olim CAPHTOR vocatam, ſcribit Beniamin. Huius mentio fit cap. 9. Amos prophetæ. Clauem Ægypti cognominat Suidas. & eius incolas Peluſiotas, etiam CASIOS κάσιοι, [illegible] inari addit, à Caſio monte nimirũ, illi vicino. Belbais hodie nuncupatur, teſte Guil. Tyrio, Iacobo Vitriaco, & Nigro; Bilbin Aug. Curioni; Damiata Caſtaldo, & Zieglero. Niſi tabulæ fallunt, Peluſium hodie Teneſſe dicitur. Petrus Gyllius ait Damiata non eſſe Peluſium antiquorum; ſed TAMIATIN ταμίατις, Stephani. Huius meminit etiam Nicetas. Guilandinus putat hanc Tamiatin TANIS τανὶς apud Strabonem dici, quæ ad oſtium Taniticum ab eo deſcribitur; vbi hodie quoque Damiata conſpicitur, vt tabulæ editæ docent; nec non quædam Aegypti tabula manu leuiter delineata, quæ apud me eſt; quam in ipſa Aegypto deſcriptam credo. ταϐιάδης, in concilio Epheſino eſt. quod annotauit Sylburgius. PELVSIACVM oſtium, à Guil. Tyrio Carabes nominatur. PELVSIVM etiam Theſſaliæ portus: apud Stephanum. PELVSIVM Montem, habet in Aegypto, Metaphraſtes, in S. Epimachi vita. Pro Caſio fortaſſe. Vide SIN.

PEME, vel (vt alius codex) PENE, Aegypti vrbs, Antonino. PEMPTE ex Stephano legit Hieronymus Surita. Diſtat à Memphi XX. M. P. An PEAMVM libri Notit. ſit, ignoro. Vide PTOLEMAIS.

PEMMA, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio.

PEMOLISSA, & PEMOLITIS, vide PIMOLISENA.

PEMPTE πέμπτη, Stephano vrbs in Aegypto.

PENARENSEM vrbẽ Syriæ, habet Surius, in vita S. Ioannis Syri. Corruptè forſan, pro Pinarenſem: à Pinara.

PENCALA, vide PEVCELLA.

PENE, vide PEME.

PENEIVS πένει☉, Ptolemæo & Apollodoro 2. Elidis Peloponneſi regionis fluuius, qui à Theueto, & Mario Nigro Igliaco dicitur. πηνει☉, eſt quoque Siciliæ fluuius, ſi



creditur Scholiaſti in primum Idyllium Theocriti. Apud Strabonem 13. videtur quoque Aſiæ Propriæ fluuius, Pelaſgorum nempe, qui hoc tractu habitarere.

PENESTÆ πενεςαι, Theſſalica gens, Stephano, & Athenæo 6. qui dicit apud hos ſic ſeruos bello captos, vocari: quos quoque MENESTAS vocant. PENESTIA Regio, circa Illyricum Liuio 43.

PENEVS πηνι☉, Macedoniæ fluuius Ptolemæo: ARAXIS nomen etiam habuiſſe, ſcribit Strabo, lib. 11. & Stephanus, qui eum Theſſaliæ adſcribit. vt quoque Plinius. ex Pindo monte fluere ſcribit Ouidius. Tzetza Chiliade 9 numero 280. tradit Peneum πηνειὸς, Onochonum ὀνόχο☉, Sperchenum σπερχειὸς, & Salambriam σαλαμϐρία, à Barbaris idiotis pro vno flumine haberi. Idem ferè Herodotus lib. 7. vbi ſcribit Apidanum, Onochonum, Enipeum, & Pamiſum, omnes in Peneum defluere, eundemq; retento ſuo nomine, in mare euadere, & omnes cæteros innominatos relinquere. Peneum, Euſtathius dicit ſuo tempore SALABRIAS σαλαϐρίας, nominari. Sophianus etiam hodie Salampria vocari ait, ſed eundem quoque LYCOSTOME λυκοςόμα, appellat. Omnia Theſſaliæ flumina in hunc vnum confluere, tradit Theon Sophiſta. Hunc fluuium à pulchritudine celebrat Tyrius Maximus, Oratione 38. Pezin eum dici hodie tradit Theuetus. Inter Sybillina oracula STYGIVS appellatur, hoc verſu: vt Caſtalio vertit, Mixtus Peneo, Stygium quem nomine dicunt. Vide SPIOS.

PENIEL, vide PHANVEL.

PENINÆ, vide POENINÆ.

PENINSVLA vocatur apud Plinium 4. cap. 18. ea Galliæ Lugdunẽſis pars, quæ maximè verſus Oceanum excurrit. vbi hodie Baſſe Bretagine. Vide CHERSONESVS.

PENIVS fluuius, deſcribitur ab Ouidio, in Pontum Euxinum ſe exonerans. de Ponto 4. Elegia 10. Vide PITYVS.

PENNE, locus eſt Antonino inter Auguſtam Prætoriam, & Auguſtam Rauracorum; Simlerus Neuwenſtadt vocat, ad Lacum Lemanum; Villeneufe appellant Galli.

PENNENSES, vide PINNA, & VALVENSES.

PENNINVS mons, inter Alpes, qua putan transgreſſum Annibalem: circa Lebuos Gallos. Liuius 21. Pyntzgew ditionis Saliſburgenſis interpretatur Lazius. at S. Bernardi Simlerus. Vide POENINÆ, & CREMONIS Iugũ.

PENNOCRVCIVM, Angliæ opidum Antonino; quod, vt Talbotus conijcit, fortaſſe eſt Pencriche, vbi equorum celeberrimus mercatus. Camdenus pro certo habet.

PENSATEMIDOS, & PEVSARCEMIDOS, (variat enim lectio) Ægypti vrbs: apud Antoninum. POISARTEMIS eſt in lib. Notit. & POSARIERTENDOS in eodem manuſcripto. ΠΕΟΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, i. Antrum Dianæ, arbitratur legendum Surita, ad hunc locum.

PENTACHIRA, Aſiæ locus, circa Meandrum fluuium, Nicetas.

PENTACOMIA, Epiſcopalis locus, ſub Rubba Moabitarum. Guil. Tyrius.

PENTACONTORICON, vide APSASIVM.

PENTADACTYLVS πενταδάκτυλ☉, in Aegypto mõs, ad ſinum Arabicum: Ptolemæo & Plinio. Mons in Cypro: Metaphraſti in S. Spiridionis vita. Vide TAVGETHON, & MONODACTYLVS.

PENTADEMITÆ πενταδημῖται, Phrygiæ Maioris gens. Ptolemæus.

PENTAGRAMMA πενταγράμμα, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs.

PENTAPOLIS πεντάπολις, quæ ante HEXAPOLIS ἑξάπολις, vocabatur, auctore Herodoto in Clio, in Aſia Minori eſt, circa Doridem. Eſt Phrygiæ Pacatianæ tractus, ſic dictus in ſynodo Conſtantinopolitana, de quo vide ESTORIVM. PENTAPOLIS etiam regio Aegypti, in qua Ticelia vrbs. in concilio Chalcedonenſi. Indiæ extra Gangem vrbs eſt quoque, apud Ptolemæum. Eſt & Cyrenæ regionis pars, in Africa, Ptolemæo. Hæc à Suida THEBAIS LIBYCA vocatur. in voce Syneſius.



Syneſius. Ipſe Syneſius in Conſtitutione altera hanc GRÆCANICAM AFRICAM nominat. Vide ARMENIA, CYRENE, PICENVM, ASPHALTIS, FLAMINIA, & QVINQVEGENTIANI.

PENTASCINVM, Aegypti locus eſt Antonino, inter Peluſium & Caſium montem. Pẽtaſchœnum fortè legendum. Huius etiam meminit Stephanus, in μαγδωλ☉, & ταχομψ☉.

PENTAVFIDVS, locus Italiæ: apud Antoninum. inter Brundiſium & Equum Tuticum. PONTE AVFIDI (melius, ni fallor) alio in loco legunt exemplaria.

PENTE, Angliæ fluuius: Beda. In cuius ripa Ithacester villa.

PENTELE πεντέλη, pars tribus Antiochidis in Attica. Lucianus, Stephanus, & Plutarchus in Poplicola. PENTELENSEM montem, videtur habere Vitruuius, circa Hymettum; lib. 2. cap. 8. πεντέλικον eſt apud Pauſaniam, & Strabonem.

PENTELEVM πεντέλεον, vrbs in Peloponneſo. Plutarchus in Aurato, & Cleomene.

PENTELIA πεντελεια, Arcadiæ mons, Heſychio. vnde Ladon fluuius oritur. An idem cum πεντελόφος Athenæi?

PENTELICVM, vide PENTILE.

PENTELOPHVS, vide PENTELIA, & QVINQVE Colles.

PENTENISSVS, vide PETENISOS.

PENTHIADÆ πενθιάδαι, populi: Stephano, in δυρεπαῖοι. Vide PANTELÆI.

PENTHILE πενθίλη, Lesbi opidum: Stephano per o. in penultima habet alius codex.

PENTINVS, Hic prope Pentinum radices Apennini nidificat. Sic Nemeſianus, vt habet Geſnerus de Tetrace aue.

PENTRI, Italiæ populi, in Samnitibus: Liuio 9. Bouianum ibi opidum Samnitium, Pentrorum caput vocat.

PEOMISTA, vide BROCHOTVS.

PEPARETHVS πεπάρηθος, Macedoniæ inſula, in Mari Aegæo, Ptolemæo, Straboni, Thucydidi, & Ouidio. quondam fuit EVONVS dicta, vt Plinius tradit. Nũc Lemene vocatur, vt Niger ſcribit: Saraquino, vt Caſtaldus: vel Opula, vt quidam. Peparethum vrbem non ignobilem, vocat Liuius 31. „ Attica pendens Peparethus ora. Sic Seneca in Troas. Alia videtur ab illa.

PEPERE, vel THERMERA.

PEPERINA πεπερίνη Ptolemæo Indiæ intra Gangem inſula. Qualpenca Caſtaldo vocatur.

PEPHNON πέφνον, Laconica vrbs: Stephano. Iuxta hanc, paruam habet inſulam eiuſdem πέφν☉ nominis, Pauſanias.

PEPVZA πέπεζα, Phrygiæ vrbs: apud Calliſtum, vnde Pepuziani hæretici. quondam ciuitas, nunc locus deſertus. Damaſcenus & Epiphanius. Iidem ſcribunt eam in medio Galatiæ, Phrygiæ & Cappadociæ ſitam. HIERVSALEM vocatam ab illis hæreticis, ſcribit Harmenupolis. Sed & aliam quoque Pepuzam eſſe, ijdem addunt. Vide PAZVS.

PEPYLYCHNVS πεπυλύχν☉, Ptolemæo fluuius eſt, quo Macedoniam ab Auſtrali parte terminari ſcribit: ELIDVNVM quædam editio vetuſtior legit. hunc eundem poſtea in locorum enumeratione, videtur idem CELYDNVM κέλυδνον, vocare. Caſtaldus habet hoc loco in ſua recentioris Græciæ tabula, amnem Salnich appellatũ.

PERA πήρα, Piſidiæ vrbs, Stephano.

PERÆA περαία, regio continentis aduerſus Rhodum inſulam: Polybio 17. & Liuio 32. 33. 37. item Polyæno 4. Etiam Mitylenæorum coloniam, circa Adramyttium alicubi, (vt videtur) habet idem lib. 37. Videtur quoque regiuncula ad Tigrim fluuium: auctore Stephano. vbi Niſibin ſitam ſcribit. Eidem eſt Syriæ opidum. Item tractus Corinthiacæ regionis. Eſt & in Thracia, circa Byzantium locus. qui quoque PICRIDII dicitur. auctor Nicetas. Vide TRACHONITIS.

PERÆTHEI περαιθεοι. Arcadiæ populi. apud Pauſaniam.

PERALANCIA, vide PALANTIA.

PERANTADES, vide SARMATIA.



PERANTIA περαντία, Aetoliæ vrbs: apud Pauſaniam.

PERASIA, vide PIRASIA, & CASTABALA.

PERASINVM, vide PARASINVM.

PERATH, vide EVPHRATES.

PERATICI περατικοι, hæretici, ſic à loco dicti; ſunt apud Clem. Alexandrinum 7. Stromatum.

PERCA, vide THRACIA.

PERCEIANA, Hiſpaniæ vrbs, circa Emeritã. Antoninus.

PERCENTINVM, vide PECENTINVM.

PERCIS, vide BÆTIS.

PERCOTE περκώτη, & PALÆPERCOTE, Troadis littoralis vrbs. teſtibus Homero, Plinio, Xenophonte, & Stephano. PERCOPE legit Athenæus. & dicit (cum Plutarcho) hanc à rege Perſarum Themiſtocli in veſtes & ſtragula datam. Ad Aeſapum fluuium videtur, ex Orphei Argonauticis. Huius Percotæ meminit quoque Strabo, & Apollonius.

PERCRIS, caſtellum Babyloniæ proximum. Cedrenus.

PERCVS, vide PERGVS, & PERTVSA.

PERCVSA, vide BERGVSIA.

PERDICES locum, habet Antoninus, in Mauritania Cæſarienſi. Eundẽ Victor Vticenſ. Cui inde gentile Perdicenſis.

PERDICIA περδίκια, regio & portus Lyciæ. Stephanus. ex Athenæi 1. fortè.

PERDITA Inſula, Oceani; ad quam Brandanus venit. ſed poſtea quæſita, non eſt reperta. vt refert Honorius in Imagine mundi. (De ANTILIA inſula quadam idem refert Pet. Medina, quam extra Maderam inſulam deſcribit, ex alterius relatu.) Porcacchius dicit Iſlandiam eſſe. Hoc eſt hircum mulgenti cribrum ſupponere, vt vulgo dicitur. quam Honorius PERDITAM vocat. IMA vocatur in Speculo Hiſtoriali Beluacenſis. Inter veras Narrationes Luciani referenda.

PEREIA πηρεία, Theſſaliæ regio: apud Stephanum.

PERELEVM, locus trans mare Rubrum. Io. Moſco, in Prato ſuo ſpirituali.

PERELIVS, vide PRECIVS.

PERENDANESIORVM Coloniam Daciæ, citat ex Ptolemæo, Onuphrius. Prendaueſios populos apud illum noui, hanc coloniam non item. Vide PRENDAVESIJ.

PERESIA, vide PIRASIA.

PERETA inſula, duodecim millibus à Rauenna. S. Romualdi vita. PEREVM hanc vocat Sigonius.

PERGA πέργη, mons Tyrrheniæ in Gortynæo, eſt Lycophroni. Apud Ptolemæum, Strabonem, & Plinium eſt Pamphiliæ mediterranea vrbs. Pirgi hodie vocari, teſtatur N. Sophianus. Vide FREGENÆ, & SYLÆVS.

PERGAMIA περγαμία, Cretæ locus, vbi Lycurgi ſepulcrum oſtenditur; vt tradit Plutarchus. PERGAMEA Virg. 3. Aeneid. vide PERGAMVM.

PERGAMIS, vide MALEDIS.

PERGAMVM πέργαμον, Thraciæ vrbs mediterranea: Ptolemæo. Pierum eſt Herodoto 7. & PERGAMVM Murũ vocat. Cretæ vrbs eſt, Plinio. hæc PERGAMIA fortè Plutarchi. PERGAMVM Lydiæ quoque vrbs: Xenophonti 7. Cyriacor. & Ariſtoteli in Admirandis. Vide GARGARA, BERGOMVM, & PIERICVS Sinus.

PERGAMVS πέργαμος, Phrygiæ Maioris vrbs mediterranea, Ptolemæo. & Ioſepho 2. belli Iud cap. 16. PERGAMIA eſt Plutarcho in Lycurgo. Olim TEVTHRANIA τευθρανία dicta fuit, vt refert Pauſanias. Per θ quoque ſcribitur θευθρανία. Pergamo hactenus vocari, tradit Sophianus. Bargamo inquit Leunclauius. Galeni Medicorum principis patria eſt, qui eam Myſiæ Helleſponti adſcribit, vt quoque Aelianus, 14. Animal. Ad Caicum fluuium collocat Pauſanias 5. Hic Chartæ vſus primùm inuentus. Vide CARIA.

PERGANTIVM περγάντιον, Liguſtica vrbs. Stephanus.

PERGAZA περγασὴ, tribus Erechtheidis pars: apud Stephanum. Niciam hinc oriundum, ſcribit Aelianus.

PERGÆ, vide PERGA.

PERGVS, Lacus Siciliæ, in finibus Ennæ ciuitatis, vbi Plu-

tonem Proſerpinam rapuiſſe fabulantur, Hic circumſeptus nemoribus deſcribitur à Claudiano. PERGVSA Ouidio 5. Metamorph. PERCVS per C. habet Firmicus. Hunc locum, quia ad Ennenſium nemus in medio inſulæ eſt, VMBILICVM SICILIÆ nominari, Cicero in Verrem teſtatur. Laurentius Ananienſis ſcribit hodie Lago de Goridan vocari.

PERIA, vide PEREIA.

PERIADA περιαδα, vrbs in Euboëa inſula: Straboni.

PERIBOLVS, Rhodiorum vicus iuxta Byzantium: Rodacinion hodie dictus. Pet. Gyllius in ſuo Boſphoro.

PERICONNESVS locus, Laonico 5, circa Byzantium videtur.

PERICTIONES περικτιόνες, populi Dolopum: Orpheo in Argonauticis. Hic Cyzicus heros præerat.

PERIDMETVM, Thraciæ opidum Laonico eſt.

PERIERBIDI περιερβειδοι, Sarmatiæ Aſiaticæ gens: apud Ptolemæum.

" PERIMELE inſula Ouidius, 8. Metamorph. Inſula grata
" mihi, Perimelen nauita dicit. Ex quinque Echinadibus, vna eſt.

PERIMVDA, vide PERIMVLA.

PERIMVLA περίμουλα, Aureæ Cherſoneſi vrbs, Ptolemæo. Iac. Caſtaldus Patane vocat. περίμυδα, per D. habet Aelianus lib. 15. Animalium. ſic quoque Tzetza. ſed inſulam facit, vbi oſtrea naſcuntur. margaritas ibi piſcari, ſcribit Aelianus. Plinius habet Perimulam Indiæ promontorium, circa Indi oſtia, verſus Orientem, vbi margaritas piſcari etiam addit. PERIMVLVS Sinus eſt Ptolemæo quoque iuxta Auream Cherſoneſum.

PERINCARI περίνκαρι, Candionorum vrbs, Ptolemæo, Indiæ intra Gangem. Pelagonga dicitur Caſtaldo.

PERINE. vide PARPARON.

PERINEVS, vide ERINEVS.

PERINTHVS πέρινθος, quæ & HERACLEA, Thraciæ vrbs ad Propontidem, Ptolemæus, Marcellinus & Zoſimus. Hæc antea etiam MYGDONIA dicta fuit, ab Hercule; vt Tzetza tradit, Chiliade 3. num. 100. PERINTHERAS Antonino eſt. PARALIA quoque vocata fuit, vt ſcribit Procopius de Aedificiis Iuſtiniani, interprete Arnoldo Veſalienſe. hoc addo, quia Craneueldius, qui idem opuſculum Latinum fecit παραλία, non tanquam proprium intellexit, ſed appellatiuè (vt Grammatici loquuntur) maritima, vertit. Pera hodie dicitur Volaterrano; Rodoſtò, Bellonio; Pantiro, Caſtaldo; Heraclia, Procopio, Sophiano & Nigro. His poſtremis meum addo calculum. Arachlea legit autem Leunclauius.

PERIPHOSIVS περιφώσιος, Libyæ Interioris portus: apud Ptolemæum.

PERIPOLIVM περιπόλιον, Thucydidi lib. 3. opidum Locrorum Epizephyriorum, in Italia, ad Halecem eſt. hodie Amigdalia nominari ſcribit Gab. Barrius. & Mendolia vulgo.

PERIPPII περιππιοι, Turris, locus in Peloponneſo: Polybio 5. Circa Achaiam.

PERIRRHEVSA, Plinio eſt inſula circa Ioniam.

PERIRRVM, vide ORYXVM.

PERISADYES περισάδυες, Illyrici populi, circa Damaſtium. Strabo 7.

PERISIA, vide PERVSIA.

PERISTERE περιστερή, Stephano vrbs in Phœnicia.

PERISTERIDES, inſula ante Smyrnam. Plinius.

PERITA περίτα, nomẽ vrbis in India, ab Alex. Mag. condita, & à cane ſic dicto, nominata. Plutarchus in huius vita.

PERITHEORIVM περιθεώριον, locus epiſcopalis, ſub ſede Conſtantinopolitana. Curopalates.

PERITHOEDÆ περιθοΐδαι, municipium Oeneidis tribus: Stephano, & Heſychio. Hyperboli cuiuſdam hinc oriundi, meminit Plutarchi Alcibiades.

PERIZÆI, vide PHEREZÆI.

PERMESSVS πέρμησσος, Bœotiæ videtur fluuius, ex Helicone promanans: auctoribus Pauſania, Strabone, Virgilio, Vibio, & Papinio. TERMESSVS per T. eſt in



Orphei Theogonia. PARMISSVS male legitur apud Martianum Capellam, in Aſtronomia.

PERMETANIA regio, Aſiæ Minoris fortè. in vita S. Theodori archimandritæ.

PERMI, populi Sarmatiæ Albæ, (ſic vocat eam quæ verſus Septentrionem eſt) Laonico, & tabulis recentioribus Geographicis.

PERNE πέρνη, Thraciæ vrbs: contra Thaſum: Stephano. Apud Plinium inſula Aſiatica quondam, ſed poſteà Mileto adiecta.

PERNICIACVM, Antonino; PERTICIACVM etiam habet Simlerus. PERVIACVM legit Diueus, qui interpretatur Perweis Brabantiæ locum. PERNACVM fortè in tabula Peutingeriana.

PERNICVM περνικον. Thraciæ aut Bulgariæ opidum videtur, apud Cedrenum & Zonaram.

PERNITZA, vide BVRA.

PEROE περόη, fons in Bœotia eſt, Pauſaniæ.

PERONTICVM περοντικόν, Ptolemæo Thraciæ vrbs, Mercatori Verdiſo eſt.

PERORSI, Mauritaniæ Tingitanæ ad Oceanum populi, Plinio. Verſus Libyam Interiorem. vbi quoque περορσοι, à Ptolemæo deſcribuntur.

PEROSSVS, vide PIROSSVS.

PERPERENA, vide PARPARON.

PERRHÆBI περραιβοι, Macedoniæ populi, Ad Peneum fluuium, & Olympum montem. apud Liuium & Strabonem. à Ptolemæo ſub nomine PELASGIOTARVM deſcribuntur. Idem Strabo dicit Pelaſgiotas & Lapithas quia promiſcuè habitabant, à Simonide Pelaſgiotas nuncupatos. PERRHÆBI ſunt etiam in Epiro, Iſacio ad Lycophronem: & Aetoliæ populi, apud Plinium. PERRHEBVS, Theſſaliæ vrbs: Stephano. PERRHÆBIA Liuij hæc, lib. 42. vbi & aliam ab hac Perrhabiam agnoſcit. PERRHÆBICVM Montem, & vicum, hic habet quoque Strabo.

PERRHÆBIA, vide PERRHÆBI.

PERRHÆSIVM περραίσιον, inter duodecim præcipuas vrbes Tuſciæ numeratur à Stephano. An Peruſia?

PERRANTHES, tumulus, Ambraciæ vrbi imminens. Liuius 38.

PERRE, locus XXIIII. M. P. à Samoſata diſtans, verſus Taurum montem: Antonino. PERRI Guil. Tyrio, epiſcopatus ſub Hierapolitana ſede.

PERRHECCHO περρεκχω, Galilææ opidum. Ioſepho ſub finem lib. 2. belli Iudaici.

PERRHENORVM epiſcopi, Anaſtaſij, mentio ſit Decretor. 2. Cauſa 3.

PERRHIDÆ περρίδαι, pars tribus Antiochidis: Stephano. In Attica, Phauorino.

PERSA πέρσα, vrbs iuxta Samoſatam & Euphratem: Stephano. Porſica videtur Ptolemæi.

PERSACRA περσάκρα, Ptolemæo Indiæ intra Gangẽ vrbs.

PERSÆ, vide PHARVSII.

PERSAGADVM vrbẽ, à Cyro conditam; habet Curtius 5.

PERSARMENII, Aſiæ populi ſunt, apud mediæ ætatis ſtriptores. Calliſtus ſcribit eos prius Magnæ Armeniæ incolos vocatos. Vide ARMENIA MAIOR.

PERSEA περσεία, fons, circa Mycenas. in Peloponneſo. Pauſanias.

PERSEI Specula, Herodoto 2. & Straboni 17. in Aegypto eſt, inter Heracleoticum & Bolbiticum oſtium. Euripides in Helena eius quoque meminit.

PERSEIDA vrbem nouam, haud procul Stobio vetere vrbe, habet Liuius, lib. 39. In Macedonia.

PERSEPOLIS περσέπολις, Ptolemæo eſt Perſidis vrbs. quam Regiam Orientis dicit Curtius, qui eam viginti ſtadiis ab Araxe diſtare dicit. Hanc deſcribit Diodorus 17. hanc Thomas Minadoius, & Alph. Hadrianus Siras vocari ait. Siaphas nominat eam Beniamin Tudelenſis. ELYMAIS in Machabæorum libris dici, vult Reinerus Reineccius. Liber tamen Machabæorum. 2. cap. 5. Perſepolis meminit. Vide MIDEA.

PERSEVS



PERSEVS περσεύς, Atticæ vrbs, & portus eiuſdem nominis: Stephano.

PERSIA, Ptolemæo PERSIS περσὶς, Aſiæ regio, Imperio potentiſſimo olim famigerata, neque hodie ab eo admodum degeneraſſe, ſub Sophis regibus, videtur. Perſæ quondam à Scythis CHORSORI dicebantur, Plinio & Solino auctoribus. CEPHENES κηφῆνες à Græcis, à ſe verò ipſis, atque ab incolis ARTÆI ἀρταῖοι, vt Herodotus lib. 7. docet. ACHÆMENII ἀχαιμένιοι, etiam ab Achæmenia Perſidis regione, Stephano teſte. Hebræis ELAMITÆ ſunt, aut, vt Ioſephus habet ELYMÆI ἐλυμαῖοι. A Suida & Cedreno Maguſæi μαγουσαῖοι, nuncupantur. hic etiã eos ab indigenis Magog μαγὼγ, dici, addit. Quod Regio hodie Farſi vocatur, conteſtantur mecum Tabulæ, & Mercator. Iouio vocantur Agamij, incolæ. Azamij habet Niger. Atzamios eos appellari, etiam Chalcondilas auctor eſt. Azemia ab aliis regio dicitur. Azamia hæc quoque Freculpho. Pharſic regionem vocat Theuetus, & addit eã à Barbaris Chus, ab Arabibus Chub & Xaiſmael, ab aliis verò Seichaider nuncupari. Interiorem Perſiam Curaſan vocari, legitur in Hiſtor. Miſcella 24. & 22. pro eadem Choraſan habere videtur. & Choraſanitas populos. De Perſarum moribus multa Agathias 2.

PERSIANAS Aquas, ægrotis fauorabiles, habet Apuleius 3. Floridorum. Circa Carthaginem vſpiam fuiſſe videntur.

PERSICETA, Italiæ vrbs, circa Aemiliam, Diacono.

PERSICVM Mare, & RVBRVM, ſynonyma ſunt Herodoto, & Straboni. PERSICVM περσικὸν, locus in Lycia videtur: quem Diodorus 20. teſtatur captum à Ptolemæo, Agyptiorum rege, dedentibus eum militibus.

PERSICVS Portus, vide EVBOICVM Mare.

PERSICVS Sinus, Ptolemæo & aliis; quod à Plutarcho in vita Luculli BABYLONIVM Mare appellatur; Mare RVBRVM ab aliquibus nominari, tradit Arrianus in Indicis. Sinus eſt Maris Rubri, Perſiam & Arabiam Felicem interluens. Plinius lib. 6. cap. 26. Perſæ, inquit, Rubrum mare ſemper accoluere: propter quod is Sinus Perſicus vocatur. Elcatif & Meſendin nunc nominari, ex Tabulis videmus. & idem teſtatur N. Nicolaius. Yumachçama à Meſopotamiis nuncupari ſcribit Theuetus: & aliis Bein-el-naharin. Video à Beniamino Hodu appellari.

PERSIDÆ Pylæ, vide SVSIDÆ.

PERSIS, vide PERSIA.

PERSTLABAS, vide PARASTALA.

PERTA πέρτα, opidum in Galatia: apud Ptolemæum.

PERTHENETÆ, vide PARTHENI.

PERTIA, ſiue PERVSIA, ſic in Latinis codicibus Ptolemæi. pro Vmbrorum vrbe in Italia.

PERTICIANENSES, vide AQVÆ.

PERTICIACVM, vide PERNICIACVM.

PERTICVS ſilua, eminentior ceteris, in Gallia Lugdunenſi: Aimoino. Vide LANGLARIA.

PERTVSA, Africæ Propriæ vrbs. XIII. M. P. à Carthagine, Antoninus. Alij PERCVS legunt, apud eundem. Sed PERTVSENSIS meminit D. Auguſtinus. Vide FVNDVS, & PETRA.

PERVICIACVM, vide PERNICIACVM.

PERVS, vide PIERVS.

PERVSIA περυσία, Ptolemæo Tuſcorum mediterranea vrbs. PERVSIVM nominat Eutropius. PERRÆSION περραίσιον, eadem videtur apud Stephanum, cùm dicat eam eſſe vnam ex duodecim Tuſciæ principibus vrbibus. App. Alexandrinus περισία, per I, in ſecunda ſcribit. Perugia hodie vocatur. Academiam habet celeberrimam. vide PERTIA.

PERYANDINI, vide ACONAIS.

PESCLA, Aegypti vrbs, lib. Notit. An Pſelcis Antonini? Vide PASSALON.

PESENDARÆ πεσενδάραι, Aethiopiæ ſub Aegypto gens Ptolemæus.

PESICI, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi: apud Plinium. πεσικοι, Ptolemæo, Vide SCYTHÆ.



PESINES, vide ARABYZA.

PESINGARA, vide PISINGARA.

PESLA, vide PASSALON.

PESSIDA πεσσιδα, Ptolemæo vrbs eſt in Libya interiori.

PESSINVS πεσσινοῦς, in Toliſtobogiis Paphlagoniæ vrbs Ptolemæo, Liuio & Plinio. PISINNVS πισιννος, eſt Memnoni. Galatiæ II. tribuit Conciliorum opus. Hanc Alex. Zardus, in ſuo de Moribus gentium libello, Tribanta vocat. Theuetus Poſſene. PESSINVS, in Phrygia eſt, Liuio & Herodiano. In Galatia, Stephano. eadem eſt:
Marcellinus enim ſic, Phrygiæ quondam, nunc Galatiæ "
opidum. πεσινυς eſt in Epiſtolis Iuliani Imp. "

PESSIVM πέσσιον, Iazygum Metanaſtarum vrbs. Ptolem.

PESVRI. Luſitaniæ populi; Plinio. Per Æ. in prima, legitur in antiquo marmore, Vide IGÆDITANI.

PETALIA πεταλία, Euboëæ vrbs: Straboni. Peloponneſi etiam, Xenophonti 3. Græcor. in ora libri autem EPITALIVM, quod malo.

PETALIÆ, inſulæ quatuor, in Euripo Euboico. Plinius.

PETANE, vide PITANE.

PETAVONIVM πεταυόνιον, Superatiorum vrbs, Ptolemæo, & Antonino: in Hiſpania Tarraconenſi. Vanenza nunc dici, credit Moralis. Vide PÆTAONIVM.

PETELIA πετηλια, Ptolemæo, Val. Maximo, & Appiano in Annibalicis. item Plutarcho in Marcello, vt vertit Xylander. in Græco enim πετηνα erat. PETILIA Virgilio & Silio; Magnæ Græciæ maritima vrbs, Ptolemæo. Incolas PETELLINOS vocat Liuius 22. eoſq́; Samnites facere videtur: BRVTIOS vocat idem, 23. & 29. Eam Niger Pelina, Leander Belicaſtro, Erythræus Petigliano appellat. Mazzella autem, & Barrius in ſua Calabria Policaſtro. Strongili eſt Pyrrho Ligorio, in Tabula Regni Neapolitani. Bellicaſtro eſt Angelerio; non Policaſtro quod in Lucanis ad ſinum Peſtanum. illud enim ad Scyllaceum ſinum. ipſe viderit. Video enim Strabonem Petaliam Lucanorum vrbem primariam vocare. PETELINOS Montes, etiam nominat Plutarchus, in Craſſo.

PETELINVM Lucum, πετηλῖνον, habet alicubi circa Romam: Plutarchus in Camillo. item Liuius 6. extra Flumentanam portam. P. Victori in V. Vrbis regione eſt.

PETELLINI, vide PETELIA.

PETENISOS πετενισός, Ptolemæo, Galatiæ opidum. PETENISSVS legunt interpretes. Simlerus putat in Itinerario Antonini PARNASVM dici. Vide PARNASSVS, & PITNISSA.

PETEON πετεὼν, Bœotiæ vrbs: Homero, Stephano, & Straboni. Thebaidis vicus eſt Euſtathio, in Homeri catalogo nauium.

PETERON, vide POTERON.

PETHOR, vel PETOR, locus in deſerto, Num. 22. PHATYR legunt 70. interp.

PETHROSIM, vide ARABIA Petræa.

PETILIA, vide PETELIA.

PETILIANIS, Siciliæ locus: Antonino.

PETINA, BEREVM. ſic Iornandes vocat loca quædam circa Thraciam, alia lectio coniunctim RETINNABERA. An diuiſim pro Retiaria, & Beroem?

PETINESCA, vel PRÆNESTICA, aut PIRENESTICA, ſic enim vacillante lectione, habet Simlerus apud Antoninum. Burren Sequanorum vrbem, ex eo facit idem Simlerus.

PETIRGALA πετίργαλα, vrbs in India intra Gangem. Ptolemæo.

PETITARVS amnis, circa Aetoliam. Liuius 43.

PETNELISSVS, vide PEDNELISSVS.

PETOR, vide PETHOR.

PETORSI πέτορσοι, magna & populoſa gens, in Libya: Stephano. PERORSOS per R habet Plinius.

PETOVIO, Tacito colonia & opidum in Carnis eſt: ad Drauum fluuium ſitum. Beatus Rhenanus & Lazius Pettaw interpretantur. Villanouanus dicit Petouio quoq; PATAVIVM πατάυιον, Ptolemæi eſſe, quod in Pannonia Superiori ſtatuit. Hoc idem Pataniam apud eundem



Ptolo-

Ptolemæum lib. 8. BÆTVBIVM βαιτύβιον, vocatur. PETOBIO per B, habet Ammianus. Inſcriptiones marmoreæ antiquæ (niſi Appiani, & Amantij codex vitioſus ſit) POETOBIO per diphthongon in prima legunt. Corruptè pro eodem loco puto PITYBIO legi apud Athanaſium, ad Conſtantium Imp. item PYTIOVITA, apud Metaphraſtem: in S. Artemij vita. PRECETIONEM corruptiſſimè vocat Aethicus.

PETRA πέτρα, Ptolemæo Arabiæ Petrææ vrbs eſt. ARECEM ἀρεκέμ, & ARCEN ἀρκην, Ioſepho appellatur, & aliquando ARCHIM, vt inquit Wiſſemburgius. GEBALENE tempore D. Hieronymi vocabatur, qui eandem quoque RECEM appellatã, ſcribit. Nouo vocabulo Arach dici, ſcribunt Volaterranus & Zardus. Herac, Tyrius. Bellonius tradit hodie Mecha vocari: (cui, quia Mecha in Arabia Felice eſt, aſſentiri non poſſum.) Huius puto memoriam facere Ioſephum Antiquit. 13. in principio, item Egeſippum 1. cap. 14. vbi Aretæ regis palatium fuiſſe ſcribit. PETRAM Paleſtinæ, aliam à Petræa, habet Athanaſius, in Epiſtola ad Solitariam vitam agentes. Alterius Epiſcopum Arium, alterius Aſteriũ nominat. PETRA, Macedoniæ vrbs maritima, prope Dyrrhachium, Cæſari & Lucano, hodie Lachi vocari dicit Niger. Silius & Vibius ex hac montem faciunt. Circa Pythium alia, ex Liuij 44. & Plutarchi Aemilio. PETRA, Siciliæ opidum, Ptolemæo, & Procopio. PETRINÆ habet Antoninus, & PETRINORVM meminit Cicero & Plinius. PETRENSES nominat Solinus. Hodie Petra partia dici, tradit Mar. Niger. Leander duas facit, quæ ſublimior in monte eſt. Petralia in monte: quæ valli inſidet, Petralia ſottana nominat. PETRA, opidum in agro Piceno, vt habet Procopius lib. 2. de bello Gothorum. quod hodie, vt ſcribit Leonardus Aretinus, corrupto vulgus nomine Bretinorum appellat. Eidem Procopio 2. Wandalicor. locus eſt in Africa Propria. PETRA, in Arabia Felice, apud Nabathæos eſt vrbs: Plinio, & Straboni. PETRA, apud Liuium; Mædica vrbs eſt. PETRA agri Rhegini eſt, in Magna Græcia: auctore Thucydide 7. PETRA, locus maritimus circa Macedoniam ad Ægeum mare videtur, ex Liuij 44. in Pieria: vt & Strabo. PETRA locus Theſſaliæ, vnde Petrei campi: vt habet Probus, in 1. Georg. PETRA, locus Elidis, vbi olim municipium ſic dictum fuiſſe putatur, vt refert Pauſanias. PETRA, in Sogdianis; quam Alexander Magnus expugnauit. Arrhianus 4. PETRA, fons in Bœotia: teſte Pauſania. PETRA Cappadociæ locus, Theophraſto 8. Hiſtoriæ Plantar. PETRA Præſidium, (ſic dictum) Lazorum, verſus Trapezuntem. auctor Procopius 2. Perſicorum. Vide BOTAMANIS, RECEM, & FORVM TRVENTINORVM.

PETRA Achabron, ἀχαβρον, Galileæ Superioris vrbs: Ioſepho 2. belli Iudaici, circa finem. PETRA Deſerti, in Moabitarum regione, cuius Eſaias meminit: Brochardus & Guil. Tyrius ſcribunt Krac vocari. ſed hic Herac legit alio in loco. Moſeram etiam appellat alibi Brochardus, item Montem Regalem. ſic quoque Guil. Tyrius libro 11. cap. 26. vbi eam in Secunda Arabia deſcribit. Beniamin Kelaggebar nominat: & antiquis SELACH MIDDERA dictam addit. PETRA Diuiſa, loci nomen. 1. Samuel 23. PETRA Geminiana, vide AVRASIVS. PETRA INCISA, locus ſic dictus iuxta antiquam Tyrum: intra Capharnaum & Doram opida maritima, qui locus hodie Diſtrictum appellatur. Guiliel. Tyrius lib. 10. cap. 26 PETRÆ MAGNÆ Portus, in Marmarica Africæ regione eſt, Ptolemæo. apud Strabonem MAGNVS PORTVS μεγας λιμην eſt. PETRA Parua, ibidem portus: apud eundem Ptolemæum. PETRA PERTVSA, locus ſic dicitur in via Flaminia, à Veſpaſiano factus, excauatis montibus, Aurel. Victor. PETRA Sanguinis, vide LAMBVLA.

PETRACHVS πετραχὸς, prærupta montis crepido, ſupra Cheronæam Bœotiæ. Pauſanias.

PETRÆ, vide SIRENVSÆ.



PETRÆ TRACHINIÆ, vocantur montes qui Melidem regionem cingunt: Herodoto. Vide TRACHINIA.

PETRÆON, vrbs Lazica: quæ etiam IVSTINIANEA appellatur, à Iuſtiniano Imp. In Authenticis.

PETRA GEMOPOLI πετρα γημοπλι, vt loci nomen, refert A. Occo, ex Hadriani nummo. An fida ſcriptura?

PETRAS, vide PELION.

PETREI, & PETRENSES, vide PETRA.

PETRENSIS Fundi in Africa Propria, in modum vrbis exſtructi à Salmaco Firmi fratre, deſcribit Ammianus 29.

PETRESSA, vide PYTHO.

PETRIANA, Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notit. Peteril Camdeno.

PETRINA, & PETRINI, vide PETRA.

PETRINVM, Italiæ locus, Horatio, Epiſtolar. 1. ad Torquatum. Circa Campaniam videtur. Montis nomen eſſe, Sinueſſanæ vrbi imminentis, ſcribit Commentator huius, à Cruquio editus. Rocca di Monte Dragone aliquibus putari, ſcribit Pontanus. Fundi nomen eſt Ciceroni in Familiaribus ad Leptam.

PETROA, Cedreno locus in Bithynia, circa Niceam.

PETROCHOVS πετρωχος, locus circa Thurium Bœotiæ. Plutarchus in Sylla.

PETROCORII Cæſari, (quos PETRAGORIOS dicimus, inquit Marlianus) PETROGORI Plinio: amne Tarne à Toloſanis diſcreti. Aquitaniæ populi, in Prouincia Burdegalenſi. Periguex, horum vrbs Orontio vocatur. PETROGORICVM vrbem vocat Aimoinus.

PETRODAVA πετρόδαυα, Daciæ opidum: Ptolemæo.

PETRODES, vide ARABIA.

PETROGORICVM, vide PETROCORII.

PETROMANTALVM, Galliæ Lugdunenſis vrbs: Antonino. XVIIII. M. P. à Lutetia. Circa Pontoyſe eſt. PETRVVIACO videtur M. Velſero, in Tabula Peutingeriana.

PETRONIA, amnis in Tiberim profluens: quam magiſtratus auſpicato tranſeunt, cum in campo quid agere volunt. Feſtus. Petronios canes laudat Gratius poëta, quos tamen ignoro.

PETROPOLIS vrbs, in codice Theodoſiano 15. titulo de operibus publicis.

PETROSACA πετρόσακα, Arcadiæ locus, apud Pauſaniam. Limes inter Megapolitanos & Mantinienſes. Stephano Arabiæ regio eſt.

PETROSSA πέτρωσσα, Ciliciæ inſula: Stephano, & Suidæ.

PETVARIA πετυαρία, Pariſiorum vrbs, inſulæ Albionis, apud Ptolemæum. Peterboru dicitur, Humf. Lhuydo. Beuerley autem Camdeno.

PETVLANTIVM meminit Ammianus 20. 21. 22. & 31. Cum Celtis eos nominat, quaſi eſſent vnius gentis.

PETVSIA, de quo Martialis ad Lucium: hoc Verſu: Turgentiſq; lacus, Petuſiæque. opidum cum lacu eiuſdem nominis facit ex eo Calderinus. ſed PERVSIÆ legebat codex M.S. Danielis Rogerſij.

PEVCÆ πεύκαι, Scytharum gens, circa Iſtrum: Zoſimo.

PEVCALEI, vide PEVCELAITIS.

PEVCE πεύκη Ptolemæo & Pomponio inſula eſt, inter Danubij fluminis oſtia. Euſtathius ſcribit eam triangularis formæ eſſe. Pizina Nigro eſt, Barillana autem, Leon. Goreccio, de bello Liuonico. Eidem Ptolemæo eſt mons in Sarmatia Europæa. Vide TEVTOBVRGIVM.

PEVCEESSA πευκήεσσα, inſula maris Atlantici: Orpheo in Argonauticis. Albionem hoc nomine deſcribere putat Camdenus. qui λευκήεσσα per λ mallet legere.

PEVCELA, vide PEVCELAITIS, & MASSACA.

PEVCELAITIS πευκελαῖτις, Indiæ regio, circa Indi fluminis originem: Arrhiano 4. Alexand. PEVCOLAETIS πευκολαῖτις, Straboni. PEVCOLAITÆ populi, ſunt apud Plinium. Idem Arrhianus habet ibidem PEVCELIOTIN πευκελιῶτιν, vrbem: Plinius PEVCOLAIN vocat opidum circa Indum fluuium. PEVCANEI πευκανεοι, videntur mihi apud Dionyſium Afrum; quos Priſcianus eius interpres PEVCALEOS vertit.





PEVCELAM πευκέλα, ciuitatem habet quoque Arrhianus, libro citato; ſed aliam, ni fallor, ab hac.

PEVCELLA πευκέλλα, amnis Phrygiæ. Accolæ ſunt ex Azanum Arcadiæ gente. Pauſanias in Phocicis. Hi antrum oſtendunt, quod Steunos, στεῦνος, vocant: in quo Magnæ Matris ſimulacrum colitur. PENCALA πευκάλα, apud eundem legi, pro eodem, obſeruauit Sylburgius.

PEVCENTINI, vide PEVCETII.

PEVCES, Plinio vnum oſtiorum Danubij fluminis: Ptolemæo. Ammiano & Straboni hoc HIERON, id eſt Sacrum, vocatur.

PEVCESTÆ πευκέσται, populi quos cum Herulis & Gothis impetum feciſſe in Pontum, ſcribit Suidas. Ad Peucen inſulam habitabant. PEVCINI ſunt Ptolemæo.

PEVCETII πευκέτιοι, ſunt Italiæ populi, qui etiam PEDICVLI πεδίκλοι, & Græco ſermone AVDANII αὐδάνιοι dicuntur, à Strabone. Sed pro Audanij DAVNII legit Caſaubonus. PEVCENTINI appellantur à Dionyſio Afro. Hodie Terra di Barri vocari, tradit Niger. Stephanus habet PEVCETIANTES πευκετίαντες, Oenotriis vicinos. Sed idem habet etiam πευκέτιοι. PEVCETIÆ, ſunt Liburniæ populi: Callimacho apud Plinium. Vide CALABRIA, IAPYGIA, APVLIA, & DVDINI.

PEVCII, locus ſupra Chalcedonem; Nicetæ.

PEVCINI, Sarmatiæ Europææ populi: Ptolemæo, & Tacito. Idem Ptolemæus eoſdem ponit ad Iſtri oſtia. Vide BASTERNÆ, SCYTHÆ, & PEVCESTÆ.

PEVCOLAIS, vide PEVCELAITIS.

PEVTHECIA, vide MEDIOLANVM.

PEZAVGVSTA, vide PAX IVLIA.

PEZINATI, vide SCYTHÆ.

PHABENTIA, vide FAVENTIA.

PHABIA, vide FABIA.

PHABIRANVM φαβίρανον, Ptolemæo Germaniæ opidum eſt. Bremen Saxoniæ vrbem, vocat P. Appianus. item Peucerus. Bremenſis regionis ſitum lege apud Chytræum, in Hiſt. Saxonica.

PHABRIS, vide FABRIS.

PHACIVM φακίον, (in ora libri erat φακιον,) Macedoniæ opidum: circa Theſſaliam. vt videtur ex Thucydidis 4. & Liuij 32. & 36.

PHACVSSA φάκουσα, intra Ægyptum & mare Rubrum vicus; Ptolemæo, Stephano, & Straboni 17. ſed huic geminato κκ & ſingulari σ φακκουσα. An Phacus apud Guil. Tyrium? lib. 14. cap. 14.

PHADANA, locus vbi Iacob in Rachaelem incidit, lapidemque à puteo reuoluit, teſte Zozomeno, & Calliſto. PADAN ARAM in ſacris Bibliis. Meſopotamiam ex eo faciunt interpretes.

PHADASIA, vide PADASIA.

PHADIZANA φαδισάνη, Cappadociæ Caſtellum. Arrhianus in Periplo. An Chadeſia Apollonij?

PHÆACES, Illyriæ gens: Pomponio. In Corcyra fortè.

PHÆACIA, vide CORCYRA.

PHÆACIS, vide OASIS.

PHÆCASIA, vna Sporadum. Plinius.

PHÆDÆ, locus Siciliæ eſt, inter Meſſanam & Leontium, teſte Decreto Romano antiquo, apud Fabricium. Per E ſine diphthongo in prima habet Cuſpinianus, PHEGÆ.

PHÆDRIA φαιδρία, Arcadiæ vicus: apud Pauſaniam. Rupes ſic dicta apud Delphos, teſte Suida. PHÆDRIADES Petræ hæ ſunt Diodoro 16.

PHÆDRVS φαίδρος, amnis Aegypti eſt; ab Iſide exſiccatus. Plutarchus in Iſide & Oſiride.

PHÆNAGORA, vide PHANAGORIA.

PHÆNIANA, vide FEBIANA.

PHÆNICHA, vide BEZABDE.

PHÆNO φαινω, Palæſtinæ locus, vbi æris metalla. Euſebius 8. hiſt. Eccleſiaſticæ cap. 17. Huc puto pertinẽt D. Hieronymi in locis Hebraicis, hæc verba, FENON Caſtra filiorum Iſraël in deſerto. Fuit autem quondam ciuitas principum Edom, nunc viculus in deſerto, vbi æris metalla damnatorum ſuppliciis effodiuntur. inter ciuitates Petram & Zoaram. Idem, ibidem, paulo ſupra, eundem locum METALLO FENON vocat. De eodem etiã D. Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam colentes. qui locum hunc natura ita moribundum facit, vt quis non niſi pauciſſimos dies ſupereſſe poteſt. PHINON, & PHVNON legunt hoc loco Sacra biblia, Numero 33. PHÆNI epiſcopi Saidæ, meminit concil. Epheſinum. vbi hæc leguntur, Επίσκοπος φαίνες, τῆς παλαιτέρας. Vide PHENNESOS.



PHÆSANA, Arcadiæ vrbs: Pindaro in Olympicis. vt habet interpres eius Lonicerus. Ad Alpheum fluuium.

PHÆSTVM φαιστὸς, Cretæ vrbs: teſtes Strabo, Plinius, Pomponius, Ouidius. Philoſtratus, Diodorus, & Dionyſius. Stadiis XX. à mari diſtare, LX. verò à Gortina, ſcribit Euſtathius. Phæſtus alia, Locrorũ Ozolorũ: Plinio. Et alia Eſtiotarum in Macedonia: apud Ptolemæum. quod PHESTVM Liuij puto. Vide APOLLINIS, & PHRIXA.

PHÆSVLÆ, vide FESVLÆ.

PHÆTELINVS, Siciliæ fluuius, iuxta Peloridẽ; confinis templo Dianæ. In Siciliæ. Vib. Sequeſter. FÆCELINVS legit Bocatius. FACELINVS malim, à Facelina Diana hoc tractu culta. cuius meminit Lucilius, aliiq;.

PHÆTROSIMI, vide ENAMIÆ.

PHÆVNTA φαιυντα, vrbem Peloponneſi, habet Diodorus 15. Circa Argiam, alicubi.

PHAGIVS, vide PHAGIVS.

PHAGRES φάγρης, Thraciæ vrbs: vltra Strymonem ſub Pangæo. Thucididi 2. Stephano, & Epitoma Strabonis. Pierum murũ facit Herodotus 7. vide NIPHRAGES.

PHAGRORIVM φαγρώριον, nomen vrbis, apud Stephanum. fortè Ægypti. PHAGRORIOPOLI[illegible] vrbem enim habet Strabo; & Phagroriopolitem Nomu.

PHAGVS φάγος, Elidis fluuius, in Peloponneſo. Pauſanias. φηγιος erat in ora libri. Locus circa Ilium quoque eſt PHAGVS, Straboni. φυγὸς Græcè eſt.

PHAGYTRA φάγυτρα, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs. PHARYTRA interpreti.

PHALACHTHIA φαλαχθία, Theſſalorum vrbs. Ptolem.

PHALACICHEORVM φαλακιχεων, ex nummo Traiani, meminit Occo. an vera ſit ſcriptura, neſcio. φαλακρεῶν fortè ſcribendum: à Phalacra.

PHALACRA φαλάκρα, Pentapolis regionis, in Africa, vrbs: Ptolemæo. Vnum ex Idæ promontorijs, ſic dictum, quod Alexander caluum id effeciſſet, ſectis inde lignis, ad naues parandas. Verſus mare ergo. Vide GARGARA.

PHALACRÆ, vide IDA.

PHALACRINA, vicus in Sabinis, vltra Reate. quo Veſpaſianus Imp. natum, ſcribit Suetonius. S. Silueſtri in Phalacrino hodie dici, putat Marius Victorinus. PALACRINVM Antonino.

PHALACRIVM, vide FALACRIVM.

PHALACRVM, vide CASSIOPE.

PHALACRVS, (id eſt caluus,) locus ſic dictus apud Indos. quod qui herbam in ea naſcentem guſtauerit, & pilos & cornua amittit. Ael. Animal. 8. cap. 15. Vrbs Ægypti: apud Antonin[illegible]. Mons eſt, ſic dictus, circa Cappadociam: teſte Co[illegible]t. Porphyrogenneta. Caſtellum vocant Cedrenus, & Curopalates.

PHALECI, vide FALISCI.

PHALÆSIA φαλαισια, Arcadiæ opidum: Pauſaniæ & Stephano.

PHALAGNI φαλάγνι, Ptolemæo, PHALBINI interpretibus, Arabiæ Felicis opidum.

PHALAGRA, Pallenes vrbs, Gyraldus ex Iſacio ad Lycophronem. An pro PHLEGRA corruptè? vide PALLENA.

PHALANA, vide PHALANNA.

PHALANGES, populi Aethiopiæ ſub Aegypto. Plinius. PHALANGIS φαλαγγις, mons, in Aethiopia, ad ſinum Barbaricum. Ptolemæus.

PHALANNA φάλαννα, Perrhæbiæ. & alia Cretæ vrbs: apud Stephanum. PHALANNÆA alia eſt eiuſdem inſulæ: apud eundem. Perrhæbiæ vrbem PHALANVM habet Lycophron. vide HIPPIA, & ORTHE.

PHALANTIADÆ, *vide* TARENTVM.

PHALANTVS φάλαντος, *vrbs & mons in Arcadia. Pauſanias. & ex eo Stephanus.*

PHALANVS, *vide* PHALANNA.

PHALARA φάλαρα, *Theſſaliæ vrbs, in ſinu Maliaco. Plinius, Strabo, Stephanus, & Liuius 27. & 32. Vide* PHALORE, & PHALERVM.

PHALARIENSES φαλαρεῖς, *gens tribus Aeantidis. Heſychius. Vide* FALARIENSES.

PHALARIS, *Tuſciæ vrbs, Catoni.* PHALERIVM φαλέριον, *Straboni, Ptolemæo, & Halicarnaſſeo.* FALERIA *Rutilio.* Falare *hodie vocari, ſcribit Ant. Maſſa, & Leander; qui addit* PHALIRVM *à Ptolemæo nuncupari, mendosè autẽ, vt multa alia apud eundẽ Leandrum.*

PHALARIVM, *vide* ECNOMVS.

PHALARNA φάλαρνα, *extremitas Cretæ inſulæ, verſus Occidentem. Strabo.* PHALASARNA *mauult legere Caſaubonus.*

PHALARVS φάλαρος, *Bœotiæ fluuius, in Cephiſidem lacum excurrens. Pauſanias.*

PHALASARNA φαλάσαρνα, *Ptolemæo Cretæ inſulæ vrbs.* Contarini *Bordonio & Pineto. vide* PHALARNA.

PHALASIA φαλασία, *Ptolemæo Euboëæ promontorium.*

PHALBINI, *vide* PHALAGNI.

PHALCIDON φαλκιδὼν, *Theſſaliæ vrbs: Polyæno, lib. 4.*

PHALECVM, *vide* PHALYCVM.

PHALEGANDROS, *vide* PHILOCANDROS.

PHALERIA, *vide* PHALORE.

PHALERICVM. *vide* PIRÆEVS.

PHALERIVM, *vide* PHALARIS.

PHALERNAM & OPHELTINAM *tribus*, φαλέρναν καὶ ὀφελτίνα, *adiectas Apuliæ, ſcribit Diodorus 19. Corruptè pro* VFENTINA, & PHALERINA, *vt legit Liuius 4.*

PHALERVM φάληρον, *Atticæ portus;* PHANOS φανός, *olim dictus. Suidas. de eodem Thucydides 2.* PHALERVM *etiam Theſſaliæ opidum, iuxta Oetem. Suidas & Stephanus. Phalerenſes apud Strabonem. Idem cum* PHALARA *puto. Vide* NEAPOLIS & PHALORE.

PHALESINA, *vrbs Thraciæ, circa Thracium mare. vt apud Plinium videtur.*

PHALGA φάλγα, *vicus medius inter Seleuciam Pieriæ, & Meſopotamiam. Stephanus.*

PHALIGATHEVM φαλιγαθεῦς, *quendam Theophanem, & alium quendam Chryſanthum, ſic dictos à loco, adducit ex nummis veteribus, Goltzius in ſuo Theſauro.*

PHALIGES, *Aethiopiæ ſub Aegypto gens. Plinius.*

PHALIS, *Aegypti vrbs: vbi Oſyris colitur. Tzetza in Lycophronem. Sed* PHELAIS φελαις, *eſt in Græco codice.*

PHALISCÆ, *locus maritimus Tuſciæ: inter caput Etruriæ & portum Traiani. Antonini Itinerarium.*

PHALISCI, *in numiſmatibus Græcis, per* F *digamma, & non per* φ. *ſcribitur. Vide* FALISCI.

PHALIVM φάλιον, *locus in Bithynia videtur; apud Plutarchum in Quæſtionibus Græcis.*

„ PHALO. *delata dein ad regionem eius Phalonem nomi-*
„ *ne, &c. Sic Dict. Cretenſis 6. Ad maris Mediterranei littus, verſus Ortum videtur.*

PHALORCHIA, *regionis nomen Serapioni. vbi naſturtium loco piperis in cibo frequens eſt.*

PHALORE φαλώρη, *apud Lycophronem & Stephanum Theſſaliæ vrbs.* PHALORIA, & PHALERIA *eſt apud Liuium 36. Eandem cum Phalero puto.*

PHALTI, *vnde Hellis, vnus fortium Dauidis 2. Samuel. 19.* POLONITE *pro Phalti, legitur 1. Par. 11. vbi 70. interpretes* φελλωνεὶ *legunt.*

PHALYCVM φαλύκον, *Megarenſis agri locus.* φαλύκον *alibi vocat Theophraſtus.*

PHAMIZON, & PHAMIZONIVM, *vide* PHAZEMONITIS.

PHAMOTIS, *vide* PHOMOTIS.

PHANA φάνα, *Italiæ opidum: Stephano. (Fanũ Fortunæ puto.) Et aliud Aetoliæ: apud Pauſaniam in Phocicis.*

PHANACA φανάκη, *Mediæ vrbs: Ptolemæo.*



PHANÆ, *inſula circa Ioniam: Plinio. Vide* PHANÆA.

PHANÆA φαναία, *Ptolemæo Chij inſulæ promontorium.* PHANÆ φαναὶ, *Straboni, Thucydidi, Stephano. & Liuio:* PHANEVS *Seruio & Vibio.* Cabo Maſtico, *Bellonio & Sophiano dicitur.* Panale, *Fauolio, in ſuo Hodœporico Byzantino.*

PHANAGORIA φαναγορία, *Ptolemæo & Straboni, Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, ad Boſporum Cimmerium:* Matriga *hodie, ſi creditur (qui nemini credit) Theueto.* PHANAGORIA, *Stephano inſula Tamicæ adiacens. Vide* THEMISCYRA.

PHANAROEA φαναροία, *apud Plinium Cappadociæ opidum, circa Thermodoontis fontem. Idem Strabo 12. Phocidis vrbs eſt Liuio 32.*

PHANASPA φανάσπα, *Mediæ vrbs. Ptolemæus.*

PHANDANA φανδάνα, *Ptolemæo Armeniæ Maioris vrbs.* PHANDALIA *interpretibus.*

PHANDRIVM, *circa Locros & Pindum montem, opidum: Laonico.*

PHANEAS *vrbis Syriæ*, φανεας πολεως ουειας, *meminit ex nummo Goltzius. Idem cum Paneas fortè.*

PHANENA φανήνη, *Armeniæ Maioris prouincia: Straboni. Caſaubonus ſubdubitat an Sophena legendum ſit.*

PHANESII, *vide* SATMALI.

PHANEVS, *vide* PHANÆA.

PHANOS, *vide* PHALERVM.

PHANOTES, *Epiri caſtellum. Plinius & Liuius.*

PHANOTEVS φανοτεύς, *Phocidis opidum: Stephano, & Polybio 5.* PANOPEVS πανοπεύς, *antea dicebatur, vt ſcribit Strabo.* PHANOTIS *Thucydidi 4.* PANOTIA *quibuſdam: teſte Stephano.* πανόπη *eſt Heſychio. & fortè Phanotes Liuij. Vide* PANOPE.

PHANTIA φαντιά, *Troadis vrbs: Stephano. Cui Cumæorum ſtructura.*

PHANTVRITES Nomus, *in Aegypto. Plinius.*

PHANVEL, *vel* PENIEL, *id eſt facies Dei, loci nomen. Geneſ. 32.* PHANVEL *Turris, Iudicum 8.* PHANVELA *vrbs, apud Ioſeph. 8. Antiq. 3. & 3. Reg. 12.*

PHANVM, *vide* FANVM.

PHANVM *Apollinis, locus epiſcopalis, in Lydia. Chalcedonenſe concil.*

PHANVS, *vide* PHALERVM.

PHAONTIS *Suburbanum, Neronis liberti. Inter viam Nomentanam & Salariam. circa 4 ab Vrbe lapidem. Dion. & Suetonius in Nerone.*

PHARA, *Africæ vrbs; à Scipionis militibus incenſa Strabo.* PARADA *eſt Hirtio. Vide* PHARATHVS, PHERÆ, & SOPHTHA.

PHARÆ φαραὶ, *Achaiæ vrbs: Polybio, & Herodoto, item Stephano. cui &* PHERÆ *per η vocatur.* PHARE φαρη, *Homero. Item Meſſeniacæ. Huius incolæ* PHARATÆ *dicuntur; iſtius* PHARIENSES: *auctore Strabone. aliter autem Stephanus, quem conſule. Eidem eſt etiam Bœotiæ vrbs. Eſt & Cretæ vrbs, apud eundem, & Plinium Vide* PHERÆ.

PHARÆA, *vide* PHARIS.

PHARAMBARA φαράμβαρα, *Mediæ opidum. Ptolem.*

PHARAMIA, Aegypti *vrbs, in littore maris, non longè ab oſtio Nili, quod* Carabeix *dicitur. Guil. Tyrius 11. cap. 31. Inter Pharamiam & Taphium duas antiquiſſimas maritimas* Aegypti *vrbes, idem ſcribit, primum Nili oſtium quod verſus Syriam eſt, (&* Carabes *vocat) in mare effundi. Lib. 19. cap. 23. Sed Tapium alibi ſcribit, ſine* H. *lib. 20. cap. 15.*

PHARAN φαρὰν, *vrbs inter Aegyptum & Arabiam: Stephano. Arabiæ Petreæ, ad ſinum Arabicum; eſt Ptolemæo. &* PHARANITÆ *gens.* PHARAN *in Cades, locus deſerti: Numeri 13.* PHARANIS *Montes, habet* Eldad *Danus: vbi* Zabulonis *tribus. Circa Euphratem Vide* TEREBINTHVS.

PHARANGIVM, *Lazerum arx circa Boan fluuium, in Perſarmenia. Procop. 1. 2. Perſicorũ. Aut in dicit hic ſſedi,*

PHARASTIA φαραστία, *apud Ptolemæum eſt Mediæ vrbs,*





PHARATHA φαράθα, *Arabiæ Felicis vrbs. Ptolemæus.*

PHARATHVS φάραθος, *Galilææ vrbs: Stephano, ex Ioſepho Antiq. 13. item 1. Machab. 3. ſed* PHARA *legit D. Hieronymus.* φαραθονειτων *meminit Goltzius ex Claudij nummo.*

PHARATON, *locus ſepulturæ Abdonis iudicis Iſraëlis, & vnde vnus fortium Dauidis. Ioſue 11. & 2. Samuel. 23. Idem forte qui Pharathus.*

PHARATHVA, *vide* PHRATI.

PHARAX, *vide* CHARAX.

PHARAZANA φαραζάνα, *vrbs in Drangiana regione. Ptol.*

PHARBÆTHVS φάρβαιθος, *Aegypti vrbs: Ptolemæo, Straboni, & Stephano. item Pharbætites nomus.*

PHARBELVS φάρβηλος, *Eretriorum vrbs: Stephano. In Theſſalia fortè.*

PHARCIDON φαρκιδὼν, *Theſſaliæ opidum. Stephanus, ex Theopompo. Per η. in penultima, alio in codice.*

PHARE, *vide* PHARÆ.

PHARGA φάργα, *Ptolemæo in Arabia Deſerta vrbs.*

PHARGALVS, *vide* PHARSALVS.

PHARI *Portum, habet Pontius Paulinus. inter Centum cellas, & Romam. Idem alio in loco Romani portus pharum nominat; & Portum, vrbem ad Tyberis oſtium ſignificat. vide* PORTVS.

PHARIA, & PHARITÆ, *vide* PHAROS.

„ PHARIDI φαριδι, *de quo hoc Theophraſtus: In inſula*
„ *Lotaphagia, Pharidi vocata, larga copia celtis.*

PHARION, *Armeniæ fluuius, in Tigrim effluens. Plinius.*

PHARIS φάρις, *Laconicæ vrbs: apud Stephanum; quæ* PHARÆA φαραία, *Polybij 4. Laconicæ vrbem olim fuiſſe, refert Pauſanias. vide* PHARÆ, & PHERÆ.

PHARITÆ, *vide* PHAROS.

PHARIVM φάριον, *Illyridis opidum: Stephano. Eodem auctore eſt Perrhæbica vrbs. Etiam fluuius Ciliciæ ſic dictus apud Suidam, & Xenophontem. ſed in eius ora Ψάρος, legebatur. an pro Sarus?*

PHARIVS, *vide* MYRMECIVM.

PHARMACES, *vide* PHARNACES.

PHARMACIÆ *Sinus, Europæ ad Boſporum Thracium:* Therapia *hodie dicitur; Petro Gyllio:* Ex *Tripartita hiſtoria, &* Nicephoro *Calliſto. cui nauale eſt.*

PHARMACOTROPHI, *Aſiæ gens, Scytharum videtur apud Melam.*

PHARMACVSA, *Plinio maris Aegæi inſula. Suetonio quoque & Plutarcho* φαρμακοῦσα, *vbi Cæſarem à pyratis captum ſcribunt. Hanc geminato ss. ſcribit Stephanus. & ſupra Miletum ponit, in eaq́ue Attalum occiſum tradit.* Parmoſa *bodie vocari, ait Bellonius.* PHARMACVSAS *alias duas deſcribit Stephanus circa Salaminam inſulam. in quarum vna oſtenditur Circes ſepulcrum, auctore Strabone.*

PHARMALVS φαρμαλος, *In cõcil. Epheſino, hæc, Perrebius* Epiſcopus *Pharmali. Sylburgius pro Pharſalus habet.*

PHARMATENVS φαρματηνος, *Cappadociæ fluuius, in Arriani Periplo.*

PHARMICAS, *apud Plinium Bithyniæ fluuius.*

PHARMVTIACVS, *vide* THERMVTHIACVS.

PHARMVTIS, *vide* PHARNVTIS.

PHARNACEA φαρνακία, *Ptolemæo, Straboni, &* Plinio *Ponti vrbs: quæ* Platena *à Pineto vertitur. vide* CERASVS.

PHARNACES, *in Aethiopia gens, quarum ſudor tabem contactu corporibus adfert. auctor Damon, apud Plinium 7. cap. 2. Per M. Pharmaces quidam codices legunt.*

PHARNACIVM φαρνάκιον, *Phrygiæ opidum. Stephanus.*

PHARNACOTIS *fluuius, circa Indum alicubi: Plinio.*

PHARNASCA, *vide* APAMIA.

PHARNVTIS φάρνυτις, *Bithyniæ fluuius:* Nicæam *præterfluens. vt auctor eſt Suidas. Idem* PHARMVTIS *alibi legit per* M.

PHARODENI φαροδηνοὶ *Ptolemæo ſunt Germaniæ populi, quos Gemma Friſius* Mechelburg *putat. Pharodenos Ptolemæi* SVARDONES *Taciti eſſe, vult Peucerus. Vide* OBOTRITÆ.



PHAROS, *Ægypti inſula, ex aduerſo Alexandriæ: Cæſaris dictatoris colonia, vt Plinius auctor eſt.* PROTEI *Inſulam, vocatam aliquando, tradit Pater* Nonnus *in Inuectiuis* Nazianzeni, *in Iulianum apoſtatam. Huius ſitum lege apud Achillem Statium 5. Amorum.* Farion *bodie dicitur, ſed Aegypto contigua eſt. Beniamin ſcribit ab incolis* Magrah, *& ab Arabibus* Magar Alecſandria *(hoc eſt Alexandriæ Farum) nomen habere.* PHARITAS, *incolas vocat A. Hirtius. In huius inſulæ promontorio turris vel ſpecula quoq́ue eſt, eiuſdem quo inſula nomine, teſte Strabone, & Cæſare. Hanc Euſtathius* ANTIPHARON, & IDOTHEÆ *Speculam vocat.* Garophalo *hodie, ni fallor.* PHAROS, *quæ antè* PAROS, *vt Plinius tradit. inſula Illyrica,* Hadriatici *maris.* PHARIA φαρία, *Ptolemæo dicitur,* φάρος *Polybio 3. Diodoro 15. & Straboni.* Leſina *vocat Sophianus,* Lexina *habet Niger.* Liſna *Illyrico ſermone appellari, ſcribit Hermolaus.* PHAROS *fluuius ibidem eſt auctore Stephano.*

PHARVS *quoque fluuij nomen, circa Ciliciam Euphratemq́ue: Xenophonti 1. Cyri Exped.* PSARVM *autem legebat ora libri:* SARVS *veram ſcripturam eſſe non dubito.* PHAROS, *quoque inſula eſt, Brundiſio adiacens, vt altera illa Alexandriæ: auctore Pomponio. vide* PHARVS, BARA, LYSENE, FARVM, ALEXANDRIA, & CORNV *Byzantiorum.*

PHARPHAR, *Damaſci fluuius. 4. Reg. 5.* PARPAR *legit Chaldæus. Vide* CHRYSORRHOAS.

PHARPHARIADES, *vide* TAVRVS.

PHARRASII, *vide* PRASIANA.

PHARSALVS φάρσαλος, *Theſſaliæ vrbs: Appiano. quæ etiam* PHARRALVS φάρραλος, *per duo* RR *ſcribitur, auctore Stephano. duorum Pharſali, & Paleopharſali, meminit etiam Strabo 9.* PHARGALVS *per* G *malè legitur apud Tzetzam ad Lycophronem.* PHARSALICI *Campi hinc,* φαρσάλιον πεδίον *Plutarcho, in Theſſalia. qui poſtea* PHILIPPICI *dicti ſunt: Floro teſte: In his pugnatum inter Cæſarem & Pompeium. Inter Pharſalum vrbem nempe & Enipeum fluuium: teſte Appiano. 2. Ciuil.* PHARSALVS *etiam Pamphiliæ vrbs: Straboni & Stephano. Vide* PHASELIS. *Cæſari 3. Ciuilium* PHARSALVS *locus eſt circa Ceraunios montes, vbi naues & milites ſuos ſe expoſuiſſe ſcribit. ſi ſincera lectio. Paulus Marſus ad 4. Faſtor. Ouidij, ex libro vetuſtiſſimo, in Chalcide Eubœæ à ſe empto,* PALÆSTE *legit. quam lectionem confirmare nititur hoc Lucani 5. verſu: Lapſa, Palæſtinas vncis confixit* „
*arenas. Huc adfer quæ habet Gyraldus de Dijs Gentium 6.* „
*ex eodem. Vide* PALÆSTE.

PHARVRIM, *locus. 4. Regum 13.*

PHARVS, *locus ad os Ponti, ſic dictus à nautis. vt refert Curopalates. Circa Boſporum Cimmerium fortè, vt mihi videtur ex libro 20. Hiſtoriæ Miſcellæ. Pharus quoque in Capreis locus, Suetonio in Tiberio. Ab Antonino Pio reſtitutum, ſcribit Capitolinus. Eiuſdem quoque meminit Statius 3. Siluar. ad Claudiam vxorem.* PHARVS *etiam Ciliciæ fluuius: Suidæ. vide* FARVM, PAROS, & PHAROS.

PHARVSII φαρούσιοι, *Libyca gens, auctores ſunt Ptolemæus, Strabo, Plinius, Mela, & Stephanus. quondam Perſæ fuere, teſte Plinio.* PHAVRVSIOS *habet etiam Ptolemæus, in eadem Libyca regione.*

PHARYBVS, *vide* HELICON.

PHARYCADVM φαρυκάδων, *opidum Eſtiæotidis, Macedoniæ regionis: per quod Peneus & Curalius confluunt. Strabo.* PHORCADVM *alia lectio. vt refert Caſaubonus.*

PHARYGÆ φαρύγαι, *Phocidis vicus apud Plutarchum, in Phocione. Vide* SCARPHEA.

PHARYGIVM *promontorium, cum ſtatione nauium: Phocidis regionis. Strabo.*

PHARYTRA, *vide* PHAGYTRA.

PHASAELIS φασαηλὶς, *Iudææ vrbs, apud Stephanum, Ptolemæum, & Ioſephum. In regione quæ ab Hierichonte in Barean tendit 16. Antiq. 9. item 18. & 1. belli Iud. 16.*

cap.3. Conuallē hinc Phaſelidē nominat Plinius 15. cap.4.

PHASCA φάσκα, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo. TASCA legunt eius maleſidi interpretes.

PHASCVSIS, Aegypti locus, in 2. tomo operum Athanaſij. Fortaſſe pro PHACVSA.

PHASCENIVM, vide FESCENNIA.

PHASELICVM, vide PAMPHYLIA.

PHASELIS φασηλὶς, Ptolemæo Lyciæ, Plinio Pamphyliæ opidum. Stephanus ſcribit primo PITYVSSA πιτύουσα, poſtea PHARSALVS φάρσαλ☉, dictum. Phaſelis, palus etiam in Pamphilia eſt, Euſtathio. In Cilicia eſt Aſconio Pædiano. Eſt nomen inſulæ quoque, apud Suidam. ſed quo locorum, incertum. Platina 7. tuendæ valetudinis, ſcribit ex Apuleio, Phaſellum inſulam eſſe, non longè à monte Olympo, indeq́ Phaſeolum herbam nomen habere. idem Pomponius Fortunatus, ad decimum lib. Columellæ. Ego hoc apud Iſidorum lego, qui FASELOS per F. legit. Fides ſit penes auctorem.

PHASELVSSÆ, duæ inſulæ Africanæ, iuxta Sirium fluuium. Stephanus.

PHASGA, nomen loci, vel montis: D. Hieronymo, Deuteron.3. Joſue 12, 13. vide ABARIM.

PHASIANVM mare, vide PONTVS EVXINVS.

PHASIS vrbs, à Nicolao Nicolaio, pro Tauris, Mediæ vrbe, (ſic hodie vocata,) ſumitur. Quis verò Phaſidis in Media regione meminit, ignoro. PHASIS φᾶσις, vrbs eſt in Colchide; Mediæ regioni vicina, Straboni, & Plinio. quam Villanouanus hodie Poliſtonia vocari ſcribit. PHASIS, Colchidis fluuius, Ptolemæo, Straboni, ceteriſq́; Aſia & Europæ quibuſdam terminus, vt refert Procop.6. Aedific. prius dictus ARCTVRVS ἀρκτοῦρ☉, auctore Plutarcho de Fluminibus. quibuſdam HYPANIS quoque dictus aliquando fuit. BOAS circa fontem dici, videtur ex Procopio lib. 2. de bello Perſico. AMARATIVM ab ἀμαραντίοις populis, apud quos hic oritur, nominat Stephanus. Omnium fluminum ſtagnantiſſimum, & curſu lentiſſimū dicit Theophraſtus de Aëre & Aquis. Hodie Faſſo appellari, ex Tabulis apparet. Theuetus ſcribit Debbaſſethca Scythis dici, & Phazzeth Archanienſibus. Oritur Plinio teſte, in Moſchis, apud Ptolemæū ex Caucaſiis montibus manare videtur. Exiſtimo ego montes HYRCANVM, ARMENIVM, CORAXICVM, CASPIVM, MOSCHICVM, AMAZONICVM, HENIOCHVM, & SCYTHICVM, apud Plinium & alios, omnes ſub CAVCASIIS Ptolemæi montibus (qui inter Euxinum pontum, & mare Caſpium ſunt; & à Plinio totum hoc mare cingi, deſcribuntur) contineri. PHASIANAM Regionem adiacentem huic flumini, nominat Ariſtoteles de Animalibus. Inſulam quoque dicit PHASIDEM Iſidorus. vnde primum pauo aſportatus. Pauonem hic vocare videtur, quem alij phaſianum. PHASIS etiam Taprobanæ inſulæ fluuius, apud Ptolemæum & Stephanum. Vide HYSSVS.

PHASTÆA φαστεία, Sacarum vrbs. Stephanus.

PHATAREI, Sarmatiæ Aſiaticæ populi, apud Plinium.

PHATERVNESOS, inſulæ deſertæ nomen, Plinio. Circa Thraciæ Cherſoneſum videtur. PATERON NESOS legit Pintianus, ex duobus M.S. codicibus.

PHATMICVM, & PHATNICVM, vide PATHMETICVM.

PHATNITES, Nomus Aegypti. Plinius.

PHATNITICVM, vide PATHMETICVM.

PHATVRES, vide PATHVRES.

PHATVSÆ vicus, Zoſimo, lib. 3. quatuor ſtationibus à Dara, (vbi Gordiani ſepulchrum) diſtans. ANATHA Marcellini eſt. Euphrati flumine circumlui ſcribit.

PHATYR, vide PETHOR.

PHAV vrbs, 1. Paralip. 1.

PHAVDA φαύδα, Sidenæ regionis vrbs, in Cappadocia. Strabo. Vide CHADISIA.

PHANENA φαυηνὴ, Armeniæ prouincia. Strabo 11.

PHAVNITE φαυνῖτις, Armeniæ Maioris regio, Straboni 11. Eodem libro paullo ſuperius meminit PHAVNORVM φαυνων, populorum, ſed φοινίκων, hoc loco ſubſtituit Caſaubonus. videat ipſe.

PHAVONÆ φαυῶναι, Scandiæ inſulæ gens, apud Ptolemæū.

PHAVRA φαύρα, inſula ante Zoſterem, Atticæ promontorium. Strabo.

PHAVRVSII, vide PHARVSII.

PHAVSIA, Cherſoneſi Rhodiorum locus, Item Mediæ vrbs. auctor Plinius.

PHAVSYA φαύσυα, apud Ptolemæum eſt Armeniæ Maioris vrbs.

PHAZACA φαζάκα, Mediæ vrbs, Ptolemæo. Phazacam regionem Æthiopiæ ſub Ægypto, habent interpretes Latini Geographiæ Ptolemæi: quo loco Græcus codex AZANIA ἀζανία, legit. Sed idem, aliam Azaniam deſcribit, in eadem Æthiopia, ad Azanium nempe marè. cùm illa ſit in Libyæ confinibus.

PHAZANII gens, & PHAZANIA φαζανία, vrbs, circa Africæ ſolitudines, ſunt apud Plinium.

PHAZEMON, vide PHAZEMONITIS.

PHAZEMONITIS φαζημονῖτις, Ponti regio, quam Pompeius MEGALOPOLIM μεγαλόπολις, appellauit. Idem Pompeius ex eius pago PHAZEMONE, opidum condidit, quod NEAPOLIM nuncupauit. Strabo. PHAMIZON φαμιζὼν, habet Stephanus, per metatheſin; eamq́; deſcribit ad Amyſum fluuium, ſed verſus Auſtrum. PHAMIZONIVM Plinius.

PHEA φέα, Elidis vrbs, Stephano & Homero; item Straboni. cui promontorium cum opido eſt. ſed per diphthongon φεια. Sic quoque ſcribitur apud Thucydidem 2. & 6. Theſſaliæ eſt Heſychio. Apud Strabonem quoque fluuiolus eſt ignobilis, Peloponneſi regionis. vide PHIA.

PHEBOL φεβὸλ, Indici maris inſula, prope Sinum Arabicum, cuius Ariſtoteles, & ex eo Apuleius meminere. φοβεα, habent Stobæi Phyſica. Vide DIOSCVRIDV.

PHECADVM, Liuio 32. Macedoniæ opidum: circa Gōphos.

PHECENÆ, vide FICANA.

PHECOZELETARVM regionem, habet in vita S. Menæ, Metaphraſtes. Circa Ægyptum, vt conijcio.

PHEGÆA φηγαιαί, pars tribus Ægeidis. item pars Pandionidis, teſte Stephano.

PHEGIA, vide ERYMANTHVS, & PSOPHIS.

PHEGIVS, vide FAGVS.

PHEGOR, nomen montis eſt, Iſidoro, à quo Baalphegor. i. Baal ſuper montem Phegor. Beelphegor. i. ædes Saturni, inquit Suidas.

PHEGVS φηγοῦς tribus Erechtheidis pars, Stephano: Aiācis Suidæ. Vide PHAGVS.

PHEIA, vide PHEA.

PHELAIS, vide PHALIS.

PHELESSÆI φελεσσαῖοι, gens vicina Vmbris, circa Iapygiam. Stephanus, ex Eudoxo.

PHELICIA, vide PHILECIA.

PHELICVS, vide PHILICVS.

PHELIDIS Inſula, IX. regionis vrbis Romæ. P. Victor.

PHELLEVS φελλεύς, Atticæ mons; Stephano, & Suidæ. Agrorū qui Phellei nominantur meminit Plato, in Critia.

PHELLIA φελλία, Laconicæ fluuius, apud Pauſaniam.

PHELLINA φελλινη, Diodoro 20. Africæ opidum.

PHELLONE, vide PHALTI.

PHELOE φελλόη, apud Pauſaniā Achaiæ vrbs, iuxta Aegyram.

PHELLVS φελλος, Lyciæ ciuitas eſt, ad Maſcytum montem, Plinio, Straboni, & Ptolemæo. Pamphiliæ, Stephano; loco vicino. Phellos Sophiano nunc. Eſt & vrbs Peloponneſi, prope Olympiam, Straboni. Etiam mons Italiæ; teſte Etymologico. in quo plurima picea arbor.

PHELLVSA, inſula vſpiam circa Leſbum, Plinio.

PHEMIÆ φημίαι, Arneæ vrbs, apud Stephanū. ex Hellanico.

PHENEBETHIS, vide PHOENEBYTHIS.

PHENEVS, de quo Ouidius 15. Metamorph. Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores, Ambiguis ſuſpectus aquis: quas nocte timeto. Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur. Eſt etiam Arcadiæ vrbs φενεος, Galeno, Halicarnaſſæo, Homero, Straboni, Polybio, Stephano, Herodoto, Plinio, & Liuio. Per A. in prima φανιον, legit 9. Hiſt. Plantar. Theophraſtus. quo loco Gaza interpres PHVCVM habet. Azaniæ quoque vrbs, Stephano. Euſtathio ex parte Arcadiæ & Azaniæ eſt, ſupra Cyllenem montem. Vide PHOENIVM, & PHINEVM.

PHENNESVS φέννησος, loci nomen videtur, in Tripartita hiſtoria, & apud Niceph. Calliſtum 11. cap. 28. ſcribit enim Chriſtianos quoſdam ad Phenneſia, & Proconeſia metalla condemnatos. Vide PHÆNO. Nam idem eſt.

PHENO, vide PHILO.

PHENVSTVS, vrbs Epiſcopalis, ſub ſede Becerra Arabiæ. Guil. Tyrius.

PHERÆ φεραὶ, Peloponneſi ciuitas, ad Sinum Meſſeniacum, Ptolemæo. Sophianus Cheramidi vocat. PHERÆ, Ptolemæo & Liuio Pelaſgiæ regionis in Macedonia vrbs: quam Pauſanias & Cicero de Diuinatione, Theſſaliæ tribuunt. Huius meminit quoque Suidas, in verbo Pagas. apud Nardum in ſuo Liuio legitur eam hodie Sidro, aut Ieruſat vocari. Idem alio loco Ieniſar legit. Leunclauio Fere eſt. PHERÆ, Ptolemæo Achaiæ Propriæ vrbs mediterranea. S. Georgio hodie dici, ſcribit Niger. PHARA φάρα, apud Strabonē legitur. SAERA σαιρα, nunc vocari, ait Iſacius in Lycophronem. PHERÆ Sericæ regionis, eſt Ammiano, Bœotiæ, Homero. Item Iapygiæ: Aetoliæ: & Parthyæorum, apud Stephanum. Pauſanias habet Laconicum opidum, quod ab Homero φάειν, à finitimis autem φαρας vocatum ſcribit. hoc PHARIS Liuio eſt. Idem quoque PHARA à Strabone dicitur. lib. 8. Vide PHARÆ.

PHERÆA φηραία, Arcadiæ vrbs: Straboni 8.

PHERENDIS φερενδὶς, Armeniæ Maioris opidum. Ptolem.

PHEREPVM, opidum circa Euphratem, Nicetæ.

„ PHERETIANI, ob adiectos colonos Genuæ opido reli-
„ quere amni proximo, & regioni, nomen Pheretianæ. Cato
„ in Originibus. FERITOR amnis fortè Plinij.

PHEREZÆI φερεζαῖοι, terræ Chanaan populi, Geneſ. 13. 15. PERIZÆI Pagnino, Ioſ. 24. Circa Samariam habitabant. FEREZÆA gens, Prudentio.

PHERINVM, Liuio 32. opidum in Theſſalia.

PHERITO, vide FERITOR.

PHERME φερμη, mons, in Sceti regione Aegypti eſt, vbi Paulus eremita, Sozomenus & Calliſtus. Item Palladius. Hunc tractum, etſi non nominet, videtur tamen deſcribere Philo Iudæus, in Vita Contemplatiua.

PHERMVTHIACVS, vide THERMVTHIACVS.

PHERONIA φηρωνία, opidum Sardiniæ. Ptolemæus. Vide FERONIA.

PHERRACIA φερρακία, circa Colchos, aut Trapezuntem vrbs, Straboni. Vocem corruptam puto, pro Pharnacia. ſic mecum ſentire Caſaubonum poſtea legi.

PHESCENNIVM, Catoni Tuſciæ vrbs. vide FESCENIA.

PHESTI φῆστοι, locus inter quintum & ſextum lapidem ab Vrbe. Strabo. In Latio erat, vbi amburualia peragebantur.

PHESTVM, Theſſaliæ aut vicinæ regionis opidum, Liuio 36. PHÆSTVM per AE diphthongon ſcribendum reor, ex Ptolemæo.

PHETA φετα, locus cuius aqua mulieres parum fœcundas facit. Ex Theophraſto, Athenæus.

PHEVGARVM φεύγαρον, Germaniæ vrbem habet Ptolemæus. Halberſtadt Saxoniæ vrbem eius loco ponunt Appianus, & Irenicus.

PHIA φία, vrbs de qua lis fuit inter Lacones & Meſſenios. Stephanus ex Homero. Elidis vrbs maritima eſt; Thucydidi 2. & 7. Eadem cum φεια Strabonis. vide PHEA.

PHIAIROTH, vide PIHACHIROTH.

PHIALA, locus Memphi, in Nilo: qui à figura ſic vocatur. Plinius. Etiam in vrbe Alexandriæ: Procopio 6. Aedificior. Fons Nili ſic quoque dicitur, Timæo auctore, apud eundem Plinium. Lacus eſt rotundus, Ioſepho: ex quo Iordanem oriri putat. Hunc Saracenos Medan, id eſt aquas Dan vocare, ſcribunt Brochardus, & Breytenbachius. Vide NILVS.

PHIALIA φιάλεια, vrbs Arcadiæ in Peloponneſo, Ptolemæo. Plethon per I, in penultima habet. PHIGALEAM φιγαλέα, eam etiam vocari, tradit Stephanus, & Pauſanias. φυγαλαια ſcribit Polyb. 5. φιγαλία Athenæo 11. Dauia dicitur Nigro. PHIALIA, etiam Bithyniæ vrbs, apud Stephanum.

PHIARA φιάρα, Sagarauſenæ in Cappadocia vrbs. Ptolemæus.

PHICARI, Indiæ gens, ad Caucaſum. apud quos topazius reperitur. Plinius.

PHICEVM φίκειον, Bœotiæ mons: Stephano, & Apollodoro 3. φίκιον, Heſiodo eſt, & Plutarcho, vbi Sphingem ænigmata nectentem, deſcribit, in Libello quòd bruta ratione vtantur. Apud Palæphatum SPINGIVM eſt. Vide MOABIN.

PHICOLA, vide FICHOLA.

PHICORES Mæotici populi: in Aſia. Mela.

PHIDALIÆ φειδαλίαι, Sinus, Europæ ad Boſporum Thracium, circa Byzantium. Suidas huius meminit. Sarantacopa nunc dici, ait P. Gyllius.

PHIELA, vide ARSASIVM.

PHIGALEA, vide PHIALIA.

PHIGAMVS φιγαμος, Cappadociæ fluuius. Arr. Periplus.

PHIGASEVM, à Gente Arcadiæ, nominat quendam Cleandrum, Herodotus 6.

PHIGIA φιγία, Ptolemæo Arabiæ Felicis vrbs.

PHILA, Libyæ inſula à Tritone fluuio circundata, in qua Nyſa vrbs, vno aditu tantùm ingredientibus patet, quæ Portæ Nyſiæ vocantur. Hanc inſulam pulchrè deſcribunt Diodorus Siculus lib. 3. & Ariſtides oratione Aegyptiaca. Item Stephanus ex Herodoti quarto, vbi tamen apud ipſum Herodotum hodie PHLA φλᾶ legimus, corruptè videtur. φιλα enim omnes ceteri habent. Aliam PHILAM inſulam, circa Cataracten Nili, habet Seneca 4. Natural. PHILA φιλα, Stephano, & Liuio Macedoniæ vrbs, media regione inter Dium Tempeq́; in rupe amni imminente poſita. Peneo nempe, vti ex Stephano videtur. Nardus in ſuo Liuio Italico Fello nominari dicit. Vide STOECHADES.

PHILADELPHIA φιλαδελφια, Cœleſyriæ vrbs, apud Ptolemæum. Olim AMMANA ἄμμανα, & ASTARTA ἀστάρτη, dicta, teſte Stephano. RABBA, vel RABBATH Hebræis, vt Zieglerus tradit. D. Hieron. in locis Hebraicis eam Arabiæ tribuit, & dicit Hebræis AMMAN vocari. PHILADELPHIA, Ciliciæ: & Lydiæ vrbs eſt, Zoſimo, Ptolemæo, & Straboni: vnde PHILADELPHENI Plinio. Etiam Aegypti, Stephano. Arabiæ Calliſto, quæ eadem cum D. Hieronymi, forſan.

PHILÆ φίλαι, Aegypti opidum: ad Nili cataracten. Ptolemæus, & Heliodorus 8. vbi ſitum huius lego. AMICAS vertit Seruius in 6. Aeneid. & fabellam addit de nominis origine.

PHILÆNI Vicus, φιλαίνου κώμη, Ptolemæo in Africa Propria eſt, vbi eorum etiam ARÆ; quarum Salluſtius, Polybius, & Valerius meminere. Licudia Caſtaldo, Hernich Zardo, Porto de Sabia Villanouano, ſed Nain Marmolto nominatur. ARÆ PHILISTENORVM legitur apud Pont. Virunium, corruptè.

PHILÆVM, Germaniæ vrbem apud Ptolemæum, legunt Villanouanus & Appianus; quam Groeningen Friſiæ interpretantur. Sed PHLEVM φλεῦον, ſine I, aut diphthongo, eſt in Græcis codicibus.

PHILAIDÆ φιλαιδαι, Stephano Aegeidis tribus.

PHILANORIVM φιλανόριον, locus in Argia. Pauſanias.

PHILARCHI φίλαρχοι, qui ad Euphratem habitant. Strabo 2. Horum meminit etiam Iornandes lib. 1. qui eos Saracenis adſcribit: ex Sex. Rufo. vbi Cuſpinianus hoc dignitatis nomen, non gentis eſſe vult, cui minus aſſentior, eò quod per iota, non per ypſilon ſcribatur. Per Y. tamen legit ad me Frid. Sylburgius, & putat Oſroene regionis dynaſtas, ex Suida. quia videlicet illorum regiunculæ φυλαι, fuerunt nuncupatæ.

PHILE, & PHILEAS φιλέας, regio Byzantij. Stephanus & Nicetas. Vide PHILIA.

PHILEATINA φιλεατίνη, *lacus iuxta Pontum, verſus ſolſtitialem partem Byzantij. vt refert Zoſimus* 1. *Vide* DEVELTVS.

PHILECIA φιλικία, *Germaniæ opidum, Ptolemæo.* PHELICIA *habent interpretes.*

PHILEMPORVS, *locus circa Byzantium. Metaphraſti in S. Danielis Stylitis vita.*

PHILENE, *vide* PHYLA.

PHILENORIVM φιλωόειον, *Arnææ Bœotiæ regionis vrbs, Stephano auctore.*

PHILEROS. *Macedoniæ vrbs, Plinio.*

PHILETA φίλητα, *circa Cariam vrbs. Porphyrogenneta.*

PHILETO, *vide* MEGALEPOLIS.

PHILIA φιλια, *Aethiopiæ in finibus Aegypti inſula, iuxta vrbem Tacompſon, Stephano. in voce* ταχομψό. *Promontorium Thraciæ, ad Pontum Euxinum, Ptolemæo. quæ Pomponio vrbs* PHILEAS *eſt.*

PHILICVS φιλικός, *Ptolemæo inſula ante Taprobanam.* PHELICVS *interpreti.*

PHILIPIS, *vide* PHILIPPIS.

PHILIPPEVS *Fons, in Neſtania, Arcadiæ pago. Pauſanias.*

PHILIPPI φίλιπποι, *Stephano Macedoniæ vrbs, quæ olim* CRENIDES. *In Theſſalia quoque* PHILIPPI *ſunt eidem. Hos apud* PHILIPPICI *Campi ſunt.*

PHILIPPI *inſula. in ſinu Arabico, Straboni.*

PHILIPPICI *Campi, vide* PHILIPPI, PHILIPPOS, *&* PHARSALICI.

PHILIPPIS, *locus ſiluoſus Atticæ videtur: apud Senecam in Hippolyto. Vno* P. *erat in codice meo pergameno.*

PHILIPPOS, *Thraciæ vrbs, in prærupto tumulo, habet à Septentrione ſaltus, verſus Meridiem paludem, quam mare excipit, vt tradit App. Alexandrinus, qui eius ſitum eleganter depingit. Is ſcribit hanc olim* DATVM δᾶτον, *&* CRENIDEM κρενίδες, *appellatam: quod etiam Diodorus teſtatur: idem poſt eum Plethon Hanc Ptolemæus Macedoniæ adſcribit, in finibus tamẽ Thraciæ, apud Hedones nempe.* PHILIPPENSES *Campos huic adiacentes, habet Tacitus 4. Annal.* COL. IVL. PHIL. *eſt in nummo Auguſti, apud Goltzium.*

PHILIPPOPOLIS φιλιππόπολις, *Thraciæ vrbs Ptolemæo; quam idem* TRIMONTIVM τριμόντιον, *&* ADRIANOPOLIM ἀδριανόπολις, *vocat. Plinius ſcribit antea* PONEROPOLIS *appellatam. Item Suidas* πονηρόπολις, *de quo Plutarchus, de Curioſitate. Sex. Rufus, & Ammianus, ait eam* EVMOLPIADAM *dictam.* CALYBEN καλύβη *à Strabone vocari, tradit Hermolaus. Eadem videtur à Suida* DOVLONPOLIS δουλόνπολις, *nominari.* PVLENDENA *etiam dicta fuit, ſi ſincerus eſt Iornandes. nam idem alio in loco* PVLPVDENAM *nuncupat. (auctor certè, ſi quis alius inter malè Latinos auctores, admodum in propriis nominibus corruptus.)* Philippopoli *etiamnum nomen obtinere, teſtis eſt Volaterranus,* Philibe *vulgo Turcico, vt docet Leunclauius.* Ploudin *ſcribit vocari Corn. Scepperus. Poneropolim ab incolis* Preſerem *nominari, tradit Barletius, Adrianopolis, & Philippopolis duæ ſunt vrbes. Sex. Rufo.*

PHILIPPOPOLIS, *Arabiæ vrbs, in concilio Chalcedonenſi. A Philippo Imp. conditam tradit Aurel. Victor, A. Schotti. Vide* THEBÆ, CALYBE, *&* BOSTRA.

PHILISCVM, *Syriæ opidum, Parthorum: ad Euphratem. Plinius.*

PHILISTHÆOS, *Terræ Canaan populos, Ioannes Tzetza; & Sulpicius in ſua ſacra hiſtoria vbiq;* ALLOPHYLOS ἀλλόφυλοι, *vocat, quaſi alienigenas. Vide* PALÆSTINA.

PHILISTHIM, *vide* ASCALON, *&* PALÆSTINA.

PHILISTINÆ *Foſſæ, quod alij* TARTARVM *vocant, inquit Plinius. Vnum ex Padi oſtiis.* Foſſona *bodie dici, Georg. Fabricius, & Leander tradunt:* Piſtrina, *Rodiginus. Tartari huius fluminis etiam Tacitus meminit.*

PHILIVS, *vide* PHLIVS.

PHILLIS φιλλίς, *Thraciæ regio, circũiecta Pangæo mõti, Herodoto 7. Stephanus ex eodẽ per* Y, *in prima ſcribit* φυλλίς.

PHILLYRA φιλλύρη, *Peloponneſi fluuius, in Arcadia. Callimachus, hymno in Iouem.*

PHILO φιλώ, *in extremis oris regionis Aegypti, Theodoreto in Hiſtoria Eccleſiaſtica.* PHENO *habebat Latinus interpres. Fortè* φιλαι, *Ptolemæi.*

PHILOBOEOTVS φιλοβοιωτός, *mons Bœotiæ, in Elaticis campis. Plutarcho in Sylla. Caſtellum vocat Polyænus 5. in Pammene.*

PHILOCALIA φιλοκάλεια, *Cappadociæ locus, ad Pontum Euxinum. Plinius, & Arr. in Periplo.*

PHILOCANDROS φιλοκάνδρος, *inſula Cycladum, Ptolemæo.* PHOLEGANDROS *Stephano & Plinio eſt, quamuis hi eam inter Sporades numerant & per* A *in prima habeat malè Baſilienſis Plinij codex.* φλεγανδρος, *Heſychio eſt. Syderiam. i. ferream, propter aſperitatem, ab Arato vocatam, annotauit Strabo.*

PHILOCRENE φιλοκρήνη, *Bithyniæ opidulum, apud Gregoram. Maritimũ eſt Laonico. Circa Nicæam videtur.*

PHILOMELIVM φιλομήλιον, *vrbs in Magna Phrygia. Ptolemæus, Strabo, & Stephanus. Philomelienſes habet Plinius, & Cicero in Verrem* III. Aggiul-felanos *à Turcis nominari, ſcribit Leunclauius.*

PHILOMOLPHVS, *Aſia Minoris opidum, Nicetæ.*

PHILONIS *pagus, in Aegypto inter Nilum & ſinum Arabicum, Straboni. Pentapoleos regionis vicus, in Africa eſt, Ptolemæo. Item Libyæ Nomi, eidem.*

PHILONIVS *portus,* φιλώνιος, *apud Ptolemæum, in Corſica inſula. Vocatur hodie* Porto vechio, *vt Leander & Niger aiunt. Sed* Porto Fauone, *Moletio, & Pineto.* NAVONIVS, *fortè malè apud Antoninum. vt quidam ſcribit. non puto tamen. Sed duo diuerſa loca exiſtimo.*

PHILOPATRIVM φιλοπάτρειον, *locus circa Byzantium fortaſſè. Cedreno.*

PHILOS, *inſula contra Perſidem, in eius ſinu. Plinius. Vide* PHYLLOS.

PHILOSOPHIANA, *vide* GELA, *&* MANSIO.

PHILOTERA φιλωτέρα, *vrbs circa Troglodytas gentes, & Satyri opus. Stephano Circa Caucaſum fortè, ad Boſporum Cimmerium. Eſt &* φιλωτερία, *Syriæ, Polybio 5. quam iuxta paludem (Tiberiadem nempe) ſitam tradit, in quam Iordanus fluuius defluens, rurſum in agrum Scythopolis vrbis exit. Vide* ÆNNVM.

PHILOTHEI, *vide* BYTHARIA.

PHILOXENI *Latomiæ, vide* LATOMIÆ.

PHILYRES φίλυρες, *iuxta Pontum gens, Stephano, & Val. Flacco. Philyridam inſulam, habet hoc tractu Apollonius 2. In Ponto Euxino. Philyreaq; tecta, habet Ouid. 7. Metamorph.*

PHINA, *Pieriæ in Macedonia vrbs. Plinius. Corruptè forſan, pro Phila. cuius Liuius & Stephanus in hac continentia meminere.*

PHINEIDÆ *Scopuli, vide* CYANEÆ.

PHINEVM φίνειον, *locus in Ponto. Stephanus, & Suidas. In Arcadia quoque Theophraſto 3. Hiſt. Plant. cap. 1.*

PHINICHA, *vide* BESABDÆ.

PHINNI, *vide* FENNI.

PHINON φινῶ, *vna manſionum Iſraëlitarum, in deſerto. Num. 33. Vide* PHAENO.

PHINOPOLIS φινόπολις, *Thraciæ vrbs, apud Ptolemæum.* Phinopoli *Sophiano. Locus eſt in Ponto, Stephano. In Bithynia, circa fauces Boſpori, Plinio. ſed Baſilienſi, & Colonienſi. Venetum exemplar* BOSPHOROPOLIS *hoc loco habebat. ſic quoque Pariſienſe. at hoc in ora* SPHYROPOLIS, *&* STENOPOLIS *inconſtanter legebat.*

PHINTHIA *Siciliæ fons; in quo omnia fluitant, nihil mergi ſinit. Apion auctor, apud Plinium.* PHINTIA φιντια, *Siciliæ vrbs, Phalaridi, Epiſtola 148. Vide* PINTIA.

PHINTONIS φίντονος, *inſula inter Sardiniam & Corſicam, Plinio & Ptolemæo.* FINTON *Martiano.* Iſle de Figo, *eſt Pineto. Mihi* Iſola roſſa *videtur ex Tabulis.*

PHIRÆSI φιραῖσοι, *Scandiæ inſulæ populos habet Ptolemæus. ex quibus Turnebus* FRANCOS *facit. ſicq; ibidem legendum cenſet. Sed hanc opinionem, tanquam à veritate alieniſſimam, reijcit Hotomannus, in ſua Francogallia.*



PHIRSTIMVS, *Perſidis fluuius, in eius ſinum effluens. Plinius.*

PHISCON MONS, *&* ARX ITI, *Tuſciæ locus in Fragmento Catonis.* Monte Fiaſcone *hodie, vt vult Marianus Victorius. vide* FALISCI.

PHISERA, *vide* FISERA.

PHISON, *fluuius in Sacris Bibliis notus, è Paradiſo fluens. Ioſephus. Hieronymus & Euſebius* GANGEM, *Salomon commentator* NILVM *interpretatur, vt ait in ſuo Apparatu Biblico Ar. Montanus.* HYPHASIN *eſſe, ſcribit Niceph. Caliſtus lib. 9. cap. 20.* PHISON φεισων, *etiãm locus, qui Martyropolim habet ab Oriente: Huic Phiſon ad octo fermè paſſuum millia ſunt mõtes prærupti, inter ſe coëuntes, qui duo flumina efficiunt, qui proximis inter ſe locis fluunt, quæq; Cliſuras appellant. Procopius 2. Perſicor. & 3. Aedificior. Puto* CLISVRAS ZYBRYTZÆ *à Niceta appellari. Vide* DANVBIVS.

PHITERNVS φιτέρνος, *Ptolemæo Ferentanorum fluuius.* Fortoro *Collenutio, & Leandro eſt,* Salino *Mazzellæ.* TIFERNVS *Plinio, & Pomponio vocatur. quod tamen non placere Ligorio animaduerti, qui hunc* Piſar *nouo nomine interpretatur.*

PHITIVSA, *inſula circa Peloponneſum: in Aegæo mari. Mela. Sed* PITIVSA *ſcribendum puto, cum Plinio.*

PHITON φιτων, *Aegypti ciuitas, ab Iſmaelitis exſtructa. Exod. 1.*

PHLA, *vide* PHILA.

PHLADIRTINGA, *non ſemel nominat Hermannus Contractus eam vrbem, quam hodie* Vlaerdingen *vocamus. In Hollandia ad Moſæ oſtium.*

PHLAGVSA, *vrbs Cherſoneſi, quæ confinis eſt Troiæ; vbi Proteſilai ſepulcrum. Ibi portus,* CRATER *nomine. Hyginus in Cratere, ex Philarcho.*

PHLANEIA φλανεία, *Cecropidis tribus, in Attica. Lexicon Phauorini.*

PHLANON, *vide* FLAVONA.

PHLANONICVS *Sinus, vide* FLANATICVS.

PHLAVIOPOLIS, *vide* FLAVIOPOLIS.

PHLEGANDROS φλέγανδρος, *inſula deſerta, Heſychio. Vide* PHALEGANDROS.

PHLEGEVS *Fluuius Alpheſibœæ mater. Ex Dictionarijs.*

PHLEGRA, *nunc ciuitas, inquit Capella: tunc gigantum temeritate famoſa. Huius Solinus quoque meminit. vide* CHERSONESVS *Thraciæ, &* PALLENE.

PHLEGRÆI *Campi, ſunt duo, vnus in Italia; alter in Theſſalia. Hunc Iſacius Tzetza in Thracia collocat. Stephanus in Thracica Cherſoneſo. vtrumq; Diodorus* CVMÆVM *etiam vocat.* PHLEGRÆOS *Campos, circa Capuam, habet Polybius 2. vide* FORVM *Vulcani,* VESEVVS, *&* CAMPI LAPIDEI.

PHLEGYA φλεγύα, *Bœotiæ vrbs, apud Stephanum. &* PHLEGYÆ *Philoſtrato 2. Iconum, in Phorba. vbi ad Cephiſſum fluuium videtur. Vide* GYRTONE.

PHLEGYANTIS, *vide* ANDREIS.

PHLEVM, *vide* PHILÆVM, *&* FLEVVM.

PHLIARVS φλιάρος, *vide* HOPLIAS.

PHLIAS, *inſulæ nomen, Polybio 4. circa Aetoliam.*

PHLIASIA, *vide* PHLIVS.

PHLIVS φλιοῦς, *Ptolemæo & Xenophonti, Sicyoniæ opidum, in Peloponneſo. Primo* ARANTIA ἀράντια, *poſtea* ARÆTHYREA ἀραιθυρέα, *dictum fuit. Auctores ſunt Strabo, Stephanus, & Pauſanias in Corinthiacis. Gemiſtus habet* PHILIVS φιλιοῦς. *Videtur eadem* PHLIASIA *apud Strabonem vocari.* Rupela *videtur apud Laonicum.* PHLIVS; *vrbs maritima Argiæ regionis, in Pelopõneſo, Ptolemæo teſte. Phlethon eam etiam* THERMIA θέρμια, *appellat.* Foica *Pineto; ſed* Yri *Sophiano dicitur.* PHLIVS *alia, ſed quoque in Peloponneſo, Plinio.* II. *M. paſſ. à Cillena, Elidis regionis.*

PHLOEON φλοῖον, *locus in Samo. Plutarchus in Quæſtionib. Græcis.*

PHLOSSA φλωσσα, *locus in agro Smyrnæo, videtur apud Suidam, in voce Theocritus.*

PHLORYIA φλωρυία, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum. Ptolemæus.*

PHLYENSES φλυεῖς, *pars Cecropidis tribus, Stephano. Ptolemaidis, eſt Heſychio.* PHLYIA φλυία, *eſt apud Suidam. &* PHLYEVS *apud Pauſaniam. In Attica eſt.*

PHLYGADIA φλυγαδία, *mons Illyrico & Adriæ obuerſus. Strabo.* Flicz *hodie. Lazius, 12. R. P. Romanæ.*

PHLYGONIVM φλυγόνιον, *Phocidis opidum. Pauſanias. & Stephanus.* πολυγόνιον *alia lectio: Amaſeo nempe.*

PHLYIA, *vide* PHLYENSES.

PHOBEA, *vide* PHEBOL.

PHOBEL, *vide* GRÆCIA.

PHOBVS φόβος, *id eſt metus, locus ſic dictus in Aegiale inſula. Pauſanias in Corinthiacis*

PHOCÆ, *Creticæ inſulæ, ante Sammonium promontorium, Plinio.* φῶκαι, *in Achaiæ quoque vrbs, Ptolemæo, ad Octeum ſinum. Aethiopes etiam ſic dictos, habet Agatarchides.*

PHOCÆA φώκαια, *Ptolemæo Aeolidis opidum maritimum. Stephano Ioniæ eſt, ſed idem.* PHOCIS *Pomponio ſcribitur. Liuius 37. ſcribit hoc opidum duos portus habere; quorum alterum* LAMPTERA, *alterum* NAVSTATHMVM *vocat. Sophiano nominatur* Foglia vechii. PHOCÆAM *aliam in Caria eſſe, ad Mycalen montem, adnotauit Hermolaus ad Plinij 5. cap. 30.*

PHOCAICVM *Littus. vide Smetij inſcriptionũ volumen, fol. 24. numero 7. Circa Maſſiliam & Emporias interpretatur Ant. Auguſtinus, Dialogo 3. de Nummis antiquis. Idem didici ex Silij Italici 1. 3. & 4. Vide* PHOCIS.

PHOCAIS φωκαίς, *terra Aſiatica, circa Cayci fluminis oſtia videtur, è regione Mytilenæ. Thucydides circa finem 8. vide* PHOCIS.

PHOCARIA, *inſula maris Aegæi, ex aduerſa Atticæ. Plin.*

PHOCARVM φωκῶν, *inſula,* IERACON, *id eſt accipitrum, &* CHELONON, *id eſt teſtudinum, tres inſulæ ſunt in ſinu Arabico: apud Strabonem 16. Accipitrum etiam Ptolemæus in hoc ſinu meminit. Aliam autem Phocarum inſulam in eodem ſinu, idem videtur habere: ſed verſus eius intimum receſſum, ab Arabiæ parte. Eandem, ni fallor, Diodorus deſcribit lib. 3. iuxta Phœniconem, Arabiæ Felicis promontorium.*

PHOCEAS φωκέας, *agri Leontini, in Sicilia opidum. Thucydides circa principium libri 5.*

PHOCENSES, *Græciæ populi, apud Strabonem. Hos ſcribit Niger* DRYOPES *à Vibio nuncupari. Mihi non conſtare fateor.* PHOCENSES *ſiue* FOCENSES *ſunt in Etruria, inter Senam & Lucam, ſi creditur Edicto Deſiderij regis, & Fragmento Antonini, cum eius Commentatore Annio, qui dicit ibi adhuc hodie exſtare* Phocekius *lacum, & opidum.*

PHOCI, *gens Ichthyophagis vicina. Agatarchides.*

PHOCIAS, *Theſſaliæ fluuius, Vibio. Sed Phœnix legit Simlerus.*

PHOCIS φωκίς, *Achaiæ regio, apud Ptolemæum & Stephanum.* PHOCIDEM *Arcadiæ, habet Dioſcorides 3. cap. 48. vbi panaces naſcitur. Inde Ouidio 2. Metamorph.* PHOCICA *Erymanthus, &* PHOCAICA *Tellus. Ioniæ vrbs apud Pomponium. Vide* DAVLIA, *&* PHOCÆA.

PHOCLIS φωκλίς, *Ptolemæo Arachoſiæ vrbs.*

PHOCRA φόκρα, *Ptolemæo mons eſt Mauritaniæ Tingitanæ. Idem videtur cum eo quem Ioan. Leo* Ferreum *vocat, & vulgo* Gebelelhadich *appellari ait. Ammiano quoque in Mauritania Cæſarienſi* MONS FERREVS *eſt, ſed alius ab hoc; contiguus Tubuſupto opido.*

PHOCVSÆ φωκοῦσαι, *inſulæ duæ, Ptolemæo. in Aegyptio pelago.* PHYCVSSÆ *Stephani crediderim.*

PHOCVSSA, *vna Sporadum. Plinius.*

PHODA, *Plinio opidum in Arabia Felici.*

PHOEBÆA Palus, φοιβαία, æſtuarium eſt Argiæ regionis: quod poſtea SARONIDIS palus, σαρωνὶς, dictum fuit. Pauſanias in Corinthiacis.

PHOEBATIDEM vrbem Macedoniæ, habet Polybius 5. In Daretidis regione.

PHOEBE, inſula in Propontide. Plinius.

PHOEBEVM, locus apertus circa Spartam. Liuius 34.

PHOEBI φοίϐυ, promontorium, in Mauritania Tingitana, ad mare Ibericum. Ptolemæus.

PHOEBI VADA, locus Italiæ; blandiſſimis aquis celebris: Martiali.

PHOEBIA φοιβία, Sicyoniorum opidulum, Pauſaniæ. Vide RHEGIVM.

PHOEMIVS, vide TOEMPHEMBIVS.

PHOENEBYTHIS φοενεβύθις, Panopolitanæ Præfecturæ vicus. Suidas. Φενέβυθις, eſt apud Stephanum, in Aegypto. Maritimam eſſe, & patriam Valentini hæretici tradit Epiphanius.

PHOENICÆVM φοινίκαιον, Corinthi mons. Stephanus, ex Ephoro.

PHOENICE φοινίκη, Syriæ regio, Ptolemæo, Straboni, Plinio, Melæ, ceterisq́; Stephanus prius RHABBOTHEN ῥαϐϐώθη, & COLPITEN κολπίτη, dictam tradit: item CHNA χνα. PHOENICEN habet circa Damaſcum, vulgata editio, Gen. 14. PHOENICIAM LIBANISIAM vocant Euagrius, & concil. Chalcedonenſe, in qua Damaſcus. etiam EMISA; teſte Stephano. PHOENICE LIBANI in lib. Notitiar. Vrbs Epiri quoque Ptolemæo, Polyb. 2. & Liuio 29. item Ptolemæo in Chaonia, quæ apud Antoninum corruptè POENICE. Ad ſinum Mariandynum PHOENICE eſt, Herodoto 4. Eiuſdem mentio fortè à Stephano, in βέσβικος. Plinio inſula eſt aduerſa Sigæo littori. SYROPHOENIX eſt apud Iuuenalem, Satyra 3. Vide PALÆSTINA, SVRIA, CARIA, IOS, & STOECHADES.

PHOENICES à Rubro mari profectos, & Sidonem vrbem condidiſſe, refert Iſidorus. ERYTHRÆOS vocant alij, quos vide ſuo loco.

PHOENICIA, Iberie vrbs, Polyæno 8. in Scipione. Vide PHOENICE. & CARIA.

PHOENICIVS φοινίκιος, Bœotiæ mons, regionis Thebanæ, Straboni 9. vide MEDEON.

PHOENICODES, vide PHOENICVSA.

PHOENICON NICONON, Antonino Aegypti vrbs. Phœnicon quoque in lib. Notitiar. Huius mentio etiam in Excerptis Olympiodori. HYDREVMA apud Plinium videtur.

PHOENICVM φοινικων, id eſt palmetum, locus in Syria videtur: quem Procopius 5. Aedificior. ſcribit Iuſtinianum Imp. Romano Imperio adieciſſe. Huius fortè meminit Strabo 16. quod ſcribit quinque dierum itinere diſtare à Petra Arabiæ Felicis. Vicus Arabiæ Felicis, eſt Ptolemæo. Phœnicum nemus, habet Euſtathius in Chio inſula. Vide PALMARIS Lucus.

PHOENICVM, inſulæ, vide PELAGIÆ.

PHOENICVS Mons, in Lycia: etiam OLYMPVS dictus fuit. Strabo. Eſt etiam vrbs in eadem regione, quam Liuius lib. 37. dicit duum millium ſpatio à Patara diſtare. Vrbs & fluuius, eſt hoc tractu Phœnix apud Porphyrogennetam. Loci maritimi in Lycia, ſic dicti, meminit Hiſtoria Miſcella. PHOENICVS Portus, eſt etiam Cretæ vrbs, Ptolemæo, & Stephano. Item D. Lucæ in Actis. Eſt quoq; portus eius nominis in Aſia Propria, Mimanti ſubiectus: Thucydidi: Erythrææ in Ionia: Liuio 36. ſub finem. Portus item Meſſeniæ, apud Pauſaniam. Libyæ Nomi portus eſt, auctoribus Ptolemæo, & Strabone. & Cytheræ inſulæ: Xenophonti 4. Græcor. vide NEPTVNIVM.

PHOENICVS Portus, vide NAVSTATHMVS.

PHOENICVSA φοινικοῦσα, Pomponio, Plinio & Straboni: PHOENICODES φοινικώδης, Ptolemæo, vna ex Aeolijs inſulis: quam Leander & Fazellus Phelicure vocant. Niger autem Alicudie.

PHOENICVSSÆ φοινικοῦσσαι, Phœnicorum vrbs: in Syria. Stephanus. Sunt quoque duæ inſulæ in ſinu Carthaginienſi: eidem Stephano, ex Hecatæo.



PHOENISSA, vide CARTHAGO.

PHOENIVM locum, habet in ſua Mirabilium narrationum congerie Antigonus. vbi Stygis aqua ex ſaxo manat. PHENEVS Plinij eſt, quem vide ſuo loco.

PHOENIX φοῖνιξ, Cretæ inſulæ vrbs, Ptolemæo: quam Niger S. Niqueta indigitat. Apud Strabonem PHOENIX LAMPEI legitur. Huius quoque mentio eſt in Actis Apoſt. 27. PHOENIX, haud procul à Rhodo vrbs & mons eſt, Ptolemæo, & Stephano, qui ibidem fluuium quoque ſic vocatum habet. Horum regionem idem ſic quoque vocare videtur, in voce Ἄσυρ. Lyciæ portus eſt, apud Zonaram. Vicus Aegypti eſt Palladio, in vita Chronij. Opidum eſt Italiæ aut Siciliæ, circa Coccynum promontorium. teſtis Appianus 5. Ciuilium. Theſſaliæ fluuius, apud Plinium, & Lucanum. item Herodotum. ad Anthelam vrbem. Achaiæ quoque non magnus, in Aſopum defluens. vt tradunt Strabo, Herodotus, & Pauſanias. In Apidanum fluere, ſcribit Vibius. Vide OLEA, PHOENICVS, & LAMPE.

PHOENVS Mons, circa Baiocam, nunc CHRISMATVS dicitur. vt habet Surius, in S. Vigoris vita.

PHOETIÆ φοιτεῖαι, Acarnaniæ vrbs. Stephanus, & Polybius 4. φοίτιον, lego apud eundem 5. vide PHYTÆVM.

PHOEZORVM φοίζων, locus in Arcadia apud Pauſaniam.

PHOGOR φογώρ, vrbis nomen, Gen. 36. vt legunt 70 interpretes. PHOV habet D. Hieronymus & Chaldæus Paraphraſtes. PAHV Pagninus. FANVM PHOGOR, Hieronymo locus eſt, Deut. 3. quo Chaldæus & Pagninus BETHPHOGOR legunt. Item Ioſue 22. legit Hieronymus BEELPHOGOR. Qui idem in locis Hebraicis dicit aliam quoq; PHOGOR villam haud procul à Bethleem eſſe, quæ nunc PHAORA nuncupatur.

PHOIBIA, vide RHEGINVM.

PHOLEGANDROS, vide PHILOCANDROS.

PHOLOE φολόη, Peloponneſi mons, Pomponio & Straboni. Vrbs & mons Arcadiæ, Plinio, & Ouidio; Xiria à Nigro dicitur. Gemiſtus eum PHOLVS φολὸς vocat, & ſuo tempore ASTRAS ἄστρας dici, addit. Theſſaliæ mons eſt PHOLOE Placido Lutatio, in lib. 3. Thebaidos. item Q. Calabro 7. vbi Herculem in Centaurum graſſatum ſcribit. Vide OTHRYS.

PHOMOTHIS φωμώθις, Mareotis vicus, Ptolemæo. PHAMOTIS in Latinis codicibus.

PHON, Archiepiſcopalis vrbs: in Aſia, Guilielmo Tyrio.

PHORA φῶρα, apud Ptolemæum Armeniæ Maioris vrbs. vide EVPHRATES.

PHORAGA φοράγα, Ariæ vrbs, Ptolemæo.

PHORBÆ φορβαὶ, in Theſſalia Achæorũ opidum, Stephanus.

PHORBANTIA φορβαντία, Ptolemæo inſula prope Siciliam eſt. Hanc Niger Marctamo, Fazellus Lauenſo vocat.

PHORBANTIVM φορϐάντιον, mons Trœzenus. ſic Stephanus, in φορβαι, An Theſſaliæ?

PHORCA φόρκη, palus diſtans à Roma quingentis ſtadiis. teſte Iſacio, in Lycophronem. In Marſis videtur. Vide FVCINVS.

PHORCADVM, vide PHARYCADVM.

PHORCYNVS φορκύνος, portus vbi antrum Nympharum, qui Naiades vocantur. in Ithacenſi agro. Homerus Ὀδυσ. ν. & ad eundem Porphyrium Strabo ſcribit ſuo tempore non exſtitiſſe. PHORCYNIDOS Antra, habet Silius 2. in Mauritania.

PHORIAMI φωριαμοὶ, locus inſidiis aptus, in Elide. Stephanus. Iuxta Parthenium.

PHORIEA φορίεια, Stephano vicus Arcadiæ eſt.

PHORISTÆ, Aſiæ populi, inter Scythas fortè. Mela.

PHORMANI φορμανοὶ, Italiæ opidum, apud Stephanum. An Phormiæ?

PHORMIANVM, ſic vocat Seneca 1. Suaſoriar. Ciceronis Villam, in qua Ciceronem occiſum ſcribit Euſebius in Chronicis. ſed vide FORMIÆ.

PHOR-



PHORMIO, vide FORMIO.

PHORMISIVM quondam Heliodorum, à patria nominat Dinarchi oratio contra Demoſthenem, Atticæ tribum puto.

PHORNACIS φόρνακις, Bæticæ vrbs, in Turdetanis. Ptolemæus. Hornachs fortè. vt ſcribit Coquus.

PHOROBRENTATIVM φοροβρεντάτιον, apud Stephanum Libyæ vrbs.

PHORONICVM, vide ARGOS.

PHORONIDES Venæ, vide INACHVS.

PHORONTIS, Aſiæ Minoris opidum, in Cariæ finibus: circa Ioniam, Plinio.

PHORVM φωρων, id eſt, furum, portus, in Attica: Pſyttaliæ inſulæ oppoſitus. Strabo.

PHORVNNA φόρυννα, Stephano Thraciæ opidum, ex Polyb. 9. vt addit.

PHOSPHORIVM φωσφόριον, portus Byzantij, apud Stephanum; quem corruptè BOSPORVM nominant, vt addit Euſtathius. προσφόριον legit Ioannes Tzetze. Proſphorianum habet lib. Notitiarum.

PHOSTONIA φωστονία, vna ex inſulis Halcyonijs. Suidas. Apud alium PHTHONIA lego.

PHOTICA, vrbs Italiæ videtur apud Metaphraſten, in Peregrinatione SS. Petri & Pauli. Epiri Veteris eſt, auctore Photio. Cuius Epiſcopus Diadochus quondam.

PHOTINÆVM φωτίναιον, Theſſaliæ vrbs, apud Stephanum. ex Hecatæo.

PHOVIBAGINA φουιβάγινα, Trocmorum in Galatiæ opidum, Ptolemæo. cuius interpretes PHVBATENA legunt.

PHRAASPA, & PHRAATA, vide PRAASPA.

PHRACA, vide ARETHVSA.

PHRAATA φράατα, Medorum vrbem, habet Appianus in Parthicis.

PHRADA φράδα, vrbs in Drangis, quæ quoque PROPHTHASIA προφθασία, dicitur. Stephanus, ex Alexandro. Prophthaſiam Sogdianæ adſcribit Plutarchus lib. 1. de Fortuna Alexandri. Prophthaſiam Drangarum quoq; habet Plinius: & Ammianus. ex Ptolemæo fortè. Græcus codex tamen Ptolemæi φθοσφάθασια per σ in prima legit. Plinius etiam PROPHTHASIAM habet, quam Zariaſpam cognominat. an alia ab hac, ignoro.

PHRAGANDÆ, populi Thraciæ in finibus Macedoniæ, videntur apud Liuium 26.

PHRAGO, vide LIBYA Interior.

PHRANGI φράγγοὶ, Italiæ gens, iuxta Alpes. Stephanus. Sed Celtica potius, me iudice. vide BARANGÆ.

PHRAORTVS, vide PRAASPA.

PHRATERIA, vide FRATERIA.

PHRATI φράτι, Bactrianæ vrbs, apud Ptolemæum. PHARATRVA habent interpretes.

PHRAVONES, vide LIBYA Interior.

PHREAR, vide LILYBÆVM.

PHREARRI φρέαρροι, Athenienſium municipium, Leontidis tribus, Stephano. φρεάρριος habent Suidas, & Heſychius.

PHREATA φρέατα, Garſauriæ in Cappadocia opidum. Ptolemæus. PHREATTA, locus maritimus, Demoſtheni aduerſus Ariſtocratem. Suæ regionis locus: vt ipſe addit.

PHREGDIACVM, vide BEBRIACVM.

PHRES φρης, Phreti, & Phretes, gens Libyca. Stephanus. ex Herodiano.

PHRETOMANORVM φρετομανῶν, Italiæ vrbem, habet Diodorus 19. quam refert à Q. Fabio expugnatam, Samnitum videtur. Pro FERENTANORVM malè.

PHRICIVM φρίκιον, Locridis mons, Straboni. Montem ſupra Thermopylas, habet Stephanus. Theſſaliæ vrbs eſt ſupra Thermopylas, Liuio 36. Vide FRICIVM.

PHRICONIS φρικωνος, Aeolidis vrbs: Stephano. Vide LARISSA.

PHRICONITIS, & PHRICOTIS, vide CVMÆ.

PHRIGIDOS, vide FRIGIDVS.



PHRIXA φρίξα, Peloponneſi opidum, Straboni, & Polybio, in Triphylia. PHÆSTVS φαῖστος, poſt appellatam: auctore Stephano.

PHRIXIVM, & PHRIXVPOLIS, vide IDEESSA.

PHRIXVS φρίξος, Lyciæ vrbs, Stephano. Idem habet portum ſic dictum, in Aſia, iuxta fauces Boſpori. Argiæ quoque fluuius eſt, qui intra Temenium & Lernam in mare effunditur. Pauſanias.

PHRVDIS φρούδις, Ptolemæo, Galliæ Belgicæ fluuius. Some, à Becano. Sambre, à Cœnale interpretatur.

PHRVGVNDIONES φρουγουνδίονες, in Sarmatia Europæa gens, apud Ptolemæum.

PHRVRÆSVM φρουραῖσον, mons in Mauritania Cæſarienſi. Ptolemæus.

PHRVRENTANI φρουρεντανοὶ Italiæ populi. Stephanus. An Forentani apud Plinium?

PHRVRI φρουροι, Scythica gens, Dionyſio. quibuſdam PHRYNOS φρῦνοι, dici, addit Euſtathius. Iuxta Caſpium mare ſunt.

PHRVRIVM φρούριον, id eſt, præſidium, ſic Cypri inſulæ promontorium à Ptolemæo vocatur. Cabo blanco Luſignano, & Mercatori dicitur. Apud eundem Ptolemæum eſt quoque Indiæ intra Gangem vrbs.

PHRYGES φρύγης, fluuius Aſiæ Minoris, eſt Pauſaniæ & Plinio: in Hermum deſinens: Phrygiamq́; à Caria diſterminans. Regioni nomen dedit. Idem cum PHRYGIVS videtur. de quo vide HYLLVS.

PHRYGI φρύγοι, Illyridis populi: circa Ceraunios: vt videtur apud Strabonem 7. vide BRYGI.

PHRYGIA φρυγία, (quæ & TIBIA τιβία dicta fuit, teſte Suida.) Aſiæ Minoris eſt regio. in MAIOREM & MINOREM diuiditur apud Ptolemæum. item Strabonem; qui Minorem etiam EPICTETVM ἐπίκτητος, & HELLESPONTIACAM ἑλλησποντιακὴ, appellat. Liuius quoque alteram ad Helleſpontum, alteram Maiorem nominat. Hæc eadem Minor, TROAS τρῳὰς, à Ptolemæo dicitur. Xenophon etiam Maiorem & Helleſpontiacam. Diod. lib. 18. Maiorem vocat quæ ad Helleſpontum eſt, ſed malè. Ariſtides PHRYGIAM Superiorem vocat. Strabo PARORIAM παρωρεία, Phrygiæ Minoris partem quoque nominat, atque hanc eandem eſſe puto cum regiuncula ea quã Ptolemæus ſub nomine Pamphyliæ comprehendit. Suidas ſcribit Phrygiam ACHRYLIM ἀχρυλίς, nuncupari. Caſtaldus tradit Phrygiam hodie Sarcum dici, ſed vtram, non addit. PHRYGIÆ SALVTARIS meminit P. Diaconus; & lib. Notit. qui etiam PHRYGIAM PACATIANAM habet: horum ſit etiam mentio in Nouellis. & in Conciliorum opere ſæpius, in hac Synnada vrbs, teſte Socrate Scholaſtico: & Laodicea, in concilio hic habito. CAROPHRYGIÆ meminit Theodoretus 4. cap. 8. in limitibus Cariæ, putauerim. CAPATIANA apud Porphyrogennetam & Photium legitur, (in quo Laodicæa.) Ioſephus ait Phryges THYGRAMMANES θυγραμμάνες Hebræis vocari. Silio Italico lib. 8. CRENI ſunt, eo verſu: Cùm fugeret Phrygios trans ,, æquora Martia Crenos. Antiquitas eos BRVGES appel- ,, lauit, vt docet Cicero in ſuo Oratore, & Herodotus in Polymnia, qui addit βρύγας dictos, quamdiu apud Macedones in Europa fuerunt, poſtquam autem in Aſiam tranſiiſſent, Phryges dicebantur. BRIGANTES eoſdem ab Herodiano nominari tradit Stephanus. Sed & Strabo BREGES, & BREGI βρέγες, & βρέγοι, habet; item Euſtathius, ſed per Y in prima ſyllaba. Idem tres Phrygias facit, Maiorem, Minorem, & Epictetum. Phryges antea THORGAMÆOS θοργαμαῖοι, vocatos, ait Zonaras. Phrygiam nouo verbo Bricquia appellat quidam. Eſt Ptolemæo alia PHRYGIA in Pamphilia: cuius etiam mentio apud Arrianum. 1. Alex. cuius vrbs Thelmiſſus.

PHRYGIA, vt Stephanus, & Euſtathius in Dionyſium tradit, item Scholiaſtes Callimachi, in Dianam; locus Europæus eſt, iuxta Oetam Trachiniæ montem, ſic dictus, eo quòd ibi exuſtus fuerit Hercules. Hunc locum Liuius lib. 36. PYRAM vocat. Stephano quoque locus

inter

inter *Atticam & Bœotiam* PHRYGIA *nominatur.* *Huius quoq; meminit Thucydides lib.2.* PHRYGIA, *Arriano locus* Thraciæ, *ad Pontum Euxinum.* PHRYGIA *dicitur Perſidis alicubi locus: vbi Apoſtata Imp. occiſus fuit, vt tradit Zonaras, & Ammianus 25.* MÆONES & MEONES *eoſdem cum Phrygibus videtur facere Strabo 12.* MÆONIAM *vicinam Phrygiæ Myſiæ & Lydiæ facit Ptolemæus.* PHRYGIVM *Mare hinc habet Virgilius 1. Æneid. Phrygum olim limites latiſſimè patuiſſe, liquet ex his Claudiani verſibus. Finibus obliquis Lydi Piſidæq; feroces, Continuant Auſtrale latus: gens vna fuere, Tot quondam populi, priſcum cognomen & vnum Apellata Phryges.* PHRYGIAM *Minorem, eſſe Immanem Græciam, ſcribit ex Accio, Non. Marcellus: in verbo* Immane. *vide* BRYX, BITHYNIA, & TIBIA.

PHRYGIÆ *Campus, vide* PELTINVS.

PHRYGIVS, & PHRYX, *vide* HYLLVS.

PHRYXÆVM *Mare, vocat Seneca in Herculæ Oeteo, mare quod Caphareum Eubœæ adluit. vide* HELLESPONTVS.

PHRYXI *Semita, vide* HELLESPONTVS. PHRYXI *Templum, & Lucus, fabula vetere pellis aureæ nobilis. in Colchide: Pomponio. Alijs* MARTIS *Templum eſt.*

PHTHEIROS, *vide* LATMVS.

PHTHELEON, *Græciæ vrbs, ad Pagaſeum ſinum. Pomponius.*

PHTHEMBVTIS, *Aegypti Nomus, Ptolemæo.* PHTHEMPHV *eſt Plinio.*

PHTHENEGIVS, *vide* PHTHENOTES.

PHTHENOTES φθενότης, *in Aegypto nomus, Ptolemæo.* φθενοτων, PHTHENOTORVM, *meminit quoque Goltzius, ex nummo.* PHTHENEGII *in Aegypto, mentio eſt in 2. Tomo operum D. Athanaſij.*

PHTERIGIVS *Mons, ſupra Rhoſum ciuitatem Syriæ. Iuxta* PIAPES *fluuius eſt. vt refert Ioan. Moſcus, in Prato ſpiritnali.*

PHTHEROPHAGI, *vide* PHTHIROPHAGI, & TIROPHAGIA.

PHTHIA φθία, *Suidæ, Heliodoro, Pomponio, Stephano, & Plinio, Grecia vrbs in Phthiotide regione. ad Maliacum ſinum, & ad Apidanum fluuium: teſte Euripidis Hecuba. Achillis patria.* Pharſala *nunc dici, ſcribit Rhodiginus, non adducta teſte. Procopij tempore non exſtabat, vt ipſe ſcribit 4. Aedif.* PHTHIA, *Marmaricæ Portus, Ptolemæo.* PLINVM *à Strabone dici, ſcribunt Zieglerus, Villanouanus, & Moletius. ipſi viderint. Hodie* del Parriarcha *vocari addit idem Moletius. Hanc Phthiam poſtea* THETIDIVM *appellatam, ſcribit Nic. Leonicerus in Commentariis ſuis ad Pindari Nemæam. Etiam vrbs in Aſia, circa Pontum Euxinum: à Phthiotis Achais exſtructa. vt habet Euſtathius, in Dionyſium. Eſt quoque regionis nomen Antonio Liberali, (in qua vrbs Melita.) Polybio quoque, qui Thebas in ea deſcribit. ex quo eadem cum Phthiotide. Vide* PITYIA.

PHTHINOPOLIS, *Thraciæ vrbs videtur apud Sex. Rufum, à M. Marcello captam.* PHINOPOLIM *Ptolemæi puto, & ſecundum tertiumq; elementum redundare.*

PHTHINTHIA φθινθία, *Ptolemæo Siciliæ ciuitas.* PHINTIENSES *Plinij puto.* Drilo *apud Nigrum nominatur.*

PHTHIOTIS φθιῶτις, *Macedoniæ regio, apud Ptolemæum.* φθιωτων, *meminit etiam Goltzius ex nummo.* PHTHIA *eſt Polybio. Vide* THESSALIA, & PHTHIA.

PHTHIRA φθίρα, *Cariæ mons, Homero, Lycophroni & Stephano.* φθιρῶ *Suidæ eſt, circa Mæandrum. Iuxta Miletum, Euſtathio apud Homerũ, & Iſacio apud Lycophronẽ.*

PHTHIRO, *vide* PHTHIRA.

PHTHIROPHAGI φθιροφάγοι, *ad Pontum Euxinum gens, Pomponio. per* E *in prima ſcribit Strabo: qui eos in Corocondama peninſula ſtatuit. Vide* THOANES, SALÆ, & THIROPHAGI.

PHTHONIA, *vide* PHOSTONIA.

PHTHONTHIS φθωνθίς, *Aegypti vicus, Ptolemæo.*

PHIHVRIS, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, Plinio. apud Ptolemæum* PHTHVRI φθοῦρι *eſt.*

PHTHVTH, *Ptolemæo Latino Mauritaniæ Tingitanæ flumen. Hodie* Tenſiſt *Caſtaldo, at* Fez *Varrerio. Sed eſt* THVTH θοὺθ *in Græcis exemplaribus.* FVT *apud Plinium, hoc tractu. Vide* PHVT.

PHTIVM, *vide* SIVM.

PHVBATENA, *vide* PHOVIBAGINA.

PHVBIA φυβία, *Sicyoniorum opidum. Pauſanias.*

PHVCVM, *vide* PHENEVS.

PHVLA, *Epiſcopalis ciuitas, quam Calliſtus ſcribit vnitam cum Sugda, alia Epiſcopali vrbe.*

PHVLPHINIVM, *vide* FVLFINIVM.

PHVMANA φούμανα, *Babyloniæ vrbs, Ptolemæo.* CHVMANA *interpretibus.*

PHVNDVSI φούνδουσοι, *apud Ptolemæum ſunt Germaniæ populi.* Ripen *hodie vrbs hoc tractu, vt cenſet And. Velleius.*

PHVPHAGENA φουφάγενα, *Armeniæ Minoris vrbs. Ptolemæus.* PHVPHATENA, *per* T. *interpretibus.*

PHVPHATENSIS *Epiſcopũ, habet concilium Nicenum. In Iſauria. vide* PHVPHAGENA. *Gentile enim illius puto.*

PHVPHENA φούφηνα, *Armeniæ Minoris vrbs, apud Ptolemæum. In Itinerario Antonini, vt Simlerus monet,* EVSPOENA *vocatur.*

PHVRGISATIS φουργισάτις, *opidum Germaniæ, apud Ptolemæum.*

PHVRNITA φουρνίτα, *Libyæ vrbs. Stephanus.*

PHVSCA, *vide* PHYSCVS.

PHVSIANA φουσιάνα, *Ptolemæo Aſſyriæ vrbs.*

PHVSIPARA φουσιπάρα, *Melitenæ in Armenia Minori. opidum. Ptolemæus.*

PHVT φούτ, *Regio & fluuius Africæ, in Mauritania: Ioſepho. Vide* FVT, & PHTHVTH.

PHVTI, *vide* AFRICA & MAVRITANIA.

PHYCARI, *in Sarmatia Aſiatica gens. Plinius.*

PHYCOCLE, *cuius, vt Leander refert, memoria eſt in Priuilegiis (vt vocant) Rauennatis Eccleſiæ. Vrbs Romandiolæ, quæ hodie nouo nomine* Cerula *vocatur. Sic etiam Rubeus, in ſua Rauennatium hiſtoria, vbi nominis rationem quoque adducit. dicitq; 15. millibus à Rauenna diſtare. Sed idem addit ex Pyrrhi Ligorij ſententia, hanc olim* CEREVIA *appellatam. Huius in antiquo lapide memoria exſtat.* FICOCLÆ *legit Sigonius. qui eam 12. tantum millibus à Rauenna diſtare ait.*

PHYCTEVM, *Peloponneſi vrbs, vt habet Leonicerus ad Pindarum, ex huius Scholiaſte.*

PHYCVS φυκοῦς, *Ptolemæo & Straboni Cyrenaicæ regionis promontorium, & caſtrum. nauale vocat Syneſius, epiſtola 101. Marius Niger ſcribit ab Italis nautis* Cabo de Carena, *& à Barbaris* Raxaſen *dici.* Araz Auſen *vocat Marmolius. Stephanus habet* PHYCVM *iuxta Tanarum promontorium, Peloponneſi.*

PHYCVSSÆ φυκοῦσσαι, *Libyæ inſulæ, apud Stephanum. vno s ſunt Athenæo 1. vide* PHOCVSÆ.

PHYGADVM φυγάδων, *id eſt, exulum, Aegyptiorum inſula. Strabo 2.*

PHYGALÆA, *vide* PHIALIA.

PHYGELA, *Ioniæ vrbs, à fugitiuis condita. Plinius & Pomponius. Vide* PYGELA.

PHYGOS, *vide* PHAGOS.

PHYLA φυλη, *Atticæ regionis caſtellum, Aemilio Probo, & Trogo 5. finitimum Tanagriæ, centum ſtadiis ab Athenis diſtans. Oeneidis tribus pars, Straboni, Stephano, & Diodoro 14. Ariſtophanes, Suidas, & Xenophon eius incolas Phylaſios vocant. Oroſius 2. cap. 17.* PHILENE *corruptè legit.*

PHYLACÆ *Theſſaliæ vrbs, Stephano, Homero, & Straboni. Moloſſidis, Liuio 45. Eſt quoque Peloponneſi locus, vnde Alpheus oritur. Pauſaniæ. Huius meminit & Apollodorus 1. cui* φιλακη *numero ſingulari eſt. Pieriæ vrbs, in Macedonia, eſt apud Ptolemæum, & Plinium, vt videtur.*

PHYLACÆ HERMOPOLITANA, *Straboni,* φυλακαὶ, *in Aegypto: quæ hodie* Beniſuaif, *Ziegleró.*

PHYLACÆ THEBAICA *eſt, in eadẽ regione; quam* Munia, *dici idem Zieglerus ait. Huius Strabo meminit, & Agatarchides: qui dicit* SCHEDIA *vocari ab alijs. apud Ptolemæum non exprimi certum eſt. Simlerus putat Phylacæ Ptolemæi,* CHVSÆ *Antonini, &* CVSSA *lib. Notitiarum eſſe.*

PHYLACENSII φυλακήνσιοι, *Phrygiæ populus. Ptolemæus.*

PHYLAMVS φυλαμος, *locus Italiæ in Daunijs, videtur apud Lycophronem. ſic enim eius interpres Scaliger: Ad Auſonitem exſtruebit Phylamum. Sed in margine* πύργος *legebatur.*

PHYLARCHI φυλαρχοι, *Arabes circa Euphratem. Strab.*

PHYLASII, *vide* PHYLA.

PHYLE, *vide* PHYLA.

PHYLISTIIM, *vide* PALÆSTINA.

PHYLITÆ φυλίται, *gens Indiæ intra Gangem, Ptolemæo.*

PHYLLEIVS φυλλήϊος, *mõs, vrbs & regio Pireſiæ, in Macedonia. Apollonius 1. Argonautar.*

PHYLLIRIDÆ, *Europæ in Venetia gens, fortè in Theſſalia. Sic Vibius.*

PHYLLIS, *vide* PHILLIS, & PSILLIS.

PHYLLOS, *quam pecoroſam vocat Statius 4. Thebaid. Membraneus codex* PHILOS *legit. Placidus dicit regionem eſſe Arcadiæ, quam Græci Phyllaliam vocant.*

PHYLLVS φυλλοῦς, *Straboni vrbs Theſſaliæ.* PHYLLEIVS *Apollonij, vt puto.* PHYLLOS *Statio 4. Thebaidos putarim; contra Placidum: quia grammaticus. quibus nempe geographica non admodum curæ eſſe, haud rarò à me in hoc Theſauro notatum.*

PHYRCVM φύρκον, *Murum, locus in Græcia. Thucydides 5.*

PHYRITES, *fluuius circa Epheſum Ioniæ, Plinius.* PYRRHITES, *M.S. codex legit.*

PHYRO CASTRVM, *caſtellum in Armenia, fortè: Cedreno & Curopalati.*

PHYSÆ *à Græcis dicuntur, auctore Oroſio 6. cap. 2. loca ſiue torridæ voragines quadam Mæoniæ, quæ ab eo, eodem loco deſcribuntur.*

PHYSCÆ φύσκαι, *Mygdonidis in Macedonia vrbs. Ptolem.*

PHYSCE φύσκη, *Mœſiæ Inferioris Ptolemæo opidum.* Choſabet *nunc dici tradit Niger.*

PHYSCELLA, *Pomponio & Plinio vrbs; ad Mecybernæum ſinum. in Macedonia.*

PHYSCIA, *vide* PHYSCVS.

PHYSCVS φύσκος, *Diodoro lib. 14. & Straboni Aſiæ Minoris maritima vrbs eſt, è regione Rhodi.* PHYSCIA φυσκία, *Stephano, &* PHVSCA φοῦσκα *Ptolemæo eſt. Eandem cum* PYSTOS πύσος, *Ptolemæi putat non ſine errore Villanouanus.* Phieſco *nunc nominari, dicit Sophianus.* PHYSCVS *etiam Ozolorum Locridis vrbs, Plutarcho in Quæſtionibus Græcis. Eſt & Cariæ: & Macedoniæ. item portus Rhodi, Stephano. idem habet fluuium ibidem ſic dictum, qui* Gadura *hodie, ni fallor. Fluuius circa Aſſyriam videtur alicubi, apud Xenophontem 2. Cyri exped. Mons quoque apud Crotonem; ſic dicitur Theocrito, vt habet eius interpres Winſemius.*

PHYSIA φύσια, *inſulæ nomen Stephano, in verbo* βέσβικος.

PHYTÆVM φυταῖον, *Aetoliæ vrbs. Stephanus, ex Polybio. vide* PHOETIÆ.

PHYTALIDÆ φυταλίδαι, *Atticæ tribus videtur: Plutarch. in Theſeo.*

PHYTEVM φυτειον, *Elidis vrbs, Stephano.* PHYTIA φυτία, *habet Thucydides 3.*

PHYTONIA, *apud Melam eſt Tyrrheni maris inſula.*

PHYXIVM φύξιον, *Elidis in Peloponneſo vrbs. Polybius 5.*

PHYZANIA φυζανία, *Africæ regio, Ptolemæo, Quadripart. 2. Pro Phazania fortè.*

PIACVS πίακος, *Siciliæ vrbs, Stephano.*

PIADA πίαδα, *Sericæ vrbs, apud Ptolemæum.* Peim *apud Mercatorem eſt. Ibidem* PIADDÆ πίαδδαι, *populi, apud eundem Ptolemæum.* PIALÆ *legunt interpretes.*

PIALA πίαλα, *Cappadociæ in Ponto Galatico vrbs. Ptolem.*

PIALÆ, *vide* PIADA.

PIALIA πιαλία, *Theſſalica vrbs, ſub monte Cercetio, Stephano, & Liuio 32. & 36.*

PIARENSII πιαρήνσιοι, *Myſiæ Inferioris in Europa gens. Ptolemæus.*

PIASTÆ πίαςαι, *iuxta Pontum populi. etiam in Macedonia. Stephanus.*

PIATES, *vide* PHTERIGIVS.

PIBESETH, *vide* BVBASTVS.

PICEI, *vide* BOI.

PICENA *Regio, vide* PICENVM.

PICENDACA πικενδάκα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

PICENSES, *vide* PICNESII, & AMICENSES.

PICENTIA πικεντία, *Straboni, Melæ, & Plinio, Picentinorum caput. Leander & Mazzella tradunt hodie* Vicentia *vocari.* PICENTVM *eſt Stephano.* PICENTIA, *eſt quoque Latij vrbs, circa Fidenas, Halicarnaſſeo 5.* PICVLIA *autem legit eius interpres Gelenius. Trans Anienem erat, vt videtur ex Liuij 2.*

PICENTINORVM πικεντίνων, *gentem Italiæ ad mare Tyrrhenum; habent Ptolemæus & Strabo, qui eam è Piceno huc traductam ſcribit, eoſq;* PICENTES *(vt Mela quoque) nominat. Hodie* Principato *dici, ait Collenutius:* Coſta de Amalfe *eſt Sanfelicio.*

PICENVM πικῆνον, *Italiæ regio; Ptolemæo, alijſq;.* PICENA *Regio; Feſto. incolas* PICENTES *vocant Liuius, & Mela.* PEICENTES *eſt apud Verrium Flaccum.* PENTAPOLIS *Prouincia appellatur in ſynodo* VI. *quæ habita fuit Conſtantinopoli, ſub Conſtantino Magno Imp. Huius meminit etiam Regino 1.* Marca Ancona; *à primario eius opido; hodie dicitur.* Firmiana *aliquando nuncupatam, Blondus mihi teſtis eſt.* PICENI ANNONARIÆ, & SVBVRBICARIÆ, *meminit Lib. Notitiar.*

PICIANTES πικίαντες, *Italiæ gens: Stephanus. An corruptè pro Picentes?*

PICINÆ πικίναι, *locus vſpiam inter Romam & Nolam: Plutarcho in Sylla. Vetus interpres habet Triripa.*

PICIS *Montem, vocat Iornandes eum vnde* Natizo *fluuius originem ſumit. Hunc montem hodie* Veſone *appellari, ex Blondo & Leandro intelligitur.*

PICNESII πικνήσιοι, *Myſiæ Superioris populi ſunt, apud Ptolemæum.* PICENSII *legunt interpretes.* PICENSES *puto Ammiani.* Creſech *Caſtaldo.*

PICONIA, *vide* AQVA MARCIA.

PICRA πικρὰ, *id eſt amarum, ſtagnum Africæ; ad quod Alexander Mag. peruenit, cum ad Ammonis vrbẽ, (quæ hinc centum ſtadiis diſtabat) proficiſceretur. Diod. 17.*

PICRIDIVS, *vide* PEREA.

PICTAS πίκτας, *diuerſorium habet Strabo, in via Latina. ab vrbe* CCX. *ſtadiis. Antoninus huius quoque meminit. cui* XXX. *mil. paſſ. ab Vrbe eſt.*

PICTAVI, *vide* PICTONES.

PICTAVIA, *vide* AVGVSTORITVM.

PICTI *Claudiano; & Ammiano,* PICTONES *in Panegyrico incerti auctoris, Conſtantino Imp. dicto.* PEHITI *corruptè, vt & hoc moneam, in Witichindi hiſtoria. Britanniæ inſulæ populi ſunt, qui ex Scandiæ Septentrionalibus regionibus, vt Lhuydus credit, in hanc aliquando inſulam appulſi, à Maurigo Britannorum rege, prœlio victi, in Orcades & Scetlandiæ inſulas ſe ſubtraxêre. Hi hodie Scotica lingua* Phichtiaid *vocantur. Pictonum horum primus meminit Mamertinus in ſuo Panegyrico. Am. Marcellinus eos in duas gentes diuiſos ſcribit, in* VECTVRIONES, & DEVCALIDONIAS, *aut* DICALIDONAS, *ſi mendo vacet liber. Vide* AVGVSTORITVM.

PICTIACA *Silua, Galliæ. In vita S. Auitæ presbyteri. Vide* PITIACVS.

PICTONES, *Galliæ Aquitaniæ populi ſunt apud Plinium & Ptolemæum. Sed* PECTONES πήκτονες, *habet Græ-*

cus codex πικτονες, habet Strabo. PICTAVI ſunt Marcellino. PICTONICA Regio. eſt Auſonio. Hodie eorum regio Poictou dicitur. Vide PICTI.

PICTONIVM Promontorium, Galliæ eſt Aquitaniæ, apud Ptolemæum. Sed in Græco legitur per E in prima, πηκτόνιον, Vornoc, Ger. Mercatori eſt. Talmond C. Cluſio videtur.

PICTVRAS, vide FVNDVS.

PICVENTVM πικύοντον, Ptolemæo Hiſtriæ mediterranea vrbs eſt. Pinguento nunc dici, ait Leander.

PICVLIA, vide PICENTIA.

PIDA πίδα, Ponti Galatici vrbs, in Cappadocia. Ptolemæus.

PIDEN, apud Plinium Aethiopiæ ſub Ægypto vrbs.

PIDIBOTAS, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio.

PIDO πιδω, populus Ithacæ. Phauorinus.

PIDORVS πίδωρος, vrbs circa Athon montem. Herodoti Polymnia.

PIDOSVS, inſula haud procul ab Halicarnaſſo. Plinius.

PIDRI opidum, in Ambrena, in Heliopolis regione. Simeon Metaphraſtes, in S. Theodori archimandritæ vita.

PIENGITÆ πιενγιται, Sarmatiæ Europææ gens. apud Ptolemæum.

PIEPHIGI πιέφιγοι, ſunt Ptolemæo Daciæ populi.

PIERA πίερα, Peloponneſi fons, inter Elidem & Olympiam. Pauſanias.

PIERES πίερες, gens vicina Macedoniæ, circa Dardanos: Plinio, & Herodoto 7.

PIERIA πιερία, Macedoniæ regio, apud Ptolemæum & Strabonem, cuius incolas PIERIOTAS facit. A Nigro Veria nominatur. ſed Lacoſichia à Laſio. Eidem quoque Ptolemæo Syriæ regio: iuxta Portas Syriæ. Vrbs etiam apud Suidam. in voce Criton. PIERIA, mons Thraciæ: Apollonij Scholiaſti, in quo verſatus eſt Orpheus. fortè idem cum Pangæo. PIERIA Silua, eſt apud Liuium 44. Locus circa Lacedæmona quoque Stephano, in voce σάκος. PIERIA πιερία, Syriæ mons, in Caſſiotide regione, apud Strabonem & Ptolemæum. Fortè Mortanagra, cuius G. Tyrius meminit; lib. 4. cap. 10. PIERIA, Bœotiæ vrbs vocatur, à Ioanne Tzetza; quam poſtea LYNCOS λυγκος appellatam tradit. Idem, montem PIERIAM ibidem habet. Vide MACEDONIA, SELEVCIA, & MAGNESIA.

PIERICVS Sinus, plaga Thraciæ vergens ad mare ſub Pangæo monte. Thucydid. 2. A Pieria regione & Pieribus populis, ſic dictus. PIERORVM Muros, habet Herodotus 7. quorum vni nomen Niphrage, alteri Pergamo. Circa Pangæum montem ſunt. Vide OLYMPIVS.

PIERIOTÆ, vide PIERIA.

PIERIVS, vide PIERVS,

PIERVS πίερος, fluuius Achaiæ Propriæ, qui Pharas alluit. Maris accolæ eum PEIRVM πεῖρος, vocant. Pauſanias lib. 7. & Herodotus lib. 1. TEVTHEAS τευθέας, vocatur quoque à Strabone, lib. 8. PIERVS, Theſſaliæ opidū, à tergo Pheras. item mons, ibidē, Plinio: Macedoniæ, Pauſaniæ. hic idem PIERIVS πιερίος, eſt Feſto, & Thucydidi, 5. Lacus Theſſaliæ eſt, Aeliano Animal. 3. cap. 37.

PIGAVIA, vide TIGAVIÆ.

PIGELASVS πιγέλασος, Stephano Cariæ vrbs.

PIGINDA πίγινδα, Cariæ opidum. Stephanus.

PIGNISVS πιγνισὸς, locus Galatiæ, circa Lycaoniā. Strab. 12.

PIGNIVS, fluuij nomen, in Hercule Gyraldi. Cuius inundatione Herculem Augeæ ſtabulum repurgaſſe ſcribit. Eſt ergo in Peloponneſo. Pro Peneius putauerim.

PIGRETEM fluuium, habent Xenophontis exemplaria Latina. vbi Græcus codex Tigris legit.

PIGRVM Mare, vide BALTICVM.

PIGVNTIÆ, vide PEGVNTIVM.

PIHACHIROTH, locus Aegypti, circa mare Rubrum: vbi caſtrametati ſunt Iſraëlitæ. PHIAIROTH legit Hieronymus; Exod. 14. στόμα ἐρωθ, id eſt, os Eroth, legunt 70. interpretes. Vide TRAIANVS fluuius.

PILA TERRÆ Varroni, in principio operis: ORBIS Terrarum, alijs. Hanc in tres Continētes optimè diuiſit Gerardus Mercator, optimè, ſi quis poſt Ptolemæum alius, de Geographia meritus; Primam facit eam in qua Europa, Africa & Aſia. (Hanc Ptolemaicam voco.) Secundam Americam dicit. ita nominant hanc etiam ceteri; vulgus INDIAM Orientalem. Sunt qui NOVVM ORBEM, quod fero, at qui Americam, non æquè. Primùm enim detectam patrum noſtrorum memoria ſcimus à Chriſtophoro Columbo. Quod ſi ab inuentore nominanda, ab ipſo, non ab Americo Veſpuccio: qui decimo poſt hunc anno huius partem quæ verſus Meridiem eſt, detexit. Ego amborum veræ gloriæ conſultum malim: & huius partem Borealem COLVMBANAM, Auſtralem autē AMERICAM vocari. Diſtinguit enim ipſa natura hanc continentem in duas quodammodo partes æquales, connectitq; inter ſe Iſthmo intermedio. Tertia continens eſt dicto Mercatori tractus Auſtralis, qui nondum perluſtratus. CHASDIAM hanc indigetat vir raræ doctrinæ Guil. Poſtellus. Huius incolas HIPERNOTIOS, non abſurde nominare quis poſſet.

PILÆ, vide PYLÆ.

PILARTES, vide PYLARTES.

PILEATI, Gothorum generoſa gens: Iornandi.

PILEVM, Pentapolis regionis in Italia vicus. Paul. Diaconus 6. Longobard.

PILIGRI, vide PELIGNI.

PILORVS πίλωρος, vrbs iuxta Athon: Stephano. Fortè PIDORVS Herodoti.

PIMOLISENA πιμωλισηνὴ, Cappadociæ regio, circa Halym fluuium: Straboni, Fortè eadem cum PIMOLITIDE πιμωλιτις, quam idem Strabo alio in loco habet. PIMOLISA caſtellum habet Stephanus. πιμόλισσα Cedrenus, inſitum rupi, ad Halys ripam.

PIMPLEVS, fons Macedoniæ: Plinio. A Pimplia, vt credo. Nam PIMPLIA πιμπλεια, Lycophroni ciuitas, mons, & fons, circa Heliconem Pieriæ Macedoniæ eſt. vt habet Apollonij Scholiaſtes, & ex Callimacho Iſacius. Apollonius ſpeculam nominat. Montem Thraciæ vocāt Callimachi, & quoque Apollonij Scholiaſtes. Strabo 9. eius quoque meminit. & eius Epitoma 7. vicum vocat. Orphei domicilium, vicinum Dij vrbis. PIMPLEIDES Muſas ab hoc loco vocari, ſcribit Feſtus. PIPLEIDES ſine M. apud Varronem 5. de Ling. Latina. Iuſti Lipſij vetus commentator ad hoc Horatij 1. Carminum: Necte meo Lamæ coronā Pimplea dulcis. dicit PIBLVM Armeniæ montem eſſe. fides ſit penes ipſum.

PIMPRAMA πίμπραμα, vrbs circa Indi fluminis partes ſuperiores. Arrhian. 5. Alex.

PINACA, vide SARASA.

PINAMVS πίναμος, Stephano Aegypti vrbs.

PINARA πινάρα, Ptolemæo, Straboni, & Plinio, Lyciæ vrbs. Apud Stephanum hæc etiam ARTYMNESOS ἀρτύμνησος, vocatur. Idem addit omnia rotūda, Lyciorum lingua, pinara dici. PINARA, Pieriæ vrbs, in Syria, Cyrrheſticæ regionis: apud Ptolemæum. PINARITAS populos habet ibidem Plinius.

PINARIA, inſula maris Aegæi: Pomponio, & Plinio. Circa Echinades alicubi.

PINARITÆ, vide PINARA.

PINARVS, vide PYRAMVS.

PINCIANÆ, vide EGESTA.

PINCIANA Porta, vide COLLATINA.

PINCVM Mœſiæ Primæ vrbs. Lib. Notit.

PINDARVS, vide PYRAMVS.

PINDASVS πίνδασος, vbi Pauſanias tradit Arrhiani Ariſtechmi F. vulneratum, at in Epidauria ſanatum. Mons Myſiæ Aſiaticæ, eſt Plinio.

PINDENISSVS, Eleutherocilicum vrbs, ad Amanum montem habet Cicero 5. ad Atticum, quam à ſe oppugnatam ſcribit Epiſtol. 2. ad Cœlium. vide PEDNELISSVS.

PINDICITORA, Æthiopiæ ſub Ægypto opidum. Plinius.

PINDVS πίνδος, Græciæ mons, in Macedonia, apud Ptolemæum & Strabonem. Perrhæbis eum adſcribit Propertius. Mezzouo nunc dici, tradit Laonicus, & Sophianus.





LYNCOS Liuio eſt, lib. 32. Eius verticem LACMON, vel LACMONIA λακμωνία, appellari, ſcribit Strabo, & Iſacius, in Lycophronem. Aeas & Inachus flumina ex eo oriuntur: Strabone & Stephano teſtibus. Peneum ex eo fluere, ſcribit Ouidius. PINDVS Melæ & Straboni Doridis regionis vrbs, quam non nulli ACYPHANTEM ἀκύφας appellant, vt idem inquit. PINDVS, Ciliciæ fluuius, circa Iſſum, Straboni. Amnis Epiri, vel Macedoniæ eſt Floro 2. cap. 7. ſed AOVS hic legendum, aſſentior Vineto. Thraciæ mons videtur apud Senecam, in Hercule furente. Thraciæ quoque vocat Pomp. Sabinus, prope Phocidem, de quo vide THRACIS. Scholiaſtes in primum Eidyllium Theocriti dicit Pindum Arcadiæ montem. falsò vereor. Grammaticorum mediæ ætatis oſcitantiam in Geographicis non vno in loco obſeruaui. Qua de cauſa aſſentiri nequeo ijs quæ annotauit vir doctus Nicodemus Friſchlinus ad quintum Hymnum Callimachi.

PINEPTIMI πινεπτιμι, Pſeudoſtium Nili, Ptolemæus.

PINETVM, locus non procul ab vrbe Rauenna, P. Diacono, Euodio & Iornandi. La Pineda adhuc hodie vocatur: ſpacioſiſſimus tractus ab vrbe Rauenna Ferrariam verſus; pinis arboribus occupatus. PINETVM dicitur Seruio, locus quidam in Tuſcia.

PINETVS πίνητος, Callaicorum Bracariorum vrbs; Ptolemæo & Antonino. In Hiſpania.

PINGVS, Dardanorum fluuius, in Mœſia Europæa: Plinio.

PINIANÆ, vrbs in Rhetia. lib. Notit.

PINNA πίννα, Italiæ vrbs, in Veſtinis, Ptolemæo, & Silio. Leander & Collenutius tradunt eam hoc æuo Penna dici. Penna di S. Giouanni, Franciſco Pamphilo. Ciuita de Penna, Baronio. PINNENSES apud Val. Max. & PENNENSES ſunt apud Plinium. Vide VALVENSIS.

PINNARVS, vide PYRAMVS.

PINON πίνον, Ptolemæo Daciæ opidum dicitur; quod Phiſtona à Nigro, nominari video. ſed Wyncz à Lazio. Vide AD PINVM.

PINTIA. duas habet Ptolemæus huius nominis vrbes, in Hiſpania Tarraconenſi, vnam in Callaicis πιντία, alteram in Vacceis πίντια. Hanc Car. Cluſius Valladolid nominat. at Surita dextrorſum ab hac per aliquot milliaria derelinqui ait. Illam autem Villanouanus Cherogy, at Surita Peñafiel vocat. PINTIA πιντία, Siciliæ vrbs Ptolemæo, in qua olim Pollucis templum, & hodie Polluci vocari, dicit Cl. Aretius: Terra di Pulici, Leander: Hic multa antiquitatis monumenta oſtendi, idem ſubiungit. Niger Pintiam hanc, Saccam appellat. PHINTIA φιντια, in nummis meis, & Goltzij legitur: PHINTIENSES habent Plinius, & Phalaridis Epiſtolæ. PITHINIANVM videtur apud Antoninum nomen habere, vel PICINIANVM.

PINTON, vide PHINTONIS.

PINVM, vide PINON.

PINVS, fluuius ad Nicopolim Epiri, niſi fallit Hiſt. Miſc. 13.

PINZVM πίνζον, Thraciæ opidum: Procopio, Aedific. 4.

PION, mons, circa Epheſum; Plinio. πίονος montem habet quoque Pauſanias, in Epheſiorum regione. Timotheum D. Pauli apoſtolum in hoc ſepultum, tradit Freculphus.

PIONIÆ πιονίαι, Myſiæ Aſiaticæ opidulum, ſupra Caycum fluuium: Plinio, & Pauſaniæ. PIONIAM vrbem habet Strabo, circa Aeolidem Aſiæ regionem. Huius meminit quoq; concilium Chalcedonenſe, eamq; Helleſponto tribuit. Plinius habet PIONITAS hinc haud procul diſtantes.

PIONITÆ, vide PIONIÆ.

PIPERIA, Archiepiſcopalis locus in Aſia: Guil. Tyrio.

PIPLAS, ſic vocat Sex. Auienus ſeptem inſulas, in ſinu maris, iuxta Narbonam Galliæ.

PIPLEIDES, vide PIMPLEVS.

PIQVENTVM, vide PICVENTVM.

PIRÆA πειραῖα, emporium in medio Græciæ: Iſocrati in Panegyrico, & Areopagico.

PIRÆEVS πειραιεὺς, & PIRÆEVM, Athenarum portus; de quo conſule Ciceronem 7. ad Atticum, Epiſt. 3. Thucydidem 2. & Strabonem 9. antea PHALERICVM dictus fuit, Diod. Siculo auctore. Quadraginta ſtadiis ab Athenis fuiſſe, videtur ex Laërtio in Antiſthene. Porlion hodie vocatur, Sophiano, vel ſignificantius, Porto Lione vt Marius Niger habet; à Leone quodam marmoreo, ibidem in littore adhuc iacente. Theuetus addit eum Turcis & Arabibus Caleu, & incolis Græcis Draquo nominari. Portus Corinthi quoq; apud Stephanum. Etiam locus in Delo: eidem. Item Hippothoontidis tribus. Vide ATHENÆ, AMISVS, & APSASIVM.

PIRÆENSES, in Attica, Megaridis regionis vicus. Plutarchus in Quæſtionibus Græcor. An idem cum Pyræeo?

PIRÆVM, vide SPIRÆVM.

PIRAICA πειραική, regio quam Oropij Athenienſibus ſubditi colunt. Thucydides 2. malè, pro GRÆA autem ſcriptum, annotauit Hartungus. Sunt tamen Piræenſes populi hoc tractu. eruditiores iudicent. Vide HERAENSES.

PIRASIA πειρασία, Magneſiæ vrbs, Stephano. Eandem cum Pireſia reor.

PIRATARVM hominum, ἀνδρῶν πειρατῶν, in India intra Gangem, meminit Ptolemæus.

PIRENE πειρήνη, Acrocorinthi fons, Ouidio, Plinio, Suida, & Strabone auctoribus. CABALLINVS Fons dicitur Perſio, alijſq; Poëtis Latinis.

PIRESIA πειρεσία, quæ olim ASTERION ἀστέριον, Stephano. Theſſaliæ opidum. Aſterij Theſſaliæ meminit Strabo 9. Pireſion linquens, vbi miſtus Apidanus vndis Penei fluctus communes mittit in æquor. ſic interpres Orphei in Argonauticis. item Apollonius 1. vide PIRASIA.

PIRIDIS inſula. in Mari Aegæo: Antonino.

PIRIES, vide ASTERIA.

PIRINA, Siciliæ opidum: Antoninus.

PIROBORIDAVA πιροβορίδαυα, Myſiæ Inferioris in Europa opidum, apud Ptolemæum. Brailano nominatur à Dominico Nigro.

PIROSSVS πείροσσος, apud Strabonem Myſia Aſiatica locus: circa Priapum.

PIRVM πειρόν, Daciæ vrbs: Ptolemæo. Meghies in Berthalom opidum ad Cocholinum fluuium, audet hoc loco ſtatuere Lazius. vide PYRI Mons.

PIRVSTÆ πιρουσται, Cæſari & Ptolemæo; item Liuio, Illyridis populi ſunt verſus Macedoniam. Pannonum vocat Strabo 7. vbi πυρουσται, per Y. quoque lego. PYRÆI videndentur Plinij. Albaneſi fortè hodie: vt placet Vigenereo. Burſterſtaller ad Glanam fluuium, putat Lazius. An PYRISSÆI Appiani?

PISA, munimentum Perſarmeniorum ad fluuium Euphratem, ab Emanuele Comneno captum, ait Glycæ continuator. πίζα, PIZA eſt apud Nicetam. Vide OLIMPIA.

PISADEVS, vide LYSIVM.

PISÆ πίσαι, Straboni; Liuio, & Plinio, vrbs Italiæ, in Tuſcia; quæ hodie Piſa dicitur. PISSÆ Colonia duplici ss. habet Ptolemæus. ALPHEAS PISAS vocat Virgilius, lib. 10. Æneid. Liguribus eas adſcribit Trogus. Sinum Piſanum habet Rutilius, & Tacitus 3. Hiſtor.

PISÆVS πισαῖος, mons videtur in Peloponneſo. apud Plutarchum, in Parallelis Græcor. cum Romanor. Circa Piſam Olympiam putauerim.

PISAOM πισάον, Pelagoniæ vrbs: Stephano. πισαῶν legit Polyp. 5. Sic quoque Orpheus in Argonauticis. cui inter Iolcum & Sepiam eſt. Apud Flaccum PISE eſt. à quo illi Diana Piſæa. Vide TISÆVM.

PISATILIS, vide PISA.

PISATIS πισατις, Peloponneſi regio: Straboni. à Piſa vrbe nimirum. Gentile PISATILIS antiqui fecere, inquit Feſtus: cum nunc PISANVS dicitur. PISATIS fortè melius: vt ex ſchedis legi, annotauit quidā. vide PISSA.

PISAVRVM πισαῦρον, Ptolemæo Semnonum vrbs in Italia. hodie Peſaro dicitur. Lapides antiqui in publico huius vrbis foro COLONIA. IVL. FELIC. PISAVRVM legunt. Coloniam factam Liuius & Plutarchus quoque auctores ſunt.

PISAVRVS, vide ISAVRVS.

PISCA πίσκα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

PISCENA, *Plinio Galliæ Narbonenſis opidum*. Peſenas *dicitur à Ioanne Poldo.*

PISCVRI πισουει, *variat lectio. Aſiæ populi; inter Dabas: Straboni. vide* DAÆ.

PISIANACTEA, *vide* POECILE.

PISIDÆ, *quondam* SOLYMI *appellati, Plinius lib. 5. cap. 27. In Aſia Minori ſunt. Eorum meminere quoque Strabo & Mela.* BARSACIDES *etiam vocantur Laonico.* PISIDIA *Ciliciæ regio, Ptolemæo. quæ Turcis* Varſac-ili, *vt ait Leunclauius. Vide* PHRIGIA.

PISIDON πισιδών, *portus in Africa Propria: Ptolemæo:* Zoarat *Marmolio. Vide* FISIDA.

PISILIS πίσιλις, *Cariæ opidum, inter Calbin fluuium & Caunum vrbem. Strabo.*

PISINATES. *Vmbriæ populi: Plinio.* PISIATES *ſine* N. *quidam codices habent.*

PISINDA πίσινδα, *Ptolemæo Africæ Propriæ vrbs. & alia Pamphiliæ: eidem.*

PISINGARA πισίγγαρα, *Armeniæ Minoris vrbs: Ptolemæo. Per* E. *in prima ſcribunt interpretes.*

PISINOE, *vide* SIRENVSSÆ.

PISINNVS, & PISINVS, *vide* PESSINVS.

PISIS πίσις, *vrbs & mons Armeniæ, & Suſianæ: apud Stephanum.*

PISISTRATI *inſulas tres habet Plinius, circa Epheſum, quas nominat* ANTHINÆ, MYONNESOS, & DIAREVSA. *Sed* CLAREVSA *legunt tres mei codices.*

PISITANA *vrbs, (Africæ Propriæ fortè) meminit eius Euodius, de miraculis protomartyris D. Stephani.* PISITENSIS *meminit Coll. Carthag.*

PISONIS *villa, prope Baias: quam ferunt Neronem Imp. ſepius animi gratia adijſſe; teſte Tacito Annal. 15. Hodie* Truglio *nuncupatur. Ferd. Lofredus.* PISONIS *ſiluæ, meminit Varro 3.*

PISONIVM, *vide* FLEXVM.

PISONOS, *Armeniæ Minoris vrbs: Antonino.*

PISORACA, *in antiquis marmoribus fluuij nomen eſt, in Hiſpania, qui hodie* Piſuerga *nominatur. in Durium effluit, Morali & Floriano teſtibus.*

PISPIRI, *qui Antonij mons appellatur, in Aegypto. Ruffinus in Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Freculphus. Hunc montem deſcribit Palladius, in Cronio presbytero.*

PISSA πίσσα, *Tyrrheniæ vrbs. Iſacius in Lycophronem. An pro Piſa?*

PISSÆVM, *vide* PISAON.

PISSAICA πισσαϊκά, *vide* HERACLEA.

PISSANTINI πισσαντίνοι, *populi in Macedonia: Polybio 5. circa finem.*

PISSOTIS πισσώτις, *In Piſſotis, ſic dictis, ſcribit Theophraſtus 8. Hiſt. Plantar. In Aſia, circa Bactram videtur. Huius frumentū ſi quis plus comederit, diſrumpi, tradit idem.*

PISSVRI, *vide* PISCVRI.

PISSYRVS πίσσυρος, *Thraciæ vrbs. Herodotus 7. πίσυρος erat in margine.*

PISTAS, *ad Sequanam locus. Aimonio 5. & Odoni abbati S. Mauri.* Piſſiacum *hodie, vt tradit Maſſonus. vbi Normanni ſtationem habuerunt.* Poisy *vulgò, vt quidam putat.*

PISTENSIS *loci, meminit in Africa, Optatus Afer.*

PISTIRVM πίστιρον, *emporium Thraciæ: Stephano. An Piſſyrus Herodoti? Vide* BISTIRVS, PISSYRVS, & MASTIRA.

PISTON, *vide* CELA.

PISTORIA πιστωρία, *Ptolemæo Tuſciæ mediterranea vrbs.* PISTORIVM *Plinio dicitur. &* AD PISTORES *Antonino.* Piſtoia *hodie.*

PISTRA πίστρα, *Aethiopiæ vicus; circa Nilum. Ptolemæus. Vide* BIZA.

PISTRENSEM *villam, habet Ammianus. circa Pannoniam. vigeſimo ſexto lapide à Sirmio diſparatam. Ad Iſtri ripam, ſcribit Lazius cap. 2. libri 1. R. P. Romanæ. vocatq;* Viſtricia.



PISTRINVM, *opidum circa Illyricum: Laonico.*

PISTYRVS, *vide* PISSYRVS.

PISVERTES, *vide* PITVLANI.

PISVETÆ *populi, Vide* PISYE.

PISVM, *loci nomen habet Codex Theodoſianus 6. Titulo de Honorariis codicillis.*

PISYE πισύη, *& per* T, PITYE, *Cariæ vrbs, Porphyrogennetæ, & Stephano, quam &* PITYVSSA πιτύουσα, *vocat.* PISVETÆ *Liuio 33. quos Rhodienſibus auxiliares dicit. Vide* PITVS.

PITAIVM, *vide* PITAON.

PITANATÆ. *vide* SAMNITES.

PITANE πιτάνη, *Troadis opidum, Ptolemæo, Vitruuio, & Straboni. Aeolidis facit Stephanus. Hanc nouit quoque Laertius in Arceſilao, & Ouid. 7. Metamorph. vbi Lutatius Placidus* Petane *legit. hoc Alex. Zardus* S. Georgio *nominat. Laconica vrbs quoque Plutarcho, Plinio, Solino, & Polyæno. iuxta Eurotam fluuium, Pindaro. Elidis vrbs, circa mare: Straboni.* PITANE *quoque fluuius circa Pitanen vrbem Æoliæ, Ptolemæo Latino. mendosè puto. Vide* TANA.

PITANVS πίτανος, *Corſicæ fluuius apud Ptolemæum:* Talabo *fortè hodie. vt ex tabula Corſicæ Caſtaldi colligo.*

PITAON πίταον, *Cariæ vrbs: Steph. Plinius* PITAIVM *legit.*

PITARA, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio.*

PITERENSIS *ſynodi, meminit D. Hieronymus, in Catalogo ſcriptorum eccleſiaſticor. de Hilario.*

PITHECI *Portus, vide* APSASIVM.

PITHECON (*.i. Simiarum*) *ſinus*, πιθήκων, *portus Lybiæ, iuxta Carthaginem. Stephanus.*

PITHECVSA, *vide* INARIME.

PITHECVSSÆ πιθηκοῦσαι, *inſulæ Tyrrhenicæ: apud Stephanum. Eandem cum* INARIME *credo. Vrbes tres etiam in Africa Propria: apud Diodorum 20. vbi ſimiæ pro Diis coluntur.*

PITHENES πιθήνης, *vrbis nomen; Heſychio.*

PITHEVS πιθεύς, *Cecropidis tribus. Lexicon Phauorini.* πίθος *eſt Stephano.*

PITHIA, *Ponti vrbs. Lib. Notit.*

PITHIS *inuentam quartam & quintam Bibliorum tranſlationem, ſcribit D. Athanaſius. Vbi ſit ignoro.*

PITHIVM, *vide* DOLICHE.

PITHOLAI *Promontorium, circa Arabici ſinus fretum. In Aethiopia. Strabo.*

PITHONIS *Come, vide* PYTHONOS.

PITHONOBASTÆ πιθωνοβάστη, *Indiæ extra Gangem vrbs: Ptolemæo.* THIPONOBASTI *interpretibus.*

PITHOS πίθος, *Ceclopidis tribus vicus. Stephanus. vide* PITHEVS, & PITTHENSEM.

PITIACVS, *Galliæ locus, in quadam vaſtiſſima eremo. Nunc* Cella S. Auiti *vocatur. Surius in S. Carilepho. Idem cum* PICTIACA.

PITINAS *ager, trans Apenninum, in quo Nouanus fluuius. Plinius.* PITINATIVM *Piſaurenſium municipium, eſt in Goltzij Theſauro. A Pitino fortè vtrumque.*

PITINVM πίτινον, *Vmbrorum mediterraneum opidum, Ptolemæo. Hinc Pitinates puto.* Petra Molina *hodie, vt quidam adfert.*

PITIVSA, *vide* OPIVS.

PITNISSA πίτνισσα, *Stephano opidum in Lycaonia.* PETENISSVS, *Ptolemæi.*

PITORNIVS, *qui per medium Lacum Fucinum Marſorum ita decurrit, vt aquæ eius non miſceantur ſtagno, inquit Vib. Sequeſter. Hunc fluuium à Plinio* IVVENCVM *dici ſcribit Blondus, & eum ſecutus Leander. Sed in emendatis Plinij exemplaribus pro* IVVENCVS, *inuectus legitur. Sic enim lib. 2. cap. 103. Vt in Fucino lacu inuectus amnis, in Lario, &c.*

PITTACIVS *Ager, circa Mitylenen. Laërtius in Pittaco. & Plutarchus de Herodoti malignitate.*

PITTHEA, *vrbs Peloponneſi, prope Troezenen. Ouid 15. Metamorph. pro ipſa Troezena fortè. lege Plutarchum, in Theſeo.*





PITTHENSEM *facit quendam nomine Heliodorum, Demoſthenes aduerſus Lacritū. A Pitho ſubdubitauerim.*

PITVLANI, *Plinio ſunt Vmbriæ populi, in ſexta Italiæ regione, quos cognominat* PISVERTES, & MERGENTINOS.

PITVLVM, *Primæ regionis Italiæ, in Latio opidum: Plinio.*

PITYA, *vide* PISYE, PITYEA, & PISVERTÆ.

PITYE, *vide* PISYE.

PITYASSVS πιτυασσός, *Piſidiæ vrbs. Strabo ex Artemidoro.*

PITYBIO, *vide* PETOVIO.

PITYEA πιτύεια, *cuius Homerus meminit, item Apollonius, vrbs inter Parium & Priapum: Stephano, & Straboni 13.* PITYA πιτύα, *eidem 12.* PITYE πιτύη, *eſt Orpheo.* PHTHIA *Val. Flacco, & in alio codice:* PYTHIA *vbique malè. Liburnidis inſula, in mari Hadriatico eſt: Apollonio 4. Vide* LAMPSACVS.

PITYNDA πιτύνδα, *Metropolis Indiæ intra Gangem. Ptolemæus.* πιτυνδρα *per* ρ *legit lib. 8.*

PITYODES πιτυώδης, *mons eſt Euſtathio, in* Ιλιάδ. ζ. *Inſula Propontidis, Plinio. item Stephano, iuxta Hyrium promontorium. quæ* PITYVSA *Heſychio. Vide* PITYVSSÆ.

PITYOESSA, *vide* LAMPSACVS.

PITYONESVS, *inſula Peloponneſi, contra Epidaurum. Plinius.*

PITYS πίτυς, *id eſt pinus, locus Ioniæ, aut Cariæ videtur. apud Herodotum, in Homero. An Pitye Stephani?*

PITYVNS, *locus Pariani agri, in qua Pityea vrbs Strabo 13.*

PITYVS πιτυοῦς, *vrbs ad Pontum Euxinum, CCCL. ſtadijs à Dioſcuriade: Arrhiano in Periplo. Item Straboni & Zoſimo. Terminum Romani imperij, vocant Suidas, & dictus Arrhianus. Plinius quoque huius nominis vrbem habet hoc tractu, ab Heniochis direptum. ſic quoque Ammianus. Eſt & Colchidis fluuius, ſic dictus: apud Plinium. Eſt qui eundem* PENIVM *vocari putat, ab Ouidio 4. de Ponto. Vide* OPIVS.

PITYVSA, *Argolici ſinus inſula: Pomponio & Plinio. Ad Helleſpontū vrbs, Straboni. Vide* ALIVSA, CHIOS, DEMONESOS, LAMPSACVS, MILETVS, PHASELVS, PHITYVSA, PITYODES, & SALAMIS. *Pityuſæ vocem video apud auctores per ſimplex* s, *aut duplex* ss *indifferenter ſcribi.*

PITYVSSA, *vide* PISYE.

PITYVSSÆ πιτύουσαι, *inſulæ differentes: ab Alcmanno* PITYODES πιτυώδεις, *vocantur, inquit Stephanus. Vide* EBVSVS.

PIZA, *vide* PISA.

PIZENACI, *vide* SCYTHÆ.

PLACE, *vide* PLACIA.

PLACENTIA πλακεντία, *Ptolemæo, Liuio, Tacito, Polybio, Plutarcho, alijſq; Italiæ colonia & vrbs, in Gallia Togata.* Piacenza *hodie vocatur. Veterem nobilitatem (vt ait D. Ambroſius in Epiſtolis) ipſo adhuc nomine ſonat.* PLACENTIA, *etiā Hiſpaniæ vrbs, in Caſtellæ regno. Antiquum nomen retinet, Vaſæus. At olim* Ambrocium *pagum ibi fuiſſe ſcribit Io. Mariana, de Reb. geſtis Hiſpaniæ.*

PLACENTINVS. *Vox dubia mihi apud Plinium 3. cap. 16. in enumeratione fluuiorum ſe in Pado exonerantium, vbi hæc verba,* Tanarum, Trebiam, Placentinum, Tarum, Niciam, *&c. ſingulæ voces littera initiali maiuſcula ſcriptæ, & commate diſtinctæ. ita vt hæc vox propria ſit fluminis. Quidam codices autem hoc modo:* Tanarum, Trebiam Placentinum, Tarum, *&c. Ita vt Placentinum cognominare videatur Trebiam. quod magis placet: vt ſit fluminis huius quodammodo deſcriptio: vt qui circa Placentiam ſe cum Pado coniungat.*

PLACIA, *Plinio Myſiæ opidum. Pomponio in Bithynia eſt. hoc* PALACVM παλακόν, *Strabonis eſt, vt credit Stukius.* PLACE πλάκη, *Stephani fortè quam Helleſpontiam vrbem vocat. Hæc* πλάκη *eſt Herodoto in Clio, &* PLACIANI *Halicarnaſſeo 1. Hinc Ciliciam Hypoplaciam, nominat Stephanus. Vide* CILICES.



PLACIADÆ πλακιάδαι, *Atticæ municipium. Suidas. Vide* PLACTIADÆ.

PLACIANI, *vide* PLACIA.

PLACOENTA πλακοῦντα *pagum, diſtantem à Thebis monti Placo ſubiectus ſtadiis 6. habet Athenæus 14. apud Cilices, circa Troiam.*

PLACOTVM, *vide* FORVM CONSTANTINI.

PLACTIADÆ πλακτιάδαι, *Attica tribus. Phauorini Lexicon.* PLACIADÆ *apud Suidam.*

PLACVS πλάκος, *qui aliis* PLACVSIVS, *Ciliciæ mons. Heſychius. Supra Thebas eſt, Straboni 4. Circa Troiam eſt, ſunt enim ibidem Cilices. Huius meminit etiam Athenæus. Hinc Thebæ Hippoplaciæ.*

PLADÆ, *vide* BESADÆ.

PLADARÆI πλαδαραῖοι, *populi verſus Arctum. Steph.*

PLAGA CALVISIANA, MESOPOTAMIA, & SYRACVSIA, *ſunt Siciliæ loca: Antonino. Inter Agrigentum & Syracuſas.*

PLAGENARVM πλαγηνῶν, *meminit Curopalates, circa Hungariam.*

PLAGEREVM, *ſiue* CYMBA, *lacus eſt Siciliæ, apud Antoninum. inter Agrigentum, & Syracuſas.*

PLAGIA, *Liguriæ portus, XV. M. P. à Vintimilio. Antoninus. Vide* PLAGIARIA.

PLAGIARIA *Antonino Hiſpaniæ vrbs. inter Olyſipponem & Emeritam.* PLAGIA *hæc etiam, eidem. alio in loco. Huius ruinas hodie ſupereſſe ſcribit in ſuis ad D. Ariam Montanum litteris non editis D. Iacobus Delgada.*

PLAGIOPOLIS, *vide* GAGE.

PLAMVS πλάμος, *Stephano Cariæ vrbs.*

PLANARIA, *inſula* LX. *M. P. à Corſica. à ſpecie ſic dicta, æqualis freto, ideoq; nauigiis fallax. Plinius. Aliam ſic dictam, habet idem, inter Fortunatas. Vide* PLANASIA.

PLANASIA πλανασία, *Straboni inſula eſt poſt Stœchades. Fazellus eam* Sarduni *vocari ait. ſed Dalechampius* D. Margaritæ. *Ioannes Poldus in ſua Nemauſienſi hiſtoria, vrbem intelligit, &* Pont. S. Eſprit *indigitat. Alia* PLANASIA *inſula circa Elbam, Ptolemæo & Plinio. Hæc* Planoſa *hodie. Eius meminit Tacitus Annal. 2. & Dion 55. qui eam Corſicæ propinquam facit.* PLANARIA *videtur Plinij. Vide* STOECHADES.

PLANCTÆ πλαγκταί, *(ſic Diis vocatæ, vt ſcribit Homerus in* ὀδυς.) *Apollonio Argonautico ſunt inſulæ circa Scyllam & Carybdim.* CYCLOPVM *Scopuli apud Plinium fortaſſe ſunt. vide* CYANEÆ, & ÆOLIÆ.

PLANESIA πλανησία, *Hiſpanica inſula exigua, circa Ferrariæ promontorium, aut Dianium, vt Strabo vocat, lib. 3.*

PLANETÆ, *vide* CYANEÆ.

PLANGENSES, *Vmbriæ gens: apud Plinium.*

PLANGONIVM *vnguentum habet Clem. Alex. 2. Pedagogiæ. Eſt qui ab inuentore ſic dictum dicit. Si verè, hinc profligandum.*

PLANIA, *vide* OSVRTRV.

PLANIBOBISTA πλανιβοβίστα, *vrbis nomen, in Sanctionibus pontificiis Imp. Orientalium. Epiri puto.*

PLANICENSES, *vide* PLENINENSES.

PLARÆI πλαραῖοι, *Epiri gens: apud Stephanum. eadem quoque* PLARII. *Vide* PLERÆI.

PLARASSA πλάρασσα, *Stephano vrbs in Caria.*

PLARII, *vide* PLARÆI.

PLATEA, *vide* ÆDONIS.

PLATÆÆ πλαταιαί, *Bœotiæ mediterranea vrbs. Ptolemæo, Vitruuio, Theoni & Stephano. Ducentis ſtadijs à Tanagra abeſſe, teſtis eſt Dicæarchus: & octoginta à Thebis. ſeptuaginta autem Thucydidi.* PLATAICA *Terra hinc, apud Pauſaniam. Tres ſunt inſulæ ſic dictæ, Plinio: ante Troadem.*

PLATAGÆ, *vide* AMORGVS.

PLATAMODES πλαταμώδης, *Peloponneſi locus à Coryphaſio diſtans* CXX. *ſtadijs. Strabo.*

PLATAMONVS πλαταμῶνος, *fluuij nomen: Phauorino.*

PLATANE πλατάνη, *Sidoniorum vicus. Ioſeph. Antiq. 16. cap. 13. & belli Iud. 1. cap. 17. An idem cum Platano?*

PLATANENSIS epiſcopi, in Galatia, meminit Nicenum concilium.

PLATANEVS, fluuius in Bithynia videtur, apud Plinium.

PLATANISTVNS πλαταν8νς, Laconicæ promontorium, quadraginta ſtadiorum nauigatione ab Aſini Maxilla diſtans. teſte Pauſania. Cui & PLATANISTVNS inſula ibidem eſt. Eſt apud eundem Arcadiæ fluuius, ſic dictus. Promontorium Aeolidis regionis eſt, Plinio. Item maritimus locus in Pamphilia, aut vt Strabo tradit, Ciliciæ. Vide MACISTVS.

PLATANIVS πλατανι☉, Bœotiæ flumen. Pauſanias.

PLATANVS πλάταν☉, Phœniciæ vrbs, Stephano, & Polybio 5. item Antonino, ſed in Syria; inter Antiochiam & Laodiceam. PALTOS putatur à Hieronymo Surita, quod ſi verum, hæc à Ptolemæo malè poſita. Vide PLATANE.

PLATE, inſula ante Troadem. Plinius. vide PLATIA.

PLATEA Petra πλατεια πετρα, Caſtellum ſic dictum. Cedrenus. In Aſia Minori alicubi. Xylander vertit LATVM Saxum. Gabius apud Curopalatem legit LATAM Petram, & alio in loco ANTIQVAM Petram. In Thracenſium regione hic illud deſcribit. PLATEA Inſula quoque Plinio, alicubi in mari Aegæo. Etiam loci in Hiſpania nomen, Martiali 12. ad Iuuenalem.

PLATEIS πλατηίς, Lyciæ inſula eſt Stephano. Apud Plinium videtur inſula ſinus Saronici.

PLATIA πλατία, Propontidis inſula. In Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp. PLATE fortè Plinij. & Cedreni πλατη, quo loco Gabius LATA legit in ſuo Curopalate.

PLATIÆ, inſulæ Creticæ, ante Sammonium promontorium, Plinio.

PLATINA, B. Platinæ natale ſolum, in agro Cremonenſi. vt ipſe refert in Conone 1. Piadena vulgò.

PLATYPEGIVM, Scythiæ Thracicæ opidum. lib. Notit.

PLAVIS, vide ANASSVS.

PLEGERIVM πληγήειον, Indiæ opidum, ad Choaſpen fluuium. Strabo.

PLEGRA πλέγρα, Paphlagoniorum in Galatia vrbs, Ptolemæo.

PLEMMYRIVM, Siciliæ promontorium, Virgilio & Thucydidi. Stephano ſimplici M. πλημύειον, ſcribitur. Cabo Maſſa Vliuieri, à Fazello & Aretio hodie nominatur. Idem Fazellus PLEMMYRIAM inſulam deſcribit, quam nunc S. Martiani appellari ait. quo auctore veteri, neſcio. Scio Thucydidem hoc loco paruæ inſulæ meminiſſe, ſed ſine nomine.

PLENINENSES, Plinio Piceni in V. Italiæ regione populi. PLYNIENSES, PLYNITENSES, & PLINIENSES habent tres alij mei codices. PLANINENSES per primam vocalem in prima, habet codex M.S. Reuerendiß. Torrentij.

PLENOS, vide PLYNOS.

PLERA, inter Beneuentum & Tarentum vrbs. Antoninus. BLERA in alio huius codice.

PLERÆI πληραῖοι, circa Dalmatiam gens. Straboni. PLARÆI Stephani mihi videntur. quos in Epiro habet, regione contermina.

PLEROSELENO πλεροσελωω, vrbem habet Aelianus 2. Animal. Aſiæ Minoris vrbs maritima. Eadem fortè cum Pordoſelene.

PLESTICA, vide PLISTIA.

PLESTINIA, Marſorum in Italia opidum. Liuius 10.

PLETENESSVS, vide PEDNELISSVS.

PLEVMARIS πλεύμαεις, Cappadociæ in Ponto Galatico vrbs. Ptolemæus.

PLEVMOSII, Galliæ Belgicæ populi, ſub Neruijs; Cæſari in Commentarijs. Flandri ſunt, Marliano. Sed Becano ſunt propriè qui Vuernam, Honſcotam, Dixmudam, & Yperam Flandriæ Occidentalis plagam inhabitant. H. Leodio Coꝛtrijck tantum eſt, ad Legiam fluuium opidum, in Flandria.

PLEVRONE πλευρώνη, Achaiæ in Aetolia vrbs, Ptolemæo,



Straboni, & Pauſaniæ. MELEAGRIAM Statius vocat. ſic enim ille: Fletaq; cognatis auibus Meleagria Pleuron, ,, Et præceps Calydon. Thebaidos 4. Placidus autem in eundem, ,, hanc Theſſaliæ attribuit. non verè, vereor. PLEVRONIA πλευρωνία, & CVRETICA, κουρήτικα, eadem eſt, inquit Strabo. Aetoliæ tractus.

PLEVTAVRI πλευτάυροι, Hiſpaniæ Septentrionalis populi. Strabo.

PLIEOS πλιέως, & SERACHVS, Cypri flumina; ex Aoio monte profluentes. Etymologicon. Primam vocem non noui. alteram corruptam iudico. pro SATRACHVS vel SETRECHVS.

PLINIENSES, vide PLENIENSES.

PLINTÆ, Antonino Siciliæ locus.

PLINTHINE πλινθίνη, Ptolemæo & Stephano, Aegypti promontorium. Turris Arabum Italis dicitur. Sinum hinc PLINTHINATEM habet Herodoti Euterpe.

PLISCOBA, circa Bulgariam opidum, Cedreno, Zonaræ, & Curopalati.

PLISTARCHIA, vide HERACLEA.

PLISTI πλειςοι, genus hominum, ſic vocatum à Dacis, vt habet Ioſephus 18 Antiq. cap. 2. quorum vitam cum Eſſenorum comparat. CTISTAS Strabonis puto: ex Abiorum genere.

PLISTIA, Samnitum vrbs, aut eorum viciniæ, Liuio 9. PLISTICAM πλιςικὴ, habet Diodorus 19. Italiæ opidum, à Samnitibus expugnatum.

PLISTINA πλειςινη, lacus appellatur ab Appiano, qui aliis bonis auctoribus Traſumenus dicitur. Errat Titius qui eum pro Pontina palude habet. Neque placet Villiomari ſententia, qui Velinum lacum ſic dictum putat. & PLESTINA legit per E. Vide TRASVMENVS, & INTERAMNA.

PLISTONICENSEM quendam Appionem, vocat D. Clemens, Recognition. 10. Malè autem, tanquam à regione, cùm à Pliſtonico viro id nomen deriuatum.

PLISTVS πλεῖςως, Phocidis fluuius, qui ad Cirrham Delphorum nauale in mare effluit. Pauſanias & Athenæus. item Aeſchylus in Eumenidibus. Parnaſum montem nouem ſpiris ambit, vt refert Callimachus.

PLITANIÆ inſulæ, ante Troadem. Plinius.

PLITENDVM, opidum in Aſia Minori, Liuio 38. Circa Bithyniam alicubi fortaſſe, vt ego conijcio.

PLIVM, vide HERACLEA.

PLOTÆ, Plinio ſunt duæ inſulæ Maris Ionij, ante Zacynthum verſus Eurum; eædem STROPHADES ςροφάδες, dicuntur; eodem auctore, & Apollonio. STROMPHIDES ςρόμφιδες, eas appellat Suidas, deſcribitq; inter Elidem & Zacynthum. Strabo etiam duas numerat Strophades, & CYPARISSIORVM inſulas vocat. Striuali nomine hodie notæ ſunt, teſte Sophiano. Sunt qui has Plotas etiam CALYDNAS dictas putant, vt annotauit Camerarius ad β. Ιλιαδ. Vide ÆOLIÆ.

PLOTHIA πλώθεια, pars tribus Aegeidis. Stephanus. Plothenſem quendam Apollodorum, habet Demoſthenes contra Eubulidem.

PLOTINOPOLIS πλωτινόπολις, Thraciæ vrbs, Ptolemæo, & Antonino. Ploudin Nigro.

PLVBIVM πλέβιον, Sardiniæ inſulæ opidum, vt Ptolemæus habet. Saſſari hodie nouè nominari, ſcribit Niger. AD TVRRIM Antonini, hoc nouo nomine dici, mauult Simlerus.

PLVITALIA πλυιτάλια, Ptolemæo vna ex Fortunatis inſulis; quam Andreas Bacchius ex Alexandro Giraldino Inſula del Ferro vocari ſcribit. Lanzerotta Nigro dicitur, falsò vt videtur. PLVVIALIA apud Plinium legitur.

PLVMBARIA πλυμβαρία, inſula Hiſpaniæ, circa Hemeroſcopium, aut Ferrariæ promontorium, vt aliis videtur. Strabo 3.

PLVMBARII, vide MEDVBRICENSES.

PLVMBEA, vide MOLYBODES.

PLVSIANVM, vide SIPLVSIANVM.

PLVTIA, Siciliæ vrbs; de qua Cicero in Actione III. contra



contra Verrem; Aretius eam Plaza vocat.

PLVTIVM πλέτιον, Tyrrhenorum vrbs, Stephano.

PLVTONIA, vide ARIMI, & CHARONIA.

PLVTONIS Fluuium auriferum, habet in Libya, Aeſchyli Prometheus. PLVTONIS hiatus, locus apud Indos Arianos. Aelian. 16. Animal. cap. 16. PLVTONIVM circa Hierapolim Phrygiæ, habet Strabo 13. quæ DITIS Spiracula dicenda, teſtis Apuleius de Mundo. vide ARIMI.

PLVVIALIA, vide PLVITALIA.

PLYNEÆ πλυνέαι, In Nilo inſula, apud Stephanum.

PLYNIENSES, vide PLENINENSES.

PLYNVS πλυω☉, Lycophroni. Libyæ ciuitas eſt Iſacio, ex qua oriundus erat Atlas. In Marmarica eſt apud Herodotum. vbi etiam πλυν☉ portus legitur.

PLYSENVM πλυσινόν, opidum Thraciæ, Procop. 4. ædif.

PLYTHANA πλυθάνα, locus in India: vnde onychis gemma adfertur. Arrianus in Periplo Maris Rubri.

PNEBEBIS πνεβέβις. Stephano Ægypti vrbs.

PNEVENTIA πνευεντία, Piceni opidum. Strabo.

PNIGEVS πνιγεὺς, Marmaricæ pagus, ad mare, Straboni. In mediterraneis eſt Ptolemæo.

PNIGITIS πνιγῖτις, terra ſic dicta (vt videtur) à loco, eſt apud Galenum de Simplic. medicam. 9. cap. 6. & Dioſcoridem 5. cap. 134. item Plinium 35. cap. 16. vbi & PIGNITIS legitur.

PNVPS πνέπς, Aethiopiæ vicus, circa Nilū, ab Ortu. Ptolem.

PNYX πνυξ, forum Iudiciarium Athenis; iuxta Acropolin. Iul. Polluci, & Stephano. item Luciano in Amorib. Platoni Critia, & Plutarcho in Theſeo, & Themiſtocle.

PODALIA ποδάλεια, Lydiæ vrbs, propè Limyram. Stephanus. Piſidiæ tribuitur in concil. Conſtantinopolitano. Lyciæ potius, vt Plinius, & Ptolem. qui eā Podalliam (geminato LL) Myliadis vocat. Mylias enim hæc. Lyciæ pars eſt.

PODAMICVS, vide ACRONIVS.

PODANDO, loci nomen, circa Tarſum, Cedreno & Zonaræ. Meminit huius etiam Antoninus, inter Fauſtinopolim & Alexandriam ad Amanum. PONDADO legitur apud Curopalatem. ſed malè. nam idem alio in loco PODANDI Clauſuras nominat. Vide POLYANDVS.

PODARGI ποδαργοὶ, apud Stephanum gens Thraciæ.

PODERADOS, Ciliciæ vrbs videtur apud Guil. Tyrium.

PODOCE ποδόκη, Indiæ intra Gangem vrbs & emporium Ptolemæo. PODVCE ποδέκη, Arriano. Podepheran nunc appellari, tradit Mar. Niger.

PODOPERVRA ποδοπέρυρα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

PODVCA ποδέκη, Ptolemæo Taprobanæ inſulæ opidum. Vide PODOCE.

POEANTHE ποιάνθη, inſula eſt Ponti Euxini, iuxta Phaſidis & Zarangis amnis oſtium, vt eam deſcribit Orpheus. Hanc eandem aliquando putaui cum ea quam Sigiſmundus Herberſteinius Satabella vocat, in ſuis Commentariis Moſcouiticis: ſeductus voce Phaſidis, quem Colchidis fluuium omnes norunt. ſed alius videtur hic Orphei. circa Boſporum enim Cimmerium hunc Phaſim deſcribit.

POECILE Porticus Athenis. Stoicorum ſchola; prius PISIANACTEA dicebatur. Suidas, in voce Polemo. ex Plutarcho in Cimone: & Laërtio in Zenone.

POECILE PETRA ποικίλη πετρα, Ciliciæ opidum Straboni. Paxoli nominatur à Mercatore.

POECILASIVM ποικιλάσιον, Cretæ inſulæ vrbs, Ptolemæo. Pentalo, Mercator: Selino, Niger vocat.

POECILVM ποικίλον, mons in Attica. Pauſanias.

POEDICLI, vide PEDICVLI.

POEDICVM Norici vrbs, Ptolemæo. Hæc in campis Peckfeldt circa Villacū eſt. vt ſcribit Lazius. vide IVVAVIA.

POEEESSA, vide PÆRESSA.

POEESSE, vide RHODVS.

POEMÆNIVM ποιμαίνιον, mons in Macedonia. Stephanus. Videtur quoque locus Palæſtinæ, apud Palladium, in Poſidonio. Circa Bithyniam quoque Nicetæ.

POEMANDRIA, vide TANAGRA, & THEBÆ.

POEMANENI, vide POEMANINVM.



POEMANETINVS Epiſcopus, Helleſponti regionis. In ſynodo Conſtantinopolitana VI.

POEMANINVM ποιμάνινον, Cyzici regiuncula, Stephano. cui quoque caſtelli nomen eſt. Apud Ariſtidem Myſiæ ager eſt, in quo Æſculapij templum. POEMANENI Macedones, ſunt Plinio ad Rhindacum fluuium.

POEMEN ποιμὴν Ponti mons, à quo Parthenius fluit, per medium Amaſtrin vrbem. Stephanus.

POEMEVM, Perrhæbiæ caſtellum, Liuio 34.

POENÆ Deorum, vide APOCOPI.

POENESSA, vide PÆEESSA.

POENI, vide CARTHAGO, & BASTVLI.

POENICA, vide PHOENICE.

POENINA CASTRA, quorum memoria eſt in lib. Præfecturarum: Lazio ſunt in Norico. Locus Pyntzgaw appellatur, Saltzburgenſi præſuli ſubiectus.

POENINÆ Alpes, Tacito, Straboni & Plinio; POENÆ ποῖναι, ſunt Ptolemæo. Liuius PENNINVM appellat. corruptè. POENINVS enim mihi vera ſcriptura; à Pœnis populis nempe, hos primùm tranſgreßis. Vocantur à Leandro & Scudo Monte Maiore de S. Bernardo, aut Groſſ S. Bernhartsberg. Leander etiam Monte di Ioue habet. Lupanus Mon ſeniſe interpretatur. Scudus habet quoque VALLEM POENINAM, cuius in antiqua inſcriptione apud Rhenanum fit mentio, & in Goltzij Theſauro. hanc Val Pelinna incolētium lingua, appellari, idem ſcribit Scudus. Vide ALPES SVMMÆ, COTTIÆ, & PENINVS.

POENINVM Lacum, habet Ptolemæus, in Italia, ad Doriæ fluminis caput. Hic hodie nullus eſt lacus.

POEONES, Thraciæ populi, vide PANNONIA, & SYROPOEONES.

POEONIA, vide ARTAVNVM, & EMATHIA.

POEONIDAS ποιονίδαι, habet Suidas, municipium Leontiæ tribus, in Attica. additq; eos differre à PÆANIENSIBVS & POEONIDIS municipijs Pandioniæ tribus, Athenienſium.

POETANION, eſt inſula haud procul à Cempſis: Feſto Anieno. In Hiſpania.

POETOVIO, vide PETOVIO.

POEVS ποι☉, mons in Græcia, circa Penei fontes, Straboni.

POGLA πόγλα, Pamphiliæ vrbs, Ptolemæo.

POGOARGAS, Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs. Plinius.

POGON πώγων, id eſt Barba, Troezeniorum portus, in Peloponneſo, Straboni, Herodoto, & Suidæ. PAGONVS, inde portus, fortè Pomponio.

POISARTEMIS, vide PENSATEMIDOS.

POLA, vide IVLIA PIETAS.

POLABINGI, quorū ciuitas primaria Razìburg. vide SLAVI.

POLAS, vide ASTYRON.

POLATICVM Prom. vide IVLIA PIETAS.

POLATICVS SINVS, vide FLANATICVS.

POLEMONIACVS, vide PONTVS.

POLEMONIVM πολεμώνιον, Ptolemæo Ponti Polemoniaci in Cappadocia opidum. Vatiza Nigro dicitur.

POLENDOS, inſulæ deſertæ nomen, apud Plinium, circa Cherſoneſum Thraciæ. vti ego conijcio.

POLENTIA πολεντία, Ptolemæo auctore Liguriæ vrbs. In Alpibus Cottijs Iornandi. duplici LL. apud Plinium, Prudentium, Claudianum, & Silium legitur. Leander in Lōbardia Ciſpadana ponit, & Palanza vocari dicit. Eſt etiam Balearidis Maioris opidum, Straboni, Pomponio, & Plinio, geminato LL. hoc quoque Ptolemæo ſcribitur. Coloniam facit Pomponius.

POLENTINA Plebs. Suetonius in Tiberio. Eſt POLENTA vrbs à Rauenna haud procul, ad Apenninum: iuxta Britonorium, vt habet Hieron. Rubeus 6. An inde verò hæc plebs, mihi ignotum.

POLESENSEM epiſcopum Hadrianum, habet Diaconus 3. Long. An à Pola Hiſtriæ?

POLESII, vide POLLESII.

POLETO, flumen in Mauritania Cæſarienſi. Antoninus.

POLEVR πολέυρ Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

POLIBII πολιϐία, inſula, Ptolemæo: in ſinu Arabico.

POLICHNA πολίχνα, Straboni, Herodoto, & Thucydidi. Troadis opidum. POLICHNÆI ſunt apud Plinium. Bilenos hodie Leunclauio. πολίχνη etiam Cretæ vrbs, Herodoto, Thucydidi, & Stephano. Argiæ quoque Polybio 14. Prope Syracuſas in Sicilia. Diodoro lib. 13. & 14.

POLICHNION, Dionyſio Byzantino: FANVM EVROPÆ BYZANTINORVM Straboni, & Polybio. Hodie Ieron Romelias appellant: ex eo quia ſitum eſt opidum in ditione Europæa, quam vocant Romeliam. Eſt prope Byzantium. Hæc Gyllius in ſuo Boſporo.

POLIDIVM, vide POLYDE.

POLIDORORVM ciuitatis Phrygiæ, meminit Chalcedonenſe concilium. Vide POLYDORA.

POLIEIVM, & POLIIVM, vide HERACLEA.

POLIMATRIVM, Italiæ vrbs, circa Tuſciam videtur, in Conciliorum opere. Ditionis Eccleſiæ Romanæ eſt, vt docet Maſſa, in ſuo de Faliſcis libello. ſed POLYMARTIVM legit. ſic quoque Diaconus. Bomartio hodie vocari intelligo. Diſtat à Ciuitate Caſtellana 14. M. paſſ. Balneoregienſis diœceſis. In Etruria. FERENTIS POLIMARTIVM quoque vocatur, in Conciliorum opere.

POLINIACVM, vide BALMENSE.

POLIPERGA πολιϖργα, in Theſauro Goltzij eſt, ex nummo.

POLIS πόλις, Ægypti vrbis nomen, apud Stephanum.

Hyæorum vicus apud Locros Ozolos POLIS eſt, Thucydidi 3. POLIS per Ω. πώλις, & SENOS Σῆνος, vrbs in inſulis. ſic Stephanus. POLITANORVM Dinaſtiæ, meminit Euſebij Chronicon, pro quo, DIOPOLITANORVM, legit codex meus pergamenus. pro DIOSPOLITANORVM Ægypti, vt puto. Cum Polis compoſitas locorum voces vltra centum ſeptuaginta numero, ex veteri hiſtoria in hunc Theſaurum adducimus. Vide ALEXANDRIA, PAROS, & CIVS.

POLISMA πόλισμα, Troadis opidulum, ad Simoentem fluuium. Strabo.

POLITANI, vide POLIS.

POLITEIA πολιτεία, Achaiæ vrbs, Stephano.

POLITICEORGAS; Aſiæ propriæ regio apud Plinium, quæ poſtea APHRODISIAS. Pintianus hoc loco legit POLITICE, & ORGAS, duasq; & diuerſas regiones facit. Aphrodiſiam circa Phrygiam Maiorem habet Strabo 12.

POLITIVM πολίτιον, Marrucinorum in Italia opidum. Diodorus 19.

POLITORIVM πολιτώριον, Latinorum vrbs, Stephano, Liuio, Plinio, & Halicarnaſſeo. Ex huius opidi ruinis nunc Polim crediderim vocatum, inquit Volaterranus in Philologia. Aliud opidum in Etruria eſt, apud Antoninum, in ſuo Fragmento.

POLIVM πόλιον, locus in Lesbo, Stephano.

POLLA πόλλη, Macedoniæ vrbs, Thucydidi, circa finē lib. 2. ſi fidus interpres.

POLLENTIA, vide POLENTIA.

POLLENTINI, Piceni populi, Plinio. A Polentia puto vrbe: cuius Oroſius meminit 7. cap. 37. cuius nulla hodie veſtigia exſtare, inquit Pamphilus libro 3. Piceni. POLLENTINOS Agros hinc habet Prudentius 2. contra Symmachum. Hos in Etruria ſtatuit Fabricius; an benè; ipſe viderit. Vide POLENTINA.

POLLESII πολλήσιοι, ciuitas quædam. Stephanus. vno L. eſt in Aldino codice POLESII.

POLLIA Tribus, eſt apud Liuium, & Val. Max. vno L. quoque reperitur quibuſdam codicibus.

POLLISIA πολλισία, Italiæ vrbs: Trallianoin Longæuis. Xylander verò POLLENTIA vertit. Hinc oriundus P. Fuluius Phryx, longæuus.

POLLVPICE, Antonino Liguriæ ciuitas, inter Vada Sabatia, & Albingaunum, Finale eſt Simlero. cui quoque LOLLVPICE legitur.

POLLVSTINI, Italiæ populi, in Prima regione, Plinio. an à Poluſca? ſic crediderim.

POLME, vide EVGYON.

POLONITE, vide PHALTI.

POLOSVS πολοσον, locus ſic dictus in Bœotia, vbi Atlantem ſediſſe, atque cæleſtia & terreſtria inueſtigaſſe, ſeduló credunt. Pauſanias.

POLPA πόλπη, Macedoniæ vrbs videtur apud Phleg. Trallianum.

POLTIOBRIA, & POLTVMBRIA, vide ÆNVM.

POLVRA πολȣρα, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. ad Cambuſum Gangis oſtium. Per A in prima ſcribunt Latini codices. ſic quoque idem Ptolemæus lib. 1. cap. 13.

POLVS, vide POLVSCA.

POLVSCA, Volſcorum caput, Liuio 2. POLVS πολοις, apud Halicarnaſſeum 6. vocatur. & πολυσκα 8. Haud procul à Longula. Vide POLLVSTINI.

POLYÆGOS πολύαιγος, Ptolemæo, Melæ, & Plinio, inſula maris Aegæi. Policandro Sophianus, Falconara Niger vocat. POLYÆGOS eſt etiam apud Pomponium. ſed alia videtur à Ptolemæi. πολυαιγων meminit Goltzij Theſaurus, ex nummo.

POLYANDRIVM, vide MORASTHI.

POLYANDVS πολυανδός, Armeniæ Minoris vrbs, Ptolemæo. in Cataonia. Interpretes habent PADYANDVS. PODANDVM Antonini hinc non procul abeſt.

POLYANVS πολυανος, Macedoniæ mons. Strabo 7. Circa Epirum.

POLYARA πολύαρα, Cariæ vrbs, Stephano.

POLYARRIS, vide TAVRVS.

POLYBIANVM, Pannoniæ Superioris opidum, habet ex Codice Præfecturarum Lazius, quod recentiore nomine Leybnicz appellat.

POLYBOTI Vrbis, circa Ciliciam alicubi, meminit Chalcedonenſe concil. non ſemel.

POLYCHALANDVS πολυχαλανδος, Lydiæ Epiſcopatus, cuius Epiſcopus Phœbus, apud Epiphanium.

POLYCTORIVM πολυκτόριον, locus in Ithaca inſula. Etymologicon.

POLYDE, Italiæ vrbs, à comitib. Herculis condita. Solinus. Codex pergamenus meus per tertiam vocalem legebat in penultima. POLYCLE habebat ora libri Reuerendiſſ. Torrentij. πολείδιον, vrbis nomen. ſic Suidas, neque plura.

POLYDEGMON πολυδέγμων, Italiæ mons, apud Lycophronem, ex quo omnes Italiæ fluuij originem ſumunt. Canterus eum vertit, appellatiuè, capax collis. Scaliger autem habet Procapes.

POLYDEVCEA πολυδεύκεια, Laconicæ fons, ad Therapnem vrbem. hunc à priſcis MESSEIDEM μεσσηίδα, vocatum, ſunt qui affirmant, vt inquit Pauſanias, in Laconicis. Huius meminit quoque Strabo 9.

POLYDIPSIVM, vide ARGOS.

POLYDORA πολυδώρα, inſula iuxta Cyzicum. Stephanus, Plinius, & Diodorus 13. Vide POLIDORORVM.

POLYDORI Tumulus, Solino eſt in Æmo monte, parte ea quam Aroteres tenent. Plinius circa Aenum vrbem videtur conſtituere.

POLYGIVM, Galliæ Narbonenſis vrbs: Sex. Auieno.

POLYGONIVM, vide PHRYGONIVM.

POLYMEDIVM πολυμήδιον, Myſiæ vicus, XL. ſtadijs à Lecto. Strabo. Polymedia Troadis, apud Plinium eſt.

POLYMELI, vide ORCHOMENII.

POLYPHAGI, gens ſupra Caucaſum montem. Strabo.

POLYPHENGON, vide MYCENÆ.

POLYPODVSA πολυπόδουσα, Cnidiæ inſula. Stephanus.

POLYPORVS, vide HEPTAPORVS.

POLYREN πολύρην, Cretæ vrbs, apud Stephanum, & Polybium 4. vbi Diis immolabant. vt Suidas addit. POLYRRHENIA Ptolemæi eſt, & POLYRRENIVM Plinij.

POLYRRHETIVS, vide APSASIVM.

POLYSTEPHANVS, vide TIBVR, & PRÆNESTE.

POLYTELIA, Meſopotamiæ opidum, apud Pliniū videtur.

POLYTIMETOS πολυτιμητος, Scythiæ intra Imaum fluuius, apud Ptolemæum: ſed Sogdianæ apud Q. Curtium: & Arrianum. item Strabonem, apud quem Xylander hoc vocabulum appellatiuè interpretatus eſt, tanquam multi pretij. Amo Nigro vocatur.

POLYZELI villa, locus Siciliæ: Plutarcho in Nicia.

POMERIOLAE, pagus Cameracenſis agri. in S. Maxellendis vita. Pomereulx vulgò nominari puto.

POMETIA Italiæ opidum, Plinio & Virg. 6. Aeneid. POMETINOS Campos omnium Latinorum maximos, habet Halicarnaſſeus. POMETINENSES vocat populos, Non. Marcellus, in verbo Valgum, Mercatus, & Simile, Vide PONTINA, SVESSA & VOLSCI.

POMONA, de quo hæc Solinus: Sed Thule larga, & diutina Pomona copioſa eſt, locus ſatis obſcurus. Orcadum vnam cenſent H. Boethius, & Buchananus. Hic eam hodie ob inter ceteras magnitudinem, Continentem vocari ſcribit. ille verò Kyrckwalia hæc ætate nominari tradit. Camdenus ſcribit Mainland incolis, quaſi continens eſſet vocari, & putat à Solino diutinam cognominari, ob diei prolixitatem.

POMONAL, eſt in agro Solonio, via Oſtienſi, ad duodecimum lapidem, diuerticulo à milliario octauo. Feſtus. Solonij, σολώνιον, prædij meminit Plutarchus, in Mario, inter Oſtiam & Romam. Liuius 8. ibidem Solonium agrū habet.

POMPÆLONA, vide POMPELON.

POMPEIA Palus. Quæ dulcis Pompeia palus, vicina Salinis, Herculeis. Columella. In Campania. Ad mare circa Pompeianum eſſe, dicit ad hunc locum Pomponius Fortunatus.

POMPEIA Trophæa, locus maritimus Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Iberi oſtia, & Pyrenæi extrema. Strabo. ἀναθήματα τȣ̃ πομπηΐȣ. In ipſo Pyrenæo ea ſtatuit Plinius 3. cap. 3.

POMPEIÆ, Mœſiæ vrbs. Antoninus.

POMPEIANAE, Portus Galliæ Narbonenſis: Antonino.

POMPEIANI, vide ALBA Pompeia.

POMPEII Villa, ad lacum Auernum fuit eo loco, qui hodie Magnarello dicitur, quaſi Magni vtcunque nomen adhuc referens. Ferd. Lofredus. vide POMPEIANVM.

POMPEIANVM, Ciceronis villa, duodecimo plus minus milliario à Neapoli diſtans; prope Nolam. Salluſtius huius meminit in Oratione in Ciceronem. & Cicero quoque ipſe non ſemel ad Atticum. Hodie vicus eſt, nomine S. Maria Annunciata, inquit Blondus, & Baptiſta Porta Neapolitanus. Sed Amb. Leo dicit hodie Pomilianum appellari. Vide POMPONIANVM.

POMPEIOPOLIS πομπηϊȣ́πολις, quæ & SOLI σόλοι, inquit Ptolemæus, cui Ciliciæ opidum eſt, in Piſidiæ regione. SOLOE habet Mela. qui eam olim à Rhodienſibus poſſeſſam dicit. SOLIS Ciuitas eſt apud Dionem, & Appianum. SOLI, Solorum, numero multitudinis, eſt etiam Ciliciæ ciuitas apud Liuium lib. 37. SOLENSES hinc gentile. teſtis Laërtius in Solone. Præter hanc Pompeiopolim, quam Stephanus etiam σόλοι, vocat, aliam habet Ciliciæ vrbem, quam SOLVS σολȣ̃ς, vocat. vnde gentile SOLVNTII, & SOLVNTINI. POMPEIOPOLIS Paphlagoniorum in Galatia vrbs, Ptolemæo & Socrati Scholaſtico. POMPEIOPOLIM Myſiæ, habent Cedrenus, & Hiſtoria Miſcella: quam ſub Iuſtiniano Imp. terræmotu laceratam ait. Vide AMISVS, & EVPATORIA.

POMPEIVM, vrbs Campaniæ littoralis. huius meminere Seneca, Salluſtius, & Tacitus. POMPEIOS eſt apud Melam, Strabonem, & Xiphilinum. Plinius municipium facit. Coloniam fuiſſe ex Cicerone pro Sulla videtur. Prope Sarnum fluuium ponit Pomponius Fortunatus ad 10. Columellæ. POMPEIANOS populos hinc habet Appianus 1. Ciuil. Caſtello al mare hodie nominari, ſcribit Pandulphus Collenutius.

POMPELON πομπελών, Ptolemæo & Straboni Vaſconum vrbs, Hiſpaniæ Tarroconenſis. Hodie Pampelona vulgo nominatur. per Æ diphthongon ſcribendum docent lapides antiqui, qui POMPÆLONENSES habent, teſtis And. Schottus ad Antonini Itinerarium. Nauarræ regni ciuitas primaria. MARTVAM etiam dictam nonnulli ſcribunt.

POMPONIANA, vde STOECHADES.

POMPONIANVM, Stabiis erat diremptum ſinu medio. Sic Plinius 6. Epiſtolar. ad Tacitum ſuum. An idem cum Pompeiano?

POMPTINA Palus, à Circeis eſt, in Latio. Plinius. quam viginti trium vrbium fuiſſe, teſte Mutiano ter conſule, prodit. POMPTINVS Ager, Liuio 6. circa Volſcos videtur. Vide PONTINA, & DECENNONIÆ.

PONÆ Epiſcopus, Euphanius nominatur in concilio Galatiæ Primæ, ſub Leone Aug.

PONAMVS fluuius, in Pandarum finibus. Plinius. Circa Indi fluminis partes ſuperiores.

PONDADO, vide PODANDO.

PONDERATES, vide ARECAIRORVM.

PONEROPOLIS, vide PHILIPPOPOLIS.

PONEVATA, vide NAVATA.

PONS, vel PONTES πόντες, caſtellum in ripa Danubij, Dacicæ regionis, cui in altera ripa oppoſitum erat Theodora caſtellum. Procop. 4. Aedific. PONTES Angliæ vrbs, apud Antoninum. H. L'huydus Reading eius loco poni videtur. ſed. Paunton Camdenus. PONTES, Antonino Galliæ Belgicæ opidum. cui LEGIONEM XXIIII. addit. Eadem ciuitas Morinorum PONTACVM vocatur. ex quo Diuæus Pontieu facit. PONTES Ferrei, σιδηρᾶς γέφυρας, loci nomen in Perſarmenia. Cedreno, & Curopalati. PONTES TESFENII, ſic vocat Antoninus Vindelicorum in Germania vrbem; quam Simlerus Schoeflern interpretatur. ſic quoque Auentinus. ſed hic SCAPHONII legit, pro Tesfenij.

PONS, nomen loci in Scythia videtur, apud Iornandem in Geticis. ſi locus ſincerus.

PONS Aelij, in lib. Notit. quæ Ponteland Camdeno. AD PONTEM Antonini, Simlero idem eſt. Vrbs in Britannia. Vide ÆLIVS Pons. PONS Aufidi, vide PENTAVFIDVS. PONS Candidius, circa Rauennam, vbi Theodoricus rex Odoacrem certamine ſuperauit. Chronicon Caſſiodori. vide CONDIANI. PONS Ferri, ſuper Orontem fluuium, in Syria, ſex aut ſeptem milliaribus ab Antiochia. Tyrius. huius memoria eſt quoq; apud Marcell. Comitem. PONS Longus, apud Antoninum Italiæ locus, XXX. M. paſſ. à Siponto diſtans. PONS Lucanus, ſub Tiburtina vrbe, Guil. Tyrio lib. 18. cap. 2.

PONS Manſuetina, Pannoniæ locus, vt habet Antonini Itinerarium. qui idem cū Ponte Sociorum videtur Lazio. PONS MILVIVS, in Tiberi, propè Romam, vbi Conſtantinus Maximus Imp. Maxentium tyrannum deuicit. Hodie Ponte Molle vocant. MILVIVM nominãt hunc pontem Liuius, Tacitus, Salluſtius, Plinius de viris illuſtribus, Cicero tertia in Catilinam, & ad Atticum, Eutropius, Oroſius, Aurelius Victor, in vita Maximiani Imp. De eo tamen hæc ad me doctiſſ. Victor Giſelinus: De Moluio ponte conſului manuſcriptos meos, in quibus eſt. MOLVIVS, MVLVIVS, MOBLIVS, & MOLBIVS; quæ poſtrema duo etſi falſa ſunt, vocalem tamen O, vel V. diſertè oſtendunt; In nullo libro eſt MILVIVS. Vide Panegyricum dictam Conſtantino, vbi legi exiſtimo. Et anguſtiis Moluij pontis excluſi, &c. Sic Giſelinus. PONS, vel FONS Neuius, vel Nouius, in Hiſpania, Antonino. inter Bracaram & Aſturicam. NEBIVS legendum, à flumine Nebi. PONS SARNIX, Germaniæ vrbs, ad Saranum fluuium; Sarbrug, Diuæo. Antonini Itinerarium eam collocat inter Treuiros & Argentoratum. vide SARAVVS. PONS SCALDIS, vide SCALDIS.

PONS Sociorum, Pannoniæ opidum, Antonino. quod hodie Baboleza dicitur, Lazio. Idem addit ab eodem Antonino MANSVETINVM vocari. Hæc duo tamen diſtant ab inuicē M. paſſ. XXV. in excuſis codicibus. PONS Tiluri, Dalmatiæ locus, XVI. M. paſſ. à Salonis. Antoninus.

PONS TIRENVS, vt legit Boſius apud Ciceronem ad Atticum Epiſt. 13. lib. 16. Alij Tiretius & Tirena. In Minturnis eſt, à quo flexus eſt ad Arpinas, verſus Sinueſſanum. PONS TRAIANI ſuper Danubium, de quo

Dion. In Inferiori Pannonia. (Mœſiæ malim dixiſſet) Circa Caniſa opidũ erat, vt putat Ciacconus, ex Cuſpiniano, vt ait.

PONTACVM, vide PONTES.

PONTERIS ποντερίς, Aethiopiæ vicus, circa Nilum: verſus Ortum, Ptolemæo.

PONTESIVM, & CALVVS MONS, Galliæ loca apud Iuonem, Epiſt. 105. Pro Pontoyſe, & Chaumont.

PONTE ZITA, vide ZETTA.

PONTIA, vrbs alicubi, ſic enim Feſtus: Pontina tribus à Pontia vrbe eſt dicta. Liuius enim 9. ait Pontiam Coloniam factam. & idem 27. PONTIANOS nominat. Magna Græciæ videntur ad Inferum mare. vide OENOTRIDES, & GÆA.

PONTIÆ, vide OENOTRIDES.

PONTICA, vide MOESIA.

PONTICI, de iis ſic Pomponius: circa Pontum aliquot populi, alio alióque fine; omnes vno nomine Pontici dicũtur.

PONTICO villa, in Gallia. Greg. Turonenſis. Hiſtor. 4. PONTIGO alibi lego.

PONTICVM Mare, vide HYRCANVM, & PONTVS Euxinus.

PONTIFICENSE, vide OBVLCO.

PONTINA Palus, Plinio in Latio deſcribitur. SATVRÆ Palus apud Virgilium eſſe, ex Hermolao putat Erythræus. Hodie Aufente palude vocari, ſcribit Leander Albertus. Lucanus 3. & qua Pontinas via diuidit vda paludes. PONTINI Campi ſunt apud Silium 8. PONTINVS Ager eſt apud Florum 1. cap. 13. & Gellium 9. cap. 11. Fortè Pomptina ſcribendum. quod vide ſuperius. Circa Tarracinam eſſe, ex Feſto didici. & circa Forum Appij, ex Vibio. POMPTINA, PONTINA, & POMETIA, differre tantùm ſcriptura, non loco, exiſtimo. Hanc Pontinam paludem XXIII. vrbium fuiſſe, tradit ex Mutiano Plinius. POMETINVS Campus eſt Straboni, & POMETINI Liuio. vide POMPTINA, PONTVS, & DECENNONIÆ.

PONTINVS ποντῖνος, mons, & fluuius ex eo emanans. In Argia regione Peloponneſi. Pauſanias in Corinthiacis.

PONTIVIACVM, vide ONIAM.

PONTIVM, vide POTIVM, & TRAPONTIVM.

PONTONATES, vide GRAVASIANI.

PONTVS, Aſiæ regio Ptolemæo, quæ à Iuſtiniano Imp. in Nouellis in HELENOPONTVM, & PONTVM POLEMONIACVM diuiditur, quas tamen ipſe iuſſit in vnam contrahi, atque ab omnibus HELENOPONTVM nuncupari. iudicans pulchrius regionibus indere nomina Chriſtianorum regum, quàm Polemi, quod bellum ac tumultum deſignat. Conſtantinus enim Imp. alteram à ſuæ matris nomine Helenæ, antea ſic vocauerat. PONTVS Ptolemæo quoque alibi eſt, in qua Claudiopolis vrbs. Pruſiam in eadem deſcribit Aemil. Probus in Annibale. PONTICA HONORIADIS illa, in Concilior. opere. Sed & PONTVS alia in Europa, circa Danubij oſtia, Ouidio. vide BITHYNIA, CAPPADOCIA, SARONICVS, & MOESIA.

PONTVS πόντος, Macedoniæ fluuius, prope Sintiam vrbẽ, Stephanus. Thraciæ eum adſcribit in Theriacis Nicander. in confinibus enim fluit. Aelianus 9. Animal. PONTVM deſcribit in Mædica & Pæonica regione. dicitq́ue lapidem in eo reperiri, cuius ſuffitu ſerpentes pelluntur. PONTVM fluuium deſcribit Galenus in Scythia regione; lib. de Simplicib. medicamentis. Huius quoque meminere Ariſtoteles & Antigonus in eorum Mirabilibus. idem eſt cum priore. PONTVS, in vita S. Anſelmi, regio Flandriæ contermina eſt. Huius quoque meminit Hiſtoria vitæ Richarij presbyteri. qui eam PONTINAM regionem vocat. in quo Centula vicus. Ponthieu hæc hodie vocatur. PONTINORVM Solum, vocatur in vita S. Godefridi Ambianenſis. & PONTINI Comitis non ſemel meminit Gregorius in in Decretalibus. PONTVS etiam Gelriæ portio, vt habent eius Annales. Circa Geldriam vrbem, hodie etiamnum pagus exſtat Pont nomine.

PONTVS CAPPADOCICVS, Ptolemæo eſt pars Cappadociæ, verſus Colchidem. Arrianus in Periplo Euxini, vocat eam THIANNICAM θιαννικὴν, cùm ſcribit, Ophim fluuium Thiannicam regionem à Colchide diuidere. à Thiana vrbe Antonini (ni fallor) hoc tractu. Eſt & PONTVS GALATICVS Ptolemæo, in eadem Cappadocia. Itẽ PONTVS POLEMONIACVS, ibidem.

PONTVS EVXINVS πόντος εὔξεινος, quondam AXENVS, id eſt, inhoſpitalis, Plinio: AMAZONIVS Claudiano: SCYTHICVS Flacco: SCYTHICVS Sinus Martiano. PONTVS TAVRICVS Feſto Auieno. MARE CIMMERIVM vocat Herodotus, & Oroſius. COLCHICVM Strabo. CAVCASEVM Apollonius, lib. 4. Mare PONTICVM nominat Strabo, Tacitus, & Plutarchus in vita Pompei, & Eumenidis. Ptolemæus etiam & Iornandes hoc nomine illud nouere. Ariſtides PHASIANVM mare. SARMATICVM ab Ouidio nominatur 4. de Ponto, Elegia 10. Herodotus MARE BOREALE: & lib. 4. illud ἀξιοθέατον, id eſt maximè ſpectatu dignum cognominat. Hunc Pontum à Gothis quoq; TANAIS vocari ſcribit Procopius. Italis hodie Mar Maiore dicitur. Græcis Maurothalaſſa, vt ait Bellonius. Caradenis à Turcis dici Busbequius tradit. Vterq; addit, hoc Mare nigrũ ſignificare. Maurũ à Græcis nautis nominari, tradit Marius Niger. Sed & NIGRVM Pontum vocat Lucianus aduerſus indoctum. Hunc Pontum ad ſex millia ſtadiorum longitudine extendi, teſtatum reliquit Themiſtius Euphrada, Oratione 7.

POPENSIS Epiſcopus in Aſia Minori. Concil. Nicenum.

POPILIVM, locus in Italia, Surius in vita Mauri Abbatis. An pro Foro Popilij?

POPILLIENSIS Eccleſiæ, meminit Sigonius, 2. Regni Italiæ.

POPVLIENSES, vide PORVM Popilij.

POPLIZVM, vide TOPLITZVM.

POPVLONIA Mela, POPVLONIVM Plinio, POPLONIVM ποπλώνιον Ptolemæo, Straboni & Stephano. De eo ſic Cato in Originibus. Populonium ab vrbe metropoli POPIVM, Romanè PVPPIVM. Fides ſit penes auctorem. Vrbs Tuſciæ olim maritima. Hodie radicitus euerſa eſt, neq; ab hominibus habitatur. Eius verò promontorium cuius Strabo, & Ptolemæus meminere, Porto Baratto; & eius portus, Porto Ferrato hodie dici, tradit Leander Albertus.

PORATA πόρατα, vocatur à Scythis fluuius quidam, qui à Græcis PYRETON πυρετόν, dicitur. Magnus fluuius eſt, ad Auroram fluens, cum Iſtri aqua communicat. Hæc Herodotus, in Melpomene. Prut etiamnum hodie dici, putat Peucerus. vide HIERASVS.

PORCIDAMVS, vide APVSCIDAMVS.

PORCIFERA, Plinio Liguriæ fluuius, Porzeuera hodie dictus, vt Leander tradit. Viridis cognomen illi addit Auguſtinus Iuſtinianus. habet enim in eodem tractu, quem ſiccum (aridus Latinus diceret) cognominat. ita vt vulgò dicant Porzeuera ſecca, & Porzeuera verde. Puto in Fragmento quod Antonini nomine circumfertur, pro Porcifera corruptè PORCENE legi. PROCOBERA fortè eſt in antiqua tabula ænea, Genuæ.

PORCVS, ad Sommam fluuium monaſterium. In vita S. Auſtrebertæ.

PORDACVM πόρδακον, locus ſtagno inſitus, in veteri comœdia. Strabo 13. an proprium loci, ignoro.

PORDOSELENE πορδοσελήνη, iuxta Lesbum inſula: cum vrbe eiuſdẽ nominis: Straboni & Stephano. POROSELENE Plinius legit: nominis fœditatem fugiens, quod ex Strabone didici. Huius meminit quoque Pauſanias 3. at vitioſa ſcriptura, ἐμπωροσελήνη. Vide PLEROSELENO.

PORIENSES ποειεις, tribus Acamantidis gens. Heſychius. An fortè à Poro?

PORINAS ποεινας locus (fluuium interpretatur Amaſæus.) iuxta Cillenen: vbi Acheiorum cum Pheneatis ſunt limites, Pauſanias. πωρίνα σηλίνα meminit Plutarchus in Andocide rhetore. Porini lapidis memoria eſt apud Herodotum 5.





PORINI SELENE, vide PORINAS.

PORITVS πορίτος, Sarmatiæ Europææ fluuius: apud Ptolemæum.

POROLISSVM πορόλισσον, Ptolemæo Daciæ opidum.

POROSELENE, vide PORDOSELENE.

PORPACEM πόρπακα, Siciliæ fluuium, habet Aeliani varia hiſtoria; quem ſcribit Ægeſtheos viri ſpecie colere.

PORPHIRIONE Propontidis inſula: Plinio.

PORPHYREVM πορφυρεῶν, Polybio lib. 5. & Stephano Phœniciæ vrbs. Eandem Tyrius, & Blondus etiam CAIPHAM nominant. vrbs maritima, ad Carmeli montis radices ſita. HELPHA quoque alio nomine dici, tradit idem Tyrius. Hayphe nunc, vt tradit Rawolſius. Scafaſſo Iuſtus Giſtelius. Hanc Caypham putat Poſtellus nouam eſſe vrbem, aut ſaltem antiquis ignotam; niſi ſit Aca, quæ & Ptolemais.

PORPHYRIS, & PORPHYRVSA, vide CYTHERA, NISYRIS, & CARPATHVS.

PORPHYRITE πορφυρίτη, Arabiæ opidum, iuxta Aegyptum: Stephano. In Thebaide eſt Euſebio lib 8. cap. 18. reperiuntur ibidem lapides eiuſdem nominis. PORPHYRITVS, ni fallor, Ptolemæi.

PORPHYRITVS, mons in Ægypto: apud Ptolemæum.

PORSENA, vide PORCIFERA.

PORSICA πορσικα, Ptolemæo Meſopotamiæ vrbs, ad Euphratem. vide PERSA.

PORTA AVGVSTA, πόρτα αὐγύστα, Vacceorum vrbs Hiſpaniæ. Ptolemæus. Vide AVGVSTA NOVA.

PORTA FERREA, vide FERREA, & CAVCASIÆ.

PORTÆ πύλαι, locus circa Indum fluuium: Plutarcho de fluminibus. Circa Euphratem quoque inter Thapſacum & Babylonem: Xenophonti 1. Cyriacor. PORTÆ πύλαι, ALBANIÆ, & SARMATIÆ; ſunt in Sarmatia Aſiatica: apud Ptolemæum. PORTÆ MEDIÆ, in Media ad Zagrum montem Strabo 11. Vide ZAGRI Pylæ.

PORTACRA πορτάκρα, Tauricæ Cherſoneſi vrbs. Ptolem.

PORTHMIA πορθμία, vicus iuxta fauces Mæotidis paludis: Stephano. πορθμίον quoque ſcribitur.

PORTHMVS πορθμός, opidum Eubœæ, Plinio, & Suidæ. Locus quoque iuxta Eretrium, (Eubœæ fortè) Demoſtheni Oratione 3. in Philippum. vide FRETVM.

PORTICANI πορτικανῶ, terra in India. Strabo. & Diodorus. circa Indi fluminis partes inferiores.

PORTICENSES, Antonino in Sardinia ſunt.

PORTOPANA πορτοπάνα, Perſidis vrbs: Ptolemæo. PORYOSPANA in Latino codice.

PORTOSPANA πορτοσπάνα, Carmaniæ vrbs Ptolemæo: ORTOSPANA Ammiano eſt.

PORTVENSIS Via, quæ ab Vrbe ad Oſtiam ducebat, S. FELICIS Martyris nuncupari, ſcribit Aethicus.

PORTVCVLA Hiſpaniæ locus, circa Bragarenſium ciuitatem. Iſidorus in chronico Gothorum.

PORTVNATA, inſula eſt Illyrici maris, apud Plinium. Hermolaus ſcribit hanc à Merula Viglia ſeu Vegia interpretari. Vide eum in caſtigationibus Plinianis.

PORTVS, vrbs ad Tyberis fluminis oſtia. Procop. 1. Gothicorum. Portus Auguſti vrbis, eſt Antonino. vt legit Simlerus ex Scudi codice. PORTVS Auguſti vocatur quoque à Xiphilino, in Seuero. PORTVS vrbis, Aethico. & PORTVS vrbis Romæ, apud Caſſiod. 7. Variar. Hunc in melius reſtauraſſe Imp. Traianum, atque interius tutiorem, ſui nominis feciſſe, ſcribit Commentator vetus ad Iuuenalem. Idem teſtatur nummus meus æreus antiquus, qui Traiani Imp. effigiem, & in poſtica parte hunc portum depictum exhibet. eaq; forma qua eum etſi ruinis deformatum, aliquando contemplati ſumus. Nomen retinet, Porto dicitur. vide PHARI Portus. PORTVS Aepatiacus, vide ÆPATIACVS. PORTVS Albus, vide POSTVS. PORTVS ANNIBALIS, Pomponio Luſitaniæ vrbs. Albor Floriano, & Tarapha. PORTVS Auguſti, ad oſtia Rhodani videtur, quem Antoninus ſcribit diſtare XXXVIII. M. P. ab Arelate. PORTVS HERCVLIS, in Etruria infra Coſſas vrbem: Straboni, & Antonino. hodie etiamnum Porto Hercole ibidem exſtat. PORTVS HERCVLIS Val. Maximo, & Ptolemæo Liguriæ vrbs. Villa franca Leãdro dicitur. Vide PORTVS MONOECI, & HERCVLIS Portus. PORTVS Iulius, in Campania, apud Baias: de quo hæc Suetonius, in Auguſto, Portum Iulium, apud Baias immiſſo in Lucrinum & Auernum lacum mari, effecit. Lege de hoc Portu Mazellam, in Antiquitatib. Puteolanorum. PORTVS Magnus, μέγας, quem PROFVNDVM βαθὺ, vocant; teſte Strabone. In Bœotia eſt, inter Oropum & Aulidem. PORTVS Magnus, Hiſpaniæ Bæticæ: Ptolemæo. qui Almeria Coquo eſt. PORTVS MAGNVS, Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Plinium & Ptolemæum. Marzachibir, vocant eum Mercator, Marmolius & Gomecius, qui hoc idem quod magnus Portus ſonare addit. MAGNVS PORTVS, quem SARDAM σάρδα, appellant, inquit Strabo. PORTVS MAGNVS μέγας λιμὴν, Albionis inſulæ, Ptolemæo. Humfredus interpretatur Portſmouth. Angliæ maritimum opidum. PORTVS MAVRITIVS, Antonino, Liguriæ opidum, in litore maris, quod Porto Moriſo vocant, teſte Leandro. PORTVS MENESTHEI, vide MENESTHEI. PORTVS MONOECI μονοίκου λιμὴν, Straboni & Ptolemæo Liguriæ opidũ eſt. Stephano etiam, μόνοικος, eſt. HERCLEMANNICVS mendoſè apud Antoninum legitur. Monaco, Blondo & Leandro dicitur. Præter Ptolemæum, nemo quod ſciam veterum Geographorum, ex portu Herculis, & Portu Monœci, Liguriæ vrbes, duas facit. Tacitus enim & Plinius hoc loco Portus Herculis Monœci meminere. Strabo Portus Monœci, ſed ſtatim ſubdit Herculis Monœci ibi templũ eſſe Ex quo facilè ſubdubitarim, vtrumq; Ptolemæi vocabulum, vnum & eiuſdem loci eſſe; eundemq; Ammianum lib. 15. Arcem & Portum Monœci vocare. Arces Monœci Herculis habet Panegyricus Maximiano Imp. dictus. Video etiam apud Blondum & Leandrum hæc admodum confuſè tractari. PORTVS MONOECIVS etiam circa Athenas. Frontinus Stratagematum 1. cap. 5. Sed Munychia legendum hoc loco. PORTVS NAVONIVS, vide NAVONIVS. PORTVS ROMATINVS, apud Plinium Fori Iulij opidum eſt. Leandro Porto Gruaro nominatur. vide ROMATIANA. PORTVS VENERIS, in Liguria: Antonino. Vide APHRODISIVM, ſic enim ferè interpretatur. PORTVS VLYSSIS, vide VLYSSIS.

PORTVOSVS Sinus, εὐλίμενος κόλπος, Ptolemæo. in Britannia inſula.

PORVARI πορυάροι, Indiæ intra Gangem populi. Ptolem.

PORVM πόρον, locus circa Selymbriam: Diodoro 14.

PORVS, municipium Atticum, Acamantiæ tribus: Suidæ. Vide PORIENSES, BOSPORVS, & SARONICVS.

POSIDIANÆ Aquæ, in Baiano ſinu. ſic dictæ à Claudij Cæſaris liberto. Plinius. An eædem cum Neptunij?

POSIDIVM ποσείδειον, Strabonis ad intimum receſſum Sinus Arabici, ponit Zieglerus: hodie ibi vrbem eſſe Zues, ſiue Quez nomine, addit. Emporium quò ſolebant merces Aſiaticas exponere: vt inde per Cayrum & Alexandriam, Venetias perferri poſſent. POSIDIVM, Ptolemæo & Apollonio, Bithyniæ promontorium ad Propontidem. NEPTVNI Fanum vocat Mela. in Olbiano ſinu. Niſi mentiatur Theuetus, hodie Cabo Fagona vocatur. POSIDIVM etiam locus in Bithynia, ad mare Euxinum; in Periplo Arrhiani. POSIDIVM, Promontorium Phthiotidis regionis Macedoniæ, Ptolemæo, & Straboni in Epitome. Selaſſis Theueto eſt. POSIDIVM, inter Ciliciam & Syriam: Herodoto, & Stephano. Syriæ Cauæ: Ptolemæo. POSIDIVM, promontorium Ioniæ, in Cariæ regionis vicinia: Plinio & Pomponio. Iuxta Miletum, Polybio 16. POSIDIVM, promontorium Sami inſulæ: Straboni. & Chij inſulæ: Ptolemæo. item Carpathij inſulæ: eidem. etiam Arabiæ Felicis apud eundem. POSIDIVM, quoque portus Epiri,

Corcyræ oppoſitus: Ptolemæo, & Straboni. Vide POSIDONIVM, & NEPTVNIVM.

POSIDONIA, Atticæ tribus, Iul. Polluci. vide ATTICA NEPTVNIA, PÆSTVM, TROEZEN, & RHEGIVM Iulij.

POSIDONIATAS habet Athenæus 14. ad Tyrrhenicum Sinum, Græcos fuiſſe addit. An circa Neptunium? POSIDONIATEM Sinum, habet etiam Strabo.

POSIDONIVM ποσειδώνιον, Strabo, ποσειδωνία, habet Stephanus. Prope Rhegium eſt, ex aduerſo Peloro Siciliæ promontorio. Strabo videtur hoc Poſidonium etiam COLVMNAM REGIAM vocare. de qua ſuo loco. POSIDONIVM Solino, POSIDEVM Plinio, vnus canalium qui nauigantes in portum Alexandrinorum ducit. POSTIDEVM legunt apud vtrumque, ex veteribus libris, Pintianus & Delrio. POSIDIVM tamen habet Strabo. Vide SESTVS.

POSINARA ποσινάρα, Ptolemæo Indiæ extra Gangē vrbs.

POSINGÆ Indica gens: Plinio.

POSONIVM, vide FLEXVM.

POSSENI, Iapodum populi: Appiano.

POSSESSIONES ſunt apud Damaſum, in vita Silueſtri papæ II. AMATIANÆ, in Corani territorio: ANGLESIS, ſub Nepeſina ciuitate: ANGVLÆ, ſub Tuder: AVGVSTA, in Sabinenſi territorio: AVGVSTA HELENA, circa Vrbem, vt videtur: ARMANAZON, in prouincia Euphratenſi, ſub ciuitate Tyri: BALNEOLI, in Hoſtienſi territorio: COMITVM, ſub Tyro ciuitate: GAVRINICA, in Sueſſano territorio: GRÆCORVM, in territorio Ardeatino: LEONIS, in Præneſtino territorio: PATRAS, ſub Laurento: QVIRITI, ſub territorio Hoſtienſi: SIBYLLÆ, ſub ciuitate Antiochia: SPONSAS, via Lauicana: THYMIATICA, ſub ciuitate Alexandria. In vita ipſius Damaſi eſt ANTONIANA, in Ferentino territorio: & PAPIRANVM, in Caſino territorio. In Decretis Innocentij Papæ I. eſt Poſſeßio AMANDINI in Territorio Veientano. ANTONIANA in territorio Clodiano. CORBIANA in territorio Cluſino. FIGLINA in territorio Caſinate. FVNDANENSIS in territorio Fundanio. SARRAS in territorio Cluſino. In Decretis Sixti Papæ III. CELERIS in territorio Aſiliano. MARMORATA in territorio Præneſtino. SCAVRIANA in territorio Caietano. Vide AVDVRVS, & CÆSARIANA.

POSTIDEVM, vide POSIDONIVM.

POSTIGIA ποστιγία, Taurica Cherſoneſi opidum: Ptolem.

POSTOINA Caſtellum Carniolæ. PISTOINA ſcribit Cornelius Scepperus. & dicit à Germanis Adelſperg vocari.

POSTROPÆA, locus Calabriæ, cuius meminit Stephanus Byzantius; vt habet Gab. Barrius: qui vrbem Tropea hodie dictam, interpretatur. PROSTROPÆA ſcribendum: & Ζῶπος Cedreni puto. Vide TROPIANA.

POSTVMIA VIA, circa Hoſtiliam in Italia, teſte Tacito 3. Hiſtor. meminit eius quoque anea tabula antiquiſſima, quæ Genuæ eſt. Hodie via Coſtumia, vel Coſtuma dicitur auctore Auguſtino Iuſtiniano in ſua Genuenſium hiſtoria. eamq; à Runco, Volam, Arquatam, Serauallam, atq; Nouas (opidula ſic dicta ſecundum Scriuiam amnem,) producit.

POSTVS Albus, Hiſpaniæ Bæticæ locus; XII. M. P. à Mellaria: Antonino. PORTVS Albus legit Simlerus.

POTACHIDÆ, Vide BOTACHIDÆ.

POTAMIA ποταμία, regio Galatiæ verſus Bithyniam: Straboni. Vide ÆGYPTVS, & POTAMVS.

POTAMIVM ποτάμιον, Municipium Achaiæ eſt Pauſaniæ; & Plutarcho in Ariſtide. Leontidis eſt Harpocrationi. Vide POTAMVS.

POTAMONIVM, vide APSASIVM.

POTAMOSACON ποταμοσάκων, proprium Sacorum nomen. Eſt & inſula, & fluuius Aeolidis: Stephano.

POTAMVS ποταμός, pagus iuxta Sunium promontorium; Straboni & Plinio. Leontiæ tribus municipium; Suidæ. Potamium an Pauſaniæ? POTAMVS etiam locus Galatiæ maritimus, in Arrhiani Periplo. POTAMIA Strabonis fortè. POTAMVM propriè, vocat Iornandes fluuium qui Marcianopolim interluit.

POTAMVS Caſtellum, vide ÆGOSPOTAMVS.

POTANA, vide PATALA.

POTECIVM, vide CIVS.

POTENTIA ποτεντία, Lucanorum opidum mediterraneum, Ptolemæo & Antonino. POTENTINI ſunt Plinio. Potenza Leandro. Eſt etiam Piceni vrbs, & colonia Romana Ptolemæo, Straboni, Liuio, Paterculo, & Antonino. Porto de S. Lepidio interpretatur Ligorius. Potenca hoc tractu hodie vocari, lego apud Franciſc. Pamphilum. triginta millib. paß. à mari Hadriatico. vide CARREA.

POTENTIANA, vide CAMPANIA.

POTERON. Huius meminit Martialis ad Lucium. opidi nomen eſſe, ſcribit ad eum Calderinus. Recentior editio PETERON Per E. in prima habet.

POTHEREVS, fluuius Cretæ inſulæ, inter Cnoſſon & Cortynam vrbes: Vitruuio 1. PRYTEREVM legit Turnebus. pro quo putat Catarrhactus ſubſtituendum.

POTICARA ποτικάρα, Ptolemæo Perſiæ vrbs.

POTIDÆA, vrbs ad Iſthmum Pallenes peninſulæ. Thucydides 1. non ſemel. item 2. & 5. vide CASSANDRIA.

POTIDANIA ποτιδανία, Ætoliæ vrbs. Stephanus, Thucydides 3. & Liuius. 28.

POTINIA, vide BETVNICA.

POTIOLI, vide PVTEOLI.

POTIPASON, Africanæ prouinciæ vrbs epiſcopalis. In Synodo V. Conſtantinopolitana non ſemel.

POTIVM caſtellum, circa Forum Iulium alicubi ad mare videtur: apud Diacon. 6. Longobard. PONTIVM legit meus codex pergamenus.

POTNIÆ, Magneſiæ Europeæ vrbs: Plinio. Stephanus habet ποτνίας, in Bœotia. & aliquibus HYPOTHEBAS ὑποθῆβαι vocari ſcribit. POTNIAS Bœotiæ regionem, habet Etymologicon. Haud longè à Thebis: vbi & POTNIVS Fons: vt habet Aelianus 15. Animal.

POTVLATENSII ποτυλατήνσιοι, Daciæ populi apud Ptolemæum. Lippa nunc, Lazio. Haud procul à Genadio.

PRAASPA πράασπα, Mediæ regionis vrbem regiam habēt Dion & Stephanus. PHRAATA legit hoc loco Xyphilinus. Sic quoq; Appianus in Parthicis. PHRAORTVS φραόρτος, eſt apud Plutarchum in vita M. Antonij, quam ab eo expugnatam ſcribit. Sed & PHRAASPA per φ, in prima eſt Mediæ vrbs, apud eundem Stephanum.

PRABIOTÆ πραβιῶται, fons Indica intra Gangem: Ptolemæo. Interpretibus PARAPIOTÆ.

PRACA, opidum Seleuciæ vicinum. Nicetas. In Cilicia.

PRACIÆ πρακίαι, & PRACES πράκες, In Laconica videntur populi: apud Stephanum.

PRACNVS πράκνος, Stephano Illyriæ vrbs.

PRACTIVM πράκτιον, Troadis vrbs, videtur apud Homerum, in Catalogo nauium. Straboni 12. & 13. fluuius ibidem quoque eſt, inter Abydum & Lampſacum fluens. ciuitatem verò eo nomine inueniri, negat.

PRÆCAVSENSIS Epiſcopi, in Africa meminit Vict. Vticenſis M.S.

PRÆCVTHANI, vide PRÆTVTIANA.

PRÆDIVM MISSALE, vide SEXTVM PHILIPPI.

PRÆDONES, vide BESSI.

PRÆFECTVRA Meſopotamiæ. vide OSRHOENI, & NOMVS.

PRÆGVTTII πραιγούττιοι, Italiæ populi Ptolemæo. PRÆGVTIANI ſunt Liuio. Vide PRÆTVTIANA.

PRÆLABVM, Valachiæ emporium: Laonico 20. Pro Prillapum fortè.

PRÆMIACVM, villa territorij Burdegalenſis. ad Garonnam, ſiue Garumnam fluuium. vt habet Fortunatus 1. Preugnac hodie, vt teſtis eſt Vinetus, in ſua Burdegala.

PRÆMONSTRATVM, locus in Gallia Lugdunenſi. vnde



vnde ordo hinc nominatus. Volaterr. 20. Vrbanarum. In meditullio Baiocēſis agri, circa Arduennā eſt, Rob. Cœnali.

PRÆNESTÆ, Latij mediterranea vrbs, Eutropio, XVIII. ab Vrbe milliario. Straboni πραίνεστος, quam POLYSTEPHANOS πολυστέφανος, olim dictam ſcribit. STEPHANEN vocatam, etiam tradit Plinius. πραίνεστον, habet Ptolemæus. Antea PRINITSVM πρίνιστον, vocatum ſcribit Plutarch. in Parallelis. Colonia Romana eſt in lapide antiquo litterato. Leand. Albertus dicit hodie Pilaſtrina nominari. Præneſtinos NVCVLAS eſſe dictos, tradit Feſtus. Horū meminit quoque Cicero, Philippicor. 6.

PRÆNESTINA Porta, vide ÆSQVILINA.

PRÆNESTINÆ Viæ, meminit Capitolinus, in Gordiano Imp. Vide GABIL.

PRÆNETVM, habet Cedrenus, PRONETVM vertit Xylander. Bithyniæ emporium. PRENETVM πρένετον eſt Socrati 6. cap. 14. è regione Nicomediæ. πραίνετον eſt in Conſtitutionibus pontificiis Impp. Orientalium.

PRÆPENISSVS πραιπενισσός, Phrygiæ Maioris vrbs eſt, Ptolemæo. Sed PREPENESVS πρεπένησος, ſcribit Tzetza; qui tamen hoc loco ipſum Ptolemæum ſedulò enarrare profitetur.

PRÆPESINTHVS, inſula vna ex Cycladibus, apud Plinium. Per E in prima eſt Straboni. Hæc hodie Arzentara dicitur, Nigro teſte.

PRÆPETEM Portum, circa Brundiſium, vocat A. Gellius. ex Q. Ennio.

PRÆSAMARCI, vide CELTICI.

PRÆSENTIA, Aegypti vrbs: lib. Notit.

PRÆSIDÆ, vide PRÆSTI.

PRÆSIDIVM, in Corſica locus: Antonino. In Hiſpania, inter Bracaram & Aſturiam: eidem. Apud eundem eſt quoque locus ad Anæ fluminis oſtium. In Mauritaniæ Cæſarienſi quoque, tabula Peutingeriana. in Onellabam Antonini incidere putat M. Velſerus. Palæſtinæ locus in lib. Notit. In Britannia inſula, ibidem. quod Camdenus recentiore nomine Warwicke appellat.

PRÆSII, Athenæo Cretæ populi, à Præſo nempe. Vide PRÆSVS, & PRASIANA.

PRÆSTI, Q. Curtio 9. Indiæ gens eſt. PRÆSIDÆ malè legi exiſtimo pro iiſdem 3. Oroſij, cap. 19.

PRÆSVS πραῖσος, Cretæ vrbs: Stephano, & Herodoto 7. PRASVM Strabonis.

PRÆTETIA πραιτετία, circa Hadriam regio Stephano. Fortè eadem cum Prætutiana.

PRÆTORIA, Siciliæ vicus, Agrigēto proximus. auctor Metaphraſtes in S. Gregorio Agrigentino. vide AVGVSTA.

PRÆTORIA AVGVSTA πραιτωρία αὐγούστα, Daciæ vrbs: Ptolemæo.

PRÆTORIADES vrbem Ciliciæ habet Metaphraſtes; in vita S. Dulæ.

PRÆTORIVM, Antonino Angliæ opidum eſt. Talbotus in ſuo Commentariolo in hoc Antonini Itinerarium Britannicum neſcit an Weſtcheſtre vel Couentre hodie referat. Camdenus Patrington interpretatur. hoc Couentre (vt hoc obiter hic adnotem) COVENTRIA in Decretalib. quoque vocatur. PRAETORIVM πραιτώριον, Pannoniæ Superioris vrbs, vt legitur apud Ptolemæum. Antonino PRAETORIVM LATVM VICORVM dicitur; LATOBICORVM reſtituo, ex Ptolemæo. hoc Lakium putat Lazius. Pridanich Moletio eſt. PRAETORIVM, circa Armeniam Minorem opidum; Antonino. Apud eundē Dalmatiæ, XVI. M. P. à Tragurio. Idem habet vrbem in Hiſpania ſic dictam, XVII. M. P. à Barcinone. Vide ARITIVM, SPELVNCA, & LATOVICI.

PRAETVTIANA regio, & PRAETVTIANVS Ager, eſt apud Liuium, & Plinium, vicinus Piceno. PRAEGVTTIOS πραιγούττιοι, populos hoc tractu ponit Ptolemæus. Abruzzo putarim hodie. Non poſſum non addere hic hoc Eliſij Calentij diſtichon,

„ Præcutinorum collegia dicitis omnes,
„ Præcuthanorum marmore ſcripta lego.

PRÆVALIS, & PRÆVALITANA Regio. Hanc Procopius 1. Gothicor. inter Epidamnum & Dalmatas deſcribit, ſed corruptè PRECALIS habet. Vide VALERIA, MACEDONIA, & PRECALIS.

PRAMMÆ, Straboni 15. philoſophorum genus in Indis. quod Brachmanis opponit.

PRAMNIVM, mons vel ſcopulus, in Icaria inſula, Athenæus 1. vnde vini genus cognominatum.

PRANTES πράντες, mons Theſſaliæ: Xenophonti 4. Græcorum. PAPRANTES erat in Latino exemplari.

PRAS πράς, nomen vrbis Perrhæbicæ. Stephanus, & Xenophon 4. Græcor.

PRASIA πρασιά, pagus circa Sunium promontorium: Straboni. πρασίαι, Atticæ municipium: Pauſaniæ, & Thucydidi. Athenienſium gentem, Pandionis vicum, vocat Stephanus. Huius quoque meminit Liuius 3. Vide BRASIÆ.

PRASIACE πρασιακή, Indiæ intra Gangem regio: apud Ptolemæum. PRASIANA fortè Æliani.

PRASIÆ, vide PRASIA.

PRASIANA πρασιανή, vt Gyllius, vel PRAXIANA πραξιανή, vt alij codices legunt. πράσιοι. legit codex Geſneri. Aeliano Indiæ regio eſt, vbi ait ſimias maximis canibus non eſſe minores magnitudine. PRÆSII πραίσιοι ſunt etiam Plutarcho, in Alexandro. PHARRASII Curtio: TABRÆSII ſunt apud Diodorum. Hinc Friſios noſtros nominat & educit Suffridus Petrus. qua fide, alij iudicent. Pro ταβραίσιοι, malim βραίσιοι, BRAESII legere apud Diodorum.

PRASIANE Plinio, Indi fluminis inſula.

PRASIAS, Palus Thraciæ, aut Pæoniæ: Herodoto in Terpſichore. Huic confinis eſt æris fodina. Vide PAEONIDEM Paludem.

PRASIDIVM πρασίδιον, Thraciæ vrbs mediterranea. Ptolemæus.

PRASII, vide MANDRALAE, & PRASIANA.

PRASIVS πρασώδης, ſinus, inſulæ Taprobanæ. Ptolemæus auctor.

PRASOBVS mons, inter Daciæ regionem & Pannoniam: Laonico.

PRASSAEBI πρασσαιβοί, Theſprotica gens: Stephano.

PRASSIA, vide BRASIÆ.

PRASSVM πράσον, ſimplici s, ſcribunt Ptolemæus & Stephanus; apud quos eſt Æthiopiæ Interioris promontorium. Marmolius, Sanutus, & Barroſius Moſambique interpretatur.

PRASVM πρασον, Cretæ opidum, verſus plagam Meridionalem. Strabo. Vide PRAESVS, & PRASSVM.

PRATES, vide MAZVLA.

PRATITAE, qui & PAREDONI appellati, populi circa Hyrcanum Mare, ad Portas Caſpias. Plinius. Sunt Parthis ab Occaſu, eodem auctore.

PRATVM Palliorum, locus in Cilicia: Guil. Tyrio 13. cap. 27. & 15. cap. 23. ſub Anabarzo vrbe.

PRAVSI πραῦσοι, populi ſunt apud Strabonem, qui neſcit vbi terrarum habitent. Hinc oriundum Brennum dicit, qui Delphos inuaſit. Hos vicinos alere, ſi fame premantur, ſcribit Stobæus de bonitate. ex Nicolao. Broia vel Labroia in Burgundiæ comitatu eſſe; ſcribit Golluſius.

PRAXIANA, vide PRASIANA.

PRAXILVS πράξιλος, Macedoniæ vrbs: Stephano.

PRAEBELIS, vide TAVRESIVM.

PREBONITIS πρεβωνῖτις, loci maritimi, circa Alexandriam Aegypti, meminit Epiphanius. vbi Valentinum hæreticum natum putat.

PRECALIS, PRAEVALIS legendum. vide MACEDONIA.

PRECETIO, vide PETOVIO.

PRECILIANVS, vide FVNDVS.

PRECIANI, Aquitaniæ populi, verſus Hiſpaniam, ſunt apud Cæſarem. Bear hodie, aut Baionne, alijs placet Precins; vt Vigenereus habet in ſuis Annotat. in Cæſarem.

PRECIVS *lacus, huius meminit Cicero, in Oratione pro T. Annio Milone.* PERELIVS *erat in ora libri. In Italia alicubi videretur: niſi Cruquius appellatiuè* pretio *legeret, id eſt, pecunia. quam lectionem video quoque à Paullo Manutio approbari.*

PRECTEVM, *Ægypti vrbs. lib. Notitiar.*

PREDENECENTRI, *vide* ABOTRITI.

PREIVERNVM, *vide* PRIVERNVM.

PREMNIS πρῆμνις, *Æthiopiæ ſub Aegypto opidum: Straboni. Vide* PRIMNIS.

PREMNVSIA πρεμνυσία, *fons in Attica. Phauorinus.*

PRENDAVESII πρενδαυήσιοι, *Daciæ gens, apud Ptolemæum. Horum coloniam fortè hodiè* perennium *eſſe, putat Lazius.*

PRENETVM, *vide* PRÆNETVM.

PRENICVS *Mons, Aenea tabula antiqua, Genuæ. Liguriæ locus, circa Genuam.*

PRENVSSVM, *Strabo 5. at* SIRENVSÆ *emendat Caſaubonus. vide* ATHENÆVM.

PREPENESVS, *vide* PRÆPENISSVS.

PREPESINTHVS, *vide* PRÆPESINTHVS.

PRESPA πρέσπα, *Macedoniæ vrbs: apud Gregoram. Locus etiam eſt apud Cedrenum. Paludis nomen eſt quoque eidem Cedreno; & Curopalati: ad Achridem vrbem.*

PRETANICA, *vide* BRITANNICÆ.

PRETANICVS *fluuius, vide* IVERNE.

PRETER CAPVT SAXI, *Africæ iter ſic dictum: Plinio. verſus Garamantes.*

PRETI, *Indica gens, vltra Gangem. Plinius.*

PREVERNVM, *vide* PRIVERNVM.

PRIA, *vide* IRIA FLAVIA.

PRIÆSVS πρίαισος, *Cretæ vrbs: Stephano. Præſus, ni fallor, eadem cum iſta.*

PRIAMVM πριάμιον, *Straboni opidum Dalmatarum.* PRIAMI *vrbem habet Arrianus 1. circa Phrygiam, quam Alexandro deditam ſcribit. Huius meminit etiam concil. Epheſinum III.* PRIAMI PERGAMVM *locus circa Scamandri fluuium: Herodoto in Polymnia.*

PRIANIEORVM, πριανιεων, *meminit Goltzius in ſuo Theſauro. ex nummo.*

PRIANTÆ, *Thraciæ populi, circa Hebrum fluuium: Plinio; & Solino. Vide* BRIANTÆ.

PRIAPI *Villam, agri Ardeatini, in Latio, habet Chronicon pontificum Onuphrij. vnde Leonem V. oriundum tradit.*

PRIAPIVS πριάπιος, *portus, inſulæ Taprobanæ. Ptolemæus.*

PRIAPONNESVS, *inſula Cariæ, in ſinu Ceramico. Plinius. Alia ab eiuſdem Priapo.*

PRIAPVS πρίαπος, *Plinio, Pomponio, & Straboni eſt Aſiæ Minoris opidum.* Laſpi *hodie vocari, ſcribit Niger.* PRIAPVS, *etiam fluuius, circa Priapum Helleſponti: in Strabonis Epitoma, lib. 13. Plinius inſulam ſic vocat, circa Ioniam.*

PRIATICVS *Campus, in Thracia. Liuius 38. Vide* BRIANTICA.

PRIENÆ, *ciuitatis Bithyniæ, meminit ſynodus VI. Conſtantinopolitana.*

PRIENE πριήνη, *Ionia ciuitas Ptolemæo, Vitruuio, & Thucydidi. Quibuſdam* CADME κάδμη, *dicitur, inquit Strabo. Hodie* Palathia, *ſi Nigro creditur.*

PRILLAPVM πρίλλαπον, *Caſtellum Thraciæ, vel Bulgarorum. teſtibus Glyca, Gregora, & Cedreno.* Prileppo *video in tabula Græciæ Caſtaldi. Vide* PRÆLABVM.

PRILLE, *Plinius Tuſciæ fluuium habet: Antoninus* APRILIM *Tuſciæ lacum, deſcribit ad Mare Mediterraneum. Leander* Fangoſa palude *vocat.* Lago d'Orbitello *Fl. Blondo, & Nigro dicitur; ſed malè: cum Orbitello opidum, à quo denominari videtur, non ad hunc lacum ſitum ſit, ſed ad alium, prope Montem Argentarium: qui Lacus Marinus,* λιμνοθάλαττα, *à Strabone nominatur. Miror hoc à Blondo viro doctiſſimo, & in Italia deſcribenda diligentiſſimo, non animaduerſum. Hunc Aprilem,* Lago di Caſtiglione *hodie appellari ex Tabula Tuſcana Hieronymi Bellarmati, luce clarius eſt.*

PRIMA πρίμα, *Thebaidis in Aegypto vrbs. Excerpta Olympiodori. vide* PROTE.

PRIMA IVSTINIANA, *dicta fuit vrbs quædam Illyrica, ab Iuſtiniano Imp. quæ prius* ACHRYDVS *vocabatur. Curopalates, & Niceph. Calliſtus, lib. 17. cap. 28. Achridi meminit quoque Nicetas. Vide* TAVRESIVM.

PRIMIS, *vide* PRIMNIS.

PRIMNIS, *Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs: apud Plinium. qui alio in loco* PRIMIS *legit. Fortè Premnis Strabonis.* PRIMIS *Parua, & Magna. ſunt hoc tractu apud Ptolemæum. Vide* PREMNIS.

PRIMNESIENSES, *vide* PRYMNESIA.

PRIMOPOLIS, *vrbis epiſcopalis, meminit Chalced. concil. Aſiæ propriæ videtur.*

PRIMVLIACVM, *locus Galliæ, ad quem Seuerus baſilicam condidit. Paulinus Epiſtol. 11. & 12. ad eundem.*

PRINASSVS πρίνασσος, *Polybio 16. Aſiæ Minoris vrbs, quam Philippus rex, ſubmolitis muris eius, pacto cepit.* PARNASSVS *emendauit Fuluius; ex ingenio ne, an ex fide, ſubdubito. In Caria eſt, apud Stephanum.* PRINASSVS. *vide* PARNASSVS.

PRINCIPIS πριγκίπω, *inſula, in Propõtide. In Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp. Conſtantinopoli vicina eſt, non in alto, vt Nicetas ſcribit.*

PRINISTA πρινίστα, *vrbs in Sanctionibus Pontificiis Impp. Orientalium. An eadem cum Proniſta?*

PRINISTVM, *vide* PRÆNESTE.

PRINON πρινον, *locus in Arcadia. Pauſanias.*

PRINOESSA, *inſula ante Leucadiam Epiri. Plinius.*

PRIOLA πρίολα, *opidum iuxta Heracleam: Stephano. at multis in locis ſunt Heracleæ.*

PRION, *vide* PRIVM.

PRIONOTVS πριονωτος, *mons Aethiopiæ ſub Aegypto. Ptolemæus. Arabiæ Felicis quoque. Idem.*

PRISCI, *vide* LATIVM.

PRISCINIACVM, *opidulum Lugdunenſis territorij, ad Caloronam fluuium. Adonis Martyrologium. vbi S. Deſiderij natalis celebratur X. Kal. Iunij. Agri Turonici, eſt in vita S. Nicotij.*

PRISDRIANA, *circa Bulgariam opidum: Curopalati.*

PRISTA, *Mœſiæ II. vrbs: in lib. Notit. Vide* TIRISTA.

PRISTHLABA, *vide* OGYGIA.

PRIVATVM, *locus epiſcopalis, in Mauritania Sitiphenſ. Vict. Vticenſ.*

PRIVERNVM πριούερνον, *Ptolemæo Latij vrbs, iuxta Ouſentem fluuium, Sex. Pompeio: & vicina Samnitibus, Liuio.* PREIVERNVM *in nummo C. Hypſæi legitur, & quoque apud Strabonem. Inter colonias Romanas hanc numerat Frontinus.* Piperno *Leand. Alberto.*

PRIVM πρίον, *Arabiæ Felicis fluuius, apud Ptolemæum:* Prim, *in recentioribus Tabulis vocatur. Indiæ fluuius etiam, apud Chadramotitas: Stephano. Apud Plinium nomen montis eſt, in Ceo inſula. Loci nomen iuxta Epheſum, habet Antonius Liberalis, qui etiam* LEPRE ACTA *vocabatur. teſtis Strabo 14. Locus quoque circa Carthaginem ſic dictus, à ſimilitudine iſtius inſtrumenti quod* πρίον *id eſt ſerram vocãt. Hic Amilcar ſupra quadraginta millia hominum trucidauit. vt refert Polybius 1. Apud eundem 7. quoque locus circa Sardem vrbem. vbi quidam* TRION *legunt, vt monet Xylander. Ant. Liberalis habet quoque* PRIONIS *Speluncam, circa Coryphaſium Peloponneſi.*

PROANA πρώανα, *Stephano Theſſaliæ vrbs.*

PROARNA, πρόαρνα, *Melienſium vrbs: apud Stephanum.* PROERNA, *apud Strabonem. Circa Theſſaliam.*

PROBALINTHVS προβάλινθος, *Atticæ locus: Straboni & Plinio. Stephanus municipium tribus Pandionidis vocat.* PROBALISVS *eſſe auguror apud Demoſthenem in Neæram, & Aphobum. Vide* TETRAPOLIS.

PROBALISVS, *vide* PROBALINTHVS.

PROBATIA προβατία, *eſt amnis ex Lebadia Bœotiæ profluens: vbi laudatiſſ. calamus, Theophraſtus 4. Hiſt. Plantar.*





PROBATVM *Caſtellum, ad riuum S. Gregorij, in Thracia alicubi; habet Hiſtoria Miſcella 23. & 24.*

PROCAVVS, *Mons Liguriæ, circa Genuam. teſte anea antiqua tabula, ibidem.*

PROCERASTIS, *vide* CHALCEDON.

PROCHONE, *vide* PROCONNESVS.

PROCHONIXVS, *vide* GORDVS.

PROCHYTA προχύτη, *Straboni, Halicarnaſſeo, Ouidio, Iuuenali, & Dionyſio Afro, Puteolani ſinus inſula. hodie* Proſida *nominatur. Stephanus eam malè ante Siciliam ponit. Hanc Seruius lib. 9. Aeneidos,* INARIMEN *anteà dictam ſcribit, idq; ex Plinio. cuius hæc verba profert: Inarimes mons fuit, qui terræ motu diffuſus, alteram inſulam fecit, quæ Prochyta ab effuſione dicta eſt. Vide Plinium lib. 3. cap. 6. vnde hunc locum Seruius petijt. at minus ſincerè: pro Inarine enim Aenaria ibi legitur, cuius pars Prochyta fuit. Vide* PROPO.

PROCLAIS προκλαΐς, *Ptolemæo,* PROCLIS *ſine A. Arrhiano in Periplo maris Erythræi. Indiæ intra Gangem ciuitas.*

PROCLE πρόκλη, *apud Stephanum eſt Lydiæ vrbs.*

PROCLI *Vallum, vide* PATROCLI *inſula.*

PROCLIDÆ προκλεῖδαι, *Laconum familia; quæ poſtea* EVRYTIONIDÆ εὐρυπωνίδαι, *vt Plutarchus in Lycurgi vita; vel* EVRYPONTIDÆ εὐρυπώντιδαι, *vt Pauſanias refert, dicti fuere.*

PROCLIS, *vide* PROCLAIS.

PROCLONIVM προκλόνιον, *locus in Theſſalia. Heſychius.*

PROCOBERA, *vide* PORCIFERA.

PROCOLITIA, *Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notitiar.* Colecester *in Northumbria, eſt Camdeno.*

PROCONNESVS, *Propontidis inſula eſt, ante Cyzicum; Plinio.* προικόννησος, *eſt Ptolemæo. Hæc eadem quoque* ELAPHONNESVS ἐλαφόννεσος, *&* NEVRIS νευρὶς *appellata. Plinio teſte. item Stephano, qui eam etiam* ALONE ἀλώνη, *&* PROCHONE προχώνη, *nominat.* ADELPHONNESVS *in Etymologo vocatur quoque. Hinc marmor, quod inde Cyzicenum dicitur, vt Plinius teſtatur. & fortaſſe inde hodie adhuc hæc* Marmora *nuncupatur. ſic enim dici, ſcribit Bellonius, & ante eum Curopalates Græcus auctor.* PROCONNESVM *Nouam, & Antiquam habet Strabo 13.*

PROCOPIAS προκωπιας, *loci nomen, eſt in Theſauro Goltzij, ex Hadriani nummo. Magnæ villæ Procopianæ meminit circa Seruiam, Felix Petancius.* PROCOPIAM *vocat Busbequius Tauricam Cherſoneſum. vereor autem errorem Typographicum: & fortè Precopia legendum, à* Precop, *quo nomine Iſthmum huius, & ciuitatem in eo ſitam, nominant. Mecum ſentire video Herberſteinium de Reb. Moſcouiticis.*

PROCRVSTES προκρούστης, *circa Athenas videtur locus: Plutarcho in Romulo. Nomen barbaræ gentis, apud Sidonium, in panegyrico Maiorani. Viri proprium eſt apud Senecam 2. de Clementia, & in Hippolyti tragœdia: item Thyeſtis. Apud Xenophontem quoque de Memorabilib. & Ouidium in Epiſtola Phillidis, atq; Demophoontis. item 7. Metamorph. Sed præter inſtitutum hoc.*

PROCVRI πρόκουροι, *vrbs in inſula Taprobana. Ptolem.*

PROECA, *vide* DOTINA.

PROECONNESVS, *vide* PROCONNESVS.

PROERNA πρόερνα, *Phthiotidis vrbs. Strabo. circa Thermopylas videtur ex Liuij 36. Vide* PROARNA.

PROFVNDVM *Portum* βαθὺν λιμένα, *ſic dictum, habet Diodorus 19. circa Bœotiam. Aulidem velle puto.*

PROFASIA προφάσια, *Lydiæ opidum: Stephano.*

PROGNE, *inſula circa Rhodum: Plinio.*

PROLAQVE, *Antonino Italiæ locus, inter Nuceriam & Septempeda.* PROLAQVEVM *ſcribendum, vt Sublaqueum, cenſet Surita, quaſi opidum ante lacum.*

PROMALEVM προμάλεον, *promontorium Laconicæ: Heſychio in dictione κυθηρα. Vide* MALEA.

PROMETHEI *Antrum, Diodoro 17. In medio Caucaſi montis; quem Paropamiſum vocant.*

PROMETHEI *Iuga, vide* CAVCASVS.

PROMIVM, *vicus in Italia, inter Aternum & Sulmonem ciuitates. Antoninus.*

PROMONA, *Liburnorum vrbs: apud Appianum, in Illyricis. Græca non vidi.* PRIAMVM *Straboniſ eſt.*

PRONÆ προῶναι, *Theſſaliæ vrbs; Diodoro 20. quam à Demetrio in poteſtatem redactam ſcribit.*

PRONÆI, *vide* PRONVS.

PRONASTAE προνάσται, *Bœotiæ gens: Stephano.*

PRONEA, *vide* NEMESA.

PRONEM πρώνα, *montem, deſcribit Pauſanias, in Argiæ, Peloponneſi regione. iuxta Hermionem. Huius quoque meminit Euripides.*

PRONECTOS προνεκτος, *Bithyniæ vrbs, iuxta Drepanen. Stephanus.* PRONETVM *fortè. Vide* PRÆNETVM.

PRONESVS, *vide* PRONVS.

PRONETVM, *vide* PRAENETVM.

PRONII, *vide* PRONVS.

PRONISTA, *vide* BROCHOTVM.

PRONVS πρῶνος, *Cephaleniæ inſulæ caſtellum: Polybio circa principium lib. 5.* PRONESVS πρόννησος, *Strabonis puto. &* PRONII πρώνιοι, *Lycophronis, qui ſunt Cephaleniæ populi, Iſacio. idq; ex Thucydide, ſed hic habet per αι in penultima.*

PROPALAE προπάλαι, *Siciliæ opidum: Stephano.*

PROPAXOS, *inſula inter Siciliam & Africam. Antonino. Circa Echinades fortè.*

PROPO, *de quo in Antonini Itinerario hæc. Inſula Propo circa à Miſedone de Cãpania, ſtadia XXX. Legendum Prochyta à Miſeno. Sed hoc monuit quoq; ante me Simlerus.*

PROPONTIS προποντὶς, *Sinus maris eſt inter Helleſpontum, & Pontum Euxinum: perq; duas anguſtias (ſiue freta) Helleſponti nempe & Boſpori, inter Thraciam & Bithyniam immiſſum.* BEBRYCIVM *Mare appellat Ioannes Tzetza, in Varia hiſtoria. fortè quòd Bebryciam (quæ Bithynia eſt) alluat.* THRACIVM *nominat Antigonus. Itali hodie* Mar di Marmora *vocant, ab eius inſula, ni fallor, ſic dicta.* PROPONTIS *etiam regionis nomen, Straboni ad calcem lib. 17.*

PROPRIA, *vide* ACHAIA, AFRICA, & ASIA.

PROPTHASIA, *vide* PHRADA.

PROSACTIVM προσάκτιον, *flumen ex Idæis montibus profluens, & inter Helleſpontum & Euxinum Pontum in mare ſe effundens. Arrhianus Alex. 1.*

PROSACVM, *vide* PROSIACVM.

PROSCHIVM, *vide* PYLENE.

PROSDA, *Æthiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio.*

PROSELEMMENITAE προσειλημμενῖται, *Galatiæ populus: Ptolemæo.*

PROSELENE προσελήνη, *apud Ptolemæum, Phrygiæ Minoris vrbs.*

PROSELENI, *vide* ARCADIA.

PROSENSES προσεῖς, *Arcadiæ populi: apud Pauſaniam.*

PROSIACVM προσίακον, *opidulum vſpiam in Græcia videtur apud Gregoram. Proſacum alibi ſine I legit Cedrenus, & Nicetas, qui illud ad Axium fluuium deſcribit. Proſaſcum habet Curopalates.*

PROSODITAE προσοδῖται, *Marmaricæ Nomi gens. Ptol.*

PROSOPITIS, *inſula Aegypti: Herodoto. vide* NATHO, APROSOPITES, & ATERBECHIS.

PROSOPVM πρόσωπον, *inſula haud procul à Carthagine: Stephano.* ΠΡΟϹΩΠΙΑϹ *meminit nummus Hadriani Imp.*

PROSPALEA προσπάλεια, *Acamantidis tribus vicus: Stephano.* προσπάλτα *per τ. habent Demoſthenes, Suidas, & Pauſanias, pro Atticæ municipio.*

PROSPALTA, *vide* PROSPALEA.

PROSPATROS πρόσπατρος, *tribus Acamantidis. Phauorinus.*

PROSPELATAE, *vide* ARIAEI.

PROSPHORIVM, *vide* PHOSPHORIVM.

PROSPHTHASIA, *vide* PHRADA.

PROSTAMA πρόσταμα, *Ptolemæo Pamphiliæ opidum.*

PROSTRIPVS, *vide* FALERNVS.

PROSTROPÆA προςροπαια, Siciliæ vrbs: Stephano. vide POSTROPÆA.

PROSYMNA προσύμνα, Argiæ regiuncula & vrbs Straboni, Pauſaniæ, Statio, & Stephano. IVNONIS Proſymneæ lucus, eſt apud Plutarch. de Montib.

PROTA πρῶτα, huius meminit Stephanus, & Emanuel Comnenus in Conſtitutionibus. Inſula eſt Boſpori Thracij, quam P. Gyllius ſcribit hodie à Græcis Proti nominari. PROTEN eam etiam Cedrenus, & Diaconus vocant. PRIMAM Hiſtoria Miſcella. Diſtat quadraginta ſtadiis à Chalcitide inſula. Nicetas ſcribit eam vrbi vicinam: non in alto eſſe ſitam.

PROTE πρώτη Ptolemæo & Plinio, Ionij maris inſula, è regione Meſſeniæ. quam Pruodo à nautis dici, refert M. Niger: cui etiam SPAGIA Strabonis videtur. Ptolemæo tamen Sphagia & Prote, duæ ſunt inſulæ. Vide STOECHADES.

PROTE IVSTINIANÆ, vide TAVRESIVM.

PROTEI Columnæ, de quibus Virgilius 11. Æneidos:
82 Atrides Protei Menelaus ad vſque columnas Exulat. Ad fines Aegypti interpretatur Turnebus 5. Aduerſariorum: ſed ex Seruio. Vide IONÆ Portus.

PROTEI inſula, vide PHAROS.

PROTESILAI Turris, & Delubrum, vide PROTESILEVM.

PROTESILEVM πρωτεσίλεον, vrbs in Cherſoneſo, ex aduerſo Sigeo. Strabo. PROTESILAI Turris, & Delubrum, eſt Plinio & Solino.

PROTHINGI populi, natio quædam Scythica trãs Iſtrum prodijt: omnibus iſtbic incolis ignota. Zoſimus 4. An Thuringi legendum, vt erat in libri ora? GRACTINGI, & GVTVNGI, legit Vignierius, ex Idatio.

PROTOMACRA προτόμακρα, Bithyniæ opidum. Ptol.

PROTROPI, vide ABELLINATES.

PROVINCIA, vide GALLOLIGVRES.

PROXENVPOLIS προξενούπολις, iuxta Naucratim vrbs. Stephanus.

PRVMIA, vide BRVMIENSIS.

PRVSA προῦσα, Plinio & Ptolemæo Bithyniæ vrbs, ad Olympum montem ſita. (alia namque eſt eidem ad Hippium fluuium) Bellonius ſcribit hodie Bource vocari. ZELLIAM olim appellatam tradit Mar. Niger. THEOPOLITANA nominatur in ſynodo VI. Conſtantinopolitana, ſub Conſtantino Magno Imp. habita. PRVSA Straboni, quæ PRVSIAS Memnoni & Ptolemæo, Bithyniæ vrbs, in ora maris. CIVS κεῖος, olim vocata, vt idem Strabo dicit, & cum eo Stephanus. κίος, habet Dionyſius & eius commentator Euſtathius, CIEROS autem Memnoni. Hanc Græcis Cheraſia, & Turcis Cheris dici, à ceraſorum copia, ſcribit Theuetus. (ab hac Cio Porphyrogenneta CIANVM Sinum facit.) Tertia Pruſa Ptolemæo, in eadem regione, ad Hippium flumen. Plinio ad Hippium montem deſcribitur. PRVSAIS in lapidibus antiquis ſcribi, monuit me Romæ Celſus Angelerius. Vide DASCYLEVM, & BRYLLIVM.

PRVSENVM Caſtellum, in Thracia: Nicetæ.

PRVSIAS, vide PRVSA.

PRVSINONEM προυσίνωνα, vrbem Aeginetarum, habet Diodorus lib. 20.

PRYDAIN, vide BRITANNICÆ.

PRYMNESIA πρυμνησια, Phrygiæ vrbs: Ptolemæo. PRYMNESSVS πρυμνησσος, ſcribitur apud Pauſaniam, in Eliacis. PRIMNESIENSIS epiſcopi, Phrygiæ Salutaris meminit concilium Conſtantinopolitanum primum. PRYMNESIA eſt etiam Cariæ vrbs: apud Stephanum.

PRYTANEVM πρυτανεῖον, locus Athenis. Pauſanias. Haud propriè fortè ſic dictus. Iul. enim Pollux omnia loca vbi æternus ignis incenditur, ſic nominari ſcribit.

PRYTANIS πρύτανις, Colchorum fluuius; in Periplo Arriani. Anchiali regia ibi, eidem.

PSACVM ψάκον, Cretæ inſulæ promontorium Ptolemæo. Spata Nigro dicitur.



PSALYCHIADÆ ψαλυχιάδαι, tribus Æginæ apud Pindarum.

PSAMATÆ, Laconicæ fons eſt Plinio. Eidem Bœotiæ quoque. Thebarum fons, Solino. Pro flumine aut fonte meminit eius quoq; Ouid. 11. Metam. & Val. Flaccus 1.

PSAMATHIA Nicomediæ ſuburbium, eſt apud Socratem, & Nicephorum Calliſtum 8. cap. 48.

PSAMATHVS, vide PSAMMATHVS.

PSAMMATHVS ψαμμαθοῦς, Laconicæ vrbs: Plinio & Stephano. Portum ex eo facit Pauſanias; ſed M. ſingulari. vt quoque Plethon. Inter Cretam Aſiámque quoque locus videtur, in Aeſchinis epiſtolis. Vide AMATHVS.

PSAMMITÆ, vide HECATES.

PSAMMIVS, id eſt ſabuloſus, mons in Aegypto: Herodoto.

PSAPHARA ψαφαρα, vide ANTIGONA.

PSAPHIS ψαφίς, Atticæ locus Oropiorum. Strabo. Stephani PSOPHIS Achaiæ putauerim. eſt enim Attica in Achaia.

PSAPIS ψάπις, Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius: apud Ptolemæũ. PSATIS legunt interpretes. An Thapſis Diodori?

PSAROS, vide PHAROS.

PSEBÆI, vide PSEBO.

PSEBARAS ψεβαράς, mons apud Troglodytas. Diodorus 13.

PSEBO ψεβώ, Africæ regio, interior quam Aethiopia. quinque enim itineribus ab ea diſtat. vt ſcribit Stephanus. Idem ex Artemidoro, dicit ſtagnum ſic dictum. PSEBOA ψεβώα, magnũ lacum habet Strabo, ſupra Meroen inſulam, in quo inſula ſatis habitata. Hæc erit SEMBOBITIS fortè Plinij. PSEBÆI montes ſunt hoc tractu; apud Agatarchidem, & Diodorum.

PSEBOA, vide PSEBO.

PSECIVM ψεκίων, mons Aethiopiæ, ad ſinum Arabicum. Diodorus 3.

PSELCHA ψέλχη, Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs, in ripa Nili, Straboni. ψελχις Ptolemæo eſt & Plinio. PSELCIS Antonino. An PESCLA Libri Notitiar. ſit, quærit Hieronymus Surita.

PSELCIS, vide PSELCHA.

PSEMITHVS, Siciliæ fluuius, prope Catanam ciuitatem. Metaphraſtes in vita S. Agathæ. Symethus autem legendum credo.

PSENACO ψενακώ, Athribitidis nomus vicus, in Aegypto. Stephanus, ex Artemidoro.

PSENERVS ψενηρός, vicus Aegyptiacus, apud Stephanum. Alio in loco idem per υ in penultima legit. PSENERITES Nomus idem.

PSENTRIS ψέντρις, Aegyptiacus vicus: Stephano. ibidem PSENTRITES Nomus.

PSENYRVS, vide PSENERVS.

PSEPHIS ψῆφις, locus in Aegylio inſula Tyrrheniæ videtur. in Mirabil. Ariſtotelis. AD CALCVLOS vertit interpres.

PSESSI ψησσοὶ, Tauriniæ populi: Stephano, ex Apollodoro. Vide SEMPSII.

PSEVDABARES, vide ABARES.

PSEVDARTACE ψευδαρτάκη, Scythiæ collis, poſt montem quem Sanctum appellant. Stephanus.

PSEVDOCELIS ψευδόκηλις, Arabiæ Felicis opidum: Ptolemæo.

PSEVDOCORASIVM ψευδοκοράσιον, magnum littus eſt inter Corycum & Seleuciam Ciliciæ: Stephano, ex Artemidoro 9. Geographicor.

PSEVDOPENIAS, promontorium Cyrenaicæ. in quo Beronice vrbs. Strabo 17.

PSEVDOPOLIS, Drangianæ vrbs, Marcellino, ex Accurſij lectione. in codicibus Frobenij non habetur.

PSEVDOPORTICVS, vide IPSANDA.

PSEVDOPYLÆ, vide PYLÆ.

PSEVDOSTOMVM, vnum Oſtiorum Danubij, Plinio, & Ptolemæo. Item Gangis fluminis; eidem Ptolemæo. Huic quoque eſt Indiæ intra Gangem fluuius, ſic dictus.

PSILE, Plinio circa Ioniam inſula.

PSILIS, vide PSILLIS.





PSILIVM ψίλιον, Bithyniæ fluuius, inter Thyniam & Bithyniam. alius à Pſili. Stephanus.

PSILLI, circa Colchidem ſunt gentes; apud Agathiam 4. Sed APSILLI eſt in Vulcanij codice, melius.

PSILLIS ψίλλις, Ptolemæo & Plinio Bithyniæ fluuius eſt. qui Feneſia Pineto vocatur. Pſilis ſimplici L habet Stephanus. item Arrhianus in Periplo. PHYLIS legit Apollonius.

PSILOCASTRVM, vide XYLOCASTRVM.

PSILTVCIS ψιλτουκίς, Indiæ inſula: quæ & SCILLVSTIS σκιλλούστις vocatur. Plutarchus in vita Alexandri Mag. CILLVTAM κιλλουτὰ, appellat Arrianus. Q. Curtius eam non nominat, quadringentis verò ſtadiis ab Indi fluminis oſtiis in mare remotam ſcribit.

PSILVM ψιλον, Danubij oſtium, apud Arrianum in Periplo maris Euxini: hoc, vt annotauit Stuckius, erit SPIREOSTOMA, vel STENOSTEMA Plinij, Solini, & Ammiani; quod hæc cæteris minora ſunt, ideoq; fortè alterutrum, ψιλὸν, (id eſt, exile) ab Arriano vocatur. THYAGOLA Pſilum Ptolemæi eſt. Pergamenus meus Solinus pro Stenoſtoma habet SPILONSTOMA. & hoc mendosè pro PSILONSTOMA.

PSIMADA ψίμαδα, Iſauriæ regio: apud Steph. ex Capitone.

PSINAPHVS ψίναφος, Stephano opidulum in Ægypto: Ex Alexandri 2. Aegyptiacor.

PSINAVLA, Aegypti vrbs. lib. Notit. PSINABLA in Thebaide, eſt apud D. Athanaſium.

PSINCHVS ψίγχος, Ægypti vrbs, in concil. Epheſino III.

PSINECTABIS ψινέκταβις, vicus in Aegypto: Stephano.

PSIPHÆVM ψιφαία, mare, habet Pauſanias, iuxta Argiam regionem.

PSITARAS, fluuius apud Seras: Plinio.

PSITTACE ψιττάκη, iuxta Tigrim vrbs. Stephanus. ex Damophilo. PSITTACINA regio Perſidis: Ariſtot. de Mirabilib. Pro SITTACENE puto. Vide CESTIA.

PSITTACHEMNIS ψιτταχέμμις, Steph. Aegypti vicus.

PSITTALIA, vide PSYTTALIA.

PSITTANICA ψιττανίκη, Perſiæ regio, vbi ignes aſsidui æſtuant. Ariſtoteles in Mirabilibus.

PSOA ψόα, regio, circa Pontum Euxinum. Diodorus 20.

PSOCHEMMIS ψωχέμμις, Aegypti opidulum, Stephanus: ex Artemidoro.

PSOPHILIOS ψωφίλιοι, populos, habet Aelianus; quos ait Erymanthum fluuium in formam hominis effingere. In Peloponneſo videntur. Sed ψωφίδιοι legendum. gentile à ψωφίς.

PSOPHIS ψωφὶς, Arcadiæ vrbs: Polybio 4. vbi eius ſitum pulcherrimè deſcribit. Hæc olim PHEGIA vocabatur. teſtis Pauſanias. Item Zacynthiorum arx: eidem, in Arcadicis. Eſt & Acarnaniæ vrbs, quæ PALÆA cognominatur: Stephano. Idem habet quoque Achaiæ vrbem Pſophin. & aliam in Libya. Vide PSAPHIS, & ERYMANTHVS.

PSOPHTHIS, vide ERYMANTHVS.

PSYCHIA, vide AMORGVS.

PSYCHIVM ψύχιον, Ptolemæo & Stephano, eſt Cretæ inſulæ opidum: quod à Ger. Mercatore Sichino, & à Nigro Priotiza interpretari video.

PSYCHRVS ψυχρὸς, i. frigidus, ſic præ nimia frigiditate dictus fluuius: eſt in terra Aſſyritide agri Chalcidici, in Thracia. Ex hoc flumine ſi oues poſtquã biberint, coierint, nigros generant agnos. auctor Ariſtoteles de Animal. 3. CYCHROS fortè Plinij. Philander credit tamen Cychros apud Plinium populos, non fluuium deſignare. item apud Ariſtotelem de Mirabil. PSITTOS pro Cychros legi, & apud eundem de Animal. Pſychron. COCHRYNNA videtur Antigoni, in Mirabiliũ congerie. PSYCHRVS quoque fluuius Colchidis eſt, apud Arrh. in Periplo. In Sarmatia Aſiatica Ptolemæo. Eſt & mons ſic dictus, à Porphyrogenneta: Circa Ciliciam, vt videtur. Vide CYCHRI.

PSYCTERIVS ψυκτήριος, Thraciæ locus, apud Stephanum. Ab Hercule refrigerante ſudorem, poſtquam in lucta



deuicerat Adramylen, ſic dictus. Idem cũ Pſychrus fortaſſe.

PSYGMVM ψυγμον, portus ingens Aethiopiæ ſub Agypto. Strabo.

PSYLACENSES ψυλακεῖς, Arcadiæ populi, Tegeatarum clientes. Pauſanias. Non eſt dubium, inquit Sylburgius, quin φυλακεῖς ſcribendum ſit.

PSYLLA, vide PSYLLIVM.

PSYLLI ſupra Garamantes fuerunt: contra noxium virus muniti. ſed interijt ea gens, à Naſamonibus capta. Plinius, Herodotus, Gellius, & Solinus. In Pentapoli, Africæ regione eos deſcribit Ptolemæus. Circa Syrtes, Nicander. Marmaridas eos cognominat Lucanus. Vide de his Dionem 51. Sunt & apud Indos Pſylli, vt refert Aelianus; vbi arietes, oues, aſini, muli, & boues perparuuli ſunt.

PSYLLICOS Canes, ſic dictos, ab vrbe Achaiæ, laudat Iul. Pollux.

PSYLLICVS Sinus, eſt apud Stephanum, in Libya. magnus & profundus. trium dierum nauigationis. Ex Herodoti 4.

PSYLLIVM ψύλλιον, Bithyniæ vrbs Ptolemæo: PSYLLA Arriano eſt & Stephano. Stuckius dicit Picello vocari.

PSYRA ψύρα, Straboni inſula ſublimis Chiorum: quæ vrbem eiuſdem nominis ſuſtinet. Iuxta Chium eſt Stephano. Vilem inſululam vocat Suidas. Pſyriam vocat eam Cicero ad Atticum. Pſara hodie vocatur. In Ceramico ſinu, Doridis, aliam huius nominis, habet Plinius.

PSYTHIVM ψυθίον, vinum, habet Athenæus. fortaſſe à loco.

PSYTTALIA ψυττάλια, inſula ſinus Saronici iuxta Salaminam Stephano, quam quidam PIRÆEI Portum appellauere, inquit Strabo lib. 9. Per ει in vltima legit Suidas.

PTANDARVM, Armeniæ Minoris opidum: Antonino. Idem alio in loco legit Pandarum, & Tandarum. Vide TANADARIS.

PTARENVS πτάρενος, & SAPARNVS σάπαρνος, duo flumina in Indum cadentia. In Indicis Arrhiani.

PTELEA πτελέα, Oeneidis tribus vicus Stephano. Etiam loci nomen in Co inſula, vbi generoſiſs. vinum naſcebatur, vt ſcribit Winſemius, in ſuo Theocrito. Vide EPHESVS.

PTELEASIMVM πτελεάσιμον, locus ſilueſtris & inhabitabilis: Straboni. Circa Helos videtur, in Peloponneſo.

PTELEON πτελεον, Theſſaliæ vrbs eſt apud Homerum, Euſtathium, & Liuium 42. Circa terminum Cherſoneſi Thracici locus eſt; apud Demoſthenem in Haloneſo. Vrbs Ioniæ: & alia Troadis eſt. Q. Calabro, & Stephano. Bœotiæ oræ opidum habet Plinius. Eodem auctore eſt Theſſaliæ nemus ſic dictum. Vide HELOS.

PTELEOS πτελέως, lacus in Aſia, circa Helleſpontum. Strabo.

PTEMENGYRIS domicilium, in Anteopolitæ Aegypti nomo, meminit D. Athanaſius, in Epiſtola ad Ioannem Pinnem, huius loci presbyterum.

PTENETV, Aegypti Nomus. Plinius. Sed THENETHV malim, vt quidam codex legit. & THENETHVM quoque agnoſcit. lib. Notit.

PTERA πτέρα, circa Zenobiam vrbem, locus munitus: Procopio 2. Aedif. Stephano teſte, Babylonis arx ab aliquibus ſic vocatur.

PTERIVM πτέριον, Medorum opidum. PTERIVM etiam Cappadociæ locus vel vrbs, circa Sinopen: ferè ad Pontum Euxinum ſita. Stephanus, & Herodotus in Clio.

PTEROPHORVS πτεροφόρος, regio Scythica, circa Hyperboreos montes; damnata pars mundi, denſa merſa caligine. Plinius & Solinus. Libet hic addere quæ legi de Europæis noſtris Pterophoris quibuſdam, quibus conſuetudo geſtare in pileis pennas. hunc morem nempe per Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, & Angliam, à Tartaris eſſe mutuatum, circa annum ſexageſimum ſupra milleſimum tricenteſimum. Hi enim in memoriam Changij Chan Imp. beneficio bubonis mirabiliter conſeruati, huius auis pennas in capite portare ſolebant. vti eſt apud Haithonem, cap. 16. Itaque vt ex bubonis & non aliarum auium pennis propriè eſſe deberent. Hæc habeo ex

Haithone calamo exarato, & ex Latino Gallico facto anno 1351. à Ioanne Leloncio Iprenſe, monacho S. Bertini, in opido diui Odomari, qui hæc ad hoc dictum caput 16. de ſuo addidit. Liber (qui eſt pars bibliothecæ captiuæ Auriaci) conſeruatur in monaſterio regio S. Laurentij, quod Eſcurial cognominant à loco vicino. monaſterium ſi quod in toto Chriſtiano orbe aliud, amplitudine, architectura, ſplendore magnificum, & planè ſtupendum. In Hiſpania eſt, inter Segouiam & Madritum: à Philippo II. Catholico conſtructum. Hoc quoque obiter hic: dictum Leloncium, hunc auctorem non nominare Haithonem, ſed Antonium Curchinum, vel dominum de Curchu: & librum inſcribere, de Quatuordecim regnis Aſiæ. non De Tartaris: vt excuſa exemplaria habent.

PTEROS, Arabiæ Felicis inſula, in Indico mari. Plinius.

PTERVM πτερόν, promontorium Myſiæ Inferioris, poſt oſtium Sacrum Danubij. Ptolemæus.

PTEROTON STRATOPEDON, vide ALATA CASTRA.

PTIMYRIS, vide DELTA.

PTISCIANA πτισκιάνα, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs mediterranea, Ptolemæo. Dar el Hamara nouo nomine, eſt apud Marmolium. VIPOTIANÆ fortè Antonini.

PTOEMBARI, Plinio populi ſunt in Aethiopia ſub Aegypto.

PTOEMPHANÆ, Aethiopiæ ſub Aegypto populi, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes. Plinius. πτοεμφανεῖς Ptolemæo.

PTOLEDERMA πτολέδερμα, Pauſaniæ Arcadiæ opidum.

PTOLEMAIS πτολεμαΐς, Aethiopiæ vrbs Pomponio, ad Sinum Arabicum. EPITHERAS à Plinio cognominatur. THERON θηρῶν, cognominant Ptolemæus, & Arrhianus, in ſuo Periplo. item Strabo. Simlerus putat ab Antonino PEME dici. Suachem fortè hodie. An hæc SVACHE ſit apud Plinium adhuc delibero. PTOLEMAIS, Pentapoleos Libyæ regionis vrbs, Ptolemæo, & Pomponio, quæ etiam BARCE βάρκη, antea vocabatur. Strabo, & Plinius. Ptolemeta nouo nomine eam appellat Oliuarius. Ptolemæo diuerſa ſunt opida eiuſdem regionis, Ptolemais & BARCE. PTOLEMAIS, quæ olim ACE ἄκη, Ptolemæo, & Strabone teſte, Phœniciæ vrbs. ACCHO Iudicum cap. I. putat Franc Iunius. Plinio quoque COLONIA CLAVDII dicitur. inter Phœnicem & Palæſtinam locatur, in Digeſtis 50. Tit. de Cenſib. RHODOPHOROS hæc cognominatur, lib. Machab. 3. Poſtellus dubitat an hodie Caypha vocetur. Mercator Acon appellat. Nonnulli Acre habent. Accaron habet ſcriptor Anonymus belli Hieroſolymitani. Aca Minadoio eſt. Akadin videtur eam Beniamin nominare. COTH, quæ nunc Ptolemais dicitur; ſic D. Hieronymus, in epitaphio Paulæ matris. PTOLEMAIS, Ciliciæ vrbs, circa Melam fluuium, apud Strabonem. PTOLEMAIS, Arſenoitis nomi, in Aegypto eſt Ptolemæo, quam Ptolemaidis Stationem vocat. PTOLEMAIS alia, apud eundem, in Thinitide nomo, etiam Aegypti, quam Ptolemaidem Hermij, id eſt Mercurij vocat. Hæc in Thebaide eſt: cuius meminit quoque Zoſimus, circa finem lib. 1. PTOLEMAIS dicitur quoque quædam Aegypti foſſa manufacta, ducta ab oſtio Peluſiaco, ad vrbem Arſinoem in ſinum Arabicum: ſic dicta à Ptolemæo rege, qui eam abſoluit. primò enim à Nechao Pſammetichi F. adgreſſa, deinde à Dario Perſarum rege continuata, ſed imperfecta relicta fuerat. Plinius, & Diodorus 1. PTOLEMÆORVM fluuium vocat Aelianus animal. 12. cap. 29. Vide PORPHYREVM, & ANTIGONIS.

PTOLIS πτόλις, Arcadiæ locus, vbi priſcæ Mantineæ veſtigia cernuntur. Pauſanias.

PTOSON πτοσον, in Aſia Minori alicubi locus, circa Lalacaonem, Cedreno, Zonaræ, & Curopalati.

PTOVS πτῷος, mons in Bœotia, in quo Acræphnium opidum, Pauſaniæ & Straboni, qui eum TENERICVM quoque vocat. Apollinis locus natalis, teſte Plutarcho, in Pelopide. & in Defectu oraculorum.

PTVA πτύα, Ptolemæo vrbs in Armenia Minori.



PTVCCI πτυκκι, Turdetanorum in Bœtica opidum. Ptolemæus. TVCCI Antonino.

PTYCHIA πτυχία, Ptolemæo, Plinio; & Thucydidi 4. Corcyræ inſulæ opidum. Palopoli, à Mario Nigro dicitur. Stephano inſula eſt, iuxta Corcyram.

PVANI πυάνι, Arabiæ Felicis vrbs. Ptolemæus.

PVBLICANI, vide AD PVBLICANOS.

PVBLICII Vicus, qui vocatur SALINAS, ad Portam Trigeminam. Sic Frontinus de Aquæductibus.

PVBLIVS, montis nomen, prope montem Sinai. vt tradit Metaphraſtes, in S. Galactionis vita.

PVCIALIA πυκιαλία, Baſtitanorum vrbs Ptolemæo. in Hiſpaniæ.

PVCINVM πύκινον, Caſtellum in Carnis, Plinio: in Hiſtria Ptolemæo. Profecho hodie vocatur. In Foro Iulio ſitum eſt. Hinc vina à Plinio tantopere laudata, Pucina vocata; quæ nunc à Germanis Reinfall appellantur.

PVCLATA, vel PVDATA, Macedoniæ vrbs, apud Antoninum. Inter Lariſſam & Theſſalonicam. PVDNA legit exemplar Reuerendiſſ. Læuini Torrentij. & eſt fortè PYDNA aliorum. H. Surita ſubdubitare ſe ſcribit an ſit PAVTALIA Ptolemæi.

PVDENTIAMENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag. eius meminit.

PVDNI πύδνι, opidum in Arabia Felici. Ptolemæus.

PVERORVM Sepulcrum, παίδων τάφος, locus eſt apud Chalcidenſes, iuxta viam qua ex vrbe ad Euripum itur. Plutarchus in Quæſtionibus Græcis.

PVILIA Saxa, eſſe ad Portum qui ſit ſecundum Tiberim, ait Fabius Pictor. quem locum putat Labeo dici, vbi fuerit Ficana via Oſtienſi. ad lapidem XI. Feſtus.

PVGNA, vide CALOR.

PVLCHER PORTVS, καλὸς λιμήν, Cretæ inſulæ. Actuum Apoſt. 27. vide CALOS LIMEN, & ACHÆORVM.

PVLCHRVM Littus, vide CALEACTE. quod idē ſignificat.

PVLCHRVM Promontorium in Africa, Liuio. CALON ACROTERIVM καλὸν ἀκρωτήριον, Polybius vocat. Carthagini adiacet, verſus Aquilonem. Eſt MERCVRII Promontorium Ptolemæi, vt putat Xylander, in ſuo Polybio Germanico.

PVLENDENA, & PVLPVDENA, vide PHILIPPOPOLIS.

PVLINDÆ πυλίνδαι, Indiæ intra Gangē populi Ptolemæus.

PVLIPVLA πυλίπυλα, Ptolemæo eſt Indiæ intra Gangem opidum.

PVLLARIÆ, ſunt Plinio inſulæ iuxta Iſtrorum agrum. Brioni nunc videtur. Blondus CAPRARIAM dictam ſcribit, in eaq; Iuſtinopolim conditam, à Iuſtino Imp. tradit. ipſe viderit. Vide in IVSTINOPOLIS.

PVLPVD. Et ipſe circa Pulpud oram tuebatur. ſic Priſcianus ex Liuij 113. qui perijt. Africæ vrbem credo.

PVLVINI, vide AD PVLVINOS.

PVMAS, Indiæ amnis, in Gangem deſinens. Plinius.

PVMENTVM πύμεντον, Straboni lib. 6. Lucanorum mediterraneum opidū eſt: Gab. Barrius hoc in Calabria deſcribit, & dicit hodie Gerentio vocari. Xylander in ſuo Strabone hoc Pumentum, tanquam ſpurium reijcit: pro eoq; Grumentum reponit; an iure, alij viderint.

PVMILONES, vide PYGMÆI.

PVNDA, vide GVNDA.

PVNENTIANENSIS Epiſcopū Numidiæ, habet Vict. Vticenſ.

PVNICVM Mare, vide AFRICVM.

PVNNATA, vide PVRATA.

PVNSA πύνσα, Libyæ Interioris vrbs. Ptolemæo.

PVPIANITEM ſenem, nomine Victorem, à loco Africæ, habet concilium Carthaginenſe. PVPPIANENSEM epiſcopum, nouit Vict. Vticenſ.

PVPINIA. M. Varro 1, de Agricultura: In Pupinia neque arbores prolixas, neque vites feraces, neq; ſtramenta craſſa videre poteris. Pupinienſe ſolū ſterile æſtuoſiſſimumq; facit Val. Max. 4. cap. 4. In eo Q. Fabij fundus, ibidem cap. 8. PVPINIENSIS ager, in Latio, eſt apud Liuium 9. & 26.



& 26. item Ciceronem, contra Rullum. Circa Tuſculum vrbem fuiſſe, apud Feſtum lego. Vide QVINTIA Prata.

PVPPINIVM, vide POPVLONIVM.

PVPPVT, vel PVTPVT, Africæ Propriæ locus, apud Antoninum. PVPPVP legitur apud Martianum. PVPPITANVS inde Vict. Vticenſi, & PVPPITENSIS collationi Carthag.

„ PVPVLA. Frontinus 2. Aquæd. hæc, Digiti in Campania:
„ & in pleriſq; Italiæ locis: vncia in Pupula.

PVPVLVM πύπυλον, vrbs in Sardinia. Ptolemæus.

PVRA πύρα, Gedroſiorum regia. Arr. 6. Alexandri.

PVRATA πύρατα, Ptolemæo. PVNATA interpreti, Indiæ intra Gangem vrbs. in qua beryllus.

PVRPVRARIÆ Inſulæ, in Atlantico mari, circa Fortunatas. Plinius 6, cap. 32.

PVSGVSA Palus, inſtar maris latiſſimè patet, habétque multas inſulas. Nicetas. Circa Phrygiam videtur, & Iconium. Aſcanium vult, ſi rectè auguror.

PVTEA πύτεα, Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo. Etiam Palmyrenæ, eidem.

PVTEOLANA Moles, cuius Suetonius in vita Caligulæ meminit. hodie Il Molo dicitur Ferd. Loſredo.

PVTEOLI Campaniæ Felicis vrbs, Plinio, Vitruuio, & aliis. POTIOLI ποτίολοι, habet Stephanus. COLONIAM AVGVSTAM olim, deinde NERONIANAM, poſtea FLAVIAM AVGVSTAM PVTEOLANORVM dictam, docet ex veteri hiſtoria & marmoribus, Pighius in ſuo Hercule Prodicio. Coloniam & cognomentum à Nerone adeptam, ſcribit 14. Annal. Tacitus. Antea DICÆARCHIAM δικαιάρχεια appellatam, ſcribunt Strabo, Pauſanias, & Stephanus; qui eam quoque DICÆAM δίκαια, vocat. DICARCHIA apud Silium lego. & DICARCHIS apud Petronium. DELOS MINOR etiam dicta fuit, vt tradit Feſtus. CEADICTA quoque dici ſcribit D. Hieronymus, de locis Hebraicis. corruptè, vt puto. Hodie Puzzole eſt.

PVTEVS Bituminis, vide SIDDIM.

PVTEVS Viuentis & Videntis, Geneſ. 16. in terra Chanaan. Inter Cades & Bared. Inter Recam & Agora, legit Chaldæus.

PVTIENSIS, & PVTIENTIS, epiſcopalis locus, eſt apud Vict. Vticenſem. PVTIZIENSIS eſt in Collatione Carthag. An à Putea Ptolemæi?

PVZANE caſtellum, lib. 22. Hiſtoriæ Miſcellæ. Circa Conſtantinopolim videtur.

PYCATA πυκάτα, loci nomen, apud Strabonem. Troadis fortè. ſi locus ſincerus.

PYCNA πύκνα, locus vſpiam in Græcia, Thucydidi 8. circa calcem Winſemius legit PNYX, vel PNYCE: ſincerius, vt puto. Vide PNYX.

PYCNVS πύκνος, Cretæ fluuius. Ptolemæo.

PYDARA, vide ATHYRAS.

PYDES πύδης, vrbs & fluuius Piſidiæ, Stephano.

PYDIVS πύδιος, Troadis fluuius videtur, apud Thucydidem, in fine lib 8.

PYDNA πύδνα, Ptolemæo, Stephano, & Diodoro 11. Macedoniæ vrbs, in Pieria regione. quam Nardus Plataan, Theuetus Veria, Sophianus Chitro vocat. CITRON etiam nominat Strabonis Epitome. CYDNA hæc quoque vocari, teſtis Stephanus. PYDNA, Rhodiorum quoq; vrbs, Straboni. Et Cretæ mons. item circa Idam Phrygiæ. quod annotauit Caſaubonus, ad 10. Strabonis. Vide CASSANDREA.

PYENIS πυηνίς, Colchorum vrbs: Stephano.

PYGELA πύγελα, Ioniæ vrbs, Stephano, Polyæno, Suidæ, Liuio, Xenophonti, & Straboni. Epheſiorū habet Etymologicon. Locus eſt vbi fretum traijcitur, quo in Cretam itur ſic Suidas. ſed dupli i λλ. & PHYGELLA per φ. ſcribit. Vide PHYGELA.

PYGMÆI πυγμαῖοι, genus hominum eſt minutum, vt Mela vocat, aut, vt Plinius & Strabo eos deſcribunt, triam ſpithamarum ſtatura: cum gruibus prœlio certantes. Non longiores quàm duos pedes eſſe & quadrantem, ait Gel-



lius. Homerus, Ariſtoteles, & Pomponius eos in Aethiopia deſcribunt, circa Nili paludes. Plinius in Aethiopia, India, Caria, & Thracia: vbi eos CATIZOS vocari ait. In India ſupra Gangem, Philoſtratus. & CATTVZAM eorum vrbem. Statius lib. I. Siluarum, PVMILONES proprio nomine appellat. NOBÆ νῶβαι, vocantur ab Heſychio. Ego eos cum cæteris antiquorum monſtroſorum hominum fabulis explodere auſim: niſi Ariſtoteles 8. Animal. minimè fabulam eſſe adſereret: eoſq; TROGLODYTAS, quod in cauernis degant, vocari addit: item recentiores quidam noſtra ætate eos adhuc in partibus Septentrionalibus inueniri, ſcriberent: inter quos Olaus Magnus eſt, qui eos Screlinger quaſi vnius paſſus dicas, vulgò nuncupari tradit. [Scre enim paſſum Germanico (Septemtrionalibus communi) idiomate; Linge longitudinem ſignificat.] Fides ſit penes eundem. Formam horum ridiculoſam ex Cteſia petere licet. Vide INCLICA.

PYLACÆVM πυλακαῖον, Phrygiæ vrbs, apud Ptolemæū.

PYLÆ πύλαι, i. Portæ, vrbem Cappadociæ, habet Euagrius. Videtur huius etiam meminiſſe Porphyrogenneta, in Obſequij quarti themate. Ammiano locus eſt qui Cappadoces & Cilices diſcernit. Horum Curtius 3. & Arrianus 1. quoque meminit. inter Halym fluuium & Taurum montem. TAVRI Pylas has nominat Cicero; CILICIÆ Pylas Diod. 4. vbi horum accurata deſcriptio. PYLÆ Thraciæ, ſunt apud Thucydidem 5. Et in Attica, apud eundem, 4. Apud Nic. Calliſtum locus eſt è regione vrbis Conſtantinopolitanæ, Orientem verſus. eius interpres Langius CLAVSTRA vertit. Arcadiæ locus, Stephano eſt, qui PILE Plinio. PYLÆ, & PSEVDOPYLÆ, ſinus Arabici inſulæ, ante Iſidis portum Troglodytarum, Plinio. PYLÆ etiam montes Aethiopiæ ſub Aegypto, Ptolemæo. ſunt hodie Amara dicti: vbi recentiores ſcribunt Presbyteri Ioannis filios à præſidibus cuſtodiri. PYLÆ PERSIDIS; ſunt apud Arrianum 3. ad huius regionis introitum. SVSIDAS Pylas eas nominat Curtius 5. Horum deſcriptio apud Strabonem 15. etſi non nominet. PYLÆ MELITIDÆ, vide CYMONIA. PYLÆ CILICIANÆ, ſunt Dioni, in Seuero, circa Ciliciam & Aſſyriam. Horū meminit quoque Xenophon 1. Cyriacor. vbi PYLAS SYRIACAS habet: & inter vtraſq; Cerſum fluuium. Etiam locus Indi flumini vicinus: Plutarcho de Fluminib. PYLÆ GETHICÆ, veteribus dictus locus, in Tranſſiluania, quem hodie Hungari Vaſcapu, Germani Eyſnthor appellant. Auctor Sambucus, in ſcedula, quam Tranſſiluania ſuæ tabulæ adiecit. Eyſnthor, portam ferream ſignificat. PYLÆ quoque locus circa Aſtacenum ſinum, Porphyrogennetæ. Vide PORTÆ, & THERMOPYLÆ.

PYLÆA πυλαία, vrbs circa Trachiniæ regionem videtur, apud Herodotum 7. Ad Oeten montem, Philoſtrato 4. & Theophraſto in Hiſtor. Plantar. 9. PYLAICVM Sinum, hinc facit Strabo 9. Vide PYLÆ, & ASTYPALÆA.

PYLÆMENIA, vide PAPHLAGONIA.

PYLÆVS πυλαιος, mons in Lesbo. Straboni.

PYLAICVS, vide PYLÆA, & THERMOPYLÆ.

PYLARTES, Dyrrachij mons, Vibio.

PYLENEN πυλήνη, Aetoliæ vrbem, mutato nomine, PROSCHIVM πρόσχιον, dixerunt. Strabo. Pylenæ meminit Papinius, & Homerus quoque.

PYLLEON, Theſſaliæ vrbs videtur, apud Liuium 42.

PYLORA πύλωρα, Perſidis inſula Carmaniæ, vt habet Arrianus in Indicis.

PYLOROS, Cretæ mediterranea vrbs, apud Plinium.

PYLVM πύλον, in Macedonia vrbs, circa Illyridis fines videtur, apud Strabonem.

PYLOS πύλος, Meſſeniæ regionis, in Peloponneſo vrbs, Ptolemæo. Sed tres ſunt huius nominis vrbes, in ipſa Peloponneſo, vt Strabo docet. Duas ad mare, quarum vnam, in Elide regione, ad Scollin montem: alteram in Meſſenia, apud Coryphaſium: tertiam in Arcadia ſitam tradit, & ſinguli harum incolæ EMATHOENTEM dictam, patriamq; Neſtoris eſſe, demonſtrare conantur. Ipſe autem

Strabo docet Neſtoris eſſe in Arcadia, atque hanc LEPREATICVM, TRIPHYLIACVM, & ARCADICVM cognominat, & EMATHOENTEM ab Homero nominari oſtendit. Meſſeniaca, cuius & Thucydides 4. meminit, ab Homero NELEA dicitur, Pauſania teſte. Eadem in Latinis Ptolemæi geographiis ABARMVS vocatur. malè ni fallor, pro ABARINVS ἀβαρεινος, ſic enim Gemiſtus, & poſt eum, Sophianus habet. Stephanus hanc Pylum quoque CORYPHASIVM appellat. Coryphaſium tamen & Pylus, duo ſunt loca, inuicem vicina: auctoribus Strabone, Ptolemæo, & Pauſania. à Sophiano Nauarrino, nouo nomine vocatur. Niger eam Zonichia nominat. ſic ab Italis nautis vocari, ſcribit Leunclauius. Sed hoc minimè reticendum duxi, quod apud Gemiſtum, Abarinus ſynonymon videtur Selæ fluminis, eiuſdem tractus. Sed vitio librariorum tranſpoſitum ſuſpicor. PYLVS quoque SPACTERIA vocatur apud Suidam, in dictione Cleon. PYLIVM Mare hinc quoque dicitur ab Homero. At PYLVM Laconicam, nominat etiam Polyænus 2. in Demoſthene.

PYNDIS, Aethiopiæ ſub Ægypto vrbs, Plinio.

PYRA πυρα, Oetæ montis pars, vbi Herculis corpus crematum. Liuius 36. Ellebori fertilem eſſe, teſtes Plinius & Theophraſtus. Vide PYRRHA.

PYRACI πυρακοι, populi nomen: Antigono in Mirabilib. vbi palus, quam ſiccatam ardere ſcribit.

PYRÆ, Latij opidum eſt, circa Minturnas: Plinio teſte. Apud eundem lego circa PYRAS in Aegypto, aromatiten lapidem reperiri: lib. 37. cap. 10. PISAS autem legunt tria mea exemplaria. PYLAS ego malim.

PYRÆA πυραία, Theſſaliæ regio, apud Stephanum. Pauſaniæ nemus eſt, inter Sicyonem & Phlyuntem.

PYRÆCHMÆ Pulli, vide HERCVLIVS.

PYRÆI, Dalmatiæ populi, auctoribus Plinio & Pomponio, inter quos Nar fluuius emittitur. Vide PERVSTÆ.

PYRÆTHI πυραιθοι, in Cappadocia gens, quæ ignem accendit, & ex illo futura prædicit. Euſtathius ad Dionyſiū.

PYRALAON πυραλάων, inſula ſinus Barbarici. Arrianus in Periplo.

PYRAMIA, locus in Peloponneſo, agri Thyreatici. Plutarchus in Pyrrho.

PYRAMIDES πυραμίδες, in Aegypto inter ſeptem mundi miracula numeratæ, à Diodoro, Plinio, Herodoto & aliis luculenter deſcriptæ: Pharaoni Aegyptiis vulgo dici ſcribit Bellonius. Granaria Ioſephi, Europæis dicuntur.

PYRAMVS πύραμος, Ciliciæ fluuius. Ptolemæo & Plinio. Olim fuit LEVCOSYRVS λευκόσυρος dictus, teſtis Stephanus. Malmiſtra hodie vocari ſcribit Niger. Pyramus à Polyb. lib. 11. PYRVS πύρος, & à Plutarcho in Vita Alexandri PINDARVS πίνδαρος, dicitur. mendosè vtrobiq; PYRAMVS autem à Pinaro diuerſus eſt Arriano, Curtio, Dionyſio, & Plinio. Pinarum deſcribit Antigonus in Mirabil. iuxta Solos vrbem. ſic quoque Theophraſtus 2. Plantar. ſed geminato NN. πιννάρος, vbi cōtra Darium pugnatum ſcribit.

PYRANTHVS πύρανθος, parua vrbs, & vicus Cretæ iuxta Gortinā, Stephano. Pyranthium ſaltū, habet Lycoph.

PYRASVS, vide DEMETRIAS.

PYRENAEA πυρηναια, Locridis opidum, Stephano, auctore, vide PYRONEA.

PYRENEA VENVS, vide APHRODISIVM.

PYRENÆVS πυρήνη, Ptolemæo & cæteris, mons qui Hiſpaniam à Gallis diuidit. Stephanus πυρήνη, legit Silius Italicus lib. 3. PYRENE. Ab Aemilio Probo nuncupatur SALTVS PYRENAEVS. ALPES vocātur à Gellio ex Varrone. nominat enim horū accolas, Hiſpanos Alpinos. BEBRYCIOS videtur eos appellare Silius 3. Etſi hodie varia, pro ratione locorum ſortiatur nomina: Hiſpani tamē vulgò Los Pireneos vocant. Oliuarius autem dicit in vniuerſum ſic vocari: at partes montium particularia habere nomina. ad Templū Veneris enim appellari Puig çerda, dein Montes de Iacque, Ronceualles. iuxta Nauarræ regnum demum, Mons S. Adriani. Pyrenæi hi montes, quod monendum duxi, non tantùm inter Galliam & Hiſpaniam ſunt, ſed & hinc ad Occidentalem vſque Oceanum, teſtibus Pomponio 3. Dione 53. & Oroſio 6 cap. 21. Addo ad Celticum promontorium vſque, vbi hactenus Pyreneos ab accolis vocari, teſtis mihi fide dignus & oculatus D. Georgius Auſtriacus Præpoſitus Harlebecenſis, vir harum & ſimilium rerum in peregrinando obſeruator diligentiſſimus. PYRENAEVS quoq; mons Germaniæ, & pars Alpium. huius meminit Appianus, & Plinius Cæcilius, in Panegyrico. item Seneca de Conſolatione ad Albinam, cap. 6. vbi non fero quorundam cenſuram, qui hic Poeninū ſubſtituūt. PYRRHENES eſt in Priſciani Dionyſio. apud ipſum Dionyſiū verò πυρρηναῖον. Baſt quoque Epigramma huc adferendum, quod ita vertit Guil. Stuckius, Saxa Pyrenæi & depreſſæ vallibus Alpes, „
Quæ Rheni fontes haud procul adſpicitis. BRENNVM „
vocat Philargyrus: vnde Mellam fluuium oriri addit. Brenner vel Prenner ab vrendo nempe, hactenus à Germanis nominatur, quē in Comitatu Tirolenſi aliquādo ſuperauimus, frigoreq; vrere in media æſtate experti ſuimus.

PYRENE πυρήνη, Herodoto, vrbs in Celtis: vnde Iſter oritur. Vide DANVBIVS, & TARBELLA.

PYRETON, vide PORATA.

PYREVM Magnū, locus in Perſarmeniis, habet Procop. 2. Perſicor. vbi ignem perpetuum cuſtodiunt Magi. De eo quoque Strabo 15. qui dicit πυραιθεῖα, ſepta quædam eſſe ingentia, in quorum medio ara, &c. Vide Theodoritum 5. cap. 38. Hiſt. Eccleſiaſticæ. item Appianum in Mithridaticis. an ORCHOA & VR Chaldæorum? vt videtur Poſtello in Libello de Vniuerſitate. Vr enim, vt inquit, ignem: & Couah, robur ſignificat.

PYRGANVM, Tuſciæ locus maritimus, Antonino. Inter Vrbem & Grauiſcas. quod & PYRGI quoque vocat.

PYRGENSES populos, habet in Achaia Peloponneſi, Plinius.

PYRGESSA πύργησσα, Italiæ opidulum: Stephano.

PYRGI πύργοι, Ptolemæo, Antonino, Straboni, & Plinio. Virgilius eos Veteres cognominat. Coloniam Romanam facit Liuius. Tuſciæ vrbs eſt. S. Marinello hodie appellari L. Albertus colligit, ex eo quòd huius loci templum, adhuc vulgò S. Maria de territorio Purgano vocant. PYRGI, Stephano Meſenes opidum. πυργον videtur Herodoti. PYRGVM Eleorum caſtellum habet Liuius 27. πύργον, Triphyliæ vrbs, in Pelopōneſo eſt Polybio 4. Eadē fortè ſunt: contiguæ ſunt enim hæ regiones omnes. Vide PYRGANVM.

PYRGONTINA. Vide GALEAGRA.

PYRGVM, vide PYRGI.

PYRGVS, Marmaricæ vrbem habet Mercator, in ſua Europæ tabula, quam nouo nomine Barda vocat. Quis veteris vocabuli meminerit, mihi ignotum.

PYRGVS EVPHRANTA πύργος εὐφράντα, Africæ Propriæ vrbs, ad Syrtim magnam, Ptolemæo. Eufrata Marmolio.

PYRI πύροι, Aſiatici populi, apud Appian. in Syriacis. TAPYRI vertit autem Gelenius. Vide APYRI.

PYRI MONS, eſt apud Ammianum. Ioannes Heroldus Spey interpretatur. Germaniæ vrbem, ad Rhenum, Epiſcopatu, & Camera Imperiali (vt vulgo loquuntur) decoratam. Eandem AD PYRVM vocat. Apud Ammianum ipſum, per I. Latinum, & non per Y. Græcum ſcribi, video. Knytlinger ſtaig ex eo facit Lazius. At Heylighberg, è regione Heydelbergæ vrbi interpretatur Franciſcus Iunius. Ammianus enim eum non in Gallico, ſed in Barbarico ſolo trans Rhenum ſtatuit.

PYRINTHVS πύρινθος, Cariæ vrbs. Stephanus. PYRINDVS πύρινδος, legit Aldini codex.

PYRIPHLEGETON, fluuius Italiæ, eſt Lycophroni. circa medium poëmatis. Circa Epirum quoque flumen, vt tradit Ariſtoteles in Mirabilib. Mallem autem interpres pro ἠπείρῳ continens appellatiuè vertiſſet: dicit enim auctor haud procul à Cumis eſſe, vt quoque Strabo 1. Itaque eundem reor cum Lycophronis. & aquas ſulphureas Puteolanas innuere, putauerim.

PYRISABORA, vide BERSABORA.

PYRISSÆI, vide PIRVSTÆ.





PYRNVS πύρνος, Cariæ opidum, Plinio, & Stephano.

PYROGERI, Plinio Thracica gens.

PYRONÆA πυρωναία, Locridis opidum. Stephanus. An idem cum Pyrenæa?

PYRPILES, vide DELOS.

PYRRHA πύρρα, Lesbi inſulæ vrbs, Ptolemæo; & Stephano. Item Pomponio & Thucydidi; ſed his ſingulari R. Hinc Ariſtoteles non ſemel nominat PYRRHÆVM Euripum. Plinius PYRRHÆVM Nemus habet. Mons quoq; in Lesbo ſic vocatur, apud Theophraſt. qui picis ſcatet. Malè autem per E. ſiue diphthongo interdum legitur. Vicus Liguſticus: & inſula, apud Stephanum. Euboëæ inſulæ vrbs, vt tradunt Plinius, & Mela. Promontorium Theſſaliæ, Phthiotidis regionis, circa Maliacum ſinum; ante quod duæ inſulæ: vna Pyrrha, altera Deucalion dicta. Strabo 9. Eodem auctore promontorium in Myſia eſt, ad Adramittenum ſinum lib. 13. Apud Plinium, Phocidis: Magneſiæ: Lyciæ: & Cariæ opida ſunt. huius poſtremæ meminit etiam Ptolemæus. Plinius vrbem Pyrrham habet circa Mæotim, à Ponto abſorptam. Vide ASTYPALÆA & MELITÆENSES.

PYRRHÆA, vide THESSALIA.

PYRRHÆI πυῤῥαιοι, Aethiopum gens, in Lybia Interiori. Ptolemæus.

PYRRHASAS πυῤῥασας, Græciæ vrbs: Homero Iλ. B.

PYRRHE, Doridis in Ceramico ſinu, inſula. Plinius.

PYRRHENES, vide PYRENÆVS.

PYRRHEVM, Ambraciæ vrbis pars: apud Liuium 38.

PYRRHI Vallum, πυῤῥυ χαραξ, Laconicæ locus, Polyb. 5. PYRRHI Caſtra, Liuio 35.

PYRRHIAS CYON, vide APSASIVM.

PYRRICHVS πύῤῥιχος, Laconum vrbs libera. Pauſanias.

PYRRHIDÆ, vide EPIRVS.

PYRRHITES, vide PHYRITES.

PYRRHVS, (i. rubicundus) Mons, locus Indiæ intra Gangem: ad mare. Arriani Periplus.

PYRRVS Campus, in Mauritania Tingitana tractus, Ptolemæo. Eidem etiam in Libya Interiori, quæ mihi THYMIAMATA Regio, apud Hannonem videtur. & EXVSTA Regio Pomponij 3. cap. II.

PYRRVM, Pannoniæ vrbs, Antonino. inter Pœtauionem & Siſciam.

PYRSVM, vide ABDERA.

PYRVS, vide PYRAMVS.

PYRVSTÆ, vide PIRVSTÆ.

PYRYNE πύρωνη, Europæ mons. Stephanus.

PYSTIRA, inſula ante Smyrnam. Plinius auctor.

PYSTVS, vide PHYSCVS.

PYTHANGELI Columnæ, & Aræ; in Aethiopia ſub Aegypto ſunt Straboni. Eidem PYTHANGELI Portus. & PYTHANGELI locus, vbi elephantorum venatio. ad Sinum Arabicum. Vide ELEPHANTORVM.

PYTHEVM πύθειον, Pelaſgiotarum in Macedonia vrbs, Ptolemæo. Vide PYTHION.

PYTHIA πύθια, Bithyniæ locus, vnde aquæ calidæ ſcaturiunt. Nicetas, & Procop. 5. Aediſic. Vide PYTHO, PITYARA, & THERMA.

PYTHIAS πυθιὰς, via quæ ducit per Theſſaliam, Pelagoniam, Oeten, Aenianam regionem, Melienſium, Dorienſium, & Locrenſium Heſperiorum, ad Tempe Theſſalica. Aelianus 3. Variæ hiſtoriæ. cap. 1. Pro Pelagoniam hic malim Pelaſgiam legere, vt hoc obiter annotem. ſuadet hoc Ptolemæi Græciæ tabula.

PYTHICVS amnis, è Lydia Aſiæ regione profluens; & in ſinum Eleatem ſe exonerans, ad cuius oſtium Myrrina ciuitas, Agathiæ patria eſt. vt ipſe in prooemio ſuæ hiſtoriæ teſtatur. Suidas hunc Smyrnæum facit. cauſa erroris eſt σ. elementū; quod vocem præcedētem σχολαςικος claudit. Vide quæ diximus in voce COMBOS, & alijs, de ſimili errore.

PYTHION πύθιον, Macedoniæ vrbs, Liuio 44. & Plutarcho in Æmilio, item Stephano. PYTHEVM Ptolemæi puto. Huic Stephano quoq; locus eſt circa Cortinā Cretæ. Item iuxta Aſtacenum ſinum. vide PYTHEVM.

PYTHIS πυθὶς, Marmaricæ promontorium. Ptolemæus.

PYTHO πυθῶ, Phocidis vrbs, Homero Iliadòs β. Euſtathius ab Homero PETREESSAM πετρήεσσα, appellatam ſcribit, vt Gerbelius annotauit in ſuis doctiſſimis Declarationibus, „
quas in Sophiani Græciam elaborauit. In quibus hæc quæ „
ſequuntur adiungit. Propemodū omnes auctores, maximè „
poëtarum interpretes, PYTHONEM eandē cum DEL- „
PHIS faciunt: atque eius rei gratia Delphos in tres partes „
diſtribuunt. quarum prior HYPAPE ὑπάπη, altera „
MESE μέση, tertia NAPE νάπη, dicta ſit, PYTHO ſci- „
licet nominata. ſic Gerbelius. Euſtathius β. Ιλιαδος ſcribit „
Pythonem prius PARNASIA NAPE, deinde PYTHONEM, poſtea DELPHOS appellatam. Apud Pauſaniam lego Delphos à finitimis Pytho nuncupari. PYTHIA πυθία, Ptolemæi eſt, & Appiani.

PYTHOLAI Promontorium, Aræ, & Columnæ, ſunt Straboni in Æthiopia ſub Aegypto.

PYTHON πυθων, vrbs olim. geminæ vrbis condita iure. „
Aegypti videtur, in oraculis Sibyllinis, fol. 180.

PYTHONOS Comen, vocant in patentibus campis, vbi ciconiæ congregatæ, inter ſe commurmurant, eamq; quæ „
nouiſſimè aduenit, lacerant, atque ita abeunt. Plinius. In „
Aſia Minori eſt Solino. ſed per I. in prima. „

PYTHOPOLIS πυθόπολις, Bithyniæ vrbs, à Theſeo condita, iuxta Soloontem fluuium. auctor Menecrates, apud Plutarchum, in Theſeo. Eſt quoque Cariæ opidum, Stephano. Per eandem PYTHOPOLITEN fluuium labi, tradit Plutarchus, de Virtutibus mulierum. Plinius & Stephanus habent Pythopolim quoque in Myſia Aſiatica. Vide ANTIOCHIA, & NYSSA.

PYTHOPOLITES, vide PYTHOPOLIS.

PYTIONIA, inſula haud procul à Corcyra. Plinius.

PYTIOVITA, vide PETOVIO.

PYTNA, collis Idæ. in Creta. Strabo. Vide HIERAPYTNA.

PYXA πύξα, Theocrito opidum in Co inſula eſt; vt habet eius interpres Winſemius.

PYXIRATVS, vide EVPHRATES.

PYXITES πυξίτος, fluuius iuxta Trapezuntem. Plinius, & Periplus Arriani.

PYXVS, vide BVXENTVM.

QVACERNI κουακερνοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Ptolemæum. Et ibidem Forum Quacernorum vrbs, quæ QVERQVENNORVM Antonini eſt. Vide QVERQVERNI.

QVADI κουάδοι, Germaniæ populi Arriano & Ptolemæo, Tacito, & alijs. Hos ipſos Auſtriacos, vulgo Oeſtenreich putat quidam. Sleſier indigitat eos Dubrauius. Auentinus Marchfelders (Auſtriæ tractus populos) vocat. QVADI quondam HELVETII dicti ſunt, inquit Eutropius. Vide de his Quadis Zoſimum 3. vbi eos Saxonum partem dicit: & Bataniam occupaſſe tradit.

QVADRATA, Antonino Germaniæ opidum: quod Wolfg. Lazius Neunkirchen vocat, Auſtriæ vrbem. & idem alio in loco Gurfeld. Quadrati meminit etiam Liber Notitiarum, in Pannonia Prima. Hoc Gadtmans dorff ad Sauū fluuium, Lazio videtur. QVADRATÆ in medio Flexo eſt. apud Antoninum quoque.

QVADRATÆ, Italiæ mediterranea vrbs: in lib. Notitiar. Circa Seguſianos videtur apud Antoninum.

QVADRATVM, vide QVADRATA.

QVADRIGA, locus Bœotiæ. Val. Max. lib. 1. cap. 8. HARMA ἅρμα, Strabonis, aliorumq; eſt.

QVADRIBVRGVM Inferioris Germaniæ vrbs eſt Ammiano. Quaetraedt fortè hodie, inter Iuliacum & Agrippinam. Pannoniæ, vel Norici Ripenſis, eſt in lib. Notit. QVADRIBVRGIVM Valeriæ Ripenſis, eſt ibidem.

QVADRVRBS, vide ATHENÆ.

QVANTIA fluuius, memoratur in vita S. Auſtrebertæ. Canche puto, Arteſiæ regionis.

QVARI, vide CAVARÆ.

QVARIATES, Plinio ſunt Galliæ Narbonenſis populi.

QVARIS κύαρις, Bactriana vrbs, Ptolemæo. Interpres legit CAVARIS.

QVARQVENI, Italiæ Tranſpadanæ populi; apud Plinium.

QVARQVERNI, vide AQVIFLAVIENSES, & QVERQVERNI.

QVARTAPIERT, præſidium circa Meſopotamiam. Guil. Tyrius.

QVARTENSIS, locus in Gallia Belgica II. de quo ſic lib. Notit. Equites Sambricæ in loco Quartenſi, ſiue Hornenſi. Liber membraneus autem M.S. legebat hoc modo: Equites claſſis Sambricæ in loco, &c. An Horn fortè ad Moſam? & Weert paullo interius verſus Occidentem? Vterque ſanè vocem antiquam nõ malè refert. Solemne enim apud Belgas ex W. digamma noſtrate, G. Latinum facere in proprijs nominibus. exempla, (inter multa) Wilhelmus. Guilelmus. Ita hic Quartenſis, ſiue quod idem ſonat, Guartenſis, pro Weerdt ſiue Weertẽſis. Sambrica autem, quid ſit, neſcio: quamuis ſciam à Pancirolo pro Samarobriga Ptolemæi interpretari.

QVARTVM Pollionis, locus à Martiale 3. memoratus. Ad quartum lapidem ab Vrbe fortè, vt quidam Commentator addit.

QVATVORSIGNANI TARBELI, populi in Gallia Aquitanica. Plinius 4. cap. 19.

QVERCVS Capita, δρυὸς κεφαλάς, vocant Athenienſes locum, quem Bœoti TRIA Capita, τρεῖς κεφαλάς, nominant, vt auctor eſt Herodotus in Calliope. Ad ingreſſus Cithæronis eſt, qui Plataas ferunt. Circa Phlegyas, vt videtur ex 2. Imaginum Philoſtrati, in Phorba. Huius quoque meminit Thucydides 3. QVERCVS Fletus, vide ALLON BACHVTH. QVERCVS Florens, vide SENNIN. QVERCVS Mambre, vide MAMBRE. QVERCVS More, ſic Gen. 12. vt legit Pagninus. MORE Planities, habet Chaldæus paraphraſtes. CONVALLIS Illuſtris eſt apud D. Hieronymũ: QVERCVM Excelſam, δρῦν τὴν ὑψηλὴν, habent 70 interp. In Palæſtina locus iuxta Sichem. Vide DRYS. QVERCVS Ogys, vide MAMBRE. QVERCVS Quieſcentium. vide SENNIN. QVERCVS Scotos, locus iuxta Prienem, in Aſia. Plutarcho in Quæſtionib. Græcis. QVERCVS, ſuburbium Chalcedonis: Socrati Scholiaſtico: & Zoſomeno. qui illud à Rufino conditore RVFINVM cognominatum tradit.

QVERQVENNÆ, vide AQVÆ, QVACERNI, & QVERQVERNI.

QVERQVENSIA, Meſopotamiæ, circa Ediſſam vrbs, Guil. Tyrio.

QVERQVERNI, Hiſpaniæ Citerioris populi, ſunt apud Plinium. QVARQVERNI, per A in prima, ſunt in vetuſta inſcriptione. QVACERNI Ptolemæi ſunt, & QVERQVENNÆ Antonini. Vide AQVÆ, & AQVIFLAVIENSES.

QVERQVETVLANI, Italiæ populi, in Prima Regione: Plinio. Vide CORCVTVLANI.

QVERQVETVLANVS, vide COELIVS.

QVESTORIANENSIS Epiſcopus in Numidia. Vict. Vticenſ. M.S.

QVIDICOS opidum, Oceani Septẽtrionalis, habet Æthicus. monſtroſa proles, monſtroſo parente.

QVIDIENSIS ſedis epiſcopalis, in Numidia, memoria eſt apud Vict. Vticenſ. M.S. & in Coll. Carthag.

QVIETIS Fanum, extra portam Collinam eſt, D. Auguſtino de Ciuitate Dei. In via Lauicana Liuio 4. Martianus putat ibi fuiſſe, vbi hodie DD. Petri & Paulli & Marcellini. Putauerim ego longius ab Vrbe fuiſſe. Vide QVINTANÆ.

QVILLÆVS, LYCÆVS, LICORNIS, ARGALIO, & MÆNALVS, quinque montes ſunt Arcadiæ regionis, apud Lutatium Placidum, ad primum lib. Thebaidos. Pro Licornis, lego LYCONE. pro Argalio, ÆGALEVM. Quilleus neſcio quid ſit. Malè etiam omnes hos montes vni Arcadiæ adſcribit.



QVINA κυῖνα, colonia Africæ Propriæ, Ptolemæo. Arrades eſt apud Marmolium.

QVINCTANÆ, vide QVINTANÆ.

QVINDECIM Populorum, Etruriæ; meminit Goltzij Theſaurus, ex veteri lapide. Item Vmbriæ, idem.

QVINDI, vel CVINDI, κουίνδοι, Cappadociæ locus, vbi regia pecunia erat repoſita. Plutarchus teſtis, in Eumene. Horum QVINDORVM meminit quoque Diodorus 18. & 20. ſed ſine O. κύινδα. QVINDA caſtellum Straboni, in Cilicia, ſupra Anchialum. idem habet Plutarchus, in Demetrio. Vide ANAZARBVS quod idem eſt.

QVINQVE Colles, πεντελόφ☉, locus ſic dictus, qui ſeptem ſtadiis diſtat à Sparta. Huius vina laudat Athenæus.

QVINI, Epiſcopalis vrbs, ſub ſede Damaſcena. Guil. Tyrius.

QVINQVECCLESIÆ, Hungariæ vrbs, quæ à Turcis Petſcheu, à Germanis Funffkirchen appellatur. Vide TEVTOBVRGVM.

QVINQVEGENTIANI, Africæ gens; Eutropio, Iornandi, & Oroſio. vbi membraneus codex legebat QVINGENTIANI. Gentianos legit Pomp. Lætus. dicitque milites quinquagenarios ſic vocatos. πεντηκοντιανοί, ſunt Zonaræ. An ijdem ſint cum Pentapolytis Libyæ, ſe ignorare, ſcribit ad me Sylburgius.

QVINTA κουιντῆ, Pontica vrbs, Nicetæ.

QVINTANÆ vel QVINTIANÆ, ſunt in lib. Notit. & Itinerario Antonini. Opidum quondam ad Danubium fuiſſe, ait Auentinus, quod in pagum euanuit. & Kijntzen vocatur. QVINTANORVM Coloniam Auguſtam, habet Neruæ Imp. nummus. Eius meminit vetus lapis quoque, Onuphrio teſte. QVINTANICAM fluuium in huius regione deſcribit Eugippius in vita D. Seuerini: Wilſz hic ab accolis hodie. Italiæ locus in Latio QVINTANÆ quoque nominatur ab Antonino, XV. M. paſſ. ab Vrbe. QVIETIS autem mauult hoc loco legere Hier. Surita, ex Liuij 4.

QVINTI κουίντοι, Mediæ gens videtur apud Strabonem. Caſaubonus mauult VITII οὐίτιοι, legere. & putat eoſdem ab Herodoto VTIOS οὔτιοι appellari.

QVINTIA Prata, trans Tiberim, vbi naualia ſunt: Liuio 3. in Papinia fuiſſe, ex Val. Max. 3 cap. 4. intelligi poteſt. Ex Papiniẽſi enim ſolo Cincinnatum ab aratro accerſitum ad conſulatum innuit. Feſtus eorum etiam meminit. QVINTIA Via, Vrbis Romæ. Halicarnaſſæo 1. & lib. Notitiar.

QVINTIÆ, vide AQVÆ.

QVINTIANÆ Balneæ, ſunt apud Claudianum, in Epigrammatibus. QVINTIANAM Poſitionem vel portum Tuſciæ, habet Antoninus, in ſuo Portuum Itinerario: verſus Liguriam, vt videtur.

QVINTIANVM, in Italia locus, cuius Epiſcopum Zoticum nominat Optatus Afer. An Quintiana hodie, in Brixiæ territorio?

QVINTODEMVM, vide CENTODEMVM.

QVINTVS, Italiæ locus, circa Salernum fluuium. vbi Vitiges Theodatum occidit. Marcellinus Comes. Obiter hic dicam, hunc Vitigem, in nummis antiquis Iuſtiniani Imp. VVITICIS nominari.

QVIRENSIS Epiſcopus, Diogenes, interfuit concilio Chalcedonenſi, ſub Martiano Imp. QVIRIENSIS legit alius codex.

QVIRINÆ Tribus meminit Epitome Liuij 19.

QVIRINALIS Mons, Vrbis Romæ. AGONVS dicitur, Feſto Pompeio. QVIRINVS eſt Vibio. Monte Caballo hodie: à marmoreis caballis, ibidem exſtantibus.

QVIRINALIS Porta, vide COLLINA.

QVIRINI Fundum, habet Platina in agro Oſtienſi.

QVIRINVS, vide QVIRINALIS.

QVIRITES κυρῖται, erant vicini Acquis, vt refert Strabo 5. A Cures gentile puto. vide ROMANI.

QVIRITI, vide POSSESSIO.

QVIRITIVM Foſſa, per plana deducta, primus carcerem ſtruxit. Sic Meſſalla, de Aug. progenie, & Feſtus, qui addit



addit eas ſic vocari, quibus Ancus Marcius circumdedit vrbem, quam ſecundum oſtium Tiberis poſuit. Aliter de his Auctor de Viris Illuſtrib. vti hanc nominat, qui eum edidit & Scholijs doctiſſ. illuſtrauit And. Schottus, vbi hæc leguntur de Tarquinio ſuperbo: Locos in Circo, & cloacam maximam fecit; vbi totius populi viribus vſus eſt: inde illæ foſſæ, Quiritium ſunt dictæ.

QVIZA XENITANA Plinio, CENITANIA in alijs codicibus, per B. BVIZA βυῖζα, autem Ptolemæo, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs maritima. Apud eundem Coloniam vocari, ſcribit Onuphrius. fides ſit penes illum. QVIZA ſimpliciter eſt apud Antoninum. Orano hodie eſt, Villanouano in ſuo Ptolemæo; & Oliuario in ſuo Pomponio, teſtibus. Variis verò nominibus à recentioribus vocari, ſcribit Gomecius 4. vitæ Franciſci Ximenij. nam alios Madauram, alios Aeram, Auranum etiam nonnullos appellare, inde noſtros Oranum ſcribere docet. Afri hodie illud Guharam vocant: vt idem addit. QVIZA κυῖζα etiam Carmaniæ portus, Arriano, & Ptolemæo.

RABANNÆ, vide NABANNÆ.

RABATH, vrbs filiorum Ammon, vbi lectus ferreus Og regis. Deut. 3. & Ioſepho 4. Antiq. PETRA Metropolis nunc vocari, ſcribit Brochardus monachus. Vide ARAMATHA.

RABBA, locus contra Aroër. Ioſue 13. Vide PHILADELPHIA, & ARAMATHA.

RABENNA, vide RAVENNA.

RABOTH, locus Palæſtinæ. Ioſue 19.

RACASTA, vide ALEXANDRIA.

RACATÆ, vide RHACATÆ.

RACHAL, locus. 1. Samuel. 30.

RACHVSII ῥαχούσιοι, gentes Indicæ, Arriano in Periplo maris Rubri.

RADACOPHANVM, Tuſciæ opidum; in Edicto Deſiderij regis Longob. Nomen hactenus exſtare, ſcribit Annius. Vide TINNI.

RADINA ῥαδινὴ, Elidis vrbs, in Peloponneſo. Strabo. Sed Caſaubonus putat non vrbis, ſed mulieris eſſe nomen. Vide eundem ad hunc locum.

RAEMSES, vide RAMESSES, & AVARIS.

RÆTI, vide RHÆTI.

RÆTIARIA ῥαιτιαρία, Myſiæ Superioris opidum, Ptolemæo. RATIARIA LEGIO XIIII. GG. eſt apud Antoninum. RETIARIA in Codice, lib. 6. RATIARESIS pro RATIARENSIS, in Myſia Superiori, meminit lapis antiquus inſcriptus. Reſſana à Lazio, Nicopoli à Nigro vocatur, non ſine errore, vt puto. de quo vide NICOPOLIS.

RAGA, vide RAGEIA, & RATAS.

RAGABA ῥαγαβᾶ, opidum, vltra Iordanem ſitum, in Geraſenorum finibus, Ioſepho 13. Antiq. cap. 23. Moabitidis terræ facit Ioſippus.

RAGADES ῥαγάδας, quæ in Media ſunt, ait Strabo nomẽ habere quod terra rupta fuerit terræmotu. apud Caſpias portas.

RAGAV ῥαγαυ, campus circa Euphratẽ & Tigrim. Iudith. 1.

RAGE, vrbs ad Peneum amnem, decem ferme miliaribus à Lariſſa abeſt. Liuius 32.

RAGEIA ῥαγεῖα, Straboni Mediæ opidum, à Nicanore conditum, quod ipſe EVROPVM εὐρωπὸς, nominauit; & Parthi ARSACIAM ἀρσακία, appellant. Stephanus, & Arrianus in Alexandro illud RAGA vocat. RAGES ῥάγοις, eſt Tobiæ. (Bidui itinere ab Ecbatana, vt habet interpres Caſtalio.) Europum habet Ptolemæus in Rhagiana regione. Idem Arſaciam, ſed hinc longè diſtantem. vtrumque tamen in Media.

RAGES, vide RAGEIA, ARA, BAMBYCA, & EDESSA.

RAGIANA ῥαγιανὴ, Mediæ regio. Ptolemæus.

RAGVNDONA, Pannoniæ vrbs, apud Antoninum. Robiſch cœnobium nunc, teſte Lazio.

RAHABOTH, vide NINIVE.

RAMA, locus Paleſtinæ. Ioſue 18. & apud eundem 19. vbi D. Hieronymus legit HORMA. & Chaldæus RAMATHA. Varias appellationes hunc locum habere apud recentiores, auctor mihi eſt in Pandectis Turcicis, Leunclauius, vt ſunt Ramma, Remle & Rammola, omnes terram arenoſam ſignificantes. Iuſtinus de Veritate Chriſtiana, per Ramam, Arabiam intelligit. additq; vſq; hodie locum in Arabia eſſe, RAMA nomine. And. Maſius ad Ioſue caput 19. ſcribit Ramam eandem eſſe cum ea quæ poſterioribus SAREPTA dicta fuerit. Sed RAMA alia eſt in monte Silo, ſpacio ſtadiorum 40. ab Hieroſolyma: teſte Ioſepho. Vide ASTVRICA.



RAMASTRABALE, Galliæ Narbonenſis opidum. Sex. Auieno. Corruptum puto, pro MASTRAMELLA. Vide ASTROMELA.

RAMATHLECHI, locus in Palæſtina. Iudicum 15. vbi Samſon maxilla aſini interfecit hoſtes ſuos. Σιαγων. i. maxilla, eſt Ioſepho.

RAMATHAIM SOPHIM, locus circa montem Ephraim 1. Samuel. 1. ἀρμαθαὶμ 70. interpretibus. ἀρμαθὶμ eſt apud Suidam.

RAME, & alia lectione ROAME, Antonino Italiæ opidum, in Alpibus. Porta roſans, Simlero.

RAMESSES, vel RAGMESSES, vt apud Beniaminum Tudelenſem legitur. quam Ghiskaal le Ghein al Zzemezz appellat: Dirutæ vrbis ruinas ibi conſpici idem ſcribit. In Ægypto ciuitas fuit. Rameſſem BVSIRIS apud profanos ſcriptores dici, indicat Becanus. Sed vide HEROPOLIS.

RAMISI, Arabes ſunt Plinio, circa Syriam vſpiam.

RAMOTH ῥαμώθ, Fugitiuorum ciuitas, in Galaad. Deuteron. 4. ARIMANON ἀρίμανον, eſt apud Ioſephum. Galadenorum regionis Ramoth eſt quoque mentio Ioſue 19. 20. 21. Hæc ῥαμαθα eſt Ioſepho 8. Antiq.

RAMVLA vrbs, iuxta Liddam, quæ eſt DIOSPOLIS. G. Tyrius. SAVRONAM habet idem. eodem tractu.

RANCVLAT, circa Syriã & Euphratem vrbs. Guil. Tyrio.

RANDEIA ῥανδεια, vrbs ad Arſanium fluuium, in Armenia. Dionis fragmentum.

RANI, Sarmatiæ Aſiaticæ populi, apud Plinium.

RANIENSIS Epiſcopus, Elianus; interfuit concilio Conſtantinopolitano, ſub Theodoſio maiori habito.

RAPA, vide RHAPHIA.

RAPHAIM locus Geneſ. 14. Ioſue 17. & 2. Reg. 5. Vallis Gigantum eſt 70. Interpretibus, & Ioſepho. TITANVM habebat exemplar Complutenſe 2. Reg. 24. Haud procul ab Hieroſolyma.

RAPHANE, vide APAMIA.

RAPHIA, vide RHAPHIA.

RAPHIDIM ῥαφιδεὶν, Iſraëlitarũ mãſio. Exo. 13. Nu. 33.

RAPHON ῥαφὼν, Galaaditidis regionis opidum. 1. Machab. 5. EMPHRON ἔμφρων, Ioſepho 12. Antiq.

RAPIDVM, & RAPIDA CASTRA, Antonino Mauritaniæ Cæſarienſis locus eſt.

RAPIONVM, Italiæ portus, circa Grauiſcas. Antoninus.

RAPSA ῥαψα, Mediæ vrbs, apud Ptolemæũ, Africæ Interioris opidum eſt Plinio. quod à Corn. Balbo expugnatũ tradit.

RAPSACIVM, Caſtellum Armeniæ videtur, apud Cedrenum & Curopalatem.

RAPTRA, vide RAPTVM.

RAPTVM Promontoriũ, ῥάπτον, Ptolemæo Aethiopiæ ſub Aegypto. Stephanus RAPTRA ῥάπτρα, & metropolim Barbariæ vocat. Magale interpretatur à Gerardo Mercatore, in ſua Vniuerſali Tabula. Circa Quiloe regnũ putant Sanutus, & Maffeius. Eſt ibidem quoque Raptum fluuius, Ptolemæo, & Stephano; qui Barroſo Obij vocatur, ſed circa eius oſtium Quilmanci. Marmolius quoque Obij habet, ſed dicit ab accolis Buyl Mancy appellari.

RARAPIA, vel RARAPTA, Hiſpaniæ vrbs, Antonino. circa Eboram Luſitaniæ.

RARASSA, Indiæ intra Gangem vrbs, apud Ptolemæum. hanc Caſtaldus ait Racang appellari. Hoc loco in Græcis codicibus legitur ORAGAVSA κραγαύσα.

RARIAM, vide RHARIVM.

RARVNGÆ, Indiæ populi, apud Plinium.

RASCIA,

RASCIA, *vide* DARDANIA.

RASELASIR, *vide* RASILINE.

RASENA, & RASENVA, *vide* TVSCIA.

RASILINE, *quod interpretatur caput aquæ, locus inter Aegyptum & Syriam. vt videtur apud Guil. Tyrium 22.* RASELME *ſcribendum ortu Arabico putat Franc. Iunius.* RASELRASIR *habet idem Tyrius, hoc tractu.*

RASINA *fluuij nomen, Martiali 3. ad pigros nauigantes. vt legit Meliſſus, vbi hactenus* RESINA *malè ſcriptum.*

RASIS, *Oſrhoenæ vrbs, lib.* Notit.

RASMI, *mons Aſiæ vnde Gion. (Indum intelligere puto) in libro Proprietatum Elementorum, qui falsò Ariſtoteli tribuitur.*

RASNVNI, *vicus* Perſiæ: *in regione Razech vnde oriundus S. Anaſtaſius. vt habet Simeon Metaphraſtes.*

RASTIA ῥασία, *Ptolemæo Galatiæ vrbs.*

RATANEVM, *vide* RHÆTINVM.

RATAS *Antonino*, RAGA ῥάγη, *Ptolemæo, eſt, Coritanorum vrbs in Britannia, Ciuitas aliqua vetuſta fuit circa* Rutlandt, *aut circa* Ratford, *vt refert Talbotus.* Ratby *interpretatur à Camdeno.*

RATEAS ῥατέας, *in Arcadia locus, vbi confluunt Alpheus, & Gortynius. Pauſanias.*

RATIARIA, *vide* RÆTIARIA.

RATIARNA, *Mœſiæ opidum videtur, in Hiſt. Miſcella. lib. 17. Pro* RATIARIA *credendũ. vide* RÆTIARIA.

RATIASTVM ῥατίαςον, *Ptolemæo Limouicorum vrbs, in Gallia Aquitanica.* Limoges *Villanouano.* Raiz *putat Bertrandus. Hæc* LEMOVICVM *Cæſari eſt. & fortè* LOMOVNVM *Antonini.*

RATISBONA, *vide* AVGVSTA *Tiberij.*

RATOMAGVM, *Antonino Galliæ vrbs.* Romorantin *fortè, in Biturigibus. alia à Rhatomago Ptolemai.*

RATVMENA, *porta quædam vrbis Romæ, apud Feſtum, & Plinium.*

RAVCIORVM ῥαυκιων, *meminit in ſuo Theſauro Goltzius. ex nummo. An à Rhaucus? eius gentile enim ſic ſonat apud Stephanum.*

RAVCVS, *vide* DIANÆ *Templum.*

RAVDA ῥαῦδα, *Vaccæorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo.* RAVDA *municipium, ex nummo, habet Goltzius.* RAVDACLVNIA *habet Antoninus; ſed diuiſim fortè legendum, vt annotauit Simlerus, & adfirmat Surita.* RAVDA *eſt quoque vici nomen, circa Perſiam: Polyano 7. in Seile.*

RAVDI *Campi, apud Velleium Paterculum, lib. 2. ſunt.* CAVDIVM *Campum vocat Florus; eumq́ in Venetia ponit, ibidemque Teutones à C. Mario trucidatos ſcribit.* CLAVDIVS *reſtituit Vinetus.* Caudia *hodie, non longè à Pado, in Lacmellini opidi tractu; vt Caſtilionius refert. ſed hoc apud Inſubres, non Venetos eſt. Apud Sidonium in Panegyrico Maiorano corruptè* CAVI *vocantur hoc verſu, Perq́ Caui quodam dictos de nomine campos.*
„ CANINOS *Campos mauult legere Sigonius Lib. 18. Hiſt. Imperij Occidentalis.*

RAVENDES, *opidum iuxta Euphratem & Syriam, Guil. Tyrio.*

RAVENNA, *vrbs Italiæ, in Boiis, Plinio auctore.* RABENNÆ ῥάβεννα, *Ptolemæo. Stephanus* ῥάβεννα *legit. idem dicit eam ab Hermippo quoque* RVENNAM ῥύεννα, *appellari. Apud Strabonem colonia Romana eſt. Zoſimus eam* RHENE *vocatam ſcribit, quòd aquæ eam ab omni parte circumfluant. Aliquibus* NAVENNAM *dici, à nauibus, ſcribit H. Rubeus, in ſua Rauennatium hiſtoria. Halucinatur Iornandes in Gothica hiſtoria, qui eam trinominem facit. Rauennam enim, Claſſem, & Cæſaream (de quibus ſuis locis) vocari tradit, ex tribus vicinis vnicam faciens. hæc enim potius eius ſuburbia fuere. Rauennam Piceni caput aliquando fuiſſe, teſtatur vetus inſcriptio, quæ eſt in Smetij volumine, fol. 143. Lege de Rauenna Sidonium 1. ad Candidianum.*

RAVENNATIVM *vrbs, vide* LEONINA.

RAVGNARICII, *vide* BERGIO.

RAVI, *Arabiæ Felicis populi, Plinio.*

RAVMARICÆ, *vide* BERGIO.

RAVRACI, & RAVRACVM, *vide* AVGVSTA *Rauricorum.*

RAVRANVM, *Galliæ Aquitanicæ vrbs, Antonino. circa Cadurcos.* RARAVNVM *legit Scaliger apud Auſonium.* RARAVNA *quoque eſt in Scheda III. Peutingeriana, quæ nondum edita. quo loco in II. tabula* RARAVM *legebatur.*

RAVRIACA, *vide* AVGVSTA *Rauric.*

RAVRICI ῥαυρικοι, *Ptolemæo & Plinio, populi circa Rhenum ſunt.* RAVRACI *per* A, *in media, apud Cæſarem legitur.* Baſler *ſunt Scudo, id eſt, Baſilienſis territorij incolæ.* Vrickia *Iuraſſi montis vallis, nomen ſeruare, abiectis duabus litteris, ſcribit Vrſtiſius. Vide* AVGVSTA *Rauricorum.*

RAVRACI *Montes, vide* ABNOBI.

RAVSIDO, *vide* ALISIVM.

RAX ῥάξ, *Lyciæ inſula: Stephano.*

RAYTHV, *locus Ægypti, circa mare Rubrum. huius non ſemel meminit Ioan. Moſcus, in Prato ſuo ſpirituali.*

REALES, *ciuitatis nomen. teſtis D. Auguſtinus in Grammatica.*

REATÆ ῥεάτη, *Vmbriæ in Sabinis opidum, Silio & Straboni. Aboriginum facit Halicarnaſſeus.* REATINOS *appellat Plinius.* Riete *hodie vocari ſcribit Leander. Conſule Aldum in Quæſtionibus per Epiſtolam.* REATINA *Palus, vide* VELINI *Lacus.* REATINVS *Ager, Plinio.* Campo pendẽte *dicitur ab And. Baccio.* REATINA *villa, ad lacum Velini. Varroni 1. de R.R. cap. 1.*

REATIVM ῥεάτιον, *Italiæ ciuitas Stephano:* Meſſurga *indigitatur à Gab. Barrio, & in Calabria deſcribitur.*

REBLATA, *in terra Emath, Hieremiæ 39. & 4. Reg. 23.* SAMATHAM *Syriæ hoc loco habet Ioſephus 10. Antiq. 6. Vide* ANTIOCHIA.

RECÆNNESICORVM ῥεκαιννησικων, *populorum meminit nummus antiquus.*

RECAM, *vide* CADES.

RECCOPOLIS, *Celtiberiæ magna ciuitas: à Lewigildo exſtructa, in memoriam eius filij Reccaredi, vt refert (ex Iſidori hiſtoria Gothorum) Moralis. qui affirmat fuiſſe inter flumina Tagum & Guadielam, circa Almonacide Eurita. Lege de hoc loco Io. Marianam 5. cap. 11.*

RECEM, *Paleſtinæ locus: Ioſue 13. & 18. & Num. 31. Ioſephus hanc Madianitarum vrbem facit, &* PETRAM *à Græcis dici addit. Antiq. 4. cap. 7. De hoc loco adi Maſium ad 10. cap. Ioſue. Vide* PETRA.

RECENTORICVS *Ager Sicilienſis: Ciceroni cõtra Rullũ.*

RECHIVS ῥῆχιος, *fluuius, circa Theſſalonicam. Procopius 4. Aedificiorum.*

RECIDVA, *vide* LITERATA.

RECTVS, *vide* EVTHIA.

REDICVLI *Campi, ad ſecundum ab Vrbe lapidem, in Via Appia. Plinius 10. cap. 43. Ibidem* REDICVLI *Fanum, extra portam Capenam. Feſtus.*

REDINTVINVM ῥεδιντούϊνον, *Germaniæ vrbs, Ptolemæo. quam Lazius* Tein, *Bohemiæ dicit.*

REFALENSIS *Plebs, in Africa. Coll. Carthag.*

REFVGIVM CHALIS, & APOLLINIS, *loca Siciliæ, apud Antoninum.*

REGÆ, *Italiæ portus, circa Tuſciam, Antonino. An Regisuilla Strabonis?*

REGENSES, *inter Galliæ Narbonenſis populos, numerat Sidonius 6. ad Papam Patientem.* Riez *hodie, Cœnali. Eorum meminit quoque lib. Prouinciarum. cuius altera lectio eſt,* RETENTIVM *(corruptè) id eſt* REIAS. *Apud Diaconum 3. & Turonenſem 4. leguntur hæc: Territorium Regenſe, id eſt apud Stablonem villam. Stalbo pro Stablo, legit alius codex. vide* RHEGIVM. „ „

REGETAM *opidum trigeſimo quinto ab Vrbe lapide diſtantem, habet Blondus lib. 4. Decadis 1. quod nunc* Ruglate *vocari ait.*

REGIA, *vide* RHEGIAS, & RHIGIA.





REGIANA, *Hiſpaniæ vrbs, Antonino. XXIIII. M. paſ. ab Emerita.* Reyna *fortè hodie. Vide* REGINA.

REGIANENSEM *Epiſcopum, in Numidia, habet Vict. Vticenſ. Idem* REGIENSES *in Mauritania Cæſarienſi.*

REGIATES, *Octauæ regionis, in Italia gens, Plinio 3. cap. 15. In ora legebatur* VEGIATES, *melius. nam ſic ſcribendum monet litterarum ordo, ab ipſo hoc loco, (vt alibi ſæpius) obſeruatus. Et ne quis gentile à regio Lepidi putet: idem eodem loco hos Regienſes vocat.*

REGILLÆ, *Sabinorum opidum; Suetonio in Tiberio,* ῥήγιλλος *Stephano eſt.* REGILLVM *legit Gelenius, apud Halicarnaſſeum 5. pro quo Rob. Stephanus* Ῥήγιτον, *habet. Sed Regillum eſt apud Liuiũ 2. Diſtat ab Vrbe, teſte eodem Halicarnaſſeo* CLX. *ſtadijs, prope Tiberim.*

REGILLVS *Lacus, Plinio in Latio eſt, in agro Tuſculano, vt ſcribit Liuius lib. 2. & Florus 1. ad Algidi nemoris ingreſſum. Hodie* Lago de S. Praſſode *dici, tradit Iouius, & Leander.* S. Seuera *Nardus.*

REGINA ῥήγινα, *Turdetanorum vrbs, in Bætica, Ptolemæo, & Plinio. Gaditani conuentus. Reginenſes vocantur in veteribus lapidibus.* Reyna *etiamnum vocari ſcribit Moralis.* REGIANA *Antonini fortè. Mœſiæ Primæ vrbs eſt* REGINA, *in lib. Notitiar.*

REGINEA, *locus haud procul à mari, in Gallia Lugdunenſi. Tabula Peutingeriana.*

REGINENSIS *agri, in Piceno; meminit Balbus, de reb. agrariis. lib. M.S. apud F. Nanſium.* RICINENSES *emendo. à Heluia Ricina. vide* ASCHANAXI.

REGIS MONS, *in Confinibus Pannoniæ & Italiæ. vbi Biſontes nutriri ſcribit Diaconus 2. Longobardic. cap. 7. Hunc Lazius 12. R. P. R. conſtituit in itinere Pœtouione Carniolam euntibus. additq́* Vogel *hodie vocari. ibidemq́ ſupereſſe caſtrum* Kunigl-berg, *id eſt, Regis mons, vocatum.*

REGISVILLA ῥηγισούιλλα, *in Tuſcia locus, Straboni 5. vbi & tranſpoſitis elementis* RIGESVILLA *legitur. Inter Coſſam & Oſtiam eſt. Maleotti Pelaſgi olim regiam fuiſſe narrant. Vide* REGÆ.

REGIVM, *Antonino Rhætiæ vrbs.* Koking *hodie Lazio. Vide* RHEGIVM, & AVGVSTA *Tiberij.*

REGIVM APATOS, REGIVM GADARON, REGIVM HIERICHO, REGIVM LIVAS, *Epiſcopales loci, ſub ſede Cæſareæ Stratonis. Guil. Tyrius.*

REGIVM *flumen, vide* BASILIVM.

REGNI ῥῆγνοι, *Angliæ populi, quorũ meminit Ptolemæus. Hi olim habitabant vbi nunc* Sudorhey, *vt Lelandus teſtatur,* Surey *alij pronuntiant.* Surey & Suthſex *his attribuit Camdenus.* REGNVM, *quoque loci nomen in Anglia, Antonino, quod* Regnwood *Camdeno eſt.*

REGVLBIVM, *Britanniæ vrbs, in littore Saxonico. lib. Notit.* Reculuer *in Cantio eſt, vt docet in ſua Britannia Guil Camdenus. Ad Tameſis oſtium.*

REGVLIACA *Villa, ad Axonam fluuiũ. In S. Vedaſti vita.*

REGVSIO, *in Italia Ciſpadana eſt, apud Antoninum.* SEGVSIO *autem legendum ſuſpicor.*

REGVSTORON, *opidum Galliæ Narbonenſis videtur apud Antoninum,* SECVSTERON *alio in loco legit, & ſincerius fortè.*

REHIMENA, *Perſidis tractus apud Ammianum videtur.* RHESINA *legit Accurſius. quod vide ſuo loco.*

REMAN, *caſtellum Romanorum: in Meſopotamia, vt apud Ammianum videtur. Meminit huius Hezechiel 27. vbi 70. interp.* ῥαγμα *legunt.*

REMATA, *locus in Sicilia, Cedreno.*

„ REMENS, *locus de quo Liuius 42. In Veienti, apud Re-*
„ *mentem lapidatum. è cælo nempè.*

REMI *Ciues. Horum memoria exſtat in lapide antiquo. vt habet Smetius. Locus hodie* Rindenen *nomen ſeruare videtur, qui eſt in ſuburbana via Cliuenſi qua Rhenus fluere ſolebat. Vide* RHEMI.

REMISIANA, *Antonino Mœſiæ Superioris opidum.*

REMMON, *Palæſtinæ locus, Ioſue 19. Vide* AHEM-REMMON.

REMMON AMPHAR, *Ioſue 19. locus in Palæſtina.*

REMMON PETRA, *Palæſtinæ locus: Ioſue 19.*

REMONIVM ῥεμώνιον, *locus munitus, in Auentino monte; qui à Rhemo Vrbi deſtinabatur. Nunc* RIGNARIVM ῥιγναρίον, *dicitur, inquit Plutarchus in Romuli vita.* ROMORIA ῥωμορία, *apud Halicarnaſſeum eſt: vigeſimo ab Vrbe ſtadio, ad Tiberim.* ῥεμυεια, *iuxta Romam eſt Stephano. ſic quoque in Originis Romanæ libro, quem And. Schottus in lucem dedit. ait quinque millibus à Palatio diſtare.* REMORIA *Feſto, & Remurinus ager, eidem.* REMVRIVM *habet Cicero Philip. 6. etſi quidam* SEMVRIVM *ibi legant.*

REMONPHARES ῥεμωνφάρης, *vna caſtrametationum Iſraëlitarum. Num. 33.*

RENA, *Phœniciæ vrbs. lib. Notit. Idem ni fallor, cum* RENNA, *qui Palæſtinæ locus; 70. interp.* EDENNA *legit D. Hieronymus. Ioſue 15.*

RENNA, *vide* RENA.

RENTA, *vide* AVGVSTA.

RENTANI, *Slauorum gens, Cedreno & Curopalati. Iidem cum* RHENTANI.

RENTICA, *huius vrbis mentio eſt in vita S. Bertulphi.* Renti *nominatur etiamnum. In Arteſia.*

RHENVS, *vide* RENVS.

REPENTINA *Villa, vide* VAX.

REPERITANVM, *in Mauritania Cæſarienſi epiſcopale opidum. Vict. Vticenſ.*

RESAIA, *Oſrhoenæ opidum. lib. Notit. An* RESAINA *Ammiani? de quo vide* DASEM, & GORDIANI *Sepulcrum.*

RESEM, *vide* DASEM, & NINIVE.

RESEN, *vide* DASEM.

RESEPH *locus. 4. Reg. 19.*

RESISTON, *Thraciæ vrbs, ex aduerſo coloniæ Parianæ. Plinius auctor. Antonino eſt inter Apros & Heracleam. Eadem fortè cum Rhæ deſtum Ptolemæi.*

RESOCIACVM, *Galatiæ vrbs, Antonino. Simlerus legit* ROSLATIACVM. *Vide* ORSOLOGIACVM.

RESPA, *Italiæ locus; inter Barium & Aufidenam. Antoninus.*

RESPECTENSIS *Epiſcopũ in Numidia, habet Vict. Vtic. M.S.*

RESSA ῥεσσά, *Iſraëlitarum manſio. Num. 33.*

RESSANENSIS *Epiſcopus, in Numidia. Vict. Vticenſis.* RESSIANENSIS *in Coll. Carthag.*

RESSIVS, *vide* RHESIVM.

RETENSES, *vide* REGENSES.

RETHMA ῥαθαμα, *70. interp. vna manſionum Iſraëlitarum. Num. 33.*

RETIARIA, *vide* RÆTIARIA.

REIINA, *Campaniæ locus maritimus videtur, apud Plin. Epiſtolar. 6. ad Tacitum ſuum. Sub Miſeno viculum eſſe, & vulgo adhuc* Retina, *ſiue* Reſina *dici, conijcit Hermolaus in Plinium. Hinc tribus ferme M. P. diſtare addit Calaſtro locum, ad mare quoque.*

RETOVINA *Lina, laudat Plinius 19. cap. 1. à loco nĩ fallor. Circa Padum Ticinumq́ videtur.*

RETRIA, *loci nomen: in Codice lib. 7.*

RETRICIBVS *ſignificat Cato aquam eo nomine, quæ eſt* „
*ſupra viam Ardeatinam, inter lapidem ſecundum & ter-* „
*tium, qua irrigantur horti, infra viam Ardeatinam, &* „
*Aſinariam, vſque ad Latinam. Sic Feſtus Pompeius.* „

RETROGRADVS. *vide* MÆANDER.

REVCALANI, *vide* RHACALANI.

REVDIGNI, & AVIONES, *Germaniæ populi, apud Tacitum. Hos ex Rhenano ſcribit Althamerus* Hollatios, *vel* Pomeranos *eſſe. Reudignos Taciti, eoſdem facit cum* RVTICLIIS ῥουτίκλειοι *Ptolemæi: eoſq́* Caſſubienſes *putat. Taciti* REVDIGNOS *ponit Lazius in* Reytlingen, *Rhætiæ vrbem.*

REVMARI, & REVNIA, *vide* BILIGA.

RHA ῥᾶ, *Ptolemæo Sarmatiæ Aſiaticæ maximus fluuius, in Mare Caſpium ſe exonerans.* Volgha *Rhutenicè,* Edel *Tartaricè vocatur.* Elatach *ab Iſmaële Abylfeda nominatur. Armeni eũ* Thamar *appellant, vt ſcribit Antonius*

Curchinus, in manuſcripto exemplari, quod Haytonis Armeni dicitur. ATEL vocat eum Diaconus. Videtur THERIODES ab Aethico nuncupari. Hic ſe bis decies & quinque per oſtia Ponto Inſerit Hyrcano, fluuiſq; ingētibus armat. vt canit Eraſ. Michaëlius 3. De re Nautica.

RHAABENI ῥααβηνοὶ, Arabiæ Deſertæ gens. Ptolemæus.

RHABA ῥαβα, vrbs ad Ionium ſinum, Stephano.

RHABANA, Sinarum vrbs, Ptolemæo. in Græco codice non habetur. Vide RHVADA.

RHABANITÆ, vide RHAMANITÆ.

RHABANNÆ, vide NABANNÆ.

RHABATAMASSANA ῥαβαταμάσανα, Arabiæ vrbs; apud Polybium 5. ab Antiocho rege expugnata. Sed RHABATAMANA emendat Fuluius.

RHABATHMONA, vide AREOPOLIS.

RHABBATAMMANA ῥαββαταμμανα, Arabiæ Montanæ opidum. Stephano. Vide RHABATAMASSANA.

RHABBOTHE, vide PHOENICE.

RHABDICENA, vide ZABDICENA.

RHABDIOS ῥάβδιος, regio eſt, quæ ex vrbe Daras verſus Perſarum loca, ad iter duorum dierum protēditur. Hæc adeò rupibus præceps eſt atque ſilueſtris, vt nec plauſtris, ne equis peruia ſit. Procop. 1. Aedif. Vide BABDICENI.

RHABII ῥαβιοι, Libyæ interioris gens, Ptolemæo.

RHABON ῥαβων, Daciæ fluuius, Ptolemæo.

RHACALANI ῥακαλάνοι, Sarmatiæ Europæa populus, Ptolemæo. REVCALANI eſt in Latinis codicibus.

RHACATÆ ῥακάται, in Germania populi. Ptolemæus.

RHACCATH, vide RHECHATH.

RHACELVS ῥάκηλος, Macedoniæ vrbs. Stephanus: RHÆCELVM ραίκηλον, habent Lycophron & Iſacius. Prope Ciſſium montem, vbi quoque Almonia.

RHACHIA ῥαχία, Pyrenæi montis promontorium, ad mare Mediterraneum. Polybius 3.

RHACHLENA, ciuitas prouinciæ Tyriorum: in ſynodo V. Conſtantinopolitana.

RHACHVSI ῥαχέσοι, Indiæ intra Gangem gentes: circa Barygazam. Arrianus in Periplo.

RHACOLA, vide GERANIA.

RHACOTES, vide ALEXANDRIA, & ARAPOTES.

RHACVS, vide RHAVCVS.

RHADANVSIA, vide LVGDVNVM.

RHADATA, Aethiopiæ ſub Ægypto opidum, in quo felis aurea pro deo colitur. Plinius.

RHADI, vide IADI.

RHADICENA, vide ZABDICENA.

RHÆBA ῥαίβα, Ptolemæo vrbs in Hibernia inſula. Rheban etiamnum vocari, credit Camdenus. Sed BÆMA, legunt interpretes. M.S. codex habebat ῥέβα.

RHÆCELVM, vide RHACELVS.

RHÆCI ῥαίκοι, & ARGYRVSCI, ἀργυρυσκοὶ, Latij populi quondam, vt refert Strabo 5.

RHÆDA ῥαιδα, Arabiæ Felicis vrbs, apud Ptolemæum.

RHÆDESTVM, vide BIZANTHE.

RHÆDESTOPANIVM, vrbs aut locus, apud Curopalatem.

RHÆEPTA ῥαιεπτὰ, Arabiæ caſtellum. Ioſephus 16. Antiq. 14.

RHÆPLVTÆ ῥαιπλυται, Arachoſiæ gens, Ptolemæo. POPLVTÆ interpretib.

RHÆSAPHA, vide RHESAPHA.

RHÆSENA ῥαισένα, Meſopotamiæ vrbs, eſt Ptolemæo. RHESENA legunt interpretes. Vide GORDIANI ſepulchrum.

RHÆTENI ῥαίθηνοι, Arabiæ Petreæ gens, Ptolemæo. per A in prima, interpretibus.

RHÆTI ῥαῖτοι, populi Ciſalpini & Tranſalpini, apud Strabonem & Plinium. Sine afflatu vbiq; in marmoribus, RÆTI. item ROETI, ſi Smetio, & Goltzio fides. Ptolemæus Rhætiam circumſcribit linea quæ eſt inter capita Rheni & Danubij, parte Danubij à capite ad Oeni oſtia, Aeno fluuio, & montibus ſupra Italiam extenſis. Hi limites Rhetiam Maiorem (vt mihi fide digniſſimus teſtis M. Velſerus) id eſt Rhetiam Propriam, quæ poſtea Rhætia Prima: & Vindelicorum, quæ Rhetia Secunda dicta, complectuntur. Inde eſt quod Tacitus & Arrianus Ænum inter Rhætos & Noricos fluere ſcripſerunt. Rhæti autem proprij ad Lycum, vti Ptolemæus prodidit; ſiue verius ad lacum Brigantinum, vt Strabo ſignificat, à Vindelicis diuidebantur, & hi ferè ſunt qui hodie Churwalen / & Grawpuntner Germanicè, Griſoni Rhæticè vocantur, Scudo auctore. Et cùm Graw & Grijs Germanis idem ſignificet quod Latinis, canus; fortè Amm. Marcellinus poſuit hoc loco CANINOS Campos. Sicq; pro Canini, Cani legendum eſſe, videtur. Grawpuntner enim nil aliud exprimit, quàm Cani confederati. In Rhætiis adhuc tractus eſt, qui hodie Rhieſſ nomen retinet. non parum ad Rhetiam adludens. An eo pertinet locus Panegyrici Maximiano dicti? Ingreſſus es nuper illam, quæ Rhetis eſt obiecta Germaniam, ſimilique virtute Romanum limitem Victoria protulit. Et alter in Genethliaco Maximiani. Tranſeo limitem Rhetiæ repentina hoſtium clade promotum. RHÆTIAM Ptolemæi hodie Schwaben, ſiue Sueuiam occupat. RHETIAM Primam, & Secundam habet Lib. Notitiar.

RHÆTICA Iuga, Tacito & Plinio; ſunt Leandro Monte Braulio: & Scudo Wurmſerloch: Montes ſunt Lombardiæ Tranſpadanæ. Rhætica vina, quibus maximè delectatum Auguſtum Cæſ. ſcribit Suetonius, ſunt (vt hoc loco extra oleas, vt dicitur, ferar) ea quæ hodie à Germanis Veltleyner / Paſſauner / Traminium, & Vernaciolum vocantur, vt ſcribit Althamerus in ſuis, ad Taciti Germaniam Commentariis. Vide RHETICO.

RHÆTINVM ῥαιτινον, Dalmatiæ opidum, Dioni 56. RATANEVM Plinio eſt.

RHAGA, vide RAGEIA.

RHAGÆA ῥάγαια, Ptolemæo Parthiæ vrbs.

RHAGAVRA ῥαγαυρα, Ariæ opidum, Ptolemæo. cuius interpretes RHAVGARA legunt.

RHAGE ῥάγη, Coritanorum vrbs, Ptolemæo, in Albione inſula. Vide RATAS.

RHAGES, ad Peneum amnem vrbs: decem fermè millia à Lariſſa abeſt. Liuius 32. Vide RAGEIA.

RHAGIA ῥαγεια, Ptolemæo Babyloniæ opidum.

RHAGIANA, Gedroſiæ opidum, apud Ptolemæum. ſed RHAPAVA ῥαπαύα, eſt in Græco codice.

RHAGMA, vide CARMANIA.

RHAIA ῥαία, vrbs inter Scythiam, & Hyrcaniam. Steph.

RHAMA, vide ARAMA.

RHAMANITÆ, Arabiæ Felicis populi mihi videntur, apud Strabonem. ῥαβανῖται, ſunt in Arabia Felici, Ptolemæo: ſed ARABANITÆ legunt eius interpretes.

RHAMATHA, vide RAMOTH.

RHAMBACIA ῥαμβακία, pagus circa Indi fluminis oſtia, in Gedroſia. Arrhianus 6. Alex.

RHAMBÆI ῥαμβαιοι, Arabes Nomades, ſunt circa Euphratem. Strabo.

RHAMIDAVA ῥαμίδαυα, Daciæ vrbs. Ptolemæus. Repicza nunc, Lazio, R.P.R. 12. Sectione 2. cap. 1.

RHAMITHA, vide LAODICEA.

RHAMNÆ ῥᾶμναι, Ptolemæo Gedroſiæ gēs. vide SIRAMNÆ.

RHAMNÆI, Arabiæ Felicis populi, apud Plinium.

RHAMNVS ῥαμνοῦς, Atticæ pagus, Aeantidis tribus. Strabo, Ptolemæus, Stephanus, Plinius, Maximus Tyrius, & Plutarchus in Phocione, & Demoſthene. Eſt Beotiæ vrbs: apud Solinum. Cretica item inſula, circa Hierapytnam, Plinio auctore. Cretæ opidum littorale: Ptolemæo. Mediterraneum, Plinio.

RHAMNVSIVS, Scodræ mons. Vibius.

RHANDÆ ῥάνδαι, Drangianæ gens: apud Ptolemæum. DARANDÆ interpretibus.

RHANDAMARCOTTA ῥανδαμαρκόττα, Ptolemæo, lib. 7. regionis; 8. autem vrbis eſt. in India extra Gangem.

RHAPAVA, vide RAGIANA.

RHAPHACA, vide DEPVCHA.

RHAPHAIM ῥαφαειμ, Gigantes, Palæſtinæ gens. Geneſ. 14. Ioſue 12.





RHAPHANEÆ ῥαφανέαι, Syriæ vrbs, Caſſiotidis regionis: Ptolemæo & Stephano.

RHAPHIA ῥαφία, habent Ptolemæus, Polybius, & Strabo, Phœniciæ vrbem. eandem eſſe cum RHAPHIDIM (de quo in Sacris) vult Becanus. RHAPHEA Plinius legit: RAPHIA Liuius: RAPA Antoninus. In maritimis circa Anthedonem eſt Ioſeph. 13. Antiq. 21.

RHAPPHA ῥάπφα, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptolemæus.

RHAPSES ῥαψεῖς, apud Ptolemæum ſunt Perſidis populi.

RHAPTÆ ῥάπται, metropolis Aethiopum, Stephano. & ibi RHAPTVS fluuius. Vide RAPTVM.

RHAPTVM, vide RAPTVM.

RHAPTVS, vide RHAPTÆ.

RHARENTVS ῥαρεντος, Italiæ vrbs: Stephano.

RHARIVM ῥαριον, campus in Eleuſine. Stephanus. RARIA ῥαρία, eſt Pauſaniæ, & Plutarcho in Præceptis Conuiualib. vbi arationem ſacram faciebant Athenienſes. Vnde Raria Ceres.

RHATACENSII ῥατακήνσιοι, Daciæ gens: Ptolemæo. In horum agro hodie adhuc locus Retek, auctore Lazio.

RHATENI vide RHÆTHENI.

RHATINI ῥατινοι, apud Ptolemæum eſt Arabiæ Felicis gēs.

RHATOMAGVS ῥατόμαγος, Neruiorum vrbs eſt Ptolemæo. in Gallia Belgica. Interpretes Latini eam Subanectis (aut, vt alius codex, Vbanactis) populis adſcribunt. quos Græcus codex ignorat. Rouen hodie hoc loco eſt. Non eſt Ratomagum Antonini. Vide AVGVSTOMAGVS, & LATOMAGVM.

RHATOSTATYBIVS ῥατοστατύβιος, Albionis inſulæ fluuius: Ptolemæo. Taue fortè hodie, vel Taf, vt habet Camdenus. Humf. Lhuydus putat hoc vocamen, ex duobus à librariis coaluiſſe. Rhatoſta itaque Yſtwythi, & Tybius Albertiui interpretatur.

RHATTA ῥαττα, Babyloniæ vrbs: apud Ptolemæum.

RHAVCVS ῥαυκος, Cretæ mediterranea vrbs: Stephano, & Aeliano. qui & RHACOS legit. Vide DIANÆ Templum.

RHAVDA, vide RAVDA.

RHAVDVS, Perſiæ vicus videtur apud Polyænum, libro 7.

RHAVENA ῥαυηνα, Armeniæ Minoris præfectura; Ptolemæo. ARAVENA legunt interpretes.

RHAVGARA, vide RHAGAVRA.

RHAVIVM ῥαυίον, flumen Hyberniæ. Ptolemæus. Camdenus inuerſis litteris pro Banium ſic ſcriptum putat. & hodie Banny nominari ait. fides ſit penes illum.

RHAVNATHI Vicus ῥαυνάθι, Arabiæ Felicis, ad ſinum Arabicum: Ptolemæo.

RHAVRARIS ῥαύραρις, Straboni, ARAVRIVS ἀραύριος, Ptolemæo, Galliæ Narbonenſis fluuius, qui Pomponio ARAVRARIS dicitur. Hodie à Paldo Aude; & à Cluſio & Belleforeſtio Erhaud vocatur.

RHAVZIVM ῥαυσιον, Dalmatiæ metropolis, apud Cedrenum & Curopalatem. Raguſium an ſit, ſubdubito; ex Zonara. Vide EPIDAVRVS.

RHAX, vide RAX.

RHAZVNDA ῥαζοῦνδα, Ptolemæo Mediæ opidum: Rhemen à Nigro nominatur.

RHE, locus circa Armeniam: Cedreno, & Curopalati.

RHEA ῥηα, Ptolemæo Margianæ vrbs.

RHEE ῥέης. Mons, circa Helleſpontum. Strabo. RHEÆ Sedes, colles ſic dictus, in Thebaide Bœotiæ. Poliænus 2. RHEÆ Sinus, circa Ionium mare videtur apud Aeſchylum, in Prometheo. vide IONIVM.

RHEBA, vide RHÆBA.

RHEBAS ῥῆβας, Bithyniæ fluuius, ex Myſio Olympo monte oriens, & circa Pſillidis oſtia in Mare Euxinum erumpens; Dionyſio, Plinio, Apollonio & Euſtathio auctoribus. RHEBANVS ῥηβανος, vocatur apud Orpheum. Plinius eum quoque RHOESVM dictum ſcribit. RHEBÆVS ῥηβαῖος, ab Apollonio idem appellatur. Apud Dionyſium RHEBANTIA quoq; regio circa huius oſtia deſcribitur. Hunc fluuium etiamnum hodie Ribas vocari P. Gyllius teſtis eſt. Hunc Rheban ſcribit Apollonij Scholiaſtes etiam SALMYDESSVS appellari, quòd cum hoc flumine confluat. Homeri RHESVS ῥῆσος, etſi eum à iunioribus cum dicto videam confundi, alius eſt: hunc enim Ida mons effundit, eumq; Demetrius apud Strabonem RHOITEM ῥόειτεν, vocatum quoque tradit. Huius veſtigia Plinij tempore non apparebant.

RHECHATH ῥηχαθ, Palæſtinæ locus. Ioſue 19.

RHECENSIS ῥεκένσις, epiſcopus Creſconius nominatur in Canonibus concilij Carthaginenſis. qui Becenam βεκένην eccleſiam inuaſerat. Vide BVLLA REGIA.

RHECHIVS ῥήχιος, Græciæ fluuius, non longè à Theſſalonica in mare effluens: Procop. 4. Aedific.

RHECHOBOTH, vide RHOOBOTH.

RHEDONES ῥή δονες, Galliæ populi, ſunt apud Ptolemæum & Cæſarem; ex ijs qui Armoricæ vocantur. Rhenez, in Britannia, Orontio. in huius agro abbatia quoque eſt Rhedon nomine: cui hoc nomen magis quadrare ſcribit Pet. Saniulianus. REDONICAM vrbem, & regionem habet Greg Turonenſis.

RHEGANNA, vide BEGANNA.

RHEGEDORA ῥεγέδορα, Cappadociæ vrbs: apud Porphyrogennetam.

RHEGENSES, vide RHEGIVM.

RHEGEPODAVTOS ῥεγεποδαυτος, Conſtant. Porphyrogennetæ vrbs in Cappadocia.

RHEGIANVM ῥηγίανον, Ptolemæo, Mæſiæ Inferioris opidum, quod Niger Roſi appellat.

RHEGIAS ῥηγιας, Cyrrheſticæ regionis vrbs, in Syria: Ptolemæo. REGIA interpreti.

RHEGINA, vide REGINA.

RHEGINI, vide ASCHANAXI.

RHEGINVM Saltum vocari à Solino & Plinio, ſcribit Gab. Barrius, & locum eſſe in agro Synopolis Calabriæ regionis, qui hodie Petrona nominatur. Silua eſt in quo marmor effoditur.

RHEGIVM IVLIVM ῥήγιον ἰούλιον, Ptolemæo Brutiorum vrbs; (Siciliæ D. Hieronymo in locis Hebraicis. Cum aſpiratione in prima ſcribi, vult Manutius in ſua Orthographia. Hanc Strabo lib. 6. à Dionyſio rege ſolo æquatam, & à Dionyſio iuniore eius partem reſtauratam ſcribit, & PHOEBIA φοιβία, dictam. Idem coloniam ab Auguſto factam addit. ASCHENAZ olim dictam, docet ex Ioſepho Gabriel Barrius. Idem addit eam ab Antiocho apud Halicarnaſſeum NEPTVNIAM ſiue POSIDONIAM appellatam. Probus Grammaticus in vita Virgilij dicit ex Catonis Originibus incolas TAVROCINOS à flumine præterfluente nominatos. Huius deſcriptionē lege 12. Variar. apud Caſſiod. Hodie Rezzo vocatur, Leandro teſte. RHEGINAM hanc regionem vocat Euſtathius. & RHEGINOS Saltus habet Solinus. RHEGIVM LEPIDI, Galliæ Togatæ vrbs. Ptolemæus RHEGIVM LEPIDIVM ῥήγιον λεπίδιον coloniam vocat. FORVM lepidi eò olim fuiſſe ſcribit Feſtus. ſine aſpiratione in prima ſcribendū, docet in ſua Orthographia Manutius. Hodie Reggio à Leandro dicitur; in Lombardia Ciſpadana ſita eſt. RHEGIVM, locus Thraciæ circa Byzantium, (vt videtur) iuxta quem lacus Myrmex μύρμηξ, dictus. Iuxta quoque eſt vrbs Athyras. Procop. 4. Aedificiorum. RHEGIVM Conſtantinopolis arcem vocat Agathias 5. aut vt Leunclauius habet (ἐπίνειον) vrbis nauale. Idem (aut hallucinor) confundit hoc Rhegium cum Athyra & Melantiade, contra ſententiam Procopij: cui diuerſa ſunt Athyras & Rhegium. Et quæ idem de Pontibus, propriè ſic dictis, narrat, malim ad Pontem à Iuſtiniano Imp. factum, appellatiuè referri; ex dicto Procopij loco. RHEGIVM, videtur quoque locus Galliæ Narbonenſis aut Liguriæ, apud Gennadium de Scriptorib. eccleſiaſticis, & Euſtathium. Lapideum enim campum, inter Maſſiliam & Rhegium ponit. Horum Rhegenſium meminit Sidonius. Riez apud Cœnalem eſt. RHEGIVM Græciæ etiam vrbs: Stephano.

RHEGMA ῥηγμα, locus Ciliciæ, eſt Straboni, ad Cydni fluminis oſtia. Eſt & ſinus, ſic dictus: in Perſico ſinu.

apud Stephanum. Ptolemæo eſt vrbs, in Arabia Felici: ad Sinum Perſicum.

RHEGVSCÆ, vide RVGVSCI.

RHEIE ῥεῖη, Troadis mons: Straboni 13.

RHEMENI, Perſarum populi: apud Zoſimum 3. RHESENI habebat ora libri.

RHEMI ῥῆμοι, Galliæ populi, Cæſari, Straboni, & Ptolemæo: REMI Fœderati ſunt Plinio. Primaria horum vrbs nomen Rems hodie retinet.

RHEMNIA, Plinio opidum, in Aethiopia ſub Aegypto.

RHENE ῥήνη, Ptolemæo & Plinio Maris Aegæi inſula eſt. A Strabone RHENEIA ῥήνεια, dicitur. Stephano ῥήνις, ῥῆνος, & ῥηναῖος, ſcribitur. Plinius eam quoque ARTEMITEM, & CELADVSSAM appellat. Hodie Phormene nominari, teſtis eſt Nicolaus Sophianus. Scholiaſtes Theocriti, vt ſcribit eius interpres Winſemius, dicit hanc Rheneam & Delum eandem eſſe, iunctas enim fuiſſe à Polycrate Samiorum rege ait. hoc quoque Plutarchus & Thucydides tradit. Bordonius in ſuo opere Inſulari, docet hodie vtramq; vno nomine Sdiles vocari. vide RAVENNA.

RHENI ῥῆνοι, populi ad Rhenum fluuium habitantes: Stephano. Rhijngoewer quis poſſet hodie dicere. RHENOS Fœderatos habet etiam Plinius lib. 4. cap. 17. vbi alij codices Remi legunt.

RHENIS, & RHENIVS, vide RHENE.

RHENTANI, Dalmatiæ populi videntur apud Cedrenum, & Curopalatem. Vide RENTANI.

RHENVS ῥῆνος, nobiliſſimus Germaniæ fluuius; Rhijn vulgo vocatur. Virgilius Aeneid. lib. 8. hunc Bicornem cognominat; & rectè: eius fontes innuens. Aſinius apud Strabonem duo ei tribuit oſtia, reprehenditq; eos qui illi plura tribuunt. In duos amnes diuidi, apud Principium agri Batauí, Tacitus etiam auctor eſt, qui addit eum & nomen & violentiam curſus, donec Oceano miſceatur, ſeruare. Idem dicit verſus Gallicam ripam ab accolis VAHALIS dici. moxq; id vocabulum mutari Moſa flumine. Mela etiam ad dextram & ſiniſtram ſpargi, atque ad dextram Fleuo vocari ait. In plures diffluere partes, & multas inſulas efficere, multiſq; capitibus in Oceanum effluere, ſcribit Cæſar: & cum Moſa confluere. Tria olim oſtia habuiſſe, quorum vnum hodie obſtructum eſt, pro comperto habemus. quæ rectiſſimè à Ptolemæo OCCIDENTALE, MEDIVM, & ORIENTALE vocantur. Sed & optimè videtur ea deſcripſiſſe Plinius. lib. 4. cap. 15 qui duo eius oſtia nominat, FLEVVM, & HELIVM: medium verò inter hæc, nominis ſui cuſtodire alueum dicit. Idem cum Cæſare & Tacito in amnem Moſam ſpargi tradit. Medium Rheni oſtium Taciti, etiamnum nomen ſeruat, ſed hoc eſt quod obſtructum eſſe dicimus. Hæc oſtiorum nomina, vide ſuis locis. Vnum oſtiorum Rheni, quo nempe per barbaros fluat, IAMBAL vocari, ſcribit Seruius Honoratus. RHENVS, Boiorum in Flaminia fluuius, Plinio. Hunc non ineptè Paruum Rhenum appellat Sil. Italicus libro 8. Paruiq; Bononia Rheni. Bononiam enim vrbem & hodie perfluere, & Reno ab accolis vocari obſeruauimus.

RHERIGONIVS ῥεριγόνιος, Sinus Albionis inſulæ. Ptolemæus. Vide RHETIGONIVM.

RHESAENA, vide GORDIANI Sepulchrum.

RHESALA ῥεσάλα, Vmbricorum opidum: Stephano. Vide RHESALENI.

RHESAPHA ῥεσάφα, Palmyrenæ opidum: Ptolemæo, per Æ. in prima, interpretibus.

RESCHIPHA ῥεσχιφα, Meſopotamiæ vrbs. Ptolemæus.

RHESCYNTHIVS ῥησκυνθιος, Thraciæ mons: Nicandro in Theriaca. A quo Iuno Rheſcynthia. Opidum ſic dictum ibidem. vt ſcribit eius Scholiaſtes.

RHESENI, vide RHEMENI.

RHESINA ῥέσινα, vrbs circa Aborum fluuium: Stephano. Meſopotamiæ eſt, in Antiocheno concilio. RHISINA vel RHÆSENA Ptolemæi puto. vbi RHESINA quoque legunt interpretes. Vide REHIMENA, & DASEM.



RHESIVM ῥήσιον, locus extra Byzantij vrbem. vbi nu Aedes magni Theodori. Suidas. Geminato SS ſcribit Procopius 1. Aedific.

RHESPERIA Plinio inſula circa Ioniam.

RHESSA ῥησσα, Idumææ vicus. Ioſephus Antiquit. 14. cap. 25.

RHESSIVM, vide RHESIVM.

RHESVS, vide RHEBAS.

RHETAVI, vide ARABIA.

RHETICO, Germaniæ mons, inter altiſſimos à Pomponio numeratus. Scudus Prettigouwerberg appellat: In Heluetia eſt. RHETICA IVGA vocantur à Tacito & Plinio.

RHETIGONIVM ῥετιγόνιον, Nouantum vrbs, in Albione. Ptolemæus. ῥεριγόνιον, erat in M.S. codice, & melius fortè: nam ad Rherigonium ſinum eſt. Girgenij à Camdeno nominatur.

RHEVCVS ῥεῦκος, Arcadiæ mons: apud Pauſaniam.

RHEVNVS ῥεῦνος, apud Pauſaniam Arcadiæ Vicus.

RHIBII ῥίβιοι, Scythica gens: Ptolemæo: intra Imaum.

RHIDACVS, vide ZIOBERIS.

RHIGIA ῥιγία, Hiberniæ vrbs: Ptolemæus. Et ibidem, apud eundem, RHIGIA Altera, ἑτέρα, hæc mercatori Lymburg videtur. Camdenus autem putat hunc locum Reglis dici, in S. Patricij vita. & vulgo Patricij purgatorium. RHEGIA ῥηγία, legebat M.S. Codex.

RHIGITVM ῥίγιτον, Sabinorum vrbs; Halicarnaſſeo 5. Regillum vertit Gelenius. cui adſentitur Sylburgius. Vide REGILLÆ.

RHIGODVNVM ῥιγόδουνον, Brigantum vrbs, Ptolemæo; in Albione inſula. Rippon, Humf. Lhuydo,

RHIGOSAGES ῥιγόσαγες, vide ÆGOSAGÆ.

RHIGVSCÆ ῥιγοῦσκαι, Rhætiæ gens: apud Ptolemæum.

RHIMOSOLI, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plinius.

RHINA, vide ROMA.

RHINOCORVRA ῥινοκουρούρα, Ptolemæo & Ioſepho Aegypti vrbs eſt. RHINOCOLVRA, per L, in pænultima, habent Strabo, & Plinius. Hæc Nigro Pharamica vocatur. Non ſunt duæ Rhinocoluræ, etſi perſuaſum hoc doctiſſimo Baronio. Eſt enim tantùm hæc vna, quæ in confinibus Syriæ & Aegypti. quo nomine vel in hac vel illa pro ſcriptorum ſententia conſtituitur.

RHINGIBERI ῥιγγίβηρι, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptolemæus.

RHINNEA, inſula Arabiæ Felicis, verſus plagam Orientalem. Plinius.

RHION, vide RHIVM.

RHIPE, vide RHIPÆ.

RHIPÆI montes, ῥιπαῖα, olim dicebantur, poſtea OBII ὄβια, nunc verò ALPES. Sic Athenæus lib. 6. cap. 4. Fluuius hoc tractu hactenus Oby nomen retinet. De quo agimus ad Europæ veteris tabulam Theatri noſtri. vide HYPERBOREI.

RHIPE ῥίπη, Statius 4. Thebaidos: Rhipeq; & Stratia, ventoſaq; donat Eniſpe. Peloponneſi vrbes tres ſunt, apud Pauſaniam. Apud Euſtathium & Homerum Β. Ιλιαδ. Rhipæ ῥίπαι, ſunt. Vide RHYPÆ.

RHIPES, vide RHYPÆ.

RHIPHATÆI, vide PAPHLAGONIA.

RHISINA, vide RHESINA.

RHISINVM, vide RHIZINVM.

RHISPIA ῥισπία, Pannoniæ Superioris vrbs. Ptolemæus Fering eſt in Tabula Hungariæ Lazij. ſed Rekasburg eidem 12. R.P.R.

RHISVS, opidum Magneſiæ, in Græcia: Plinio

RHITI ῥειτοὶ, Aquarum ſcatebræ, quæ ab Euripo, ad Eleuſinem, & inde in mare effluunt. Pauſanias.

RHITIA ῥιτία, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo. ARIPA vocatur in Latinis codicibus.

RHITRON, vide RITHRVS.

RHITTIVM ῥίττιον, Ptolemæo Pannoniæ Inferioris opidum. Salonchemen eſt Mario Nigro, & Simlero. ſed Ratza



Ratza Lazio. Niger dicit ſitum ex aduerſo Tibiſci, in Danubium ingreſſus. Simlerus putat RITTI ab Antonino, & RICTI in libro Notitiarum dici.

RHITVM ῥεῖτον, locus, circa Iſthmum Corinthiacum, maritimus videtur: apud Thucydidem 4. Duo circiter milliaria noſtratia diſtat à Corintho, ait Winſemius, ad Thucydidem.

RHITHYMNA ῥίθυμνα, Cretæ inſulæ vrbs, Ptolemæo, quæ Rhetima Sophiano & Bellonio eſt. vide RHYTIVM.

RHIVM ῥίον, & ANTIRRHIVM ἀντίῤῥιον, Ptolemæo duo Græciæ promontoria, quibus clauditur Sinus Corinthiacus. El Stretto delli Caſtelli de Lepanto interpretatur à Caſtaldo. RHIVM in Locrenſi regione eſt, quod & RHIVM MOLYCRIVM μολύκειον, nominari, ſcribunt Strabo & Stephanus. DREPANVM δρέπανον quoque vocatur, Ptolemæo auctore. Hoc hodie Trapani appellari, & ANTIRRHIVM Galata, ſcribit Niger. Pinetus autem tradit Antirrhium nunc Cabo Scandreri nomen habere. Pomponio, (ne hoc lateat lectorem,) RHIVM hoc loco non promontorium, ſed Fretum, quod eſt inter hæc duo promontoria, vocatur. Cui etiam Liuius ſuffragatur, qui dicit hoc fretum eo nomine ab incolis indigitari. CALYDONIVM Fretum vocat Heliodorus 5. Ego hoc Fretum ſuſpicor hodie Stretto di Lepanto; & Promontoria, Caſtelli di Lepanto nominari. RHIVM etiam Corſicæ promontorium: Ptolemæo. item Meſſeniæ vrbs, Tænaro oppoſita: Straboni & Stephano.

RHIVSIAVA ῥιουσιαύα, Germaniæ vrbs Ptolemæo, iuxta Danubium. Gengen putatur, à Villanouano.

RHIXANA, vide RHIZANA.

RHIZÆVM, vide RHIZVS.

RHIZALA ῥιζάλα, Ptolemæo Taprobanæ portus.

RHIZANA ῥιζάνα, Dalmatiæ vrbs: Ptolemæo. Etiam Gedroſiæ: Item Arachoſiæ: eidem. ſed ῥιξάνα in Arachoſia legit Græcus codex.

RHIZENIA ῥιζηνία, Cretæ vrbs: apud Stephanum.

RHIZINIVM Plinio, RHISINVM ῥίσινον, Ptolemæo, RHIZO ῥίζων, Polybio & Liuio dicitur. BIRZIMINIVM ab Antonino nuncupari, credit Simlerus. Hodie Riſano vocari, ſcribit Niger. Catharo ait Volaterranus. qui etiam Strabonis SINVM RHIZONICVM, Golfo de Catharo nominat. In Illyria eſt. RHIZON ibidem quoque fluuius: Polybio, & Stephano.

RHIZIS ῥίζις, Troglodytarum magnum promontorium: Stephano.

RHIZON, vide RHIZINIVM.

RHIZOPHAGI ῥιζοφάγοι, Aethiopiæ populi; Aſtaboram & Aſtapam fluuios accolunt. Diod. Siculo. ELII ἕλειοι, quoque vocantur, Straboni libro 16. Hi Rhizophagi apud Indos ad Eſtabaram fluuium (vt vertit Pet. Gyllius) ſtatuuntur ab Aeliano libro 17. Animalium. In Geſneri codice Græco excuſo, ἐσταμανον habetur: ſed Aſtaboras ἀσταβόρας, legendum eſſe, patet ex Plinio, Mela, Strabone, & Ptolemæo, qui ad hunc Aſtaboram, qui pars Nili eſt, hos Rhizophagos quoque deſcribunt. Ex hoc Aeliani loco (& etiam alijs, vt lib. 16. cap. 33. vbi Libyam Indis vicinam dicit.) intelligitur Aethiopas qui ad Nilum fluuium habitant, etiam Indos vocari: atque Virgilium libro 4. Georgicorum non citra veterum auctoritatem hos quoque Indos (ſed coloratos, ad aliorum differentiam) nominaſſe. Huic aſſentitur Procopius 5. Ædificior. vbi dicit, Nilum ex Indorum montibus effluere. ergo Aethiopiam Indiam vocat. Higinus quoque Thebas Hecatompylas in India deſcribit. & Lib. Limitum ſcribit Indos habitare ab Aegypto vſque ad Oceanum verſus Aequinoctialem. Vide ÆTHIOPES.

RHIZVS ῥιζοῦς, portus Cappadociæ, ſupra Trapezuntem: Ptolemæo. ῥιζαιον eſt apud Procopium, de Aedificiis 3. & de bello Perſico 2. item Agathiam 5. Eriſſe nunc vocari auctor Leunclauius. Theſſaliæ vrbs eſt Straboni, & Stephano.

RHOALI, populi Meſopotamiæ cohærentes: Plinius.



RHOARA ῥόαρα, Parthiæ vrbs: Ptolemeo.

RHOAS, Colchidis fluuius; apud Plinium. Vide LAODICEA.

RHOBASCI ῥόβασκοι, Ptolemæo populi Scythiæ intra Imaum. Per O. in medio legunt interpretes. Horum meminit quoque Aethicus, Oroſii vt ſic dicam ſimia. quo loco hic tamen Roxolanos habet.

RHOBEA ῥόβεα, loci nomen apud Stephanum.

RHOBODVNVM ῥοβόδουνον, Germaniæ opidum, habet Ptolemæus. ἐβυρόδουνον, legit idem lib. 8. Geographiæ.

RHOBOGDIVM ῥοβόγδιον, Hiberniæ promontorium. Et ibidem Rhobogdij populi: apud Ptolemæum. Inter hos Rabogh viculus hodie exſtat, vt refert G. Camdenus.

RHOBONDA ῥοβόνδα, Ptolemeo vrbs, in Mauritania Cæſarienſi.

RHOBOSCI, vide RHOBASCI.

RHODA, apud Liuium Hiſpaniæ vrbs eſt, RHODE ῥόδη, Stephano. Roſes, Taraphæ, & Morali. RHODOPEN ῥοδόπη, Strabonis, & RHODIPOLIN ῥοδίπολις Ptolemæi eſſe puto, Indigetorum, in Hiſpania Tarraconenſi vrbem. Pro Rhodope & Rhodipolis, diuiſim ſcribendum RHODE Polis, annotauit Caſaubonus. Villanouanus ſcribit, ALBAM Plinij eſſe, & hodie etiamnum Roda appellari. RHODA, etiam Galliæ Narbonenſis opidum, vnde Rhodano fluuio nomen. Plinius. Foce de Rhore vocat Dalechampius.

RHODÆ, vide RVDIÆ.

RHODAGANI ῥοδαγᾶνοι, Ptolemæo: RHOGANDANI interpreti, Taprobanæ gens.

RHODANA, Indiæ opidum: Plinio.

RHODANTVM, vide RODANTVM.

RHODANVS ῥοδανὸς, Ptolemæo & alijs, Galliæ celebris fluuius, non longè à Danubij & Rheni fontibus oriens, in Mare mediterraneum ſe exonerat. Rhoſne hodie vulgò nominatur. ERIDANVM eum vocat Oppianus in Alieuticis libro 4. & Philoſtratus in Vitis Sophiſtarum. Aeſchylus apud Plinium ſcribit in Iberia, (hoc eſt in Hiſpania) ERIDANVM fluuium eſſe, eundemq; vocari RHODANVS. ERIDANVM habet Ioannes Tzetzes quoq; in Celtica regione, circa Pyreneos mõtes, vnde Herculem profectum in Libyam addit, Chiliade 2. numero 36. Hunc Rhodanum ſeptem oſtiis in noſtrum mare euolui, ſcribit Apollonius in Argonauticis. quinque Sext. Auienus, tria illi tribuit Plinius. duo tantùm Ptolemæus. Sed conſule de his Strabonem libro 4. Quinque aut pluribus, hodie ſe in mare effundere videtur. Rhodanum Pomponius 3. cap. 3. nominat inter Germaniæ flumina, (vt hoc obiter annotem) falsò. librariorum potius auguror, quàm Pomponij errore. hic idem enim ſupra 2. cap. 5. eum verè inter Galliæ flumina deſcribit. Rhenus itaque pro Rhodanus legendum ibidem exiſtimo. vide ERIDANVS.

RHODANVSIA, vide LVGDVNVM.

RHODE fluuius: Plinio. Circa Axiaces, in Sarmatia Europea. vide RHODA.

RHODENTVM ῥόδεντον, In Cappadocia Aſiæ Minoris locus. Conſt. Porphyrogenneta.

RHODIA, vide RHODIORVM Colonia.

RHODIORVM COLONIA, Lyciæ regionis opidum, quod nunc Machri. ſic Mar. Niger. Eam vult, ni fallor, quam Strabo & Ptolemæus RHODIAM ῥοδία, Plinius RHODIOPOLIM: & App. 4. Ciuilium, Rhodiorum Caſtellum appellat. RHODIORVM fons, in Cherſoneſo. Seneca in Naturalib.

RHODIVS ῥόδιος, Troadis fluuius, ex Ida monte erumpens: Homero Λ. Ιλιαδ. & Heſiodo in Theogonia. Plinius ſcribit eius veſtigia ſuo tempore non apparuiſſe. Nunc DARDANVM vocari ſcribit Heſychius.

RHODOE ῥοδόη, Indica vrbs. Stephanus.

RHODOPE ῥοδόπη, Thraciæ mons, Ptolemæo; Valiza, Rithaymero. Czernaniwerti, Lazio vocatur. qui alio in loco Curiorowicze & Vaſigluſe nominat. Ioniæ etiam vrbs RHODOPE, apud Stephanum. Vide RODA, & THRACIA.

RHODOPHOROS, *vide* PTOLEMAIS.

RHODOPOLIS ῥοδόπολις, *Colchorum opidum: in Authenticis, & apud Agathiam.*

RHODOSTOLON, *vide* DVROSTOLON.

RHODVMNA ῥοδοῦμνα, *Seguſianorum vrbs: Ptolemæo. in Gallia Lugdunenſi.*

RHODVNTIA ῥοδοῦντια, *regio iuxta Oeten: Stephano. Oetæ montis cacumen ſic vocat Liuius 36. Siue Thermopylarum, vt Strabo habet 9. munitum caſtellum.*

RHODVS ῥόδος, *Carpathij maris inſula, Apollini olim ſacra. Hodie* Rodo & Rodes *etiamnum dicitur. Hæc prius* OPHIVSA ὀφιοῦσα, & STADIA ϛαδία, *poſtea* TELCHINIS τελχινίς, *dicta fuit Strabone auctore. Item, vt Plinius tradit,* ÆTHRÆA, (αἰθερία, *Stephano*) TRINACHIA, CORYMBIA, POEESSA, & ATABYRIA: *à monte, vt puto inſulæ, qui à Strabone* ἀταβύριον *dicitur.* PELAGIA *Antonino quoque dicta. &* LINDVS *Suidæ.* TRIPOLIM *à tribus vrbibus, Rhodo, Ialyſo & Camiro, dictam quondam, habet Natalis Mythologia. Sophianus eam quoque* CAPHYRIDA καφυειδῆ, *appellat. Hebræis* DODANIM, *vel* RHODANIM, *Ar. Montano teſte. Eſt & vrbis in eadem nomen* RHODVS, *quam inſulæ opportunitate, operum nobilitate, nauigandi ſolertia, & naualibus victorijs celebratam, ſcribit Gellius. In hac inſula fuit Solis ſtatua, coloſſi magnitudine, & inter ſeptem mundi miracula celebrata, à qua incolæ, (ſi Michaeli Glycæ, Zonaræ, & Euſtathio credendum ſit)* COLOSSENSES *dicti fuere.* COLASSENSES *per* A *in ſecunda legit Suidas. Alij enim magis verè ſcribunt Coloſſenſes eſſe, qui Coloſſas Phrygiæ vrbem habitant.* RHODOS *etiam regiuncula in Laconica eſt, auctore Pauſania. Vide* IALYSVS, & COLOSSÆ.

RHODVSSA ῥοδοῦσσα, *Argiæ vrbs; Stephano. Inſulæ proxima Cauno, Rhodiorum, eſt apud Plinium. Idem Rhoduſſas duas inſulas habet in Propontide. Vide* RHOSPHODVSA.

RHOE ῥόη, *Bithyniæ fluuius, in Euximum mare effluens. vt tradit in ſuo Periplo, Arrhianus.*

RHOEDIAS, *fluuius in Macedonia. Plinio.*

RHOESVS, *vide* RHEBAS.

RHOETEVM ῥοιτεῖον, *vrbs Troadis: ad Helleſpontum. Pomponio, Straboni, Solino, Stephano, Thucydidi, & Virgilio. Item promontorium: ibidem. quod* Peſkiam *à Turcis vocari, tradit ad Xenophontem Leunclauius. vide* SIGEVM, & RHYTIVM.

RHOETIA ῥοιτία, *Bactrorum vrbs. Stephanus.*

RHOEXVS ῥοῖξος, *Ciliciæ nauale, ad oſtia Sari fluminis. Stephanus.*

RHOGANA, *vide* GOGANA, & RHOTANA.

RHOGANDANI, *vide* RHODAGANI.

RHOGE, *inſula circa Cyprum alicubi, Plinio. Alia iuxta Lyciam, Stephano.*

RHOGMOI ῥωγμοί, *Ciliciæ nauale. Stephanus.*

RHOGOMANIS ῥογομανις, *Perſidis fluuius, Ptolemæo.* RHOGONIS ῥωγονις, *apud Arrh. in libello rerum Indicarum vocatur. Sed huius cum Briſoanæ fluminis ordo apud alterutrum inuerſus eſt. Libentius Arrhiano aſtipularer, (quod nauigationem de loco ad locum tam diligenter deſcribat;) niſi Ptolemæus Ammianum haberet commilitonem. Vereor autem ſeductum Ammianum à Ptolemæo.*

RHOI, *vide* SCYTHÆ.

RHOITES, *vide* RHEBAS.

RHOMANDII, *vide* VEROMANDVI.

RHOMBITES ῥομβείτης, *Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius, Ammiano, & Ptolemæo: Georg. Interianus ſcribit eum* Copa *vocari. Sunt duo, Magnus & Paruus apud Ptolem.*

RHOMBVS, *vide* HEBRVS.

RHON ῥων, *vrbs Gandarica apud Scythas. Stephanus.*

RHONDÆI ῥονδαῖοι, *Thracica gens: apud Stephanum. Vide* GONDRÆ.

RHONDE, SVCANDIONQVE, *locorum nomina, apud Feſtum.*

RHOOB ῥοωβ, *vt ſcribunt 70. interpretes, D. Hieronymus, & Chaldæus paraphraſtes.* RECHOB *legit Pagninus. Manſio Iſraëlitarum in deſerto. Num. 13. Ioſue 19. 21. Iudic. 1. In quarto lapide Scythopoleos eſt D. Hieronymo. Idem aliam in tribu Aſer habet.*

RHOOBOTH *ciuitas, quam condidit Aſſur. Geneſ. 10.* ῥοωβὼθ *70. interpretibus.* RECHOBOTH *legit Pagninus. Plateas ciuitatis, interpretatur D. Hieronimus.* OROBA *Ptolemæi quidam putat. Idem Hieronymus aliam* ROOBOTH *deſcribit, in Gabalena regione, iuxta fluuium. Vide* ESCOL.

RHOPENSES ῥοπεῖς, *gentis nomen: apud Stephanum: ex Phauorino. An Pamphiliæ?*

RHOPHEAS, *vide* ALPHEVS.

RHOS, *gens Scythica, ad Arctoum: Taurum habitans. Cedrenus & Curopalates. Ruſſi, ni fallor.*

RHOSCYNVS, *vide* RVSCINO.

RHOSICVS, *vide* RHOSSICVS.

RHOSIVM, *vide* RHOSVS.

RHOSOLOGIA ῥοσολογία, *Galatiæ opidum, Ptolemæo. Latini codices* O *litteram præponunt.* ORSOLOGIACVM *Antonini putat Simlerus. Sed & hoc idem Antoninus alio in loco* ROSLATIACVM *vocat.*

RHOSPHODVSA, *Plinio inſula eſt in Carcinite Sinu.* Saline *eam hodie vocari, ait Pinetus.* Roſſa *hodie inſula hoc tractu eſt. Stephanus eam* RHODVSSAM *nominat, Pintiano auctore.*

RHOSSICVS ῥωσικός, *Scopulus, Syriæ Iſſico ſinui imminens: Ptolemæo: vnico* S *legit Stephanus.* RHOSIORVM *Montes Plinio.* CORYPHÆVS *à Polybio lib. 5. videtur nominari; vbi Seleuciam huic ſcopulo adiacentem deſcribit. quam præter cæterorum Geographorum morem Ciliciæ attribuit. ſic quoq; Polyænus & Cedrenus. Rhoſſicus* Cabo Gangir *hodie dici, apud Nigrum legitur.*

RHOSVS ῥωσός, *Stephano: ſed geminato* SS *Ptolemæo & Cedreno. Syriæ ſiue Ciliciæ vrbs, ad Iſſicum ſinum, inter Iſſum & Seleuciam.* ROSIVM *eſt Polyæno.*

RHOSSVS, *vide* RHOSVS.

RHOTALA, *vicus Iordani finitimus, vbi longitudo Galilææ Superioris habet initium. Egeſippus 3. vide* MERO.

RHOTANA ῥωτάνη, *Stephano: Indica vrbs.* RHOGANE *melius, in Aldino codice.*

RHOTANVM ῥότανον, *Corſicæ inſulæ fluuius apud Ptolemæum.* Tauignani, *Leandro auctore vocatur, cui ego fidem facio, ex tabulis.*

RHOTOMAGVS ῥωτόμαγος, *Ptolemæo Galliæ Lugdunenſis vrbs, in Veneliocaſiis. Non eſt ea, quam hodie* Roen *vocant. Vide* RITVMAGVM.

RHOXONOCÆA ῥοξονοκαία, *opidi nomen: Stephano.*

RHVACENSII ῥυακήνσιοι, *Sardiniæ gens: Ptolemæo.*

RHVADA ῥυάδα, *Arabiæ Felicis vrbs: Ptolemæo.* RHABANA *interpreti.*

RHVADIS, *vide* ADRIS.

RHVADITÆ ῥυαδῖται, *Marmaricæ Nomi gens. Ptolem.*

RHVBO, *vide* RVBO.

RHVBRA ῥύβρα, *Corſicæ inſulæ opidum: Ptolemæo.*

RHVBRICATA ῥυβρίκατα, *Lætanorum in Hiſpania Tarraconenſi opidum. Ptolem. Vide* RVBRICATVM.

RHVBVNE ῥυβούνη, *Ptolemæo vrbs in Libya interiori.*

RHVCANTII ῥυκάντιοι, *Straboni Rhætica gens, in Heluetijs; vbi hodie* Prettigow, & Aſpermont, *vt Scudus ſcribit.* Reichnaw, Reiſnaw, & Reifnitz, *ex ijs facit Wolfg. Lazius.*

RHVDA ῥυδα, *Parthiæ vrbs. Drangianæ quoque. Ptolemæus.*

RHVDIANA ῥυδιανη, *Carmaniæ regio: apud Ptolemæum.*

RHVMA, *apud Plinium eſt Æthiopiæ ſub Aegypto vrbs.*

RHVNICATÆ, *vide* THVNICATES.

RHVS, *in Attica vicus, ſic dictus, quod ex imminentibus loco montibus, aqua in eum defluebat. Pauſanias.*

RHVSA ῥοῦσα, *palatium Coſroes regis, in Perſide. Cedrenus.*

RHVSIVM ῥούσιον, *locus archiepiſcopalis. In Sanctionibus pontificum Orientalium.* ῥωσία *eſt Calliſto 14. cap. 39. In*



*In Thracia eſt Nicetæ. Idem cum Topino puto.*

RHVSPINA, *vide* RVSPINA.

RHVSTICANA ῥουστικάνα, *Luſitaniæ ciuitas. Ptolemæus.*

RHVSVNCORÆ ῥουσουνκόρου, *Ptolemæo eſt Mauritaniæ Cæſarienſis ciuitas,* RVSVCVRRO *Antonini, quæ* RVSCVRIVM *fortaſſe Plinij.*

RHVSVRPENSIANVS, ῥυσουρπενσιανὸς, *epiſcopus Niuellus: nominatur in canonibus concilij Carthaginenſis. In Mauritania Cæſarienſi. Alio in loco* RHVSVRREANITA ῥυσουρρηανίτης, *legitur. Morelij codex habet* RVSVRPENSIS. RVSPITENSIS *Collationis Carthag. An curruptæ gentilia à Ruſpis?*

RHVTANI ῥυτανοί *Ptolemæo,* RVTHENI *Cæſari,* RVTENI *Plinio, Galliæ populi ſunt, qui hodie* Rouergne *regionem inhabitant, vt ait Belleforeſtius.* Rodes *eius vrbem, interpretatur Marlianus. hæc autem* RVTENA *eſt apud Turonenſem.* RHVTENOS *alios eſſe, in Aquitania, de quibus Plinius 4. cap. 19. & alios de quibus 3. cap. 4. qui Ptolemæo,* ῥυτανοί, *annotauit Vrſinus ad 7. Belli Gallici; vbi Cæſarem vtrorumq; meminiſſe putat. vide* SEGODVNVM.

RHVTVBI, *vide* RVTVBI.

RHYACVS ῥύακος, *locus Siciliæ maritimus, ſub Aetna monte. Diodor. 14. Iuxta alueum Symethi fluminis eſt Iulio Firmico: &* PALISCVM *nominat.* ῥύαξ πηλοῦ, *id eſt, cœnoſus riuus, eſt apud Platonem in Phædone, nomen torrentis in Sicilia. Theophraſtum de eo librum ſcripſiſſe, auctor eſt Laërtius.*

RHYAX, *vide* RHYACVS.

RHYBDVS ῥύβδος, *apud Stephanũ Siciliæ regionis nomen.*

RHYDDA ῥύδδα, *Arabum in Palæſtina vrbs. Ioſephus Antiq. 14. cap. 2.*

RHYME ῥύμη, *angiportus. Stephanus.*

RHYMNICI, *Scythiæ intra Imaum montes. Ptolemæus. Vide* SCYTHÆ.

RHYMNVS ῥύμνος, *Ptolemæo auctore fluuius eſt Scythiæ intra Imaum.* Jacick *vocat eum Mercator.* ROEMNVS *Marcellino eſt.*

RHYMNVS, *vide* ALAZIA.

RHYNCHÆ ῥύγχαι, *Euboëæ regio. Stephanus.*

RHYNCHVS ῥύγχος, *id eſt roſtrum, locus eſt circa Stratum Aetoliæ. vt refert ex Polybio, Athenæus.*

RHYNDACVS ῥυνδακος, *Myſiæ Aſiaticæ fluuius, apud Ptolemæum, & Plutarchum. Ex Olympo mõte oriri, ſcribit Mela.* LYCVS *antea dictus fuit, Plinio teſte.* Megiſtus μεγίϛος, *nunc dici, ſcribit Apollonij Scholiaſtes.* Lartacho *Nigro dicitur:* Lupidi *Caſtaldo. Sed* Lepadio *Leunclauio.* Vlubad *Turcis. Vide* LOPADIVM. RHYNDACVS, *etiam vrbs, inter Phrygiam & Helleſpontum: Stephano. Vide* ZIOBERIS.

RHYPÆ ῥῦπαι, *Achaiæ vrbs: Stephano & Straboni. cui &* RHYPIDIS *regio, quæ* RYPICA *Thucydidi 7.* RHYPÆVM ῥυπαῖον, *Nicandro eſt.* RHIPES ῥύπες, *Herodoto in Clio.* RHIPES ῥίπης, *Pauſaniæ. Vide* RHIPE.

RHYPÆI ῥυπαῖοι, *Aethiopiæ ſub Aegypto populi: Ptolemæo.* ORYPÆI *legunt interpretes.*

RHYPARA, *inſula vicina Samo. Plinius.*

RHYPES, *vide* RHYPÆ.

RHYSADIVS ῥυσάδιος, *mons in Libya Interiori: Ptol.*

RHYTIVM ῥύτιον, *Cretæ opidum: Straboni, Plinio, Stephano, Aeliano, & Homero* Ἰλιάδ. β. RHOETEVM *eſt Virg. 3. Æneid.* RHITYMNA *Ptolemæi puto.*

RIBISCA, *vide* CINESIA.

RIBVARII, *vide* RIPVARII.

RIBVARIVS *pagus, Galliæ eſt, in vita S. Remigij, apud Floardum. Apud eundem in Chronico deſcribitur ad Ruram fluuium.* Ribemont *vertit eius interpres.*

RICCÆÆ, *vide* DIANÆ *Templum.*

RICINA, *Britannica inſula Ptolemæo,* RICNEA *Plinio, &* RIDVNA *corruptè Antonino, vt placet Camdeno: cui nunc* Racline *eſt. Vide* EBVDÆ.

RICINENSES, *Plinio ſunt populi in Piceno; quos hodie* Recanati *habitare, ſcribunt Blondus, & Volateranus.* HELVIAM RICINAM *hanc vrbem olim quoque vocatam, indicat inſcriptio vetuſta, quæ Macerati eſt. Sed malè* ÆLIA, & HELIA, *in nonnullis excuſis libris legitur. A Pertinace enim Imp. cui Heluius prænomen fuit, Heluiam, non Eliam nominari, quis tam obtuſus, vt hoc non videat?*

RICNEA, *vide* RICINA, & EBVDÆ.

RICOMAGVM, *Galliæ vrbs, in Aruernis. Gregorius Turonenſis, cap. 86. de Gloria Martyrum, & Surius in S. Amabilis vita.*

RICOSÆ, *vrbis nomen, ſi creditur Phocæ grammatico, de Nomine & Verbo.*

RICTI, & RITTI, *vide* RHITTIVM.

RIDE ῥίδη, *Epiphanio inſula eſt, inter Siciliam & Africam.*

RIDVNA, *vide* RICINA.

RIDVNVM, *vide* MORIDVNVM.

RIENSIS *Prouincia, vulgò* het landt van Rijen. *Vide* NIVESDVM.

RIFARGICA, *inſula vltima in Oceano Septentrionali, vbi tanta ventorum vis, vt ibi nihil viride aut floridum ſit, vt refert Aethicus ſophiſta M.S. alius ab illo, quem Simlerus edidit.*

RIGIACVM, *Ptolemæo Atrebatum vrbs; quo loco nonnulla excuſa exemplaria* METACVM *legunt. quod etiam monuit Diuæus, qui* Arras *(vel, vt Flandri pronuntiant,* Atrecht*) ex ea facit. In Græcis tamen Ptolemæi codicibus* ORIGIACVM ὀριγίακον, *habetur.*

RIGINIA, *vide* ERIGON.

RIGIOMAGVM, *vide* RIGOMAGVM.

RIGNARIVM, *vide* REMONIVM.

RIGODVLVM, *de quo ſic Ammianus in principio lib. 16.* „*Per quos tractus nec ciuitas viſitur, nec caſtellũ: niſi quod* „*apud Confluentes, locum ita cognominant, vbi amnis Mo-* „*ſella confunditur Rheno, Rigodulum opidum eſt. Ex hac deſcriptione poſſet quis* Cobolentz *indigitare, vt fecit Auentinus, & alij. Tacitus eius meminit lib. 20. vbi ſcribit hoc opidum montibus aut Moſella amne ſeptum, vbi Cerialis Valentinum Belgarum ducem cepit. & idem Cerialem poſtero die hinc Coloniam Treuirorum ingreſſum ſcribit: ex quo Cobolentz illud non poſſe deſignare iudico, vt quæ à Confluentia quindecim milliaribus Germanicis diſtat, Pagum* Rigol *hodie dictum, perſuaſit loci ſitus, & nominis alluſio: perſuaſionem confirmauit eiuſdem loci Dominus Philippus Iacobus Hoeſmam, is enim, in prandio, quo nos eodem in loco ſuis ædibus excepit, hunc pagum in authentico Dagoberti regis, Rigodulum etiamnum vocari teſtatus eſt. In eo authentico is rex donat hunc pagum cum alijs nonnullis, Eccleſiæ Maximini apud Treuiros; cui adhuc hodie ſubijcitur. Pro Rigodulo apud Ammianum; legit Rigomagum Accurſius, & fortaſſe verius. cum Rigodulo enim Taciti, ſitus non conuenit.*

RIGOMAGVM, *Antonino Italiæ vrbs, circa Seguſianos, vt videtur. Alio in loco* RIGIOMAGVM *legit.* RIGOMAGENSIVM *ciuitatem in Alpibus Maritimis, habet lib. Prouinciarum.* RIGOMAGVM *vrbem Galliæ, habet Rob. Cœnalis, quam* Rieulx *in Vaſconia interpretatur. Vide* RIGODVLVM.

RIGVSA, *Carpetanorum vrbs, in Hiſpania. Ptol. Latinus.*

RINGVS, *Pannoniæ opidum Lazio eſt, ex Eginartho, quod* Guzzing *hodie.*

RINVCI, *Galliæ Belgicæ populi: Plinio.* Rhijngauwer. *Lazio, in R. P. Romana. Vide* SVNICI.

RIOCHARVS, *vide* CHARISTVS.

RIPA ALTA, *Antonino Pannoniæ Inferioris vrbs eſt,* Tholna *hodie, ſi Simlero creditur.* Pentole, *ad Iſtri ripam, ſi Lazio.* Hohenſtraſſ, *eidẽ alibi.* RIPA ALTA, *nunc* CONRADCVZA, *habet Lib. Notitiar. in Valeria Ripenſi.* RIPA ALTA, *vel* RIPALTA, *etiam Meſopotamiæ vrbs: in lib. Notit. vide* LITTVS *Altum.*

RIPA DEXTRA, *Auſonio, & lapide inſcripto, dicitur totus ille tractus qui eſt ab oſtijs Rhodani Narbonam vſque, vt Scaliger ad Moſellam eiuſdem.*

RIPA PRIMA, *Rhætiæ opidum, in lib. Notit. quod alio in loco*

*in loco* SVBMONTORIVM *cognominat. Antoninus etiam* SVRMONTORII *meminit. quod Simlerus & Lazius* Hochenwartt *interpretantur.* SVMVNTORIVM *legit Velſerus.*

RIPÆI, *vide* RHIPÆI.

RIPAMPANE, *vide* PAMPANIS.

RIPARIOLI, *vide* RIPVARII.

RIPEI *Montes Arcadiæ. Seruius in 9. Aeneid.*

RIPEPORA, *vide* EPORA.

RIPHACES, *ſunt* Pomponio *Aſiæ populi: Scythiæ fortaſſe.*

RIPHEARMA, *Arabiæ Felicis vrbs, apud Plinium.* Reama *vocatur Pineto.*

RIPIANI, *ſunt Danubij accolæ, apud Cæſarium* Nazianzeni *fratrem, in Dialogis. corruptum locum opinor.*

RIPVARII, *vocantur à mediæ ætatis ſcriptoribus Latinis, Germaniæ Inferioris populi, qui tribus fluuiorũ ripis clauduntur, Rheni vtpote, Moſellæ & Moſæ.* RIBVARII, *per* B. *ſunt qui ſcribunt. Cænalis etiam* RIPARIOLOS, RIPVARIENSES, & RIPARIOS *legit, Ripariolos habet Iornandes. Hi alio nomine aliquando* NEVSTRII, & AVSTRASII *appellantur, Althamero teſte. Auſtraſij mihi videntur; Neuſtrij non item.*

RIPVM, *Angliæ locus. In vita S. Oſwaldi, Surius.*

RIRA, *Thraciæ fluuius: apud Plinium.*

RISAMORI, *Martiali ad Lucium. Dom. Calderinus dicit Celtiberiæ populos.* RIXAMARVM *legebat codex M.S.*

RISARDIR, *portus ad Atlanticum Oceanum in* Tingitana. *Plinius. Aliud ab eiuſdem Ruſardir.*

RISATTICA *vina, habet Corippus, lib. 3. an fortè à loco? ſed an locus ſanus? Vel* Tar*ſatica legendum?*

RISTRA, *epiſcopatus ſub ſede Seleucienſi Ciliciæ. Tyrius.*

RITHRVS ῥεῖθρος, *Ithacæ inſulæ portus: ſub* Neio *monte, Homero in* Ὀδυς. *& Iſacio, in Lycophronem.*

RITIVAMENSES, *vide* AVGVSTA.

RITVMAGVM, *Galliæ Lugdunenſis opidum: Antonino. inter Iuliobonam & Lutetiam. Simlerus legit* ROTOMAGVM. *Scio* RHATOMAGVM *Ptolemæi eſſe; quam interpretes in Subanectis ponunt.*

RIVILARENSES *Populos habet vetus lapis. Italiæ videtur. Iungit enim hos cum Val. Fauentina. lege eam in Spicilegio And. Schotti ad Itinerarium Antonini.*

RIVILIACVM, *vide* DVZIACVM.

RIVVS *dictus locus in Gallia Italica haud procul ab Aſta opido. vbi Francos vino ebrios à Grimoaldo cæſos, tradit Diaconus 5. Longobardic.*

ROAME, *Antonino locus Galliæ Narbonenſis; circa Alpes Cottias. Idem cum Rame.*

ROBORARIA, *locum ſic dictum habet Antoninus, in Latio. Inter Pictas & Vrbem.*

ROBATHA, *Palæſtinæ vrbs: in lib. Notitiar.*

ROBORETVM, *vrbs Hiſpaniæ inter Bracaram & Aſturicam. Antoninus.*

ROBORIS, *loci nomen, in codice Theodoſiano 8. Titulo de curſu publico.*

ROBRICA, *Galliæ opidum, in ſcheda* III. *tabulæ Peutingerianæ nondum editæ.*

ROBVR, *munimentum ſic ab accolis vocatum, prope Baſileam: Ammiano. Vrſtiſius putat hodie in ipſa vrbe comprehendi: atque* Auffburg *nuncupari. Swingerus in Methodo Apodemica ſcribit* Rotthauſſ *aliquibus eſſe: in huius ſuburbio.*

ROCAS, *vide* BVBEGENTAS.

ROCCEAS, *vide* DIANÆ *Templum.*

ROCCONES, *arduis montibus vndique circumſeptos à Sigebuto, ſcribit Iſidorus. Hiſpaniæ populi ſunt. Vide* RVCONES.

RODA, *vide* NOVEM PAGI.

RODANTVM, *regio circa Cappadociam: Cedreno & Curopalati.* ῥοδεντον *Porphyrogennetæ.*

RODINVS, *vide* RVDIÆ.

RODIVM *Galliæ Belgicæ locus. Tab. Peutingeriana.*

RODOPA, *vide* THRACIA.

RODRINA, *locus inter Remos & Ambianos. Sic enim lib. Notit. M.S. Præfectus Sarmatarum gentilium inter Remos & Ambianos Rodrinæ. In excuſo vltima vox deſideratur.* Roye *hoc loco fortè hodie.*

ROEMNVS, *vide* RHYMNVS.

ROETACES ῥοιτάκης, *Aſiæ fluuius, circa Armeniam in Cyrum effluens. Strabo.*

ROETI, *vide* RHÆTI.

ROETIVS ῥοίτιον, *mons Corſicæ inſulæ, Ptolemæo.* Cabo di muro, *vocatur à Leandro:* Monte di Mezzo, *à Pineto. Ex tabula mihi* Monte roſſo *videtur.*

ROGEL *Fons, Ioſue 15.* KASZARA *legit Chaldæus. 2. Samuel. 7.*

ROIANVS, *vide* FVNDVS.

ROMA ῥώμη, *vrbis totius Orbis primariæ, ſiue, vt Athenæus eam vocat, Orbis compendij, ſynonymon non habemus. Alterum enim eius nomen dicere, arcanis cærimoniarum (vt* Plinius *inquit) nefas habetur. Hoc tamen* ROMANESSVS *fuiſſe, fabulatur Annius, in fabuloſum Beroſum. Idem ex Fab. Pictore & Varrone colligit ex quatuor locis & nominibus hanc vrbem conſtare, atque Tetrapolim eſſe, Roma videlicet, (ſiue* ROMVLA, *vt prius dicebatur; teſte Feſto.)* VELIA, GERMALO, & FORO. RHINAM *primùm vocatam, quod vndique aquis alluatur, ſcribit Goropius ex Zoſimo, in ſuis Hyperboreis, ſua manu recognitis, nondum editis. Sed de eo alij videant. Nomen, &, vt ita dicam, Numen, præter cætera gentium fata, & contra omnem temporis & fortunæ iniuriam, hactenus retinet.* Roma *enim vbique terrarum nominatur. Etſi Feſtus eam primo* VALENTIAM *dictam, item auctore Gergithio* CEPHALON *appellatam ſcribit; hoc eius epitheton fuiſſe, illud eius nominis vim potius explicaſſe, reor. Fab.* Pictor *enim Romam, Valentiam ſonare teſtis eſt; & Cephalen, quod caput ſignificat, ex rei dignitate, quemadmodum per excellentiam* VRBS *Poëtis dicitur, vocatam, quis dubitet. Quod verò apud Ouidium legitur Faſtor.* VI. *A patre dicta meo quondam Saturnia Roma eſt; hæc credo de alia vrbe ante Romam conditam dici. Ne quid verò hic ad eius nominis rationem deſideretur, adijciam Erythræi de ea ſententiam, qui ſic in ſuo Indice Virgiliano inſit: Triplex Vrbi Romæ fuiſſe nomen proditum eſt. vnum hoc quo vtimur, peruulgatum: alterum quod arcanum fuit, vnde Amaryllida ſuam, quæ amorem propriè ſignificat, in Bucolicon carmẽ* Poeta *detorſit: tertium ſacrificiis debitum, de quo vocabulum Floralibus impoſitum; quod Anthuſam Græcè* Philadelphus *interpretatur: à quo hæc diſcimus. Id tu Latinè vel Florentem, vel aptiùs fortaſſe, Floram; aut Florentiam vertes. ſic Erythræus. Sub Amarillidis nomine eam Virgilium deſcribere, annotauit Seruius.* GOTHIAM *eam appellari, voluit Ataulphus Gothorum rex, vt Oroſius prodidit.* SACRA, *item* ÆTERNA *in antiquis inſcriptionibus nominatur.* AVGVSTI VRBEM *nominat eam Antoninus, in ſuo Itinerario maritimo. Sed neq; hoc D. Hieronymi hic omittendum duxi: Romam nempe ſignificari vocabulo* BABYLONIS, *à D. Petro, Epiſt. 1. cap. 5. vbi ſcribit, Salutat vos eccleſia, quæ eſt in Babylone. Sed & Vrbis Babylonis Romæ non ſemel meminit liber de Limitibus. De origine nominis huius Romæ, lege varias ſententias apud Feſtum, & Halicarnaſſeum 1.* ROMA *quoque locus in Palæſtina: Ioſ. 15.* ῥωμὰ *70. interpret. Vide* VALENTIA, AVGVSTODVNVM, CONSTANTINOPOLIS. & RVMVMA.

ROMÆI, *vide* ROMANI.

ROMANAM *Portam, vulgus appellat, vbi ex epyſtiliis defluit aqua. qui locus ab antiquo appellari ſolitus eſt* STATVÆ CINCIÆ, *ab &c. Feſtus.*

ROMANDII, *vide* VEROMANDVI.

ROMANENSES, *vide* ROMANI.

ROMANI, *dicuntur* QVIRITES, *teſte Plutarcho. Liuius non ſemel ſub nomine Quiritum Romanos ſignificat. Stephano* ΙΟΥΛΕΙΣ, & ΡΩΜΑΙΟΙ *ſunt. Conſtantinopolitani Romæi vocantur, Platina teſte.* ROMANI, & ROMANENSES *incolæ vrbis Romæ. hi qui ibidem negociantur, illi qui nati. Adi Feſtum, in verbo* Corinthienſes. ROMANI *Mõtes, ſunt ita vocati, in regione Reatina. Siculus Flaccus.*

ROMANIA, *vide* THRACIA, & FLAMINIA.

ROMANIACVS *Campus, in Gallia: Greg. Turonenſi. in quo locuſtarum prœlium.*

ROMANOPOLIS, *Armeniæ opidum: Curopalati.*

ROMANVS *Ager,* ῥομαίων ἀγρὸς, *locus Perſiæ circa Rhabdium. ſic dictus, quod in medio regionum Perſicarum, ad Romanos pertineat. Procop. 2. Aedif. Iuſtiniani Imp. De Agro Romano (ſed in Italia) hæc Varro 1. R.R. cap. 2. Ager Gallicus Romanus dicitur, qui viritim Ceſenatibus datus eſt, vltra agrum Picenum. Sed* Togatus, *pro Romanus legit Fuluius.*

ROMARICI *Mons, locus haud procul à Moſellæ ripa, in Voſego monte: vbi hodie* Auendi caſtrum, *vt habetur apud Franc. Roſerium.* RVMERICVM *caſtellum habet hic Aimoinus monachus.* Remiremont *vulgò. Adromarici coniunctim legitur corruptè apud Rheginonem. pro Ad Romarici; diuiſim.* Rimelsberg *Germanicè nominat eum Spigelius, ad Bartholini Auſtriades.*

ROMATIANÆ *ciuitatis Epiſcopum beatum Niceam, nominat Vſuardi Martyrologium. ad* IX. *Cal. Iul. Item Honorius Auguſtodunenſis. Aquileiam hanc eſſe, vult Baronius in Martyrologio. Portum Romatinum, Plinij credidiſſem ego.*

ROMATINVM, *Plinio Carnorum fluuius eſt: Hodie Venetæ ditionis eſſe, &* Limino *dici, ſcribit Leander.*

ROMECHIVS, *Ouid. 15. Metam. Romechiumq; legit, Caulonaq; Naritiamq;, Euinciq; fretũ, Siculiq; anguſta Pelori.* Remigioque legit, *mallet reſtituere Turnebus.* ZEPHYRIVM *legit pro eo Gab. Barrius, in ſua Calabria. Franciſci Raphelengij codex pergamenus* PLEMMYRIVM *habet, quod magis probo.*

ROMORIA, *vide* REMONIVM.

ROMVLA, *Liburniæ vrbs: Antonino.* Radtſchach *eſt Lazio. vide* ROMA.

ROMVLEA, *Samnitum vrbs eſt Liuio, lib. 10. quam ſcribit à Decio captam & direptam. Stephanus* ROMYLIAM ῥωμυλία, *vocat. Vide* SVBROMVLA.

ROMVLEVS *Mons, in Vrbe videtur; apud Treb. Pollionem, in Gallieno Imp. Marlianus dicit hodie* Palazzo Maiore *vocari.*

ROMVLIANVM, *locus Daciæ Ripenſis, vbi ſepultura Galerij Imp. à Romula matre ſua, ſic nominatus. Aurel. Victor.* Ramzaret *pagus hodie Lazio. Ad Filiſcum Fluuium, infra Segodunum.*

ROMYLIA, *vide* ROMVLEA.

RONCALIÆ, *nomen loci; in Codice lib. 4. Titul. 13. Vel* RONCHALIAS *lib. 2. Feudorum. Haud longè à Placentia ſuper Padum eſt, auctore Othone Friſingenſi.* VIRVNCALIA *corruptè legit Lichtenauius.*

RONDA, *vide* GONDRÆ.

RONILLÆ, *colonia ducta à Latino Syluio. vt habet Libellus Originis Romæ, ab And. Schotto editus. Quid ſi legas Bouillæ?*

ROOB, *regio cuius regem Syrum à filiis Ammon mercede conductum ſcribitur 2. Sam. 3.* BETHRAAB *legunt 70. interpretes. Circa Meſopotamiam fuiſſe ex Ioſepho apparet. Vide* RHOOB.

ROPHANES, *Aſiæ populi, inter Scythas fortè. ſunt apud Pomponium.*

ROPICVM ῥώπικον, *Corſicæ opidum apud Ptolemæum. Hoc Pinetus* Rogela *vocat.*

ROPLVTÆ, *vide* RHÆPLVTÆ.

ROSA, *Dalmatiæ vrbs: Cedreno & Curopalati.*

ROSAPHA, *circa Euphratem vrbs, Lib. Notitiar.*

ROSARVM, *vide* FVNDVS.

ROSCIANVM, *Antonino locus:* Roſſano *hodie, ciuitas epiſcopalis, tribus à mari milliarib. Auctor mihi Celſ. Cittadinus. Vide* RVSSIA.

ROSEAE *Campus, Varroni:* ROSEA *Rura, Virgilio. Circa Velinum lacum. vbi ſumen Italiæ, vt addit Varro.*

ROSELLANVS *Ager, circa Roſellũ in Tuſcia. Liuius 10.*

ROSELLVM, *vide* RVSELLAE.

ROSETVM, *vide* RVSELLANA *Colonia.*

ROSIA, *vide* RHVSIVM.

ROSLATIACVM, *vide* RESOCIACVM, & RHOSOLOGIA.

ROSSII, *vide* ROXOLANI.

ROSTRATA *Villa, inter Romã, & Vtriculũ. Antoninus.*

ROSTRVM, *vide* RYNCHOS.

ROSTRVM NEMAVIÆ, *apud Antoninum, inter Auguſtam Vindelicorum & Campodunum eſt. Simlerus* Memmingen *indigitat:* Roshoptem *Lazius 12. R. P. Romanæ.*

ROSVLVM, *Antonino* Tuſciæ *mediterraneum opidum eſt; quod* Monteroſe *à Leandro Alb. interpretatur.*

ROTEGIACVM, *vide* ALISIVM.

ROTA *Mauritaniæ Cæſarienſis ciuitas: Antonino.* ROTARIA *D. Auguſt. eſt. Sed hoc ante me vidit Simlerus.* ROTARIENSIS *meminit quoque Coll. Carthag.*

ROTALIANVS *Campus, circa Tridentum videtur: ex Diacono 3. Longobard.*

ROTHALA, *vide* MERO.

ROTOMAGVM, *vide* RITVMAGVM.

ROVESIVM, *vide* RVESIVM.

ROXANI ῥωξάνοι, *populi, cuius ſatrapam Gauram trecentos annos vixiſſe, ſcribit Plutarchus, de Fluminib. Circa Tigrim fluuium.*

ROXOLANI ῥοξολανοι, *Sarmatiæ Europææ populi, apud Ptolemæum.* BASTERNAS *Tacito eſſe. ſcribit Willichius. Roxolanos hodie* RVTHENIAM, RVSSIAM *Albam, & Meridionalem incolere mihi teſtatus eſt Mathias Niuius, Ruſſus. Regni Polonici ſunt, &* Reuſſen *vulgò appellantur.* ROSSI *ſunt Cedreno.* RVSSIAM *à Danis* Oſtrogard, & Cunigard *dici, auctor eſt Crantzius in Wandalic.* ROXOLANI *Dacis ab Oriente ſunt: Iornandi. Vide* BASTARNÆ, & SCYTHÆ.

RVATES, *vide* OROATES.

RVBA ῥοῦβα, *Cyrrheſticæ regionis in Syria vrbs: Ptolemæo.* BVBA *interpretibus.* RVBBA *Guliel. Tyrio. epiſcopatus ſedes eſt in Moabitis.*

RVBEACVM, *vide* RVFACVM.

RVBEÆ *promontorium, cuius Plinius & Solinus meminit; Gerardo Mercatori Liuoniæ promontorium eſt, ad mare Balticum,* Dageroꝛt *nomine. Becano autem Scandiæ promontoriũ Septentrionale eſt; verſus Boream vltimum. quod hodie* Wardhuys *vocant. Idem dicit ab eodem Plinio* DVMNA *dici. Ego Rubeæ hoc promontorium hodie à noſtris naucleris* Nort Caep *(i. Septentrionale promontorium) nominari autumo.*

RVBEVS, *vide* RVBRA *Saxa.*

RVBI, *Antonino Italiæ locus, iuxta Canuſium. An Ruſſium Liuij?* RVBOS *Italiæ vrbem, habet Seruius 1. Georgicorum. Apud Horatium quoque 1. Sermonum. Inde Rubos feſſi peruenimus.*

RVBICARIENSIS *Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Uticenſ.*

RVBICON ῥουβίκων, *Ptolemæo, vel* RVBICO *Suetonio, Lucano, & Plinio, Flaminiæ flumen; Italiæ quondam & Galliæ terminus. teſtis Appianus. Georg. Fabricius ſcribit hodie* Runcone *appellari: L. Albertus* Piſatello. *Hic hærerem, niſi hunc nodum mihi ſolueret Blõdus. qui ita ſcribit, Piſatellum nunc, qui ſub Flaminia via, Ruconem qui ſupra accolunt, vocant. Sed paulo aliter tamen de eo Gaudentius, in ſua Gallia Ciſalpina. Is enim dicit hac ætate à circumuicinis populis materno idiomate* Rugum, *paulo inferiùs* Rugoſum, *nouiſſimè, non procul à ſinu, in quem influit, Piſciatellũ ingreditur, per duo millia, iuxta Ciſenã.*

RVBIGO. *Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat, Exſta canis flammis, exta daturus ouis. Ouidius 4. Faſtor. Circa Romam erat.*

RVBO ῥοῦβον, *Sarmatiæ Europææ fluuius, teſte Ptolemæo: qui hodie* Duna *nominatur, vt Peucerus autumat.* Dwina *fortè melius, vt Herberſteinius legit.*

RVBRA SAXA, *locus prope Romam, ex Cicerone. Phi-*

lip.11. in Seuero. circa viam Flaminiam eſſe, ex 3. hiſtor. Taciti patet. à Strabone 5. ἐρυθος, nuncupatur, qui eum circa Tibur deſcribit. Nouem M.P. ab Vrbe fuiſſe, videtur ex Aurelij Victoris Cæſarib. RVBRAS habet Martialis 1. de hortis ſuis. pro iiſdem, ni fallor. item Vitruuius 2. cap. 7. vbi lapidicinæ. Liuio 2. RVBRA Saxa etiam ſunt, ſed in Etruria videntur circa Cremeram, in Veientibus.

RVBRENSIS Lacus, Plinio, RVBRESVS Pomponio. Strabo, Suidas, & Stephanus, NARBONENSEM aut NARBONITIDEM Lacum vocant. Stagnum hodie videtur, ad Atacis fluminis oſtia, in Gallia Narbonenſi. Varrerius dicit lacum Perpiniani, aut Vendres hodie nominari. Non perſuadet, quia Plinius cum Pomponio tradunt Atacem fluuium (qui à Perpiniano longiùs abeſt) hunc lacum permeare.

RVBRICATVM ῥυβρικάτον Ptolemæo & Pomponio Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, iuxta Barchinonem, Lobregat hodie dici, ex Nauagiero & Cluſio habeo.

RVBRICATVS ῥυβρικάτος, Africæ Propriæ fluuius, apud Ptolemæum. videtur à Plinio ARMVA appellari. Iadog hodie nominari ex I. Leone mihi videtur. Ladog habet Caſtaldus. ARDALIO & ARDEALIO vocatur hic Rubricatus apud Oroſium, Diaconum & Freculphum.

RVBRVM Littus, vocat Plinius 6. cap. 28. oram Arabiæ Felicis, ad mare Rubrum. Item 14. cap. 4.

RVBRVM Mare, vide MARE.

RVBVSTINI, Apuliæ populi. Plinius. Tres mei codices TVBVSTINI legunt. Sed RVBVSTINI Agri mentio quoque in Lib. de Limitib.

RVCONES, Iſidoro Hiſpaniæ populi. Morali in Caſtella ſunt, & Los de Riooja appellat. Riuogia ſcribit Io. Mariana. ROCCONES, lego apud eundem Iſidorum, pro iiſdem.

RVCONIVM ῥυκόνιον, Ptolemæo Daciæ vrbs eſt; quæ nunc Roma nuncupatur, niſi errauerit Niger. Regen vocat Lazius, R.P.R. 12.

RVCVMA, Africæ Propriæ vrbs: D. Aug. geminato MM. idē alio in loco, vt quoq; Cyprian. in concilio Carthaginenſi.

RVDIÆ, Calabriæ vrbs eſt, apud Melam, Ennio ciue nobilis. RHODÆI ῥωδαῖοι, apud Strabonem legitur. ῥοδίαι apud Stephanum. RODINVS Ager, eſt in libro Limitum. A Lupiis vix duobus M.P. diſtare, ſcribit Galatæus, hodieq; Ruiæ nominari. Ruſcæ habet Hieronymus Columna in Ennij vita, in ſuis ad huius Fragmenta Explicationib. locumq; dicit eſſe vbi lateritias moles, aggeres, rudera, buſta fictilibus vaſculis ac oſſibus plena oſtendunt.

RVENNA, vide RAVENNA.

RVESIVM ῥυέσιον, Galliæ Aquitanicæ opidum, Ptolemæo. Rieux Mercatori eſt. S. Flour Villanouano.

RVFACVM & RVBRACVM, video Latinè à Rhenano & Munſtero appellari eam Germaniæ vrbem, Alſatiæ regionis, quam vernaculè Ruffach vocant. An RVFIANA quoque Ptolemæi?

„ RVFÆ, caſtellum Campaniæ: Seruio in hoc Virgilij: Quiq;
„ Rufas, Batulumq;, &c. An RVFRÆ Silij? lib. 8. Et quos
„ aut Rufræ, aut quos Eſernia, &c.

RVFENSIS, & RVFFIANENSIS epiſcoporum in Africa meminit Vict. Vticenſis, M.S.

RVFFI populi, ſunt in Panegyrico, Maximiano à Mamertino dicto. Aſiatici videntur.

RVFFINVM, vide QVERCVS.

RVFFIVM, vrbs in Samnio, Liuio 8. Vide RVBI.

RVFI Virginij villa, in Epiſtolis Plinij, vbi eam ALSIENSEM vocat. Vico hodie. vbi fanum Humiliatorum. In Gallia Tranſpadana: Volaterrano.

RVFIANA ῥυφιάνα, Ptolemæo Nemetorum vrbs, in Gallia Belgica. Oppenheim ad Rhenum eſt, auctore Ioanne Heroldo. RVFINIANÆ, Villæ nomen, Antoninæ Beliſarij vxoris. extra vrbē Conſtinopolim. Procop. 1. Perſic. Vide DRVS, & RVFACVM.

RVFRÆ, vide RVFÆ.

RVGIA, locus circa Edeſſam, aut Antiochiam Syriæ videtur, apud Guil. Tyrium.



RVGII, Tacito ſunt Germaniæ populi, Rugenlandt, ad mare Balticum, Althamero eſt.

RVGIVM ῥέγιον, vrbem Germaniæ quam Ptolemæus in eius climate Septentrionali ponit, interpretatur Villanouanus Holmburg; Althamerus verò Caminum. Pomeraniæ Epiſcopalem vrbem. Rugia inſula videtur hoc tractu nominis veſtigium ſeruare.

RVGVSCI, Plinio, quos Ptolemæus RHIGVSCAS, ῥιγύσκαι, vocat. hodie ſunt Rheintaler & Rhingoewer, Schudo & Simlero teſtibus.

RVLVM, Lucaniæ ciuitas, inter Fretum & Venuſiam. In hiſtoria Martyris S. Felicis, Surio.

RVMA ῥυμα, Galilææ vicus, Ioſepho belli Iud. 3. cap. 9. Item 4. Reg. 23. vbi Ioſephus ἀβυμα legit. ABVMA Apud Ioſuam 15. RVMA quoque eſt, vbi RAMA legit D. Hieronymus: ſed DRVMA And. Maſius.

RVMANEA. Pighius in Hercule ſuo Prodicio profert lapidem antiquum in Iuliaci ſuburbio repertum, hac inſcriptione: MATRONIS. RVMANEHABVS. SACR. L. VITELLIVS. CONSORS: EXPLO. LEG. VI. VICTR. Locum nunc etiam Rumanheym dici addit, quaſi Romanorū manſio. RVMÆHABVS ſine N. legit Volumen Smetij.

RVMELLVM, opidulū haud procul ab Vrbe. Ioan. Moſcus.

RVMERICVM, vide ROMARICI Mons.

RVMON, vide ALBVLA.

RVMPENSIS Epiſcopum Fulgentium Afrum, nominat Platina, in Anaſtaſio 11.

RVMVNENSE SCLAVINIVM, Scythiæ locus Iornandi. In Europa.

RVMVRIVS, vide AVENTINVS.

RVNGONIA, vide RVSTONIVM.

RVNICI, vide SVNICI.

RVPELA, Phliaſiæ vrbs, in Peloponneſo. Laonicus.

RVPELLÆ, vide SANTONVM Portus.

RVPENA, locus in Thermopylis, Cedreno.

RVPERA, Brabantiæ fluuius. Nominatur in S. Rumoldi vita. Rupel vulgo. Machlinia in Scaldim producitur.

RVPHANIA, Epiſcopatus ſub ſede Apamienſi. Tyrius.

RVRADENSES, Hiſpaniæ populi, vt docet Amb. Moralis, ex antiquo lapide. Locus iam ignobilis, Rus nomine: diſtat III. M. paſſ. à Barça.

RVSA, vide DAMASTAGER.

RVSARDIR, vide RYSSADIRVM.

RVSAXIS, vide RVSVBESER.

RVSAZVS, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs eſt Ptolemæo. Coloniam Auguſtā cognominat Plin. Vide RVSVBESER.

RVSCIA, Thurinorum caſtellū eſt Procopio: Hoc Gab. Barrio Roſſano vocatur, Calabriæ opidum: Ruſcianum appellat Leon. Aretinus. ROSCIANVM Antonini puto.

RVSCINO Plinio, ῥυσκίνων, Straboni: RVSINO ῥυσινών, Ptolemæo. RVSCINVS Auieno, Colonia Romana eſt Onuphrio, ex Tacito. vt addit. Galliæ Narbonenſis vrbs: Perpignan Pineto, ſed Rouſſillon Poldo & Varrerio dicitur. Haud procul à Perpiniano locum hodie vocari Turris Roſſilionis, dicit Surita. Ruſcino Straboni fluuius eſt hoc eodem tractu, quem Ptolemæus RVSCION ῥυσκίων, vocat, & Athenæus ROSCYNVS ῥόσκυνος. Hunc eundem eſſe cum THELIS Pomponij, & hodie Tet dici, docet vir diligens Varrerius.

RVSCINONA, vide RVSTONIVM.

RVSCINVS, & RVSCIO, vide RVSCINO.

RVSCONIA, vide RVSTONIVM.

RVSCVRIVM, Ciuitate donatum, ſcribit Plinius. Colonia eſt Antonino. Sed RVSVCVRRVM hic legit. vt quoque Vict. Vticenſ. Mauritaniæ Tingitanæ opidum. vide RHVSVNCORÆ.

RVSELLÆ ῥυσέλλαι, Ptolemæo & Liuio Tuſciæ mediterraneum opidum, quod Leander ſcribit hodie Roſella nominari: & Bagni di S. Philippo. ROSELLVM hoc Antonini.

RVSELLANA Colonia, Tuſciæ vrbs, apud Plinium. ROSETVM à Catone dictam, ſcribit Leander. Roſeti mentio



mentio quoque eſt in Fragmento Antonini. Groſſeto nunc vocari, tradit M. Niger.

RVSIBIS Portus, ῥούσιβις, in Mauritania Tingitana, Ptol. RVSVBVS eſt Vict. Vticenſ. M.S. A Plinio RVTVBIS vocari, tradit Mercator. Eſtezo nominat Caſtaldus. Vmarabea eſt Marmolio. Ab aliis Omirabi vocari, idem dicit.

RVSICADA ῥυσίκαδα, Africæ Propriæ vrbs, Pomponio, & Ptolemæo. Stora Caſtaldo, vel Aſtora Oliuario. Eſtora Marmolio. Coloniam facit Onuphrius, ex Ptolemæo. ipſe viderit. mei codices non habent.

RVSICIBAR ῥυσιβικάρ, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo. RVSVBBICARI Antonino eſt. RVSIBRICARI MATIDIÆ lego in II. & III. ſcheda tabulæ Peutingerianæ.

RVSINO, vide RVSCINO.

RVSIVM, vide TOPIRVS.

RVSOCASTRA ῥυσόκαστρα, caſtellum circa Thraciam alicubi, Gregoræ.

RVSPÆ ῥοῦσπαι, apud D. Auguſtinum, & Ptolemæum maritima vrbs eſt, in Africa Propria. Chriſtoph. Stella ſcribit eam Alfaques nunc vocari, Eſfacus quoque Marmolio.

RVSPINA, Africæ Propriæ eſt, A Hirtio, & Ptolemæo. Circa maris littus. Caluetus ſubdubitat, num Africa ſit, à Carolo V. expugnata.

RVSSIPPISIR, Africæ locus, in Scheda III. tabulæ Peutingerianæ M.S. quam cōmunicatam habui à M. Velſero.

RVSTICANA ῥυστικάνα, vrbs Luſitaniæ, Ptolemæo.

RVSTICIANA, Hiſpaniæ locus, inter Emeritam & Salmanticam, Antonino. Galliſteo vicum eſſe, putat D. Iacobus Delgadus. RVSTICIANÆ memoria in Africa, non ſemel ſit in Coll. Carthag. Eſt & Maſſæ nomen in Brutiis: Caſſiodoro Variar. 9. vbi aurifodina.

RVSTONIVM ῥυστόνιον, Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Breſca Iac. Caſtaldo. Motafus & Temen de Fuſt, Marmolio. RVSCONIA Colonia Plinio, RVSCINONA Afris, vt Liuius auctor eſt: & RVNGONIÆ Coloniæ Antonino eſt, ſed hoc obſeruauit Simlerus.

RVSVBESER ῥυσουβησήρ, & RVSAZVS ῥουσαζοῦς, Mauritaniæ Cæſarienſis opida, Ptolemæo. RVSAXIS hoc Antonini eſt.

RVSVBICCARIENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

RVSVBIS, vide RVSIBIS.

RVSVCENSIS, Africæ, epiſcopus. Coll. Carthag.

RVSVCVRRO. vide RHVSVNCORE.

RVSVGONIOTI ῥουσυγωνιῶται, Epiſcopus Numerianus, in Africa. Canones Carthaginenſis concilij.

RVSVRPENSIS, vide RHVSVRPENSIANVS.

RVTENI, & RVTHENI, vide RHVTANI.

RVTHENIA, proauorum ætate dicta fuit Flandria; Cænalis & Lhuydus teſtes.

RVTICLII, vide REVDIGNI.

RVTTIS, ſiluæ nomen, circa Traiectum videtur: in vita S. Euermari. ibidem quoque pagus cognominis.

RVTVBA, flumen Liguriæ apud Plinium, quod Rotta Leandro, & Rodoria Stunicæ, & Blondo dicitur: cui quòd aſſentiar, tabulæ geographicæ faciunt. Vibius habet RVTVBAM, in Tiberim influens. Rutubæ huius quoque meminit Lucanus 2.

RVTVBIS, vide RVSIBIS.

RVTVLI, Italiæ populi antiquiſſimi circa Vrbem, in Latio, apud Liuiū lib. 1. Plinium 3. Strabonem, Halicarnaſſeum, & Virgilium. DAVNI etiam vocantur Vib. Sequeſtri.

RVTVNIVM Antonino Angliæ vrbs eſt. Routon eſt Camdeno.

RVTVPIÆ ῥουτουπίαι, Ptolemeo Cantiorum vrbs, in Albione inſula eſt. RITVPIVS Portus, Antonino. & RHVTVBI Portus, Oroſio. Lhuydo Repcheſtre, prope Sanduicum opidulum eſt. Lelandus ſcribit quōdam ſic dictum, nunc autem Richeborow appellari: idem Camdenus, & Talbotus. ſed eius nihil exſtare addit. Huius meminit etiam
„ ille qui cecinit: Rutupinóue edita fundo
„ Oſtrea callebat primo deprendere morſu.



apud Lucanum 6. ſunt RVTVPINA Littora. RVTVPINVM, tellurem, & agrum, habet Auſonius, in Parentalibus, numero 7. & 18. Vinetus pro Britannia poëticôs dictum, tradit.

RYDDA, vide RHYDDA.

RHYPHI, vrbs epiſcopalis, ſub ſede Amidenſi. Tyrius.

RYPICA, vide ERINEVS.

RYSSADIRVM ῥυσσάδιρον, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs ad mare Ibericum, Ptolemæo. RVSARDIR habet Plinius. RVSADER Colonia Antoninus. Arcudia Caſtaldo eſt. ſed Melilla Marmolio. qui addit eandem ab Africanis Deyrat Milila vocari. Vide VASSADIVM.

RYSSADIVM ῥυσσάδιον, Ptolemeo auctore Libyæ Interioris promontorium. Cabo de Verde, Nigro eſt.

SAAB, locus Galilææ. Ioſephus 3. belli Iudaic. cap. 9.

SAALABIN, vide SELEBIN.

SAALIM, vrbs Palæſtinæ, 1. Samuel. 9.

SAANA, vide GAANA.

SAAR, vide CARIATHMAVS.

SABA σαβή, Arabiæ Felicis vrbs Ptolemæo; Sabæorū metropolis eſt. vnde myrrha, caſia & cinamomum: Theophraſto. cui Σαβα eſt. MARIABA μαριάβα, videtur eam Strabo appellare. SAVA σαυὴ in Arriani Periplo. σάβας, Agatarchidi. SABA, Arabiæ deſertæ vrbs. quàm, cùm „
illic verſarer, vocari hodie Sinuſcaſac indicaui: ſex ad „
ſummum dierum itinere ab Hieroſolymis diſſitam. ſic „
Guilandinus, in ſuo de Papyro Commentario. SAVE σάυη, habet Ptolemæus in Arabia Deſerta: quo loco Latina exemplaria quædam Saba legunt. SABA, Aethiopiæ portus, ad ſinum Arabicum, Strabonis. item Eſaiæ 43. SYENE interpretantur 70. interp.

SABADIBÆ σαβαδείβαι, anthropophagorum inſulæ tres ſunt, in Mari indico, ſiue Eoo, Ptolemæo. Cainam inſulam cum duabus adiacentibus, ſunt Mercatori, in ſua Vniuerſali tabula.

SABÆ σαβαι, ſunt Perſici populi, Dionyſio Alexandrino. SABÆI hi Ptolemæo. Eidem quoque Arabica gens. Euſtathio Indica. Eidem etiam Thracica. quā eandem cum SAPÆIS puto. Apud Ptolemæum ſic nominatur Libyæ Interioris quoddam opidum. Stephanus habet Arabiæ magnam vrbem huius nominis, ad mare Rubrum. cuius incolæ SABÆI σαβαῖοι, vocantur.

SABÆA, vide SACÆA.

SABÆÆ Aræ, σαβαῖοι βωμοὶ, in Media, ad mare Caſpium. Ptolemæus.

SABÆI Arabiæ Felicis populi, Ptolemæo. apud hos tus prouenit, vt ait Plinius. Pomponius dicit eos tenere partem oſtio ſinus Perſici proximam, & Carmanis contrariam, Macis vicini. Alij ergo à Ptolemæi. SABÆOS habet etiam Ptolemæus in Perſia, quos interpretes STABÆOS vocāt corruptè. Sunt SABÆ apud Dionyſium. SABÆI in Arabia, SEBA apud Hebræos eſt, teſte Aria Montano. Vide SABÆ, SABO, ARABIA, & INDI.

SABAGENA σαβάγενα, Armeniæ Maioris vrbs, in præfectura Lauinianenſi. Ptolemæus.

SABAIA, Palæſtinæ vrbs: in lib. Notit.

SABAITICVM σαβαϊτικὸν Os, locus Aethiopiæ, ad ſinum Arabicum, Straboni. SEBASTICVM σεβαστικὸν, eſt Ptolemæi.

SABALASSA σαβαλασσα, Ptolemæo eſt vnum oſtiorum Indi fluminis.

SABALASSVS σαβαλασσός, Sargarauſenæ regionis, in Cappadocia vrbs, Ptolemæo.

SABALIA σαβαλία, Ponti Polemoniaci opidum, in Cappadocia. Ptolemæus.

SABALINGII σαβαλίγγιοι, Germaniæ populi, Ptolemæo auctore GVTÆ & VITÆ ſunt, quos hodie Iudtlandos vocamus; vt placet Caſp. Peucero.

SABAMA (σεβαμα, 70. interp.) vrbs à filijs Ruben extructa. Num. 32. Ioſue 3. SIBMA legit Chaldæus.

SABANA, Ptolemæo Aureæ Cherſoneſi vrbs, quam Mer-

cator Saendebar vocat, & in inſula Japan locat. Sed in Græcis non Sabana hoc loco, ſed SARA σάρα, legitur: de qua ſuo loco. Vide NASBANA.

SABARÆ σαβαραι, Indiæ intra Gangem gens: Ptolemæo. vbi adamas reperitur.

SABARBARES, Africæ Propriæ populi: Plinio. SABVBVRES ſunt apud Ptolemæum.

SABARCÆ, SABRACÆ, & SVBAGRÆ, inconſtantis lectionis. ſunt qui SICAMBRI legunt; apud Oroſium 3. & Trogum 12. Indiæ populi; ab Alexandro Magno deuicti. Vide SABRACÆ.

SABARBARES, vide SABVBVRES.

SABARIA, huius meminere, Plinius, Ammianus, & Antoninus; Plinius eam Norico annumerat, & Coloniam Diui Claudij cognominat. COL. SABAR. CLAVDIANA AVGVSTA in antiqua inſcriptione legitur. SEVERIA apud Aethicum corruptè. Lazio Auſtriæ opidum eſt, nomine Stain, quod quoque Car. Cluſius oculatus huius loci teſtis mihi adfirmauit, dixitq; Stain am Angern Germanis vocari, quod idem ſonat, quod lapides ad prata. Auſtriaci enim prata ſicciora ſiue herbida, Angern appellant. Idem à Hungaris eam Szombath help, (quod idē eſt: quaſi diceres,) ſabati locus, nominari addit. SAVARIA σαυαρία, Ptolemæo eſt in Pannonia Superiori: regione vicina. Gaſpar Bruſchius dicit Sabariæ anno 1508. ſepulchrum Ouidij Naſonis inuentum, teſtudine magnificum, & epitaphio ornatum. quod epitaphium hic ex Tobiæ Fentij monumentorum volumine adiungo:

» Fatum neceſſitatis lex.
» Hic ſitus eſt Vates, quem Diui Cæſaris ira
» Auguſti, patria cedere iuſſit humo.
» Sæpe miſer voluit patrijs occumbere terris,
» Sed fruſtra: hunc illi fata dedere locum.

SABARIVM, vel SABARIAM fluuium habet quoque Lazius, qui hanc vrbem lambit, quem hodie Gunſt appellari ſcribit Germanis, Benges verò Hungaricè. SABARIA, vel SAPARIA, loci, aut potius regionis nomen, Hiſpaniæ eſt, in Iſidori Chronico, & eius ætatis ſcriptoribus. Moralis ſcribit ſe neſcire vbi ſit. Vide SARABRIS, & SAVARIA.

SABARTHATHA, patria Sophoniæ prophetæ. Dorotheus.

SABAS, vide SABA.

SABAT σάβατ, Æthiopiæ vrbs, in ſinu Adulico, Ptolemæo.

SABATA σάβατα, Ptolemæo, & SABBATIA Pomponio, Liguriæ vrbs. Vuada Nigro. Blondus hanc à Liuio etiam SAVONAM appellatam; (SAVO apud eundem lego 28.) & Plinio SABBATIVM VADVM eſſe, tradit. σαββάτων οὔαδα, hic etiam habet Strabo. Iacet inter Apenninum & Alpes; impeditiſſimus locus ad iter faciendum, vt eſt lib. 11. Epiſt. Familiar. Cicer. vbi VADA ſimpliciter vocatur, non addito Sabata. Niger nunc locū paludoſum eſſe ſcribit, & Væ nominari. Vai habet Paradinus. Ex his omnibus duas diuerſas Liguriæ vrbes facit Leander, quarum vnam Sauona, alteram Vadi nunc nuncupari ait. VADA SVADA habet hoc tractu Antoninus, in Itinerario portuum. SABATA, opidum Aſſyriæ, apud Plinium. Vide SAVONA.

SABATENI, vide SABATIA.

SABATERIA, & inde Sabaternus deriuatum, eſt apud Priſcianum 2. tanquam loci nomen.

SABATHA, vrbs 30. ſtadiis à Seleucia Mediæ vel Armeniæ regionis diſtans. Zoſimus 3. SABATA fortè Plinij.

SABATHENI σαβαθηνοὶ, qui Græcis dicuntur ASTABARRI ἀσταβαρροὶ, Ioſeph. lib. Antiquit. 1. cap. 7. An ad Aſtaboram fluuium habitantes?

SABATHRA σαβάθρα, Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo. SABRATA colonia Antonino, & Plinio eſt. Villanouanus ait vulgo Rakianabes appellari. Duæ eiuſdem tractus vrbes ſunt Ptolemæo, Sabatra, & Sabathra. Sabathram ad Syrtim habet Procopius 6. Aedificiorum, quam Tripolitanæ ditionis facit Vict. Vticenſ. MS. SABATHRA, Arabiæ Felicis opidum Plinio, in Rubro littore.

SABATIA Regio, olim dicta fuit tractus Tuſciæ; ſi Annio fidem adhibeas; quem hodie Paeſe d'Anguillara, & Braxena vocari, addit Leander. SABATINA, à lacu Sabato dicta. ſic Feſt. Pompeius. SABATENI LACIANGVLARII, ſunt Iuſtiniano, Digeſtorum libro 18. margo legebat SABATIANENSIS ANGVILLARII. »

SABATICA σαβατικὴ, Mediæ regionis opidum; apud Strabonem 11. Corruptam lectionem, pro MASSABATICA, docet Caſaubonus.

SABATINCA, Antonino Norici vrbs. Lazius putat huius ruinas in Neumarchto paulo ſuprà Slaming exſtare. & Vallem vicinam Dienten veſtigium eius nominis ſeruare.

SABATINI, Campaniæ populi videntur, apud Liuium 26.

SABATVS σαβάτος, Lacus Etruriæ, proximè Romam ac mare Straboni: SABATINVS Columellæ. SABATIA Stagna Silio. Lago de Braxiano eum appellant Iouius, & Leander. Laro, And. Baccius. Idem Leander dicit eum à Plinio LACVS TARQVINIENSIS vocari. Platina & Blondus Lago d'Anguilara nominant.

SABBA, Pſalmo 72. Arabiā vertunt 70. interp. Vide MEROE.

SABBATHA, vide SAVBATHA.

SABBATICVS σαββατικὸς fluuius, Ioſepho belli Iudaici 7. cap. 24. Is fluit medius inter Arcæam & Raphaneam ciuitates. Sic dictus, quod ſabbatis diebus quieſcat, cum ceteris fluat non ſegniter. Huius meminit quoque Plinius 31. cap. 2. Alius ab hoc SABBATICVS ſine aqua, ex lapidibus & arena conſtans, videtur in libellulo Eldadi Danij, de Iudæis clauſis, qui eum circa fines Æthiopiæ deſcribit. In libello Sederolam SAMBATHIAH Sabbathinus vocatur. ſed circa Mediam ibi videtur. Eundemque eſſe hunc cum Gozan, docet R. Moſes Ben. Naamanis.

SABBATOS Populos, hodie Sabaudienſes eſſe, ſcribit Volaterranus.

SABBATVS, Italiæ fluuius Antonino eſt, in Brutio, ſeu Calabria: quem Leander in Vulturnum ſe exonerare ſcribit, & nunc Fiume de Beneuento vocari ait. & SAMNIVM à Floro dictum addit. Fluuius hic hodie Sauuto vocari, auctor mihi eſt Celſus Cittadinus, in ſuis ad me ſchedis. Sed vide OCINARVS, & SEBETVS.

SABBVS, vide SABVS.

SABE, vide SAVA.

SABEE, locus in Palæſtina Ioſue 19.

SABELLI, de quibus Virg. in Georg. Olim AVSONES dicebātur, ſi creditur Philargyro in eundem. Sabelles apud Horatium Satyra 2. SABINOS interpretatur: ὑποχοριστικῶς vt addit Cruquius. Vide SAMNITES.

SABELLVS, vide VENVSIA.

SABERI, vide VNNI.

SABETVS, vide SEBETVS.

SABI σάβοι, Phrygiæ populi, Stephano. quos dicit à Phrygibus quoque BACCHOS Σάκχοι, vocari. SABI quoque Thraciæ populi, Euſtathio in Dionyſium.

SABINA Silua. Martialis 9. ad Cognatum, & Horatius lib. 1. Carm. ad Ariſtium. SABINA Vallis, idem lib. 3.

SABINÆ Aquæ, vide CVTILIÆ.

SABINI, Italiæ populi; SEVINI dicti ſunt; Plinio auctore. VMBROS primùm vocatos, tradit Halicarnaſſeus 2. Locum habent inter Vmbriam & Latium: teſte Strabone. Ex Peloponneſo à Lacedæmonijs oriundos facit Gemiſtus Plethon. De his adi Aldum in Quæſitis per Epiſtolam. item Notas Fuluij Carduli in Sanctorum martyrum paſſionem, qui dicit hactenus Sabinia vocari, quidquid inter lacum Velinum, vrbem Reate, Tiberim, Narem & Anienem flumina continetur. Magliano huius Sabiniæ opidum primarium hodie eſſe, dicit Leander. Vide SABELLI.

SABINIS σαβινίς, Paphlagoniorum in Galatia opidum, Ptolemæo. Per A in ſecunda legunt interpretes.

SABINORES σαβίνωρες, Aſiæ populi videntur, apud Suidam (in dictione Abares.) quos dicit ab Auaribus expulſos.





SABIONA, vide SABONA.

SABIRA σάβειρα, Lycaoniæ in Cappadocia quondam vrbs primaria, nunc opidulum pagi ſimile. Strabo.

SABIRI, vide SAPIRES.

SABIRIA σαβειρία, Ptolemæo, ABIRIA interpreti, regio circa Indi fluminis oſtia.

SABIS, Cæſari Galliæ Belgicæ fluuius, Moſam influens. Sambre hodie, Iacobo Leſſabæo. Carmaniæ fluuius quoque eſt apud Ptolemæum & Plinium.

SABISSÆ σαβισσαι, montes Indiæ, ex quo Soamus fluit, qui ſe in Indum ingerit. Arr. in Indicis.

SABLONES, Antonino, Sambeck vicus, Simlero, circa Moſam, prope Traiectum ſuperius. Santen ad Rhenum lubens interpretauerim.

SABO σάβω, magna vrbs, iuxta mare Rubrum. Stephanus. cuius gentile SABÆI, eidem. Vide MELANI.

SABOCI σαβῶκοι, Sarmatiæ Europææ gens, apud Ptolem.

SABONAM, vocat Gaſpar Bruſchius, Brixen: Germaniæ vrbem, in Alpibus ſitam, & Epiſcopali ſede decoratam. SABIONA legit Diaconus, & Simlerus in vita Ingenuini, & SEBATVM Antonini eſſe dicit. atque Brixinam minorem deſignari, vbi olim Epiſcopi ſedes; & non Brixinam, vbi hodie eius ſedes eſt; eam enim SVBLAVIO Antonini eſſe tradit. SABIONAM Wiguleus interpretatur Siben. dicitq; à Brixina X. M. paſ. diſtare. in Tirolenſi comitatu eſt, inter Oenipontem & Bolzanū. Hanc Brixinam putat Dom. Niger BRETINAM βρέτινα Ptolem eſſe.

SABORA, hodie Cañete eſt, vrbs circa Malagam, in Hiſpania Bœtica. Vetus nomē in antiqua ænea tabula exſtat, ibidem Amb. Moralis in ſuo Chronico Hiſpaniæ, vulgari lingua ſcripto. Idem Io. Mariana.

SABORDÆ σαβόρδαι, Aethiopiæ ſub Aegypto gens, apud Ptolemæum.

SABOTA, vide SAVBATHA.

SABRACÆ, Indiæ gens, Curtio 9. qui eam poſt Mallos deſcribit, vide SABARCÆ, & SCODRI.

SABRATA, vide SABATHRA.

SABRIANA σαβριάνα, Angliæ fluuius, apud Ptolemæū. SABRINA triſyllabicos habebat codex M.S. σαβρινα, vt quoque Tacitus. Seuarne Anglis dicitur, & Hafren Britannis, Humfredo teſte.

SABSADIA, Thraciæ locus epiſcopalis, circa Aphrodiſiada. Concil. Epheſinum.

SABTHA, vide MESSABATÆ.

SABVBVRES σαβούβουρες, Africæ Propriæ populi, Ptolemæo. SABARBARES apud Plinium vocantur.

SABVM, opidū Etruriæ, ſi Catonis fragmētis fides habeatur.

» SABVRA, ſiue VETERO CARIÆ, ſic lib Notit. Palæſtinæ vrbs. Sed ÆTEROCAMA quoque legitur, in eodem libro.

SABVRAS σαβούρας, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo. SOBVRA interpreti.

SABVS, SABBVS, aut SABIS, vrbs Armeniæ, circa Euphratem: vt videtur apud Antoninum, & in lib. Notitiar. Vide SAVS.

SABVTA, σαβουτα, Indiæ locus, Straboni 15. A Sambaſtis populis habitari, putat Caſaubonus.

SACACENA, vide ARMENIA.

SACADA σακάδα, Ptolemæo Aſſyriæ opidum.

SACÆ σάκαι, Ptolemæo, Straboni, Diodoro, & Plinio. aut SAGÆ Pomponio. SACCÆ geminato CC. ſunt Polyæno. SACAS cum Caduſiis ferè iungit Xenophon 5. Cyroped. Aſiæ gens, vel regio, Scythiæ contermina. Belor deſertum in eorum loco ponit Mercator. Sas à Nigro horum tractus vocatur. Hanc SEBA in Sacris litteris vocari, ait Ar. Montanus. Thraciam gentem SACAS facit Suidas. Vide BACTRIANA, & SCYTHÆ.

SACÆA σακαία, inſula contigua Aethiopiæ, circa ſinum maris Rubri. Pauſanias in fine lib. 2. Eliacorum. SABÆA, pro hac Sacæa legere Stephanum, vult Sylburgius ad Pauſaniam.

SACALA σακάλα, locus circa Indi fluminis oſtia: Occidentem verſus. Arrianus in Indicis.

SACALBINA σακάλβινα, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo.

SACAMAZA, vide SACAZAMA.

SACANA, vide SENVS.

SACANATVM, Cappadociæ vrbs, Antonino. Idem alibi SCANATVM quoque legit, pro eadem. SOANATVS ego etiam ex alio codice.

SACANE, vide SANACA.

SACANI, vide SACONI.

SACAPENA σακαπηνὴ, apud Ptolemæum Armeniæ Maioris regio.

SACARAVLI σακάραυλοι, videntur populi circa Bactrianam. Strabo.

SACARBANTIA, Pannoniæ Superioris vrbs Ptolemæo Latino. Lazius in ſua Auſtria hanc Gurmendt vocat, eamq; ad Narabonem fluuium ſtatuit. Idem ibidem Scarping/ nec non Oedenburg interpretatur. Dixi Ptolemæo Latino, nam in Græcis codicibus SCARABANTIA σκαραβάντια eſt, ſic etiam Antonino. Et Plinius SCARABANTIAM IVLIAM habet. ſed ab eo Noricis (gentibus vicinis) attribuitur. Scarabantiæ rudera exſtare in loco qui Zapprinum Hungaris Chzeprigh dicitur, docet idem Lazius in R. P. Romana.

SACASINA σακασινη, Armeniæ regio Straboni. Albaniam regionem, & Cyrum fluuium attingit. Huius incolæ ... apud Plinium SACASSANI, & Iberiæ populos vocat. σακεσίναι, Saceſinæ ſunt Arriano 3. Alexand.

SACASSANI, vide SACASINA.

SACATIA σακατία, vrbs in Arabia Felici. Ptolemæus.

SACAVRACI σακαυράκοι, Scythæ ſunt, per quos Parthyeorum rex Sinatrocles natus annos 90. reductus ab exilio, regnum accepit: & regnauit. 7 annos. Lucianus in Macrobiis. SAGARAVCÆ Ptolemæo. & SACARAVCÆ, Oroſij; quos nouit codex meus pergamenus. quo loco excuſi codices ARAVCÆ correptè & corruptè legunt.

SACAZAMA σακάζαμα, Africæ Propriæ vicus, apud Ptolemæum. SACAMAZA legit interpres. Cedic Marmolio eſt. Zadico in Tabulis.

SACCÆA σακκαία, Arabiæ Deſertæ regio. Ptolemæus.

SACCANARA, vide SAZARANA.

SACCASENA, circa Cappadociam vrbs, Antonino. ACASENA ſine S in principio legit quoque Simlerus.

SACCHENI σάκχηνοι, Arabiæ gens. Stephano.

SACCI populi, in Mamertini Panegyrico, Maximiano Imp. dicto. Σακκοι, Aſiæ populi, circa Perſiam & Mediam, Dioni Chryſoſtomo Oratione 4. de Regno. An SAXI Stephani?

SACCILANVM ſuffraganeum Aquilegienſis diœceſis, habet Sigonius de Regno Italiæ. Sacile hodie, aut Sacileo.

SACCOPODES, vide ADIABENE.

SACELLVM Sibyllæ, vide CIMMERII.

SACER ἱερὸς, Ager, circa Clazomenios, Liuio 38. SACER Campus, loci nomen inter Forum Iulium & Pannoniam, Diacono in Longobard. Locus quoque Aegypti ἱερὸν πεδίον, iuxta Phylas: Diodoro 1. SACER Collis, vel Mons, in ripa Anienis; de quo Feſtus. Trans Anienem paulo vltra tertium milliarium. Idem ferè Liuius & Cicero in Bruto. Meminere huius etiam Diodorus, & Val. Max. 8. cap. 9. item Aſconius. SACER Fluuius, vide HIERVS, & LIBYCVS. SACER Fons, in Epiro, cuius naturam admirandam deſcribunt Solinus, & Priſcianus in Periegeſi. SACER Lacus, vide CVTILIÆ. SACER Lucus ἄλσος ἱερὸν, in Italia, ad oſtia Liris fluminis: Straboni. Hodie Hami vocari, ſcribit Scipio Mazzella. In Argia Peloponneſi quoque inter montem & flumen Pontinum, mare, & Amymonem fluuium: Pauſaniæ. SACER Mons, ad Euxinum mare, Arriano, & Apollonio. vide MEROS. Circa Thracium mare etiam: Antigono in Mirabilib. & Demoſtheni in Haloneſo. Inter Byzantium & Cherroneſum Thracium videtur, apud Xenophontem 7. Cyri. exped. SACER Mons, etiam is dicitur, cui vrbs Cæſena impoſita. teſtis vetus Inſcriptio, ibidem. In Hiſpania quoque Juſtino 44.

vbi aurum fulguris beneficio detegitur. Pico Sagro hactenus vocatur. quod inſtar pyramidis ſit; quem Hiſpani pico nominant. In Gallicia eſt, inter Compoſtellam & Orenſam opida. Vide SACRVM Prom. HIERON Oros, & LVCÆVS. SACER Portus, Sarmatiæ Aſiaticæ, ad mare Euxinum. Arriani Periplus. Apud Getas quoq; vbi Zamolxim habitaſſe, ſcribit Strabo. ſed vero nomine COGÆNVM vocabatur. Vide DELPHINIVM.
SACER Sinus, Arabiæ Felicis; ad ſinum Perſicum, Ptolemæo.

SACESINÆ, vide SACASINA.

SACHA, locus in Palæſtina; Ioſue 15.

SACHALITES σαχαλιτες, Sinus Arabiæ Felicis, Ptolemæo. CHALITES eſt Ammiani, vti videtur. Sunt & SACHALITÆ populi, apud eundem Ptolemæum. & SACHALITES regio. & vrbs in eadem Arabia Felici, eidem Ptolemæo, lib. Geographiæ 1. cap. 7. & lib. 6.

SACHATEI, vide SCYTHÆ.

SACHLE σάχλη, Arabiæ Felicis opidum, Ptolemæo.

SACIDÆ σακιδαι, Fœminea gens, quæ in prœlijs à tergo ſagittat, ſimulans fugere, æquè atque viri. Cteſias, & Clemens Alexand. 4. Stromat.

SACIDAVA, vide SVCIDAVA.

SACILERNVSI, IDIENSIS, SOLIENSIS, locorum in Hiſpania, meminit vetus lapis, qui eſt in conuentu Cordubenſi: vt tradit Amb. Moralis, in ſuis Hiſpaniæ Antiquitatibus.

SACILI, vide SACILIS.

SACILIS σακιλις, Ptolemæo, SACILI Plinio, Turdulorum vrbs, in Hiſpania Bætica. Alcorrucen nouo nomine appellat fide dignus teſtis Moralis.

SACISVS σακισὸς, Thraciæ ciuitas. Procopius 4. ædific.

SACOLA σακόλη, Aethiopiæ ſub Ægypto vicus, Ptolemæo.

SACOLCHA σακόλχη, Meroë inſulæ vrbs, apud Ptolemæum.

SACONI σάκωνοι, Aſiaticæ Sarmatiæ gens, Ptolemæo. per A in media ſcribit interpres.

SACONNA, Cappadociæ vrbs, Antonino.

SACORA σάκορα, Paphlagoniorum in Galatia vrbs, apud Ptolemæum. SACORSA, alia; ibidem, apud eundem.

SACRA Inſula, circa Hiſpaniam; eſt apud Auienum, in Ora ſua maritima. Vide INSVLA Sacra, & HIERA.
SACRA Ficus ἱερὰ συκῆ, ſuburbium Athenarum. via qua Eleuſinam itur. Philoſtratus in vita Apollonij Athenienſis ſophiſtæ. SACRA Saxa ἱερὰ πέτρα, loci nomen in Italia, in Meſſapiorum terra, Antonio Liberali. SACRA Solis, ἱερὰ ἡλίου, Arabiæ Felicis promontorium, Ptolemæo. SACRA Via vocatur quæ Eleuſine Athenis ducit. Athenæus 13. Item alia eidem 5. quæ Elide Olympiam ducit.

SACRÆ Viæ, vide EXAMPEVS.

SACRANA, Plinio vrbs in Hiſpalenſi conuentu.

SACRANAS acies, à populo ſic dictas, habet Virgilius, de quibus vide Seruium, qui eos circa Romam, aut Ardeam habitaſſe putat. Reate ortos, ſcribit Feſtus.

SACRAVIENSES, in Vrbe fortè gens. Apud Feſtum, in October equus Circa Viam Sacram veriſimile.

SACRIPORTVS, locus Italiæ, circa Præneſte videtur; vbi Marium oppreſſum ſcribunt Florus, Velleius, & Appianus, cui ἱερὸν λιμήν vocatur. item Lucanus 2. SACRI PORTVS locus maritimus circa Tarentum videtur; apud Liuium 26.

SACROMONTISSII, vide FOSATISII.

SACRONE σακρόνη, Suſianæ vrbs. Ptolemæus.

SACRVM Nemus, in quo Tacitus 4. Annal. Ciuilem Batauos vocaſſe ſcribit. Althamerus ait ex Marliano, exſtare in Hollandia, in finibus Ageducis vici. Video ab H. Iunio, & Duza Stakterbolch interpretari, quod in triuio eſt inter Leydam, Hagam, & Delfium, nunc ferè exciſum. Lipſius autem non credit peculiare aut proprium ſiluæ nomen eſſe. SACRVM Promontorium, Ptolemæo & Straboni in Luſitania. Cabo S. Vincente hodie eſt. SACRVM MONTEM nuncupat eum Columella, lib. 6. cap. 27. & SACRVM IVGVM Auienus. CAPVT EVROPÆ nonnullis vocatum, ſcribit Euſtathius. CALBIVM Pytheæ quoque apud Strabonem videtur. SACRVM Promontorium, ἱερὸν, Hiberniæ inſulæ, apud Ptolemæum eſt, quod Salanga Oliuario dicitur. Mons Domini, poſtea vocatum, ſcribit Bocatius.
SACRVM Promontorium, Corſicæ inſulæ Ptolemæo eſt: quod Cabo corſo, Leander; Sege, Pinetus nominat.
SACRVM Promontorium, habet Ptolemæus in Lyciæ regione. Hoc Sophianus Capo Chelidoni appellat. Idē Ptolemæus ad Dromon Achillis, in Sarmatia Europæa.
Zoſimus 2. habet promontorium ſic dictum, in Aſia, ad Ponti oſtium, ducentis à Chalcedone ſtadiis. Eſt hoc HIERON OROS alijs.

SACRVS, vide SATRICVS.

SACVS σάκος, Pieriæ vicus, in Lacedæmone. Stephanus.

SADA σάδα, Indiæ extra Gangem vrbs. & ibidem SADVS fluuius, auctore Ptolemæo. Vide SALIA.

SADACORA σαδακόρα, Straboni Armeniæ Minoris vrbs.

SADAGENA, vide SALAGENA.

SADALIS σάδαλις, Aegyptia vrbs, Stephano. σαδαλιτων meminit Goltzius, ex Galbæ nummo.

SADAMA, Thraciæ vrbs, Antonino.

SADANI, vide ARIACES.

SADANVS, inſula vſpiam in mari Rubro, ſeu Indico videtur apud Plinium & Solinum.

SADARVS, Aſiæ fluuius in Cophen deſinens. Plinius.

SADEC, vide BETHVZA.

SADINATES, vide TADINATES.

SADINI, vide ARIACES.

SADRACÆ σαδράκαι, Regia Darij Hyſtaſpis F. Circa Aſſyriam videtur, ex Strabone.

SADVCA, vide SALDVBA.

SADVS, vide SADA.

SÆDENA σαιδηνὴ, mons Cumis. item regio. Stephanus.

SÆLINI σαιλινοὶ, Tarraconenſis Hiſpaniæ populi. Ptolem.

SÆNA σαινα, Tuſciæ mediterraneum opidum, Ptolemæo. Siena hodie dici, & COLONIAM SENENSEM à Tacito vocari, docet Cæſar Orlandius, in noſtro Theatro; item in peculiari opuſculo, de ea, à ſe edito. Sed SENIENSIS legit Lipſius apud Tacitum Hiſtor. 5. ex exemplari Vaticano; vt ipſe teſtatur.

SÆNOS, Synarum fluuius, apud Ptolemæum. Sed SENOS σένος, habet Græcus Ptolemæus. Eſt LANOS Plinij, inquit Mercator, in ſua Vniuerſali Tabula.

SÆPINVM σαίπινον, Ptolemæo Samnitum vrbs. SEPINVM Liuio, SEPINATES Plinio. Coloniam eſſe, docet Frontinus, per Æ diphthongon legit quoque marmor antiquum. Leandro eſt Sepino.

SÆPONA, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, Plinio.

SÆPRVS σαιπρος, Ptolemæo Sardiniæ fluuius.

SÆTABICVLA σαιταβίκουλα, Conteſtanorum opidum, in Hiſpania, Ptolemæus.

SÆTABIS σαιταβις, Ptolemæo eſt Conteſtanorum fluuius, in Hiſpania Tarraconenſi. SETABIS ſine diphthongo, legit Strabo, ſed pro vrbe, hoc tractu, quo loco tamen antiqui lapides quoque Sætabis per diphthongum legunt, teſte Cluſio. SETABITANI, qui & AVGVSTANI. Catullus huius quoque meminit. item Plinius lib. 3. cap. 3. Hæc Xatiua à Floriano dicitur in ſuo Hiſpaniæ chronico, Hiſpanico idiomate ſcripto. Idem Morali 10. & Ant. Auguſtino 7. de Nummis.

SÆTIANI, vide SCYTHÆ.

SÆXÆ σάιξαι, iuxta Iſtrum gens, Stephano.

SAGA. Interijt Saga opidum Etruſcorum; vti & Atria, „
à quo mare Atriaticum. Port. Cato. Circa Padi oſtia. „
Vide SCYTHÆ, & SOETA.

SAGÆ, Aſiatici populi Curtio 6. vide SCYTHÆ.

SAGALA σάγαλα, Indiæ intra Gangem vrbs, quæ EVTHYMEDIA εὐθυμέδια, Ptolemeo. Pro SANGALA Arriani habeo.

SAGALASSVS σαγαλασσός, Ptolemæo Lyciæ vrbs. Piſidiæ faciūt Stephanus & Suidas, & SELGESSVS σέλγησσος, quoque



quoque illis & Straboni dicitur. Arriano SALAGASSVS eſt, vt refert Pintianus. SAGALESSVS Plinij eſt, ſed in Pamphilia, regione finitima.

SAGANEVS, vide SALGANEVS.

SAGANVS σαγανός, Ptolemæo Plinio, & Marcellino, Carmaniæ fluuius.

SAGAPA σάγαπα, Indi fluminis oſtium, maximè Occiduum. Ptolemæus.

SAGAPENI σαγαπηνοί, & SILACENI σιλακηνοί, populi, Elimæis vicini, apud Strabonem.

SAGARÆI σαγαραῖοι, populi, Aeliano. qui camelorum certamen in honorem Mineruæ inſtituunt.

SAGARAVCÆ σαγαραῦκαι, gens Scythiæ, Ptolemeo. intra Imaum. Vide SACAVRACI.

SAGAREVS, Ammiano Carmaniæ flumen.

SAGARICVS Sinus, Sarmatiæ Europææ, circa Tyram fluuium vſpiam, Plinio.

SAGARIS, Lydiæ fluuius, Hygino. in Ophiucho. vide SANGARIVS.

SAGARTIA σαγαρτία, Cherſoneſus iuxta mare Caſpiū, Steph.

SAGARTII, Mediæ gens, apud Ptolemæum. Perſica apud Herodotum, in Clio, & Thalia. SAGARTHVM quoque Perſiæ locus, in Hiſtoria Miſcella 26.

SAGAVANA, vide SAVBAANA.

SAGENA, circa Puteolos locus videtur, in S. Soſij diaconi vita.

SAGIDA σάγιδα, Indiæ intra Gangem metropolis, Ptolemæo. per E in media, interpretibus.

SAGDIANA, vide ORGANA.

SAGIDÆ σάγιδαι, gens circa Hunnos. Procopius.

SAGIENSIS Epiſcopi, in Gallia, meminit Iuo in Epiſtolis; & concilium Aurelianenſe. Eius mentio eſt quoque in vita S. Anſiberti. item ſepius in S. Oppurtunæ vita. Seez in Normandia, hodie; teſte Belleforeſtio. SAGIVM eſt apud Gyraldum Cambrenſem. Vide SAIORVM, & OXIMVM.

SAGIS, Plinio Padi oſtium. Gorum vocat Fabricius, in Itinere Romano.

SAGISAMEIVLIENSES, vide SEGIMOMENSES.

SAGITTA, vrbs Syriæ: Roberto Monacho. Vide SIDON.

SAGNINI, Volſcorum populi. Port. Cato.

SAGONEA σαγονέα, Diodoro 19. Circa Eubœam vrbs. σαλμονεα alia lectione ad oram libri habebatur. Vide SALGANEVS.

SAGRA, Plinio & Straboni Locrorum fluuius; qui à Leandro Sagriano, à Nigro autem Sucharanto dicitur: ſed Alaro à Gab. Barrio, Laurentio Ananienſi, & Mazzellæ: ſed hic alio in loco Cochile interpretatur. Videtur quoque locus in Attica, apud Clem. Alexandrinum ad Gentes. Vide LOCANVS.

SAGRÆ σάγραι, Æthiopum gens. Phauorini Lexicon.

SAGRVS, vide SARVS.

SAGVNTHVS, vide SAGVNTIA.

SAGVNTIA σαγουντία, Turdetanorum in Bætica vrbs, Ptolemæo, & Plinio. Moralis ſcribit eius nomen hodie exſtare Gigonca, in itinere quo itur Arcos, Xerezen de la Frontera. Alio in loco legit Giſconça. SAGVNTIA alia Areuacorum, eſt eidem Plinio, in Hiſpania. Addit quoque, hoc nomē crebro alijs in locis vſurpari. SAGVNTHVS hæc Liuij eſt. Vide SEGONCIA.

SAGVNTVM σαγοῦντον, Hedetanorum vrbs Ptolemæo, in Hiſpania Tarraconenſi, quam ZACYNTHVM à Zacyntho Herculis Ægyptij comite dictam quondam, tradit Vaſæus. Zacynthum vocat quoque Stephanus. & idem videtur eandem ZACANTHAM ζάκανθα, appellare. Zacynthiorum coloniam facit Appianus. Hodie Moruedre dicitur. CARTHAGINEM Spartariam (poſtquam ab Annibale direpta eſſet) vocatam, putat idem App. Alexandrinus. de quo vide CARTHAGO NOVA. SACVNDVM, & SECVNTVM malè eſt apud Antoninum.

SAGVTI, vide EMPORICVS.

SAGYLIVM σαγύλιον, vrbs in excelſo monte; Phazemonitidis in Ponto regionis. Strabo.

SAI σάοι, Thraciæ populi, oppoſiti inſulæ Samothraciæ. An ijdem ſint cum Sapæis, σαπαῖοι, vel Sintiis, σίντιοι, quorum Homerus meminit, ſubdubitat Strabo lib. 10. Horum meminit etiam Euſtathius ex Archilocho. SAI, eſt etiam Arabiæ opidum, in Æthiopiæ; ſub Ægypto, apud Plinium. Vide THRACIA, & SAMOS.

SAIACE, Zamarenorū opidum: in Arabia Felici. Plinius.

SAIORVM ciuitatis, in Gallia Lugdunenſi 11. meminit lib. Prouinciarum. Sees facit Vinetus, in Auſonium. Vide SAGIENSIS, & SAMOS.

SAIRA, vide SEIR.

SAIS σαΐς, Stephano, Pomponio, & Straboni, Aegypti opidum, in ipſo Delta. hoc ſcribit Guilandinus hodie Sibnit vocari. SAITES Nomus ibidem, Ptolemeo. item Platoni in Critia. Aliam, aut aliter, deſcribit SAITEM Ioſephus 1. contra Appionem. ad Orientalem nempe partem Bubaſtis fluminis. Vide SIN.

SAITÆ, Suſianæ populi. Plinius.

SAITICVM, vide TANITICVM.

SAL, vide SALA.

SALA σάλα, huius nominis fluuios duos habet Ptolemæus, in Mauritania Tingitana; vterq; ſe in Oceanum Atlanticum exonerat. vnum cis Atlantem Minorem, alterum vltra eum deſcribit. Qui cis Atlantem eſt, puto eundem eſſe cum Buragrag, quem Ioannes Leo lib. 3. habet. Burregreg legit Marmolius, qui eundem quoque Sumir vocat, ex antiquo ſcriptore Arabo. Auguſtinus Curio in ſua Marocchenſis regni deſcriptione ſcribit hunc à Ptolemæo SANEN appellari, Salan verò corrupta exemplaria præ ſe ferre: ipſe viderit. mihi certè hactenus nullum tale exemplar neque Latinum neque Græcum vidiſſe contigit. Hoc ſcio, hunc eundem à Plinio & Pomponio quoq; Sala, nominari. SALAM vrbem habet etiam Solinus, & Ptolemæus ad huius fluuij oſtium; hanc puto hodie Sella eſſe, ab eodem I. Leone celebratam. Cele legit Marmolius.
SALA, Turdulorum, in Bætica vrbs, apud Ptolemæum.
Phrygiæ quoque: etiam Armeniæ Maioris: item Hyrcaniæ, apud eundem. SALA, apud Herodotum 7. eſt vrbs littoralis Thraciæ, circa Hebrum fluuium. Eſt Pannoniæ Superioris vrbs Ptolemæo. SALA, vel SAL etiam poſſet Latinè vocari ille Lotharingiæ fluuius qui ad Metin vrbem ſe in Moſellam confert, ſic enim de eo Fortunatus libro ſeptimo ad Gogonem, Seu qui Metis adit de ſale nomen habet. Accolæ hodie Selle appellant, Vide SALAS, SALLE, & SALACONIA.

SALABASTRÆ, Indiæ populi, apud Plinium.

SALABIN, locus Palæſtinæ, Iudicum 1. Vide SALEBIN, & SALBONI.

SALABRIA, vide PENEVS, & EVDOXIOPOLIS.

SALABRIAS, vide PENEVS.

SALACENI σαλακηνοὶ, Indiæ intra Gangem populi, Ptol.

SALACIA σαλακία, Turdetanorum in Luſitania vrbs, apud Ptolemæum & Plinium; hic eam, VRBEM IMPERATORIAM cognominat. Setubal, Cluſio: Sed Alcaſar de ſal; Varrerio, & Morali, in Algerbiæ regione. ſed hic Salaria per R habet, typographi vitio, puto. SALACIA alia eſt Antonino, circa Bracaram Aug.

SALACONIA Antonini, videtur circa aut ipſam SALAM Ptolemæi eſſe. in Mauritania Tingitana vrbs.

SALÆ, gens Colchidis, antiquis PHTHIROPHAGI dicti, inquit Plinius lib. 6. vide TAPROBANA.

SALAGASSVS, vide SAGALASSVS.

SALAGENA σαλάγενα, Sargarauſenæ vrbs, in Cappadocia, Ptolemæo. SADAGENA, legunt interpretes.

SALAGESA σαλάγησα, Indiæ intra Gangem vrbs, apud Ptolemæum.

SALAMARIA locus; in Theodoſiano codice 12. titulo de Decurionibus.

SALAMBORIA σαλαμβόρια, Ptolemæo Cappadociæ vrbs eſt, præfecturæ Garſauriæ. Latini codices eam quoque SARABREAM vocant. Harberic Turcis, teſte Leunclauio.

SALAM-

SALAMBRIA, vide SPERCHIVS.

SALAMII σαλάμιοι, gens Arabiæ, apud Stephanum. Vide CENÆI.

SALAMINA, vide SALAMIS.

SALAMINIACVS, vide SARONICVS.

SALAMINIADA, Cœleſyriæ vrbus, Antonino inter Occoram, & Emiſam. Subdubitat H. Surita an SAMVLVS Ptolemæi ſit. Vide TOLMIDESSA.

SALAMINÆ inſulæ. Contra Salamin Cypri. Plinius.

SALAMIS σαλαμίς, Ptolemæo Cypri vibs: quæ Plinio, & Polyæno, SALAMINE. Stephanus eam CONSTANTIAM dici ſcribit. Idem D. Hieronimus tradit, & addit eam Traiani Imp. tempore à Iudæis deletam, interfectis omnibus eius accolis. Anton. Curchinus dicit eam ſub Eraclio Imp. à Saracenis captam, funditusq́ue exciſam, neque poſtea vnquam habitatam. Euſebio auctore, in lib. de Præparatione Euangelica, CORONIA κορωνεία, antiquiſſimus temporibus vocata fuit. Hodie Famagoſta dicitur, vt Niger autumat. Stephanus quoque κορώνειαν, Cypri vrbem habet, ſed diuerſo accentu, vt hic videtur. SALAMIS, Ptolemæo inſula eſt prope Peloponneſum, in Sinu Saronico. Nigro & Sophiano teſtibus nunc Coluri appellatur. Vrbem cognominem habere, ſcribit Euſtathius in Homerum. Hæc inſula quondam, vt Strabo tradit, CYCHRIA κυχρία, SCIRAS σκιράς, & PITYVSSA πιτυοῦσσα, dicta fuit. κυχρεια, per diphthongon habet Stephanus. Item OPHIS ὄφις, vt Euſtathius refert. PELESTOTHRE πελεσόθρη, apud Heſychium vocatur. DRACONIS Inſulam à Lycophrone appellari, ſcribit eius commentator Iſacius, quòd eam primò draco fera occupauit. SALAMINAM eam Polyænus vocat, item Hyginus, & dicit ab Apollonio ATTHIDA ἀτθίδα, nominari. IONIAM nominatam ab Apollinis oraculo, refert Plutarchus in Solone. SALAMIS regio, non procul à Cyro ſita: ab hæreſi Marcioniſtarum oppreſſa, apud Niceph. Calliſtum 13. cap. 27. SALAMIS Ioſepho Galilææ vrus eſt, bello Iudaico 2. circa finem.

SALAMPSII σαλαμψιοι, Mauritaniæ Cæſarienſis populi, Ptolemæo. Latini interpretes malè legũt THALASSII.

SALANCON σιλαγκον, Illyridis flumen videtur, ad Hadriaticum mare. Apoll. Argonauticor. 4. Circa Neſtida terram. Vide SALO.

SALANGVS σάλαγγος, Italiæ gens. item Indica. Stephanus & Lycophron teſtes Vide SELANGI.

SALANIANA, Luſitaniæ opidum, Antonino. inter Eboram & Pacem Iuliam.

SALANICA, Italiæ locus. auctor vitæ S. Theobaldi.

SALANTINI, vide SALENTINI.

SALAPÆI σαλαπαίοι, Thraciæ populi, ſub Rhaſcupolidis imperio. Appianus 4. Ciuilium.

SALAPENI σαλαπηνοί, Arabiæ Felicis gens. Ptolemæo. Hos, capite truncato, ALAPENOS vocant interpretes.

SALAPHITANVM, opidum Africæ Propriæ. Plinius.

SALAPIA, Plinio, Liuio, Vitruuio, & Straboni, SALAPIÆ σαλαπίαι, Ptolemæo. Apuliæ Dauniæ opidum. Annibalis meretricio amore nobile. emporium quondam Argyripinorum. Hodie Salpi dicitur, vt Leander & Ligorius aiunt. SALAPINAM Paludem habet hoc tractu Lucanus lib. 5. Vide SALINÆ.

SALAPOLA σαλάπολα, mons Libyæ Interioris. Ptolem.

SALARIA σαλαρία, Baſtetanorum vrbs, Ptolemæo: in Hiſpania Tarraconenſi. COL. IVL. SALARIENSIS, eſt in veteri inſcriptione. Siruela C. Cluſius vocat. Caçorla Morali eſt. hancq́ue Coloniam Salarienſem Plinij putat. SALARIA alia eſt in Oretanis, eidem Ptolemæo. Eſt quoque Africæ Propriæ vrbs. vt habet Pontius in vita S. Cypriani. SALARIA Via, Feſtus, Antoninus, Tacitus 3. Hiſtoriar. & Cicero 3. Deor. SALARIVS Pons, in Via Salaria, Diacono, qui Anieni impoſitus. Ponte Salaro hodie. Vide SOLARIVS, & COLLINA.

SALARS σάλαρς, Libyæ inſula. Stephanus.

SALAS σάλας, Straboni Germaniæ flumen, inter quod, & Rhenum. Druſus occubuit. Saal hodie vocatur.

SALASABRA, vide SOLVSAPRA.

SALASSII σαλάσσιοι. populi ſunt Italiæ, apud Ptolemæũ, ſub Inſubribus. Eorum regio Germanis Augſtall vocari, ſcribit Scudus. Val de Oſta dicunt Itali. SALASSOS à Polybio LAOS λάοι, appellari, tradit Gaud. Merula.

SALATARÆ, vide CALATARÆ.

SALATHVS σαλάθος, vrbs, & fluuius Libyæ Interioris, apud Ptolemæum. Idem, ibidem Salathios populos habet.

SALATIA σαλατία, Apuliæ vrbs, Appiano in Annibalicis, mendosè, pro SALAPIA. vide IAPYGIA.

SALAVRI opidum, in Hiſpania Tarraconenſi. Sex. Auienus. Puerto de Salou interpretatur Ludouicus Pontius in ſuo De amplitudine vrbis Tarraconenſis, libello.

SALBONI, vnde vnus fortium Dauidis. 2. Samuel. 23. SALABON 70 interpretib.

SALDÆ Colonia, σάλδαι, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, apud Ptolemæum. Tadelis Mercatori; Algier Caſtaldo. Mercatoris ſententiam, Caſtaldi libenter præfero. Vide SARDA.

SALDENSII σαλδηνσιοι, Ptolemæo Daciæ populi ſunt.

SALDVBA, Hiſpaniæ Bæticæ flumen eſſe, & hodie Guadalquiuirejo vocari, Carolus Cluſius mihi auctor eſt. Claudius etiam Aretius in ſuo de Hiſpania libellulo hoc loco etiam Salduba fluminis (quem ex Plinio lib. 3. cap. 1. Fœderatorum nominat) meminit. Ego vt verum fatear, quis ex veteribus huius Salduba fluminis mentionem faciat, ignoro. Saldubam vrbem in hoc tractu à Ptolemæo, Plinio, & Mela poni ſcio. item aliam, in Tarraconenſi, eidem Ptolemæo. Melius mea opinione hunc fluuium Guadalquiuirejo SADVCAM σαδύκα, à Ptolemæo nominari, ſcribit Florianus del Campo. item Pintianus, in ſuis Pomponianis Caſtigationibus. Vide CÆSARAVGVSTA.

SALE σάλη, Ptolemæo; SOLE Ammiano; vrbs Hyrcaniæ Vide SIPYLVM, & IAPYGIVM.

SALEBIN, 3. Reg. 4 Regio Syriæ fortè SALABIN.

SALEBRONE, vide AD HERCVLEM.

SALECHA, quæ quoque SELCHA dicitur in lib. Deuteronomij, & Ioſue cap. 12. poſtea Salca ha dictam. prodit Beniamin.

SALECIS σάλικος, fluminis, meminit Philoſtratus in principio lib 5. Apollonij. vbi tradit eum nonaginta ſtadijs diſtare ab Abylæ promontorio, verſus Oceanum. ZILIA ζιλεια, Ptolemæi eſt.

SALEM, vide HIEROSOLYMA, & NEAPOLIS.

SALENÆ σαλῆναι Catyeuchlanorum opidum, in Albione inſula, Ptolemæo. SALINÆ, legunt Latini codices. Salndy eſſe, ſubdubitat Camdenus.

SALENI, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Cantabros. Pomponius.

SALENSIS Epiſcopi, in Armenia Maiori: meminit concilium Nicenum. A SALA Ptolemæi credo.

SALENTIACVM, in Veromanduis locus. vti videtur in S. Medardi vita: à Fortunato deſcripta. Chalanchi fortè.

SALENTINI σαλεντῖνοι, Ptolemæo Italiæ populi; SALANTINI per A in ſecunda legunt vetuſta numiſmata, vt patet apud H. Goltzium. Per duplex LL. ſcribi Tabulis Capitolinis, docet Sigonius. ſic etiam Stephanus σαλλεντινοί. qui etiã SALLENTIAM vrbem habet in Meſſapiis. Terra d'Otranto hunc tractum hodie vocari, credit Leander. SALENTINOS Campos, & SALENTINA littora, ſunt apud Melam. Vide IAPYGIA, & DOLATES.

SALENTINVM, vide IAPYGIVM.

SALEPRONE, vide AD HERCVLEM.

SALERA, opidum in Africa Propria, à Scipione occupatum. Liuius 29.

SALERNVM σάλερνον, Ptolemæo, Straboni, Appiano, & Plinio Picentini opidum. Colonia Romanorum eſt, teſtibus Liuio, Paterculo, & Frontino. Nomen retinet. Vide QVINTVS.

SALESIA, vide SALETIO.

SALESII σαλήσιοι, Pæonum regio, apud Stephanum.

SALETES, vide CALETES.

SALETIO, vrbs Germaniæ, ſex milliaribus infra Argentoratum. Huius meminit Antoninus, & lib. Notit. Hanc SALESIAM in Francorum Annalibus dici, & hodie Selza vocari, tradit B. Rhenanus. vide SALISSO.

SALEVMBRONA, Antonino locus Tuſciæ, in Itinere Tiberino, circa Volturnæ fanum. Vide ITALIA, & TVSCIA.

SALGA, vide SALGAS.

SALGALA, vide SANGALA.

SALGANEVS σαλγανεὺς, Bœotiæ vrbs, ad Euripum. qua tranſitus in Eubœam eſt, Stephano. SALGANEA eſt Straboni, & Liuio 35. vbi Salganea ad Hermeum nominatur. (fluuij aut montis hoc fortaſſe nomen.) SAGANEVS Ptolemæo eſt, corruptè.

SALGAS fluuius, & SALGA vrbs, Mauritaniæ. Stephan.

SALI σάλοι, Sarmatiæ Europææ gens, apud Ptolemæum. ZALI legit Hermolaus, ex Rhiano.

SALIA, Aſturum in Hiſpania fluuius, apud Pomponium. SANGA Plinij eſt, vt Pintianus in Melam, opinatur: qui eum recentiori vocabulo Saia vocat. Sed SADA, in aliquibus excuſis Plinij exemplaribus legitur lib. 4. cap. 20.

SALICA σάλικα, Oretanorum in Hiſpania vrbs Ptolemæus. SALTICI Antonini putat Hieron. Surita. Vide TAPROBANA.

SALICES, vide AD SALICES, & SALLYES.

SALIENTES, locus Hiſpaniæ, Antonino. inter Bracaram & Aſturicam.

SALII, hodie Sallant; teſtibus Verrutio & Becano. Vide SICAMBRI, & FRANCI.

SALIM σαλείμ, locus iuxta Aenom. vbi D. Ioannes baptizabat. Ioan. 3. Vide SAALIM.

SALIMARIACA, vide SOLIMARIACA.

SALINE σαλῖναι, Ptolemæo Suetriorum in Alpibus Maritimis opidum. Hodie Saluce aliquibus videtur, inquit Varrerius. Eidem Ptolemæo SALINÆ Daciæ vrbs eſt. Locus adhuc hodie exſtat ad fontes Tibiſci, quem incolæ Sigeth vocant, vt tradit Lazius. SALINÆ, locus Tuſciæ, circa Cecinnam fluuium. vbi ſal conficitur. Rutilius 1. Hic prope Albini villa erat. SALINÆ circa Oſtiam factæ, ab Anco Marcio. Liuius 1. SALINÆ inter Sipontum & Auſidenam, ſunt Antonino. SALAPIAS Ptolemæi putat quidam. SALAPINAM Paludem Lucani, puto ego. vide PVBLICII Vicus.

SALINÆ Herculeæ, vide POMPEIA Palus, & SALENÆ.

SALINE NAVBONENSES, in II. ſcheda Tabulæ Peutingerianæ, in III. autem mihi à M. Velſero communicata NVBONENSES erat. Circa Mauritaniam Cæſarienſem locus.

SALINARVM Lacus, eſt Oroſio, in Africa. IOVEM SALINAREM vocat Ponticus Virunius, Lacum Tritonidem ſignificare velle, videtur.

SALINE σαλίνη, inſula Indica, in ſinu Gangetico, Ptolemæo. cuius incolas AGINNATAS ἀγιννάτας, vocari ſcribit. Hanc inſulam Latini interpretes omiſere: & hos Aginnates Bazacatæ alteri inſulæ, falsò attribuere.

SALINSÆ σαλίνσαι, Mauritaniæ Tingitanæ populi, apud Ptolemæum.

SALINVM σαλίνον, Pannoniæ Inferioris vrbs. Ptolemeo. Niger eam Theth appellat. Lazius, & Simlerus Adom nominant. & hic eandem putat cum ea quæ apud Antoninum VETVS SALINAS inſcribitur. Hæc VETVSSALINA iunctim nominatur, in Lib. Notitiar.

SALIOCLITA, vide SOLIOCLITA.

SALIS σαλίς, Ptolemæo Pannoniæ Inferioris vrbs eſt. SALLIS Antonini. Selliæ Lazij, vel vt Hungari pronunciant, Salawar.

SALIS Ciuitas, Ioſue 15. Palæſtinæ locus.

SALIS Flumina, quæ appellantur. Apud Caſpias Portas, Plinius 31 cap. 7.

SALISA, Palæſtinæ vrbs: 1. Samuel. 9. BAL-SALISA 4. Reg. 4. Vide BALA.

SALISSA, vide BALA.

SALISSO, Antonino opidũ inter Treuiros & Argentoratũ.

SALIVNCA σαλιόνκα, Autrigonum vrbs, in Hiſpania, Ptolemæo.

SALLABENSIS, Mauritaniæ Cæſarienſis loci, meminit Victor Vticenſis.

SALLÆCVS, vide ISALÆCVS.

SALLE, ſiue vt legit alius codex, SELLE, Pannoniæ vrbs, apud Antoninum. An Sala Ptolemæi? vt quidam putat. Lazius credit hodie Sellie eſſe, ad Drauum fluuium.

SALENTIA, & SALLENTINI, vide SALENTINI.

SALLIS σαλλίς, Idumææ opidum, Ioſepho 3. belli Iudaici. Vide SALIS.

SALLVNTVM, Dalmatiæ vrbs, Antonino.

SALLVVII, vide SALLYES.

SALLYES σάλλυες, Straboni ſunt Galliæ Narbonenſis populi, circa Aquas Sextias, quos ab antiquo LIGYAS λίγυας, i. Ligures appellatos addit. & regionem LIGYSTICAM. Poſteriores eos GALLOLYGVRES κελτολίγυας nominauerunt. SALLYI Plinio ſunt, & SALICES σάλικες, Ptolemæo. SALVIOS vocat Liuius: & SALLVVIOS Ammianus Marcellinus. item Fragmentum marmoreum, in Goltzij Faſtis. Poldo Albenati ſunt ij qui Aix opidum inhabitant. Pagum Prouinciæ Solies dictum, huius nominis veſtigium ſeruare, putat Dalechampius.

SALMA σάλμα, Arabiæ Deſertæ vrbs, apud Ptolemæum. Arabiæ Felicis quoque duo opida ſic dicta, habet idem.

SALMACIS σαλμάκις, vrbs Cariæ, Stephano, & Arriano in Alex. Fons etiam Cariæ eſt, in Halicarnaſſo: qui ex eo bibentes, molles & obſcœnos reddit, teſte Strabone 14. & Ouidio 15. Metamorph. fabuloſè, vt docet Vitruuius 2. cap. 8. Eſt quoque fluuius ſic dictus, apud Parthos alicubi. vti videtur ex 4. Flori. cap. 10.

SALMANI Arabes, circa Meſopotamiam, ſunt Plinio.

SALMANTICA σαλμάντικα, Ptolemæo Vettonum vrbs, in Luſitania. SALMATIS σαλματις, Polyæno 7. de Annibale. Hodie in Caſtellæ regno eſt: Salamanca vulgò vocatur. SALMANTICENSES, propriæ VICANOS appellari, ſcribit Aggenus Vrbicus. HELMANDICAM Liuij in Vacceis vicina regione. & ELMANTICAM ἐλμάντικα, Polybij eſſe, non dico: ſunt autem qui ſuſpicantur. HERMANDICA per R legit Annibal, qui Plutarcho attribuitur.

SALMASTVS, & ADORBEIGAMVM, Perſiæ vrbes, dierum circiter octo itinere ab Niniue poſitæ: verſus Orientem. And. Maſius, in libello Moſis de Paradiſo.

SALMATIS, vide SALMANTICA.

SALMENI σαλμηνοὶ, ſolitaria gens, apud Stephanum. In Arabia forſan.

SALMENICA, in Peloponneſo vrbs, apud Laonicum 10.

SALMON, vide ALMON.

SALMONA, Auſonio fluuius, quẽ Moſella excipit. Salm hodie Ioſepho Scal. teſte. Vna manſionum Iſraëlitarum in deſerto quoque SALMONA dicitur: Numeri 33.

SALMONE σαλμώνη, Piſatidis in Peloponneſo vrbs. & Fons cognominis, Stephano, & Straboni, qui tradit Enipeum inde originem ſumere. & ſuo tempore BARNICHIVS vocari. Vide SAMONIVM.

SALMONEA, vide SAGONEA.

SALMONIACVM villa, vbi Carolomannus obijt. Teſtes Ado, & Marianus Scotbus. SALMONTIACVS quidam legunt.

SALMONIÆ Campus, σαλμωνιας πεδίον, Diodoro 20. ad finem. In Phrygia videtur.

SALMONIDIS, vide SAMONIVM.

SALMORVDIS, Mœſiæ Inferioris vrbs, ad Danubium. Antoninus. Locus & vox haud procul abeſt ab Halmyride Plinij, cui lacus ſic vocatur.

SALMVNTI σαλμοῦντι, Aſiæ vrbs, ad mare Rubrum: vbi Alexander Magnus ludis Theatralibus interfuit. Diodorus 17. Gedroſiæ videtur ex Plutarcho. Carmaniæ, ex Arriano. ſunt autem collaterales hæ regiones.

SALMVS σαλμος, Bœotiæ opidum: apud Stephanum: ex Hellanico. Vide ALMON.

SALMYCA σάλμυκα, Stephano vrbs iuxta Herculis colũnas.

SALMYDESSIA maxilla, σαλμυδησσία γνάθος, circa Thermodontis fluminis oſtia. ſcopulus nauigãtibus infeſtus, eſt apud Aeſchylum, in Prometheo: & Sophoclis Scholiaſtem, in Antigonem. SALMYDESSVM Sinum, habet ibidem Stephanus. SALMYDESSVS etiam fluuius Thraciæ, apud Scholiaſtem Sophoclis, in Antigonem: & in Etymologico vocatur. Thraciæ vrbs eſt Apollodoro. Vnde Almydeſſij populi.

SALMYDISSOS, vide HALMYDISSVS.

SALO, vel SALON, Martiali, eo verſu: Salone qui ferrum gelat. Prope Bilbilin in Celtiberia, vt mihi Arias Montanus communicauit, qui eum hodie Xalon vulgò dici ait; Iuſtinus ex Pompeio lib. 44. hunc fluuium BILBILIN nominat. fortè ab vrbe adiacente, ſic dicta. Nullum apud eos telum probatur, (inquit) quod non aut Bilbili flumine, aut Chalybe irrigatur. Antoninus quoque hoc tractu AQVAS BILBITANORVM habet. quas vide ſuo loco. SALO σαλών, Dalmatarum nauale Strabonis; SALONÆ Colonia, σαλῶναι κολώνια, Ptolemæo. SALONA Pomponio & Plinio. Fauolius Aruinata, Salona Sophianus, Spalato Hermolaus nominat. Diocletianum Imp. hic quondam palatium habuiſſe, ſcribunt auctores. Mar. Niger dicit Salonas interijſſe, lociq; nomẽ tamen manere, eſſe verò ibidem arcem hodie, Cliſſa nomine. Clitia fortè Laonici. COLONIA MARCIA IVLIA SALONA vocatur in antiquo epigrammate, quod habetur apud Mazochium, fol. 28. Stephani verba hic addere libet, is enim ita: Salona vrbs Illyridis. cuius gentile Salonites. Eſt & Salone Dalmatiæ vrbs, cuius gentile Salonenſes σαλωνεύς. SALONA, Plinio quoque flumen eſt, iuxta ipſam vrbem. Nomen retinere puto. SALANCON fortè Apollonij.

SALOBRIASÆ, Indica gens. Plinius.

SALODVRVM, Antonino, & ex veteri eius loci inſcriptione, Heluetiorum opidum. Solothurn incolis dictum. Scudus, & Rhenanus.

SALOE, vide SIPYLVM.

SALOMACVM, Aquitanicæ opidum, Antonino. XVIII. M. P. à Burdegala.

SALOME, Palæſtinæ vicus: Guil. Tyrio.

SALONA, vide SALO, & SALONIA.

SALONIA σαλωνεια, Bithyniæ vrbs: Stephano. SALONA Straboni, ſine diphthongo.

SALONIANA σαλωνίανα, Dalmatiæ vrbs mediterranea. Ptol.

SALONVM Theſſaliæ finibus procreatum arietem, ſcribit Hyginus.

SALOPIA, Angliæ regio, verſus Occidentem. Vita S. Wenefridæ. Shreusburi eſt, ad Sabrinam fluuium.

SALOS, vide SCELOS.

SALPA σαλπη, palus eſt Italiæ, in Daunijs: Iſacio in Lycophronem. SALPINIA eſt Vibio; SALAPINA Lucano lib. 5. Non procul à Salapia vrbe videtur.

SALPII, vide ALPES.

SALPINATES populos, habet Liuius 5. quos cum Vulſinienſibus bellum contra Romanos geſſiſſe tradit. Vrbis nomen in Etruria videtur.

SALPIS Coloniæ, meminit Frontinus, vt teſtis eſt Onuphrius. An Salpinates inde?

SALRA, Hannoniæ locus; In vita S. Aldegundis. An Solre, ad Sambram?

SALSOVIA, Mœſiæ Inferioris vrbs, ad Danubium. Antoninus, & lib. Notit.

SALSOS, Plinio Carmaniæ fluuius.

SALSVBIVM, Latinis dictum eſſe illud Flaminiæ (ſiue Romandiolæ) opidum quod hodie Caſtro caro vocant, ſcribunt Blondus, Merula, & Leander.

SALSVLÆ, Antonino prope Narbonem Galliæ; Varrerio Salſas eſt ſub Pyrenæis montibus. Non procul ab hac vrbe eſt fons, quem Fonte de Salſas hodie vulgò nominant. is à Pomponio SALSVLÆ etiam dicitur.



SALSVM, A. Hirtio flumen Hiſpaniæ eſt, in Bætica. quod Nauagierus ſcribit Salobral appellari. Guadajos hodie dici ſuſpicatur Cluſius. & addit in eum influere riuulum, qui hodie Rio Salado (quod ſalſum ſignificat) vocatur. Moralis in ſuis Antiquitatib. ſcribit in ſuperiori parte Biuoras nominari, poſtquam autem duos in ſe receperit fluuiolos, vnum nomine Touazo, alterum Salado, nomen Guadajox ſortiri. SALSVM, Plinio flumen, circa Euphratis oſtia.

SALSVS Sinus, vide GALLICVS.

SALTACHA, in lib. Notit. Phœniciæ vrbs.

SALTICI, vide SALICA.

SALTÆ, de quo in Epheſino concilio hæc, Perrebius Theſſalonicarum Saltarum epiſcopus dixit. alio loco legebat Theſſalorum, pro Theſſalonicarum.

SALTIETÆ σαλτιῆται, Hiſpaniæ populi, qui texta præſtantiſſima faciebant. Strabo 3. SETABETAS Silij putat Caſaubonus.

SALTIGA σάλτιγα; Baſtitanorum in Hiſpania vrbs. Ptolemæus, & Antoninus.

SALTVARES, vide NYMPHARVM inſulæ.

SALTVM, epiſcopatus ſub ſede Cæſareæ Stratonis: Guil. Tyrio.

SALTV VOCANEOS, epiſcopalis locus, ſub Becerra Arabiæ. Guil. Tyrius.

SALTVS CARMINIANENSIS, vide CALABRIA. SALTVS CASTVLONENSIS, Ciceroni & Cæſari in Bætica tractus; qui Floriano Puerto Muladar dicitur. cui ſuffragatur Nauagierus. Sed Sierra Morena Morali eſt. Portum S. Stephani interpretatur Surita. SALTVS DEI Lucus, ἄλσος ἄλιωμα θεοῦ, in Sarmatia Europæa, Ptolemæo eſt. SALTVS GALLIANI, vide GALLIANI. SALTVS PYRENÆVS, vide PYRENÆVS. SALTVS TVGENSIS, vide ARGENTEVS MONS. SALTVM Prouinciæ Narbonenſis, vel SALTVOSAM Prouinciam, olim Latinis dictum; quem hodie Comitatum de Sault vocant, ſcribit Antonius Pinetus. Circa Auinionem eſt, in Delphinatu, vt hodie ea loca appellantur.

SALVA σαλύα, Ptolemæo Pannoniæ Inferioris vrbs. SALVA MANSIO eſt Antonino. Scalmar Lazio eſt, duobus à Buda milliaribus, Auſtriam verſus. ſed SOLVA legitur hoc loco apud Antoninum, quem Aldus excudit. An Soluenſe Plinij?

SALVARIVM, opidum Arcadiæ, ex aduerſo Pyli ſitum: nauale eius regionis. Laonicus 9.

SALVCA σαλύκη, Ptolemæo opidum in Libya Interiori.

SALVIA σαλυία, Liburniæ vrbs mediterranea: apud Ptolemæum. SILVIA fortè Antonini. Alia SALVIA VRBS Plinio, VRBASALVIA οὔρβα σαλουία Ptolemæo, VRBISALIA Procopio, lib. 2. Gothorum: item VRBS SALVIA Antonino. Sic hodie etiam dicitur, vt Franciſcus Adamus, & Dom. Niger perhibent, aut Alia, vt Leander ſcribit. in Picenis.

SALVIÆ, vide AQVÆ.

SALVII, vide SALLYES.

SALVM, Mauritaniæ Cæſarieñſis fluuius; apud Antoninum.

SALVR σαλούρ, emporium in India intra Gangem. Ptolem.

SALVRNVM, agri Tridentini locus: Diacono. Salorne hactenus.

SALVTARIA, Syriæ aut Euphratenſis vrbs. lib. Notit. Vide SATVRNI vicus.

SALVTARIS, vocatur pars MACEDONIÆ, PHRYGIÆ, PALÆSTINÆ, SYRIÆ, & GALATIÆ; teſte Libro Notitiarum.

SALVTARIENSIS, vide VRGIA.

SALYDO σαλυδώ, inſula Arabici ſinus: apud Agatarchidem.

SAMA, vide SARDINIA.

SAMACHONITIS, vide MERON.

SAMAIA σαμαια, Ioſepho 1. belli Iud. cap. 2. ciuitas Palæſtinæ eſt.

SAMAICA σαμαϊκη, Præfectura, in Thracia eſt. Ptolemæus.

SAMA-



SAMAMYCII σαμαμύκιοι, iuxta magnam Syrtim populi, Ptolemæo. Idem alios cognomines habet, multo interius, in Libya.

SAMANÆI, vide GYMNOSOPHISTÆ.

SAMARA, vide TAMOS, & TAVRVS.

SAMARABRIÆ, & SAMBRVCENI, Indiæ populi, circa Indum fluuium: Plinio.

SAMARABRIVA, vel SAMARABRIGA, Antonino Galliæ Belgicæ vrbs. Amiens eſt Simlero. Corruptum puto, pro SAMAROBRINA. ſed probum credit Cãdenus, & traiectũ ad Somam fluuium ſignificare credit.

SAMARANDA σαμαράνδη, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptolemæus.

SAMARIA σαμαρία, Ptolemæo Iudææ tractus. & in eo eiuſdem nominis vrbs, quæ ECHTENIAS, (vox quæ in Pergamenis vetuſtis codicibus non habetur:) vt ſcribit Euſebius. & ab Herode reſtaurata tãdem SEBASTE dicta fuit, auctore eodem, & Strabone. MAREON μαρέων, eam Ioſephus vocat: item σαμαρεῖον. NEAPOLIN quoque appellatam, ſcribit Stephanus, non ſine erroris nota fortaſſe. cum ex Ptolemæo & Plinio pateat, Neapolim Samariæ ciuitatem eſſe. at Samariam ipſam ſic nominari, apud nullum auctorem me legiſſe memini. Poſtellus tamen videtur Stephani ſententiæ ſuffragari, is enim eam à Samaritanis Iudæis Neapolim, aut Napolitza nuncupari tradit. Samaritanos Ioſephus, & Beniamin ſuo tempore Chutheos appellant. Vide CHVTA & FLAVIA.

SAMARIANA σαμαριανή, Straboni vrbs Hyrcaniæ; An Saramanna Ptolemæi?

SAMARICOS equos, laudat Vegetius in Veterinaria, vbi ſint, neſcio. Dicit Epirotas, Samaricos, ac Dalmatas, contumaces ad frena, ac viles.

SAMARIM, Palæſtinæ locus: Ioſue 18.

SAMAROBRINA Antonino & Cæſari, SAMAROBRIGA σαμαρόβριγα Ptolemæo. Cicero eius quoque meminit lib. 7. Epiſt. ad Trebatium. Galliæ Belgicæ vrbs in Ambianis. Hanc Hub. Leodius Cambray, Pet. Diuæus & Becanus Amiens; Bouillus & Chaſſaneus. S. Quintin vocat, Ego ferè pro Bray ad Somonam fluuium habuerim. Vide SAMARABRIVA.

SAMATÆ, vide SARMATIA.

SAMATHA, vide REBLATHA.

SAMATHO, vide MAGNA.

SAMBA, vide SAMBRA.

SAMBALACA σαμβαλάκα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

SAMBANA σαμβανα, Aſiæ locus, Diodoro Siculo 17. Vide SAMBATÆ.

SAMBASTI σαμβαστοι, Indiæ populi, circa Indum fluuium: quos Alex. Magnum debellaſſe ſcribit Diod. 17. Vide SABVTA.

SAMBATÆ σαμβᾶται, Aſſyriæ gens: apud Ptolemæum. Hoc tractu videtur à Diodoro 17. SAMBANA locus deſcribi.

SAMBLACITANVS Sinus, Antonino in Gallia Narbonenſi. Circa Forum Iulij. Goulfe de Grimault hodie appellari, mihi perſuaſum.

SAMBRA σάμβρα, vrbs Indiæ extra Gangem: Ptolemæo. SAMBA eſt interpretibus.

SAMBRACATE, inſula Arabiæ Felicis, in mari Indico. Item vrbs eiuſdem nominis, in continente. Plinius.

SAMBRI, Aethiopiæ ſub Ægypto opidum: Plinio. Populi ſic dicti, ibidem, ſunt Solino. apud quos nulla aurita quadrupes.

SAMBRICVS pagus, nominatur in S. Arnulphi vita, epiſcopi Sueſſionenſis. An corruptè pro Samarobriga? nõ valde enim abludit à Cambray: (modo C. vt S. pronuncietur, vt ſæpius ſolet vulgo) ſic enim vocant hodie Galliæ Belgicæ II. vrbem epiſcopalem Samarobrigam. Vide SAMAROBRIGA, & QVARTENSIS.

SAMBROCA σάμβροκα, Ptolemæo eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis flumen, quod Sanbucha hodie dicitur, auctore Floriano del Campo.



SAMBRVCENI, vide SAMARABRIÆ.

SAMBVLOS, montis nomen, apud Tacitum 12. Annal. In Aſia vſpiam. circa Meſopotamiam.

SAMBVS σάμβος, Indiæ fluuius, in Gangem influens: Arrhiano in Indicis. Apud Stephanum quoddam Arabum opidum ſic vocatur.

SAME, Palæſtinæ locus: Ioſue 15. vide SAMOS, & CEPHALENIA.

SAMEDAMASCENE, vide SAMIES.

SAMEGA σαμέγα, vrbs Syriæ. Ioſeph. 13. Antiq. cap. 17.

SAMENI σαμηνοὶ, Nomades Arabum. Stephanus.

SAMES σαμές, vrbs Paleſtinæ: Ioſue 19. vel SEMES, vt D. Hieronymus. vide SOLIS Fons.

SAMI, vide MACRONES.

SAMIA σαμία, Elidis opidum in ipſo Samico. Pauſanias 5.

SAMICVM σαμικόν, Triphyliacæ vrbs. Polybius 4. Strabo 8. Pauſanias & Stephanus. Circa Arenen, cuius fortè arx olim, vbi Neptuni Samij templum. item SAMICVS Campus. Vide ARENE, & ANNIVM.

SAMIES, quædam regio, vnde tertium genus aloes, vt habet Conſt. Africanus. aut potius Caſſius Dionyſius, vt ab alijs vocatur huius libri auctor. SAMEDAMASCENE legit ex eodem, Platearius.

SAMINTHVM σάμινθον, Peloponneſi vrbs. Thucydidi 5. In confinio Argiæ & Laconicæ videtur.

SAMIR, locus Palæſtinæ: Ioſue 15. in monte Ephraim: Iudicum 10. SAPHIR eſt 70. interpretibus.

SAMISENA σαμισηνὴ, Galatiæ verſus Bithyniam regio: Straboni.

SAMMITÆ, vide SCYTHÆ.

SAMNÆI, Arabiæ Felicis populi. Plinius.

SAMNI. In Samnorum gente Ebuſopem regem Colchorum plurimum argenti eruiſſe, ſcribit Plinius lib. 33. cap. 3. SVANORVM legit Venetus, Pariſienſis, & Colonienſis codex. ſincerius.

SAMNITÆ, vide NANNETES, & AMNITARVM.

SAMNITES, SAMNIVM, & SAMNITIVM, populi & regio Italiæ, apud Liuium Strabonem & alios. Ducatus Beneuentanus poſtea dictus. Abruzzo hodie dici; ex Sanfelicio, & Leandro docemur. Samnites medios eſſe inter Picenum, Campaniam, & Apuliam, teſtis eſt Eutropius 2. centeſimo ferè & triceſimo milliari ab Vrbe. Vicinos Priuernatibus ſcribit Liuius 8. Strabo dicit eorum quoſdam PITANATES vocatos. Diaconus 4. Lõgobard. Decimam quartam regionem Italiæ his adſcribit. Hos SABELLOS, & Græci SAVNITAS dixere, ſcribit Plinius. σαυνῖται, etiam Polybio. idem C. Sempronio. SANNITAS legit Strabo. In Dictionariis Henr. Stephani, & Nebriſſenſis, hi etiam SQVINCI dicuntur; qua auctoritate, ego neſcio. SAMNIVM à Collenutio, & Ioanne Baptiſta Carafa Val Beneuentana nominatur. etiam Deſtretto à Leandro. Antium & Lautulas deſcribit in Samnitibus, Liuius. SAMNIVM in ipſo Samnio requiratur. ſic Florus 1. cap. 16. Stadius dicit Samnium montem eſſe, in eoque Samnium opidum conditum fuiſſe. Sed aliud videtur Samnium à Samnitibus. SAMNITES & SABELLI diſtinctim nominãtur in Fragmento 37. Diodori: tamquam inter ſe diuerſi. SAMNIVS ſiue alia lectione SAMVS eſt apud Feſtum mons, vbi dicit Samnites ex Sabinis aduentantes, conſediſſe. Britanniæ vrbs eſt SAMNIVM, Stephano. Vide SABELLI.

SAMONIVM σαμώνιον, Cretæ inſulæ promontorium, in latere exortiuo: Ptolemæo auctore. SALMONIDIS σαλμωνίδης eſt Dioni & Euſtathio. SALMONE, Actuum 25. Salamone, aut Cabo Salamo hodie eſt, Sophiano & Mercatore teſtibus. SAMONIVM; Straboni 10. etiam locus Troiæ eſt, in Neandridæ & Alexandreorum ſolo.

SAMORNION, vide EPHESVS.

SAMOS σάμος, nomen trium inſularum, quarum ſynonyma, quia valde à recentioribus confundi video, ex ipſis claſſicis auctoribus ſic diſtinguere didici. Primo SAMOS eſt Ionica, in Icario mari è regione Ioniæ poſita, hæc Samos



vocatur

vocatur Ptolemæo, Solino, Pomponio, & Straboni. Idem Strabo hanc olim PARTHENIAM παρθενιάς, ab eius fluuio Parthenio, deinde ANTHEMVM ἀνθεμοῦς, poſtea MELAMPHYLVM μελάμφυλον, nuncupatam ſcribit. Eadem DRYVSA δρύουσα, Ariſtoteli. Apud Plinium quoque CYPARISSIA, PARTHENOARVSA, & STEPHANE dicitur. Stephanus & Sophianus eam IMBRASVM ἴμβρασος, etiam nominat; & Hyginus IMBRASIAM, à fluuio huius inſulæ ſic dicto, ni fallor, cuius Plinius & Strabo meminerunt. HEROSAM quoque dictam auctore Strabone, etſi Pintianus ſcribat in Plinium, fidem meam adhibere nequeo. Hæc Samos Ionica, Iunoni olim ſacra fuit. Hinc Pythagoras oriundus. Hinc vaſa illa fictilia, Samia dicta, à veteribus tantopere laudata. Apuleius 2. Floridor. eam eleganter deſcribit. Hæc hodie etiamnum Samo indigitatur. SAMOS altera, Thracica eſt, Maris Aegæi, & Thraciæ oppoſita. Hæc Samos dicitur Straboni, & Diodoro Siculo. SAMOTHRACIA, & SAMOTHRACE, Ptolemæo, Pomponio & Plinio. Olim DARDANIA vocabatur, Plinio & Euſtathio teſtibus. SERRHEION σέῤῥειον, à Sophiano dici video; ſed qua auctoritate, ignoro. lego hoc nomine eius opidum vocari apud Stephanum. MELITA, antea Straboni. LEVCASIA etiam Ariſtoteli, vt Erythræus habet, in ſuo Indice Virgiliano, vel LEVCANIA λευκανία, eo quòd albeat, vt Heraclides in Politijs dicit, qui eam quoque THRACIAM, ab incolis Thraciis; ſeptingentis verò poſt annis, à Samiis qui eam occupauerunt, Samothraciam dictam addit. Hæc eadem Samos à Flacco ELECTRIA Tellus; & ab Apollonio ELECTRÆ ATLANTIDIS inſula nominatur; proprio enim nomine eam non deſignant. Hic Corybantes Cybeles ſacerdotes, ſacra Matris Deûm ſollemnia myſteria celebrabant. SAVM quondam hanc appellatam, annotauit Scholiaſtes in Nicandrum. Hæc noſtra ætate Samandrachi nomine cognita eſt. SAMOS tertia, Maris Ionij inſula eſt, propè Zacynthum, quæ & SAME vocata fuit, & poſtea CEPHALENIA κεφαλωνία, teſtes Strabo, Liuius, & Euſtathius. Idem Strabo & Pauſanias TELEBOANTEM τελεϐοΐς, nuncupatam aſſerunt. Plinius eam olim MELÆNAM dictam tradit. Hæc vulgo nunc Cephaloniæ vocabulo innoteſcit. Eſt & SAMOS huius inſulæ opidum, apud Strabonem, quod interijſſe tradit Marius Niger, locúmque Porto Guiſcardo indigitari vulgo. SAMOS quoque Meſſeniæ vicus; in Epitoma Strabonis 8. & Elidis vrbs: apud ipſum Strabonem 8.

Eſt & ciuitatis Lyciæ nomen, teſtibus Martyrologiis Adonis & Vſuardi, ad VIII. Cal. Aug. SAMOS etiam Magnæ Græciæ, ſiue Calabriæ quondam vrbs: vt habet Gab. Barrius, ex D. Thoma. qui ſcribit Pythagoram philoſophum ex Samo Calabriæ vrbe oriundum. vbi hodie Crepacore fortè, vt idem Barrius ait. Ex Samo Ionica Pythagoram oriundum mihi maior fides à Laërtio, alijſq́.

SAMOSATA σαμοσατα, legio, Ptolemæo & Stephano, Syriæ vrbs, Comagenæ regionis. SAMOSATA LEGIO VIII. eſt apud Antoninum editionis Aldinæ: Simleri exemplar VI. legit.

SAMOTHRACA, vrbs, in inſula Samothracia. Ptolem.

SAMOTHRACIA, vide SAMOS.

SAMOTHRACIOS Muros, locum ſic dictum in Thracia: habet Herodotus.

SAMPHARITICA σαμφαειτικη, nardus quædam dicitur, à regione. Dioſcorides. A Saphar Arabiæ Felicis putauerim.

SAMPHE σάμφη, Phœniciæ vrbs: apud Stephanum. (Simon Sethi ſcribit inde Xyloaloe venire) σαμφῶ Ioſepho, Antiquit. 17. σαμφαιων, meminit Theſaurus Goltzij, ex Titi nummo.

SAMPHIRINE, vide SAPPHIRINE.

SAMPSA σαμψα, Stephano Arabiæ vicus.

SAMPSAMA regio, 1. Machab. 15.

SAMPSIRA σάμψειρα, Aegypti vrbs: Stephano. σαμψειρωτοι ſunt in Hadriani nũmo, teſtis Goltius, in Theſauro.



SAMVLIS σάμουλις, apud Ptolemæum Phœniciæ opidum; Vide SALAMINIADA.

SAMVNIS σαμουνίς, Ptolemæo Albaniæ vrbs, quæ Samachi vocatur, teſte Nigro.

SAMYCLA σαμυκλα, loci nomen videtur apud Stephanum in voce ζίτη.

SAMYDACA σαμυδάκη, Carmaniæ vrbs. Stephanus. SAMYCADE eſt Ptol. ſed SAMYDACE legunt interpret. SAMYDOCHVS Ptolemæo ibidem fluuius eſt. Idem eundem SAMYRACEN σαμυρακὴν, vocare videtur.

SAMYDOCHVS, vide SAMYDACA.

SAMYLIA σαμυλια, Cariæ opidum: Stephano.

SAMYRACE, vide SAMYDACA.

SANA σανα, Armeniæ Maioris vrbs: Ptolemæo. Palæſtinæ etiam locus. Ioſue 15. Vide SANE.

SANACA σανάκη, Ptolemæo, SACANE interpretib. Meſopotamiæ vrbs.

SANAOS σαναός, Straboni opidum in Phrygia Maiori. SANIS forſan Ptolemæi.

SANAGENSES, Galliæ Narbonenſis populos, habet Plinius.

SANAIS σαναίς, Ptolemæo eſt vrbs in Media regione.

SANARI σάναροι, Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Ptolemæus.

SANATES dicti ſunt, qui ſupra infraq́ Romam habitabãt. quare, lege apud Feſtum. Scaligero cenſore, circa Tiburtinum agrum erant.

SANAVIA, vide SAVCIVA.

SANCTI IVLII Inſulam, habet Diaconus in Longobardicis. vide IVLIANI.

SANCTIO, opidum Marcellino 21. Rhenanus putat. Seckingen hodie dici, in Germania. Rhætiæ videtur.

SANCTVS Mons, vide AGIOS.

SANDABALA σανδαβάλα, Indiæ fluuius Ptolemæo; qui ſe cum Indo coniungit.

SANDACA σανδακα, apud Ptolemæũ eſt vicus in Aethiopia ſub Aegypto.

SANDALARIVM, locus Romæ, vbi Librarij habitabant. Galenus de libris proprijs, & Gellius 8. cap. 4. Vici Sandaliarij, Romæ meminit vetus lapis.

SANDALIOTIS, vide SARDINIA.

SANDALIVM σανδαλιον, Piſidiæ regio: Steph. & Straboni. Inſula eſt oppoſita Lesbo; apud Plinium. σανδαλιεων memoria eſt in nummo Claudij. teſtis Theſaurus Goltzij.

SANDANVS σανδανος, Thraciæ fluuius eſt, circa Pallenen regionem. Plutarchus in hiſtor. Romanor. cum Græcorum coniunctione. vide SARDONIS.

SANDARACA σανδαράκη, Bithyniæ portus ad Euxinum Pontum. Arrhiani Periplus. Sorocon nunc, vt habet Leunclauius.

SANDARACVRGIVM σανδαρακούργιον, mons cauus, haud procul à Pimoliſis, in Pontica regione. circa Põpeiopolim Paphlagoniæ. Strabo.

SANDAROPHAGOS, vide ARCESINES.

SANDAVA σάνδαυα, Daciæ vrbs: apud Ptolemæum. Schesburg eſt Lazio, R. P. R. 12. Ad Cochelũ fluuium.

SANDIALE pagus, S. Longini patria, vt refert Simeon Metaphraſtes in huius vita.

SANDIVS σανδιος, Cariæ collis, Thucydides 3.

SANDOBANES σανδοϐάνης, amnis qui in Cyrum recipitur, Straboni. Circa Armeniam.

SANDOCANDÆ σανδοκάνδαι, Taprobanæ inſulæ gens. Ptol.

SANDRABATIS, vide SAVARABATIS.

SANDRIZETES populos Pannoniæ habet Plinius, per quos Drauum amnem defluere ſcribit. S. Andres opidum in hoc tractu, non malè hoc nomen imitatur. ANDIZETII ἀνδιζήτιοι ſunt Strabonis, cenſore Caſaubono. Sine S. initiali legendum apud Plinium adfirmare auſim. Erroris cauſſam lege in COMBOS, alibiq́, in hoc Theſauro. Hæc enim lectio apud Plinium eſt. Iaſos, Sandrizetes, &c. „

SANDVM σάνδων, Italiæ vrbs: Steph. Aſiæ Minoris opidum eſt, apud Metaphraſten, in vita S. Theodori Archimãdritæ.

SANDVRA, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum. Plinio.

SANDVS, vide INDVS.





SANE σάνη, Thraciæ vrbs, inter Athon & Pallenem: Herodoto 7. Stephano, & Epitome Strabonis 7. item Thucydidi 4. & 5. qui eam circa Athon montem, ad Foſſam regiam deſcribit. Andriorumq́ coloniã dicit. Huius etiam meminit Plutarchus, in Quæſtionibus Græcis.

SANEGÆ, vide SANICHÆ.

SANENSEM Ciuitatem, in Phrygia: habet Nicenum concilium. A Sanaos, ni fallor.

SANGA, vide NOEGA, SALIA, & SANGARIVS.

SANGADA σάγγαδα, regio circa Indi fluminis partes inferiores: Arriano in Indicis.

SANGALA σάγγαλα, Indiæ in Cathæis opidum; circa Indi fluminis partem ſuperiorem. Arrhianus 5. Alexandri. SAGALA Ptolemæo. SALGALA vrbs, Calthæi gentis eſt Polyæno lib. 4. de Alexandro.

SANGAMARTA σαγγάμαρτα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

SANGARIVS σαγγάριος, Aſiæ Minoris fluuius, Ptolemæo, & Arriano 1. Alexandri. σαγαριος, Heſychio, qui eum Lydiæ & Phrygiæ attribuit. ΣΑΓΑΡΙΣ in nummo meo Iul. Piæ Auguſtæ, cuius primum elementum eſt loco Ξ. hoc ſepius à me obſeruatum in nummis. (Item & hoc, quod Ξ. vt Z. vtebantur, quaſi ſcribas ZAGARIS. Vide in ZIPHENE huius aliquot exempla.) SANGA σάγγα, ab Apollonij ſcholiaſte dici, annotauit Stuckius: & eundem ab Heſiodo in Theogonia SARCERIVS nominatum ſcribit; ſed hoc me latere libenter agnoſco: Sangarium autem apud eum vt apud cæteros reperio. Idem SANGARIS dicitur, teſte Solino. XERABATES ξηραβάτης, quondam dictus eſt, teſte Plutarcho de Fluminibus. & idem eum ζάγαριν vocat. Sangarius etiam CORALIVS nominatur apud Plinium. Acada in Tabulis eius decurſum imitari videtur. Sangari autem Bellonio, & Zagari Nigro dicitur. Sacari Leunclauio. Alius eſt in Græcia Coralius, Straboni, quem tamen vir quidam eruditus cum Plinij Coralio confundit. σάγαρις, & σάγγαρις, duo ſunt flumina Phrygiæ. in Etymologico. Vide CORALIVS & AGARVS.

SANGARVS σάγγαρος, Bithyniæ locus, ad mare, non procul ab Helenopoli. Sozomenus, 7. cap. 18. & Calliſtus 12. cap. 31.

SANGIA σαγγία, vicus Phrygiæ Straboni. vnde Sangarius fluuius originem ſumit, teſte Euſtathio. idem cum SANGA puto. Nicephorus hunc vicum PAZVM vocari ait. qui PACHIVS πάχιος, fortè Appiani.

SANGONA, vide ARAR.

SANGRVS, vide SATRICVS.

SANGVINARIVS Pons, circa Spoletum: aut inter Otriculum, Narniámque, & Spoletum, atque Vrbem Romam regione media poſitus, vt ſcribit Aurel. Victor, in Vib. Gallo. quem interfectum hoc loco, & Sanguinarium inde pontem dictum, ſubiungit.

SANGVTA σαγγύτα, Armeniæ Maioris vrbs: Ptolemæo. SANTVTA Latinis codicibus.

SANIA σάνεια, Indiæ vrbs: Stephano.

SANIANA σανίανα, Thraciæ opidum: Cedreno & Curopalati. Huius meminit quoque Porphyrogenneta. ſed addit Galatorum nationem eo vſque extendi. Ita hæc in Aſia Minori videtur.

SANICHÆ σάνιχαι, ad Pontũ Euxinum populi: Arrhiano in Periplo. Sunt magis Occidentem verſus quam eiuſdem Sanigæ σανίγαι, quos Stephanus geminato NN. legit. SANNIGÆ ſunt Plinio Colchidis populi. SANEGÆ σάνηγαι, vocantur à Memnone.

SANICIENSIVM ciuitatem, id eſt, SANICISIO, habet lib. Prouinciarum, in Alpibus Maritimis. Videndum an ſit Sanitium Ptolemæi.

SANIGÆ, vide SANICHÆ.

SANINA σάνινη, opidum iuxta mare Rubrum: Stephano. In Arabia Felici, Ptolemæo. Vide SANNINA.

SANIR locus, 1. Paralip. 5. & Ezech. 27. Vide SARION.

SANIS σανίς. Ptolemæo Phrygiæ vrbs. Vide SANAOS.

SANIGERA, Balearidis Minoris vrbs: apud Plinium.



SANITIVM σανίτιον, Veſdantiorum opidum, in Alpibus Maritimis. Ptolemæus. Vide SANICIENSIVM.

SANITVRNVS, fluuius qui ſecat Mutinam: Frontino Stratagematum lib. 3. cap. 14.

SANNABA σαννάϐα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

SANNANIM, Palæſtinæ locus: Ioſue 15. vt legit D. Hieronymus. σεζαναν 70. interpretibus.

SANNI, vide DRILLÆ, & MACRONES.

SANNIGÆ σάννιγαι, Scythiæ gens: apud Stephanum, & Arrhianum. Vide SANICHÆ.

SANNII Prouinciam, & SANNITAS incolas, nominat Caſsiod. 3. Variar. quibus Theodoricus rex Sinhiuadum præfecit: vt negocia inter Romanos & Gothos definiret. In Italia videntur, ex eiuſdem 5. ad Guduim Saionem. An pro Samnio & Samnitibus?

SANNINA σάννινα, Mediæ vrbs, ad Hyrcanum mare: Ptolemæo. vno N. ſcribunt interpretes.

SANNITÆ, vide SAMNITES.

SANNVM, vide SARRVM.

SANTAMARIA, Albanorũ in Illyrico vrbs: Laonico 9.

SANTICVM, circà Noricum vrbs: Antonino. Sanekius hodie locum dici, credit Lazius. SIANTICVM Ptolemæi puto.

SANTIS σάντις, Celtica vrbs: Stephanus.

SANTONES σάντωνες, Galliæ Aquitanicæ populi, auctore Ptolemæo & Cæſare apud quem & XANTONES nonnulli codices legunt. Sed & idem SANTONÆ Belli Gallici 3. ſi proba ſcriptura. LIBEROS & VBISCOS eos cognominat Plin. lib. 4. cap. 19. Xantoigne regio, aut eius vrbs Xaintes Orontio, & Marliano. SANTONIA σαντωνεία, regio eſt apud Galenum, vnde Santonicam herbam nomẽ ſortiri ſcribit. SESIGNANI VBISCI in aliquibus codicibus Plinij legitur. lib. 4. cap 19. vide VIBISCI.

SANTONIS Gallica ciuitate, vnde Iul. Africanus. Tacitus „ ſic. lib. 5. Annal.

SANTONVM σαντωνῶν, Portus, Ptolemæo. Rochello Villanouano. Hanc vrbem Iuniores Latini RVPELLAS vocant. SANTONVM promontorium, Ptolemæo, Blaye hodie dicitur Villanouano, ſed Maluaſon Mercatori. SANTONICVM Oceanum habet Tibullus 1. Elegia 7.

SANTVTA, vide SANGVTA.

SANVA σανύα, Albaniæ vrbs. Ptolemæo.

SAOCE Monte, Samothraciam attolli, ſcribit Plinius.

SAOCORAS σαοκορας, Meſopotamiæ fluuius. Hormiz ab And. Maſio interpretatur. Set autem ab alio quodam anonymo in Itinerario Perſico.

SAONA, Paul. Diacono in Alpibus Cottiis vrbs, Quartæ Italiæ regionis. Sauona hodie puto. In Liguriæ littore.

SAONEM locum Hiſpaniæ; habet A. Hirtius. vide VRSO.

SAORVS, vide ELEVTHERÆ.

SAOS σάος, Saiorum inſula Stephano. Mons Thraciæ eſt: apud Iſacium, in Lycophronem, & Corybantum ædificium in eo. Huius meminit etiam Nicander in Theriacis, & Dionyſius Vticenſis 2. Agriculturæ. Vide SAMOS.

SAPÆ, vide THRACIA.

SAPÆI σαπαῖοι, Æthiopiæ ſub Aegypto gens Ptolemæo. item Thraciæ: Plinio, & Appiano 4. Ciuilium. item Ouid. 1. Faſt. hoc verſu, Exta canum vidi Triuiæ libare „ Sapæos. vt legit libenter Pet. Marſus: vbi alij codices Sa- „ bæos habent. qui in Arabia Felici ſunt, quos hunc poëtam nunquam vidiſſe veriſimile eſt, Thraciam autem (vbi hi Sapæi) benè, vt exilio ſuo collimitaneam. Vide THRACIA.

SAPARAGES σαπαράγης, oſtiorum Indi fluminis vnum. Ptolemæus.

SAPARNVS, vide PTARENVS.

SAPAVDIA regio, non ſemel inter Galliæ Narbonenſis prouincias nominatur in libro Notitiarum. quam ego pro Sauoia intelligo. Chronicon Proſperi M. S. membraneum ſic quoque per P. legit.

SAPEI, Samatiæ Aſiaticæ populi: Plinio.

SAPES, vide ESAR.

SAPHA σαφὰ, locus altior quidam ſic dictus, iuxta Hieroſolymam

lymam. Ioſephus 11. Eſt locus circa Seleuciam, ad Tigrim: Plutarcho in Lucullo. hæc fortè σαφῆ Ptolemæi, in Meſopotamia vrbs.

SAPHAR, opidum Arabiæ Felicis, in mediterraneis: Plinio. σαφάρα Ptolemæo. ſed SAPPHA interpretib. Sapharenos equos laudat Vegetius, in Veterinaria. SAPPHAR geminato PP. legit idem Ptolemæus 8. Geog. APHAR in periplo maris Erythræi apud Arrianum mihi videtur. quamuis SAPHAR hic quoque legendum puto. lectio talis eſt, ἡμέρας ἀφαρ, quare Saphar legam, vide in COMBOS; & alibi, quo te ducet verbum Librarij in Indice huius Theſauri.

SAPHATHA, vide SEPHATA.

SAPHE Σαφῆ, Meſopotamiæ iuxta Tigrim vrbs: Ptolem. vide SAPHA.

SAPHER, ſic Chaldæus. SEPHER Pagninus & Hieronymus. ARSAPHAR legunt 70. interp. Manſio Iſraëlitarum in deſerto, Num. 33.

SAPHIN, loci nomen in Aſia. Hiſtoria Miſcella 19.

SAPHNIOENTEM, vide SATHNIOENTIS.

SAPHON, Palæſtinæ locus: Ioſue 13.

SAPHRIS, Aſiæ vicus: Oroſio, lib. 1. & Aethico. SAPRIS legit Oroſij codex M.S.

SAPHTHA σάφθα, Arabiæ Felicis opidum: Ptolemæo.

SAPIRENE, vide SAPPIRINE

SAPIRES σάπειρες, gens Pontica, in mediterraneis: Stephano & Orpheo. Per B. etiam ſcribitur, Sabires, ſi creditur Stephano. SABIRI ſunt quoq; apud Agathiam.

SAPIS, fluuius in Piceno, prope Iſaurum; Plinio & Silio, auctoribus. Albs Leandro Alberto dicitur. Rauennatem Coruienſemq; agrum interfluere, ſcribit Rubeus. Vide ISAPIS.

SAPOLVS σάπολος, India extra Gangem vrbs. Ptolem.

SAPONARIA, ſuburbium opidi Tullenſis, in Gallia Belgica II. Ex Synodo circa Caroli Magni tempora ibidem habita.

SAPORDA σάπορδα, Pamphiliæ locus: Polybio 5.

SAPOTHRENI σαποθρῆνοι, Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Ptolemæus.

SAPPERINE, vide SAPPHIRINE.

SAPPHA, vide SAPHAR.

SAPPHARITÆ σαπφαρῖται, Ptolemæo Arabiæ Felicis gens. TAPPHARITÆ interpr. Vide SAPHAR.

SAPPHO σαπφω, Samariæ vicus: Ioſepho belli Iudaici 2. cap. 3.

SAPPHIRINE σαπφειρινη, & alia lectio σαμφειρινη, inſula in ſinu Arabico, apud Stephanum. qui ſapphirum lapidem ibi inueniri addit. SAPIRENE eſt Plinio. & SAPPERINE σαππερινη, Ptolemæo.

SAPPINIA Tribus, vide VMBRIA.

SAPPIRII σαππειροι, epiſcopi, meminit Emanuelis Imp. legatio ad Armenios.

SAPPONIA, vide SOPHONIA.

SAPRA Palus, id eſt Putris. In Iſthmo Tauricæ Cherſoneſi. Strabo. Item apud Aſtyram Troadis, eidem. vide BYCE.

SAPRIÆ Epiſcopus Nicolaus, eſt apud Dorotheum.

SAPRISARA, vicus regionis Nicopolitanæ, in Mœſia Inferiori. Aldi Orthographia, fol. 527.

SAPSAS, locus circa Iordanem fluuium, quem D. Ioan. Baptiſtæ habitationem fuiſſe, credidit Sophronius. Huius vocis videtur quoq; meminiſſe Stephanus, in λαμψος.

SAPVRI σάπυροι, montes Scythiæ intra Imaum. Ptolemæo. TAPVRI interpretibus.

SAPYSELATVM σαπυσελατον, mons Corinthiacus. ARACHNÆVM ἀραχναῖον ſuo tempore appellatum, ſcribit Pauſanias. ARACHNÆVM Argiæ mons, eſt Stephano, & Aeſchylo in Agamemnone.

SARA σάρα, Aureæ Cherſoneſi emporium, Ptolemæo. Hodie Selungos vocari, vult Caſtaldus. SARA vel ZARA, Antonino vrbs eſt, quam Simlerus ſcribit apud Ptolemæum SAVRANIA vocari in Cappadocia. Sed SAVNARIS σαυναρίς, hoc loco apud Ptolemæum legitur, vide SABANA.



SARAA, locus in Palæſtina. Ioſue 19. & Iudic. 13. Vrbs à Salomone ædificata, 2. Paralip. 11. σαραιμ, Ioſepho Antiquit. 8. item SARASA σαράσα, Antiq. 5. vbi Sampſonem ſepultum ſcribit.

SARABACVS Sinus, σαράβακος, Indiæ extra Gangem, Ptolemæo. SABARACVS legunt interpretes. Golfo Sauolas, eum vocat Caſtaldus.

SARABRÆA, vide SALAMBORIA.

SARABRIS σαραβρίς, Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Camora, Cluſio; Toro ad Durium fluuium, Floriano del Campo eſt. cui videtur aſſentiri Gomecius. Vaſæus putat malè apud Antoninum SABARIA pro SARABRIS legi, quo loco Simlerus SIBARIS legit. vide SISAPONE.

SARABVS σάραβος, India intra Gangem fluuius. Ptol.

SARACA σάρακα, Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs: Ptolemæo: per E in ſecunda ſcribunt interpretes. Apud eundem eſt quoque Mediæ: item Colchidis: & Arabiæ Felicis vrbs. Arabiæ regionem poſt Nabathæos, facit Stephanus, cuius incolæ Saraceni.

SARACE. Bellonius in de Monumentis ſuſpiciendis antiquorum, ita, Inter Nicomediam & Libyſſam Saracen vrbem vidimus, Stephano multis verbis celebratam. Iudicent lectores.

SARACENA σαρακηνη, Arabiæ Petreæ regio: apud Ptolemæum. SARACENI ſunt in Arabia Felici: Ptolemæo & Plinio. SARRACENI ſunt in Panegyrico Aurel. Maximiano dicto: & Pacati, Theodoſio dicto. Hi olim AGARENI, & ISMAELITÆ dicebantur: teſte Sozomeno. Item ARABES & SCENITÆ, auctore Ammniano: vtroſq; habet Ptolemæus in Arabia Felici. Hebræis CHASLVHIM, vt ſcribit Ar. Montanus. De Saracenis conſule Leonem Imp. cap. 18. numero 119. SARACENORVM Ciuitatis, prouinciæ Palæſtinæ, non ſemel meminit Chalcedonenſe concil. Eandem cum Arabiæ Petreæ tractus, Ptolemæi habeo. Hos ISMAELITAS, NOMADES vocat Theodoretus, Græcarum Affectionum 9. Vide TROGLODYTÆ.

SARACORI σαρακόροι, populi qui aſinis inſidentes bellica pericula excipiunt. Ael. animal. 12. cap. 34. Vide SARAGVRI.

SARAGA σαραγα, Sinarum vrbs: apud Ptolemæum.

SARAGINA σαράγινα, Marmaricæ vicus: Ptolemæo.

SARAGVRI σαραγουροι, gens Aſiatica. Suidas. An eadem cum Saracori?

SARAI, vide ZARAI.

SARAIM, vide SARAA.

SARALAPIS σαραλαπίς, Sardiniæ opidum: Ptolemæo. SORABILE Antonini fortaſſe.

SARALVS σάραλος, Ptolemæo Galatiæ opidum.

SARAMANNE σαραμάννη, Hyrcaniæ vrbs: apud Ptolemæum & Marcellinum. vide SAMARIANA.

SARAMEL, vide ASSARAMEL.

SARAMENA σαραμήνη, regio Aſiæ Minoris, circa Amiſum. Strabo. Poſt oſtia Halys fluuij inquit, Gadelonitis eſt, vſque ad Saramenam.

SARANARA, vide SAZARANA.

SARANDIB, vide DABGET.

SARANDIS, vide CHIMOAS, & FAFFELLA.

SARANGA σάραγγα, Indiæ regio circa Indi amnis oſtia. Arrh. de Indicis.

SARANGÆI, Arriano in Alex. 3. SARANGÆ ſunt Plinio; quos circa Sogdianam deſcribit. SARANGÆOS habet quoque Herodotus in Thalia, Perſarum populos. eoſdem puto. Perſas enim aliquando eouſque imperaſſe, ex auctoribus pluribus conſtat.

SARANGES σαράγγης, Indiæ fluuius, in Hydraoten influens, qui in Indum finit: Arrhiano in Indicis teſte. Bactriam terminare ſcribit Polyænus. Eſt SARANGES alius, circa Boſporum Cimmerium: apud Orpheum.

SARANI, Phœniciæ regionem incolunt, inquit Procopius 1. Perſicorum. Circa Tyrum fortè; nam hæc SARRA dicta fuit.





SARAPANA σαραπανα, Colchicum Caſtellum, ad Phaſim fluuium. qui hucuſque ſurſum nauigatur: Straboni. circa anguſtias vbi Phaſis aſper & violentus in Colchidem defluit. σαραπανὶς in Authenticis.

SARAPARÆ σαραπάραι, Thraciæ populi, ſupra Armeniã Maiorem habitantes: Straboni. Circa Bactrianam, Plinio.

SARAPIA, vide SAREPTA.

SARAPIDIS σαράπιδος, inſula, aut ZENOBII ζηνόβιοι, inſulæ, ea eſt quæ hodie Mazira dicitur, inquit Ramuſius. Coue, & Alcozan vocari ſcribit, ſi qua huic fides, Theuetus. Sunt Arabiæ Felicis, in Azanio mari, apud Ptolemæum & Arrianum. Vide TVRGANA.

SARAPIONIS, vide SERAPIONIS.

SARAPTA, vide SAREPTA.

SARASA, SITALCA, & PINACA, σάρασα, σιτάλκα, πινάκα, vrbes ad Tigrim, circa Carduchos, habet Strabo. Pinaca munitio validiſſima, habet tres arces, ſingulas ſuo muro cinctas; adeo vt triurbs videatur. Sitalcæ meminit & Athenæus. vide SARAA.

SARATH locus, Ioſue 13.

SARAVVS, fluuius prope Auguſtam Treuirorum in Moſellam erumpens, vti deſcribitur ab Auſonio, in ſua Moſella. Sar hodie dicitur. Et SARRA in antiquo lapide vocatur, qui CASTRA SARRÆ habet. hoc hodie opidum in huius ripa Sarpruck dictum. Sic Ioſ Scaliger ad Auſonium. PONS SARNIS apud Antoninum eſt.

SARBACVM σάρβακον, Sarmatiæ Europææ opidũ: Ptol.

SARBANA, vide SARDANA.

SARBANISSA σαρβάνισσα, Cappadociæ vrbs, in Ponto Polemoniaco: Ptolemæo. interpretes per B hoc vocabulum incipiunt.

SARBATHA σαρβαθα, Arabiæ Felicis vrbs. Ptolemæo 8. Geographiæ.

SARBEDICVS Mons, apud Curopalatem: videtur pars Tauri, inter Syriam & Armeniam.

SARBENA σάρβανα, Ptolemæo Aſſyriæ vrbs.

SARCAPOS, vide SCARPACOS.

SARCELVM arx, circa Tanaim alicubi: Curopalati.

SARCERIVS, vide SANGARIVS.

SARCIGITVA, vide GANADIS.

SARCINIVM, vide CENTRONES.

SARCITANI Limitis, in Africa, Tripolitanæ regionis: meminit lib. Notitiar.

SARCOA σαρκόη, Arabiæ Felicis vrbs: apud Ptolemæum.

SARCOPHAGI, gentis nomen videtur, apud Suidam. in verbo Herodotus.

SARDA σάρδα, magnus portus, Inter Tritũ & Cæſaream, in Mauritania: Straboni. SALDA legit hoc loco, ex M.S. Caſaubonus. Videtur SALDÆ Ptolemæi. Vide PORTVS Magnus.

SARDABALA, vide SERBETOS.

SARDÆVM σάρδαιον, mons iuxta Aſopon. Stephanus. Incognitæ poſitionis, quia varijs in locis Aſopis.

SARDANA σάρδανα, Ptolemæo, SARBANA interpr. Indiæ intra Gangem vrbs.

SARDANVM, opidum Palæſtinæ: Tyrio.

SARDEMISVS, Pamphiliæ mons: apud Pomponiũ & Pliniũ.

SARDENA σαρδήνη, mons ad Hermum fluuium, & Nouum murum. Herodotus in Homero.

SARDESSVS σάρδησσος, Stephano Lyciæ vrbs, iuxta Lyrneſſum: σαρδησσιων meminit Veſpaſiani nummus.

SARDEVNA σαρδηύνα, Armeniæ Minoris opidum: Ptol.

SARDIA cpæa, à loco nominatur à Plinio 19. cap. 6. ex Theophraſti Hiſt. Plant. 7. cap. 4. vbi GARDIA γάρδια legitur.

SARDIANA σαρδιανη, Aſiæ regio, vicina Bactrianæ: Diodoro 18 Cui præfectũ fuiſſe Philippum quendam ſcribit, poſt Alexandri mortem. Sed SOGDIANA emendo.

SARDICA σαρδική, Thraciæ vrbs mediterranea, apud Ptolemæum: Triadizza Sophianus vocat, & ante eum Glycas. Ioannes Lydus, Cedrenus, & Curopalates. Daciæ vrbem habet Eutropius; ſic quoque Antoninus & Suidas, ſed per E in prima. κλπια σερδικη, quoque in nummo æreo



Caracallæ, apud me eſt. Serdicæ in Thracia, meminit Goltzius ex veteri inſcriptione. Eadem fortè: haud tamen aſſirmo. Sardicam per A Illyricam habet Calliſtus. SARDICAM ad Iſtri ripam, habet Nicetas. in Illyria quoq; Socrates Scholaſticus 2. cap. 18. vbi concil. Generale habitum fuit, ſub Conſtantino Magno. Daciæ eſt Eutropio; atque huius primariam vrbem vocat Theodoritus. Iuxta Neſſum Seruiæ videtur, ex Cedreno & Curopalate. immò ex his vetuſtiori Procopio 4. Ædificior. ex quo duæ videntur, ita vt Thracicam per E in prima, alteram per A ſcribi debere mihi perſuadeam. Thraciæ Serdicæ per E. memoria eſt in antiquo lapide. Sigonius libro 5. Occidentalis imperij hanc cis Iſtrum cõſtituit, in Dacia mediterranea, inter duas Mœſias. Sardicam (ſi fortè plures) vbi habitum ſub Conſt. Magno Imp. concilium, eam eſſe, quæ poſteà Triaditza dicta, ſcribit Glycas. Vide VLPIA SARDICA: & an hæc alia ab illa, diſquire.

SARDIEI σαρδιεῖοι, Straboni, & SARDIATES, Dalmatiæ populi, Polybio & Plinio. SARDIOTÆ σαρδιῶται, Ptolemæo. ARDIÆI hi apud eundem Strabonem ſunt, ni fallat Caſaubonus: quod puto. Vide SARDVS.

SARDINIA, Mediterranei maris inſula, quæ & SANDALIOTIS à Timeo; & ICHNVSA à Myrſilo vocatur, vt Plinius refert. Pro Ichnuſa SIGNOSA Martianus habet, corruptè. SARDO σαρδώ, Græcè dicitur, Ptolemæo, Lycophroni, Stephano, & cæteris. Incolæ IOLAI, ſiue IOLAENSES ἰολαεῖς, à Iolao appellantur; Straboni & Diodoro. Strabo eos poſtea DIAGEBRES διαγήβρεις, dictos ſcribit. Sardegna hodie nominant. Sardiniam Dioſcoridis, Serapio vertit SAMA, cap. de Melle. Vide CADOS SENE.

SARDIOTÆ, vide SARDIÆI.

SARDIS, Aſiæ Propriæ ciuitas; in Lydia regione. quæ à Mæoniis HYDE vocitata eſt. Plinius. Olim GYGEPOLIS dicebatur, teſte Epigrammate antiquo. Sardis acropolim ſic nominari ſcribit Euſtathius in Homerum. IDA Iδη per iota legit idem in Dionyſium. Tapetes quæ hinc Sardianæ vocantur; celebrat Athenæus & alij. quod hic addo, vt locum emendem apud Non. Marcellum, qui tapetes Sardinianas habet malè, pro Sardianas. vt ego emendo. Campus ſupra Veronam SARDIS quoque vocatur, apud Diaconum 3. Longobardic. Vide GORDIEN.

SARDO σαρδώ, mons in India eſt. Hinc quindecim dierum itinere eſt locus ſacer; quem ſub Solis & Lunæ nomine venerantur. Cteſias. Etiam loci nomen in Liburnia, Procopio 1. Gothicorum, circa Barnum, vt ex eodem videtur. SARDVS aliorum eſt. Vide SARDINIA.

SARDONES, vide SVRDAONES.

SARDONICVM Linum vocant Græci, quod in Colchide paratur. Herodotus: & ex eo Iul. Pollux. Videndum qua de cauſſa, an à loco.

SARDONIOS Populos à Traiano Imp. domitos, habet Aurel. Victor Schotti. Scripturam mendoſam vereor.

SARDONIS σάρδωνος, fluminis meminit Stobeus de Fortitudine: circa Olynthum. vbi Philippus rex vnoculus factus eſt. σανδανε erat in margine. vt quoque eum Plutarchus nominat.

SARDONIVS Sinus, vide TAPHROS.

SARDONIX σαρδόνιξ, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

SARDONVM Regio, Plinio eſt in Gallia Narbonenſi, ad mare Mediterraneum. SARDONVM Ora, eſt Pomponio.

SARDOPATRIS Fanum, σαρδοπάτερις ἱερὸν Ptolemæo, in Sardinia. Ara à quodam interpretatur.

SARDVS σάρδος, Illyridis opidum: Straboni, & Stephano. Huius accolas Sardiæos & Sardiates puto. SARDVS etiam fluuius circa Armeniam alicubi; apud Cedrenum.

SAREA, vide CAPPADOCIA.

SAREDATHA, vide SARTHAN.

SAREN, vicus Maronitarum, in Thracia. Liuius 38.

SAREPTA, Plinio Palæſtinæ vrbs; Inter Tyrum & Sidonem Ioſepho 8. Antiquit. cap. 7. SARAPTA per A in

medio, Stephano. σαρεπτα apud Lycophronem, vt putat eius interpres Iſacius. SAREPTA Sidoniorum eſt apud Liuium 4. & 1. Reg. 17. Sareptini vini ſepius meminit Alex. Trallianus.(idem vinum Aſcalonite, Gazenſe, non ſemel nominat. ex quo Palæſtinæ oram totam maritimam vitiferam eſſe liquet,) Saphet hodie vocari, perſuaſus eſt Poſtellus. Locum hodie Sara dici, ſcribit Niger. Cerez habet auctor Anonymus belli Hieroſolymitani. Sarafendi eſt apud Giſtelium. vide RAMA.

SARGA σάργυι, vrbs circa Athon montem: Herodoto 7.

SARGANTHA σάργανθα, Iberiæ opidum, apud Steph.

SARGANTIS σάργαντις, vrbs & cuſtodia Aegypti. Steph.

SARGARAVSENA, vide CAPPADOCIA.

SARGASIS Antonini, CORSABIA Ptolemæi eſt; Simlero. Armeniæ Minoris opidum. Sed CHORSABIA χορσαβία, legitur, apud Ptolemæum.

SARGATHVS σαργάθος, vbi Romani victoriam habuere contra Perſas: Iuſtino imperante. Cedrenus.

SARGATII σαργάτιοι, Sarmatiæ Europææ populi: apud Ptolemæum.

SARGETIA σαργετία, Daciæ fluuius, Dioni, in quo Decebalus rex theſauros ſuos occultauerat. Hunc Ioannes Tzetzes ARGENTIA ἀργεντία, & alibi SARGENTIA vocat. Strel Hungaricè, Iſtrig Germanicè hodie nominari, ſcribit Sambucus, in ſchedula quadam, quam Tranſſiluaniæ ſuæ Tabulæ adiecit. cui ſuffragatur Lazius, in R. P. Romana.

SARGVSENA, vide CAPPADOCIA.

SARIA σάρεια, Theſſaliæ vrbs videtur: apud Procopium 4. Aedificior.

SARIANÆ prouinciæ in Africa, mentio fit in canonibus concilij Carthaginenſis, ſub Imp. Honorio.

SARICHA σάειχα, Cappadociæ opidum: Stephano.

SARID, locus in Palæſtina. Ioſue 19.

SARIGA, vide GARIGA.

SARIM, Palæſtinæ locus 1. Samuel. 17. & 1. Par. 4. item Ioſue 15. vbi 70. interpretes σεβαριμ SEBARIM legunt.

SARION σαρίων, Phœnicibus, SANIR σανίρ, Amorrhæis, vocatur mons HERMON in Palæſtina; vt legitur in libro Deuteronomij cap. 3. Idem mons quoq; SEON σηών, appellatur cap. 4. Poſtellus putat Hermon à Ptolemæo ALSADAMVS ἀλσάδαμος, & HIPPOS ἵππος, dici.

SARIPHI σαειφοι, montes in Aſia, è quibus Oxus fluuius exit. Ptolemæus, & Epitome Strabonis 11.

SARIRA, patria Ezechielis prophetæ, vt habet Dorotheus, qui eundem ſepultum ſcribit in loco MAVR Hebronis agri.

SARISABIS, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs. Græcus codex per E in prima.

SARITÆ σαρῖται, Arabiæ Felicis gens: apud Ptolemæum:

SARMA, locus in Palæſtina. Ioſue 15.

SARMAGANA σαρμάγανα, Ptolemæo Argiæ regionis, in Aſia vrbs, quæ Nigro Samarchant eſt.

SARMALIA σαρμαλία, Toliſtobogiorum in Galatia vrbs. auctoribus Ptolemæo & Antonino,

SARMANES, vide GERMANES.

SARMATIA σαρματία, EVROPÆA, & ASIATICA eſt apud Ptolemæum. Ego, ſi hæc antiqua nomina recentioribus interpretari cogor, Europæam, Ruſſiam vocabo; & Aſiaticam, Tartariam. idq; ni fallor, ex opinione etiam Sigiſmundi ab Herberſteini, & Pauli Veneti, ex quorum lectionibus, vtramque hanc Sarmatiam ab his populis hodie occupari, obſeruaui. Dominicus Niger tamen ſcribit Sarmatiam Aſiaticam patria lingua Sargatia dici, quàm rectè, ego ignoro. Tartaros Aſiaticos Mogores in India vocari, ait Garçias ab Horto, in ſuo de Aromatibus libello. Sunt tamen etiamnum nunc, vt olim de illis Plinius retulit, in multa genera diuiſi. Idem Plinius tradit incolas à Latinis SARMATAS, & SAVROMATAS à Græcis dici. SYRMATÆ etiam & IAZABATÆ ἰαζαβάται, Ephoro teſte, apud Stephanum. SAMATAS ſine R vocat eos Euſtathius. IAXAMATÆ quoque legitur apud Melam. hi EXOMATÆ ſunt apud Plinium, lib. 6. & IXOMATÆ ἰξομάται, apud Polyænum lib. 8. de Tyrgatao. Sauromatas Scythas, vocat Tzetza PERANTADES περαντάδες. Sarmatas ab Hebræis HASSARMAVETH vocari, Ar. Montanus ſcribit, in ſuo Apparatu. Sed has Sarmatas video apud priſcos ſcriptores admodum cum Scythiæ vocabulo confundi. Sarmatiam Europæam in primis, quam ab Herodoto totam ſub Scythiæ nomine deſcriptam legimus. Sarmatarum populi, qui Tanaim fluuium accolunt, apud Plinium ſunt CICIMENI, CHOATRÆ, COSTOBOCCI, DANDARI, EVAZÆ, GYNÆCOCRATVMENI, MESSENIANI, THVSSAGETÆ, TVRCÆ, & ZIGÆ. Sarmatiam Laonicus in Nigram & Albam diuidit. hanc verſus Septentrionem, illam verſus Meridiem ſtatuit. Vide GEPIDIA, & SCYTHIA.

SARMATICA Inſula, iuxta Danubij oſtium Caloſtoma dictum. Plinius.

SARMATICI Montes dicuntur propriè, & idem cum Alpibus nomen retinent: inquit Ptolemæus. In confinibus Germaniæ ſunt, verſus Ortum. Scepuſienſes hodie eos vocari, ſcribit Ludouicus Decius.

SARMATICVM, vide CRONIVM, & EVXINVS.

SARMINETVM, NYMPHEVM, & TIBERIAS, Tuſciæ circa maris littora, vrbes videntur: apud Platinam, in Paſcali 11.

SARMISIAM Vallem, habet Sambucus, in ſua Tranſſiluaniæ Tabula, quam Haczag, vel Hatſaag, Hungaricè vocat. Nouam aut corruptam vocem puto, pro TARMISOGETHVSA.

SARMOSSVS, vide DIA.

SARMYDESSVS Σαρμυδησσος, locus Thraciæ. Suidas. An pro Salmydeſſus?

SARNACA, Troadis vel Myſiæ vrbs: apud Plinium.

SARNADA, Antonino Pannoniæ opidum.

SARNIA, Antonino Britannica inſula. Hodie Garnſey dicitur, vt placet Camdeno.

SARNII ALPINI, de his triumphaſſe Q. Marcium, Anno DCXXXVI. ex faſtis Romanis conſtat. Horum meminit quoque Epitome Liuij 62. vbi STONI habet Sigonius. Idem lib. Faſtor. dicit in M. S. aliquot libris STINOS legi, vt ſuſpicari quis poſſet ne truncata vox ſit pro Tricaſtini, inquit.

SARNIVS σάρνειος, Aſiæ fluuius, in limitibus Hyrcaniæ. Strabo.

SARNVS σάρνος, Ptolemæo, Straboni, Oroſio, Silio. Lucano, & Vibio, Piſentinorum in Italia fluuius. de quo Statius 1. Siluar. Nec Pompeiani placeant magis ocia Sarni. Sarno dicitur à Leandro, & ab eodem alio in loco, item ab Erythræo Scafato. Blondus & Sanfelicius ſcribunt Scafati vocari, idq; à ſcaphis, quæ ibi tenentur, viatoribus Nuceriam proficiſcentibus, traijciendis. Vrbis quoque nomen eſt in formula cuiuſdam veteris cõtractus, quod Fabricius ex Alciati bibliotheca in lucem dedit. legitur enim in eo, Sita eſt Sarnenſi in ſuburbio, ſecundum flumen. Hanc Palietto nominat Ligorius. ſed deſtructam addit. SARNVS σαρνοῦς, etiam Illyridis vrbs: apud Stephanum. Nuceriæ mons: apud Vibium. SARNONTVM Caſtellum, Caniſiæ regionis, terræmotu imbrem ferventem euomuiſſe, habet Marcellinus Comes. in Pannonia eſt. SARNVSIORVM, meminit Polyænus, lib. 4. in Græcia videtur. Vide LARNOS.

SAROHEM, Palæſtinæ locus: Ioſue 19. Eundem vocari in Paralipomenis SAARAIM annotauit Maſius. SARIM eſt D. Hieronymo 1. Paralip. cap. 4.

SARON, Paleſtinæ vrbs, in Sacris litteris: 1. Paralip. 5. & Actuum 9. quam Pet. Laicſtein S. Lamperti ait nominari. SARONAS Regio eſt Cæſareæ Palæſtinæ, vſq; ad Ioppen pertingens; & inter mõtem Thabor & ſtagnum Tiberiadis. Sic D. Hieronymus in locis Hebraicis. SARON legitur quoque apud Ioſuam 12. vbi 70. interpret. λεσαρων, & Chaldæus interpres LASSARON. quam eandem putat Maſius ASSARON vocari in Apoſtolor. Actis. Sed SARONA ibidem alij legunt, cap. 9. TZECARONDA





RONDA autem legit ex Arabico Franciſcus Iunius. Apud Stephanum SARON eſt etiam Trœzenæ locus. Fluuius eſt ibidem, à quo SARONIS Sinus: Euſtathio in Dionyſium. Vide SARVS, & SARVM.

SARONIA, vide TROEZEN.

SARONICVS Sinus, Peloponneſi, Ptolemæo. MEGARENSIVM vocat Solinus. Strabo dicit aliis SALAMINIACVM appellari, item PONTVM & PORVM πόρον, id eſt, traiectum. ELEVSINIVS apud eundem nominatur. Pintianus ſcribit eundem à Strabone HERMIONICVM quoque vocari. Meo verò iudicio, Straboni libro 8. Sinus eſt peculiaris inter Saronicum & Argolicum ad Hermionem vrbem. libro primo autem, idem Hermionicum ſinum circa Methonem ponit, quod ſtudioſis notare libuit. Saronicum ſinum hodie Golfo de Engia Caſtaldo eſt.

SARONIDÆ, σαρωνίδαι, & σαρουνίδαι, σαρουΐδαι, ſunt apud Diod. 5. variata ſcriptura, quarũ vltimam veriorem, quamuis neq; ſinceram putauerim, atq; ipſum Diodorum δρουΐδαι, ſcripſiſſe. Librarios verò primum elementum à vocis præcedẽtis vltimo huic malè adtexuiſſe, & A. pro Δ. facilè ob formæ quodammodo ſimilitudinem negligenter immutaſſe. Scriptura talis eſt οὓς σαρουΐδαι, errores huic ſimiles lege in COMBOS, & alibi, ad quos te ducet vox Librarij, in Indice huius operis. Vide BARDI.

SARONIDIS Palus, vide PHOEBEA.

SARONITICA Syrtis, vide CANTHI.

SAROPHAGES, Indiæ populi: Plinio.

SAROTZE, vrbis nomen, circa Syriam & Meſopotamiam. In hiſtoria Imaginis D. N. Ieſu Chriſti, apud Surium.

SARPEDON σαρπηδών, Thraciæ vrbs; Stephano, Heſychio, & Suidæ. Iuxta Erginum fluuium: Apollonio 2. Ante Hæmum montem deſcribit eum eius Scholiaſtes, ſed Petram Sarpedoniam vocat. Apud eundem eſt quoque Atticæ vrbs, Sarpedon. Ciliciæ vrbs eſt Pomponio. Eiuſdem regionis promõtorium; Ptolemæo, Liuio, & Straboni. Hic idem, vt & Zoſimus, habet etiam Sarpedoniæ Dianæ templum in Cilicia. Eſt & inſulæ nomen, iuxta Atlanticum Oceanum, in qua Gorgones habitant: vt tradit Suidas, & Apollonij Scholiaſtes. vide TAVRVS.

SARPEDONIA, vide GORGONES.

SARPHATH, vide GALLIA.

SARRA, Carthaginis in Africa ſynonymon, vt Ant. Auguſtinus Dialogo 6. de Nummis antiquis, indeq; tibias Sarranas, & Atilium Sarranum nomina deducere tradit. vide SARAVVS, & TYRVS.

SARRACANA Nauis, eſt apud Quinctilian. 8. Orator. an à loco? Sarræ fortè, id eſt, Tyri.

SARRACENI, vide SARACENA.

SARRÆ, Theſſalonicæ, aut propè Sarras occiſum Licinium Imp. ſcribit Zonaras. Per E legendum puto, Serræ. quas iuxta Theſſalonicam fuiſſe, docent Hiſtoriæ.

SARRANATES, Italiæ populi, VI. regionis. circa Vmbriam: Plinio.

SARRASTES populos, habet Virgilius. In Campania ſunt, Seruio. à Sarno flumine ſic dicti. Hi apud Silium 8. & 10. quoque leguntur.

SARRITÆ σαρειται, populi apud Ioſephum. Cuius loco 1. Samuel. 27. legitur GESIVRI, & GEZRE.

SARRVM, in ſcheda II. tabulæ Peutingerianæ. SANNVM in III. non edita, quam à M. Velſero vſui habui. Galliæ Aquitanicæ locus.

SARS, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius Pomponio. Circa Turrim Auguſti titulo memorabilem decurrit.

SARSAGA, Armeniæ Minoris vrbs: Antonino. quam eandem alio in loco, (vt tradit Simlerus) CARSAT nominat. CARSAGIS etiam legit Surita.

SARSINA σάρσινα, Straboni & Feſto, qui Plauti patriam dicit. Vmbriæ vrbs. SARSINATES, ſed mendosè, habet Plinius: nam FARSINATES legunt tres mei codices libro 30. cap. 14. Plauti patria, vt nonnullis placet. & FARSINA, non Sarſina rectè ſcribi, vult Parraſius in Epiſtolis. & ſic in marmoribus legi, tradit Volaterranus.

SASSINA, non SARSINA ſcribendum, docet Iacobonius, in Hiſtoria Cæſia. Nomen retinere, lego apud Pet. Marſum, ad 8. Silij Italici. Idem atteſtatur Leand. Albertus. Haud procul à fonte Rubiconis ſtatuit Gaud. Merula.

SARSVRA, Africæ Propriæ opidum, A. Hirtio, fortè SASVRA σασοῦρα, Ptolemæi.

SARTA fluuius, in Cenomanis Galliæ, vti legitur in Domnoli epiſcopi vita.

SARTACHE, vide TAPHRÆ.

SARTHAN, Palæſtinæ locus: iuxta Iordanem. Ioſue 3. & 3. Reg. 4. 7. Ab Edom enim vrbe vſque ad partes Sarthan aquas Iordanis ſtetiſſe, cùm Iſraëlitæ cum arca tranſirent. Pro Edom legunt 70. interpr. Adam. Idem locus Sarthan SAREDATHA vocatur, 2. Paralip. 4. ADAM ad lacum Tiberiadis fuiſſe, & SARTHAN in confinibus Scythopolis, docet And. Maſius, ad 3. Ioſuæ.

SARVENA σαρουηνα, Chamaniæ in Cappadocia vrbs. Ptol.

SARVM σαρον, Sarmatiæ Europææ opidum: Ptolemæo, Vide SARON, & SORVIODVNVM.

SARVNETES, Plinio Heluetiorum populi ſunt, Sarnganſerlandt inhabitant hodie, teſtibus Schudo & Simlero, qui his Ingadinos iungit.

SARVOM σαρυών, Ptolemæo opidum in Arabia Felici.

SARVS σάρος, Ptolemæo Pelignorum fluuius, SAGRVS Straboni eſt. SARON Vibio, Hodie Sangro, vel Sagnino vocari, perhibet Niger. Sanguino etiam habent Collenutius, & Leander. SARVS, Ptolemæo, Straboni, Plinio, & Appiano; PHARVS corruptè, Xenophonti, & Suidæ. Ciliciæ fluuius, qui Adena dicitur M. Nigro. Mopſueſtiam diuidit, Cedreno & Curopalate teſtibus. SARI Fluminis capita, locum ſic dictum in Cilicia, habet Liuius 33. COERANVS κοίρανος, prius nominabatur, teſte Stephano. Puto eundem SINARVM σιναρος, ab Euſtathio dici. SARVS, etiam Carmaniæ fluuius eſt: Ptolemæo. Minoris Armeniæ etiam, Procopio & Plinio, qui Comanam vrbem præterfluit, ſed idem hic eſt cum Ciliciæ Ptolemæi. Eſt & Sarus Italiæ mons, apud Vibium. ex quo Sarnum fluuium manare tradit.

SASANDA σάσανδα, Cariæ vrbs, à Cauno triginta millibus paſſ. diſtans. Diodorus 14.

SASIMA σασίμα, Cappadociæ vrbs: Antonino, Socrati, & Calliſto. Vicũ vocat Nazianzenus, in ſua vita. Ibidem anguſtam villulam vocat, & locum inaquoſum, infauſtum & herbarũ expertem. Fuit is primus huius loci epiſcopus. Saſum hodie appellari, apud Leunclauium reperio.

SASINA, Calabriæ portus: Plinio. An inde SASSINATES videndum.

SASO σασώ, inſula Maris Ionij, apud Ptolemæum & Polybium 5. Hæc Saſeno Sophiano eſt. Lucanus 2. Spumoſo Calaber perfunditur æquore Saſon. SASSO geminato S S. eſt apud Silium 7. SATO fortè Antonini.

SASONES σάσονες, Scythiæ populi ſunt iuxta Imaum, Ptolemæo. Hos fortè pridem ex Scythia in Germaniam veniſſe, atque ibi SAXONES dictos, ex aliorum ſentẽtia, memorat Crantzius.

SASPIRI, vide SAPIRES.

SASSÆI, Dalmatiæ populi, ſunt apud Plinium.

SASSINA, vide SARSINA.

SASSINATES Italiæ populi. In Triumphis Romanis. Vide SASINA, & SARSINA.

SASSO, vide SASO.

SASSVLA, vrbs circa Tibur. Liuius 7.

SASSVMENI, Galliæ Aquitanicæ populi, vt tradit Plinius.

SASVRA σασουρα, Ptolemæo vrbs in Africa Propria. Vide SARSVRA.

SASVRI, Indica gens, vltra Gangem. Plinius.

SATA σάτα, Arabiæ Felicis vrbs: Ptolemæo.

SATACHTHA σατάχθα, Aethiopiæ vicus, Ptolemæo. circa Nilum.

SATAFENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

SATAGÆ, Interioris Pannoniæ gens. Iornandes.

SATAGARII gens Getica: apud Iornandem. Sine S. & per D. ADAGARII apud Lichtenauium.

SATALA σάταλα, *Armeniæ Minoris opidum, Ptolemæo, Stephano, & Xiphilino, qui ſcribit hoc à Traiano Imp. captum. Procopius 3. Aedif. habet præſidium Satalorum non longè ab hoc opido.* SATALAM LEGIONEM XV. APOLLINAREM *habet lib. Notit. & Antoninus.* SATALA *quoque Macedoniæ epiſcopatus, apud Socratem lib. 2. cap. 32. Tripartitæ hiſtor.*

SATAPHARA σαταφάρα, *Armeniæ Maioris opidū. Ptol.*

SATARCHI, *vide* SCYTHÆ, & TAPHRÆ.

SATARNEI, *Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Plinius.*

SATAROS, *vide* PATAROS.

SATASIS, *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum: Antonino. inter Igilgilen & Salden.*

SATICOLA σατίκολα, *Italiæ vrbs: apud Diodorum 19. & Stephanum. Saticula Samnitum vrbs Liuio 7. & 9. Coloniam vocat Paterculus. Saticulus aſper, Virgilij. eſt in Campania, Seruio auctore.*

SATIO σατίων, *Macedoniæ opidum, circa Lychnidem paludem. Polybius 5. & Liuius 27.*

SATMALI, *apud Melam ſunt populi, quibus magnæ aures, & ad ambiendum corpus omne patulæ.* FANESIOS *hos vocat Plinius.* PHANESII *legit Solinus. In tractu Septentrionali ſunt. Huius formæ homines Strabo* ENOTOCOETOS ἐνωτοκοῖται, *appellat. & Ioannes Tzetza* OTOLICNOS ὠτολίκνοι, *Chiliade 7. numero 144. Hoc nomen Satmali putat Pintianus ab aliquo imperito interiectum.* OTOMEGALI *legit Sanctius; & germanam lectionem hanc putat And. Schottus, non vno nomine de hoc auctore benemeritus. Idem Pintianus apud Plinium mallet pro Faneſiis* PANVSIOS, *quaſi toti auribus tecti, legere.* PANOTII *ſunt in Originibus Iſidori.* PANOSII *veram ſcripturam putat Turnebus, quaſi totos auritos dicas. Fabuloſam antiquitatem hos ſic nominaſſe exiſtimo à tegmine fortè capitis amplo & humeros tegente, quo ſe cōtra niues aliasq; cæli iniurias protegebant.*

SATNIOENTIS σατνιοέντος, *fluminis meminit Homerus ζ. & φ. Ιλιαδ. in Aſia Minori, ad Pedaſum vrbem. Strabo ſcribit poſtea* SAPHNIOENTEM σαφνιόεντα, *dictū.*

SATNIVS σάτνιος, *apud Lycophronem mons in Græcia vſpiam videtur. Meminit eius Stephanus quoque ex eodem, in voce θίϐρος.*

SATO, *vide* SASO.

SATOISOES σατοισόεις, *fluuius in Lelegia, Ciliciæ. Phauorini Lexicon.*

SATORCHÆI, *vide* TAPHRÆ.

SATRA σατρα, *Stephano. Cretæ vrbs. Vide* ELEVTHERÆ.

SATRACHVS σάτραχος, *Lycophroni vrbs & fluuius eſt in Cypro. Quidam* SETRECHVS *per* E *ſcribunt, vt tradit Iſacius, eius Commentator.* σέτραχος, *ſine* τ. *ſcribit Etymologicon.*

SATRÆ σάτραι, *Thraciæ populi: apud Herodotum 7.*

SATRAIDES σατραΐδες, *Aſiæ populi ad Occidentem oſtiorum Indi fluminis. Dionyſius in Periegeſi.*

SATRAPARVM *regia, opidum Meſopotamiæ apud Plin.*

SATRAPEI, *vide* SATRAPENI.

SATRAPENI σατραπηνοί, *Mediæ populi militantes ſub Tigrane, quos Lucullus fugauit. auctor Plutarchus in huius vita.* σατραπειοι *ſunt apud Polybium 5. &* SATRAPENE *Regio apud Curtium 5.*

SATRIA σατρία, *Italiæ opidum: Stephano. Et inde* SATRIANI *eidem, ex Dionyſio. An corruptè, pro Satricani?* SATRICVM *Latij opidum, non ſemel nominat Liuius.*

SATRIANI, *Græciæ quidā populi videtur, apud Curtiū 5.*

SATRIAS σατριάς, *Aethiopum gens. Phauorinus.*

SATRICANI, & SATRICVM *Colonia. Vide* ATRICANI; & SATRIA.

SATRICVS, *Italiæ fluuius eſt, apud Diaconum, fortè in Samnio, circa Beneuentum.* SANGRVS *habet M.S. codex. Alius typis excuſus* SACRVS *legebat. Vide* ATRICANI.

SATROCENTÆ σατροκένται, *Thracica gens, Stephanus. Ex Hecatæi Europa.*

S A

SATROIMA, *vide* STRYMON.

SATTAGYDE σατταγύδαι, *Aſiæ populi, Herodoto. circa Perſiam fortè.*

SATTALA σάτταλα, *Phrygiæ vrbs, Ptolemæo.*

SATTIA, & SATTIN, *vide* SETHIM.

SATVLA σατοῦλα, *vrbs in Arabia Felici, Ptolemæo.*

SATVRÆ, *Vitulus biceps natus. ſic Obſequens. Pro Aſturæ puto.* „

SATVRÆ *Palus, inter Antium & Circæios, Vibio. Meminit huius quoque Virg. 7. & Silius 8. Pro* ASTVRÆ, *per metatheſim adfirmauerim. Dicto Vibio eadem* STATVRA *dicitur. Vide* ASTVRA.

SATVRCHÆI, *ſunt apud Plinium Sarmatiæ Aſiaticæ gentes. Iidem fortè cum Satarchis.*

SATVREIANI, *vide* SATVRVM.

SATVRNI κρόνου, *Collis, vide* MÆSIVS, & CRONIVM. SATVRNI *Columnæ, vide* ALYBE. SATVRNI *Fanum, Diodoro in Sicilia.* SATVRNI *Inſula quædam deſcribitur in Oceano: à Plutarcho, in libello de Facie in Orbe Lunæ.* SATVRNI *Lacus, & puteus, in Medis, in quo omnia fluitant, nihil mergitur, Plinio teſte.* SATVRNI *Promontorium, in Aethiopia, Ptolemæo, ad ſinum Arabicum. Item ad Carthaginem Nouam, Plinio.* SATVRNI *Vicus; inter Veneriam & Salutariam Africæ loca. In vita D. Cypriani, Pontio auctore. Vide* CHRONII, & FANVM.

SATVRNIA, *vbi nunc* ROMA *eſt, inquit Plinius. Et* SATVRNIA *Porta Vrbis Romæ, quam nunc vocant* PANDANAM, *vt ſcribunt Varro & Solinus. Diod. Siculus tradit ad ſua vſque tempora, omnia loca editiora in Sicilia & Occiduis oris* SATVRNIA *dicta eſſe, eo quòd Saturnus ibidem omnia eiuſmodi loca, tanquam munitiora, ſub imperio tenuerit. Vide* ITALIA, SATVRNIANA, CAPITOLINVS, CTVRVS, & CRONIVM. „

SATVRNIANA *Colonia,* σατουρνίανα, *Tuſciæ vrbs mediterranea eſt apud Ptolemæum. aliis* SATVRNIA, *vt Liuio & Feſto. item Appiano 1. Ciuil. Huius ruinas adhuc cerni in finibus Tuſciæ haud procul ab Vrbe, ſcribit P. Diaconus ad Eutropij hiſtoriam.* Saturniana *etiam hodie nominari, tradit Leander.* SATVRNINI *Plinio ſunt, quos* AVRININOS *vocatos ſcribit. vide* CALETRANVS.

SATVRNIVM *Mare, vide* CRONIVM, & HADRIATICVM.

SATVRNIVS, *vide* CAPITOLINVS.

SATVRVM, & SATYREVM, *vide* SATYRIVM.

SATYRI, *Africæ Interioris gens vaga & ſemifera. Pomponius & Solinus. Etiam in inſulis Satyridibus, Pauſaniæ. fabuloſa omnia, opinor.*

SATYRI *Monumentum, in Aſia locus, ad Boſporum Cimmerium. Strabo.*

SATYRIDES, *vide* GORGONES.

SATYRIVM σατύριον, *regio iuxta Tarantum: Stephano.* SATYREVM *per* E. *Straboni. &* SATVRVM *in Calabria, Seruio ad 2. Georg.* SATVREIANVM *facit Horatius 1. Serm. vbi huius interpres Acron dicit ſic vocari Tarentinam ciuitatem. &* SATVREIANOS *Fundos eſſe, in Apulia. Phylargirus ſcribit agrum ſic vocari in quo Tarentum. cui adſentiri videtur Oraculum apud Strabonem. Idem fere Probus ad 2. Georg. Ioannes Iuuenis Tarenti ciuis ſcribit vrbem olim fuiſſe, locumq; hodie adhuc* Saturum *(penultima producta) vocari. diſtareq; ab vrbe 8. ferè M.P.*

SATYRORVM σατύρων, *promontorium Aethiopiæ, Ptolemæo, ad Arabicum ſinum. Apud eundem* SATYRORVM *inſulæ quoque ſunt, in Indico mari. Et apud Sinas* SATYRORVM *Promontorium.*

SATYRVS, *Galliæ Aquitanicæ fluuius, ex Lucani verſu, lib. 1. videtur: Qui tenet & ripas Satyri; qua littore curuo* „ *Molliter admiſſum claudit Tarbellicus æquor. Sed Atyrus,* „ *pro Satyrus mallet legere Turnebus, debereque ſic legi, minimè dubito. Corruptelæ cauſam vide in* COMBOS. ſimilis

S A

*ſimilis enim eſt error. Eſt quoq;* SATYRVS *Africæ Propriæ locus maritimus, apud Cedrenum. vide* ATVRRVS.

SAVA σαυα, *Arabiæ Felicis vicus, Stephano.* σαυη, *Ptolemæo in Arabia Felici. & quoque Deſerta. Eſt & municipium ſic dictum, in Mauritania Cæſarienſi. teſtis Scheda III. tabulæ Peutingerianæ, mihi à M. Velſero vſui miſſa. Vide* SABA.

SAVADII, *vide* AVADIÆ.

SAVARA σαυάρα, *Ptolemæo Aſſyriæ opidum.*

SAVARABATIS σαυαραβάτις, *Indiæ intra Gangem regio, apud Ptolemæum. cuius interpretes* SANDRABATIS *legunt.*

SAVARI σαύαροι, *Sarmatiæ Europææ gens. Ptolemæus.*

SAVARIA, *Hungariæ fluuius.* Die Saau *Wolfgango Lazio in paginis Hungaricæ ſuæ tabulæ adiunctis. In Tabula verò ipſa dicit* Muer *fluuium olim* SAVARIAM *vocatum. & ſic etiam Ioannes Heroldus, in Dialogo de rebus geſtis Turcarum, in Interamnenſi Pannonia. Quis huius Sauariæ ex antiquis meminerit, me ignorare fateor, niſi ſit Ptolemæus qui eius mentionem facit in Pannonia Inferiore, ſed tantum aliquibus Latinis exemplaribus: nam in Græcis eius loco Sauus eſt.* SAVARIA σαυαρία, *vrbs Auſtriæ. Lazius ſcribit hodie* Leybnitz *vocari. In Pannonia Superiore eſt, apud Ptolemeū. A Villanouano* Graitz *interpretatur. Vide* SABARIA, & SAVCIVA.

SAVATRA σαύατρα, *Iſauriæ in Galatia ciuitas, Ptolemæo.* Souraceri *Nigro appellatur.*

SAVBAANA σαυβαάνα, *Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo.* SAGAVANA *malæ fidei interpretib.*

SAVBATHA σαυβαθά, *Ptolemæo: vel* SABBATHA *Arriano; Arabiæ Felicis metropolis.* SABOTA *fortè Plinij, qua tus conuebitur.*

SAVCHÆI σαυχαῖοι, *gentis nomen, apud Iobum 2.* SVITÆ *ſunt D. Hieronymo.*

SAVCIVA, *Antonino Pannoniæ vrbs.* SANAVIA *in codice Pariſienſi legitur.* SAVARIA *legebat hoc loco liber M.S. Reuerendiſſ. Torrentij.*

SAVCONNA, *vide* ARAR.

SAVE σαυή, *locus Palæſtinæ, Geneſ. 14. qui* VALLIS *Regis eſt D. Hieronymo.* πεδίον βασιλικὸν *Ioſepho. Vide* SAVA.

SAVIA σαυία, *Pelendonum vrbs, in Hiſpania, Ptolemæo. & lib. Coloniar.*

SAVIA PANNONIA, *quæ &* RIPARIENSIS; *hodie* Windiſchland, *Lazio. vide* PANNONIA.

SAVINAS. *Pelagius Papa, ſcribit Bono Epiſcopo Sauinati. ſic Decret. 2. Cauſa 16. An pro Sabinati?*

SAVIVS, *vide* SAVVS.

SAVLIVM, *Liguriæ opidum, ſic dictum iunioribus Latinis, vt Blondus refert.* Sori, *vel* Soli *incolis vocari, auctor eſt Leander.*

SAVNA σαύνη, *Arabiæ vrbs, Phlegonti Tralliano. vbi hippocentaurus inuentus; in monte qui veneno abundabat.*

SAVNARIS, *vide* SARA.

SAVNIA σαυνία, *regio; vbi nullus nummularius, pictor, architectus, &c. Euſebius 6. Præparat.*

SAVNIS, σαῦνις, *Stephano vrbs in Arabia. Eadem fortè cum Sauna.*

SAVNITÆ σαυνῖται, *Stephano, & Polybio 10. Iapygiæ populi, in Magna Græcia. Vide* SAMNITES.

SAVNIVS σαύνιος, *fons circa Bulidem vrbem, in Phocide. Pauſanias.*

SAVO, *fluuius Campaniæ. Papinius 4. Siluarum: Et Linter-*
„ *na palus, pigerq; Sauo. Circa Vulturnum videtur, apud Plinium. Inter Vulturnum & Lirim deſcribit eum Sanfelicius. &* Saone *interpretatur. Vide* SABATA.

SAVONA, *nomen hodie retinet, Blondo auctore. Vide* SABATA.

SAVRA σαύρα, *Saunitarum vrbs, Stephano. Apud Ptolemæum eſt Suſianæ ciuitas.*

SAVRÆ σαῦραι, *Thraciæ gens. Phauorinus.*

SAVRANIA, *vide* SARA.

SAVRI σαυροι, *iugum, in Peloponneſo, ſic dictum à Sauro latrone. Pauſanias in Eliacis.* SAVRI *Fons in Creta,*

S A

*duodecim ſtadijs ab antro Idæo. Theophraſtus 3. Hiſtor. Plantar. Meminit etiam* SAVRI *Galenus, vbi thlaſpi herba prouenit.*

SAVRIA σαυρία, *Acarnaniæ opidum, apud Diodorum 19.*

SAVRIVM *Hiſpaniæ Tarraconenſis flumen, apud Salenos: Pomponio auctore.*

SAVROMATÆ; *dicuntur vno nomine, populi ad Tanaim commorantes.* ARVA SAVROMATVM *apud Auſonium, in Moſellæ Idyllio, quidā interpretatur* Hundsruck *(quaſi dicas Hunnorum refugium) circa Moſellam tractus. & veriſimile eſt ab Auſonio Hunos, (à quibus hunc tractum nomen habere, plurimi exiſtimant) Sauromatas .i. Sarmatas creditos, ex Sarmatia enim eos originem habere; auctores claſſici teſtantur. Huius habitatores* CYNOTOTOS *vocat Trittheimius in Francorum Annalib. Sed adi Lectiones Auſonianas Scaligeri, ad hunc locum. Vide* SARMATIA.

SAVROMATIDES, & SAVROPATIDES, *vide* AMAZONES.

SAVRONA, *vide* RAMVLA.

SAVS σάος, *Plinio & Straboni; Ptolemæus,* SAVVS σάυος, & SAVIVS σαύιος *habet. Trogus* SABVS. *Pannoniæ fluuius eſt, in Danubium ſe exonerans. Hodiè* Saw *dicitur, Lazio & aliis teſtibus.* SALVS *in Arriano Latino vocatur, ſed corruptè, vt puto, nam in Græco* σάος *eſt. Videtur apud Strabonem quoque* NOARVS νόαρος, *appellari, cùm ſcribat hunc præter Segeſticam fluere. Segeſticam vrbem enim ad Saum pertinere, ex Plinio lib. 3. cap. 25. apparet; qui dicit Colapin in Saum influere, vbi inſulam efficit Segeſticam. Sed idem Strabo in calce lib. 5. (vt Xilander vertit) ſcribit Segeſticam vrbem à Sao præterflui. Sauus hic fluuius* ISTER *nominatur, in Argonautarum hiſtoria. Ex eodem etiam Strabone* NOARVS *quoq; alius eſt fluuius, cùm inquit libro ſeptimo, Corcoram fluuium in Sauum influere, Sauum in Drauum, & hunc in Noarum. Strabonem autem errare, in eo quòd ſcribat Sauum in Drauum influere, Bonfinius oculatus teſtis, & Tabulæ corographicæ coarguunt. Nos nihil hic affirmamus, de locis nempe nobis incognitis. hæc tantùm in medium proferimus, vt ſtudioſis huiuſmodi penitius indagandi occaſionem præberemus. Vide* SAOS.

SAVVS σαῦος, *Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius, Ptolemæo. quem Marmolius tradit hodie* Saffaya, *vel* Ceffaya *vocari. Vide* SAVS.

SAXA, *vide* ÆGATHES, & ÆGIMVRVS.

SAXA *Rubra, vide* RVBRA *Saxa.*

SAXA *ſacra, vide* SACRA.

SAXETANVM, *Bæticæ vrbs, Antonino. inter Murci & Menobam. Saxetani lacerti meminit Martialis 7. Eadem videtur cum* SEXITANIA. *vide* SEX.

SAXI, *vide* SAZI.

SAXINÆ, *Troglodytarū gens, in Aethiopia; apud Plinium.*

SAXONES *Ptolemæi, ſunt Germaniæ populi.* CATTOS *à Tacito dici, vult Crantzius.* SAXONIÆ *Regionis meminit Egeſippus 5. cap. 15. Saxones ſunt ad Cimbricam Cherſoneſum: Stephano. Vide* SASONES.

SAXONICVM *Littus, in lib. Notitiar. Cantij partem Orientalem deſignare video: cùm Dubrim, Rutupim, & alia Cantij opida in eo deſcribat. Itidem littora Galliæ Belgicæ 11. & Lugdunenſis huic Cantio obiecta ſub Saxonici littoris vocabulo comprehendit, nam Armoricanos, Oſiſmios, Abrincates, Venetos, & Netuicanos populos: nec non Rhotomagum, Flauiam Conſtantiam, aliasque vrbes, in Saxonico littore ſitas nominat. A Saxonibus piratis, hæc littora quondam infeſtantibus ſic dictum.*

SAXONIA *Tranſmarina, vide* ANGLIA.

SAXONVM *Inſulæ Ptolemæo, in Oceano Germanico, Albi fluminis oſtijs obiectæ ſunt.* Heylich landt *à Crantzio verſas video.*

SAXVM σαξον, *Africæ vrbs. Appianus de bello Punico. Pro* THAPSVM *fortè.*

SAZANTIVM σαζάντιον, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem opidum.*

S C

SAZARANA, *Thraciæ vrbs, apud Antoninum.* SACCANARA, & SARANARA, *legit Simlerus.*

SAZI σάζοι, *gens, iuxta Pontum. Stephanus. Alius codex* SAXI *legit.*

SAZOA, *vide* SOZOA.

SBETZANVM, *opidum in Mœſia, circa Iſtrum, Laonico. Margo libri habebat* SPHETZANVM.

SBYDI *Epiſcopatus, ſub ſede Seleucienſi Ciliciæ. Guilielmus Tyrius.*

SCABALA σκάβαλα, *Eretrieorum (neſcio quorum, ſunt enim plures) regio. Stephanus, ex Theopompo.*

SCABDEBIA, *locus vnde elleborus albus, ſed malus. Serapio.*

SCABINA, *vide* SCAMBENA.

SCABRIS, *vide* SCAPRIS.

SCADI, *vide* SCANDILLE.

SCADIRA, *Aegæi mari inſula, Plinio.*

SCADVM, *vide* ISCA.

SCÆ, *vide* SCÆI.

SCÆBOÆ, & CERRONIÆ, *ſunt Thraciæ gentes, Polyæno 7. in Coſinga, à quo eos deluſos tradit. Wetterano interprete. Græca habẽt hoc modo,* κέρβωιοι, και . . . βοαι. *Caſaubonus putat hoc loco legendum* GERANIA, & BORCOBE.

SCÆI σκαιοὶ, *populi inter Troadem & Thraciam, Stephano.* σκαι *tantum habet Aldinum exemplar. Thraces ſunt Heſychio, & Straboni, qui &* SCÆVM *fluuium, &* SCÆVM *Murum ibidem habet.*

SCÆNITÆ, *vide* SCENITÆ.

SCÆVÆ, *vide* FRANGONES.

SCÆVS, *vide* SCÆI.

SCAFIA, *Bœotiæ opidum, Brocopio 3. Gothorum. Malim* SCARPHIA *legere.*

SCAIDAVA, *apud Antoninum eſt Myſiæ Inferioris opidũ.*

SCALABIS, & SCALABISCVS, *vide* IVLIVM *Præſidium.*

SCALÆ ANNIBALIS, *apud Pomponium maritimus locus eſt, Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Tarraconem & Barchinonem opida. Ab Epiſcopo Gerundẽſi, & Oliuario* Coſta de Garaf *nominatur. Varrerio eſt circa Emporias. Villanouanus ſcribit Scalas Annibalis, idem eſſe cum* LVNARIO *Promontorio Ptolemæi; & hodie* Monjui *dici. Locorum periti iudicent. Video hoc Lunarium prom. aliquanto Meridionalius apud Ptolemæum poni.*

SCALDIS, *Galliæ Belgicæ fluuius Cæſari: aut potius, vt Plinius auctor eſt, Galliæ & Germaniæ terminus, nam ad Scaldim vſque (vt ipſe inquit) Germanicæ accolunt gentes. Ptolemæo etiam hucuſq; Germania protenditur: ſed huic* TABVDA ταβοῦδα, *nominatur. (Tabul, & Tabulæ etiam corruptè apud ſcriptores mediæ ætatis reperio.) Hodie Teutonibus, & Germanis* Schelt, *Gallis autem, apud quos originem ſumit,* Eſcault *dicitur, ſed ſi demas primum elementum, ferè idem ſonat. Gallis enim hoc familiare eſt, vocabulis ab s incipientibus,* E *litteram in principio adijcere; vt pro ſchola, ſcribere, ſtudere, Stephanus, ſtabulum, ſtella, aliiſque ſexcentis; ipſi* eſcole, eſcrire, eſtudier, Eſtienne, eſtable, eſtoille, *& ſcribunt, & pronunciant. Idem commune eſſe Hiſpanis, in dictione* IBERIA *oſtendimus. Oritur Scaldis in Veromanduis, prope Abbatiam, vt vocant, D. Martini, quo inter Caſtelletum, & Bellinorum, duo Gallorũ propugnacula, placidus incedens, verſus Cameracum vrbem Imperialem, & Epiſcopali ſede inclytam, pergit; eamq; interluit. Hinc Hannoniam regionem petens, Bochanio opidulo ſalutato, aliquot torrentibus auctus, Valencenam vrbem nobilem ſuis aquis ditat: nam hinc nauigijs vehendis ſe idoneum præbet. Hac relicta, & Hania maximo Hannoniæ fluuio in ſe recepto, Condatum opidum in eius confluentijs ſitum, præteriens; cum Scarpa amne, Tornacum vrbem & vetuſtate & epiſcopatus titulo illuſtrem, in duas partes diſtinguens, Flandros viſitat. Hinc poſtea Oudenardam in duo opida diuidit, ampliſſimamq; & maximi loci atque nominis vrbem Gandauum irrigat, in eáque, præter aliquot minoris nominis riuulos, etiam Liſa vberrimus Flandriæ amnis, ſuas aquas in Oceanum deferendas, cum eo communicat. In hac vrbe Oceani reciprocantis æſtum primùm hic ſentit fluuius, hucvſque enim eius aqua, ex maris incremento reflui, intumeſciq; comprehenditur. A Gandano ſinuoſis flexibus multiſq; mæandris ad Teneramundam decurrit, ibiq; Teneræ, (à quo hoc opidum: in eius oſtio, quo Scaldim influit, ſitum, nomen obtinet) deinde Rupelæq; fluminum aquis cõcepto, Brabantiam à Flandris diſcriminans, Antuerpiæ natalis noſtri mœnia lambit; emporioq; huic portum inſignem, & tutam nauium ſtationem efficit, vnde ad tria milliaria prolabẽs, in duo vaſta oſtia finditur, quorum vnum Flandriam à Zelandis dirimens, inter Bierfletum Flandriæ, & Fliſſingam Zelandiæ vrbeculam, amiſſo nomine, idq; mutato in Honte, Oceanum intrat. alterum Bergam è longinquo à dextra proſpiciens, & verſus Romeroſualam à ſiniſtra deflectens, inter Zelandicas inſulas diſſinditur, & omnes eius vrbeculas alluens, inter Walachriam & Schaldiam, (Walcheren/& Schouwen vulgò vocant) retento Scaldis nomine, in Oceanum Germanicum ſe exonerat. Hunc fluuium, magis verè, quàm Plinius ſuum Tiberim, rerum in toto Orbe naſcentium mercatorem placidiſſimum vocauerim. Meminit Scaldis fluminis etiam Panegyricus Maximiano Imp. dictus, hac verborum formula: Quanquam illa regio diuinis expeditionibus tuis Cæſar* „ *vendicata, atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis* „ *interfluit, &c. vt legit B. Rhenanus. in excuſis enim à Fro*- „ *benio codicibus, pro Scaldis, callidis legitur. Scaldis & Tabudæ etymologiis ſi quis delectetur, in Becani Aduaticis eas reperiet.*

SCALDIS PONS *Antonini, eſt* Valenchiennes, *Hannoniæ vrbs; Iacobo Meyero. Mihi inter Valentianum & Condatum opida eſt.*

SCAMANDRI *Collis, vide* DARDANIA.

SCAMANDRIA, *ciuitas parua Troadis, apud Plinium.* Samandra *adhuc Turcis, teſtis Leunclauius, qui eam circa Abydum ſtatuit. Pro* HECTORIS *Vrbe, cuius Ouidius 1. Triſt. Elegia 9. meminit, habet Franc. Iunius.*

SCAMANDRIVS *Campus, Homero. Inter Simoëntem & Scamandron flumina, Euſtathio, in eundem.*

SCAMANDRVS σκάμανδρος, *Homero, & Ptolemæo, Myſiæ fluuius. iuxta Helleſpontum, quem epotũ ab exercitu Xerxis, ſcribit Herodotus. Iuxta Idam eſt Q. Calabro 1. Hodie* Simoeres *dicitur, Caſtaldo auctore;* Paleſcamandria, *Nigro. Plinio quoque* PALÆSCAMANDER *ibidem eſt. alius à Scamandro.* SCAMANDRVS *etiam Siciliæ fluuius, Straboni 13. & Seruio in 11. Aeneidos. In quo pauperes vrbis Aegeſtanæ interfecerat Agathocles. Diodorus 20. Vide* XANTHVS, & INACHVS.

SCAMBENA σκάμβενα, *Mediæ opidum, Ptolemæo.* SCABINA *interpretib.*

SCAMBONIDÆ σκαμβωνίδαι, *Atticæ municipium, Leontidis tribus. Pauſanias & Stephanus.* σκαμωνίδαι, *legit Suidas.* SCAMMONIVM *coagulum celebrat Iul. Pollux, à loco ſic dictum.*

SCAMNOS, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum. Plinius.*

SCAMONIDÆ, *vide* SCAMBONIDÆ.

SCAMPIS σκαμπεῖς, *Eordeatarum vrbs, in Macedonia, Ptolemæo & Antonino.*

SCANATVM, *vide* SACANATVM.

SCANDALIVM σκανδάλιον, *Straboni 14. locus circa Coam. alius à Scandaria videtur.*

SCANDARIA σκανδαρία, *Coæ inſulæ promontorium, è regione continentis. Strabo.*

SCANDIA σκάνδεια, *Cytherorum nauale, Stephano, Suidæ, & Lycophroni. Thucydides 4. ciuitatem vocat maritimam. Meminit huius quoque Homerus, κ. Ἰλιαδ. & Plutarchus in Craſſo. Eſt & inſula Britannica, Plinio, alia à Scandinauia. Vide* BASILIA, & GERMANOSCYTHAS.

SCANDIÆ, *vide* HEMODES.

SCANDILLE, *inſula Aegæi maris: circa Thraciam, Pomponio. An* SCADI *Plinij ſit?*





S C

SCANDINAVIA, *vide* BASILIA.

SCANDIOPOLIS, *vide* BIOZIMETÆ

SCANDIS σκανδις, *Lazica vrbs. In Authenticis, Coll. 4. Titulo 7.*

SCANDOS *vicus. Circa Cappadociam. Metaphraſtes in S. Sabæ vita.*

SCANTATE, *Zamarenorum opidum, in Arabia Felici, Plinio.*

SCANTIA *ſilua, Meminit eius Cicero, in oratione 15. Legis Agrariæ. Aquas Scantias, ignes euomentes, habet Plinius 2. cap. 107. An in Campania? Ammineam enim vitem, à Varrone Scantiã vocari, ſcribit Plinius 14. cap. 4. Scantianum malũ habet Macrobius 3. Saturnal. cap. 19.*

SCAPENSIVM, *meminit Goltzij Theſaurus, titulo de Re militari.*

SCAPHE, *vide* TESCAPHE.

SCAPITANI σκαπιτανοὶ, *Sardiniæ populi. Ptolemæus.*

SCAPOS, *maris Ægæi inſula deſerta, Plinio. Circa Thraciæ Cherſoneſum videtur.*

SCAPRIS, *vel* SCABRIS, *Antonino Tuſciæ portus.* Scarino *nunc, vt mihi videtur.*

SCAPTENSVLA, *vide* SCAPTESYLE.

SCAPTESYLE σκαπτησύλη (*.i. exciſa ſilua.*) *Thraciæ opidulum, è regione Thaſi, Stephano, & Plutarcho in Cimone, item in libello de Exilio. vbi tradit Thucydidem hoc loco bellum Atnenienſium cum Peloponenſibus ſcripſiſſe. Scaptenſula Feſti puto. vbi argentum effodi tradit. ſed hic in Macedonia, regione vicina ponit. Huius meminit etiam Lucretius lib. 6.*

SCAPTIA, *Latij opidum eſt Plinio, & Silio 8.* SCAPTENII σκαπτηνιοι, *ſunt apud Halicarnaſſeum 5. Scaptenſes vertit Gelenius, fretus fortè Suetonij auctoritate, in Auguſto. Vide* PEDA.

SCARABANTIA, *vide* SACARBANTIA.

SCARDO, *vide* SCARDONA.

SCARDONA σκαρδῶνα, *Ptolemæo Illyrici maris inſula.* SCARDONITANI *Plinio. Hodie* Malconſiglio *vocari, & Iaderæ ciuitati imminere, ex Blondo colligit Villanouanus.* SCARDONA *etiam Illyrici vrbs Ptolemæo. quæ* SCARDO *Straboni. Nomen adhuc retinet apud Sophianum: quod & mihi veriſimile fit ex Tabula Geographica huius tractus, excuſa Sebenici, anno 1570. Villanouanus quoque* Scardo *vocat:* Saram *facit Lazius. Habet Niger* SCARDONIVM *Lacum hoc tractu, quem* Proclian *appellari ait. Vide* LIBVRNIDES.

SCARDVS σκάρδος, *Straboni in Epitoma, & Ptolemæo. qui* SCODRVS (*&* SCORDVS *vitiosè fortè*) *Liuio 43. Mons inter Dalmatiam & Mœſiam Inferiorem.* Marinai *hodie, Barletio & Villanouano auctoribus.*

SCARI σκάροι, *Lyciæ vrbs. & fons quidã ſacer. Stephanus.*

SCARISCVS, *vide* BVDIANI.

SCARNIVNGA, *Pannoniæ vel Daciæ fluuius. Iornandes teſtis.*

SCARPACOS, *locus Sardiniæ, apud Antoninum.* SARCAPOS *legit Aldus.*

SCARPHE, & SCARPHEA, *vide* SCARPHIA.

SCARPHIA σκάρφεια, *Ptolemæo, Plinio, Pauſaniæ, & Pomponio. Locrorum Epicnemidiorum vrbs.* SCARPHE σκάρφη, *Straboni eſt, qui addit* PHARYGÆ φάρυγαι, *ſuo tempore appellari. Eadem* TARPHE *nominatur à Stephano. & ſic ſcribendum multis rationibus à ſe adductis, contendit Caſaubonus.* SCARPHIA *Procopio 3. Gothor. Bœotiæ vrbs eſt. hanc Strabo ſcribit antea* ETEONOS ἐτεωνος, *appellatam, eamq; circa Aſopum & Iſmenum flumina deſcribit.* SCARPHE *eſt apud Stephanum. ſed eam Eubœæ tribuit. vitio fortè Librarij.* SCARPHEA, *Plinio inſula Ægæi maris: ex aduerſo Atticæ.*

SCARPONNA, *Galliæ Belgicæ vrbs,* XII. M. *paſſ. à Diuoduro. Antoninus. Meminit huius quoque Ammianus 27. Hæc eſt* Scarpaigne *proculdubio, vbi antiquitatis quaſdam magnas ruinas obſeruaui.*

SCARTHON σκάρθων, *Troadis fluuius, qui è Pholoa in Eleam labitur. Strabo.*

SCATEBRA, *in Caſinate Italiæ fluuius, Plinio.*

SCAVRI *Fundum, agri Caietani, donaſſe Xyſtum III. eccleſiæ S. Mariæ Maioris, ſcribit Platina.* Porto Iſcauro *hodie vulgo dici putat amicus meus Philip. Winghius. Oſtendiq; vt mihi inde ſcribit, eius reliquias ad mare euntibus Gaieta Minturnas, parte dextra.*

SCEA, *vide* TRIPOLIS.

SCEACERIGES *fluuius, circa Sindicam vrbem, in Sarmatia Aſiatica. ad Boſporum Cimmerium, fortè. vt apud Plinium videtur.*

SCEBATIANENSIS *Loci epiſcopalis, in Africa, meminit Vict. Vticenſ. MS. corruptè, pro* SEBASTIANENSIS.

SCELATITI, *Libyæ Interioris populi, Plinio teſte.* SELATITI, *ſine* C. *legit alius codex.*

SCELENAS σκελλωας, *Thraciæ vrbs. Procopius 4. Aedificior.*

SCELERATA, *vide* CARMENTALIS.

SCELERDRIA σκελερδρεια, *quæ* ANTHIA ἄνθεια, *inſula. ſic Heſychius. ſed vbi terrarum?*

SCELOS, *loci nomen in Thermopylis, Cedreno. Gabius legit* SALOS, *in ſuo Curopalate. Vide* MACRONTICHOS.

SCEMPSA σκέμψα, *Stephano Thraciæ opidum.*

SCENA, *vide* SENVS.

SCENÆ σκηναὶ, *Perſica vrbs egregia, Stephano. ex Strabonis 3. vt ait. Scenitarum Arabum videtur apud Strabonem. ſita ſuper foſſa quadam, ad Babyloniæ fines. Vide* SOCHOTH.

SCENÆ *Mandrorum, Ægypti vrbs: inter Babylonem & Aphroditopolim, Antonino, & lib. Notit. item in Epiſtola Epiſcoporum Ægypti, ad Leonem Aug. quæ exſtat in Conciliorum opere.* SCENÆ *Veteranorum, etiam in Ægypto: inter Peluſium & Memphim: Iiſdem, Antonino. & lib. Notit. auctorib.* SCENÆ EXTRAGE, *etiam in Aegypto, teſte lib. Notit. pro quo membranum legit* SCENA SEXTA GERASA.

SCENIOS, *locus alicubi in Aſia. ad littus Rubri maris fortè, Plinio & Solino.*

SCENITÆ σκηνῖται, *Arabiæ Felicis gens, Ptolemæo. Et Deſertæ, apud Plinium. Eſt etiam gens Aethiopiæ ſub Aegypto, eidem Ptolemæo. Sunt quoque in Meſopotamia, Straboni.* SCENITARVM *meminit quoque Stephanus, in* ?οεσμα. *Vide* SARACENI.

SCEPSÆ, *vide* GRVTVNGI.

SCEPSIS σκῆψις, *Myſiæ Minoris vrbs, Ptolemæo. Troadis faciunt Suidas & Stephanus. Apud Plinium regionis Aſiæ nomen eſt.*

SCEPTRA σκῆπτρα, *vna ex ſeptem vrbibus, quas Cyrus familiari ſuo Pytharco largitus eſt. vt ſcribit Athenæus, ex Agathocle Babylonio. In Aſia Minori.*

SCETIN, & METRIÆ *Montem, habet Calliſtus lib. 8. (& alibi, non ſemel,) in Aegypto, circa Mareäm lacum. Apud Socratem 4. cap. 18. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ melius puto legi* σκίτιν, *&* νιτρία, *Fortè Scithiaca Ptolemæi.*

SCETRA, *Indiæ inſula, ex qua aloë rubrum. Conſt. Africanus.*

SCHEDIA σχεδία, *Aegypti vicus, nauale habens, inter Nilum flumen, & Alexandriam vrbem. Strabo. Guilandinus* Raſchit *nominari ſcribit.* SCHEDIA, *locus ad Ialyſum in Rhodo inſula eſt, Athenæo lib. 6. Vide* ARAPOTES, & PHYLACÆ.

SCHENVS, *Doridis ſinus, ad quem* Hila *(vel Hyla) vrbs, Pomponio.* SCHOENVS, *Plinio eſt.*

SCHERA σχῆρα, *Siciliæ vrbs mediterranea, iuxta Ptolemæum.* Calatamet *ab Aretio,* Calameta *appellatur in libellulo anonymo, huius inſulæ deſcriptionem continente. additq; deſertam eſſe, & ſitam prope Alcamum.* SCHERRINOS *populos habet Plinius.*

SCHERIA, *Illyriæ vrbs, in Eneſtedorum Sinu, teſte Suida. Vide* CORCYRA.

SCHESIVS σχήσιος, *fluuius Sami, &* SCHESIA *huius inſulæ pars. Etymologicon. Vide* CHESIVS.

SCHINVSSA σχίνουσα, *Phocica inſula eſt apud Stephanum. Sporadum vna eſt, Plinio. Phocidis inſulam habet Heſychius; ſed vno* σ.

SCHOENITAS, *vide* SCHOENVS.

SCHOENVS, *Plinio portus Megarenſium, circa Pagas. Ptolemæo & Straboni eſt portus Iſthmi Corinthiaci, vbi is anguſtiſſimus nempe eſt. (qui Pomponio* SCHOENITAS. *ſed &* SCHOENVS *legunt quoque hic vetuſti quidam codices. Idem opidum habet, Bœotiæ oræ.* χοινοῦς *quoque Arcadiæ regio, apud Stephanum. & eiuſdem regionis opidum, teſtib. Pauſania & Homero. Eſt & locus regionis Thebaicæ. Ibidem fluuius eiuſdem nominis, apud Strabonem. Nicander in Theriaca, hunc Bœotiæ fluuium vocat. ſunt namque Thebæ in Bœotia. Vide* SCHENVS, SETHIM, *&* CÆNITES.

SCIA, *Stephano Euboeæ vrbs.*

SCIALVNS, *vide* SCILVNS.

SCIAPODES, *vide* SCIOPODÆ.

SCIAS σκιὰς, *Arcadiæ regiuncula, Pauſaniæ & Stephano.*

SCIATHIS σκίαθις, *Arcadiæ mons, apud Pauſaniam. Item vrbs Scithiacæ regionis Aegypti, Ptolemæo.*

SCIATHVS σκίαθος, *Maris Aegæi inſula, apud Ptolemæum & Melam. Hæc Sophiano* Sciato *appellatur.* EINALIÆ εἰναλίη, *appellata eſt ab Apollonio, vt tradit Gerbelius. Euboeæ inſulam facit Stephanus.*

SCYLACÆ, *Antonino locus circa Magnam Græciam, corruptè pro* SCYLACIVM.

SCICES *caſtrum, circa Iſauriam, in littore maris. Hiſt. Miſcella 22.*

SCYDRVS σκύδρος, *Italiæ vrbs, Stephano, & Herodoto in Clio, atque Erato. Circa Sibarin alicubi fortè.*

SCILACIS, *vide* SCYLLETIVM.

SCILLITENSIS *Plebs, Africana.* Collat. *Carthag.*

SCILVNS σκιλλοῦς, *opidum à Lacedæmonibus propter Olympiam conditum, Xenophonti 5. Cyri. exped. Triphyliacam vrbem facit Stephanus, ſed geminato* λλ. *& ſine* N *ſcribit* σκιλλυς, *vt quoque Pauſanias.* SCYLLVNS σκιλλοῦς *eſt apud Plutarchum de Exilio. vbi Xenophontem hiſtoriam ſuam ſcripſiſſe tradit.* σκιλλυς *eſt apud Stobeū, de Fortitudine. Haud procul ab Helia vrbe deſcribit Laertius in Xenophonte.*

SCILLVS, *vide* SCILVNS.

SCILVSTIS, *vide* PSITVLCIS.

SCINGOMAGVS σκιγγόμαγος, *Straboni vrbs eſt in Alpibus ſita, quæ Plinio* CINCOMAGVS. Sesanz, *Scudo.* Suſana, *quæ &* Seiuſiana *Caſtilionæo dicitur.*

SCINTHI, *Germaniæ populi videntur, apud Claudianum de bello Getico: Quaq; domant Scinthos, immanſuetoſq; Cheruſcos.*

SCINTIANA, *vide* SCIRTIANA.

SCIOESSA, *locus propter opidum Patras, nouem collium opacitate vmbroſus, & radijs ſolis fermè inuiſus, teſte Solino. Per* Æ *in ſecunda habet alius codex. Plinio mons eſt ſic dictus, ibidem.*

SCIONE σκιώνη, *Thraciæ vrbs, Stephano, Thucydidi, Herodoto, & Pomponio proximè Canaſtreo promontorio. Eſt & vrbs inſularis, maris Aegæi, apud Arrianum 1. Alex. Apud Plinium, Pomponium, & Strabonem. lib. 7. Epitomes, eſt quoque Pellenæ Cherroneſi vrbs, in Macedonia.* SCION σκιων, *Herodoto vocatur lib. 7. Omnes, eandem dicere auſim.*

SCIOPODÆ, *Plinio monſtroſum hominum genus, in India; ſingulis cruribus. Eoſdem* MONOSCELOS *vocari, Plinius auctor eſt lib. 7. cap. 2. Apud Gellium lib. 1. cap. 5. vbi hunc Plinij locum citat; pro Monoſcelis,* MONOMERI *legitur. itaque aut Plinius ex Gellio, aut hic ex eo caſtigandus videtur. In Libya ſunt apud Occidentalem Oceanum ad torridam Zonam, Stephano & Suidæ. ſub Zona Torrida, ad Oceanum Occidentalem. ſed* SCIAPODES, *per* A *in ſecunda hi legunt. ſic quoque Philoſtratus in vita Apollonij, qui eos fabuloſos facit.*

SCIOS σκιος, *pars agri Eretriæ, in Euboëa. Pauſanias in Meſſeniacis.*

SCIPIONIS *Rogum, Hiſpaniæ locum, habet Plinius. circa Taderum amnem.* SCIPIONIS *Monumentum vocat Iornandes. Aliud* SCIPIONIS *Monumentum eſt in via Appia, ad primum ab vrbe milliarium, in quo etiam Ennius poëta ſepultus. Euſebij Chronicon.*



SCIRA σκίρα, *locus in Attica eſt, apud Euſtathium. An* SCIRVS *fortè Pauſaniæ?*

SCIRADIVM σκιράδιον, *promontorium Atticæ videtur, ad Saronicum ſinum. Plutarchus in Solone.*

SCIRAS, *vide* SALAMIS.

SCIRATÆ σκιρᾶται, *Indiæ populi, apud Aelianum 16. Animal. Hos dicit ſimis naribus eſſe, inuſitataq; magnitudinis ſerpentes apud hos eſſe addit. Vide* CIRRHADIA, *&* SYRICTÆ. *ijdem enim ſunt.*

SCIRI, *vide* SCYRI.

SCIRITIS σκιρῖτις, *regio, in Peloponneſo, Diodoro 15. & Xenophonti 6. Græcorum ad finem ferè. & 7. eiuſdem. Per* Y *in prima eſt apud Dionem Pruſæum, de Troianis. Cuius incolæ Sciritæ, apud eundem 4. Cyropædiæ. In Laconica videtur, apud Thucydidem 5. iuxta Parrhaſium. A Scyrus, vt docet Stephanus.* SCIRITIS σκιρῖτις, *Dodecapolis Cariæ, Stephano, & Xenophonti. A quo quoque* SCIRITÆ *Stephano.*

SCIRON, *&* SCIRONIDES *Petræ, vide* SCIRVS.

SCIRPHÆ σκίρφαι, *Phocica vrbs. Stephanus.* σκιρφαίων *etiam memoria in nummo Claudij. Sed* SCIRPHTHÆ σκιρφθαι, *legebat Aldi codex.*

SCIRRI, *vide* SCYRI.

SCIRTARI, *Dalmatiæ populi, Plinio.* SCIRTONES σκίρτωνες, *fortè Ptolemæi.*

SCIRTIANA, *vel vt Simlerus legit,* SIRTIANA, *&* SCINTIANA, *Macedoniæ vrbs, Antonino. inter Lychnidum & Heracleam.*

SCIRTONES, *vide* SCIRTARI.

SCIRTONIVM σκιρτώνιον, *Arcadiæ vrbs, Stephano. Per* Y *in prima legit Pauſanias.*

SCIRTVS σκιρτος, *fluuius qui per Edeſſam decurrit. Cedrenus, Zonaras, Calliſtus, & Euagrius.*

SCIRVS σκίρος, *Arcadiæ habitatio, iuxta Menaliam & Parrhaſiam, Stephano. Eſt campus quoque ſic dictus, in Attica, apud eundem, & Pauſaniam. cui quoque fluuius ibidem, ſic dictus. vterque ab Heroe Sciro. Et vicus inter Eleuſinem & Athenas, eidem.* SCIRRÆ *fortè Pauſaniæ. propè Athenas. Item* σκειρων *mons, inter Megaram & Corinthum, Straboni. Ibidem* SCIRONIDES *Petræ, aut Saxa Scironia: quorum meminere idem Strabo, Nicander, Plinius, Mela, & Seneca in Hippolyto. Malè per* Y *ſcribitur.*

SCISCA *Colonia, eſt in Theſauro Goltzij, ex nūmo Neronis.*

SCISSA, *vide* CISSA.

SCISTA σχιστη, *ſecta ſiue ſciſſa via triuia, circa Dauliam & Delphos: in Phocide. Euripides in Phœniſſis, Seneca & Sophocles in Oedipo, & Pauſanias in Phocicis.*

SCITACES σκιτακες, *vrbs Thraciæ, apud Procopium 4. Ædific.*

SCITHÆ σκίθαι, *vrbs in Thracia, iuxta Potidæam. Stephanus ex Theopompo.*

SCITHIACA σκιθιακη, *regio, Aegypti tractus, apud Ptolemæum.* SCITEN *puto à Calliſto nominari.* Campo Carmeli *fortè hodie vocatur. ſic ego colligo ex ſchedula topographica Aegypti, quæ apud me eſt: quam in Aegypto à quodam ſtudioſo delineatam cenſeo.*

SCITIS, *vide* SCETIN.

SCLAVENI, *vide* SCLAVI.

SCLAVI, *qui noſtra conſuetudine* WILSI, (WILSORI *legit* N. *Vignierius.) ſed ſua lingua* WELATABI *dicuntur. Sic Eginhartus, in vita Caroli Magni, item Rhegino, qui & Sclauos quoſdam* VNCRANOS *vocat. Witichindus eorum nonnullos* VCHROS, HEVELLOS, LVSICOS, LISICAVICOS, *&* VVLOINOS *dici tradit.* LIVTICOS *quoque habet Contractus.* SCLAVENI *ſunt Stythiæ Europææ populi, Procopio 4. ædificior.* SCLAVINI, *&* SCLAVINIA *in Hiſt. Miſcella. Vide* VANDALI, ANTI, *&* SLAVI.

SCLAVINVM RVMVNENSE, *vide* RVMENSE.

SCLETRINAS, *vide* APSASIVM.

SCO-



SCOBENSIS *Lancearia legionis* XXXII. *meminit Goltzius in Theſauro. ex vetuſta inſcriptione.*

SCODRA σκόδρα, *Illyrici opidum, Ptolemæo, & Liuio, qui eam in Labeatibus deſcribit lib. 44. Caput gentis Macedonicæ, vocat Florus.* Scutari *noſtro ſæculo dici, Sophianus & Volaterranus produnt.* Scrutari *apud Nigrum legitur.* Scarderia *(quod idem ſonat quod Alexandria) à Turcis vocatur, vt ſcribit Mar. Barletius.* Iſcodara, *vt Leunclauius.*

SCODRI σκόδροι, *Indica gens, Dionyſio.* SODRI *legit eius interpres Auienus. & Sodras* σοδρας *nominat hoc tractu Diodorus 17. Ad Indi fluminis partes inferiores.* SABRACÆ *videntur apud Curtium 9.*

SCODRVS, *vide* SCARDVS.

SCOEDISA σκοίδισα, *Tauri Aſiæ montis pars, Straboni 11. Num ſit* SCORDISCVS *Ptolemæi ſubdubito.*

SCOENVS, *Thraciæ fluuius, Pomponio. ad cuius ripas Maroniam vrbem deſcribit.*

SCOLLIS σκόλλις, *Mons Achaiæ, vnde Lariſſus amnis effluit. Singulari* L. *ſcribunt Xenophon, & Stephanus. Hic mons ab Homero α. Ιλιαδος* OLENIA *Petra* ὠλενίη πέτρα, *vocatur: referente Strabone.*

SCOLOPOENTIS σκολοπόεντος, *meminit Herodotus 9. puto fluminis nomen eſſe, qui hoc coniungit cum Gæſone; qui fluuius eſt in Caria. vt refert Athenæus 7.*

SCOLOTI, *vide* SCYTHÆ.

SCOLVS σκῶλος, *Bœotiæ mons, Homero, Pauſaniæ, Athenæo, & Stephano: item Polyæno 2. Pagus eſt Athenæo 10. & Euſtathio, in Ιλιαδος β. In ora Bœotiæ, Plinio. Eſt & circa Olynthum vrbs, Straboni.*

SCOMBRARIA σκομβραρία, *Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium, Ptolemæo. quod* SATVRNI *à Plinio appellatur, vt Pinetus ſuſpicatur, & mihi quoque veriſimile eſt. Hodie* Cabo di Palos *nominari dicit Cluſius. Vide* SCOMBROARIA.

SCOMBRI σκομβροι, *gentis nomen apud Stephanum, ex Aeſchilo: in voce ἄβροι. Pro* CIMBRIS *videtur vti.*

SCOMBROARIA σκομβροαρία, *quæ &* HERCVLIS ἡρακλέους νῆσος, *Inſula dicitur, vt Strabo refert.* σκομβραρία, *ſine* O *in ſecunda quidam legit. in Hiſpania apud Carthaginem nouam eſt. Hodie* Eſconbrera *vocari, tradit Florianus.*

SCOMBRVS *&* SCOMIVS, *vide* HÆMVS.

SCOPADÆ σκοπάδαι, *Theſſaliæ populi. Scoliaſtes Theocriti. Circa Cranonem. Horum meminit quoque Stobæus, Sermone 25. ex Homero. itē Suidas, in Simonides Lyricus.*

SCOPE σκόπη, *inſula Rhodienſis pelagi, apud Plinium. Vicus in Libyæ Nomo, apud Ptolemæum.*

SCOPELVS σκόπελος, *Ptolemæo maris Aegæi inſula, prope Macedoniam.* Scopulo *nominatur Sophiano.* SCOPVLVS, *Maris Ionij inſula, Ptolemæo: iuxta Cephaleniam. Bordonio* S. Maura *nuncupatur.* SCOPELVS *inſula ante Troada, Plinio: & alia in Propontide, eidem.* SCOPELVS *etiam vrbs ad Varadanum fluuium, in Sarmatia Aſiatica. Ptolemæus. Etiam Thraciæ vrbs, Zagoræ ſiue Debelto vicina: quæ vulgo Turcico* Iſcheboli, *vt docet Leunclauius ex Leone Imp.*

SCOPHARCHONBRA σκοφαρχονβρα, *Gazenſis pagus, in Palæſtina, Sozomeno auctore, lib. 6. cap. 32. interpres* CHAPHARCOBRA *legebat.* CAPHARCYS *habebat Calliſtus 11. cap. 39.*

SCOPI σκόποι, *Thraciæ vrbs Stephano, ex Lepidi Hiſtorica Epitome. Fortè idem cum* SCVPI *Ptolemæi.* Viſcupia *puto hodie dici.*

SCOPIA σκοπία, *Extrema, Ptolemæo Doridis in Aſia promontorium eſt, quod Straboni* TERMERIVM τερμέριον *eſt, vt Villanouanus ſcribit.*

SCOPIVM σκόπιον, *Theſſaliæ opidum. Polybius 5. item Cedreno.*

SCOPIVS, *Thraciæ mons, Plinio. Item Bithyniæ fluuius, apud eundem.*

SCOPOLVRA σκοπόλουρα, *Indiæ intra Gangem vrbs, apud Ptolemæum.*

SCOPVLVS, *Plinio inſula circa Ioniam.*



SCOPVM, *Armeniæ Minoris opidum videtur apud Curopalatem, & Zonaram. vide* COPTOS.

SCOPVS σκοπός, *locus circa Hieroſolymam. Ioſephus 2. belli Iud. cap. 22. item 6. cap. 4.*

SCORAS, *vide* ARAR.

SCORDÆ σκόρδαι, *Bactrianæ gens. Ptolemæus.*

SCORDISCI σκορδίσκοι, *Ptolemæo Pannoniæ Inferioris populi, quos Strabo etiam* SCORDISCAS *vocat, &* SCORDISSOS *Sex. Rufus, qui eos in Thracia vicina regione ponit. Strabo eos Illyricis & Thracibus permixtos ſcribit.* Raſciam *eis attribuit hodie Caſtaldus: Ipſi ſe vocant nunc* Boſnachi, *inquit Dom. Niger: hoc eſt* Boſſen *Germanicè. Scordiſcorum etymologiam lege in Britannia Humfredi Lhuydi.* CORDISTÆ κορδίσται, *ſunt malè apud Athenæum lib. 6. qui Galatas ex ijs facit, qui cum Brenno Delphicum templum ſpoliauerant.* SCORDISCOS *Gallos nominat Poſidonius, apud Strabonem, qui eos duplices facit, cis & vltra Iſtrum incolentes. Hos nouit quoque Trogus 32.* SCORDISCI *cis Iſtrum fortaſſe ij ſunt, quorum regio Nicetas Choniata* Francochorium *vocat. ſic enim apud hunc legitur: Zeugminum, quod nunc Sirmium, caſtellum in Francochorio ſitum, quæ regio non minima Hungariæ pars eſt, ſed habitatoribus infrequens, inter Iſtrum & Sauum fluuios; in ea hoc Sirmium. Hæc ille. Vide tabulam Ptolemæi in Europa quintam. Is hoc loco Sirmium, & Scordiſcos habet.*

SCORDISCVS *Mons,* σκορδίσκος, *Ptolemeo in Cappadocia, quem Strabo* SCYDISSEM *vocat. Marcellinus* ARMONIVM *appellat:* ARMENIVS *emendo: ex Herodoto. Vide* ANTITAVRVS, *&* SCOEDISA.

SCORDVS, *vide* SCARDVS.

SCORINGA, *regio Germaniæ videtur. P. Diaconus enim 1. Longobardicor. cap. 7. ſcribit Vuinulos ex Scandia egreſſos, hic primum conſediſſe. Circa Balticum aut Suenicum mare fuiſſe, veriſimile eſt.*

SCOROBAS, *vide* HYPIA.

SCORPIANVS σκορπιανὸς, *gentis eſt nomen, apud Stephanum, ex Herodoti 7. vt inquit.*

SCORPIOFERA *regio, Ptolemæo. in Aria.*

SCORPIONIS *Aſcenſus, vide* ACRABIS.

SCORTON, *vide* MINTHE.

SCOTANA σκοτανη, *vicus Arcadiæ eſt Pauſaniæ.*

SCOTERA, *vide* CYTHERA.

SCOTI, *quorum Oroſius, Claudianus, & Ammianus inter Latinos ſcriptores meminere, Britāniæ inſulæ Septentrionales populi, qui ex Hiſpaniæ Cantabria oriundi, atq; inde in Hiberniam migrantes, tādem in Scotia ſedē fixere. Britannica lingua* Guydhyl *appellatur. Humfred. Lhuydus.*

SCOTIA, *Borealior Britanniæ inſulæ pars; (cuius meminit Hegeſippus 5. cap. 15.) quondam à Latinis ſcriptoribus* ALBANIA *dicta, & incolis adhuc* Albayn *dicitur: vt ait Humfr. Lhuydus. Ego cum B. Rhenano contenderim hanc Scotiam, à Tacito in vita Agricolæ* CALEDONIAM *vocatam. Vide* HIBERNIA.

SCOTICVS *Oceanus, vide* CALEDONIVS.

SCOTINA, *vide* SCOTITA.

SCOTITA σκοτιτα, *Peloponneſi locus, medius inter Lacedæmona & Tegeam. Polybius 16. & Pauſanias 3. Ex eiuſdem 10. legit Stephanus.* SCOTINA σκοτινα, *per* N. *malè. fallit quoque in numero: aut alius fuit olim Pauſaniæ librorum ordo.*

SCOTIVM σκότιον, *mons in Aſia Minore alicubi, vbi pater Mithridatis Triarium vicerat. Appianus. Hunc montem deſcribit, at non nominat Hirtius de Bello Alexandrino. Circa Armeniam Minorem eſſe, ex Plutarchi Lucullo & Pompeio liquet.*

SCOTORVM *villa, ſic dicta, vbi Placillam Imp. defunctam, ſcribit Greg. Niſſenus. Ex 4. Annal. Baronij.*

SCOTVSA, *Plinio Thraciæ vrbs, circa Topirim.*

SCOTVSSA σκότουσα, *Pelaſgiotis in Theſſalia vrbs, auctoribus Polybio, Strabone, Liuio, Plutarcho, Pauſaniæ, Stephano, & quoque Ptolemæo. ſed hic ſingulari* S *ſcribit. Idem aliā, in Odomantica Macedoniæ regione deſcribit.*

SCRIO-

SCRICTOFINNI, *vide* CREFENNÆ.

SCRITHÆA, *locus Siciliæ: in fragmento libri 36. Diodori Siculi.*

SCRITIFINNI, *vide* CREFENNÆ.

SCROBILVS, *promontorium Africæ, ad ſinum Arabicum Pomponio.*

SCVDRVM, *opidum ad Sagarim fluuium. Metaphraſtes in vita S. Theodori Archimandritæ.*

SCVLTENNA, *fluuius Flaminiæ, apud Liuium & Plinium, qui apud Strabonem* SCVTANA σκουτάνα, *videtur.* Panaro *hodie dici, ſcribit Leander. Infra ſic vocari, at ſupra antiquum nomen retinere, tradit Blondus.*

SCVPI σκῦποι, *Ptolemæo Myſiæ Superioris vrbs; quæ Tzetzæ, Gregoræ, & Sophiano* Scopia σκόπια, *appellatur.* SCVPPI *in Codice quoque lib. 8. Titulo 45.* SCVPI, *Scuporum legit Trebellius Pollio, in Regilliano. &* SCVPOS *D. Paulinus, ad Nicetam.* SCOPI *Stephani puto.*

SCVRELLVR σκυρέλλυρ, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.* CVRELLVR *interpretibus.*

SCVRGVM σκοῦργον, *Germaniæ opidum Ptolemæo, quam Villanouanus* Schmeben *vertit.*

SCVSSA (χουσσαι *in Græco erat*) *Aegypti vicus, in Hermopolitana præfectura, Aeliano de Animal. Vide* PHYLACE.

SCVTANA, *vide* SCVLTENNA.

SCYBELVS σκυβέλος, *locus Pamphiliæ. vnde vinum Scybelitum. Heſychius, in voce Ceſcos: & Aretæus Cappadox 2. lib. Morb. acutorum. & 1. Diuturnor.*

SCYBRVS σκύβρος, *Macedonica regio, Stephano: ex Theopompo.*

SCYDISSES, *vide* SCORDISCVS.

SCYDRA σκύδρα, *Macedoniæ vrbs, Stephano, Plinio, & Ptolemæo: in Emathia regione.*

SCYLACEVM, *vide* SCYLACE.

SCYLACE σκυλάκη, *circa Cyzicum vrbs, cui à tergo Olympus. Plinius, Mela, Stephanus, & Herodot. in Clio.* SCYLACEVM *hoc à Flacco nominari, annotauit ad Melam Hermolaus; & ante hunc Maſerius ad Flaccum.*

SCYLACIVM, *vide* SCYLLETIVM.

SCYLÆVM σκύλαιον, *apud Ptolemæum, Brutiorum promontorium eſt, quod* Garofilo *Leandro vocatur, ſed* Voli, *Nigro. Strabo, ſublime ſaxum, Plinius (geminato* LL.*) opidum eſſe ſcribit, cuius regionem* SCYLLÆVM *appellat Solinus.* (BRVTIVM *Pomponij eſſe, falsò putat Villanouanus.*) Subarum *ab accolis vocari ſcribit Gab. Barrius. Vide* SCYLLÆVM.

SCYLAX σκύλαξ, *Aſiæ Minoris fluuius, in Iridem influens. Strabo & Euſtathius.*

SCYLLA, *Plinio ſcopulus in Freto Mamertino, inter Siciliam & Italiã. Scyllam &* SCYLLÆVM *vocat Strabo. Hodie* Scyllo *dici, auctor mihi eſt Fazellus.* SCYLLA, *Brutiorum opidum, apud Melam, quod hodie* Siglio *nuncupatur, vt Leander tradit.* SCYLLA, *nomen inſulæ deſertæ, circa Thraciæ Cherroneſum, vt ex Plinio videtur.*

SCYLLÆVM, *Promontorium Peloponneſi, in Argia regione, Pauſania & Plinio teſte. Agri Hermionici facit Liuius 31. Hoc apud Ptolemæum* SCYLLIVM σκύλλιον, *vocatur.* SCYLÆVM *vnica* L. *legit Plethon. Hodie* Cabo Sygillo *dici, ſcribit Fauolius.* Cabo Scylli *autem Sophianus. Villanouanus* Damala *appellat. vide* SCYLLA.

SCYLLATENI *Epiſcopi, in Italia, meminit concilium Romanum: ſub Hilario Pontifice.* SQVILLITANI *eſt in Decretis. A Scylletio, ni fallor.*

SCYLLETIVM σκυλλέτιον, *quod nunc* SCYLACIVM σκυλλάκιον, *auctoribus Strabone, & Plinio.* (STOLAGIVM *legit Pintianus.*) *Athenienſium Colonia eſt, in Locris, Italiæ regione. (In Magna Græcia, Ptolemæo eſt.) Poſtea autẽ Coloniam Romanam huc ductam, auctor eſt Paterculus.* Squilacci *hodie nominatur, vt refert L. Albertus,* SCYLLATIVM *per* T. *habet nummus antiquus. Huius ſitum lege apud Caſſiodor. 12. Variar. numero 15. qui eam primam Brutiorum vrbem vocat.* SCILACIS *corruptè apud Antoninum legitur. Stephanus eam Siciliæ adſcribit. idq; ſuo more hanc vltimam Italiæ partem Siciliæ nomine indigetans. quod iam ſæpius monui.* SCYLLETICVS *Sinus, hinc Straboni.* SCYLLETIVM *etiam Cretæ mons, apud Stephanum.*



SCYLLIVM, *vide* SCYLLÆVM.

SCYLLVNS, *vide* SCILVNS.

SCYMNITÆ σκυμνεῖται, *gens in Sarmatia Aſiatica, Ptolemæo.* SCYMNIADÆ *ſunt apud Stephanum.* SCYMNI *fortè Lazici populi, quorum in Authenticis mentio eſt.*

SCYPHIA σκυφία, *Clazomeniorum opidulum. ex Ephoro Stephanus. qui addit quoque per* P *ſcribi; Scypia. Vide* SCYPPIVM.

SCYPPIVM σκύππιον, *opidum in Colophoniorum finibus, à Clazomeniis exſtructum. Pauſanias. Idem cum Scyphia reor.*

SCYRAS σκύρας, *fluuius in Laconica ſe in mare euoluens. Pauſanias. Per* I *fortè melius in prima. Vide* SCIRITIDIS.

SCYRI, *Indiæ populi, circa Carmaniam apud Plinium videntur. Idem alios habet in Eningia regione. Apud Diaconum, & Zoſimum 4. ſunt populi Hunnis permiſti, & à Theodoſio Imp. ſuperati. Procopius eos cum Gothis & Alanis, tanquam gentem Septentrionalem numerat. Horum meminit quoque Sozomenus; ſed geminato* RR. SCIRRI. *Iornandes* SCIRI *per Iota & vno* R. *ſcribit. Hos nouit etiam Suidas. Vide* THVRINGI. *Eſt qui hos* Scheirn, *in Bauaria putat.*

SCYRMVS σκυρμός, *Dolionidis vrbs, prope Cyzicum. Stephanus.*

SCYRRI, *vide* SCYRI.

SCYRTONIVM, *vide* SCIRTONIVM.

SCYRVS σκύρος, *Ptolemæo, Plinio, Val. Max. & Melæ, Maris Aegæi inſula, medio ferè itinere inter Lesbon & Euboëam. Hanc* Neoptolemi *patriã puto, cuius Homerus, & Sophocles in Philoctete meminit.* Scyro *nominatur à Sophiano. Alia eſt* SCYRVS, *eidem Ptolemæo, quam inter Cyclades numerat.* DOLOPES *Scyrum quondam inhabitaſſe, tradunt Plutarchus, & Aem. Probus in* Cimone.

SCYTALA *inſula, in receſſu ſinus Arabici, Plinio.*

SCYTHÆ, *à Perſis* SAGÆ, *vt Mela habet, vel* SACÆ, *vt Plinius, Solinus & Euſtathius ſcribunt. (Scythia* SAGA *eſt in Originib. Catonis; quæ circumferuntur.) Idem Plinius tradit eos antiquitus* ARAMÆOS *dictos. & primum* NOMÆOS νομαῖοι, *vt addit Stephanus. Ioſephus tradit* MAGOGA *dictos, à Magog. Tzetza Chiliade 11. prodit* ABASGOS, ALANOS, SACAS, DACAS, RHOOS, ῥῶς, SAVROMATAS, *& omnes Borealium cardinum gentes, communi vocabulo Scythas dici. Idem Chiliade 8. numero 224. Scytharum gentes in tres diuidit, in* MÆOTAS, CAVCASIOS, *&* OXIANOS. *Scytharum hiſtoriam lege apud Nicephorum Gregoram; qui eos ab Homero* CIMMERIOS, *à Plutarcho* CIMBROS, *&* TEVTHONES, *& ab aliis aliter, veluti* MELANCHLÆNOS, MASSAGETAS, SARMATAS, *&c. ſecundum temporis viciſſitudinem, & migrationes ab ijs factas, nominari ait.* PATZINACOS πατζινακοὶ, *nuncupat eos Ioannes Curopalates, Zonaras, & Michaël Glycas, qui inter eos quoque* VSICAM *nationem nobiliſſimam numerat.* PIZENACOS *habet Lhuitprandus* Ticinenſis: & PEZINATOS *Regino, litterarum fortè errore, qui à ſcriptoribus, in vocabulis ab ipſis non intellectis, facilè committitur. Eadem eſt huius vocis etiam in Græcis codicibus inconſtantia. Suidas etiam auctor eſt eos ſuo tempore* PATZINACITARVM *nomen habuiſſe: & quidam eorum* GHRVTINGOS *&* DACOS *(qui ſunt Scythæ Europæi) appellatos.* SACHATEOS *illos indigitat Calcondilas.* ABARI *ſunt ex gente Scytharum qui Hamaxobij vocantur, inquit Euagrius Scholaſticus. Horũ etiam meminit Nicephorus Calliſtus. Hodie autem, vti Herberſteinius teſtatur,* Tartari *ab exteris dicuntur, ſe ipſos verò* Beſermanos *nominant.* Diſt, *ſe ipſos ſua lingua vocare,*





*Marius Niger perhibet: Theueto auctore ab Arabibus* Ator Albacara *nuncupantur. Scytharum nationes hæ ſunt apud Herodotum,* AVCHATÆ, ARPOXÆ, CATIARI, TRASPIES, PARALATÆ. *omnibus autem nomen eſſe* SCOLOTIS σκολότης, *addit. Plurimæ enumerantur à Plinio, vti* ALANI, AMORDI, APELLÆI, AORSI, ANTARIANI, ARIMASPI *qui antea* CACIDIRI, ARIACÆ, AROTERES, ASÆI, CAMÆ, CAMACÆ, COTIERI, DACI, DAHÆ, EDONES, ESSEDONES, EVCHALÆ, HISTI, GETÆ, HAMAXOBII, MASSAGETÆ, NAPÆI, OETEI, PESICI, ROXOLANI, RHYMNIGI, SACÆ, SARMATÆ, *&* SATARCHI. *Apud Ptolemæum hi leguntur,* GRIMÆI, ABII, AGATHYRSI, AZANI, AORSI, ARIACÆ, ANAREI, ASCATANCÆ, ASPISII, CHÆTÆ, CHARAVNI, CORASPHI, CACHASSÆ, GALACTOPHAGI, HIPPOPHAGI, IASTÆ, IORDII, IOTÆ, IAXARTÆ, MASSÆ, MOLOGENI, MACHAGENI, NOROSSI, NOMASTÆ, OROSBES, ORGASI, RHOBASCI, SAMMITÆ, SASONES, SVEBI, SVSOBENI, SÆTIANI, THACES, TAVPVREI, TABEINI, TYBIACÆ, *&* ZARETÆ. *Trebellius Pollio in vita Claudij Imp. hos quoque Scythiæ populos habet,* PEVCINI, TRVTVNGI, AVSTROGOTHI, VIRTINGVI, *&* SIGIPEDES. *In Stephani de vrbibus Lexico has legimus,* APSILAS, *(hi ſunt Colchidis gentes, in Periplo Arr.)* BVDINOS, DAIAS, DASAS, HELVROS, EVERGETAS, EDOS, IAMAS, IAMOS, BECHIR, ISEROS, LAZOS, *(Colchidis Arriano)* MATYCETAS, MÆOTAS, MYRGETAS, PARTHYÆOS, SANNIGAS, *(σανίγαι, etiam Colchidis, iuxta Sebaſtopolim, Arriano.) &* TYRMEMENIOS. *Mela eorum quoſdam* NOMADES *ponit. Item Suidas, qui eoſdem* HAMAXOPHORETOS *vocari dicit. Plinius conqueritur in his deſcribendis, auctorum inconſtantiam propter, vt ipſe addit, innumeraſq; gentes, adeò vt eorum nomen, (vt alio loco inquit,) vſquequaque tranſeat in Sarmatas & Germanos. Strabo ſcribit lib. 1. omnes cognitas regiones verſus Septentrionem vno prius nomine, vel Scythas, vel, vt ab Homero, Nomades appellatas. Item lib. 11. refert veteres Græcorum ſcriptores vniuerſas gentes Septentrionales Scytharum & Celtoſcytharum nomine affeciſſe, quorum ſententiæ aſſentitur Ptolemæus 2. Quadrip. Ii autem antiquiores ita diuiſerunt eos, vt qui ſupra Euxinum, Iſtrum & Adriam incolerent, eos omnes Hyperboreos, Sauromatas, & Arimaſpos appellarent, qui trans mare Hyrcanum, Sacas & Maſſagetas. Scythas comprehendit Philoſtratus Iſtro, Tanaidi, & Thermodonte fluminibus. Trogus, Ponto, Ryphæis montibus, Aſia, & Phaſi flumine. Scytharum mores lege apud Theophraſtum de Aëre & Aquis. Regio quam nunc Scythæ incolunt, ea fertur olim fuiſſe Cimmeriorum, inquit Herodotus in Thalia. de Europæa eum loqui puto. Scythas, ſagittarios τοξόται appellari, annotauit Iul. Pollux 8. de Athenienſium foris. Nos etiam hactenus & gens Scandiæ peninſulæ, in qua Celtoſcythæ,* Schieten, *ſagittare interpretamur.* SCYTHIA *Minor,* PONTICA, THRACENSIS, *&* SCYTHOGERMANI. *Vide* MOESIA.

SCYTHENI σκυθηνοὶ, *gens ſupra Macrones, Stephano, ex Xenophonte, qui per* I *in penultima σκυτινοὶ, legit. Vide* TASCVTINI.

SCYTHEORVM σκυθέων πόλις, *vrbs, apud Polyb. 5. vbi* κυναιθέων, *emendat Fuluius Vrſinus.*

SCYTHIA σκυθία, *apud Ptolemæum duplex eſt, vtraque in Aſia, quæ Imao monte diſtinguitur. Inde* INTRA *&* EXTRA IMAVM *cognominatur.* Regnum Cathay *has Scythias obtinere, ſcribit Villanouanus, in ſuo Ptolemæo. Quæ intra Imaum eſt, videtur mihi magnam partem* Tartariæ *occupare. Quæ extra Imaum ſita eſt, à*



*Barbaris* Mongal, *& à iunioribus* Tartaria antiqua *dici, tradit Mar. Niger. Scythiam intra Imaum, Ar. Montanus* DICLA *Hebræis eſſe putat, in ſuo App. Biblico.*

*Alia eſt preter has,* SCYTHIA *in Europa, (quæ* SARMATIA *Ptolemæo) apud Herodotum, Pomponium, alioſq; Hiſtoricos veteres. Hanc, ni fallor, vult Iornandes, quam ſcribit Gothos ſua lingua* OVIM *appellare. Pro Ouim legit ex hoc auctore* OCIMNIN, *Conradus à Lichtenaw.* SCYTHIAM PARVAM *vocat Strabo, eam regionem, quæ intra Boryſthenem & Tauricam Cherſoneſum eſt.* SCHYTHIA *metropolis Phrygiæ quædam eſt, apud Vſuardum, ad III. Id. Nouemb. Vide* INDOSCYTHIA.

SCYTHIA PONTICA, *vide* MOESIA.

SCYTHIAS, *vide* DELOS.

SCYTHICÆ *Inſulæ, vide* HELODES.

SCYTHICVM *Littus, vocat Martianus 6. extremam Germaniæ oram, verſus mare Euxinum. Pomponius ſic vocat totam Aſiæ oram Septentrionalem, vſque ad oſtium Caſpij maris, quo ſe in Scythicum mare exonerat.*

SCYTHICVM *Mare, vide* EVROBORVM.

SCYTHICVM *Promontorium, Hiſpaniæ videtur in Cantabris; Mela 3. cap. 1. auctore. Ab Oliuario vocatur* Cabo del figo. *A Floriano videtur mihi* Peñas de Huſon *nominari. His minimè ſuffragatur Schottus, qui hoc prom. Aſiæ tribuit. lege eius in hunc auctorem Spicilegium. huicq; adde quod ipſe Mela eodem libro, cap. 6. de eodem ſcribit promontorio. Vide* LAPATIA.

SCYTHICVS *Mons, vide* PHASIS, *&* TAVRVS.

SCYTHICVS *Oceanus, vide* CRONIVM.

SCYTHICVS *Sinus, maris Caſpij, quem Scythæ accolunt. Plinius.*

SCYTHINI, *vide* SCYTHENI.

SCYTHON, *mons Thraciæ, Seruio. Vide* THRACIA.

SCYTHOPOLIS σκυθόπολις, *Ptolemæo, quæ* NISA *antè, vt Plinius refert. Cauæ Syriæ vrbs eſt; quæ* BETHSAN βηθσάν, *vt ſcribit Ioſephus Antiq. 6. 12. & 13. eamq; in tribu Manaſſis ponit. in Magno Campo. Idem in vita ſua, eam centum & viginti ſtadiis à Tiberiade diſtare ſcribit.* BASAN βασάν. *antea vocatam tradit Cedrenus. aut* βαίσων *fortè, vt legit Stephanus.* METHORA μέθορα, *antea dictam, legitur apud Zonaram. Eandem Scythopolim Ptolemæus nimium verſus Orientem extendit.* Bethſan *hactenus ab omnibus nominari, ſcribit Breitenbachius. An alia hæc à Ioſephi? qui eam maritimam facit; & Tiberiadi vicinam? Vide* TRICOMIA.

SCYTHRANIVS σκυθράνιος, *opidum Marmaricæ regionis. Ptolemæus.*

SCYTOPOLIS σκυτόπολις, *Libyæ opidum. Stephanus: ex Polyhiſtore.*

SEA, *Æthiopiæ ſub Ægypto opidum: Plinio.*

SEBA, *vide* SABÆI, *&* SACÆ.

SEBAGENA σεβαγηνα, *Cappadociæ in Ciliciæ præfectura vrbs, apud Ptolemæum. ſine* S *legunt interpretes.*

SEBARDÆ, *vide* TENESIS.

SEBARIM, *Palæſtinæ locus. Ioſue 15. vbi D. Hieronymus* SARIM *legit.*

SEBASA, *Arabum caſtrum, Hiſtoria Miſcella 23.*

SEBASTA σεβαστὴ, *Armeniæ vrbs, Socrati & Stephano, quam Sebaſtiam vocari ſuo tempore addit. Ex Sabellico videtur nunc* Suas *dici. Eandem cum Diopoli puto. Vrbs Ciliciæ eſt Ptolemæo. quæ ni fallor, apud Stephanum Coryci Cherſoneſus vocatur. Sebaſten, hanc quoque vocat Ioſephus 1. belli Iud. cap. 16. & 20. quam dicit portum Cæſareæ vrbis, quæ hinc non procul diſtabat.* AVGVSTOPOLIM *à Stephano vocari, ſcribit Hermolaus ad Plinium 5. cap. 27.* SEBASTAM *Coloniam habet Goltzius, ex nummo Aug. Vide* ALEXANDRIA, DIOPOLIS, ELEVSA, *&* SAMARIA.

SEBASTA ALTERA LEGIO λεγίων δευτέρα σεβαστὴ, *Dumnoniorum Albionis inſulæ vrbs, apud Ptolemæum.* Leskerd *appellatur Villanouano.*

SEBASTENI, *Aſiæ Propriæ alicubi populi, Plinio.* SEBASTENA *colonia, eſt in Goltzij Theſauro.* S. SEBASTIANI *loci Epiſcopalis, meminit Balſamon, ſub Patriarchatu Conſtantinopolitano.* SEBASTENAM *Coloniam, habet Onuphrius, ex Vlpiano.*

SEBASTIA, & SEBASTOPOLIS, *Cappadociæ vrbes, in Colopena regione: vt Plinius tradit. Eaſdem Ptolemæus quoque nominat in Cappadocia. Sebaſtopolim adſcribit lib. Notitiarum Ponto.*

SEBASTICVM, *vide* SABAITICVM.

SEBASTOPOLIS, *Colchidis vrbs, Ptolemæo, & Arriano in ſuo maris Euxini Periplo; cuius enarrator Stuckius dicit hanc apud Plinium* CAMPSEONYSIN *vocari. miror: Plinio enim flumen eſt lib. 6. cap. 4 his verbis: Flumina Campſeoniſiis, Nogrus, Bathys. quo loco Pintianus libenter legit, Acampſis, Acinaſis, &c. idque auctoritate Arriani qui hoc tractu Acinaſin habet. Vide* DIOSCVRIAS, MYRINA, & SEBASTIA.

SEBASTVM σεβαστὸν *portum, in Cilicia, habet Ioſephus Antiq. 17. ab Herode magnis opibus exſtructum. An Sebaſte Ptolemæi?*

SEBATVM, *vide* SEVATVM.

SEBEDA σέβεδα, *Lyciæ portus. Stephanus, ex Periplo Alexandri.*

SEBENDVNVM σεβενδοῦνον, *Caſtellanorum in Hiſpania vrbs, Ptolemæo.*

SEBENNYTICVM σεβεννυτικὸν, *oſtium Nili, Ptolemæo.* SYBENNITICVM *Stephano.* Sturioni *hodie vocari, tradit Niger.*

SEBENNYTVS σεβέννυτος, *Ptolemæo, Straboni, & Stephano, Aegypti vrbs: portus: & fluuius. item fluuij oſtium. In Sebennyti Nomo.*

SEBERIANA σεβηριανὴ, *metropolis. In Sanctionib. Pontificum Orientalium. Caſtrorum* SEBERIANENSIS *Epiſcopi, in Mauritania, meminit Vict. Vticenſ.* SEBERIANENSIS *quoque ſimpliciter.*

S. SEBERINA ἁγία σεβηρινα, *Calabriæ opidum, Cedreno & Curopalati. Vide* SIBERENA.

SEBETHIS, *vide* SEBETVS.

SEBETVS *amnis deſcribitur ab Erythræo in ſuo Indice Virgiliano: qui inter Veſeuum montem & Neapolim decurrens, vulgo* Fiume de la Maddalena *vocatur. Vicatim per Neapolim delabitur, omnibus ciuibus vſum præſtans; & populariter* Fornello *nominatur. huic contradicit Ferd. Lofredus. Huius amnis meminit Vibius, & Statius libro primo Siluarum. item Columella in ſuo Horto, hoc carmine: Doctaque Parthenope Sebethide roſida lympha. Cum aſpiratione ſcribendum in vltima, docet ex lapidibus Manutius. Sed video etiam per* A *in prima* SABETVS σαβετός. *legi. Videant doctiores huius tractus num idem ſit Sabbatus.*

SEBINVS *Lacus, in Italia, Ollium fluuium emittens. Huius meminit Plinius lib. 3. cap. 19. Eundem* SEVINNVM *nominat lib. 2. cap. 103.* Lago d'Iſeo *hodie dici, Erythræus & Leander tradunt.*

SEBIVS σεβειος, *Iepthes patria, in Galaaditide. Ioſephus Antiq. 5. cap. 12.*

SEBOIM σεβωειμ, *Palæſtinæ locus. Geneſ. 10. 14. Deuteron. 29. 1. Samuel. 13.*

SEBRIA *eſt apud Pomp. Sabinum ad* XI. *Aeneidis Virgilij, Diomedearum inſula vna, in qua aues Diomedeas volaſſe tradit, aut vt alij volunt, in Aletride inſula. Neſcio vnde hæc hauſerit.* FEBRA *hæc videtur à Seruio nominari. de qua vide* ELECTRIS.

SEBRIAPA σεβειαπα, *Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs: Ptolemæo. ſine* S *habent interpretes.*

SEBRIDÆ, & SEBRITÆ, *vide* TENESIS.

SEBRITHITES σεβεϱθίτης, *nomus Aegypti: Euſebio 9. Præpar. Vnde rex Vaphres decem millia hominum miſerit Salomoni ad ædificandum templum.*

SEBRIVS *Vicus, in Laconica. Pauſanias*

SEBVNTA σεβοῦντα, *Arabiæ Petrææ vrbs: Ptolemæo. interpretes* ESBVTA *legunt.*

SEBVRRI, *vide* SEVRI.

SEBVS, *vide* ESBVS.

SEBVSIANI, *Sunt Gallorum populi, quos Cæſar Aeduorum clientes dicit, & extra Prouinciam trans Rhodanum primi.* Brixiam & Baugiacum *nunc vocat recentiori Latino vocabulo, Philibertus Pingonius. Inter Ararim & Indum flumina. Marlianus qui* SEGVSIANI *legit, eos* Bellicenſes *interpretatur: vulgò* Bellay. *Pinetus & Vigenereus* Pais de Breſſe, & Breſſantz. *Scudo autem videtur potius ea Sabaudiæ pars quæ hodie* Burgo preſſo *dicitur. In magno Herbario, qui ſub Dalechampij nomine proſtat, hæc verba lego, In Sebuſianis vulgo* Bugey *(Allobrogum Sabaudianorum gens eſt. Oeno ac Rhodano fluminibus clauſa.* SEBVSIANI, *citantur à B. Rhedano ex Marcellini lib. 16. dicitq́; eo vocabulo* Wiſſenburg *opidulum denotari, quod eſt inter Argentinam & Spiram. Idem ſuadet primo Commentariorum libro, apud Cæſarem, (vbi ſic habetur; Triboces, Vangiones, Nemetas, Seduſios, &c.) pro Seduſios, Sebuſios legendum. Meus codex Marcellini à Frobenio excuſus, eo loco quo Rhenanus Sebuſianos legit,* SALISONEM *habet: Hoc hic addere volui, vt ſtudioſis probatæ lectionis inueſtigandi anſam præbeam.*

SECANDE, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum. Plinius. In Nili ripa.*

SECANE, *vide* SICANVS.

SECANI, *vide* SEQVANI.

SECELA σέκελα, *Palæſtinæ vrbs, apud Stephanum, ex Ioſepho. ſed geminato* LL. *apud hunc legitur 6. Antiquit. 14. Vide* SICCELECH.

SECERRÆ, *Antonino Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs* S. Celloni, *Varrerio: qui dubitat num eadem ſit cum Iaccetanorum* ASCERRIS ἀσκέῤῥις, *Ptolemæi. hanc Marinæus* Cerucira *indigitat. propè Minium fluuium.*

SECOANVS σηκοανὸς, *Apamienſium caſtellum: in Syria. Strabo 16.* COSSIANVS *legunt alij codices. vnde oriundum ſcribit Triphonem cognomento Theodotum. Vide* SEQVANA.

SECONTIA, *Celtiberiæ vrbs eſt apud Antoninum; inter Bilbilin & Cæſarauguſtam. Varrerius* Mucla *vocat.* Moelgia *legit H. Coquus. In eodem itinere ab Emerita Cæſarauguſtam duas Secontias habet Antoninus.* SEGONTIA *autem per* G. *legit Heronymus Surita in ſuis ad eundem doctiſſimis Commentarijs, cuius verba, quia nondum typis edita, hic lubens in ſtudioſorum gratiam, adiiciam. ſunt autem hæc, Plinius plures huius nominis vrbes fuiſſe aſſerit, & cùm hoc itinere duæ recenſeantur, primam* Areuacam *vrbem eſſe arbitror, de qua Plinius in Areuacis. Areuacis (inquit) nomen dedit fluuius Areua. Horum ſex populi, Seguntia & Vxama: quæ nomina crebro alijs in locis vſurpantur, præterea Segouia, & Noua Auguſta,* Termes, *ipſaque* Clunia, *Celtiberiæ finis. Eædem vrbes à Ptolemæo in Areuacis recenſentur, tametſi Seguntiæ nomen cum cognomento corruptum videtur. legitur enim σεγορτια λακτα. Exſtat in ea Areuacum regione vrbs quæ* Segontiæ *nomen retinet, in qua Segontinæ eccleſiæ ſedes præſidet. ſed à vetere Segoncia eo tranſlatam, nomen accepiſſe arbitror: & vetuſtam eo loco ſitam fuiſſe, quo nunc* Medina Zelim *cognomine viſitur: in qua vetuſtatis veſtigia adparent, & in Segontina vrbe nulla. Huc accedit quod in vetuſto exemplari Etymologiarum Iſidori lib XV. cum Hiſpaniæ vrbes recenſentur, & Sagunti ſit ab eo mentio: in ipſa narrationis ſerie hæc verba adiecta leguntur, Saguntum ipſa eſt Mitina Zilim iuxta Segonciam. Huius verò Segonciæ XVI. M. P. à Cæſarauguſta hoc itinere conſtitutæ, neminem Geographum auctorem mentionem feciſſe video: nam in Bætica Plinius eius nominis vrbem collocat, & quæ à Ptolemæo Peramicæ cognomento Segoncia in Vardulis recenſetur, ea longo regionum tractu ab hac Segoncia diſſita eſt. Eam tamen eſſe ego arbitror, quæ à Liuio memoratur in Celtiberis, lib. XXIIII. hoc modo. Deinde, inquit, audito Segontiæ Celtiberum omnes ſarcinas impedimentaq́; relicta, eo pergit ducere ad oppugnandum. Poſteaquam nulla mouentur re, perſoluto ſtipendio non ſuis modò, ſed etiam Prætorianis militibus, relictoq́; omni exercitu, ipſe cum VII. cohortibus ad Hiberum eſt regreſſus. Ea tam exigua manu opida aliquando cepit. Defecere ad eum Sedetani, Auſetani, Sueſſetani. Cùm ad Hiberum regreſſum dixit, ex Celtiberum regione exceſſiſſe indicat: nam Celtiberos nulla Hiberum parte attingere ſatis conſtat: & hæc Segoncia in confinio Celtiberum & Sexetanorum, ſeu Aedetanorum (ijdem enim populi ſunt) ſita eſt. Vt mihi videantur* Rudæ *opido ad Salonis ripas huius Segonciæ veſtigia contineri: atque ad eum vſque locum Celtiberum regionem pertinuiſſe. Hactenus Surita.*

SECOR σηκὼρ, *Galliæ Aquitanicæ portus Ptolemæo.* Luſon *eſt Villanouano:* Luxon *Cœnali.*

SECORBIACVM, *vide* ALISIVM.

SECRONA *D. Hieronymo,* σαχαρωνα, *70. interpretibus,* GHEKKON *Chaldæo paraphraſti Ioſue 15.*

SECTORIVM, *prouinciæ Lydiæ vrbs. Concilium Chalcedonenſe.*

SECVNDA IVSTINIANA, *vide* VLPIANVM.

SECVNDÆ, *Pannoniæ Sauiæ vrbs: lib. Notit.*

SECVNDANI, *Galliæ populi, in quibus Arauſio vrbs. Plinius.*

SECVNTVM, *vide* SAGVNTVM.

SECVRRISCA, *vide* BVRGVS.

SECVSIANI, *Cæſari, ſunt Galliæ populi; quos Plinius* SEGVSIANOS *Liberos vocat. Veteres Codices hoc loco* SECVSII ALBII LIBERI *legunt. Ant. Pinetus* Foreſt pays *interpretatur.* Foreſiens *Saniulianus. Vide* SEGVSIANI. *eoſdem enim reor.* SECVSANI *tetraſyllabicos ſcribit Hermolaus, ex lapide antiquo.*

SECVSSES, *Alpium gens, inter Tergeſtum & Polam. Plinius.*

SECVSTERO, *vide* SEGESTERORVM.

SEDADA σαδαδα, *per α in prima 70. interpretib. terminus terræ Chanaan. Num. 34.*

SEDALA, *vide* SIDALA.

SEDALIA, *vide* ETHERON.

SEDECVLA, *locus cuius Cicero meminit in epiſtola ad Atticum, vt tradit Gab. Barrius; incolæ* Segiolam *vocant. Ad mare eſt non longè à Picio opidulo nouo, vbi thynnorum piſcatio eſt. In Calabria.*

SEDELEVCORVM, *vide* SIDOLEVCVM.

SEDENTANI, *vide* HEDETANI.

SEDETANIA, *hodie* Xatiua *eſt, vt ſcribit Marmolius. Vide* HEDETANI.

SEDIBONIATES, *Galliæ Aquitanicæ populi: apud Plin.*

SEDISSA FIPONTI, *aliud exemplar habet* SIPONTI, *apud Antoninum. Armeniæ Minoris locus.*

SEDOCHESORVM *regis, meminit Tacitus 3. Hiſtor. circa Cohibum fluuium, in Ponto.* SEDOTOSORVM & SEDOTHEZORVM *legi, annotauit Lipſius.*

SEDOTH, *vide* ASEDOTH.

SEDRAC, *vide* ADRACH.

SEDRATYRA, *vide* SOSXETRA.

SEDVNI, *Galliæ populi, Alpibus vicini, apud Plinium, & Cæſarem;* Valleſia *Superior. &* VERAGRI *Cæſaris,* Valleſia *Inferior. Item* SEDVNVM, *horum metropolis,* Sion *Sabaudica lingua, &* Sitten *Germanica dicitur. Ex Scudi Commentariis.*

SEDVSII, *Germaniæ populi, apud Cæſarem 1. Gallic.* SVDINI *Ptolemæo fortè.*

SEENANIM, *vide* SANNANIM.

SEFFORIS, *vide* SEPPHORIS.

SEGALAVNI, *vide* SEGOVELLAVNI.

SEGANES *populos Perſiæ, habet Agathias 4. Lewenclaius eius loco in Græco exemplari* SEGESTANOS *legi, ſcribit,* SEGETANI σηγετανοι, *ſunt in Vulcani codice. Vide* SEGESTANI.

SEGASAMVNCLVM, *vide* SESIMONENSES.

SEGASMALA, *Plinio opidum eſt in Æthiopia ſub Ægypto.*

SEGEDA, *quæ* AVGVRINA *cognominatur, inquit Plinius, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs. Idem Plinius habet aliam* SEGEDAM, *in eadem Bætica, quam* IVLIAM RESTITVTAM *cognominatam tradit. Eſt &* SEGEDA *Celtiberorum, Appiano.* SEGIDA σηγίδα, *hæc eſt Straboni & Stephano. quam circa* Caçeres *fuiſſe, tradunt Beutherus & Florianus. Hanc autem Segidam* BELGIDAM *Oroſii eſſe, putat Amb. Morales.* Seges *hodie putat Io. Mariana; inter Soriam & Vxamam. vide* BELGIDA, & SEGESTICA.

SEGEDVNVM *vrbem, ponit Wolfgangus Lazius in Hungaria, ad Tibiſcum fluuium, &* Seged *vocat.* SINGIDONENSIS *meminit Aurel. Victor, in vita Iouiniani Imp. Lib. Notit. habet quoque* SEGEDVNVM *vrbem in Britannia inſula, quam Camdenus ſcribit hodie* Seton *vocari. In Northumbria.*

SEGELOCVM, *Antonino Angliæ opidum eſt; aliàs apud eundem* AGELOCVM *dicitur, vt annotauit Simlerus; & ante eum Talbotus, qui ſe ignorare fatetur quo hodie hoc nomine dicatur, niſi fortè* Aulerton *in* ShereWode. Ideleton *ex eo facit Camdenus.*

SEGEOMITENSIS *Plebis in Africa, meminit Coll. Carthag. An Corrupte pro Segermitenſis?*

SEGERMIS, *vide* SEGGERA.

SEGESA, *vide* SEGOSA.

SEGESAMA, *vide* SEGIMONENSES.

SEGESTA TIGVLIORVM, *Liguriæ vrbs, Plinio.* Seſtri de Leuante, *vocatur à Leandro,* Specia *Blondo. Vide* TIGVLLIA, & EGESTA.

SEGESTANORVM *Emporium, vide* ÆGESTEORVM.

SEGESTANÆ *Aquæ, vide* EGESTA.

SEGESTANI, *Aſiatica gens bellatrix omnium acerrima, circa Perſiam: Am. Marcell. 19.* SEGETANI *ſunt Agathiæ. Vide* EGESTA, & SEGESTICA *Inſula.*

SEGESTE, *Carnorum vrbs Plinio. Liguriæ portus, Antonino. inter Piſam & Genuam. quæ* SEGESTA *Tiguliorum Plinij. Vide* SEGESTICA.

SEGESTENSES, *vide* EGESTA.

SEGESTERORVM *ciuitatis, in Gallia Narbonenſi* II. *meminit lib. Prouinciar.* Siſterõ *vulgò, vt Cœnalis habet, vel melius* Ciſteron, *vt Belleforeſtius.* SECVSTERO *eſt apud Antoninum. Vide* REGVSTERON.

SEGESTICA *Inſula, quam Plinius deſcribit iuxta confluentiam Colapis, in Sauum* Zigea *Hungaricè dicatur, vt Lazius tradit. Pinetus* Landſpurg *vertit.* SEGESTICA σηγεστικὴ, *Pannoniæ vrbs deſcribitur à Strabone lib. 5. & 7. iuxta Sauum, ad multorum amnium confluentes, non procul à Syſcia opido.* SEGESTE *hæc Plinij & Appiani: cuius incolas* SEGESTANOS *vocat. Bonfinius tradit huius Segeſticæ vix veſtigia exſtare, locumq́; hodie* Segeſd, *aut Segeſtum vocari. Circa* Arkij *opidum fuiſſe, ſi coniecturis fidendum, putat Lazius. Eadem videtur mihi cum Segeſtica inſula Plinij. Idem Strabo 4. habet* SEGESTICAM *ad Noarum fluuium. ſi locus ſanus.* SEGESTICA, *Hiſpaniæ Citerioris vrbs, granis atque opulenta. Liuius 34. Moralis credit errorem in ſcriptura eſſe, &* SEGEDA *debere legi.*

SEGETHVSA, *vide* ZARMISOGETHVSA.

SEGETICA σηγέτικα, *Myſiæ Europææ vrbs, Dioni 51. quam à M. Craſſo occupatam ſcribit.*

SEGGERA, *Africæ Propriæ vrbs: Antonino. Simlerus putat* SEGERMIS *in libro Conciliorum nominari. Huius meminit quoque D. Auguſtinus & Cyprianus, in Concilio Carthaginenſi. item Vict. Vticenſ. M. S.*

SEGIDA, *nobilis Celtiberiæ vrbs, à Pompeio capta. Oroſius 5. cap. 23. membraneus codex* BELGIDA *legebat. Vide* SEGEDA.

SEGIENSES, *Citerioris Hiſpaniæ populi: apud Plinium.*

SEGIMONENSES, *Hiſpaniæ populi apud Plinium, quorum locum Pinetus* Seguram *vocat: & addit* SEGI-

SAMONCVLVM σεγισαμόνκυλον, *Ptolemæi eſſe. Plinius Segimonenſibus immediatè iungit* SAGISAMEIVLIENSES. *hos puto à Ptolemæo* SEGISAMAM IVLIAM σεγίσαμα ἰουλία, *appellari*. SEGESAMAM σεγεσάμα, *Vaccæorum habet Strabo; &* SEGISAMAM *vrbem Cantabriæ habet Oroſius libro 6. cap. 21. quam à Cæſare captam ſcribit. hanc eandem cum Ptolemæi Segiſamonculo putarim. Hodie eandem* Veyçama *vocari ſcribit Garybaius, etſi hic Vagaſama corruptè legat. Antoninus habet* SEGASAMVNCLVM, *&* SEGESAMONEM *duo diuerſa opida, inter Calagorram & Lacobricam. Idem* LEGISAMONEM; *mendosè fortè, pro* SESIGAMONE. *in itinere Aſturica Tarraconem. item Aſturica Burdigalam.*

SEGISA σέγισα, *Baſtitanorum opidum, in Hiſpania. Ptol.*

SEGISAMA, *&* SEGISAMONCVLVM, *vide* SEGIMONENSES.

SEGNI, *Germaniæ populi, inter Eburones & Treuiros, Cæſari. nomen eos retinere ſcribit Marlianus. Vocantur enim* Siney, *vt Leodius: aut* Segney, *vt Diuæus tradit.* Lambourg *à Vigenereo interpretantur corruptè, pro* Limburg, *ni fallor.*

SEGNIA, *vide* SIGNIA.

SEGOBRIGA σεγόβριγα, *Ptolemæo & Straboni, Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs. Item Plinio, qui eos* SEGROBICENSES *vocat.* SIGOBRIGA *habet Goltzius, in nummo Aug.* Segorbia *hodie dicitur teſtibus Vaſæo, Cluſio & Tarapha. item Emanueli Enrico. contra autem ſentire video Hieronymum Suritam 2. Arragonenſ.* Inieſta *creditur Morali, aut* Cabeça el Griego, *cuius ſententiæ quoque Io. Marianam video. ſed idem dicit eandem aliquando etiam* Sepulueda *dictam. vide* SEGOREGII.

SEGODVNVM σεγόδουνον, *Ptolemæo Germaniæ ciuitas, quam Pirchaimerus* Nurnberg *nominat, Germaniæ vmbilicum, & emporium celebre.* SEGODVNVM, *Galliæ vrbem, in Rutanis, habet Ptolemæus.* Rhodes, *Villanouano, Cognato, & Appiano eſt.* RVTHENI *Cæſaris ſunt, de quibus vide ſuo loco.*

SEGONCIA, *vrbs Hiſpaniæ, Antonino inter Complutum, & Cæſarauguſtam, medio ferè itinere.* Siguença *nunc dicitur Varrerio, & Morali. Huius Liuius, Strabo & Plinius meminere. Altera fuit* SEGONCIA *in Bætica, verſus Fretum, à Plino nominata. viſuntur eius ruinæ non longè à Lethæi fluminis ripa, hodieq;* Giſgonça *loco nomen eſt. Hoc Amb. Moralis. Apud Plinium tamen* SAGVNTIA, *& Strabonem* SERGVNTIA σεργουντία, *legi video.* SEGVNTEA *per* V *&* T *habet Liuius 34. Ptolemæus habet* SEGVNTIAM PARAMICAM παραμίκα, *in Hiſpania Tarrconenſi Vardulorum vrbem. Hæc* Σαγουντία, *videtur Appiani 1. Ciuilium. Horum vnam hodie* Epila *vocari, apud Io. Marianam lego, lib. 10. cap. 10. Sed vide* SECONTIA.

SEGONTIACI, *Cæſari ſunt Angliæ inſulæ populi. à Glareano* Sengerer *nominantur. An Seguntij vrbis, cuius Antoninus meminit? Apud Belgas hanc fuiſſe putat Guil. Camdenus; in tractu* Holeshot *nunc dicto: &* Silecester *vocari.* SEGONCIVM *aliam idem habet Antoninus in Britannia, ad Monam inſulam.*

SEGOR, *vide* BALA, *&* ZOARA.

SEGOREGII, *Galliæ Narbonenſis populi, circa Maſſiliam*
„ *videntur, apud Trogum 43. de his enim ita fatur: Itaque*
„ *ad regem Segoregiorum Senanum nomine in cuius finibus*
„ *vrbem condere geſtiebant, conueniunt. Phocenſes ſcilicet, Maſſilienſis vrbis conditores. Bongarſius autem qui hunc auctorem recenſuit,* SEGOBRIGIORVM *Regem Nannum legit, & quidam codices* SEGOBRIORVM *legere addit.*

SEGORTIALACTA σεγορτιάλακτα, *Areuacorum, in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, Ptolemæo.* Sepulueda *Villanouano.*

SEGOSA, *Antonino Aquitanica vrbs.* SEGESA, *&* SEGVSA *legit quoque Simlerus.*



SEGOVELLAVNI, *Plinio qui fortè* SEGALAVNI σεγαλλαυνοὶ, *Ptolemæo, Populi Galliæ Narbonenſis, circa Viennam.* Valentinois *Pineto, & Cognato. Ad hunc locum Plinij 3. cap. 4. ſic ſcribit Dalechampius, Nominis Segouellauniorum veſtigium adhuc reſtat in appellatione opiduli Diæ & Tricoriis vicini, quod incolæ vocant* Saillans; *& in pago Prouinciæ dicto* Solies, *Salyum.*

SEGOVIA *Plinio,* SECVBIA σεγουβία, *Ptolemæo,* SECVBIA *legunt Interpretes. Areuacorum vrbs, in Tarraconenſi Hiſpania.* Segobia *hodie, Vaſæo & aliis. Eſt &* SEGOVIA *in Bætica, ad Silicenſe flumen, Hirtio, & Floro auctorib. Hoc nomen retinere, ſed diminutum, ſcribit Vaſæus.* Segouia la menor *eſt apud Moralem. Sita eſt circa Ecija, haud procul à flumine Xenil, medio itinere inter Hiſpalim & Cordubam: vt mihi auctor eſt vir omni laude digniſſimus, deq; me benemeritus D. Ben. Arias Montanus.* SEGOVIA σεγουία, *quoque Germaniæ opidum Ptolemæo. interpretibus* SETVIA.

SEGVACATVM σεγουάκατον, *Germaniæ vrbs. Ptolemæo.*

SEGVBIA, *vide* SEGOVIA.

SEGVINÆ *Eccleſiæ epiſcopum, Theodoſium factum, docet Decretorum pars 1. Diſtinct. 50.*

SEGVNTIA, *Celtiberorum ciuitas. Liuius 34. Vide* SEGONCIA.

SEGVNTIVM, *Antonino Angliæ vrbs; quæ* Cilcester *Anglis, &* Caerſegent *Britannis dicitur; Camdeno & H. Lhuydo auctore. Vide* SEGONTIACI.

SEGVSIANI σεγουσιανοὶ, *Galliæ Lugdunenſis populi Straboni & Ptolemæo;* Lionnois *hodie.* Breſſe *eos vertit Villanouanus:* Foreſiens *P. Saniulianus, qui etiam in Gallia Lugdunenſi ſunt. Vide* SECVSIANI.

SEGVSIO, *Italiæ Tranſpadanæ vrbs eſt apud Plinium, quam hodie* Suſa *dici, ſcribit Leander. Huius meminit etiam Marcellinus & Antoninus, qui quoque, vt Simlerus annotauit,* REGVSIO *in nonnullis exemplaribus legit.* SEGVSIVM σεγούσιον *Ptolemæi eſt, in Seguſianis. Horum meminit quoque Nazarius, in Panegyrico Conſt. Magno dicto.*

SEIR σηείρ, *terra Idumææ regionis, interprete D. Hieronymo, Geneſ. 32. Ioſue 12.* SAIRA σαειρα *eſt Ioſepho 1. Antiq.* SEIR, σεὶρ, *montes, in quo Chorrhæos trucidauit Abraham. Gen. 14. Ioſue 24.* Saidenay *hodie vocari, ſcribit Iuſtus Giſtelius, atque ibidem exſtare magnificum monaſterium D. Mariæ à Saidenay dicatum. Sed duo huius nominis* SEIR *oſtendit And. Maſius, ad 15. Ioſue. Vide* SEYR.

SEIS *collis,* ASIS ἀσίς, *70. interp. 2. Paralip. 22. Ioſephus eum deſcribit inter Hieroſolymam & Engaddi: Antiq. lib. 9.*

SELA Σηλα, *Peloponneſi fluuius. Ptolemæo.* Guardia *nunc videtur. vide* SELE, *&* SELLA.

SELAMBINA σελάμβινα, *Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, Ptolemæo.* Salobreña *Floriano.*

SELAME σελάμη, *Galilææ vicus; à Ioſepho munitus, vt habet in vita ſua.*

SELAMPVRA, *Indiæ extra Gangem vrbs, Plinio teſte, & etiam Ptolemæo (vt habet G. Mercator: quam* Lampuraa *vocat.) Sed in Græcis Ptolemæi codicibus* LAMPVRA λάμπουρα *tantum legitur. non Selampura.*

SELANGI *eſt in margine, pro* SALANGI *in contextu (vt vocant) Lycophronis Canteri. Italiæ populi ſunt, apud Iſacium Tzetzen.*

SELANI σελανοὶ, *populi circa Arabici ſinus extremum receſſum; Dionyſio Alexandrino. Sed* ELANI *vertit Priſcianus, (aut ſi quis alius ſit vetus eius interpres) & fortè melius.* ELANA *enim Plinij ibidem eſt.*

SELASIA, *vide* SELLASIA.

SELBYSSINA *Regna, Hiſpaniæ Bæticæ. Sex. Auienus.*

SELCA σηλκα, *Paphlagoniorum in Galatia opidum; Ptolemæo.* GELACA *habent interpretes.*

SELCHA, *ciuitas regni Og in Baſan. Deuter. 3. & 1. Paralip. 5. vide* SALECHA.

SELE σελη, *Ptolem.* SELA *Ammiano, vrbs Suſianæ regionis.*





SELEDIN, *Palæſtinæ, Ioſue 19.* σαλαδειν *70. interpretib.*

SELEMNVS σελεμνος, *fluuius in Achaia Peloponneſi, iuxta Argyram vrbem: Pauſaniæ.*

SELENDITENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.*

SELENE σελήνη, *magna vrbs inter centum inſulas,* ἑκατὸν νησ@, *Stephanus. Eidem Tyrrheniæ vrbs.* LVNA *hæc Latinis ſcriptoribus.*

SELENES, *id eſt Lunæ, Fons in Laconica. Pauſanias.* LVNÆ *Templum, non longè ab vrbe Carris. Herodianus. vide* LVNA, LVNÆ *Portus, &* APESANTVS.

SELENTIDIS σελεντιδις, *regionis Ciliciæ meminit Ptolemæus.* LELENTIDIS *habent interpretes.*

SELENVNTIVS, *vide* APESANTVS.

SELENVSIA σεληνουσία, *Lunæ lacus circa Cayſtri fluminis oſtia: Straboni. Selini fluminis fortè. Vide* INATAMANA.

SELEOBOREA σελεοβόρεια, *Armeniæ Minoris vrbs: apud Ptolemæum.*

SELEPITANI, *Illyrici populi, ſunt apud Liuium 45.*

SELERA σέλησα, *ſacra inſula Rubri ſiue Indici maris, è regione Balaræ emporij, inter oſtia Indi & Tigris fluminum alicubi, vt habet Philoſtratus ad finem lib. 3. Apollonij. Freto ſtadiorum centum diſtat à Continente. In ſinu Perſico puto.*

SELEVCEIS, *vide* OLMI.

SELEVCIA σελεύκεια, *ad Belum, Ptolemæo, & Plinio, quam aliquando (vt Stephanus ait)* SELEVCOBELON *nominant. In concilio Chalcedonenſi & Conſtantinopolitano mentio eſt epiſcopi Seleucobelitani. (*SELEVCOBRIS *mendosè legit Hiſt. Miſcella 14.) In Caſsiotide regione Syriæ eſt. Scio Stephanum* SELEVCOBELVM σελευκόβηλος, *in Syria deſcribere, quam* SELEVCEVM σελευκεύς, *non Seleuciam ad Belum, à Pauſania appellari addit. Eadem tamen ſit.* SELEVCIA, *quam* TRACHEAM τραχεῖα, *ſiue aſperam cognominat Ptolemæus,* TRACHIOTIM *Plinius, qui addit eam antea* HORMIAM *dictam. Hæc etiam, ſi Stephano creditur, prius* OLBIA ὀλβία, *&* HYRIA ὑρία, *dicta fuit. In Ciliciæ eſt, ſupra Calicadnum fluuium. ciuitatem haud ignobilem dicit Philoſtratus in Alexandro. Hodie* Salefica *dici, Niger ait:* Seleuca *Ioſ. Barbarus.* Suidia *ab Abylfedea vocari, æſtimat Ramuſius. Vide* OLMI, *eandem enim eſſe ſubdubito.* SELEVCIA, *Syriæ in littore Maris Mediterranei, apud Polybium, & Ptolemæum, qui eam* PIERIAM πιερία, *vt Cicero quoque & Strabo cognominat. ſed idem dicit eam antea* AQVÆ FLVMINA ὑδάτων ποταμῶν *dictam.* PALÆOPOLIS *antiquitus nominatam ſcribit Cedrenus.* Soldi *vocatur ab Oliuario.* Soldino *à Nigro. Puto hanc ipſam eſſe quam Mela in Phœnicia regione contermina deſcribit. Alia eſt ab ea quam Plinius ad Belum locat.* SELEVCIA, *Piſidiæ regionis, vt Niger ſcribit, qui eam nunc* Charazaſar *dici ait. Sed Piſidiæ eam non rectè attribuit, ex corrupto Ptolemæi exemplari. Pamphyliæ enim eſt. Phrygiæ regionis, ad Catarracten fluuium.* SELEVCIAM *in Iſauria, habet concilium Nicænum. in Iſauria Aſpera, Socrates Scholaſticus.* SELEVCIA *Elimaidis, Perſicæ regionis, videre eſt apud Plinium.* SELEVCIAM *Gaulanitidis regionis, ad Semechonitidem lacum, in Palæſtina, habet Ioſephus, lib. 4. belli Iud. cap. 1. haud procul à Iordane Minori, iuxta Daphnes nemus: Egeſippo.* SELEVCIA *Comagenæ ad Euphratem fluuium, circa Samoſatam ponitur à Strabone. Huius meminit etiam Dion 40.* SELEVCIA *eſt ad Euphratem, vbi is ſe cum Tigride coniungit, teſtibus Ptolemæo, Strabone, & Plinio, qui eam* PARTHORVM *cognominat. &* BABYLONIA *quoque vocari addit.* COCHE *hæc prius vocabatur, vt Marcellinus lib. 24. refert.* CORCHE *apud Eutropium, &* CLOCHE *apud Iornandem legitur.* MENZOCHASA *nominatur à Zoſimo. Trecentis ſtadiis diſtat à Babylone. Plinius ad nonageſimum lapidem eam ab eadem diſtinguit. Hæc eadem cognominatur, ad Tigrim, Plinio & Pauſaniæ. vterque eam à Seleuco conditam, & Babyloniorum coloniam inibi deductam refert. Sed prius hanc* ALEXANDRIAM *à conditore vocatam, & ab Antiocho Seleuci F. reſtauratam, cum patris nomine, refert Martianus. Niger hunc* Bachad *vocari, ſcribit: And. Maſius* Moſal *&* Attur. *Si Diacono creditur, ab incolis* Gueler *appellatur. Onuphrius in Pontif. vitis ſubdubitat; an hodie* Naſa Cepha *ſit, id eſt, fortis petra.* Baudra *interpretatur à Pineto, in ſuo Plinio Gallico.* SELEVCIAM *habet Strabo ad Hedyphontem fluuium. quam prius* SOLOCE σολοκὴ, *dictam tradit. An hæc eadem cum Babylonica ſit, aut cum ea quam Plinius in Elymæis deſcribit, ſubdubito. Nouem Seleucias exſtruxiſſe Seleucum Antiochi F. auctor eſt Appianus in Syriacis. Vide* ANTIOCHIA, GADARA, *&* TRALLIS.

SELEVCIAMENSIS *loci, in Numidia meminit Coll. Carthag. & Vict. Vticenſ. M S.*

SELEVCIS, *Syriæ regio, Ptolemæo & Straboni.*

SELEVCIDA, *vide* HYRCANVM *Mare.*

SELEVCOBELVS, *vrbs Syriæ, apud quam Magnum illum Baſilium monaſticam egiſſe vitam, ſcribit Theodoretus. Vide* SELEVCIA.

SELEVCOBRIS, *vide* SELEVCIA.

SELEVCOVALLIS, *ciuitas eſt, in concil. Chalcedonenſi.*

SELEVCVS σέλευκος, *vrbs circa Apamiam Syriæ: Stephano. pro* SELEVCIA *puto.*

SELGA σέλγη, *Ptolemæo, Stephano, & Polybio 5. Pamphyliæ ciuitas.* Philadelphia *hodie dici, ait Marius Niger. Eius ſitum deſcribit Zoſimus 5.*

SELGESSVS. *vide* SAGALASSVS.

SELGIA σελγία, *Armeniæ Maioris vrbs: Ptolemæo.* SELTIA *eſt interpretibus.*

SELGOVÆ, *vide* ELGOVÆ.

SELIA σέλια, *Turdulorum vrbs: Ptolemæo. In Hiſpania Bætica.*

SELICIANA *villa; neſcio vbi ſit. Meminit eius Cicero, ad Papirium Pætum.*

SELIM, *Palæſtinæ locus. Joſue 15.*

SELINVM, *Ægypti in Thebaide opidum: Antonino.* SELELIS *in libro Notit. dici, ſcribit Simlerus.*

SELINVNTIVS, *vide* APESANTVS.

SELINVS σελινοῦς, *Portus Marmaricæ regionis, in Africa Ptolemæo.* Porto Alberto *vocatur Caſtaldo;* Salonef, *Mercatori.* SELINVS, *Plinio & Straboni, Siciliæ vrbs.* SELYNON *apud Silium legitur. Hodie Aretio* Salemo *dicitur,* Terra de Pulici *Fazello. ſed* Mazara *vocari tradit Volaterranus. (Errat Leander, qui ſcribit eandem Mazara à Ptolemæo dici: cùm fluuij nomen ſit Mazara, non vrbis, apud Diodorum & Ptolemæum.) Strabo ſcribit ſuo tempore Selinuntem interiiſſe.* SELINVS, *Ciliciæ ciuitas Ptolemæo, quæ poſtea, (quòd Traianus Imp. ibi vitam finierit)* TRAIANOPOLIS τραιανούπολις, *dicta fuit. Xyphilinus. Onuphrius ex Vlpiano facit coloniam.* Iſlenos *nominatur à Leunclauio. Hoc tractu habet Strabo* SELINVNTEM *fluuium.* SELINVS *Siciliæ flumen, Ptolemæo, & Vibio, hodie* Madiuni *dicitur, Fazello teſte;* Selini *Aretio, &* Salemi *Leandro. Sed & alium* SELINVM *habet Strabo, in eadem Sicilia, apud Hyblæos Megarenſes. Sunt autem plures alibi huius nominis fluuij; Strabo enim & Pauſanias alium in Achaia deſcribit, Ægium vrbem perfluens. Alium idem Strabo in Cilicia. Item alium in Elide, circa Scilluntem deſcribit. quem Xenophon 5. Cyri exped.* SELLENVNTEM σελλήεις, *vocat. Alium qui Epheſi præter templum Dianæ labitur, ex quo Plinius lib. 5. cap. 29. duos facit, ſic enim apud eum legitur: Templum* „
*Dianæ complexi è diuerſis regionibus duo Selinuntes. Et* „
*capite ſequenti habet Selinuntem intermeantem Pergamum vrbem.* SELINVS *etiam Laconicæ vicus: Pauſaniæ. Vide* SELENVSIA, SILENVS, SOLVS, *&* IO.

SELIVM σέλιον, *Luſitaniæ vrbs, Ptolemæo.* CELIVM *apud Antoninum eſt.*

SELLA, *Ægypti vrbs: lib. Notit. Vno* L. *ſcribitur in concil. Epheſino III. In Auguſtamnica prouincia. Vide* SILA.

SELLÆ, *vide* DODONÆI.

SELLASIA σελλασία. *Laconicæ vrbs: Stephano, & Diodoro 15. item Xenophonti, & Pauſaniæ. Liuio & Polybio quoque, ſed his ſingulari* L.

SELLE, *vide* SALLE.

SELLEIS σελλέεις, *Peloponneſi fluuius, è Pholoe monte profluens, & inter Chelonatam atque Cyllenem in mare deſinens, vt docet Strabo lib. 7. & 8. Eſt eidem quoque in Sicyonia fluuius, ad Ephyram pagum. Item in Aetolia, ad Agræum pagum. Eſt & fluuius Troadis, iuxta Ariſben: Homero* Ἰλιαδ. ϛ.

SELLENES σελλήνης, *Theſprotiæ fluuius. Heſychius.*

SELLENSE *Caſtrum, diœceſis Pictauiæ. Greg. Turonenſis Hiſtoriar. 4.*

SELLENVS, *vide* SELINVS.

SELLETICA σελλητικὴ, *præfectura, in Thracia eſt Ptolemæo.* SELLETAS *populos habet Plinius. Eoſdem ego* SIALETAS σιαλέται, *Dionis puto.*

SELLI σελλοι, *gens Troadis; Heſychio. vide* DODONEI.

SELLVS, *Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius. Sex Auienus.*

SELMON *mons, in Palæſtina Iudic. 9.*

SELONIVS *Campus eſt agri Lanuuini, apud Ciceronem 1. & 2. de Diuinatione, vbi apud ſocum angues nundinari ſolent. Idem cum* SOLONIO *crediderim: & ſic legendum, ex eodem ad Atticum: item ex Liuio Halicarnaſſæo, & Plutarcho. Vide* SOLONIVM.

SELTIA, *vide* SELGIA.

SELVCHVSA, *inſula Peloponneſi; circa Spiræum promontorium. Plinius.*

SELVR σήλυρ, *Indiæ intra Gangem vrbs: Ptolemao.*

SELYBRIA σελυβρία, *Ptolemæo Thraciæ vrbs. Eadem* OLYBRIA *vocatur à Suida, in voce Epiphanius.* SELYMBRIA *apud Plinium eſt. Strabo tradit antea* SELYN *dictam, poſtea addita* BRIA, *quod Thracum lingua vrbs ſignificat, Selybriam appellatam.* EVDOXIVPOLIS *eadem nominatur in concilio Chalcedonenſi. & apud N. Calliſtum.* SALABRIA σαλαβρία, *apud Socratem, in Tripartita hiſtoria.*

SELYMBRIA, & SELYS, *vide* SELYBRIA.

SEMACHIDÆ σημαχίδαι, *Atticæ municipium: Stephano. Antiochidis tribus: eidem, & Heſychio.*

SEMALVOS *caſtellū, Armeniacorū thematis. Hiſt. Miſc. 23.*

SEMANA *Silua,* σημάνα *Ptolemæo in Germania eſt.* Duringerwaldt *videtur Pyramio. Eſt etiam pagi nomen circa Nicomediam, in vita S. Anthimi martyris. Vide* BACENIS, & HERCYNIA.

SEMANTINI, *vide* IMAVS, & TAVRVS.

SEMATHENI σημαθηνοὶ, *Sinarum gens, apud Ptolemaū.*

SEMBERRITÆ, *vide* TENESIS.

SEMBOBITIS, *vide* PSEBO.

SEMBOS *numerat Helmoldus, & Albertus Stadenſis, inter Septentrionales Europæ populos.*

SEMBRA, *vide* SYMBRA.

SEMBRACENA, *vrbs in Arabia Felici, mari proxima: in Sabæorum regno, eſt apud Ptolemæum.*

SEMBRITÆ, *vide* TENESIS.

SEMECHONITIS, *vide* MERON.

SEMELE, *vide* SIMILA.

SEMELIA, *ciuitas in Oriente, vnde oriundus Abdalla: qui tranſiens in Africam, vocabat ſe Mehodi. ibidem ædificauit ciuitatem de nomine ſuo* MEHODEMIAM. *Tyrius 19. cap. 21.* Meheyde *in Africa, locus magnæ ſanctitatis, vbi & iuſtitiæ ſummum tribunal, cuius meminit Poſtellus, in Hiſtor. Orient. Idem fortè cum Aphrodiſio.*

SEMELITANI, *Siciliæ populi: Plinio.*

SEMERON σομερων, *70. interpret. mons in Ephraim. 2. Paralip. 13.*

SEMES, *vide* SAMES.

SEMIGERMANAM *Gentem vocat Liuius 21. quæ Penninum montem accolit. vir doctiſſimus Velſerus Gallos Alpinos interpretatur.*

SEMINA σήμινα, *Parthiæ vrbs. Ptolemæo.*

SEMINENSIS *loci, in Africa Proconſulari, mentio fit apud Vict. Vticenſem.*

SEMINETHOS, *Plinio Cariæ opidum.*

SEMIRAMIDIS *iter, vide* ZARCÆVS.

SEMIRAMIS *Murus, ſeu Vallum, circa Tigrim locus eſt: Straboni 2. & 11. De Semiramide regina lege quædam apud Polyænum 8. Item circa Tyanam Cappadociæ. Circa Zelam quoque vrbem. eidem 12.*

SEMIRAMIDIS *Mons, vide* ZAGRI *Pylæ.*

SEMIRAMOS, *vide* THYATIRA.

SEMIRVS, *Italiæ in Locris fluuius: apud Plinium.*

SEMIZVS σήμιζος, *Armeniæ Minoris vrbs. Ptolemæo.*

SEMMI, *vide* MARE *Mediterraneum.*

SEMNE σέμνη, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs.*

SEMNI σέμνοι. *genus philoſophorum, in India. Clemens Alex. 3. Stromat. vide* EMNI.

SEMNONES σεμνόνες, *Italiæ populi, apud Ptolemæum. Germaniæ quoque gens nobiliſſima Sueuorum: Tacito, & Ptolemæo. Vide* SORABI, & SENONES.

SEMNOTHEI, *vide* BARDI.

SEMPHE σέμφη, *vrbs Arabiæ, iuxta Euphratem. Steph.*

SEMPHORIM σεμφόειμ, *circa Galilæam vrbs. Ioſephus Antiquit. 14. cap. 24. Eandem fortè alio in loco* SEPPHORIS *vocat. An eadem cum Seporine?*

SEMPRONIVM, *à Sempronio Secundino ſic nuncupatum. Auſtriæ opidum eſt, hodie* Oedenburg *dictum. Sic Cuſpinianus, in Auſtria: & Lazius, in paginis quas Tabulæ ſuæ Auſtriæ adiunxit.*

SEMPRONIVS, *vel, vt alij volunt,* SCIPIONIS *Mons, dicitur à Latinis, quem Marlianus* Brigam *à proximo viculo appellat.* Simpeler *à Valleſianis nomen habet, & ab Italis* Sempronio. *Hæc Ioſias Simlerus, in ſuo de Alpibus Commentario.*

SEMPSII σήμψιοι, *Sarmatiæ Aſiaticæ gens: apud Ptolemæum.* PSESSII *agnouere interpretes.* PSESII *ſunt Plinio.*

SEMRON, *Palæſtinæ locus. Ioſue 19.*

SEMVNCLA, *vrbs inter Conſentiam & Grumentum: Antonino. In Italia.* SEMVNDA *legit Sigonius.*

SEMVRIVM, *vide* REMONIVM, & LINCERIVM.

SEMYLLA, *vide* SIMYLLA.

SEMYSTRA, *locus haud procul à Byzantio, vt habet ex Byzantio Dionyſio Gyllius.*

SEN, *locus Palæſtinæ D. Hieronymo. 1. Samuel 7. Lapidem Iudaicum hic reperiri, ſcribit Serapio.*

SENA, *inſula Britanniæ maris, Oſiſmicis aduerſa littoribus.* ''
*ſic Mela.* Heyzant *noſtris nautis, vt mihi videtur. Vide* SINA, SINNA, SÆNA, & SIAMBIS.

SENA σένα, & BOZES βόζεις, *duo ſcopuli vocantur, 1. Samuel 14. vnus ad Aquilonem, ex aduerſo Machmas, alter ad Meridiem, contra Gabaa.*

SENA GALLICA σήνα γάλλικα, *Ptolemæo Semnonum in Italia vrbs maritima. Straboni* SENEGALIA *ſimplici* L, *& per* E, *in ſecunda eſt. Plinius & Diaconus* SENOGALLIAM *per* O, *in ſecunda appellat. Silius eam quoque* SENAM GALLICAM, *vt Ptolemæus vocat, hoc verſu: qua Sena relictum, Gallorum à populis traxit* ''
*per ſæcula nomen.* ''
SENA σηνη, *ſimpliciter, Polybio & Stephano.* SENIENSES *inde legit Lipſius, apud Tacitum 4. Hiſtor.* SENÆOS *facit Stephanus.* Senigaglia *hodie vocatur. Vide* SENA.

SENARIA, *vide* CAPREÆ.

SENAYR, *vide* SVANIR.

SENDEROVIA, *vide* SPENDEROBIS.

SENDICA, *Scythiaca regio, circa Tauroſcythas: Plinio.* SINDICA *alijs, à Sindis populis.*

SENE σήνη, *Celtica vrbs: Stephano.* Sens *putauerim. vide* SINNA, & SENA GALLICA.

SENENNIORVM *Pamphiliæ, epiſcopum Nectarium, meminit concil. Epheſinum.*

SENENSIVM *Ciuitatis, epiſcopus Felix. nominatur in Coll. Carthaginenſi.*





SENI, *vide* BETHET.

SENIA σένια, *Liburniæ vrbs, in littore. Plinius, Ptolemæus, & Antoninus. An* Segna *hodie?* Zeuga *eſt Lazio. eidem alio in loco* Senaſecio. *Vide* SÆNA.

SENIENSES, *vide* SENA GALLICA.

SENIPENSIVM *Comitis Auxiliariorum, meminit ex veteri inſcriptione, Goltzius.*

SENIS σηνις, *locus Siciliæ; circa Meſſanam. Polybius 1. Vide* CÆNIS.

'' SENNA, *Italiæ fluuius Lucano, lib. 2. Sennaq́; & Adriacas*
'' *qui verberat Aufidus vndas. Item Silius libro 8. Et Clanis*
'' *& Rubicon, & Senonum de nomine Senna. ſic ego lego.*
*pro quo excuſa exemplaria* Senæ *legunt. cùm eo loco non vrbes, inter quas Senæ Senarum ſunt: ſed flumina enumerat. Fortè hodie* Senio, *vel* Ceſano *potius videtur.* SENON σενων, *apud Lycophronem, & Tzetzam.* SENNA, *Num. 34. finis terræ Chanaan.*

SENNAAR σενναάρ, SINHAR *Pagnino. Geneſ. 10. Ioſephus 1. Antiq. Terram Babylonis vertit Chaldæus, & D. Hieronymus, Sophoniæ cap. 5.*

SENNABRIS σενναβρὶς, *manſionis nomen ad trigeſimum ſtadium à Tiberiade diſtans. Ioſeph. 3. belli Iud. 16.*

SENNATES, *Galliæ Aquitanicæ populi. Plinius.*

SENNIN, *Iud. 4. iuxta Cades.* QVERCVM *quieſcentium vertunt 70. interp.* QVERCVM *Florentem alij.*

SENNONES σέννονες, *Galatica gens; Stephanus. Senones aliis, vt mihi perſuadeo. vide* SENONES.

SENOESSANI, *vide* SINVESSA.

SENOGALLIA, *vide* SENA GALLICA.

SENON, *Palæſtinæ locus, Ioſue 19. Vide* SENNA & ADRIAS.

SENONES σένονες, *Straboni ſunt Galliæ populi. Neruiis vicini, verſus Occaſum. Quos primùm* XENOS Ξένοις, *appellatos, ſcribit Feſtus.* Sens *hodie vulgo. Horum Cæſar etiam meminit; item Plinius & Ptolemæus, qui eos in Gallia Lugdunenſi deſcribit, diuerſos à Strabonis. Sed idem Strabo habet etiam* SENONES *in Italia circa Flaminiam. In Piceno ſunt Polybio 2. hi* SEMNONES *ſunt Ptolemæo. Horum regionem vocat Suidas* ALBANORVM *Terram, vbi ait, Celtas (quos Germanos dicit) incurſiones feciſſe in Albanorum terram, quos Senones vocant. Sunt & Germaniæ populi, ad Albim fluuium, Paterculo 2. pro* Semnones *fortè mendoſè. vide* CONSVANETES, & SORABI.

SENONVM *Oram, in Iapigia, ad mare locum, in qua Callipolis vrbs, habet Plinius 3. cap. 11. Salentina littora maluit legere, cum Ponponio 2. cap. 4. Sunt enim hic Salentini. de Senonibus autem hic nulla apud auctores mentio.*

SENOS σῆνος, *Ægypti vrbs: Stephano: ex Hecatæo. vide* SÆNOS, & POLIS.

SENSENNA, *Palæſtinæ locus. Ioſue 15. Per* A. *prima vocali vbique σανσαννα 70. Interp. vide* SESENNA.

SENTA, *Dalmatiæ locus videtur apud Plinium, quo ventus ſpecum vaſto hiatu generauit.* Seta *adhuc dici, vult Dom. Niger. & circa Docleam deſcribit. At circa Seniam potius Hermolao, cuius à tergo ſpecus eſſe ſcribit, vnde vehementes nulla ferè non hora venti perflant: eaq́; res infamem locum reddit.*

SENTIA σεντία, *Italiæ vrbs: Appiano 5. Ciuilium, Circa Latium videtur. An Setia fortè?*

SENTIANVM, *Antonino Italiæ vrbs, circa Samnitium. vide* FVNDVS.

SENTICA σεντικὴ, *Ptolemæo Vaccæorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi.* Camora *Hen. Coquo, & Morali Florianus dicit* Zamora *eſſe ad Durium fluuium. Hanc Zamoram ſcribit Vaſæus poſt Arabum vaſtationem* Medina Zamorrathi *appellatam. vide* SINTIA.

SENTII. σέντιοι, *Ptolemæo Galliæ Narbonenſis populi. Belleforeſtius eos ſtatuit, vbi hodie* Die *vrbs. vide* EBRODVNTII.

SENTINAS, *vide* SENTINVM.

SENTINVM σέντινον. *Straboni & Ptolemæo, Vmbriæ vrbs.* SENTINATES *ſunt Plinio.* SENTINAS, *Liuio & Catoni, in Tuſcia: quam Leander* Sento *vocat; ſed* Cerete *Niger.* Saſſo Ferrato *Franciſ. Pamphilus interpretatur.*

SENTINVS, *Piceni fluuius eſt, Blondo & Leandro teſtibus, quem* Sentino *hodie vocari tradunt.* SENTINVM *Strabonis puto.*

SENTITES σέντιτες, *Marmaricæ Nomi gens: Ptolemæo. Caſaubonus putat* SINTAS *Strabonis eſſe.*

SENVISA *Colonia, eſt in veteri inſcriptione; apud Onuphrium. Pro* SINVESSA *fortè.*

SENVM *portus, & alter qui* MVLIERVM *vocatur. circa Boſporum Byzantinum. Plinio. vide* GYNÆCON.

SENVS σῆνος, *Ptolemæo Hiberniæ fluuius. Videtur* SCENA *Oroſij, pro quo* SACANA *Aethicus legit.* Shenijn *nunc nominari ſuſpicor.* SENVS σῆνες, *Sinarum fluuius: eidem Ptolemæo.*

SEON, *vide* SARION.

SEPARI, *inſulæ cuiuſdam Liburnicæ populi: apud Plinium*

SEPELACVS, *nomen loci in Hiſpania, circa Saguntum: Antonino.*

SEPFYRVS METRO, *eſt in nummo Macrini, niſi fallat Occonis codex. An* SEPYRA? *cuius meminit Cicero.*

SEPH σεφ, *Galilææ Superioris opidum. Ioſepho 2. belli Iud. circa finem.*

SEPHAMA σεφαμα, *terminus terræ Chanaan. Num. 34. Vide* APAMIA.

SEPHAMOTH σεφαμώθ, *locus, 1. Samuel. 30.*

SEPHAR, *vide* SEPHER, & SAPHER.

SEPHARAD *Abdiæ 1. Boſporus vertit D. Hieronymus: Euphrata 70. interp. Hiſpania Chaldæus paraphraſtes. Vide* HISPANIA.

SEPHARVAIM *Ciuitas. Eſaiæ 36.*

SEPHATA *Vallis, prope Mareſam, 2. Paral. 14. per* A *in prima, & ϑ in vltima, Ioſepho Antiq. 8.*

SEPHATH, *vide* HARMA.

SEPHENA, *apud 70. interpret. Iudicum 12. Aquilonem vertit D. Hieronymus.*

SEPHER, *mons in Sacris literis, illum deſignat qui hodie à Freto Magellanico Septentrionem verſus totam Peruuiam regionem tranſit. Mons totius orbis maximus. Hodie* Andes *dicitur Hiſpanis. Ar. Montanus, in ſuo App. Biblico. D. Hieronymus in Locis Hebraicis dicit montem Orientis eſſe, Indiæ regionis.* SEPHAR *veriſimile eſt eſſe* IMAVM, *ſcribit Poſtellus.* SOPHER σωφηρ *legunt 70. interp.*

SEPHORINE, *vide* ARABA, & SEMPHORIM.

SEPIA σηπία, *Arcadiæ mons, haud procul à Tricrenis. Pauſanias. Herodotus Sepiæ loci quoq; meminit circa Tirynthū Peloponneſi.* SEPIA *locus Italiæ, Diacono. An Sæpinū?*

SEPIAS σηπιὰς, *Macedoniæ promontorium, Herodoto, & Ptolemæo. item Epitome Strabonis, & Orpheo in Argonauticis.* Cabo Monaſtier, *Sophiano nominatur. item* ZAGORA ζαγοεα, *Sepianum littus eſt apud Dict. Cretenſem lib. 6. ſic vocatum addit propter ſaxorum difficultatem.*

SEPINATES, *vide* SÆPINVM.

SEPIVS, *vide* SIPONTVM.

SEPIVSSA, *Doridis inſula, in Ceramico ſinu. Plinius.*

SEPLASIÆ *loci, meminit Cicero in L. Piſonem. Seplaſia Capuæ, eſt apud Non. Marcellum. Plateam Capuæ eſſe, in qua vnguentarij negociabantur, ſcribit Pedianus.*

SEPONTIA PARAMICA σεποντια παραμικα, *Vaccæorum vrbs, in Hiſpania. Ptolemæus.*

SEPORENORVM σεπορηνων, *meminit Goltzius ex Traiani nummo. An à Zephor Galileæ?*

SEPPHORIS σεπφωρὶς, *in meditullio Galilææ ciuitas, quam Ioſephus ſcribit ab Herode* AVCTOCRATORIDA *appellatam. Egeſippus, lib. 1. cap. 30. dicit* DIOCÆSAREAM *poſtea nuncupatam. Idem Epiphanius.* ZEPHOR *apud Ioſippum legitur.* CAMPHVRIS καμφουρις *Ptolemæo eſt, etſi in codicibus Latinis* SAPPHVRA *habetur. vide* SEMPHORIM.

SEPTA, *vide* SEPTEM *Fratres.*

SEPTAQVINCI. *In Pannonia Inferiori, habet ex vetuſta inſcriptione Goltzius in ſuo Theſauro. Diuiſim legendum ſuſpicor,* SEPT. AQVINCVM.

SEPTE, *Phrygiæ vrbs, in Ptolemæo Latino.*

SEPTEM *Aquæ, vide* HEPTA YDATON.

SEPTEM *Aræ, locus Hiſpaniæ, inter Emeritam & Olyſipponem. Antoninus.*

SEPTEM FRATRES ἑπτάδελφοι, *Mauritaniæ Tingitanæ mons, Ptolemæo. ad Fretum Gaditanum. à ſimili altitudine ſic dicti, vt refert Plinius. Ob numerum, ſeptem ob ſimilitudinem, Fratres vocari ſcribit Mela. Antoninus eorum quoque meminit.* SEPTENSEM ARCEM *habet hoc loco Procopius, ad alteram Herculis columnam, eamq; ſic vocatam addit ob ſeptem ibidem apparentes montes.* ΣΕΠΤΟΝ, *in Græco eſt.* SEPTA *vocatur apud Diaconũ & in Codice Theodoſiano, & apud Iſidorum. Quid ſi hodie opidũ quod vulgò* Septa, Ceuta, *&* Açeuta *vocant, antiquum locum & nomen referat?* Beni Maraz *interpretatur à Marmolio. Arabicè.*

SEPTEM MARIA, *appellant indigenæ paludem per quam Eridanus fluuius ſeptem oſtiis in mare præcipitatur, Herodiano auctore. Sic ea appellat etiam Antoninus Aug.* ἑπτὰ ὕδατα *Dionyſio Halicarnaſſeo.* HADRIATICA *Stagna ſunt apud Seruium in 1. Aeneidos. Blondus putat ea à Virgilio deſcribi hoc verſu: Vnde per ora nouem vaſto cum, &c. &* Stagni di Vinetia *hodie dici addit. Vide* GALLICVS *Sinus, &* ATRIANORVM *Paludes.*

SEPTEMPAGI ἑπτάπαγοι, *ſic dictus ager Veientium. Tiberi contiguus. Halicarnaſſ. 2. & 5.*

SEPTEM *Pagani, vide* HEPTACOMETÆ.

SEPTEMPEDA σεπτέμπεδα, *Ptolemæo & Straboni Picenorum vrbs mediterranea.* SEPTEMPEDANI *Plinio.* S. Seuerino *nomen habet apud Volaterranum, Leand. Albertum, Franc. Pamphilum, & Cæs. Baronium.*

SEPTENA, *ciuitas Lydiæ. In Chalcedonenſi concilio.*

SEPTIMANCÆ, *Antonino Hiſpaniæ vrbs: quam Cluſius* Simanca *vocat, in Caſtella regione.*

SEPTIMANIA, *vide* SEPTVMANI.

SEPTIMIA. AVG. METROPOLIS. *Colonia eſt in Goltzij Theſauro. ex Seueri nummo. Leptin Africæ mihi perſuadeo. Vide* NISIBIS.

SEPTIMIACA, *vide* LIBYÆ *Septimiacæ.*

SEPTIMINICIA, *Antonino vrbs in Africa Propria. Hinc* SEPTIMVNICIENSEM *epiſcopalem ſedem nominat. Vict. Vticenſ.*

SEPTIMONTIVM, *loci nomen, apud Feſtum. In verbo Sarrani, & Septimontio.*

SEPTIMVM HOSTIENSE, *Symmachi villa: Lib. 6. Epiſtolar. vide* AD SEPTIMVM, & HEBDOMVM.

SEPTIZONIVM, *à Seuero Imp. fabricatum, vt refert in vita eius Spartianus. meminit huius etiam Ammianus lib. 15. In via Appia fuiſſe, docet idem Spartianus in Geta. In regione vrbis XII. deſcribitur à P. Victore. Hoc hodie* Settiſonio *incolis Vrbis Romæ dicitur. Noſtro autem tempore dirutum hoc à Xyſto V. P. M. Lupanus in hunc Spartianum, ſcribit hoc à nonnullis* SEPTODIVM *vocari. idem à Plinio* SEPTISOLIVM *nominari tradit. ipſe viderit. nam Plinius hoc non vidiſſe conſtat.* SEPTIZONII *alterius meminit Suetonius in Tito. hoc, regione X. Vrbis collocat dictus P. Victor. & vocat Septizonium vetus, alias Seueri. vbi duo hæc vltima verba delenda; quia ab aliquo indocto librario adiecta.*

SEPTON, *vide* SEPTEM *Fratres.*

SEPTORVM *ciuitatis, Lydiæ: meminit* VI. *ſynodus Conſtantinopolitana.*

SEPTVMANI, *Galliæ Narbonenſis populi. Bliteram eorum vrbem faciunt Plinius & Mela.* SEPTIMANIA *eorum regio vocatur à Sidonio. Eginartho, & Aimonio. Sic dictam à militibus VII. Legionis, hunc agrum incolentibus, ſcribit Maſſonus.* GOTHICANA *aliquando, nunc* Ocitana *dicitur, vt inquit Paulus Æmilius. A Gothis quondam hanc inhabitatam lego apud Sidonium, Epiſt. 3. ad Auitum.* Languedoc *vernaculè hodiè. Vide* GALLIA.



SEPVS, *vide* SIPONTVM.

SEPYRA, *ciuitas ad Amanum montem: quam Cicero cepit, vt ipſe ſcribit Epiſtol. lib. 15. Vide* SEPFYRVS.

SEQVANA σηκοάνα, *Ptolemæo & Cæſari,* SEQVANVS σηκόανος, *Straboni.* SECOANOS σηκόανος, σηκόανος, *Stephano. Oritur, vt Marlianus tradit, in Ducatu Burgundiæ, in Alſeti regione, non longè à vico Monaſterij S. Sequani, verſus Pariſios lapſus, eorum vrbem bifariam diuidens, & Rhotomagum ſecans, in Mare Britannicum erumpit. Hodie* Seyne *dicitur incolis.* Siban *cum Beniamin vocat.*

SEQVANI *Cæſari,* σηκοανοὶ *Ptolemæo;* σηκοανοὶ, *Dioni Cocceio,* σηκοανοὶ, *Straboni; Galliæ Lugdunenſis populi ſunt.* Bourgognons *eos interpretatur Marlianus, ſed illos tantùm qui Comitatum incolunt (quem* Franche Conté *hodie vocant.) Ducatum non item. cui adſtipulatur Philippus Bugnonius, in ſuo Matiſconenſi chronico. Munſterus in ſua Tabula Baſilienſis territorij. hos Sequanos diuidit, in* CISIVRANOS, *quos in* Obern Elſas *&* Suntgoew *ſtatuit: &* TRANSIVRANOS, *quos Comitatum Burgundiæ inhabitare dicit. De Sequanis Ciſiuranis puto Eutropium libro 6. hæc verba ſcribere,* HELVETII *qui nunc* SEQVANI *appellantur.* SEQVANICAM *Prouinciam nominat Lib. Notior. In qua Olino vrbs.*

SER, *D. Hieronymo:* TYRVS *70. interpretibus. Ioſ. 19. Inde* SARRA *fortè. de quo in* TYRVS.

SERA σῆρα, *Sericæ regionis metropolis, apud Ptolemæum. Hanc Niger* Cambalech, *ſed Mercator* Sindinfu *appellat.* PHERAE *videtur Ammiani.*

SERABIS, *Hiſpaniæ Tarraconenſis non magnus fluuius, vt Mela ſcribit.* Segura *aut* Zinira *eſt, vt Cluſius mihi narrauit.*

SERACA, *vide* SARACA.

SERACENI, *vide* SIRACES.

SERACHVS, *vide* SATRACHVS.

SERÆ, *vide* SERES.

SERAPIONIS σαραπίωνος, *per A in prima legit Græcus codex, ſtatio & promontorium eſt in Aethiopia: ad ſinum Barbaricum: Ptolemæo.*

SERAPIS, *Aegypti locus: Antonino. Simlero videtur in Arſinoen Ptolemæi incidere. Eius mentio fit quoq; in Oraculis Sibyllinis: Tuq; Serapi ſedens in ſaxis, &c.*

SERASIENSE *Monaſterium, in Hiſpania. Eulogius in Memoriali Sanctorum.*

SERASPERA σερασπέρα, *Armeniæ Minoris vrbs, in Rhauenæ præfectura: Ptolem.* SESASTERA *interpretib.*

SERBERIA, *Angliæ locus, in vita S. Anſelmi archiepiſc.*

SERBETOS σέρβητος, *apud Ptolemæum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius.* Miron *eum vocat Caſtaldus.* Hued Icer *eſt Marmolio.* SARDABALA *à Plinio & Pomponio dici, putat Villanouanus.*

SERBI, *Plinio ſunt Gentes circa Mæotim, quos Dubrauius ſcribit poſtea Luſatiam Germaniæ regionem occupaſſe. Hæc hodie* Lauſnitz *dicitur. Sed* SYRBI *ille habet, vitio fortè exemplaris, aut typographi. Iidem cum* SORABIS *videntur.* SERBI *Cedreno ſunt circa Dalmatiam, quos dicit quoque Scythas vocari. Vide* SIRBI.

SERBIA, *vide* DARDANIA.

SERBINVM σέρβινον, *Ptol. vrbs in Pannonia Inferiori. Huius ruinas quærendas in* Swynau *ad oſtium Saui & Borbacij, putat Lazius.*

SERBONIS, *vide* SIRBONIS.

SERDICA, *Macedoniæ vrbs: apud Ammianum 31. Serdica in Thracia, meminit Goltzius, ex veteri inſcriptione. Vide* SARDICA, & GEROICA.

SERE, *Africæ Propriæ locus. Antoninus.*

SEREDDELITANI *Epiſcopi in Mauritania Cæſarienſi, meminit Vict. Vticenſ.*

SEREM σῆρα, *amnem, & in eo* SERIAM σηρίαν, *inſulam, deſcribit Pauſanias inter Seras populos Indiæ. Idem, ex aliorum ſententia, dicit Seria in ſinu Rubri maris inſulam eſſe.*



SEREN, *Æthiopiæ ſub Ægypto opidum: Plinio.*

SERENDID, *vide* MEDECVEL.

SERENNIA σερεννία, *Italiæ opidum, in Samnitibus. Liuius 9. & Diodorus 20.*

SERES σῆρες, *Aethiopiæ gens, apud Heliodorum 9. bis, téruе, eos inter Blemyes numerat. ex quo Lucanus non ignoranter hos circa Nili initia deſcribit, quamuis ita Scaligero videatur, ad Manilium.* SERES *Indiæ populos habet Oroſius 3. cap. 24. Inter Hydaſpen & Indum flumina. Habent nomen à Sere opido, ſi Iſidoro creditur. Horum meminit quoque Horatius 4. Carm. Idem* SERAS *habet 1. Carm. quorum regio* SERICA *Ptolemæi fortè.*

SERESOLA, *vide* TOLETVM.

SERETIVM σερέτιον. *Dalmatiæ opidum; quod Dion 56. ſcribit à Romanis captum.*

SERGENTIVM σεργέντιον, *Siciliæ mediterranea vrbs: apud Ptolemæum.*

SERGENITZA σεργενίτζα, *locus epiſcopalis. in Reſponſis patriarcharum Orientalium.*

SERGIANVM *opidũ Tuſciæ, in Edicto Deſiderij regis Longob.*

SERGIOPOLIS, *vrbs Syriæ, ad Euphratem* CXXVI. *ſtadiis à Suro Auſtrum verſus diſtans: in campo Barbarico. Procop. 2. Perſicor. & 2. Aedificior. Huius etiam meminere Euagrius, & Calliſtus.*

SERGIVM, *vide* DAPHNE.

SERGVNTIA, *vide* SEGONCIA.

SERIA, *vide* IVLIA FAMA, & SEREM.

SERIANA, *Syriæ vrbs: Antonino. circa Chalcidẽ regionẽ.*

SERICA σηρική, *Aſiæ regio Ptolemei.* Cataio, *Caſtaldo & Nigro eſt;* Cambalu, *Girauæ.*

SERICVS, *vide* TAVRVS.

SERIMVM σέριμον, *Sarmatiæ Europææ opidum. Ptolemæo.*

SERINDÆ, *Aſiæ populi: Ammiano 22. An iidem cũ Seribus?*

SERINVM, *locus circa Sirim fluuium, ſi ſincera lectio, videtur: apud Frontinum 4. Stratag. 1.* SERINIENSIS *Epiſcopi Sebaſtiani meminit D. Gregorius in Dialogis.*

SERION, *vide* SIRION.

SERIPALA σηρίπαλα, *Indiæ intra Gangem fluuius. item vrbs ibidem: Ptolemæo.*

SERIPHVS σήριφος, *inſula maris Aegæi, Ptolemæo, Apollodoro, Herodoto, Plinio, & Melæ:* SERIPHIVM *Saxũ, nominat Tacitus 4. Annal.* Serphone *hodie, vt Sophianus, vel* Serphena, *vt Niger habet, vocatur. Vna ex Cycladibus eſt.*

SERIPPO, *Hiſpaniæ Bæticæ vrbs: apud Plinium.*

SERISABIS, *vide* SARISABIS.

SERIVLA *epiſcopatus, ſub ſede Seleucienſi. G. Tyrius.*

SERMAMCOMAGVM, *in tabula Peutingeriana, Aquitaniæ. quid ſit, cum M. Velſero adhuc quæro.*

SERMIO, *vide* SIRMIO,

SERMITIVM σερμίτιον, *Corſicæ inſulæ opidum. Ptolem.*

SERMIVM, *vide* SIRMIVM.

SERMONE, *Antonino Hiſpaniæ vrbs; inter Liminium & Cæſarauguſtam.* CERVIONE *legit pro eodem Simlerus. Audi ad hunc locum Hieronymum Suritam, Ego ſuſpicor huius manſionis nomen corruptum fuiſſe, & Ad* MOLEM *legendum, exſtat enim moles hoc itinere vetuſti & magnifici operis ſupra Cæſarauguſtam ad* XVIII. *M. P. quæ opido nomen dedit, ad Orbæ amnis ripas, cuius ſubſtructionibus, & munitione, ac mole vaſtiſſimorum lapidum fons incredibili magnitudine riuo dare nomen idoneus, &c. (vt eſt apud Poëtam) ab Orba amne diſiungitur, ne eius inundationibus obrui poſſet, cuius fontis aquæ Cæſarauguſtanum agrum rigant.*

SERMOSANVM, *vide* FAGITANA.

SERMVTA σερμύτα, *Ptolemæo Cappadociæ vrbs eſt; in Ponto Galatico.*

SERMYLIA σερμυλία, *iuxta Athon montem, in Chalcidica vrbs: Stephano, Thucydidi 5. & Herodoto 7. qui Sermyle,* σερμύλη *legit.*

SERNICIVM, *Antonino locus in Italia, inter Sulmonem & Venuſiam.* SERVI *ciuitas, legebat alius codex. Sed* ÆSERNIA *legit hoc loco Sigonius, atque ſic legendum monuit me quoque Celſus Cittadinus Anglerius.*



SERNINVS *Vicus, Antonini: eſt* Sermito *Leandro. Opidulum Lombardiæ Ciſpadanæ.*

SEROTA. *Pannoniæ vrbs. Antoninus.*

SERPA. *Antonino Luſitaniæ vrbs. circa Eboram.*

SERPHA, *vide* ARASAMO.

SERRA *Magna, (*πρίον *legit Græcus codex) locus Iudææ. Iudith cap. 3.* FAVCES *Iudææ, vertit Caſtalio. Vide* ALBVLA, & PRIVM.

SERRÆ σέρραι, *metropolis: in Sanctionibus patriarcharũ. Cedrenus & Nicetas huius quoque meminit. Ad Tempe pertinere videntur, circa Lariſſam Berrhoeamque. Primæ Macedoniæ eſt in concilio Epheſino, & Chalcedonenſi.* Serres *vulgò vocari, ſcribit Leunclauius.*

SERRAPILLI, *Pannoniæ populi: apud Plinium. Ad Drauum fluuium.*

SERREPOLIS σερρέπολις, *Ciliciæ vrbs Ptolemæo.* CASSIPOLIS *à Plinio vocari, vult Villanouanus.*

SERRETES, *Plinio Pannoniæ gens; ad Drauum fluuium.*

SERRHIVM σέρριον, *Thraciæ promontorium ad mare Aegæum. Herodoto, Liuio, Pomponio, Plinio, Demoſtheni, Appiano 4. Ciuilium: & Stephano, cui & vrbs eſt in Samothracia.* Spartium *vitioſè pro Serrhio, habent Martiani omnes quos legerim codices. Vide* SAMOS.

SERRORVM *montes, habet Ammianus 27. in Dacia circa Iſtrum alicubi. Sed* SVCCORVM *legit Accurſius.*

SERTEITANVS *Epiſcopus, in Sitiphenſi Mauritaniæ Victori Vticenſi. Idem habet* SERTENSEM, *in Cæſarienſi Mauritania.*

SERTOPOLIS, *vide* BERSAN.

SERVILIA *Villa, locus Numidiæ: apud Antoninum. Vide* CASTRA CECILIA.

SERVILII VACIÆ *Villa, cuius Seneca libro 7. epiſt. 56. aliiq; meminere; in Sinu Cumano erat. Hic hodie* Lago Colluccia. *vt credit Ferd. Lofredus.*

SERVILIVS *Lacus, de quo hæc Sex. Pompeius. Seruilius lacus appellabatur, ab eo, qui eum faciendum curauerat, in principio Vici Iugarij continens Baſilicæ Iuliæ, &c. Huius meminit quoque Firmicus 1. Matheſeos, & Cicero Oratione 9. pro Sex. Roſcio Amerino.* SERVILIANVS *eſt Senecæ de Prouidentia. In Vrbe erat.*

SERVITTIVM, *Pannoniæ vrbs: Antonino. An Serbinum Ptolemæo?*

SERVONIA, *vide* SIRBONIS.

SERVS σῆρος, *Indiæ extra Gangem fluuius, Ptolemæo. qui Mercatori eſt* Coromaran.

SESAM, *vicus in confinio noſtræ regionis & Cilicum. Sic Theodoretus in vita Simeonis. In Syria videtur.* SISAN *legit alius.*

SESAMVM, *vide* AMASTRIS.

SESANIVM, *opidum Aethiopiæ ſub Aegypto. Plinius.*

SESARASII σεσαράσιοι, *Macedoniæ populi. Strabo 7. Eoſdem cum* DASSARETIIS *eiuſdem, vult Pintianus ad Melam: Caſaubonus verò cum* SESARETIIS.

SESARETHVS σεσάρηθος, *Taulantiorum vrbs: Stephanus. Vide* SESARASII.

SESATÆ σησάται, *Sinarum gens, corpore curta, lata facie atque ſima. Arrhianus in Periplo.*

SESECRIENÆ σησεκρείεναι, ÆGIDIORVM αἰγιδίων, CÆNITARVM καινιτῶν, LEVCE λευκή, *Indici maris ſunt inſulæ, circa Limyricæ regionis littora. Arrhiani Periplus.* αἰγιδίων *meminit quoque Ptolemæus, ante Taprobanem.*

SESENNA σασιμα, *70. interp. Ioſue 19. locus in Palæſtina: An idem cum* SENSENNA?

SESIGNANI, *vide* SANTONES.

SESINDIVM σεσίνδιον, *Indica vrbs: Stephano.*

SESMARVS, *Galliæ fluuius. In S. Remacli vita.*

SESSITES, *Plinio Lombardiæ Tranſpadanæ fluuius eſt. Leander* Senza *vocat, & Scudus* Seſia. Siccia, *Merula.*

SESSVRIANA *Porta, vide* GABVS.

SESTENSIS *Loci, Mauritaniæ Cæſarienſ. meminit Vict. Vticenſ. Corruptè fortè pro* SEPTENSIS.

SESTERTIVM *locus extra Romam, quo abijciuntur eorum capita qui Cæſarum iuſſu ſupplicio afficiuntur: Plutarcho in Galba. Quarto ab Vrbe milliario videtur, ex D. Cypriani vita. Vide* SISTERO.

SESTIANÆ, *vide* ARÆ.

SESTIARIA *Extrema* σηςιάεια, *Mauritaniæ Tingitanæ vrbs, Ptolemæo: quæ apud Caſtaldum* Galba *nominatur.*

SESTII, *vide* ARÆ.

SESTINATES, *Vmbriæ populi: Plinio.* SESTINVM *eſt in antiqua inſcriptione. teſte Goltzio in ſuo Theſauro.*

SESTIVM σέστον, *Stephano Oenotriæ opidum mediterraneum;* Seracena *hodie dici creditur Gab. Barrio, in ſua Calabria.*

SESTVS σεςός, *&* ABYDVS ἄβυδος *Ptolemæo aliiſq́ue, ſunt opida ad Helleſpontum ſita, interuallo octo ſtadiorum ab inuicem diſtantes, vt ſcribit Xenophon. Leandri & Herus amoribus nota. Abydus in Aſia eſt. Seſtus in Europa. Alex. Zardus dicit ea à Turcis* Bogazoſſar *nominari. ſic, enim, inquit, appellant ipſi opida in maris faucibus poſita. Mario Nigro* Bogaſaſſar *eſt; ſed hic tradit Seſtum nunc diſiectum; locumq́ue à Nautis* Malido *nuncupari. Abydum, vocat Caſtaldus* Aueo. *eſt qui* Auro *legit.* Aidos *vocari, ſcribit Leunclauius. Seſtum quoque* POSIDONIVM *dictum, auctor eſt A. Gellius.*

SESVNII, *populi maritimi, inter Celtas, Cæſare auctore. Marlianus ſcribit eos à quibuſdam pro* Exiſinos *haberi; quæ ciuitas eſt epiſcopalis, prouinciæ Turonenſis,* Exiſnis *vulgo.*

SETABIS, *&* SETABITANI, *vide* SÆTABIS.

SETÆ, *Indiæ populi, argenti ditiſſimi: apud Plinium.*

SETÆNA, *videtur circa Illyridem caſtellum. Cedrenus, & Curopalates.*

SETÆVM σηταῖον, *regiuncula circa Sibarim: Stephano. à quo Petra Setæa, ibidem Lycophroni. Circa* Maurum *vrbem epiſcopalem eſſe in Calabria, ſcribit Gab. Barrius.*

SETANIA σητάνια *cæpa, à loco, habet Plinius 19. cap. 9. ex Theophraſti Hiſt. Plant. 7 cap. 4.*

SETANTIORVM *Portus,* σεταντίων, *Ptolemæo. In Albione.* Winandermer *Camdeno.*

SETE σητὴ, *Stephano Bithyniæ vrbs. ſed Thraciæ.*

SETEIA σετεῖα, *Aeſtus Albionis inſulæ. Ptolemæo.* Deemouth *eſt Camdeno.*

SETELSIS σετήλσις, *Iaccetanorum vrbs Ptolemæo in Hiſpania Tarraconenſi.* Aſtarlid *putat dici Marinæus, cui non ſuffragatur Varrerius.*

SETHIM σαττείν *70. interpr. Moabitarum regio; Num. 25. Ioſue 3.* SITTIM *Ioſepho.* SATTIA σάττιμ, *legit Suidas.* SCHOENE *interpretantur 70. interpr. apud Micheam 6. Locum eſſe iuxta Liuiadam trans mare Mortuum, ſexto ab illa diſtans milliario docet D. Hieronymus in Ioëlis cap. vltimum.*

SETHOSIS σεθωσις, *Olim Aegyptus vocabatur. vt refert ex Manethone Ioſephus contra Manethonem.*

SETHRAITES, *vide* SETHREITES.

SETHREITES σεθρρίτης, *nomus Aegypti: apud Strabonem. Per Æ diphthongon in penultima, Ptolemæo.* SETHROITES *Stephani & Plinij. à Sethron.*

SETHROITES, *vide* SETHREITES.

SETHRVM σέθρον, *Aegypti vrbs: Stephano, ex Alexandro. quæ fortè Herculis Parua apud Ptolemæum.*

SETIA σητία, *Ptolemæo, Virgilio & Liuio Latinorum vrbs mediterranea, in via Appia.* σέτια *Straboni.* SETINI *populi Plinio.* CETIA κετία, *Halicarnaſſeo.* SETINAM *Coloniam, eandem vocat Onuphrius.* Sezza *Ligorio, & Leandro.* SETINOS *Montes habet Iuuenalis, Satyra 5.* σέτια, *Turdulorum, in Bætica vrbs: apud Ptolemæum. Et quoque Vaſconum, apud eundem.* SITIA *fortè Plinij. Vide* SENTIA, *&* IBERA.

SETIDA σέτιδα, *Turdetanorum opidum, in Bætica. Ptol.*

SETIDAVA σετίδαυα, *Germaniæ vrbs. Ptolemæus. Circa* Poſen *fortè. In Poloniæ regno.*



SETIENA, *Galliæ Narbonenſis arx: Auieno.*

SETIENSIS σετιένσις, *Africæ Propriæ vrbs. Ptolemæus.*

SETIVM, *vide* SIGIVM.

SETOVIA, *Dalmatarum vrbs: Appiano, in Illyricis.*

SETRECHVS, *vide* SATRACHVS.

SETVBIA, *&* SETVIA, *vide* SEGOVIA.

SETVCIS. *ſic in tabula Peutingeriana, Galliæ Belgicæ eſt.*

SETVIA, *vide* SEGOVIA.

SETVNDVM, *Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs; apud Plinium.*

SEVACES σεύακες, *Norici populi: apud Ptolemæum. Vide* IARAVACI, *&* SEVATVM.

SEVAPHAIM *regio, verſus Occidentem videtur. 4. Reg. 17.*

SEVATVM, *habet W. Lazius pro Auſtriæ vrbe,* Schwatz *dicta. Neſcio quis alius eius meminit, niſi* SEBATVM *ſit Antonini. In Seuacibus fortè Ptolemæi.*

SEVDREORVM σευδρέων, *meminit Goltzius, in ſuo Theſauro, ex nummo Fauſtinæ.*

SEVENE, *vide* ZZEVENE.

SEVERIA, *vide* SABARIA.

SEVERIA OLYMPIA σευηρεια ὀλυμπια, *ex Seueri nummo. Goltzius, in ſuo Theſauro. In Africa, ni fallor.*

SEVERIACVM, *vide* ALISIVM.

SEVERIANA, *vide* SEBERIANA.

SEVERIANOS *vocat Humfredus Lhuydus eos Angliæ populos qui incolis* Wijlshyrienſes *appellantur. Vide* SORVIODVNVM.

SEVERINI *Cœnobium, ad Danubium, in Onericorum finibus. Diaconus 1. Longobardicor. cap. 12. Nomen Seuerini retinere credo.* Zuerim *eſt Leunclauio. &* Siferingen *nominat Lazius; dicitq́ue diſtare à Vienna magno milliario: ſub iugo Cetij montis. Idem pro Onericorum, legit Noricorum.*

SEVERVS, *proprium nomen montis, Seruio. in illud Virgilij. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq́ue Seuerum. Hactenus nomen ſeruare veriſimile, de quo vide* TETRICVS.

SEVIA σηυία, *Ptolemæo locus in Arabia Deſerta.*

SEVINI, *vide* SABINI.

SEVINNVS, *vide* SEBINVS.

SEVMARA σεύμαρα, *vrbs Arago flumini impoſita, ad confluentia eius cum Cyro flumine. Strabo. In Iberia.*

SEVO, *Montis nomen, apud Plinium 4. cap. 13. Aut hallucinor, aut illum vult quem hodie* Sula, *&* Dofiini *vocant, in Scandia peninſula.* RHIPÆVS *Orphei in Argonauticis videtur. Vide* CARPATES.

SEVRBI, *vide* SEVRI.

SEVRI σευροι, *Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Ptolemæum:* SEVRBI *ſunt mihi apud Plinium.* SEBVRRI *habent Latina Ptolemæi exemplaria: neſcio quàm benè.*

SEVTLVSA, *circa Rhodum inſulæ. Plinius. Vide* TEVTLVSSA.

SEX σέξ, *Ptolemæo, Bæticæ ciuitas, ad Pelagum Ibericum, quam Florianus* Motrel *eſſe ſcribit. Hanc Sex puto eandem eſſe cum ea quam Mela* HEXI, *& Plinius* SEXI FIRMVM *cognomine* IVLIVM *vocat. & Strabo lib. 3.* EXITANOS ἐξιτανοὶ. *Athenæus tamen qui hunc locum citat,* SEXITANIAM *vrbem legit. minus corruptè. Sed hæc* Velez Malaga *dicitur à Coquo & Pineto. Pintianus legit hoc loco* HEX *apud Ptolemæum, neſcio quo iure. Vide* EXITANI, *&* SAXETANVM.

SEXANA σεξάνη, *Siciliæ vrbs. Phauorinus.*

SEXITANIA, *vide* SEX.

SEXSIGNANI COCOSSATES *Galliæ Aquitanicæ populi, apud Plinium 4. cap. 19. Per A in ſecunda in aliquib. codicibus,* SEXSAGNANI. *An* SEXCIACENSIS *vicus in hac continentia, de quo Greg. Turonenſis in Gloria Martyrum? Vide* COCOSATES.

SEXSOLITÆ, *gens ad Euxinum Pontum. Pomponio. Barbaram vocem putat Pintianus. Vide* EXOBIGYTÆ.

SEXTÆ, *locus Britanniæ inſulæ. lib. Notit.*

SEXTANI, *Galliæ populi, in quibus Arelate. Pomponius.*

SEXTATIO, *Antonino Galliæ Narbonenſis vrbs.* SEXTANTIO *alibi legit.*





SEXTI, *locus ſic dictus, ſexto à Carthagine lapide, vbi D. Cyprianus martyrizatus fuit. Huius meminit Martyrologium Romanum, & Paul. Diaconus.*

SEXTILI *Fundum, habet Cicero lib. 14. Epiſt. ad Atticum, epiſtola 6. Circa Fundos.*

SEXTANTA PRISTIS, *vide* TIRISTA.

SEXTVM PHILIPPI, *quod* PRÆSIDIVM MISSALE *appellatur. Hoc Æthicus, qui vocat ſic tractum territorij Romani, inter Vrbem & Oſtiam, quo ſe Tiberis findit, & inſulam facit. Via Portuenſi eſt Adoni.*

SEYR σηιρ, *locus Palæſtinæ. Iudicum 5. D. Hieronymo interprete. Vide* SEIR.

SEYRATH σειρωθά, *iuxta Ephraim montem locus. Iudicum 3.* SEGHIR *habet Chaldæus Paraphraſtes.*

SEZERIS, *vrbs circa Meſopotamiam. Nicetas.*

SFASFERIENSIS *loci, in Cæſarienſi Mauritania (ſi ſana ſcriptura) meminit Vict. Vticenſ. M.S.*

SGORA *loca, ſic dicta, habet Curopalates, maritima. In Aſia vſpiam.*

SIACHA σίαχα, *palus Italiæ circa Cimmerios populos, auctore Tzetza, Chiliade 12. numero 448. in hac ſcribit immergi folia, quæ ab arboribus cadunt.*

SIADÆ *Antonino, à numero, Saith enim ſeptem Britannica lingua ſonat.* Les ſept iſles *hodie. Sic Camdenus in ſua Britannia. Eaſdem putat idem à Strabone* HYADETAS *corruptè vocari. ſed vide* HYADETÆ.

SIÆ σιαι, *Ptolemæo eſt vrbs in Armenia Maiori.*

SIAGATHVRGI σιαγαθυργοὶ, *populorum nomen; apud Stephanum. ex Martiani Periplo. fortè Sarmatiæ.*

SIAGON, *vide* RAMATHLECHI.

SIAGVL σιαγὺλ, *apud Ptolemæum eſt vrbs maritima, in Africa Propria.* Suſa *hodie dicitur, ſi Marmolio & Chriſtophoro Stellæ creditur.*

SIALA σίαλα, *Tyanitidis vrbs, in Cappadocia. Ptolemæus.*

SIALETÆ, *vide* COELALETÆ, *&* SELLETICA.

SIAMBIS, *Britannica inſula. Plinius.* SENA *Pomponij putat Camdenus. & nunc* Sayn *dici.*

SIANA, *vide* ASIA.

SIANTICVM σιαντικόν, *Norici vrbs, Ptol. Vide* SANTICVM.

SIARA, *Antonino Armeniæ Minoris vrbs.* FIARA *reperi in codice M. S. in Itinere Sebaſtopoli Cæſaream. & ſic ſcribendum putauerim. paullo ſupra enim idem eundem locum* FIARASVM *appellaſſe videtur.*

SIARVM, *Municipium antiquitus ſic nominatum, in Bætica habet Amb. Moralis, ex veteri lapide. locus iam* Carragatin *dici addit; inter Hiſpalim & Vtreram.*

SIASVR, *vide* ZITVRON.

SIATVTANDA σιατούτανδα, *Germaniæ opidum, Ptolemeo.* Seiltwoldt/*vel* Sidebuͤren, *in agro Gruningenſi, vt colligit Verrutius.*

SIAVANA σιαυάνα, *Armeniæ Maioris vrbs, apud Ptolem.*

SIAZVR σιαζουρ, *Cedreno loci nomen, circa Perſidem. Meminit eius in bello Heraclij contra Coſroen.*

SIBACENA σιβακηνὴ, *Armeniæ Maioris regio, Ptolemæo.* SYRACENE *eſt interpretibus.*

SIBÆ σιβαι, *Indica gens, quæ cum Deriade contra Dionyſium pugnauit. Stephanus. Horum quoque meminit Strabo, & Arrianus in Indicis.*

SIBAPOLIS, *vrbs in Aſſyriorum finibus. Metaphraſtes in S. Febroniæ vita.*

SIBARÆ, *Indiæ populi, Plinio.*

SIBARIS, *vide* SARABRIS.

SIBDA σίβδα, *Cariæ vrbs, Plinio & Stephano.*

SIBERIS, *fluuius Galatiæ: Metaphraſti. vide* MAZANIA.

SIBERENA, *Calabriæ vrbs. auctore Barrio, hodie ab imperito vulgo* S. Seuerina *dicta. In numiſmatibus antiquis,* σιβερηνή *eſt.* σεβυρίνη *quoque Cedreni puto. Stephanus eius meminit. Vina hinc prouenientia tradit Gab. Barrius à Plinio lib. 14. cap. 6. Siueriniana vocari; etſi Seruitiana nonnulli mendosè legant. Vide* S. SEBERINA.

SIBI, *vide* IBI.

SIBIDENSEM *quendam Bonifacium, nominat Victor Vticenſis lib. 3. In Africa locum puto.*



SIBINI σιβινοὶ, *Germaniæ gens, apud Strabonem; quam Maroboduus ſibi ſubiecit.*

SIBLIORVM *ciuitatis, Lycaoniæ; meminit ſynodus* VI. *Conſtantinopolitana.*

SIBMA, *vide* SABAMA.

SIBORA, *Cappadociæ vrbs. Antonino.*

SIBRITÆ, *vide* TENESIS.

SIBRIVM σίβριον, *Indiæ intra Gangem opidum. Ptolem.*

SIBRVM *ad Argenteum fluuium, citat ex Panyaſo, Stephanus. in voce* τερμίλη.

SIBVTZATES, *apud Cæſarem ſunt Galliæ Aquitanicæ populi. An ijdem cum* SIBYLLATIBVS *Plinij?*

SIBY, *Arabiæ Felicis opidum; quod Græci* APATEN *vocant. Plinius lib. 6. cap. 28. Fortè* APPA ἄππα, *Ptolemæi.*

SIBYLLA, *vide* POSSESSIO.

SIBYLLÆ *Antrum, vide* CIMMERII.

SIBYLLÆ *Vallem, in Aeolia habet Gratius poëta, vbi linum optimum. Linum Cumanum laudat Plinius. ex quo Circa Cumam Aeolidis hanc vallem conſtituo. In Aſia Propria.*

SIBYLLATES, *Galliæ Aquitanicæ populi, Plinio. Vide* SIBVTZATES.

SIBYRTVS σίβυρτος, *Stephano, ex Polybij 13. Cretæ opidum.*

SICA, *vide* CISSA.

SICADION, *vide* RHONDE.

SICAMBRI, *Cæſari & Straboni ſunt Galliæ populi. Olim fuiſſe videntur (vt Marliano placet) vbi hodie Geldriæ Ducatus eſt, inter Moſam nempe & Rhenum fluuios. Ptolemæo tamen (qui eos* SYNGAMBROS σύγγαμβροι, *ſcribit) ſunt ab altera parte Rheni, cui ſubſcribit Suetonius in Auguſto.* Zutphaniæ *Comitatum eos obtinuiſſe, nonnulli volunt.* SVGAMBROS σουγάμβροι, *legit Strabo lib. 4. Iunius in ſua Batauia putat* Sigent *opidum,* Sigenburg *arcem, &* Sigemberg *cœnobium, in Bergenſi comitatu, huius gentis conſeruare nomen. Sicambros poſtea* FRANCOS *vocatos (ſub quo nomine eorum meminit Oroſius & Treb. Pollio, in vita Probi Imp.) ſcribit Rhenanus, & Hermannus Nuenarius, ſeq́ue in intimam Germaniæ regionem contuliſſe. vbi etiam hodie* Francken *appellantur.* FRANCIÆ *meminit Auſonius in Moſella, &* FRANCORVM *Nazarius, in Panegyrico Conſt. Imp. dicto. De Sicambris ſic Sigebertus: Valentinianus Imp. eorum virtute delectatus, eos qui prius vocati erant* TROIANI, *deinde* ANTENORIDÆ, *poſtea* SICAMBRI; FRANCOS *Attica lingua appellauit, quod lingua Latina interpretatur feroces. Francos etiam* SALIOS *nuncupatos, auctor eſt Marcellinus, lib. 17. & hos Salios hodie* Oldeſeel *nominari, in Tranſiſulana prouincia, Tabula Friſiæ antiqua indicat.* SALII *in Batauia ſunt Zoſimo lib. 3. Sed conſule Francica Ioannis Goropij.*

SICAMBRIA, Alt Offen *hodie, Lazio. Huius meminit vetus Inſcriptio, in libro Appiani & Amantij, quæ hæc eſt:* LEGIO SICAMBRORVM HIC PRÆSIDIO COLLOCATA, CIVITATEM ÆDIFICAVERVNT, QVAM EX SVO NOMINE SICAMBRIAM VOCAVERVNT. *Matthiæ regis Hungariæ tempore in Buda veteri hic lapis effoſſus fuit, dum fundamenta iacerentur ædium Beatricis reginæ. In Annalibus Hungaricis de rege Attila; & B. Remigij vita; de hac quoque. Sed ampliſſimè de ea Lazius 12. R. P. R. cap. 2. Sectione 2. Vide* LEGIO AVXILIATRIX.

SICANDIO, *vide* RHONDE.

SICANDRVS, *vide* SICENDVS.

SICANE σικανη, *Hiſpaniæ vrbs, Stephano.* SICANVS *videtur etiam fluuius Hiſpaniæ: ex his Silij Italici: Pyrenæ inuiſit populos, qui nomen ab amne Aſcitum Patrio terræ impoſuere vacanti. De Sicilia loquitur, quæ pòſt ab Hiſpanis Sicania dicta fuit, libro 14. Idem tradit Thucydides in principio lib. 6. & Diodorus 5. Deram regionem deſcribit Stephanus, ad hunc Sicanum fluuium. Sicorim fluuium interpretatur Nebriſſenſis, in ſuis Decadibus (rectè necne, viderint peritiores.) cui ſuffragatur Varrerius.*

SICANI, *Italiæ populi in Prima regione, apud Plinium. Docet hoc Virg. 10. Æneid. Alias alio nomine* SICVLI. *Etiam Hiſpaniæ populi* SICANI, *qui fugati à Liguribus, in Siciliam traiecere. vt tradit Halicarnaſſ. 1.*

SICANIA, *vide* SICILIA.

SICANVS, *fluuius Siciliæ, iuxta Agrigentū, ex Apollodoro: Stephanus. qui tractum huic adiacentem* SICANIAM *vocat. Apud Heſychium* σικανη, *per η in prima eſt vrbs in Sicilia. &* σικανιη *regio. Vide* SICANE.

SICAPHA σικάφα, *Africæ Propriæ opidum. Ptolemæus.*

SICCA VENERIA σίκκα ϐενερία, *Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo & Procopio.* SICCA *colonia ſimpliciter apud Plinium, & Polybiū 1. &* VENERIA *ſimpliciter apud Solinum.* SICCENSES *populos Africæ habet Trebellius, quos Gallieno Imp. fidem ſeruaſſe ſcribit.* SICCESITANVM *epiſcopum, inde habet Vict. Vticenſ.*

SICCATHORIVM σικκαθόριον, *Libyæ Interioris opidum. Ptolemæus.*

SICCELECH, *1. Samuel. 27. vno* κ, *& geminato* λλ, σικελλαγ *eſt Ioſepho. Palæſtinæ locus eſt, Ioſue 15.*

SICCENSES, *vide* SICCA.

SICCHI, *vide* SINDI.

SICELIA, *vide* SICILIA.

SICELIA CÆSAREA σικηλία καισαρεία, *vrbs Mauritaniæ, & patria Macrini Imp. Xyphilinus, in eius vita.*

SICELIBA, *vide* SICILIBA.

SICELLITANVS, *eſt in quadam inſcriptione antiqua marmorea, Carthagine Noua, quam Stunica profert, in ſuo Itinerario. vno* L *legit Moralis. A Sicelia Mauritaniæ fortè.*

SICEMVS σίκημος, *Stephano Arabiæ vrbs.*

SICENDVS, *lacus Theſſaliæ, in quo, ſi ex Seripho inſulæ ranas transferas, canunt, vt tradit Plinius.* SICAENDVM *in M.S. codice.* SICANDRVS *etiam, vt monuit Dalechampius.*

SICENVS, *vide* SICINVS.

SICEVM *Galatiæ opidum, ſubiectum Anaſtaſiopoli primi Ancyrenſium principatus. ab Anaſtaſiopoli diſtans* XII. M. P. *Metaphraſtes in vita S. Theodori Archimandritæ.*

SICHEM, *opidum duabus leucis à Samaria diſtans, iuxta Garizim montem, Ioſepho, & eidem* SICIMA. SICHAR συχὰρ, *eſt apud D. Ioannem 4. A Beniamino* Nebilas *dicitur. Iſtar huius ruinas ab accolis vocari, ſcribit And. Maſius. Vide* SICIMA, *&* NEAPOLIS.

SICHII, CARII, MVRICI, *Procopio 1. Gothorum, populi videntur circa Noricum & Pannoniam.*

SICHRACENE σιχρακηνή, *Hyrcaniæ regio, apud Ptolemæum. Interpretes eius* SYRACENE *legunt.*

SICIAS *Balneas, habet Gellius 3. cap. 1. apud quas ſe cum Phauorino ambulaſſe ſcribit.*

SICILA, *vicus Galliæ, in quo occiſum Alexandrum Seuerum Imp. ait Lampridius. Vicum Britanniæ facit Aurel. Victor, quem And. Schottus edidit. In Gallia eum perijſſe ſcribit Eutropius. itaque Britanniam Minorem libens interpretarer. Sed fruſtra, cùm Oroſius, Euſebius, & Caſſiodorus eum Moguntiaci occiſum ferunt. In huius agro, itaque hic vicus.*

SICILIA, *quæ &* SICANIA, *&* TRINACRIA, *aut* TRIQVETRA, *Plinio teſte,* SICELIA σικελία, *Græci ſcribunt per Epſilon.* TRINACRIS *eam vocat Ouid. lib. 4. Faſt.* TRINACIA τεινακίη, *habet Dionyſius Alex. &* Θρινακία, *Suidas, niſi vitioſus ſit codex. (quo nomine etiam eiuſdem inſulæ vrbem habet Diod. Siculus.) Inſula maris Mediterranei eſt celeberrima.* Sicilia *etiamnum vocatur.* CYCLOPVM *Terram, eam Homerus nominat. Tricervicem Lycophron, & Tricuſpidem Pindarus. ſed hæc potius epitheta, quàm ſynonyma ſunto.* SICILIA σικελία, *etiam terræ tumulus trigeminus eſt, non longè ab Athenis, Suida & Pauſania teſtibus. item Dioni Pruſeo, de Auaritia. Locus Romæ, in Palatio; vt patet ex Iulio Capitolino, in vita Pertinacis Imp. Eſt etiam alia Sicilia inſula, circa Peloponneſum, vt refert Stephanus. Siciliæ pars, quæ Italiam reſpicit,* BRVTIA *vocatur à Statio lib. 1. Siluarum, ad Vopiſcum.* SICILIÆ Σικελιας *inſulæ meminit Euripides in Phœniſſis. hanc inter Chalcidem & Aulidem ponit eius Commentator Stiblinus. Pars quædam Italiæ quoque, ea nempe quæ Trinacriæ obuerſa eſt,* SICILIA *ſubinde vocatur ab Aeliano; Euſtathio, Suida, Theocriti Scholiaſte, D. Hieronymo, Synodo Conſtantinopolitana ſub Cōſtantino Magno habita, & Stephano non vno in loco. Neque mirum hoc: his omnibus enim vetuſtior Thucydides lib. 6. ſcribit Siculos ex hac parte, inde nempe ab Opicis pulſos, in inſulam delatos. Immò ſi Seruio, Halicarnaſſeoque credimus, Sicula indigena gens & omnium prima Romanum agrum incoluit: aliaq; Italiæ loca. Plinius eoſdem Galliæ Togatæ partem occupaſſe tradit, 3. cap. 13. & 14. ante Gallorum nempe in eandem aduentum. Siculas vrbes in Campania, habet Liuius 23. ita vt fruſtra de eo erroris inſimuletur Stephani de Vrbibus volumen, à Caſaubono ad 6. Strabonis, & Pintiano ad Melam in Sinueſſa. Pontano auctore 6. Hiſt. Neapol. horum nominis veſtigia adhuc ſuperſunt poſt Marſorum & Aquilanorum fines in agro vbi hodie mutata prima nominis littera,* Ciculi *vocantur. Et eſt* Vallis Ciciliana, *quæ Præcutinorum eſt, in Veſtinis: qui ſunt inter Aternum & Truentum amnes. Lege de his plura ad Tabulam Magnæ Græciæ antiquæ, in noſtro Theatri Parergo. Vide* BRVTII.

SICILIA *Minor; vide* NAXOS.

SICILIÆ VMBILICVS, *vide* PERGVS.

SICILIBRA, *Africæ Propriæ vrbs, apud Antoninum.* SICILIBA, *&* SICILIPPA *D. Auguſtino.* σικιλιϐὴν *in canonibus concilij Carthaginenſis.*

SICILIOTÆ, *vide* ITALIOTÆ.

SICIMA σίκιμα, *Samariæ opidum, Ioſepho 12. Antiq. cap. 7. & 1. belli Iud. cap. 2. &* SICIMITAS *habet idem 6. Antiq. cap. 7.* SIDONIOS *ſe ipſos vocaſſe, ſcribit idem Antiq. 11. ſub finem, & 12. cap. 7.* CENÆI *vocantur 1. Reg. 15. In Madianæ terræ meditullio habitari dicit dictus Ioſephus Antiquit. 6. cap. 8.*

SICIMINA, *&* PAPINVS, *Galliæ Togatæ montes, circa Macros campos. Liuius 45.*

SICINI *Portus, vide* LVCINI.

SICINIA, *vide* NEAPOLIS.

SICINVS σικίνος *Ptolemæo,* SICENVS σίκηνος *Straboni, &* SYCINVS *Plinio, cui eadem* OENOE *dicitur* οἰνοή; *etiam Stephano, & Apollonio. Maris Aegæi exigua inſula eſt, cui* Sicino *adhuc nomen, vt Sophianus docet.*

SICOBASILISCES, *Armeniæ vrbs, apud Antoninum.*

SICOBOTES, *gens in Sarmatia Europæa videtur, apud Capitolinum. Vide* SIGIPEDES.

SICOLIENSIS *Epiſcopi, meminit Decret. lib. 2. Cauſſa 32.* FICVLENSIS, *&* PHICOLENSIS *alia lectione. vt annotauit Ant. Auguſtinus.*

SICONII, *vide* ICONII, *&* VOCONTII.

SICOPOLIS, *vide* CAPVA.

SICORIS σίκορις, *Hiſpaniæ fluuius, Plinio, Cæſari, Vibio, & Dioni;* Segre, *in Cathaloniæ regno eſt, Nauagiero & Cluſio. Beuterus ſcribit Cathalonica lingua* Agua naual *vocari. Vide* SICANE.

SICVLENSII σικυλήνσιοι, *ſunt populi in Sardinia apud Ptolemæum.*

SICVLETVM, *vide* TIBVR.

SICVLI, *Vide* SICILIA, *&* SICANI.

SICVLOTÆ σικυλῶται, *Dalmatiæ populi. Ptolemæus, & Plinius.*

SICVLVM *Mare, vide* AVSONIVM.

SICVM, σικοῦν, *Illyridis vrbs, apud Ptolemæum, ad Mare Hadriaticum, quam Sophianus & Fauolius* Sebenico *interpretantur.*

SICYON σικυών, *Ptolemæo eſt Sicyoniæ regionis, in Peloponneſo vrbs, quæ apud Suidam quoque* HELLAS ἑλλὰς, *vocatur.* TELCHINIA τελχινία *autem, &* MECON μήκων, *Stephano. Antea eadem quoq;* ÆGIALIA αἰγιάλεια, *&* IONIA ἰωνία, *dicta fuit; vt ſcribit lib. 8 Strabo. Plutarchus in Demetrio ſcribit incolas ab eo tranſlatos in alium locum, &* DEMETRIADEM *appellatam. idem Diodorus 20.* Baſilica *hodie nominari tradit Sophianus; item ante eum Gemiſtus.* SICYON *etiam tractus Pallenæ regionis, quæ* PHLEGRA *vocatur, apud Polyænum 7. de Stratagematib.* SICYON *quoque Africæ locus, & ibi Crathis amnis in Oceanū fluens è lacu. hic electrum naſci, ſcribit Plinius ex Mnaſea, Vide* DEMETRIAS.



SICYONIA σικυωνία, *Peloponneſi regio, Ptolemæo.*

SIDA σίδα, *Ptolemæo, Liuio, Plinio, Straboni, & Zoſimo:* σίδη, *Stephano. Pamphyliæ vrbs,* SIDENISTA *Ammiano. quæ* Chiriſonda *à Nigro appellatur; ſed* Candalor *Theueto. In Peloponneſo etiam vrbs; Pauſaniæ 3. an eadem cum Sidus, Corinthi vico?* SIDA *Calliſto vicus eſt, quingentis ferè ſtadiis à Cæſarea Palæſtinæ diſtans. Vide* BOEÆ.

SIDACA σιδάκη, *Lyciæ vrbs, Stephano.*

SIDÆ σιδαι, *locus in Bœotia, vt teſtatur Athenæus 14. cap. 21. vbi fines Athenienſium erant.*

SIDALA σιδάλα, *Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo. Per* E *in prima, interpretibus.*

SIDARVS σιδαροῦς, *vrbis & portus nomen, apud Stephanū.*

SIDDIM, *locus Palæſtinæ, circa Mare Mortuū. Gen. 14. Vallis ſilueſtris interpretatur D. Hieronymus.* PVTEVS *Bituminis Ioſepho, Antiq. 1.*

SIDE σιδη, *Straboni 7. locus circa Pedaſum, & Satnioentem fluuium. vbi* IDA *ſuadet legendum Caſaubonus. Quid, ſi* SIDENE. *de quo idem 13. quem ad Granicum deſcribit. Vide* SIDA.

SIDELA σιδηλή, *Stephano Ioniæ vrbs.*

SIDEN, *ſtagnum in India, habet Cteſias apud Plinium lib. 31. cap. 2. in quo omnia merguntur, nihil innatat. In nonnullis codicibus* SIDERIN *lego, Hermolaus annotauit idem* SILIA σιλία, *à Strabone: &* SILLA σίλλα, *à Diodoro appellari. Simplici* L *apud Arrianum ſcribitur* σίλα. *apud quem fluuius eſt, cum fonte cognomine. Item* SILEORVM σιλεων, *Regio ibidem. Vide* SIDENA.

SIDENA σιδήνη, *Stephano Lyciæ vrbs eſt. Pro qua* σιδημα *(corruptè vt puto) apud Cedrenum. Regio eſt circa Themiſcyram, Straboni, & in ea vrbs* SIDEN. *Plinius ibidem quoque* SIDENOS *Populos: &* SIDENVM *flumen habet. quo Polemoniū opidum alluitur.* SIDENA *vrbs, etiam ad Granicum flumen deſcribitur à Strabone. Vide* SIDONA.

SIDENI σιδηνοι. *ſunt Germaniæ populi Ptolemæo. A Willichio, Peucero, & Wolfgango Iuſto in* Stetinerlandt *ſtatuuntur. Vide* SIDENA.

SIDENISTA, *vide* SIDA.

SIDENVN, *vide* SIDENA.

SIDERAS σίδηρας; *loci nomen, in limite ditionum Bulgariæ & Romaniæ. Zonaras, & Cedrenus. apud quem* SIDEROCASTRVM σιδηρόκαστρον, *etiam vocatur. In Romania deſcribitur; in Hiſt. Miſcella 21.*

SIDERIS, *vide* SIDEN.

SIDEROPELVM, *in Aſia Minori vrbs: Hiſt. Miſcel. 24.*

SIDEROPOLICHNA, *Peloponneſi vrbs, Laonico 8.*

SIDERORYCHIA σιδηρωρυχεῖα, *id eſt Ferri fodinæ, in Germania, Ptolemæo.*

SIDETÆ, *Pamphiliæ gens. Liuius 35.* σιδητων, *meminit Occo, & Goltzius; ex nummo. A Sida vrbe, teſte Stephano.* SIDITÆ *per* I *in ſecunda, ſunt Arriano 1. Alex.*

SIDETANI, *vide* HEDITANI.

SIDICES σίδικες, *Mediæ gens, apud Ptolemæum.*

SIDICINVM, *vide* TEANVM.

SIDIRVS, *locus circa* Trallim *vrbem:* Chæremonis *patria. cuius precibus Aug. Imp.* Trallim *terremotu conlapſam reſtituiſſe, ſcribit. Agathias lib. 2.*

SIDODONA σιδόδωνα, *Perſidis aut Carmaniæ vrbecula exigua eſt, & omnium rerum egena. Arrianus in Indicis. Vide* SIDONIA.

SIDOLEVCVM, *ſic legit Petrus Pithoeus ex Antonini Itinerario; pro* SEDELEVCORVM *apud Ammianum, lib. 16. in principio. Galliæ Lugdunenſis vrbs eſt.* LEGIONEM XVIII. *huic adſcribit Antoninus.* Sanlieu *hodie nominari opinor.*

SIDON σιδών, *Palæſtinæ vrbs maritima, apud Ptolemæum & alios; deſcribitur ab Achille Statio 1. Amorum.* Said *hodie vocatur, Nigro & Poſtello teſtibus.* Siada *habet Beniamin.* Sagitta *auctor Anonymus de bello Hieroſolymitano. In nummo Iuliæ Soëmiæ vocatur* COL. AVREL. PIA. METROPOL. SIDON. *Eſt etiam Sidonis memoria, in Iudic. lib. cap. 1.* SIDONIVN *Mare hinc habet Claudianus. Alij ab his ſunt* SIDONII *(vt putat Strabo 1.) quorum meminit Homerus* Ὀδυσ. Δ. *in ſinu Perſico nempe, de quibus vide* SIDONIOR. *Inſula, &* SICIMA.

SIDONA σιδόνη, *regio Ponti Cappadocici apud Ptolemæum.* σιδήνη *Straboni.*

SIDONES σίδωνες, *Germaniæ populi, Ptolemæo. Vide* BASTARNÆ.

SIDONIA σιδωνία, *Troadis vrbs, Homero, Stephano. Silius 14. Sidonia & Drepane. Drepanum à Sidonijs conditum forte innuit. nihil itaque ad Troadis illam Sidoniam.*

SIDONIORVM *inſula, in Perſico mari; videtur apud Strabonem 16. vnde Sidonij in Palæſtina.* SIDODONA *forte Arriani.*

SIDONIVM *Mare, vide* SYRIACVM.

SIDRONA σιδρῶνα, *Illyrici vrbs Ptolemæo, quæ nunc* Belas *dicitur, vt Niger refert. Vide* STRIDON.

SIDVMANIVS, *vide* IDVMANIA.

SIDVS σιδοῦς, *Corinthi vicus, & Megaridis nauale, Athenæo, Stephano, Plinio, & Xenophonti. Eſt & vicus circa Clazomenios. Et alius circa Erythras. Item locus Pamphyliæ; apud Stephanum; & Athenæum 3. Vide* SIDA.

SIDVSA, *inſula eſt Plinio; ante Ioniam. Vel* SIDVSSA σίδουσσα, *Ioniæ vrbs, Stephano. & Thucyd. 8.*

SIDYMA, *vide* SOLYMA.

SIEMIVM, *loci nomen, cuius Epiſcopum Domnem vocat D. Athanaſius tomo 2. in Epiſt. ad ſolitariam vitā agentes.*

SIFAITENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.*

SIGA σίγα, *Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius, apud Ptolemæum, & Melam.* Tenne *à Caſtaldo interpretatur.* Rio de Areſgol *ab Amb. Morali. Marmolius autē ſcribit ſic à neotericis nominari. ipſe verò* Tefnete *vocat.* SIGA *Colonia Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo, Solino, & Straboni. Syphatis regia quondam, vt Plinius refert.* Humain, *Caſtaldo:* La Guardia, *Oliuario dicitur. At* Areſgol *Marmolio. cui magis fido. Ab hac Siga III. M. P. verſus Orientem, habet Antoninus* SIGENSEM *Portum: Ad oſtium Sigæ fluminis veriſimile.*

SIGALA σιγάλα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.*

SIGANA σιγάνα, *Ptolemæo vrbs, in Arachoſia.* SIGARA *habent interpretes.*

SIGANIA, *Plinio fluuius eſt Colchidis: fortaſſe* SINGAMES σιγγάμης, *Arriani. Vide* SINGAMES.

SIGARA, *vide* SIGANA.

SIGARON *mons, vide* SIGORVM.

SIGATHA σίγαθα, *Libyæ vrbs, apud Stephanum, ex Strabonis 17.*

SIGDELES, *vide* SYLINA.

SIGE σίγη, *Stephano Troadis vrbs, alia à Sigeo.*

SIGENSIS *Portus, vide* SIGA.

SIGERTIDIS, *vide* TESARIOTI.

SIGESTERICÆ *ciuitatis, in Gallia: meminit Matiſconenſe concilium 11. An à Segeſtero?*

SIGEVM σίγειον, *Ptolemæo.* σιγιας *Calabro. Troadis promontorium, è regione Tenedus inſulæ. Ida promontorium vocat Ariſtoteles 5. Animal. Aeliano & Pomponio opidum quoq; eſt.* Ianizzari *video appellari, à Nigro, Sophiano, & Belonio. Sigeum quoque* RHOETEVM ῥοίτειον, *appellatum ſcribit Canterus in Lycophronem. Duo tamen diuerſa ſunt apud Strabonem 13. ſed ſibi inuicem vicina opida. ſic quoque apud Plinium.*

SIGGVITANÆ *Eccleſiæ meminit in Africa, Coll. Carthag.*

SIGIA, *vide* TROIA.

SIGILLARIA, locus vbi Gellius ſcribit ſe cum Iulio Paulo ſediſſe. lib. 5. cap. 4. In Vrbe fortè.

SIGINDVNVM σιγίνδυνον, Ptolemæo Myſiæ Superioris opidum. SINGIDVNVM Antonini eſt, & SIGIDVNVM Zoſimo 3. Senderinum Lazius, Simedio Marius Niger putat. Vide SPENDEROBIS.

SIGINNI σιγυννοὶ, gens Perſicis viuens moribus. Strabo 11.

SIGIPEDES populi, apud Treb. Pollionem, in Aureliano Imp. Fortè ijdē cum SICOBOTIBVS. Vide SCYTHÆ.

SIGIPLOSII, vide GIPLONSII.

SIGIVM σίγιον, Mons, Straboni: qui SETIVM σήτιον, Ptolemæo & Auieno. In Galliæ Narbonenſis ora maritima eſt. Cluſius dicit nunc Cap de Sete vocari. Hermolaus putat MESVAM collem apud Pomponium eſſe, & hodie Pullerium dici ferè credit. (vrbem Mōtpellier vult dicere.) Vide HERACLEA.

SIGIVNTEM σιγιουντα, vrbem Auſoniæ, in ora Italiæ, habet Appianus 5. Ciuilium. quam ſcribit ab Auſonianis captam.

SIGLVRIA, vide SYNCERIVM.

SIGMANVS, vide IGMANVS.

SIGNANI, Aquitaniæ populi. Plinius 4. cap. 19.

SIGNIA Liuio. SIGNINI Plinio, SIGNINA σίγνινα, Stephano, ex Strabone, vt addit. apud quem tamen σιγνία, vt apud Liuium reperio. Coloniam deductam habet Frontinus. Italiæ circa viam Latinam vrbs, in Latio. SIGNIA monte Lepino. ſic Columella 10. SEGNIA eſt apud Frontinum Nanſij. Segna hodie. SIGNIA etiam Aſiæ Minoris mons: ad cuius radices Apamia deſcribitur à Plinio 5. cap. 19.

SIGNINVM caſtellum Sauoiæ (vel Sabaudiæ) habet Surius in S. Anthelmi vita.

SIGNITENSIS in Africa epiſcopus. Coll. Carthag.

SIGNOSA, vide SARDINIA.

SIGO σιγὼ, Galilææ vrbs, Ioſepho, circa finem 2. de bello Iudaico.

SIGOBRIGA, vide SEGOBRIGA.

SIGORVM σιγορων, mons, circa Niſibim, in Meſopotamia. Sozomenus. eandem SIGARVM Calliſtus vocat.

SIGRIANA σιγριανῆ, Mediæ regio, Ptolemæo, & Straboni.

SIGRIANI σιγριανοὶ, montes in Aſia Minori, circa Propontidem. Conſt. Porphyrogenneta. quem B. Vulcanius propediem Græcolatinum editurus eſt. SIGRIANÆ meminit quoque Metaphraſtes, in S. Ioannicij vita.

SIGRIVM, vide ARGENNVM.

SIGRVM σίγριον, Tenedi portus, habens Dianæ ſtatuam. Phauorinus.

SIGVA σιγῦα, apud Ptolemæum Armeniæ Maioris vrbs.

SIGVLONES σιγούλωνες, Germaniæ gens. Ptolemæus.

SIGVS, fluuius circa Helleſpontum. Nicetas. Vide ESIGVS.

SIGYMNI σίγυμνοι, gens circa Colchidem, ad Pontum Euxinum, Orpheo.

SIGYNÆ Σιγυνναι, Ligures ſunt, qui ſupra Maſſyliam habitant. Herodotus 5. vide SIGYNNI.

SIGYNNI σιγυννοι, Apollonio 4. gens circa Iſtri fluminis paludes. Fortè ijdem cum SIGYNIS σιγύνναι Herodoti, in ſua Terpſichore: vbi hos ad Iſtrum fluuium verſus Boream deſcribit. Sigeiner fortè hodie.

SIGINNVS σίγυνν☉, Ægyptiorum vrbs. Stephanus: ex Cteſia.

SIHOR, & LABANATH, ſic Ioſua 19. pro duobus opidis. And. Maſius ſine copula legit, & putat torrentem ſignificare, ſiue Belum fluuium, quem quoque Pagido vocant. vide NILVS.

SIL, vide EXIL.

SILA Silua, σίλα, Straboni in Brutiis propè vrbem Mamertinum. Plinius huius etiam meminit. SYLA eſt apud Virgilium & Vibium. RHEGINORVM SALTVM à Solino vocari annotauit Barrius. huius vina laudat 12. Variar. Caſſiodorus. Brutianum vocant, inquit Niger. La Sila hodie per excellentiam vocari ab incolis, ſcribit Laur. Ananienſis patereq; in circuitu ad ducenta M.P. ſcribit Scipio Mazzella. CARMINIANENSIS videtur vocari, in Lib Notit. An & CARMEIANVS quoque in lib. de Limitib. Arborum tanta varietate diſtinctam, vt id Naturæ opus mortalium ſolertia diſtributum, videri poſſit, ſcribit Gab. Barrius fol. 113. ſuæ Calabriæ. SILA vrbs, (mihi obſcura) eſt apud Strabonem 6. quam dicit à Iapygia diſtare milliaria IↃLXII. verſus Aquilegiam, vt videtur. Vide SIDEN.

SILACENI, vide SAGAPENI.

SILACHE σιλάχη, Indiæ quædam vrbs, vnde laudatius ambar venit. vt tradit Simeon Sethi.

SILÆVM σιλαιον, Ptolemæo Arabiæ Felicis opidum. Per Y in prima interpretibus.

SILANA, Macedoniæ aut Theſſaliæ opidum, Liuio 36.

SILANDVM, Lydiæ vrbs. Concilium Chalcedonenſe eius meminit.

SILARVS σίλαρ☉, Ptolemæo, Melæ, Virgilio, Plinio, & Straboni, Campaniæ fluuius. D. Nigro Sili nuncupatur. Selo Ligorio. SILER Lucano & Vibio eſt. Strabo eum Campanorum & Picentinorum terminum facit. Salernum præterire ſcribit Sulp. Verulanus. Lucaniæ facit Pomp. Sabinus, & addit eum in mare exire circa Leucaſiam inſulā. Mons Lucaniæ eſt Philargyrio, ad 3. Georg. Vide CETON.

SILBIANI, vide SILBIVM.

SILBIVM σιλβίον, Iapygum in Italia opidum. Samnitibus à Romanis ereptum, habet Diodorus 20 SILVIVM alijs. In Phrygia Maiori vrbs eſt, apud Ptolemæum. vnde SILBIANOS Plinij puto. Vide SILVIVM, & SYLIVM.

SILDA σίλδα, Mauritaniæ Tingitanæ opidum mediterraneum, Ptolemæo. Coloniam eſſe, apud eundem legit Onuphrius, ſuo iure. GILDA Antonini, vt credit Simlerus.

SILE, Ægypti Inferioris opidum, Antonino. SELLA in Lib. Notitiar. Hieronymo Suritæ.

SILEI Ficus. Huius mentio eſt apud Ioannem Damaſcenum, in vita S. Stephani Iunioris. Lyciæ maritimus locus videtur. vide SIDEN.

SILEMSILENSIS Epiſcopatus, in Africa. Coll. Carthag.

SILENI, circa Indum fluuium gens, apud Plinium.

SILENIARVM Σιλωνιων Littus, Aeſchylo in Perſis.

SILENSIS, & SILLITANI epiſcopus Numidiæ. Vict. Uticenſ. SILLITENSIS eſt in Coll. Carthag.

SILER, In Lucania, opido Alburno. ſic Vibius. Pro Alburno, legit Bocatius Salerno, fluuij nom̄ ē. Vide SILARVS.

SILESTANTINA, vide ETHERON.

SILI σιλοι, Aethiopes ſub Aegypto, Straboni. SIMI per M. vocantur ab Agatarchide. quod ante me vidit Paullus Leopardus in Emendationibus.

SILIA, vide SIDEN.

SILICA σιλίκη, Ptolemæo vrbs in Libya Interiori.

SILICENÆ, vide CILICENÆ.

SILICENSE flumen, in Hiſpania Bætica. apud A. Hirtium de bello Alex. cui impoſita eſt Segouia. Rio de las Algamitas putat hodie Moralis. Circa Singilim eſſe, aut idem cum eodem puto.

SILICES montes, circa Meſopotamiam alicubi, Plinio: & SILICI populi, ibidem, eidem. SILICIÆ Commune, legi apud Ciceronem. pro Republica Siliciæ, annotauit Stewechius ad Apuleium.

SILILIS, vide SELINVM.

SILILITENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

SILIMNVS. Vectis, Silimnus, ſic Plinius 4. cap. 16. corrigit Fr. Iunius, & legit, Vecteſis, Limnus. Rectè mea quoque ſententia, cui ſuffragatur item Ptolemæus. Vide LIMNOS.

SILINDIVM σιλινδιον, opidulum iuxta Idam. Stephanus, ex Demetrio Sceptio.

SILINGI, (Wandali ſic cognominati) populi in Bætica, ab Honorio Imp. bello extincti. Iſidorus in Gothorum, & Wandalica hiſtoria. Vide SYLINGI.

SILINVS σιλινοῦς, Elidis fluuius, qui agrum Scilluntium tranſit. Pauſanias. SELLENVS Xenophontis, & SELINVS Strabonis eſt.





SILIS, Venetiæ fluuius ex Tauriſanis montibus oriens, vt Plinius tradit. Plauo hodie dici, auctor eſt Coriolanus Cepio. Ego Sil hactenus nominari credo. Vide TANAIS, & ALSA.

SILISSVM, vide HILISSVM & EILISSVM.

SILLA σίλλα, Indiæ fluuius, ex monte cognomine effluens. neque decurſu alterius fluminis auctus, à terra abſorbetur. Diodorus 2. vide SIDEN.

SILLIA, locus circa Cæſaream Philippi, G. Tyrio.

SILLITANVM, vide SILENSIS.

SILLYVS σίλλυ☉, Ioniæ vrbs, iuxta Smyrnam. Stephanus.

SILOE, vel SILOAH, aut SILVHA, riuus Hieroſolymitanus: dicitur quoque, vt vult in ſuo Paradiſo, libro ſecundo ſui Chronici Beroaldus, GEON, vel GEHON, GION, GIHON, & GVIHON in Sacris litteris. ſed hunc alium aſſerit eſſe ab eo quem Paradiſum rigare ſcribunt. σιλωὰ natatoria eſt apud D. Ioan. cap. 9. Vrbis nomen quoque eſt σιλον, Ioſepho Antiq. 5. cap. 1. & 8. cap. 2. quæ SYLO Iudicum 1.

SILPHIOFERA σιλφιοφορ☉, regio in Africa: Pentapoleos regionis. Ptolemæus.

SILPIA, vrbs in Hiſpania Liuius 28. Vide HELINGAS.

SILPIVS, vide SILTIVS.

SILTIVS σίλπι☉, mons iuxta Antiochiam Syriæ, vbi locus dictus ιωπολις, Euſtathio. Cedrenus addit vbi poſtea Antiochiam à Seleuco conditam. ſed hic SILPIVS σίλπι☉, per P ſcribit. vt quoque Saidas, in voce Io.

SILVA Candida, locus in Ducatu Romano Italiæ, cuius Epiſcopum non ſemel ſynodis Romanis interfuiſſe, ex Conciliorum opere conſtat. Meminit huius etiam Chronicon Sigeberti, & Marcellini Comitis. Ex Baronio habeo, decimo ab Vrbe lapide eſſe, via Aurelia. In Tuſcia nempe. Deſtructum autem hodie, intelligo ex Ligorij Regni Neapolitani Tabula. SILVA Malitioſa, in Sabinis, teſte Liuio 1. vbi atrox prœlium fuit, inter Sabinos & Tullum regem. ὕλην κακάρρον, vocat Halicarnaſſæus. SILVA Herculi ſacra, deſcribitur à Tacito 2. Annal. inter Viſurgin & Albim flumina. Hardtzwaldt hodie hoc loco fortè. Eſt enim medio ferè itinere inter hæc duo flumina. & nomen vtcunque alludit. Non neſcius tamen ſum hanc vocem ab aliis à hartz quod reſinam, & waldt quod ſiluam ſignificat, factam exiſtimari. & verius fortaſſè.

SILVANECTVM, Galliæ opidum, cuius meminit lib. Notit. in Belgica II. in Subanectis, ni fallor. Per Y in prima quoque ſcribi video. Senlys vulgo, vt Cœnalis refert.

SILVANI Lauacrum, habet Ammianus 28. In Campania, circa Puteolos aut Caietam. SILVANI Lucus, in Tuſcia, propè Ceritis amnem: Virg. 8. Æneid.

SILVANIS, vide SYLVANIS.

SILVI Epiſcopatus, in Pamphilia, teſte concilio Conſtantinopolitano: ſub Damaſo I. habito.

SILVIA, vide SALVIA.

SILVIACVM, pagus Bononienſis, in Gallia Belgica. Vita S. Wulmari. Huius meminit quoque S. Lupus in Epiſtolis.

SILVIANVM, vide SILVIVM.

SILVINI, vide SILVIVM.

SILVIVM σιλούιον, Peucetiorum mediterranea vrbs videtur apud Strabonem, & Diodorum 20. SILVIVM & SILVIANVM Antonini. SYLVINOS, habet Plinius, lib. 3. cap. 11. vide SILBIVM.

SILVRES, Tacito & Antonino ſunt Britanniæ Inſulæ populi, ea Angliæ parte vbi hodie Wencelande eſt: Ioanne Lelando teſte. Silurum σίλυρες, meminit etiam Strabo, & Ptolemæus.

SILVRVM Inſulæ, deſcribuntur ſic à Solino, ab ora quam gens Britannica Dumnani tenent. ſic legit Delrio, niſi quòd pro inſulæ, inſula numero ſingulari habet. Sed hoc loco apud Solinum magna eſt exemplariorum varietas, vt videre eſt apud eumdem Delrio, & Camertem, vbi in hunc locum commentatur. Si pro Dumnani, (vt Delrio) vel Dumnoni (vt Beroaldo placet) Damonij poſſit reſtitui, ego eas eſſe dicerem quæ hodie à noſtris nautis Sorlinges, à Britannis aut Anglis Silley vocantur, tum quòd obiaceant Damonij promontorio Ptolemæi: tum quòd vocabuli ſonus non malè alludat: nec non, quòd, vt Tacitus in vita Agricolæ dicit, contra Hiſpaniam poſiti, & proximi Gallis. Sed malo doceri ab aliis, quam meam ſententiam doctioribus pro indubitata ſubſtituere. Ioannes Camers ait ex Geographis non bene percipi, quæ ſint hæ inſulæ, niſi NESIADVM inſulas intelligamus, de quibus hoc tractu Dionyſius. ACMODÆ fortè Plinij ſunt, quas ſeptem numero deſcribit. totidem enim alicuius nominis hodie ſunt Sorlingæ. Vide SYLINA.

SILVRVS Mons, Auieno circa Hiſpaniam Bæticam eſt. An Solorius Plinij?

SILVVM σίλυον, Ptolemæo Pamphyliæ vrbs.

SILYS, Scytharum lingua vterq; fluuius dicitur; ille nempe qui Latinis TANAIS vocatur, & Europam ab Aſia diuidit: & IAXARTES qui in Hyrcanum mare effunditur: auctor Plinius. Non mirum ergo ſi decepti homonymia Alexandri Magni milites, cùm ad Iaxartem appellaſſent, ad Tanaim ſe perueniſſe putabant: maximè, ſi verum eſt, quod Arrianus ſcribit, hunc nempe IAXARTEM (in Græco ὀρξάντης eſt) etiam TANAIM appellari: nam duos ille eius nominis fluuios facit. Sed Iornandes etiam duplicem Tanaim habet, diſtinguens inter eum qui ex Rhyphæis montibus, in Mæotidem paludem: & alterum, qui ex Chrinnorum montibus, in Caſpium mare dilabitur. Idem ferè Strabo lib. 9. vide TANAIS, & IAXARTES.

SIM, regio vnde adferri ſcribit Serapio camphora.

SIMÆTHVS σίμαιθος, Ptolemæo & Ouidio. SIMETOS Vibio. Per Y legitur apud Strabonem, Plinium, & Thucydidem. Siciliæ fluuius. Hodie S. Pauli nomen habere, aiunt Fazellus & Aretius. Lazaretto Leandro dicitur. Huius fons, vt habet libellus Anonymus, qui huius inſulæ accuratam deſcriptionem Italica lingua continet, hodie Mucuba, Lucchiola, Canal calagno, & Fonte Ferrato vocatur. Hunc fluuium non rectè à Ptolemæo inter Catanam & Taurominium poni, annotat Fazellus. SYMÆTHIOS populos habet quoque Plinius, ad hunc fluuium. Vide TIMETHVS.

SIMAITANORVM ciuitatis Phrygiæ Pacatianæ, meminit ſynodus Conſtantinopolitana V.

SIMANA σίμανα, Bithyniæ vrbs, inter duo flumina. Steph.

SIMAS, vide APSASIVM.

SIMBRIVIVM, de quo Silius 8. Quæq; Anienis habent ripas, gelidoq; rigantur Simbriuio. Nomen retinere, ſcribit Pet. Marſus, ad hunc locum. Tacitus 14 Annal. apud Simbruina ſtagna, cui SVBLAQVEVM nomen eſt. Idem 11. Annal. habet Simbruinos colles, in Latio. IMBRIVINI mauult legere Lipſius. Conſule eius Notas, in dicta loca. Vide IMBRINIVM.

SIMEDICITAS σιμηδικίτη, Epiſcopus Adeſodatus, in Africa. Canones concilij Carthaginenſis. SIMIDICCENSIS meminit Coll. Carthag.

SIMENA σίμηνα, Lyciæ opidum, circa Tauri montis promontorium. Stephanus & Plinius.

SIMENI σιμηνοι, Albionis inſulæ populi, apud Ptolemæum: quos Lelandus Auonianos appellat. Hamshirenſes ſunt Neuyllio. Pro Simenis ICENOS legendum, credit Camdenus.

SIMERTÆ, vide MERTÆ.

SIMETOS, vide SIMÆTHVS.

SIMI, vide SILI.

SIMILÆ Lucus, in vrbe Roma. Liuius 39. Bacchanalia ibi fieri ſolebant. LVCVS SEMELIS Minor, eſt apud Sex. Rufum, in Regione vndecima Vrbis.

SIMISTVTH σιμίςυθ, Africæ Propriæ opidum, Ptolemæo. SIMISCHI legit Latinus interpres. SIMITTV Colonia eſt Antonino. SIMITTVENSE opidum, Plinio.

SIMITTENSIS, vide SYMITHA.

SIMMARITENSIS Plebs in Africa. Coll. Carthag.

SIMMINIENSIS loci, in Africa Proconſulari: meminit Victor Vticenſ. M.S.

SIMOIS σιμόεις, Troadis fluuius, Homero 4. Ιλιαδ. Straboni, Virgilio, & Stephano. Iungitur Xantho, Vibio. Ex Ida monte in Helleſpontũ labi, ſcribit Q. Calaber 2. Eſt & Siciliæ, circa Egeſtam; vt tradit Pomp. Sabinus, in 2. Aeneid. ex Strabonis 13. vt puto. Virg. 3. Aeneid. SIMOIS eſt in Epiro, ad Buthrotum vrbem: quem Falſum cognominat. SIMOISIVS Campus eſt apud Strabonem. Ad huius fluminis oſtium eſſe Chiſime nominatum, idq́, ab hoc flumine: ſcribit Leunclauius ad Xenophontem.

SIMONIADA σιμωνιάδα, vicum in Galilææ finibus, habet Ioſephus in vita ſua. LX. ſtadiis à Magno Campo diſtantem.

SIMONITIS σιμωνίτις regio, ab Oriente Galilæam claudit. Ioſephus belli Iud. 3. cap. 21.

SIMPRIVIVM, vide IMBRINIVM.

SIMPSIMIDA σιμψιμίδα, Parthiæ opidum. Ptolemæus.

SIMVNDI, vide TAPROBANA, & PALESIMVNDVS.

SIMVNGITENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

SIMYLLA σιμύλλα, Ptolemæo, Indiæ intra Gangem promontorium, & emporium; quod idem lib. 1. cap. 17. ab incolis TIMVLA τίμυλα, nuncupari ſcribit. σίμυλλα eſt apud Arrianum, & Ptolemæum M. S. Sinticora I. Caſtaldus vocat.

SIMYRA σιμύρα, Phœniciæ vrbs, Ptolemæo, Pomponio, & Plinio. SIMYRVS apud Stephanum. alia apud eundem Pliniũ eſt Armeniæ Maioris, circa Euphratis fontem. qui fortè ISMARA Ptolemæi, aut ZIMARA, vel SINERA eiuſdem. Vide TAXYMIRA.

SIMYRVS, vide SIMYRA.

SIN Deſertum, inter Elim & Sina, Exod. 16. Idem cum CADES, Num. 33. & Ezech. 30. vbi Peluſium legit D. Hieronymus, & Chaldæus Paraphraſtes. SAIS 70. interpretes. Arenas Arabiæ hodie dici, ſcribit Poſtellus. Al-Hilet vocari, tradit Maſius. Idem duo facit loca SIN vocata, ad 15. cap. Ioſue. vide PELVSIVM.

SINA σίνα, Ptolemæo Margianæ vrbs. SENA apud Latinos & alios interpretes. Locus Lesbi ſiue Mitylenes eſt, Straboni 9. SINA ſiue IVSTINIANOPOLIS vrbs Armeniæ magnæ: vti habetur in ſynodo VI. Conſtantinopoli ſub Conſtantino Magno Imp. habita. vide SIVA.

SINACA σινάκα, Ptolemæo, SINICA interpreti: Hyrcaniæ ciuitas.

SINÆ, arum, σῖναι, Ptolemæi; Aſiæ populi ſunt, & regio: quam Caſtaldus & Moletius China nominant. Barbaris Sin dici, tradit Mar. Niger. Sed Tame ab incolis vocari, ſcribit Ber. Scalantus, & Tangis incolas. SINÆ, metropolis Sinarum, apud Stephanum, ex Martiano. THINÆ Θῖναι, Ptolemæus legit. ſed SINÆ eius interpretes. Thinas nouit etiam Strabo.

SINÆI, Palæſtinæ gens. Ioſepho 1. Antiquit. 6.

SINÆVS, & SINAI, vide MELANI.

SINAPATINGA σιναπατίγγα, Ptolemæo, TISAPATINGA eius interpretibus, vrbs in India intra Gangem.

SINARVS σίναρος, Indiæ fluuius, quem Hydaſpes in ſe recipit. Arrianus in Indicis. Vide SARVS.

SINCAR σίγκαρ, Mediæ vrbs, Ptolemæo.

SINCIACVS pagus, ad Rhenum. Eginharto lib. 3. tranſlationis D. D. mart. Marcellini & Petri. Sinſich puto hodie.

SINCIVM, Antonino Pannoniæ vrbs: vbi caſtra. SINTIVM alia lectio.

SINDA σίνδα, Piſidiæ vrbs, Straboni. Stephanus in Αμϐλαδα, vbi hunc locum citat, ἴσινδα legit. In confinibus Galatiæ & Cappadociæ, Plinio. Eſt & vrbs iuxta Magnum ſinum Indiæ, Stephano. In India extra Gangem, Ptolemæo. Vide SINDE, & SINDI.

SINDÆ, Inſulæ tres maris Eoi: vt Ptolemæi Latini habẽt: Hæ Celebes, Gilolo, & Ambon, à Gerardo Mercatore interpretãtur. In Græcis codicibus, hoc Sindæ vocabulum non reperitur; ſed eius loco, ANTROPOPHAGORVM inſulæ tres.

SINDAGA σινδαγα, Parthiæ opidum. Ptolemæus.

SINDARVS, vide CYRRHVS.



SINDE σινδη, Phœniciæ maritimus pagus, à Tyro XX. ſtadiis diſtans. Euagrius 4. cap. 7.

SINDENA σινδηνη, Palæſtinæ vrbs, 50. ſtadiis à Cæſarea Paleſtina. Euagrius.

SINDESSVS σινδησσός, Stephano Cariæ opidum.

SINDI σινδοὶ, populi ſunt in Corocondama peninſula, ad Mæotidem paludem, Arriano, Stephano, & Dionyſio: quos Euſtathius etiam ZINCHOS appellatos addit. ZINGOS hoc tractu habet Plinius. SYNDONES Mela, & SYNDOS apud eos ciuitas. σινδα vicus Ptolemæo. & σινδικὸς portus, qui σινδικη, Arriano. ζιγχοι habet etiam Arriani Periplus. Sunt & Sindi, Apollonio 4. & Flacco 6. circa Danubij oſtia. Vide INDI, DOSCI, SINDIANI, SINTI, & ZIGÆ.

SINDIA σινδία, Lyciæ opidum Stephano.

SINDIANI σινδιανοι, Scytharum populus, circa Mæotidem paludem. Lucianus in Toxari. Eoſdem cum Sindis, & Sintis puto.

SINDICENVM, vide TEANVM.

SINDICVS Portus, vide INDI.

SINDOCANDA σινδοκάνδα, ciuitas Taprobanæ. Ptolemæus.

SINDOMANA σινδόμανα, Muſicani regionis caput, apud Arrianum 6. Alexandri.

SINDONÆI σινδοναῖοι, apud Stephanum eſt Thraciæ gens: ex Hecatæo. SITHONIOS Plinij credo.

SINDONALIA σινδοναλία, Indiæ locus, Straboni 15. vbi Sabutæ habitant. SINDOLIA alia ſcriptio. vt annotauit Caſaubonus.

SINDVM, vide SINTHVS.

SINEAR, vide BABYLONIA.

SINERA σίνηρα, Phœniciæ vrbs, Stephano. Armeniæ Minoris vrbs, ad Euphratem, Ptolemæo: vbi eius interpretes SINIBRA legunt. Erzirum nunc vocari, putat Thomas Minadoius. Vide TAXYMIRA.

SINERVAS, Antonino vrbs, in Armenia Minori.

SINGA σίγγα, Comagenæ regionis in Syria opidũ. Ptolem.

SINGÆ, apud Plinium Indiæ populi.

SINGÆI σιγγαῖοι, Græciæ populi, in confinibus Macedoniæ & Thraciæ mihi videntur, apud Thucydidem 5. SINGI vrbis fortè incolæ, ad Athon montem. Vide SINGVS.

SINGAMES σιγγαμης, Colchidis fluuius, in Periplo Arriani. SIGANIA fortè Plinij. Vide SIGANIA.

SINGARA σίγγαρα, vrbs Meſopotamiæ, ad Tigrim fluuium, Ptolemæo. Ad Euphratem, Arabum Rhetauorum, eſt apud Plinium. SINGRA apud D. Athanaſium. Stephanus Arabiæ vrbem habet iuxta Edeſſam. Ammiano 18. & Eutropio 10. locus videtur circa Perſidem. SYNADA ibidem legit Accurſius. vide SINGARENA.

SINGARAS σιγγάρας, Ptolemæo Meſopotamiæ mons. Atalib ex Tabulis videtur. Niger tradit eum Sima dici.

SINGARENA regio, aut vrbs eſt Sex. Rufo. eadem forſan cum Singara Ptolemæi, in Meſopotamia, ad Tigrim fluuium. quo loco Singara apud Ammianum 25. SINGARENA legit Pomponius Lætus, in Iouiano.

SINGAS, vide MARSYAS.

SINGIDAVA σιγγίδαυα, Daciæ vrbs. Ptolemæus. Enyed hodie, ſiue Germanicè Engetpn, vt Lazius docet.

SINGIDONVM, habet Pannoniæ vrbem Iornandes, Tripartita hiſtoria, & Aurel. Victor in vita Iouiniani Imp. Hanc Lazius non procul à Sirmio ſtatuit, in loco vbi hodie Segetincia viſitur.

SINGILIA, vide SINGYLIA.

SINGILIVS, vide SINGVLIS.

SINGINDVNVM, vide SINGIDONVM.

SINGITICVS σιγγιτικὸς, Sinus, apud Ptolemæum, Macedoniæ eſt. ELIACVS ἐλιακος, videtur à Diodoro lib. 11. nominari. Golfo de Monte Santo, dicitur à Caſtaldo.

SINGONE σιγγονη, Ptolemæo Germaniæ opidum.

SINGRA, vide SINGARA.

SINGRIVM, vide ARGENNVM.

SINGVLARIVM Coloniæ, meminit Goltzius in ſuo Theſauro. Alam Singulariũ excitatam olim à Vitellio, deinde





in partes Veſpaſiani tranſgreſſum, habet Tacitus 4. Hiſtoriar.

SINGVLIS, Vide SINGYLIA.

SINGVS σίγγος, vrbs circa Athon, Plinio, Herodoto, & Stephano. Chalcidis regionis; vt habet Ptolemæus. SOGOSTEDES loco Singi, plurima legunt Plinij exemplaria lib. 4. cap. 10. SYGOSTELOS, & SIGGOSTEDES etiam M. S. codex.

SINGYA σίγγυα, Pamphiliæ ciuitas, apud Stephanum.

SINGYLIA habent marmoreæ inſcriptiones, vt mihi teſtatus eſt Car. Cluſius, vbi hodie Antiquera eſt: item Moralis, qui addit incolas FLAVIOS dictos. SINGILIA apud Plinium eſt. ANTICARIAM habet hoc tractu Antoninus, & ANTKARII. SINGVLIS eodem loco Plinio fluuij nomen in Bætim influentis, quem idem Cluſius & Moralis Xenil interpretantur. Guadaxenil Nanagierus, quod idem eſt. Guada enim fluuium ſignificat. SINGILIVS legitur malè apud Iſidorum. Vide ANTICARIA, & SICICENSE.

SINHAR, Vide SENNAR.

SINHORIVM caſtellum, in Colchide, Ammiano.

SINIBRA, Vide SINERA.

SINICA, Vide SYNICENSIS.

SINIS COLONIA σινὶς κολωνια, Ptolemæo Melitenæ vrbs, in Armenia minore, ad Euphratem fluuium. Eandem eſſe cum COLONIA κολόνεια, Procopij lib. 3. Ædific. Iuſtiniani, credit SWalenbergius. σίνις quoque in Attica locus, Plutarcho in Romulo. SINISTENSIS Tractus meminit in Africa, D. Auguſtinus, Epiſtola 128. ad Donatum, & SINITENSIS, Coll. Carthag. & Vict. Vticenſ. M. S. Vide SIRIS.

SINNA σιννα, Duas huius nominis vrbes, habet Ptolemæus, in Meſopotamia. SINNA, & ORBA, ciuitates prouinciæ conſularis ſunt, in Opere conciliorum. Neſcio vbi locorum. Itidem BOSSA. Vide SYNNA.

SINNACA σίννακα, montana loca circa Carrhas, Appiano in Parthicis, & Plutarcho in Craſſo. Apud Strabonem vrbs videtur. An Sinna hæc Ptolemæi?

SINNAN, vide BORRANA.

SINNARITA, vide GIGITA.

SINNAVS, lacus in Aſia; qui circumnaſcente abſynthio inficitur. Plinius. ANEVS legit Hermolaus: ab Anæa Cariæ opido.

SINIPSENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

SINOESSA σινόεσσα, Siciliæ opidum eſt Stephano. Pro Sinueſſa fortè, quæ in ea Italiæ parte, quæ huic auctori ſub Siciliæ nomine non ſemel deſcribitur.

SINONIA, Tyrrheni maris inſula, apud Melam & Plinium. quæ Ianuti à Pineto dicitur.

SINOPE σινώπη, quam Dionyſius epitheto ἀλίκλυστος, id eſt, mariſona, ornauit. Aſiæ Minoris vrbs & colonia eſt, in Paphlagonia, ad Pontum Euxinum ſita; Ptolemæo, Straboni, Polyæno, Plinio, & aliis teſtib. Dionyſio verò in Cappadocia videtur: cùm dicat Aſſyriam (cuius incolas Cappadoces & Leucoſyras vocat) eouſq́, protendi. Xenophon eam Colchis tribuit. CHERSONESVS antea dictam, tradit Herodotus, in Melpomene. CASOS κάσος, Homero vocari, dicit Tzetza. Pordapas hodie nominari, teſtatur Chalcondilas. qui eam accuratè deſcribit. Sinabe à Turcis dici, ait Leunclauius. Sinopicam Cherroneſum, vocat Euſtathius. Cherſoneſus & Sinope, diuerſa ſed vicina loca ſunt Plutarcho, in Lucullo. SINOPE Euſtathio fluuius eſt, iuxta Sinopem vrbem. Vide SINVESSA.

SINOPIVM σινώπιον, Memphidis mons, eſt Euſtathio. In Aegypto.

SINOREGEM σινόρηγα, Aſiæ Minoris caſtellum, habet Appianus in Mithridaticis. SINORIA Strabonis eſt.

SINORIA, vide SINOREGEM.

SINOS, vide SIVA.

SINOTIVM σινώτιον, Nouum, & Vetus: Dalmatarum opida. Strabo.

SINOVSA, vide ARNE.

SINSII σίνσιοι, Ptolemæo populi in Dacia.



SINTÆ σίνται, Africæ Propriæ populi, Straboni 2. Vide SENTITES.

SINTHVS σίνθος, vrbs iuxta Thermæum ſinum, Stephano, ex Herodoti 7. vbi nos SINDVM σινδον, legimus. SINTHVS in Arrbiani Periplo vocatur maximus Indiæ fluuius, ſeptem oſtijs in mare Rubrum exiliens. ſed INDVM innuit, & ſic quoque ſcripſiſſe puto. vltimum autem elementum verbi præcedentis huic vitiosè præpoſitum exiſtimo. Cauſſam lege in verbo COMBOS, & alibi in hoc Theſauro. Vide INDVS.

SINTI σιντοι, populi, qui paullo ſupra Boſporum habitant. teſtis Polyænus 8 & Orphei Argonautica. SINDOS aliorum puto. Vide THRACIA.

SINTIA σιντία, Macedoniæ vrbs: iuxta Thraciam, Stephano & Orpheo, cuius incolæ SINTII vocantur, apud Thucydidem. SINTICAM regionem habet ibidem Ptolemæus, & alij. SENTICA Cæſari hæc, à qua Heracleam Senticam cognominat.

SINTICA, vide SINTIA.

SINTII, Lemni inſulæ incolæ. Vide LEMNOS.

SINTIVM, vide SINCIVM.

SINTOEVM σίντοιον, Armeniæ caſtellum. (Minoris, vti ego auguror.) Stephanus.

SINVESSA Plinio, SOESSA σόεσσα, Ptolemæo, per O. (per V enim alia ab hac eſt) Campaniæ vrbs eſt maritima. Liuius lib. 10. deſcribit eam iuxta agrum Falernum, dicitq́, Græcam vrbem fuiſſe, & SYNOPE dictam: deinde à colonis Romanis SINVESSAM appellatam, idem Plinius: ſed Sinopen per I legit, rectè. Sinueſſa hodie adhuc nominari, tradit Marius, Leander; & ocularius teſtis Hub. Goltzius, qui totam interiiſſe mihi affirmauit: tantum ſupereſſe inter eius ruinas, exiguum opidulum, Rocha de Monte dragone dictum. SENOESSANOS σινοεσσανοι, habet Stephanus, ex Polybio. Inde SINVESSANÆ Aquæ, Plinio in Campania ſunt. Horum quoque meminit Martialis 11. ad Nymphas. Acque de monte Dragone, ſunt hodie, Ben. Falconio. SINVESSANI Fundi non ſemel meminit Cicero, ad Atticum. Vide SVESSANÆ.

SINVNIA σινυνία, Parthiæ vrbs, Ptolemæo: OENVNIA legunt eius interpretes. Videtur apud Ammianum GENONIA vocari.

SINVS, vide CNECEVS.

SINVS Triſtis, vide ASPHALTES.

SINZITA σινζίτα, Murianæ regionis vrbs, in Armenia Minori. Ptolemæus.

SIODA σιόδα, Albaniæ vrbs, apud Ptolemæum.

SION, vide HIEROSOLYMA, & MORIA.

SIONIA σιωνία, Stephano Pontica vrbs.

SIOR, Palæſtinæ locus, Ioſue 15 & 19.

SIOSTA, Daciæ Ripenſis vrbs, lib. Notit.

SIPARVNTVM σιπαρουντον, apud Ptolemaũ. Dalmatiæ vrbs.

SIPH σίφ, Palæſtinæ terra. 1. Samuel. 9. Mare SIPH, Iud. 11. quod alij ἐρυθρας, i. Rubrum, vertunt.

SIPHÆ σιφαὶ, Ptolemæo, Stephano, & Plinio, Bœotiæ opidum, ad ſinum Criſſæum, Roſa Sophiano dicitur. Vide TIPHA.

SIPHARE σιφάρη, Ptolemæo Ariæ vrbs.

SIPHARVM σιφη, lacus, qui producit mugilum genus, quod pinnulis caret. Ariſtoteles de Animal. 4. cap. 19.

SIPHNOS σίφνος, Suidæ & Ptolemæo exigua inſula inter Cyclades. Quondam ACIS, & MEROPIA dicta, teſte Plinio. μερόπη, habet Stephanus. SIPHONOS corruptè apud Antoninum legitur. Hodie Siphano vocari, ſcribit Sophianus. Vide MELOS.

SIPHONOS, vide SIPHNOS.

SIPHRIS, opidum CL. ſtadiis ab Amida opido diſtans. Meſopotamiæ videtur, apud Procop. 1. Perſicor. SYFREA, eſt apud Marcellinum Comitem.

SIPIA σίπια, locus ſic dictus, in Peloponneſo, apud Tirynthũ. Herodotus in Erato. In Gallia Lugdunenſi quoque locus. teſtis Peutingeriana tabula.

SIDII, vide THRACIA.

SIPLVSIANVM, prædij nomen eſt apud Sidonium 2. Epiſtol. ad Domitium. Vinetus PLVSIANVM legit. PRVSIANVM per R. eſt in codice meo membraneo. Circa Nemauſum videtur.

SIPOLIS, vrbis nomen circa Palæſtinã. Ioſippo Hebræo.

SIPONTVM Straboni, Liuio, Plinio & Caßiodoro; SIPVNTVM Melæ, qui addit SIPYVS à Græcis dici. SEPIVS σηπιοῦς, habet Strabo. SEPVS σηπῦς, Ptolemæus. SIPVS σιπῦς, Stephanus. Apuliæ Dauniæ vrbs eſt, & colonia Romana. Siponto adhuc hodie dici, ſcribit Leander. Apud Platinam & Iouiũ Mamfredonia eſt. Vide SEDISSA.

SIPPARA σιππάρα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

SIPPHARA σιπφάρα, Meſopotamiæ vrbs, Ptolemæo. Caſtaldus tradit hanc hodie Viſſaopatan dici.

SIPPORVM σίππων, Epiſcopatus, meminit Socrates in Eccleſiaſtica hiſtoria. Syriæ videtur.

SIPTE σίπτη, Thraciæ vrbs, apud Pauſaniam, ad finem primi libri Eliacorum.

SIPVS, vide SIPONTVM.

SIPYLINE, vide SIPVLVS.

SIPYLVM, quod antè TANTALIS vocabatur: caput Mæoniæ, vbi nunc eſt ſtagnũ SALE. Plinius lib. 5. cap. 29. Pro Sale σαλον, legit Pauſanias. Idem alio in loco, circa Sipulum habet TANTALI Stagnum, pro eodẽ fortaßè. Solynus quoq; auctor eſt, Sipylum antea Tantalũ dictum.

SIPYLVS mons, σίπυλος. Aſiæ Minoris, ad Mæandrum fluuium: prius CERAVNIVS κεραύνιος, dicebatur: auctore Plutarcho, in libello de fluminibus & montibus. PHLEGRÆVS Campus appellatur ab Ariſtotel. 2. Meteorolog. Lydiæ mons eſt, Vibio. Lydiæ, & Phrygiæ, Heſychio. SIPYLVS, montis nomen eſt in Peloponneſo, Pauſaniæ in Achaicis. Sipylum montem, hodie Cuſinas κουσινᾶς, vocari tradit Ioannes Lydus. ſed cuius regionis, non diſtinguit. SIPYLVM Aſiæ vrbem, quam IDÆAM cognominat, (quod circa Idam erat) terræ motu euerſam, deſcribit Strabo 1. & 12. Suidas habet SIPYLINEN vrbem. & SIPYLVM nomen loci, aut fluuij. SIPYLVM Lydiæ vrbẽ vocat Placidus. ad 6. Metamorph. ipſe viderit.

SIR σιρ, magna vrbs & populoſa, princeps Illyriorum. & SIRIS σίρις, fluuius. Sic Suidas. Vide SEIR.

SIRA σειρα, 2. Samuel. 3. puteus. Ioſepho Βησιρα eſt, viginti ſtadiis ab Hebron.

SIRACELLA, Antonino Thraciæ vrbs, inter Traianopolim & Apri. SYRASCELE, & SYRACOLLA legit quoq; Simlerus.

SIRACES populos, à Semiramide regina deficientes, habet Polyænus 8. de Semiramide. Achardeum fluuium accolunt, auctore Strabone. apud quem SIRACI σιρακοί, vocantur. & eorum regio SIRACENA ſupra Caucaſios montes, in Aſia. Seraceni per n ſunt Ptolemæo. Siroen vocat Marius Niger. vide SORACI.

SIRACHA, locus eſt Aſiæ, vltra Halym fluuium, Cedreno. Neſcio autem quam longè.

SIRACI, vide SIRACES.

SIRÆ σειραι, Arcadiæ vicus eſt apud Pauſaniam. Odomantidicæ terræ in Macedonia locus eſt, Liuio 45. Sires Stephani apud hunc puto.

SIRAMNÆ σιράμναι, Indiæ intra Gangem gens, Ptolemæo. RHAMNÆ interpreti.

SIRANGÆ σιράγγαι, apud Ptolemeum eſt gens in Libya Interiori.

SIRBES, vide XANTHVS.

SIRBI σίρβοι, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, Ptolemæo. De Sirbis, Seruijs, & Sirſis, adi Pandectas Leunclauij cap. 37.

SIRBITANVM monaſterium, habet Iſidorus, de Scriptorib. Eccleſiaſticis. In Hiſpania videtur.

SIRBITVM regio, in Aethiopia ſub Ægypto, apud Plinium. Videntur SIRTIBES σιρτίβες, Ptolemæi.

SIRBONIS σιρβωνὶς, Palus, Ptolemæo inter Ægyptum & Palæſtinam. SIRBON σίρβων, dicitur quoque à Stephano. Per E in prima ſcribitur apud Herodotum, & Diodorum SERBONIS: ſed SERVONIA vertit, qui Diodorum Latinum fecit. Idem Diodorus addit quoque BARATHRVM cognominari. BATHRA βάθρα, legit Polyb. lib. 5. Stephano etiam βάραθρον, locus eſt prope Caſium montem, qui huic lacui incumbit. Plutarchus in vita M. Antonij, tradit Aegyptiis hunc locũ TYPHONIS EXPIRATIONES appellari. Golfo de Teneſe interpretatur à Pineto. Cametum Eſturnellorum videtur mihi apud Tyrium 21. cap. 23. Marius Niger verò dicit Sirbonidem, Stagnone à nautis, & Barathra, ab incolis Bayrena nuncupari. Golfo di Damiata, Pigafetta. In Sacris TORRENS ÆGYPTI vocari, ſcribit Poſtellus. Fortè LINGVA Maris Aegypti, eſt ibidem. SERBONIDIS Paludem deſcribit Apollonius 2. Arganauticor. ad Nyſeium campum.

SIRCHINICE, Septentrionalis Oceani inſula, in qua mons non minoris eminentiæ, quam Caucaſus & Aſcrixis. ſic Aethicus Sophiſta. nondum editus.

SIREF, locus vnde lacca aduehitur. Serapio.

SIRENITIS, vide SIRITIS.

SIRENVM Saxa, vide SIRENVSÆ.

SIRENVM Prom. vide ATHENÆVM.

SIRENVSÆ σειρηνοῦσαι, Ptolemæo, Italiæ inſulæ, in Sinu Cumano. Pomponius eas PETRAS vocat, quas Sirenas habitauere. SIRENVM SAXA Solinus. Tres numero ſunt, Ariſtoteli in Admirandis, Straboni & Stephano; nominatæ PARTHENOPE παρθενόπη, LEVCOSIA λευκοσία, & LIGIA λίγεια. Situm horum lege apud dictum Strabonem lib. 1. Videntur Plinij ITHACESIÆ. Iſacius in ſuis Lycophronianis commentariis tradit eas PISINOE, AGLAOPE, & TELXIEPIA, πεισινόη, ἀγλαόπη, θελξίεπεια, vocari. Hermolaus vult eas quoque à Plinio Sirenuſas dictas, lib. 3. cap. 10. vbi in impreßis codicibus vulgo Tyris, Eranuſa, legitur. Sirenuſæ ab Apollonio lib. 4. ANTHEMOESSA ἀνθεμόεσσα, appellatur. Duas numerat Collenutius, & Carrafa in ſuo Chronico Neapolitano, eaſq; Il Gallo, & S. Pierro nominat. Alias Sirenarum inſulas deſcribit Dyctes Cretenſis lib. 6. inter Calypſonem inſulam, & Charybdim. LEVCOSIA alia à Sirenuſis eſt inſula, continenti propior, apud Strabonem: Pæſto tamen obiecta. Adi Dalechampiũ in 3. Plinij, cap. 7. apud quẽ horum trium recentia nomina Tore, Trozo, & Nizari. Vide ERANVSA.

SIRES σίρες, Thraciæ populi: ſuprà Byzantium Stephanus. Vide SIRÆ.

SIRETORVM σιρητων, meminit Goltzius, in ſuo Theſauro. ex nummo. A Sires Stephani videntur.

SIRICINIVM, Atrebatenſis territorij opidum. In Adonis Martyrologio, vbi S. Leodegarium obijſſe diem ſcribit.

SIRICIS, Armeniæ Minoris vrbs, Antonino.

SIRIDVS Mons, vbi Sethi columna lapidea ſalua reperta fuit poſt diluuium, vt refert Glycas 2. ex Ioſepho. Sed hic σειράδα habet.

SIRILIGI, vide SYLINGI.

SIRIMALAGA, vide SYRIMALAGA.

SIRIMIS, vide SIRMIS.

SIRION, Galliæ Aquitanicæ vrbs, apud Antoninum. XV. M. paß. à Burdegala. Rions videtur. SERION eſt in Tab. Peutingeriana.

SIRIS, Magnæ Græciæ fluuius, apud Plutarchum, Frontinum, & Plinium: qui hodie Sino dicitur, vt Leander teſtis eſt. Senno Laur. Ananienſi, & Scip. Mazzellæ. SIRIM σειρις, Choniæ fluuiũ facit Lycophron, ſed SINIS σίνις, apud eundẽ etiam habetur: meliori, ni fallor, lectione, vt ſit alia à Siri. Hic Naſcaro nouo nomine dici, ſcribit Gab. Barrius. Vide FANEVS, HERACLEA, METAPONTVS, NILVS, POLIEIVM, SIR, & SYENE.

SIRITIS, & SIRENITIS Regio Strab. 6. & Athenæo 14. vbi Siris vrbs, de qua vide HERACLEA.

SIRIVS σειριος, Africæ fluuius, iuxta Phaſeluſſas inſulas. Stephano. Vide HERACLEA.

SIRMIÆ Gallogræciæ epiſcopum Fotinum, habet Iſidorus. Inde Fotiniani hæretici nuncupantur. Pro SIRMIO Illyrici, mendosè.

SIRMIO, cuius Catullus meminit hoc verſu, Pæninſularum Sirmio inſularumq; Ocelle. Sermione hodie nuncupari non dubito. opidulum eſt in pæninſula poſitum, ad Lacum Benacum. de quo hæc Scaliger ex Parthenio; nunc quidem eſt anguſtum cum theatri latericij reliquiis opidum, &c. SERMIO eſt apud Antoninum; inter Brixiam & Veronam ab eo deſcriptum.

SIRMIS, vicus in Cynegica regione, non procul ab Antiochia: Calliſto 17. cap. 28. SIRIMIS infra legebatur, apud eundem. σιρμις quoque habet Euagrius.

SIRMIVM, Straboni, Zoſimo, & alijs vrbs Pannoniæ, Probi Imp. natalibus inclyta. SERMIVM vocatur ab Euagrio. SIRMIS à Iornande dicitur. Onuphrius ex antiquo lapide coloniam facit. Puto hodie Sirmiſch vocari. SIRMIENSIS Ager, qui inter Sauum, Drauum, & Danubium, medius interiacet, & vino nobili celebris eſt, genuina Hungarica lingua Syinigius dicitur; Lazio auctore. SIRMIVM ciuitatem Hiſpaniæ, habet Metaphraſtes in Peregrinatione DD. Petri & Pauli. Vide SCORDISCI.

SIRNIDES, Creticæ inſulæ, ante Sammonium promontorium. Plinius.

SIROPTOLEMIVS, vide BATHANA.

SIROPVM σιίροπον, Libyæ nomi vicus: Ptolemæo.

SIROS, Bithyniæ fluuius videtur apud Plinium.

SIROTH, vide SEYRATH.

SIRRHA σίῤῥα, apud Stephanum eſt Thraciæ vrbs. ex Theopompo.

SIRTIANA, vide SCIRTIANA.

SIRTIBES, vide SIRBITVM.

SIS, id eſt, eminentia, locus inter Hieroſolymam & Engaddi. Ioſephus 9. Antiq. 1.

SISÆRÆVM Σισαιρεῖον, vinum, habet Iul. Pollux: an à loco videndum.

SISALO Hiſpaniæ vrbs: Antonino, Inter Emeritam & Cæſarauguſtam.

SISAN opidum in Ciliciæ finibus. vnde oriundus B. Simeon Styllites. auctor Theodoretus epiſcop. Cyrenſis. vide SESAM.

SISAPONE σισαπώνη, Oretanorum ciuitas, Ptolemæo; in Hiſpania Tarraconenſi: Villanouanus facit ex ea Zamoram, ad Durij Septentrionalem ripam: Situs verò non congruit. nam Zamora potius eſt, vbi Ptolemæus SARABRIM deſcribit. SISAPONEM quoque Plinius in Bæturia habet, aliam fortè ab hac, quam Moralis iuxta fontem Ouejanam, locum ſic dictum, ſtatuit. Hanc Cluſius dubitanter autem Xerez de la Frontera vocat. Ex Siſapone facit Coquus in ſua Hiſpaniæ tabula Chillon, inter Oretum & Caſtulonem. Hæc erit Ptolemæi. Hanc Siſaponem Bæticam, Pet. Antonius Beuterus putat eandem eſſe cum Aſtapa. Duas eſſe Siſapones docet Strabo, qui Veterem & Nouam nominat.

SISAR σίσαρ, Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius, Ptolemæo. VSAR eſt Plinio, vt Villanouanus indicat.

SISARA σισάρα, palus in Africa Propria: Ptolemæo. locus eſt in Aſia, circa Niſibin: Ammiano. Siſauranum hic videtur Procopij.

SISARACA σισαράκα, Murbogorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs. Ptolemæus.

SISAVRANVM σισαυρανον, vrbecula eſt apud Perſas admodum nobilis. duorum dierum itinere viri expediti abeſt ab vrbe Daras: à loco verò qui Rhabdios dicitur, tribus diſtat ſignis, aut ad tertium abeſt lapidem. Procop. Ædificior. 2. & de bello Perſico 2. Vide SISARA.

SISCIA, vide SYSCIA.

SISIGYLIS σισίγυλις, magna ciuitas, prope Celticã. Steph.

SISILA, Ponti vrbs. lib. Notitiar.

SISILISCI vide ZYDRITÆ.

SISILISON σισιλισων, præſidium, vnius diei itinere à Burguſnoce diſtans. In Tzanorum regione. Procopius 3. Aedificior.

SISIMITHRÆ Petra, altitudine 15. ſtadiorum. In Sogdiana. Strabo.

SISIVM σίσιον, caſtrum Ciliciæ, apud Cedrenum, & Guiliel. Tyrium.

SISMARA, vide ISMARA.

SISMII, vide OSISINI.

SISOATRA, vide DIZOATRA.

SISOLENSES, Italiæ populos eſſe, ſcribit Plinius. Primæ regionis.

SISOPA σισώπα, Pannoniæ Superioris opidum: Ptolemæo.

SISTEREO, fluuius Italiæ, Claudiam viam attingens. In vita S. Domnini militis. An SESTERTIVM?

SISTINENSE prædium, Marcellino Comiti, vbi Vitalianum manſionem habuiſſe refert. Sed SOSTHENIENSE emendo. SOSTHENIVM enim habet Hiſt. Miſcellæ 15. AD FICOS locum nuncupatum, refert in hac eadem de Vitaliano hiſtoria, Calliſtus 16. cap. 38. pro SYCE. Circa Conſtantinopolim eſt, qui apud Stephanum Συκη, συκους, συκων, & συκηνη nominatur.

SISTRONIANENSIS loci, in Africa, meminit Victor Vticenſ. M.S.

SISVI, caſtrum Ciliciæ. lib. 20. Hiſtor. Miſcellæ.

SISYDEM vrbem, conditam in Sicilia: ſcribit Chronicon Euſebij. Vox nihili. Sed SYDE in Cilicia, legebat codex meus pergamenus vetus. Side in Pamphilia, ſed finibus Ciliciæ velle auguror. Confinia enim regionum à ſcriptoribus interdum confundi, non ſemel monuimus.

SISYRBA, vide EPHESVS.

SITA, vide SITACA.

SITACA σιτακη, Perſica vrbs XV. ſtadiis à Tigri flumine: Xenophonti & Stephano. circa Babylonem. Plinius de Ladano, lib. 12. cap. 17. Naſcitur vltra Paſitigrin in finibus opidi Sitace, monte Zagro. An SITA Diodori? cuius meminit lib. 17. In Aſſyria habet Ptolemæus SITTACEN σιττάκη, geminato TT, vt quoq; idem Plinius. lib. 6. cap. 27. SITACENE σιτακηνη, fortè Strabonis. quam vide in SITTACENE.

SITACENE, vide SITACA.

SITACINI, vide SITTACENE.

SITACOS σιτακος, Perſidis fluuius: Arrhiano de Indicis.

SITALCA, vide SARASA.

SITANA, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs: Sex. Auieno. And. Schottus ſubdubitat num ſit Sedetana.

SITAPHIVS, vide SITTAPHIVS.

SITENSIS Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Victor Vticenſ. & Coll. Carthag.

SITHA, Meſopotamiæ opidum Zoſimus 3. Vide ZITHA.

SITHENI σιθηνοὶ, gens habitans iuxta mare Rubrum. Stephanus. ex Martiani Periplo.

SITHON, mons eſt Thraciæ. Seruius, in Bucolica. SITHON etiam inſulæ nomẽ, in mari Aegæo: quam Ouid. 7. Metam. ab Arne venditam ſcribit.

SITHONIA σιθωνια, pars Thraciæ, Stephano, & Herodoto, in qua vrbes Torona, Galepſus, Sermyla, Mecyberna, Olynthos. Ponticum littus obtinet, Solino. SITHONII populi, ſunt apud Plinium. Vide OLYNTHOS, & SINDONÆI.

SITI, locus apud Serapionem, vnde galanga adfertur.

SITIA, Hiſpaniæ, in conuentu Cordubenſi opidum. Plinius. Vide SETIA.

SITICVM σιτικὸν, Stephano opidum in Italia.

SITIOENTA σιτιόεντα, Ptolemæo Myſiæ Inferioris opidum. Talza, Nigro eſt.

SITIOGAGVS, Perſiæ fluuius, in eius ſinũ effluens. Plinius.

SITIPHA σίτιφα, colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Ptolemæum. Latini codices aliquot SITTICI legunt.

SITIPHIS, Iſidoro & Ammiano Africæ vrbs eſt, & Sitiphenſis Mauritaniæ littus ab accolis IGILGITANVM appellari ait. mirùm, cum Sitiphenſis Mauritaniæ eadem ſit cum Tingitana, & Igilgile Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs ſit, apud Ptolemæum, verſus Africam propriam. Alia fortaſſe erit Sitiphis, præter eam à quo Mauritania Tingitana nomen acceperit, quod ex Procopio veriſimile eſt, qui Sitiphin Mauritaniæ Tingitanæ metropolim vocat.

SITIVENSIS Eccleſiæ, meminit D. Auguſtinus, ad Bonifacium Comitem, pro Sitiphenſi, vt puto.

SITIVM, Etruſcorum in Italia. Frontinus in Stratag. 1. cap. 8. Locus mihi incognitus, & à nemine alio memoratus.

CLVSIVM *videtur Modio legendum. Quid ſi pro Sitiij, ſc*tum, *legas ex Liuij* 9.

SITOMAGVM, *Angliæ vrbs: Antonino.* Thetford *Camdeno.* SINOMAGVM *videtur in* Tabula Peutingeriana.

SITON σιτών, *Theſſaliæ vrbs, quam &* ITON ἰτών, *dici, ſcribit Stephanus. in verbo* Ιτων. *An inde* SITONIÆ *apud Senecam in Hercule Oetæo? an ibi* SITHONIÆ *legendum?*

SITONE *vrbs, Plinio circa Athon montem. Eadem fortè cum Sitonia Senecæ Tragedi.*

SITONES *Taciti, ſunt Willichio Scandiæ populi, in* Finlandia. *Althamerus dicit hos quibuſdam* GANIPOTES *vocari. deq; his Saxonem Grammaticum ſcribere addit.*

SITOPHAGI, *vide* MEGASA.

SITTACA, *vide* SITACA.

SITTACENE σιτ]ακηνὴ, *Ptolemæo eſt Aſſyriæ regiuncula, iuxta Suſianam. Hæc vt* Plinius *habet,* ARBELITIS, *&* PALÆSTINE *dicta eſt. Etiam* APOLLINIATIS, *Strabone auctore. Apolliniatis tamen Arbelitis & Sittacene, Ptolemæo diuerſæ ſunt.* Rabia *nunc eam Caſtaldus nominat. Vide* SITACA.

SITTACENI, *vide* DOSCI.

SITTAPHIVS σιτ]αφιος, *Campus in Africa Propria. Ptolemæus. V no* T. *legunt interpretes.*

SITTEBERIS σιτ]ηβηρίς, *Indiæ extra Gangem. vrbs: Ptolemæus.*

SITTIANORVM, *in Africa meminit Appianus* 4. *Ciuil. ſic dicti à Sittio Romano. vide* CIRTA.

SITTICI, *vide* SITIPHIS.

SITTOCATES σιτ]όκατες, *Indiæ fluuius, in Gangem emergens. Arrhian. in Indicis.*

SITVA σιτ]έα, *Paphlagoniæ vrbs: Ptolemæo.* Per T *in principio ſcribunt interpretes.*

SIVA σέιυα. *Ciliciæ in Cappadocia vrbs: Ptolemæo.* SINA *eius interpretibus.* SINOS *fortè Antonini.*

SIVATA σιύατα, *Galatiæ vrbs: Ptolemæo.*

SIVEL, *vide* SVEL.

SIVM, *circa Thraciā vrbs, Iornandi.* PHTIVM *alia lectio.*

SIVORANGVM, *prædij nomen eſt, apud Sidonium* 2. *Epiſtol. ad Domitium.* VORANGVM *legit Vinetus.* VOROANGVM *habet codex meus membraneus. Circa Nemauſum videtur.*

SIVPH σίυφ, *Aegypti vrbs, in Saitana tribu, vnde Amaſis rex. Herodoti Euterpe.*

SIVR σίυρ, *Ptolemæo Africæ Propriæ vrbs.*

SIXVS σίξος, *Maſtienorum vrbs. Stephanus, ex Hecatæo.*

SIZARA, *vide* LARISSA.

SIZYGES σίζυγες, *Ptolemæo Serica gens.*

SLAVI, *&* SLAVONIA. *M. Adami verbis deſcribam,*
,, *quæ ſunt lib.* 2. *Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ. Hæc Germaniæ*
,, *ampliſſima prouincia, à Vinulis incolitur, qui olim dicti*
,, *ſunt Vandali. Huius latitudo eſt à Meridie in Boream.*
,, *hoc eſt ab Albia flumine vſque ad mare Scythicum. Lon-*
,, *gitudo initium ſumit ab Hamburgenſi parochia, & porri-*
,, *gitur in Orientem vſque in Benguariam, Vngriam & Graciam. Huius populos idem nominat Vagros, Obotritos, Polabingos, Lingones, Varnabos, Chyzinos, Circipanos, Heluedios, (Heuilli Witechindo) Doxanos, Leubuſios, Vilinos, & Stoderanos. lege de his Slauis Helmoldum. Vide* CARNIOLENSES.

SLEMNIVM. *vide* LYMINIS.

SLINGÆ; *Friſiæ loci, meminit vetus lapis, Romæ. ſub Carolo Magno ſculptus.*

SLOTNA *in ſcriptis lapidibus antiquis.* Saladna *puto nunc dici. propè Tuſtein. Aurifodinæ hic, vt ſcribit Stephanus Taurinus ad Stauromachiam ſuam. Daciæ locus. Vide* AVRARIARVM.

SMARAGDITES, *mons, iuxta Carchedonem, vbi ſmaragdus gemma legitur. Plinius. In Africa ne, an Armenia, mihi incertum.*

SMARAGDVS σμαραγδος, *mons, in Ægypto, ad ſinum Arabicum: Ptolemæo. In ea ſmaragdi fodinas eſſe ſuſpicor: quorum frequens mentio eſt apud Heliodorum.*



SMELDINGOS, *populos Germaniæ habet à Carolo Magno debellatos Aimoinus, & alij. Bohemos horum loco videntur legere Lichtenauius, & Crantzius.*

SMENVS σμηνος, *Laconicæ fluuius, in Taygeto monte oriens. Pauſanias.* Σμενὸς *Diodoro.*

SMILA σμίλα, *Thraciæ vrbs: Stephano, & Herodoto* 7.

SMINTHA σμίνθη, *Troadis vrbs, Stephano, Euſtathio, & Q. Calabro* 8. *Sminthium nemus ibidem. Iuxta Hamaxitum videtur ex Strabone. Eidem locus in Rhodo, Lindo, alibiq;.*

SMOCOBVM σμοκόβον, *præfecturæ in agro Baltitzis, mentio eſt in Sanctionibus pontificiis Imp. Orientalium.*

SMOLENORVM *Regionē, deſcribit Nicetas in Thracia.*

SMYRALEA, *vide* CÆSAREA.

SMYRNA σμύρνα, *Ptolemæo Ioniæ regionis ciuitas. olim, vt Stephanus ait,* NAVLOCHVS ναύλοχος, *dicta.* Lamira, *Villanouanus; ſed* Smirne, *Sophianus hodie nominat.* Iſmyr *autem Leunclauius. Zmyrnæos populos, per* z *ſcribi, & non per* s, *in lapidibus & libris vetuſtis, docet in ſua Orthographia, Aldus. Smyrnam Veterem & Nouam, habet Strabo. Smyrnæ numero plurali ſunt apud Ciceronem pro Flacco. vide* EPHESVS.

SMYRNÆVS *Sinus, vide* MELETI.

SMYRNOPHORA *Regio, ſiue* MYRROFERA, *in Arabia Felici. Ptolemæus.*

SOA, *vide* TVSO.

SOACA σοάκα, *Ptolemæo Arabiæ Felicis opidum.*

SOAMVS σοαμος, *Indiæ fluuius, ex montanis Sabiſſæ oriens, & in Indum deſinens. Arrh. in Indicis.*

SOANA σοάνα, *Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius, apud Ptolemæum. Vocatur* Terchin, *à M. Nigro.* SOANA *etiam Taprobanæ fluuius, apud eundem Ptolemæum. Eſt quoq; Tuſciæ opidum, Catoni. quod nomen retinere video. Fortè Suana Ptolemæi.*

SOANATVS, *vide* SACANATVM.

SOANDA σόανδα, *Armeniæ Minoris videtur vrbs, apud Strabonem. Cappadociæ vrbs, alia; Antonino.*

SOANES σόανες, *gens circa Dioſcuriadem. Strabo* 11. *ex cuius* 15. *hos eoſdem citat Stephanus.* SVANOS *Plinij eſſe, monuit Ioan. Hartungus.*

SOARA σοάρα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

SOASTVS σόαστος, *Indiæ fluuius, in Cophenen deſinens: Arrhiano in Indicis.*

SOATRA σοάτρα, *pagus inſtar opidi, apud Garſabora: Straboni. Lycaonum eſt, verſus Galatiam.*

SOATRIS, *Antonino Mœſiæ Inferioris vrbs: ad Pontum Euxinum.*

SOBA *regio, circa Euphratem.* 2. *Samuel.* 8. *&* 1. *Par.* 18. σουβᾶ 70. *interp.* SOPHENE *Ioſepho. Vide* CHOBAL.

SOBAL, *vide* SYRIA, *&* SYRIÆ MAACHÆ.

SOBALA σώβαλα, *Cariæ vrbs: Stephano.*

SOBALASSARA σοβαλασσάρα, *Ptolemæo, Indiæ intra Gangem opidum. Interpretes* OSTOBALASSARA *legunt.*

SOBANNVS σοβάννος, *Ptolemæo teſte eſt Indiæ extra Gangem fluuius.* Sian, *qui &* Menan, *inquit Caſtaldus.*

SOBARA, *vide* SOBARENSES.

SOBARENSIS *Epiſcopi, in Lycaonia, meminit concilium Conſtantinopolitanum I.* SOBARA *Ptolemæo Latino eſt Cappadociæ vrbs, in Ciliciæ præfectura. finitima Lycaoniæ. Græcus codex pro eo* SORABA σόραβα *habet.*

SOBARI, *Arabiæ Petreæ contermini populi: ſunt apud Plinium. Horum meminit Hegeſippus* 4. *cap.* 16. *vbi Ioſepho* σαμψοὶ *ſunt, quo loco vetus interpres* Bacra *legit.*

SOBIDAS σοβίδας, *Parthiæ regio: Ptolemæo. vide* ZOBIDÆ.

SOBII, *vide* IBI.

SOBOTALE, *caput Atramitarum Plinio. LX. M. templa includens. In Arabia Felici.*

SOBVRA, *vide* SABVRAS.

SOCANAA, *vide* SOCVNDA.

SOCCHOR σόχορ, *apud Ptolemæum Arabiæ Felicis vrbs.*

SOCCO, *vrbs à Salomone exſtructa,* 2. *Paral.* 11. σωχὼ *Ioſepho, Antiq.* 8.





SOCHO, *nomen duarum ciuitatum, in tribu Iuda. Ioſ.* 15. *&* 3. *Reg.* 4. *Vide* SOCCO.

SOCHOTH, 1. *Samuel.* 17. *vel vt Pagninus* SVCCHOTH, *Ioſephus &* 70. *interpretes legunt* SCENÆ σκηναι, *Geneſ.* 33. *Num.* 33. *Ioſue* 13.

SOCHVS σώχος, *Aſſyriæ locus, ab anguſtiis quæ Syriam aperiunt verſus Ciliciam, bidui itinere diſtans. Arrhian.* 2. *Alex. Villæ nomen, quæ viginti milliaribus diſtat ab Hieroſolyma. Io. Moſcus, in vita Ioannis Anachoretæ. Vide* VNCHÆ.

SOCIATES, *vide* SONTIATES.

SOCIENSIS *loci epiſcopalis, in Mauritania Cæſarienſi, meminit Victor. Vticenſ. M. S.*

SOCOBRIGENSIS *Hiſpaniæ ciuitatis, meminit Frontinus* 3. *cap.* 10. *Fortè* SEGOBRIGENSIS.

SOCRATIS σωκράτης, *inſula, in ſinu Arabico. Ptolemæus.*

SOCVNDA, *Hyrcaniæ vrbs eſt apud Ammianum. Ptolemæo* SOCANAA *eſt,* σωκανάα, *Interpretes Ptolemei falsò flumen ex eo fecere.*

SODERANI, *&* WITINI; *vbi* Berlin *&* Brandenburg *hodie. ſic Peucerus in ſuo Chronico. Mihi ignota ſunt hæc Latina nomina.* STODERANOS *habet Helmoldus, pro iiſdem. his addit* BRIZANOS.

SODI, *flumen Babyloniæ.* σοὺδ 70. *Interpretib. Baruch* 1.

SODII, *circa Iberiam populi. Plinius.*

SODINVS *fluuius, in Cophen deſinens: apud Plinium.*

SODOMA σόδομα, *metropolis decem ciuitatum, in lacu Aſphaltidis. Straboni & Stephano.*

SODRÆ, *&* SODRI, *Vide* SCODRI.

SODVCENA σοδυκηνή, *Armeniæ Maioris regio: Ptolem.*

SOESSA *vide* SINVESSA.

SOETA σοῖτα, *Ptolemæo Scythiæ extra Imaum vrbs.* SAGA *apud Marcellinum eſt.*

SOGANE σωγανη, *Gaulanitidis vrbs. Ioſephus* 3. *bel. Iud. cap.* 1. *Item in vita ſua, ſed geminato* NN. SOTANIS *apud Hegeſippum malè legitur. Idem Ioſephus ibidem habet* SOGANEM *Arabum vicum, viginti ſtadiis à Gabara diſtantem. An eadem videndum.*

SOGDIANA σογδίανα, *Aſiæ regio, Ptolemæo.* SVGDIA *Dionyſio.* Maurenhaer, *Mercatori dicitur.* Coraſnia, *Girauæ. Sogdiani etiam* OXIANI *vocantur, ab Oxo flumine, eorum regionem interluente: Tzetza teſte.* Zagataios *vocat Leunclauius. Vide* BACTRIANA.

SOGDIANI, *vide* CHOATRAS.

SOGDII, *Arriano* 6. *populi, ad quos ſcribit Alex. ſecundo Indo nauigaſſe. alij ergo à Sogdianis. vide* SVGDII.

SOGIVNTII, *Alpini populi, ab Aug. deuicti. Plinius.* SONTIONTII *legunt tres mei codices excuſi.* SONTIVS *Pons, eſt in Panegyrico Enodij.*

SOGOCARA σογοκάρα, *Armeniæ Maioris vrbs: Ptolem.*

SOGOR, *gens Aſiæ, ad Til amnem. Niceph. Calliſtus* 18. *cap.* 30. *Vide* SEGOR, *&* ZOARA.

SOGOSTEDES, *vide* SINGVS.

SOHAN, *vide* TANIS.

SOINES, *locus fortè in Ægypto: apud D. Athanaſium, tomo* 2. *ad vitam ſolitariam agentes, epiſtola: Vbi Hieracem & Dioſcorum exules in lapidicinas miſſos ait.*

SOITA σόειτα, *apud Ptolemæum. Armeniæ Maioris vrbs.*

SOLANA σολανα, *Sericæ vrbs: Ptolemæo.*

SOLANIDÆ *inſulæ, Arabiæ Felicis, circa plagam Orientalem: Plinio.*

SOLARIVS *Pons, locus in Italia, vbi Diaconus* 6. *Longob. ſcribit Longobardos pro defenſione pontificis contra Tuſcos pugnaſſe. Sed vide* SALARIVS. *ſic enim legendum puto.*

SOLCANVM, *vicus Turonenſis agri, in Gallia. Vita S. Leodogarij epiſcopi.*

SOLCETANI, *vide* SOLCI.

SOLCI σόλκοι, *portum habet in Sardinia inſula Ptolemæus. idem eodem tractu Solcetanos per* E *in ſecunda,* σολκητᾶνοι, *populos. Straboni & Melæ* SVLCHI σύλχοι, *opidum eſt. Apud Pauſaniam hoc opidum* SYLLVS σύλλος, *& apud Stephanum* SYLCI σύλκοι, *nominatur. vterque ſcribit à Carthaginenſibus conditum. Plinij & Hirtij* SVLCITANOS *puto. quos Ptolemæi* SOLCITANOS *per* O *in prima,* σολκιτανοὶ *credo. Solci, Pineto* Solo *eſt. Habet & Plinius* SVLSENCE *promontorium in eadem inſula, pro quo vetuſtiores codices* SVLCHENSE *legunt, à Sulchi vrbe, vt mihi perſuadeo.*

SOLCITANI, *vide* SOLCI.

SOLE, *vide* SALE.

SOLEADÆ, *Indiæ populi, Caucaſo ſubiecti. Plinius.*

SOLEMNA, *vel* SOLENIA, *inſula inter Dalmatiam & Iſtriam. Antoninus.*

SOLENCENSIVM, *meminit Fortunatus: in vita D. Hilarij.*

SOLENCIANENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.*

SOLENSES; *vide* POMPEIOPOLIS.

SOLENTE, *vide* GEVISSI.

SOLENTINI, *vide* SOLVS.

SOLENVS σωλῆνος, *Indiæ intra Gangem fluuius: apud Ptolemæum.*

SOLER, *mons circa Aſſyriam, vt videtur. Serapio, cap. de Milio Solis.*

SOLETVM, *Plinio Calabriæ vrbs; quæ* Soleto *hodie, vt Leander tradit.*

SOLI, *&* SOLIS, *vide* ÆPIA, *&* POMPEIOPOLIS.

SOLICINIVM, *Ammiano* 27. *Germaniæ vrbs; quæ ab Heroldo* Solms *interpretatur: Vrbs inter Treuirim & Moguntiam.* SOLICOMMVM *legebat Rhenani exemplar, & circa Heydelbergam fuiſſe conijcit.* Bretta *ex eo facit Lazius* 12. *R. P. R. cap.* 1. *Sectionis* 2.

SOLIENSIS, *in lapide antiquo apud Villam nouam de Xaro. Vide* SACILERNVSI.

SOLIMARIACA, *Belgicæ vrbs: apud Antoninum. inter Moſam & Tullum.* SALIMARIACA, *legit Aldinus codex.*

SOLIMNA σόλιμνα, *Indiæ vrbs. Stephano.*

SOLIMNIA, *Aegæi maris inſula. Plinius.*

SOLINATES, *Plinio populi in Vmbria.*

SOLINIVM, *Vide* LINCERIVM.

SOLIOCLITA, *Galliæ Lugdunenſis opidum. Antonino.* XXIII. *M. P. à Lutetia. per* A *in prima legit quoque Simlerus.*

SOLIS *Aqua, in Panchæa inſula Arabica: Diodoro* 5. SOLIS *Campus, in Africa, ſtadiis* XL. *à Decimo abeſt. eunti Carthaginem ſiniſtrorſum. Vacuus eſt hominibus & arboribus; nihil præter ſalem ferens; qui ex aquis ſalis fiebat. Procop.* 1. *Wandalicorum.* SOLIS *Ciuitas, locus apud Eſaiam, cap.* 19. *Vide* POMPEIOPOLIS. SOLIS *Columna; ſic vocatur apud Auienum Alpium quædam rupes altiſſima, vnde Rhodanus oritur.* SOLIS *Delubrum* Ἑλιιιερον, *in Arabia Felici: Theophraſto* 9. *Hiſt. Plantar.* SOLIS *Fons, in Troglodytis, Africæ regione; Herodoto, Plinio, & Ptolemæo. Hunc hodie* Cançaron de Mahoma *appellari, habetur in Dictionario Nebriſſenſis.* SOLIS *Fons, in medio Ammonis nemoris: Q. Curtio,* 5. *fortè idem cum Troglodytico.* AMMONIS *Fons eſt Val. Max.* 8. *cap.* 15. SOLIS *Fons, aqua ſic dicta: Ioſue* 15. πηγῆς ἡλιου 70. *interpretibus. etiam Ioſue* 18. *ſed* πηγῆς σαμές 70. *interpret. Vide* AMMONIS TEMPLVM. SOLIS *Inſula, Plinio inter Taprobanam & Colaicum promontorium. An hæc fortè* CORY κῶρυ, *Ptolemæi?* SOLIS *inſula, quæ &* NYMPHARVM CVBILE, *Solino, & Plinio; qui eam deſcribit inter Gedroſiam & Caramaniam. Hanc* NOSALAM νόσαλα, *putat Vadianus; cuius Arrianus meminit, in Nearchi nauigatione: cui ego fidem meam adijcio. Hic enim eandem Soli ſacram ſcribit. Idem credit Pintianus, ſed* NASACALA *habet ille, neſcio an probata lectione. Eandem* NOSORAM νόσορα, *nominat Stephanus.* PALLA *fortè Ptolemæi eſt.* SOLIS *Lucus, Vide* HELIV. SOLIS *Menſa,* ἡλιου τράπεζα, *locus apparatis epulis ſemper refertus, & quibuſlibet veſci volentibus licet, quæque paſſim appoſita ſunt, affirmant innaſci ſubinde diuinitus. In Meroe, Pom-*

ponio, & Solino, apud Æthiopes Macrobios, Herodoto & Pauſania. Nos huiuſmodi locum Lup lacker-landt, Germani Superiores Schlurauffenlandt nominarent. Galli Pays de Panegon, Hiſpani Tierra Demogollon, & Itali Paeſe de Cucagna appellant. SOLIS Mons, Mauritaniæ Tingitanæ promõtorium, Ptolemæo: ad Oceanum Atlanticum. quod Cabo Cantin Caſtaldo: Cabo Bojador Floriano: Beni Mager Marmolio dicitur.

SOLIS Mons quoque in India, ad Hydaſpen fluuium, deſcribitur à Plutarcho de Montibus. Hic poſtea ELEPHAS dictus fuit, quod in eo elephas qui Porum, ne contra regem Alexandrum arma ſumeret, monuerat, interierit, eodem auctore. SOLIS Ora, Plinio, circa Fortunatas inſulas. SOLIS Oſtia locum, habet Pomponius circa Indum fluuium. SOLIS Portus, Ptolemæo in Taprobana inſula. SOLIS Sacra, vide SACRA. SOLIS Vrbs, vel opidum, vide HELIOPOLIS, & TITANA.

SOLITANAS Cochleas, ex Africa, celebrat Plinius 30. cap. 6. A loco ſic dictæ videntur.

SOLIVM σόλειον, Corinthiorum vrbs, Thucydidi 2. eius Scholiaſtes dicit Epiri eſſe, in Acarnania. Geminato LL. SOLLIVM eſt Stephano.

SOLIVS, vide GRYLIO.

SOLLAX, vide TIGRIS.

SOLLINIENSIVM ciuitatem, habet liber Prouinciar. In Alpibus Maritimis. Fortè Senez, inquit Cænalis.

SOLLIVM, vide SOLIVM.

SOLMISSVS σολμισσὸς, mons ſupra Ortygiam lucum. circa Epheſum: Straboni.

SOLOCE, vide SELEVCIA.

SOLOENATEM, vide SOLVS.

SOLOENTIA σολοεντία, Libyæ Interioris promontorium; Ptolemæo. Soluentia legunt Ptolemæi interpretes. Fortè Solus Hannonis.

SOLOES, vide SYLOES.

SOLOGORGOS, vide HERÆA.

SOLOMATIS σολόματις, amnis in Gangem influens. Arr. de Indicis.

SOLON, Allobrogum vrbs: Epitome Liuij 103. SOLONIVM σολώνιον Dioni eſt, lib. 37.

SOLONATES, VIII. regionis Italiæ gens: apud Plinium.

SOLONIVM σολώνιον, Etruſcum opidum: Halicarnaſſeo 2. In Latio eſt, Liuio 8. C. Marij prædium ſic vocat Plutarchus in eius vita. Solonij memoria quoque eſt apud Ciceronem ad Atticum 2. Epiſtola 3. Vide POMONAL, SOLON, & SELONIVS Campus.

SOLOONTEM σολόοντα, fluuium Bithyniæ, habet Plutarchus in Theſeo.

SOLOPOTAMIVS, TARICHVS, PORTVS, & LIMNETES, Cypri inſulæ loca, vt habet Metaphraſtes, in vita D. Euxibij.

SOLORIVS, mons Hiſpaniæ, quo Tarraconenſis à Bætica & Luſitania diſtinguitur. Plinius. Omnibus Hiſpaniæ montibus altiorem eſſe, ſcribit Iſidorus, ſed hic SOLVRIVS legit. Vide SILVRVS.

SOLORVM σόλων, mõtes, in Cypro: Galeno auctore. Circa Soli vrbem, vti videtur.

SOLVA, Valeriæ Ripenſis vrbs. Lib. Notit. Vide SALVA & SOLVENSE.

SOLVENSE Opidum, Plinius inter Noricas ciuitates numerat, etiam inter Colonias. Vidimus nos inter S. Viti, & Clagenfurt, Carinthiæ opida, (olim in Noricis ſita) campum ſpatioſum, ruderibus oppletum: vbi antiqua marmorea fragmenta, numiſmata, aliaque id genus vetuſtæ ſupellectilis effodiebantur. Solveldt incolæ locum vocant, quaſi dicas, Solcampum. SOLVA fortè in libro Notitiarum eſt. Vide SALVA.

SOLVENTII σολουέντιοι, Libyæ Inferioris gens: Ptolemæo. Vide SOLOENTIA.

SOLVNTII, & SOLVNTINI, vide POMPEIOPOLIS.

SOLVRIVS, vide SOLORIVS.



SOLVS, Plinio Siciliæ opidum: (vbi Hermolaus SELINVS legit.) σόλος, & SOLENTINI Diodoro 14. SOLOENATEM σολοενατα habet Thucydides. SOLVNTVM habet Antoninus. Fazello & Leandro hodie Solanto dicitur. SOLVS σολοῦς, Libyæ promontorium, ad mare Atlanticum: Hannoni. σολουντὶς, Heſychio. Vide SOLOENTIA, SOLVNTVM, & POMPEIOPOLIS.

SOLVSAPRA, Antonino Siciliæ vrbs. SALASABRA habet codex Reuerendiſſ. Torrentij.

SOLYGIA σολύγεια, Corinthiaci vicus, & caſtellum, in Solygio monte: Thucydidi 4. & Stephano. ΣΟΛΥΓΗ Polyæno.

SOLYMA, Lyciæ vrbs Plinio. Villanouanus putat SIDYMA σίδυμα, Ptolemæi eandem eſſe. Sed & SIDYMAM habet quoque Plinius aliam, præter Solymam. SOLYMA σόλυμα, Gaulanitidis vicus, Ioſepho, in ſua vita.

SOLYMI σόλυμοι, Scythiæ gens: Heſychio. Vide MILYAS.

SOLYMVS Tumulus, ſupra Termeſſum promontorium. Strabo 13. 14. Vide SVLMO, LYCIA, & PISIDÆ.

SOMONOBRIA, vide AMBIANI.

SOMORIM, vide SEMERON.

SOMORRI, vide SOBARI.

SONAVTES, & SOONAVTES, vide ACHERON.

SONDRÆ, Caucaſo ſubiecti populi: apud Plinium.

SONNA, vide SVNA.

SONNICI Galli, Nitiobrigibus vicini. vnde Latinus Alcimus. Scaliger ad Auſonium; ex Sidonio, vt ait.

SONOBA Σόνοβα, Straboni Hiſpaniæ Bæticæ vrbs. Caſaubonus dicit dubium non eſſe, quin ſit COLOBONA Plinij. vide OSSONABA.

SONTIATES, Cæſari Galliæ populi ſunt, inter Aquitanos: Vigenereus eos ex coniectura Lauedan vocat. Ful. Vrſinus SOCIATES legendũ putat, ex Oroſio manuſcripto. SOTTIATES habet Plinius. Athenæus lib. 4. SOTIANOS σωτιανοὶ, eoſdem nominat. Idem eorum regem (licebit hoc in ſtudioſorum gratiam præter inſtitutum adiungere) quem Cæſar Adcantuannum, hic Adiatomum ἀδιάτομος, & eius Soldurios, hic Silodunos σιλοδούνοι appellat. SONTIATIVM opidũ, habet Cæſar 3. Bel. Gall.

SONTIONTII, vide SOGIONTII.

SONTIVS, vide NATISO.

SONVS σῶνος, fluuius, in Gangem ſe exonerat. Plinius & Arrianus. Vide TVSO.

SOONAVTES, vide ACHERON.

SOPAEVS σωπαῖος, quidam à loco in Ponto, nominatur in Iſocratis Trapezitico.

SOPATMA σωπάτμα, Indiæ intra Gangem emporium. ſupra Cory promontorium. Arrhianus in Periplo.

SOPHACÆ σόφακαι, Barbara gens apud Ioſephum 1. cap. 23. In Africa videtur.

SOPHAN σωφαρ 70. interpr. vrbs à filiis Gad exſtructa. Numer. 32.

SOPHANINA, vide SYRIA.

SOPHANIS σωφάνις, Libyæ nomi vicus: Ptolemæo.

SOPHANITÆ σωφανῖται, apud Ptolemæum ſunt Arabiæ Felicis populi.

SOPHENE σωφηνὴ, Armeniæ Maioris regio: Straboni & Ptolemæo. SOPHANINE eſt Procopio 3. Aedific. & SOPHOSINE 3. Perſicor. TZOPHANENE τζοφανηνὴ, & TZOPHANE eſt in Authenticis. ſed duæ regiones. ſic quoque in Codice. Vide SOPHONE, SOBA, & SYRIA.

SOPHER, vide SEPHER.

SOPHIENSES σωφιεῖς, Aetolica gens, eſt apud Strabonem. OPHIENSES legit Caſaubonus, & rectè, error vnde natus, diſce in COMBOS, & alibi. Scriptura enim eſt ὡς σωφιεῖς.

SOPHIN, epiſcopalis vrbs, ſub Amidenſi ſede. Tyrius.

SOPHIR, vide OPHIR.

SOPHITIS, vide CATHÆNA.

SOPHONE, Aſiæ regio, vbi Tigris emergit, poſtquam XXV. millia paſſuum ſub terras immerſus. Trogus 42.

SOPHENA



SOPHENA eſt Ptolemæo. Eſt & SOPHON σόφων, Bithyniæ mons, circa Nicomediam, teſte Cedreno, & Hiſtoria Miſcella 21.

SOPHONIA, inſula quondam; poſtea vicina facta Magneſiæ. vt ait Plinius. SAPPONIA legebat MS.

SOPHTHA σώφθα, Ptolemæo Perſici ſinus inſula eſt. PHARA Marcellini eſt, ni fallor,

SOPHVCÆI σοφουκαῖοι, Libyæ Interioris gens. Ptolemæus.

SOPIANÆ, vel SVPPIANÆ Antonini, Zeeblack Simlero dicitur. Soppan nunc Lazio. Pannoniæ Inferioris vrbs. Sopianas Valeriæ opidũ, vocat Ammianus. 28.

SOPITIS, vide CATHENA.

SOR, vide TYRVS.

SORA σῶρα, Ptolemæo, Straboni, & Diodoro 20. Latij colonia & vrbs: Volſcorum, Plinio, & Liuio: cui in Via Appia eſt, & apud quem quoque SORANI eius incolæ. Ad caput Liris fluminis ſitam, lego in Gregorij IX. P. M. vita. Sora etiamnum hodie vocatur. in Tuſcia eſt Catoni. In Faliſcis fortè, vbi Seruius Soranos ponit. Videtur errare Annius, qui eos Senenſium ditionis facit, & verſus mare ſtatuit. Vrbs Paphlagoniæ eſt Porphyrogennetæ. Arabiæ quoque Deſertæ, Ptolemæo. Eidem Indiæ intra Gangem, quam Arcati regiam vocat. & SORÆ ibidem populi: eidem. Phœniciæ etiam vrbs: Stephano. Vide ARCATI, & HIRPI.

SORABA, vide SOBORENSES.

SORABI, vide SORABOS.

SORABILE, vide SARALAPIS.

SORABOS, & SENONES, Sueuorum populos: olim habitaſſe Miſnenſium ciuitatis Saxoniæ territorium, quod quondam Dalemincia, & à Bohemis Sirbia vocatum fuit: ſcribit Georgius Fabricius in ſuo Miſnicarum rerum libro. Sorabos meminit Eginhartus & Ammoinius. Horum reliquias hodie vocat Peucerus Sozbec & Seruestein. inter Albim & Salam flumina. SEMNONES σήμνωνες Ptolemæo, Tacito, & Straboni ſunt, qui eos maximam Sueuorum gentem vocat. SENONES autem Paterculus. quos Althamerus hodie Lauſnitzer putat. Paulo aliter de his populis, Niuemontius. Idem Dalemincios à Sclauis Glomacos appellari dicit. SORABI in Dalmatia ſunt, apud Francorum annalium auctorem monachum. Seruij hodie, vt quidam putat. SENONVM neſcio quis veterum in Germaniæ tractu meminerit. Vide SERBI.

SORACI populi, circa Boſporum ſunt Tacito. SIRACI legit Lipſius.

SORACTES, Tuſciæ mons Plinio, apud Hirpinos haud longè à Flaminia, vt Seruius habet. Sed Hirpos pro Hirpinos reſtituendum. diuerſi enim ſunt. Hunc hodie Monte di S. Silueſtro appellari, Leander & alij ſcribunt: Item Monte S. Treſto, corruptè, vt tradit Erythræus. FALISCORVM Montem Catonis hunc eſſe, vult Maſſa, in ſuo de Faliſcis libello. Soractis meminit Horatius 1. Carm. in quem, Acron ſcribit Apuliæ; Porphyrius Phaliſcorum eſſe. Acron verò Apuliæ. fide potius grammatica, quam geographica. SORACTEM montem in Gallia, habet Apuleius, vbi ſcribit eriphium (ſiue rutam ſilueſtrem) herbam naſci. Sed pro Gallia, Galatia Aſiæ, legendum: ex Dioſcoride.

SORACTIA, Omanorum in Arabia Felici vrbs. Plinius.

SORÆ populi, circa Carmaniam aut Gedroſiam videntur. ex Plinio. Vide SORA.

SORÆI σωραῖοι, ſunt Ptolemæo gentes in Cæſarienſi Mauritania.

SORANI, vide SORA, & HIRPINI.

SORANNI, vide CONSVARANNI.

SORBA σόρβα, eſt Hyrcaniæ vrbs: Ptolemæo.

SORBIODVNVM, vide SORVIODVNVM.

SORDICENÆ, populi circa radices Pyrenæi montis, & ibidem SORDICE palus, & SORDVS amnis. Sex. Auienus, Varrerius deſcribit hoc tractu lacum, qui vulgari nomine hodie Leocata nuncupatur.

SORDOLIBYI σορδολίβυες, aliam ſupellectilem non habent, præter calicem & gladium. Stobeus de Legibus: ex Nicolao.



SORDVS, vide SORDICENÆ.

SORECH Torrens, vel Vallis: in Palæſtina. Iudicum cap. 16.

SOREOS, Bithyniæ locus, ei qui Nicomediam nauigat, ad dextram. Metaphraſtes in vita S. Antonomi.

SOREVS, vide OREVM.

SORGÆ, Indiæ gens. Plinius.

SORGE, vide ORGE.

SORIANI σωριανοὶ, Indica gẽs: Stephano, in Ἀλεξανδρεῖα.

SORICARIA, Hiſpaniæ locus. A. Hirtius, in Bætica.

SORIGI, & SORINGI, vide TORINGI.

SORITIA, Hiſpaniæ vrbs, apud A. Hirtium. In Bætica videtur.

SORNAGVS, vide ORTHVRA.

SORNVM σόρνον, Ptolemæo Daciæ opidũ. Sewrnp hodie, vt habet Lazius. à quo haud procul pontis Traiani veſtigia. SEVERIANVM vulgus Latinum vocat.

SOROGA σόρογα, Pannoniæ Superioris vrbs: Ptolemæo. Sagrabia Lazio videtur: Scyſciæ proxima. Vide VICVS ITALICVS.

SORON σωρῶν, Paphlagoniæ vrbs videtur in Authenticis.

SORONA σόρωνη, Arcadiæ ſilua: apud Pauſaniam.

SORONIS σωρωνὶς, ciuitas eſt, Heſychio.

SOROPOLITARVM regionem, habet Simeon Metaphraſtes, in vita S. Soſimi. In Aſia Minori videtur.

SORORES, dicebantur hæ quatuor vrbes, Antiochia apud Daphnem, Seleucia in Pieria, Apamia, & Laodicea. teſtis Strabo 16. vide AD SORORES.

SORTHIDA σορθίδα, Babyloniæ vrbs. Ptolemæus.

SORVBA, vicus quidam eſt ad radices montis, in quo ſita eſt Cœanenſium ciuitas. Ioan. Moſcus.

SORVIODVNVM, Angliæ vrbs: apud Antoninum, Old Salisburp apud Camdenum. SARVM vulgo Latino appellatur. SEVERIAM nominat Io. Sariſberienſis in de Nugis curialium libello.

SORVTIS, ſedes Epiſcopalis, Guiliel. Tyrio. ſub ſede Cæſareæ Stratonis.

SORYGASA σωρύγασα, Ptolemæo. CORYGAZA interpreti, Indiæ extra Gangem vrbs.

SOSA, Dandaricæ opidum: Tacito. Alium locum ab hoc puto Ciceronis eſſe Epiſt. Famil. lib. 13. epiſt. 30. vbi ſcribit, L. Manlius eſt Soſis. In ora libri, Suſis erat.

SOSANDRA σωσάνδρα, inſula circa Cretam. Stephanus.

SOSARIVM, Saxoniæ vrbs. Surius in S. Idæ vita.

SOSCONIANA in Sicilia, legunt quidam codices Itinerarij Antonini. vbi alij CORCONIANA habent.

SOSCVM, loci nomen, apud Cedrenum, SVSCVM legit Curopalates. Bulgarorum videtur.

SOSIBES, Sarmatiæ Europææ populi videntur, apud Capitolinum, in M. Aurelio.

SOSICVRÆ σωσικουραι, Careorum opidum, in India intra Gangem, Ptolemæo auctore. Iacamcuri Caſtaldo vocatur.

SOSINGITES, vide ARSENA.

SOSIPPVS σωσίππος, Portus, Ptolemæo in Arabia Felice, ad Sinum Arabicum. Marius Niger æſtimat Plinij BECARE eſſe, quem incolis NECANIDON appellari ſcribit. Sed Ptolemæo quoque Becares eſſe, ſcribit Pintianus. ego BACARE βακαρη, apud eum inuenio. & eandem eſſe cum Plinij Becare, neſcio. Errat Niger qui hunc Soſippum credit Necanidon Plinij eſſe: alter enim in India, alter in Arabia Felici eſt. ego potius aſſentiar Ramuſio, qui Necanidion hoc idem eſſe cum NELCYNDA νελκύνδα Arriani putat.

SOSIRATE, Suſianæ vrbs. Plinius.

SOSSINATI σοσσινάτοι, Sardiniæ populi ſunt apud Strabonem.

SOSSIVS σόσσιος, Siciliæ fluuius Ptolemæo. Caltabellotta Fazello dicitur, Pulici Leandro.

SOSSVBENSEM epiſcopum habet Sulpitius 2. nomine Ithacium: eius locus mihi ignotus eſt. Forſan in Hiſpania.

SOSTEVM, Ægypti vrbs. Lib. Notitiar.

SOSTHE-

SOSTHENIS, σωσθενίς, Theſſalorum in Macedonia vrbs. Ptolemæo.

SOSTHENIVM, Thraciæ locus traiectui Conſtantinopolitano è regione appoſitus, vt refert N. Calliſtus 7. cap. 50. Idem locus MICHAELIVM dicitur, quod D. Michaëlem archangelum ibidem ſæpius apparuiſſe, ſcribit. ISIDIS BACCA cuius Dionyſius meminit, hic olim fuiſſe putat Gyllius in Boſporo. qui hoc hodie Alomaton nuncupari ſcribit. Vide SISTINENSE.

SOSTIACA, Daciæ Ripenſis vrbs, Lib. Notit.

SOSXETRA σωσξέτρα, Gedroſiæ vrbs: Ptolemæo. SOXTRA interpretib. Eſt Ammiani SEDRATYRA.

SOTANIS, vide SOGANE.

SOTERA, vide SOTIRA.

SOTERIOPOLIS, vide SOTEROPOLIS.

SOTEROPOLIS σωτηρόπολις, vrbs, quæ nunc PYTHIA vocatur, auctore Porphyrogenneta, vbi aquæ calidæ, vt refert Zonaras, qui hic exſtinctum toxico Conſtantinum Magnum Imp. tradit. Circa Nicomediam videtur alicubi fuiſſe, in Aſia fortè. σωτηελισπολις, in Reſponſis patriarcharum Orientalium, mentio fit. N. Calliſtus quoque habet Soteriopolim vrbem epiſcopalem, vnitam cum alia, quæ ALAMA dicitur.

SOTERVS σωτῆρ, portus ſinus Arabici, à latere Africano: Diodoro 20. Fortè THEON SOTERA θεῶν σωτήρ, Ptolemæi: in Aethiopia ſub Aegypto. item Strabonis, hoc eodem tractu.

SOTIANI σωτιανοι, Celtica gens: apud Athenæum. Vide SONTIATES.

SOTIRA σώτειρα, Arienorum vrbs Stephano. item Ptolemæo. in Aria nempe. Cappadociæ opidum eſt apud Plinium. Parthienæ eſt, Arriano in Syriacis.

SOTTIATES, vide SONTIATES.

SOVENOCHALCI σουενόχαλκοι, Sarmatiæ Aſiaticæ gens: Ptolemæo. SVANOCOLCHI legit eius interpres. corruptè fortè vterque: puto enim vocem factam & Suanis & Colchis: ſunt enim in horum duorum confinibus. ex quo SVAVOCOLCHI legerim.

SOXATAE σοξάται, apud Ptolemæum Carmaniæ gens. SOZATÆ apud interpretem.

SOXTRA, vide SOSXETRA.

SOZA, Dandarica vrbs: in Aſia. Tacito, Annal. 12.

SOZOA σωζοα, Mediæ vrbs: Ptolemæo. Per A in prima interpretibus.

SOZOPETRA σοζοπέτρα, Syriæ vrbs: apud Cedrenum, & Zonaram 3.

SOZOPOLIS σωσόπολις, circa Conſtantinopolim vrbecula videtur, apud Gregoram: & in ſynodo VI. Conſtantinopoli habita. Hæmi montis nempe. Eſt quoque Piſidiæ vrbs, Euagrio, Calliſto, & in concilio Conſtantinopolitano I. & eadem ſynodo VI. Conſtantinopolitana. Pamphyliæ vrbem vocat Cedrenus, & Nicetas, in Alexio Comneno.

SOZOTÆ, vide SOXATÆ.

SOZVSÆ σώζουσι, tres huius nominis vrbes eſſe, tradit Stephanus, in Phœnicia. Piſidia. & Aethiopia. In Pentapolitide regione habet Epiphanius. cuius epiſcopum Heliodorum nominat. SOZYTANÆ ciuitatis, meminit ſynodus Conſtantinopolitana V.

SPACORVM Vicus, Antonino. vel SPARCORVM, vt legit Simlerus; Hiſpaniæ. inter Bracaram & Aſturicam.

SPADA σπάδα, Stephano vicus Perſicus eſt. vide ſpadones. Primi eunuchi hic facti. vt addit idem.

SPALATHRA, vide SPALETHRA.

SPALEI, Sarmatiæ Aſiaticæ populi: apud Plinium. An Spali Iornandis? quos circa Pontum deſcribit.

SPALENSES, vide ISPALENSES.

SPALETHRA σπαλέθρη, Theſſaliæ vrbs: Stephano. SPALATHRA Magneſiæ: Plinio.

SPALI, vide SPALEI.

SPALMAX, vide TAMARITIVM.

SPAMIA, vide HISPANIA.

SPANDEVS, fons in inſula Coa. Vibius.

SPANETA, vide HISPANETA.

SPANIA, ciuitas eſt Aegypti, in qua monaſterium. auctor Palladius in vita Aphtonij. SPANIENSIS ſubdiaconum, nomine Primum, habet D. Auguſtinus, Epiſt. 169. vide IBERIA.

SPANYDRION, locus Phœniciæ, vbi S. Epiphanius latitabat. teſtis in eius vita Metaphraſtes.

SPARSA, vide NOVA.

SPARTA, vide LACEDÆMON, & THERAMNÆ.

SPARTANOS Populos Aſiaticos, habet Trogus 41. Sed ARIANOS fortè legendum. Spartani certè hoc tractu terrarum prorſus ignoti.

SPARTACVS σπάρτακος, vrbs Thraciæ. Stephanus: ex Eratoſthene.

SPARTARIA, vide CARTHAGO.

SPARTARIOS Campos, habet Strabo in Hiſpania, circa Carthaginem. Manxam ab Arabib. vocari, ſcribunt Hieron. Surita. & Io. Mariana.

SPARTE σπάρτη, vicus & mons iuxta Pontum Euxinum: Stephano. quod Turcis hodie Iſpirite vocari, ſcribit Leunclauius. Eſt Armeniæ opidum, Cedreno.

SPARTOLVS σπαρτωλός, Macedoniæ vrbs, apud Stephanum. Bottiææ, apud Thucydidem lib. 2 & 5. Vide PACTOLVS.

SPARTVM σπάρτον, mons, iuxta Pontum Euxinum. Stephanus. An idem cum Sparte?

SPASINE, vide CHARAX.

SPATANA σπάτανα, Taprobanæ inſulæ portus. Ptolemæus.

SPATHE, opidum videtur circa Armeniam: apud Curopalatem, & Cedrenum.

SPATIANI Saltus, in Italia. Mauri Epiſcopi ſedes, apud Surium.

SPAVTA σπαῦτα, Mediæ regionis lacus, è quo ſales coguntur, qui pruritū excitant. Strabo 11. Spotam hunc lacum vocat Pet. Gyllius in quadam epiſtola (cuius mentionem feci in voce DASCVTA) eumque his verbis deſcribit: »Inuenimus adeò ſalſum, vt eius totum littus per quatuor ſtadia extra aquam tectum ſit perpetua glacie ſalis. Ego vt experirer quod falsò Strabo tradit, pruritum dolorem'q; facere; per ipſum nudus ambulaui, ducentos paſſus tendens in eius altum, neque dum aqua attingebat vmbilicum: vidiq; totum vadum vbique tectum perpetua cruſta ſalis, vt nuſquam ſolum appareret. Hic lacus ſex dierum iter in ambitu habere dicitur.

SPEDIA, Latinis dici Liguriæ opidum, quod incolis Specie vocatur; ſcribunt Blondus, & Leander.

SPEI Fanum, ἐλπίδος ἱερόν, 8 ſtadiis ab vrbe Roma. Liuius 2. 25. 40. & Halicarnaſſeus 9.

SPELÆVM σπήλαιον, Stephano locus, circa Pellam Macedoniæ. Liuio quoque 45. Vide SPELVNCÆ.

SPELLVM, vide HISPELLVM.

SPELVNCA σπηλύγγα, Caſſiotidis regionis, in Syria opidum: Ptolemæo. Arabiæ opidum eſt in Lib. Notitiar. In Italia quoque, Antonino, inter Brundiſium & Egnatiam.

SPELVNCÆ, in Italia locus: teſte Plinio. Villa eſt Tacito; in Latio: PRÆTORIVM Suetonio dictum in vita Tiberij. Sperlunga à Pineto appellatur. Vide AMYCLÆ.

SPENDEROBIS, Triballorum metropolis; Laonico. SENDEROVIA erat in margine. Opidum Seruiæ eſſe, ad ripam Danubij, ſcribit Leunclauius, & Semendec à Turcis dici: Sendrew autem Hungaris: corruptè & correptè, pro S. Andrea. quod proprium huius nomen. SIGINDVNVM fortè olim.

SPERCHEA σπέρχεια, Macedoniæ promontorium, ad Sinum Maliacum. Ptolemæo. Comen, Nigro: ſed Phthelia Sophiano auctore nominatur hodie.

SPERCHIAS, Macedoniæ locus: Liuio lib. 32. Circa Aoum fluuium.

SPERCHIVS σπέρχιος, Phthiotidis regionis in Macedonia fluuius, Ptolemæo. Comen Theuetio, ſed Agriomela Sophiano dicitur, item XERIAS ξέριας. SALAMBRIA ſuo tempore dici, tradit Iſacius Tzetza. qui eum videtur SPERCHERVM σπέρχειρος, nominare, niſi mendoſus ſit codex. Sperchium fluuium Apollodorus BORVM βόρος, cognominat. Sed vide PENEVS.

SPERMATOPHAGI σπερματοφάγοι, Aethiopiæ gens, circa Meroen. Strabo.

SPHACTERIA σφακτηρία, Thucydidi 4. & Diodoro 13. inſula Pylo vrbi prætenta atque vicina, portum tutum & anguſtum efficiens. Stephanus dicit confinium eſſe Elidis & Meſſeniæ. Locus anguſtus quoque in Laconica. Suidas. Vide SPHAGIA, & PYLVS.

SPHÆRIA σφαιρία, Peloponneſi inſula, Trœzeniorum continenti adeò proxima, vt pedibus ferè in eam tranſiri poſſit. Hæc poſtea HIERA, ſiue SACRA dicta fuit. Pauſanias.

SPHAGEÆ σφαγέαι, Laconici agri opidum. Xenophon 6. Græcorum.

SPHAGIA σφαγία, quæ & SPHACTERIA σφακτηρία, Meſſeniaci ſinus inſula, ante Pilum. Straboni & Stephano. Vide PROTE.

SPHAGITES σφαγίτης, promontorium Scythicum. Stephanus. in verbo σφακτηρία.

SPHASINE, vide CHARAX.

SPHECIA σφήκεια, Eubœæ vrbs: Stephano ex Lycophrone. Vide CYPRVS.

SPHEN, vide CVNEVS.

SPHENDALA σφενδάλη, vicus Hippothoontidis tribus. Stephanus & Heſychius. Huius meminit etiam Herodotus in Calliope.

SPHENDONII, vide HYACINTHVS.

SPHETIA, Albaniæ vrbs Illyrica: Laonico. SPHETISGRADVM erat in margine. & ſic à Barletio vocatur. Leunclauius ſcribit à Græcis OXYPYRGIVM, & à Turcis Siurige vocari.

SPHETTVS σφηττός, Acamantidis tribus municipium: Stephano. Athenienſium pagus: Pauſaniæ 2. & Plutarcho in Theſeo. Per I σφιττὸς legit Phauorinus.

SPHETZANIVM, vide SBETZANIVM.

SPHICIVM, vide SPHINGIVS.

SPHINGIVS σφιγγίον, collis, eſt apud Palæphatum. σφίκειον eſt Lycophroni, Sphingis habitaculum. vide PHICEIVM.

SPHRAGIDIVM σφραγίδιον, antrum Nympharum, in vertice montis Citheronis, in Bœotia. Pauſanias. item Plutarchus in Ariſtide.

SPHYROPOLIS, vide PHINOPOLIS.

SPILVM, vide ACHILLEA.

SPINA σπῖνα, Italiæ vrbs: Stephano, & Straboni, circa Rauennam. Eſt & fluuius ibidem SPINVS, Stephano, & Halicarnaſſeo, lib. 1.

SPINÆ, Antonino Britanniæ inſulæ opidum quod hodie Neuburi vocari, tradit Humfredus Lhuydus. Camdeno Spene eſt, non procul hinc.

SPINAMBRI. Græciæ populi, à quibus originem traxiſſe Tarquinios, in Tuſcia: ſcribit Trogus 20. ſi fida ſcriptio.

SPINETICVM, Padi oſtium Plinio, qui quoque VATHRENI Portus, idem antea ERIDANVM OSTIVM vocatum fuit, eodem teſte. (SPINOS σπῖνος, Stephano hoc flumen eſt.) Spinonem nouit & Cicero 3. Deor. A Pomponio videtur MAGNVS PADVS appellari. σπινῆτι στομάτων, & ποταμῶν, Halicarnaſſeus vocat. Hieronymus Rubeus & Fabricius Primero nuncupant.

SPINO, & SPINVS, vide SPINA, & SPINETICVM.

SPIOS σπεῖος, legit Ioan. Tzetza in Theogoniam Heſiodi, & dicit Thraciæ fluuium eſſe. Sed ipſe Heſiodus hoc loco πνεῖος legit.

»SPIRACVLA vocant alij CHARONEAS SCROBES, mortiferum ſpiritum exhalantes. ſic Plinius, lib. 2. cap. 93. vbi ea in Sinueſſano & Puteolano tractu deſcribit. Buço velenoſo vocat Leander in ſua Italia. quod interpretatur antrum veneno ſum. Vnum horum ibidem adhuc hodie etiamnum exſtare vidi, iuxta lacum Agnani (vt vocant) appellaturq; Grotta de li cani. eo quòd huius periculum hoc animali ſæpius experiuntur peregrini. Vide PLVTONIS Fluuium.

SPIRÆVM σπίραιον, promontorium Peloponneſi, in ſinu Saronico: Ptolemæo. Sine S legit Plethon.

SPIRA TAVRICA σπεῖρα τῆς ταυρικῆς, locus ſic dictus, in Taurica Cherſoneſi, vbi Dianæ aiunt fuiſſe templum. Procopius.

SPIREOSTOMA, vnum oſtiorum Danubij: Plinio & Solino; pro quo PSILONSTOMA legerim, vt hoc loco Ptolemæus & Arrhianus, & ſic quoque Solinus meus membraneus, ſed mendosè Spilonſtoma. Vide PSILVM.

SPIRIENSEM quendam Hegeſandrum, nominat Aeſchines in quadam Oratione.

SPLEDON, vide ASPLEDON.

SPODENDVM σποδενδον, circa Armeniam Minorem videtur locus: apud Porphyrogennetam.

SPOLETINVM σπολήτινον, Turdetanorum in Bætica vrbs: Ptolemæo.

SPOLETIVM σπολήτιον, Vilumbrorum vrbs, Ptolemæo, in Italia. Coloniam eſſe docent Florus, Paterculus, Liuius, & Cicero. SPOLETINI ſunt Plinio. Spoleto hodie. Bonam vrbem, & optimorum ciuium matrem, dicit Symmachus 3. Epiſtola 12.

SPONDOLICI, Sarmatiæ Aſiaticæ populi: apud Pliniū.

SPONSAS, vide POSSESSIO.

SPORADES σποράδες, inſulæ in Aegeo Mari ſparſæ; quas ab Homero CALYDNAS καλύδνας, appellari putant; inquit Strabo. Duodecim numero eſſe & ab aliquibus CYCLADES appellari tradit Suidas. Vnam harum STRYBIAM στρυβία, vocat Stephanus. SPORADES etiam inſulas multitudinis indicibilis, & omnium rerum ſteriles, habent Euſtathius & Agatarchides, in quodam Arabiæ ſinu. Vide CYCLADES.

SPORGILVS σπόργιλος, Stephano Atticæ vicus.

SPORI, commune nomen quondam Antarum & Slauinorum; quod diſperſi habitabant. Procop. 3. Gothicor.

SPORON nomē inſulæ maris Mediterranei, circa Pyrenæos montes. vt refert Tabula tertia Peutingeriana, mihi à M. Velſero miſſa.

SPVRII, vide TARENTVM.

SPYNTVMA, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio.

SQVILLITANVM, vide SCYLLATENI.

SQINICII, vide SAMNITES.

STABÆI, vide SABÆI.

STABALI, vide TABVLI.

STABATISTVM, vide LEBEDONTIA.

STABARENI, vide TIBARENI.

STABIÆ, opidum in agro Cumano, memoratur ab Ouidio 15. Metamorph. Columellæ 10. vbi eas fontibus celebres dicit. quos verſus Furcas Caudinas decurrere, annotauit ad eundem Pomponius Fortunatus. Plinius illud à Syllæ deletum, & in villas abiiſſe ait. Hodie ibidem Turris nunciate eſſe, ſcribit Amb. Leo. Caſtello al mar di Stabie, Leandro dicitur. STABIANVM littus habet Seneca 6. Natural. vide TABIÆ.

STABLESIANORVM equitum, meminit Lib. Notitiar. & Goltzius, ex antiquo marmore.

STABLO, vide REGENSES.

STABVLÆ, ab Argētaria vrbe XII. M. P. locus. Antoninus.

STABVLVM, Aſiaticæ Myſiæ opidum, Plinio. AD STABVLVM, Galliæ Narbonenſis vrbs: apud Antoninū: inter Salſulas & Pyrenæum. Apud eundem STABVLVM Nouum, in Hiſpania, inter Barcinonē & Tarraconem. STABVLVM Diomedis, vide TINDA.

STACHIR στάχειρ, Libyæ Interioris fluuius apud Ptolemæum, hoc flumen vnum & idem eſſe, cum eo quod Zenegas hodie vocatur, credunt incolæ; vt refert Ludouicus Marmolius, in ſua hiſtoria Africana Hiſpano idiomate ſcripta. Gambea autem interpretatur Io. Maffeius. Vide TRACHIRIS, & GIR.

STACHIRIS, vide TRACHIRIS.

STADIA, vide GNIDVS, & RHODVS.

STADISIS, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, vbi Nilus præcipitans ſe, fragore auditum accolis aufert. Plinius. Vide TASITIA.

STAGABAZA, vide TAGABASA.

STAGIRA στάγειρα, Stephano, & Plinio, STANTIRA ςάντειρα Ptolemæi, vi fallor, Macedoniæ vrbs eſt, circa Athon montem: in agro Olynthiaco eam locat Dion Pruſæus. Ariſtotelis patria, vt Laërtius tradit. Libanoua à Sophiano dicitur. apud eundem etiam ORTHAGORIA ὀρθαγορία vocatur. Macra nunc dicitur, ait Nicetas. Vide STRAMBÆ.

STAGNVM, XL. ſtadiis à Carthagine. Procop. I. Wandalicor. Huius, ni fallor, Oroſius lib. 4. cap. 22. meminit. λιμνη eſt apud Appianum.

STAGVS, vide STEGOS.

STALBO, vide REGENSES.

STALIA, locus circa Ciliciam videtur. In ſynodo V. Conſtantinopolitana. Vide GENVA.

STALIOCANVS Portus, ςαλιόκανος, Ptolemæo eſt Galliæ Lugdunenſis, ad mare Britannicum; S. Paul hodie dici annotauit Villanouanus. Roſcou ex eo facit Bertrandus Argentræus. Saliocanus legunt Latina exemplaria, cui accinit malè Cœnalis, eumq; à ſale conficiendo ſic nominari putat, peiùs.

STAMENA ςαμένα, Chalybum opidum: Stephano. ex Hecatæo.

STAMPÆ, Galliæ locus, ſuper Iunna fluuium. Aimoinus, & G. Turonenſis. STVMPENSIS Concilij meminit Iuo. Nomen retinet Eſtampes.

STANACVM, Antonino vrbs, in Noricis. Vacenkirchen eſt Lazio, in R. P. Romana. ſed STAVACVM per V legit.

STANDIANVS Epiſcopus Marcus. In Lydia. Nicæn. concil.

STANOS, Nicetæ eſt Macedoniæ vrbs.

STANTIRA, vide STAGIRA.

STAO ςάων, Mediæ fluuius, in Caſpium mare effluens: Ptolemæo. STRATO legunt eius interpretes.

STAPEN, vide DICTIS.

STASIS ςάσις, Perſica vrbs, in magna rupe. Stephanus.

STATANVM ςατανον, vinum, celebrat Strabo 9. A loco videtur in Latio, aut Cāpania. Conterminum Falerno eſt Plinio 14. cap. 6. Ad Statinas paludes forſan.

STATELATES, Ligurum ſunt populi: apud Liuium. STATIELLENSES Ciceroni, in Familiarib. Vide AQVÆ Statellorum.

STATHENI, Indiæ populi; ab Alexandro domiti. Oroſius 3. cap. 19. CATTHENI legebat membranum. ſingulari T Catheni, aliud meum. CATHÆOS repoſuit Fabricius. STRATENI ſunt apud Trogū 12. pro quibus GESTEANOS ex M.S. reſtituit Bongarſius. quam lectionem membraneus meus quoque approbat.

STATHMI, ςαθμοι, locus vicinus Pitanæ: cuius vinum celebrat Athenæus, lib. I.

STATIANVS, vide FVNDVS.

STATIELLENSES, vide STATELATES.

,, STATINÆ, Papinius 3. Siluarum ad Claudiam vxorem;
,, Aenariaq; lacus medicas, Statinasq; renatas. In Campania. Eruditus lector iudicet an quoque Statinas legendum apud Plinium 2. cap. 88. quo loco recentiores Stagnum, & paullo vetuſtiores codices Statinas legunt. STATIVAS (ſcilicet aquas) vtrobique Scaliger facit, ad Varronem.

STATONES, Plinio Tuſciæ populi, STATIONENSES ſunt Vitruuio: vrbs STATONIA ςατωνία, Strabo. STATIONENSIS ager eſt apud Varronem: & STATIONENSEM lacum habet Seneca 3. Natur. Vrbs hodie Scarſino, Leandro & Volaterrano.

STATVÆ, vide AD STATVAS.

STATVENTVM, vide FATVENTVM.

STATVRA, vide SATVRÆ Palus.

STAVACVM, vide STANACVM.

STAVANI ςαυᾶνοι, Sarmatiæ Europææ gens: Ptolemæo.

STAVENI ςαυηνοί, Ptolemæo, ASTAVENI interpretibus, Ariæ populi.

STAVERA, vide STVRII.

STAVRACII, Monaſterium, vide HEBRAICA.

STAVREOPOLIS, Cariæ vrbs. huius meminit ſynodus Conſtātinopolitana VI. ſub Cōſtantino Mag. habita. Apud Balſamonem locus epiſcopalis eſt, ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. ςαυρουπολις eſt apud Curopalatem.

STAVRI, circa Hyrcaniam populi ſunt Plinio.

STECTORIVM, vide ESTORIVM.

STEGOS opidum, Curopalati. Bulgariæ, aut Seruiæ videtur. STAGOS legit Cedrenus.

STELÆ, ςῆλαι, id eſt Columnæ, vrbs Cretæ, iuxta Paræſum & Rhytimnam. Stephanus. Africi maris inſula, eſt apud Cedrenum, & Curopalatem. Vide ARÆ.

STELENDENA, Syriæ regio, iuxta Palmyra ſolitudines. Plinius.

STELESTA, vide ETELESTA.

STELIS, inſula Curopalati eſt. In mari Mediterraneo alicubi videtur. Fortè STELÆ Cedreni.

STELLATIS Ager, in Italia: Suetonio in Cæſare. Stellatis campus mōtibus & fluminibus clauſus. Liuius 22. In Samnitio aut Campania videtur. Sanfelicius oſtēdit eum hodie in Territorio Carinolo. Vulgus eum quoque Mazzone appellare, ait Scipio Mazzella. STELLATES populos in Tuſcia, habet Cato (qui circūfertur) in Originib. Circa Piſtoriam eſt, ex Annij coniectura. Sed parum abeſſe ab vrbe Capena, ex Feſto capitur. Vnde Stellatina tribus.

STEMPHYLOS, vide STYMPHALOS.

STENA vocant Græci fauces, quæ ad Antigoniam ſunt, in Chaonia, Liuius 32. Vide SYMBOLVM, FRETVM, & THERMOPYLÆ.

STENÆ DEIRE, inſulæ ſinus Arabici, circa Pentadactylum montem. Plinius.

STENEI, Iouis Ara, vide THESEI Ara.

STENIMACHVM, Thraciæ caſtellum, in Philippopolitana prouincia. Nicetas. Ichtiman hodie vocari, ſcribit Leunclauius.

STENOPOLIS, vide PHINOPOLIS.

STENOPONIVM, vide STOPONIVM.

STENOSTHEMA, vide PSILVM.

STENTORIDIS Lacus, in Thracia, circa Aenum vrbem: Herodoto 7. Et STENTORIS Portus, Thraciæ: ad Thracium mare: circa Hebri oſtium: Plinio. Vide TENTYRA.

STENYCLERVS ςενύκληρος, Meſſeniæ vrbs: Stephano, Herodoto, & Straboni. ſed huic per A in penultima STENYCLAROS. Campum vocat Pauſanias.

STENYGRVS ςενυγρος, Iſthmus eſt in Græcia apud Apollodorum. 2. ſi ſincerus ſit codex.

STEPHANE ςεφάνη, Phocidis vrbs. Stephanus. Galatiæ maritima vrbs: Arrhiano in Periplo. Vicus ibidem: Ptolemæo. Paphlagoniæ apud Plinium videtur. Vide SAMOS.

STEPHANI FANVM, vide ONOGORIS.

STEPHANICVM, vrbs Armeniæ fortè: Cedreno, & Curopalati.

STEPHANIS ςεφανίς, Mariandynorum opidum. Stephanus ex Hecatæo.

STEPHANOPOLIM, & CORONAM, vocat Sambucus vrbem Daciæ, Cronſtadt vulgo dictam, Germanis; & Braſſo Hungaris. Auentinus hanc eandem antiquitus SEGETHVSAM dictam ſcribit. ZARMISOGETHVSAM dicere vult, vt ego opinor. STEPHANOPOLEOS loci, meminit Aelianus 12. Animal. cap. 30. vbi templum Fortunæ Epiroticæ. In Epiro fortè.

STEPHON ςέφον, Tanagricæ regionis in Bœotia locus. Plutarchus in Quæſtionibus Græcis.

STEREA, Atticæ municipium. Pandionidis tribus: Luciano in Dialogis Meretricijs. Vide STIREA.

STEREONTIVM ςερεόντιον, Germaniæ vrbs, Ptolemæo: quæ Caſſel à Pyramio dicitur. Haſſiæ vrbs, nota.

STERRIS, vide STIRIS.

STESIARVS, Moloſſiæ mons, Vibio. STESIANVS legebat Bocatius.

STESICHORI Poëtæ tumulus, in Sicilia, iuxta Catanā. hodie S. Maria de Betlem ibidem eſt, vt refert Fazellus.

STETHE ςῆθη, (i. pectora) qui dicuntur, ad Iſtri oſtia. ſic Strabo. Sunt ſub aqua tumuli arenarum; de quibus vide Polybium 4. DORSA ſunt Ammiano 22. PECTORA Ouidio 1. Triſt. Elegia 10. vt putat quidam.

STEVNOS ςεῦνος, Phrygiæ antrum. Pauſanias in Achaicis. Vide PEVCELLA.

STIBOETES, vide ZIOBERIS.

STILPÆ ςίλπαι, Siciliæ vrbs, Stephano.

STIMON, Theſſaliæ vrbs, Liuio 32.

STIPA Inſula, contra Corſicam, Martiano; ſi vera ſcriptura. quidā SCIPA legit. Vide Pliniū 3. cap. 6. vnde hæc ſumpta.

STIPHANA ςιφάνη, lacus in Phazemonitide regione, ſi textus ſit integer. Strabo lib. 12.

STIPIVM, vide STYPEIVM.

STIREA ςειρέα, Atticæ pagus, circa Sunium promontorium videtur, apud Strabonem. Pandionidis tribus vicum facit Stephanus, & Heſychius. ſed ςειεια hinc. Vide STYREORVM.

STIRIA, inſula eſt iuxta Cyprum, Plinio.

STIRIS ςιρίς, Phocidis opidum, ſtadiis LX. ab Ambroſſo diſtans. Pauſanias, & Plutarchus in Cimone. STERRIS alibi, apud eundem Pauſaniam nominatur.

STISSVM, opidum Citerioris Hiſpaniæ, vbi Liuius lib. 21. ſcribit Hannonem à Cn. Scipione captum. CISSA κίσσα, vocatur à Polybio lib. 3. Hodie Siſon nominari, dicit Pet. Antonius Beuterus.

STLVPI ςλῦπι, vrbs Liburniæ mediterranea. Ptolemæus.

STOBERA ςόβηρα, Ichthiophagorum vrbs, in India. Philoſtratus in Apollonij 3. ſub calcem.

STOBI ςόβοι, Macedoniæ vrbs, in Pelagonia, Plinio, Liuio, & Ptolemæo. Primæ Macedoniæ eſt, in Concilior. opere. STOVENSES ſunt in Digeſtis. hanc Nardus in ſuo Liuio Italico Starachino nouo vocabulo nuncupat.

STOBORRHVM ςόβοῤῥον, promontorium in Africa Propria. Ptolemæus.

STODERANI, vide SODERANI.

STOEÆ ςοῖαι, apud Stephanum eſt Libyæ vrbs. ex Hecatæo.

STOECHADES ςοιχάδες, Ptolemæo, quas LIGVSTIDES λιγυςίδες, etiam vocat Stephanus; item Apollonius lib. 4. Galliæ Narbonenſis inſulæ. Camergas Paradinus vocat. Iſles de hyerres, vel d'or, appellari puto. Stephanus tres numerat: vt etiam Plinius, quarum primam PROTEN, ſecundam MESEN, & POMPONIANAM, tertiam HYPÆAM vocat. Martianus primam THEMISTAM nominat. Ptolemæus quinque dicit eſſe, ſed eas ſingulatim non nominat: quod neque Mela etiam facit; qui eas ſparſas ſcribit à Ligurum ora, ad Maſſiliam vſque. in quo ſpatio comprehenduntur etiam quæ Plinius addit, STVRIVM, PHOENICE, PHILA, LERO, & LERINA; (quæ Ptolemæo LERONE λειρώνη.) A Strabone quinque numerātur tres memorabiles, & duæ exiguæ. Sed Planaſiā & Leronem ab his disiungit. Pinetus in ſuo Gallico Plinio, vocat Sturium, Ribaude: Phœnice, Porte croix: Phila, Bonhomme: & Lero, Larina. Sed conſule Dalechampium ad 3. Plinij, cap. 5. Has Stoechades inſulas ſub nomine APSYRTIDVM videtur deſcribere Apollodorus.

STOENEI, ſunt in Romanis triumphis, teſte Goltzij Theſauro, in Liguria. STVINI ςύινοι, apud Stephanum ſunt. Vide STOVINVS.

STOIDIS, inſula quæſtuoſa margaritis, iuxta fretum Perſicum. Plinius 6. cap. 25. Vide TOIDIS.

STOLOS ςῶλος, vrbs inter Thraces Barbaros, quas Chalcidenſes ex Edonis tranſtulere. Stephanus.

STOMA ςόμα, palus Troadis, circa Scamandri oſtia. Strabo. ex Xylandri verſione. quam reprehendit doctiſſimè Caſaubonus. STOMALIMNA enim cōiunctim legendum.

STOMALIMNA, i. oſtij lacus. ſic videtur Strabo appellare ſtagnum quod alij MASTROMELLA vocant. Mar de Martigue hodie nominari puto. Pagus in Co inſula qu. que STOMALIMNA dicitur, apud Strabonem 14. vbi Xylander (vt annotauit Caſaubonus) os portus interpretatur. Vide ASTROMELA, & STOMA.

STOMIA, & STOMATA ποταμος: Euſtathio in Ιλιαδ. & Οδυς.

STONI, vide STONOS, & SARNII.

STONIA ςώνια, Ponti Galatici vrbs, in Cappadocia; Ptolemæo. ETONIA legunt eius interpretes.

STONOS, vrbs & caput Euganeorum eſt apud Plinium. Stenega fortè ibi hodie. STONI ςόνοι, populi ſunt circa Tridētinos, Straboni. STONIOS Italiæ populos, ſcribit Macrobius inueniſſe in antiquitatibus, deuotos. 3. Saturnal. cap. 9. TONIDIS legit alius codex. Vide SARNII.

STOPONIVM, locus Thraciæ, iuxta Sardicam, Cedreno. STENOPONIVM legit Gabius, apud Curopalatem.

STORAS, vide ASTVRA.

STORNA ςόρνα, Ptolemæo vrbs Indiæ extra Gangem.

STORTHYNGA ςόρθυγγα, Lycophroni Cryonis promontorium eſt Iſacio, & Lacinium intelligit. Cacumen vertit Canterus & Scaliger. Vide LACINIVM.

STOVENSES, vide STOBI.

STOVINVS σουῖνος, Ligurum opidum. Stephanus. cuius gentile STOVINI ςουινοι.

STRABONIANENSIS Fundus, in Africa. Auguſtinus Epiſtola 236.

STRADENSIS Claſſis, impoſitæ Margo Mœſiæ I. Lib. Notitiar.

STRAGNA, fluuius iuxta Perſicam, Cedreno. STRANGA ςράγγα, Epiphanij, & Curopalatis.

STRAGONA ςραγόνα, Germaniæ vrbs, Ptolemæo. Poſnauia, Poloniæ regni, Petro Appiano auctore.

STRAMBÆ ςραμβαι, Thraciæ vrbs, Stephano. qui gentile facit Stagiritas, Strambæos, quaſi ijdem cum Stagiritis.

STRANGA, vide STRAGNA.

STRAPELLINI, Plinio Apuliæ populi.

STRATA, regio Syriæ, Palmyræ ciuitatis ad Auſtrum ſpectans, Procop. 2. Perſic.

STRATEG. Thebaidis coloniæ, meminit Theſaurus Goltzij ex vetuſta inſcriptione. In Achaia fortè. ſunt enim Thebæ ibidem, Plinio teſte. Et STRATEGIDIS Epiſcopi, in Achaia, meminit concilium Nicenum.

STRATHENI, vide STATHENI.

STRATIA ςρατία, Arcadiæ vrbs: ex Homero Stephanus. Huius meminit etiā Nicander. STRATIÆ ſunt Pauſaniæ.

STRATIOTIS, vide STRATONIS.

STRATIVM ςράτιον, Acarnaniæ opidum. aliud à Strato: auctor Stephanus.

STRATO, vide STAO.

STRATOCLIA, Aſiæ vrbs, ad Boſporum Cimmerium. Plinius.

STRATONICA ςρατονίκη, Ptolemæo eſt Macedoniæ ciuitas ad Sinum Singiticum. Hanc ADRIANOPOLIM ἀδριανόπολις, poſtea dictam ſcribit Stephanus, Franco caſtro hodie nominari, tradit Nic. Sophianus. Vide IDRIAS, & STRATONICIA.

STRATONICIA ςρατονίκεια, Straboni; STRATONICA ςρατονίκη, Ptolemæo & Plinio, Cariæ vrbs. Aliam Stratoniciam einſdem regionis habent idem Strabo & Stephanus; quam ad Taurum cognominant. Meſopotamiæ & vrbs ſic nominatur apud Plinium.

STRATONIS inſula, in ſinu Arabico. Plinio, & Straboni 16. STRATIOTIS legit exemplar Plinij Venetum. ſic quoque Pintianus. STRATONIS Turris, einſdem nominis cum Cæſarea: locus ſiue tranſitus obſcurus, vbi Antigonum occiſum refert Ioſephus lib. 1. Iudaic. cap. 3. & Antiq. 13. cap. 19. item Egeſippus 1. cap. 6. & 7. vide CÆSAREA.

STRATOPEDON, vide ALATA Caſtra.

STRATVS, Straboni, Liuio, Thucydidi, & Plinio, Acarnaniæ vrbs. STRATOPOLIS apud Diodorum eſt. Non dubitem (inquit Gerbelius) quam Ptolemæus ASTACVM ἀςακός, nominauerit, in Epiro nempe, eam à Plinio & Strabone Straton appellari. STRATVM in Aetolia quoque deſcribit Athenæus, ex Polibij 6. STRATOS etiam Hyrcaniæ fluuius, Plinio. vide DYME.

STRAVIANÆ, Antonino Pannoniæ Inferioris vrbs.

STRENOS ςρῆνος, Cretica vrbs, apud Stephanum. ex Herodoti 7.

STREPSA ϛρέψα, *Macedoniæ vrbs, Stephano:* Thraciæ, *Suidæ. Iuxta Thermam fuiſſe, ex oratione quadam Aeſchinis videtur.* STREPSÆOS *populos, inde habet Heſychius.* & STREPSIANOS *Stephanus.*

STREVINTA ϛρευίντα, *Germaniæ opidum. Ptolemæus.*

STRIDON, *D. Hieronymi patria, vt ipſemet fatetur. de*
» *qua vrbe ſic idem: Hoc opidum à Gothis euerſum, Dal-*
» *matiæ quondam Pannoniæq́; confinium fuit.* Strignam *id vulgus nunc nuncupat: intra Petram piloſam, Portulam, & Primentum poſitum, vt ſcribit ex Blondo Marius Victorius, in huius Hieronymi vita. Blondus* Sdrigna *vocat.* SIDRONAM σιδρῶνα, *Ptolemæi eſſe ſcribit Villanouanus. haud procul à me ſententia.*

STRIGONIVM, *Hungariæ vrbs ad Danubium.* Gran *Wolfg. Lazio.*

STRIGVLIA, *Albionis inſulæ vrbs eſt, auctore Lelando, quam hodie* Chepeſtaw *vulgo dici ſcribit.*

STRITOBIS, *Germanici Oceani inſula. Ex Diacono, Frenicus, lib. 8. cap. 9. Corruptè ni fallor, pro* SCRICTOFINNI. *Vide* CREFENNÆ.

STROBELVS ϛροβηλος, *locus maritimus, circa Thraciã: Cedreno. In Caria alius eſt, Conſtãtino Porphyrogẽnetæ.*

STROBILVS, *vide* CAVCASVS.

STROBITZA, *vide* STRVMPITZA.

STROBVS ϛρόβος, *Macedoniæ vrbs, apud Stephanum. Romanorum ſtructuram dicit.*

STROE ϛρόη, *Stephano, Libyæ opidum. ex Hecatæo.*

STROGOLA ϛρόγωλα, *Lydiæ vrbs, Stephano. auctore Xanthio.*

STROMPHIDES, *vide* PLOTÆ.

STRONGYLE ϛρογγύλη, *Ptolemæo, Plinio, Antonino, & alijs, inſula vna ex Æolijs, quam Leander* Stromboli *vocat. Inſula iuxta Lyctum, eſt Stephano. Alia eſt circa Lyciam, Plinio. Opidum in Naxo inſula eſt, apud Solinum. Ad Hiſpaniam Bæticam quoque, Sex. Auieno. Vide* NAXOS.

STRONGYLVM ϛρογγύλον, *caſtellum ſuburbij Conſtantinopolitani. Cedrenus, Zonaras, Glycas, & Procop. 4. Aedif. Synonymon cum* CHELANDIA *eſt Onuphrio. vbi Conſtantinum Copronymum obiiſſe ſcribit.*

STRONGYLVS *Mons,* Tochiſanda *Caſtaldo. Vide* TAVRVS.

STROPHADES, *Cypariſſiorum duæ inſulæ, Straboni. Vide* CYCLADES, ECHINADES, & PLOTÆ.

STROPHAS ϛρόφας, *habet in Babylonia regione, Ptolem.*

STROPHIE ϛροφίη, *fons Thebis in Bœotia. Scholiaſtes in Callimachum.*

STRVCHATES ϛρούχατες, *Mediæ gens. Clio Herodoti.*

STRVDÆ, *paludis nomen, circa Drinum fluuium, Calliſto 17. cap. 28.*

STRVMPITZA ϛρούμπιτζα, *locus Thraciæ videtur, apud Cedrenum.* STRVMITZA *eſt Nicetæ, ſine* P. STROBITZA *Curopalati, vt Gabius legit.*

STRVTHIA ϛρούθεια, *Phrygiæ opidum, in Lycaoniæ finibus. Stephanus.*

STRVTHOPHAGI ϛρουθοφάγοι, *Aethiopiæ ſub Aegypto gens: Agatarchidi, Straboni, & Ptolemæo.*

STRVTHOPODES, *in India Meridianis regionibus: Plinio. vbi virorum Plantæ cubitales, fœminarum autem valdè paruæ. fabulam eſſe, qui dubitat?*

STRVTHVNTVM ϛρουθοῦντα, *Argiæ promontorium, habet Pauſanias, in Corinthiacis.*

STRYBIA, *vide* SPORADES.

STRYME ϛρύμη, *Thraciæ opidum, Stephano, & Herodoto 7. Inſula, colonia, & mercatus eſt Thaſiorum, apud Suidam.*

STRYMON ϛρυμὼν, *Ptolemæo eſt Macedoniæ fluuius, antea* PALÆSTINVS παλαίϛινος, & CONOZVS κόνοζος, *appellatus; vt ſcribit auctor opuſculi de montibus & fluminibus, Plutarchus.* EIONEVM *eundem vocatum, ex Taraſij ſcriptis, quæ Goropius lib. 1. Francicarum inſeruit, cognoſcitur. Sophianus* Stromona: *Bellonius* Marmara *vocat: Nardus* Radini. Iſchar *Lazius, in ſua Græciæ tabula, & R. P. R. 12. &* Rhedine *Theuetus, ſtrepens anſer, vt dicitur, inter olores. Strymonem apud Dioſcoridem, interpretatur* SAIROMA *à Serapione. Vide* AMPHIPOLIS.

STRYMONII, *vide* BITHYNIA, & THRACIA.

STRYMONIS, *vide* BITHYNIA.

STRYMONIVM, *vide* MIEZA.

STRYMONICVS *Sinus, Ptolemæo. A Sophiano nominatur* Golfo de monte Santo*; à Caſtaldo* Golfo de Conteſſa. TYRRHENICVM *videtur eum vocare Stephanus in verbo* Διγαία, *ab accolis Tyrrhenis ni fallor. Vide* TYRRHENI.

STVBERA, *vide* STYMBARA.

STVCIA ϛούκια, *Albionis inſulæ fluuius, apud Ptolemæum.* Seiont *nunc videtur Villanouano. Sed Camdeno, (cui hoc loco maior fides)* Iſtuyth *eſt. M. S. codex habebat* τουκκία.

STVINVS, *vide* STOVINVS.

STVLPINI, *Liburniæ gens, Plinio.*

STVMPIVM, *Thraciæ vrbs, videtur, apud Glycæ continuatorem, & Nicetam.* STYPIVM *Cedreno, &* STIPIVM *Gabio apud Curopalatem.*

STVRA ϛοῦρα, *Indi fluminis alueus, ſtadiis circa centum à portu diſtans. Arrianus de Indicis. Fluuius eſt quoque Galliæ Ciſalpinæ, Plinio. in Alpibus oriens. Etiam Cornubiæ fluuius, ſi creditur Pontico Virunio. Italiæ quoque Liuio 26. ſex millibus ab Vrbe, (ſi vera ibidem lectio) nam antea Turia legebatur. Sigonius autem, qui Sturam legerat, poſtea, tamquam eius pœnituerit, Tutiam repoſuit. ex Silio. vbi tamen Turia lego. Vide* ASTVRA.

STVRII, *Plinio Batauorum populi, qui ſternuntur inter Helium & Fleuum.* Staueren *vrbem Friſiæ maritimam, nouo nomine eos vocat H. Verrutius Friſius. Sed* TVSII *audet ex M. S. codice ſubſtituere H. Iunius in ſua Batauia cap. 3. &* Tuſenlant *interpretatur. An rectè, alij iudicẽt. Hoc autẽ hic addam:* STAVERÆ *Friſiorum memoria eſt Romæ in antiquo marmore, tẽpore Caroli Magni ſculpto.*

STVRIVM, *vide* STOECHADES.

STVRNI ϛοῦρνοι, *gens in Sarmatia Europæa. Ptolemæus.*

STVRNINI, *Calabriæ populi, apud Plinium.*

STYBARENI, *vide* TIBARENI.

STYELLA ϛύελλα, *Megaridis in Sicilia, caſtellum.*

STYGIS *Aquæ,* ϛυγὸς ὕδωρ, *Arabiæ Felicis fons, Ptolemæo. ſed bis ibidem. Vide* STYX.

STYGIVS, *vide* PENEVS.

STYLANGIVM, *vide* TYLANGIVM.

STYLIDA, *vide* COLVMNA *Regis.*

STYLLAGIVM, *vide* TYLANGIVM.

STYMBARA ϛύμβαρα, *Deuriopum vrbs: in Macedonia, Straboni. An* STVBERA *Liuij?*

STYMPHA ϛυμφη, *mons ex quo Arachtus fluuius* Epiri *profluit. Strabo. Vide* TYMPHE.

STYMPHÆAS, & PARYÆAS ϛυμφαίας καὶ παρυαίας, *rupes in Macedonia alicubi, apud Arrianum 1. Alex. Eadem cum Stympha Strabonis puto.*

STYMPHALIA ϛυμφαλία, *Macedoniæ regio, apud Ptolemæum.* STYMPHALIS *eſt Liuio.*

STYMPHALVS ϛύμφαλος, *Ptolemæo & Pauſaniæ, Peloponneſi in Arcadia, mons altiſſimus: qui Dom. Nigro* Pogliſi *dicitur. per n in ſecunda eſt apud Heſychium.* STEMPHYLOS *habet Gemiſtus, per* E *in prima, &* Y *in ſecunda. Idem addit eum* ZEIRIA ζέιρια, & CYLENE κυλήνη, *vocari.* κυλλήνην *geminato* LL. *montem habet Pauſanias in Achaicis.* STYMPHALVS *Apollodoro, Pauſaniæ, & Ptolemæo, &* STYMPHALVM *Plinio, Arcadiæ vrbs in Peloponneſo.* Vulſi, *Pineto:* Longamico *Nigro nuncupari video.* ZARACA ζάρακα, *recentiori nomine vocat Gemiſtus.* STYMPHALVS, *Arcadiæ fluuius; qui in Argolico agro deſinens, ibi nomine mutato* ERASINVS ἐράσινος, *dicitur. Pauſanias. Straboni quoque Stymphalus palus, & vrbs, eodem tractu.* STYMPHALIDES *vndæ ſunt Ouid. 2. Faſtor. &* STYMPHALIS *Silua, 5. Metamorph.*

STYM-



STYMPHELVS, *vide* ALPHEVS, & CHALCIS, & STYMPHALVS.

STYMPHIVM ϛυμφιον, *in Peloponneſo locus, Diodoro 15. Circa Argos videtur. An idem cum Stymphalo?*

STYPIVM, *vide* STVMPIVM.

STYRA ϛύρα, *Eubœæ vrbs, iuxta Caryſtum. Strabo, Stephanus, Pauſanias 4. Herodotus 6. Homerus* β. Ἰλιάδ. *& Thucydides 7.* ϛύραξ *Heſychio.*

STYRACIVM ϛυράκιον, *Cretæ mons. Stephanus.*

STYRAX, *vide* STYRA.

STYREORVM ϛυρέων, *Græciæ populorum, meminit Herodotus 6. & 8. Horum inſulam quandam Aegialiam vocat. Gentile quoque eſt, à Styra. Sed vide* STIREA.

STYX ϛύξ, *Nonacridis regionis fons, in Arcadia, Vitruuio, & Plinio. Ex Phineo oriri, ſcribit Aelianus. ex Phœmio, Antigonus in Mirabilib. idem eſt. Nonacris enim in Pheneo eſſe, tradit ex Herodoto Suidas. Nonacrin ante Pheneum eſſe, apud ipſum Herodotum 6. lego. In Ereo Arcadiæ eum deſcribit Galenus de Bonitate Aquæ. Apud Tænarum Plato de Primo Frigido. In Theſſalia quoque* STYX, *ſi creditur eidem Plinio. at credendus haud dubiè: idem enim conteſtantur Lucanus, Vitruuius, Pauſanias. item Vibius, qui dicit Titareſſum fluuium Theſſaliæ accreſcere Stygia palude. In Macedonia eum deſcribit Q. Curtius ad finem 10. De Styge lege fabulam apud Achillem Statium 8: Amorum.* STYX, ACHERON, COCYTVS, PYRIPHLEGETON, *quatuor Inferorum flumina ſunt, apud Homerum κ. Ὀδυς.* STYGIM *circa Phylas Aegypti, habet Seruius ad 6. Aeneid. Vide* STYGIS, & AVERNVS.

SVACHE, *vide* PTOLEMAIS.

SVAGELA σουάγελα, *Cariæ opidum, Stephano.*

SVALVA, *fluuius iuxta Cataractam vicum, in Britanniæ inſula. Beda.*

SVANA, *vide* SVANENSES.

SVANAGVRA σουανάγουρα, *apud Ptolemæum eſt Indiæ extra Gangem vrbs.*

SVANENSES, *Plinio ſunt Tuſciæ populi.* SVENENSES *à Suena ſcribit Pintianus, ex Ptolemæo, vt ipſe addit. neſcio quod ſequutus exemplar. Ego enim* SVANA σουανα *vbique apud eum reperio.*

SVANETES *Plinio, &* SVANITÆ σουανῖται, *Ptolemæo, in Rhætijs populi. Hodie* Landtuogty, *Scudo. Idem alio in loco* Schwaben by Rawenspurg *vocat. Simlero videntur* Algoeu, & Schwaben.

SVANI σουανοι, *Colchidis populi, apud Plinium & Cedrenum. Hibericam nationem, vltra Caucaſum, vocat Agathias 4. ſed* SVSANI σουσάνοι, *legebat Græcus codex Bon. Vulcanij. Inter Lazicos gentes numeratur, in Authenticis. Ibidem ſunt ferè Ptolemæo, in Sarmatia Aſiatica, quo* SVRANI *legunt eius interpretes. Vide* SOANES.

SVANIR, *Perſiæ magna ciuitas, apud Abdiam Babylonium in hiſtoria D. D. Simonis & Iudæ. Eandem videtur* SENAYR *idem vocare.*

SVANOCOLCHI, *vide* SOVENOCOLCHI.

SVARDENI σουαρδηνοὶ, *Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Ptolemæus.*

SVARDONES, *Tacito teſte, ſunt Germaniæ populi. Coniectantur* Miſniam *tenuiſſe, inquit Althamerus. Alijs circa* Suerinum *ſunt. Vide* PHARODENI.

SVARI, *Indiæ populi, apud Plinium.*

SVARNI, *vide* VALLI.

SVARRANI, *Vilumbrorum gens, Plinio.*

SVARTÆ, *Plinio Indicæ gens.*

SVASA σούασα, *apud Ptolemæum eſt Semnonum mediterranea vrbs, in Italia. Leander dubitat num ſit* VRBINVM *Taciti, quos Plinius* VRBINATES METAVRENSES *vocat: & noſtra ætas* Vrbino. SVASA *quoque Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, Plinio teſte.*

SVASTENE σουαϛηνη, *Indiæ intra Gangem regio. Ptolemæus. Vide* ASSACENI.

SVASTVS σουαστος, *Ptolemæo fluuius, qui ſe in Indum defert.*

SVAVENSIS *Loci Epiſcopalis in Numidia; meminere Vict. Vticenſ. & Coll. Carthag.*

SVAVIA. *Vniuerſis poſſeſſorib. in Suauia conſtitutis, ſcribit Caſſiodorus 5. & 9. Variarium.* SVAVIA *fortè legendũ. pro Pannonia Sauia, de quo vide in* PANNONIA.

SVAVIÆ *regionem, &* SVAVOS *populos habet Procopius lib. 1. de bello Gothorum, quibus eum Germaniæ tractum deſignare puto quem hodie* Schwaben & Schwabenlandt *nominant. Vide* SVEVI.

SVBA, *vide* SOBA.

SVBAGRÆ, *Indiæ populi: ab Alex. Magno domiti. Oroſius 3. cap. 19.* OXYDRACÆ *autem reſtituit Fabricius, ex codicib. veteribus.*

SVBAITA *vicus, vbi venditus fuit* Nilus *Monachus. Surius in Sanctorum librorum volumine primo.*

SVBANECTI, *vide* VLBANECTI, NERVII, & RHATOMAGVS.

SVBARRITANVM *locum epiſcopalem, habet Vict. Vticenſ. In Mauritania Cæſarienſi.*

SVBASANI σουβασανοὶ, *Corſicæ inſulæ gens, apud Ptolemæum.*

SVBATTII σουβαττιοι, *Germaniæ populi, à Germanico Cæſ. deuicti: apud Strabonem 7.*

SVBAVGVSTANI *Epiſcopi, in Italia, meminit concilium Romanum, ſub Hilario pontifice habitum.*

SVBBVLENSIS *loci, in Africa, meminit Optatus Afer.*

SVBCISIVVM, *vide* SVBSICINVM.

SVBDALIA, *apud Balſamonem eſt ſedes Epiſcopalis, ſub patriarchatu Conſtantinopolitano.*

SVBEL σουβελ, *agri nomen, in quo ſepultum Cæſarium martyrem, ſcribit Suidas, in verbo Eudoxius. Circa Syriam fortè alicubi.*

SVBI, *Plinio Hiſpaniæ fluuius eſt, in Coſſetaniæ regione.* Beſos *fortè hodie dici, putat Cluſius: vel* Beles, *vt Moralis.*

SVBICARENSE *Caſtellum, habet Ammianus. 29. In Mauritania.*

SVBLACVM, *vt Hermolaus ex Frontino legendum putat.* SVBLAQVEVM *eſt apud Tacitum, & Plinium.* Sollago *bodie dici, ex Leandro liquet. Latij mediterraneũ opidum eſt: circa Anienis fontes. quadraginta millibus ab Vrbe abeſſe, ſcribit Diaconus. Vide* SIMBRIVIVM.

SVBLANTIA, *vide* LEGIO *Septima.*

SVBLAPATIA, *vide* SVBLVPANTIA.

SVBLAVIO, *Antonini;* Brixen *eſt Simlero, Epiſcopalis ciuitas in Alpibus.* BRIXINORA *Ottoni Friſingenſi. Horum populos Ptolemæus* BRIXANTAS βριξάντας, *& Plinius* BRIXENTES *vocat. Vide* SABONA.

SVBLECTINVS *Epiſcopus, ab Africæ loco ſic dictus. Vict. Vticenſ. M. S.*

SVBLEVM, *Phrygiæ opidum, apud Nicetam.*

SVBLICIVS *Pons, poſtea* AIMILIVS *dictus fuit; auctore P. Victore. Item* LEPIDVS, & *à plebe abuſiuè* LAPIDEVS, *ſi Aethico credimus. Pontem Antonini Pij, vocat Platina in vita Hadriani 1.*

SVBLVPANTIA, *Italiæ locus, inter Equum Tuticum, & Hydruntum. Antoninus.* SVBLAPATIA *habet Sigonius. An ſub* LAPATIA, *vel* LVPANTIA *ſcribendum? vt ſuſpicatur Surita ad Ant. Itinerarium.*

SVBMONTORIVM, *vide* RIPA PRIMA.

SVBOABVR, *vide* ABORIENSE.

SVBOCRINI, *Alpium populi, inter Polam & Tergeſtum, Plinio. An fortè ſub Ocra monte habitantes?*

SVBOTA, *vide* SYBOTA.

SVBRATENSIS *Plebs, in Africa Coll. Carthag. Pro* SABRATENSIS *fortè.*

SVBRITA σούβριτα, *Ptolemæo Cretæ inſulæ vrbs.* Sandioia, *Pinetus vertit.* SVBRITVM *habet Chalcedonenſe concil. non ſemel.*

SVBROMVLA, *Antonino Italiæ vrbs, inter Hydruntum & Equum Tuticum. Diſtinctim, Sub* ROMVLA *legendum, & eandem eſſe cum* ROMVLEA *Liuij, annotauit Surita ad Ant. Itinerarium*

 SVBSA-

SVBSANA, *locus Africæ videtur apud D. Auguſtinum, Epiſt. 24.*

SVBSICINVM *opidum, citat ex Itinerario Antonini, Barrius; qui hoc in Calabria iuxta Medamam fluuium deſcribit, ſub nomine nouo* Belforte. *In Antonino Pariſiis excuſo habetur inter Succeianum & Altanum.* SVBCISIVVM *legit Sigonius.*

SVBVENTANA. *vide* TRIPOLITANA.

SVBVERTA, *vide* FORVM *Subuerte.*

SVBVR σοῦβουρ, *Ptolemæo & Plinio teſtib. eſt fluuius Mauritaniæ Tingitanæ, qui ſe in Atlanticum Oceanum exonerat. Caſtaldus & Marmolius* Subu. *Auguſtinus Curio* Sus *vocat.* Cebit *in tabula Teiſeri.* SVBVR σοῦβουρ, *Hiſpaniæ Tarraconenſis ciuitas apud Ptolemæum & Melam. Villanouanus dicit hodie* Siges *appellari.* Ciges *per* C. *apud alium lego.* SVBVRITANI *ſunt in veteri inſcriptione.*

SVBVRA, *vnus è ſeptem montibus Vrbis Romæ, Feſto.*

SVBVRBICARII, *vide* PICENVM.

SVBVRGIA σουβούργια, *Cæſarienſis Mauritaniæ vrbs, eſt apud Ptolemæum.*

SVBVTTVM σουβουττον, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

SVCCABA, *ſinus Arabici inſula, Agatarchidi.*

SVCCABAR, *vide* SVCCVBAR.

SVCCASANI, *qui &* LIRINATES, *Italiæ populi, Plinio. Vide* INTERAMNA.

SVCCASSES, *Galliæ Aquitanicæ populi, apud Plinium.*

SVCCEIANVM, *Italiæ locus, inter Paternum, & Rhegium Iulium. Antoninus.*

SVCCHÆI σουκχαῖοι, *Mauruſia gens, apud Stephanum.*

SVCCI *opidum, Ammiano, inter Thraciam & Daciam, vbi anguſtiæ & clauſtra Succorum.* Turckzueſt *hodie, ibi munimentum eſſe, putat Lazius, 12. R. P. Romanæ. Pro Succorum, legit B. Rhenanus* VCRORVM.

SVCCINIENSE *opidum, Italiæ: in parte Ciminia profundo hiatu abſorptum, æternis tenebris occultatum. ſic Ammianus. Accurſius* SVCCVNIVM *legit. Adi Iunij Animaduerſionum 3. cap. 15. vbi* FLAVINIVM *mauult legere, aut* FISCENNIVM, *vel* SVTRIVM. *Quid autem ſi* VVLSINIVM *legas? hoc inter Ciminium eſt montem & Tranſciminiam regionem. vti videre eſt in Veteris Etruriæ noſtra tabula.*

SVCCOSA σουκκωσα, *Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, in Ilergetibus, Ptolemæo.*

SVCCOSII, *vide* COCOSSII.

SVCCVBAR, *Mauritaniæ Cæſarienſis colonia Auguſta eſt Plinio. In lapide antiquo eſt* COL. AVG. SVCCABAR. SVGABARRITANVM *Municipium apud Marcellinum eſt 29.* SVGABARRITENSIS *meminit Coll. Carthag. (Villanouano iudice* ZVCHABARI *Ptolemæo vocatur. at hoc vocabulum in Græcis codicibus non reperitur. eius verò loco* BVCHAMBARI βουχαμβαροὶ, *legitur.)* SVFAZAR *videtur Antonini. Plinij verba ſunt, Colonia Auguſta, quædam* SVCCVBAR, *item* TVBVSVPTVS.

SVCCVBITANVM, *vide* SVCCVBO.

SVCCVBO, *Baſtetaniæ in Hiſpaniæ opidum, Plinio. Ex Succubitano municipio natum proauum Antonini philoſophi Imp. ſcribit Capitolinus, Ambroſius Moralis putat* Sierra de Ronda *fuiſſe.*

SVCCVNIVM, *vide* SVCCINIENSE.

SVCCVSANVS *pagus, Feſtus in verbo Subura. Apud Varronem Romæ vrbis videtur. In regione Templi Pacis, Sex. Rufo eſt.*

SVCENTES, *vel* SVCCENTES, *vide* FVCENTES.

SVCHE, *opidum Aethiopicum, circa Adulicum ſinum. Plinius.* σουχειμ, *fortè 70. Interp. 2. Paralip. 12. quo loco D. Hieron.* TROGLODYTAS *legit.*

SVCIDAVA σουκίδαυα, *Myſiæ Inferioris vrbs, Ptolemæo & Antonino. item lib. Notitiar. aut potius* SACIDAVA. *vtrumq; enim hoc tractu deſcribit.*

SVCRO σούκρων, *Plinio & Ptolemæo; Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius.* Xucar *Beutero, & C. Cluſio dicitur. Eſt etiam* SVCRO *Liuio, & Straboni vrbs, eodem tractu, quæ hodie* Cullera *à Chriſtoph. Stella nominatur.* SVCRONENSIS *Sinus, eſt ibidem apud Pomponium.*

SVD, *vide* SODI.

SVDA *Magna, vide* LONGINI *Foſſatum.*

SVDANELANÆ σουδανελᾶναι, *Thraciæ vrbs, Procopio 4. Ædif.*

SVDASANNA σουδασάννα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

SVDENI σουδηνοὶ, *Sarmatiæ Europææ gens, apud Ptolem.*

SVDERNVM σούδερνον, *Ptolemæo Tuſcorum mediterranea vrbs, quæ auctore Leandro* Muderno *dicitur.* TVDERNVM *videtur in Antonini Fragmento.*

SVDERTANI, *Plinio & Liuio, Tuſciæ populi, qui hodie* Souretto *habitant; vt ſcribũt Volaterranus & Leander.*

SVDETI, *ſic habent omnia exemplaria Latina, cùm tamen Græcè* σούδητοι, SVDITI *ſint. Germaniæ montes Ptolemæo.* VANDALICI *ἐανδαλικοὶ, ſunt Dioni. etiam hodie eius accolas* Wenden *vocamus: & Wandalica vtuntur lingua: quam* Windiſch *appellant. Pyramius in ſua Germaniæ tabula indigitat* Fiechtelberg *qui eſt in meditullio ferè regionis; vnde quatuor flumina originem trahunt. Ioach. Curreus vocat* Eiſenberg, *partem montium eorum qui Bohemiam à parte Boreali claudunt.*

SVDIDENIS σουδιδηνις, *Africæ Propriæ vrbs, apud Ptolem.*

SVDINI, *vide* GLESSARIA, *&* SEDVSII.

SVDITI, *vide* SVDETI.

SVDRACÆ, *vide* OXYDRACÆ.

SVE, *opidum in rupibus, circa Aſſyriam. vt apud Plinium videtur.*

SVEBI σούηβοι, *Scythiæ intra Imaum montes: Ptolemæus. Vide* SVEVI, *&* SCYTHÆ.

SVECONI, *Galliæ Belgicæ populi: apud Plinium.*

SVEDA, *vel* SVENDA, *Cappadociæ caſtellum, habet Frontinus 3. cap. 2. Stratagemat.*

SVEDRA, *vide* SYEDRA.

SVEL σούελ, *Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, Ptolemæo & Plinio:* SIVEL *Antonino. ad Ibericum pelagus.* Molena *Epiſcopo Gerundenſi.* SVELLOS *habet Martialis ad Lucium. Domitius Calderinus ſcribit optimos iaculatores hos eſſe. Scio hoc loco recentiores codices* SVEVOS *legere.*

SVELLENI, *Arabiæ Felicis gens. Plinio.*

SVELTERI, *Galliæ Narbonenſis populi, apud Plinium. Ibidem* SVETRI, *alij. apud eundem.*

SVEMVS *Thraciæ fluuius, in Hebrum cadens. Plinius.*

SVENDA, *vide* SVEDA.

SVENOCALCHI, *vide* SOVENOCHALCI.

SVESA, *vide* SVESSA.

SVESIA, MESIA, MELSIAGVM, *maximæ paludes in Germania, Pomponio. Circa Manſueldiæ comitatum credo; quas hodie* Aſcaniam, Dulcem, *&* Salſam *nominant. Inter Rhenum & Albim, quo tractu etiam Strabo paludes ponit.*

SVESSA σούεσσα, *Ptolemæo, Campaniæ mediterranea vrbs.* SVESSA POMETIA *Floro, Plinio, Tacito, & Halicarnaſſeo eſt, Volſcorum in Campania caput: quod, vt Liuius tradit, ab Auruncis ciuitatem ſuam metu deſerentibus, & in hanc commeantibus,* AVRVNCA *dictum fuit.* SVESSÆ AVRVNCÆ *meminit Liuius 32. Hanc hactenus nomen* Sueſſæ *retinere. ſcribit Sanfelicius. ſiue* Seſſa, *vt mihi auctor Celſus Cittadinus. Lubens adſcribã hic quod habeo à doctiſſimo mihiq; amiciſſimo Friderico Sylburgio: eius verba ad me ſcripta ſunt hæc. Sueſſas duas fuiſſe, Pometiam & Auruncam, ſignificat præter Liuium etiam Velleius. ſed innuit lib. 8. Liuius, vnam eandemque loco, tempore tantum diuerſam fuiſſe, ac primo quidem Pometiam dictam eſſe à Pometinis campis: poſt Auruncam appellatam, ex quo Aurunci, opido ſuo relicto eam communierunt.* SVESSA *&* POMETIA, *Plinio 3. cap. 5. duo opida ſunt in Latio Prima Italiæ regione. duo quoque ſunt Halicarnaſſeo 6. ſed haud longè inter ſe diſtantes. Eaſdem has puto, quamuis in Latio, cum dictis Campaniæ Volſcorum nempe qui vtramque Liris fluminis ripam habitabant. vbi & Sinope, quæ quamuis Campaniæ ſit, in adiecto Latio vltra Lirim deſcribitur à Plinio. ſed & Coloniam Latinam vocat Pometiam Liuius 2. adi Annotationes Porti ad Dionyſium. & Sanfelicij Campaniam.* SVESA, *ſimplici s, in nummis antiquis ſcribitur, vt patet in Goltzij opere.* POMETINENSES *nominat non ſemel Non. Marcellus. Coloniæ Sueſſæ meminit vetus lapis.* POMETIVS *Campus, eſt apud Strabonem. Vide* POMETIA.

SVESSANÆ *Aquæ, Tacito lib. 17.* Torre de i Bagni *hodie nominari, Leander auctor eſt. & idem tradit Annibalis vita, quæ cum Plutarchi Parallelis excuditur. Video nonnullos hoc loco apud Tacitum* VESVVIANAS *pro Sueſſanas habere.* SINVESSANAS *legit doctiſſimus Lipſius. Sinueſſanæ aquæ etiam apud Liuium ſunt lib. 22. Vide* SINVESSANÆ.

SVESSIONES, *Galliæ Belgicæ populi, apud Cæſarem,* Soiſſon *eſt apud Marlianum.* VESSONES *οὐέσσονες, à Ptolemæo vocari, annotauit Aldus Manutius, ſed corruptè.* SVESSONAS LEGIO XXV. *vrbs vocatur apud Antoninum. Vide* AVGVSTA *Veſſonum.*

SVESSITANI, *ſunt Hiſpaniæ citerioris populi, Liuio. Florianus del Campo putat* Sangueſa *hodie nominari. ex archiuis enim ſe intellexiſſe ſcribit hanc priſcis temporibus* Sueſa *nuncupatam. In Arragonum & Nauarrienſium confinibus ſita eſt.* SVESTASIVM σουεστάσιον, *hoc tractu Ptolemæus habet. En quoque Io. Marianæ verba, 2. Rerum Hiſpaniæ cap 8. Sueſſetanos quidam in Vaſconibus ponunt ea parte, vbi* Sangueſſa *ad flumen Aragonem eſt. Vide* SVISSATIVM.

SVESSVLA, *Campaniæ opidum, Liuio.* SVESSVLANI *Plinio. colonia eſt apud Frontinum. nunc* Seſſula, *& aliquibus* Scafaro *vocari ait Leander. vide* VESBVLA.

SVESTASIVM, *vide* SVESSITANI.

SVETHANS, *&* SVETHIDI, *vide* BERGIO.

SVETRII, (σουητριοι *Ptolemæo) ſunt Plinio Alpini populi, à D. Aug. deuicti. Vide* SVELTERI.

SVEVI σουῆβοι, *maximam Germaniæ partem obtinent, Tacito & Strabone teſtibus.* SVIBI σουίβοι, *&* σουῆβοι, *ſunt apud Ptolemæum.* SVEVIAM *eorum regionem vocant Eutropius & Tacitus. Gens magna & populoſa, ſed proprijs nationibus nominibusq; diſcreti, quamquam in commune Sueui vocentur. Horum nationis ſunt Ptolemæo Semnones & Angili. Strabo Coldulos, Hermanduros, & Longobardos habet. Plures alios nominat ſingulatim Tacitus in ſuo de Moribus Germanorum libello. Horum quinquaginta quatuor gentes, facit Oroſius. Sed de his Sueuis non poſſum non adiungere Caſparis Peuceri iudicium, quod lubens mihi communicauit ſuis litteris omni liberali eruditione ornatiſſ. & ſummus meus amicus Iacobus Monauius. Sic itaq; ad me, Sueuos ego non dubito totam illam oram Septentrionalem tenuiſſe, quam nunc incolunt Caſſubij, Poloni ex parte, & Pomerani vniuerſi, ad Auſtrinum littus maris Balthici, quod Sueuicum mare ab ijs denominatum, ea in parte vbi & flumen Sueui nomine,* Die Schwei *in mare influit. Quorum denique* Σπόρονοι, *ſunt Sueci: nominis exigua mutatione, qui in illa magna & fatali migratione gentium, in vlteriorem ripam traiecerunt: Cedentes appulſis ex Oriente Dacis & Gothis. Hæc Peucerus ad Monauium, hic verò ad me. Hodie vltra Danubium ſunt, &* Schwaben *vocantur. nempe vbi hi gelidum Danubij effundunt fontem. vt Claudianus cecinit.* ANGILOS *Ptolemæi, qui* ANGLI *ſunt apud Tacitum,* Angleem *in Pomerania interpretantur à dicto Peucero. Quid ſi* Angelen *in Cimbrica Cherſoneſo, ſiue ducatu Slesuicenſi horũ proſapiam quis dixerit? atq; ex his* Anglos *in Britannia inſula originẽ habere? Vide* GEPIDI.

SVEVIA, *vide* SVEVI.

SVEVICVM *Mare, vide* BALTICVM.

SVEVVS, *vel* SVEBVS σούηβος, *Ptolemæo; Germaniæ fluuius, qui hodie* Spre *Althamero, Cureo, & Willichio eſt. Oritur in Bohemiæ montibus, & in Albim ſe exonerat. Becanus, Beutherus, &* Niuemontius, Oderam *eſſe ſcribunt. Ego potius* Pene *fluuium (hodie ſic appellatum) putauerim: quia huius oſtium medio ferè itinere eſt inter* Oderam *& Viadrum, vbi Ptolemæi Sueuus eſt.* Swine *eſt Peucero, in Idyllio. cui lubens adſentirer niſi hoc oſtij tantum, non fluminis nomen eſſe ſcirem. Vide* VISTVLA, *&* CARPATES.

SVFARITANVM, *locus epiſcopalis, in Mauritania Cæſarienſi. Vticenſis.*

SVFASAR, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, apud Antoninum. & in Coll. Carthag. Vide* SVCCVBAR.

SVFETA, *vide* SVFFECTANEVM.

SVFFECTANEVM *Epiſcopum Euſtrathium, habet Vict. Vticenſ. in Africa.* SVFETANVM *legit codex M.S.*

SVFFENÆ, SVFFENATES, *vide* MVTVSCÆ.

SVFFETVLA, *Africæ Propriæ vrbs, in Byzacena regione, Antonino & D. Auguſtino.* SVFICVLA *in concilio Carthaginenſi, apud D. Cyprianum.* HYPHETVLA *alius codex legebat.*

SVFIBVS, *vrbs in Africa Propria, D. Auguſtino, & Antonino.*

SVFICVLA, *vide* SVFFETVLA.

SVGABARRITANVM, *vide* SVCCVBAR.

SVGAMBRI *populi in India: Ab Alex. Magno deuicti. Trogus 12. An proba lectio? vide* SICAMBRI.

SVGDA, *vide* PHVLA.

SVGDIA σουγδία, *Archiepiſcopalis locus. In Sanctionib. Pontificum Orientaliũ: & apud Curopalatẽ. Vide* SOGDIANA.

SVGDIANA, *vide* SOGDIANA.

SVGDII σουγδιοι, *Sogdianæ regionis montes, ſic dicti, Ptolemæo.* SOGDII *interpreti.* SOGDOS *etiam populos Sogdianæ regionis, nominat Polyænus 8.*

SVGDIVS, *vide* TAVRVS.

SVGGITANVS, *Epiſcopus, in* Numidia *Vict. Vticenſ.*

SVIBI, *vide* SVEVI.

SVIDIADA σουιδιάδα, *regio Aſiatica, cuius fluuius Oxas: Tzetzæ Chiliade 8 numero 224. Corruptè puto pro Sugdiana, in ea enim Oxus fluuius. Idem ibidem, numero 466.* SVGDIOS *populos vocat, apud quos Oxus fluuius.*

SVILLATES, *Vilumbrorum in Italia populi. Plinius.*

SVIMONTIVM, *vide* BALISTA.

SVINVM, *Piceni flumen, Plinio.* Salino *Leandro Alberto.* Salinello *autem Ligorio & Mazzellæ.* Sino *tamen hoc tractu quoque hodie fluuij nomen.*

SVIONES, *Tacito germanica gens, ad Mare; circa Lemouios & Rugios. Inſulas Pomeranicas hos incoluiſſe putarim: &* Swine *Fretum, huius nominis veſtigium conſeruare. Willichius putat* Swedos *eſſe. Et fortè ſunt, ſed hinc emigraſſe ſuſpicor. Confirmat hanc opinionem ipſe Tacitus: cum dicit, Trans Suiones aliud mare, quo cingi cludiq; terrarum orbem hinc fides.*

SVISA, *Antonino Armeniæ Minoris vrbs.* SOISA *quoq; legunt alia exemplaria.* SVISSA *lib. Notit. In Ponto.*

SVISMONTIVM, *vide* BALISTA.

SVISSATIVM, *Hiſpaniæ opidum, Antonino. inter Virouescam & Pampelonem. Per D. initiale, in alio codice.* SVESTASIVM *Ptolemæi putarim: ſic credit quoque Hieronymus Surita.*

SVITÆ, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi, apud Plinium. Vide* SAVCHÆI.

SVITRANEA *Auguſtenſis, ciuitas eſt in Codice Theodoſiano 10. Titulo de Domibus diſtrahendis.*

SVLANES, *vide* BVLANES.

SVLCANVM. *Oroſius 4. cap. 20. de Perſeo rege, ſic, In Illyricum tranſgreſſus Sulcanum opidum capit.* VLCANVM *lego, ſine s. & eſt* VLCANA *Liuij. Errorem conſimilem, vide in* COMBOS, *& alibi, quo te ducet vox* Librarij *in huius operis Indice.*

SVLCI, *vide* SOLCI, *&* SYPICIVS.

SVLCITANI, *vide* SOLCI.

SVLGAS, *vide* ORGE.

SVLIANA, *epiſcopalis ſedes Africæ. Victor Vticenſis, M.S.*

SVLIM, *locus in Gallia Lugdunenſi. Tabula Peutingeriana.*

SVLLESTINI *Epiſcopi, in Africa; meminit D. Auguſtinus.*

SVLLONIACA, SVLLOMACA nonnulla exemplaria habent apud Antoninum. In Anglia locus eſt inter Londinum & Verolamium, Barnet, vel Eggeworth potius; vt annotauit Talbotus. Elefhe Camdeno eſt.

SVLLVCVM, Numidiæ vrbs, in Africa Propria. Antonin.

SVLMO σουλμῶν, Ptolemæo Pelignorum vrbs eſt. SOLYMVM primò dictam fuiſſe, ex Silij lib. 9. conſtat. Ouidij patria. Millia qui nouies diſtat ab Vrbe decem, vt inquit. Septem millibus à Corfinio diſtare, ſcribit Cæſar. Hodie Sulmona eſt, vt ſcribit Leander. Aliquibus malè Sermona dicitur, vt annotauit Ciofanus, in huius vrbis pulcerrima deſcriptione. SVLMO Plinio quoque eſt Latij opidum, quod ſine veſtigiis interijſſe ſcribit. Pyrrho Ligorio tamen Sermoneta hactenus vocatur. Hoc fortè Floro municipium, quod vetus opidum vocat. Vide VALVENSIS.

SVLPICIANVS, vide FVNDVS.

SVLSENSES, vide SOLCI.

SVLVLITTENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

SVMA σοῦμα, caſtellum Perſarum, circa Tigrim alicubi videtur. Zoſimus 3. In Meſopotamia eſt apud Ptolemæum. SVMERE vocatur à Marcellino 25.

SVMATIA συμάτια, Arcadiæ vrbs, Stephano & Pauſaniæ. συματεια etiam ſcribitur, vt idem Stephanus addit. Vide AMATIVM.

SVMENSIS Eccleſiæ meminit Collatio habita Carthagini. cuius epiſcopum Siluanum vocat. An in Africa? ZVMENSIS, eadem.

SVMERE, Vide SVMA.

SVMETIA, vide SVMATIA.

SVMMÆ ALPES, Gotthardt hodie vocari tradit Schudus. Quas Cæſar Summas Alpes appellat, ſunt Straboni & Plinio POENINÆ Alpes, vt Rhenanus ſcribit. Sunt qui putãt Cæſarem ſummas Alpes non propriè, ſed appellatiuè dixiſſe, tanquam Alpium ſummas. De his conſule Simlerum.

SVMMARAM, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, in Nili ripa. Plinius.

SVMMVM Laci, ſic vocat Antoninus extremam partem Larij lacus, verſus Septentrionem.

SVMMVRANVM, forſan Caſtrouillari, vt ſcribit ad me Roma Celſus Cittadinus, ſub Murano nempe opido, vt addit paucis milliaribus, vel certè ipſum Muranum. vide SYPHEVM & MVRANVM.

SVMMVS PYRENÆVS, & IMVS PYRENÆVS, duo huius montis locorũ nomina, apud Antoninum. hunc Surita D. Ioannis cognomento Pie de Porto vocat. Idẽ ad illum hæc ſubſcribit verba, ad D. Chriſtinæ, in vetuſtis rerum Arragonenſium monumentis hoc itinere, Pyrinæi ſaltus, Summus Portus nuncupatur.

SVMOTRIGES, vide MVROTRIGES.

SVMVCIS συμουκίς, in Africa Propria opidum. Ptolemæo.

SVMVLENSIS locus, in Mauritania Cæſarienſi. Victor Vticenſis.

SVMVNTORIVM, vide RIPA PRIMA.

SVNA σοῦνα, Aboriginum in Italia vrbs, apud Halicarnaſſeum 1. à Veſbola diſtans 40. ſtadiis. Adi Notas Sylburgij, qui putat eſſe SVANA Ptolemæi.

SVNAM, vrbs, in Tribu Izachar. Torondolos Gabraleris eam nominat Beniamin F. Ionæ. 1. Paralip. 29. SVNEM legitur Joſue 19. Item 1. Regum 28. vbi Ioſephus SONNA habet.

SVNEM, vide SVNAM.

SVNI, vide ZANI.

SVNICI, ſunt apud Tacitum 4. Hiſtoriar. Germaniæ populi. Dunſt à Petro Diuæo interpretatur. opidum eſt ad Rhenum, infra Coloniam Agrippinam. Hub. Leodius ſubdubitat eoſdem eſſe cum RINVCIS Plinij, & vtrobique Rinuci legendum putat. dicitque eos hodie regiunculam Kunckerlandt dictam, obtinere, quæ eſt inter Batauos, Friſios, & Bethaſios. Vide RINVCI.

SVNITI populi, Alanis vicini. Procopius 1. Perſicorum. σουνίτας habet Stobæus ex Nicolao, cap. de Legibus. Inter quos, qui optimus iudicatus fuerit, virginem quã voluerit, ducere poteſt. deinde poſt eum, ſecundus: & ſic deinceps.

SVNIVM σούνιον, Atticum promontorium. Ptolemæo, Curtio, alijſq;. SVNIVM Palladis, vocat Vitruuius 4 cap. 7. à delubro haud dubiè, quod in eius vertice erat, Pauſania teſte. Eadem ratione ab Homero & Ariſtophane appellatur PALLADIS Promontorium ἄκρον ἀθηναῖον. Hoc annotauit Philander, in Vitruuium. Cabo delle colonne à Sophiano nominatur. idem dixit ante eum Dom. Niger, à multis nempe ibidem exſtantibus columnis. SVNIVM, in eo etiam pagi nomen, apud Strabonem 9. Idem fortè cum Stephani Sunio, quam partem Leontidis tribus vocat. de hoc quoque Cicero ad Atticum 7. Epiſtola 3. SVNIVM hic inſula, Solino. at inſulas ſepè a Geographis confundi cum promontoriis annotauit Caſaubonus ad 3. Strabonis. Et en Iſidori verba, Commune eſt inſulis, vt promineant: inde & loca eorum promontoria dicantur. SVNIVM apud Ptolemæum, quoque promontorium Pari inſulæ eſt. Vide ATHENÆ.

SVNONENSIS Lacus, eſt apud Ammianum lib. 26. quo aut Aſcanium, aut Nicomedienſium deſignare videtur. In Bithynia. Hunc Nicomedienſem puto ſine nomine deſcribi à Plinio 10. Epiſtolar. ad Traianum Imp. binis epiſtolis.

SVOBENI, vide SVSOBENI.

SVODONA σουοδόνα, Ptolemæo Arabiæ Felicis vrbs. interpretibus VODONA.

SVPARA σούπαρα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus. VPPARA videtur Arriani.

SVPENI, vide SVPERNI.

SVPERÆQVANI, Pelignorum, in Italia populi, apud Plinium. SVPER EQVVM opidum Italiæ, habet lib. Limitum.

SVPERATII συπεράτιοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis gens, Ptolemæo.

SVPERNATES, vide INFERNATES, & CARENTINI.

SVPERNI, vel SVPENI, populi inter Treuiros & Argentinenſes. quorum vicus Tolpia. Antoninus.

SVPERVM Mare, vide HADRIATICVS SINVS.

SVPHA, Malachiæ prophetæ patria Dorotheus.

SVPHTHA σούφθα, Parthiæ regionis vrbs, Ptolemæo. Nunc Geſtic nuncupatur: niſi fallit Theuetus.

SVPLVPANTIA, vide SVBLVPANTIA.

SVPPENTONIA, locus apud Soractem montem, à Neſina ciuitate duobus milliaribus. Hodie Caſtellũ S. Helie ibi. Baronius ad Martylogium.

SVPPIANÆ, vide SOPIANÆ.

SVPTV σούπτου, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptolemæus.

SVR σουρ, Geneſ. 25. & 26. habitauit Abraham inter Cades & Sur. Inter Recam & Agara legit Chaldæus. Et Iſmael habitabat inter Euila & Sur, quæ eſt ante faciem Aegypti. quo loco etiam Agara pro Sur, legit dictus Chaldæus. Goropius putat hodie Tor vocari, ad ſinum Arabicum. Deſerti Sur è regione Aegypti mentio etiam eſt 1. Samuel 15. Vide BARAD, & EVILA.

SVRA, fluuius qui aquas ſuas in Moſellam euomit; Auſonio. Saur nunc. SVRA σοῦρα, Ptolemæo Syriæ vrbs, iuxta Euphratem. FLAVIA FIRMA SVRA in lib. Notitiarum eſt. SVRVM fortè Procopio 2. Aedif. & SVRENORVM ciuitas eidem 2. Perſicor. An etiam Sora Stephani? SVRENSIS Epiſcopi, in Euphratenſi regione, meminit concilium Conſtantinopolitanum. SVRA, Iberiæ Aſiaticæ vrbs eſt, apud Ptolemæum. Item alia in Aſſyria apud eundem. SVRA etiam Lyciæ regionis Oraculum, Stephano. Villa eſt inter Phellum & Myros, vbi piſcibus inſidentes auguria aucupari ſolent, vt tradit Plutarchus de Animantium comparatione, & de Fluminibus & montibus. SVRRHA σοῦρρα vocatur ab Aeliano. Vide VRA, & ORSVRA.

SVRÆ, ſunt Plinio Indiæ populi.

SVRAGANA, Vide SVROGANA.

SVRANI, Vide SVANI.





SVRASENI συρασηνοί, Indica gens, à quibus Hercules colitur. Arrianus in Indicis.

SVRATHA σουράθα, Arabiæ Petrææ opidum. Ptolemæus.

SVRDAONES, ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Plinio lib. 3. cap. 3. vbi dicit, Ilerdenſes Surdaonum gentis. Sed SARDONVM putat legendum Caſpar Varrerius, & locum eſſe hodie hoc tractu dicit, qui Campos de Cerdania, id eſt, Sardonum campus, vulgò nominatur. SARDONES ſunt eidem Plinio & Pomponio Galliæ Aquitanicæ populi, ad montes Pyrenæos.

SVRENI, vide SVRA.

SVRENTVM, vide SVRRENTVM.

SVRIA, vide SYRIA.

SVRIATES, Vmbriæ populi, Plinio.

SVRIGA σούριγα, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs, ad Oceanum Atlanticum, Ptolemæo. Aber, Caſtaldo; Goz porto Auguſtino Curioni vocatur.

SVRII Populi, qui in eorum ſacrificijs nullum admittunt mancipium. Athenæus 14. ex Philarcho. Vide OCINA.

SVRISTENSIS loci, in Mauritania Sitiphenſi. meminit Vict. Vticenſ.

SVRIVM, vrbs Illyrici videtur apud Plinium 3. cap. 26.

SVRIVS, Colchidis fluuius, Plinio: qui omnia iniecta ligna lapideo cortice integit. Idem habet SVRIVM opidum, ab hoc amne in eo influente, cognominatum. Hoc σούρειον quoque Ptolemæo eſt.

SVRMONTORIVM, vide RIPA ALTA.

SVRO συρων, Appiano Hiſpaniæ vrbs, apud quam Metellum & Pompeium Magnum pugnaſſe ſcribit cum Sertorio & Perperna. An corruptè, pro Sucro? vt vertit Gelenius.

SVROGANA σουρόγανα, Bactrianæ vrbs, Ptolemæo. per A in media interpretib.

SVRRHA, geminato R. Iberiæ vrbs, apud Ptolemæum. Vide SVRA.

SVRRENTIVM promontorium, Libyæ Interioris, excurrens in Occaſum. Plinius. Vide ARSINARIVM, & BARCE.

SVRRENTVM, Straboni & aliis: Ptolemæo SVRENTVM σούρεντον, ſimplici R, Picentinorum vrbs, iuxta Tyrrhenum mare. Leander Surrento nominat. SVRRENTINOS Colles habet Columella. & SVRRENTINVM promontorium, Tacitus 4. Annal.

SVRTA σοῦρτα, Armeniæ Maioris vrbs. Ptolemæus.

SVRVBA σουρούβα, Ptolemæo vrbs in Sarmatia Aſiatica.

SVRVM σούρων, ad flumen Euphratem vrbs, Procopio. In Syria, Agathiæ in Præfatione. Huius meminere quoque Calliſtus, & Euagrius, qui σουρον, legit. Vulcanius vertit SYRORVM vrbs; haud rectè. vide SVRA.

SVS σους, Bœotiæ fluuius, ſiue torrens, circa Olympum montem, Pauſaniæ. Sicyoniæ fluuius eſt in Peloponneſo. Ptolemæus.

SVSA σοῦσα. Suſianæ regionis Metropolis, Ptol. MEMNONIA μεμνόνεια, Herodoto & Aeliano cognominatur. Itinere vnius diei diſtat à Tigri: teſte Diodoro 19. Caſtaldus Suſtra vocari tradit. SVSII, etiam CISSII κίσσιοι, dicuntur, inquit Strabo. CISSIAM regionem etiam habet Ptolemæus, in Suſiana. Hanc nouit quoque Philoſtratus 1. SVSA etiam fluuij nomen, Suſæ huic imminens, ſi Iſidoro creditur. Vide CAVERNÆ.

SVSACIM, locus circa Palæſtinam, vbi duo fluuij confluunt. qui putantur fluuij Ethan, de quibus Pſalmo 73. In S. Quiriaco, Simeon Metaphraſtes.

SVSACIS Montem, habet Niceph. Calliſtus, inter Illyricum & Thraciam. lib. 8. cap. 13. SVSACENSES Alpes ſunt apud eundem, cap. 31. inter Daciam & Thraciam. TISVCIS τισουκις, legit Socrates 2. cap. 18. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. TITVRIS legit Baronius. an bene, ipſe viderit.

SVSALEI συσαλεῖς, Villa, in Sardinia, Ptolemæo.

SVSANA. Silius 3. At non Sarmaticos attollens Suſana muros, Tam leuibus perſultat equis. Hiſpaniæ fortè vrbs. vt putat Pet. Marſus, qui eam à Sarmatis exſtructam addit.

SVSANVM opidum Hiſpaniæ, in Agredæ & Turaſionis finibus, habet Hieronymus Surita. quod Campanillo vocat.

SVSANI, vide SVANI.

SVSARÆ Montes, aut vacillante lectione VZARÆ Fontes, in Africa ſunt; apud Oroſium. VZARRÆ Montes legit Fabricius. & AZARÆ Montes, Ponticus Virunius. BVZARÆ Montes malo legere, cùm Ptolemæo. SVSARITANI, Mauritaniæ Cæſarienſis loci, meminit Vict. Vticenſ. M.S.

SVSARGALA σουσάργαλα, mons Libyæ Interioris, Ptolemæo. VSARGALA idem eundem vocat. Vzaræ & Suſaræ Oroſij puto. itaque apud eundem montes non fontes retinẽdum iudico. SVGGAREM legit hoc loco Oroſij Aethicus. monſtrum vocabuli.

SVSCVM, vide SOSCVM.

SVSIA σουσία, Ariæ vrbs. Arrianus 3. Alex.

SVSIADÆ, vide SVSIDÆ.

SVSIANA σουσιανή, Aſiæ regio, apud Ptolemæum. SVSIS Straboni. Hæc M. Nigro Cus, Moletio Zaquciſmael, Zardo Suſay, Mercatori Cuſiſtan interpretatur, ARPHASSAD in Bibliis dici, ſcribit Montanus, in ſuo Apparatu.

SVSICANA σουσικάνα, Indiæ vrbs, circa Indi fluminis oſtia. Ptolemæus. vide MVSICANA.

SVSICASIBENSIS locus, in Numidia. Vict. Vticenſ. M.S.

SVSIDÆ Pylæ, circa Suſam ciuitatem Perſiæ. Q. Curtius 5. & Polyænus 4. σουσιάδες πέτραι, Diodoro 17. Vide PYLÆ.

SVSII, vide SVSA, & CISSI.

SVSIS caſtrum, in regione Elam. Daniel. 8.

SVSITANORVM Regionem, habet Curtius 7. circa Bactrianam & Oxum fluuium, ſi fida ſcriptura.

SVSOBENI σουσοβηνοί, Scythiæ intra Imaum gens, Ptolemæo. SVOBENI interpretibus.

SVSORVM Arcem, in Meſobatena regione, habet Plinius 6. cap. 27.

SVSVARA σουσουάρα, Inſula ante Taprobanem: Ptolemæo.

SVSVDATA σουσουδάτα, Germaniæ ciuitas apud Ptolemæum. Willſnach, in Marchia Brandeburgica eſt, Petro Appiano cenſore.

SVSVS σοῦσος, Indiæ fluuius, lapides pretioſos gignens. Tzetza Chil. 11. numero 376.

SVTHRIONA, regio iuxta Tameſim fluuium in Britannia inſula. Beda.

SVTHVL, & MVTHVL, ſunt barbara opidorum nomina, auctore Priſciano. Suthul opidum Numidiæ, & Muthul fluuius eſt, Salluſtio in Iugurthino.

SVTRINA, vide SVTRIVM.

SVTRIVM σούτριον, Ptolemæo, Plutarcho, Diodoro, Stephano, Straboni, & Liuio, Tuſcorum vrbs, quæ Sutri hodie nomen retinet; teſte Leandro. In Goltzij Theſauro huiuſmodi exſtat antiqua inſcriptio, COLONIA IVLIA SVTRINA.

SVZÆI σουζαῖοι, Perſidis gens, Ptolemæo.

SYAGRA σύαγρα, Ciliciæ regiuncula, iuxta Adun & Laerten. Stephanus.

SYAGROS σύαγρος, Arabiæ Felicis promontorium, Ptolemæo. Cabo Riſalgate, Ioanni Barrio eſt. Sfacalhat Ramuſio; Fartacam Varrerio.

SYALIS συαλις, Maſtienorum opidum, Stephano.

SYAPHAS, vide APSASIVM.

SYASSVS σύασσος, Phrygiæ vicus. Stephanus.

SYBARIS σύβαρις, Straboni, Plinio, & Ouidio, Brutiorum fluuius; qui Leandro & Laur. Anamenſi Cochile dicitur. Sabaro, Mazzellæ. Eſt & ibidem vrbs, inter hunc, & Crathin fluuium, Diodoro 11. Item Plinio, & Dionyſio Afro, quam THVRIOS nominarunt, teſte Plutarcho. Eidem Straboni eſt quoque fons Achaiæ in Peloponneſo, iuxta Buram vrbem. Antonio Liberali (ſi quis fidem huius fabulæ adhibeat) eſt fons ad Parnaſſum montem. SYBARIS Colchidis regia. Hinc ad ſexaginta ſtadia erat Martis Fanum, vbi vellus aureum

*cuſtodiebatur, vt habet Diodorus 4. Vide* LVPIÆ, *&* THVRIVM.

SYBENNITICVM, *vide* SEBENNITICVM.

SYBERVS σύβηρος, *Stephano Illyridis opidum.*

SYBI, *vide* IBI.

SYBOTA συβοτα, *portus eſt in Epiro, apud Ptolemæum, & Thucydidem 1. & 3. Inſulæ ſunt quoque ſic dictæ, paulò ab Epiro diſtantes, pone Leucimnam Corcyræ inſulæ promontorium, verſus Orientem: auctoribus Thucydide & Strabone.* Syuita *Sophiano nominatur. Eſt & alia inſula eiuſdem nominis, in mari Aegæo, Liuio. inter Athon & Eleam. ſed hæc* SVBOTA, *per quintam vocalem.*

SYBRA σύβρα, *Stephano Phrygiæ caſtellum.*

SYBRIDÆ σύβειδαι, *municipium Erechteidis tribus. Stephanus.*

SYBVRPORES συβύρπορες, *Libyæ gens, apud Ptolemæũ.*

SYCA, *vide* CISSA.

SYCÆ συκαὶ, *locus eſt iuxta Syracuſas, Stephano.* SYCE σύκη, *Syracuſanorum imperij, Thucydidi 6. Stephanus habet quoq;* SYCÆ *in Cilicia. quæ* SYCEA *Athenæo 3. Alexandriæ huic quoque locus eſt.* SYCÆ *etiam è regione Byzantij, Socrati Scholaſtico. Vide* CORNV BYZANTIVM, *&* SISTINENSE.

SYCAMAZONIS *Loci epiſcopalis, non ſemel memoratur in concilio Epheſino. Cuius epiſcopus Aianus.*

SYCAMBRI, *vide* ASYBOS.

SYCAMINOS συκάμινος, *Phœniciæ vrbs, Stephano, Plinio, & Ptolemæo.* EPHA *dici, ſcribit D.* Hieronymus. *Hanc Niger* Cabo Carmelo *vocat.* SYCHEM *Hebræorum eſſe, credit Matthæus Aurogallus. Apud Philoſtratum locus eſt in confinibus Aegypti, Aethiopiæq;. Sed hæc* HIERA SYCAMINOS *eſt, apud Ptolemæum, Plinium, & Antoninum.*

SYCE, *Plinio inſula circa Ioniam eſt. Vide* SYCÆ, *&* SISTINENSE.

SYCEA, *Vide* SYCÆ.

SYCELLA, *vide* ACHILLA.

SYCENE, *vide* SISTINENSE.

SYCHAR, *vide* SICHEM.

SYCHEM συχέμ, *locus Palæſtinæ. Ioſue 24. Vide* SICHEM, *&* SYCAMINOS.

SYCHEVM συχέον, *Arabiæ Felicis opidum littorale, vbi ambra naſcitur. Symeon Sethi.*

SYCINIVM, *circa Mylaſſam Cariæ videtur locus, in vita D. Euſebiæ hoſpitæ.*

SYCINVM, *vide* BOLBÆ.

SYCODES, *vide* CORNV BYZANTIVM.

SYCTA σύκτα, *Ptolemæo Perſidis vrbs, quæ* Syra *Nigro.*

SYCVRIVM, *opidum ſub radicibus Oſſæ montis, qua in Meridiem vergit, & ſubiectos habet Theſſaliæ campos. à tergo Macedoniam atque Magneſiam. Liuius 42.* συκύειον *in Polybij Fragmento 69.*

SYCVS, *vide* SISTINENSE.

SYCVSSA, *inſula circa Ioniam, Plinio.*

SYCYRIA, *locus in Palæſtina, iuxta Gadaram videtur. ex Epiphanio.*

SYDEMA, *vide* SIDENA.

SYDERIS *fluuius, alicubi inter Hyrcaniam & Mediam, eſt apud Plinium. Vide* SIDEN.

SYDOPTA, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum. Plinius.*

SYDRA, *vide* SYEDRA.

SYDRACÆ, *Indica gens, & Alexandri Magni terminus. vbi arbor pala creſcit, auctor Plinius.* SYNDRACOS *alibi legit. Per* I *etiam alij codices. Vide* OXYDRACÆ.

SYDRI σύδροι, *Arachoſiæ gens, Ptolemæo.*

SYDRVS σύδρος, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

SYEBI, *vide* SVEBI.

SYEDRA σύεδρα, *Iſauriæ vrbs, Ptolemæo, & Stephano.* SYDRE *Straboni eſt. Pamphiliæ adſcribit Epiphanius* συεδρων. SYSDRA *legunt Ptolemæi interpretes, corruptè.*

SYENE συήνη, *Aegypti vrbs, Ptolemæo, & Heliodoro: quam* SIRIM σῖρις, *Aethiopibus vocari, Euſtathius tradit: qui eam funditus euerſam, & nomen tantum exſtare ait,* ZZEVENE *Hebræis dici, ſcribit Ar. Montanus. Alij* SEVENECH *habent. Hac ætate appellatur* Guegere, *Iouio; &* China, *Nigro; ſed* Aſna, *Zieglero: in cuius ſententiam, ſi non pedibus, vt dicitur, ſaltem calamo tranſeo: Aſna enim vrbs, quemadmodum à Ioanne Leone deſcribitur, in Syenæ Ptolemæi locum incidere mihi videtur.*

S Y

SYENNA, *vide* ESCON.

SYESSA σύεσσα, *Lyciæ quoddam tuguriolum. Item Tyrrheniæ vrbs. Stephanus. An Sueſſa hæc?*

SYFREA, *vide* SIPHRIS.

SYGAROS, *inſula Arabiæ Felicis, quam canes non intrant. Plinius.*

SYGOSTELOS, *vide* SINGVS.

SYIA συία, *Cretæ opidulum: Elyri nauale. Stephanus.*

SYIS συίς, *Aegypti vrbs, Stephano: ex Hecatæo.*

SYLA, *vide* SILA.

SYLÆVM, *vide* SILÆVM.

SYLÆVS συλαιος, *in Pamphilia vrbs, apud Porphyrogennetam. Huius memoria eſt quoque in Sanctionib. pontificum Orientalium.* SYLÆI *locum & Epiſcopum habet Cedrenus. item Balſamon ſub patriarchatu Conſtantinopolitano. ſed per* I *in prima. Apud Curopalatem legitur (interprete Gabio)* SYLÆI, *qui etiam* PERGÆ *vocantur. Vide* SYLIVM.

SYLAX, *vide* TIGRIS.

SYLCI, *vide* SVLCITANI.

SYLEVM συλέος, *campum, Macedoniæ, in finibus Thraciæ, habet Herodotus lib. 7.*

SYLGA *Epiſcopatus: in conſilio Epheſino. Pro* SELGA *habet Sylburgius.*

SYLINA, *Sulpicio Seuero inſula eſt vltra Britanniam ſita. Sunt qui eo inſulas* Sorlingas, *vel* Sylley *denotari putant. Inter quos eſt G. Camdenus, qui eaſdem putat ab Antonino* SIGDELES *nominari. Eiuſque incolas* MELANCHLÆNOS *à Strabone appellari credit.*

SYLINGI, *alij* SIRILIGI *legunt, populi Wandalis confines. Sic ex Iſidoro, Moralis. Subdubitat ſic dictos à Sily Scytharum flumine. Per* I *in prima,* SILINGI *ego apud Iſidorum lego. Conſule de his Io. Marianam quoque, qui eos in Bæticam conſediſſe tradit.*

SYLIONES συλίονες, *Chaoniæ gens. Stephanus. ex Rhiano.*

SYLIVM σύλειον, *Phrygiæ opidum: aliis Pamphiliæ, inquit Stephanus. Puto* SYLLIVM *gemino* LL *Arriani eſſe, 1. Alexandri. & fortè* SYLÆVS *Porphyrogennetæ.* SILBIVM *Ptolemæi quoque.*

SYLLA, *in Brutiis locus. LX. M. P. à Freto Siculo. Inſcriptio antiqua apud Smetium. Alij* SCYLLA *legunt. Quid ſi pro LX. etiam IX. legendum ſit.*

SYLLECTVM, *opidum vnius iter diei à caſtris, iuxta mare quod Carthaginem ferebat. Procop. 1. Wandal.*

SYLLIVM σύλλιον, *vrbs prope Siden, Arriano, & Suidæ. Eandẽ cũ* σύλειον *Stephani quis ſuſpicetur. Vide* SYLIVM.

SYLLVS, *vide* SOLCI.

SYLO συλὼ, *in terra Chanaan locus. Ioſue 17. & 22. Iudicum 21.* σιλον, *apud Ioſephum eſt.*

SYLOES συλόεις, *Herodoto, apud quem etiam* συλόεις, *legitur. Africæ promontorium eſt; quod Sataſpes, poſtquam ex Aegypto ſoluit, ad Columnas Herculis nauigans, circumuectus in Meridiem curſum tenebat. Idem alio in libro ſcribit, hoc promontorium Libyam terminare. In Hannonis Periplo eius etiam mentio eſt. Fortè vbi Ptolemæus poſt Cotes promontorium (quo Africa ad Meridiem inclinare incipit)* ZYLIÆ ζυλεία, *fluminis oſtium deſcribit.* SALECIS σάληκος, *fluminis meminit Philoſtratus, nonaginta ſtadiis ab Abylæ promontorio verſus Oceanum. Ramuſius ſubdubitans* C. Cantin *hoc loco ponit.*

SYLVANECTVM, *vide* SILVANECTVM.

SYLVANIS, *vel* SILVANIS, *Ponti vrbs. lib. Notit.*

SYLVINI, *Vide* SILVIVM.

SYLVORVM *gentes feræ, ſunt. Plinio circa Iberiam.*

SYLVOSVM ὑλώδης, *Promontorium, habet Sophocles in Aiace Flagellifero, circa Sunium Atticæ. Agatarchides etiam in Arabia Felici, ad Neſſam vrbem.*



S Y

SYMÆORVM συμαιων, *ex nummo meminit Goltzius. à Syme inſula gentile, teſte Stephano.*

SYMÆTHA σύμαιθα, *Theſſaliæ vrbs, Stephano: ex Theopompo.*

SYMÆTHVS, *vide* TIMETHVS, *&* SIMETHVS.

SYMBACA συμβάκη, *Mediæ vrbs, Straboni 11.*

SYMBARI, *Aethiopiæ ſub Aegypto populi, apud Plinium.*

SYMBOLA συμβολα, *ſic locus in Peloponneſo dicitur, vnde aqua è pluribus fontibus in Alpheum confluit. Pauſanias, in Arcadicis.*

SYMBOLON *Portus,* συμβόλων, *Arriano, Straboni. Plinio, & Ptolemæo, in Taurica Cherſoneſo eſt: Mercatori* Sibula *dicitur. Vetus Strabonis interpres Pactorum Portum ex Symbolon fecit; quod Marium Nigrum feſellit qui in ſua Geographia duo diuerſaq; loca ex his fabricatus eſt; vnum Symbolorum, alterum Pactorum nominans. Ego eos qui propria nomina ſecundum eorum ſignificationem interpretantur, laudare nequeo. appellatiua enim ex propriis videntur facere. Ex Arriani & Strabonis huius portus deſcriptione videtur caſtigandus Ptolemæus, qui eum ad Sinum Carcinitem ponit: cùm ad Pontum Euxinum locandus eſſet. itaque Symboli, & Cherſoneſi ordo inuerſè legitur.* SYMBOLVM *locus Thraciæ, ſic dictus, quia is mons alij in mediam terram, ſe extendenti committitur. Eſtq; inter Neopolim & Philippos, teſte Dione 47. Meminit eius quoque Plutarchus in Dione. ibiq; anguſtias ſiue fauces deſcribit, quas Græci* STENA στενοὶς, *vocant.* SYMBOLVM *locum circa Olympum, habet vita S. Platonis, apud Surium.*

SYMBRA, *Perſarum vicus ad* Tigrim: *Zoſimo 3. Lyciæ vrbs* συμβρα, *apud Ptolemæum.* SEMBRA *habent interpretes.*

SYMBRI σύμβροι, *Corſicæ inſulæ gens: Ptolemæo.*

SYMBRII συμβρίοι, *Italiæ populi, circa Padum & Venetos. Straboni 5. corruptè fortè, pro Inſubri. An Cimbri ſubſtituendum (quod hi hũc tractum aliquãdo incoluere) ſubdubitat amicus meus Celſus Cittadinus.*

SYME σύμη, *Ptolemæo, Plinio, Æliano, & Straboni, Carpathij maris inſula, inter Rhodum & Gnidum. (vnde Symenũ mare Herodoto.) Hanc Stephanus* ÆGLEN αἴγλη, *&* METAPONTVM μετάποντος. *vocatam tradit. Eſt & vrbs* SYME *in eadem inſula: Euſtathio. vide* NAXOS.

SYMES συμης, *mons circa Pontum Euxinum, Orpheo in Argonauticis.* SYMVS *legebat Latinus interpres. Circa Colchidem videtur.*

SYMITHA σύμιθα *Mauritaniæ Cæſarienſis opidum. Ptolemæus.* SIMITTENSIS *meminit Coll. Carthag. ſub Honorio Imp. habita.*

SYMPALLETEVM, *à loco vocat Laërtius Mycithum quendam. In Zenone. Vide* SYPALETTVS.

SYMPHORIVM συμφοριον, *caſtellum in Syria vſpiam, nominatur à Dione 37.*

SYMPLEGADES, *vide* CYANEÆ.

SYMVI, *Africæ populi Aethiopes, Ammonitarum accolæ, verſus Occidentem. Q. Curtius 4. Recentiores editiones ſic legunt, pro* Scenitæ. *quod habent vetuſtiores.*

SYNA *Iudæorum, Oſroenæ regionis vrbs, in lib. Notit. Pro* SINNA *Ptolemei habeo. Vide* SYNNA.

SYNACA σύνακα, *montana circa Syriam: Appiano in Parthicis.*

SYNADA, *vide* SINGARA, *&* SYNNADA.

SYNAGELA, *Vide* SVAGELA.

SYNANGVS σύναγγος, *Phœniciæ vrbs: apud Stephanum, ex Herodoto.*

SYNARISTVSÆ. *Plinius 23. cap. 9. de myrto hæc,* „ *Synariſtuſæ apud Mæandrum hoc edunt.*

SYNATHA, *vnde Azarias propheta. Dorotheus.*

SYNAVS συναος, *Phrygiæ Maioris opidum. Ptolemæus.* Simau *Leunclauio.*

SYNCA, *opidum Perſarum: eſt apud Zoſimum, lib. 3.*

SYNCERIVM συγκήειον, *(Sinquirium vertit Gelenius) libro 5. Halicarnaſſei. Locus qui imminebat Hernicorum & Latinorum opidis. Signiam putat Xylander, apud Plutarchum in Poplicola, vbi hic Sigluria,* σιγλουρία, *legit.*

S Y

SYNDICVS σύνδικος, *vrbs Scythiæ contermina, cum portu, vt Stephanus ait, qui eam ab aliquibus* GORGIPEN γοργίππην *vocari dicit. Vide* SINDI.

SYNDIOS, συνδιος, *pagi mentio eſt in Authenticis, Coll. 9. Titulo 22.*

SYNDOS, *&* SYNDONES, *vide* SINDI.

SYNDRACI, *vide* SYDRACE.

SYNDROMADES, *vide* CYANEÆ.

SYNENES *Caſtrum, apud Blemyas, in Aethiopia: vbi Palladius exul. Sic Georg. Alexandrinus in vita D. Chryſoſtomi.*

SYNEPHIVM, *Ciliciæ opidum, à Phoca Imp. occupatum: Cedreno & Glyca auctoribus.*

SYNEVS, *vide* MELANI.

SYNGAMBRI, *vide* SICAMBRI.

SYNHIETÆ, *Sarmatiæ Aſiaticæ populi: apud Plinium.*

SYNICENSIS *epiſcopatus, in Africa, meminit D. Auguſtinus de Ciuitate Dei, 22. cap. 8. & Ionas Aurelianenſis lib. 3. caſtellum eſt Hipponenſi coloniæ vicinum. An idem cum Sinitenſis?*

SYNNA. *maculoſaq; Synna, Prudentius contra Symmachum: Maculoſam vocat, à marmore, quod inde effoditur. locum ignoro, niſi ſit Phrygiæ: de quo Martialis 9. de balneo Tuccæ, hoc verſu,* „ *Quod Phrygiæ Synas, Afra quod* „ *Nomas mittat. Eandem cum* SYNADA *puto Strabonis, qui hic lapidicinam habet lapidum ad alabaſtrium varietate accedẽtes. Sinnadici marmoris hinc meminit Plinius. Apud Sidonium in Panegyrico* SINNA *eſt.*

SYNNADA *Straboni.* σύνναδα. SYNADA *per ſimplex* N. *ſcribit Ptolemæus. Phrygiæ Maioris vrbs eſt. Apud Socratem Scholaſticum Phrygiæ Pacatianæ eſt. ſed Salutaris, in concil. Conſtantinopolitano VI.* SYNNEA *quoque Stephano eſt.* συνναδέων *meminit Goltzius ex nummo. Vide* SYNNA.

SYNNEA, *vide* SYNNADA.

SYNOPE, *vide* SINVESSA, *&* MYRMIDON.

SYNOPHRIS *opidum, à barbaris direptum ſcribitur, in S. Theodori archimandritæ vita. ignoro eius ſitum.*

SYNOPOLIS *epiſcopatus, ſub ſede Seleucienſi Ciliciæ: Guilielmo Tyrio.*

SYNORMADES, *vide* CIANEÆ.

SYOPII συώποι, *Illyrici populi videntur apud Stephanum. Vicini Liburnis.*

SYPA συπα, *Ptolemæo.* BERSYNGA *interpreti: Indiæ extra Gangem fluuius.* BESYNGA *&* BESSYGAS *eſt Stephano.*

SYPALETTVS συπαλητος, *municipium tribus Cecropidis. Stephanus & Heſychius. Idem cum* SYMPALLETO *puto.*

SYPETES, *vide* VSIPETES.

SYPHEVM, *Brutiorum opidum Liuio 30. ex huius ruinis putat Gab. Barrius illud opidum exſtructum, quod Antoninus* SVMMVRANVM *(quo nomine adhuc appellatur,) vocat. Summuranum tamen hoc dicit Scipio Mazzella hodie* Caſtro villari *eſſe.*

SYPICIVS συπικιος, *Sardiniæ portus: Ptolemæo.* SVPICIS *Antonino. ex Scudi lectione. quo loco excuſa exemplaria* SVLCIS *legunt.*

SYPONTVM, *vide* SIPONTVM.

SYRA συρα, *Cycladum vna, haud procul à Delo. Pherecydis patria. Suidas, & Illuſtrius. Eadem cum* SYROS. *ſic enim Strabo eam vocat. Sed* SYRIA *triſyllabicos legendum: teſtis Homerus, & idem Strabo. Vide* SYROS.

SYRACENE, *Vide* SIBACENA, *&* SICHRACENA.

SYRACOLLA, *Vide* SIRACELLA.

SYRACVSÆ, *Siciliæ vrbs & colonia ampliſſima. Duplicẽ* RR *eam ſcribit Ptolemæus* συῤῥάκουσαι. *Hanc Cicero libro 4. in Verrem, & Plutarchus in vita Marcelli, quatuor vrbibus conſtare tradunt;* NEAPOLI *nempe,* ACHRADINA ἀχεραδίνη, TYCHE τύχη, *(*ITYCA ἰτύκη, *Diodorus legit libro 11.) &* INSVLA. *Liuius Acradina & Tica ſcribit. Quinque vrbes intra mœnia continere,*

*perhibet Strabo, lib. 6.* EPIPOLAS *pro quinta parte annumerari putat Caſaubonus. Ea pars quæ* Ciceroni *Inſula eſt, Straboni* ORTYGIA *dicitur. Hanc inſulam quoque incolis* NASON *vocari, Liuius auctor eſt, lib. 25. Eandem* HOMOTHERMON *ab initio appellatam, ſcribit ex Nicandro, Fazellus. lege de hac Florum 2. cap. 6. Hactenus hæc vrbs* Siracuſa *nominatur.* SYRACVSIOS *populos habet quoque Ptolemæus.*

SYRACVSANVS *Portus, Corſicæ inſulæ. Ptolemæus.*

SYRACVSIA, *vide* PLAGA.

SYRAPVS, *Lucaniæ fluuius: Vibio.*

SYRASCELE, *vide* SIRACELLA.

SYRASTENE συρᾳστηνὴ, *regio ad Indi fluminis oſtia: Ptolemæo, & Arrhiani Periplo. Eſt in ea* SYRASTRA *vicus; eidem Ptolemæo. Sed idem regionem quoque per* R, SYRASTRENE *inconſtanter ſcribit. Vicus vocatur* Saurac, *apud Caſtaldum.* Cambaia *videtur Stukio.*

SYRBANE συρβανὴ, *inſula in Euphrate. vt ſcribit ex Quadrato, Stephanus.*

SYREOTÆ, *Æthiopum gens: longa ad pedes duodecim: Solino. Secundum fluuium Aſtapum, verſus Septentrionem eos deſcribit Plinius.*

SYRCENTVM, *vide* SYRENTIVM.

SYRECÆ, *Troglodytica gens. in Æthiopia: apud Pliniũ.*

SYRENTIVM συρέντιον, *Tyrrheniæ opidum. quod & συρκεντον Stephano.* SVRRENTVM *velle, vix dubito.*

SYRGIS σύργις, *Scythiæ Europææ fluuius, Herodoto 7. In Mæotidem paludem effluens.*

SYRI, *vide* CAPPADOCIA.

SYRIA συρίη, *Aſiæ regio, Sacris & profanis hiſtoricis celebratiſſima. Ampla eſt, & multas regiones comprehendit. Hebræis* ARAM, *vel* CHARAM *dicitur, D. Hieronymo teſte. Syros* ARIMOS ἀριμοὶ, *nominari ab Homero, Poſidonius auctor, eſt, apud Strabonem; in calce lib. 16. Idem Strabo libro 13. ſcribit Arimos ſuo tempore* ARAMOS ἀραμοὶ, *vocari. Syros Ioſephus* ARAMÆOS *appellat. Strabo dicit à ſe ipſis ſic nominari, ſed is habet* ἀραμμαῖοι, *duplici* MM. HALAB *vocabatur, tempore Ioſippi Goriæ.* Sobal *dici, ſcribit Brochardus. Diodorus lib. 19. eius partem quæ verſus* Taurum *montem eſt, Superiorem nominat. Meminit Xenophon lib. 5. Cyropædiæ, Syriæ Inferioris. Hodie* Soria *nomen à noſtris obtinet.* Suriſtan *vocat Poſtellus: Turcica (ni fallor) lingua. Syriam nonnulli in quinque partes diuidunt, inquit Euſtathius, in* COMMAGENAM, SELEVCIDEM, COELESYRIAM, PHOENICIAM, & IVDÆAM *Mediterraneam. Plinius terrarum maximam, & pluribus diſtinctam nominibus ſcribit. hasq; vndecim regiones ſub ea comprehendi ait:* PALÆSTINA, IVDÆA, COELE (*quæ aliis* COELESYRIA) PHOENICE, DAMASCENA, BABYLONIA, MESOPOTAMIA, SOPHENE, (SOPHANINA, σοφανίνη, *hæc Arriano eſt*) COMAGENE, ADIABENE, & ANTIOCHIA. *Idem ferè Mela, lib. 1. cap. 11. Ab aliis verò arctioribus limitibus conſtringitur.* SYRIAM *Superiorem nominat Diodorus 18. eam quæ Babyloniæ adiacet, & cui contigua Cilicia.* SYRIAM *Inferiorem habet Xenophon 6. Cyropædiæ; in Aſia Propria, circa Pactolum fluuium. Hoc etiã obſeruaui apud claſſicos auctores: Syriam cum Aſſyria ſæpius confundi. Conſule Wolf. Wiſſenburgium.* SYRIA SALVTARIS *eſt in lib. Notitiar. & antiqua inſcriptione. Hæc eadem* SYRIA *Prima, vt annotauit Cuiacius.* SYRIA *Secunda, pro parte Syriæ, eſt in Codice.* SYRIÆ *Maioris meminit quoque vetus lapis, apud Lazium 5. R.P.R. & And. Schottum.* SYRIAM *Magnam, &* COELESYRIAM *nominat Galenus de Simpl. Medicamẽtor. facultatib. 6.* SYRIA *Campeſtris, Vide* MESOPOTAMIA. *Trium Syriarum meminit Optatus Afer. Vide* SYROS, SIM, ASSYRIA, & EVPHRANTIS.

SYRIACVM *Mare Ptolemæo:* SIDONIVM *apud Euſtathium vocatur: hoc ab vrbe incumbente, illud à regione vicina.* IVDAICVM *Tacito eſt.*



SYRIACVS, *vide* HYLLVS.

SYRIÆ *Portæ. Vide* AMANICÆ, & PYLÆ.

SYRIÆ MAACHÆ, *meminit 1. Paralip. 19.* SYRYÆ SOBAL, *meminit liber Iudith cap. 3. Hanc* TERTIAM ARABIAM *vocat Guil. Tyrius, lib. 11.*

SYRIANA, *Syriæ videtur vrbs: in lib. Notit*

SYRICTÆ, *inter Nomadas Indos gens. narium loco foramina tantum habent, & anguium more loripedes. Plinius.* SCYRITÆ *habet M. S. codex. Vide* SCIRATÆ.

SYRIE, *quondam inſula, nunc in Epheſi mediterraneis. Sic Plinius. quædam exemplaria* SYRITEN *legunt.* „

SYRIENI, *Plinio Indica gens.*

SYRIMALAGA συειμαλάγα, *Indiæ intra Gangem vrbs: Ptolemæo. Per* I *in prima ſcribunt interpretes.*

SYRINGA σύριγγα, *vrbem Hyrcaniæ, & velutiregiam, non procul à Tambraca; habet Polyb. 10.*

SYRINGÆ σύειγγαι, *locus Aegypti, iuxta Thebas. Pauſanias in Atticis. Lege de iiſdem Ammianum 22.*

SYRINTHVS σύεινθος, *Cretæ opidum: Stephano.*

SYRITES, *vide* SYRIE.

SYRIVM, *Bithyniæ fluuius. Plinio. Syrium pirum habet Iuuenalis 4. Satyra 11. An à Syria? an ab illo Syrio?*

SYRMÆVM συρμαῖον, *campus inter Nomadas & Nabathæos. Stephanus. In Arabia Felici ergo.*

SYRMATÆ συρμάται, *qui &* SAVROMATÆ, *ad Tanaidem fluuium:, Stephano. Ad Oxum fluuium ſunt Plinio. Vide* SARMATIA.

SYRNA σύρνα, *Cariæ vrbs: apud Stephanum.*

SYRNIS συρνίς, *Ptolemæo vrbs Indiæ, intra Gangem.* SYRNICA *legunt interpretes.*

SYRNOS, *Aegæi maris inſula 80. milliaria ab Andro. apud Plin.*

SYROCYLICES, *ſunt Pomponio Aſiæ Minoris populi. Inter Ciliciam & Syriam, vt puto.*

SYROMEDIA συρομηδία, *apud Ptolemæum Mediæ regio.*

SYROPÆONES, *Thraciæ populi, ex Pæonibus. vt tradit Herodotus 5.*

SYROPHOENIX, *vide* PHOENICE.

SYROS σῦρος, *maris Ægæi inſula, quam Homerus* SYRIAM συρίη *vocat, in Odyſſea, vt Strabo & Stephanus, teſtantur.* Syro, *Sophiano adhuc dicitur. Supra Ortygiam eam deſcribit idem Homerus. Meminit huius Syri quoque Apuleius 2. Florid. Eſt & Ionica inſula: item Acarnaniæ: apud Stephanum. Arcadiæ fluuius eſt, Pauſaniæ, in Alpheum ſe exonerans. Eidem eſt Cariæ continentis vrbs. Eſt & Aegypti vicus, circa Nili ſciſſionem, Statio Alexandrino, 4. Amorum. vide* SYRA.

SYROTA, *ſiue* SIROTHA, *Antonino; inſula inter Siciliam & Africam. Simlerus putat* SIBOTAM *eſſe.*

SYRRACVSÆ, *vide* SYRACVSÆ.

SYRRHA, *vide* SVRA.

SYRTES σύρτις, *Ptolemæo* MAGNA & PARVA, *circa Africam in mari Mediterraneo. Parua, alio nomine* LOTOPHAGITES *dicitur:* MARE SYRTICVM *eſt apud Senecam de vita beata.* LEPTITANAM & CINYPHIAM *Syrtim habet Sidonius. Loca ſunt vadoſa, & nauigantibus noxia. De his lege Orationem 5. Dionis Pruſæi, Procopium 6. Aedific. Salluſtium in Iugurthino, & Apollonium 4. Argonauticor. Hodie* Secche de Barbaria *vocari, ſcribit Lel. Caranus.* Baxos de Barbaria *(quod idem ſignificat) appellat eas Oliuarius. Hæc recentia nomina non videntur mihi propria, ſed communia potius. ſic enim nos Belgæ, eadem ſignificatione, vocamus* Platen/ Bancken/ Drooghten / *omnia maris breuia, locaq; arenoſa. Syrtim Minorem video* Golfo de Caps *nominari. Vide* CHARYBDIS.

SYRTIDÆ σύρτιδαι, *inſulæ ſunt apud Tzetzam in Lycophronem. Pro Abſyrtide, vt puto.*

SYRTIS συρτις, *ora Italiæ, quæ ad Ionium & Iapygium ſpectat, quam Chaones inhabitant, qui ab Oenotris genus duxerunt (*CHONES *ſine* A *habet ora libri, ſincerius.) Ariſtoteles 5. Politicor. cap. 10.*

SYRTITÆ, *vide* MACÆ.

SYRVM σύρον, *Cariæ vrbs eſt, Pauſaniæ, in Laconicis.*





SYRVS, *vide* SYROS.

SYS, *vide* SVS.

SYSCIA σύσκια, *Straboni vrbs, iuxta Colapis confluentiam in Sauum: in Pannia Superiori, Ptolemæo teſte, qui eam* SISCIA σίσκια, *per* I *in prima ſcribit; vt quoque Plinius, & Velleius.* πισκία, *legit Rob. Stephanus apud Dionem. Euſebij chronicon ſcribit S. Quirinum epiſcopum Sceſianum. pro quo Syſcianum legendum. Huius vrbis adhuc multa, pulchraq; monumenta exſtare, tradit Bonfinius. Hodie mihi* Siſſeg *videtur, ex Tabula Illyrica Sambuci.* Nigroiudice, Modruſſa *nunc vocatur. Lazius autem in ſua Vienna, dicit eius rudera ſub ditione Auſtriaca apparere: in confinibus Hungariæ, Stiriæ, Slauoniæ, & Windorum Marchiæ, incolasq; locũ appellare* Soſſed. *Antoninus etiam huius Siſciæ meminit. Et Simlerus (qui in eum ſcholia ſcripſit) addit eius loco in manuſcriptis aliquando* Siſoia *nominari. Nummus æreus mihi Roma deſcriptus, à ſummè mihi amico Philippo Wingio; in quo à parte aduerſa effigies, & inſcriptio* IMP. C. M. AVR. PROBVS AVG. *à parte auerſa mulier ſedens in ripa fluuij quem ex vrna emittit ſimulacrum fluuij iacens, & ab altera fluuij latere figura nuda in aqua vmbilico tenus. Non poſſet calamus exactiùs huius vrbis repræſentare ſitum, ad Colapis nempe in Sauum ſe exonerantis ripam.*

SYSCIVM συσκιον, *mons circa Epirum, Dicæarcho.*

SYSDRA, *Vide* SVEDRA.

SYSENNA συσεννα, *Inimicitiæ puteus. Ioſephus, & Geneſis 26.*

SYSPIERETIS συσπιειρῆτις, *regio videtur circa Armeniam Maiorem: Straboni 11.* συσπιερῆτις *idem ſcribit, infra. & idem* HYSPIRATIS, *libro eodem, vbi auri metalla.* SYSPERITES συσπερείτης *per* E. *in ſecunda legit Porphyrogenneta: in Armenia Minori autem.* SYSPIRA *eſt apud Ciceronem ad Atticum.*

SYSPIRA, *vide* SYSPIERETIS.

SYTHAS σύθας, *fluuius in Sicyonia eſt, vbi ſe in mare exonerat. Pauſanias in Corinthiacis.*

SYVERVS, *fluuius Atticæ, in quo chryſopaſius lapis reperitur. Sudines auctor, apud Plinium.*

TAAD, *vna caſtrametationum Iſraëlitarum. Num. 33.*

TABA, *vide* TAVA.

TABABCARENSIS *locus, in Mauritania Cæſarienſi. teſtes Vict. Vticenſ. & Coll. Carthag.*

TABÆ τάβαι, *Aethiopiæ promontorium, ad ſinum Barbaricum: Arrhiano in Periplo. Cariæ vrbs. & Peraæ: eſt apud Stephanum. Vrbs Ciliciæ eſt Plinio. (cuius codex M.S. legit* THEBE *in Cilicia.) Lydiæ Stephano. Liuio 38. in finibus Piſidarum, ea parte qua vergit ad Pamphylium mare.*

TABAIENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.*

TABALI, *vide* GABALES.

TABALTHA, *Africæ Propriæ vrbs: Antonino.* THABALTHA. *idem. eidem* TABLATHA *puto in libro Notit. dici. & fortè* THASBALTE *apud D. Auguſtinum, & Cyprianum. item Vict. Vticẽſ. M.S.* TASFALTVM *habet Coll. Carthag.*

TABALVM ταβαλον, *locus circa Ioniam videtur Herodoti Clio.*

TABANA τάβανα, *Tauricæ Cherſoneſi opidum. Ptolemæus. Vide* TABETANÆ.

TABAS, *opidum eſt in Paratacenæ vltima. Q. Curtius 5. Ciciliæ videtur apud Silium 14. vide* TANEA.

TABASSI ταβασσοι, *gens Indiæ intra Gangem: Ptolemæo. Gentem Magnam* μέγα ἔθνος, *vocat. Magos malè vertit interpres.* TABASSO *ibidem vrbs: eidem.*

TABATH, *vide* THEBBATH.

TABATHRA, *vide* THABRACA,

TABAZAGENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag*

TABEÆ ταβέαι, *Phrygiæ Maioris vrbs: Straboni 12. Africæ vrbs, in concilio Carthaginenſi, ſub D. Cypriano habito.*



TABEINI, *vide* SCYTHÆ.

TABENI ταβηνοι, *gens circa Carmaniæ deſerta. Stephanus. vide* TABIS.

TABENNA ταβέννη, *inſula Aegypti, in Thebaide. Hiſtoria Tripartita, & Calliſtus 9. cap. 14.* TABENISE *vicus, vocatur in S. Pachomij abbatis vita. Hinc Tabenneſiotæ monachorum genus, primitiuæ Eccleſiæ temporibus valde celebre. Hos ſub Syene vrbe conſtituit Palladius. Vide* ELEPHANTINA.

TABENVS ταβηνος, *campus circa Lydiam: Straboni 13. Marſyæ Tabeni hiſtorici memoria eſt apud Suidam.*

TABERENI, *vide* TIBARENI.

TABERNÆ, *Antonino Germaniæ opidum, quod Simlerus* Zabern *vocat, ſub epiſcopatu Argentoratenſi.* Zabrena *Frodoardus nominat.* TRES TABERNÆ *Ammiani videntur. De his Auſonius: Riguasq; perenni fontè Tabernas.* „ TABERNÆ *locus Mauritaniæ Tingitanæ: apud Antoninum, & lib. Notitiarum. Vide* NOVIS, & TRES.

TABETANÆ *Ciuitatis, meminit concilium Toletanum. In Hiſpania. An Tabanenſe cœnobium hic? in Granatenſibus montib. Huius memoria eſt in Eulogij operibus. Sed aliter ſcribit Reſendius ad Vaſæum: vbi dicit corruptam vocem, pro Sætabitanæ.*

TABEX, *vide* ATLAS.

TABIA, *vide* TAVIVM.

TABIÆ ταβιαι, *locus Campaniæ, in imo ſinu, qui inter Neopolim & Surrentum conſpicitur, magis tamen in latere, quod ad Surrentum pertinet. Galenus 5. Methodi medendi.* Monte de la Torre *nunc vocari ſcribit And. Baccius. An* TABII τάβιοι, *Stephani? vel potius* STABIÆ *legendum? ita ſuadere videtur Symmachus ad Nicomachi filios, vbi hæc verba, Stabias ire deſiderant vt reliquias longæ ægritudinis, armentali lacte depellant, &c.* „ *Lac autem huius loci phthiſicis ſalubre eſſe, idem docet Galenus. Vide* LACTARIVS *Mons.*

TABIANA ταβίανα, *Perſici ſinus inſula, apud Ptolemæum:* TIBIANA *eſt Marcellini.*

TABIATHIS, *vide* PELVSIVM.

TABIDIVM, *Africæ Interioris opidum: à Corn. Balbo expugnatum, habet Plinius.* THABVDIS *Ptolemæi exiſtimauerim.*

TABIENA ταβιήνη, *Parthiæ regio: apud Ptolemæum.*

TABIENI ταβιηνοι, *Ptolemæo gens eſt in Æthiopia ſub Ægypto.*

TABII, *vide* TABIÆ.

TABIS τάβις, *Arabiæ vrbs: Stephano, ex Hecatæo.* TABENI *gentile. Vide* TAMOS.

TABLARIENSE *Caſtellum, in Ponto, lib. Notit.*

TABLATHA, *vide* TABALTA.

TABLÆ, *locus circa Batauiam. Teſtis tabula Peutingeriana. Vide M. Velſerum, cuius liberalitati huius debemus editionem.*

TABORENTENSIS *Epiſcopus. In Cæſarienſi Mauritania. Vict. Vticenſ. M.S.* TABORENSIS, *eſt in Coll. Carthag.*

TABRACHA, *vide* THABRACA.

TABRÆSII ταβραισίοι, *Indiæ populi, vltra Gangem fluuium. Diodorus 17. Vide* PRASIANA.

TABRESIVM, *vrbs Aſſyriorum, circa Mediam: Cedreno, Curopalati, & Laonico.* Tabretze *à Laonico vocari: &* Tebris, *ſiue* Taciris *à Turcis. ſcribit Leunclauius.*

TABVDA, *loci nomen in Numidia, Vticenſi M.S.* TABVDESENSIS *Plebis mentio eſt in Collatione Carthag. Vide* SCALDIS.

TABVL, *vide* BACMA, & SCALDIS.

TABVLA, *vide* SCALDIS.

TABVLEIVM, *Monaſterium in Voſagi montis eremo ſitum, ſic vocatum antiquitus, quòd ſectis inſtar tabularum lapidibus, primò ædificatum fuerit. Hoc poſtea* THEOLOGIVM *dictum fuit. Surius in primo tomo de SS. vitis. Sed* DOLOGIVM *ex archiuis ſcribit Waſſeburgius, &* Tholey *hodie vocari addit. Ex oppoſito vrbis Treuirenſis eſt in Cebe nn monte.*

TABVLVM τάβυλον, Aſiæ Propriæ vrbs. Herodoti Clio.

TABVNIENSIS loci, in Mauritania Cæſarienſi, meminit Vict. Vticenſ.

TABVNTIS, Africæ Propriæ locus: Antonino.

TABVRNVM, Virgilio in Georgicis 2. & Aeneid. 12. mons oliuifer. In Campania eſt Seruio. Samnitum eſt Vibio. Apuliæ eſt Probo grammatico, & Pomponio Sabino, iuxta Oriolum opidum. Caudini ſaxa Taburni, habet Gratius poëta. Tabor eſt Erythræo; Taburo Leandro. LIBVRNVM eundem appellari à Polybio video.

TACAMPSO, vide METACOMPSO.

TACAPE, Plinio Africæ Propriæ vrbs. Tripolitanæ regionis, Victori Vticenſi M.S. Caps Caſtaldo; Capes Nigro appellatur. CAPE κάπη, Ptolemæo eſt. Latini autem codices TACAPE legunt. CAPA Procopio. Antonino CAPÆ, & THACAPÆ colonia. Idē habet AQVAS TACAPINAS, hinc XVIII. M.P. diſtātes. vide ACABE.

TACAPHORIS τακαφορὶς, Marmaricæ vicus: Ptolemæo.

TACAPISDIVVM, locus in Theodoſiano codice, titulo de Appellationibus.

TAGARTENSIS Epiſcopus, in Numidia: auctoribus Vict. Vticenſ. & Coll. Carthag.

TACASASTA, Aegypti vrbs: Antonino. Inter Memphim & Peluſium. TACASIRIS in lib. Notit. vt credit Simlerus.

TACATVE ταχατύη, Ptolemæo & Plinio, vrbs in Africa Propria. TACATTA hoc tractu eſt apud Antoninum.

TACENSES, vide AVGVSTA.

TACHARI πάχαροι, variat ſic lectio) circa Bactrianam ſunt populi: apud Strabonem. Pro TACHORIS Ptolemæi habeo, quos in Sogdiana, vicina regione deſcribit.

TACHASARA ταχάσαρα, Mediæ vrbs. Ptolemæus.

TACHEMPSO ταχεμψὼ, Aethiopiæ inſula, iuxta Libyam. Stephanus. TACHOMPSO per o micron Herodoto. Vide METACOMPSO, & CHOMPSO.

TACHORI, vide TACHARI.

TACHORSA ταχόρσα, Libyæ Nomi vrbs: apud Ptolem.

TACINA, Antonino, in Itinere Equotutico Rheginum. In ſcheda mihi Roma miſſa Celſi Cittadini, fluuij nomen eſt, qui prope Scyllatium in mare defertur. vide LACINIVM.

TACOLA τάκολα, Aureæ Cherſoneſi emporium, Ptolemæo. quod Malaca, ab Alphonſo Adriano; ſed Tauai à Jacobo Caſtaldo vocatur.

TACOMPSO, tria huius nominis opida, ad Nilum, habet Plinius, lib. 6. cap. 29.

TACORÆI τακοραῖοι, Indiæ extra Gangem gens: Ptolem.

TACTEVM, vide TOTTAIVM.

TACTVRACTONIVM, Vide CATARACTONIVM.

TACVBIS τακούβις, Luſitaniæ opidum: Ptolemæo. TVBVCCI Antonini, putat Simlerus.

TADAMENSIS loci in Mauritania Cæſarienſi, mentio eſt apud Vict. Vticenſ.

TADER, vide ESTABERVS.

TADIATES, circa Aequicolos populi: Plinio.

TADINATES, Italiæ populi, in VI. regione: apud Pliniū. Per S, SADINATES tria mea exemplaria legunt.

TADNOS Fons, circa Mioshormon, in Aegypto. Plinius.

TADZANS, vide BVBEGENTÆ.

TADVCIVM, Numidiæ locus: Antonino. Ibidem TADVTITVM: eidem.

TÆNARIA ταιναρία, Ptolemæo Peloponneſi promontorium, ad Meſſeniacum Sinum. TÆNARVS Poëtis. Denſum ſiluis, dicit Seneca in Hercule Furente. vbi quoq; antri ſiue deſcenſi ad Inferos hoc loco à Poetis tributi, accurata deſcriptio. De eodem etiam Apuleius 6. Aſini. Cabo Matapan, & Maini à Sophiano dicitur. Etiam Maine Gregoræ vocatur.

TÆNARION ταινάριον, Ptolemæo Laconicæ opidum; antea CÆNEPOLIS καινήπολις, dictum, Pauſania auctore. ſed is ταίναρον, habet ſine ι in fine. Ptolemæo diuerſa ſunt ταινάριον & CÆNE καινή. Tænarium, quæ nunc CEREAPOLIS cognominatur, inquit Procopius, libro 3. de bellis Wandalicis. corruptè, pro Cænopolis fortè. Tænarium hoc dicit Niger hodie Porto de Qualeis vocari. Vel, vt alius quidam, Porto delle Quaglie, ob coturnicum ibidem copiam.

TÆNARVM flumen, iuxta Aenum vrbem. Laonicus bis térue nominat, in Thracia. Vulgo Tunza vocari, ſcribit Leunclauius, atque in Hebrum illabi, circa Hadrianopolim. TAXVS hic fortè antiquorum.

TÆNARVS, vide TANARVS, & TÆNARIA.

TÆNIAS ταινίας, pars Maræotis, quæ mari imminet, Ptolemæo. Inter Canopicam foſſam & mare, Straboni. Huius meminit quoque Athenæus 1. cap. 30. Mare hanc alluens TÆNEVM, & purpuræ genus Tænienſe vocari à Plinio putem. lib. 9. cap. 37. Vetus enim meus codex ſic legit per æ diphthongon. Aliter hunc locum interpretari in Aduerſariis à Turnebo, non ignoro. Eſt quoque locus ſic dictus ad ſtagnum Carthaginis, Appiano. eius interpres Giſlenius linguam vertit. ſic quoque Oroſius vocat. LIGVLA Victori Vticenſi eſt. de quo vide in MAZVLA. Et lingulas vocat appellatiuè Cæſar 3. Gallicor. huiuſmodi loca in longum à cōtinente in Oceanum exporrecta. Ouidius quoque hoc verſu, de Sicilia, Tribus hæc excurrit in æquora linguis. Hic ipſe linguas vocat, quod alij promontoria. Sed preter inſtitutum hæc. & adi de iiſdem Feſtum. Vici etiam nomen eſt, iuxta Lampſacum, vt refert Metaphraſtes, in vita S. Abramij.

TÆNIOLONGA ταινιόλογγα, Mauritaniæ Tingitanæ opidum; ad Mare Ibericum, Ptolemæo. TENIALONGA, ſine diphthongo, Antonino. Meſenna Caſtaldo eſt.

TÆNIOTIS, locus Aegypti videtur apud Plinium. Circa Saiticam præfecturam.

TÆNNI ταίννοι, Saracenorum gens eſt, Stephano. Circa Meſembriam, aut Meridiem. Ex Vlpiano, & Vranio.

TÆNVR ταίνουρ, Indiæ intra Gangem opidum: Ptolemæo.

TÆPA ταίπα, Perſidis vrbs. Ptolemæus.

TAFA, vide TAVA.

TAIS, vide TASITIA.

TAGABASA ταγαβάσα, Ptolemæo, STAGABAZA interpreti. Indiæ intra Gangem vrbs.

TAGABÆORVM, vide BETAGABEORVM.

TAGÆ ταγαὶ, vrbs Parthiæ regionis, in confinibus Hyrcaniæ: Polybio 5. & 10. Circa Oxum fluuium ſunt Solino TAGÆ populi. Turſon à quodam nouè appellatur.

TAGANA τάγανα, Libyæ Interioris vrbs, & gens. Ptolemeus. TAGANNITENSIS Plebis, meminit Collatio Carthaginienſis.

TAGARA ταγαρα, Indiæ intra Gangem opidum maximum: Ptolemæo, & Arrhiano, in Periplo. TAGARENSIS Loci, in Africa Procōſulari, meminit V. Vticenſ. M.S. TAGARITANVS idem.

TAGARBOLA, in Africa locus, Vict. Vticenſ.

TAGASÆ ταγασαὶ; locus apud Athenæum 1. vnde ſerui petebantur, quorum frontem igne notatam ſcribunt. PAGASÆ per P. legit huius interpres Natalis. Vide AGASSÆ.

TAGASTIENSE, vide TAGESTENSE.

TAGAVDA, vide TIGAVDA.

TAGBIRA, Vide ARSINOE.

TAGESTENSE opidum, Plinio: in Africa Propria. TAGASTIENSE Numidiæ eſt apud D. Auguſtinum. TAGASTE Antonino. THAGASTHA eſt in Epiſtolis Paulini. Patria D. Auguſtini eſt; teſte Poſſidio in eius vita. Vide TERGAZA.

TAGINA vicus, ad Apenninum montem, circa Vmbriam & Tuſciam videtur. apud Procopium 3. Gothorum.

TAGODA, vide TETAGODA.

TAGONIVS ταγώνιος, Hiſpaniæ fluuius, Plutarcho in vita Sertorij. Henares hodie vocari, putat Amb. Moralis. Tagum vertit malè, interpres Latinus.

TAGORA, vide THAGVRA.

TAGORI, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plinius.

TAGRVM Montem Luſitaniæ, citat Damianus Goëſius, ex Varrone: quem hodie Sintra appellari ait. Varro lib. rei ruſticæ 2. cap. 5. ſcribit hic equas certo tempore è vento concipere. Columella autem 6. cap. 27. hoc in Sacro fieri tradit.





tradit. quo modo quoque apud Varronem debere legi crediderim: cum Tagri nemo alius meminerit.

TAGVNTIA, vide BACVNTIVS.

TAGVRA, vide THAGVRA.

TAGVRIA ταγουρία, Aſiæ locus, circa Bactrianam regionem. Polybius lib. 5. & 10.

TAGVRVS, vide THAGVRIS.

TAGVS τάγος, Ptolemæo & cæteris, Hiſpaniæ fluuius, aurifer, ſi veteribus creditur. Oritur in Celtiberis; diuidit Luſitaniam, & vltra Vlyſipponam in Oceanum prorumpit. Accolis Taio vocatur. Et hunc, & multos alios Luſitaniæ fluuios etiamnū auriferos eſſe, adfirmat mihi vir fide dignus Emanuel Enricus. TAGVM fluuium Aethiopum, habet Sidonius, in Panegyrico ſoceri ſui.

TAI, vide TAOCHI.

TAIPHALI, vide THAIPHALI.

TAIONNACVS, villæ, vel loci nomen, in Gallia: Sidonio 8. Epiſt. ad Siagrium.

TAIZALOS, & VERNICONES legit Humſ. Lhuydus apud Ptolemæum, Albionis inſulæ populos: quos hodie in Northumberlandt ponit. VENICONTES οὐενίκοντες, & TEXALOS τέξαλοι, lego in Græcis Ptolemæi codicibus. (vetuſtus MS. codex legebat ὀυενικομανευς, & ταιζαλοι,) Sed TAIZALVM ταίζαλον, promontorium, idem Ptolemæus legit ibidē. quod nunc Buquehamneſſe.

TALABRIGA ταλάβριγα, Luſitanorum vrbs, Ptolemæo, & Appiano. Hæc hodie Talauera della reina vocatur, vt æſtimat Cl. Aretius. Varrerius hoc negat, ex dimenſione, ſed Cacia eſſe docet. TALABRICA eſt apud Antoninum.

TALABROCA ταλαβρόκη, Hyrcaniæ opidum; apud Strabonem.

TALACORI ταλακώρι, Ptolemæo Taprobanæ emporium.

TALADVSII, vide TELADVSII.

TALALATVM, Africæ Propriæ vrbs: Antonino. Limitis TALALATENSIS meminit lib. Notit.

TALAMINA ταλαμίνη, Seurorum opidum, in Hiſpania Tarraconēſi. Ptolemæus. TIMALINVM fortè Antonini.

TALAMON, vide TELAMON.

TALAMONIVM, Scythiæ Thraciæ vrbs: lib. Notit.

TALANII ταλάνιοι, Græciæ populi, circa Achaiam. vt videtur ex lib. 9. Polybij, circa calcem.

TALANTIA, vide OREVM.

TALANTII, vide TAVLANTII.

TALARA τάλαρα, Indiæ intra Gangem vrbs: Ptolemæo.

TALARENSES, vide TALARIA.

TALARES τάλαρες, Theſſaliæ populi, ad Pindum montem. Strabo.

TALARIA ταλαρία, Syracuſanorum vrbs: Stephano. inde Talarini. TALARENSES ſunt Plinio in Sicilia.

TALARIGA ταλάριγα, Indiæ extra Gangem vrbs: Ptolem.

TALAVRA ταλαύρα, Cappadociæ opidum videtur apud Dionem 35. Eius meminere quoque Appianus in Mithridaticis, & Plutarchus in Lucullo. ταλαυεῖς autem legit Appianus: & circa Ciliciam videtur. confines hæ ſunt regiones.

TALAVRIS, vide TALAVRA.

TALAVRIVM ταλαύριον, campus eſt Apollonio 4. vbi ſe Iſter verſus Cronium mare (ſic Adriam ab eo vocari, ſcribit eius Scholiaſtes) flectit.

TALAVS, vide LAVS.

TALBENDA τάλβενδα, Pamphiliæ vrbs: Ptolemæo.

TALBIACVM, vide TOLBIACVM.

TALBONDANA, Ciuitas Piſidiæ. In Chalcedonenſi concilio.

TALCINVM τάλκινον, Ptolemæo Corſicæ opidum.

TALENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

TALEPTVLENSIS loci in Africa, meminit Vict. Vticenſ.

TALETVM ταλετὸν, in Taygeti vertice Solis fanum eſt, ſupra Bryſeas, in Laconica. Pauſanias. Vide TAYGETVS.

TALGA, vide TAZATA.

TALI, vide THALI.

TALI Statio, locus in Creta, vt Pintianus & qui eum ſequuntur legunt. libro 2. cap. 7. apud Melam. vbi olim Tum ſtatione legebatur. De hoc Talo apud Agatarchidem legitur ter in die totam Cretam circumiuiſſe. at ter quotannis, legit Minos Platonis.

TALIA, Antonino Mœſiæ Superioris vrbs. TALIATA Mœſiæ Primæ, libro Notit. Vide TANATIS.

TALICVS, vide DAICIS.

TALIO Riuus eſt, in confinibus Atellæ & coloniæ Auguſtæ vrbium. Hygenus in lib. Limitum.

TALIVM, vide ITALIVM.

TALLIATES, horum populorum meminit lapis antiquus, in vico Ripſdorff inuentus, in Eyffalia regiuncula Germaniæ. Huic vico adiacet Dominium, & arx vetus Wollendorff vel Wallendorff aut Tallendorff/ variè enim ſcribunt, ſed indifferenter pronunciant Germani. Idem ſignificat Tallendorf, quod Talliatiū pagus. Ipſam inſcriptionem, quia hactenus minimè publicatam æſtimo, his ſubiungam, eam enim habeo ſtudij communicandi ergò, ab humaniſſimo & docto viro D. Chryſanto Boiſſ. MARTI ET GENIO TALLIATIVM CLAVDIVS VERINVS AD PERPETVAM TVTELAM ÆDIS TALLIATIB. DEDIT ✱XCCL. QVAM ÆDEM L. MARCIVS SIMILIS DE SVO POSIT. ſic ſcriptum ſine V. hoc vltimum. Conſeruatur hic lapis apud Illuſtrem & Generoſum comitem Hermannum à Manderſcheyd, &c. Sacræ C.M. Conſiliarium, & omnis antiquitatis indagatorem ſagaciſſimum. teſtis mihi Io. Viuianus, à quo eandem exſcriptam poſtea accepi.

TALMÆ, vide CONTRA.

TALMENA τάλμενα, Carmaniæ portus. Arrhiani Periplus.

TALORI, vide IGÆDITANI.

TALVBATH ταλούβαθ, Libyæ Interioris opidum: Ptolem.

TALVCTÆ, Indica gens, circa Gangem. Plinius.

TALY τάλυ, Ptolemæo Aegypti fluuius.

TAMA, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, ad Nilum. circa Hieroſycaminum. Plinius.

TAMADA, Vide TAMVADA.

TAMAGANI, nominantur in vetuſto lapide qui in Luſitania eſt, in opido Chaues. Fluuius qui eum alluit, Tamuga hactenus vocatur. Vide AQVÆ FLAVIENSES.

TAMALA, vide TEMALA.

TAMALLA, & TAMAMALEA, vide THAMALEA.

TAMALME, ANDROCALON, CHAVSORIVM, CHARAVATINIVM regiones, & TAXANITE, atque CAPSVRIVM loca, habet circa Armeniam Minorem, vel Ciliciam, Metaphraſtes in S. Andreæ ducis exercitus vita.

TAMANNVNA, & aliter TAMAVNVNA municipium Mauritaniæ Cæſarienſis. Teſtis ſceda II. Tabulæ Peutingerianæ. & item III. mihi à M. Velſero vſui miſſa. An TAMVLLVMA Vict. Vticenſ. ſit, quærit idem.

TAMARA, vide TAMARIS.

TAMARE ταμαρὴ, Albionis inſulæ vrbs, apud Dumnios. auctor Ptolemæus. Tanerſtock Villanouano eſt. Tamerton ego malim: cum Camdeno.

TAMARICI, vide CELTICI, & TAMARIS.

TAMARIS, Hiſpaniæ Tarraconēſis fluuius, circa Celticum promontorium, per Præſemarcos defluens: Pomponio. qui & ibidem TAMARICOS populos habet. ταμαρα Ptolemæi eſt. TAMARICI fontes, ſunt in Cantabria tres: Plinio. octonis pedibus diſtantes. Fluuium Tamar hactenus appellari puto.

TAMARITÆ, vide CAMARITÆ.

TAMARITIVM Palmarum, Siciliæ locus, apud Antoninum, vt legit Simlerus. Alia exemplaria pro Palmarum SPALMAX legunt.

TAMARVM ταμαρον, Aſiæ locus: Straboni. lib. 11. IMAVM legi poſſe, ſcribit Caſaubonus.

TAMARVS τάμαρος, fluuius Ptolemæo Albionis inſulæ, in latere Meridionali. Tamer hodie ex tabulis cenſeo. ſed affirmat Camdenus. Eſt & Macedoniæ mons, circa Epirum: Straboni. Italiæ quoque locus, circa Campaniam, eſt Antonino. vbi TANARVS, THANARVS, &

THAMA-

THAMARVS *quoque alias legitur. Vide* TMARVS.

TAMASA, *vide* TAMASSVS, & TEMESA.

TAMASEVS, & TAMASIA, *vide* TAMASSVS.

TAMASIDAVA ταμασίδαυα, *Myſiæ Inferioris opidum. Ptolemæus.*

TAMASIS ταμασις, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

TAMASTANI *Municipium, in Mauritania Cæſarienſi. Tabula Peutingeriana.*

TAMASITANORVM Ταμασιτῶν, *meminit Goltzius ex Nummo. Gentile à Cypri vrbe Tamaſeo: vt habet Stephanus. Vide* TAMASSVS.

TAMASSA, *vide* TEMESA.

TAMASSVS ταμασσός, *quæ &* TAMASA, *Ptolemæo & Straboni: Cypri inſulæ vrbs.* Borgo de Tamaſſo, *Luſignano.* Famagoſta *Ger. Mercatori, hodie. Stephanus ſcribit quoque* AMAMASSVS ἀμαμασσός *dictam, in voce* ἐρυθεία. *Idem Plinius vt & Stephanus eam* TAMASEVM Ταμάσε@, *appellat. &* TAMESIAM Ταμεσία, *à Polybio nominari addit.* ταμασία, *apud Porphyrogennetam.* τάμψη, *per ſyncopen vocari à Strabonis Epitome, mihi teſtis Sylburgius. Hanc vocat Homerus* A. Ὀδυσ. TEMESEN. *cuius commentator Euſtathius dicit ſic quoq; appellari quæ in Brutijs eſt, & vtramque metalliferam facit. Vide* TEMESA & DAMASENVS.

TAMAVNVNA, *vide* TAMANNVNA.

TAMAZITES *populi, à Roxolanis alueo tantum fluuij ſegregantur. Iornandes.* TAZIGES *alia lectio. an pro* IAZYGES?

TAMAZENSIS *loci, in Mauritania Cæſarienſi, mentio apud Vict. Vticenſ.*

TAMBADA, *Africæ ciuitas. Victor Vticenſis, lib. 3. perſecutionis Wandalicæ.* TAMBAIA *legit alius codex.* TAMBALENSIS *Plebis meminit Coll. Carthag.*

TAMBEITANVM, *vide* THAMBES.

TAMBRAX Τάμβραξ, *Parthyæorum vrbs: apud Stephanum, & Polybium 10.*

TAMBYZI τάμβυζοι, *Ptolemæo Bactrianæ gens.*

TAMERÆ, *vide* ZAMIRÆ.

TAMESIA, *vide* TAMASSVS.

TAMESIS, *vide* THAMESIS.

TAMI ALÆ, *mentio eſt in antiqua inſcriptione, prope Saliſburgum, vt Lazius habet. locũ* Tamberg *dici inquit.*

TAMIA ταμεια, *Albionis opidum, in Vacomagis. Ptolemæo. In Scotia hodie eſt. Fortaſſe* Tanea, *in Roßia Scotiæ regione, vt inquit Camdenus.*

TAMIANI *populi; Rhodienſibus auxiliares, ſunt apud Liuium 33.*

TAMIATIS. *vide* PELVSIVM.

TAMIGGICA, *vide* TAMVGADA.

TAMIRVM *opidum, in Italia habet Franciſci Nanſij Frontinus manu ſcriptus. Corruptam vocem puto.*

TAMNA τάμνα, *Arabiæ vrbs: Stephano. in Arabia Felici, Plinio: qui eam Templorum cognominat. Catabanenſium regia; apud Strabonem.*

TAMNACVM, *Arabiæ Felicis opidum: Plinio. à Romanis deletum.*

TAMNVM, *Aquitanicæ vrbs: Antonino.* LAMNVM *putat M. Velſerus tabulæ Peutingerianæ. Vide* FORVM *Seguſianorum.*

TAMONBARI ταμονβαροὶ, *Thraciæ vrbs. Procop. 4. Aedificiorum.*

TAMONITIS Ταμωνῖτις, *Syrorum regio: apud Strabonẽ.*

TAMOS, *Pomponio Tauri montis promontorium eſt, ad Oceanum Eoum. Mercator credit ab Oroſio* TAMARA *dici. Pintianus pro Tamos,* TABIS *apud Pomponium legit. Ego quoque* TABIN *Plinij puto. Vide* TAVROS.

TAMPSE, *vide* TAMASSVS.

TAMVADA, *Pomponio Mauritaniæ Tingitanæ fluuius: qui* Bedia *ab Oliuario nominatur.* TAMVDA *Plinij eſt.*

TAMVCVM, *locus Mauritaniæ Cæſarienſis, lib. Notit.* TAMADA *Victori Vticenſi M.S.* THALVDA *Ptolemæi putat Pintianus.*

TAMVDA, *fluuij & vrbis in eius ripa nomen, Plinio. In Mauritania Tingitana.* TANVDANENSIS *meminit Coll. Carthag. pro eadem fortè corruptè. An* TAMVGA *Procopij ad Auraſium montem? Vide* TAMVADA.



TAMVGA, *vide* TAMVDA.

TAMVGADA, *Mauritaniæ opidum: Procop. 2. Wandalic.* THAMVGADA *fortè D. Auguſtini.* TAMIGGIGENSE *hinc fortè in Coll. Carthag.*

TAMVLLVMA, *Africæ vrbs, apud Victorem Vticenſem, 2. Perſecutionis Wandalicæ. vide* TAMANNVNA.

TAMVSIDA ταμυσίδα, *Mauritaniæ Tingitanæ opidum: Ptolemæo. aliud à Tamuſiga* THAMVSIDA *eſt Antonino.*

TAMVSIGA ταμούσιγα, *Ptolemæo Mauritaniæ Tingitanæ maritimum opidum. Hæc* Tifelfedt *Marmolio:* Tefeltner *Caſtaldo,* Feſſa. *Nigro dicitur. Feſſam credit Peucerus* VOLOBILIN ὀυολοβιλὶς, *Ptolemæi eſſe. huic aſſentitur Marmolius.* VOLVBILE *Colonia eſt apud Plinium, & Antoninum.*

TAMYNA Τάμυνα, *Eretriæ vrbs: Straboni, Stephano, & Plutarcho in Phocione. Tamynæ Philoſtrato in Aeſchine, & Suida, in Euboëa agri Eretrienſis.*

TAMYRACA ταμυράκη, *Sarmatiæ Europææ opidum, ad Carcinitem ſinum: Ptolemæo, Stephano, & Arriani Periplo. Straboni promontorium ſic vocatur. Vide* MIRAX, & CARCINITES.

TAMYRAS ταμύρας, *Straboni fluuius eſt inter Berytum & Sidonem, in Phœnicia.* DAMVRAS δαμούρας, *Polybio 5. Zieglerus ſcribit eum à Plinio* NAGORAS *vocari, ſed* MAGORAS *legendum eſt. Ptolemæi* LEON λέων, *haud dubiè eſt.* BOSTRENVS Βόστρην@, *mihi videtur à Dionyſio vocari. hunc enim Priſcianus eius interpres prope Sidonem deſcribit. Aut hæc omnia ſunt ſynonyma, aut flumina ſibi inuicem vicina.*

TANA, *vel* TANAS *Mauritaniæ fluuius: Salluſtio in Iugurthino.* TANAIS *legit Carrio, neſcio an rectè.* TANA *etiam locus vbi lateres dicuntur innatare. Antigonus in Mirabilib.* PITANA *hic autem reſtituendum, docet Strabo 13. vt etiam Græcus Antigoni codex, quamuis corruptè & diuiſim, hic* ταν *legat.*

TANABASTRA, *Marmaricæ locus: apud Antoninum.*

TANADARIS ταναδάρις, *Armeniæ Minoris vrbs in Cataonia. Ptolemæus. Apud Antoninum eſt* TANDARVM *& corruptè* PANDARVM, *item* PTANDARVM.

TANADASSA, *Africæ Propriæ vrbs: Antonino.*

TANAGER. *Lucaniæ fluuius: Vibio, & Seruio 3. Georgic. Pom. Sabinus, & Prob. Grammaticus ſcribit torrentem tantum eſſe, & non habere aquam niſi pluuiæ tempore. De eodem D. Paulinus, in S. Felicis Natali III. Eidem Probo eſt quoque Aetoliæ fluuius. ipſe viderit. De Tanagro Lucaniæ hæc ad me Roma Celſus Cittadinus, Si Pomp. Sabinus moratus eſſet per diem vnũ, nedum per multos annos, vt moratus ſum ego in Lucania, & ſpecialiter in opido Auletta nomine, ad radices montis Alburni nunc vulgo* la Montagna de Sicignano; *vel* della Petina, *à duobus opidis in eo ſitis ita nominatis, quod Aulettæ penè alluit fluuius Tanager, vulgò* il Negro, *nõ dixiſſet ipſum torrentem eſſe, & non habere aquam niſi pluuiarũ tempore. nam eſt fluuius qui in ſe recipit & alios fluuios, & inter ceteros quendam vulgo dictum* La Botta di Picerno, *à Picerno opido antiquo ſemidiruto, vnde oritur, propè Potentianum, ſuper quem fluuium Botte eſt & pons lapideus antiquus cum inſcriptione, quam ob caprificos in eo natos & altitudinem arcus legere nõ potui. ſed nunc audio pontem ab accolis purgatum eſſe, & multos inſcriptionem deſcripſiſſe: quam habere curabo. Hic Tanager eſt fluuius ille de quo Plinius 2. cap. 108. ſcribit. Et in Atinate campo fluuius merſus poſt* XX. M. P. *exit. vt nunc etiam videri poteſt. de quo quoque Leander (etſi Plinij verba non viderat) aliquid narrat, ſed non integrè Vide* TANARVS.

TANAGRA τάναγρα, *vrbs eſt Bœotiæ, apud Strabonem & Ptolemæum. Centum triginta ſtadiis ab Oropo diſtare, ſcribit Dicæarchus. A Plateis ducentis, eodem Auctore. Hanc Stephanus dicit ab Homero* GRÆAN γραῖα, *& prius* POEMANDRIAM ποιμανδρία *dictam, & ab*





*Ariſtotele* OROPVM ὠρωπὸς, *appellatam. Idem Stephanus eandem alibi* GEPHYRAM γέφυρα, *vocat. Strabo quoque eius incolas* GEPHYRÆOS, *id eſt, Pontanos nominat. Hodie* Anatoria *vocari, Caſtaldus auctor eſt.* TANAGRA, *Ptolemæo quoque Perſidis vrbs. Eſt & locus iuxta Oropum, in maris littore: Stephano. eandem cum ſuperiori puto. Tanagræ etiam meminit Statius 7. Thebaidis, quam Lutatius eius commentator ſcribit nunc* PENANORIA *vocari, & Euboëæ ciuitatem facit. Fides ſit penes auctorem.*

TANAGRÆA, *Vide* GRÆA.

TANAIS, *vrbs ad Tanaidis fluminis oſtia, Ptolemæo teſte.* EMPORIVM ἐμπόριον, *apud Stephanum vocatur.* Aloph, *G. Mercatori eſt. Niger ſcribit Europæis* Tana, *incolis autem* Azac *dici.* TANAIS *fluuius eſt Ptolemæo & cæteris, qui Europam ab Aſia diuidit,* SYLVS *Scythis dictus, vt Plinius, vel* σιλις *per* I, *vt Euſtathius tradit. Item* AMAZONIVS ἀμαζόνι@ *antea, ſi fides eſt apud auctorem de Fluminibus & Montibus. Incolis hodie* Don, *& Italis* Tana *dicitur. Hunc fluuium quoque* DANVBIVM *dictum, vt ſcribit Acron in Horatium, eo minus miror, quòd videam vtrumque, & Danubium, & hunc Tanaim à ſuis accolis eodem nomine* Don *hodie indigitari. Cuſanus tradit eundem* AMESINEN *ab indigenis vocari. Hoc me fugit. Fides ſit penes illum. Hunc Tanaim oriri ex Riphæis montibus tradunt Ptolemæus & Plinius. Riphæis ſiluis malo, cum Iſidoro, nam nulli hic montes, at immenſa ſilua (pars nempe Hercyniæ) vt olim in Argonauticis auctor fuit Orpheus, & oculati teſtes hodie. Oriturq; ibidem è quadam palude, quam magnam dicit Herodotus. Vide* ALOPECE, BOSPORVS *Cimmerius,* HYPANIS, PONTVS EVXINVS, SILVS, & TANA.

TANAITÆ, *qui Tanaim accolũt, in Sarmatia Europæa. Ptol.*

TANAITIS ταναῖτις, *regio in Armenia videtur, iuxta Cyrnum fluuium: Dioni 36.*

TANAPE, *Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs, regia Candacis reginæ. Dion 54. In Græco* ταναπη *per* υ *legebatur. Xyphilinus autem* ταναπη *per* N *habet. Eadem cum* NAPATE, *de quo ſupra.*

TANARVS, *Plinio Lombardiæ Ciſpadanæ flumen.* Tanaro *hodie dici, ſcribit Leander Albertus.* ταναρ@ *corruptè puto legi apud Aelianum 15. animal. ad finem.* TANARVS *etiam Antonino in Via Appia, his verbis, In medio Salerno ad Tanarum. Ad quem locum en hæc Roma ad me Celſus Cittadinus. Ad Tanagrum lego fluuium, de quo Virg. 3. Georg. ſed cum ſubſcribat, ad Calorem, ad Silarum reponendum eſſe cenſeo. De mendo ſuſpectus eſt mihi locus iſte. nam Tanager flu. vulgò* il Nero, *eſt vltra Silarum, & in eo intrat. Et illud, in medio Salerno, (vel Falerno, vt aliqui legunt) ſuſpicionem auget. Eſt igitur expendẽdus locus iſte. Calor enim fluuius, vulgo* il Calore *prope Beneuentum tranſit ad iactum ſagittæ: quod à Salerno diſtat pluſquam 50. mill. & Tanager eſt vltra Salernum 40. mill. in Lucanis. vide* TAMARVS.

TANAS, *vide* TANA.

TANATA, *vide* THANATOS.

TANATIS ταvάτις, *Mœſiæ Superioris opidum, Ptolemæo;* Terriana *Nigro.* TANIA *Antonini hoc tractu eſt.*

TANAVS, *vide* TANVS.

TANCHARI, *vide* TENCTERI.

TANDARVM, *vide* PTANDARVM.

TANEA, *Parthorum vicus, vbi Darius à cognatis captus, Alexandro traditus fuit. Trogus 11.* THARA *legit Bongarſius.* TABAS *fortè Curtio.*

TANETANI, *vide* TANETVS.

TANETOS, *vide* THANATOS.

TANETVM, *vide* TANNETA.

TANETVS, *Polybio & Liuio Boiorum vicus propinquus Pado. Ptolemæo* TANITVM τάνιτον, *in Gallia Togata. Plinius* TANETANOS *populos habet. & Antoninus* TANNETVM, *inter Regium & Parmam, Leandro* Tanedo *eſt.*



TANFANÆ *Templum, Tacito, celeberrimum in Marſis.* Benthemer-berg *hodie locũ dici, auctor mihi eſt Georgius Bruno, in Calcariæ Cliuiæ ducatus opidi deſcriptione. Vide quæ ſcribit de eo Suffridus in libello de Scriptorib. Friſiæ.*

TANGALA τάγγαλα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.*

TANGANI τάγγανοι, *Ptolemæo,* GANGANI *interpreti, gens Indiæ extra Gangem.*

TANIS τάνις, *metropolis in Ægypto: Ptolemæo teſte. In Sacris litteris Ezechiel 30.* TAPHNIS *eſt: pro quo D. Hieronymus* ZOHAN *legit.* THANIS *Antonino, &* THAMNA *Egeſippo 4. eſt. Vide* PELVSIVM.

TANITICVM τανιτικὸν, *Oſtium Nili fluminis eſt apud Ptolemæum. Hoc nonnulli* SAITICVM σαϊτικον, *vocant, teſte Strabone, libro vltimo. inter quos eſt Herodotus 2.* TANICVM *habet Mela, vitio librariorum fortè. Hodie* Calixene, *à Bonacciolo, &* Tanes *à Nigro nominari video.*

TANITVM, *vide* TANETVS.

TANIVM, *vide* TAVIVM.

TANNACO *Monaſterium, in Lycaonia. Gregorius lib. 4. Epiſtola 36.*

TANNETA, *nomen loci in Campania, vbi Buccilinum à Narſete exſtinctum, ſcribit Aimoinus, & Diaconus 2. Longobardicorum cap. 2.* TANETVM *legit idem, ad Eutropij hiſtoriam, lib. 17. vbi M. S. codex* TANNETVM *habebat. Sic quoque Hugo Floriacenſ. M. S.* TANNETANÆ *vrbis meminit quoq; Trallianus in Longæuis.*

TANNETVM, *vide* TANETVS, & TANNETA.

TANOS, *fons Aethiopiæ, circa Miosbormum: Plinio. Cretæ vrbs: Stephano. Vide* TANVS.

TANSIATVM. *conſilium hic habitum conſtat, ex Decret. 2. cauſa 12.*

TANTALI *Stagnum, &* TANTALIS, *vide* SIPYLVM.

TANTALVS τάνταλ@, *Lesbi mons. Stephanus. Vrbs ad Meandrum ſita: apud Nicetam.* Tauſanle *nunc, teſte Leunclauio.*

TANTHARAGI Τανθαράγοι, *Indiæ intra Gangem gentes, circa Barigazan. Arrianus in Periplo.*

TANTARENE, *Plinio opidum in Aethiopia ſub Aegypto,*

TANVM, *vide* FORVM *Seguſianorum.*

TANVDANENSIS, *vide* TAMVDA.

TANVS τάν@, *Argiæ fluuius, defluens ex Parnone, in Thyreaticum ſinum effunditur. Pauſanias in Corinthiacis.* TANAVS *videtur Euripidis, in Electra. eumq; limitem dicit Argiui & Spartani ſoli.*

TAOCA ταόκη, *Arrhiano; & Ptolemæo. Perſidis maritima vrbs eſt: quam Theuetus* Thimar *vocari ait. vtinam verè.* TOACENA *regio, ibidem eidem Ptolemæo. & quoque* TOACA *promontorium.*

TAOCHI τάοχοι, *populi & regio iuxta Pontum; Xenophonti, & Stephano. Aliqui* TAVS ταυς, *vocant, inquit.*

TAPÆ Τάπαι, *Daciæ opidum; ſub Decebali imperio. Xiphilinus. Idem cum* TABÆ *Iornandis puto.*

TAPANITÆ ταπανῖται, *Marmaricæ nomi gens: Ptolemæo.*

TAPARA τάπαρα, *emporium ad ſinum Arabicum: inter Aualiten & Malao emporia: In Arrhiani Periplo.* TAPHARVM *forte Nicephori Calliſti 9. cap. 18.*

TAPATEGE ταπατηγὴ *locus Aethiopiæ, ad ſinum Barbaricum. Arrianus in Periplo.*

TAPE τάπη. *Hyrcaniæ opidum: Straboni.*

TAPHARVM, *vide* TAPARA.

TAPHETH, *vide* TOPHET.

TAPHIÆ ταφίαι, *eadem quæ* TELEBOIDES τηλεβόοι, *inſulæ inter Achaiam & Leucadiam. Ex Strabone, Plinio, & Stephano. Plinius hoc tractu quoque inſulam habet, quæ* TAPHIAS *ſingulariter dicitur. Sic quoque Stephanus, qui addit eandem triginta ſtadiis ab Tapho Cephalleniæ diſtare.*

TAPHIAS, *vide* TAPHIÆ.

TAPHIASSVS, *vide* TAPHOSSVS.

TAPHII τάφιοι, *qui ad vltimum receſſum Carcinitis ſinus*

habitant. In Scythia Europæa. Strabo. Videntur TAPHRÆ Plinij.

TAPHIS, vide TASITIA.

TAPHITIS ταφῖτις, Straboni promontorium in Africa Propria.

TAPHIVM, vide PHARAMIA.

TAPHIVS τάφιος, Locrorum Ozolorum mons, in quo Neſſum centaurũ ſepultũ, narrat Antigonus in Mirabilib.

TAPHIVSA, vide TAPHVS, & TAPHOSSVS.

TAPHNIS, vide TANIS.

TAPHOSIRIS, vide TAPOSIRIS.

TAPHOSSVS τάφοσσος, Aetoliæ collis, circa Calidonem: Straboni 9. ταφιασσος idem vocat 10. ibidem ſingulari quoque σ, ταφύασος. TAPHIASSVS apud Plinium eſt. Idem cum Taphris putauerim. TAPHIVSA apud eundem locus eſt iuxta Leucadem. vbi quartum genus aëtitis reperitur.

TAPHRA Plinio, & Melæ, Africæ Minoris vrbs, Fachs ab Oliuario vocatur. TAPHRÆ Plinio, & Pomponio: TAPHROS τάφρος, Ptolemæo. opidum in anguſtiis Tauricæ Cherſonneſi ſitum. Mercatori Przecop eſt. Huius incolas Stephanus SATORCHÆOS σατορχαῖοι, vocat. & ſeruos hic cum dominorum vxoribus rem habuiſſe ſcribit. qui fortè SATARCHI Plinij ſunt. & SATARCHÆ Pomponij. SARTACHE σαρτάχη, opidum ibidem Ptolemæo eſt. Vide TRIPOLIS & TAPHII.

TAPHRON, Arabiæ Felicis vrbs: apud Marcellinum.

TAPHROS, fretum Sardiniam & Corſicam inſulas interluens, vocat Plinius. quod Pomponius FRETVM ETRVSCVM. Idem videtur Euſtathius SARDONIVM Sinum appellare. & Antoninus FRETVM GALLICVM vocat, ſi locus integer eſt. vide TAPHRA, & FOSSA Punica.

TAPHRVRA ταφροῦρα, Africæ Propriæ vrbs: apud Ptolemæum.

TAPHVA, Palæſtinæ locus, Ioſue 15. Sunt qui Ptolemæi THENA putant, inquit Maſius. Sed idem duas Taphuas facit.

TAPHVS τάφος, vrbs Cephalleniæ inſulæ, quam Strabo ſcribit ſuo tempore TAPHIVSAM ταφιοῦσα, appellatam. duplici ss ſcribit Stephanus. Vide CEPHALLENIA, MENTVM, PHARAMIA, & TELEBOIS.

TAPHYASSVS, vide TAPHOSSVS.

TAPIVM, vide PHARAMIA.

TAPORI τάπυροι, Margianæ populi: Ptolemæo, per V. in media interpretibus. Vide BARDVLI.

TAPOSIRIS ταπόσειρις, nomine, tres vrbes habet Strabo, in Africa ſiue Libya. Duas harum deſcribit circa Mareotim; alteram ad mare, alteram paulo ab eo remotam: (vbi Procopij & Ptolemæi quoque ταποσειρις) tertiam etiam ad mare, ſed inter Alexandriam & Canopum. hancq́ parvam cognominat. Huius etiam meminit Plutarchus in Antonio, ſed per φ ταφόσειρις, quam rectam ſcripturam cenſeo; ex eodem, in Oſiride, vbi ſcribit ſepulchrum Oſiridis ſignificare. cuius corpus ab Ægyptiis multis locis conditum dicitur. Stephanus tamen vtramque ſcripturam admittit. Ταπόσειριν, vocat Alexandriæ proximam: & ταφοσειριν per iota in penultima aliam. Sed TAPHOSIRIM Aegypti prouinciam, nouit Apuleius, capite de abſynthio.

TAPROBANA ταπροβάνη, inſula quæ Ptolemæo teſte olim SIMVNDI σιμοῦνδυ, & poſtea SALICA σαλίκη, dicta fuit. παλαισιμοῦνδυ eſt apud Arrh. in Periplo. COLIADIS κωλιάδος, inſulam nominat Dionyſius. quare lege huius Scholiaſten Euſtathium. Megaſthenes apud Plinium ſcribit eius incolas PALÆOGONOS appellari. & Ptolemæo teſte SALÆ σάλαι. Maris Eoi inſula maxima eſt. Hodie Zeilan nominatur, Barrio, & Corſalo teſtib. quod idem conſtanter affirmat Varrerius, in ſuo de Ophyra regione, opuſculo. quorum ſententiæ ego lubens acceſſerim. Mercatori tamen Sumatra dicitur. Nonnullis IAMBOLI inſula videtur; à Diod. Siculo deſcripta, in fine lib. 2. Taprobanam Arabibus Azebani, & Africanis Achamba vocari, dicit aut fingit Theuetus; auctor valde munificus, vocibus incognitis.

TAPSA, circa Palæſtinam vrbs, 4. Reg. 15. THEPHSA Θεφσα, 70. Interp. THAPSAS eſt apud Ioſephum 9. Antiq. cap. 11.

TAPSAGAS, Syriæ vrbs vocatur à Curtio lib. 10. recentior editio legebat CAPSAGAS. THAPSACVM Ptolemæi eſſe mihi perſuadeo.

TAPSAGVM, opidum Africæ Interioris, à Corn. Balbo expugnatum. Plinius.

TAPSAS, Africæ fluuius, circa Ruſicadam. Vibius.

TAPSVS Virgilio, THAPSVS Θάψος, Thucydidi Siciliæ peninſula. Hodie Manghiſi appellari, ſcribit Fazellus.

TAPVRA τάπυρα, Armeniæ Minoris opidum: Ptolemæo.

TAPVREI, vide SCYTHÆ.

TAPVRI ταπυροί, Mediæ populi: Ptolemæo. Vide SAPVRI, TAPORI, & APYRI.

TAPVRIVS, vide TAVRVS.

TAPYRI, & TAPYRRHI, vide APYRI.

TARA, vide TARRHA.

TARABI, circa Perſidem populi videntur: apud Procop. 2. Perſicorum.

TARABOSTES, vide ZARABI.

TARACHI ταραχοι, Taprobanæ gens: Ptolemæo.

TARACHIE, inſula prope Corcyram: Plinio.

TARACINA, vide ANXVR.

TARACONTA, vide BIRRICHEI.

TARADASTILI, vide TARDISTILI.

TARADVS, loci nomen, cuius epiſcopum Cymathium vocat D. Athanaſius, Tomo 2. in Epiſtola ad Solitariam vitam agentes. ANTARADVS reſtituo.

TARANAMVSA Caſtra, in Mauritania Cæſarienſi: Antonino.

TARANDROS τάρανδρος, Phrygiæ regio: apud Steph.

TARANEI Arabes in Syria alicubi: Plinio.

TARANTVS τάραντος, Bithyniæ vrbs: apud Stephanum. Eadem DARANDVS per D. apud eundem. Vide TERENTVM,

TARARIVM ταράριον, Ptolemæo Bithyniæ opidum.

TARAS τάρας, Italiæ fluuius, iuxta Tarantum vel Tarentum vrbem: vt Stephanus tradit. Inter Metapontum & Tarentum: Appiano 5. Ciuil. Pauſanias quoque in Phocicis dicit fluuium eodem nomine quo vrbs vocari. Taras ab incolis hactenus vocari, teſtis mihi fide dignus Galateus. Epiri flumen eſt Vibio. Aſiæ Minoris vrbs videtur apud Curopalatem. Scythiæ fluuius eſt Val. Flacco 6. ſed quidam hic TARAX legit. Eundem cum TYRAS putauerim. Vide TARENTVM, & TAVRAS.

TARASCO, vide TARVSCVM.

TARASII, ſiue S. Taraſij, locus maritimus Europæ, circa Boſporum Thracium, vbi Cedrenus ſcribit Patzinacas equites mare tranſgreſſos.

TARASSA, Africæ vrbs, D. Auguſtino, alio in loco THARASSA legit. ſic quoque D. Cyprianus. TARAZENSIS inde puto Victori Vticenſi.

TARATI ταράτοι, Sardiniæ populi: apud Strabonem.

TARAX, vide TARAS.

TARAXANDRA ταραξάνδρα nominatur quædam Sibylla, à loco: apud Clem. Alexandrinum 1. Stromatum, item Suidam.

TARBA ταρβα, Ptolemæo Cretæ vrbs. Palæſtinæ eſt in libro Notitiarum.

TARBACANA, vide CARBACA.

TARBASSVS ταρβασσός, Piſidiæ vrbs: Artemidoro, apud Strabonem.

TARBELI, vide QVATVORSIGNANI.

TARBELLA, aliquando ſimplici L legitur in Antonini Itinerario. TERREBELII idem interdum etiam habet. opidum eſt Gaſconiæ, in Gallia: quod Tarbe dicitur, Rob. Conſtantino iudice, in ſuo Supplemento. Hanc ſententiam explodit Joſephus Scaliger in ſuis Auſonianis lectionibus: dicitq́ non Tarbe deſignare, ſed eam ciuitatem quam



quam hodie Aqs vulgo vocant; ad oſtia vel æſtuaria potius Aturri; eandemq́ ab Auſonio AQVÆ TARBELLÆ nominari. Hæc etiam poſtremò ciuitas Aquenſium dicta fuit, eodem teſte. Aquarum Tarbellicarum memoria quoque eſt apud Antoninum. item Tibullum 1. Eleg. 7. hoc verſu,
" Non ſine me eſt tibi partus honos, Tar-
" bella Pyrene.
vt legit Rob. Conſtantinus, vbi codices excuſi vulgò tua bella Pyrene habent. putatq́ idẽ Conſtantinus Pyrenen hanc eſſe ſynonymon Tarbellæ. Eadem fortè cum AQVIS AVGVSTIS Ptolemæi. Vide Vinetum, in Auſonij Parentalia. TARBELLORVM tractum ſcribit Nauagierus hodie Terra di Labor nominari. TARBELLI τάρβελλοι, Galliæ Aquitaniæ populi, apud Strabonem, & Ptolemæum; item Plinium, ſed ille ſimplici L. ſcribit. & QVATVORSIGNANOS cognominat. Circa Baionam eos ponit Orontius, in ſua Galliæ tabula. Meminit Tarbellorum etiam Auſonius in Epiſtola 10. & in Idyllio 9. de Moſella amne. Hos Heroldus in Eyſſaliæ locat, regione Germaniæ, circa Moſellam. Sed hoc non eſt toto cælo, vt aiunt, ſed tota potius terra errare.

TARBELVS ταρβηλος, Doridis mons, circa Caunum. Q. Calaber, lib. 3.

TARCHIA ταρχία, Siciliæ vrbs: Stephano, ex Philiſto.

TARCHONIVM ταρχώνιον, Tyrrheniæ opidum, Stephano. ταρκωνια vocatur ab Euſtathio in Dionyſium. Haud procul ab Agyllis, vt docet Virg. 8. Aeneid. apud quẽ TARCHON, vel TARCHO eſt. Eadem cũ TARQVINIA eſſe, ex Strab. 6. colligi poteſt; dicit enim Tarquinios à Tarcõte Tyrrheniæ præfecto nomẽ habere. vide TARQVINIENSES.

TARCONIA, vide TARCHONIVM.

TARCYNIA, vide TARQVINIA.

TARCYNITÆ, & TARCYNÆI Hyperboreorum gens. vbi Gryphi aurum cuſtodiunt. Stephanus, ex Hierocle. De Arimaſpis hoc idem tradit Plinius.

TARDISTILI, Indiæ populi, apud quos achemeniden herbam naſci, tradit Plinius. TARADASTILI alius codex legit. & Pintianus ſubdubitat nũ ſit TAXILI ſcribendũ.

TARELEI, Aethiopiæ populi, ad Nigri fluminis fontes: vt Plinius ait.

TARENTASIA, Antonino Centronum opidum, quod Mouſtier appellatur, teſte Schudo. à Germanis verò Munſter in Tarataſen, teſte Simlero. DARANTASIA per D in prima, & A in ſecunda, apud eundem Antoninum etiam reperitur.

TARENTINVS Sinus, Magnæ Græciæ apud Plinium. THVRINVS vocatur ab Ouidio lib. 15. Metamorph. vt obſeruauit Gab. Barrius. Mar grande, Leandro. TARENTINVS quoque Portus, eſt Calabriæ: apud Pliniũ.

TARENTVM Plinio: TARAS τάρας, Straboni, & Ptolemæo, & in numiſmate antiquo, quod apud me eſt. Romanam coloniam eſſe, ex Strabone & Plutarcho diſcimus. OEBALIA à Virgilio vocatur, teſte Seruio. item Ouidio, vt annotauit Scopas. (Sed arcem Tarentinam ſic vocari, annotauit Phylargyrus.) Hanc vrbem adfabrè deſcribit Florus 1. & Procopius 3. Gothicor. Taranto hodie dici, Leander teſtis eſt. Tarentini aliquando SPVRII vocati ſunt, vt ſcribit ex Trogo Juſtinus, lib. 20. PARTHENIATAS vocatos, ſcribit Seruius ad 3. Aeneid. Item PHALANTIADAS φαλαντίαδαι, à quodam ciue eorum celeberrimo, vt tradit Stephanus. Calabriæ, ſiue Magnæ Græciæ vrbs eſt. Suidas, & Aelianus in Militaribus adſcribit Tarentum Siciliæ. ex quo patet, huius tempore hanc Italiæ partem, (vt nunc) quoque Siciliam appellatam. In regum titulis enim vtriuſq́ Siciliæ hodie memoria eſt. TARENTVM etiam fluuius, medius inter Tarentum & Metapontum: Appiano 5. Ciuil. & Diodoro 12. etſi ibidem corruptè τερεντα, legatur. TARENTVM etiam locus Aſiaticus Romaniæ, in Hiſtor. Miſcel. 18. & 20. Vide ALBVLA, SATVRVM, TERENTVM, & TARAS.

TARETICA ταρετίκη in Sarmatia Aſiatica promontorium eſt, Ptolemæo. per O. in prima ſcribunt interpretes.

TARGALLA vicus; Theodereto, in vita Thalaſſij. Syriæ puto, circa Cyrum vrbem.

TARGARVM τάργαρον, Africæ Propriæ opidum. Ptolem.

TARGILENIS epiſcopi, meminit lib. Decretalium 3. cap. 14. de Regularibus.

TARGINES, fluuius Italiæ in Locris, apud Plinium: Gab. Barrius dicit opidum iuxta eum etiam ſic dici, quod vulgo Vernauda vocant.

TARIANA ταρείανα, Suſianæ vrbs: Ptolemæo.

TARICHEA ταριχεία, Straboni, Herodoto, Plinio, & Ioſepho, Iudææ vrbs, ad lacum Geneſaram. Jefferkin vocatur Petro Laickſtein. Stephano plures Taricheæ ſunt; nempe Mendeſiæ, Scenicæ, & Canobicæ, Aegypti regionum. Conſule Herodotum in Euterpe: qui & Peluſiacas Taricheas habet. Vide GENESARETH.

TARICHIÆ, vide PELAGIÆ.

TARINA τάρεινα, Ptolemæo vrbs in Armenia Minori.

TARINATES, populi in Sabinis videntur apud Plinium. Parinates habebat M. S. codex. Angelerius ſcribit Romæ ad me, nunc in Sabinis opidum eſſe, quod vulgò Tarano vocatur, atque ſubdubitare an Tarina olim dictum.

TARIONA, Liburniæ caſtellum Plinio. cuius accolas idem TARIOTAS vocat. Niger dicit nunc Tuina vocari.

TARMIS, vide THARMIS.

TARNADÆ, vide AGAVNVM.

TARNE, Plinio atque Auſonio eſt Galliæ Aquitanicæ flumen. TARNIS eſt Sidonio, in Propemptico ſuo, ad libellum. Dordona hodie nuncupari vult Nauagierus. ſed Tarn vineto. Τάρνη, etiam Achaiæ vrbs, Stephano, & Homero Ιλιάδ. E. Lydiæ opidum eſt apud Strabonem, & Euſtathium ad E. Ιλιάδ. Lydiæ fontem habet Plinius. circa Tmolum montem. Vide ARNE, & BRILETVS.

TARNIS, vide TARNE.

TARODVNVM ταρόδουνον, Germaniæ opidum, habet Ptolemæus. Dornſtet interpretatur Lazius.

TARON, ditio quædam in Aſia, apud Cedrenum, & Curopalatem. In Syria fortè.

TARONA ταρώνα, opidum in Taurica Cherſoneſo. Ptol.

TAROS, vide TIRISCVM.

TAROSIA, vrbs Epiſcopalis, ſub ſede Sergiopoleos. Guil. Tyrius.

TARPÆVM, vide TARPE.

TARPEIVS, in Sicilia mons, niſi fallat Ariſtides, apud Plutarchum in Parallelis minoribus. Vide CAPITOLINVS.

TARPE τάρπη, Italiæ vrbs, & TARPÆVM mons. Stephanus.

TARPETES, vide DOSCI.

TARPHARA ταρφάρα, Felicis Arabiæ opidum, Stephano. ex Vranij Arabicis.

TARPHE τάρφη, Locrorum Epicnemidiorum vrbs Homero. Stephanus eandem cũ Pharygis facit, contra Strabonem. Fons ibidem ſic nominatur. Vide SCARPHEA.

TARPODIZVM, vide PARPODIZVM.

TARQVINIENSES Tuſciæ populos habet Plinius. Tarquinienſis municipij meminit Cicero pro A. Cæcina. TARQVINIA Ταρκυνία, vrbs Tyrrheniæ eſt apud Stephanum. hæc colonia Romana apud Frontinum. Ταρκύνιαι apud Ptolemæum & Antoninum. Eius veſtigia hodie in agro Cornetano exſtare ſcribit Ant. Maſſa, in Etruria maritima. Tarquene hodie locum vocari, ait Leander, quindecim mill. paſſ. à Viterbo. Vide TARCHONIVM.

TARQVINIENSIS Lacus, vide SABATVS.

TARQVINIVS Ager, vide TIBERINVS Campus.

TARRA Τάρρα, Lydiæ vrbs, Stephano. Alia ad Caucaſum; eidem. Item alia Cretæ, eidem: & Pauſaniæ in Phocicis. Apud Theophraſtum mons Cretæ videtur, in quo cupreſſus ex ſemine prouenit. ſed TARA hic legit ſimplici R.

TARRABENI ταρραβηνοι, Corſicæ inſulæ populi, auctore Ptolemæo. Horum tractus Baſtilica paeſe, à Leandro appellatur.

TARRACHINA ταρραχινη, Italiæ opidum. Stephanus. Vide ANXVR.

TARRACINÆ fluminis, meminit. Liuius 24. Vide ANXVR.

TARRACON ταῤῥακών, Ptolemæo, & Straboni, vrbs in Hiſpania Tarraconenſi; quæ Cluſio & aliis noſtra ætate Tarragona vocatur. inde TARRACONENSIS Hiſpania, quæ & CITERIOR, Plinio teſte. TARRACONENSEM Coloniam habet Tacitus Annal. 1. In antiquo lapide eſt COL. I. V. TARRAC. Colonia Iulia (vel immunis) victrix Tarracona legit Moralis. Nummus eſt mihi Aug. Imp. ex ære Corinthio, cuius in auerſa parte templum, cum inſcriptione ÆTERNITATIS AVGVSTÆ. & litteris C. V. T. T. id eſt, Colonia Victrix Tyrrhenica, (ſiue Togata) Tarraco, teſtis mihi Ant. Auguſtinus 2. & 7. Dialogo de Nummis antiquis. Quod Tyrrhenica legat, facit Auſonij ad Paulinum hic verſus, „ Cæſareæq; Auguſtæq; domus Tyrrhenia propter. Quod Togata, quia in libro quodam vetuſto de epiſcopatibus Hiſpaniæ inuenerit Tarraconem ita cognominatam. De huius nũmi templo, lege Tacitum ad calcem 1. Annaliũ.

TARRACONENSIA Iuga, habet in Hiſpania, Sidonius ad Oreſium. vbi ſal dulcedine quadam temperatum. Remolinos vocat Bernardinus Gomeſius montem, tertio ab Cæſarauguſta milliario, ex ſale ſuauiſſimi ſaporis conſtantem.

TARRAGA, vide TARRAGENSES.

TARRAGENSES, Hiſpaniæ Citerioris populi Fœderati, Plinio. ταῤῥαγα, Ptolemæi, in Vaſconibus vrbs. Nouo nomine Taraga eſt apud Varrerium, & Ant. Auguſtinum.

TARRAS ταῤῥας, Ptolemæo Sardiniæ opidum. Simlerus ſcribit THARBOS Antonini eſſe. Large Mario Nigro appellatur. Sed THARPOS legunt quidam Antonini codices, per P.

TARRICINENSIS Reipublicæ, meminit Goltzij Theſaurus, ex nummo. Pro Tarracinenſis fortè.

TARRON ταῤῥον, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptolem.

TARSA τάρσα, vicus populoſus, iuxta Euphratem. infra Samoſatam ſtadiis fortè CL. Stephanus.

TARSATICA ταρσατικα, Illyridis vrbs, Plinio, Ptolemæo, Eginartho, & Antonino qui Tarſaticum habet. TARSICA malè legitur apud Albert. Stadenſem. Niger ſcribit Fiume vocari. Lazio Terzacz nominatur: S. Maria de Tranſiarch, Simlero. Idem putat ARSIA apud Plinium dici. Sed Arſiam fluuium apud Plinium & alios noui: Arſiam vrbem, non item.

TARSIA, vide TARSVS.

TARSEIVM ταρσεῖον, vrbs iuxta Herculis columnas. Stephanus, & Polybius 3.

TARSENÆ, vide BOANÆ.

TARSI ταρσοι, Heſychio Syriæ vrbs.

TARSIA, Aſiæ Minoris, circa Bithyniam regio, Porphyrogenneta. Apud eundem ταρσιάται. Nicomediæ vicina TARSIA vrbs eſt, apud Nicetam.

TARSIANA Ptolemæo, ταρσιανα, TARVANA interpreti, Carmaniæ vrbs.

TARSICA, vide TARSATICA.

TARSICVM Mare, habet Ioſephus Antiquit. 8. cap. 2.

TARSIVM ταρσιόν, Pannoniæ Inferioris opidum Ptolemæo. TARSVM hoc Aurelij Victoris, vbi Maximianũ Herculium diẽ ſuũ obijſſe tradit. Carmaniæ ſiue Perſiæ promontoriũ. TARSIVM ταρσίων ἄκρον, habet Arrianus in Indicis.

TARSIVS ταρσιος, Troadis fluuius, XX. habens in eadem via tranſitus. Strabo, & Euſtathius ad B. Ιλιαδ.

TARSVM, vide TARSIVM.

TARSVRAS ταρσούρας, Arriano eſt Colchidis fluuius. TERSOS forte Plinij, vt Stuckius credit.

TARSVS ταρσος, Ptolemæo & Socrati Scholaſtico, Ciliciæ Aſperæ vrbs. Hæc olim CRANIA κρανία, & HIERA ἱερά, nuncupata fuit, vt Stephanus teſtatur: Cui etiam THARSVS, TERSVS, & TERSIA θαρσὸς, τερσία, τέρσος, dicitur. Idem hanc quoque ſub nomine ANTIOCHIÆ comprehendit. Dion lib. 47. ſcribit Tarſenſes vrbem ſuam IVLIOPOLIM, in gratiam Iul. Cæſaris vocaſſe. EPIZIPHYRION videtur quoq; dici, ex Suida. in voce Sardanapalus. Apud eundem ANDRASVM prius vocatam legitur, in dictione Meduſa. Terſis Leunclauius nouo nomine interpretatur. Teraſſo nunc dici ſcribit Dauid Chytræus, & Theuetus. Bellonius dicit eam noſtro tempore Hama & Hamla vocari. Beniamin eam Malmiſtras nominat. TARSVS etiam Bithyniæ vrbs, quæ & TARSEA ταρσεια, Stephano. Eſt & TARSVS regio, ibidem, apud eundem. Indiæ quoque locum ſic vocatum, habet Iſidorus. Videtur & vrbis in Galliæ Narbonenſi nomen apud Stephanum in verbo λωτοιζη. Vide THARSIS, ANCHIALA, & CILICIA.

TARTANII amnis, mentio ſit in fragmento Hiſtoriar. Salluſtij 4. circa Bithyniam.

TARTARI, pro quo TATARI ſcribendum, à flumine quodam Tataro, docet Leunclauius. Vide TRACTARI.

TARTARVS ταρταρος, fluminis nomen eſt, apud Antonium Liberalem. Phthiæ regionis: iuxta Melitam vrbem. TARTARI Fluminis paludes habet Tacitus 3. Hiſtor. in Gallia Ciſalpina. Eſt & locus apud Inferos, teſte Verrio Flacco, qui, vt refert Apollodorus, tantùm à terra diſtat, quantum à cælo terram abeſſe referunt. Huius etiam meminit Virg. 6. Æneid. Vide ATRIANVS, ATRIANORVM Paludes, PHILISTINÆ, & VMBILICVS Maris.

TARTESSIDEM ταρτησσίδα, Regionem Hiſpaniæ, circa oſtium Bætis fluminis, deſcribit Strabo. quam TVRDVLI τουρδοῦλοι, inhabitabant ſuo tempore. Idem ex Eratoſthene, ait Calpæ terram contiguam, & ERYTHIAM inſulam fortunatam, etiam TARTESSIDEM vocatam. Idem ex Silio lib. 16. patet, qui dicit, „ Nam repeto Herculeas Erythræa ad littora Gades. Hunc Tarteſſiacum tractum, à Sidonio CAMPI ARGANTHONINI dici, ſcribit Scaliger, in Auſonium: ab Argantonio regulo, quem ibi regnaſſe, veterum hiſtoria teſtantur. TARTESIORVM Saltus Hiſpaniæ, (in quibus Titanas bellum aduerſus Deos geſſiſſe proditur,) incoluere Curetes. Trogus 44. Los campos de Tarif vulgo appellari, tradit Heur. Coquus.

TARTESSVS, nomen ciuitatis Hiſpaniæ, quam nunc Tyrij mutato nomine GADDIR habent. ſic Priſcianus ex Salluſtio. An eadem ſit cum Carpeia, Carpia, aut Gades, doctioribus diſputandum relinquo. TARTESSVS Mons, nominatur hoc tractu à Sex. Auieno. Vide BÆTIS, CARPIA, CARTEIA, & GADES.

TARVALTÆ ταρουάλται, Libyæ Interioris gens, Ptolem.

TARVANA, vide TERSIANA.

TARVANNA ταρουάννα, Ptolemæo & Antonino in Morinis opidum. Quoſdam TARVBANVM vocare Bouillus teſtis eſt. Taruanorum meminit Trithemius in Francorum Hiſtoria. Noſtro tempore Terwanen, & Terrennerborch Flandris, Terouenne Gallis dicebatur. Sed Carolus V. Imp. eam radicitus excidit; ita vt puluere vix tectæ poterunt monſtrare ruinæ. An hæc COLONIA MORINORVM, cuius meminit Smetij volumen, ex lapide antiquo?

TARVBANI, Vide TARVANNA.

TARVDA ταρουδα, Mauritaniæ Cæſarienſis ciuitas, apud Ptolemæum.

TARVESEDE, Antonino Heluetiæ vicus, quem Scudus S. Jacob in Clauenerthal appellat. Aliquibus Speluga videri, ſcribit Simlerus.

TARVIDVM ταρουιδουμ, quod & ORCAS ὀρκάς, Ptolemæo Albionis inſulæ promontorium, lateris Septentrionalis. Diodorus ORCHAM vocat. Hodie fortè Dungisbehead. in Scotia.

TARVISINVM, vide EVGANEI.

TARVS Plinij, Lombardiæ Ciſpadanæ fluuius. Leander Taro dici ait.

TARVSATES, Cæſari Aquitanicæ Galliæ populi ſunt. Marlianus ſcribit ex coniectura eſſe Turſæ vrbis incolas; quæ ciuitas eſt Epiſcopalis, in prouincia Auſcitana.

TARVSCON ταρουσκών, Ptolemæo Galliæ Narbonenſis opidum: TARASCON ταράσκων, Strabo legit. Hodie quoque Taraſcon nominari, ſcribit Poldus Albenas. Vide TASCODVNITARI.





TASACORA, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Antoninus. TASACCVRA eſt Victori Vticenſi, M. S.

TASARTA Antonino Africæ Propriæ opidum.

TASCA, vide PHASCA.

TASCI τάσκοι, Perſiæ gens, apud Dionyſium. Arcu fortes hos facit huius interpres vetus, ſiue Priſcianus ſiue alius.

TASCODVNITARI, & CONONIENSES, Galliæ Narbonenſis populi, Plinio. Pintianus legit TASCODVNI, TARVSCONENSES. Taraſco quibuſdam eſſe, ſcribit Dalechampius. ſed idem addit quoſdam TASCO, DVNITARI, diuiſim legere, & Chatelnau d'Arri ex eo facere: alios Mirepois.

TASCVTINI ταſκουτῖνοι, ſunt Pontici regionis populi, circa Colchidem. Diodorus 14. Vocem non alibi notam, neq; probam exiſtimo. Videndum num pro Taſcutini, omiſſo articulo, SCVTINI, vel melius SCYTHINI legendum. Vide SCYTHENI.

TASFALTVM, vide TABALTHA.

TASILIACVM, vide ALISIVM.

TASITIA τασιτία, Ptolemæo Aethiopiæ ſub Ægypto vicus. STADISIS Plinij fortè. TAPHIS Antonini, aut alia lectione TASIS eſt, vt Simlerus vult. item TAFIS.

TASOPIVM τασώπιον, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolem.

TASSIACA, Galliæ vrbs, in III. ſcheda M. S. Peutingerianæ tabulæ, nondum edita, quam habui à M. Velſero.

TASTA τάστα, Datiorum vrbs, in Aquitania. Ptolemæus.

TASTACHE ταστάχη, Parthiæ vrbs, apud Ptolemæum.

TASTINA ταστῖνα, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo. PATINA interpretibus.

TASVS, ſic in Latinis Ptolemæi Geographiis. ſed Vide TAZVS.

TATACENE, vide TAVACENE.

TATHILBA τάθιλβα, Ptolemæo vrbs in India intra Gangem.

TATHIS ταθις, Aethiopiæ vicus, circa Nilum. Ptolemæus.

TATHYRIS ταθυρις, Ptolemæo vicus in Ægypto.

TATILLVM, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, apud Antoninum.

TATTA τάττα, palus ſalſus, poſt Galatiam, verſus Meridiem. Strabo. Tattæi lacus Phrygiæ, & inde ſalis, meminit etiam Plinius 31. cap. 7 item Dioſcorides 5. cap. 85.

TATV, inſula Nili, iuxta Meroen opidum. Plinius.

TAVA ταῦα, Aegypti vrbs, Ptolemæo, & Stephano. item in concil. Epheſino, vbi & TABA ſcribitur. TAFA per F Antonino. Ariæ quoque vrbs, eſt eidem Ptolemæo. Eſt Albionis inſulæ æſtus: apud eundem. qui TAVS apud Tacitum. Hodie nomen retinere puto.

TAVACA ταύακα, Stephano Siciliæ vrbs. ex Philiſto.

TAVACENE ταυακηνη, Drangianæ regio, apud Ptolemæum. TATACENE interpreti.

TAVAPE, vide TANAPE.

TAVCHEIRA, vide ARSINOE.

TAVENI, Arabiæ Felicis populi, Plinio. Vide DAVE.

TAVGA, vrbs in Africa Propria. lib. Notitiar.

TAVGAST, Turcorum ciuitas celebris, Indis finitima, circa Bactrianam, vel Sogdianam. Calliſtus 18. cap. 30. quam ab Alex. Mag exſtructam opinantur.

TAVGETON ταύγετον, Peloponneſi mons, Ptolemæo. Stephano & Plutarcho. vtriq; circa Eurotam imminet Lacedæmoniorum vrbi. per n in prima ſcribit Callimachus TEVGETON. hodie Portes Nigro interpretatur. TAVGESTON ταύγεστον, habet Gemiſtus, & eundem PENTADACTYLVM πενταδάκτυλον, vocat.

TAVIVM ταούιον, Ptolemæo & Straboni, Galatiæ vrbs: Trocmiorum gentis, Plinio teſte. TANIVM malè ex Latinis codicibus legit Simlerus, & addit Antonino TABIA, aut TADIA, vel TAVIVM, variante lectione dici. ταβία, eſt apud Memnonem. TAVIENSIS Epiſcopi, in Galatia, meminit quoque concilium Nicenum. Ancyram quandam TAVIAM ταουία, dictam, habet hoc tractu Stephanus.

TAVLANTII ταυλάντιοι, Macedoniæ populi, Plinio, & Appiano: Illyrici Ariſtoteli in Admirand. & Epidamno finitimi, Thucydidi. Regio eorum hoc tempore Tamoriza vocatur. ſi Caſtaldo creditur. Niger Muſachia appellari ſcribit. Talland autem Lazio. TALANTIOS nuncupat Procopius. niſi mendoſum ſit exemplar, Pintiano teſte.

TAVNAIS, vide TAVRICA Cherſoneſus.

TAVNITI, vide TYRSETA.

TAVNVS; vide TAVRVS.

TAVPANA ταυπανα, Ariæ vrbs apud Ptolemæum. TAVCIANA interpretibus.

TAVRANIA ταυρανία, Campaniæ vrbs fuit. Plinius 3. cap. 5. item Stephanus.

TAVRANINORVM agrum, in Samnitibus, habet Liuius 40. in quem ſcribit Ligures traductos. TAVRASINORVM legit hoc loco Vinetus. An Aurufini legendum?

TAVRAS, Armeniæ vrbs, Cedreno. TARAS apud Curopalatem. In Taurantiorum regione fortè.

TAVRASIA, vide AVGVSTA Taurinorum.

TAVRAVNTIVM Regionem, habet Tacitus in Armenia. Annal. 14. TAVRANTIVM legit Lipſius, triſyllabicos: Inter Artaxatam & Tigranocertam.

TAVREDVNVM Caſtrum, in monte ad Rhodanum fluuium, de quo mira apud Greg. Turonenſem, Hiſtor. 4. Tournon nunc eſt, ſi Belleforeſtio creditur.

TAVREI Palæſtra: locus Atticæ: Luciano in Paraſito.

TAVRENTIVM ταυρέντιον, Straboni, TAVRENTVM Cæſari, & Antonino, Galliæ vrbs eſt, prope Maſſiliam, ad Mare Mediterraneum. Tolon Cænali, Albenati, & Maſſonio. TAVROENTIVM ταυροέντιον, legit Ptolemæus. TAVROIS ταυροεις, videtur Stephani.

TAVRESIVM ταυρήσιον, vrbem apud Dardanos ponit Procop. lib. 4. de Aedificiis Iuſtiniani Imp. ſcribitq; eam Iuſtiniani natalem eſſe; ab eo inſtauratam, & quatuor turribus munitam: eumq; effeciſſe, vt TETRAPYRGIA τετραπυργία, eſſet, & vocaretur. Et proximè apud eam, vrbem ædificaſſe, quam PRIMAM IVSTINIANAM vocauit. Agathias lib. 5. de bellis Gothorum, tradit hunc Iuſtinianum in Illyrico natum, (ſed Dardanos Illyriæ populos eſſe, ex Strabone, aliiſq; auctoribus doceri poteſt) ex vrbe BEDERIANA, deinde IVSTINIANA denominatã. Nicephorus Calliſtus lib. 16. cap. 37. patriam huius ACHRIDVM nominat; & IVSTINIANAM PRIMAM eam appellatam, etiam addit: eandemq; deſcribit in excelſo tumulo, prope lacum maximũ Lychnidum nuncupatum, & antiquitus Daſſaritem dictum. Atque hæc proculdubio eſt LYCHNIDVS Ptolemæi, quam video à Sophiano, in ea ſchedula quam Græciæ ſuæ tabulæ adiecit, etiam LYCHNIDION, PREBELIS, & PROTE IVSTINIANE nominari; & hodie l'Ochrida dici. Huius Primæ Iuſtinianæ meminit quoq; Gregoras lib. 2. (qui eam Bulgariæ metropolim vocat,) item G. Tyrius lib. 20. cap. 4. qui eam hodie Acre nominari dicit, eamq; in Pelagonia ſtatuit, regione vicina. Giuſtandil Turcis vocari, ſcribit Leunclauius. Swalenbergius in ſuis, quas in Procopij libros de Aedificiis Iuſtiniani Imp. ſcripſit, Annotationibus, putat aut Procopium, aut Agathiam, in huius Iuſtiniani patria deſignanda, hallucinatum eſſe. ego vtrumq; vera prodidiſſe autumo, omniaq; hæc eſſe vnius & eiuſdem vrbis ſynonyma: contiguarum enim regionum limites confundere ſæpe auctores, norunt omnes; ſaltem ij qui eos non oſcitanter legunt. Ita hanc Lychnidũ Ptolemæus in Macedonia ſtatuit, Steph. in Illyria, & Strabo in via quæ inter Illyricũ & Macedoniã eſt.

TAVRI populi, in Sarmatia Europæa, Tacito 12. Annal. colunt Achillis curſum, vt ſcribunt Euſtathius, & Procop. 4. Aedif. Sunt aliis Tauroſcythæ. TAVRINIA eorum regio vocatur, apud Stephanum, in voce ἀψινθοι. & TAVRIO eorum vrbs, à Suida. Vide FVNDVS.

TAVRI Pylas, (habet Cicero 5. ad Atticum.) veniens ex Cappadocia in Ciliciam ad Tarſum. Vide PYLÆ.

TAVRIA inſula, Antonino. In Balearico Mari.

TAVRIANA regio, ſupra Thurios, in Lucania eſt, Straboni 6. TAVRINVS Saltus, eſt Liuio 5. in Taurina regione nimirum.

TAVRIANVM, *Brutij opidum Melæ, item Plin. lib. 3. cap. 5. etſi* TAVROENTVM *ibi nonnulla exemplaria legunt. Barrius Tauriana legit: qui dicit in huius reliquiis hodie* Seminara *opidum exſtare.* TAVRIANVS *Scopulus eſt hoc loco apud Ptolemæum: quem* TERINÆVM *vocat Plinius.* Pietra della naue *nominat Ligorius, & ſimpliciter* Naue *Barrius.*

TAVRICA CHERSONNESVS ταυρικὴ χερσόννησος, *Ptolemæo Scytharum regio. nam &* SCYTHICA *Straboni vocatur.* TAVRORVM PENINSVLAM *Latinè dixit Plinius lib. 2. cap. 96.* CHERRONESVM PONTICAM *nominat App. in Mithridaticis. Stephanus ſcribit eam aliquibus* TAVNAIN ταυναίν, ALOPECIAN ἀλωπεκεία, & MÆOTIN μαιῶτιν, *vocatam.* CHERSENAM *eam vbique vocat P. Diaconus. Huius accolæ* TAVROSCYTHÆ *nuncupantur, à Tauro mõte qui ibidem ab Herodoto & Dionyſio deſcribitur. (ſed alius ab eo qui polynomus totã Aſiam diſcriminat, Euſtathio teſte.)* AGRICOLÆ, γεωργοί, *peculiari nomine dicebantur, inquit Strabo 7. Hæc Taurica Cherſonneſus noſtra ætate* Perocopska & Geſara *dicitur, ab Anton. Pineto.* Gazaria *vel* Cazaria, *in Hiſt. Miſcellæ lib. 20. Marius Niger eam diuidit; dicitq́ eius partem Septemtrionalem dumtaxat* Gazaria, *Meridionalem vero* Gothia *nominari. In Moſcouiæ tabula Antonij Wied, video eam quoque* Perocopska *vocari: vel* Piucuply, *vt Poſtellus habet.* Procopia *eſt Busbequio. cuius ſi libet, lege de hac Epiſtolam IIII. Legationis Turcicæ.*

TAVRINA, *vide* ITALIA.

TAVRINI, *Italiæ populi, apud Plinium, & Ptolemæum: quos hodie* Piamonte *habitare, ait Leander. Vide* AQVENSES, & TAVRISCI.

TAVRINIA, *vide* TAVRI.

TAVRIO, *vide* TAVRI.

TAVRIS, *Armeniæ vrbs, in regione Ediſſena. Procop. 1. Perſicor. in Meſopotamia eſt, in qua etiam Armenia.*

TAVRISCI ταυρίσκοι, *Panniæ populi, Plinio, & Straboni, qui eos Gallicos vcat. Hodie* Stiermarck *habitant. ſignificat taurus Latinè, quod* Stier *Germanicè, adeò vt* Stiermarck *nil aliud denotet, quam taurorum limitem.* TAVRISCOS, & TAVRINOS, *Stephanus eoſdem facit, Alpium accolas, additq́ eos ab Eratoſthene* TERISCOS τερίσκους, & *aliquibus* TROIOS τρῶοι, *dictos.* MAGISTRICAM μαγιςρικὴ, *Tauriſcorum regionem, iuxta Alpes, vicinam Germanis, idem habet. Tauriſcis,* LIGVRISCARVM & TAVRISTARVM *nomen tribuunt, inquit Strabo lib. 7. vbi eos circa Thraciam & Myſiam (Panoniæ confinia) locat.* TAVRISCORVM *aliorum reliquiæ Polybio non longè ab ortu Rhodani ſunt:* Vren *ab Aegidio Scudo interpretari lego. Hos ego* TAVRINOS *vocari ab Antonino puto. vide* CARNI & NORICVM.

TAVRISTÆ, *vide* TAVRISCI.

TAVRIVM ταυρίων, *Peloponneſi vrbs: quam tempore belli Peloponneſiaci Antigonus ceperat, Polybius 4. Videtur quoque Tauroſcytharum vrbs, vbi Luna colebatur, apud Suidam. Vide* TAVRI.

TAVRIVS, *vide* HYLYCVS.

TAVROCILICIÆ, *memitit D. Chryſoſtomus Epiſt. 125. Pro Cilicia ad Antitaurum montem, opinor.*

TAVROCINI, *vide* RHEGIVM *Iulij.*

TAVROCINIVM *flumen Calabriæ, habet ex Catonis originib. qui circumferuntur, Gab. Barrius; quod nunc* Calopinacum *vocari addit.*

TAVROCOMVM, *prædium quod vicatim incolitur, non procul ab Hadrianopoli diſſitum.*

TAVROIS ταυροεὶς, *Gallica vrbs, Maſſilienſium ſtructura. Stephanus. vide* TAVRENTIVM.

TAVROENTIVM, *vide* TAVRENTIVM, & TAVRIANVM.

TAVROMENIA, *Siciliæ Colonia, priſcis* NAXVS *vocata; vt Plinius & Solinus teſtantur.* TAVROMENIVM ταυρομένιον, *habet Ptolemæus, & Paterculus.* TAVRVS *olim, locus vocabatur, Diodoro teſte 15. Vibius dicit aliter* EVSEBONEORA *nuncupari. Naxon* Schilon *hodie nominari, ſcribunt Fazelius, & Aretius.* Tauromena *Anonymus quidam. Tauron enim & Naxos, diuerſa ſunt apud Strabonem.* COL. AVG. TAVROMEN. *eſt in Tiberij nummo. teſtis Goltzij Theſaurus.*

TAVROMINIVS, *Vib. Sequeſtro Siciliæ amnis eſt, qui hodie* Cantara *dicitur. vt tradit Aretius, & Leander.*

TAVROPOLIS ταυρόπολις, *Cariæ opidum. Stephanus, & Porphyrogenneta. Num idem cum Staureopoli?*

TAVROPOLION ταυροπόλιον, *Artemidis, ſiue Dianæ fanum, in Samo inſula, eſt apud Stephanum. In Icaria quoque inſula, apud Strabonem.*

TAVRORVM *Pæninſula, vide* TAVRICA *Cherſoneſus.*

TAVROSCYTHÆ, *circa Dromõ Achillis. Plinius & Ptolem.*

TAVRVBVLA, *vide* HERCVLIS *via.*

TAVRVNVM *Plinio,* TAVRVRVM ταύρυρον, *Ptolemæo, Pannoniæ Inferioris vrbs, ad confluentia Saui in Danubium. Arrianus dicit locum, quo Danubius & Sauus (quem corruptè Salum Latinus interpres Facius vocat) confunduntur,* TAVRVNVS ταυροῦνος, *appellari. Hodie Germanis* Griechſchweiſſenburg/ *Hungaris* Nandor alba, & *Italis* Belgrado *vocatur. Latinis Iunioribus etiam* BELGRADVM; & ALBAGRÆCA *interpretatur.* TAVRVNVM, *ſiue* MARSANIA, *legitur in libro Notitiarum.*

TAVRVS ταῦρος, *mons Aſiæ, totius orbis terrarum maximus, ſic dictus, vt Dionyſio Alexandrino placet, quòd inſtar tauri elato capite incedit: vel, vt Euſtathius eius Commentator putat, ob eius magnitudinem: nam ταῦροι, inquit, veteres omnia grandia atque robuſta vocauere. Hic vniuerſam Aſiã ab Eoo Oceano vbi Tamos promontorium à Pomponio ſtatuitur, (& Samara ab Oroſio vocatur) ad Ægæum vſque Pelagus: aut, vt nonnullis videtur, Pamphylium mare; in duas partes, in Septentrionalem ſcilicet & Meridionalem diſcriminat. Multa brachia, maria tentanti ſimilis, ſubinde emittit, quin etiam confractus, quaſi maria quaque effugiens, plurimis ſe gentium nominibus hinc & illinc impertit. Pro gentium ac linguarum varietate (inquit Solinus) pluriſariam nominatur, vel vt Plinius tradit, numeroſis nominibus, & nouis, quacumq́ incedit, inſignis. Apud ipſum hæc eius nomina habentur:* IMAVS, EMODVS, PAROPAMISVS, CIRCIVS, CHAMBADES, PHARPHARIADES, *aliter* PARIADES, CHOATRAS, OREGES, OROANDES, NIPHATES, CAVCASVS, SARPEDON, CORACESIVS, CRAGVS, HYRCANVS, CASPIVS, PARIEDRVS, MOSCHICVS, & SCYTHICVS. *Etiam vbi dehiſcit, ſeque populis aperit, portarum tamen nomine vnitatem ſibi vindicans, alibi* ARMENIÆ, *alibi* CASPIÆ, *alibi* CILICIÆ *Pylæ vocantur. Apud alios aliæ ſunt quoque nomina. Strabo* PARACHOATRAM, MASIVM, POLYARRIM, ZAGRIVM, & GORDIÆVM *inter eius nomina refert. Oroſius habet* ARIOBARSANEM, MEMARMALIM, PARTHAVM, & OSCOBAREM, (OSCOBAGVS *habet Iſidorus.*) MENALIVM *etiam inter eius brachia numerat Aethicus, monſtroſorum vocabulorum auctor. Horum eius nomina meminit in eo deſcribendo Ammianus,* ASCANIMIA, COMEDVS, TAPVRIVS, ARIA, NAZAVITIVM, ASMIRA, & OPVROCARRA. *Dionyſius* ARMENIVS. *Videntur quoque apud Ptolemæum huius Taurini capitis (vt ſic dicam) cornuum hæc peculiaria vocabula:* SEMANTHINVS, SERICVS, BEPYRRVS, DAMASSVS, PARSVETVS, CORAX, SARIPHVS, MASDORANVS, CORONVS, IASONIVS, STRONGYLVS, ORONTES, CHABORAS, VDACESPIS, PARYADRES, ABVS, MASICYTVS, CELÆNVS, PHOENIX, HIPPICVS, SVGDIVS, AMANVS, & ANTITAVRVS. *Plinius hos montes dicit in vniuerſum* CERAVNIOS *Græcis vocari. Mela etiam ſub eodem vocabulo maximam eius partem comprehendit. Idem horum nominat* AMAZONICOS, CASPIOS, & CORAXICOS. *Ceraunum Euſtathius circa Caucaſum & Caſpium mare locat. Q. Curtius videtur eum ſub duobus nominibus tantum deſignare, Tauro, & Caucaſo. In Sacris litteris* ARARATH *appellatur, Ar. Montano, & Becano teſtibus.* TAVRVS *propriè dicitur eius pars quæ Pamphyliam & Ciliciam ab Armenia Minore & Cappadocia diſtinguit: vbi hodie* Canibel, Bacras, & Giulich *nomen habere videtur. Ramuſius* Caraman *quoque appellari putat.* Corthestan *etiam Ioſepho Barbaro. Circa Euphratem, indigenarum lingua* Munzzarum; & *alicubi quoque in Aſia Minori,* Maurum *nuncupari, ex Zonara, Cedreno, & Curopalate deprehenditur. Singula huius nomina vide etiam ſuis locis. Hunc Taurum deſcribit Philoſtratus 2. ſub* CAVCASI *nomine.*

TAVRVS *Ptolemæo Siciliæ promontorium; quod Fazello & Aretio hodie* Cabo de S. Croce *appellatur.* Ingluni *vocari, dicit alio in loco, idem Fazellus.*

TAVRVS, *Germaniæ mons altiſſimus, & maximus, quem Iornandes etiam* SCYTHICVM *cognominat; eumq́ cum Procopio circa Mæotidem paludem, Mare Caſpium, & mare Septentrionale deſcribit: Herodotus & Dionyſius eum ad Tauricam Cherſoneſum ſtatuunt. Tacitus habet Taurum montem apud Cattos. Pomponius in Germania, ſed peculiarem locum ei nõ aſſignat. Fortè inter Alpes, in Archiepiſcopatu Salisburgenſi, vbi hodie multa loca* Thaurn *vocantur, vti ſunt* Roznthaurn/ Krumleckthaurn/ Ghadſtatterhaurn/ *&c. Rhenanus tamen, pro Tauro, Germaniæ monte,* TAVNVS *legendum ſcribit, apud Pomponium, & Tacitum. Taunus legere codicem Taciti Venetijs anno 1512. excuſum ſcio.* TAVRVS, *Aethiopiæ mons, Arabici ſinui iminens, Agatarchides, & Diod. 3. Duos huius nominis montes hic deſcribit Strabo.* TAVRVS *fluuius, circa Pamphiliam, Liuio 38. item in Peloponneſo, circa Troezenem, Athenæo teſte. Hunc Heſychius* ÆGITAVRVM *vocat, in voce ταυρειον πὸμα.* TAVRVS *quoque locus in Sicilia ſexaginta ſtadiis diſtans à Syracuſis, vt tradit Diodorus 14.* TAVRVS *à Plinio & Solino vocatur quoque alueus quidam maris, apud Alexandriam Aegypti. Straboni locus ſic dictus, circa Hierichontis ingreſſum. Paludis nomen eſt in Gallia Narbonenſi, iuxta Oranum fluuium, Sex. Auieno.* TAVRVS *vrbs eſt apud Cedrenum, vicina Iſmaëlitis: Armeniæ fortè. vide* THREX, TAVROMENIVM, & HYLYCVS.

TAVS, *Britanniæ fluuius, Tacito in vita Agricolæ. Hodie vulgo* Suthesk *dici, & omnium Scotiæ fluminum præſtantiſſimum eſſe, ſcribit H. Boëthius. Vide* TAVA.

TAVSIRIACVM, *Vide* ONIAM.

TAVSIS, *Scythiæ fluuius; in Danubium deſinens. auctor Iornandes.*

TAVTANTVM, *Valeriæ Ripenſis vrbs. lib. Notit.*

TAVTICE ταυτικὴ, *Ptolemæo vrbs in Media regione.*

TAXABRICENSES, *vide* AXABRICENSES.

TAXANDRI, *vide* TOXANDRIA.

TAXANITE, *vide* TAMALME.

TAXATÆ, *gentis nomen, quod cum Thraceſiis numerat Hiſt. Miſcella 22.*

TAXGÆTIVM ταξγαίτιον, *Rhætiæ opidum, Ptolemæo; ad Rheni fluminis caput.* Rotwyl, *Irenico. quod Ioſiæ Simlero non eſt veriſimile. Fortè* Tuſſenberg, *vt Lazio placet.*

TAXIANA ταξίανα, *ſinus Perſici inſula, iuxta Suſianam, Ptolemæo. iuxta Pelodem ſinum, Stephano.*

TAXILA τάξιλα, *Indiæ intra Gangem vrbs, apud Ptolemæum, Strabonem, & Stephanum. Multa de hac vrbe Philoſtratus 2. Apollonij, cap. 11.* TAXILÆ *cum vrbe celebri, in India; ſunt Plinio. Vide* TOXILI.

TAXVS τάξος, *fluuius in Thraciæ meditullio. Suidas. Epiſcopalis locus eſt, Gulielmo Tyrio. ſub ſede Cæſareæ Stratonis. Vide* TÆNARVS.

TAXYMIRA ταξυμιρα, *Phœniciæ vrbs, Straboni.* XYMIRA, *legendum ſuſpicatur Caſaubonus, &* SIMYRAM *eſſe apud Ptolemæum, & Plinium. item* SINERAM *Stephani.*

TAYGETVS ταΰγετος, *Plinio, Pauſaniæ, Vibio, & Stephano Peloponneſi mons, in Laconica. Eurotæ flumini vicinus.* AMYCLEVS ἀμύκλεος, *antea dictus Plutarcho de Fluminibus teſte. Huius verticem* TALETON ταλετὸν *dictum, ſcribit Gerbelius, ex Pauſania, ni fallor.* TAYGETA, *apud Vibium quoque fluuius eſt, in eadem regione. Huius etiam meminit Plutarchus in Apophthegmatibus, in Lycurgo.*

TAZATAM *Plinij,* TALGAM *Pomponij, &* CHALCAM τὰ χαλκᾶ, *Ptolemæi, eandem eſſe inſulam, docet in ſuis Annotationibus Hermolaus. vbi quoq́ dicit, pro Chalca,* TALCA *apud Ptolemæum legendum.* TACHALCA *legit Pintianus (copulato articulo, vt videtur, cum nomine.) Pomponius ſuam in Caſpio mari deſcribit. Ptolemæus ſuam Hyrcaniæ attribuit, eoq́ etiam Caſpij maris ſit, neceſſe eſt. Plinius ſuam in Scythico Oceano alicubi ſitam vult. An eadem, an diuerſa ſit, alij diiudicent.*

TAZINA ταζεινα, *Ptolemæo Mediæ vrbs.*

TAZVS ταζὸς, *Tauricæ Cherſoneſi opidum, apud Ptolemæum.* Theodoro *vocatur Nigro: qui illud Gothorum opidum vocat.* TAZVS ταζος, *Ptolemæo Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs.* Suſaco *à Mercatore interpretatur.*

TEANVM, *cognomine* SIDICINVM, *Campaniæ opidum, Plinio lib. 3. cap. 5. & Frontino, quibus colonia Romana eſt. Hodie deſertum eſſe ſcribit ad me Roma Cittadinus.* Thiano *hodie nominari, ait Erythræus in ſua Indice Virgiliano.* SINDICENVM *legit Pintianus, à Sindicenis populis.* σινδικινὸν, *tamen habet Strabo. Teanum vel Theanum flumen eſt hoc tractu, in Hiſt. Miſcellâ 5. & apud Oroſium lib. 5. cap. 18.* TEANVM *autem duplex; adeò vt rectè cecinerit D. Paulinus in S. Felicis Natali III.* „ *Geminumq́ Theanum. Eſt enim aliud* TIANVM *apud Pomponium, in Apulia. Hoc Cicero & lapis inſcriptus antiquus cum afflatu,* THEANVM *Apulum vocat. Ptolemæus, Strabo, & Liuius, vtrumq́ per* E. Τέανον, *ſcribunt, ex quo Melam errare pronunciarem, niſi haberet quæ illi ſuffragarentur numiſmata antiqua, in quibus* I *expreſſè oſtenditur.* TYANITAS *malè per* Y. *in prima incolas vocat Polybius 3. quo vetus interpres Calatinos legit, & Plutarchi Annibal Calentinos.*

TEARI, *qui* IVLIENSES, *Hiſpaniæ Citerioris populi, Plinio lib. 3. cap. 3. Vide* TRAIACAPITA.

TEARVS τεάρος, *Plinio Thraciæ fluuius. Herodotus eum ſcribit ex duodequadraginta fontibus effluere, quæ* CAPITA κεφαλαὶ, *vocat.*

TEATEA τεατέα, *Ptolemæo Marucinorum vrbs, ſiue caput, vt Plinius habet, qui eos* TEATINOS *vocat.* TEATES *Appulos, habet Liuius 8. Leander ſcribit nunc* Chieto *dici. Idem affirmat Niger.* Ciuita *dicitur Mich. Ritio, Et* Ciuita Chieto *Collenutio.*

TEBASENI, *Aſiæ Minoris quidam populi. Plinio.*

TEBASSI, *vide* FRANGONES.

TEBBON, *vide* CHABBO.

TEBENDA τέβενδα, *Ponti Galatici vrbs. Ptolemæus.*

TEBERIS, *vide* ALBVLA.

TEBESTE, *vide* THEVESTE.

TEBVRI τεβουροι, *Hiſpaniæ Tarraçonenſis populi, apud Ptolemæum.*

TECELIA τεκέλια, *Germaniæ vrbs, Ptolemæo. valde alludit ad* Teckelenborch *opidum. ſitus autem non bene congruit.*

TECENVS τέκενος, *fluuius Italiæ eſt, apud Aelian. 14. Animal. cap. 22. vbi thymallum piſcem viuere ait.* TICINVM *interpretatur Gyllius & Geſnerus.*

TECHEDIA *inſula, Plinio: circa Pharmacuſam inſulam.*

TECLITIVM, & TEGLITIVM, *Myſiæ Secundæ, vel Inferioris vrbs: ad Danubium. Antoninus, & lib. Notit.*

TECMISSA τέκμισσα, *nomen vrbis. Suidas.*

TECMON τέκμων, Theſprotiæ opidum, Stephano. Moloſſidis regionis (in Epiro puto) apud Liuium 45.

TECOLATA, vel TETOLATA, Galliæ Narbonenſis vrbs, in Itinerario Antonini. S. Maximini nomen hodie habere, ſcribit Simlerus. Vide TIGVLIA.

TECPANI τεκπᾶνοι, Ptolemæo gens Libyæ Inferioris. CECIANI peſſimè legunt interpretes.

TECTOSAGÆ τεκτοσάγαι, Stephano, vel TECTOSAGES Liuio, & Straboni, Galatica gens: in Aſia Propria. Iidem TOLISTOBII τολιςόβιοι, dicuntur ex Eratoſthene, apud Stephanum. Vide BELGAS.

TECTOSAGES τεκτοσάγες, Plinio & Straboni, Galliæ Narbonenſis populi ſunt. TECTOSAGI ſunt Trogo 32. TOLISTOBOGI dicuntur à Floro. Eorum vrbs apud Plinium TOLOSA vocatur. Hodie Toulouſe, Ioanni Poldo. Pro his Tectoſagibus Narbonenſibus, quidam TEVTOSAGES legunt apud Auſonium, in Deſcriptione eius Narbonæ. TECTOSAX τεκτόσαξ, numero ſingulari, habet Stephanus. Idem multitudinis etiam TECTOSAGÆ. TECTOSAGES Cæſaris Germaniæ populi ſunt, circum Hercyniam ſiluam. Ad Nicri fluminis ripam eos accoluiſſe putat Rhenanus; vbi adhuc hodie vetuſta arx eſt, Teck dicta. Cæſar eorum meminit lib. 6 belli Gallici, ſic: ,, Germaniæ loca circum Hercyniam ſiluam, quam Eratoſtheni, & quibuſdam Græcis fama notam eſſe video, quam illi Orciniam appellant, vulgo, Tectoſages occuparunt. Pro vulgo, Fuluius Vrſinus VOLCÆ legendum pronunciat, idq; ex Ptolemæi auctoritate. Scio non ſolùm apud Ptolemæum, ſed etiam Plinium & Strabonem Volcas nominari, ſed in Gallia Narbonenſi: & non ad Hercyniam ſiluam, vbi Cæſar ſuos deſcribit. Puto tamen eoſdem eſſe, ex ipſius Cæſaris traditione; qui eos ex Gallia in Germaniam tranſmigraſſe dicit. Vide BELCAS, & IHACES.

TECVM, vide TELIS.

TEDAMENSII τυδαμήνσιοι, Africæ Propriæ gens. Ptolemæus. DAMENSII capite truncato habent interpretes.

TEDANIVM, Illyrici flumen, Plinio, quo finitur Iapygia. TIDANIVS τιδάνιος, Ptolemæi eſt. TEDANIVS legunt autem interpretes. Odria, Mario Nigro dicitur.

TEDIASTVM τεδίαςον, Ptolemæo Liburniæ vrbs mediterranea.

TEDIVM Τέδιον, Arabiæ deſertæ opidum. Ptolemæus.

TEGAMVS, canalis maris, qui nauigantibus in Alexandriam admittit. Plinio & Solino teſtibus.

TEGANON, inſula circa Rhodum eſt, Plinio.

TEGANVSA Plinio, THIGANVSA θιγανῦσα, Ptolemæo, inſula in Sinu Meſſeniaco. Caura, vt Sophianus; vel Caurea, vt Bordonius habet, hodie vocatur. contra Acritam promontorium: vt habent Pauſanias & Mela. de quo vide OENVSSA.

TEGE Τέγη, Africæ Propriæ vrbs, apud Ptolemæum. TEGEA apud A. Hirtium.

TEGEA τέγεα, Arcadiæ vrbs, Suetonio, Stephano, Dioni Pruſæo, & Ptolemæo. A Laonico & Nigro Muchli nominatur. Gerbelius ſcribit à Pauſania GENEA γενεὰ, vocari: ſed fallitur. nam Geneam, vt & Strabo, Corinthiacum vicum dicit. Sed TENEA legit Strabo, ex quodam Oraculo, vbi Stephanus Genea habet. TEGEA, etiã Cretæ vrbs, apud Stephanum. quam Velleius ab Agamemnone conditam refert. Eſt quoque Africæ Propriæ opidum, A. Hirtio. Et Macedoniæ, apud Appianum in Syriacis. Vide TEGE.

TEGENVM, Lucaniæ opidum. lib. Coloniar. An corruptè, pro Teanum?

TEGERANI Populi, inter Saxones & Moguntinenſes habitantes. Auctor Trithemius ex ſuo Hunibaldo. ipſe viderit.

TEGESSVS τεγησσὸς, Cypri vrbs, Stephano. Promõtorium vocat Heſychius, ſed τειγησσός, diphthongo & ſingulari s.

TEGESTRA, & TEGESTRÆORVM vrbs, vide TERGESTE.

TEGIACVM, vicus Galliæ. Fortunatus in vita D. Hilarij.

TEGIANENSIVM Reipublicæ, memoria eſt apud Smetium, ex veteri lapide, qui Neapoli eſt.



TEGIVM, Troadis vrbs, apud Plinium.

TEGLATENSIS, vide TEGVLA.

TEGLITIVM, vide TECLITIVM.

TEGRA, vide TIGRA.

TEGVA, vide HEGVA, & ATEGVA.

TEGVLA, Sardiniæ opidum, Antonino. AN TEGVLATENSIS hinc gentile, quod Coll. Carthag. Numidiæ adſcribit? quaſi Sardinia ſubſit Numidiæ diœceſi. TEGLATENSIS legit Vict. Vticenſ.

TEGVRINI, populi vicini Coloniæ Claudiæ. Hygenus.

TEGYRA Τέγυρα, Bœotiæ vrbs, Stephano, & Plutarcho in Pelopide: item de Oraculorum defectu. Apollinis oraculum hic erat.

TEICHIOES, vide TICHIOES.

TEICHOS, vide TICHOS.

TEIOS τήϊος, circa Ioniam vrbs eſt Thucydidi 8. & Liuio 37. Vide TEOS.

TEIRIA τειρία, Leucoſyrorũ opidũ. Stephanus, ex Hecatæo.

TEIVM, vide AMASTRIS.

TELA, Antonino Hiſpaniæ vrbs, inter Aſturicam, & Cæſarauguſtam. An hic TELENSE Concilium? vide TELEM, & GELLA.

TELADVSII τελαδούσιοι, Mauritaniæ Cæſarienſis populi, Ptolemæo. Per A in prima habent Latini codices.

TELAMON τελαμων, promontorium Tuſciæ, apud Ptolemæum, Plinium, & Melam. item apud Polybium 2. & Plutarchum in Mario. Antoninus habet ibidem TALAMON Portũ. Telamone hactenus vocatur. Vide ATLAS.

TELAMVS τηλαμος, Lycophroni. Canterus ad eundem Paphlagoniæ montem facit.

TELANDRIA, vide TELANDRVS.

TELANDRVS τήλανδρος, Lyciæ vrbs eſt, Plinio. Cariæ, eſt Stephano, qui eandem quoque TELANDRIA vocat. cui hoc etiam promontorij nomen eſt. TELANDRIA Plinio opidum in inſula quadam, quod interijt. Alicubi circa Rhodum videtur.

TELANE τελάνη, vrbs antiquiſſima Syriæ. Stephanus.

TELANESSVS Vicus, Syriæ fortè; Theodoreto in vita Symeonis. TELANISVS alibi lego.

TELCHINES, originem ex Creta ſumpſere: ſed habitauerunt etiam in Cypro: poſtea in Rhodum commigrauere. Stobeus de Inuidia, ex Nicolao. Horum meminit quoque Oroſius 1. cap. 5. Vide RHODVS, & CVRETES.

TELCHINIA, vide SICYON.

TELCHIR, Ptolemæo, ſed TELLYR Τέλλυρ, in Græcis codicibus habetur, Indiæ intra Gangem vrbs eſt. Triminaua Caſtaldo dicitur.

TELCHIONIA, vide CRETA.

TELCHIS τελχὶς, Aethiopiæ vrbs: iuxta Libyam. Steph.

TELEBA τέλεβα, Albaniæ opidum, Ptolemæo.

TELEBOAS τηλεβόας, fluuius, haud magnus, at pulcher, ad Tigris fluminis fontem. Xenophon, & Stephanus.

TELEBOIDES, vide TAPHIÆ.

TELEBOIS τηλεβοίς, regio Acarnaniæ, Stephano. Opidum Teleboæ eſt apud Plautum in Amphitruo. TELEBOÆ populi, in Bœotia: Ant. Liberali. Etiam in Tapho: Apollodoro 2. Vide SAMOS.

TELEDA, vicus maximus & populoſiſſimus, iuxta Coryphen montem Syriæ. Theodoretus in vita Euſebij.

TELEGON, vide TVSCVLVM.

TELEM, Palæſtinæ locus. Ioſue 15. TELA ab Euſebio vocari, credit And. Maſius.

TELENSE, vide TELA.

TELENTEA, vide CAPREÆ.

TELEONTES, vide GELEONTES.

TELEPHIS τήλεφις, opidum in loco prærupto, circa Phaſidem fluuium: in Armenia Maiori, vt mihi videtur. ex Agathia 2. TELESIS quidam codices legunt.

TELEPHIVS τηλέφιος, tribus, & fons, Lyciæ: ſeptem ſtadiis à Patara diſtans. Stephanus, & Menæchmo.

TELEPTE, Africæ vrbs, D. Auguſtino, & Cypriano in concilio Carthagineſi. Byzacenæ prouinciæ metropolis. TELLEPTENSIS meminit Coll. Carthag.





TELESIA, vide TELESSIA.

TELESIS, vide TELEPHIS.

TELESSAPHI Arabicè dictus locus: circa Aſcalonem. Guil. Tyrius.

TELESSIA τελεσσία, Ptolemæo, colonia Romana Frontino, Samnitum ciuitas. Theleſe nunc Leandro vocatur. Teleſia ſimplici s legit Liuius, Strabo, & Antoninus.

TELETHRIVM τελέθριον, Oechaliæ mons, in Euboëa, Plinio, Stephano, Straboni, & Theophraſto.

TELINI, vide TELLENA.

TELIS Plinij, vt putat Nauagierus in ſuo Itinerario. hodie Les dicitur. THELIS Pliniani quidam codices habent, alij TECVM. lib. 3. cap. 4. Galliæ Narbonenſis fluuius eſt. Vide OROBIS.

TELITHON τελίθων, Moabitarum opidum. Ioſephus Antiq. 13. cap. 23.

TELLENA τελλήνη, Latinorum nobile opidum, ab Anco Marcio vi captum, Plinio, & Halicarnaſſeo 3. TELLENI ſunt Liuio, lib. 1. τελλῆναι, Straboni 5. TELINI eidem Plinio.

TELLEPTE, vide TELEPTE.

TELLIADEI, gentis vel familiæ nomẽ. Herodoti Calliope.

TELMELISSVS, vide TEMMELISSVS.

TELMERA τέλμερα, Cariæ vrbs, Stephano. Vide TERMERA.

TELMESIVS τελμήσιος, Thebanorum mons in Bœotia. Palephato in Vulpe. Vide TELMISVS.

TELMESSVS τελμησσός, Lyciæ vrbs, apud Plinium & Ptolemæum. per I in penultima Straboni, ſic quoque Arriano, qui eandem deſcribit. In littore maris eſt, à quo Telmeſſicus ſinus, inter Cariam & Lyciam, Liuio 37. Lyciæ promontorium habet quoque Stephanus, quod TELMISSIAM vocat. Videtur TELMISSVS τελμισσὸς, quoque Cariæ opidum, apud Stephanum, quod Polemon apud Suidam, ſcribit ſexaginta ſtadiis diſtare ab Halicarnaſſo. Eſt & mons ſic dictus ad Xanthum Lyciæ ciuitatem, vt refert Palephatus, in Bellerophonte. TELMISSVM fluuium ait Aelianus ab Aegeſtæis ſpecie viri coli. inde pro Siciliæ amne eum habere mihi videtur. Apud Hermolaum ad Plinij cap. 27. lib. 5. lego ex Herodiano Grammatico TELMESSVM haberi in Piſidia: quæ TEMMESSVS antea dicta. Huius videtur quoque meminiſſe Arrianus i. verſus Phrygiam. Aliam enim idem habet in Lycia. Vide TERMISSVS.

TELMISSIA, & TELMISSVS, vide TELMESSVS, & OROPVS.

TELMISSVS, vide TELMESSVS.

TELMISVS τελμισος, Græciæ fluuius, Orpheo. qui Theſpias adluit, in Boëotia ergo. An TELMESIVS Palephati? Vide TELMIVS, & THESPIVS.

TELMIVS, patria Pauli cuiuſdam monachi, Calliſto. TELMISVS, Sozomeno.

TELO MARTIVS, Antonino Galliæ Narbonenſis portus: Telon Paradinus interpretatur. alij Tolon & Toulon ſcribunt.

TELOBIS τηλοβίς, Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Iaccetanis opidum. Ptolemæus.

TELON, vide, CAPREÆ.

TELONVM, vide TELVMNVM.

TELONVS, vide TOLENVS.

TELOS, Indici Oceani inſula, Iſidoro: ferens omni tempore folia. ſed TYLOS ſcribendum. Vide TELVS, & TYLVS.

TELPHIS, vide TEPHLIS.

TELPHVSSA τέλφουσα, Arcadiæ opidum, Stephano, Polybio, Plinio: ſed vno huic s. THELPHVSA eſt Pauſaniæ. Eſt quoque Bœotiæ fons, mons, & vrbs, apud Stephanum. Videtur idem cum DELPHVSA. Sed vide TILPHOSSA.

TELVCH, regio & vrbs, Cedreno, & Curopalati: circa Mediam fortaſſe. Circa Taurum, Curopalati.

TELVMNVM, Aquitanicæ vrbs, Antonino. Simlerus etiam TELONVM legit.

TELVS τῆλος, Carpathij maris inſula, Straboni. obiacet Triopo. vt refert Polymnia Herodoti. Iuxta Gnidum eſt Suidæ. Hæc quoque AGATHVSSA Callimacho, apud Plinium & Stephanum vocatur. Sophiano Epiſcopi dicitur.



TEMALA τεμάλα, vrbs & flumen Ptolemæo, in India extra Gangem. Per A in prima ſcribit idem lib. 1. cap. 13.

TEMATHEA τημαθία, Meſſeniæ mons, ad cuius radices vrbs Corone eſt. Pauſanias.

TEMBASA, Lycaoniæ opidũ, in Tauro monte, apud Pliniũ.

TEMBICES τεμβίκες, populi quidam Boëotiæ ſunt, apud Strabonem. Idem fortè cum Temnicis. Huius ſingulare TEMNIX, apud Stephanum.

TEMBRIVM τέμβριον, Phrygiæ vrbs, quæ & TYMBRIVM vocatur. Stephanus, ex Charace & Menandro.

TEMBRIVS, vide THYMBRIS.

TEMBROGIVS, Phrygiæ fluuius, in Sangarium fluens, Plinio teſte: THYMBRVS Liuio vocatur: Orpheus TEMBRIVM Τέμβριος, nominat. Vide THYMBRIS.

TEMBRVS τέμβρος, Stephano, Cypri vrbs.

TEMENI Porta, τημένου θύραι, non magna vrbs Lydiæ. Pauſanias.

TEMENIA τεμένεια, Phrygiæ vrbs, iuxta Lycaoniam, Stephanus.

TEMERICVS Ager, Galliæ Narbonenſis, circa Rhodani originem. Sex. Auienus.

TEMENITES τημενίτης, collis, in Thracia, Stephano: iuxta Triballos. Eſt etiam τέμενος, Siciliæ locus, aut vertex, ſub Epipolis, iuxta Syracuſas, Stephano, & Thucydidi 6. & 7. item Suetonio in Tiberio. ibidem TEMENITIS Fons, teſte Plinio.

TEMENIVM τεμένιον, Meſſenæ regio, Stephano. Vicus in Argia eſt, ad Argolicũ ſinum, Pauſaniæ, & Straboni. TIMENIVM per I in prima, eſt Pauſaniæ.

TEMENOS, vide TEMENITES.

TEMENSIS Epiſcopatus, meminit Balſamon in Photium. In Scythia videtur. Sed TOMENSIS legendum, à Tomo. quod patet ex eodem, alio in loco.

TEMERIANI, vide MARIANI.

TEMERINDA, vide MÆOTIS.

TEMERVS, Galliæ opidum, propinquum Meliæ. Vita Nazarij, Geruaſij, &c.

TEMESA τέμεσα, & TAMASA per A. in prima, nunc TEMPSA Τέμψα, Straboni, Plinio, & Ciceroni, Brutiorum vrbs. TEMESIA τεμεσία, Polybius & Stephanus habent. A Lycophrone aliquãdo TAMASSA τάμασσα, ,, & TEMESSA Τέμεσσα, vocari ſcribit eius Commentator Iſacius, & ſic apud Pauſaniam 2. Eliacor. THEMESESQVE metalla, Ouidius lib. 15. Metamorphoſeos (propter metallorum venas,) Coloniam Romanam factam apud Liuium lego. Gab. Barrius eam Meliuitum dictam aliquando docet, ſed nunc S. Marco nominari. Maluito dicit hodie vocari Laurentius Ananienſis. Longobuco ab aliquibus putari, ſcribit Pontanus, in Neapolitana ſua hiſtoria. TAMESA ταμεση, etiam Stephano dicitur. Idem fluuium eiuſdem nominis habet hoc tractu. Vide TAMASSVS, & MELESE.

TEMIS, vide TIMVS.

TEMISDIA τεμισδία, Perſidis regio, apud Ptolemæum. MISDIA acephalos, eſt interpretibus.

TEMMESSVS, vide TELMESSVS.

TEMMELISSVS, Apamenæ in Syria regionis vrbs, Antonino. Simlerus alias TELMELISSVS legit. THELMINISSVS Ptolemæi putatur à Hieronymo Surita.

TEMMICI, & TEMNIX, vide TEMBICES, & BOEOTIA.

TEMNOS τῆμνος, Aeolidis vrbs, Plinio, Stephano, Straboni. item Ciceroni, Pro L. Flacco. vltra Hermum fluuium, deſcribit Pauſanias 5. Hermagoræ patria. Eidem, & Ptolemæo mons eſt, inter Aſiam & Thebeium campum. Vide TIMVS.

TEMONIARENSIS loci, in Africa, meminit Vict. Vticenſ. MS. & Coll. Carthag. ſed TEMONIANENSIS hæc.

TEMPE Τέμπη, Theſſaliæ loca, circa Penei fluminis oſtia, ad

vtramq; eius ripam, inter Lariſſam & mare: Straboni, Plinio, Melæ, Liuio, Plutarcho, aliiſq; hac optimè deſcribit Ælianus lib. 3. Variæ, cap. 1. Locus delitioſus, & poëtis nullis non celebratus. Lutatius opidum ex iis facit; veterum grammaticulorum more, quos ſepius falli in locorum geographicorum enarratione, experimur non rarò. Hac Tempe prolixè ſatis deſcribimus in Parergo ad noſtrum Theatrum. In Sicilia ſunt etiam Tempe, ſi Lexicis creditur. Hæc HELORIA cognominantur ab amne, vt habet Hermolaus in Plinium. Etiam TEMPE in Villa Tiburtina: Spartiano in Hadriano.

TEMPLVM, Liguriæ pars eſt apud Tacitum, in Agricolæ vita. Locus in Africa Propria, Antonino.

TEMPSA, vide TEMESA.

TEMPSIS, vide TMOLVS.

TEMPYRA, locus ſic dictus, circa anguſtias Thraciæ, Liuio 38. Non videtur TIMPIRVM Antonini. An Tentyra Ouidii?

TENADASSA, vide TANADASSA.

TENÆA τέναια, pagus iuxta Corinthum, arboribus conſitus. Suidas in Eudæmon. Vide TENEA.

TENAGVS τέναγος, locus Suſianæ regionis, ad ſinum Perſicum, Ptolemæo. Heſychio inſula Troia eſt, ſic dicta.

TENARVS, mons Laconicæ, Vibio. Sed Tænaros ſcribendum eſt, diphthongo.

TENCHATERI, vide TENCTERI.

TENCTERI Tacito, aliis THENCHTERI; Appiano TANCHARI τάγχαροι, Plutarcho in vita Iulii, TENTERIDES τεντερίδες, Ptolemæo TINGRI τίγγροι: TENCHATERI Epitome Liuii: Germaniæ populi. Apud Willichium ſunt, qui hodie prope Rhenū, Luppiam & Lonam fluuios habitant, vbi ſunt pleriq; Heſſi, & nonnulli Franci. H. Iunio ſunt qui Drentam incolunt, non admodum abludente vocabulo.

TENDEBA τένδηβα, Stephano Cariæ vetus opidum. Icaria legit Aldi editio.

TENEA Τενέα, opidum ſexaginta ſtadiis à Corintho. Pauſanias. fortè idem cum Tenæa. Vide TEGEA.

TENEÆ, vide TINEÆ.

TENEAS, vide TINIA.

TENEBIVM, Aegypti pagus, apud Nicetam. Diodoro 14. locus circa Lydiā, & Ciliciā eſt, aut in ipſa potius Cilicia, quem nulli alii in tota Aſia pulchritudine cedere ſcribit.

TENEBRIVM τενέβριον, Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium, Ptolemæo. Cabo de Alfaques. Niſi ſit idem cum Ferrariæ promontorio. Idem hoc tractu habet TENEBRIVM opidum.

TENEDO, vide BRIGOBANNIS.

TENEDOS τένεδος, inſula Aſiatica, in Helleſponto, Ptolemæo auctore. Tenedo adhuc à Sophiano vocatur. Euſtathius ſcribit eam olim quoque CALYDNAM καλύδνα, & LEVCOPHRYN λευκόφρυν, appellatam. cui Diodorus, Heraclides, & Pauſanias ſuffragantur. CALYDNAM ab hominibus nominari, ſcribit 1. Excidii Troiæ, Q. Smyrnæus. A Diis fortè alio nomine, Tenedos nempe. TENNES ante bellum Troianum nuncupatam ſcribit Heraclides. CALYDNÆ numero plurali, Troianæ inſulæ ſunt, vt ſcribit Iſacius: ſunt enim duæ prope hanc Tenedum; (idem videtur ex Q. Calabro lib. 17) quæ hodie Maure dicuntur, Nigro teſte. Aliis prope Rhodum ſunt. Vide Strabonem ſub calcem lib. 3. vbi & LERVM inter Calydnas numerat. CALYDNAM poſtea CALYMNAM nominatam ab Ouidio, tradit Camerarius, in hunc
" verſum, Fecundaq; melle Calymna.

TENERICVS τηνερικος, Bœotiæ campus, circa Copaidem paludem. Strabo, & Pauſanias. Vide PTOVS.

TENESIS τηνεσις, Æthiopiæ ſub Aegypto regio, Straboni, 16. Eius incolæ SEBRITÆ σεβρῖται, vocantur, & circa Meroen inſulam videtur. Hos idem 17. SEMBRITAS nominat. SEMBERRITÆ ſunt apud Plinium, SEBARDÆ fortè Ptolemæi, vbi interpretes SEBRIDÆ legunt. Vide TENVPSIS.

TENEVM Mare, vide TÆNIAS.



TENIALONGA, vide TÆNIALONGA.

TENIÆ τενεῖαι, fontes in Aacadia, ſtadiis circiter ſeptem ab Amilo vrbe. Pauſanias.

TENISSA τένισσα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo. Tremiſſum Nigro. TENITENSIS Plebis meminit Coll. Carthaginienſis.

TENITRVS, mons Macedoniæ: proximus Apolloniæ in conſpectu Dyrrachii, vt habet Vib. Sequeſter.

TENIVM τήνειον, Achaiæ vrbs, apud Stephanum. TENIORVM τηνειων, populorū meminit antiquus nūmus. vt habet Goltzii Theſaurus. gentile hoc autē à Teno inſula.

TENNACH, vide THANE.

TENNAGORA τενναγόρα, Indiæ intra Gangē vrbs. Ptol.

TENNES, vide TENEDOS.

TENNONENSIS, Loci in Africa Proconſulari, meminit Vict. Vticenſ. M.S.

TENOS τῆνος, vna ex inſulis Cycladibus, apud Ptolemæū, & Melam. THENOS malè legit Ouidii codex in Epiſtola Cydippes Acontio. Tina hac tēpeſtate à Sophiano indigitatur. Plinius tradit propter aquarū inopiam, ab Ariſtotele HYDRVSSAM vocatā: & à nonnullis OPHIVSSAM. Eſt & Tenos Æoliæ vrbs, Herodoto, in Clio. Item Laconicæ vrbs, apud Stephanum. Etiam Theſſaliæ, teſte Ariſtotele in Mirabilib. Vide TENIVM, & CALYDNA.

TENSA inſula, ab Ionibus inſtituta. Solinus. Italiæ eſt, in Magna Græcia.

TENSII, vide OETENSII.

TENTYRA, locus Thraciæ; Circa Samothraciam videtur, apud Ouidium 1. Triſtium, Elegia 9. hoc verſu, Saltus ab "
hac contra breuis eſt Tentyra petenti. ſi ſincerus ſit locus. "
STENTORA enim cum Merula legendū. Error natus ex librarii negligentia, qui non animaduertit ST. geminari debere. Similem vide in AGASSÆ, & alibi. eſt enim hoc eodem tractu, Stentoris Portus, & Stentoris lacus. Vide Thraciæ tabulam antiquam noſtram.

TENTYRIS τεντυρις, & TENTYRA, Aegypti opidum, Plinio, Ptolemæo, Straboni, & Stephano. inſula etiā Plinio. Inde TENTYRITES Nomus. Et TENTYRITÆ gens, ab inſula in qua habitat appellata.

TENVPSIS, opidum Nubeorum, in Aethiopia ſub Ægypto. Plinius. An Teneſis Strabonis?

TENVS, vide TENOS.

TEOS Τέως, Ioniæ opidum, Ptolemæo, & Herodoto. Suſor, nunc nominari dicit Theuetus. ATHAMAS ἀθαμὰς, antea dictum, ab Anacreonte, ſcribit Strabo, & Stephanus. Thucydides etiā habet TEIOS τήϊος, Ioniæ opidū. Apud Plinium TEOS eſt inſula Ioniæ, cū opido: in alto pelago. TEOS apud Stephanum, eſt Scythiæ vrbs Dyrbæorum.

TEPHENEN Toparchiam, habet in Palæſtina Plinius.

TEPHLIS, vrbs, circa Mediā, Cedreno. TELPHIS Curopalati.

TEPHOE, vide THOPO.

TEPHRICE τεφρικῆ, Cedreno, Curopalati, & Zonaræ, eſt circa Ciliciam & Armeniam opidum. Mediæ vocat Gyllius in ſuo Boſporo 3. cap. 5.

TEPVLA Aqua, Vrbis Romæ; Plinio 36. cap. 14. etiam IVLIA vocatur, apud Frontinum.

TERA, vide TERETINATIBVS.

TERABDON, vide PARAGONITICVS Sinus.

TERACATRIÆ Campi, τερακατρίαι, Germaniæ, iuxta Danubium, Ptolemæo. Wolfg. Lazius dicit eos hodie Kunigwiſer & Marchfelder vocari.

TERAPNE, vide THERAMNÆ.

TERAPSA τεράψη, inſula non magna, ante Carthag. Steph.

TERBETIA τερβητία, Siciliæ vrbs, apud Stephanum. ex Phlegontis Olimpiadibus.

TERBISSI, vide DERBICES.

TERBVNIOTÆ, gens Scythica, Cedreno. Circa Slauoniam videtur. TERVNIOTÆ lego apud Curopalatem.

TEREAS, vide TERIAS.

TEREBELLI, vide TARBELA.

TEREBENTVM, vide TREVENTINATES.

TEREBIA τερέβια, Armeniæ Maioris vrbs: Ptolemæo.

TEREBINTHVS, Inſulæ nomen., Nicetæ, Curopalati, & Zonaræ.



Zonaræ. circa Byzantium. Huius meminit quoque liber Conſtitutionum Imperatoriarum. eamq; in Propontide ſtatuit. Vide EREBINTHVS.

TEREBINTHVS PHARAM τερέβινθος τῆς φαρὰμ, Palæſtinæ in ſolitudine locus, Geneſeos 14. vt legunt 70. interpretes. Planities Pharā, vertit Chaldeus, & Pagninus. Campeſtria Pharan, D. Hieronymus. Vide MAMBRE.

TEREBRONIVM, vide ABRITVM.

TEREBVS τέρεβος, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, circa Carthaginem, Ptolemæo. TVDER à Plinio vocari, ſcribit Villanouanus. Ego Tuder apud Plinium non agnoſco. TADER lib. 3. cap. 1. & 3. habet. Vide de eo in ESTABERVS.

TEREDIS, vide TERETINATIBVS.

TEREDON τερήδων, vrbs Ptolemæo & Dionyſio. ad Euphratis oſtium, in Sinu Perſico. Balſera hodie dici opinor. DIRIDOTIS διρίδωτις, apud Arrianum, qui vitam Alex. Magni deſcripſit, vocatur. Videtur ab Arriano, cuius Periplum Maris Rubri habemus, (an idem ſit auctor, dubito.) APOLOGVS ἀπολόγος, dici. AVGE apud Aethicum (ſi huic vlla fides) eſt. TEREDON, vrbs iuxta Erythræam. ſic Stephanus. eadem cum ſuperiori. TEREDON Babylonica vocatur ab Aeliano 5. Animal. cap. 14. Vide CHARAX.

TEREI, vide ZARABI.

TERENTIA τερεντία, regio quædam, vbi cyminum ſatiuum naſcitur. Dioſcorides 3.

TERENTVM, locus circa Tiberim, ſic dictus. Val. Max. 2. cap. 4. In Campo Martio, vt Sex. Pompeius refert. ταρεντον, legit Zoſimus 2. Huius meminit quoque Ouid. 1. Faſt. & Statius Siluarum lib. 1. & 4. & P. Victor in Regionibus Vrbis. TERENTINI Campi ſunt Varroni, apud Cenſorinum. IGNIFERVS Campus, videtur in lapide inſcripto.

TERENVTHIS τερένουθις, Stephano, vrbs in Ægypto. THENENVTHVM fortè in lib. Notitiarum pro eodem, corruptè.

TERESIBVS FORTVNALES in Bætica. Plinius.

TERESSA, Pomponio Aeolidis vrbs.

TERESTIS, vrbis nomen eſt, vnde Aſtoron empyricus oriūdus. in libello de Medicinis expertis, qui Galeno adſcribitur.

" TERETINATIBVS, qui à flumine Terede dicti exiſti-
" mantur, & ſyllaba eius tertia mutata, & pro Terede,
" Teram ſcribi debuiſſe. Sic Feſtus Pompeius.

TEREVENTVM, vide TREVENTINATES.

TEREVS, Italiæ fluuius. Pomp. Sabinus ad 7. Aeneid. ſcribit eum vna cum Amaſeno in Lirim effluere. Mendoſam ſcripturam credo, pro TRERVS.

TERGAZA, Africæ vrbs, quam Manlius expugnauit ac diripuit, bello punico III, Oroſius 4. cap. 22. TEZAGA habebat M.S. codex. & alius meus membraneus TEXAGA legit, item tertius longè alia lectione CIRICA. Plinii fortè TAGESTE.

TERGEDVM, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum. Plinius.

TERGESTE, Plinio, Fori Iulii opidum. TERGESTVM Τέργεστον, Ptolemæo nominatur. vterq; coloniam Romanam facit. TEGESTRA τέγεστρα, vocat Stephanus: & TEGESTRÆORVM vrbs, τεγεστραίων, Diodoro, & Dionyſio, dicitur. Hodie Trieſte, Leandro & Lazio teſtibus. TERGESTE τεργέστη, Straboni Carnorum vicus, ad Lugeum lacum. An Czircknitz hodie?

TERGESTINVS Sinus, Plinii; vocatur ab Euſtathio & Stephano AQVILEIVS Sinus, & ſic eum Ptolemæus etiam nominat. Intimus maris Hadriatici receſſus eſt. Hodie Golfo de Trieſte appellant.

TERGILANI, Lucanorum gens, Plinio.

TERGIS τέργις, Libyæ opidum, ante Aethiopiā. Stephanus.

TERIA τηρεια, mons Troadis, Homero B. Ιλιαδ. & Straboni 12. qui τηεια habet. apud quem vrbis nomen videtur.

TERIAS, Siciliæ fluuius, Plinio. TEREAS τερέας, Thucydides legit. ſed idem τηειας, per η. vti Heſychius quoque. Diodorus τηειας habet. Iarretta Aretio & Fazello nominatur. Giaretta legit alius codex, eodē ſono. Vide GALLVS.



TERIDATA τηριδάτα, Meſopotamiæ vrbs, Ptolemæo.

TERINA τέρινα, Diodoro, Plinio, Melæ, & Straboni Brutiorum vrbs: Teriana Leandro, Terra noua Iouio, Mantea Nigro vocatur. Nuceria circa Terinæ reliquias ſtatuitur à Gab. Barrio. Apud Stephanum eſt TERINA Magnæ Græciæ fluuius, & vrbs, Crotoniatarum ſtructura.

TERINÆVS, vide HIPPONIATES, & TAVRIANVM.

TERIOLVM, Rhætiæ opidum. lib. Notit. Tirol caſtrum eſt Lazio 12. R.P. Romanæ. item Pighio in Hercule Prodicio.

TERIS urbs. Polyænus eius meminit lib. 2. in Cleandrida. Sed TERINA erat alia lectio: & vera. nam idem Terinæos gentiles inde habet. quos à Terina quoq; facit Steph.

TERISCI, vide TAVRISCI.

TERIVM τερίον, Pieriæ vrbs, in Macedonia. Polyb. 4.

TERMANTIA τερμαντία, Appiano in Ibericis, Hiſpaniæ vrbs eſt. hodie vt Moralis docet, opidū eſt malè habitatum, quod Nueſtra Señara de Tiermes vocant. Idem populos Termeſtinos nominat. TERMES Ptolemæi puto.

TERME, vide TERMES.

TERMERA τέρμερα, Plinio Cariæ vrbs eſt: Stephano Lyciæ. cuius incolas Termilas ab Herodoto lib. 1. vocatos addit. Ab hac vrbe puto eundem 5. Termereos facere. quamuis Termeneos ibidē legatur. Suidas etiam ſtatuit inter Melam & Halicarnaſſum. TERMERIVM eſt Strabonis. & TELMERA Stephani. Ptolemæus TERMERAM habet inter Mæoniæ & Lydiæ ciuitates. Latini codices hoc loco PEPERE legunt.

TERMERIVM, vide TERMERA, & SCOPIA.

TERMERVM τέρμερον, Coæ inſulæ locus, videtur apud Strabonem.

TERMES, Plinio Celtiberiæ opidum eſt. TERME forte Flori 4. cap. 11. Τέρμες Ptolemæo in Areuacis. Vide TERMISVM, & TERMANTIA.

TERMESSVS, vide TERMISSVS.

TERMESTINI, vide TERMISVM.

TERMETIS, Aſiæ Minoris mons; Olympi radicibus iunctus. Plinius.

TERMILÆ, vide LYCIA; MILYAS, & TERMERA.

TERMISSVS τερμισσος, Carbaliæ in Pamphilia vrbs, Straboni. TERMESVS eſt apud Liuium 38. & Diodorum 18. In Piſidia eſt apud Stephanum. TELMISSVS hæc Arriano 1. Alex. TELMESSVS Ptolemæo. Sed duas habet idem Stephanus hoc tractu huius nominis vrbes: Maiorem alteram, alteram Minorem, illius coloniam. TERMESSVS etiam fluuius, qui Heliconem circumfluit, Orpheo in Argonaut. & Pauſaniæ in Bœoticis. Vide PERMESSVS.

TERMISVM τερμισον, Hiſpaniæ opidum amplum, Romanis ſemper infidum. quod T. Didius ex loco tuto in planitiem tranſtulit: iuſſu opidanis ſine munimentis habitare. Appianus in Ibericis. Fortè TERMES Plinii, & TERMESTINI Taciti 4. Annal. Quo loco nunc ſacrarium Virginis Matris cernitur Tiermes nomine: vt habet Io. Mariana. Vide TERMES, & TERMANTIA.

TERMVS τερμός, Ptolemæo Sardiniæ fluuius.

TERNAMVNENSIS Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſ.

TERNESII oſtii, circa Hiſpaniæ littora, meminit Orpheus in Argonauticis. An librarii vitio, pro TARTESSIS? quod videbatur Bocchio noſtro, viro linguarum rerumq; peritiſſimo.

TERNOBVM Τέρνοβον, Bulgarorum regia: Gregoræ: circa Thraciam fortè. Nicetas ſcribit omnium Hæmi montis munitiſſ. vrbem, in montis vertice, eamq; Myſiæ adſcribit. TRINABVM legit Laonicus. Ternoua in tabulis Geographicis hoc tractu exſtare video.

TERNODORENSE Caſtrum, in Gallia. Gregorius Turonenſis Hiſtoriar. 5. Circa Lingonicam ciuitatem eſt eidem 2. Martyrum.

TEROTÆ, & BERINI ebore abundant. ſic Mela de his Libyæ populis. A Pintiano & Turnebo hi in arbores transmutantur.

mutantur. pro eo enim legunt, Terebintho arbore abundant. Hæc Metamorphoſis quoque Sanctio arridet. Berinos non noui. Therothoas apud Plinium reperio, inter Troglodytas, Libyæ populos.

TERPILLVS τέρπιλλος, Mygdonidis in Macedonia vrbs. Ptolemæus.

TERPONVS Iapodum, circa Illyricum vrbs: Appiano.

TERRACONIA, epiſcopalis locus, ſub ſede Scythopolis: Guil. Tyrio.

TERSOS, & TERSIA, vide TARSVS, & TARSVRAS.

TERTA τέρτα, Thraciæ mediterranea vrbs: apud Ptolem.

TERTONA, & TERTRIONENSES, vide DERTONA.

TERVA, vide GERVA.

TERVIGOS, (partem Gothorum) populos, habet Panegyricus Maximiano Imp. dictus. Sunt qui TERVINGI legunt. Vide THERVINGI.

TERVNIOTÆ, videntur populi circa Illyridem. apud Curopalatem. Vide TERBVNIOTÆ.

TESA Τέσα, Carmaniæ vrbs: Ptolemæo.

TESANA, vide FAGITANA.

TESANIANENSIS loci, in Africa; meminit Coll. Carthag.

TESARIOSTI, & SIGERTIDIS regnum, à Græcis occupatum, habet Strabo 11. Circa Indiæ oram maritimam videtur.

TESCAPHE τεσκάφη, Meſopotamiæ opidum, Ptolemæo. Interpretes SCAPHE tantùm retinuere.

TESCYLETIVM τεσκυλήτιον, Magnæ Græciæ locus maritimus, aut vrbs: inter Iunonis Laciniæ fanum & Locros. Diodorus 13. SCYLLETICVM emendauit Caſaubonus, ad Strabonem.

TESPIS τέσπις, Ptolemæo. THASPIS interpreti: Carmaniæ opidum.

TESSARA, Aethiopiæ ſub Ægypto opidum. Plinius.

TESSARESCÆDECAPOLIS τεσσαρεσκαιδεκαπόλεως, regionis, in Cœleſyria: meminit Stephanus, in γέρασα. eiuſdem regionis vrbs. Vide DECAPOLIS.

TESSVINVM, Piceni vrbs ex Plinio, apud Blondum, qui hoc nouo momine vocat Minotraſſinium; & Nigrum, qui Traſſimium legit. Sed Murotraſſino habet Leander, & Triſſino And. Baccius. At hoc eſt ex ſeſquifluuio ciuitatem fabricare. Plinius enim libro 3. cap. 13. Albulates & Suinum inter Piceni flumina enumerat. quo loco Pintianus Albula, & Teſſuinum, legendum docet. Malè conſultum ſanè huius vrbis incolis, tam vacillanti ſolo (ne dicam ſalo) inhabitantibus.

TESTIÆ, vide THESPIA.

TESTRINA τεστρίνα, Sabinorum vicus, propè Amiternum, & prima eorum ſedes: Halicarnaſſeo 2.

TETAGODA τεταγόδα, Albaniæ vrbs: Ptolemæo. TAGODA interpreti tantùm.

TETARIVM τετάειον, Lycaoniæ, Galatiæ opidum habet Ptolemæus. TETRADIVM legunt eius interpretes.

TETCITANVS Epiſcopus in Africa. Vict. Vticenſ. M.S.

TETHRINE τεθρίνη, Cretæ fluuius. vnde taurus quem Hercules interfecit in Peloponneſo. Pauſanias in Atticis.

TETHRONIVM τεθρώνιον, Græciæ opidum, iuxta Cephiſſum fluuium: Herodoto 8. Vide TITHRONIVM.

TETIVS τέτιος, Ptolemæo Cypri fluuius.

TETOLATA, vide TECOLATA.

TETRACHORITÆ, & TETRACOMI, Vide BESSI.

TETRACOMVM, vide ECHELIDÆ.

TETRADIVM, vide TETARIVM.

TETRAGINA, vide MVSINORVM.

TETRAGONIS, Plinio Arachoſiæ opidum eſt, ſub Caucaſo; quod antea CARTANA dictum fuit.

TETRANAVLOCHVS, vide NAVLOCHVS.

TETRAPHYLIA, Macedoniæ locus videtur, apud Liuium, lib. 38.

TETRAPOLIS τετράπολις, pars Syriæ eſt, teſte Strabone: quatuor principes vrbes comprehendens, Antiochiam nempe apud Daphnen, Seleuciam in Pieria, Apamiam, & Laodiciam. Idem alibi, alias Tetrapoles habet, inter quas vnam in Attica, quam Stephanus Atticæ Tribum dicit, eiq; quatuor quoque vrbes attribuit; OENOE οἰνόη, PROBALINTHOS προβάλινθος, TRICORYTHOS τρικόρυθος, & MARATHOS μάραθος. Hanc Atticæ TETRAPOLIM, idem addit antea HYTTENIAM ὑττηνία, appellatam. Et Diod. Siculus lib. 4. eam TRICORINTHVM per N, in penultima antea nomen habuiſſe ait. Idem huius etiam meminit lib. 12. Vide CARPATHOS, DORIS, & DRYOPIS.



TETRAPYRGIA τετραπυργία, Garſauriæ regionis, in Cappadocia vrbs. Ptolemæus. Vide TAVRESIVM.

TETRAPYRGIVM, Marmaricæ locus maritimus: apud Strabonem.

TETRICVS, mons in Sabinis aſperrimus: Vibio, & Seruio, in illud Virgilij: Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Seuerum. TETRICA Varroni, de Re ruſtica 2. Monte de S. Giouanni, Seuero, & Nero hodie appellari, ſcribit Leander.

TETRIONENSIS, vide DERTONA.

TETRISIA, vide TIRISTRIA.

TETVS Ἴητος, Ptolemæo eſt Galliæ Lugdunenſis fluuius, in Oceanum Britannicum erumpens, quem hodie Coeſnum vocari non leui conjectura, putat Robertus Cœnalis. ſed TITVS ille legit, vt Latini Codices Ptolemæi, malè. At Trieu dicit hodie vocari Bertrandus Argentræus.

TEVCERA, in Gallia Belgica locus. Tabula Peutingeriana.

TEVCHEIRA, vide ARSINOE.

TEVCHITANVS, vide THENTEOS.

TEVCILA, vrbs circa Armeniam aut Euphratē: Antonino.

TEVCRI, vide DARDANIA.

TEVCRIS, vide TROIA.

TEVDASIA, vide THEODOSIA.

TEVDELENSEM epiſcopum quendam nomine Habetdeo, nominat Victor Vticenſis, lib. 1. TEVDALENSIVM in Africa meminit vetus lapis.

TEVDERIVM τευδέριον, Ptolemæo Germaniæ vrbs eſt. Padelborn à P. Appiano appellari video.

TEVGETON, vide TAVGETON.

TEVGLVSSA τευγλοῦσσα, inſula circa Doridem regionem videtur, apud Thucydidem.

TEVITANVS Epiſcopatus, in Africa. Vict. Vticenſ.

TEVMES τεύμης, fluuius Thebarum. Heſychius. Pro Teumeſſus ni fallor, corruptè correpteq;.

TEVMESSVS τευμησσός, Bœotiæ mons: Pauſaniæ, Straboni, Stephano, & Heſychio.

TEVOCHIS τεύωχις, Aegyptia vrbs: Stephano. Item lacus eiuſdem nominis: eidem.

TEVRIOCHÆMÆ τευριοχαῖμαι, Ptolemæo ſunt Germaniæ populi. Duringer videntur, in Tabula Manſueldiæ Tilemanni Stellæ: cui ſuffragatur Peucerus.

TEVRISCI τευρίσκοι, Daciæ populi: Ptolemæo. An Taurisci apud alios?

TEVRISTÆ τευρισταί, Germaniæ gens videtur inter Danubium & Alpes. Strabo. An TAVRISTÆ?

TEVRNIA τευρνία, Ptolemæus Norici vrbem habet: quam Lazius in ſuo opere de Gentium migrationibus, Lachſtat nominat. Pernau verò, ad Lacum Chimſe, eſt Pirchaimero. Non eſt Taurois Stephani, quam à Maſſilienſibus conditam ſcribit, etſi quidam vir magnus ſic in litteris prodiderit.

TEVTANIVM, vide TITANA.

TEVTATES, vide MERCVRIVS.

TEVTHEA τευθέα, Straboni opidum in Peloponneſo. quod in vrbem Dyman aſſumtum ſcribit.

TEVTHEAS, vide PIERVS.

TEVTHIS τευθίς, Arcadiæ vrbs: Stephano, & Pauſaniæ. qui eam ORNITVM quoque ab aliquibus vocari addit.

TEVTHRANIA τευθρανία, Galatiæ opidum: quod & THYMENA θύμαινα, Ptolemæus. huius meminit Periplus



Periplus Arrhiani. Tripoli vocat nouo nomine Theuetus. Vide PERGAMVM.

TEVTHRAS, fluuij nomen, ex hoc Propertij, Aut teneat clauſam tenui Theutrantis in vnda. Apud Strabonem 6. eſt Italiæ vrbs, aut flumen. de quo conſule Caſaubonum ad hunc locum. Vide THESPIA. & THRASYLLVM.

TEVTHRONE τευθρώνη, Ptolemæo & Pauſaniæ, Laconicæ vrbs. Scopia Nigro appellatur.

TEVTLVSSA τευτλοῦσσα, Stephano Ioniæ inſula, quam Pintianus putat SEVTLVSAM Plinij eſſe.

TEVTOBODIACI populi, qui Cappadociam aliquando tenuere. Plinius.

TEVTOBVRGENSIS SALTVS, Germaniæ locus, inter Amiſiam Luppiamq; amnes. apud Tacitū 1. Annal. clade Romanorū ſub Quintilio Varo nobilis. Hodie Teute, vel Teuteberg; ſilua eſt, ſic dicta, prope quam locus qui Winfeld, id eſt, campus victoriæ dicitur. Tractus hic patet in longitudine 400 paſſus, & 200. latitudine. non longè ab arce Falckenburg, & opidulo Horn: in itinere quo itur Pedeborna Bylfeldum, & Monaſterium. Ex chronico Mansfeldiæ, à Cyriaco Spangebergo Germanicè ſcripto. Valde errat Pancirolus ad Notitiar. librum, vbi hunc ſaltum in Pannonia deſcribit, deceptus homonymia.

TEVTOBVRGIVM τευτοβούργιον, Ptolemæo & Antonino Pannoniæ inferioris vrbs. Funfkirchen interpretatur à Volaterrano: Erdenwud Simlero. QVINQVEECCLESIENSEM vocant Latini Iuniores Funfkirchen. Hanc MVRSIAM olim dictam putat Auentinus, cuius meminit Antoninus & Aurel. Victor. Bonfinio & Ranzano, PEVCE πεύκη, videtur. Eius fortè cuius mentio eſt apud Strabonem, lib. 7. quam in Danubio ſitam tradit. Wolfg. Lazius credit TEVTOBVRGVM Ptolemæi, AMANTIAM Antonini, & QVINQVE ECCLESIAS, in eundem ſitum ſiue locum incidere. In R. P. Romana ſcribit idem Teutoburgium hodie Dzalad pagum eſſe.

TEVTONES, vt Ptolemæus, Eutropius, & Ammianus: TEVTONI, vt Mela, Tacitus, Cæſar, Plinius & Paterculus: TVISCONES Beroſo. THEVTONES in Faſtis Romanor. Germaniæ populi, ad Mare Germanicum. ab omnibus enim auctoribus cum Cimbris iunguntur. Teutſche patria lingua interpretātur. Ptolemæo etiā τεύτονες ſunt. Ego eos Oſterlingos propriè hodie putauerim.

TEVTONOARI τευτονόαροι, Germaniæ gens, vicina Teutonibus, apud Ptolemæum. Ad dextram Albis fluminis, verſus Boream.

TEVTOSAGES, vide TECTOSAGES.

TEVTRIA, vide DIOMEDEÆ.

TEVXVNTA τευξοῦντα, vrbem habet Diodorus 1. à Micytho Rhegij & Zancli rege conditam. Circa eundem tractum fuiſſe, veriſimile eſt.

TEXAGA, vide TERGAZA.

TEXALI, vide TAIZALOS.

TEZAGA, vide TERGAZA.

THABALTA, vide TABALTA.

THABANA, vide THEBANA, & THAVANE.

THABASON, vide HODSI.

THABATHA, vide THEBASA.

THABBA θάββα, Africæ Propriæ opidum: Ptolemæo.

THABENA, apud Hirtium Africæ Propriæ vrbs. Epiſcopalis ſedes eſt, apud Poſsidium in vita D. Auguſtini. Fortè idem cum Thabba Ptolemæi.

THABILACA θαβιλάκα, Ptolemæo vrbs in Albania.

THABIS, vide TAMOS.

THABOR, Galilææ mons; Chriſti transfiguratione clarus. THABIRIVS, aut ITHABIRIVS Latinè dicitur. Iudicum lib. cap. 4. huius montis eſt mentio. Item apud Ioſephum Belli Iud. 4. cap. 2. & Egeſippum. ATABYPIOΣ eſt Polyb. 5. Si Trithemio & ſuo Hunibaldo creditur, THABOR quoque montis nomen Tegeranorū in Germania, qui hactenus Monthabur nominatur.

THABORTENVM montem, in Parthia regione, habet Trogus 41. in quo Daram vrbem munitiſsimam amœniſsimamq; conditam ſcribit. ZAPAORTENON legit qui Notas addit, Bongarſius.



THABRACA θαβράκα Ptolemæo, TABRACHA Plinio, TABRACA Pomponio, & Iuuenali. τάβαθρα, habet Stephanus. Africæ Propriæ colonia & vrbs. Bugia vocat Fazellus. Sed hanc Bugiam putat Caſtaldus IGILGILE ἰγιλγίλη, Ptolemæi eſſe: & Sabellicus VZICATH. Pro Vzicath, nonnulla Ptolemæi exemplaria THVZICATH θουζικάθ, legunt.

THABVCA θαβούκα, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, in Vardulis. Ptolemæus.

THABVDIS θαβοῦδις, apud Ptolemæum Libyæ Interioris vrbs. Vide TABIDIVM, & TABVDA.

THABVSION Caſtellum, imminens flumini Indo, in Aſiæ Propriæ quadam regione. Liuius 38.

THACAPE, vide TACAPE.

THACASIM, Ioſue 19. σιν, 70. interpretibus. Ghithab Kaſzim Chaldæo.

THACCONA θακκόνα, Babyloniæ vrbs: Ptolemæo.

THACES θᾶκες, Ptolemæo, TECTOSACES interpreti, Scythiæ intra Imaum gens.

THACI θᾶκοι, locus in Thebis, vbi Tireſias vaticinari ſolet. Euripides in Phœniſsis.

THADAMORA, vide PALMYRA.

THADITÆ θαδῖται, Ptolemæo gens in Arabia Felici. Interpretes OADITÆ legunt.

THÆMA θαῖμα, Arabiæ Felicis vrbs: vt refert Ptolemæus. Vide THEMA.

THÆNA θαίνα, Straboni vrbs Africæ eſt, circa Syrtis Paruæ initium. THENÆ Plinio. THEÆNÆ θέαιναι, Ptolemæo dicitur. In Goltzij Theſauro vocatur COLONIA ÆLIA AVG. MERCVRIALIS THÆNIT. THÆNA etiam Cyrrheſticæ regionis vrbs, in Syria: Ptolemæo. BENA interpretibus.

THAGABENSINI, epiſcopi, in Africa, meminere canones concilij Carthaginenſis. cuius epiſcopus Alypius.

THAGAMVTENSIS Epiſcopus in Africa. Vict. Vticenſ. M.S.

THAGASTA, vide TAGESTENSE.

THAGORA θαγόρα. Ptolemæo eſt Indiæ extra Gangem vrbs.

THAGVLIS θαγοῦλις, Africæ Propria vrbs: apud Ptolem.

THAGVRA, vel THIGVRA, Numidiæ ciuitas: apud Antoninum. TAGVRA ſine adflatu, Vict. Vticenſi. TAGARATENSIS meminit Coll. Carthag. item TAGORENSIS.

THAGVRIS θάγουρις, Sericæ regionis mons: Ptolemæo. TAGVRVS interpreti.

THAIPHALI, Scythica natio: Zoſimo 2. Gentes trans Danubium, in Dacia, circa Hieraſum fluuium erant, quos à Traiano Imp. deuictos tradit Eutropius. Horum quoque meminere Aurel. Victor in Gratiano Imp. Ammianus 31. Liber Notitiar. & Panegyricus genethliacus Imp. Maximiano dictus. Sed ſine afflatu TAIFALI plerumque ſcribunt. Ioannes Gothus pro Triballis videtur habere.

THALA θάλα, Africæ Propriæ vrbs: Tacito, Straboni, Floro, & Salluſtio in Iugurthino. Ptolemæo mons eſt, in Libya Interiori. vbi & THALAS populos habet.

THALAMANÆI θαλαμαναῖοι, Perſica gens. Stephanus & Herodotus in Clio.

THALAME θαλάμη, Laconicæ opidum, Straboni, & Pauſaniæ. CALAMATA nouo nomine vocat Gemiſtus. A Mario Nigro Vaſilopotamo nuncupatur. Ptolemæus THALAMEN quoque habet in Laconica, ſed procul ab hac. Alia THALAMÆ θαλάμαι, eſt in Meſſenia, Stephano, Pauſaniæ, & Polybio 4. Hac THALAMVS eſt Strabonis.

THALAMEPOLIS θαλαμήπολις Regia, presbyterum Leontium, habet Zoſomenus 4. cap. 12. Aſiæ videtur.

THALAMIA θαλαμία, Theſſaliæ vrbs. Steph. ex Rhiano.

THALAMONIVM, vide TALAMONIVM.

THALAMVM θάλαμον, inſula eſt Cedreno, in qua Gallum Imp. à Conſtantino interfectum ſcribit. corruptam vocem reor, pro FLAVON. Alij enim hoc in Pola, alij Flauone factum tradunt.

THALAMVS, Thuriæ mons, & ſacrũ in eo ſpecus, indigenis ALVSIÆ cognominatum, ab Aluſio proximo amne, vt ſcribit Lycus. Hæc Parrhaſius in Proſerpinam Claudiani. HALVSIVM in Epiro, nouit Euſtathius B. Ἰλιαδ. Vide THALAME.

THALASSA, Vide LASÆA.

THALASSAR, locus apud Eſaiam 37.

THALASSIA, vide THASSVS.

THALASSII, vide SALAMPSII.

THALATHA θαλάθα, apud Ptolemæũ Babyloniæ opidũ.

THALATTA, id eſt, MARE, ſic vocatur locus quidam ſalſus Æthiopiæ: circa Pitholai promontorium, ad ſinum Arabicum. Strabo. Sub monte Caucaſo iuxta Coraxos quoque ſtagnum aut lacus ſic ab incolis vocatum: Ariſtoteli 1. Meteorolog. Euomitq; aquas ſuas iuxta Bathea Ponti. Idem puto cum eo quod Agathias 3. MARE PARVVM vocari ſcribit.

THALBIS θαλβίς, opidum Albaniæ apud Ptolemæum. per I in prima apud eius interpretes.

THALEÆ ſiluæ, meminit Calphurnius Egloga 6. Hujus ſitus mihi ignotus.

THALI, Solino Aſiæ populi, vltra Sauromatas. Ab Oriente eos contingunt maris Caſpij fauces. vt tradit Plinius.

THALIA θάλεια, inſula Tyrrheni maris, iuxta Artemitã. Stephanus, & Ariſtot. de Mirab. In qua ærifodinæ.

THALIADES, Arcadiæ locus. Pauſanias.

THALINA θαλίνα, Armeniæ Maioris vrbs: Ptolemæo. Ai θάλεια, legendum hoc loco, docet P. Victorius in Varijs lectionibus.

THALISAMVS vicus XL. ſtadiis ab Amida diſtans. Procop. 1. Perſicor. Circa Meſopotamiam eſt.

THALLA, vide THELLA.

THALVSA, vide DATHVSA.

THALMIS, Aegypti vrbs: Antonino.

THALPVSA θάλπουσα, Stephano, Orchomeniorum in Arcadia opidum. Hanc veram ſcripturam vult amicus noſter Sylburgius, pro THELPVSA, vt legunt alij.

THALSEA, vel THELSEA, Phœniciæ vrbs, Lib. Notitiarum, ſic quoque apud Antoninum.

THALVDA θαλοῦδα, Mauritaniæ Tingitanæ fluuius. Ptolemæo. Tagaza vocatur Marmolio. Vide TAMVADA.

THALVDÆI, Arabiæ Felicis populi, verſus Orientem plagam. Plinius.

THALYNTEM, vide THOLVNTEM.

THAMA, Libro Notit. Phœniciæ vrbs.

TAMAGRISTENSIS in Sitiphenſi Mauritania. Victor Vticenſ. M.S.

THAMALLA, opidum in Africa Propria. Lib. Notitiar. inde Limes Thamallenſis. Fortè idem cum Turre Tamalleni, apud Antoninum. Tamallunenſem epiſcopum habet Victor Vticenſis, lib. 3. TAMAMALLA eſt in Coll. Carth.

THAMALLOMVM, vide THEMELANVM.

THAMANA, Aegypti vrbs. Lib. Notitiar.

THAMANÆI, vide THAMANORVM.

THAMANORVM Vicum, circa Carduchios montes; habet Agathias 4. An Thamanæi θαμαναῖοι Herodoti? Vide THEMA.

THAMAR, Arabiæ Felicis fluuius: Plinio. Verſus Indicum mare. Vide PALMYRA.

THAMARITA θαμαρίτα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum. Ptolemæus.

THAMARO θαμάρω, Ptolemæo Iudææ opidum.

THAMARVS, Italiæ fluuius, Antonino. In Samnitio videtur.

THAMASCHALTIS, Africæ Propriæ vrbs: apud Antoninum.

THAMATA, vide THAMMATA.

THAMBES θάμβης, mons in Africa Propria: Ptolemæo, & D. Auguſtino. TAMBEITANI loci epiſcopalis in Africa, meminit Vict. Vticenſ.

THAMESIS Cæſari, & Oroſio, IAMISSA ἰάμισσα Ptolemæo, & eidem alio in loco, iuxta Camudolanum, magis corruptè ἰμίνσα HIMENSA. ταμέσις Dioni eſt. Albionis inſulæ maximus fluuius; ad cuius ripam Septentrionalem, Londinium vrbs ſita eſt. Incolis hodie etiamnum Thames ſcribitur, ſed Thems pronunciant.

THAMIA θαμεία, Theſſaliæ vrbs: Stephano, ex Rhiano. Sed alius codex THALAMIA legit.

THAMMATA, vrbs Palæſtinæ, cuius memoria eſt Iudic. 14. & 1. Machab. cap. 9. item apud Ioſephum, Antiquit. 13. Timin eam nominat Beniamin. THAMATA fortè, quod lib. Notitiar. Arabiæ tribuit.

THAMNA, θάμνα, Palæſtinæ opidum, Ptolemæo, & Stephano. Item Geneſ. 38. Ioſue 15. Ioſepho quoque, belli Iudaici 2. circa finem. THAMNITICAM Præfecturam, habet in Palæſtina, Plinius. Vide TANIS.

THAMNERIA θαμνηρία, Mediæ vrbs; haud procul à Caduſiis. Xenophon 2. hiſt. Græcorum.

THAMOR, vide PALMYRA.

THAMVDA θαμοῦδα, locus prope Nabathæos Arabes. Stephanus. THAMVDEMI θαμουδηνοί, fortè Agatarchidis, ad ſinum Arabicum. THAMVDENI per N. Diodoro, ſic quoque Ptolemæo, ſed per Y in antepenultima. idem tamen alio loco THAMYDITÆ per T. in vltima legit. Apud Plinium THAMVDEI ſunt.

THAMVDOCANA, vide THAMVNDACANA.

THAMVGADA, vide TAMVGADA.

THAMVNDACANA θαμουνδάκανα, Libyæ Interioris opidum: Ptolemæo. THAMVDOCANA eidem, lib. 8.

THAMVSIDA, vide TAMVSIDA.

THAMYDITÆ, vide THAMVDA.

THANYNÆ, vide TAMINA.

THAMYRIS, vel THOMYRIS, Scythiæ vrbs circa Danubium, in Mœſia, à Thamyri regina Amazonum condita. Iornandes. THOMES alia lectio

THANACH, vide THANE.

THANATA, vide THEBASA.

THANATHSELO, locus: Ioſue 16.

THANATOS, inſula Britannica, ſic deſcribitur à Solino: Alluitur Freto Gallico, à Britanniæ continente æſtuario tenui ſeparata. Polydorus eam Cantij inſulam eſſe, & Tanetos appellari ait, ſcribitq; ad Ortum ſpectare, pauciſq; ab hinc annis, excluſo paruulo aquæ meatu, quo à continente diuidebatur, bona ex parte terræ coniunctam eſſe. Eam inſulæ videlicet partem inſinuans, quam incolæ hodie Tenet vocant. Bedæ TANETOS dicitur. Humf. Lhuydus ſcribit antiqua & vera Britannica lingua Ynis Ruochijm vocari. Magna eſt in huius Thanati vocabulo lectionis inconſtantia; vti apud Camertem & Delrio patet. In Aldinis exemplaribus ATHANATIS habetur. Ioannes Camers ſubdubitat num eadem ſit cum ETTA Antonini, aut (neſcio quo ſeductus errore) AGATHA ἀγαθὴ Ptolemæi, Galliæ Narbonenſi obiacente. Hæc enim in Mari Mediterraneo eſt, illam Britanniæ inſulæ Oceani ferè adhærere, ex dictis Solini verbis, luce clarius eſt.

THANE, (τενναξ 70. interp.) locus iuxta aquas Mageddo. Iudicum 5. Idem puto cum THANACH θαανάχ, 3. Regum 4.

THANNVRIS, Oſroenæ, & Meſopotamiæ vrbes. Lib. Notitiarum.

THANONTADA θανονταδα, Ptolemæo opidum in Africa Propria.

THANVETÆ θανοῦηται, Arabiæ Felicis gens: apud Ptol.

THANVTIS θανουτίς, Libyæ nomi vicus: Ptolemæo.

THAPAVA θαπάυα, Ptolemæo Arabiæ Felicis vrbs.

THAPHARVM, loci nomen circa Indiam aut Arabiam videtur, ex Calliſto 9. cap. 18.

THAPIS, vide CONTRA.

THAPSACVM, Syriæ vrbs, ad Euphratem fluuium; Diodoro, Xenophonti, Plinio, & Straboni. Fortè THAPSA, cuius meminit 1. lib. Reg. cap. 4. Vide TAPSAGIS.

THAPSAS, vide TAPSA.

THAPSIPOLIS θαψίπολις, prope Chalcedonem. Stephanus, ex Quadrato.

THAPSIS θάψις, fluuius Scythiæ, circa Mæotidem paludem: Diodorus 20. θαπις, legebat ora libri. vide PSAPIS.



THAPSVS θάψος, Africæ Propriæ opidum: Ptolemæo, Straboni, Plutarcho, Cæſari, Dioni, Liuio, & Stephano. huic quoque eſt Cherroneſus, in Iſthmi anguſtiis. Vide TAPSVS.

THAR θάρ, Arabiæ Felicis vrbs: apud Ptolemæum. ITHAR verò, apud interpretes.

THARA, vide TANEA.

THARABASA θαραβάσα, opidum Arabum videtur, in Palæſtina. Ioſephus 14. Antiquit.

THARASSA, vide TARASSA.

THARBOS, vide TARRAS.

THARE, vna caſtrametationum Iſraelitarum. Num. 33.

THARELA, locus Palæſtinæ: Ioſue 18. θαρέλα legunt 70. interpretes.

THARIBA θάριβα, vicus quidam, apud Stephanum. in dictione χαυδαια, à qua dicit diſtare tribus ſchœnis.

THARMIS Vallis, meminit Sidonius 5. ad Pannicium ſuum. M.S. codex TARMIS legebat, ſine adflatu. An Tarnis fortè legendum? cuius idem meminit in Propemtico ſuo?

THARNE, vide BRILETVS.

THARO θαρω, maris Rubri inſula: apud Ptolemæum.

THARPOS, vide TARRAS.

THARRA θάῤῥα, Ptolemæo vrbs in Aurea Cherſoneſo.

THARRANA θαῤῥάνα, Serica vrbs: Ptolemæo. interpretib. THROANA.

THARRHOS, nomen vrbis, apud Probum Grammaticum, ex Salluſtio, vt inquit. ταῤῥον, Ptolemæi puto, in Africa.

THARSANDALA θαρσάνδαλα, Thraciæ opidum. Procopius 4. Aedificiorum.

THARSATICVM, vide TARSATICA.

THARSIS, Comagenæ vrbs: Antonino: XIII. M.P. à Samoſata. THARSIS fit mentio ſæpius in Sacris litteris, vt 3. Reg. 10. vbi Chaldæus paraphraſtes AFRICAM vertit. & apud Eſaiam 23. vbi 70. interpretes CARTHAGINEM legunt. ſic quoq; D. Hieronymus, apud Ezechielem 27. quo loco MARE legit Chaldæus. TARSICVM Mare habet Ioſephus. Idẽ in Ionæ hiſtoria Tharſim THARSVM Ciliciæ vertit. In Lib. Notitiar. video littori Iſauriæ regionis adſcriptum THARSVS Mare. Apud prophanos ſcriptores TARTESSVS vrbs, aut TARTESSIACA regio (quæ Bætica eſt) vocatur: vt credit in ſua Hiſpania Goropius. Matth. Beroaldus Tarſim ait CILICIAM regionem, & omnem Oceanum ſignificare. Ioſephus à Coſta vult Tharſis in Sacris litteris ſignificare omne immenſum mare, aut omnem regionem remotiſſimam, vel valde peregrinam. cap. 14. libri 1. de Natura Noui Orbis. Adeundum quoque caput 3. libri 6. Obſeruationum I. Druſij, & 21. caput de Originibus Guil. Poſtelli. Vide CARTHAGO, & THARSA.

THARSVS, vide TARSVS, & THARSIS.

THASBALTÆ, vide TABALTA.

THASIA θασία, Africæ Propriæ vrbs: apud Ptolemæum.

THASIE, regio Iberiæ, verſus Pariedros montes. Plinius.

THASPIS, vide TESPIS.

THASSVS, Straboni, Plinio. Melæ, & Stephano; quidam ſimplici s, θάσος, ſcribunt. Inſula maris Aegæi eſt, Thraciæ proxima; inter Neſſi, & Strymonis fluminum oſtia. Hæc olim ÆRIA αἰρία, & ÆTHRIA dicta fuit, Euſebio, & Plinio auctoribus. Dionyſius eam OGYGIAM ὠγυγία, cognominat. Euſtathius eius commentator addit ex Arriano eam CHRYSAM χρυσῆ dictam. fortè THALASSIA θαλασσία, Ptolemæi eſt. Hodie Taſo nominatur, Lazio, Nigro & Sophiano teſtibus. Sed hic eam etiam θιάσω, & ἀστερία, vocat.

THASVS, vno s. Thraciæ vrbs. Apollodorus 3. In inſula eiuſdem nominis, ni fallor. Vide THASSVS.

THATES, vide THAPSIS.

THATICES, vide METACOMPSO.

THAVANA θάυανα, apud Ptolemæũ Arabiæ Felicis opidũ.

THAVBA θαῦβα, Arabiæ Deſertæ vrbs: Ptolemæo. Et Felicis: eidem.

THAVBASIVM, Antonino Ægypti locus, circa Arabiæ paludes videtur. THAVBASTEVM in libro Notit. eſſe puto, Auguſtamnicæ regionis. THEVBATVM D. Hieronymi puto.

THAVMACIA θαυμακία, Magneſiæ vrbs: ad Maliacum ſinum: Homero, Stephano, Plinio, & Liuio 32. 36. Phthiotidis regionis videtur apud Strabonem, cui THAVMACVS eſt. Duas facit Lexicon Phauorini. vnam Mgneſiæ, alteram ad Malian ſinum.

THAVMASIVM θαυμάσιον, mons Arcadiæ. Stephanus, & Pauſanias.

THAVRIS, Illyrici maris inſula: apud Hirtium, Bello Africano.

THAVTIRENORVM θαυτηρίνων, mentio eſt, in Goltzij Theſauro ex nummo.

THEA θέα, Laconicæ opidum. Stephanus: ex Philochoro. THEENSES Thucididi, vt addit.

THEÆNÆ, vide THÆNA.

THEAME θεάμη, opidum in Babyloniæ regione: Ptolemæo. THELME interpretibus.

THEANGELA θεάγγελα, Cariæ vrbs: Plinio, & Stephano.

THEANORVM meminit Plinius 10. Epiſtolarum, ad Traianum Imper. qui circa Bithyniam mihi videntur. Num Tianorum à Tios legendum? THEANI meminit (ni fallor) quoque alius quidam, circa Troadem.

THEANVM, fluuij nomen in Italia, Oroſio 5. cap. 18. vbi Pompedium & Obſidium à Sulpitio oppreſſos tradit. Vide TEANVM.

THEATIA, vide THYATIRA.

THEAVA θεάυα, Ilercaonum vrbs: in Hiſpania Tarraconenſi. Ptolemæus.

THEBÆ, vrbs in Aegypto, auctoribus Plinio, & Tacito. item Diod. Siculo, apud quem huius admiranda deſcriptio. vbi LEGIO III. Diocletiana, vt Simlerus vult, ex Notitiar. libro. HECATOMPYLOS ἑκατόμπυλος, Stephano cognominatur. Item DIOSPOLIS διόσπολις, à Strabone, & Euſebio, & BVSYRIS βούσιρις, à Diodoro Siculo. Dioſpolim Magnam in Thebaide, puto, Ptolemæi. (is enim Dioſpolim Paruam, & Buſirim, alias ab hac, vrbes habet in eadem Aegypto.) D. Hieronymus in epiſtolam ad Galatas ſcribit ſuo tempore THEBESTIM nominatam. Hodie nomen Thebarum retinere, ex Ioanne Leone videtur. Stiues à Barbaris appellari ſcribit Stukius, malè: ſic enim Thebas Bœoticas hodie nominant. THEBÆ, Ptolemæo, Thucydidi, & Sophocli in Antigono. Bœotiæ vrbs mediterranea. ad Iſmenum fluuium. caput regionis vocat Liuius. Octoginta ſtadia à Plateis fuiſſe, tradit Dicæarchus. Sexcẽtis ab Athenis, Xenophon. Ab Aetnæ auctore (ſiue is ſit Virgilius, ſiue alius) OGYGIA appellatur. DIRCÆA, & HEPTAPYLOS quoque vocari obſeruaui. ASOPIDES vocari, ſcribit Strabo. BEATORVM inſulas hanc; & ECTENOS Lycophron eius incolas nominat. Hodie Stibes dici, ſcribunt Niger & Zardus. A Lazio Thyana, & à Sophiano Tiua nuncupatur. Idem ἐκτήνεια, & ποιμανδρία, indigitat. Has Thebas ab Eubœa 150. ſtadijs diſtare, ſcribit Laonicus. THEBÆ θῆβαι, Macedoniæ vrbs in regione Phthiotidis, ad Sinum Pelaſgicum; Ptolemæo, & Straboni. PHILIPPOPOLIM vocatam, refert Polybius, lib. 5. Stephanus PHILIPPI; qui eam in Theſſalia ponit. Liuius hanc non ſemel Phthioticam appellat, & maritimam facit. Hodie Ziton dici, ait Sophianus. THEBÆ Lucanæ, ſic dictæ à Plinio, quas ex Catonis ſententia interijſſe ſcribit. S. Lucij hodie dici, tradit Barrius. qui Lucanas dictas putat, non quod in Lucania ſint, ſed quod à Lucio quodam ducta ſit ibidem Samnitũ colonia. THEBÆ, quæ CORSICÆ cognominantur, ſunt Plinio in intimo Sinu Corinthiaco, iuxta Heliconem montem. Hoc loco THISBE θίσβη, à Ptolemæo ponitur. ſed Plinio duæ diuerſæ ſunt Thisbæ & Thebæ. κορσίαι ſunt fortaſſe Suidæ. THEBÆ ſunt quoque in Arabia Felici: apud Ptolemæum. THEBÆ ſunt præterea in Ionia, iuxta Miletum: in Italia: in Attica: in Cataonia: in Syria: & in Cilicia Hypo-

Hypoplacia, iuxta Troiam, auctore Stephano. ſed THEBE θήϐη, hic ſcribit ſine diphthongo. Hanc Hypoplacim agnouerunt quoque Plinius, & Strabo, cui quoque θήϐη eſt, ex Homero. Hãc hodie Atramyttinon vocari, ſcribit Ioannes Lydus. qui eandem & Hypoplaciam, & Hypothebas vocat. THEBÆ, quæ nunc ADRAMYTTIVM vocatur, ſic Phauorini Lexicon. Hanc ab Homero ETIONIS vrbem vocari, docet Strabo, etiam Q. Calaber 3. Huic THEBES Campus adiacet, auctoribus Pomponio, Liuio 37. & Xenophonti 7. Cyri exped. ad finem. De Thebis hæc quoque apud Varronem, 3. rei ruſticæ. In agro Sabino, via Salaria, non longè à Reate, milliarius cliuus, appellantur Thebæ. Adi Fuluium, ad hunc locum. Nouem numerãtur Thebæ, vt Euſtathius tradit. Plures nos oſtendimus. Vide THEBE, & PALÆPHARSALVS.

THEBAIS, Cariæ fluuius, Trallem vrbem perfundens: Plinio. Locus quoque ad Pontum; Stephano ſic dictus ab vna Amazonum, ab Hercule ſublata. Vide ÆGYPTVS, GOSSEN, & PENTAPOLIS.

THEBANA (θαϐανα per A in prima erat in codice Græco) Galliæ locus eſt apud Dioſcoridem, libro 3. vbi rubia naſcitur, ſed & pro Gallia, in Græco γαλιλαία legitur.

THEBARMA, Perſidis verſus Orientem ciuitas, in qua (vt habet Hiſtoria Miſcella) erat templum ignis, & pecunia Eriſilidorum regis. (corruptè pro Crœſi Lydorum.) vide GAZACVM.

THEBASA, Palæſtinæ vicus; XV. ſtadiis à Gaza, ab Auſtrali parte: Hilarionis monachi patria: auctore Calliſto. V. millib. P. diſtat à Gaza, teſte D. Hieronym. cui Thabatha θαϐαθα, eſt, vt & Sozomeno. Huic Torrens quoque ibidem eſt eiuſdem nominis. THANATA legebatur in margine. THEBASA quoque locus in Aſia Minori videtur, libro 24. Hiſtoriæ Miſcellæ. Vide BESOR.

THEBBATH (ταϐαθ 70. interp.) locus in Paleſtina. Iud. 7.

THEBE, θεϐη, Ciliciæ vrbs, Straboni 14. & Lyciæ Q. Curtio 3. Vterq; Lyrneſſum & Theben vrbes inter ſe vicinas facit. Eſt & nomen vrbis in Paleſtina. Iud 9. THEBÆ Ioſepho. in finibus Neapolis eſt D. Hieronimo in Locis Hebraicis. Vide THEBÆ, THISBE, & CEBESTVS.

THEBESTA, vide THEVESTE.

THEBESTIS, vide THEBÆ.

THEBET, vide BETHET.

THEBETHA, vide THEBITHA.

THEBII, vide THYBII.

THEBITHA θεϐιθὰ, Meſopotamiæ caſtellum: Stephano, ex Arriano. Per n. in penultima legit alius codex.

THEBVRA, vide BETHVRA.

THECHES, vide HIERON Oros.

THECOORVM regionem Palaſtinæ; habet Metaphraſtes, in vita S. Charitonis; & S. Quiriaci. THECOVM fluuium habet idem, in S. Sabæ vita.

THECVE θεκουε, non longe ab Herodio vicus. Ioſephus belli Iud. 5. cap. 7. Septimo à Bethleem vrbe milliario ſeparatur, Ruffino teſte in Amos prophetam. Amos prophetæ patria eſt. Eſt quoque vrbs à Salomone exſtructa, 2. Samuel. 14. & 2. Paralip. 11. θεκῶ, legit Ioſeph. Antiq. 8. Sed idem in vita ſua habet THECOA θεκώα.

THEDMOR, vide PALMYRA.

THEEMARRACINVM, locus in Italia, inter Corfinium & Hadriam. Antoninus. Sed TEATE MARRVCINORVM diuiſim corrigit Sigonius ex codice M.S. Hodie Ciuita de Chiete appellari, ſcribit ad me Celſus Cittadinus. diſtareque ab Adria haud procul.

THEENSES, vide THEA.

THEGANVSA, vide TEGANVSA.

THEGONIVM θηγώνιον, Stephano Theſſaliæ vrbs: ex Hellanico, vt inquit.

THEIPALIA, Pictaui agri locus. Greg. Turonenſis, in S. Senochi vita.

THEISOA θείσοα, Arcadiæ opidum: apud Stephanum. Interdum ſine diphthongo, & geminato SS ſcribit Pauſanias. dicitq; olim fuiſſe vrbem frequentem in Parraſiorum finibus: nunc pagum autem, in agro Megapolitano.



THEIVM opidũ Macedoniæ mihi videtur: apud Liuiũ 38.

THEIVS θειυς, Arcadiæ amnis. Pauſanias.

THELAMVSA θελαμουσα, Arabiæ caſtellum, iuxta Euphratem: Stephanus, ex Quadrato.

THELASSAR, loci nomen. 4. Reg. 19.

THELBALANA θελϐαλανα, Armeniæ Maioris vrbs: Ptolem.

THELBE, vide THELDA.

THELBENCANA θελϐενκάνη, Ptolemæo Babyloniæ vrbs. vide HIPPARENVM.

THELDA θέλδα, Ptolemæo Meſopotamiæ vrbs. Aſſyriæ, eidem, ſed THELBE hic legunt interpretes. Bachdad hanc vocat Niger.

THELEBOÆ, vide CAPREÆ.

THELENSIS Loci, in Africa Proconſulari, meminit Vict. Uticenſ. MS.

THELINE, vide ARELATVM.

THELIS, vide RVSCINO, & TELIS.

THELLA θελλᾶ, vicus Iordani proximus, in finibus Galilææ. Ioſeph. 3 cap. 2. belli Iudaici. THALLA eſt Hegeſippo.

THELLYR, vide TELCHIR.

THELME, vide THEAME.

THELMINISSVS θελμινισσός, Syriæ opidum: ad Orontem fluuium. Ptolemæus. Vide TEMMELISSVS.

THELONVS Ouid. 6. Faſtor. Exitus acceſſit verbis; flu- »
menq; Theloni Purpureum miſtis ſanguine fluxit aquis. »
Petrus Marſus dicit Lirim fluuium poëtam ſic nominare. Vide TOLENVS.

THELPVSA θέλπουσα, Arcadiæ vrbs & regiuncula. Pauſanias. ſed vide TELPHVSSA, & THALPVSA.

TELSEA Cæleſyriæ vrbs: apud Antoninum. Huius meminit quoque Metaphraſtes, in vita S. Samonæ. Vide THALSEA.

TELXIEPIA, vide SIRENVSSÆ.

THEMA θέμα, Chalibonitidis regionis, in Syria vrbs: Ptolemæo. Themanorum regionis meminit 1. lib. Par. cap. 1. & Iob. 2 θαιμανῶν, eſt 70. interpretibus. θαιμανιτῶν, legit Euſebius 9. Præpar. Per THEMATA diuidit Porphyrogenneta Aſiam Minorem. ſunt autem quatuordecim numero. quæ vide apud ipſum. Vide THAMANORVM.

THEMAN, Amos 3. Idumæorum regio, D. Hieronymo. Deuteronomij 33. pro Theman SEIR legi annotauit Druſius ad Amos. Idem ad Abdiam ex D. Hieronymo adnotat Theman DAROM & NAGEB dici.

THEMACI θημακοὶ, vicus tribus Erechteidis. Stephanus.

THEMBESIA, vide THIGA.

THEMBRIEMVS θεμϐρίμιος, Stephano, Cariæ vrbs. vide THYMBRIA.

THEMELANVM, vrbs in Africa Propria: Antonino. THAMALLOMVM in lib. Notit. Fortè eadem cum Turri Tamalleni.

THEMELLA θέμελλα, vrbs Seleucidis in Syria. Strabo.

THEMEONTICHOS, vide BISA.

THEMEOTÆ, vide THETMONTÆ.

THEMESA, vide TEMESA.

THEMI θέμοι, Arabiæ Felicis gens: Ptolemæo.

THEMEDA, vide TVRMODIGI.

THEMISA θέμισα, Africæ Propriæ opidum: Ptolemæo. THIMISSA Latini codices legunt. Vide TYNES.

THEMISCYRA θεμίσκυρα, Straboni lib. 12. Ponti planities eſt, & regio; Amazonum olim domicilium. DOEANTIS δοίαντος, campus eſt Apollonio 2. Argon. Eſt PHANAGORIA Campus, φαναγορία πεδίον, apud Ptolemæum; in quo ipſe & Appianus THEMISCYRAM vrbem deſcribunt, quam Niger Lirio vocat, & Pinetus Fauagoria; Theuetus autem Simiſo. ſed idem quaſi ſui oblitus dicit Amiſum fluuium (qui nuſquam terrarum eſt) hodie ſic dici. THEMISCYRA eſt apud Strabonem quoque fluuius, in Irim deſinens, Aſiæ minoris. THEMISCYRÆ Portum, habet Apollodorus 2.

THEMISCYRIVM, vide HERACLEVM.

THEMISONIVM θεμισώνιον, Phrygiæ regio: Pauſaniæ, Straboni, & Stephano. Vrbs eſt Ptolemæo. Huic quoq; THEMISONII populi ſunt, in Lycia.





THEMISSVA θεμισσύα, Africæ Propriæ opidum: apud Ptolemæum.

THEMISSVS θεμισσὸς, Cariæ vrbs: apud Stephanum. THEMISONES Plinij. Vide THEMISONIVM.

THEMISTA, vide MESE, & STOECHADES.

THEMISTEAS, Carmaniæ promontorium; Plinio.

THEMISTOCLEVM, locus ſic dictus apud Ariſtotelem lib. 6. Animal. In Attica videtur.

THEMMA θέμμα, Ptolemæo opidum in Arabia Deſerta.

THEMNA, Ioſue 19. Palæſtinæ locus.

THEMVSEOS Epiſcopum, habet Honorius, quem Serapionem vocat, D. Antonij heremitæ amicum. A Thmuis corruptè vt puto. cũ THMVISEOS ſcribendum fuiſſet.

THENA, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio. Sarmatiæ opidum eſt θῆνα, apud Ptolemæum. Apud eundem eſt quoque Iudææ vrbs.

THENAC locus: Ioſue 17.

THENÆ θεναὶ, Africæ Propriæ vrbs: Antonino. Vrbs Cretæ, proxima Cnoſſo. Callimachus, hymno in Iouem, Duplici NN. Stephano. Vide THÆNA.

THENENVTVM, Aegypti opidum. lib. Notitiar. Vide PTENETV, & TERENVTHIS.

THENNÆ θένναι, Arcadiæ vrbs aliquibus, aliis mons. vt refert Pauſanias. Vide THENÆ.

THENOS, vide TENOS.

THENTEOS, locus in Tripolitana regione, Africæ Propriæ: Antonino. TEVCHITANI Limitis meminit lib. Notit.

THEOBRICVLA, Hiſpaniæ vrbs; circa Aſturiam. Antoninus. Vide DEOBRIGVLA.

THEODALENSES, vide THEVDALE.

THEODONIS Villa, vide DIVODVRVM.

THEODORA, vide PONS.

THEODORIAS, vrbs in cõfinibus Colchidis. Agathias 5. Loci nomen eſt quoque in Authenticis, de Defenſoribus ciuitatum. In Synodo V. Conſtantinopolitana legitur Epiſcopus Laodiceæ ſiue Theodoriadis. In eadem Laodicea metropolis Theodorianorum prouinciæ. Vide BAGA, & COLONENSIVM.

THEODOROPOLIS, Thraciæ vrbs, in Mœſia regione. à Iuſtiniano Imp. condita. Procop. 4. Aedificior. Vide EVCHANIA.

THEODORVS θεόδωρος, Aſiæ fluuius, in Iberia, (ιϐρία legit Græcus codex.) aurum e bulliens: Ariſtoteli in Mirabil. Paludis nomen eſt circa Hiſpaniã Bæticam: Auieno.

THEODOSIA θεοδοσία, Tauricæ Cherſoneſi vrbs, Ptolemæo & Straboni; THEVDOSIA θευδοσία, eſt Polyæno, Appiano, & Stephano. Hanc à Demoſthene TEVDASIA dici, ſcribit Ioach. Cureus; an rectè, neſcio. Caffa hodie vocatur, Genuenſium quondam, in hoc tractu emporium celeberrimum. Cofe Turci appellant, teſte Leunclauio. In Itinerario Beniamini (niſi me coniectura fallit) Armilon nominatur. Meminit etiam Suidas Theudoſiæ, Scythiæ prouinciæ. THEODOSIAM in Armenia Maiore habet Procopius 1. Perſicor. Vide GANGRE.

THEODOSIANA, Aegypti vrbs. lib. Notit.

THEODOSII vrbs, in Armenia Minori, Euſtathio ad Dionyſium.

THEODOSIOPOLIS Noua, vrbs eſt in Europa, Thraciæ regione, teſte epiſcoporum huius Europæ Epiſtola, ad Leonem Imp. quæ exſtat in opere Conciliorum. Aliam habet Procopius 1. Aedificiorum, Theodoſiopolim in Meſopotamia, ad Aborram fluuium. & aliam lib. 3. in Maiori Armenia. in dextra Euphratis ripa. Huius meminit quoque Leo Imp. de Bellico apparatu. Hanc hodie Eldron vocari, ex epiſtola Gyllij intelligo. THEODOSIOPOLIM Aſiæ, & aliam Phrygiæ Pacatianæ, habet Chalcedonenſe concil. Vide APROS, & NOVA AVLA.

THEODOSIANOPOLIS, in Phrygia Pacatiana, meminit concilium Chalcedonenſe, & ſynodus Conſtantinopolitana V.

THEODOTIANA, vide APOLLONIA.

THEOMELIDE, Spartæ vicus, apud Pauſaniam.

THEON OCHEMA θεῶν ὄχημα, Pomponio Aethiopum iugum, maximo ardens incendio, vt Plinius habet. & ante eum Hanno. Vide DEORVM CVRRVS.



THEON SOTER, vide SOTERVS.

THEON TRAPEZA, vide ASTYPALÆA.

THEOPHANES, vide THESPANIS.

THEOPHILA θεοφίλα, Indiæ intra Gangem vrbs: apud Ptolemæum.

THEOPHRICA, Manichæorum vrbs: Curopalati. Thephrica legendum autem.

THEOPOLIS, vide ANTIOCHIA, & PRVSA.

THEOPREPIA Eccleſia, in vrbe Carthagine. Coll. Carth.

THEOPROSOPON, vide THEV PROSOPON.

THEORISCVM quendã Diogenetem, habet Demoſthenes contra Mediam. A Tribu quodã Attico ſic vocatum iudico.

THEPHRICE, vide TEPHRICE.

THERA θήρα, inſula prope Cretam: quæ cùm primum emerſa eſſet, vt Herodotus, Apollonius, Strabo, Plinius, & Pauſanias prodant, CALLISTE καλλίστη dicta fuit. Hanc Trogus lib. 13. & 30. THERAMENEM vocat, vitio ſcriptorum, vt credo. Gozi hodie nominatur, ſi Nigro fides ſit. THERA, etiam inſula ſub Eubœa: Ptolemæo. Cariæ etiam; eidem. eandem cum Stephani puto. qui & aliam habet, quam Rhodo adſcribit. Sed & alia eſt Sogdianæ apud eundem. Ptolemæo quoque vrbis nomen in Lydia, ſiue Mæonia. Vide TIGRIS.

THERACVM, Aegypti vrbs. lib. Notitiarum. An fortè mendosè, pro Hieracum?

THERADVM inſularũ, meminit Athenæus 10. Theram & Theraſiam eũ intelligere, ſcribit eius interpres Dalechãpius.

THERÆ, ſic vocatur ſpatium quod inter Taletum & Euoram eſt. Pauſanias in Laconicis.

THERALA, vide THARELA.

THERAMBVS θεράμϐος, vrbs circa Pallenem videtur: apud Herodotum 7.

THERAMENE, vide THERA.

THERAMNÆ θεράμναι, Laconicæ vrbs, Stephano & Plinio; quam aliquibus SPARTEN σπάρτη, vocari dicit. THERAPNE θεράπνη, Solini, Pomponij, Suidæ, & Pauſaniæ, item Iſocratis in Helenæ laudatione. Has THERAMNAS vicinas Spartæ facit Coluthus. Ad Galeſum nempe fluuium. (qui Eurotas) videtur ex Papinij Surrentino. qui TERAPNE ſcribit, ſine ſpiritu, & per P THERAMNÆ apud Lutatium Placidum in III. Thebaidos, eſt Lyciæ ciuitas: Apollini ſacra.

THERAPNAS, Cretæ vrbem, habent Plinius & Solinus. In Orphei Argonauticis eſt locus alicubi ad Oceanum Atlanticum.

THERAPNE, vide THERAMNE, & CYRNOS.

THERASIA θηρασία, Maris Aegæi inſula, iuxta Atticam, Strabone, & Ptolemæo teſte. quæ Sophiano Santorino dicitur. Scribit in ſua Peregrinatione Martinus à Baumgarten circa annum 1507. hanc inſulam terremotu per medium ſciſſam, atque duas inſulas effectam. Alia eſt THERASIA Strabonis, propior Cretæ, iuxta Diam inſulam. Vide HIERA.

THERBIRZA, vide THERMITZA.

THERCOLA, locus iuxta Hierapolim Syriæ videtur, apud Curopalatem.

THERENI θηρῆνος, fluminis meminit Diodorus 5. in Creta inſula, prope Gnoſiam vrbem, vbi Iouis & Iunonis nuptias celebratas, narrant.

THERGAMA, vide TVRCÆ.

THERGVBIS θεργουϐίς, Meſopotamiæ vrbs: Ptolemæo.

THERIACE locus qui gignit iucundiſſimũ vinum. Dionyſ. Uticenſis 5. cap. 2. Agriculturæ.

THERIODES θηριώδης, Libya, id eſt ferarum abundans regio. Ptolemæus & Herodotus. In Africa. Apud eundem Ptolemæum eſt quoq; THERIODES Sinum, apud Sinarum Aſiæ regionem. Vide RHA.

THERIONARCE, Doridis inſula; circa Gnidũ. Plinius.

THERMA θέρμα, locus Pruſæ, (vt Stephanus narrat) quæ & BASILICA βασιλικὰ, (id eſt regia) dicitur. ad Olympum montem, Athenæo 2. THERMÆ Helleſponti ſunt

*Baronio* 5. *Annal. ex Concilio Epheſino.* BASILICA *Thermarum nominatur in codice Theodoſiano. lege de his Indicē Libitinarium Leunclauij. Eſt & Bithyniæ vrbs* THERMA, *quæ* PYTHIA *dicitur, eidem Stephano.*

THERMA, *Cappadociæ vrbs, apud Antoninum. Africæ Propriæ quoque Straboni ad Sinum Carthaginenſem. Vide* THESSALONICA, *&* GERMA.

THERMA LVTRA *ſunt circa Thermopylas, quas* CHYTROS *.i.* OLLAS *vocant. Herodotus* 7.

THERMÆ, *ſine cognomine, apud Melam, Siciliæ vrbs, inter Pachynum & Lilybæū promontoria. Plinio* THERMÆ *Colonia eſt.* ADAQVAS *Antonino ſunt. quas* LARO, *& alio in loco* LARODIS *cognominat.* Sacca, *vel* Xacca *hodie, apud Aretium, & Fazellum.*

THERMÆ, *in Attica, circa Corinthum, Xenophonti. In Ætolia, Straboni. Vide* THERMVS, AMATHVS, AQVÆ CALIDÆ, *&* CALIDÆ AQVÆ.

THERMÆ BASILICÆ, *vide* THERMA.

THERMÆ HIMERÆ θερμαὶ ἱμέραι, *Siciliæ ciuitas, Ptolemæo; qui eam inter Lilybæum & Pelorum promontoria ſtatuit. Hanc Niger* Fontana murata *appellat. Cl. Aretius vocat* Termini. *Idem profert lapidem antiquum, in quo nominatur* COL. AVG. HIMERORVM THERMIT. *Hæc à Plinio* HIMERA, *ſine cognomine, vocatur. Lib. 3. cap. 8. vbi inquit, Himera, cum fluuio.*

THERMÆ STYGIANÆ, *Tuſciæ vrbs in Itinerario Antonini.* Bagni Sabatini *ſunt Leandro Alberto.* Bagni di Stigliano *vocantur Celſo Cittadino. additq́ hodie non eſſe vrbem, nec etiam vicum. tantùm aliquot cauponæ ſeu hoſpitia. De his quoque apud Andream Baccium, in de Balneis opere.*

THERMÆVS *Sinus, Tacito, Straboni, & Solino, Maris Ægæi eſt, iuxta Macedoniam, in quo Axius fluuius ſuas aquas euomit. Hodie* Golfo di Salonichi *nominatur, Nigro & Sophiano teſtibus.* THERMAICVM *&* MACEDONICVM *(per excellentiam) eum vocat Plinius.* MECYBERNÆVS FLEXVS *apud Pomponium eſt. Mecyperna per* P. *habet Strabo. Pintianus in ſuis Caſtigationibus Pomponianis, ſcribit eum Sinū qui à Mela Mecybernæus dicitur, eſſe* TORONIACVM *Ptolemæi: an rectè, ipſe viderit. Mela enim Axium & Peneum fluuios, quos Ptolemæus in Thermæo ſinu deſcribit, in Mecybernæon euoluere facit, quod Toronico Sinui minimè cōgruit.*

THERMASTIS, *vide* APSASIVM.

THERMAX, *Erechteiæ tribus municipium. Suidas.*

THERME θέρμη, *Thraciæ opidum, Suidæ. Macedoniæ eſt Stephano, Apollodoro, & Thucydidi* 1. *Eadem eſt, in confinibus nempe dictarum regionū. vbi inde Thermæus ſinus.*

THERMENÆ *ciuitatis, Primæ Cappadociæ, meminit ſynodus Conſtantinopolitana* VI.

THERMENSES *Maiores, Piſidiæ: habet Goltzius. ex vetuſta inſcriptione, quæ Romæ eſt. Sine* N. *alij exſcribunt.*

THERMERIA, *vide* APSASIVM.

THERMEVSIS, *maris Ægæi inſula: apud Plinium.*

THERMIA, *vide* PHLIVS.

THERMIDA θέρμιδα, *Carpetanorum vrbs. Ptolemæus.*

THERMIDAVA θερμίδαυα, *Ptolemæo Dalmatiæ opidum.*

TERMISSA θερμισσα, *vna Aeoliarum inſularum, Straboni. vide* DIDYME.

THERMITZA, *Macedoniæ (ni fallor) caſtellum; circa Theſſalonicam: Cedreno.* THERBIRZA *Gabio Curopalatis interpreti.*

THERMODON θερμώδων, *Cappadociæ fluuius Ptolemæo. Hodie ab accolis* Pormon *vocari ſcribit Niger. idem cum eo Stukius, quī addit eum à Plutarcho in libello de Fluminibus* HERMONIVM *appellari; quod mihi non liquet: meus certè codex hoc non habet.* ARAXEN *quoque appellari ab Apollonij Scholiaſte ſcribit idem. Eſt etiam* THERMODON, *Scythiæ fluuius; quem antea* CRYSTALLVM κρύσταλλος, *vocatum, ſcribit Plutarchus in Libello de Fluminibus, & Montibus. Puto eundem eſſe, idq́ ex Euſtathio. Thermodon Thraciæ fluuius eſt, Suidæ, Placido, Statio* 12. *Thebaid. item Seruio in* 11. *Aeneid. Vide* HÆMON, *&* HERMVS.

THERMOPOLIS, *circa Illyricū vrbs. Procop.* 2. *Perſic.*

THERMOPOLITES *Nomus, in Aegypto, apud Plinium & alium neminem. In Thebaide eſſe, ex concilio Epheſino* III. *didici.*

THERMOPYLÆ θερμοπύλαι, *anguſtiæ ſunt, vt à Strabone lib. 9. deſcribuntur, Oetæ montis; qui eſt inter Macedoniam & Theſſaliam. Aditus huius inquit,* PYLÆ, *id eſt, Portæ, vocantur, item* STENA, *ſiue anguſtiæ: ac Thermopylæ, à calidis lauacris. Thermopylas ab aliis Græcis, Pylas verò ab incolis & vicinis dici, ſcribit Suidas.* Scelos *nunc vocari, ſcribit Ioannes Lydus.* Terremoto *noſtra tempeſtate vocari, tradit Bonacciolus in ſuo Strabone, ex Græco in Latinum verſo.* Bocca di lupo, *Nardus in ſuo Liuio Italico. Latius tamen interdum Thermopylarum vocabulum extendi apud alios auctores conſtat. Liuius lib.* 36. *tradit Thermopylarum iugo mediam Græciam, velut Apennino Italiam dirimi. Idem poſtea hoc iugum à Leucade & mari ad Occidentem verſo, per Aetoliam ad alterum mare Orienti obiecto tendi, dicit. Comprehenditq́ hoc modo montes apud Ptolemæum* PINDVS πίνδος, OTHRYVS ὄθρυος, *(Othrys Ouidio* 2. *Metam.) &* OETA ὄιτη, *dictos. Sed quæ Liuio Thermopylæ ſunt, Strabonis* OETA *videtur: ſic enim de eo, Aenianes Oetam accoluerunt. Is mons à Thermopylis & Ortu porrigitur vſque ad Sinum Ambracium, & Occaſum. His deſcriptionibus ſi quis Græciæ tabulam adhibeat, perſpicuè videt Liuij* THERMOPYLAS, *& Strabonis* OETAM *ſynonima eiuſdem montis eſſe. Item* PYLAS *horum partem, nempe vbi eorum tranſitus patet ad Sinum Maliacum. Vlpianus in Demoſthenem. ſcribit hunc tranſitum viginti quinque pedum tantùm ſpatio fuiſſe. Oeta etiam Liuio, extrema pars Thermopylarum Strabonis, ad Orientem. Et huius Oetæ altiſſimum iugum, Liuius* CALLIDROMVM καλλίδρομον, *vocat, &* TICHIVNTEM τειχιοῦντα, *habet Appianus in Syriacis, vbi eas accuratè deſcribit, ſed his* RHODVNTIAM *etiam addit Liuius. Hic Theueto* Caliar *eſt. Thermopylas hodie* Scelos σκέλος, *nominari, auctor eſt Ioannes Lydus. Iuxta has Thermopylas conuentus erat frequens totius Græciæ ſtatis diebus, vocabatur* PYLAICVS. *auctor Liuius* 33.

THERMVS θέρμος, *Aetoliæ opidulum: Stephano, & Polybio* 5. THERMÆ *Straboni ſunt.*

THERMVTIACVS θερμυθιακός, *Aegypti fluuius: apud Ptolemæum. Interdum per* φ *ſcribitur apud eundem. vt quoque apud eius interpretes, Phermuthiacus.*

THERMYDRA θέρμυδρα, *portus vrbis cuiuſdam Rhodienſium. Stephanus, & Apollodorus* 2. THERMYDRI *Montis meminit Lycophron.*

THERNE θέρνη, *Stephano Thraciæ vrbs.* θερναιοι *in nummo antiquo. Vide* ZERNA.

THEROGONVS θηρόγονος, *collis Indiæ eſt circa Hydaſpem fluuium, haud procul à monte Elephante. Plutarchus de fluminibus & montibus.*

THERON, *vide* PTOLEMAIS.

THEROTHOÆ, *vide* TROGLODYTÆ.

THERSA θερσα, *vrbis nomen,* 3. *Reg.* 14. *&* 4. *Reg.* 15. θάρση, *Ioſepho. Antiq.* 8. *cap.* 7.

THERSARA θηρσαρα, *Aſſyriæ vrbs: Ptolemæo. Sine* R. *interpretibus,* THESARA.

THERSITÆ θερσῖται, *Iberica (ſiue Hiſpanica) gens apud Stephanum: & Polybium* 3. *apud quem Fuluius* ταρσῆται *ex ingenio repoſuit. malim veterem lectionem ego.*

THERVINGI, *circa Daciam populi trans Iſtrum, quos Traianus Imp. ſubegit, teſte Eutropio. Eorundem meminit Ammianus.* TERVINGI, *&* TERVNGITI *legunt quædam exemplaria. Fortè iidem cum Teruigis. quos vide ſuo loco. Vide* GRVTVNGI.

THESARA, *vide* THERSARA.

THESBON, *patria Eliæ prophetæ* 3. *Reg.* 17. *& Ioſepho* 8. *Antiquit. cap.* 7. *Galaditica vrbs.*

THESCVS, *Thraciæ Cherſoneſi vrbs: apud Agathiam* 5. *Procopius* 4. *Aedific. eandem* θησκὸν *habet. Malè vertit Veſalienſis,* Entheſcum.

THESEVM θησεῖον, *locus in Delpho, ſic dictus à Theſeo. habet Plutarchus in eius vita.*

THESEI ARA, *ſic dicta, quæ antea* STENEI σθενίου IOVIS *ara dicebatur: vt tradit Pauſanias, in Corinthiacis. In via erat, quæ ducebat à Troezene Hermionem.*

THESEI *Petra, vide* COLVREA.

THESPANIS θεσπανις, *apud Ptolemæum eſt Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius.* THEOPHANIVS *eſt apud interpretes, vti quoque Ammianum, qui eum* THEOPHANEM *vel Theophanium vocat.*

THESPIA θέσπεια, *Bœotiæ opidum: Herodoto, Pauſaniæ, & Straboni, ſub monte Helicone. ſed* θεσπιαι, *ſcribitur quoque apud Strabonem & Plinium.* THESPIARVM *fontem habet idem. (*TESTIÆ *legit corruptè Antoninus.)* TEVPHRANTIS *vrbem vocatam, ab Aeſchylo in Agamemnone, annotauit Politianus in Miſcellaneis. Magneſiæ quoque vrbem* THESPIAS *dictam deſcribit Plinius.*

THESPIVS, *Bœotiæ fluuius: Heſychio. Telmiſum ſic fortè vocat: quòd Theſpias adluat.*

THESPROTIS, *&* THESPROTIA, θεσπρωτία, *Epiri regiuncula, Plinio & Stephano. Theſproti & Theſprotæ, incolæ, Ptolemæo & Straboni. Iidem apud Stephanum* ÆGESTÆI αἰγεσταῖοι, AMYMNI ἄμυμνοι, *&* AMYMNÆI ἀμυμναῖοι, *dicuntur. Niger* Vaielitia *appellat.*

THESPROTIVM *Sinum habet Liuius* 8.

THESPROTVS, *De quo Propertius lib.* 1. *ad Cynthiam,*

" *Et modo Theſproti mirantem ſubdita regno.* *Ferdinandus Lofredus in ſuo de Puteolis libellulo putat eum collem innuere qui circa Baias vſque hodie* Triſpete *vocatur. huius pars nunc ſub nouo monte, vna cum caſtello Tripergola, ſepulta iacet. Pro Theſproti, te Protei, legendum ſuſpicatur tamen Parrhaſius in Epiſtolis.*

" THESSALI, *qui* CENTAVRI *appellati ſunt, habitantes ſecundum Pelium montem, ſic Plinius* 7. *cap.* 56. "

THESSALIA θεσσαλία, *Ptolemæo Græciæ regio: Solino & Halicarnaſſeo etiam* ÆMONIA αἱμονία, *vocatur.* DRYOPIS, *Plinio.* DORIS, *&* HESTIÆOTIS ἑστιαιῶτις *Straboni. Ptolemæi* ESTIOTIS ἑστιῶτις *eſt. Idem Strabo eam quoque* PANDORAM πανδώραν, PYRRHÆAM πυῤῥαία, *&* NESONIDEM νέσωνος, *dictam ſcribit.* THETTALIA θετταλία, *legit Stephanus, qui eandem* PELASGIAM. *idem Diodorus lib.* 4. *qui addit eam* ÆOLIDEM *prius appellatam.* PELASGICON ARGOS *vocatur apud Homerum, Strabonem & Solinum. (quod malè legens Lilius in ſuo Orbis Breuiario, dicit Conargos nuncupari, vocabulo Argos vltimam præcedentis nominis ſyllabam, connectens.) Theſſali* XINI ξεινοι, *nominantur apud Heſychium: item* NACLENSES νακλεις. *Theſſaliam* MYRMIDONVM *ciuitatem antea vocatam ſcribit Velleius lib.* 1. *Et vniuerſos Theſſalos Myrmidones, Philoſtratus de viris illuſtribus. Theſſalia* PETRAS *à Tzetza nominatur, Chiliade* 6. *numero* 95. *hodie* Comenolitari *indigitat Caſtaldus:* Thumeneſtia *Ant. Geufræus:* Lamina *Lazius.* THESSALIA, *nomen eſt ciuitatis, in Macedonia: apud Plinium. etiam Euripidem in Andromache.* THESSALIAM *Regionem, diuidit Strabo, & Suidas in quatuor Tetrarchias: quas nominat* THESSALIOTIN, PHTHIOTIN, PELASGIOTIN, *&* ESTIÆTIN. *Huius terminos optimè deſcribit Herodotus in Polymnia. Vide* HELLAS. *Ab hac Theſſalia adagium eſt,* Theſſalica perſuaſio: *nempè inuita, aut neceſſitate iuncta. Hoc lubentius attexo, quòd neminem parœmio-graphorum eius meminiſſe videam. Vtitur tamē Zoſimus lib.* 1. *Eunapius in Chryſanthio, & citatur à Suida in verbo* πιθανάγκη.

THESSALICI *Saltus* θεσσαλικῶν σαλτῶν, *meminit concil. Epheſinum* III. *cuius Epiſcopum Perrebium nominat. Inter Aegyptios alios hunc numerat. Vbi ſit locorum, hæreo. Vide* THESSALONICA. *cùm quo fortè idem. & in alterutro erratum, tam in nomine loci, quā epiſcopi.*

THESSALIS, *vide* ASIA.

THESSALOCE, *vide* MAGNESIA.

THESSALONICA θεσσαλονίκη, *Macedoniæ vrbs, Ptolemæo, in Amphaxitide regione. Prius* HALIA ἁλία, *dicta fuit, inquit Stephanus. Strabonis Epitome, Laonicus & Tzetza ſcribit eam olim* THERMA θέρμα, *appellatam. Idem aſſerit Sophianus; qui eam quoque cum Zonara,* EMATHIAM *vocat. Plinio tamen Theſſalonica & Therma, duæ ſunt. Hodie eius nomen* Salonichi *eſt. Inter omnes Græciæ vrbes hactenus hanc vrbem & magnitudine & incolarū frequentia conſpicuam eſſe, mihi fide dignus & oculatus teſtis Ioachimus Axonius Grauianus.*

THESSALONICÆ *Sardorū meminit concil. Chalcedonenſe, ſub Fl. Martiano Imp. habitum. an alia ab illa, ignoro. epiſcopum eius Perrhenium vocat. In Bibliotheca Ant. Auguſtini typis excuſa inuenio Iacobum de* SEXOLIS *ſiue de* THESSALONIA *quædam ſcripſiſſe. Vide* THESSALICI *ſaltus.*

THESSYRIS θεσσυρις, *Sarmatiæ Europææ fluuius, Ptolemæo. qui &* HÆTHESSYRIS αἰθεσσυρις *legit. Eundē quoq́ alio in loco* THESPANIM θεσπανιν *vocare videtur.*

THESTIA θεστια, *Acarnaniæ vrbs, apud Polybium* 5. *Vrbs Laconicæ eſt, ad Eurotam fluuium, vt ait Cedrenus.*

THESTIDION θεστίδειον, *Theſſalonicæ vrbs. item portus Thraciæ: Stephano. vide* THETIDIVM.

THESTIS θέστις, *Arabum vrbs. & alia Libyæ. Stephanus: Fontis nomen eſt Herodoto. In Cyrene, iuxta Hiraſam.*

THESTIVS, *vide* ACHELOVS.

THESTORVS θέστωρος, *Thraciæ opidum: Stephano. ex Theopompo.*

THESTROTONICIA θεστροτονικία, *Cariæ locus: apud Stephanum. in verbo* Τλλαειμα.

THETIDIVM θετίδιον, *locus ſic dictus, in Theſſalia, circa Pharſaliam. Strabo* 9. *Polybius* 17. *& Euripides in Andromache. Idem cum Theſtidio. Vide* PHTHIA.

THETMONTÆ θετμῶνται, *Sarmatiæ Aſiaticæ gens: Ptolemæo.* THEMEOTÆ *legunt eius interpretes.*

THETTALIA, *vide* THESSALIA.

THEVBATVM *caſtrum, Aegypti Inferioris inter Pelūſium & Babylonem locus eſt, vbi Dracontius exulabat, D. Hieronymo, in vita Hilarionis. Vide* THAVBASIVM.

THEVDALE θευδαλη, *Africæ Propriæ vrbs: Ptolemæo. quæ Theudalis Plinio. ſed ſitu admodum differentes.* THEODALENSE *eſt in Coll. Carthag.*

THEVDENSE, *opidum in Africa Propria. Plinius.*

THEVDORIA, *in Macedonia videtur: apud Liuium* 38.

THEVDOSIA θευδοσία, *Scythiæ prouincia: Suidæ. Vide* THEODOSIA.

THEVDVRVM, *Antonino Germaniæ Inferioris opidum. Simlerus* Teuderum *vicum vocat, propè Sittardum.* Tudder *vulgò vocatur.*

THEV PROSOPON θεοῦ πρόσωπον, *i. Dei Frons: Phœniciæ vrbs, Ptolemæo.* EVPROSOPON *apud Pomponium eſt. Et puto* LITHOPROSOPON *à Cedreno nominari.* Neuphrus *videtur apud Brochardum.*

THEVESTE θευέστη, *Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo.* THEBESCA *legit Latinus interpres.* THEBESTÆ *Coloniæ meminit hoc tractu Antoninus, & D. Auguſtinus. Inter* THEBESTENOS *& Adrumetinos populos de herbæ finibus controuerſiam fuiſſe, M. Iunius Niſius dicit lib.* 3. TEBESTINI *ſine ſpiritu, meminit Vict. Vticenſ. M.S.*

THEVMA, *Macedoniæ vicus. Liuius* 32.

THEVMESIVS *amnis. Papinius* 9. *Thebaidis.* THEVMESIA *Iuga, Idem. Lutatius ad hunc auctorem, vocat Theumeſiam Theſſaliæ vrbem, & Theumeſium montem Bœotiæ: haud procul à Thebis. grammatica potius quam geographica fide puto. Vbiq́ ſine afflatu ſcribendum, docent Græci ſcriptores, quos vide in* TEVMESSVS.

THEVSTES, *vide* BERGIO.

THEVTONES, *vide* TEVTONES.

THEVTHRANIA, *vide* PERGAMVM.

THIA, *inſula temporibus Plinij enata: circa Hieram inſulam,*

*lam,in mari Aegæo.* *Ponti Cappadocici vrbs, Antonino.* θια,*etiã locus circa Delphos: Herodoto. Vide* HANA.

THIAGOLA, *Palus circa Danubij oſtia, Ptolemæo.* Roſene *fortè,hodie. Vide* PSILVM.

THIALLELA θιάλληλα, *Ptolemæo Arabiæ Felicis vicus,* THIALEMATH *interpretibus.*

THIANENSIS *Eccleſiæ, meminit D. Auguſtinus, Epiſtola 239. In Africa opinor.*

THIANNICVM, *vide* PONTVS *Cappadocicus.*

THIAPOLIS θιάπολις, *vrbs in Colchide, Ptolemæo. interpretes* ÆAPOLIS *legunt, & melius, ni fallor. vide* ÆA.

THIAR, *Hiſpaniæ vrbs, apud Antoninum. circa Carthaginem Spartariam.*

THIAVMA θίαυμα, *Albaniæ vrbs. Ptolemæus.*

THIBA, *vide* THYBII.

THIBARVM, *Africæ vrbs, D. Auguſtino, & Cypriano, in concilio Carthaginenſi.* TYPARVM *lego in Synodo Conſtantinopolitana V.* TIBARITENSIS *meminit Coll. Carthag.*

THIBII, *vide* THYBII.

THIBINIS θιβινίς, *Ptolemæo vrbs in Mauritania Cæſarieñſi.*

THIBRVS, *vide* THINGRVS.

THICANVM, *vbi Magnentius Imp. plures incautos fudit: vt refert de eo Aurel. Victor. in Italia videtur. Corruptè pro* TICINVM. *& ſic quoque legit And. Schotti liber.*

THICATH θίκαθ, *Mauritaniæ Tingitanæ opidum. Ptolem.*

THICHON θίχων, *locus: apud Ezechielem 47.*

THICIS, *Hiſpaniæ Tarraconenſis flumen. Pomponio ad Rhodam vrbem. Hodie dicitur* Ter, *Varrerio teſte. Alius eſt eiuſdem nominis in Gallia Narbonenſi, apud eundem Pomponium, de quo vide in dictione* ILYBIRRIS.

THIEBA, *vide* THIGIBA.

THIENNA *Prouinciæ Helladis. cuius epiſcopus Gennadius. Chalcedonenſe concil.*

THIGA θίγα, *apud Ptolemæum Libyæ interioris opidum. Thigabenſis* θιγαβινσίας *ciuitatis in Africa mentio eſt in Canonib. concilij Carthaginenſis. ſed* THEMBESIÆ *legebat hoc loco Morelij codex.*

THIGANVSA, *vide* TEGANVSA.

THIGIBA θιγίβα, *colonia Africæ Propriæ, Ptolemæo.* THIEBA *eius interpretibus. Vide* TIBIGENSE.

THIGVRA, *vide* THAGVRA.

THILATICOMVM, *vrbs circa Cyrrheſticã. Antoninus. Puto* THILLACAMA *in Lib. Notitiar. quam Oſrhoenæ adſcribit.*

THILBIS, *vide* THALBIS.

THILBISINA, *Meſopotamiæ vrbs, lib. Notit.*

THILLAFICA, THILLAAMANA, THILLACAMA, *&* THILLAZAMARA, *Oſroenæ regionis vrbes: in lib. Nititiar. Vide* THILATICOMVM.

THILVTA *Caſtra, in flumine ſita, Ammiano: (Euphrate, vt puto.) circa Meſopotamiam.*

THIMANEI, *Arabiæ Felicis populi: Nabatæis vicini, Plinius.*

THIMARVM, *Theſſaliæ opidum, Liuio 32.*

THIMBRVS θίμβρος, *loci nomen, in Aſia Minori. Xenophon 7. Cyriacor. Per* Y *fortè ſcribendum in prima. quod vide ſuo loco.*

THIMISA, *vide* THEMISA.

THIMONEPSIS, *Antonino vrbs in Aegypto.* THINVNEPSIS *fortè, in lib. Notitiar.*

THINA, *Ciliciæ vrbs, videtur apud Guil. Tyrium.*

THINÆ θεῖναι, *Sinarum metropolis Ptolemæo.* θῖναι *Arriano in Periplo.* Tenduc, *fortè nunc, ait Mercator. vide* SINÆ.

THINGA θίγγη, *Libyæ vrbs, ex Hecatæo, Stephano. An Tinga apud Strabonem?*

THINGRVS θίγγρος, *in Græcia, apud Lycophronem, ad operis finem. Legitur &* θρίγγος. *item* θίβρος. *ſic quoque apud Stephanum habetur, ex eodem Lycophrone. Ad Satnium montem eſt.*

THINIAS θυνιάς, *promontorium Thraciæ, ad Euxinum. Ptolemæus.*

THINISSA, *vide* TVNES.



THINITES θινίτης, *nomus Marmaricæ; Ptolemæus.* THOENIS θοινίς, *Agatarchidi.* THOMVM *Antonini fortè.*

THINNEIA, *vide* TINNEIA.

THINODVS θινώδης, *Aegypti mons, Ptolemæo.*

THINTIS θίντις, *in Africa, Pentapolis regionis opidum, Ptolemæo.*

THINVNEPSIS, *vide* THIMONEPSIS.

THINVS, *Angliæ fluuius. Beda in Hiſtor. Eccleſ. 5. cap. 2.*

THIPONOBASTI, *vide* PITHONOBASTÆ.

THIRÆ, *vide* THRACIA.

THIRIMIDA, *vrbis nomen videtur apud Priſcianum.* THIRMIDA, *vt puto, Salluſtij. In Numidia.*

THIRMIDA, *vide* THIRIMIDA.

THIROPHAGI θηροφάγοι, *gens in Sarmatia Aſiatica, Ptolemæo.* PHTHIROPHAGI *legunt interpretes.*

THIS θίς, *Aegypti vrbs: iuxta Abydum. Stephanus: ex Alexandri Ægyptiacis.*

THISA θισα, *Arcadiæ vrbs, ad Lycæum montem; Pauſaniæ, 8.*

THISALPHATA, *circa Meſopotamiã locus, Ammiano.*

THISBE θίσβη, *Bœotiæ opidum, apud Ptolemæum, & Stephanum, Xenophontem, & Pauſaniam. Eſt fontis nomen in Cilicia. D. Clem. Recognit. 10. Eſt & locus in Galilæa, à dextris prope Nephthalim, ſupra Aſer. Tobiæ 1. ſed* θισβής *hoc loco legendum putat And. Maſius ad 11. caput Joſuæ. Vide* THEBÆ.

THISBOA, *vide* MEGALEPOLIS.

THISICA θισικα, *vrbs in Africa Propria. Ptolemæus.*

THISOA, *vide* THEISOA.

THISSAMISSA, *Cariæ portus, apud Melam.*

THISSE, *locus in Sicilia videtur, apud Silium 14. Et paruo nomine Thiſſe.* TISSA *Ptolemæi puto.*

THISSOA, *vide* THEISOA.

THIVS *vide* THEIVS.

THIZIBIS θίζιβις, *Africæ Propriæ opidum Ptolemæo.*

THMVIS θμοῦις, *Aegypti vrbs metropolis, Stephano, & Ptolemæo: atque in oraculis Sibyllinis. item apud D. Athanaſium.* THMVI, *legit Ammianus. &* THVMVIS *Antoninus* THMOIS. *lib. Notitiar.* θμουΐτης *Nomus, puto legi apud Herodoti Euterpen pro* θμουΐτης. *Non eſt in Scythiaca regione, vt quidam vir doctus vult. Conſule noſtram Aegypti veteris tabulam.*

THNOCIA θνωκία, *Arcadiæ vrbs. Pauſanias. Malè, pro* THOCNIA, *vt vult Sylburgius, ad hunc auctorem.*

THOANA θοάνα, *Ptolemæo Arabiæ Petrææ opidum. Vide* TYANA.

THOANES θοᾶνες, *populi ſupra Colchidem, finitimi Phthirophagis. Straboni, & Euſtathio. Eſſe eoſdem cum* SOANIS *vult I. Hartungus. & ſic legere quoq; mauult Caſaubonus.*

THOANTIVM θοάντιον, *littus, Rhodi inſulæ. Strabo. Vrbs Carpathij inſulæ, Ptolemæo.*

THOAR, *Plinio Meningis inſulæ opidum. Ptolemæi* GERRHA γέρρα, *eſt.*

THOARIS θόαρις, *Cappadociæ fluuius. Arriani Periplus.*

THOAS, *vide* ACHELOVS, *&* ACVTÆ.

THOB τώβ, *Palæſtinæ locus. Iudic. 11.*

THOBEL, *vide* TVBAL.

THOBELI, *vide* HISPANIA.

THOCARI, *vide* TOCHARI.

THOCEN, *locus. 1. Paralip. 4. Vide* ATHAR.

THOCNEA θώκνεια, *Arcadiæ vrbs. Pauſanias, & Stephanus. Vide* THNOCIA.

THOENIS, *vide* THINITIS.

THOES *habitant in finibus Thraciæ, teſte Porphyrio, 2. de Eſu animal. Periit autem.*

THOGARA θογάρα, *Serica vrbs, apud Ptolemæum.*

THOITORVM *in Aegypto meminit epiſtola ad Leonem Aug. ab Epiſcopis huius regionis ſcripta. exſtat in Conciliorum opere.*

THOLAD, *vbi habitabant filij Semei. 1. Paralip. 4. Vide* HELTHOLAD.

THOLOBI, *Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, Melæ, vt Cluſius putat, cui* Tardera *appellatur. Mihi opidum, non flumen deſignare apud Melam videtur. quod hodie (ſi fides Lud. Pontio de Tarragonenſium amplitudine)* Tamarit *vocatur.*



THOLONA, *legitur in Authenticis, pro* τλω. *vti in Græcis erat.*

THOLVBANA θολούβανα, *Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.*

THOLVNTEM θολοῦνθα, *vrbem Africæ mediterraneam, habet Appianus in Punicis: quam Siphax à Romanis proditione cepit.*

THOMAITE θωμαΐτη, *patriarchatus eſt; in Conſtitutionibus Impp. Orientalium.*

THOMANII θωμανίοι, *Aſiæ populi, circa Parthiam videntur. In Herodoti Thalia.*

THOME, *vide* ITHOME.

THOMNA, *vide* THVMNA.

THOMVM, *Aegypti vrbs, Antonino. Circa Chenoboſciam. vide* THINITES.

THON θῶν, *Africæ propriæ vrbs. Appianus in Punicis.*

THONIAS, *vide* THYNIAS.

THONIS θῶνις, *Aegypti vrbs. Aelianus, Strabo, Stephanus, & Egeſippus. Circa Canopicum oſtium. Diodorus ſcribit poſtea* NILEVM *vocatam.*

THONITIS, *vide* ARSENA.

THOPHEL (τοφὸλ, *70. interp.) loci nomen. Deuteron. 1.*

THOPO, *D. Hieronymo.* τεφωε, *in Græco codice. 1. Machab. 9. Palæſtinæ opidũ.* τοχόα, *legit Joſephus, Antiq. 13.*

THORA, *Campaniæ opidum videtur, apud Florũ 3. cap. 20.* CHORA *legiſſe ſe quoque fatetur Vinetus. ſed* CORA *putat reſtituendum.*

THORÆ θοραὶ *municipium Anthiochidis tribus, Stephano. Andocidem rhetorem hinc natum, ſcribit Plutarch. in Moralib. ſed* THVRE *hic legit. Locus maritimus ad Pontum Euxinum videtur, in Hiſtoria Miſcell. 22.*

THORAX θώραξ, *Stephano Aetoliæ vrbs. incolas Thoracitas vocat Polyb. 11. Eoſdem, idem, alio in loco corruptè* θωρακίτας *vocat. Huius vetus interpres Perottus pro militibus thoracibus indutis intellexit, malè. Eſt alia Magneſiæ, eidem Stephano. Mons Magneſiæ, eſt apud Diodorum 14. & Strabonem 14. ad Magneſiam vrbem. In Aſia, qui aliis* EQVI *Arx dicitur. In agro Apamienſi vrbs. Ioan. Moſcus in Prato ſpirituali.*

THORICVS θορικός, *Acamantidis tribus vicus, Stephano, & Sophoclis Scholiaſti, in Oedipo Cotonæo. In Attica eſt, auctorib. Apollodoro, Xenophonte, Strabone, Pomponio, Thucydide, Ant. Liberali, & Plinio. Iuxta Sunium promontorium, ad mare Septemtrionale, vbi ſmaragdus reperitur.*

THORINGIA, *vide* TVRINGI.

THORNAX θόρναξ, *nomen loci, in Laconica: Pauſaniæ. Vide* COCCYGIVS.

THORVNVBA θορούνουβα, *Africæ Propriæ vrbs, Ptolem.* THVNVBA *corruptè, vt ſepius, legit interpres Latinus.*

THORONVS, *Plinio inſula eſt propè Corcyram, verſus Italiam: quæ* Phanu, *Nigro dicitur. Vide* OTHRONVS.

THORSVS θόρσος, *Sardiniæ fluuius, inſulam mediam interfluens. Pauſanias. Idem cum* THYRSO θύρσος, *Ptolemæi. Caput Tyrſi, locus ibidem, apud Antoninum.*

THORYCIVM θωρύκιον, *verſus Crotonem & Crimiſſam, in Italia vrbs. Iſacius in Lycophronem. an pro Thurium?*

THOSPIA, *Vide* THOSPITES.

THOSPITES θωσπίτης, *Armeniæ Maioris regio, Ptolemæo. Et* THOSPIA *vrbs: ibidem, eidem. Vide* ARSENA.

THOV, *Aegypti opidum, Antonino, inter Peluſium & Memphim. Vide* TOHVM.

THRABVNACTVM, *vrbs in Africa Propria, apud Antoninum.*

THRACENSIS *Portus, Vide* THRACIVM *pagum.*

THRACES θρᾶκης, *Thraciæ opidum videtur, apud Procop. 4. Aedific.* THRACES *populi ſunt in Mœſia, Plinio 3. cap. 26.*

THRACESIVM, *Aſiæ Minoris tractus ad Aegæum mare, comprehendit ferè Lydos, Mæones, Cares, & Iones, vt docet Porphyrogenneta. Vide* BITHYNIA.



THRACIA θράκη, *Ptolemæo & cæteris; Europæ regio celebris; ad Pontum Euxinum. Per diphthongon quoque* THRÆCIA *ſcriptũ reperio apud veteres.* ARIA ἀρία, *&* PERCA περκὴ, *etiam dicitur, Stephano.* ODRYSE ὀδρυσὴ, *Suidæ. (Odryſas populos eius quoſdam, habet Liuius.)* CRESTONA κρηστονὴ, *etiã Iſacio, ex Lycophrone.* SCYTHON *quoque, vt Erythræus perhibet. Trachia, pro Thracia ſæpius apud mediæ ætatis auctores, ſcriptum deprehendimus. Ioſephus Hebraicè* THIRAS θίρας, *nominari ſcribit. Huius Thraciæ incolas varijs nominibus indigitant antiqui ſcriptores. Herodotus ſcribit eos* BITHYNOS *dictos, poſtquam in Aſiam transfretaſſent. prius enim* STRYMONII *dicebantur.* BARDI *à Martiano, &* DOLONGI δόλογκοι, *à Lycophrone & Stephano appellantur. Olim* BRIGES βρίγες, *nominati fuere, vt tradit Euſtathius.* AVTONOMOS *quoſdam Arrianus nuncupat. Quidam eorum apud Strabonem* SAPÆ, *&* SAPÆI σάπαι, *καὶ* σαπαῖοι, *& apud Ptolemæum* SAPAICA *præfectura. Iidem* SIPII *quoq; dicuntur, Stephano. Item* SAII σάϊοι, SINTI, *&* SINTIÆ σίντοι, *καὶ* σίντιαι. *Paulus Diaconus duas Thracias facit, vtraſq; enim ab Attila deuaſtatas ſcribit, ſub Valentiniano iuniore Imp. ex Xenophonte fortè, qui 6. Cyriacor. præter hanc Europæam, Aſiaticam quoque habet. ſic enim Bithyniam nominat, in qua Calpes & Heraclea. Liber Notitiar. & Ammianus lib. 27. eius ſex prouincias nomine numerant. item Sex. Rufus: ſuntq; hæ:* THRACIA *ſpeciali nomine,* MOESIA SECVNDA, SCYTHIA, EVROPA, RHODOPA, *&* HÆMIMONTVM. *Hodie vno nomine* Romania *nuncupatur. & ſic eam quoque ſemper appellat Diaconus, & Conradus à Lichtenau; item Iornandes in libro de Regnorum ſucceſſione. Pro Thracia apud Dioſcoridem Capite de Tribulo Serapio* BADACHAS *legit.* THRACES *in vicinia Athenienſium quondam habitaſſe, auctor eſt Iſocrates in Panegyrici oratione prima.* THRACES *cognomento* SARAPARAS *ferunt ſupra Armeniam habitare, ſcribit Strabo 11. Vide* SARAPARÆ. THRACIAM *quandam Montanam eſſe in auſtralibus partibus Africæ, ſupra Alexandriam, teſtatur Euſtathius ex ſacra hiſtoria.* THRACIA, *vrbs & inſula Arabiæ Felicis, vt refert Diodorus 5. Vide* BITHYNIA.

THRACIA CARIA, *vide* TRACHESIVM.

THRACIS θρακίς, *Phocica vrbs, apud Pauſaniam.* THRACIDÆ *ſunt Diodoro 16.* TRECHIN *Herodoti puto, & circa Pindum montem fuiſſe, mihi perſuadet Seneca in Hercule Furente: vbi Pindi Thracis nemoris meminit. & in Oedipo, vbi Threicij Pindi mentio.*

THRACIVM *pagum, habet Plutarchus in Lucullo, circa Helleſpontum, in Myſia Minori. Fortè idem cum Thracenſi portu, Apollonij 1. &* θρακιον χωριον *Xenophonti 7. Græcor.*

THRACIVM *Mare, pars Aegæi Maris, quod Thraciam adluit. Strabo.*

THRACIVS, *locus in vrbe Byzantio ſic dictus: Xenophõti.*

THRACON θράκων, *vicus iuxta Antiochiam. Stephanus. Ætoliæ vrbem habet Cicero in Piſonem, niſi Stratum legendum, aut Thoracem à Thorax.*

THRÆCIA, *vide* THRACIA.

THRAESTVM, *vide* THRAVSTVM.

THRAMBVS θράμβος, *Macedoniæ promontorium, Stephanus. Inde* THRAMBVSIVS θραμβούσιος, *vertex circa Phlegram & Sithonem, in Thracia alicubi, Lycophroni.*

THRAMVSDVSIS, *Antonino opidum, in Africa Propria.*

THRANIPSÆ θρανίψαι, *gens circa Pontum, Xenophonti 7. Cyriacorum.* TRANIXÆ *erat alia lectio.* TRANIPSI, *apud Stephanum & Heſychium Bithynici populi.*

THRASVM θράσον, *tractus Thraciæ videtur apud Procop. 4. Aediſ. An Thrauſorum regio?*

THRASYLLVM *mons*, θράσυλλον, *in Myſia Aſiæ regione Caico amni vicinus, qui Plutarcho in Libello de fluminibus teſte, poſtea* TEVTHRAS τεύθρας, *dictus fuit. ſic quoq; Stobeus, de Morbis.*

THRAVSTVM θραῦστον, *Acroriorum opidum, in Elide regione, Peloponneſi. Xenophon 7. Græcor.* θρέστον, *Diodorus 14. vocat.*

THRAX, *vide* THREX.

TRECHIS θρηχὶς, *vrbs in Trechinia, iuxta Thermopylas. Herodoti Polymnia. Vide* THRACIS.

THRESA θρῆσα, *Idumææ locus. Ioſeph. 1. Belli Iud. cap. 11. Vicum ex eo facit idem Antiq. 14. ſed geminato* σσ.

THRESSA θρῆσσα, *Thracum fluuius eſt Tzetzæ, Chiliade 13. numero 473. Hebrum velle putarim; ſcribit enim Orphei caput in eo proiectum. cùm tradat Antigonus hoc in Antiſſea Lesbi regione ſepultum, ſed & ibi proiectum, & hic poſtea ſepultum fuiſſe potuit. quod & Lucianus aduerſus indoctum oſtendit. In Dio Macedoniæ ſepultum ſcribit Laërtius 1. ſed hoc eſt fabulas non loca docere. Vide* THRESA.

THREX θρῆξ, & TAVRVS, *loca circa Hierichuntis ingreſſum. Strabo 16.*

THRIA θρία, *Oeneidis trib. vicus Stephano.* THRIVS *eſt Heſychio. Eius meminit quoque Xenophon 5. Græcor. Vide* THRIASIVS.

THRIASIVS θριάσιος, *pagus, littus, & campus Atticæ: Salaminæ inſulæ oppoſitus, Straboni 9. Herodoto 8. Plinio 4. & Thucydidi 1. & 2. à Thria. inter Eleuſinas & Athenas eſſe, docet Galenus, de Curandis animor. morbis. Sed* THRIASII *amnis, meminit etiam Hippolytus Senecæ. Vide* THRIVS.

THRICALIX, *montis nomẽ, in S. Ioannicij vita, à Simeone Metaphraſte deſcripta. Circa Bithyniam videtur. Alium quoq; montem* CONTVRIA, *habet idem eodem tractu.*

THRINCA θρίγκη, *vrbs iuxta Columnas. Stephanus.*

THRISOLIDA, *vltima in Oceano Septentrionali inſula, vbi tanta ventorum vis eſt, vt ibi nunquam aliquid viride aut floridum inuenire ſit. Sic Aethicus Sophiſta.*

THRISTISIMA θριστίσιμα, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptolemæo.*

THRIVS θριοῦς, *vrbs olim Achaiæ, confinis Patris. nunc verò Elidis. gentile Thriaſius, ſic Steph. Etiã Elidis fluuius ſic dictus, in Alpheum decurrẽs, auctor mihi Q. Calaber 2. & Homerus* Ιλιαδ. B. *Vide* THRIA, & EPITALIVM.

THRIXAS θρίξας, *Elidis videtur vrbs, in Peloponneſo. Herodoti Melpomene.*

THROANA θρόανα, *Latronum ſiue Leſtorum regionis vrbs, in India extra Gangem, Ptolemæo.* Taigin *Caſtaldo.*

THROANI θρόανοι, *Serica gens, Ptol. Vide* THARRANA.

THROASCA, *vide* OROASCA.

THRONI θρόνοι, *ciuitas & promontorium Cypri, Ptolemæo auctore.* Pile, & Cabo de Pile *hodie, vt tradit Luſignanus, in Cypri inſulæ deſcriptione Gallica.*

THRONIVM θρόνιον, *Locrorum Epicnemidiorum opidum, Polybio 9. Liuio 28. & 32. (apud quẽ littorale eſt.) Ptolemæo, & Stephano.* THRYONIVM *vocat quoque Heſychius.* THRONIACAM *vrbem Euripides in Iphigenia. Vide* ABANTIS.

THRIANDA θρύανδα, *apud Stephanum Lyciæ vrbs.*

THRYASII *Plinio, ſunt Poloponneſi populi, in Achaia. Pro* THRIASII *ni fallor, à Thrius Stephani.*

THRYONIVM, *vide* THRONIVM.

THRYOS, & THRYOESSA, *vide* EPITALIVM, & THRIVS.

THVBAL, *Aſſyriæ regio. Geneſ. 10.* θόβελ, *legit Epiphanius. Vide* IBERIA.

THVBEN, *opidum Africæ Interioris, à Corn. Balbo expugnatum. Plinius. An Thuppe Ptolemæi?*

THVBVNA θούβουνα, *Mauritaniæ Tingitanæ vrbs, apud Ptolemæum.*

THVBVRBO, & THVBVRNICA, *vide* TVBVRBIS.

THVBVRSICA θουβουρσίκα, *Ptolemæo vrbs, in Africa Propria. Huius mentio eſt quoque in concilij Carthaginenſis canonibus.*

THVBVSCVM, *vide* TVBVSVPTVS.

THVBVTIS θούβουτις, *Africæ Propriæ opidum: Ptolemæo.*

THVCABERVM, *apud D. Auguſtinum Africæ vrbs.* TVCCA TEREBINTHINA *erat ad oram codicis.*

THVCIMATH, *vide* VCIMATH.

THVDACA θουδάκα, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, apud Ptolemæum.*

THVELATH θουήλαθ, *vrbs in Libya Interiori: teſte Ptol.*

THVGVSVBDITANI *loci, meminit Vict. Vticenſ. M. S. corruptè pro* TVBVSVPTVS, *vt puto.*

THVIDOS, *vide* BVBEGENTAS.

THVLE θούλη, *Straboni, Plinio, Ptolemæo, & Syneſio epiſtola 148. Arnobio 6. Oceani Septentrionalis inſula ſupra Orcades.* Iſlandt, *Ger. Mercatori. Ego* Tilemarck *interpretor, qui Norwegiæ regni tractus. Vox enim alludit, & Ptolemæi latitudo & longitudo Thules, huic Tilemarchiæ planè conuenit.* THVLEN *aliam eſſe ab Iſlandia, docet eius deſcriptio apud Procop. 2. Gothicor. Lege quæ adſcripſimus tabulæ Iſlandiæ in noſtro Theatro. Vide* BASILIA.

THVMÆA, *vide* ITHOME.

THVMATHA, *Arabum opidum, Plinio, circa Paſitigrim.* θουμάθα, *Ptolemæo vrbs Arabiæ Felicis.*

THVMELITHA θουμέλιθα, *Libyæ Interioris vrbs. Ptolemæus.*

THVMNA θοῦμνα, *Arabiæ Felicis opidum, Ptolemæo. Et aliud ibidem eiuſdem nominis, eidem. Per o in prima ſcribit Plinius. cui Gebanitarum caput.*

THVNATÆ θουνάται, *Dardanica gens, in Europa. Strabo.*

THVNAZVDA, *Africæ locus, vt eſt apud Victorem Vticenſem. Sed* TVMIRVDA *legit alius codex.*

THVNICATES, *pro* RHVNICATÆ ῥουνικᾶται, *legit Auentinus, apud Ptolemæum. Vindeliciæ populi ſunt, quos* Im Thunca *(Bauariæ tractus eſt) idem interpretatur. Hos* VIRVCINATES *Plinij eſſe, putat Schudus.*

THVNNI, *vide* VNNI, & TVRCÆ.

THVNVBA, *vide* THORVNABA.

THVNVDROMVM θουνούδρομον, *colonia in Africa Propria. Ptolemæus.* TYNVDRVMENSE *opidum, Plinio.*

THVNVSDA θουνοῦσδα, *Ptolemæo vrbs in Africa Propria.* THVNVSIDENSE *opidum: Plinio.*

THVPPÆ θοῦππαι, *Lybiæ Interioris vrbs, Ptolemæo.* THVPPA θοῦππα, *eſt alia, ibidem, eidem. Hoc loco interpretes* THVSPA *legunt. Vide* THVBEN.

THVRÆ, *vel, vt alia exemplaria habent,* THYRRA (& THYREA, *apud Plinium,) Meſſeniæ vrbs, quæ poſtea* LOCVS *dicta fuit: Solino. niſi fallit codex. quod videtur ex Plinio, vbi hæc, Anthana, locus Thyrea, Gerania, &c. Pauſanias ſcribit eam ab Homero* ANTHEAM *nominatam. Hæc Nigro* Calamata *eſt, vulgari vocabulo. Strabonem eandem* THVRIAM *appellare, & Ptolemæum* THVRIVM θούριον, *vult Hermolaus, qui eam quoque ab Homero* ÆPEAS *vocatam putat. Vide* THVRIVM, THYRÆA, & THORÆ.

THVRIA, *Diodoro fons propè Thurium Magnæ Græciæ vrbem:* Aqua che Fauella *hodie dicitur* Leandro. THVRIAM *Orionis domicilium, habet Plutarchus de Exilio.* THVRIOS *montes habet App. 1. Ciuilium. Vide* THVRÆ, & THALAMVS.

THVRIFERA, *vide* LIBANOPHOROS.

THVRII, *vrbs in Salentinis, Liuio 10. pro* THVRIO *Magnæ Græciæ habeo. Salentini enim huc vſque. Vide* THYRÆI.

THVRINGOS θουρίγγοι, *nominat Suidas populos ex quibus oriundum quendam Onuolphum ſcribit ſtirpe materna; ex Sciris verò paterna. An* Duringhen, *quod vulgus Latinum* TVRINGIA *vocat?*

THVRINVS *Pagus, item* THVRINA *regio, Vide* THVRIVM.

THVRINVS *Sinus, vide* THVRIVM, & TARENTINVS.





THVRIS θοῦρις, *Arabiæ Felicis vrbs, apud Ptolemæum.*

THVRIVM, *cacumen aſperum, in metæ formam faſtigiatum: quod* ORTHOPAGOS ὀρθόπαγος, *à nobis vocatur, inquit Plutarchus, in vita Syllæ. In Bœotia eſt, Straboni 9.* THVRIVM θούριον, *Ptolemæo Magnæ Græciæ vrbs; in Sinu Tarentino. Hi etiam* THVRII *Stephano, cui & Plutarcho quoque* SYBARIS σύβαρις, & COPIÆ κωπίαι, *dicta fuit. vt quoque Straboni. Idem Stephanus addit eandem à Pauſania* ANTHEA *vocari. ſed malè, vt etiam Hermolaus, qui eum ſequitur. (Pauſanias enim hoc de Thure Meſſeniaca dicit; & non de hac Italica.)* SYBARI, *qui nunc* THVRII, *inquit Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 7. cui ſuccinit Plutarchus, in Pericle. aliis tamen Thurium & Sybaris, duo diuerſa ſunt opida. Hoc Thurium coloniam Romanam factum, apud Strabonem lego. De hac vrbe Diodorus lib. 12. ſcribit eam prope fontem Thuria dictum conditam, & ab eo Thuriam nominatam, atque in quatuor fora, ſecundum eius longitudinem diſtinctam; quorum vnum* HERACLEAM *appellant, alterum* APHRODISIADEM, *tertium* OLYMPIADEM, & *quartum* DIONYSIADEM. *In latitudinẽ verò, tribus foris diſtributam, quorum nomina ſunt* HEROA ἡρῶα, THVRIA θουρία, & THVRINA θουρίνα. *Hoc Thurium hodie* Terra noua *dicitur Scip. Mazella, & Gab. Barrio: qui dicit Seb. Corradum ſomniare, vbi hanc Rhodium vocat. Verè ſomniare dicit quoque Cittadinus. at non minus etiam Barrium, qui* Terra noua *interpretatur: hanc enim nouam eſſe in mediterraneis: Thurium autem ad mare fuiſſe, in loco qui hodie* Buffalaria. TVRII *male legit apud Antoninum, in itinere Equotutico Regium. Hinc* THVRINVS *pagus, &* THVRINA *regio, Suetonio in Auguſto. &* THVRINVS *Sinus.* THVRIVM *Laconicæ vrbs, Ptolemæo,* THYREA *hæc Plinij. Vide* THVRÆ, THVRII, & TYRIVM.

THVSCOS *ſuos (ſic prædium ſuum vocat) deſcribit Plinius Epiſtolar. 5. ad Apollinarem. In Tuſcia eſt, ſub Apennino, haud procul à Tiberi. Vicinum huic eſt opidum Tifernum Tiberinum.*

THVSCVS *Vicus, vide* COELIVS.

THVSIATHATH, *vide* TVSIAGAT.

THVSPA, *vide* THVPPÆ.

THVSSA, *vrbs Etruriæ eſt apud Myrſilum Lesbium.* TVSSA *apud Catonem. qui eum* NANA *cognominat.*

THVSSÆ, *Gyraldus ſyntagmate 17. Deorum, ſic: Solum apud Thuſſas in Ægypto, vbi Venus Cornuta colebatur, vacca illi immolabatur. Ibidem, paulò inferiùs, Tuſſa, ſine* H. *legit. Et locum, & deam ignoro, niſi ſit* χοῦσαι, *vel vt interpres habet,* SCHVSSA, *apud Ælianum 10. Animal. cap. 27. vbi non Cornutæ, ſed Vraniæ Veneris meminit. quemadmodum idem Gyraldus hunc eundem locum interpretatur Syntagmate 13. ex diuerſorum codicum fortè varia lectione.*

THVSSAGETÆ, *vide* SARMATIA, & THYSSAGETÆ.

THVSSIA, *vide* TVSCIA.

THVTH, *vide* PHTVTH.

THVTHOA θουθόα, *Arcadiæ fluuius, qui in Ladonem influit. Pauſanias.*

THVZICATH θουζικάθ, *Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo. Vide* THABRACA.

THYAMIA θυαμία, *Peloponneſi in Sicyonia opidum. Xenophon 7. Græcorum.*

THYAMIS θύαμις, *Epiri promontorium Ptolemæo. Theſprotidem Ceſtriniamq; diſterminans. Noſtra ætate* Niſta *appellari ſcribit Niger. Strabo, Pauſanias, Athenæus, & Thucydides habent hoc tractu Thyamum* θύαμος, *amnem: ſic quoque Ptolemæus & Plinius. Thucydides etiam montem eiuſdem nominis. amnem ſcribit Theuetus hodie* Calama *dici.* THYAMIN *vicum, habet Stephanus in Arachoſia, à Semyramide exſtructum. Vide* THYRAMIS.

THYASIS, *vide* MELLVS.

THYATIRA θυάτειρα, *Ptolemæo Lydiæ opidum. Plinio aliquando* PELOPIA, & EVHIPPA *cognominatur. Stephano etiam* SEMIRAMIS σεμίραμις, & MYSORVM ESCHATE μυσῶν ἐσχάτη, *dicitur. Hanc Thyatiram à Lyco flumine ablui, tradit Plinius. Ptolemæo autẽ ad Hermum fluuium ſita eſt.* Tire *hodie vocari, ſcribit Leunclauius.* THEATIA θεατεία *in Epheſino concilio corruptè, vt ſubdubitat Sylburgius.* THYATIRA *inſula, Plinio: circa Echinadas videtur.*

THYBARNI θύβαρνοι, *Aſiæ Minoris populi: circa Sardim vrbem. Diodorus 14. à Thybarra, vt puto.*

THYBARRHA θυβάῤῥα, *locus in Aſia Minori, circa Pactolum fluuium. conuentus incolarum Syriæ Inferioris. Xenophon. 6. Cyropediæ.* THYMBARRHA. & THYMBRAIA *in margine erat. Idem locus videtur ab eodem lib. 7.* THYRIBARRHIS *vocari.* THYMBRARA *autem legit Stephanus. idq; ex Xenophonte.*

THYBII, (θυβεῖς *erat in Græco codice) gentis nomen, Pontum accolens, hominibus exitioſa. tabeſcere enim & morbis implicari, qui eorum obtutum, anhelitum, aut loquelam ſuſtinuerint, ſcribit ex Philarcho, Plutarchus, Sympoſiorum 5. problemate 7. Sunt* THIBII *Plinio 7. cap. 2. &* THIBA *locus, Euſtathio.*

THYBRIS, *nomen fluuij eſt, in agro Syracuſano, auctore Theocriti Scholiaſte. item Seruio; qui eam* FOSSAM *eſſe ſcribit. Sed* THYMBRIS θύμβρις, *per* M. *legit Theocritus. Vide* ALBVLA.

THYDONOS, *opidum Cariæ. Plinius.*

THYELLA θύελλα, *Oenotriæ vrbs, Stephano.* θυελλαιοι, *in Claudij nummo. Barrius eam recentiori nomine* Gineto, *ſiue* Thyeto *appellat. Hoc obiter hic addo,* ὑέλη, *legi apud Herodotum 1. vnde Stephanus hanc Thyellam tranſtulit.*

THYESSOS θυεσσός, *Lydiæ vrbs: etiam Piſidiæ. Stephanus.* θυεσσέων *meminit Titi nummus.*

THYGATA θυγάτη, *huius Epiſcopum Alypium nominant Canones concilij Carthaginenſis. In Africa eſt.*

THYIA, *locus ſic dictus, in Græcia: à* θυίης *Cephiſi F. Herodotus 7.*

THYMÆ θύμαι, *gens Thracica: Galeno in Hipocratis vocum interpretatione. vide* HYMMAS.

THYMÆNA, *vide* TEVTHRANIA.

THYMATADÆ θυματάδαι, *Hippothoontidis tribus municipium, Stephano. Suidas per* αι *in medio ſcribit. Demoſthenes per* αι. *Heſychio* θυμαιτάδαι.

THYMATERIVM θυματήριον, *Africæ vrbs, extra Columnas. Hanno. Per* I *in ſecunda legit Stephanus,* θυμιατήρια. Azamor *hodie dici, Ramuſius & Io. Mariana, conijcere videntur.*

THYMBARRHA, THYMBRAIA, & THYMBRARA, *vide* THYBARRHA.

THYMBRE θύμβρη, *Straboni & Plinio Troadis opidum, quod &* ZYMBRAM *vocabant, per* Z: *item* DYMBRAM, *per* D. *vt Hellanicus tradit, apud Steph.* THYMBRIVM *Xenophon 1. Cyropediæ.* THYMBRAM *ſiluam, habet hoc tractu Vibius, ſed corruptè Tymbra ſcribit.* THYMBRÆVS *Mons, in agro Troiano: eſt apud Feſtum.*

THYMBRIA θυμβρία, *Cariæ pagus; quatuor à Myunte ſtadiis. Strabo. An idem cum Thembriemo?*

THYMBRIS, *fluuius qui miſcetur Sangario in Bithynia: Cointho Smyrneo, & Liuio lib. 38.* θύμβρειος *Straboni, &* TEMBROGIVS *Plinij eſt. Orpheus* TEMBRIVM τέμβριος, *vocat; ſic quoque Ammianus. Videtur mihi* TIBERIS τίβερις, *Procopij, qui eum Gallatiæ adſcribit, regioni vicinæ. Vide* ALBVLA, & THYBRIS.

THYMBROS *fluuius, qui &* ATHYMBROS. *Etymologus in verbo* ἄκαρα. *Cariæ videtur.*

THYMELA, *claſsium vrbis Conſtantinopolitanæ, & Thymelæ, meminit his Codex Theodoſianus, Titulo de Apparitoribus. An vrbis nomen ſit, video ſubdubitare qui ad hunc locum annotauere.*

THYMIATERIVM, *vide* THYMATERIVM.

THYMIATICA, *vide* POSSESIO.

THYMIATIS, *vide* THYAMIS.

THYMIATVM θυμιατων, *ignitam regionem Libyæ, habet Hanno. vnde igniti torrentes in Oceanum Atlanticum effluebant. Vide* PYRRHVS *Campus.*

THYMIOTADES, *&* IHYMOITADÆ, *vide* THYMATADÆ.

THYMNIAS *Sinus, Doridis regionis, in quo Thymniæ promontorium, & Aphrodiſium. Pomponius, & Plinius.*

THYNE θύνη, *Libyæ opidum, Stephano. An* θυρη, *hoc etiam in concil. Epheſino III? Vide* THYNIAS.

„ THYNI θύνοι, *Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur. ſic Claudianus in Eutrop. Horum meminit quoq; Xenophon. item Nicolaus apud Stobæum. In nocturnis prœliis acerrimi dicuntur. vide* BITHYNIA.

THYNIAS θυνιὰς, *Apolloniatarum, Straboni Thraciæ locus, ad mare Euxinum. Arrianus in Periplo promontorium vocat. ſic quoque Ptolemæus. ſed hic per* I *in prima* THINIAS. *Plinius per* Y *ſed geminato* NN. *Hodie Nigro auctore* Sagora *dicitur.* THYNNIACVM *Sinum, hinc facit Ouid. 1. Triſt. Eleg 9. vide* APOLLONIA.

THYNNIAS θυννιὰς, *inſula Ponti Euxini, aduerſa Bythyniæ; quam Barbari* BITHYNIAM *vocant, inquit Plinius lib. 5. cap. 32. (*BITHYNIDA *Pomponius.) Idem lib. 6. cap. 12. eam quoque cum Arriani Periplo* APOLLONIAM *appellat.* DAPHNVSIA δαφνυσία, *quoque dici, Ptolemæus auctor eſt. qui eam Thyniam, ſimplici* N. *ſcribit.* THYNEIS *eſt Orpheo in Argonauticis. Videtur* THONIAS θονιὰς, *Stephani, quam etiam* THYNE, *&* THYNIS θύνη, *&* θυνὶς, *nominat. hoc vltimum eſt quoque Apollonij 2. Hodie* Farnaſia *nuncupari, tradit Niger.*

THYNOS, *Ciliciæ opidum, Plinio.*

THYRÆA, *Phocidis vrbs. Pauſanias, in Corinthiacis. Sed* TITHOREA *pro eo legit Sylburgius.* THYRÆA *Pauſaniæ etiam locus in Argiuorum & Lacedæmoniorum finibus. hunc Strabo 1. Thucydides 2 & 4. item Herodotus 6.* TYREA τυρέα, *nominant, in Cinuria regione. quapropter Thucydides* CYNVRIAM *eã cognominat.* THYRÆVM *Stephani puto.* Burdugua *interpretatur à Dom. Nigro.*

THYRÆI θυραῖοι, *inter Tarentum & Brunduſium populi, apud Strabonem.* THVRII *Liuij videntur. vide* ASPII.

THYRÆVM, *vide* THYRÆA.

THYRAMIS θύραμις, *Theſprotiæ fluuius, in Epiro. vbi fabæ Aegyptiæ proueniunt. Athenæus 3. Sed* THYAMIS *legendum, monuit Hermolaus.*

THYREA θυρέη, *inſula Peloponneſo adiacens, Herodoto, in Thalia. Circa Hermionem videtur, in Thyreatico ſinu, ni fallor. vide* THVRIVM.

THYRGANIDES θυργανίδες, *gens Attica apud Heſychiũ.* θυργωνίδαι *Suidæ: Ptolemaicæ tribus municipium.*

THYRGONIDÆ, *vide* THYRGANIDES.

THYRI, *Serica gens, Plinio.*

THYRIBARRHIS, *vide* THYBARRHA.

THYRIVM, *Acarnaniæ regionis opidum. Liuius 36. & Stephanus.* THYRIENSES *hinc gentile, apud Xenophontem 6. Græcor. Vide* TYRRHEVM.

THYRIDES θυρίδες, *id eſt feneſtræ, ſic vocat Pauſanias Tænari verticem. triginta ſtadiis à Tænaro diſtare ſcribit. in Laconica maritima. huius etiam meminit Strabo. Tres inſulæ ſic vocantur à Plinio: in Aſineo ſinu.*

THYRSAGETÆ, *vide* THYSSAGETÆ.

THYRSVS, *vide* THORSVS.

THYSANVSA, *Cariæ opidum, Plinio.*

THYSDRVS θύσδρος, *Africæ Propriæ vrbs mediterranea, Ptolemæo.* TISDRVS, *&* TISDRA *ſcribitur apud A. Hirtium.* TISDRVM *Capitolinus vocat.* TVSDRVM *Colonia eſt Antonino.* TVSDRITANVM *opidum Plinius lib. 5. cap. 4. Tiſdritanum malè quoque legitur pro Thyſdritanum apud eundem lib. 7. cap. 4.*

THYSSA, *vide* THYSSVS.

THYSSAGETÆ θυσσαγέται, *gens iuxtà Mæotidem paludem. Herodotus in Thalia. & ex eo Stephanus. Per* R,



THYRSAGETÆ *ſunt apud Pomponium.* THVSSAGETAS *habet Plinius.*

THYSSVS θύσσος, *vrbs circa Athon montem, aut potius in ipſo monte, vt habet Plinius, & Thucydides 4 & 5. Herodotus* THYSVS, *vno* S. *legit.* θυσσα *eſt in epitome Strab.*

THYSTIVM, *ſiue* THYTIVM *ſine* S, *vrbs Aetoliæ. Suidas.*

THYSVS, *vide* THYSSVS.

TIABA τίαβα, *Cariæ vrbs, Straboni.* τιαβα *legit Stephanus, vbi hunc locum citat, in ἀμβλαδα.*

TIAGAR τίαγαρ, *Arabiæ Felicis vrbs Ptolemæo.*

TIAGVRA τιαγοῦρα, *Ptolemæo vrbs Indiæ intra Gangem.* TIATVRA *Latini codices legunt.*

TIANVM, *vide* TEANVM.

TIARÆ, *locus circa Mitylenen, in quo tubera feliciter proueniunt. Plinio & Athenæo.*

TIARANTVS τιαραντὸς, *Herodoto Scythiæ fluuius; in Iſtrum aquas ſuas euoluens. Incolis* Seretus *dici, ait Peucerus.*

TIARE, *Plinio Troadis opidum. An idem cum Tiaræ, videndum.*

TIARIVLIA τιαριουλία, *Ilercaonum in Hiſpania vrbs. Ptolemæus. vide* TRAIA CAPITA.

TIASA, *vide* TIESA.

TIASSA τιασσα, *fons aut fluuius Macedoniæ. Heſychius.* τίασσος *Athenæo fluuius.*

TIASVM Τίασον, *apud Ptolemæum Daciæ vrbs.* Diod *vocat noſtra ætas, inquit Lazius.*

TIASSVS, *vide* TIASSA, *&* TIESA.

TIAVSPA τιαύσπα, *Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolemæo.* TIAVSA *interpreti.*

TIBA *Colonia Africæ, eſt apud Onuphrium ex Ptolemæo. vt ipſe ait. ex ſuo fortè, nam meus non habet. neq; aliorum quos vnquam viderim.* THIGIBA *eum velle auguror.*

TIBARENI τιβαρηνοὶ, *Plinio, Melæ, Straboni, & Herodoto, populi Chalybibus proximi, quibus in riſu luſuq; ſummum bonum eſt.* TIBRANOS, *nos vocamus, inquit Euſtathius.* STYBARENOS *ab Orpheo in Argonauticis nominari video. At librariorum vitio. cauſſam lege in* COMBOS. *& alibi, in hoc Theſauro.* TIBARANOS *per* A *in pænultima frequẽter nuncupari ſcribit Pintianus, in Melam.* TIBARIS *tribus, eſt hoc tractu, Diodoro 14.* TIBARANIAM *regionem per* A *in pænultima vocat Stephanus. Circa Cappadociam ſunt.*

TIBARI τιβαροὶ, *gens quædam quæ ſeniores viros ſuos præcipitare ſolebat. Euſeb. 1 Præp. Euangel.*

TIBARVM, *vide* THIBARVM.

TIBAS τίβας, *regio vnde Tibenum vinum, vt refert Galenus. ſed non quibus in terris? In Aſia fortè erit. Tibiorum idem meminit. vide* TIBII.

TIBAZABVLENSIS *loci, in Africa; meminit Collatio Carthag.*

TIBELIVS τίβελιος, *præſidium quod Miſimianos ab Abſilibus diſterminat. Agathias.*

TIBERIA, *vrbs Thraciæ eſt apud Calliſtum, à Tiberio Imp. Auguſti priuigno conſtructa.*

TIBERIACVM, *opidum eſt prope Rauennam: quod aliquando* AD CABALLOS *dictum fuit, & hodie* Bagnacauallo. *Auctores ſunt Blondus, Sabellicus, Niger, & Rubeus, cui vltra Anemonem fluuium eſt.* TIBERIACVM, *Antonino opidum eſt, inter Iuliacum & Coloniam Agrippinam.* Bercheim *opidulum eſt, haud dubiè. Nomen antiquum retinet, amiſſa prima ſyllaba.*

TIBERIADIS *Lacus D. Ioanni,* GALILÆÆ *D. Matthæo; quod & Stagnum* GENESARETH, *&* CHINERETH, *vel* CENERETH *in Sacris Bibliis vocatur.* GENESARA *Solino? ſed alium* TIBERIADEM *habet. duo enim diuerſi huic ſunt Glareanus ſubdubitat num idem ſit cum eo quod Iuſtinus, ex Trogo,* ASSYRIVM *Stagnum appellat. Nunc* Tabarie *ab accolis dici ſcribit Niger.* RAFREN *videtur à Serapione vocari, cap. de Aſphalto.* TIBERIADEM *Phrygiæ habet Hiſtoria Tripartita: cuius Epiſcopum quendam Marcianum vocat. Vide* CENEROTH.





TIBERIANI *Campi, qui inter Romam & Tibur eſſe videntur, in lib. Limitum.*

TIBERIAS τιβεριὰς, *Galilææ vrbs, in Sacris litteris nota. Prius fuit ab Hebræis* CHENERETH *dicta.* CEPHIRA *legit ex D. Hieron. Baronius. Sita eſt ad Mare, quod ab ea nomen recepit. Huius ſitum pete ex Ioſephi Vita. Vide* SARMINETVM.

TIBERINA *Caſtra,* Peringen *pagus, in Vindelicis; haud procul à Dingelſingum Bauariæ opidum. Lazius in ſua Vienna. Vide* TIBVRNIA.

TIBERINA *Inſula, vt Vitruuius eam vocat, quam Tiberis fluuius in vrbe Roma ambit.* ÆSCVLAPII *inſulam, vocat Suetonius, in Claudio. Plutarchus in Poplicola ſcribit à Latinis Mediam inter duos pontes vocari.* LYCAONIAM *quondam dictam, ſcribit Blondus, & Viterbienſis: à Ioue videlicet Lycaone, ibidem templum habente. Aeſculapio ſacram, ſcribit Halicarnaſſeus.*

TIBERINA *Regio, Cappadociæ, in qua Arianzus. In Nazianzeni epiſtolis.*

TIBERINI, *vide* TIFERNVM.

TIBERINVS *Campus, Vrbis Romæ, poſtea Campus* MARTIVS *dictus fuit. Marliano teſte. Idem à Liuio lib. 2.* TARQVINIVS *Ager antea vocatus.*

TIBERIOPOLIS τιβεριούπολις, *Ptolemæo & Socrati Magnæ Phrygiæ vrbs. Phrygiæ Pacatianæ eſt in ſynodo Conſtantinopolitana V,* Stroinizza, *à Sophiano appellatur.* ςρυμιτζαν *habet quoque Niceph. Gregoras.* TIBERIOPOLIM *habet ex Curopalate Leunclavius, Bulgarorum ciuitatem ad Pontum Euxinum, quam hodie* Varna *appellari ſcribit.*

TIBERIS, *vide* ALBVLA, *&* THYMBRIS.

TIBERTINI, *vide* TIFERNVM, *&* METAVRENSES.

TIBESIS, *vide* PATHISSVS.

TIBIANA, *vide* TABIANA.

TIBIGENSE *opidum, Africæ Propriæ, apud Plinium, à* THIGIBA θιγίβα, *Ptolemæi. paucis tranſpoſitis litteris. Pro Thigiba legit Latinus interpres* THIBBA.

TIBII *populi, &* TIBIVM *opidum, circa Armeniam Maiorem videtur, apud Cedrenum, & Curopalatem: qui gentis metropolim ex ea facit. Tibiorum τιβιων, meminit Galenus lib. 1. Methodi medendi. Lucianus in Timone, & Conductis mercede, pro gente ex qua mancipia emi ſolebant, habet. Circa Phrygiam hi ſunt, aut potius Paphlagoniam, vt ex ſeptimo Strabonis liquet. Sed tota Phrygia* TIBIA τιβία *appellatur, Suida teſte. Vide* TIBIVM.

TIBILIS, *vide* TIBILITANÆ *Aquæ.*

TIBILITANÆ *Aquæ in Africa Propria, iuxta Hipponem Regium, Antonino, & D. Auguſtino.* TIBILIS *eſt apud eundem epiſtola 128. ad Donatum.* TIBLITANI *tetraſillabicos meminit Victor Vticenſis. &* TIBILITENSIS *Coll. Carthag.*

TIBINA, *vide* TVBVNIS.

TIBIRITANA, *vide* TIBIVRA.

TIBISCA Τίβισκα, *Mœſiæ Inferioris opidum, Ptolemæo. Niger illud* Sophia *vocari tradit.*

TIBISCVM Τίβισκον, *Daciæ vrbs, apud Ptolemæum.* Titul *præpoſitura hodie, Lazio. Infra Albam Græcam.*

TIBISCVS, *vide* PATHISSVS.

„ TIBISENAQ; *iuxta Oſtia. Val. Flaccus 6. Scythiæ fluuius. Vox mihi ignota. An Boryſtenaq; pro ea ſubſtitui debeat, videant quibus codicum veterum copia eſt. Hoc ſcio, fabulam quam hoc loco refert Flaccus, deſcribi ab Herodoti Melpomene, in Hylea regione, vicina Boryſtheni.*

TIBISIA, *Iornandi fluuius Sarmatiæ Europææ.*

TIBIVM τίβειον, *Phrygiæ mons. Stephanus. Vide* TIBII.

TIBIVRA, *Ciuitas Africæ eſt: in Martyrio S. Felicis, epiſcopi Africani.* TIBARITANA, *vel* TIBARENSIS *mauult legere Baronius.*

TIBLITANI, *vide* TIBILITANÆ.

TIBRACANA τιβρακάνα, *Mediæ opidum, Ptolemæo.*

TIBRONANVS *Saltus, meminit vetus inſcriptio, quæ eſt*



*in Gaudentij Merulæ Gallia Ciſalpina. Ad Mediolanenſium regionem pertinet.*

TIBVLA τίβυλα, *Sardiniæ vrbs, Antonino, & Ptolemæo. apud eundem Tibulatij populi.*

TIBVR τίβερ, *Ptolemæo Latij vrbs. ad Anienem fluuium, 150. ſtadiis ab Vrbe, Procopio.* TIBVRIS τίβυρις, *&* TIBYRA, *Stephano.* Tiuoli *hodie. Olim* POLYSTEPHANON πολυςέφανον, *vocatam, prodit idem Stephanus. Huius pars* SICVLETVM, *(σικελιὼν, in Græco eſt) dici ſcribit Halicarnaſſeus, interprete Gelenio. Tiburtes gentile, Liuio. De hac vrbe multa docteq; annotauit Fuluius Cardulus, in Notis ad S. Getulij paſſionem.* TIBVRTINA *villa, in huius vrbis agro, cuius Spartianus meminit, hodie* villa Hadriani *vocatur.* TIBVRTINA *via, Vitruuio, 8. cap. 3. Hæc hodie* Taurina *vocatur; vt ſcribit in eundem Cæſar Cæſarianus.* TIBVRTINVM *Scipionis, habet Cicero Philipp. 5.* TIBVRTI *Manlij Vopiſci, Statius 1. Siluar.*

TIBVRI, *vide* TEBVRI.

TIBVRNIA, *Norici aut Rhætiæ vrbs; in Eugippij hiſtoria, de qua adi huius doctiſſimum Scholiaſtem.* S. Veit in Kernten *interpretari ab Auentino idem ait.*

TIBVRTES, *Quartæ regionis Italiæ populi. Vide* TIBVR.

TIBYRA, *&* TIBYRIS, *vide* TIBVR.

TICANA, *vide* TRVCONES.

TICANOVA, *vide* CO.

TICARIVS Τικάριος, *Corſicæ fluuius, apud Ptolemæum.* Groſſo, *Leandro.*

TICELIA, *ciuitas Pentapolitidis regionis, in Aegypto videtur; in concilio Chalcedonenſi. Vide* TICENA.

TICENA Τίκενα, *Africæ Propriæ vrbs, apud Ptolemæum.* TICELIA *legunt interpretes.* TICENI *meminit codex Theodoſianus, &* TICENSIS, *Coll. Carthag.*

TICHASA τιχάσα, *vrbem Africæ Propriæ, habet Ptolemæus.*

TICHIOES, Τειχιοεὶς, *caſtellum iuxta Trachinam. Stephanus. Puto* TICHIVS *Strabonis.*

TICHIS, *Hiſpaniæ Citerioris fluuius, ad Pyrenæi radices. Plinius 3. cap. 3.*

TICHIVM Τίχιον, *Græciæ opidum, in Aetolia. Thucydides ad finem 3.*

TICHIVS τιχιοῦς, *ad fauces Thermopylarum, vrbs. Strabo. Vide* THERMOPYLÆ, *&* TICHIOES.

TICHIVSA τειχιοῦσα, *vrbs in ora Mileſiæ. Aſiæ Propriæ. Thucydides 8.* τειχιοῦντα *vocat Athenæus.*

TICHVS τεῖχος, *Achaiæ caſtellum, circa Dimen: Polybio 4. & Stephano. Plataenſium caſtellum, facit Pauſanias 3.*

TICINVM Τίκινον, *Inſubrum in Italia opidum, Ptolemæo, Tacito aliiſq;.* Pauia *nunc. Vrbs eſt Academia nobilis; memorabili Gallorum ſtrage, & Caroli V. Imp. victoria inclyta.* PAPIAM *recentiores Latini vocant. ſic quoque Diaconus, qui ſcripſit ante annos octingentos.* FLAVIA PAPIA, *vocatur in nummulo argenteo, quem Angelus Breuentanus edidit in ſua Regum Longobardorum tabula. Secundam Romam in veteri ſaxo appellari, ſcribit Henricus Farneſius Eburo, in huius vrbis encomio, typis edito.*

TICINVS Τίκινος, *Galliæ Ciſalpinæ fluuius, Silio, Polybio, Straboni, Liuio, Plinio, & Stephano.* Teſino *nũc vocatur.*

TICVALTENSIS *epiſcopatus, in Africa. Victor Vticenſis, M.S.*

TIDÆVM Τίδαιον, *vrbs circa Atticam. Appianus in Mithridaticis.*

TIDANIVS, *vide* TEDANIVM.

TIEIVM, *vide* TIOS.

TIDITANVS *Epiſcopus, in Numidia. Vict. Vticenſ.*

TIELA, *vrbs, cuius meminit Gemblacenſis, circa annum 451.* Tielt *hodie, ad Vahalim fluuium. Geldriæ ditionis. ſic in M. S. meo, in excuſis autem* TICLA *malè legitur.*

TIELLA, *vide* HYBLA.

TIESA τιέσα, *fluuius, occurrit cùm Sparta Amyclas deſcendas. Pauſanias in Laconicis.* TIAS *legunt interpretes.*

terpretes. TIASSVS τίασσ@-, eſt Athenæo 4.

TIFATA, Liuio & Velleio, Campaniæ Felicis mons, Capuæ vrbi imminens, vt Dion tradit. Silius & Feſtus eius quoq; meminere. τιφατηνα, legit apud Dionem 42. R. Stephanus. Monte di Capua hodie nominari, tradit Leander. Eſt qui hæc noua nomina ſub eo comprehēdit. Meronida Caſerta, & Matalone. TIFATA, etiam vrbs in Latio eſt, apud Plinium. TIPHATA Plinio, in Illuſtribus. Tifatæ meminit etiam Statius 4. Siluarum.

TIFERNATES, vide TIFERNVM.

TIFERNVM vel TIPHERNVM τίφερνον, Vmbrorum in Italia opidum, circa Tiberis originē, Plinio & Ptolemæo. Citta di Caſtello hodie nominatur, Zacharia Lilio, Blondo, Platina, & Leandro teſtibus, ſed hic etiam Felicitatis caſtrum vocat. Tifernates, habet Plinius quos TIBERTINOS (aut vt alij codices legunt, TIBVRINOS) cognominat. TIFERNVM TIBERINVM eſt Plinio, lib. Epiſtolar. 4. ad Fabatū. Idem alios quoq; METAVRENSES: vtroſq; in Sexta regione. De Tiferno hæc ad me Roma miſit Celſus Cittadinus Angelerius.
» Tifernum cognomine Tibertinum hodie vulgo appellatur
» Citta di Caſtello, & etiam ſimpliciter Caſtello, poſita
» iuxta Tiberim à ſiniſtra ipſius, in finibus Etruriæ & Vm-
» briæ, inter Perusiam & Biturgiam. Tifernates autem
» Metaurenſes Ptolemæi ſunt ab alia parte Apennini, in
» Maſſa Trabaria, & vulgo nominatur S. Angelo in Va-
» do, eſt enim ibi tranſitus ab Etruria in Vmbriam, prope
» fontem amnis Metauri, qui nūc Metro ab accolis vocatur.
Idem addit malè apud Plinium aliquibus codicibus Tiburinos legi. Tiberinos enim legendum contendit. quod & mihi veriſimile, ex eo quod Tifernum Tiberinum, vti dixi, Plinius in Epiſtolis habet.

TIFERNVS, vide PHITERNVS.

TIFILTENSIS locus, in Mauritania Cæſarienſi, Vict. Vticenſ. M.S.

TIGA τίγα, Straboni Mauritaniæ vrbs ad Atlanticum Oceanum. Caſaubonus putat eandem cum TINGI.

TIGAMIBEMENSIS Epiſcopatus Numidiæ. Vict. Vticenſis, M.S.

TIGAVDA, municipium Mauritaniæ Cæſarienſis. Antoninus. TAGAVDA alia lectio.

TIGAVIÆ Ammiano, TIGAVA τιγαυα, Plinio, & Ptolemæo, Caſtra cognominat Antoninus. in Mauritania Cæſarienſi. (PIGAVA legunt Latini Ptolemæi codices) TIGABITANI Epiſcopi, meminit D. Auguſtinus. an huius Tigauæ vrbis, videant peritiores. Vide VAGA.

TIGENI, vide ICENI.

TIGENSE opidum, in Africa Propria, Plinius. TIGNENSIS meminit Coll. Carthag.

TIGESVS, vide TEGESSVS.

TIGILLABENSIS epiſcopi, in Numidia, meminit Vict. Vticenſ. M.S.

TIGIMMA Africæ vrbs. Coll. Carthag.

TIGIS τιγίς, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo. TIGISI Antonino. TIGISTANI Epiſcopi meminit Vict. Vticenſ. TIGISITANI ibidem.

TIGNALENSIS epiſcopus, Africæ. Coll. Carthag.

TIGNIA dicitur Latinis Piceni fluuius, quem incolæ Tinea vocant: vt Blondus & Leander produnt. Tenna Franciſ. Pamphilo.

TIGNICENSIS Plebs, Africæ. Coll. Carthag.

TIGORVM, vide TIGVRINVS.

TIGNIVM, Cæſari Piceni opidum. Hodie S. Maria in Georgio; Leandro, & Pamphilo. Sunt qui IGVIVM hoc loco legunt apud Cæſarem.

TIGRA, Antonino Mœſiæ inferioris vrbs. TEGRA in lib. Notit.

TIGRANA τιγράνα, Mediæ vrbs, apud Ptolemæum.

TIGRANAANA τιγρανααάνα, Ptolemæo Armeniæ Maioris vrbs. Tauris eſt Nigro: item Theueto: ſed hic eandem à Georgianis Simolacach vocari addit.

TIGRANOCERTA τιγρανοκέρτα, Straboni, Plinio, & Ptolemæo, aliiſq;. Armeniæ Maioris opidum eſt. Appianus in libro de bellis Mithridaticis ſcribit Græcè TIGRANOPOLIM ſonare. Sed & idem TIGRANOPETRAM τιγρανόπετραν, vocat. Septem & triginta M. paſſ. à Niſibi diſtare, ad Nicephorium amnem, ſcribit Tacitus 15. Annal. Hoc Iouius Sulthania, Bonacciolus Saua vocat.



TIGRES τίγρης, Peloponneſi fluuius, qui HARPYS ἅρπυς poſtea dictus fuit; à demerſo in eo vna Harpyiarum. Apollodorus lib. 1. Vide TIGRIS.

TIGRIS τίγρις, Ptolemæo, & ceteris Latinis: τίγρης, Straboni & aliis Græcis ſcriptoribus, Aſiæ flumen celebre. SYLAX σύλαξ, quondam vocatum, ſcribit Euſtathius. SOLLAX σόλλαξ, habet Plutarchus, in opuſculo de Fluminibus. HIDEKEL Hebræis dicitur, teſtis Ben. Ar. Montanus. DIGLATH δίγλαθ, vocat eum Ioſephus. (& ſic quoque hodie vocari, ſcribit Maſius.) DIGLITO eum appellari, ea parte nempe, qua tardior fluit, Plinius auctor eſt. THERA θηρα, vocatur in quodam oraculo Iuliano Apoſtatæ dato. vt habet Theodoritus 3. cap. 18. Eius deſcriptio ampla exſtat apud Trogum 42. Tegil hodie nominari, ſcribit Caſtaldus; & Sir, Pinetus: Set autem Ioſeph. Barb. Poſtello Morato eſt. ſic quoque in Itinerario Antonij Tenreri. Theuetus vult accolis Hidecel, & aliis Derghele dici. PASITIGRIS πασιτίγρις, à Plinio & Arriano dicitur pars Tigris, eo loco quo bifidus factus, inſulamque circumiens, denuò in ſe redierit. Ab incolis ſic nuncupari, ſcribit Curtius 5. Apud oſtia ſic nominari tradit Strabo 15. cui ſuffragatur Arrianus in Indicis. Huius meminit etiam Plutarchus in Eumene. Præter hunc Tigrim notiſſimum, habet Herodotus duos alios, in Armeniam influentes. Euſtathius quoque in Paphlagonia Tigrim habet, ex Xenophonte, vt addit.

TIGRIS Minor, vide DELAS.

TIGVALENSIS loci epiſcopalis, in Africa meminit Coll. Carthag.

TIGVLLIA τιγυλλία, Liguriæ vrbs maritima, apud Ptolemæum & Plinium, qui ſimplici L. ſcribit. Seſtri de Leuante eſt Auguſtino Iuſtiniano. Laula vocatur à Leandro. ſed Tuſciæ eã annumerat, & inter mediterranea ponit. eritq; hæc fortè SEGESTA TIGVLIORVM, de quo Plinius lib. 3. cap. 5. ſic: Tigulia, intus Segeſta Ti- »
guliorum. Tigulliam Ptolemæi ſcribit Simlerus ab Anto- »
nino TECOLATA dici. Duas enim Tecolatas habet Antoninus; hanc nempe Liguriæ, & aliam in Gallia Narbonenſi.

TIGVRINA, Norici metropolis, eſt in vita D. Seuerini. TIBVRNIA alia lectio. Vide TIBVRNIA.

TIGVRINVS Pagus, Cæſari in Heluetiis eſt. Rhellicanus credit hodie Zurich nominari. Malim Zurichgoew, ſic enim regionem appellant: & Zurich primariæ eius vrbis nomē. quæ TVREGVM apud mediæ ætatis ſcriptores vocatur. TIGVRINI ſunt Straboni, & Eutropio. GENIO PAG. TIGOR. exſtat in Heluetiis monumentum hac ſcriptura, Genio pagi Tigurini, legit Fabricius, ad Volumen Poetarum Chriſtianorum.

TIHEMA locus, vbi cappari ſunt calidiores noſtris. Serapio.

TIL, Aſiæ amnis, quem gens Sogor accolit. Turci NIGRVM vocant: & antiquiſſimi principes VER, & CVNI nominarunt. Niceph. Calliſtus lib 18. cap. 30. A quibus nominibus Ver, & Cuni, etiam gentes denominatas, ſcribit.

TILATÆI τιλαταῖοι, Thraciæ gens, apud Stephanum. Scomium montem incolunt, teſte Thucydide.

TILAVENTVM MAIVS, & MINVS, Venetorum regionis flumina apud Plinium ſunt. TILAVEMPTVM τιλαυέμπτον. Ptolemæus habet. Leander ea hodie in Foro Iulio deſcribit, dicitq; MAIVS, Tagliamento: MINVS Stella vocari, ab indigenis.

TILBVRGVM, villa in Tameſis ripa. Beda. nomen retinere putauerim: haud procul à Londino.

TILEDÆ, vide PLADÆ.

TILLABARVM, Africæ Propriæ vrbs, Antonino. Limitis TILLIBARENSIS meminit Lib. Notitiar.

TILLIVM τίλλιον, Sardiniæ inſulæ ciuitas, apud Ptolemæum. S. Reparata fortè hodie. hoc autem Laurentius Ananienſis putat ERREBANTIVM ἐρρεβάντιον, Ptolemæi eſſe.



TILMOGNVS, Cœleſyriæ locus. Calliſtus 6. cap. 27. TILMOGIVM eſt Euagrio 3. cap. 32.

TILOGRAMMON τιλόγραμμον, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs eſt. Catigan à Caſtaldo vocari video.

TILOTES τιλώτες, Aegyptius pagus, ſubiectus vrbi Heracleæ. Suidas. Heracleonis patria.

TILOX τίλοξ, Corſicæ inſulæ promontorium, teſte Ptolemæo. Cabo reuelar, vel Cheuelar, vt putat Pinetus.

TILPHOSSA τιλφῶσσα, fons Bœotiæ, ex quo ſcribit Ariſtophanes Tireſiam bibiſſe, qui cùm frigus & ſenectutem ferre non poſſet, ſtatim mortuus eſt. Athenæus. Tilphuſia τιλφυσία, eſt Apollodoro lib. 3. Pauſanias Tilphuſam τιλφουσα, fontem: & Tilphuſium montem habet, eodem tractu. τιλφώσσιον, geminato σσ, legit Strabo, pro monte, & fonte. & τιλφύσσιον, pro vrbe. τιλφώσσιον, pro monte haud procul à Lacu Copaide habet Suidas. τιλφυσσα, eſt etiam apud Plutarchi Syllam, in Bœotia. Ibidem τιλφοσσιον per o micron legit. ſed vrbem velit, an montem, aut fontem, incertum.

TILPHOSSÆVM τιλφοσσαῖον, Theſſaliæ regio, apud Stephanum. Vrbs Demoſtheni. Eandem cum TILPHOSSA reor.

TILVM, Helleſponti vrbs. Concil. Chalcedonenſe.

TILVRVS, vide PONS.

TIMACHVS, Dardanorum in Mœſia Europæa fluuius. Plinius. TIMACVS legendum puto.

TIMACVM τίμακον, Myſiæ Superioris opidum, Ptolemæo.

TIMÆA τίμαια, Ptolemæo Bithyniæ vrbs.

TIMÆI τιμαῖοι, Siciliæ populi, Stephano, in dictione Encarpia.

TIMAGENVS τιμαγένους, Arabici ſinus inſula, Ptolemæo.

TIMALINVM, vide TALAMINA.

TIMAVVS Fons, vel fluuius, aut lacus, Plinio & Virgilio. In Venetia regione eſt. Mari imminere, ſcribit Liuius 40. MARE vocatur à Varrone, vt Scribit Seruius in Virgilium. MARIS FONTEM ab accolis appellari, Polybius apud Strabonem auctor eſt. Hodie in Foro Iulio deſcribitur à Leandro, dicitq; Timauo vocari. Niger verò eum Larechia nominat. Vide Seruium in 1. Aeneidos. & Pauli Pincij de hoc Timauo peculiare opuſculum. item Baptiſtæ Egnatij epiſtolam ad Matthæum Aduicar. quæ exſtat inter Claror. Viror.

TIMENIVM, vide TEMENIVM.

TIMETHVS τίμηθος, Ptolemæo Siciliæ fluuius; quem Traina Leander, & Pacti nominat Fazellus: qui dicit eundem à Strabone & Plinio SYMÆTHVS σύμαιθος, nuncupari, ſed fallit. ſunt enim duo diuerſa flumina Ptolemæo, Symethus & Timethus.

TIMICE τιμίκη, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, apud Plinium & Ptolemæum. Etiam Africæ Propriæ, apud eundem. TIMITICENSIS meminit Coll. Carthag. Tremeſin, vel (quæ eadem) Teleſin, Peucero eſt. Tremeſin etiam Marmolio dicitur. & ab Africanis Telimiconi pronunciari addit. Hanc eandem à Latinis Cæſaream dictam, ſcribit I. Leo.

TIMIDA, D. Auguſtino Africæ vrbs. TVMIDA eſt in Coll. Carthag. TIMIDIANENSIS Epiſcopi, meminit Vict. Vticenſ.

TIMII, vide OSISIMI.

TIMNAS, vide HYMMAS.

TIMO, & FINALIS, fluuiorum nomina. in S. Corbiniani vita. In Italia.

TIMOGITTIA, Mœſiæ Inferioris vrbs, ad Pontum Euxinum, inter Callatiam & Dionyſopolim. Antoninus.

TIMOLVS, vide TMOLVS.

TIMONIVM τιμώνιον, Paphlagoniæ caſtellum, Stephano. Huius ager TIMONITIS vocatur, apud Strabonem, & Ptolemæum. TIMONIACENSES populos, vocat Plinius. TIMONIVM, quoque locus circa Alexandriam Aegypti, teſte Strabone 17.



TIMOTIANI, vide GVDVSCANI.

TIMPHADVM, vide TINPHADVM.

TIMPIRVM, Thraciæ vrbs, Antonino. XVI. M.P. à Traianopoli. Simlerus TOMPORIS legit. vide TEMPYRA.

TIMVLA, vide SIMYLLA.

TIMVS, Aſiæ Propriæ vrbs, apud Nic. Calliſtum, quam ſub Tib. Imp. terræmotu euerſam ſcribit. An TEMNOS Taciti? quæ TEMIS in Chronicis Euſebij vocatur.

TIMYRA τίμυρα, vrbs iuxta Iſauriam. & fluuius Indiæ. Stephanus.

TINA amnis, in Anglia. Beda. ad cuius ripam Ingriuum monaſterium: Tine eſt Camdeno. Vide TINVS.

TINCI AVSARI, Cyrenaicæ regionis locus, Antonino. AVSVRIANORVM αὐσουριανοί, meminit in Orationibus Sineſius, hoc tractu. Sunt AVSTVRIANI apud Marcellinum, 28.

TINCONTIVM, Galliæ Lugdunenſis vrbs, Antonino.

TINDA, fuit opidum Thraciæ, Diomedis equorum ſtabulis dirum. Plin. lib. 4. cap. 11. τινδη, Stephano eſt: Chalcidicæ regionis. Apud Antoninum STABVLVM DIOMEDIS nominatur. TVRRIS DIOMEDIS à Pomponio. Pro Tinda, legunt omnia excuſa Martiani exemplaria, Tyrida. malè.

TINDIVM τινδιον, Libyæ vrbs, Stephano. Aegypti, apud Athenæum 15.

TINDVS, flumē Angliæ, iuxta monaſteriū Mailtas. Beda.

TINGA, vide TINGIS.

TINGARIENSIS epiſcopus, in Cæſarienſi Mauritania. Vict. Vticenſ.

TINGENE τιγγηνή, Meſopotamiæ regio, Ptolemæo. INGENE interpretib. Vide TINGIS.

TINGERI, vel TINGRI, vide TENCTERI.

TINGES, circa Byzacium vrbs in Africa Propria. Procop. 2. Wandalic.

TINGIS τίγγις, Ptolem. eſt Mauritaniæ Tingitanæ ad Fretū Herculeum vrbs. cui etiam Cæſaria καισάρεια, vocatur. Strabo ſcribit eam à Barbaris TINGA τίγγα, ab Artemidoro LINGA λίγγα, & ab Eratoſthene LIXVM λίξον, nominari. In Sertorio Plutarchi TINGENA τιγγένη, eſt. TINGITANVM Caſtellum eſt Ammiano. Ptolemæus autem & Plinius ex Tingo & Lixo duas faciunt. Plinius hanc Tingim dicit à Claudio Imp. coloniam factam, & IVLIAM TRADVCTAM appellatam. Hodie Tanger à Caſtaldo, & Tangia à Mercatore vocatur. Vide MAVRITANIA, & HOEN.

TINGRI τίγγροι, Ptolemæo Germaniæ populi. Interpretes TENCTERI legunt. Vide TENCTERI, & TVNGRI.

TINIA Plinio, qui & TENEAS τενέας, Straboni; Vmbriæ fluuius, in Tiberim influens. Topino nunc dici, ſcribunt Leander & Fabricius. idem Leander alibi Tinno nominat. Aſſiſium præterit, vt puto.

TINICA, vide TINISA.

TINIORIS, Antonino locus in Cyrenaica.

TINISA Africæ vrbs: D. Cypriano, in concilio Carthaginenſi. Tynis fortè Strabonis. TINICA ni fallor, apud Vict. Vticenſ. M.S. TINESTENSIS meminit Coll. Carthag.

TINISSA τινισσα, Armeniæ Maioris vrbs, apud Ptolem.

TINNA, vide TINVS.

TINNEIA, (vel THINNEIA, vt habet aliud exemplar,)
de quo hæc Seruius in hoc Virgilij. Hic & Naritij poſue- »
runt mœnia Locri. Quin etiam de Ozolis legitur, quod »
delati Tinneiam vlterius acceſſerint, & ciuitatem condi- »
derunt, quæ nunc Vzalis vocatur. (Ozalis legit alius co- »
dex.) In Africa ni fallor.

TINNETIO, Vicus Rhætorum, Antonino. Tintſchen Germanis, vt Scudus vult. Tinnezono Rhætis, vt Simlero placet.

TINNI Straboni, & TVNNIATVS (cuius meminit Cato & Antoninus) ſunt Tuſciæ montes Leandro; quos hodie Montuniata appellari ait. Sed Thynni, non Tinni legitur apud Strabonem lib. 5. vbi Populonium deſcribit. Magnus præſtigiator Leander, qui ex piſcibus montes fecerit. Sed

nec Tuniatus apud Catonem aut Antoninum lego, ſed TVMNIAS, & TVNNIAS, cuius Iuga hodie Radacofani, & S. Flora vocari, ſcribit Ann. Viterbienſis.

TINPHADVM, Numidiæ locus, apud Antoninum. TIMPHADVM alius codex.

TINTIBERITANVS Limes, in Africa lib. Notit.

TINVRTIVM, vrbs Galliæ; Spartiano, in vita Seueri Imp. Territorij Cabillonenſis eſt apud Marianum Scotum 2. Trigeſimo ab eadem milliario abeſſe, ſcribit Greg. Turonenſis in Lib. Martyrum. Robertus Conſtantinus dubitat num ſit Tournon, prope Lugdunum. Huius meminit quoque Antoninus. & LEGIONEM XIIII. vocat.

TINVS, fluuius eſt in partibus Angliæ Septentrionalioribus, Neubrigenſi; quem Prudehou vocari ait. TINNA τίννα habet hoc tractu fluuium Ptolemæus. Vide TINA.

TIORA, quæ dicitur MATIENA ματίηνα, in Latio vrbs; Halicarnaſſeo 1. Triceſimo ſtadio à Batia. vbi Martis oraculum. Thoranam eccleſiam nominat Baronius, & ad Lacum Velinum ſtatuit. Vide TVDER.

TIOS τῖος, Paphlagoniæ vrbs, Memnoni, & Stephano. à Strabone TIEIVM τίειον, dicitur. τῖον à Ptolemæo. Vide AMASTRIS; eadem enim eſt.

TIPANISSÆ τιπάνισσαι, iuxta Caucaſum gens. Stephanus: ex Hecatæi Europa.

TIPARENVS, inſula ante Hermionem, in ſinu Argolico. Plinius.

TIPASA τίπασα, Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis opidum: geminato ss Antonino. cui colonia eſt. Tenet Caſtaldo, Taues Mercatori eſt. Sed Saſa Morali. TIPATA fortè Ammiani. Duas TIPASAS videtur hoc tractu deſignare Antoninus. & TIPASITANI in Mauritania Maiori, epiſcopi: meminit Vict. Vticenſ.

TIPATA, vide TIPASA.

TIPENISES τιπηνισεις, fluuij nomen Etymologo.

TIPHA τίφα, Bœotiæ opidum maritimum. Pauſanias. Doricæ pro SIPHÆ. quod annotauit Sylburgius.

TIPHATA, vide TIFATA.

TIPHERNVM, vide TIFERNVM.

TIPHICENSE opidum, in Africa Propria: apud Plinium.

TIPHVLEORVM τιφυλεων, memoria eſt in Goltzij Theſauro. ex nummo Augusti.

TIQVADRA, apud Plinium eſt Maris Balearici inſula. Apud nonnullos TRIQVADRA legi, ab eius forma, ſcribit Hermolaus. Hodie Conejera dicitur, Beutero & Floriano teſtibus. Vide ANNIBALIS.

TIRACIENSES. vide TRINACIA.

TIRALLIS τιραλλις, Armeniæ Minoris vrbs: Ptolemæo.

TIRALLVM, Thraciæ vrbs: Antonino. Vide IZIRALLA.

TIRANADVM, Antonino opidum in Mauritania Cæſarienſi.

TIRASIA τιρασία, locus Cretæ videtur, apud Theophraſt. 3. Hiſt. Plantar.

TIRATHABA τιραθαβᾶ, vicus circa Garizim, montem Palæſtinæ. Ioſephus Antiquit. 18. cap. 5.

TIRENSIS, vide BVLSINVS.

TIRENVS, vide PONS.

TIRIA, vide TEIRIA.

TIRIANVS. Euſebius in Chronico ſuo M. Cælius Prætor, & C. Annius Milo exul oppreſſi, res nouas in Tiriano Brixioq; agro ſimul moliente. Pro Tiriano, THVRIANO, vel THVRINO, pro Brixio, BRVTTIO lego. ſic quoq; poſt me Lipſius, ad Velleium. Apud Cæſarem quoque 3. Ciuilium pro Turinum THVRINVM. Codex membraneus meus Euſebij habebat Thyrianus Brutiuſq;. (pro THVRIANVS & BRVTTIANVS) non malè.

TIRICENSE opidum, in Africa Propria, apud Plinium.

TIRICIVM, vide TRITIVM.

TIRIPANGADA τιριπαγγάδα, Ptolemæo, TRIPANGALIDA interpretib. Indiæ intra Gangem vrbs.

TIRISCVM τίρισκον, Daciæ vrbs, apud Ptolemæum. Quod nunc TAROS dicitur. hoc legitur in Latinis exemplaribus. Hodie Turo, vt Lazio placet.

TIRISTA τιρίστη, apud Ptolemæum Myſiæ Inferioris vrbs eſt. Puto DRISTA δρίστα, apud Cedrenum vocari. Videtur SEXTANTA PRISTIS Antonini. SEXAGINTA PRISTA, libri Notitiar. τεζαντάπριστα, apud Socratem, in Eccleſiaſtica hiſtoria. Tiriſta à Lazio Terwiſch interpretatur.

TIRISTASIS, vide TYRISTASIS.

TIRISTRIA τιριστρία, promontorium Myſiæ Inferioris, apud Ptolemæum. TIRISTRIS legit Mela. Hermolaus dicit à Strabone CETIRISIS κετίρισις, vocari, & LYSIMACHI, in promontorio, cognomine. Vide ipſum Strabonem lib. 7. TETRISIA τετρισία, dicitur apud Arrianum, ſed hoc etiam Pintianus ante me obſeruauit. Vide TIRISTASIS.

TIRITHIA τιριθία, Meſopotamiæ vrbs: apud Ptolemæū.

TIRIZA τίριζα, Paphlagoniæ vrbs, Stephano. cuius gentem à Cteſia Tiriziphanes vocari addit.

TIRON, fluuij nomen; in Epiſtola Iuonis 229. Circa Mauritaniam Galliæ Lugdunenſis videtur opidum. Vide MAVRI.

TIROPOLIS, vide MACELLA.

TIRSÆ τίρσαι, Mygdoniæ vrbs, in Macedonia. Stephanus.

TIRVS, vide TYRVS.

TIRYNS τίρυνς, Peloponneſi vrbs in Laconica, apud Stephanum, quam ſcribit in principio HALIES ἁλιεῖς, vocatam. Huius meminere Herodotus, Xenophon, Pauſanias, Strabo, & Plinius. Vide TIRYNTHA.

TIRYNTHA τίρυνθα, vrbs in Argo. Heſychius, Apollodorus, Moſchus, & Heſiodus in Theogonia. Argis vicina, in qua nutritus eſt Hercules. Seruius. Littoralem facit Sophocles in Trachinia. Eadem cum TIRYNS, vt puto. Eſt in confinibus fortè Argiæ & Laconicæ.

TISA, vide TESA.

TISÆVM τίσαιον, Polybio, Liuio, & Suidæ, Theſſaliæ mons. Promontorium quoque ibidem eſt, Apollonio 2. aut vt addit (neſcio qua fide) eius Scholiaſtes, Theſprotiæ. Vide PISAOM.

TISAPATINGA, vide SINAPATINGA.

TISARA, vide ANTISARA, & BIBLIA.

TISARCHI τισαρχοι, Marmaricæ vicus: apud Ptolem.

TISDRVM, & TISDRVS, vide THYSDRVS.

TISEBARICA τισηβαρικὴ, regio Æthiopica, ſupra Berenicen: cuius partem maritimam Ichthiophagi incolunt. Periplus Arrhiani.

TISEDITA, locus epiſcopalis, in Africa. Coll. Carthag.

TISIA τισία, Italiæ vrbs: Stephano. In Brutiis eſſe, docet Appianus in Annibalicis.

TISIANVS, Scythiæ fluuius: apud Iornandem. In Europa. TIBISCVS Ptolemæi eſt.

TISIAVS τισιαύς, Africæ vrbs, deleta in bello quod Cæſar cum Scipione geſſit. Strabo.

TISIDIVM, locus Africæ; cui Iugurtha imperabat. Salluſtius.

TISIGITANI epiſcopi, in Africa, meminit D. Auguſtinus. TISILITENSIS fortè in Coll. Carthag.

TISILITENSIS, vide TISIGITANI.

TISIS τῖσις, Aegypti vrbs: Stephano.

TISSA τίσσα, Ptolemæo Siciliæ vrbs: quam Dominicus Marius Niger Randazo vocari tradit. Sed Stephanus regionem vocat. τίσσαι Stephano. TISSENSES Ciceroni. & TISSINENSES Plinio.

TISSVS, vide PATHISSVS.

TISVCIS, vide SVSACIS.

TISVRVS τίσουρος, Ptolemæo opidum in Africa Propria.

TITACAZENVM τιτακαζηνὸς, vinum, ex Aſia, habet Galenus. à loco ſic dictum.

TITACIDÆ τιτακίδαι, municipium tribus Antiochidis. Stephanus.

TITÆRON τιταιρον, vrbis nomen; Iſacio ad Lycophronē.

TITANA vrbs. Claudianus de Phœnice. Clara per Aegyptum placidis notiſſima ſacris, Vrbs Titana colit. HELIOPOLIM ſiue SOLIS vrbem intelligit. Titan enim Sol dictus. & Heliopoli phœnicem autem funus ſuum deponere, ex fabulis etiam vulgo notum. τιτάνα, Sicyoniæ vrbs, ſexaginta ſtadiis à Sicyone; apud Pauſaniam, & Stephanum. Nunc TEVTANIVM τευτάνιον, vocari idem ſubiungit.



TITANIA Tellus, vide TITENVS.

TITANIS τιτανις, Portus Corſicæ. apud Ptolemæum.

TITANVS, Myſiæ Aſiaticæ amnis videtur, & ciuitas ab eo cognominata, auctor Plinius. Titanum vrbem habet hoc tractu quoque Apollonij Scholiaſtes, Lib. 2. Item Porphyrogenneta, in Galatia. τίτανος, eſt quoque mons Theſſaliæ, apud Heſychium, & Euſtathium. Aſiæ Propriæ etiam, Q. Calabro 1.

TITARESIVS, vide TITARESSVS, & EVROTAS.

TITARESSVS τιταρησσός, Melitenæ in Armenia Minori opidum: Ptolemæo. Theſſaliæ eſt Vibio. & ORCVM vocat, atque in Peneum incidere ait. Stygia palude eundem creſcere, quidam adfirmat. Huius meminit quoque Philoſtratus in imagine Theſſaliæ. ſed TITARESIVM nominat.

TITARVM τίταρον, vrbs Theſſaliæ; Lycophroni, & Stephano. Straboni mons eſt, qui dicit Titareſium fluuium inde oriri. vide CITARIVS.

TITENVS τιτηνος, fluuius Sarmatiæ Aſiaticæ, aut Colchidis potius, in Pontum Euxinum ſe exonerans. vt habet Apollonius 4. & huius Scholiaſtes. Idem inde TITENIA Regio, quæ TITANIA Tellus Val. Flacco.

TITHA, Arabiæ vrbs: in lib. Notitiar.

TITHORÆA τιθοραία, Phocidis vrbs, Plutarcho: quæ antea NEON vocabatur, vt refert Pauſanias. Vide PARNASSVS, & THYRÆA.

TITHONI Regia, vide TITONI.

TITHRAS τιθρας, Aegeidis tribus vicus. Stephanus. Idem cum TITHRAS Suidæ.

TITHRASVS τιθρασος, vrbs Libyæ, vbi Gorgones naſcebantur: Suidæ. apud quam idem TITHRASVM fluuium habet: in verbo γοργόνες. Etiam municipium Atticæ eſt, quod attribuitur Gorgonibus. Idē. Vide TITHRAS.

TITHRONIVM τιθρώνιον, Phocica vrbs. Stephanus, & Pauſanias.

TITIANA Villa, in Africa: D. Auguſtino, Epiſt. 163. ad Eleuſionem, alioſq;.

TITIANI τιτιανοι, Corſicæ inſulæ gens: apud Ptolemæum.

TITIOPOLIS, vrbs Ciliciæ Secundæ vel Iſauriæ; meminit Chalcedonenſe concilium, & Conſtantinopolitanum 1. item Porphyrogenneta. Titopolis fortè Guil. Tyrij, ſub Seleucienſi ſede.

TITIVS, Illyrici fluuius, Plinio: TITVS τίτος, Ptolemæo. Cercha vocat eum Fauolius; Variccha ab accolis dici, tradit Niger. Poliſcha vocari mihi videtur in recentiorum tabulis Geographicis.

TITONEVS τιτωνεύς, fluuij nomen, apud Lycophronem. Cuius Scholiaſtes Iſacius ſcribit in Italia eſſe prope Circæum. τιτανίδος eſt Q. Calabro. Non effluit in mare, ſed à terra abſorbetur. Montis nomen eſt Stephano, & Lycophroni; circa Thraciam & Macedoniam.

TITONI celebrata regia, in Ægypto eſt, Q. Curtio 4. TITHONI autem ſcribendum τιθωνος. Huius meminit quoque Diodorus 2.

TITOPOLIS, vide TITIOPOLIS.

TITTHI τίτθοι, Hiſpaniæ populi, in Celtiberis: vicini Segedæ vrbi. Appianus in Ibericis.

TITTHION, vide MYRTION.

TITTIS τιττις præfectura Apamææ vicus: Sozomeno 6. cap. 34. & Calliſto 11. cap. 4.

TITTVA τίττυα, Indiæ intra Gangem vrbs: Ptolemæo.

TITVA. Titueñſis epiſcopi Pamphyliæ, meminit Conſtantinopolitanum concilium. Vide SITVA.

TITVACIA τιτυακία, Carpitanorum vrbs, Ptolemæo, in in Hiſpania Tarraconenſi. Xetafe hodie fortè. Bayona eſt Henrico Coquo.

TITVLCIA, locus Hiſpaniæ inter Emeritam & Cæſarauguſtam; apud Antoninum in ſuo Itinerario. Vayona nunc fortè, vt dicit Moralis. TITVACIA Ptolem. videtur.

TITVL, vide AD TITVLOS.



TITVLITANVS, & CASTELLI TITVLITANI epiſcopos, nominat in Africa: Vict. Vticenſ. TITVLITENSIS eſt in Coll. Carthag.

TITVRIS, vide SVSACIS.

TITVS, vide TETVS, & TITIVS.

TITYRVS τίτυρος, Straboni Cretæ mons.

TITYVS τιτυός, loci aut gentis nomen in Aegypto: Ioſepho contra Appionem.

TIVA, Oretanorum in Hiſpania vrbs: Ptolemæo Latino. In Græco deſideratur.

TIVICITENSIS Plebs Africana. Coll. Carthag.

TIVM, vide TIOS, & AMASTRIS.

TIZIENSIS loci, in Africa, meminit Vict. Vticenſ. M. S.

TLETES τλῆτες, Iberiæ gens, vicina Tarteſſiis. Stephanus, ex Theopompo.

TLOS τλῶς, Lyciæ vrbs: Straboni, Ptolemæo, Porphyrogennetæ, & Stephano. Eſt & Piſidiæ, alia. apud eundem Stephanum.

TLOVS τλωος, videtur Lyciæ fluuius: apud Stephanum, ex Panyaſi poëtæ verſibus.

TMARIVM τμάριον, Arcadiæ mons. Phauorinus.

TMARVS τμάρος, Theſprotiæ in Epiro mons: qui & TOMAROS τομάρος, dicitur, Strabone teſte. Sic eam vocant quoque Plinius & Solinus. item Virg. (quod docuit me Fuluius,) Hoc verſu, Aut Tmarus aut Rhodope, aut extremi Garamātes. Centum fontibus circa radices celebratus, à Theopompo. TAMARVS idem ab eodem Strabone nominatur.

TMOLVS mons, antea TIMOLVS dictus, Plinio. In Phrygia Maiori ſitus. Tomalitze vocatur à Leunclauio. Huius cacumen TEMPSIS ab eodem Plinio lib. 7 cap. 48. vocatur. TYMOLVS per Y. in prima, τύμωλος, ſcribit Stephanus. Idem CARMANORIVS καρμανώριος, fuit antea dictus, teſte Plutarcho in libello de Fluminibus. Tmoli meminit quoque Statius Thebaid. 7. apud quem Placidus eum Siciliæ adſcribit, ineptè. idem Seruius. Sardium mœnia eum ambire, apud Euripidem in Bacchis lego. TMOLVS etiam ibidem fluuius aurifer: Herodoto & Plinio, ex Theophraſto. TMOLVM Ciliciæ montem facit Galenus, à quo Tmolite vinum habet. Non alium à priori puto: Cilices enim circa hunc tractum quondam habitaſſe, ex Strabone patet. Corruptè itaq; ſcriptum Siciliæ, pro Ciliciæ, apud Seruium, & Placidum. Vide ATLAS.

TMORVS mons, vnus ex verticibus Ceraunicorum, in Epiro: Cedrenus. IMORVS eſt in Gabij verſione Curopalatis. Idem fortè cum Tmaro.

TNYSSVS τνύσσος, Stephano vrbs Cariæ.

TOACE, vide GRANIDEM.

TOANA τόανα, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

TOANE, Phœniciæ locus, Toletis patria, Plutarch. de Herodoti malignitate, niſi interpres Cruſerius fallat.

TOANI, Arabiæ Felicis populi, circa fretū ſinus Arabici: Plinio.

TOB, vide THOB.

TOBATA τόβατα, Paphlagoniæ vrbs, apud Ptolemæum.

TOBIVS τόβιος, Ptolemæo Albionis inſulæ fluuius. Lhuydus eum Towy appellat. ſic etiam Camdenus.

TOBOLICVM, vide TRITIVM.

TOBRVS τόβρος, Africæ Propriæ vrbs, apud Ptolemæum. Eandem cum TVBVRBO Antonini eſſe, credit Simlerus. Hoc Tuburbo exiſtimat M. Velſerus TVBO eſſe in Peutingeriana tabula. Vide TVBVNIS.

TOCAS τώκας, Africæ vrbs, Diodoro 20.

TOCHARI τόχαροι, Indiæ gentes, pulcerrimi textores. Tzetzæ Chiliade 22. numero 388. Apud Dionyſium & Euſtathium Scythica gens eſt. Sericam facit Plinius. Bactrianæ, ſunt Ptolemæo. cuius interpretes THOCARI legunt, vt quoq; Feſtus Auienus. Vide COLCHATARII.

TOCHOA, vide THOPO.

TOCOLOSIDA τοκολόσιδα, Mauritaniæ Tingitanæ opidū. Ptolemæus & Antoninus. Amargo eſt apud Marmolium.

TOCOSANNA τοκοσάννα, Indiæ extra Gangē fluuius: Ptol.

TODVCÆ, vide DVCÆ.

TOEMPHOEMBIVS τοιμφοιμβιος, Mauritaniæ Cæſarienſis

*rienſis flumen: Ptolemæo.* PHOEMIVS *legunt Latini codices.*

TOENII τοίνιοι, *populi circa Rhætos, in Germania Strabo. Corruptam vocem docet Caſaubonus. & BOII legẽdum: ex ipſo Strabone. additq́; in vetuſtis codicibus huius loco* Heluetij *legi.*

TOESOBIVS τοισόβιος, *Albionis inſulæ fluuius: Ptolemæo. Prauam ſcripturam putat Camdenus, pro* CONOVIVS.

TOGA τώγα, *apud Ptolemæum Armeniæ Maioris opidum.*

TOGANVS *mons; Laonico 5. Thraciæ videtur.*

TOGARMA, *Matthæus Beroaldus pro* CAPPADOCIA *interpretatur. vide* TVRCÆ.

TOGATA, *vide* GALLIA CISALPINA, *&* CISPADANA.

TOGENI, *vide* TVGENI.

TOGIA *Villa, circa Ligerim, in Gallia. Surius in B. Laumaro.*

TOGIENSES, *vide* COGIENSES.

TOGISONVS, *Venetæ regionis in agro Patauino, fluuius: apud Plinium.* Sciocco *à Leandro vocatur. Hermolaus legit* VIGISONVS, *additq́; in hodiernum diem quoque lacum eſſe, eodem in agro,* Viſigiolo *cognomine. ſic quoque Bernardinus Scardeonius.*

TOHVM, *Aegypti opidum, lib. Notit.* THOV *Antonini.*

TOICENA, *vrbs Aegypti; in Epiſtola epiſcoporum huius regionis, ad Leonem Aug. Exſtat in conciliorum opere.*

TOIDIS *inſula Indicæ, meminit Plinius; inter margaritiferas: lib. 9. cap. 35.* STOIDIS *legit idem 6. cap. 25.* STOIDIS *legit vtrobique codex meus Venetus.*

TOLASTA τόλαστα, *locus in Galatia apud Ptolemæum.*

TOLBIACVM, *Galliæ Belgicæ opidum, cuius Tacitus in finibus Agrippinenſium meminit.* Zulpich *à Petro Diuæo dicitur.* Toupie *vocari Gallica huius æui lingua, Io. Viuianus mihi inditium fecit. Nonnulli* TALBIACVM *legunt.* CALBIACVM *habebat codex Venetus.* COLBIACVM *ſcriptum quoque offendiſſe, ait Lipſius, in ſuo Tacito.* TVLPIACVM *per* V, *non ſemel legitur in Chronico Reginonis.* TOLPIA *fortè Antonini, vt ſuſpicatur Simlerus, qui hoc* Zulg *vertit. Vide* CALCIACI.

TOLEN, *Aethiopiæ ſub Aegypto opidum, quod Libyæ latere à Meroe dierum quinque itinere diſtat. Plinius.*

TOLENTINATES, *Piceni in Italia populi, apud Plinium:* Tolentino *hodie vrbs eſt.*

TOLENVS, *fluuius in Marſis, ad quẽ Rutilium cum* VIII. *millib. Romanorum à Marſis captum, ſcribit Oroſius 5. cap. 18.* TELONVS *habebat M.S. codex. &* TELONIVS *legit meum membraneum vetus.* THELONVS *Ouidio eſt, 6. Faſtor. Haud procul à Liri fuiſſe, ex eo conijcio, quod Plutarchus & Appianus ſcribant ad hunc fluuium hoc idem contigiſſe.*

TOLERATES, *Germanica gens, Iſidoro.* OLORATES *ora libri legebat.* TOLERATÆ *codex meus membraneus.*

TOLERIVM τολέριον, *Italiæ vrbs: Plutarcho in Coriolano, & Stephano.* TOLERIENSES *ſunt apud Plinium, in antiquo Latio. Horum meminit etiam Halicarnaſſeus 8. Vide* TRICRINI.

TOLETVM τώλητον, *Ptolemæo & Liuio Carpitanorum vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi.* TOLETANI *ſunt Plinio.* COL. TOLET. *in nummo Aug. apud Goltzium.* Toledo, *hodie.* SERESOLAM *dictam, ſcribit Villanouanus, in ſuo Ptolemæo. Huius vrbis deſcriptionem lege apud Gomeſium lib. 6. de reb. Iacobi Arrag. regis.*

TOLIAPIS τολίαπις, *&* COVNOS κώυνος. *Harum duarum inſularum meminit Ptolemæus; eaſq́; deſcribit in Mari Germanico, iuxta Trinoantes Angliæ populos, è regione Iamiſſæ fluminis. Toliapis poſſet hodie* Sheppye *nominari. Counos fortè hodie non exſtat, ſed eius loco quædam ſyrtis, aut arenoſa potius vorago ſub Oceano latet: in qua ſi nautæ, aut tempeſtate, ventorumq́; vi, ſiue naucleri ſomnolentia inciderint, adeò in præceps feruntur, vt eorum reliquiæ nunquam appareant. Hanc noſtrum vulgus nauticum* Goepinge *vocant: voce à Couno non omnino diſſona. Poſtquam hæc ſcripſi, incidi in locum Hectoris Boethij, lib. 12. rerum Scoticarum: eum, quia meam corroborat opinionem, hic adijciam: ſic enim ille: Anno ſupra milleſimum ſeptimo & nonageſimo Agri Godouini, haud procul à Tameſis fluminis oſtiis, arena obruti ſunt; quæ & noſtra memoria Godcuini arenæ appellantur, vulgo Gedutſandis. Camdenus autem in ſua Britannia ſcribit hanc Counon nondum nomine conceſſiſſe, ſed* Canuey *appellari.*

TOLISTOBII, *Liuio, qui etiam alia lectione* TOLISTOBOGIOS *habet, vt Strabo & Ptolemæus: Galatiæ populi ſunt; in Aſia Minori.* COSTOBOCI *ſunt apud Pauſaniam, cenſore Sylburgio. Vide* TECTOSAGES.

TOLLENTINI, *ſunt populi in Piceno, Plinio. Alij à Tolentinatibus.*

TOLMIDESSA τολμιδεσσα, *Ptolemæo Syriæ vrbs, in Chalcidica regiuncula. Simlerus ſcribit* SALAMINIADA *apud Antoninum dici.*

TOLOHA, *Palæſtinæ vrbs. Lib. Notit.*

TOLOPHON τολοφών, *Locrorum Ozolorum opidum: Stephano & Thucydidi 3. pro quo apud Stephanum in verbo* χάλαιον, *malè legitur* κολοφώνιος, *pro* τολοφώνιος.

TOLOSA τολῶσα, *Colonia Galliæ Narbonenſis Tectoſagum: Plinio & Ptolemæo.* TOLOSANVM *opidum Galliæ* TOLOSANI *Plinio, & Toloſates Cæſari.* TOLASA *quoque in Tabula Peutingeriana. de qua vide doctiſſimi M. Velſeri explicationem ad huius tabulæ ſchedam ſecundam.* Toulouſe *hodie.* PALLADIAM *cognominãt Martialis, & Sidonius. Vide* TECTOSAGES.

TOLOSENSIS *lacus, meminit Trogus 22. circa Toloſam vrbem.*

TOLOTÆ τολῶται, *Mauritaniæ Cæſarienſis gens. Ptolem.*

TOLOVS, *Hiſpaniæ locus, Antonino. Inter Ilerdã & Oſcam.*

TOLPIA, LEGIO X. *vicus inter Treuiros, & Agrippinam: Antonino. Vide* TOLBIACVM.

TOMABEI, *Arabiæ Felicis populi: apud Plinium.*

TOMADÆORVM τομαδαίων, *id eſt, Deorum generatio: Ptolemæo eſt Arabici ſinus inſula.* GOMADÆORVM *eius interpretes. In recentiorum Tabulis hoc loco* Soridan *inſula deſcribitur.*

TOMÆA, *lego apud Strabonem; pro vrbe* CCL. *ſtadiis à Tomis diſtante Fortè* Temeſwar. *vt Lazius tradit.*

TOMÆVM τωμαῖον, *mons iuxta Coryphaſium, in Peloponneſo. teſtibus Stephano, & Thucydide, lib. 4.*

TOMALA, *Arabiæ Felicis vrbs. Plinius.*

TOMARA τόμαρα, *vrbs Indiæ extra Gangem: Ptolemæo.*

TOMARVS, *vide* TMARVS.

TOMBERO, *vide* TONDERO.

TOMERVS τομήρος, *Carmaniæ fluuius eſt, apud Arrhianum de Indicis. Vide* TONDERON.

TOMIS τόμις, *Straboni;* TOMI τομοί, *Ptolemæo;* TOMEVS τομεύς, *Stephano &* TOMOS *Plinio; Mœſiæ Inferioris opidum. Ouidij nobilis poëtæ exilio clarum. quam* MILETIDAM *nominat, 1. Triſt. Eleg. 9. Mileſiorum enim colonia eſt, teſte eodem 3. Triſt. Eleg. 9.* TOMITÆ *gentile, apud eundem. (*TRITONICE *idem in Lexicis nomen habet; ſed vnde petitum ignoro. Scio Tritonicen hoc tractu apud Pomponium.)* Conſtantia *apud Marium Nigrum vocatur. Sed* Tomiſuar *à Cœlio Calcagnino, cui magis fido. Cioſanus tamen ab incolis & huius loci peritiſſimis ſcribit* Kiouia *appellari. additq́; haud procul ab hac vrbe lacum quendam* Owidowe iezeoro. *i. Ouidij lacum appellari.*

TOMISA, *vide* TOMISSA.

TOMISSA τόμισσα, *regiuncula quæ Cappadociam à Tauro diſtinguit. Stephanus.*

TOMISVM τομισον, *Sophenæ Armeniæ Maioris regionis pagus: apud Strabonem.*

TOMITÆ, *vide* TOMIS.

TOMPORIS, *vide* TIMPIRVM.

TOMVREX, *vide* MVREX.

TONACIACVM *vicus, Fortunato; de miraculis D. Hilarij. Galliæ regionis puto.*

TONDA-

TONDABA τονδάβα, *Mediæ vrbs, Ptolemæo.* TONZARMA *interpreti.*

TONDEROS, *&* TVBERVM, *Aſiæ flumina, circa Ariam regionem habet Plinius 6. cap. 23. Dalechampius ex codice M.S. legit vtrobiq́;* TOMBERON, *quod minimè diſplicet. Puto enim* TVBERONEM *Pomponij: &* TOMERVM *Arriani eſſe.*

TONDOTA τόνδωτα, *Ptolemæo,* CONDOTA *interpreti, Indiæ extra Gangem vrbs.*

TONEISA, *vide* TVNES.

TONENSIVM, *quaſi gentis nomen. meminit Hygenus.*

TONI, *Stagnum in Hiſpania Tarraconenſi. Auienus. Ibidem* TONITA *Rupes, circa Pyrenæos. idem.*

TONICA τονίκη, *emporium Africæ ad Sinum Barbaricum, Ptolemæo lib. 4 Idẽ hoc lib. 1. cap. 17.* NICI νίκη, *appellat.* NICONIS *Dromon,* νίκωνος, *vocat Arrianus in Periplo maris Erythræi. Hodie hoc emporium* Zazella *nuncupari ex Belleforeſtio annotauit Stuckius.*

TONII, *vide* TONOS.

TONITA, *vide* TONI.

TONOSETRVS, *fluuius Thraciæ, in Hebrum defluens: ſi vera ſcriptura. quod negat Leunclauius. qui* τωνος ετριος *legit. In Henric. Stephani editione* τωνος ειος *eſt, Xenophonti.*

TONOZA, *Cappadociæ vrbs: Antonino.* TOSANA *alia lectio. Vide* ORSARA.

TONZI τόνζυ, *Thraciæ vrbs: Ptolemæo.* TONZVS *alia, ibidem. eidem.*

TOORNÆ τόορναι, *Sacarum gens: Ptolemæo.*

TOPARVM, *vide* TOPIRIS.

TOPAZIVS, *vide* TOPAZOS.

TOPAZA τοπαζα, *vrbs Indiæ vbi topazius gemma naſcitur. Epiphanius de duodecim gemmis. Falſo puto, pro Topazo inſula.*

TOPAZIVS, *vide* TOPAZOS.

TOPAZOS, *inſula maris Rubri; Plinio 36. cap. 6. Idem lib. 7. Topazum abeſſe à continente* CCC. *ſtadijs. quam eandem videtur* CHITIS *appellare, ex Archelai ſententia. Alia tamen ab illa eſt, cuius lib. 6. meminit, vbi inquit, Inſula ibi* CYTIS, *topazum ferens, & ipſa. Hanc eandem alio in loco* CHITIS *nominat. In ſinu Arabico eſt.* τοπάζιος, *Indica Inſula eſt Straboni. Hoc nomen veteres per* Ξ τοπαξος, *ſcripſiſſe non per* Z *monet Stephanus. Harum permutationem non infrequentem apud veteres obſeruauimus.*

TOPHET, *D. Hieronymo,* TAPHETH ταφὲθ *73. interpretibus. In valle Ennon locus. Hieremias 7.*

TOPIRIS τοπειρίς, *Thraciæ vrbs, Ptolemæo. Primæ Macedoniæ adſcribitur, in Concilior. opere. Sophianus eam* Puſio *appellat. Ab Antonino* TOPINIVM, *& alio loco* OTOPISIVM *nominari, credit Simlerus.* DOBERVS δόβηρος, *Thucydidi eſt:* TOPRVS τοπρος *Procopio; & eidem alio in loco* TOPARVM τόπαρον, *4. Aedificior. Hodie* Ruſium *appellari, tradit Ioannes Lydus.*

TOPISVM, *loci nomen in Codice Theodoſiano, Titulo de Primicerio & Notariis.*

TOPLITZVM, *Thraciæ caſtellum videtur, apud Cedrenum.* POPLIZVM *legit Gabius, apud Curopalatem.*

TOPOS, *vide* CHORO.

TOPRVS, *vide* TOPIRIS.

TOPYRI, *vide* APYRI.

TORADCOROS, *hoc eſt, Mons Cyri, in Meſopotamia eſt: vt Maſius habet. in ſuo Moſe Barcepha.*

TORALLIBA, *inſula extra Indi fluminis oſtia. Plinius.*

TORBOLETÆ τορβολῆται, *Hiſpaniæ populi, Saguntinis vicini: Appiano in Ibericis.* TVRBVLA *Ptolemæi videtur.*

TOREATÆ, *vide* TORETÆ, *&* DOSCI.

TORECCADÆ τορεκκάδαι, *Sarmatiæ Europææ gens. Ptolemæus.*

TORETÆ τορέται, *Pontica gens: Stephano & Plinio.* TOREATÆ *Straboni & Pomponio. ad Mæotidem paludem, in Sarmatia Aſiatica.*

TORRETICA, *vide* TARETICA.

TORGIVM τόργιον, *Siciliæ mons, Heſychio. vbi vultures ſuos catulos enutriunt. Circa Iſtriam vrbs: Appiano, in Illyricis. Vide* GORGIVM.

TORINGI τωρίγγοι, *Ptolemæo Indiæ intra Gangem gens. interpretes legunt* SORIGI, *&* SORINGI. *Vide* TVRINGI.

TORINI, *populi Scythiæ videntur apud Val. Flaccum. Mellis honos Torinis.*

TORNA, *flumen circa Meſopotamiam, verſus Perſiam. Hiſt. Miſcella 18. An Tornadotus Plinij?*

TORNACVM, *Antonino, libro Notitiarum, & D. Hieronimo: Galliæ Belgicæ Secundæ vrbs; ad Scaldim ſita eſt, & incolis Gallis* Tournay *dicitur. Teutones* Doornijck *nominant. Epiſcopalem habet ſedem. Pet. Appianus dicit hanc* BAGANVM *Ptolemæi eſſe.*

TORNADOTVS, *circa Aſſyriam fluuius: Plinio.*

TORNATES, *Galliæ Aquitanicæ populi. Plinius.*

TORNODORVM, *Galliæ pagus, in territorio Lingonenſi, Greg. Turonenſis, in S. Ioannis Abbatis vita.*

TORNOMAGVM, *Galliæ vicus: apud G. Turonenſem Hiſtoriar. 10.*

TOROCCA τόροκκα, *Sarmatiæ Europææ vrbs: apud Ptolemæum.*

TOROGE, *vide* DOMENEHVR.

TORON, *lacus Chalcidis, vbi faba naſcitur: Plinio 18. cap. 12. Neſcio vbi locorum. plures enim Chalcides ſunt. Theophraſtus huius quoque meminit 4. Hiſt. Plantarum. In Chalcide Macedoniæ regione putarim.*

TORONAICVS *Sinus, Macedoniam alluens, Ptolemæo notus eſt.* TORONÆVS *Tacito.* Golfo de Rampa *à Iacobo Nardo, in ſuo Liuio Italico,* Golfo de Aiomana. *à Caſtaldo nominatur. Vide* THERMÆVS.

TORONE τορώνη, *Ptolemæo Epiri vrbs, quæ* Parga *Nigro.* TORONE, *Macedoniæ vrbs, Ptolemæo, ad Sinum ab ea Toronaicum dictum. Stephanus & Suidas eam Thraciæ adſcribunt.* Caſtel rampo, *vocat Pinetus:* Longo: *Sophianus: & Reinero* caſtello *Niger:* Agiomamma, *& alijs* Rampa *dici ſcribit Nardus.* TORONE, *Troianorum vrbs: apud Stephanum.*

TORONORVM *ciuitatis, prouinciæ Lugdunenſis* III. *meminit lib. Prouinciar.*

TORPIDI τορπίδοι, *Thraciæ populi, in ditione Rhaſcopolidis, circa Philippos. Appianus 4. Ciuilium. Ibidem alio in loco eoſdem* TVRPILOS τουρπίλοι, *vocat. alterutrum vitioſè.*

TORREBVS τόρρηβος, *Lydiæ vrbs: apud Stephanum.* TORYBI τόρυβοι, *ſunt incolæ apud Halicarnaſſeum 1. In huius tractu eſt &* TORREBIA *Palus. item* CARIVS κάριος, *mons, à quo Carius Iupiter, apud eundem Stephanum.* TORREBIVM *lacum eundem facit cum* NYMPHÆO *Plinij, Rhodiginus 9. Antiquar. cap. 3.*

TORRENS ÆGYPTI, *vide* SIRBONIS.

TORRONNA τοῤῥοννα, *Siciliæ opidum: Stephano.*

TORTI, *locus Cypri, in vita S. Epiphanij, teſte Simeone Metaphraſte,*

TORTOMIVM τορτόμιον, *vrbs inter Syriam & Armeniam. Stephanus.*

TORTVNI, *Achaiæ populi; in Peloponneſo. Plinius.*

TORTYRA τορτύρη, *vna ex ſeptem vrbibus, à Cyro rege ſuo familiari Pytharco largita. Athenæus 1. cap. 27. Circa Aſiam Minorem puto.*

TORVS τόρος, *Siciliæ mons: apud Polybium. Inter Heracleam, & Agrigentum.*

TORYBI *populi, vide* TORREBVS.

TORYNA τορύνη, *locus littoralis in Epiro. Plutarchi Antoninus.*

TOSALE τωσάλη, *metropolis Indiæ extra Gangem: Ptolemæo.*

TOSANA, *vide* TONOZA.

TOSARENA, *vide* OSSARENA.

TOSIOPI τοσιωποι, *populi Aſiæ, circa Galatiam videntur apud Plutarchum de virtutibus mulierum.*

TOSMVA-

TOSMVANASSA τοσμυαναοσα, Bactrianæ vrbs: Ptolemæo. EBVSMI, & EVOSMI regiam, legunt hoc loco interpretes.

TOTAI, vide TOTTAIVM.

TOTONIS villa, in Gallia Belgica; vbi Paullus Diaconus ſcribit circa feſtum Natalis Domini hora ſexta ſtaturæ ſuæ vmbram metiens, decem & nouem cum ſemis pedes inueniſſe. lib. 1. cap. 5. Longobardic. An corruptè, pro Theonis villa?

TOTONESIVM Littus, circa Cantium, in Britanniæ inſula videtur, apud Ponticum Virunnium, ex Monumuthenſe. Totnes opidulum hodie in eo, ad Mare Britannicum; teſte Camdeno. CICONESIA autem legit Architrenius.

TOTORDANES, vide ACHARDEVS.

TOTTAIVM, Bithyniæ locus, circa Nicomediam: Antonino. TOCTAIVM & TOCTAVIVM legit quoque Simlerus. Idem addit TACTEENSIS epiſcopi mentionem fieri; in concilio Chalcedonenſi. TOTAI in Bithynia meminit quoque Codex Theodoſianus 12. Titulo de Decurionibus.

TOVENISSA. vide VATINESSA.

TOVGENI τούγενοι, populi, contra quos Marius bellum geſſit: auctor Strabo. Xylandro hoc vocabulum ſuſpectum eſt. Die Zuger Schudus vertit. In Heluetia locus.

TOXALIARVM ficuum, meminit Athenæus 3. An à loco, ambigo.

TOXANDRIA Plinio & Ammiano, cui quoque TAXANDRVM. Hub. Leodio Weſer eſt opidum ad Moſam, inter Traiectum & Leodium, medio itinere. P. Diueo autem Teſſanderloo eſt. cuius ſententiæ ſubſcribit Becanus in ſuis Atuaticis, qui Taſſanders ex Toxandris facit, innuens omnes illos qui Brabantiæ Campiniam inhabitant, Kempenaers vulgo dictos. Huic ſuffragatur hiſtoria S. Lamberti: apud Molanum. Plinius etiam Toxandros plurimis nominibus eſſe dicit.

TOXILI, qui & TAXILI τοξίλοι καὶ ταξίλοι, Indica gens: Dionyſio & Euſtathio. inde ibidem Taxila vrbs.

TRABALA τράβαλα, Lyciæ vrbs: Stephano.

TRABVNACTVM, Africæ Propriæ vrbs: Antonino.

TRACANA τράκανα, Sarmatiæ Europææ vrbs. Ptolemæo.

TRACHAS, vide ANXVR.

TRACHE, inſula non procul à Corcyra. Plinius. An TRAGRIA Antonini? quæ & TAGRIA, & TRAIECIA inconſtanti lectione. Inter Siciliam & Africam.

TRACHEA, vide EPHESVS.

TRACHIA τραχεῖα, dicitur tota Iſauria, vt tradit Stephanus. Vide THRACIA, & TRECHIA.

TRACHIA ACTE, id eſt, Aſpera ripa, locus inter Seſtum & Abidum. Iſacius in Lycophronem.

TRACHIS, vide HERACLEA, & TRACHINIA.

TRACHINA, vide ANXVR.

TRACHINIA τραχινία, tractus Phthiotidis regionis, Macedoniæ, circa Heracleam, à quo Heraclea Trachiniæ. Thucydides 3. TRACHINIVM habet Sophoclis Philoctetes. TRACHINEÆ Petræ ſunt ibidem; (Græcus codex per η in prima habet) montes ſic dicti, iuxta Maliacum ſinum: Herodoto 7. & ibidem TRACHIS vrbs.

TRACHINII, vide MELIENSES.

TRACHINIVM Ætoliæ vrbs: Straboni.

TRACHIOTÆ, vide CILICIA.

TRACHIRIS τράχιρ⊙, Libyæ Interioris flumen eſt apud Ptolemæum; quod Ioannes Barroſius & Maffeius recẽtiore nomine Gambea vocat. ſed STACHIRIS ille habet, vt codices Latini Ptolemaici quoque legunt. & fortè ſincerius. Idem enim Ptolemæus, eundem, alio in loco, στάχειρ nominare videtur, ad cuius fontes etiam Stachiros populos deſcribit.

TRACHIS τράχις, Theſſaliæ vrbs, ſub Oeta monte: Stephano. Hæc TRECHIS Homero, in catalogo nauium. Eſt Phocidis vrbs, circa Lebadiam: Straboni. Vide TRACHINIA, HERACLEA, & OETA.

TRACHON, locus circa Mæotim: Luciano in Toxari.

TRACHONES τραχῶνες, duo colles ſunt propè Damaſcum, Straboni. Hos HIPPVS ἵππος, Ptolemæi eſſe, & GILEAD Hebræis dici, opinatur W. Wiſſenburgius.

TRACHONITÆ Arabes, ſunt Ptolemæo ſub Alſadamo monte: in Syria Cava.

TRACHONITIS τραχωνῖτις regio Palæſtinæ, quæ ITVRÆA vocatur Straboni, aut velut Græcè eſt, ἰδουραῖοι. Eadem ab Hegeſippo PERÆA περαία dicitur. Peræam Arabiæ & Aegypto proximam, & à cæteris Iudæis Iordane amne diſcretam, ſcribit Plinius, lib. 5. cap. 14. Bacar nouo nomine fortè, vt G. Tyrius dubitat.

TRACHYS τραχύς, Arcadiæ mons: Pauſaniæ.

TRACTARI, Tauricæ Cherſoneſi populi: Plinio. Tartaros legit Hermolaus, & Paulus Aemilius.

TRADVCTA, vide FRETVM, & TINGIS.

TRÆMENOTHVRITÆ τραιμενοθυρῖται, Ptolemæo Troadis populi, hos Tzetza GRIMENOTHVRITAS γριμενοθυρῖται, vocat.

TRAGÆA τραγαία, inſula, ex Cycladibus vna. Item vrbs in Naxo inſula. Stephanus. Vide TRAGIAS.

TRAGASÆ τράγασαι, Epiri regiuncula: apud Stephanum. Ibi Alſius ἄλσι⊙, i. Salis campus. eidem. TRAGESÆÆ τραγασαῖαι, Salinæ, circa Lectum Troadis: Straboni. Ad Lariſſam Troadis Athenæo 2. Per A in ſecunda, & I in tertia τραγάσιαι ſcribit Galenus, & addit non procul à Sminthio eſſe. Tragaſæi ſalis meminit Plinius 31. cap. 7. De Tragaſis hæc Pollux, interprete Rudulpho Gualtero. Sunt autem Tragaſæ palus Troicus, aut Campus Epiroticus, à Tragæo dictæ. Eædem cum Tragaſis Stephani, quas in Epiro deſcribit. at epirum non proprium regionis intelligo, ſed appellatiuè; & continens interpretor.

TRAGIAS τραγίας, & TRAGIA inſula videtur circa Samum Ionicam, Thucidides 1. & Plutarchus in Pericle. Straboni quoque ante Miletum Cariæ. Hæc Plinio etiam TRAGEAS, vt Pintianus vult: ſed ÆGEAS lego in excuſis exemplaribus, & fortè ſincerius. nam Tragiam habet idem Plinius, alio in loco, maris Aegæi inſulam. τραγαία eſt Stephano. qui eam inter Cyclades numerat.

TRAGILVS τράγιλ⊙, Thraciæ vrbs, iuxta Macedonicam Cherſoneſum. Stephanus.

TRAGIVM, vide NEDVS.

TRAGODITAS Populos, habet Iſidorus. quos ſic nuncupatos, ſcribit, quòd tanta celeritate polleant, vt feras curſu pedum aſſequantur, ipſe viderit. Sed TROGLODYTÆ legendum, ex Solino.

TRAGOEDIA, vide COMEDIA.

TRAGONESIVM, vide BRACHONESIVM.

TRAGONICA Τραγονίκη, Ptolemæo & Ammiano, Perſidis vrbs.

TRAGRIA, vide TRACHE.

TRAGVRIVM τραγύριον, Illyridis inſula, apud Pliniũ & Ptolemæũ; Dalmatiæ adiacet. Trau, B. Bordonio dicitur.

TRAGVS τράγος, Arcadiæ fluuius: apud Pauſaniam.

TRAIA CAPITA, Hiſpaniæ vrbs: Antonino. inter Tarraconem & Dertoſſam. TIARA, vel TEARA CAPITA, legendum putat Hier. Surita.

TRAIANA τραιάνα, Picenorum vrbs, apud Ptolemæum. Antonino TREA eſt, vt ſcribit Simlerus. Vide APPIA Via, & TRIACENSES.

TRAIANA Colonia, Antonino Germaniæ Inferioris vrbs: Santen exiſtimat Pighius. Ego Keyſerswerd malim. Coloniam Auguſtam Vlpiam Traianam, citat Onuphrius, ex Ptolemæo & Antonino, ipſe viderit. Ego apud neutrum hanc ſcripturam reperio.

TRAIANA LEGIO τραιανὴ λεγίων, Galliæ Belgicæ vrbs, Ptolemæo; inter Bonnam & Mogontiacum ciuitates. Villanouanus Cobolentz putat. Sunt qui Wrechſhauſen credunt. ad Rhenum opida.

TRAIANA via, à Beneuento Brundiſium ducta. teſtis lapis antiquus, in Smetij volumine. Hactenus ita vocari ab incolis, ſcribit Galatæus. qui eandem vlterius, per Lupias, Rudias, Hidruntum vſque pertingere addit. Huius meminit Galenus 9. Therapeuticæ. Viarum Traianarum trium eſt mentio, in marmore antiquo, quod Auximi ſupereſt.

TRAIANI Forum, vide FORVM Traiani.

TRAIANI Foſſa, vide FOSSA.

TRAIANI Munimentum, in Alemannico ſolo à Traiano poſitum. cuius Ammianus meminit lib. 17. Rhenanus putat opidulum eius loco eſſe, quod prope Francofordiam, vulgo perperam Cronburg pro Tranburg appellant. Goropio autem videtur pagus in Rheniripa Moguntiaco oppoſitus, quod hodie Kaſtel nominant.

TRAIANI PONTEM, in Inſcriptionibus antiquis, eam vrbem vocari liquet, quæ hodie Ponte de Alcantara nominatur, teſte C. Cluſio. Hiſpaniæ vrbs eſt, ſuper Tagum fluuium. Vide PONS.

TRAIANI Portus, vide PORTVS.

TRAIANI Præſidium, vide FORVM Traiani.

TRAIANI Tribunal, vide OZOGARDANA.

TRAIANOPOLIS meminit Vlpianus, Titulo 15. de Cenſibus. Hanc putat Fazellus eam eſſe Siciliæ vrbem, quàm vulgò Troyna vocant: & à Curopalate Dragina dicitur. TROYANOPOLIS autem legit Fazellus; an rectè, videant ſtudioſi. TRAIANOPOLIS, Thraciæ vrbs: apud Ptolemæum, & Curopalatem, qui eam ſcribit conditam à Traiano Imp. nomine cuiuſdam ex eius primatibus Traiani vocati. Eidem Ptolemæo alia, in Phrygia Maiori. Synodus Conſtantinipolitana v. eam Phrygiæ Salutari adſcribit. TRAIANOPOLIM quoque dictam SELEVCIAM, ſcribit, (neſcio quo auctore) Volaterranus 23. Vrbanar. At mendum ſcripturæ reor, & pro Seleucia SELINVS legendum. Vide SELINVS & TRANVM.

TRAIANVS τραϊανὸς, fluuius Aegypti apud Ptolemæum. Huius oſtium apud Moyſem PIHACHEROTH vocari, dicit Becanus.

TRAIANVS PORTVS τραιανὸς λιμὴν, Tuſciæ apud Ptolemæum. Hodie Peſcara dici, Niger auctor eſt.

TRAIECTVM, Antonino Germaniæ Inferioris vrbs. Beato Rhenano Maeſtricht eſt, vrbs ad Moſam; inter Ruræmondam, & Leodiũ. Lamberto Hortenſio & mihi Vtrecht videtur. Batauorum vrbs epiſcopalis eſt, ad Rhenum. Vide TRICESIMÆ, & VTRICESIVM.

TRAIECTVS, locus in Anglia: Antonino. ad Sabrinæ oſtium qui hodie Auſtelinc vocatur, vt ſcribit Camdenus. Apud eundem Antoninum ſic nominatur fretum, quod eſt inter Siciliam & Italiam. Item Anguſtiæ maris Hadriatici, inter Hydruntum & Acroceraunios montes. vide TRAVECTVS, & FRETVM.

TRALITÆ Τραλῖται, Aethiopiæ ſub Aegypto gens: apud Ptolemæum.

TRALLIA τραλλία, Illyriæ pars: quæ etiam TROALICIDA τρωαλικίδα, & TRALLA dicitur. Stephanus. TRALLOS Illyriæ populos habet Liuius 27. qui etiam Trallas legit. Tralles in Thracia ponit Plutarchus in Ageſilao. ijdem ſunt: confines enim regiones, Thracia & Illyricum.

TRALLICON opidum Plinio. quod Harpaſo flumine alluebatur, quando erat. In Aſia Minori, circa Cariam.

TRALLIS τράλλις, Ptolemæo Phrygiæ vrbs in Lydia: quæ quoque EVANTHIA, SELEVCIA, & ANTIOCHIA dicta fuit, vt Plinius tradit. EVRYMNA εὐρυμνα, etiam vocata eſt, ſed prius ANTHIA ἄνθεια, Stephano teſte. TRALLES numero multitudinis legũt Val. Max. Plinius, Cæſar, Agathias, Liuius, Cicero pro Flacco, & ad Atticum. Olim DIA vocatam, ſcribit Etymologus. item LARISA Idem. Vide CHARAX.

TRALLIVM Τράλλιον, Bithyniæ opidum: Stephano. Iuxta Sinum Aſtacenum.

TRALYGORRA, vide TVRSAMBICA.

TRAMARICIOLVM, locus in Africa Propria. Anton.

TRAMPE τράμπη, Ioniæ vrbs: Stephano. Huius memoria in antiquo exſtat lapide. teſtis mihi Philipus Winghius.

TRAMPYA τράμπυα, vrbs in Epiro, iuxta Bunimam. Lycophron & Stephanus.

TRANADVCTA τραναδοῦκτα, Ptolemæo in Hiſpania Bætica opidum.

TRANIA, vide TYRRHENIA.

TRANIPSI, vide THRANIPSÆ.

TRANOMONTANI τρανομοντᾶνοι, Sarmatiæ Europææ populi. Ptolemæus.

TRANSACINCVM, Valeriæ Ripenſis vrbs. lib. Notit.

TRANSALBA, Daciæ Ripenſis opidum: in lib. Notitiar. ibidem TRANSDIERNVM, & TRANSDOBRETA.

TRANSALIACVM, vide BERBERES.

TRANSAQVÆ locus, in Marſis, ad Fucinum lacum. Martyrologium Romanum.

TRANSCELLENSEM montem, habet Ammianus, iuxta Sugabarritanum municipium, in Africa.

TRANSCVDANI, vide LANCIENSES.

TRANSDANVVIANI, qui trans Danubium habitant, circa Mœſiam. Antiqua inſcriptio, quæ Tiburti eſt.

TRANSDIERNVM, opidum Daciæ Ripenſis, in lib. Notit. Iuxta Diernam fortè. Vide TRANSALBA.

TRANSDROBETA, iuxta Dobretam, ni fallor. Vide TRANSALBA.

TRANSLVCANVS pagus, in Hiſpania. Ex antiquo marmore, quod exſtat in Legionenſi regione, in tractu Eſtremeduræ. Amb. Moralis.

TRANSLVCVM, Daciæ Ripenſis locus eſt, in lib. Notitiar. Hodie Landt uberwaldt (quod idem ſignificat) ni fallor.

TRANSMARISCA, Mœſiæ Inferioris, vel Secundæ vrbs: Antonino, & lib. Notit. Τραμαρίσκα, Ptolemæi eſt. Marice hodie vocatur, apud Lazium.

TRANSMONTANI, vide ASTVRES.

TRANSSILVANIA, vide DACIA.

TRANSTHEBAITAÑOS, quaſi vltra Thebas aut Thebaidem habitantes, in Aegypto, habet Treb. Pollio, in Gallieno.

TRANVM, Latini vocant vrbem Peucetiæ Apuliæ, quam vernaculè Trani dicunt. Volaterranus ſcribit nonnullis Plinij TRINIVM dici. (Plinio tamen Trinium fluuius, non opidum eſt.) Quondam TRAIANOPOLIM nomen habuiſſe, Leander teſtatur, ex Pandulpho Collenutio. In hoc Trano ſcribit Platearius Ophium parari.

TRAPERA τραπέρα, Indiæ vrbs aut locus, iuxta Barygazenum ſinum. Arrh. in Periplo.

TRAPEZA Τράπεζα, Arcadiæ vrbs, iuxta Tricolonum Stephan. ſed τραπεζοῦς legunt Apollodorus, Pauſanias, & Germanicus in Aratum. Eſt Trapeza etiam promontorium Troadis: Plinio. vnde primùm ſe concitat Helleſpontus.

TRAPEZAS, vide TRAPEZVSA.

TRAPEZOPOLIS τραπεζόπολις, Lydiæ vrbs: Ptolemæo. In Phrygia eſt, in Reſponſis patriarcharum Orientalium. Trapezopolitas habet Plinius. TRAPEZONTOPOLIM in Phrygia nominat Calliſtus, vitioſè, fortè librariorum incuria.

TRAPEZVM τραπεζων, collis qui Antiochiæ Syriacæ imminet. Strabo.

TRAPEZVNTII, vide ARCADIA.

TRAPEZVS τραπεζοῦς, mons in Taurica Cherſoneſo, Straboni. Luſtia vocatur Nigro. TRAPEZVS, Cappadociæ vrbs, apud Ptolemæum; Colchorum regionis facit Xenophon. quæ hodie Trebizonda vocatur. Taraboſſan Turcis dici ſcribit Leunclauius. Waccamach à Barbaris nominari auctor eſt barbarus Theuetus. OEZENIS οἰζηνίς, quoque olim dicta fuit, vt Stephanus tradit. TRAPEZVS, mons ad ſinum Arabicum: Stephano. Vide TRAPEZA.

TRAPEZVSA τραπεζοῦσα, Ponti Cappadocici vrbs mediterranea, apud Ptolemæum. quæ fortè TRAPEZAS in vita S. Theodori archimandritæ.

TRAPHE τραφη, vrbs iuxta Pontum: Stephanus.

TRAPHIA Τράφεια, apud Stephanum Bœotiæ vrbs.

TRAPONTIVM τραπόντιον, *circa Latinam viam vrbs: Strabo.* PONTIVM *legendum ſuadet Sigonius. quod annotauit Caſaubonus.*

TRAPRVRENSIS, *plebs Africana. Coll. Carthag.*

TRARON τράρων, *montem habet Lycophron. Iſacius dicit Troianæ regionis eſſe. Scaliger hoc loco* TRERON τρήρων, *legit, quem ſequi mauult Canterus. Per* A *in prima legit quoque Ioannes Tzetza.* TRARIVM τράριον, *pagum, habet hoc tractu, Strabo.*

TRASELLA, *Aſiæ vrbs, cuius epiſcopum Philippum nominat Dorotheus.*

TRASPIES, *vide* SCYTHÆ.

TRASVMENVS, *Liuio & alijs,* TRASIMENVS *per* I *in ſecunda Silio.* CLITORIVS *nominatur apud Diaconum, in Longobardicis, mendosè. Tuſciæ lacus. Hodie* Lago de Perugia *dicitur. Marius Niger ſcribit* AGYLLINA *vocatum.* THRASIMENA *Vada appellat Silius, lib. 11. &* LYDIA *Stagna 13. idem* TYRRHENIA *Vada, 17. Idem de hoc lacu plura lib. 5. vbi eum* AVNO *antiquitus dictum innuit.* ANNO *legit vetus codex. Appianus in Annibalicis, eum* PLISTINAM πλειστίνη *nominat.* TRASVMENOS *Lydiæ, ſic Vibius. Etruriæ fortè à Lydis populis, qui eam aliquando habitauere.*

TRAVASA τραυάσα, *Mediæ vrbs: Ptolemæo.*

TRAVCHENI τραυχένοι, *gens iuxta Pontum Euxinum. Stephanus.*

TRAVECTVS, *(niſi ſit legendum* TRAIECTVS.) *Galliæ Aquitanicæ locus, apud Antoninum. Vide* DIOLINDVM.

TRAVSI, τραῦσοι, *Thraciæ populi, ad Hæmum montem, Herodoto 5. & Liuio 38. Stephanus Celtarum vrbem dicit, cuius populos à Græcis* AGATHYRSOS *vocari ſcribit. Et hi in Thracia ſunt.*

TRAVSIVS τραύσιος. *Campus, in quo occiſos à Queriis, Gallos, qui in Italiam tranſierant, ſcribit Diodorus, in calce lib. 14. Pro Queriis* κάειοι *eſt in Græco. In Tuſcia videtur.*

TRAVSVS τραῦσος, *gens Scythica: Heſychio. Eandem cum* TRAVSIS *puto.*

TRAVVS τραῦος, *Thraciæ fluuius. Herodotus lib. 7.*

TRAXITÆ τραξῖται, *Gothorum gens, vltra Antorum regionem. Procopius.*

TREA, *Antonino Piceni vrbs, inter Septempedam & Auximum.* TREIAM *vocat Franc. Pamphylus, & à Gothis euerſam ſcribit. Vide* TRAIANA.

TREBA τρήβα, *Latij vrbs: Ptolemæo.* TREBÆ AVGVSTÆ, *ſupra quam Anio oritur. Frontinus 2. Aquæduct. Vide* TREVA.

TREBELLICA *Vina laudat Athenæus 1. & Plinius 14. cap. 6. dicitq; ad quartum à* Neapoli *lapidem locum eſſe. Alij codices* TREBELLIANA *legunt.*

TREBIA, *Galliæ Ciſalpinæ fluuius, Liuio, & Plinio. Videtur à Witichindo & Luithprando* Seſtertio *dici.* TREBIÆ *paludis, meminit Silius 17. Vide* MVTVSCÆ.

TREBIATES, *Vmbriæ populi. Plinius: Ab vrbe Trebia forte.*

TREBVLA, *Aborigenum vrbs, Halicarnaſſæo. 60. ſtadiis à Reate.* TREBVLÆ MVTVSCÆ *ſunt apud Obſequentem, & in veteri lapide quem Lipſius in Auctario edidit.* TREBVLAM *vel* TRIBVLAM *habent Ptolemæus & Liuius in Campania: pari, vt putat Sanfelicius, inter Capuam & Sueſſulam interuallo. Vbi eius cadauer ſit hodie ignorari, ſcribit Bap. Porta. Colonia Romana, Frontino, quæ* Monte Leone *hodie. Vide* MVTVSCÆ.

TREBVLANVM, *Italiæ locus, cuius mentio ſæpius in Epiſtolis ad Atticum. Fundi aut villæ nomen in agro Trebulæ reor.*

TRECASSES, *vide* TRICASSINI.

TRECHIA τρηχεία, *Epheſi vrbis pars, aut Epheſiorum opidum videtur, apud Athenæum.* TRACHIA *eſt apud eius interpretem, & quoque Plinium. qui ipſam Epheſum ſic nominat.*

TRECHIN τρηχίν, *Homero* β *Ιλιαδ. Theſſal. vrbs. Euſtathio.*

TRECHINIA τρηχινία, *Peloponneſi regio videtur, apud Herodotum 7.*

TRECHINIÆ, *vide* THACHINIA.

TRECHIS, *vide* TRACHIS.

TRECORENSIVM *Ciuitatem, habet Cœnalis, in Gallia Lugdunenſi III. quam nouo nomine* Treguer *appellat.* (Trigay *apud alium lego) & vocat vetuſto nomine* OSISINOS.

TREENSIS *ager, lib. de Limitib. A Trea gentile puto.*

TREHENTA, *fluuij nomen, iuxta ciuitatem quæ lingua Anglorum* Tiouulfingaceſtir *vocatur. ſic Beda.*

TREIA, *vide* TREA, & TRAIANA.

TREIENS *ordo & plebs. In Goltzij Theſauro, ex marmore antiquo, quod Bergomi eſſe oſtendit Lazius 4. R. P. Romanæ.*

TREMILI, *vide* LYCIA.

TREMITHVS τρεμιθοῦς, *Cypri vicus, Stephano: & Ptolemæo, ſed per* I *in prima: vti & Suidæ. Huius meminit quoque Socrates Scholaſticus. Tremithopolis habet ex nummo Goltzius, in ſuo Theſauro. Pagus hodie* Tremitughe *à Luſignano vocatur.*

TREMON τρέμων, *locus iuxta Delum inſulam, ſic dictus, quod hæc inſula frequenter terræmotu concuti ſolebat. Euſtathius in Dionyſium. Meminit eius etiam Lycophron, cuius enarrator Iſacius dicit locum circa Delum, vbi Aiax ſepultus. Situm dicit iuxta Tenum & Myconum.* Tremens *appellatiuè interpretantur Scaliger & Canterus.*

TREMVLA, *Mauritaniæ Tingitanæ vrbs: apud Antoninum. Vide* FVNDVS.

TREPSEDI, *Aſiæ Propriæ gens, quæ interijt, auctore Plinio.*

TRERES, *vide* TRERVS, & CIMMERII.

TRERIENSES *populos, habet Plinius, ex Theophraſto: quos ſcribit à ſcolopendris abactos, at locum eorum non addit.* OTRERIETES, *legunt tria mea exemplaria. Voces incognitæ. Rhoetientibus hoc adſcribit Aelianus 11. cap. 28. Animal. at Rhytienſibus idem 15. cap. 26. Hi in Creta ſunt: illi in Troade. Trerienſes & Otrerietes mihi ignoti.*

TRERON, *vide* TRARON.

TRERONES, *vide* CIMMERII.

TRERVS τρῆρος, *Thraciæ regio, &* TRERES *Thraciæ gens, Straboni, Stephano, & Plutarcho de Fortuna Alex. Circa Dardanos & Macedones ad Pieriam regionem vſq; eos deſcribit Plinius. Circa Cimmerios gens eſt: Straboni.* TRERVS τρῆρος, *amnis Italiæ quoque eſt, ad Fabrateriam opidum, Strabo.*

TRES TABERNÆ, *locus circa Romam, vbi Hiſtoria Miſcella & Zoſimus 2 ſcribit Seuerum Imp. à Maxentio occiſum. Non longè ab vrbe, via Appia: Cicerone teſte. Inter Romam & Appij Forum, eſt Antonino, & Act. 24.* Ciſterna *vocari, lego in Baronij Annalib. qui vicus eſt, (vt à Celſo Cittadino habeo) in medio viæ Appiæ 36. M P. ab Vrbe. Pigius in Hercule Prodicio putat circa aut ipſas* Caſas nouas *fuiſſe. (Onuphrius in Chronico Pontificum vocat Tres Tabernas, alias* Apud Nympham.) *P. Victor habet* TRES TABERNAS *in Vrbis regione V. Eſquilinia. In Fragmento librorum Pontif. lintheorum, quod conſeruo, hæc lego, Ad III. Cal. Sept. Caupo ad Tres Tabernas occiſus à Thracibus ebrijs, in Via Publica. Eſt & locus ſic dictus Macedoniæ, inter Scampin & Lychnidum: Antonino. Vide* TABERNA, & TRISCHENEN.

TRES TVRRES, *vide* TRIPYRGIA.

TRETA τρῆτα, *Cypri vrbs: Straboni.*

TRETE τρήτη. *Ptolemæo,* TRITE *interpreti, inſula Arabica, Rubri maris.*

TRETVM τρητὸν, *Promontorium Ptolemæo,* TRITVM *Straboni, in Africa Propria.* Cabo Ferraio, *Caſtaldo:* Bucramel, *Mercatori vocatur.* TRETVM, *Peloponneſi mons; inter Nemeam ſiluam, & Mycenas: vbi Hercules leonem interfecit. Pauſanias 2. & Diod. 4. Eſt quoque locus, circa Daphnen Antiochiæ: Procop. 2. Perſic.*

TRETVS τρητὸς, *portus Arabiæ Felicis: Ptolemæo.*

TREVA



TREVA τρηοῦα, *Ptolemæo Germaniæ vrbs. P. Appianus* Hamburch *ex ea facit: Emporium, ad Albis fluminis oſtium. quod mihi aliquando quoque veriſimile fuit. Mercatori potius* Lubeck *videtur, ob fluminis alluſionem, qui hanc alluit, &* Traue *vocatur. Erraſſe Ptolemæum docet Erpoldus, in ſuo Caroli Magni chronico, qui fluuium, qui hodie adhuc hoc tractu* Traue *nominatur, pro vrbe habuit. Gloſſarius vetus ad Iuuenalis Satyram XII. lib. 4. hæc habet verba, Clytumnus fluuius qui* TREVIS *ciuitatem Flaminiæ interluit. Vide* TREBA.

TREVENTINATES, *circa Samnitium. in Italia. Plinius.* TREVENTVM *Coloniam, habet Frontinus in ora libri. Interius legebatur* TEREVENTVM. *M. S. codex C. V. Franciſci Nanſij habebat* TEREBENTVM.

TREVIDON, *Galliæ circa Rutenos opidum: Sidonio in ſuo Propentico, ad libellum.*

TREVIRI *Cæſari,* TRIBORI τριβοροὶ, *Ptolemæo,* TRIBERI *in lib. Notit. Galliæ Belgicæ populi; qui hodie* Trieriſche *poſſunt appellari, ab eorum metropoli* Trier. *Hæc* COL. AVG. PAT. TREVIROR. *vocatur in nummo Veſpaſiani.* AVGVSTAM *Propriè nominat Mela: In Treuiris* AVGVSTA, *inquit, lib. 3. cap. 2.* TRIVERICAM *vrbem vocat Auſonius. Hanc excellentiſſimam dicit Saluianus. tranſalpinarum vrbium maximam Zoſimus.* TREVERICI *Agri meminit Plinius 11. cap. 49. & idem* LIBEROS *antea cognominatos fuiſſe, ſcribit. A. Hirtius Treuiror. fines cum Carnutum coniungit*

TRIA CAPITA, *vide* QVERCVS *Capita.*

TRIACENSES, *Piceni populi. Plinius.* TRAIANENSES *mauult legere Pintianus.*

TRIACONTASCHOENVM τριακοντασχοινον, *regionem, inter Aethiopum montes & flumen Nilum, habet Ptolemæus.*

TRIÆNA τρίαινα, *Euripidi in Phoeniſſis. Huius interpres dicit locum in Argia eſſe. Stiblinus autem putat poëtam* AMYMONEM *hac voce intelligere.*

TRIAMAMMIVM, *vide* TRIMMANIVM.

TRIARACHIA, *Armeniæ Minoris vrbs: apud Antoninũ.*

TRIARE, *Iberiæ regio, verſus Pariedros montes: Plinio.*

TRIBALLI τριβαλλοι, *Mœſiæ Inferioris populi ſunt; teſtibus Ptolemæo, Plinio, & Strabone, qui eos dicit ad inſulam Danubij Peucen vſque pertingere.* τριβαλοι, *vno* λ *male, apud Polyænum, de Scythis, lib. 7.* Seruij *dicuntur à Niceta. ſed* Bulgaren *à Laonico, Sophiano, Lazio, Bonacciolo, & Barletio.*

TRIBANTA τρίβαντα, *Ptolemæo vrbs in Phrygia Maiori.*

TRIBAZINA τριβαζίνα, *Ariæ vrbs: apud Ptolemæum.*

TRIBERI, *vide* TREVERI.

TRIBERINVM, *locus in Codice Theodoſiano 6. Titulo de priuilegiis in palatio militantium.*

TRIBOCES *Cæſari,* TRIBOCCI τριβοκκοὶ, *Ptolemæo,* TRIBVNCI, *ſunt Ammiano, ni fallor. vbi B. Rhenanus* TRIBONOS *legit: &* Kircheim *interpretatur. additq; in vita S. Florentij Scoti* TRONIA *vocari. Germaniæ populi hodie, qui* Elſaſſer *Pyramio,* Straesburger *ab eorum metropoli, Rhenano nominantur. Oſwaldo autem Molitori* Tzum dzeyen buchen, *vocantur. pagus eſt Alſatiæ: non malè ad Triboccos alludens.*

TRIBOLA τρίβολα, *Hiſpaniæ vrbs: Appiano in Ibericis.*

TRIBONI, *vide* TRIBOCES.

TRIBORI, *vide* TREVIRI.

TRIBVLA, *vide* MVTVSCÆ.

TRIBVLIVM, *Liburniæ caſtellum, P. R. prœlijs nobilitatum. Plinius lib. 3. cap. 22. Nunc* Tribunienſis *præſul in Codice deſcriptus, inquit Volaterranus.*

TRIBVNCI, *vide* TRIBOCES.

TRIBVRIA, *villa regia, in terra Francorum, haud procul à Moguntia, ad Rhenum fluuium: (ſiue vt eam Tritthemius deſcribit,) inter ciuitates Moguntiam & Oppenheymum, per Rhenum deſcendentibus ad dextram. hodie autem locus planè deſertus. Hic anno 895. celebratũ fuit concilium.* Tribur *hodie dici, addit liber concilij. Meminit huius quoque Sigebertus.*

TRICA, *vide* TRICCA.

TRICADIBA τρικάδιβα, *Indiæ intra Gangem inſula; in Colchico ſinu: Ptolemæo teſte.* Queilloa, *Caſtaldo.*

TRICALVM τρίκαλον, & TRICALA, *Stephano.* TRIOCLA τρίοκλα, *Ptolemæo eſt.* TRIOCALA τριόκαλα *Diodoro & Silio.* TRICALINVM *Ciceroni 5. in Verrem. &* TRIOCALINI *eius incolæ apud Plinium. In Sicilia vrbs mediterranea.*

TRICAMARVM, *locus* CXC. *ſtadiis à Carthagine diſtans. Procop. 2. Wandalicor.*

TRICARANA τρικάρανα, *Phliaſiæ in Peloponneſo caſtellum: Stephano.* τρικάρανον *Xenophonti, & Demoſtheni dicitur: quod Suidæ Argiæ caſtellum eſt.*

TRICARENIA τρικαρηνία, *i. triceps ciuitas. cui Geryon imperitabat. Palephatus, in Geryone & Cerbero.*

TRICASII, *vide* TRICASSINI.

TRICASSINI, *Lugdunenſis Galliæ populi, quorum mentio eſt in antiquo lapide. apud Ammianum, & in Panegyrico Maximiano, item ab Aeduis Conſtantino dicto. Ptolemæo* TRICASSII τρικάσσιοι, *dicuntur. Horum vrbs primaria* TRICASSIVM *nominatur apud Antoninum, & alios poſterioris ſæculi ſcriptores. Tandem* TRECAS *etiam vocata; à Sigeberto & Aimonio monacho, & Gregorio Turonenſi. Hæc ex Petri Pithoei Aduerſariis. Hodie hæc vrbs incolis* Troies *appellatur.* TRECASSES *populos, nominat Plinius, lib. 4. cap. 18.* AVGVSTA TRECARVM *vocatur ab Herico, 3. vitæ S. Germani. Vrbem* TRECASSA *à Beda nuncupari lego, & ab Antonino* TRICASIS LEGIO XXII. *Ptolemæi videtur* AVGVSTOMANA.

TRICASTENI, *vide* TRICASTINI.

TRICASTINI, *Liuio: in Prouincia Viennenſi 1. Galliæ ciuitas, teſte lib. Prouinciar.* S. Pauli à tribus caſtris *interpretatur Rob. Cœnalis. Blaſius Vigenereus in Annotationibus ad Cæſarem ſuum Gallicum, habet pro* Entrecaſteaux *in Prouincia.* TRICASTINÆ *vrbis meminit Sidonius 6. ad Patientem papam.* τρικαστινοι *populi ſunt apud Ptolemæum. Vide* AVGVSTA *Tricaſt.*

TRICCA τρίκκα, *Eſtiotidis Macedoniæ regionis vrbs, Ptolemæo. A Bellonio & Sophiano* Tricala *vocatur.* TRICA τρίκη, *apud Liuium & Strabonem eſt. Stephanus & Plinius eam Theſſaliæ adſcribunt. Aeſculapium hic natum, ſcribit Euſeb. 3. Præpar.* TRICCA *etiam Apuliæ opidum, à Diomede deletum, vt tradit Plinius.*

TRICCIANA, *Pannoniæ vrbs: Antonino.*

TRICESIMÆ, *apud Am. Marcellinum eſt Germaniæ vrbs, quam Petrus Diuæus putat eandem eſſe cum* LEGIONE TRICESIMA VLPIA λεγίων λʹ. οὐλπία *Ptolemæi. & an ea* Vltraiectum *in Hollandia deſignetur, ſe nolle contendere ait. Vide* VTRICESIVM.

TRICESIMVM, *vel Ad Triceſimum, locus in Norico;* XXX. *M. P. à Iulio Carnico. Antoninus,* Triceſimo *vel* Tricento *videtur in Carinthiæ Tabula Lazij.*

TRICHAICES τριχάϊκες, *Cretæ inſulæ populi: apud Homerum,* ὀδυσ. τ. *& Strabonem 10.*

TRICHIA, *vide* EPHESVS.

TRICHIS τριχίς, *Aegypti opidum: Stephano.*

TRICHONE, *vide* TRICHONIVM.

TRICHONIVM τριχώνιον, *Aetoliæ opidum: Stephano, & Polybio 5.* TRICHONE *Plinij puto, &* TRICONIVM τρικώνιον, *Pauſaniæ.*

TRICIVM, *vide* TRITIVM.

TRICOLONI τρικόλωνοι, *Arcadiæ vrbs: apud Pauſaniam, & Stephanum.*

TRICOLLORVM, *Narbonenſis Galliæ regio aut opidum. Plinius 3. cap. 4.*

TRICOMIA τρικωμία, *Phrygiæ Maioris opidum: Ptolemæo. Arabiæ, quoque vrbs, in lib. Notit. vbi M. S. codex* TRICONIA *legebat. Triconienſis loci epiſcopalis, meminit Guil. Tyrius; ſub ſede Cæſareæ Stratonis.* τρικώμων, *Palæſtinæ habet quoq; Cedrenus, vbi Scythopolim à Scythis conditam refert. Malo Egeſippo 3. credere qui tradit*



non

non ita dictam, quod à Scythis condita, ſed quod Dianæ Scythicæ conſecrata fuerit.

TRICON Mons, circa Propontidem videtur ex Palladij Dialogis. vti habet Baronius 5. Annal. Vide TRYCON.

TRICONIA, vide TRICOMIA.

TRICONIVM, vide TRICHONIVM.

TRICORI populi, ſunt apud Lucanum, lib. 1. vt recenſuit Pulmannus. Inſtabiles Tricores circumſita caſtra coarcet. Turones, pro Tricori legit Turnebus. Malim retinere veterem lectionem. TRICORIOS enim nouit Strabo 4. & Plinius 13. TRICORIVM quoque Galliæ Narbonenſis opidum apud Liuium eſt. quod craux Ant. Pinetus interpretatur.

TRICORIVM, vide TRICORI.

TRICORNESII τρικορνησιοι, Myſiæ Superioris populi, Ptolemæo. Topliza vocatur eorum regio à Caſtaldo.

TRICORNIVM Τρικόρνιον, Myſiæ Superioris opidum, apud Ptolemæum. Golumbatz, Nigro vocatur: ſed Coruſceue Lazio. Hoc Tricornium Ptolemæi, ab Antonino TVRIVM, aut DORIVM vocari, ſuſpicatur Simlerus.

TRICORYNTHON τρικόρυνθον, municipium Aeantidis tribus: Stephano. Τρικόρυθος, ſine N Atticæ vicus, apud Strabonem eſt. eundem reor.

TRICORYPHOS. Mons Felicis Arabiæ: apud Plinium. Vide MEROS.

TRICORYTHOS, vide TETRAPOLIS, & TRICORYNTHON.

TRICRANA τρίκρανα, Argiæ inſula, ante Bucephalum promontorium. auctor Pauſanias. Vide TRICARANA.

TRICRANVM, vide TRICARANA.

TRICRENA τρίκρηνα, locus in Arcadia, vbi tres fontes ſunt. Mercurium ibi in lucem editum, tradunt. Pauſanias in Arcadicis.

TRICRINI τρικρίνοι, ſunt Italiæ populi: apud Halicarnaſſeum 1. TREBIANOS vertit Gelenius. TOLERINOS mauult Sylburgius.

TRIDENTE τριδέντε, Cenomanorum vrbs Ptolemæo, & Phlegonti: qui ſunt TRIDENTINI Plinio, hodie hæc vrbs Italis Trento, Germanis verò Triendt appellatur. TRIDENTINÆ Regionis meminit Caſsiodorus Variar. 5. ad Feltrinos.

TRIENSES, videntur Macedoniæ populi; gremio terrarum præiacentes, vt inquit Plinius.

TRIENTIO, fluuij nomen: in vita S. Autberti. Circa Terouannam videtur.

TRIENTIVS Ager, intra 50. lapidem ab Vrbe erat: ſic dictus quod tertia parte pecuniæ datus erat. Liuius 31.

TRIERES τριῆρες, Bithyniæ gens quædam, apud Memnonem, & Stephanum. Idem hic habet τριήρης Syriæ opidum. ſic quoque Polyb. 5. Vide EMBOLOS.

TRIERIS. Phœniciæ opidum: Plinio. τριέρης Stephani, & Polybij. Vide TRIERES.

TRIERON τρίηρον, Ptolemæo promontorium in Africa Propria eſt. hoc Sudeyca apud Marmolium vocatur. Vide CEPHALAS.

TRIFANVM, locus inter Sinueſſam, & Minturnas. Liuius 8. & 9.

TRIFERNVM opidum, in Pelignis eſt. apud Liuium 9. TRIFERNVS Mons eidem. Hunc Blondus malè nominat TIFERNVS, & Leander FITERNVS, qui eum hodie Biſano vocari ſcribit.

TRIFLISCVS, Mons, in quo Capua ædificata, vt habet Sigonius 5. Regni Italiæ. An Tifata recens nomen?

TRIFOLINVS, vide TRIPHOLINVS.

TRIGABOLI, populi ſunt Galliæ Ciſalpinæ, vt Leander ſcribit, inter duo Padi fluminis oſtia habitantes: quos poſtea TESALIOS vocatos ait. τριγαβόλοι, apud Polybium ſunt lib. 2. Teſalij neſcio quid ſit.

TRIGÆCINI, Hiſpaniæ populi, apud Florum 4. BRIGACINOS putat ad eundem Vinetus.

TRIGEMINA Porta, Vrbis Romæ. quam Marcellinus OSTIENSIS nomine appellauit, vt ait Marlianus, qui eam hodie Porta S. Pauli vocari ait. Idem teſtatur Aethicus.

TRIGLA τρίγλα, locus quidam Athenis ſic dictus, Athenæo teſte.

TRIGLISITENSIS Plebs Africæ. Coll. Carthag.

TRIGLYPTON τριγλυπτον, Ptolemæo Indiæ extra Gangem vrbs, regia Randamarcottæ regiunculæ. TRILINGVM hæc quoque dici, addunt Latini interpretes. Pegu hodie dicitur; Caſtaldo cenſore.

TRIGORIA, prouincia Germaniæ, ad Rhenum, in finibus Veſaliæ. Surius in vita S. Goari. Sanguera opidulum huius regionis eſt. Huius Regino quoque meminit.

TRIGVNDVM, vide TVRRIGA.

TRILEVCI Τρίλευκοι, tres ſcopuli ſunt in Oceano Cantabrico, apud Ptolemæum Peñas de Guzan fortè.

TRILEVCVM, vide LAPATIA CORI.

TRILINGVM, vide TRIGLYPTON.

TRIMACHI, Mœſiæ Europææ populi, apud Plinium.

TRIMAMMIVM, vide TRIMMANIVM.

TRIMERVS, vide DIOMEDEÆ.

TRIMETHVS, vide TREMETHVS.

TRIMILIS. vide LYCIA.

TRIMITARIA, regionis nomen videtur in Chalcedonenſi concilio: vbi non ſemel mentio Laodiceæ Trimitariæ. In Phrygia Pacatiana eſt.

TRIMMANIVM τριμμάνιον, Myſiæ inferioris vrbs, Ptolemæo. TRIAMAMMIVM, Antonino, & TRIMAMMIVM Lib. Notit. Drimago videtur hodie hunc locum obtinere.

TRIMONTIVM τριμόντιον, Albionis inſulæ opidum, Ptolemæo. In Selgouiis. Vbi nunc Atterith, vt Guil. Camdenus exiſtimat. Vide PHILIPPOPOLIS.

TRINABVM, vide TERNOBVM.

TRINACIA τρινακίη, inter Siculas vrbes primaria, Diodoro 12. teſte. TYRACINÆ τυρακῖναι, Stephani puto. TIRACIENSES populos nominat Plinius. pro quo TRIRAGIENSES legit Aretius. & nouo vocabulo Randazzo appellari addit.

TRINACIOTÆ gens circa Niceã, Bithyniæ. Pachymerus.

TRINACRIA, vide SICILIA, & RHODVS.

TRINASI Mœnia, τρινασου τεῖχη, caſtellum ſic dictum in Laconica, eſt apud Pauſaniam. qui addit in littore maris ſitum, vbi tres inſulæ. vnde nomen habere videtur. TRINASSVS τρίνασσος, eſt Ptolemæo.

TRINASSVS, vide TRINASI.

TRINCENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

TRINEMII τρινέμιοι, apud quos Cephiſus oritur, Straboni 9. TRINEMIS τρινημεῖς, Stephano, eſt pars Cecropidis tribus.

TRINESIA τρινησία, Indiæ intra Gãgem inſula, in Colchico Sinu, Ptolemæo. Rheſiphe, Caſtaldus interpretatur.

TRINESSA τρίνησσα, Phrygiæ locus, Stephano: ex Theopõpo.

TRINIVM, Plinio Italiæ fluuius, in ora Frentanorum. Trenio Leandro Alberto. Trani Mazzellæ: ſed Aſinelli Ligorio. Vide TRANVM.

TRINOVANTES Tacito, TRINOBANTES Cæſari, TRINOANTES τρινοάντες, Ptolemæo: Albionis inſulæ populi. Hodie ſunt, vt Lelandus & Lhuydus affirmant, Territorij Londinenſis. Alexandro Neuyllio ſunt Eſtſaxones, & Medioſaxones: Middelſex vulgò. Vide LONDINVM.

TRINYTHEVM, Ægypti opidum. lib. Notitiar. Oaſis Maioris videtur.

TRIOBRIS, videtur vrbs, aut fluuius Galliæ Aquitanicæ, apud Sidonium, in ſuo Propemtico, ad libellum. TRIORBIS legit Vinetus. OBRIS Strabonis puto.

TRIOCLA, vide TRICALVM.

TRIODOI. i. Triuia, locus ſic dictus, in Menalio monte Arcadiæ. Pauſanias, & Stephanus.

TRION, vide PRIVM.

TRIOPALA, qui & ASSORVS, iuncti Albo Megarenſium. Sic Vib. Sequeſter. Cui fluuius eſt. Sed pro Albo, Alabo malim legere.





TRIOPIA, vide CNIDVS.

TRIOPIDÆ, tribus in Co inſula. Theocriti Scholiaſtes.

TRIOPIVM τριόπιον, Cariæ vrbs, apud Thycydidem 8. Arrianum 2. Alexandri, & Herodotũ 7. ad Alenta fluuium, Theocrito. Hæc eadem TRIOPA, & TRIOPIA dicitur. auctore Stephano. TRIOPIVM Promontorium: item Mare, hinc habet idem Herodotus. TRIOPIVM habet quoque Diodor. 20. aliam autem ab illa.

TRIOPS τριώψ, Theocrito Cnidi promontorium. Vrbis Cariæ, vt habet Winſemius, eius interpres. Vide CNIDVS.

TRIORBIS, vide TRIOBRIS.

TRIPANGALIDA, vide TIRIPANGADA.

TRIPARADISVS τριπαράδεισος, Syriæ Superioris opidũ, vbi Euridica degebat. Diodorus 18. Vide PARADISVS.

TRIPHOLINVS Τριφολῖνος, mons Neapoli, apud Galenum 1. de Antidotis. Hodie apud Fontem S. Martini monſtratur. In eo nihil præter trifolium naſcitur, vt mihi ibidem retulit Vincentius à Porta. Tripholinum vocãt Athenæus, Martialis, & Plinius. inde vinum, quod Surrentino auſterius eſſe dicit. Trifolini agri meminit Iuuenalis, Satyra 3. Te Trifolinus ager fecundis vitibus implet.

TRIPHVLVM Τρίφυλον, Daciæ vrbs, Ptolemæo. Fileſia hodie, teſte Lazio TRIPLVM fortè in Hiſtoria Miſ. 19.

TRIPHYLIA τριφυλία, tractus Elidis, in Peloponneſo, Pauſaniæ, Euſtathio, & Stephano: item Dionyſio Afro, qui TRIPHYLLIDIS Terram nominat: in qua Alpheus fluuius deſcribitur à Polybio 4. Vide ELIS, & TRYPHALIA.

TRIPHYLIACVS, vide PYLVS.

TRIPLVM, vide TRIPHVLVM.

TRIPODI, & TRIPODISCIVS τριποδίσκιος, Megaridis regionis, loca in Attica, ſub monte Gerenia, Straboni, Stephano, Pauſaniæ, Thucydidi 4. & Plutarcho in Quæſtionibus Græcis.

TRIPODVS, vide TRIPOLVS.

TRIPOLIS τρίπολις, Arcadiæ vrbs, CALLIA nomine. Pauſanias in Arcadicis. TRIPOLIS, Phœniciæ vrbs Ptolemæo, & Diodoro 16. (qui eam tripliciter diſtinctam dicit, in Arabum, Sidoniorum, & Tyriorum vrbem.) Taropolo Leunclauio. Eadem Trabelos, inquit Beniamin. Phœniciæ Primæ attribuitur in Conciliorum opere. TRIPOLIM habet Liuius lib. 42. inter Lariſſam & Peneum fluuium: quam SCEAM vocari addit. in Perrhebia regione. TRIPOLIM habet idem lib. 35. in Laconica. proximam Megalopolitide. TRIPOLIS, caſtellum & flumen eſt in Cappadocia, Plinio. TRIPOLIS, Cariæ vrbs, nunc NEAPOLIS vocatur: Stephanus. Ptolemæo hæ diuerſæ ſunt tamen. TRIPOLIS, Lydiæ regionis vrbs, in concilio Niceno. & quoq; apud Antoninum, Suidam, Socratem Scoliaſticum, & Ptolemæum. Inde Tripolitani Plinio. TRIPOLIM Africæ Propriæ vrbem habet Solinus; ſic ab Achæis ſua lingua ſignatam de trium vrbiũ numero: TAPHRÆ, ABROTANI, LEPTIS Magnæ. pro quibus reſtituit ex Iſidoro Martinus Delrio, OEÆ, SABRATÆ, LEPTIS MAGNÆ. Arbitrij ius ſit apud lectorem. Hæc Tripolis Plinio NEAPOLIS eſt. & Ptolemæo quoque Neapolis vocatur. Tripoli de Barbaria hodie nuncupatur. Habet præterea Stephanus TRIPOLIM in Meſſenia. Epiro. & Ponto. Vide TRIPOLITIS, NEAPOLIS, RHODVS, PELAGONIA, PELLANA, DOLICHE, & LEPTIS.

TRIPOLISCI τριπολίσκοι, Theſprotica gens. Stephanus. ex Rhiani 15.

TRIPOLITANA Regio, Africæ ad mare Mediterraneum. Hæc Oroſio & Aethico etiam SVBVENTANA, & ARZVGVM regio dicitur. Hodie fortaſſe Garelgare vocatur. ARGVZÆ, pro ARZVGE (ni fallor) legitur in concilio Carthaginenſi. ἀρζουγη, erat in Græco codice. Exemplar Morelij ANARZVE habebat. Item alio in loco AZVITA. Sed duo loca diuerſa ſunt in hoc concilio. dicit enim inter Tripolim & Arzugen barbaras gentes ſitas. Vide AZVIS.

TRIPOLITIS, Ægypti regio eſt; in concilio Chalcedonenſi. Circa Buſirim. hæc enim in alijs Conciliis huic attribuitur regioni. TRIPOLITIS etiam Græciæ in Macedonia regionis nomen eſt, Straboni 7. à tribus in ea vrbibus: quarum vna Azorus. TRIPOLIM eandem regionem vocat Liuius: à tribus quoque opidis: Azora nempe, Doliche, & Pithio. Vide PELAGONIA.

TRIPOLVS τρίπολος, locus in Creta, vbi Pluto genitus: Heſiodo in Theogonia. TRIPODOS vocatur à Diodoro Siculo 5.

TRIPONTIVM, Angliæ opidum, Antonino. inter Londinum & Lindum. Torceſter vocatur Camdeno.

TRIPOS, vide TRIPOLVS.

TRIPYLVM τρίπυλον, habet Arrianus lib. 1. vitæ Alex. in Caria regione. Pars fortè Halicarnaſſi vrbis.

TRIPYRGIA Τριπυργία, id eſt, tres turres, locus circa Athenas. Xenophon 5. Græcorum.

TRIQVADRA, vide TIQVADRA.

TRIQVETRA, vide SICILIA.

TRIRACIENSES, vide TRINACIA.

TRISANTONIS τρισάντωνις, fluminis oſtia, deſcribuntur à Ptolemæo, in Albione inſula. Nunc Southampton, antiquum retinens nomen, inquit Lhuydus, & Camdenus.

TRISARCHI τρισάρχοι, vicus in Marmarica. Ptolemæus.

TRISCHENEN, id eſt Tres tabernas vrbem, in Calabria, vbi Sila ſilua incipit. habet Gabriel. Barrius quam hodie Taberna vocari ait. Tauerna ſcribit Ananienſis.

TRISIDIS Τρισιδις, vrbs mediterranea Mauritaniæ Tingitanæ, Ptolemæo. Tenzert vocat Marmolius, & addit ab Arabibus ſcriptoribus Tehart dici.

TRISIPENSIS Plebs, Africana. Coll. Carthag.

TRISITIDES, vide ORISTIDES.

TRISMACARIA, vide CENTON.

TRISMIS τρισμίς, Myſiæ Inferioris opidum, Ptolemæo. Nigro Trachina vocatur. TROSMIS, eſt apud Antoninum. & LEGIONEM I. IOVIAM Scythicam addit. Lib. Notit. tamen LEGIONEM II. Herculanam illi tribuit.

TRISOEZYRA τρισοιζυρὴ, vrbs. Euſtathius, in Homer. Ιλιαδ. Θ. Supra Thaſum.

TRISPLÆ τρίσπλαι, Thracica gens, apud Stephanum. ex Hecatæi Europa.

TRISSVM τρισσὸν, Iazygum Metanaſtarum opidum, Ptolemæus.

TRISTIACENSIS Siluæ, meminit vita S. Richarij. In Gallia Belgica fortè.

TRISTOLVS τρίστολος, Macedoniæ in Sinticæ regione vrbs, Ptolemæo. An eadem cum Graſtillo Stephani?

TRITÆA τριταία, Achaiæ opidum, Straboni, Herodoto in Clio, & Vrania, Plutarcho in Arato, Polybio 2. & Thucydidi 3. item Stephano. Phocidis eſt quoque, apud Plinium. Vide TRITIA.

TRITE τρίτη, opidum iuxta Herculis columnas. Stephanus. Vide TRETE.

TRITIA τρίτεια, Troica vrbs, & Ariſbæenſium colonia. & alia Phocidis; (hæc Tritæa fortè Plinij.) item Locrorum Ozolorum: Achaiæ quoque, auctore Stephano. qui hanc vltimam etiam geminato TT, ſcribi ait. hæc Ciceronis fortaſſe, cuius in Peloponneſo meminit 6. ad Atticum, Epiſtol. 2. Nouere hanc quoque Polybius 4. & Pauſanias in Achaicis. Vide TRITÆA.

TRITITIA, vide ALIPHERA.

TRITIVM METALVM τρίτιον μέταλον, Beronum opidum Ptolemæo, in Tarraconenſi Hiſpania. Tafalla, Epiſcopo Gerundenſi nominatur. Anagrum autem putat Io. Mariana, vel aliter Najara. TRITIVM ſimpliciter Plinius vocat. ſed Autrigonibus tribuit, populis vicinis. TRITIVM, & Tricium corruptè, Antonino. Moralis 12. Chronicor. ſcribit hodie nomen vetuſtum vtcunque retinere; in loco ignobili. quem vulgus Trieio appellat. in territorio vrbis Naiari. Idem putat apud dictum Antoninum mendosè ARITIVM vocari.

*in Itinere Mediolano Galliciam. Eadem de hoc Tritio quoque Hieronymus Surita in Commentarijs ad Ant. Itinerarium.*

TRITIVM TVBORICVM τρίτιον τουβόρικον, *Ptolemæo, Vardulorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs.* TOBOLICVM *eſt apud Melam.* Fortè Mondragon *hodie, vt habet* Coquus. *Simlerus putat* ARITIVM *vocari apud Antoninum.*

TRITOLINVS *Mons; ſic vocatur à Georgio Fabricio, qui vulgò* Saluiati *dicitur. Inter Baias & Puteolos. Pro Trifolinus vt puto. librariorum incuria.*

TRITON, *palus Africæ Propriæ: quæ &* PALLANTIAS *dicitur Plinio.* MINERVÆ *cognomen ei inditum eſſe; ſcribit Pomponius.* Capes *nouo nomine Marmolio. quod ex I. Leone mihi quoque veriſimile eſt. Ptolemæo autem hoc loco, duæ paludes ſunt; vna* TRITONITIS τριτωνῖτις, *altera* PALLAS παλλὰς, *dicta. In hac palude Phla inſulam ponit Herodotus, de qua in dictione* NYSIÆ PORTÆ. *Alia eſt Triton palus ad Montem Atlantem, proximè Oceanum, Diodoro, lib. 3. Eidem lib. 5. Triton fluuius quoque eſt in Creta inſula, ad cuius fontem ſcribit Palladem, (quæ ob id Tritonia vocatur) natam. ibidem etiã eius fanum exſtat. Thraciæ palus eſt, apud Vibium, in quo qui ſe nouies immerſerit, in auem conuertitur, de quo vide* PALLENA. *Lacus in Cyrenaica regione eſt, Apollonio 4. in quo inſula, quæ Veneris templum habet. auctor Strabo. Fluuius Bœotiæ exiguus, circa Alalcomenas, Pauſaniæ & Straboni. hic enim educatam Tritonem Mineruam, non autem in Libya, ferunt. Arcadiæ quoque fons, Pauſaniæ. Apud Apollonij Scholiaſten 4. eſt vrbs in Libya. & in Bœotia. Eſt etiam locus in Aſia Minori, ad Propontidem: Obſequij thematis, vt refert Conſtantinus Porphyrogenneta. Vide* NILVS, *&* TRETVM.

TRITONIACA *Palus, vide* PALLENA.

TRITONICE, *vrbis nomen, apud Melam. neque alium. Ceteri omnes geographi hoc tractu* Tomin *habent. Ex quo corruptam lectionem, aut vnius loci ſynonyma eſſe addubitarim. In Mœſia Inferiori eſt. Vide* TOMIS.

TRITONOS τρίτωνος, *Macedoniæ opidulum, Stephano. Doridis ignobile opidum habet Liuius 28.*

TRITTENSES, *populi Achaiæ, in Peloponneſo. Plinius. Fortè à Trittia.*

TRITTIA, *vide* TRITIA.

TRITVM, *vide* TRETVM.

TRITVRITA, *Tuſciæ villa: Quæ latet expulſis inſula penè fretis. vt inquit Rutilius lib. 1. Ad oſtia Arni fluminis eſt. Eſt qui* Ligorni *interpretatur.*

TRIVIÆ *Lucus, Virgilij. vocatur ab Erythræo* Lago di Nemo. *Blondus ſcribit hunc lacum à Tranquillo* NEMORENSEM, *& Seruio* SPECVLVM DIANÆ *vocatum.* TRIVIÆ *Aricinum Nemus habet Silius 8. In Latio eſt: & diſtat ab Aricia circiter quatuor mille paſſ. inde quoq;* ARICINVS *Lacus à nonnullis dicitur. Item* HIPPOLYTI, *Statio 3. Siluar.* DIANÆ *Stagnum eſt Ouid. 3. Faſtor. & 14. Metamorph.* Lago de Ienſano *hodie vocari, tradit in eandem Cioſanus. additq; haud procul abeſſe opidulum* Nemo *nomine. Eidem lacui* Cynthianum *opidum imminere, ſcribit Paull. Marſus ad Faſtos Ouidij.*

TRIVIÆ *Lucus, circa Cumas. Virgil. 6 Æneid. Vide* HECATIS, *&* GALLINARIA *Silua.*

TRIVICVM, *Horatio Satyra 5. lib. 1. opidum in fine Campaniæ eſt; vt addit Porphyrio. Triuici villam tamen nominat ipſe Horatius. & in Apulia, non Campania videtur, ex eodem.*

TRIVLATTI, *Alpina gens, ab Imp. Auguſto deuicta. Plinius.*

TRIVMPHALE, *vide* IPASTVRGI.

TRIVMPILINI *Plinij, ſedem habent iuxta Lacum Cumanum. ſuntq; Euganeorum reliquiæ: & vocantur hodie* Tripleuer, *& vallem* Frupiam *incolunt: Scudo & Simlero teſtibus.*



TRIZEN, *vide* TROEZENA.

TRIZI τριζοὶ, *gens iuxta Iſtrum verſus Boream. Stephanus, ex Hecatæo.*

TROALICIDA, *vide* TRALLIA.

TROAS, *vide* ÆOLIS, TROIA, *&* PHRYGIA.

TROCALITANI *Epiſcopi, Italiæ, vt videtur, meminit Conciliorum opus.*

TROCHOIDES τροχοειδὴς, *lacus in Delo nomen, apud Athenagoram, in Legatione.*

TROCHVS τροχὸς, *Peloponneſi locus: Pauſaniæ.*

TROCMI τρόκμοι, *Ptolemæo, & Memnoni, ſed per γ, huic τρογμοὶ, qui &* TROCMENI, *Galatiæ populi, Stephano, Liuio & Straboni. quamuis apud hunc poſtremum etiam* TROGINI *legat Forcatulus. vitio typographico puto. Hos Mæoniæ & Paphlagoniæ regionem aliquando tenuiſſe, perhibet Plinius. Vide* TROGINORVM.

TROESVS τροῖσος, *pagus Carmaniæ, in littore maris. Arr. de Indicis.*

TROEZEN τροιζὴν, *vrbs, Stephano, & Euſtatio. Ibidem Troezenia regio.* TROEZEN *habet Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 9. & 16. Geticam vrbem, à Flacco captam. Pergamenus codex Raphalengij legebat* TROZEN, *diſſyllabicos. Vide* TROEZENA.

TROEZENA τροιζήνη, *Ptolemæo,* TROEZEN τροιζὴν, *Straboni, cui olim* POSIDONIA ποσειδωνία, *dicta fuit. Idem Pauſanias: qui addit eam ex* ANTHIA ἄνθεια, *&* HYPERIA ὑπέρεια, *opidis, à Pithæo in vnam conflatam, & Trœzenia nuncupatam. Stephanus cui etiam Trœzen eſt, ſcribit hanc quoque* SARONIAM σαρωνία, APHRODISIAM ἀφροδισιὰς, APOLLONIAM ἀπολλωνιὰς, *&* ANTHANIM ἀνθανίς, *appellari. Peloponneſi vrbs eſt, ad Sinũ Argolicum. Troezeni iſthmĩ meminit Apollodorus 3.* Damala *Nigro:* Pleda *Caſtaldo indigitatur.* TROEZEN τροιζὴν, *altera eſt Ptolemæo, etiam in Peloponneſo, ſed mediterranea. Meſſeniæ regionis: quæ* Trezina *à Nigro vocatur. Hanc Plethon* TRIZEN τριζὴν, *vocat.* TROEZEN *cuius meminit Statius 4. Thebaidos, Theſſaliæ adſcribitur à Placido. falſò fortaſſe. Vide Stephanum in φορβαι.*

TROEZENE, *Plinio in Aſia Minori vrbs. circa Cariæ regionem.*

TROFINIANENSIS *loci Africani, meminit Vict. Vticenſ.*

TROGILIA, *&* TROGILIVM, *vide* TROGILVS.

TROGILORVM *Portus, Siciliæ locus eſt, prope Syracuſas, teſte Liuio, lib. 25. Aretius, & Fazellus ſcribunt hodie* Stinctino *appellari. & ipſa vrbs* TROGILVS τρώγιλος, *Stephani,* Targia.

TROGILVS τρώγιλος, *regio Macedoniæ: & Siciliæ, eſt Thucydidi, & Stephano. Apud eundem eſt* TROGILIA *Micales, quæ* TROGILIVM *quoque vocatur. hoc erit* MYCALE *promontorium Ioniæ, cuius Herodotus meminit.* TROGYLIVM *Ptolemæi, & Strabonis eſt. cui ante hoc promontorium etiam parua inſula eſt eiuſdem nominis.*

TROGINORVM *Tetrarchia, meminit Cicero 2. de Diuinatione. Sed* TROCHMENORVM *legit Vrſinus. Vide* TROCMI.

TROGITIS, *vide* CORALIS.

TROGLODYTARVM, τρωγλοδυτῶν, *Regionem, in Africa ponit Plinius, & Ptolemæus. Horum deſcriptionem vide apud Heliodorum 8. & Agatarchidem 5. item Strabonem 16. Hodie* Sirfia *appellatur Caſtaldo. Mihi* Arabia *à recentioribus ſcriptoribus dici videtur. Hos Troglodytas olim quoque* EREMBOS ἐρεμβοὶ, *&* SARACENOS *vocatos, auctor eſt Euſtathius.* MOLGII μόλγιοι, *appellantur etiam à Diodoro Siculo lib. 1. ſed variat lectio: legitur enim* BOLGI βόλγοι, *&* BOLPI βόλποι, *in codice Græco ab Hẽrico Stephano excuſo.* ICHTHYOPHAGOS ἰχθυοφάγοι, *ab Iſacio Tzetza etiam nominari video. In Sacris litteris* GHANAMIM *ſunt, vt habet Ar. Montanus, in ſuo Apparatu.* TROGODYTAS, *ſine* L *ſemper ſcribi apud Strabonem, tradit Pintianus: fides ſit penes illum. Troglodytarum gentes ſcribit Iuba apud Plinium,*



*Plinium,* THEROTHOAS *vocari, à venatu.* TROGLODYTAS *habet Strabo ſupra Caucaſios montes. vt quoque Euſtathius. Idem prope Triballos, in Europa. eoſdem puto hos, cum Plinij & Ptolemæi, in Mœſia Inferiori. Ad Atlanticum mare, in Africa, habent quoque Troglodytas Hanno, & Plinius.* TROGLODYTARVM *inſulam narrat idem ex Iuba, vbi Iſidos plocamon fruticem prouenire ait. Vide* BARBARIA, CATVDÆOS, *&* SVCHE.

TROGLODITICE, *locus Aethiopiæ apud Troglodytas; quem Plinius à priſcis* MICHOEN, *ab alijs* MIDOEN *dictam ſcribit.*

TROGLODYTICVS *Sinus, vide* ASPERVM *Mare.*

TROGMADORVM *meminit concil. Chalcedonenſe. cuius Epiſcopum Cyriacum nominat. Circa Aſiam Minorem videtur. Iidem fortè cum Trocmis aliorum, qui τρόγμοι apud Memnonem ſunt.*

TROGODYTÆ, *vide* TROGLODYTARVM *Regio, &* PYGMÆI.

TROGYLIVM τρωγύλιον, *promontorium Ioniæ, apud Ptolemæum:* Gatoniſi *à Sophiano vocatur. Huic adiacet inſula eiuſdem nominis. Straboni 14. quæ* TROGILIÆ *Plinio. Vide* TROGILVS.

TROI, *vide* TAVRISCI.

TROIA τροία, *Aſiæ Minoris regio; quæ &* TROAS, *Ptolemæo, Straboni, & Plinio vocatur.* TROIAS τρωϊὰς, *Stephano. Ptolemæus eandem* PHRYGIAM *Minorem appellat. Stephanus eam antea dictam* IDÆAM ἰδαία, *&* XANTHEN ξάνθη, *deinde* TEVCRIN τευκρίς, *refert. Apud Apollonium & Diodorum* DARDANIA δαρδανία, *nominatur. Leunclauius hanc Troadem* Caraſia *vocat. Idem ad primum lib. Græcor. Xenophõtis deſcribit oram huius regionis maritimam. Huius metropolis & caput* ILIVM *quondam fuerat, quæ inde* TROIA, *per excellentiam à Poëtis vocatur. Sed alia eſt huius regionis vrbs, ad maris littus, quæ propriè* TROIA *dicitur, & à Ptolemæo* ALEXANDRIA *cognominatur: Liuio non ſemel* ALEXANDRIA TROAS *dicitur: Plinio* TROAS, *(vt regio) &* ANTIGONIA, *quam ſuo tempore* ALEXANDRIAM *vocatam refert; & Coloniam Romanorum factam addit. teſtatur hoc idem hæc inſcriptio; vbi legitur,* COL. TROIAS ANTIGONIA ALEXANDRIA LEGIO XXI. *&* COL. AVG. TROAD. *vt legit Goltzius ex Philippi nummo. Idẽ locus prius* SIGIA σιγία, *nomen habebat, Strabone teſte. (huius meminit etiam Q. Calaber 7.)* CEBRENIAM κεβρηνία, *hanc aliquando nuncupatam, ſcribit Niger, an rectè, quis videat. Cebrenios ciues ab Antigono in hãc vrbem traductos, tradit Strabo lib 13. at ciuitatem nomen inde ſortitam, non ſubiungit. Meminit huius Cebreniæ Plinius lib. 5. cap. 30. Alexandriæ vrbis in Troade, eſt quoque memoria apud Pauſaniam, lib. 10. & Strabonem lib. 13. Hanc ego potius putarim hodie* Troia *dici, quàm Ilium illud in mediterraneis ſitum, & bello decennali nobilitatum, cuius tempore Strabonis (vt ipſe fatetur) nullum exſtabat veſtigium. At ex eodem Strabone videtur hæc Alexandria, etiam* ILIVM *ante Alexandri ibi aduentum, vocitatum. Adi Strabonem, in principio lib. 13.* TROIA, *vicus in Attica: qui etiam* XYPETE ξυπετὴ, *vocatur. auctor Stephanus.* TROIA *item apud Henetos, in intimo maris Hadriatici ſinu. Et in agro Laurente Latij, vt ex Feſto, & Liuij libro primo liquet. quatuor ſtadijs à mari, vt placet Halicarnaſſeo, Iſacius ad Lycophronem ex Troia hoc, & Laurentum, ſynonyma facit.* TROIA *vrbs, in Ceſtria Chaoniæ, Stephano. Huius meminit quoque Virg. 3. Æneid. quam Paruam cognominat.* TROIA, *Ægypti vrbs, iuxta Nilum, eidem; & Diodoro. pagum vocat Strabo. eamq; ad Troicum montem deſcribit.* TROIA *quoque in Cilicia, Stephano, in dictione Thebe. Eſt apud Belgas in littore Rheni vrbs, quam* Santen *vocamus: hanc Otto Friſing. dicit olim Troiam vocatam. fabuloſè, vt puto. Decem numero, huius nominis Troiæ, en ex veteribus au-*



*ctoribus, vrbes. Vide* ARDÆA, HERACLEA, *&* PHRYGIA.

TROICI LAPIDIS τρωϊκοῦ λίθου, *mons Ægypti, Ptolemæo. Idem ab Herodoto* ARABICVS *vocatur.* τρωϊκὸς ὄρος, *Strabonis, & Stephani.*

TROICVM *Prom. vide* CANNA.

TROICVS *Mons, vide* TROICI *Lapidis.*

TROILIVM, *Etruriæ opidum, à Caruilio expugnatum. Liuius* IO. *Mendoſè pro Troito, vt putat Annius. Sed* TROSSVLVM *legit Sigonius.*

TROILVS, *fluuius Aegypti. Stephanus.*

TROITES, *vide* TROIA.

TROITVM *Phaliſcorum, finitimum Etruſcis. ſic Cato in Originibus. Vide* TROILIVM.

TROLI, *vide* GOTHI.

TROMARISCA, *vide* TRANSMARISCA.

TROMELIA τρομέλεια, *Achaiæ ciuitas. vnde eximius caſeus Tromelicus. Athenæus.*

TROMENTVS *Campus. à quo* TROMENTINA *tribus, Feſto. Huius in vetuſtis marmoribus ſepius mentio. In Etruria fuiſſe, mihi teſtis eſt Iacobonius ad Fontei Librum de Cæſia familia.*

TRONIA, *vide* TRIBOCES.

TRONIS τρῶνις, *pars Dauliæ regionis. Pauſanias in Phocicis.*

TRONODERVM, *apud Aimoinum Galliæ vrbs, in Burgundia.* Tonnerre *hodie, vt placet Belleforeſtio.*

TRONVM, *Dalmatiæ vrbs, circa Salonem; Antonino.*

TROPÆA τροπαία, *vicus Arcadiæ, apud Pauſaniam.* TROPÆA AVGVSTI τρόπαια σεβαστοῦ, *Ptolemæo Liguriæ maritimum opidum eſt, quod Blondus & Leander* Torbia *vel* Turbia *vocant: Cænalis verò & Paradinus* Villa Franca *vocant.* TROPÆA DRVSI, *Germaniæ opidum, Ptolemæo. Medio itinere inter Salam & Rhenum eſt, vbi Druſum obijſſe, ſcribit Strabo 7. Videtur huius meminiſſe Dion. 55. & Tiberium hic à milite Imperatorem ſalutatum, refert Tacitus Annal. 2. Vide* POMPEIA.

TROPAS, *Italiæ vrbs, (circa Calabriam puto) à Saracenis erepta, per Nicephorum. Curopalates, & Cedrenus. an eadem cum Tropiana? Vide* POSTROPÆA.

TROPATENA, *vide* ATROPATIA.

TROPHÆA, *vide* TROPÆA.

TROPHONIVM *Antrum, circa Lebadiam vrbem. Tyr. Maximus Oratione 26. item Dicæarchus. Eius deſcriptionem lege apud Plutarchum de Socratis dæmone, & Pauſaniam in Bœoticis.*

TROPIANA, *in Calabria. huius mentio eſt in ſynodo Conſtantinopolitana* VI. *ſub Conſtantino Magno habita. Eadem fortè cum Poſtropæa.* Tropea *hodie crediderim. Vide* TROPAS, *&* POSTROPÆA.

TROPINA, *Indiæ opidum, inter Indi & Gangis oſtia, Plinio.*

TROPIS τρόπις, *inſulæ nomen eſt apud Stephanum. ex Artemidoro.*

TROSLEIANVM *Concilium, in Gallia habitum, habet Gratianus in Decretis.*

TROSMIS, *vide* TRISMIS.

TROSSVLVM, *Feſto, & Plinio, circa Volſinios opidum eſt: aut Volſcos. vt habet Perſij vetus commentator. Leandro* Troſſulo *dicitur. In Tuſciæ mediterraneis eſt. Vide* TROILIVM.

TROTILVM τρώτιλον, *locus Siciliæ ad Pantachum flumen, Thucydidi 6. Aretius & alius quidam* Curcuraci *vocant. inter Syracuſas & Leontinos.*

TROYANOPOLIS, *vide* TRAIANOPOLIS.

TRVCONES, *Illyrici maris inſula, Pomponio.* TICANA *hoc loco lego quibuſdam in codicibus. Et ſunt qui* Trucula *interpretantur: vt ſcribit Hermolaus, eamq; locat inter Phariam & Corcyram Nigram.*

TRVENTVM *Plinio,* TRVENTINVM τρουεντῖνον, *Ptolemæo. Picenorum in Italia fluuius eſt.* Tronto *nunc, vt Leander ait. Pomponio & Plinio, quoq; vrbis nomen eſt,*

eſt, in huius ripa. Vrbis & fluminis nomen quoque Si-
„ lius 8. Quique Truentinas ſeruant cum flumine turres.
TRVENTINVS τρυεντῖνος, apud Strabonem. TRVENTINVM Caſtrum, habet hoc tractu, Cicero 8. ad Atticum. vide FORVM Truentinorum.

TRVLLA τρέλλα, Portus, Arabiæ Felicis, Ptolemæo. Arrianus in ſuo Periplo habet hoc loco binas inſulas deſertas, alteram TRVLLAS τρέλλας, alteram AVIVM ὀρνέων, vocatam.

TRVLLVM, Baſilicæ nomen, vrbis Conſtantinopolitanæ. In conciliorum opere.

TRVNOVS τρυνοος, Strabo 5. deprauatam lectionem oſtendit Caſaubonus. & CASTRVM nouum eius loco legit. Pro TRINIO amne habet Celſus Cittadinus, in ſchedis ſuis Roma ad me miſſis. Vide VOMANVS.

TRVTVLENSEM Portum, inſulæ Britanniæ, habet Tacitus, in Agricolæ vita. TVTVLENSEM ſine R. legebat Venetus codex. An pro Rutupiæ, vt cenſet quidam?

TRVTVNGI populi, ab Aureliano Imp. deuicti, ſunt apud Treb. Pollionem. GRVTVNGI malim legere. Vide SCYTHÆ.

TRVVASCANINENSIS Epiſcopus, in Africa, Coll. Carthag.

TRYBACTRA τρυβάκτρα, Ptolemæo, ſine C autem Marcellino, Sogdianæ vrbs, in Drybactis. Vide DRYBACTÆ.

TRYCHÆ τρύχαι, Stephano Euboëæ opidum. quod à Lycophrone TRYCHANIA vocatur, vt addit.

TRYCHATA, NEDON, DIRPHOSSVS, & DIACRIA τρυχατα, νεδων, διρφωσσος, διακεια, Lycophroni montes ſunt Euboëæ. teſte Iſacio.

TRYGON, nomen loci circa Chalcedonem videtur, apud Metaphraſtem, in vitis S. Manuelis, Sabelis, &c. Idem fortè cum Trycon.

TRYMALIA, locus Seruiæ vicinus, Cedreno.

TRYPHALIA τρυφαλία, Peloponneſi maritimus tractus, inter Eleos & Meſſenios, Polybio 4. vbi eius vrbes enumerat. TRIPHYLIA alius eſt.

TRYPHONII, vel S. Tryphonij, inſula Propontidis. In Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imp.

TRYPIA, vide HELYCE.

TVÆSIS τουαίσις, æſtus Albionis inſulæ, in latere Orientali. Ptolemæus.

TVBAL regio, Ezechielis 32. θοβὲλ, 70. Interp. Aſiaticam eſſe, & non Europæam, docet Matthæus Beroaldus in Chronico ſuo. Vide DVBAL, & HIBERIA.

TVBANIA, nomen loci, in Numidia. Vict. Vticenſ. Vide TVRBANIA.

TVBANTES, Tacito Germaniæ populi. Twendt, Pyramio; Friſiis contermini. Benthem comitatus huic vicinus antiquum nomen referre credit Verrutius. TVBANTI τούβαντοι, Ptolemæo. hos Tubinger exiſtimat Lazius, Migrationum lib. 8.

TVBERO, Aſiæ fluuius, Pomponio. TVBERVM Carmaniæ fluuium, habet Plinius. circa Paritas populos. An τομήρος fortè Arriani? Vide TONDERON.

TVBIAENI Iudæi, 2. Machab. 12. Et venerunt in Characa, ad eos qui dicuntur τουβιαῖνοι Iudæi.

TVBIENSES, vide TVBVNIS.

TVBIN, locus: D. Hieronymo. 1. Machab. 5.

TVBOLBACENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag. & Vict. Vticenſ. M. S.

TVBORICVM, vide TRITIVM.

TVBVCCI, vide TACVBIS.

TVBVNIS, Africæ vrbis nomen, apud D. Auguſtinum. Limitis TVBVNIENSIS meminit lib. Notit. TIBANIS eſt D. Cypriano. & TVBINIENSIS Coll. Carthaginienſi. Ibidem TVBIENSIS mentio. TVBO fortè in Tabula Peutingeriana. Vide IBINA & BECENA.

TVBVRBIS Colonia, Africæ Propriæ, Plinio. TVBVRBO, & TVBVRBITANI, ſunt apud D. Auguſtinum. THVBVRBO, & THVBVRNICAM Coloniam, habet ibidem Ptolemæus. Idem Plinius habet in eadem regione TVBVRNICENSE opidum. Ado eam TVBVRBVM LVCERNARIÆ vocat, in Martyrio SS. Virginum Maximæ, Donatillæ, &c. LVCERNARIA tantum habet Vſuardus. TVBVRBITANORENSIS meminit Coll. Carthag.

TVBVRBO, vide TOBRVS.

TVBVRNI Lucus, vide ALBVNEVS.

TVBVRNICA, vide TVBVRBIS.

TVBVRSVS CVMMIDIARVM. ſic dictus locus Africæ, in Coll. Carthag. TVBVSCI CVMI videtur apud Aethicum. quem & malè TVBVR FICVNV vocat.

TVBVSICENSIS, in Numidia loci, meminit Vict. Vticenſ.

TVBVSTINI, vide RVBVSTINI.

TVBVSVPTVS τουβούσουπτος, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo. Huius meminit etiam Ammianus & Plinius. THVBVSCVM Taciti fortè.

TVCA τούκη, vrbs Africæ forſan. Dioni lib. 48. an eadem cum Tucca?

TVCABATH τουκάβαθ, Libyæ Interioris opidum, Ptolem.

TVCCA, opidum mari, & flumini Ampſagæ inſidens, vt tradit Plinius. τούκκα, Ptolemæo eſt Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. idem aliam habet in Africa Propria, Numidiæ regionis. & aliam in Byzacio, in eadem Africa. Hanc TVCCAM TEREBINTHINAM vocat Antoninus. TVGGENSIS fortè pro eadem meminit Coll. Carthag.

TVCCI τούκκι, Ptolemæo Turdulorum, in Bætica vrbs. AVGVSTAM GEMELLAM cognominat Plinius. TVCIS τοῦκις, Straboni eſt. Vaſæo ignoratur vbi ſit. Martos Morali, & Cluſio eſt. COL. AVG. GEMELLA TVCCITANA eſt in veteri marmore. COL. AVGVSTA GEMELLA LEG. XXV. legit Goltzius. TVCCI VETVS eſt etiam apud Plinium, Baſtetaniæ, vergentis ad mare. Vide PTVCCI, & GERM.

TVCCIA, vide STVCIA.

TVCCITORA τουκκίτορα, Libyæ nomi vicus, apud Ptolemæum.

TVCCONIA, ad Lacum Turizenſis; Heluetiæ. eſt in vita S. Galli, apud Surium.

TVCHABORVM Africæ locus, D. Cypriano.

TVCMA τούκμα, Ptolemæo vrbs in Africa Propria.

TVCRIS τουκρίς, Areuacorum in Hiſpania opidū, Ptolem.

TVCRVMVDA τουκρούμουδα, Libyæ Interioris opidum. Ptolemæus.

TVCVBIS τουκούβις, Ptolemæo Africæ Propriæ vrbs.

TVCVLVS, Africæ Propriæ locus, apud Antoninum.

TVDE, Hiſpaniæ vrbs eſt, Antonino inter Bracaram & Aſturicam. alia à Ptolemæi. Vide TYDE.

TVDELA, vide TEVDELENSEM.

TVDELASCA, fluuius Liguriæ: circa Genuam. Aenea tabula vetuſta teſtis, ibidem.

TVDER τοῦδερ, Straboni, Plinio, & Silio. TVRDE τοῦρδε Ptolemæo Plutarchus in Craſſi vita TVRDETIA τουρδετία, habet. (Apud Strabonem quoque τουδερευελκίς eſt, quid ſignificet, ignotum, ſed hoc ante me monuit Xylander.) Vmbriæ opidū eſt, quod Todi Leandro dicitur: idem dicit MATIERA ματιήρη, & TIORA τίωρα, apud Halicarnaſſeum vocari: & TVDERNVM quoque dici. Quater in anno huius prata ſecari, Zacharias Lilius Vincentinus mihi auctor. Annius Tudernum apud Ptolemæū, pro Suderno legi debere, tradit in ſuis Etruriæ antiquitatibus. TVDER FIDA COLONIA, eſt apud Onuphrium. Vide TEREBVS.

TVDERNVM, opidum Tuſciæ: in Antonini fragmento. Vide SVDERNVM, & TVDER.

TVDROMIVM, loci nomen videtur circa Bulgariam. in Hiſtoria Miſcella 22. & 23.

TVEROBIVS τουερόβιος, fluuius Albionis inſulæ, Ptolemæo. Tivy nominat Camdenus.

TVESIS τούεσις, Albionis inſulæ in Vocomagis opidum. Ptolemæus. Barwijck putat Camdenus.

TVFICVM opidum, in libro de Limitib. Plinius TVFICANOS Vmbriæ populos habet. Quid ſi ſit IVFICVM ἰούφικον, Ptolemæi?

TVGANOS, vide GANI Montes.





TVGENI, vide TOVGENI.

TVGGENSIS, vide TVCCA.

TVGIA, Hiſpaniæ vrbs, circa Caſtulonem. Antoninus. TVGIENSIS hinc Saltus: Plinio. Idem videtur cum CASTVLONENSI Liuij. vide VOGIA, & ARGENTEVS Mons.

TVGMA τούγμα, Indiæ extra Gangem vrbs, apud Ptolem.

TVISCONES, vide TEVTONES.

TVISI τύισοι, Hiſpanica gens, apud Cantabros: circa Iberi fluminis fontes. Strabo.

TVITIVM, vide DIVITENSE.

TVLCIS, modicus amnis; qui vrbem Tarraconem attingit. Mela. Francolin nunc vulgariter nominari, ſcribit Henricus Coquus. item Ioannes Mariana.

TVLEDON mons, circa Genuam; in Liguria. teſtis tabula ænea, ibidem.

TVLEVS τουλεὺς, vrbs in Thracia. Procop. 4. Aedif. TVLIS Polybio, vt puto.

TVLINGI Galliæ populi ſunt apud Cæſarem, Heluetiis finitimi. Lothringer, vt Germani pronunciant, vel Lorainois, vt Galli, Marliano & Rhellicano ſunt. Stulingen & Mellenburg Comitatus, Schudo.

TVLINSII τουλίνσιοι, Mauritaniæ Cæſarienſis gens, Ptolemæo.

TVLIPHVRDVM τουλίφουρδον, Ptolemæo Germaniæ vrbs. circa Dreckfurde in Weſtphalia videtur.

TVLIS, vide TVLEVS.

TVLISVRGIVM τουλισούργιον, Ptolemæo Germaniæ vrbs; quæ Braunſwijck à Rhithaimero & Irenico nominatur.

TVLLICA τουλλίκα, Cariſtorum vrbs, Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptolemæus.

TVLLITENSIS Plebis in Africa, meminit Coll. Carthag.

TVLLVM τοῦλλον, mons in Illyrico & Adriæ obuerſus, teſte Strabone. Delez hodie, Lazio. Telez ab incolis vocari, idem addit 12. R. P. R. Sectione 6. Caſtellū Galliæ, apud Aurelianum, in vita S. Marcialis. Vide LEVCI.

TVLONIVM τουλώνιον, Vardulorum opidum, Ptolemæo, & Antonino. In Hiſpania.

TVLPIACVM, vide TOLBIACVM.

TVLVPA, circa Euphratem fluuium vrbs, verſus Syriam. Guil. Tyrio.

TVMANNVNA Municipium Mauritaniæ Cæſarienſis. Sceda III. tabulæ Peutingerianæ, quam à M. Velſero habui.

TVMAR, locus præruptus, circa Auraſium montem. Procop. 2. Wandalic.

TVMARRA τουμάῤῥα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo.

TVMBASCI, vide BETHETH.

TVMIDA, vide TIMIDA.

TVMIRVDA, Africæ locus, Victori Vticenſi. Vide THVNAZVDA.

TVMMARA, Perſarum locus, circa Tigrim fluuium fortè. vt videtur ex Zoſimi 3.

TVMNIAS, vide TINNI.

TVMVLOS, vide TVRMVLOS.

TVNATENSIVM Auxiliariorum comitis, meminit ex veteri inſcriptione Goltzij Theſaurus. Titulo de Re Militari.

TVNCASSI, vide BOISCI.

TVNCENSIS ciuitas Africæ; nominatur in Coll. Carthagini habita. An pro Tunicenſis?

TVNE locum, habet Antoninus; inter Piſam & Genuam. LVNÆ fortè legendum.

TVNES τούνης, Polybio & Liuio: TYNIS τύνις, Straboni. THEMISA θέμισα, Ptolemæo eſt. TVNICENSE opidum Plinio. ALBVM TYNETEM λευκὸν τύνητα, vocat Diodorus lib. 20. Africæ Propriæ vrbs; quæ hodie Tunes, & Tuniſi, vocatur. A Carolo V. Imp. anno 1535. expugnata, Barbaroſſæ erepta, & regi ſuo reſtituta. Villanouanus putat THINISSA θίνισσα, Ptolemæi eſſe. Thiniſſam Ptolemæi, TONEISSA ab Antonino dici, credit Simlerus. quod & mihi veriſimilius eſt. Errat Pachymerius, qui tradit Carthaginem hodie Tuniſi appellari.

TVNGRI τούγγροι, Ptolemæo, Cæſari, & Tacito, ſunt Germanorum populi, inter Tabudam & Moſam habitantes. Eorum vrbs etiamnum Tongeren/ & nonnullis Heyen Tongeren vocatur. TVNGRITANORVM, & TVNGRICANORVM, meminit Ammianus, lib. 26. & 27. itē lib. Notitiar. quid ſi ſint Tingri, eiuſdem Ptolemæi? TVNGRORVM vrbem antiquiſſimam ATTVACVTVM vocatam, opinatur Meierus. Vide VATVCA.

TVNGRORVM FONS, à Plinio celebratus, in Tungrorum finibus, hunc ciues vrbis Tungrorum ſub ipſa ciuitatis mœnia conſtituunt. ſic quoque Philippus Geringus medicus Trudonenſis. Hic Iſerborn hodie vocatur. At videtur huic accidiſſe, quod olim Aquis Sextijs, quarum calor quondam acrior exhalatus per tempora euaporauerit: nec iam par eſt famæ priori. Alij, inter quos Gilbertus Lymburgius, eum in pago Spa dicto, collocant; & verius, vt ego ſuſpicor: vtrumque enim vidi, & guſtaui; propius namque ad Plinij deſcriptionem hic accedit. Hunc Sauenier, & Boullon vocant accolæ. Andreas Baccius in ſuo de Balneis opere, ſcribit eum Iſerborn vocari. ſed hoc commune Germanorum vocabulum eſt omnium fontium acidorum, quos vulgo vocant Iſerborn & Saurborn. Huius Tungrorum fontis vires deſcripſere peculiari libellulo dicti Geringus, & Lymburgius. Situm eius diuulgauit in noſtro Itinerario Ioannes Viuianus.

TVNIDRVMENSE, vide TYNIDRVMENSE.

TVNIVM, Aegypti pagus, Nicetæ.

TVNNA. Victorem epiſcopum Tunnenſem, in Africa ſcriptorem, non ſemel nominat Michael Ruiſius, in Scholijs ad Corippum.

TVNNIAS, vide TINNI.

TVNNOCELVM, Britanniæ inſulæ vrbs, lib. Notitiar. Tinnemouth Camdeno.

TVNTOBRIGA τουντόβριγα, Callaicorum Bracariorum, in Hiſpania Tarraconenſi vrbs. Ptolemæus.

TVNTZA, Bulgariæ locus videtur, apud Cedrenum. ZITAS habet Diaconus, vt addit Xylander.

TVNVGABENSIS loci epiſcopalis, in Africa, meminit Collatio Carthaginienſis.

TVOLA τούολα, Ptolemæo Corſicæ inſulæ fluuius. Leandro Golo dicitur. hoc tabulæ Geographicæ quoque teſtantur.

TVPATA τουπάτα, Aſiæ vrbs, vbi moſchi quædam ſpecies fit. magis Orientalis eſt quam Choraſſe, χορασαν. Simeon Sethi.

TVPHIVM τούφιον, vrbs in Aegypto, apud Ptolemæum.

TVRANIANA, Hiſpaniæ vrbs, inter Vrgi, & Murgi, apud Antoninum. De qua in ſuis ad eundem Commentariis „
Hieron. Surita, hæc verba, Fortè villam Turanij deſignat, „
aut eius familiæ. quem natum iuxta fretum Gaditanum, „
Plinius perhibet.

TVRAPHILVM τουράφιλον, Ptolemæo opidū, in Mauritania Cæſarienſi.

TVRAX, vide LINCERIVM.

TVRA-ZAHOIO, hoc eſt, ſi Latinè dicas, mons aridus. Locus eſt è regione vrbis Balat; quæ exſtat ad flumen Tigrim. Maſius in præfatione libelli Moſis Barcepha, de Paradiſo.

TVRBA, Hiſpaniæ vrbs, Liuio 33. An fortè TVRBVLA Ptolemæi? quam habet in Baſtetanis. Vide TORBOLETÆ, & TVRSAMBICA.

TVRBANIA, fons ad radices montis Gelboë. G. Tyrius. Tubania ſine R. idem, alio in loco.

TVRBESSEL, Meſopotamiæ caſtrum videtur. circa Euphratem XXIIII. millib. ab Edeſſa. Guil. Tyrius.

TVRBVLA, vide TVRBA.

TVRCÆ, ſe ipſos Muſulmannos vocant, vt ſcribit Hugo Fauolius in ſuo Hodœporico Byzantino. & Leunclauius in ſua Muſulmannica hiſtoria. Eorum ſedes à Plinio & Pomponio ad paludem Mæotidem deſcribitur. In Hiſt. Miſcella, circa Caſpias portas ſunt. VNNOS à Perſis Turcas vocari, ſcribit Euſtathius: THVNNOS etiam à Plinio appellari docet Hermolaus, in ſuis Caſtigationibus

Plinianis, lib. 6. cap. 7. Scylace auctore, vt ex eo tradit Theod. Gaza. Turcæ ſunt, quos Strabo CVRTIOS κύρτιοι, nuncupat: Romani CVRCIOS, & contractè CVRTOS dixere. Idem Gaza Gemiſtum Plethonem adducit, qui eos PAROPAMISADAS eſſe velit: cui tamen ſe non aſſentiri fatetur. A Scythis qui Caucaſios montes inter Pontum Euxinum & Caſpium mare habitant, originem trahi, omnes ferè auctores vno ore conſentire videntur. Turcum ſignificare hominem, qui agreſtiorem victus rationem ſequitur, tradit Chalcondilas. Poſtellus putat eos Hebræis TOGARMA nominari. ſic etiam Beniamin Tudelenſis. Horum mentio eſt apud Ezechielem 27. THOGORMA, vel Θεργαμα. Non præterire hic debeo, quòd Pintianus in ſuis Pomponianis caſtigationibus Turcorum nomen ex Plinio & Mela expungit, in eorumq́; locum IVRCAS ἰύρκαι, ſubſtituit, ex Herodoti Melpomene. quo verò iure, ipſe viderit. Maiore certè applauſu eos ex noſtra Europa, quam ex his ſcriptoribus profligaſſet. TVRCORVM meminit Suidas, qui dicit ferrum apud eos non facilè parabile. Multa de iiſdem apud Leonem Imp. cap. 8. paragrapho 45. Vide VNNI, IAXARTÆ, SARMATIA, CASARI, & VNGRI.

TVRCILINGI, Scythiæ gens, in Europa, Iornandi, & Diacono, & Hiſt. Miſcellæ.

TVRCOPVLI τουρκόπουλοι gentis nomẽ, apud Gregoram.

TVRDE, vide TVDER.

TVRDETANI τουρδετανοί, Ptolemæo Luſitaniæ populi ſunt, vbi hodie Algarbiæ regnum eſt; pars Regni Portugalliæ. Videntur à Pomponio TVRDVLI VETERES vocari. Strabo ſcribit quoſdam inter Turdetanos & Turdulos diſtinguere; nullam autem diſtinctionem ſuo tempore apparere. Stephanus TVRTYTANIAM τυρτυτανία, regionem ex Artemidoro habet. Item TVRTOS τουρτοι, & TVRTVTANOS τουρτουτανοὶ incolas. Vide BÆTICA, & BASTETANI.

TVRDETANORVM vrbem, cuius Liuius meminit, in Hiſpania, TVRDETVM vocat Florianus, & eſſe, qui eam hodie Teroel, vel Teruel vocant, addit.

TVRDETIA, vide TVDER.

TVRDINVM, Sic pro Tordino: vt vulgò ille fluuius vocatur. de quo vide INTERAMNA.

TVRDVLI, horum tria genera in Hiſpania eſſe, annotauit Varrerius, in ſua Corographia. Turduli ſimpliciter, & Turduli Veteres, in Luſitania, ex Plinio & Mela: Turduli, in Bætica ſunt Ptolemæo. Vide TVRDETANI, BARDELI, & TARTESSIDIS.

TVRDVLO τυρδουλον, Bæticæ maritima vrbs, in Turdetanis. Ptolemæus.

TVREGVM, pagus Alemannici ducatus. Rhenanus ex diplomate Ludouici regis. Turgaw in Heluetia. Otho Friſingenſis vocat Sueuiæ (alio in loco, Alemaniæ) opidum: additq́; ſitum in faucibus montium verſus Italiam, ſuper lacum, vnde Lemanus fluuius effluit. Zurich an der Lindmat hoc puto appellari. Vide TIGVRINVS Pagus.

TVRENSIS Plebs, in Africa, meminit Coll. Carthag. A Turri fortè gentile.

TVRGALLIENSIS, vide MVLLICIENSIS.

TVRGANA, Arabiæ Felicis inſula eſt, Ammiano lib. 23. in qua Serapidis maximum eſſe templum ſcribit. putarim ob id, eandem eſſe cum SARAPIDE Ptolemæi.

TVRIA deducit tenuem ſine nomine riuum, Et tacitè Tuſcis
,, inglorius affluit vndis. Silius Italicus 13. Riuulum in Via Appia, dicit Pet. Marſus; ab Vrbe 6. M.P. falsò, vt puto. TVTIA pro Turia hoc loco legit Sigonius, ad 26. Liuij. Vide STVRA, & CREMERA.

TVRIAS, vide DVRIAS.

TVRIASO Ἰουριασὼ, Ptolemæo Hiſpàniæ Tarraconenſis vrbs. Hoc nomen etiam in nummo Auguſti æreo legi. Cluſius, Florianus, & Varrerius dicunt hodie Taraçona appellari. ibidemq́; exſtare vetuſtas inſcriptiones, in quibus TVRIASO habetur. Geminato SS eſt apud Plinium. Inter Numantiam & Iberum fluuium eſt.

TVRII, vide THVRIVM.



TVRINGI, & TORINGI, vt eos Sidonius & Vegetius vocant. THORINGIA habet Caſſiodorus lib. 4. Variarum, ad Herminafridum. Germaniæ populi ſunt, qui hodie Duringer appellantur, Fabricio & Rhenano.

TVRINI, vide TVRONES.

TVRINVM, & TVRII, locus videtur apud Cæſarem 3. Ciuilium. in cuius agro Coſa erat. THVRINVM per TH. lego, ex Ptolemæo, Strabone, Diodoro. Plutarcho, & Varrone. In Magna Græcia eſt, quia proximè Coſam deſcribit. Vide TYRIANVS.

TVRISSA, vide ITVRISSA.

TVRITANI τυριτανοί, Hiſpaniæ populi in Bætica, Stephano. in voce Βρυτοβεια. An Turditani legendum?

TVRIVA τυριυα, Bactrorum ſatrapia eſt, apud Strabonem.

TVRIVM, vide DVRIAS, & TRICORNIVM.

TVRMEDA, vide AMPHIPOLIS.

TVRMENTINI, Apuliæ populi, apud Plinium.

TVRMODIGI Plinio, THERMIDA Θέρμιδα, fortè Ptolem. vt Pinetus ſuſpicatur, cui Raias hodie nominatur. Tarraconẽſis Hiſpaniæ populi, ſiue opidum. Turmodiges à L. Floro CVRGONIOS appellari, ſcribit Amb. Moralis.

TVRMOGVM τέρμογον, Ptolemæo; Luſitaniæ vrbs.

TVRMVLOS, Hiſpaniæ locus, Antonino. inter Emeritam & Salmanticam. TVMVLOS legit D. Iacobus Delgadus. & Rocha Frida hoc tractu hodie eſſe, ſubiungit.

TVRMVS, vide TVRNVS.

TVRNI τούρνοι, Calabriæ vrbs, Ptolemæo. STVRNI interpretibus Latinis. STVRNINOS hoc tractu etiam agnoſcit Plinius 3. cap. 11. ſi fida ſcriptura.

TVRNI lacus. Columella 10. Et Turni lacus, & pomoſi ,,
Tiberis arua. TVRNI Ager, Iuuenalis lib. 4. Satyra 12. ,,

TVRNINVM, in Vitis Sanctorũ vocatur pagus, qui hodie Doerne milliari ab Antuerpia. quem locum addunt maris cinctum, cum iis adhuc Antuerpia careret, fides ſit penes auctorem.

TVRNVS, Vmbriæ fluuius. Vibius. TVRMVS legunt plurima exemplaria.

TVROBOLIS, vide LIBISONIS Turris.

TVROBRICA, Bæticæ vrbs, Plinio. Circa Alcantara putat fuiſſe Beutherus.

TVROCELO, Vmbriæ opidum, quod VETRIOLVM Plinius.

TVRODI τουροδοι, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Ptolemæum.

TVRONES, Gallorum populi, apud Tacitum, & Cæſarem. TVRINI ſunt Ammiano. Tours vrbs hodie ab iis habitatur, vt ait Marlianus. Touraine eorum territorium dicitur. Vrbem TVRONEM nominat Sidonius. TVRONICAM vocat Greg. Turonenſis. MARTINOPOLIM à D. Martino, nominat Matthæus Vindocinenſis, in ſua Tobiæ hiſtoria. Vide TRICORI.

TVRONI τουρώνοι, Germaniæ gens, Ptolemæo.

TVRONVS Fluuius, circa Arelaten. videtur, in Conſtitutione Conſtantini Imp. de hac vrbe vide Scaligerum, ad Auſon. 1. cap. 24.

TVROQVA, Hiſpaniæ vrbs, Antonino, inter Aſturicam & Bracaram.

TVRPILI, vide TORPIDI.

TVRRENA AVGVSTALIS, Catoni (ſi verus eſt titulus) Tuſciæ vrbs eſt: quæ à Leandro Burnea nominatur. Surenam vocamus, inquit Annius, & medio miliari diſtat à Volturna. TVRSENA fortè, in Antonini Fragmento.

TVRRE TAMALLVMA, vide TVRRES.

TVRRIGA τουῤῥιγα; Callaicorum Lucenſium vrbs. Ptolemæo. In Hiſpania Tarraconenſi. TRIGVNDVM Antonini, videtur Simlero.

TVRRIS, vrbs antiqua ſupra Iſtrum fluuium, à Traiano quondam ædificatam, & à Iuſtiniano Antis oblatam, ſcribit Procop. 3. Gothicorum. Forte Turris Ferrata, de qua inferius. TVRRIS, inter Forum Voconi, & Aquas Sextias, in Gallia Narbonenſi locus, Antonino. TVRRIS, in Mœſia opidum, eidem. eadem fortè cum Procopij.



Procopij. Vide LIBISONIS. TVRRIS Alba, in Africa. Coll. Carthag. Circa Suſas etiam, Plinio 2. cap. 106. TVRRIS Auguſti, vide ARÆ Sextianæ. TVRRIS Blandini, in Africa, Vict. Vticenſ. TVRRIS Blanſis, ibidem: Coll. Carthaginienſi. Eadem fortè. TVRRIS Cæſaris, in Africa Propria vrbs, Antonino. TVRRIS Calarnea, vrbs inter Strymonem fluuium & Athon montem, Pomponio. καλαρνα Stephani puto. TVRRIS Concordiæ, in Numidia. Vict. Vticenſ. TVRRIS Ferrata, ſpecula altiſſima circa Sirmium, in Pannonia, in qua Probum Imp. à militibus ſuis interemptum, ſcribunt Euſebius, Aurel. Victor, & Vopiſcus. TVRRIS Lapidea, λίθιν@ πύργ@, Ptolemæo locus apud Sacas. TVRRIS Stratonis, vide CÆSAREA. TVRRIS Sammeriarum, in Numidia. Vict. Vticenſ. TVRRIS Syllana, vocatur Latinis ea Hiſpaniæ vrbs, quam vulgo Tordeſillas appellant. Neſcio an nomen apud antiquos reperiatur. TVRRIS Tamalleni, locus in Africa Propria, Antonino. TVRRE TAMALLVMENSIS Plebis, meminit Coll. Carthag. TVRRES Albæ, πύργος λεύκοι, Celticorum in Luſitania opidũ, Ptolemæo. TVRRES, Antonino maritimum Tuſciæ opidum. Inter Romam & Centumcellas. Leander, qui illud hodie S. Seuera vocari dicit; putat eſſe CÆRRETANORVM Nauale; de quo Strabo lib. 5. Scio Diodorum in principio lib. 15. Turres (ſiue πύργοι,) hoc tractu habere: quam Naualem ſtationem prope Agyllas vocat. TVRRES, Antonino locus inter Conſentiam & Vibonem. Blaſium nunc vocari, ſcribit Gab. Barrius. Eidem Antonino quoque locus inter Canuſium & Egnatiam Apuliæ. TVRRES, in Liburnia, AD Turres dictus locus, apud eundẽ, Thurn vocat Lazius. TVRRES etiam in Hiſpania Citeriori, etiam Antonino. TVRRES Annibalis, in Hiſpania, Africaq́; Plinius 2. cap. 71. In Africa fuiſſe inter Achollam & Thapſim; docet Liuius, ad calcem libri 33. Vide AD TVRREM.

TVRRVS, Plinio Fori Iulij fluuius. Turro à Leandro vocatur.

TVRSAMBICA TRALVGORRA, ciuitas Nouempopulanæ regionis. vt habet lib. Prouinciarum. Alia lectio
,, eſt, TVRBA, vbi caſtrum BOGORRA. Bigorre nunc vocatur. Conſule Scaligerum ad Auſonium 2. cap. 7.

TVRSENA, vide TVRRENA.

TVRTA, nomen loci, apud Chariſium 2. ex M. Portio Catone.

TVRTI, TVRTVTANI, & TVRTVTANIA, vide TVRDETANI.

TVRVDENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

TVRVLIS τουρῦλις, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius. Ptolemæo. Rio de moruedre hodie, vt puto. Segura nominatur à Coquo. Vide DVRIAS.

TVRVLLVS τουρυλλός, vrbs Thraciæ. Suidas. TZVRVLVM Cedreni puto.

TVRVM, Antonini Norici vrbs.

TVRVNTVS τουρύντος, Sarmatiæ Europææ fluuius, apud Ptolemæum. Duina hodie dici, Becanus auctor eſt. Duinam hanc aliquibus Rubonem Ptolemæi eſſe, ſcribit Herberſteinius.

TVRVPII τουρύπιοι, Galliæ Lugdunenſis populi, Ptolem.

TVRVPTIANA τουρυπτιάνα, Callaicorum Lucenſium opidum. In Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo.

TVRVZITENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

TVRZO τύρζω, Africæ Propriæ vrbs, Ptolemæo.

TVSCA, Plinio Numidiæ fluuius. Is mihi videtur qui Hipponitim & Siſaram paludes Ptolemæi coniungit, & fortè hodie Guadilbarbar dicitur, apud I. Leonem TVSCANIENSIS loci in Mauritania Cæſarienſi, meminit Vict. Vticenſ M.S.

TVSCANIENSES ſunt Plinio lib. 3. cap. 5. Etruriæ populi. Toſcanello hodie eorum locus dicitur, vt Leander tradit. TVSCANELLI in Tuſcia, exſtat memoria in Edicto Deſiderij Longobard. regis ſi huic fides.

TVSCI τύσκοι, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, Ptolemæo.



TVSCIA τουσκία, Italiæ regio, quæ hodie incolis Toſcana vocatur. Hoc vocabulum olim per θ, ſiue TH, ſcribi ſolere, tradit Halicarnaſſeus lib. 1. Quondam ETRVRIA ἐτρυρία, & Græcis TYRRHENIA τυῤῥηνία, dicta fuit, Strabone teſte. Dion. Halicarnaſſeus ſcribit eam olim PELASGIAM, & RASENAM ῥασένα, vocatam. RASENVA eſt apud Myrſilum: cui etiam VMBRIA, & patria lingua SALEVMBRONE dicitur. COMARA quoque appellata fuit; ſi Annio cum Beroſo credere fas eſt. MARSOS à Græcis TVSCOS vocari, ait Iſidorus. ANNONARIÆ, & VRBICARIÆ Tuſciæ, meminit Lib. de Limitib. Annonariam ponit Marcellinus circa Piſtorium. An Vrbicaria circa Romam? vide VRBICARIAS.

TVSCVLVM τούσκουλον, Ptolemæo, Straboni, Liuio, Diodoro, & Halicarnaſſeo. τύσκλ@ & τύσκλανον, Stephano. Latij vrbs eſt. TVSCVLANOS habet Plinius. Inter colonias Romanas numerat Frontinus. τυσκλανοι Halicarnaſſeo 5. ſunt. Haud procul à Fraſcato eſſe, putat amicus meus Pigafetta. eiusq́; rudera hodie adhuc exſtare, formamq́; quodammodo referre, quam nummus L. Seruij Rufi refert. hoc mihi ex eius Pigafettæ ore per litteras Roma ſignificauit doctiſſimus iuuenis Philippus Winghius Louanienſis. Imaginem huius nummi videre licet in Fuluij Familiar. Rom. volumine. Thuſculo à Leandro dicitur. TELEGON à conditore dictum, ſcribit M. Niger. Liuius meminit Tuſculi, & Tuſculani, an fortè duorum locorum? vide LVCVLLANVM. TVSCVLANVM, Ciceronis prædium, in Tuſculano territorio erat quondam; eo loco vbi hodie eſt monaſterium S. Maria de grotta ferrata dictum, vt Saccus & Leander ſcribunt. vel, vt Fabricius ait, vbi Fraſcata viſitur. TVSCVLANI meminit quoque Joſephus 18. Antiq. 8. ſtadiis fere centum ab Vrbe diſtiti. Sic quoque Halicarnaſſeo 10. de Tuſculo.

TVSCVM Mare, quod Tuſciam alluit: Pomponius Siciliam vſque extẽdit, ſcribit enim Himeram Siciliæ fluuium in Tuſcum mare decurrere verſus Ortum; & Hiſpaniam, verſus Occaſum. Et in huius intimo ſinu Galliam deſcribit. Vide TYRRHENVM.

TVSCVS, vide THVSCVS.

TVSDRITANVM, & TVSDRVM, vide THYSDRVS.

TVSIAGAT τουσιάγαθ, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæo. Latinus codex legit THVS IATHAT.

TVSIGA, vide BACMA.

TVSII, vide STVRII.

TVSO τούσο, Indiæ fluuius in Gangem erumpens: Ptolemæo. Latini codices SOA legunt. Forte SONVS σῶν@, Arriani, in libello de rebus Indicis.

TVSSA, vide THVSSA.

TVSSVLI, vide GERANIA.

TVSVRITENSIS Eccleſiæ, meminit Coll. Carthag. TVZVRITENSIS quoque per Z.

TVTAPVS τύταπος, Indiæ fluuius ingens. in Aceſinen (qui in Indum influit) exiens. Arr. in Indicis.

TVTATIO, apud Antoninum Norici vrbs. Circa Iſchel/ ad Draunæ fontes fuiſſe, colligit Lazius.

TVTELA, vide DVBAL.

TVTHELA, circa Jordanem alicubi locus, Ioanni Moſco.

TVTHOA τουθόα, Peloponneſi amnis, in Alpheum deſinens. Pauſanias.

TVTIA, Hiſpaniæ vrbs, videtur apud Florum 3. cap. 22. Geminato TT. apud Plutarch. in Sertorio legi, monuit ad illum, Vinetus.

TVTICVM τούτικον, Samniticum opidum eſt Ptolemæo. quod à quodam Triuetto interpretatur. Fortè EQVOTVTICVM Antonini. & cuius Cicero lib. 6. Epiſtolarum ad Atticum meminit. ÆQVVM TVTICVM in Apulia conditum à Diomede, ſcribit Seruius in 8. Aeneidos, circa principium. EQVOTVTIVM legunt Porphyrion & Acron, aiuntq́; opidum hoc eſſe, quod Horatius 1. Sermonum ſcribit ſe verſu dicere non poſſe. Aut idem eſt, aut eiuſdem tractus, inter Beneuentum & Canuſium. Vide TVXIVM.

TVTIENSES, *Italiæ populi ſunt, apud Plinium. In Latio, Prima regione. An ab Equo Tutico?*

TVTILÆ, *vide* ARÆ.

TVTINI, *Calabriæ gens, Plinio.*

TVTTIA, *vide* TVTIA.

TVTVLENSIS, *vide* TRVTVLENSEM.

TVTVNCRVS, *(vel vt Rhenanus legit,* TV TVNCRVS, *diuiſim) fluuij nomen videtur, ex hoc Sidonij ad Conſen-*
„ *tium.* Tu Tuncrum, & Vabalim, Viſurgin, Albim, &c.

TVTZIS, *Aegypti vrbs, Antonino.*

TVXIVM τούξιον, *Samnitum princeps vrbs, à Fabio Fabriciano direpta. Hic Venus Victrix colebatur. Plutarchus in Parallelis hiſtoriar. An eadem cum Tutico Ptolemæi?*

TVZIRITANVS *Epiſcopus, in Africa. Vict. Vticenſ. MS.*

TVZVMMENSIS *loci epiſcopalis, in Africa meminit Coll. Carthag.*

TYANA τύανα, *Cappadociæ vrbs, Ptolemæo, Straboni & Plinio. Cappadociæ II. eſt in Concilio Epheſino. Arrianus in ſuo Periplo ſcribit aliquando* THOANAN θόανα, *appellatam.* TYANA, *Ægypti opidum, Stephano.*

TYANITÆ, *vide* TEANVM.

TYANITIS, *Aſiæ præfectura, Ptolemæo. in qua Tyana vrbs: Straboni 12 qui ſcribit eandem quoque* EVSEBIAM AD TAVRVM *vocatam. vide* CAPPADOCIA, *&* PONTVS *Cappadocicus.*

TYARA Τύαρα, *inſula eſt in quam Nero Imp. Muſonium relegauit. hæc aquis carebat antea. Muſonius autem in ea fontem inuenit. Philoſtratus 7. vitæ Apollonij.* TYARENOS *populos, habet Plinius, in Aſia Propria. ſed an ab hac inſula, neſcio.* GYARA *autem legit hoc loco apud Philoſtratum Lipſius.*

TYBA, *trans Euphratem locus eſt, Ciceroni 15. Epiſtolarũ.*

TYBERIM, *locus ſic priſco nomine dictus; inter mare & Libanum: nunc ibi* Toronum *caſtrum. vt refert Guil. Tyrius lib. 11. cap. 5.*

TYBIACÆ, *vide* SCYTHÆ.

TYBRESTVS, *vrbs Arabiæ, ad Cyrubem fluuium. Vibius Sequeſter.*

TYBVR, *vide* TIBVR.

TYCHÆVM τυχαῖον, *mons inter Bœotiam & Eretriam. Stephanus.*

TYCHE, *vide* SYRACVSÆ.

TYDE *Caſtellum. Plinio Hiſpaniæ locus. Huius etiam meminit Silius 3. Cluſius vocat* Tui, *ad Minium fluuium, in Gallecia. Stephanus Camalloa adſerit ex Ben. Aria Montano* Tui *antiquitus fuiſſe* Tuy *Chaldæo ſiue Hebræo nomine. Hoc non eſt* TVDE *Ptolemæi.*

TYDERTA, *vide* TVDER.

TYDII, *Plinio Sarmatiæ Aſiaticæ populi.*

TYENIS τυῆνις, *Colchidis vrbs, & fluuius. Stephanus.*

TYGRINVM *vinum, nominat Alex. Trallianus lib. 8. cap. 7. & febricitantibus dandum ſuadet. Italiæ videtur. ſed Græcum codicem videre non contigit. De ſcriptura itaque dubito.*

TYLANGIVM Τυλάγγιον, *Triphyliæ in Peloponneſo opidum, Polybio 4. ſed ibidem, idem opidum* συλάγγιον *vocat. quæ vera ſcriptura ipſius Polybij. Librarius autem quia præcedentis verbi* Βολακας *litteram finalem, & huius initialem* Σ. *geminatam ex ore prælegentis non animaduerterit, Tylangium acephalon reddidit. Apud Stephanum* συλάγγιον *legitur.*

TYLESSVS, *vide* TYLLESII.

TYLIS τύλις, *Thraciæ vrbs, iuxta Aemum montem, Stephano, & Polybio 4. Vide* TYLEVS.

TYLLESII τυλλήσιοι, *montes Italiæ, Lycophroni. Iſacius dicit montem, ciuitatem, ac nemus Italiæ ſignificare. In Magna Græcia eſt.* τυλλησός *in ſingulari, habet Stephanus, vno* λ. TYLLESIVM τυλλήσιον, *habet ex Lycophrone Gab. Barrius, Calabriæ promontorium: quod nouo nomine* Corica *appellari hodie dicit. Idem ibidem* TYLLESIVM *vrbem habet, quam* Agello *vocari ait. Canterus in ſuis Licophronianis annotationibus ſcribit Theſſaliæ eſſe montes, quo auctore, ignoro.*

TYLVS, *Laconicæ in Peloponneſo vrbs. quam nonnulli* OETYLVM *vocant, inquit Strabo: ex Xylandri interpretatione. Nam Gerbelius, & Bonacciolus legunt Pylus, & Batylus: ſic enim in Græco exemplari eſt,* πυλός, & βαίτυλος, *quod Xylandro non placere in Annotationibus oſtendit. Sed de eo vide in dictione* BITYLA. TYLVS τύλος, *etiam ſinus Perſici inſula; ab Euphratis fluminis oſtio vnius diei ac noctis nauigatione. Arrian. 7. Alex. Ptolemæus quoque habet Tylum in eodem ſinu. ſed longius ab oſtio diſtantem. Huius Tyli meminit Suidas in* Σίλακη. TYLOS *Solino quoque eſt Indiæ inſula, quam ſcribit ferre palmas, oleas creare, & vineis abundare. In ſinu Arabico quoque inſula, Theophraſto 4. de Plantis, in Mari Rubro hæc Plinio: quæ materiem nauibus fabricandis prebet. Duas autem diuerſas facit ex his idem, lib. 12. cap. 10. & 11. diſtantes inter ſe 10 M. P. quarum alteram Minorem cognominat. Vide* TYRVS.

TYMAVI. *Val. Flaccus 5.* Inde Genetæi rupes Iouis, inde „ Tymauos. *vt legit Lud. Carrio. Veterem lectionem malo,* „ *quæ hæc,* Inde Genetæi rupem Iouis, hinc Tibarenum *hanc enim confirmat Apollonius Rhodius 2. Argonauticor. Vox* Tymaui. *hic nihili eſt.*

TYMBRA *Piſidiæ, eſt in Synodo* VI. *Conſtantinopolitana. Vide* THYMBRE.

TYMBRIANI, *circa Lycaoniam populi, Plinio.*

TYMBRIVM, *vide* TEMBRIVM.

TYMENÆVM τυμέναιον, *mons iuxta Phrygiam. Stephanus.*

TYMENNA τύμηννα, *Stephano Lyciæ pagus.*

TYMES τύμης, *Libyæ vrbs, Stephano.*

TYMIVM τύμιον, *Phrygiæ paruum opidum, Euſebio, & Calliſto.* HIERVSALEM *vocatum à Montano hæretico, addit Haymo.*

TYMNISSVS τυμνισσός, *vrbs Cariæ, apud Stephanum.*

TYMNVS τύμνος, *apud Stephanum Cariæ opidum.*

TYMOLVS, *vide* TMOLVS.

TYMPANIA τυμπάνεια, *Elidis regionis opidum, in Peloponneſo, Ptolemæo. Plethon ſine* M *ſcribit (*TYPANEI *populi ſunt Plinio, ſed in Achaia)* Strouiſi *Nigro:* Vardogna, *Caſtaldo eſt. Puto idem eſſe cum* τυμπάνεια, *Polybij 4. quod Triphyliæ adſcribit. Apud Stephanum* TYPANEÆ τυπανέαι, *ſcribitur. Vide* CTYPANSA.

TYMPHÆA τυμφαία, *Theſſaliæ vrbs, Stephano. Tymphæi populi ſunt apud Strabonem inter Epirum & Theſſaliam; quorum vrbs Æginium. Plinius eos in Macedonia & gremio terrarum ponit. Idem hos, alio in loco, in Ætolia ſtatuit.*

TYMPHE τύμφη, *Theſprotiæ mons. Stephanus.* STYMPHA *Strabonis puto.*

TYMPHRESTVS τυμφρηστὸν λέπας, & παγοος τυμφρηστοος *dicit Lycophron: apud cuius Scholiaſten legendũ* ὄρος *non* μηλιέων, *ſed* μαλιέων; *vti & Strabo lib. 9. vbi Tymphriſtum montem & Maliacum ſinum non multum diſsita fuiſſe docet. Eſt autem in* τυμφρηστος *plenioris ſoni gratia inſertum* M. *ſicut* πίμπλα, *& aliis. Hæc ad me (cuius candorem ſummæ eruditioni coniunctum admiror) Frid. Sylburgius. Vide* TYPHRESTVS.

TYNDENSIVM *Gentem habet in Africa, Ammianus 29. An à Tindis Stephani?*

TYNDARIDES τυνδαρίδες, *locus Bithyniæ, ad Pontum Euxinum. Arriani Periplus.* TYNDARIDÆ *populi ſunt ad ipſum Ponti Euxini receſſum, iuxta Colchidem, Dionyſio teſte, & Euſtathio. Vide* ARGONAVTÆ, *&* HENIOCHI.

TYNDARII *Scopuli, inſulæ tres, in mari Aegyptiaco. Ptolemæus.*

TYNDARIS, *vide* TYNDARIVM.

TYNDARIVM τυνδάριον, *Siciliæ opidum Ptolemæo.* TYNDARIS *Straboni & Plinio. cui colonia eſt.* Oliuiero Caſtello *hodie nominatur à M. Nigro. Fazellus ſcribit totam proſtratam iacere, & ædiculam eo in loco tantùm hodie exſtare;* S. Maria à Tindaro *nomine.*

TYNDENSES, *populi in Mauritania. Ammianus.*





TYNDIS, *Indiæ intra Gangem promontorium: in Arrhiani Periplo. Ciuitas eſt Ptolemæo. & ibidem fluuius. eidem.*

TYNES τύνης, *Siciliæ vrbs: Stephano. Vide* TVNES.

TYNETVM, *vide* TVNES.

TYNIDRIMENSE *opidũ. vide* THVNVDROMVM.

TYNIS, *vide* TVNES.

TYNNA Τύννα, *Armeniæ Minoris vrbs. in Cataonia: Ptolemæo. Fluuius Indiæ intra Gangem: eidem.*

TYPÆVM τύπαιον, *Elidis mons: teſtibus Stephano & Pauſania.*

TYPANEÆ, *&* TYPANEI, *vide* TYMPANIA.

TYPARVM, *vide* THIBARVM.

TYPHAONIVM τυφαόνιον, *mons, Heſiodo in Scuto Herculis. In Bœotia eſt: vt refert Tzetza.* TYPHAONIAM *Petram, habet Apollonius 2. ad Caucaſum montẽ.*

TYPHIVM, *Bœotiæ mons. Heſychius. Corruptè fortè, pro Typhaonium.*

TYPHOEVS, *vide* AETNA.

TYPHON, *vide* ORONTES.

TYPHONIS *Inſula, è regione Troiæ, quam homines* CALYDNAM *vocant. Q. Smyrneus. 1. Ilij excidij.* TYPHONIS *Scopuli, ſunt apud Lycophronem. Iſacio eius Commentatori vocantur* ARIMI ἄριμα, *montes Ciliciæ.* TYPHONIVM *ſpecus, etiam eſt in Cilicia: Pomponio, & Curtio, Ad Pindari. Pythiam.*

TYPHRESTVS τυφρηστός, *Trachiniæ opidum & mons: Stephano. Menaliæ regionis eſt Etymologico.* TYMPHRESTVM *Strabonis puto, quem in Phthiotide deſcribit, & vnde Sperchium oriri ſcribit. Iſacio ad Lycophronem Mileſiorum mons eſt. Sed vide* TYMPHRESTVS.

TYRA, *gens, iuxta Heroum opidum in Aegypto: Plinio. Vide* TYRAS.

TYRACA, *palus Syracuſis. Vib. Sequeſter.*

TYRACINE τυρακῖναι, *Siciliæ vrbs parua: quæ &* TYRACENVM *vocatur, auctore Stephano. vide* TRINACIA.

TYRAGETÆ, *&* TYRANGITÆ, *vide* TYRITÆ.

TYRAMBE τυράμβη, *Sarmatiæ Aſiaticæ opidum: Straboni & Ptolemæo. Tyrambæ gens, ibidem: eidem.*

TYRANNOSBOAS τυραννοσβόας, *Indiæ intra Gangem emporium: Arrhiano, in Periplo.*

TYRAS τύρας, *Ptolemæo vrbs in Mœſia Inferiori, ad Tyram fluuium, quæ à Mario Nigro* Zothezaua *nominatur. Aut fallor, aut hãc vrbem vocat Baro Herberſteinius nouo nomine* Alba, & Moncaſtro. TYRAS *quoq; eidem Ptolemæo Sarmatiæ Europææ fluuius, qui* TYRA *Plinio:* TYRES τύρης, *Herodoto:* τύρας *apud Heſychiũ.* DRICCA *malè legi, pro eodem, putat apud Iornandem, Becanus. Hodie* Nester *nouo nomine appellari, ſcribunt Willichius, Cromerus, & Herberſteinius:* Dupester *habet Lud. Decius.* TYRAS *eſt quoq; apud Stephanum, pro fluuio, & opido, quod antea* OPHIVSSAM ὀφιοῦσσα, *dictum aſſerit. Ptolemæo autem duo ſunt opida Tyra & Ophiuſa, eaq; in Mœſia Inferiori. ſed huius Ophiuſæ ſitus apud Ptolemæum, nõnihil differt à Strabonis. Tyritas horum accolas vocat Herodotus. Ammianus fluuium Tyram, & opidum Tyron nominat. Vide* TARAS.

TYRCÆVS τύρκαιος, *mons ad ſinum Arabicum, vbi is ſinus nempe latiſsimè expanditur. Diodor. 3.*

TYREA, *vide* THYREA.

TYREDIZA τυρέδιζα, *vrbs Thraciæ, iuxta Serrhium, Stephano. Hellanicus* TYRORIZAM *vocat.* TYRODIZA *in Perinthiorum ora, Herodoto.*

TYREN τυρὴν, *Clazomeniorum locus. Heſychius.*

TYRENIA, *vide* TYRVS.

TYRES, *vide* TYRAS.

TYRIA, *vide* EVROPA.

TYRIÆVM τυριαῖον, *Xenophonti Phrygiæ opidum eſt: lib. 1. exped. Cyri.* TYRIARIVM τυριάειον, *puto Strabonis, apud quem* τυρίαιον, *quoſdam codices legere, annotauit ad eundem, Caſaubonus.*

TYRIARIVM, *vide* TYRIÆVM.

TYRIAS, *vide* TERIAS.

TYRICA τυρικὴ, *regio quæ deſcripta fuit à Poſidonio Olbiopolite. vt refert Suidas. An circa Tyram fluuium?*

TYRICHÆ, *vide* HYLACTES.

TYRICIVM, *vide* TYRIÆVM.

TYRICTACE τυρικτάκη, *Tauricæ Cherſoneſi vrbs: Ptolemæo. Vide* TIRITACITE.

TYRIGETÆ, *vide* TYRITÆ.

TYRII, *Hiſpaniæ populi ſunt apud Strabonem. Vide* BERONES.

TYRINI τυρινοῦ, *epiſcopum Zenonem, habet Sozomenus 6. cap. 12. In Aſia videtur.*

TYRIS, *inſula Italica, circa Locros. Plinius. vide* ERANVSA.

TYRISSA τύρισσα, *Ptolemæo Emathiæ vrbs in Macedonia,* Cereſi *nunc Mercatori.* TIRISSEI *ſunt Plinio.*

TYRISTASIS, *vrbs Thraciæ Cherſoneſi, verſus Propontidem. Plinius.* TIRISTASIS *per* I *in prima: apud Demoſthenem in Philippi epiſtola ad Athenienſes.*

TYRITACITE τυριτακίτη, *vrbs Ponti, Stephano. Ad Phaſim fluuium: Plinio* TIRITACE *vrbs eſt.*

TYRITÆ τυρῖται, *Græci ſunt, ad oſtium Tyræ fluminis Scythiæ habitantes: Herodoto in Melpomene.* TYRANGITÆ τυραγγῖται, *Ptolemæi ſunt: &* TYRIGETÆ τυριγέται, *Strabonis. Puto eoſdem à Plinio* TYRAGETAS *appellari. quos dicit habitare inſulam ſpacioſam, circa Tyram fluuium.* Duringer *Germanos, horum ſobolem facit Reineckius. vide* TYRAS.

TYRITANI, *vide* TVRITANI.

TYRIVM, *Magnæ Græciæ vrbs, apud Plutarchum in Nicia, quam coloniam ductam ab Hierone, ſcribit. Sed* THVRIVM *legi apud eundem falsò, ſcribit Gabriel Barrius in ſua Calabria. nam Thurium, inquit, à Pericle ductæ colonia: non ab Hierone.*

TYRIVS, *Galliæ Narbonenſis fluuius, Sex. Auienus.*

TYRMENII, *vide* SCYTHÆ.

TYRMIDÆ τυρμίδαι, *pars tribus Oeneidis: Stephano, & Suidæ.*

TYRO, *locus Italiæ, circa lacum Vulſinium. Martyrologium Adonis. Vide* TYRVS.

TYROCNESTIS, *vrbis nomen. Etymologicon.*

TYRODIZA, *vide* TYREDIZA.

TYROPOECIA, *opidum valde munitum: Curopalatæ In Cappadocia fortè.*

TYROPOEVM τυροποιον, *caſtellum alicubi, in Thracia, aut Aſia: Cedreno, Curopalati & Zonaræ.*

TYROPOLIS, *vide* MACELLA.

TYRORIZA, *vide* TYREDIZA.

TYROS, *vide* TYRAS.

TYRRHA τύῤῥα, *Lyciæ vrbs. Etymologicon.*

TYRRHENE Τυῤῥήνη, *Macedoniæ locus eſt. Epitome Strabonis.*

TYRRHÆORVM Τυῤῥαίων, *vrbem habet Diodorus 13. ad oram Aſiaticam: circa Chium. Vox nihili:* ἐρυθραίων, *emendo: Geographis auctoribus.*

TYRRHENI, *dicuntur in inſulis Atticis, & faucibus* „ *Thraciæ. Sic Myrſ. Lesbius. ſi qua huic fides.* TYRRHE- „ NOS *circa Creſtonem vrbem, habet Herodotus 1. & hæc Thraciæ eſt. Inter has Tyrrhenorum inſulas, Lemnum numerat Halicarnaſ. 1. & hanc quõdam vna cum Imbro hos inhabitaſſe, tradit Plutarchus. Hos eos Tyrrhenos exiſtimo, cùm quibus Iaſonem nauali pugna conflixiſſe, ſcribit Athenæus 7. & quas habitaſſe Athenienſes, tradit Laertius in Pythagora. Et hinc fortè Tyrrhenicus ſinus. de quo vide* DICEÆ.

TYRRHENIA, *Italiæ regio, cuius populos aliquando* PELARGOS πελαργοί, *dictos, ſcribit ex Myrſilo Halycarnaſſeus, lib. 1. Item Strabo lib. 5. Eoſdem* LYDOS λυδοὶ, *nominatos, tradit Herodotus, in Clio, vt qui è Lydia in hanc regionem tranſmigrarint. Tyrrhenos* DELPHINOS *quondam dictos, ob pyraticam ſimul & dominium maris, ſcribit Myrſilus Lesbius.* TRANIA *eſt apud Serapionem, pro Tyrrhenia Dioſcoridis cap. de reſina. Stephanus habet quoque* TYRRHENEN, *vel* TYR-

RHENIAM *vrbem. Vide* TVSCIA, & LYDI.

TYRRHENICA *Stagna, quorum in veteri lapide mentio; ad oſtium Iberi fluminis putat Ant. Auguſtinus, Dialogo* III. *Numiſmatum. Adſentiri huic videtur Auſonius*
» *ad Paulinum, his verſibus, Tyrrhenica propter Tarraco, &*
» *oſtifero ſuperaddita Barcino Ponto. & item Paulinus ad*
» *Auſonium. Qua Betis Oceanum Tyrrhenumque auget*
» *Iberus. Et Tyrrhenum mare vocat Latinus Pacatus totum illud quod Hiſpaniam alluit ab Oriente.* TYRRHENICA *Vada, vocat Silius 17. lacum Traſumenum.*

TYRRHENVM *Mare, quod Plinio auctore* TVSCVM, NOTIVM, & INFERVM *etiam vocatur:* LIBVRNVM *Cicero vocat, &* AFRICVM *Plinius 2. Epiſtolar. ad Gallum ſuum.* TYRSENVM *etiam nominat Stephanus.* Mar Toſco *à Leandro;* & Mar de Marſeille *à Vincentio Lupano, in Tacitum dicitur.* TYRRHENI *Fluuium, pro Tiberi, habet Silius 13.* TYRRHENVM *Oſtium habet Iornandes de Reb. Geticis. Fretum Herculeum eum ſic appellare credit Io. Vaſeus. Vide* TYRRHENICA *Stagna,* TVSCVM, & HADRIATICVM.

TYRRHENVS *Sinus, inter Miſenũ & Puteolos. Dion 48.* AVSONIVS *fuit antea dictus, teſte Halicarnaſſeo 1.*

TYRRHEVM, *Acarnaniæ opidum puto: apud Liuium 38. Idem cum* THYRIO, *vti exiſtimo.*

TYRRHINA, *vide* ORGANA, & TYRVS.

TYRRIA τυῤῥία, *in Cypro locus, vbi ferri fodina. Ariſtoteles in Mirabilibus.*

TYRSENIA, *vide* ITALIA.

TYRSETA τύρσητα, *Samnitum vrbs: Stephano. ex Philiſti 11. ſed* ταυνιτων, *pro* Σαυνιτων, *legit alius codex. Tauniti autem mihi ignoti.*

TYRSIS τύρσις, *vrbs & regia Saturni, in Beatorum inſulis. Pindarus & Homerus. Pro Elyſio fortè.*

TYRSVS, *amnis circa Mœſiã videtur: lib 17. Hiſt. Miſcell.*

TYRVS τύρ☉, *Phœniciæ vrbs celeberrima. orbis olim emporium. Coloniam à Seuero deductam facit Vlpianus.* SARRA *vocata fuit, Gellio & Feſto teſtibus. & inde Sarranum oſtrum Virgilio. Sacræ litteræ* SOR, *vel* TZOR *nominant. & vulgari vocabulo hodie* Suri *dicitur; Poſtello auctore, & Nigro. Eſt etiam* PALÆ TYRVS *i. antiqua, Trogo 11. triginta ſtadiis hinc diſtans, vt eam deſcribit Strabo.* TYRVM *veterum, quod idem eſt nominat Q. Curtius 4. quam* Paletyron, *hactenus appellant: vt tradit Niger.* TYRENIA *Regio hinc Palæphato. De Tyriorum Origine, lege Trogum 18.* TYRVS, *ſinus Perſici, Straboni: vel Maris Rubri inſula, Euſtathio & Stephano: quam ab Artemidoro* TYLOS, *per* L. *vocari ſubdit. Theophraſtus non ſemel meminit Tyli inſulæ Arabicæ, in mari Rubro.* TYLOS *eſt Ptolemai. &* TYRRINA, *vt puto. Nearchi, apud eundẽ Strabonem.* TYRVS, *etiam inſula Syriæ, continenti finitima, ante Tyrum ciuitatem: Ptolemæo. qua* Pendoli *hodie, vt puto.* TYRVS, *Laconicæ vrbs: etiam Lydiæ. item Piſidiæ: apud Steph.* TYRVS *quoque locus & præſidium trans Iordanem, inter Arabiam & Iudæam; non procul ab Eſſebonitidis regione: quem exactè deſcribit Ioſephus 12. Antiq.* TYRVS *etiam Italiæ vrbs; circa Vulſinium lacum. vbi Martyrologia Vſuardi & Adonis S. Chryſtinam martyrio adfectam perhibent. vnde* TYRENSIS *lacus, de quo vide* BVLSINVS. *Alia eſt* TYRVS *vel* TIRVS, *quam hodie* Tiriolo *vocari ſcribit Ananienſis. In Calabria hæc eſt, vt vult Gab. Barrius, qui ſcribit huius meminiſſe Plutarchum in Nicia. ſed ibi corruptè* Thurios, *pro Tyrium legi. Fides ſit penes auctorem. Somniare nempe ſcribit Barrium Celſus Cittadinus in ſchedis Roma ad me miſſis, vbi dicit hanc Tyrum inſulam eſſe in Vulſinienſium ſiue Martano lacu, vbi S. Chriſtina martyrio adfecta fuit. hodieq; vocari* Iſola Biſentina *à Biſento huius tractus opidulo. Vide* TYRAS, TYRIVM, CYRNVS, ANATHA, & CARTHAGO.

TYSCA τύσκα, *regio ſiue campus magnus ſic dictus, in quo* L. *opida culta. de quo litem fuiſſe Maſaniſſæ cum*



*Carthaginenſibus, ſcribit Appianus, in Punicis.*

TYSCON *vicus, non longè ab Alandro flumine. Liuius 38. Circa Phrygiam.*

TYSDRVM, *vide* THYSDRVS.

TYSIA, *Iornandi Scythiæ Europææ fluuius.*

TYZICA, *Africæ vrbs: D. Auguſtino.*

TZACHATÆ, *Scythis vicina gens videtur, apud Laonicũ. Vide* ZACATÆ.

TZACONIAS, *vide* CRONIVM.

TZAMANDVS τζαμανδ☉, *vrbs in prærupto ſaxo; hominum diuitiarumq; abundans. Circa Armeniam Minorem: Porphyrogennetæ, Cedreno, & Zonaræ.* ZABANDVS, & ZAMANDVS *legitur apud Curopalatem.*

TZANI τζάνοι, *Armeniis vicini populi ad Pontum Euxinum. Procop. 3. Ædificior. eidem &* TZANICA *Regio. Vide* MACRONES, & ZANI.

TZARPHATH. *vide* GALLIA.

TZELLENSIS, *vide* ZELLENSIS.

TZEPIANA, *vide* MANTINIA.

TZERNA, *vide* ZERNA.

TZIDRAMA, *rupis cuiuſdam aſperæ nomen in Galatia; vti videtur ex vita S. Theodori, à Metaphraſte deſcripta.*

TZOPHANENE, *vide* SOPHENE.

TZOPHARA, *vide* ARMENIA.

TZOR, *vide* TYRVS.

TZVDADER, *caſtellum in Perſarum & Indorum confinio: Cedreno.* TZVNDADAER *Calliſto. Huius meminit quoque Theodorus lector, in ſuis Collectaneis.*

TZVMINA, *vide* BYZANI.

TZVNDADAER, *vide* TZVDADER.

TZVRVLVM, *Thraciæ vrbs; apud Cedrenum* ZVRVLVM *Choniatæ, & in Hiſtoria Miſcella. Caſtellum eſt apud Zonaram. An Turullus Suidæ? Cruſius putat medii ferè via eſſe inter Conſtantinopolim Adrianopolimq; & Ciorlo nunc dici. Zorli legit Leunclauius. ſic quoque Corn. Scepperus. Vide* IZIRALLA.

VABAR οὔαβαρ, *Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo.* Biſmeo *apud Caſtaldum nominatur.*

VABATVM, *vide* VALLATA.

VABRENSE *Caſtrum, in Gallia. G. Turonenſ. 9.*

VACALLINEI *Pagi, meminit vetus lapis. Hic pagus adhuc* Vachlendorff *nominatur. Eſt circa villam* Arnwyler, *quæ eſt ſupra Coloniam Vbiorum Treuiros verſus ſex milliaribus. In Gallia Belgica. Hæc Ant. Morillonius in Smetij volumine.*

VACALOS, *vide* VAHALIS.

VACANAS, *vide* FVNDVS.

VACARIA, *ſiue* AVACARIA, *Antonino, locus in Africa Propria. M. Velſerus putat legendum à* VACARIA, *diuiſim. &* VACCÆ *eſſe in Tabula Peutingeriana. Vide* VAÇCA.

VACATVM *Munimentum, alicubi circa Perſidem. Ammiano 25.*

VACCA, *Plinio vrbs Luſitaniæ, quæ* Ponte Vouga *Varrerio. Puto* BACCIA *ab Oroſio lib. 5. cap. 4. dici; vbi ſcribit eam à Q. Fabio Seruiliano deditione receptam. Vacca apud Plinium lib. 5. cap. 2. flumen & opidum eſſe, oſtendit idem Varrerius ex archetypo Toletano: vbi legitur, flumen Vacca, opidum Vacca, opidum Talabrica, &c. Fluuius hodie quoque* Vouga *dicitur. Alia eſt* VACCA » *Iſidoro, ad Pyrenæos montes. vnde Vaccæis nomẽ, vt addit.* VACCA, *opidum Numidarum eſt, & forum rerum venalium totius regni. Salluſt. in Iugurthino.* BAGA βάγα, *Plutarcho eſt in Mario.* VAGA ὐάγα, *Ptolemæi, Videtur. Vide* VACVA, & VACARIA.

VACCÆI, *vide* BACCÆI, & GALLIA NOVEMPOPVLANA.

VACOMAGI ὐακομάγοι, *Albionis inſulæ populi, apud Ptolemæum.* Sterlingum, *vrbẽ Scotiæ, putat H. Boëthius.*

VACONTIVM ὐακόντιον, *Pannoniæ Inferioris opidum. Ptolemæus.*





VACORIVM οὐακόριον, *apud Ptolemæum Norici vrbs eſt, quæ* Villaco *Italis, &* Villach *Germanis dicitur, Sabellico & Iouio teſtibus. opidum Carinthiæ; inter Alpium rupes, ad Drauum fluuium.* Altenhofen *autem opidulum hodie vocari ſcribit Lazius. & idem in tabula ſua Carinthiæ* Straßburg *ad Gurcum fluuium interpretatur.*

VACVA ὐάκουα, *Straboni,* VACOS οὐακ☉, *Ptolemæo,* VACCA *Plinio; Luſitaniæ flumen.* Vouga *hodie, Varrerio & Vaſæo.*

VACVATÆ ὐακουάται, *gens, in Mauritania Tingitana: Ptolemæo.*

VACVNÆ *Nemora, habet Plinius, iuxta montem Fiſcellum; in Italia.* VACVNÆ *Fanum, habet Horatius epiſt. ad Ariſtium. Pro opido interpretantur Blondus & Leander. quod hodie nomen retinere ſcribit ad me Roma Celſus Cittadinus*

VACVS, *vide* VACVA.

VADA, *Tacito Batauorum vrbs, quæ hodie* Wageningen *dicitur, teſtibus Rhenano, & Diuæo. Vide* VOLATERRANA, & SABATHA.

VADATA ὐάδατα, *Chamanæ regionis in Cappadocia vrbs: Ptolemæo.*

VADAVERO, *Hiſpaniæ mons, vt legit Turnebus apud Martialem 1. ad Licinianum. coniunctim nempe. vbi excuſi codices* VADA VERONEM *diuiſim legunt. Vide* VERO. *Addam hic quæ legi in libro M.S. de Fluminib. & montibus Hiſpaniæ, Hieron. Paulli Barcinonenſis, hæc*
» *nempe: Quidam non temerè Celtiberiæ montem eſſe exi-*
» *ſtimant, ab aliis effractũ, atque in inſulam poſitum. quem*
» *nunc* Vadauicorem *corruptè vocant.*

VADDASI ὐαδδάσοι, *Mediæ gens: apud Ptolemæum.* VADASCI *interpretibus.*

VADECINIENSIS *Epiſcopus, in Africa. Vict. Vticenſ.*

VADENI ὐάδηνοι, *Ptolemæo populi in Arabia Felici. Interpretes* VDENI *legunt.*

VADENSIS *Epiſcopatus; Numidiæ, Vict. Vticenſ. M.S. à Bada, gentile puto.*

VADESITANI *Epiſcopi, in Numidia, meminit Vict. Vticenſ.*

VADICASSES, *Galliæ Lugdunenſis populi: apud Plinium.* ὐαδικάσσιοι, VADICASSII *Ptolemæo.*

VADIMONIS *Lacus, Liuio & Plinio in Italia eſt. Iuxta Amerina prædia, Plinio 2. Naturalis, & alteri Plinio Epiſt. lib. 8. ad Gallum ſuum, vbi eius innatantes inſulas deſcribit. Antonius Maſſa ſcribit eum in agro opidi Baſſan eſſe non longè à Tiberi; ſub collibus Amerinis.* Lago di Baſſanello *Leandro: ſed* Lago di Viterbo *Fabrico eſt, qui hactenus* Vadimono *appellari ſcribit.*

VADNIA ὐαδνία, *Cantabrorum in Hiſpania vrbs. Ptolem.*

VADOMARII, *Alemannorum Pagus, Ammiano 21. Circa Rhætos.*

VADVM SABATIVM, *vide* SABATA.

VÆELITRÆ, *vide* VELITRÆ.

VÆRIAGA, *Phœniciæ vrbs. Lib. Notitiarum.*

VÆSAPA ὐαισάπα, *Ptolemæo Armeniæ Minoris vrbs.* VARSAPA *interpretibus.*

VAFRIÆ, *vide* ACERRÆ.

VAGA, *Latinis dici eum fluuium Cambriæ, (ea Angliæ inſulæ pars eſt) qui Britannis* Gowy, *& Anglis* Vuy, *vocatur; ſcribunt Lelandus & Lhuydus.* VAGA ὐάγα, *Ptolemæo nomen duarum vrbium, quarum vnam in Africa Propria, (cuius & Silius meminit) habet, alteram in Cæſarienſi Mauritania.* TIGAVAM *Plinij hanc Munſterus putat.* VAGENSE *opidum illius potius cenſerem. Vide* BAGA, & VACCA.

VAGABANTA, *legionibus nobilis locus. circa Perſidis confinia: Ammiano.*

VAGAL, *vrbs in Mauritania Cæſarienſi: Antonino. Simlerus credit* BAGAI *apud D. Auguſtinum: &* BIGAI *in Conciliorum opere vocari.* VAGALITANI *Epiſcopi meminit Vict. Vticenſis M.S. &* VAGALLITENSIS *Coll. Carthag.*

VAGEALENSIS *Epiſcopus in Africa. Coll. Carthag.*

VAGANENSIS *Saltus, meminit Symmachus, li-*



*bro 1. Epiſtola 62. A Vaga Africæ videtur.*

VAGEDRVSA, *vide* ARETHVSA.

VAGENSE, *vide* BAGA.

VAGENVS. *Silius 8. Tum pernix Lagus, & ſparſi per ſaxa* »
*Vageni, In decus Hannibalis duros miſere nepotes. An pro* »
VAGIENNVS?

VAGIENNI *Liguriæ populi, Plinio. vide* BATIENI, & VAGENVS.

VAGIENSIS *territorij epiſcopum Aſclepium Afrum, habet Honorius. Maximianum quendam Vagienſem epiſcopum nominat etiam D. Auguſtinus. & ex eodem Decretum 2. Cauſa 23. Vide* BAGA, & VAGA.

VAGNIACVM, *locus in Anglia, vt eſt in Itinerario Antonini.* Wrotham *vicum putat Talbotus, in ſuis ad hoc Itinerarium Commentatis.* Maidston *eſt Camdeno in Britannia ſua.*

VAGORITVM ὐαγόριτον, *Aruuiorum vrbs, Ptolemæo. In Gallia Lugdunenſi.* Vogiron *fortè hodie.*

VAGORMELITANVS *epiſcopus, in Numidia. Vict. Vticẽſ.*

VAGOSOLA, *Scythiæ fluuius: Iornandi.*

VAGOTH, *vide* BERGIO.

VAGRADENSIS, & VAGRAVTENSIS *epiſcoporum Numidiæ, meminit Vict. Vticenſ. M S.*

VAGVM ὐάγον, *Corſicæ promontorium: Ptolemæo.*

VAGVS, *fluuius circa Scandiam inſulam: Iornandi.* Waga *fortè Herberſtenij.*

VAHALIS, *Batauorum fluuius, aut potius pars Rheni, apud Tacitum.* WALIS *eſt apud Cæſarem, M.S. vt annotauit Ful. Vrſinus. quamuis quidam codices excuſi* VACALOS *habeant.* Wael *hodie dicitur. Tacitus* NABALIÆ *fluminis etiam meminit: ſed Vahalis ibi quoque legendum putant Rhenanus & Lipſius.*

VAIANENSIS *Eccleſiæ epiſcopus Valentius. Coll. Carthag.* VAIENSIS *ibidem.*

VALA ὐάλα, *Thraciæ vrbs: Ptolemæo. Marmaricæ Tingitanæ quoque: eidem.*

VALACHIA *antiquitus vocabatur Africæ Propriæ quædam vrbs circa Tunetum: quam hodie* Cammart *appellant, vt refert ex quodam ſcriptore Arabo, Marmolius.*

VALATA, *vide* VALLATA.

VALATHA ὐαλαθὰ, *locus Syriæ, Zamari ad habitandum conceſſo, ab Herode. Ioſephus Antiquit. 17. cap. 2. Circa Daphnen Antiochiæ videtur.*

VALCVM, *Pannoniæ Inferioris opidum, Antonino. quod* Veltz *Simlero:* Volcowar *Lazio.*

VALDANVS, *Plinio Pannoniæ fluuius. qui Lazio,* Valpo *dicitur.*

VALENA ὐάλενα, *Ptolemæo Pannoniæ Superioris vrbs.* Gran *ad Danubiũ, Villanouano eſt* Valbach *autẽ Lazio.*

VALENSES, *ſeu* VIOMENSES, *Italiæ populi ſunt inter Romam & Rauennam. Vita Zachariæ 1. Pont. M. S.*

VALENTIA, *Colonia Galliæ Narbonenſis, Ptolemæo.* Valençe *nunc, teſte Poldo Albenato.* VALENTIA, *Ammiano 28. Britanniæ inſulæ pars, quam Gyraldus Cambrenſis* Scotiam *vocat.* VALENTIA, *Ponti vrbs: lib. Notitiar.* VALENTIA ὐαλεντία, *Conteſtanorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, Ptolemæo. Edetanis eam adſcribit Plinius.* Valençia *hodie. Cluſio. Hanc Valentiam antea* ROMAM *vocatam, à Romo Hiſpanorum quondam rege, ſcribit non ſolùm Annius in Manethonem; ſed etiam P. Antonius Beuterus, in ſuo Hiſpaniæ chronico. Nummus æreus, in Goltzij hiſtoria eſt, qui habet* COL. IVL. VAL. *ego lego* COLONIA IVLIA VALENTIA. *Aliam* VALENTIAM *in Hiſpania, habet Liuij Epitome 55. quam ad habitandum conceſſam Viriathi veteranis militibus, à Iunio Bruto narrat. Ad Minium fluuium, Tydeq; obiecta eſt. Ioan. Marianæ 3. cap. 7. de Reb. geſtis Hiſpaniæ. qui dicit quoque hactenus nomen retinere. Vide* HIPPO, ROMA, BANASA, IAPYGIA, BRITANNICÆ, & VALENTIANÆ.

VALENTINI, *Sardiniæ populi: Ptolemæo, & Plinio. Calabriæ etiam apud eundem Plinium. A Vibone Valentia hi, veriſimile.*

VALENTIANÆ *apud Eginardū.* VALENTINIANÆ *apud Rheginonem. anno* DCCLXXI. *&* VALENTINIANENSES *in libro Notit.* VALLESCHENÆ *apud Aimoinum.* Valenchiennes *vrbs hodie. In Hannonia, ad Scaldim.*

VALENTINIAPOLIS *vrbis, meminit concil. Chalcedonenſe, Epheſinum, & ſynodus Romana* IIII. *Aſiæ Propriæ videtur. Hic locus memoratur quoq; in vita D. Chryſoſtomi ſcripta per Georg. Alex. patriarcham. qui Euſebium huius vrbis & locorum qui* CELVIANÆ *(pro Cilbianæ fortè) dicuntur, epiſcopum habet.*

VALENTINVM, *vide* FORVM *Fuluij.*

VALENTIVM, *epiſcopalis vrbs; ſub ſede Amidenſi, vt ait Guil. Tyrius.*

VALEPONGA, *Hiſpaniæ vrbs: Antonino. Inter Liminium & Cæſarauguſtam. An* VALLIS IBANA? *de qua in Vita Ludouici Pij Imp. à Pithoeo edita.*

VALERIA *Colonia, Corſicæ inſulæ vrbs, Ptolemæo.* Leria *dicitur Pineto. Sed* ALERIA *ἀλέρια, non Valeria, eſt in Græcis exemplaribus. Sic habent quoque Plinius & Antoninus.* VALERIA, *Germaniæ regio, & Pannoniæ pars; ſic à Valeria Diocletiani Imp. filia nominata, vt Marcellinus refert, & Aurel. Victor de Cæſaribus. Inter Danubium & Drauum iacet hæc, Sex. Rufo, & Iornande auctoribus. Hanc* PRÆVALITANAM *cognominat Libell. Prouinciarum à Schonhouio editus. Huius meminit quoque Iornandes. Rhenanus* Crabaten; *Lazius* Styriam *interpretatur. Sed vide Lib. Notitiar. qui Valeriæ huius ciuitates enumerat.* VALERIA, *Celtiberorum in Tarraconenſi Hiſpaniæ vrbs; Ptolemæo.* VALERIENSES *Plinio.* COL. IVL. VAL. *eſt apud Goltzium in Auguſto.* Valeria, *vel* Quença *dicitur, Cluſio & Taraphæ.* Valeria la Vieja, *&* Valera de Suſo, *item* Valera quemada *Morali eſt. ſeptem leucis à* Quença. *In Caſtella Noua, vt vocant.* VALERIA, *Latina vrbs, in via Valeria: Straboni.* VALERIA, *Sardiniæ opidū: Ptolemæo.* VALERIA, *Diacono in Longobardicis Italiæ regio eſt* XIII. *in qua Tibur, Carſuli, Reate, Furconiū, Amiternum, Marſi, & Fucinus lacus.* VALERIA *Baccarum, inter præſidia Mœſiæ II. impoſita. Lib. Notitiar.* VALERIA *Zabdenorum, idem: inter præſidia Meſopotamiæ. Vide* BYZACIVM.

VALERIA *Via, in Sicilia. inter Meſſanam & Lilybæum. Strabo. Eſt quoque* VALERIA *Via, Italiæ. hodie ea* Il piano di Perito, & delle Celle, *vocari, auctor eſt Cioſanus 4. Triſtium Ouidij.* VALERIANVM *Fundum, in agro Sabino, habet Platina in Silueſtro 1. Vide* AVGVSTA VALERIA.

VALERIÆ, *vide* BALEARES.

VALERIANÆ *Villæ meminit Vopiſcus, in Aureliano.* P. VALERII *Villa, Ciceroni. in Brutio circa Rheginos eſt, vt placet Gab. Barrio 3. Calabriæ hiſtoriæ. vide* FVNDVS.

VALETIVM, *vide* BALESIVM.

VALI, *Aſiæ populi, ad Mæotidem paludem. Plinius. Vide* ARBALI.

VALII, *Aethiopiæ populi: Plinio.*

VALINSA, *vt inſcriptio eius tractus oſtendit; ſiue* VALLENSES, *vt Liber Notitiarum habet:* VALINSANI *vocantur in concilio Epaunenſi & Aurelienſi. Eſt in Alpibus regiuncula, quæ hodie* Wallisserlandt *vocatur. Eam olim tenuere* VIBERI, VERAGRI, *&* SEDVNI. *Ioſias Simlerus.*

VALISCVM, *locus in Italia. Obſequens.*

VALLÆ *οὐάλλαι, vrbs Macedoniæ, Pieriæ regionis: apud Ptolemæum.* VALLÆI *Macedoniæ populi: Plinio.*

VALLATA *Antonini, habet Cluſius, pro ea ciuitate Hiſpaniæ, quæ hodie* Vanença *dicitur, circa Aſtorgam.* VABATVM *in alio Antonini codice vetuſto hoc loco lego.*

VALLATVM *Antonini,* Pfal, *vel* Peilenbach *Lazio & Simlero eſt. Rhetiæ opidum.*

VALLEBANA, *loci nomen in Gallia, apud Auſonium, Epigrammate 68.* VALLISBANA *diuiſim legendum putat Vinetus.*

VALLENSES *ſunt in lib. Prouinciar. Heluetij populi, eo tractu que hodie* Wallisserlandt, *Inde* VALLENSIS *Ciuitas. vide* OCTODVRVS.

VALLESCHENÆ, *vide* VALENTIANÆ.

VALLI *populi, à Portis Caucaſiis, per montes Gordiæos: Plinio, Idem, ibidem quoque* SVARNOS *habet.*

VALLIS, *Antonino Africæ Propriæ locus.* VALLITENSIS *inde, in Coll. Carthag. vide* BALENSIS. VALLIS *Alba, in Phœnicia: lib. Notitiarum.* VALLIS *Cariniana, Antonino vrbs in Pannonia.* CARMIANA *legit Lazius 12. R. P. R. &* Baboliza Carethna *hodie vocari dicit.* VALLIS *Domitiana, in Mœſia Inferiori locus: Antonino. Circa Danubij oſtia.* VALLIS *Diocletiana, Vide* DIOCLETIANA. VALLIS *Regia, vide* SAVE.

VALLITENSIS, *vide* VALLIS.

VALLO, *vide* ALISIVM.

VALLVM, *vide* HADRIANI *Murus.*

VALON *οὐάλον, Mauritaniæ Tingitanæ fluuius; ad Atlanticum Oceanum. Ptolemæus.*

VALOSTA, *videtur tractus, aut loci nomen, apud Antoninum. in Africa Propria.*

VALTHA, *Arabiæ vrbs. Lib.* Notitiarum,

VALVA *οὐάλουα, Ptolemæo mōs, in Mauritania Cæſarienſi.*

VALVENSIS *epiſcopi, in Italia, meminit Synodus Conſtantinopolitana* VI. *ſub Conſtantino Magno habita. Suffraganeum Mediolanenſis archiepiſcopatus facit Sigonius de regno Italiæ. Alius epiſcopus* VALVENSIS, *vel* PENNENSIS, *eſt in concilior. opere à Pinna vrbe in huius confinibus. qui autem huic præſidet,* SVLMONENSIS *eſt epiſcopus. Valuenſis verò vocatur ab Agro* Valua, *in quo hæc Sulmo quoque ſita. Vide* FELIGNI, *&* PINNA.

VALVINVM, *vide* BARBINVM.

VAMA, *fluuius qui ſe in Gangem effundit. Plinius. Eſt & vrbis nomen, Celticorum in Hiſpania: οὐαμα, Ptolemæo.* Ουλμα, *legit apud eundem. Georg. Vbelus.*

VAMACVRES, *Africæ Propriæ populi: apud Plinium.* VAMACCVRENSIS *Plebis, meminit Coll. Carthag. & eadem per* B. DAMACCORENSIS.

VAMALLENSIS *Epiſcopatus, in Mauritania Sitiphenſi. Vict. Vticenſ. M. S.*

VAMICELA *οὐαμίκηλα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum. Ptolemæus.*

VANA, *vide* VASAMA.

VANACENI *οὐανακηνοὶ, Corſicæ gens, apud Ptolemæum.*

VANDABANDA *οὐανδαβάνδα, Ptolemæo Sogdianæ regio.*

VANDALI, VENEDI, FENNI, *&* SCLAVI, *teſte* [redacted] *in Tacitum, qui eorum omnium meminit: ſunt vnius gentis variæ appellationes.* VANDALORVM *meminit Eutropius.* BANDILI *βανδῖλοι, ſunt apud Zoſimum, & Suidam. &* BANDALI *Mamertino in Panegyrico.* VANDALOS *vocat Crantzius* Bohemos Polonos, Ruſſos, Dalmatas; *has enim omnes regiones* Wandaliam *comprehendere ait. Vernacula lingua* Wenden *&* Winden *nominantur. Hanc ſententiam reijcit P. Niuemontius, in ſuo Miſniæ commentario. De his lege Dauidem Chytræum in ſua Saxonica hiſtoria. Vide* SLAVI.

VANDALICI *οὐανδαλικοὶ, montes, in Germania. vnde Albis fluuius promanat. Dioni 55. Vide* SVDETI.

VANDALORVM *Caſtri cuiuſdam, in Sicilia, meminit Hiſtoria Miſcella 16.*

VANDALVS, *vide* VISTVLA.

VANDVARA *οὐανδουαρα, Damniorum opidum: Ptolemæo. In Albione inſula.*

VANGALIA *οὐαγγαλία, inſula ante Taprobanam. Ptolem.*

VANGIONES *οὐαγγίονες, Ptolemæo Galliæ Belgicæ populi, ad Rhenum:* Wormbser bisthumbs, *B. Rhenano & Lichtenauio. Sed contra affirmat Pirchaymerus,* VANGIONES *eſſe* Spirenſes; NEMETES *νέμητες verò* Wormacienſes. *Rationem addit Irenicus, nempe quòd Ptolemæus, qui in deſcriptione Rheni ſolitus ſit à Meridie in*



*in Septentrionem decurrere, primùm meminit Vangionum, deinde Nemetum. Sig. Gemblacenſis tamen, qui ante annos ſcripſit circiter quingentos, Wormatiam Vangionum vrbem vocat. Wormatiam vrbem olim vocatam* VANGIONVM SPECVLAM, *ex antiqua ibidem inſcriptione, colligit quoque Ioannes Heroldus.* Wainghen *interpretatur Lazius. ſed hos potius* VARGIONES *putauerim.*

VANIA *loci nomen, 60.* M. P. *à Tarento, Antonino. an locus mendoſus?* NANIA *ſiquidem legit Sigonius, ex codice M. S.* Barium *eius loco mallet ſubſtituere Simlerus.*

VANIVS *οὐάνιος, Libyæ Interioris vrbs: Ptolemæo.*

VANNIA *οὐαννία, Bechunorum opidum, in Italia. Ptolemæus.* Louino *quidam.*

VANNIANVM *Regnum, habet Plinius in Sarmatia Europæa vſpiam. vltra Danubium fuiſſe, inter Marum & Cuſum flumina, ex 2. Annal. Taciti diſco.*

VANNIDENSIS *Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſ.*

VANNIENSES, *vide* FLAMONIENSES.

VANTENA, *Aegypti vrbs, in epiſtola epiſcoporum huius regionis ad Leonem Aug. In Conciliorum opere.*

VAPANES, *vide* BLESINA.

VAPINGVM, *&* VAPINQVVM, *Galliæ Narbonenſis vrbs, apud Aimoinum & Antoninum.* Gap *Simlero eſt. Vide* APPENCENSIVM.

VAPLVARII, *populi circa oſtia Rheni: vt docet B. Rhenanus, ex antiqua tabula Peutingeri.* APSVARII *emendat M. Velſerus. &* ANSVARIOS *intelligit.*

VARA, *vide* VARAR.

VARADA *οὐάραδα, Ptolemæo Carpitanorum in Hiſpania vrbs.*

VARADANVS, *vide* ACHARDEVS.

VARADETVM, *Galliæ vrbs, in ſcheda* III. *Tabulæ Peutingerianæ, nondum edita.*

VARALII *οὐαράλιοι, in ora Dalmatiæ populi, quos poſteri* ARDIÆOS *ἀρδιαῖοι, vocauere. hos à mari in mediterranea abegerunt, coëgeruntq; agriculturæ vacare Strabo.* ARDIEOS *quoq; vocat* Appianus. *Videntur Ptolemæi* VARDEI *οὐάρδειοι, &* VARDÆI *Plinij, quos Italiæ quondam populatores vocat.* BARDEI *ſunt Gloſſario.*

VARAMVS, *Venetorum fluuius, Plinio. Duplici* RR. *quidam codices habent. A Leandro* Caloro *interpretatur.*

VARANIONENSIS *Epiſcopus, in Africa. Coll Carthag.*

VARAR *Aeſtuarium, Ptolemæo Albionis inſulæ. Hodie* Murrai firth *vocatur. Sed* VARA *οὐάρα, in Græcis exemplaribus legitur. Buchananus putat* Morauiam *regionem (quæ hoc æſtuario rigatur) olim ſic dictam.*

VARARITANVM *in Africa locum epiſcopalem, habet Victor Vticenſ.*

VARCAONENSIS. *vide* ALBA.

VARCIA, *Galliæ Belgicæ vrbs; Antonino. Circa Burgundiæ Comitatum forte.*

VARCIANI *οὐαρκιανοὶ, Pannoniæ populi. Ptolemæus & Plinius.*

VARCILIENSES, *vide* VIBIENSES.

VARCOSOS, *vrbs Archiepiſcopalis, in Aſia: Guil. Tyrio.*

VARDÆI, *&* VARDEI, *vide* VARALII.

VARDVLI *οὐάρδουλοι, Ptolemæo, Plinio & Pomponio Hiſpaniæ populi. ad mare Cantabricum.* Guipuſcoa *hodie, vt vult Garibaius.*

VARENSIS *Limitis, in Africa; meminit lib. Notitiarum.* VARENSE *Concilium, in Decretis Gratiani 2. Cauſa 13.*

VARENTANVM, *ſcribit Leander ab Antonino vocari Tuſciæ opidum, quod hodie* Valeſtano *nomen habet.*

VARETATÆ, *Indiæ populi: apud Plinium.*

VARETVM, *Plinio Cappadociæ fluuius.*

VARGIONES *οὐαργίωνες, Germaniæ populi, Ptolemæo. Scudo* Barr Landtgrafschaft *videtur, ad fontes Danubij regio.*

VARIA *οὐαρία, Beronum vrbs: Ptolemæo & Straboni. Ad traiectum Iberi fluminis. Vbi is nempe nauium capax eſſe incipit, vt ſcribit Plinius. Ptolemæi autem tabulæ hanc nimis à flumine elongant.* Logroño *putatur Morali;* Varea *Garibaio 3. cap. 4. Epitomes deſcriptionis Hiſpaniæ. quod veriſimilius eſt, cum & nomen magis referat, & media tantùm leuca à flumine diſtet. vide* BARIA, BARIVM, VERALA, *&* VERETVM.

VARIANA, *Mœſiæ Inferioris vrbs: Antonino: quæ* Brannicero *Lazio, vel vt alio in loco docet,* Varaſdinum. *Pannoniæ etiam alia, eidem Antonino: quæ* Waram *ad Drauum fluuium videtur. Vide* VARINA.

VARIANVS *Vicus, Antonino locus eſt inter Patauium & Bononiam.* Figarola *fortè hodie.*

VARICA *οὐάρικα, Iberiæ Aſiaticæ vrbs: Ptolemæo.*

VARINA, *Daciæ Ripenſis vrbs. lib. Notitiarum. eadem cum* VARIANA *Antonini.*

VARINI *Germaniæ populi, apud Tacitum. geminato* RR, *ſcribit Plinius.* Neuwe marckt, *pars Marchiæ Brandeburgicæ, fortè: vt Willichius ſcribit. Althamerus cenſet hos* Warmienſi *vrbi epiſcopali, in Pruſſia. nomen reliquiſſe.* VARINOS *Taciti in Rhætiam ducit Lazius, &* Weringen *interpretatur.*

VARIS, *Antonino Angliæ vrbs.* Bodttarp *eſt Camdeno.*

VARISTI *οὐαριστοὶ Ptolemæo, ſunt* NARISCI *Tacito; vt putant Peucerus & Willichius. Scio apud Capitolinum in M. Ant. Philoſopho Imp. variata lectione alterum codicem* VARISTÆ, *alterum* NARISCI *legere. Vide* NARISCI.

VARNA *οὐάρνα. Mediæ opidum: Ptolemæo.*

VARNALIS *epiſcopatus Syriæ, ſub ſede Hieropolitana Guiliel. Tyrius.*

VARNI *οὐαρνοι, Bactrianæ gens: apud Ptolemæum.*

VARNON *epiſcopatus, Guil. Tyrio, ſub ſede Ediſſena.*

VARNVS, VERETINVS, *&* VRITANVS, *agros Calabriæ, habet Lib. de Limitib. ab opidis, ſic nuncupatos.*

VARODOPA, *circa Macedoniam prouincia, Eutrop. 6. Per* E *in prima quoque. Duo priora elementa ablego, &* RODOPA *lego, regionem Thraciæ.*

VARPNA *οὐάρπνα, apud Ptolemæum Aria vrbs eſt.*

VARRAMVS, *vide* VARAMVS.

VARRINI, *vide* VARINI.

VARRONIANVM, *Pannoniæ vrbs eſt apud Lazium. ex Antonino & Scoto, vt ipſe ait. quam hodie* Baronitwar *appellari addit.*

VARSAPA, *vide* VÆSAPA.

VARTANENSIS *epiſcopus Honorius, in Africa. Coll. Carthag.*

VARVANI, *Italiæ Tranſpadani populi, ſunt apud Pliniū.*

VARVARIA, *vide* VARVBARINI.

VARVBARINI *Liburniæ populi: Plinio.* VARVARIA *οὐαρουαρία opidum, habet Ptolemæus, ibidem. Huius etiam meminit Codex 8. Titulo 38.* LIBVRN. VARVAR. *legitur in antiquo lapide, Rauennæ. teſtis Rubeus.*

VARVCA, *vide* VATVCA.

VARVS *οὐάρος, Ptolemæo & aliis, fluuius, & terminus inter Galliam & Italiam.* Varo, *Leandro & Poldo.*

VARVTHA *οὐαρύθα, Armeniæ Minoris vrbs: apud Ptolem.*

VASADENSIS, *in Iſauria epiſcopi, meminit concilium Antiochenum.* VASATA *Ptolemæi puto.*

VASÆDA *οὐάσαιδα, Iberiæ Aſiaticæ opidum. Ptolemæus.*

VASAGADA *οὐασαγάδα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum: Ptolemæo.*

VASALETVS *οὐασάλετον, mons in Africa Propria: apud Ptolemæum.*

VASAMA, *Hiſpaniæ opidum: Antonino. Inter Aſturicam & Numantiam.* VANA, *&* VESANA *etiam Simlero: vacillante lectione. An Vxama Plinij? Sic video ſentire Hier. Suritam. cuius hodie, vt inquit, veſtigia exſtant & parietinæ, ad Caſtellum* Caſtri *cognomento, quod Oſmæ imminet.*

VASANA *οὐασάνα, Ptolemæo opidum in Cæſarienſi Mauritania.*

VASARII *οὐασάρειοι, Galliæ Aquitaniæ populi apud Ptolemæum. Vinetus putat* VASSATES, *&* VASATÆ *Ammiani,*

Ammiani, Sidonij, & Auſonij eſſe. Scaliger ſcribit horum tractum hodie Landas vocari, id eſt deſerta.

VASATA, vide VASADENSIS.

VASATÆ, vide VASARI, & VASSATES.

VASATICA vrbs, Nouempopulanæ regionis. lib. Prouinciar. Baſas eſt Cænali. Fortè eadem cum Vaſatis.

VASBARIA ὀυαςβαρία, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum: Ptolemæo.

VASCO, in Gallia Narbonenſi ciuitas fœderata, Plinio. vide VASSIONENSE.

VASCONES ἐάσκωνες, Hiſpaniæ populi, apud Ptolemæū, Plinium & Tacitum. Nauarra, Taraphæ eſt. Poſtquam autem ex Hiſpania in Galliam ſe tranſtulere, Gaſcons dicti fuere. vt hactenus vocantur.

VASCONIÆ Saltus. Auſonius, Epiſtola 15. & VASCONVM Saltus, Plinio Hiſpaniæ tractus, à Pyrenæo ad Oceanum. Lepuſcoa, Pinetus vertit.

VASINABRONCÆ, vide BVBEGENTAS.

VASIO, & VASIORVM, vide VASSIONENSE.

VASSADIVM ἐασσαδιον, promontorium ad Ibericum mare. Ptolemæus. RYSSADIRVM legunt interpretes. In Mauritania Tingitana.

VASSATES, Narbonenſis Galliæ vrbs: Auſonio in Epicedio de vita ſua. Idem VASATAS legit in Epiſtol. 34. Lectori, & in Parentalibus, numero 24. Arenoſas cognominat Paulinus, ad Auſonium. Bazas hodie, Belleforeſtio. Bazadois fortè rectius. gentem, non vrbem denotans. Vide VASARII.

VASSEI, ſunt Galliæ Aquitanicæ populi: Plinio. Vide VASARII, eoſdem enim reor.

VASSIONENSIS Opidi meminit Sidonius lib. 5. Epiſtolarum, ad Apollinarem; & lib. 7. ad Fontellum. Fortè hæc VASIORVM ἐασιῶν, ciuitas Ptolemæi eſt, in Gallia Narbonenſi: quam Varrerius putat VASIO Vocontiorum apud Melam eſſe: & FORVM VOCONTIVM apud Ciceronem, in Epiſtola quæ incipit, Antonius. item VASIO Plinij; apud quem nonnulla exemplaria malè VASCO legunt. Vaiſon hodie dicitur Canali. Vide FORVM Voconij.

VASSITANVM, Africæ locus epiſcopalis. Vict. Vticenſ.

VASTA, vide BASTA.

VASTETANI, vide BASTITANI.

VATA ἐατα, Africæ vrbs: bello quod Cæſar cum Scipione geſſit, deleta. vt tradit Strabo. Vide BADA.

VATARBENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

VATASTICA, vide MONA.

VATERNVS, vide VATRENVS.

VATES, vide BARDI.

VATIA, vide BATIA.

VATICANVS Mons, vrbis Romæ, qui nūc Mons Aureus.

» VATINESSA. & parua vnda pura Vatineſſæ, ſic Martialis. Vrbem cum fluuio eiuſdem nominis eſſe, ſcribit in eundem Domitius Calderinus. Sed TOVENISSA legit recentior codex. TVETONISSA codex M.S.

VATRACHITES, vide OROATES.

VATRENVS, amnis apud Plinium; qui Forum Cornelij alluit. Leander eum Santerno vocat. VATERNVS eſt Martiali 3. in Pigros Nauigantes. quod monuit Meliſſus. Vide BADRINVS.

VATVCA Caſtellum in mediis ferè Eburonum finibus, Cæſari. Marliano Valckenburg/aut Gulick (quod Galli Iuliers vocant) videtur. Nonnulli hic VARRVCA habent. Rhenanus libenter RATVCA legit; & ex eo Hertzogenrode facit, opidulum ſitum inter Aquiſgranum & Iuliacum: cui minimè aſtipulatur H. Leodius. Ful. Vrſinus ex ſuo libro legit ATVATVCAM. Ego haud multum abſum quin credam hanc VATVCAM, (quam M.S. quidam codices ADVATVCAM iunctim, non Aduatucam diſtinctim vocant) cum ATVACVTO Ptolemæi, & AD VAGA Tungrorum Antonini, eandem eſſe cum ea, quam Ammianus TVNGROS, & nos hodie Tongeren vocamus. item huius populos ADVATICOS.



VATVRANVS, vide VVLTVRNVS.

VATVSICVM caſeum, habet Plinius; ex Centronicis. Hunc hodie de Paſſi vocant. vt habet Dalechampius. quaſi Paſſiacum legendum, pro Vatuſicum.

VAX VILLA REPENTINA, in Africa Propria: Anton.

VAZARITANENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carth.

VAZEVM, vide GAZETVM.

VAZVA ἐαζυα, Pomponio Africæ Propriæ vrbs.

VBADA, ſedis epiſcopalis, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſ.

VBANECTI, vide VLBANECTES, & RHATOMAGVS.

VBARA ὔβαρα, Iſauriæ caſtellum eſt apud Cedrenum. PAPYRIVM videtur apud Iornandem 1. & Calliſtū 16.

VBATA, vide ABVTICENSE.

VBII, Germaniæ populi, qui & AGRIPPINENSES Tacito, Hiſtor. 5. Vbich pagus, in agro Iuliacenſi, fortè horum nomen ſeruat. Althamerus ſcribit hos à Strabone VIBIOS, & à Plinio INCVBOS dici; ſed mala lectione: nam hinc Vbij, legitur apud Plinium, lib. 4. cap. 17. Strabo quoque Vbios habet; ſiue Græcè OYBIOI. Vide AGRIPPINA Colonia.

VBIMVM, Galliæ opidum. Scheda III. tabulæ Peutingerianæ, quam M. Velſero debeo, qui eam mihi communicauit, ante eius editionem.

VBISCI, vide VIBISCI, & SANTONES.

VBRIX ὔβριξ, apud Ptolemæum vrbs in Libya Interiori.

VCA ὔκα, Mediæ vrbs: Ptolemæo.

VCCARIA, vide VITTARI.

VCECENSEM epiſcopum, Ferreolum nomine, habet Gregor. Turonenſis.

VCENA ὔκενα, Galatiæ opidum. Ptolemæus.

VCENNI, vide VOCONTII.

VCESIA, vide NOEGA.

VCESIENSE, vide VTICENSIS.

VCETIA ὐκέτια, vrbs Galliæ Ciſalpinæ. ſita in paludibus. Strabo 5. Corruptam vocem puto, pro Liquentia fortè, vel Liquetia, vt Virgilius vocat. Scio Caſaubonum Vicetia legere. at hæc quia nimis longè à paludibus, à Strabone hic huius mentionem fieri non exiſtimo.

VCETICA, vrbs Galliæ; apud Greg. Turon. 8. pro Vtica fortaſſe.

VCHALDVS, vrbis nomen, vbi iuſtum genus hominum habitat. In Oraculis Sibyllinis.

VCHALICCES ὀυχαλικκεις, Libyæ Interioris populi. Ptol.

VCHRI, vide SCLAVI.

VCIA, vide VRGIA.

VCIACENSE, vide VTICENSIS.

VCIBI ὔκιβοι, Africæ Propriæ opidum: Ptolemæo.

VCIENSE, vide VEIENSES.

VCIMAIVS, locus Epiſcopalis in Africa. Coll. Carthag.

VCIMATH ὐκιμάθ, Ptolemæo Libyæ Inferioris vrbs. THVCIMATH legit eius interpres.

VCITANA, vide VZITA.

VCRATIS, vrbs primaria Sarmatiæ Albæ, verſus Oceanum Septentrionalem. Laonicus.

VCRENSIANI epiſcopi in Africa, mentio eſt in canonibus concilij Carthaginenſis. quem Quoduult deū vocant.

VCRI, vide SVCCI.

VCVBIS, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, apud A. Hirtium. Lucubi hodie nominari, tradit in ſuo Itinerario And. Nauagierus. Vide ATTVBI.

VCVCA, D. Hieronymo; Ἰκωκ 70. interpretib. Palæſtinæ locus. Ioſue 19.

VCVLENSIS Plebis Africanæ, meminit Coll. Carthag.

VCVLTINIACVM, Bæticæ Hiſpaniæ ciuitas, quæ nunc CVRIGA dicitur, inquit Plinius. Hanc ACVRGIA à Ptolemæo vocari ſcribit Pintianus. CVRGIA κούργια tamen triſyllabicos tantum apud Ptolemæum lego. MVGVLTINIACVM legit apud Plinium, exemplar M.S.

VD, vide IVD.

VDACEPSIS, vide TAVRVS.

VDENI, vide VADENI.





VDENOE, vide ISTVS.

VDIBA, vide IDVBEDA.

VDINI populi, circa fauces Caſpij maris. Plinius. An Vidini Ammiani?

VDIOA, vide VIDVA.

VDISSVS, vide ODYSSVS.

VDITTA ὄυδιττα, vrbs in Africa Propria: Ptolemæo.

VDON ὔδων, Ptolemæo Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius.

VDVBA, vide IDVBEDA.

VDVRA ὔδουρα, Iaccetanorū opidum: Ptolem. In Hiſpania.

VEAMINI, Alpina gens; Plinio. ab D. Auguſto deuicta.

VEASCIVM ὐεάσκιον, Italiæ opidum à Gallis, relicta Roma, deuaſtatum. Diodorus 14. In Etruria videtur. Fori VOASSI meminit Æthicus.

VECA, Aſturum Portus, ſic Plinius. Sed locus corruptus, cenſore Pintiano, libro 4. cap. 20. Vide VISEI, & VOECA.

VECILIVS Mons, Liuio 3. in Latio, circa Algidū videtur.

VECTA, vide VECTIS.

VECTERI, vide VELIATES.

VECTIS, inſula Britannici maris, Plinio: VICTESIS ὐίκτησις, legitur apud Ptolemæum. VECTA habet Eutropius & Panegyricus Maximiano dictus. Wicht Anglicè, Gwijth Britannicè dici, ſcribit Humfredus Lhuydus. Hæc ICTA ἴκτη, Diodori Siculi mihi videtur, ſed fabuloſum, quod is de maris refluxu addit.

VECTONES, Plinio, Liuio, & Cæſari Hiſpaniæ populi; Extremaduræ tractus hodie eorum locum obtinere credit Amb. Moralis. VETTONIA hæc videtur Prudentij. Vide VETTONES.

VECTVARII, vide VITÆ.

VECTVRIONES, vide PICTI.

VEDIANTII Plinio, VESDIANTII ὐεσδιάντιοι, Ptolemæo. Inalpini populi, circa Alpes Maritimas.

VEDRA ὐέδρα, Albionis inſulæ fluuius, Ptolemæo. Hodie Twede putatur, qui Angliam à Scotia ſeparat. Were autem interpretatur à Camdeno.

VEFABVLA, vide VEROFABVLA.

VEGERRA, vide NVAGERRA.

VEGESATVM, Galliæ Belgicæ opidum. meminit eius auctor qui vitam Henrici IIII. Imp. ſcripſit; vt tradit Diuæus. H. Leodius Weſet (quod Galli Viſe vocant) interpretatur. In ripa Orientali Moſæ fluminis eſt, medio itinere inter Leodium & Traiectum. VINSACVM corruptè nominat Blondus 4. Decadis 2. item VINSATVM Gemblacenſis: & corruptius GVEGESAR legitur apud Othonem Friſingenſem, 7. cap. 12. item WEGESAR apud Lichtenauium.

VEGESELA, Numidiæ locus. Antonino. VIGESILA. Auguſtino. In Arelatenſi concilio vocatur BEGESELITANA Ciuitas, βεγεσελιτανα, per T legitur in Canonibus concilij Carthaginenſis. Duas vrbes huius nominis habet Antoninus, in Africa Propria.

VEGETI, Pomponio ſunt Aſiæ populi. Inter Scythas fortè. HENETI legit Brodæus ex Plinio, & Strabone 12. Idem Pintiano haud diſplicere video.

VEGIA, vide VEGIVM.

VEGIATES, vide REGIATES.

VEGISTVM ὐέγιστον, Galatiæ in Toliſtobogis opidum. Ptolemæus. VETESTVM legit interpres.

VEGIVM, vrbs in ora Liburniæ: Plinio. VEGIA ὐεγία, Ptolemæo. Vide VEIENTANVM.

VEIENS, vide LARTHENIANVM.

VEIENSE opidum, in Hiſpania, circa Caſtulonem, habet Antoninus. VCIENSE legit Simlerus.

VEIENTANVM, qui & VIGLENSEM, ſuffraganeum diœceſis Aquilegienſis, nominat Sigonius de Regno Italiæ. A Vegium, vt puto. Vide AD GALLINAS.

VEIENTES, Italiæ populi ſocij Fidenatibus. Liuius 1. & Eutropius 1. cui XVIII. M. P. ab Vrbe ſunt. VEIVS coloniæ. in lib. Coloniar. VEII, & VEIENTANI ſunt Plinio. Vide LARTHENIANVM.

VEIENTVM, opidum eſſe Campaniæ; ait Acron, in Horatium 2. Sermonum.



VEITVRII, Liguriæ populi, horum mentio fit in tabula ænea antiquiſſima. Auguſtinus Iuſtinianus putat eos habitaſſe eum locum quem hodie Voltaggio appellant. territorij eſt Genuatium.

VEIVS, vide VEIENTES.

VEL, opidū Africæ Interioris, à Corn. Balbo expugnatū. Plin.

VELABORI (ὐελίβοροι, in Græco codice,) Ptolemæo: in Hibernia inſula gens. M.S. volumen legebat VTELLABRI ὐτελλαβροι, VELABRI ſunt apud Æthicum.

VELATABI, vide WINIDÆ.

VELATVDORVM, Sequanorum opidum: Antonino. XXII. M. P. à Viſontione.

VELAVNI, vide VELLAVNII.

VELCERA ὐελκερα, Ptolemæo Illyridis opidum: Theuetus hoc Bacharin vocat, & addit quoque Neuchaſteau (Caſtello nouo fortè) appellari.

VELDIDENA Germaniæ vrbs Antonino: qui & VELDIDANA legit. Simlero eſt Wilten, opidulum prope Oenipontem.

VELEATES, vide VELIATES.

VELEGIA ὐελεγία, vrbs in Libya Interiori. Ptolemæus.

VELEIA, Tarraconenſis Hiſpaniæ vrbs. lib. Notitiarum. βελεια fortè Ptolemæi.

VELESITANVS Epiſcopus, Numidiæ. Vict. Vticenſ.

VELIA ὐελία, Cariſtorum vrbs in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo auctore. BELEIA Antonini videtur. Veleja apud Moralem nuncupatur. VELIA opidum, quod olim HELIA, ad Sinum Pæſtanum; Plinio. BYLE, ELEA, (ab Elea præterfluente fluuio) & BELEA βύλη καὶ βελέα, Stephano quoque dicitur. Strabo ELEAM ἐλέα, ſuo tempore, antea HYELAM ὑελη, & ELLAM ἔλλη, appellatam ſcribit. Υελητων, meminit nummus Argenteus meus. S. Bonifacio eſt Gab. Barrio. Vlaſtra, Mario Nigro nominatur; ſed Policaſtro Pyrrho Lygorio; item Scalea Pandulfo, ſed malè, vt docet Gab. Barrius. VELIA, quoque tractus paluſtris circa Cutiliam eſt, apud Halicarnaſſeum 1. Eſt & Romæ locus, eidem: lib. 5. Mons eſt Feſto. Vide ROMA, & HYLE.

VELIARVM Lucos, Annibalem euaſiſſe, ſcribit Symmachus epiſtola 12. lib. 2. Circa Veliam fortè in Lucanis.

VELIATES, cognomine VECTERI, Italiæ populi, in octaua regione. Plinius lib. 3. cap. 15. VELIATES nominat idē Plinius in Liguria. Iidē ſunt. eſt enim Liguria in Octaua regione. VELEATES hi ſunt apud Valer. Flaccū.

VELIBORI, vide VELABORI.

VELICER fluuius, de quo ſic Sidonius, in Panegyrico ad ſocerum ſuum: Bructerus vlnoſa quē Velicer abluit vnda. Goropius arbitratur eum deſignare, qui in Weſtfalia paulo ſupra vicum Velen dictum, è ſiluis ſumit exordium, non longè ab Veſto caſtello in Iſalam deferendus. Si hoc verum eſt, hodie Aa vocabitur.

VELIENSES, Hiſpaniæ populi: apud Plinium. In Latio quoque apud eundem. Vide VELITIÆ.

VELINVS Lacus, eius meminit Tacitus, Silius 4. & Cicero ad Atticum, lib. 4. epiſt. 15. in Vmbria eſt. Sabini eum accolunt, Plinio teſte. Lago de Terni dicitur, vt ſcribit Georg. Fabricius: vel Lago de Pie de Luco, vt Leander Albertus. VELINI Fontes habent Virgilius & L. Florus, iuxta agrum Roſellanum, vltra Interamnem eum deſcribit Seruius. In Velinum lacum, Anienem infundi, ſcribit Vib. Sequeſter. in Narem, tradit Tacitus. Hunc Velinum lacum REATINAM Paludem vocare Varronem, annotauit Pomp. Sabinus ad 7. Æneid. Diuerſa tamen videntur apud Plinium 2. cap. 103. VELINVM Montem, ex ſeptem Romæ vnum, habet Vibius. VELINVM Portum Virg. 6. Æneid. Vide VELIA.

VELISCVM, Antonino vrbs, in Mauritania Cæſarienſi.

VELITERNA, Suetonio in Othone: & VELITERNI populi Italiæ, apud Plinium, & Liuium. VELITRANI ſunt Halicarnaſſeo 5.

VELITIÆ meminit Feſtus, in verbo Nouæ curiæ. Alia lectio VELIENSIS. Pro quo VELLICENSIS malè apud Plinium legi, annotauit ad hunc Feſti locum Ioſephus

Scaliger. Vellem locum indicaſſet. ego enim has voces apud Plinium non reperio. In Italia videntur.

VELITRÆ, Latij populi, & vrbs; Liuio & Suetonio. BELITRA Βέλιτρα, Stephano. οὐελίτραι Dioni 45. & hodie Belitre, vt habet Leander. Coloniam ibi ductam ſcribit Halicarnaſſeus.

VELITRANI, vide VELITERNI.

VELLADIS, Luſitaniæ opidum eſt, in Latinis codicibus Ptolemæi. BELLADIS per B in nonnullis. Caret eo Græcus codex.

VELLÆI, vide VELLAVNII.

VELLANIS οὐελλανίς, Ptolemæo Myſiæ Superioris vrbs, quæ apud Lazium Larzij vocatur.

VELLATES, Galliæ Aquitanicæ populi: apud Plinium 4. cap. 19.

VELLAVNII, Galliæ Aquitanicæ populi: ſed ſimplici L. ſcribit Ptolemæus οὐελαύνιοι, Plinius etiam VELAVNI. VELLÆI οὐελλάϊοι, Strabonis ſunt. quod Xylander obſeruauit. Hodie eorum tractus Vallania dicitur, & Velaij eorum opidum; vt docet Ioannes Poldus. S. Flori vocat Cœnalis. Velaye vocari eorum regionem, video in Orontij Galliæ tabula. Belleforeſtius ſub his Velaunis cōprehendit Velay & Viuaretz.

VELLAVNODVNVM Cæſaris, & AVTRICVM Αὔτρικον Ptolemæi, eadem vrbs putatur à Paradino, cum ANTISSIODORO Antonini. (quo loco nonnulla exemplaria ALTISSIODORVM legunt) AVTOSIDVRVM habet Ammianus lib. 16. Hodie Auxerre dici exiſtimo, cum Rob. Cœnali. Vrbs eſt in Burgundionibus; vino, quod indę nomen habet, nobilis. (Hanc Auxerre, vult Simlerus AXVENA, vel AVXVENNA apud Antoninum nominari, ſed falsò.) De Vellaunoduno vide Annotationes Vigeneriі, in Cæſarem, vbi docet potius conſtitui debere vbi hodie Chaſteaulandon eſt. Autricum & Antiſſiodorum idem eſſe, ſcribit Hericus Benedictinus lib. 1. vitæ S. Germani. Sed Antricum fortè legendum ex Paradino. qui montem huic vrbi imminentem hactenus Antrici nomine cognitum deſcribit. & eccleſiæ Antricæ epiſcopum Annacharium celebrat.

VELLEIACIVM, circa Placentiam in collibus opidum eſt: Plinio. In Italia.

VELLEVA, vrbis in Gallia nomen; G. Turonenſi 10. Circa Anicium.

VELLICA οὐέλλικα, Ptolemæo Cantabrorum mediterranea vrbs. Victoria hodie eſt, Henrico Coquo, & Villanouano. Meminit eius etiam Florus 4. cap. vltimo. Hanc Victoriam quondam Gaſteitz appellatam, docet Garibaius, ſed Vellicam eſſe negat. Vinetus ſubdubitat an ſit BELGIDA Flori.

VELOCASSES, Cæſari ſunt Belgarum populi, quos Marlianus ſcribit hodie Caſſel (opidum id eſt Flandriæ, in cacumine montis ſitum) occupare. Diuæus Vergaſſins ex eis facit, ad Sequanam; quorum opidum primarium Giſortium dicitur. Idem facit Cœnalis, & doctiſſ. Turnebus, qui eos hodie Vilcaſſinenſes appellari ait. Sic quoque Pet. Pithoëus, in ſuis Aduerſariis. Is enim eos in vltimis Aremoricæ Galliæ finibus ponit, adeò vt Oceanum pęnè digito tangant. vocatq; eos BELLOCASSES & VELIOCASSES apud Cæſarem. Idem BAIOCASSES apud Auſonium legit, quo loco olim malè (vt ipſe inquit) Tuba Gocaſſi, legebatur. vbi VEROCASSES, per R legit Vigenereus, atq; eos in Hannonia, (ex coniectura) collocat. Videntur quoque à Ptolemæo VENELIOCASII οὐενελιοκάσιοι appellari. Veulqueſſins hodie vulgò vocari puto. Sed conſule Turnebum Aduerſ. 9. cap. 8. & Vinetum, in Carmen 4. de Profeſſor. Auſonij.

VELOVOCORVM Ciuitatis meminit Codex Theodoſianus in Titulo de Veteranis. Bellauacorum fortè.

VELPI οὐελποί, montes in Pentapoli, Africæ regione. Ptolemæus.

VELTÆ οὐέλται, Ptolemæo gens in Sarmatia Europæa.

VELVCA οὐέλουκα, Areuacarum in Hiſpania vrbs: apud Ptolemæum. Videtur VOLVCE Antonini. & adſirmat



Hieronymus Surita. & hodie Canatannaciorem opidum eſſe.

VEMANIA, Antonino locus inter Vrbem & Nuceriam. MENAVIA quidam legere mauult. Num Menauiæ potius? Vide VIANA.

VEMPSVM οὔεμψον, Ptolemæo Latij opidum. Valmontone quidam interpretatur.

VENAFRVM Antonino, item Plinio: Ptolemæo οὐέναφρον, Hirpinorum vrbs eſt, in Samnitibus. In Campania eſt Acroni. Frontino Colonia Romana eſt. Venafri nominatur à Leandro. Minturnis, Fregellis & Liri fluuio vicinum, littori impoſitum opidum.

VENALES, vide CASTVLO.

VENAMI, Galliæ Aquitannicæ gens: Plinio.

VENANTODVNVM, id eſt, Venatorum mons. vt ſcribit Lelandus, qui hoc Angliæ opidum ſic vocat, quod incolæ Huntendune appellant.

VENARIA, Tyrrheni maris inſula: Pomponio, & Plinio. Circa Corſicam.

VENASII οὐηνάσιοι, gens Cappadocica videtur, apud Strabonem 12.

VENATIA, vide VERNATIA.

VENAXAMODVRVM, Rhætiæ opidum. liber Notitiarum.

VENDELIA οὐενδέλεια, Autrigonum in Hiſpania opidum: Ptolemæo. Videtur Antonini VINDELEIA.

VENDENIS οὐενδηνίς, Ptolemæo Myſiæ Superioris opidum. Raueniczen nominat Lazius.

VENDONENSE, vide VINDONIS.

VENDVM, Strabonis, putat Lazius 6. Migrationum, Windiſchgratz vocari. sed vide ALA FLAVIANA.

VENDVPALIS, riuus Liguriæ, circa Genuam. auctor tabula ænea vetuſta, ibidem.

VENEBENTOS, vide BENEVENTVM.

VENECA οὐενέκα, Mediæ vrbs: apud Ptolemæum.

VENEDI, Germaniæ populi, Plinio & Tacito. οὐενέδαι Ptolemæo, Winlandt, ad Venedicum ſinum, ſeu Balticum, Herberſteinio eſt. vide VANDALI.

VENEDICI οὐενεδικοί, montes in Sarmatia Europæa. Ptolemæus.

VENEDICVS, vide CLYLIPENVS.

VENELI οὐένελοι, Galliæ Lugdunenſis populi apud Ptolemæum. Geminato LL. habet Plinius. Apud Cæſarem VNELLOS vocari, putant Becanus & Villanouanus. Blaſio Vigenereo ſunt qui hodie Percherons vulgo dicuntur. mallet autem, vt addit, eos conſtituere, vbi hodie Laual. οὐενέσιοι, legit in Dione, Rob. Stephanus.

VENELIOCASSII, vide VELOCASSES.

VENENI, Liguriæ populi: apud Plinium.

VENERIA, Africæ vrbs, Pontius in vita D. Cypriani. vide SICCA, & NEBRISSA.

VENERIS Æneadis Ara, vide PARTHENICVM. VENERIS Æneadis templū, in Leucade Acarnaniæ, habet Halicarnaſſ. 1. Idem apud Actium eiuſdem ibidem. VENERIS Arſinoes Fanum, eſt in Zephyro promontorio inter Canopum & Alexandriam: Straboni VENERIS Aureæ Campus, prope Memphim Aegypti. Diodorus ad calcen libri 1. & Euſebius 10. Præpar. & Iuſtinus ad Gentes, vbi idem VENERIS Aureæ Lucum in Aegypto habet. VENERIS Fanum, vide APHRODISIVM, & APHRODITES. VENERIS Inſula, vide LÆA, & NAXOS. VENERIS Lacus, Hierapoli Syriæ: Plinio. VENERIS ἀφροδίτης mons, circa Tagum fluuium. Appianus in Ibericis. VENERIS Portus, vide ATHENÆVM, & APHRODISIVM. VENERIS vrbs, vide APHRODISIAS, & APHRODITOPOLIS. VENERIS Promontorij, memoria exſtat in Circæo monte ſculpta litteris antiquis. Teſtis mihi in ſuis è Roma litteris Angelus Breuentinus.

VENETHAL, epiſcopalis ciuitas, ſub Sergiopoli. Guil. Tyrius.

VENETI apud Cæſarem ſunt Galliæ populi. Marliano Vannes



Vannes, in Britannia Minore. Ipſam vrbem idem Cæſar VENETIAM appellat. Venetos quoque CYANTES nuncupatos ſcribunt Blondus & Cœnalis. VENETIAM Italiæ regionem, vocat Velleius 2. Plinius 2. & 36. Florus 3. Eutropius 8. Liuius 29. & 41. Βενετία, Stephano. Vtriuſq; Venetiæ meminit Zoſimus 5. Huius laudes lege apud Caſſiod. 12. Variar. Venetia vrbs hic hodie. Vide EVGANEI, ANTI, & CAPPADOCIA.

VENETICÆ Inſulæ, ſic vocantur Venetorum; in Gallico mari. Plinius. Vide NESIADES.

VENETVLANI, ſunt apud Plinium, Italiæ populi.

VENETVS Lacus, Pomponio, quem Rhenus efficit. Cellerſee, Munſtero: Vnderſee Scudo. Recentia hæc, ſynonyma ſunt.

VENICIVM οὐενίκιον, Corſicæ inſulæ opidum: Ptolemæo.

VENICNIVM οὐενίκνιον, Hiberniæ promontorium, apud Ptolemæum. Ligra, à Nigro appellatur. Rames head / Camdeno. Venicnij populi ſunt ibidem quoque Ptolemæo.

VENICONTES, vide TAIZALI.

VENIDATES, Italiæ Tranſpadanæ populi: Plinio. NEDINATES habebat M. S. codex

VENII, vide VENNONETES.

VENITTA villa, ad Iſaram fluuium, in territorio Bellouacenſi. Eius mentio fit in S. Anſeberti vita. Ibidem quoq; FRAXVNDVM villa.

VENNENSES Plinio lib. 3. cap. 3. in Hiſpania ſunt populi. Duegna vertit Pinetus. CARIETVM, & VENIÆSVM meminit vetus lapis Brixiæ. ex quo putat Aldus in Quæſitis per epiſtolam, debere reſtitui hoc loco Plinium.

VENNONÆ, Angliæ opidum: Antonino. Benfordbridge Camdeno. qui & BENNONES legit.

VENNONES οὐέννωνες, Straboni; VENONES Plinio, VINNONES οὐίννωνες, Ptolemæo, & VENVSTA Vallis Luitprando; In Heluetia eſt, & Vinſtgoew, atque Engadin dici, ſcribit Scudus. Witnicz Lazius.

VENNONETES, Rhætorum in Alpibus populi, à D. Auguſto deuicti, apud Plinium. Hi fortaſſe, inquit Scudus, poſtea VENTONINI, hodie autem Veltolini, appellati ſunt. Veltlin Germanis, Voltolina Italis. Villanouanus putat hos eoſdem eſſe cum Vinnonibus Ptolemæi. οὐέννιοι, apud Dionem ſunt. VOLTVRENA Ioſiæ Simlero eſt.

VENONES, vide VENNONES.

VENSANENSIS Loci, in Africa; meminit Coll. Carthag.

VENSIENSIVM Ciuitatis, in Alpibus Maritimis; meminit Lib. Prouinciar. vbi additur, id eſt VENTIO. Ptolemæi. VINTIVM putat Simlerus, quæ nunc Venza. Vance Cœnali eſt. Vide VINCIVM.

VENTA οὐέντα, Tres ſunt in Britannia inſula huius nominis opida. Vna Belgarum, Ptolemæo: quā Beda & Antoninus agnouere. Hanc Guil. Camdenus, & ante hūc dictus Beda, Wintcheſtre interpretantur. Caerwynt, eandem olim Britannicè vocatam lego: aut vt Camdenus habet Caergwent. Tanceſter eadem quoque Saxonicè. VENTA alia, in Simenis, Ptolemæo: quam Ventam Icinorum apud Antoninum appellari, credit Camdenus. Hanc nouo nomine Norwich vocat Priſæus. ſed Caſter locum hinc tribus M. P. diſtantem, ex eo facit Camdenus. VENTA tertia, Silurum eſt, auctore Antonino, inter Iſcam & Abonem. Hæc hodie Caerwent eſt, Lhuydo & Camdeno auctoribus. Sūt alij, (vt hoc obiter moneam,) qui ex Venta Belgarum Briſtow vrbem faciunt, quàm vulgus Latinum BRISTOLIVM nominat. Io. Caius quoque in ſuo de Libris proprijs libellulo, ſcribit hæc, „Nordvicum cuius „Tacitus ille ſub Noruici nomine, hic ſub Ventæ appellatione „facit mentionem. Ego autem Nordouici mentionem apud veteres non exſtare puto. ORDOVICVM ciuitatem habet in Iulij Agricolæ vita, Tacitus, & idem ORDOVICES populos (quos etiam Ptolemæus agnoſcit.) ſed longè diſtantes, ab eo loco vbi Norwich hodie conſpicitur.

VENTIA οὐεντία, Galliæ Narbonenſis vrbs, Dioni 37. vide VENSIENSIVM, & VINTIVM.

VENTISPONTE opidum in Hiſpania, habet A. Hirtius.

VENTRÆ οὐέντραι, locus in Italia, vbi Diodorus 14. tradit coloniam miſiſſe Romanos, cum tribuni eſſent M. Claudius, M. Quintius, L. Iulius, M. Furius, & L. Valerius. VELITRÆ vertit Amiotus. quam vocem quoque probat Sylburgius, apud Halicarnaſſ. 7. vbi οὐέλιτραι ter legitur.



VENVS PYRENÆA, vide APHRODISIVM.

VENVSIA οὐενουσία, Straboni, Plutarcho, Liuio, Ptolemæo, & Plinio. colonia eſt apud Paterculum. Apulorum Peucetiorum vrbs. Venoſa Leandro vocatur. VENVSIVM Horatio. quod opidum, vt annotauit in eundem Acron, inter Apuliam & Lucaniam ſitum eſt, Antonino inter Hidruntum & Equum Tuticum eſt. Sed malè VENVSTO legit. VENVSIANOS Populos habet Appianus 1. Ciuil.

VEPICVS quondam nomen memorabile ab alto Saturno „ ſtatuit genitor. Silius 8. In Piceno videtur. „

VEPILLIVM οὐεπίλλιον, Africæ Propriæ opidum. Ptolemæus.

VER, vide TIL.

VERA οὐέρα, Mediæ vrbs, in expeditione Parthica ab Antonio expugnata. Strabo. Colonia quoque Tuſca eſt, apud Fab. Pictorem, (ſi verus eſt titulus) à quo Veronenſes deducit. Fluuius Galliæ quoque ſic dicitur, vt habet S. Eliphij martyris vita.

VERADA, vide VERALA.

VERAGLASCA, fluuius Liguriæ, circa Genuam. Tabulæ antiqua teſtis, ibidem.

VERAGRANVS, vide BEREGRANI.

VERAGRI, Alpium incolæ apud Cæſarem. Walliſſerlandt, Paradino vocantur. Pais du Gauot, Scudo, Chablaſij ducatus eſt Pingonio. Vide SEDVNI.

VERALA, Hiſpaniæ Citerioris vrbs, Antonino. Inter Calagorram & Segaſamunclum. Huius loci, has varias lectiones prodit Simlerus, VERELA, VEZELA, VARAZA, & VERADA. Moralis putat VARIA legendum. ſic quoque Surita: qui addit hactenus Varea nuncupari, iuxta vrbem Logronium.

VERANOCA. Phœniciæ vrbs. lib. Notit.

VERANVS Ager, territorij vrbis Romæ, via Tiburtina. Platina in Xyſto II. Vbi baſilica S. Laurentij, Adoni.

VERBALIS, Africæ locus, apud D. Auguſtinum, Epiſtola 240.

VERBANVS Lacus, Italiæ Tranſpadanæ, Plinio auctore. Lago Maiore hodie, vt teſtatur Leander, & alij. Langſe vocant Germani. Sunt qui hunc Lacum à Virgilio MAXIMVM vocatum putant; eo verſu: „An ne lacus tantos? te Lari, Maxime, &c. „ inter quos eſt Varrerius, & quidam alius vir eruditus editis libris clarus, cuius nomen iam nō occurrit. dicuntq; hoc loco apud Virgilium Maximè nō eſſe Larij lacus epitheton, ſed propriū lacus nomen.

VERBICÆ, vide VERVES.

VERBIGENVS, Cæſari Heluetiorum pagus. VRBIENVS ſuſpicatur ſcribendum Rhenanus, & Orba hodie vocari. opidum in Ciſiurana Burgundia ſitum. Cuius, vt idem inquit, Antoninus meminit, in ſuo Itinerario, nomine VRBA. In eo conſentit etiam Scudus: ſed is VERBIGENVM vult nunc Ergow dici: Richenſe ſupra Hapſpurgum, eſt Lazio. Rhellicanus ſcribit in nonnullis codicibus VRBIGENVS legi.

VERBINVM, Veromanduorum opidum eſſe, ſcribit ex Itinerario Antonini Diuæus. hodieq; Veruin appellari ait. VERONVM eſſe in Peutingeriana tabula, annotauit ad eandem doctiſſ. vir M. Velſerus.

VERCELLÆ οὐερκέλλαι, Ptolemæo Libycorum ciuitas, ſub Inſubribus. Βερκέλλαι, eſt apud Scholaſticum 3. cap. 7. Diuus Hieronymus ſcribit eam raro habitatore ſuo tēpore ſemidirutam. Vercelli hodie. Paradinus ſcribit in ſua Sabaudia prius MAROPOLAM vacatam. quæ fide mihi non conſtat.

VEREA, archiepiſcopalis locus, in Aſia. Guil. Tyrius.

VEREBAGAN, ad Clauſuram. locus Bulgariæ eſt. lib. 22. Hiſtoriæ Miſcellæ.

VEREGABORI, populi quondam circa Sarmatiam Europæam. Hiſtoria Miſcella 19.

VEREGRANI, *vide* BEREGRANI.

VEREI, *Pannoniæ opidum. Antoninus.*

VERELA, *vide* VERALA.

VERENSIS *Epiſcopus, in Africa Proconſulari Vict. Vticẽſ.*

VERESIS ὀυερέσις, *Latij fluuius, in regione Praneſtana. Strabo. Scire cuperem an ſit* Verde *hodie, cuius Facius Hubertus in deſcriptione Italiæ meminit.*

VERETINVS, *vide* VARNVS.

VERETVM ὄύερετον, *Ptolemæo Salentinorum vrbs mediterranea.* VERETINOS *vocat Plinius. Hanc* BARIS, βάρις, *&* BARITOS, βάριτος, *antea dictam, ſcribit Strabo lib. 6. Xylander ad eundem Strabonẽ putat eandem eſſe cum* VARIA *cognomine* APVLÆ; *de quo Plinius lib. 3. cap. 11. ſed vide Comment. Caſauboni ad hunc locum: & item Caſtigationes Hermolai, in hoc Plinij caput. Hoc Veretum Italico ſermone* Vetrana *nominat Cioſanus in 15. Metamorph. Alius quidam pro eo* Vſano *vertit.* S. Maria de Vereto *locum hodie nominari, ſcribit ad me Roma Celſus Cittadinus. Vide* BARIVM.

VERGÆ, *Brutiorum opidũ Liuio;* VERGIANVM *hodie, & vulgo* Rogiano, *vt tradit Gabriel Barrius.*

VERGAMVM, *vide* BERGAMVM.

VERGELLVS, *fluuius per quem corporib. Romanis ponte facto, Annibal exercitum traduxit. Val. Max. 9. cap. 2.* GELVS *legit exemplar Colinei.* GALLVS *habent tria membranea exemplaria, apud me. Vide* GELLVS.

VERGEMINVM, *Galliæ Ciſpadanæ, ad ripas Ticini opidulum, vt Gaud. Merula teſtatur. quod idem ab Herm. Barbaro* VIGLEBANVM *appellari addit. hoc haud longè à Mediolano abeſſe, ſcribit Sigonius.*

VERGENTVM, *Hiſpaniæ opidũ, quod* IVLII GENITOR *dicitur. Plinius lib. 3. cap. 1.*

VERGILIA ὀυεργιλία, *Baſtitanorum vrbs, in Hiſpania, Ptolemæo.*

VERGINIVM ὀυεργίνιος, *Mare, vt Ptolemæus, vel* HIBERNICVM, *vt alij; Mare eſt quod Hiberniam & Angliam interluit.* Mor Weridh *Britannicè vocari, ait H. Lhuydus.* Canalem S. Georgij *vocant Angli & Galli.*

VERGION, *vide* BASILIA.

VERGISTANI, *vide* VERGIVM.

VERGIVM *caſtrum, in Hiſpania, apud Liuium 34. Inde idem* VERGISTANOS *populos facit. Vide* BERGIDVM, & BERGISTANI.

VERGOANVM *urbs, cuius memoria eſt in Lerina inſula. vna Stoechadum. Plinius.*

VERGONES, *vide* VETTONES.

VERGVNNI, *Alpini populi, à D. Auguſto deuicti, vt refert Plinius.*

VERISÆ *vrbs, in Armenia (Minori puto) memoria eſt in Synodo Conſtantinopolitana* VI. *ſub Conſtantino Magno habita. Apud Antoninum videtur in Cappadocia. ſed quæ Armeniæ Minoris pars vocatur apud Ptolemæum.*

VERLVCIO, *Antonino opidum in Anglia,* Werminſter *Camdenus vocat.*

VERMERIÆ *concilium habitum, ſcribit Gratianus Decret. 2. Cauſa 24. Pippinum regem huic interfuiſſe legitur. Cauſa 29.*

VERNACIA, *Hiſpaniæ vrbs, Antonino.* XXV. M. *paſſ. à Complutica.* VENATIA, & VENEATIA *etiam, apud Simlerum legitur.*

VERNEMETES, *circa Burdegalam locus, Fortunato.* Verines *fortè nunc, ait Vinetus.*

VERNEMETVM, *vide* VEROMETVM.

VERNIA, *vide* HIBERNIA.

VERNICONES, *vide* TAIZALI.

VERNODVBRVM, *Galliæ Narbonenſis flumen, Plinio. at locus malè ſanus, de quo vide* OROBIS.

VERNOSOLA, *Galliæ Aquitanicæ vrbs, apud Antoninum.* XV. M. *paſſ. à Toloſa.*

VERO, *Celtiberiæ fluuius, à quo populi circa eum habitantes Verones dicti. Sic Perottus, in eo Martialis verſu: Vada Veronem montibus.* BERONES *fortè Ptolemæi. Sed vide* VADAVERO.



VEROCASSES, *vide* VELOCASSES.

VERODOPA, *vide* VARODOPA.

VERODVNVM, *quod per* I, *quoque in prima ſyllaba ſcribitur apud Antoninũ. Galliæ Belgicæ vrbs* Verdun *dicta.*

VEROFABVLA, *Phœnicıæ vrbs. lib. Notit.* VEFABVLA *erat in membrana.*

VEROLANIVM, *Britanniæ inſulæ opidum, Antonino. Anglicè* Wethelingceſtre *vocari, ſcribit Lelandus: &* Guerlhan *Britanicè dici, tradit Lhuydus.* VERVLAMIVM *Municipium, per* V. & M, *apud Tacitum legitur. hoc* Wethelingceſtre *Anglis olim dictum, ſed nunc* S. Alboin *appellari, auctor mihi eſt Daniel Rogerſius cognatus meus: qui id ſedulo cõtemplatus eſt, ibidemq́ adhuc foſſas ſemiplenas, & murorum antiquorum partem, multaq́ vetuſtatis monumenta ſe vidiſſe, mihi teſtatus eſt. Hunc locum cùm ego poſtea perluſtraſſem, ab ipſis incolis intellexi opidulum S. Albani, & agrum illi vicinum vbi hæ murorum maximæ craſſitudinis ruinæ exſtabant, vulgò adhuc* Verulam, *ſiue* Werlam *vocari,* VROLANIVM ὄυρολάνιον, *habet Ptolemæus in Catyeuchlanis. Guil. Camdenus putat hoc Caſsiuellani opidum eſſe, apud Cæſarem 5. Ciuil.*

VEROMANDVI, *vt Cæſar & Plinius habent; vel* ROMANDII ῥωμανδιοι, *vt Ptolemæus legit,* VIROMANDVI *legit Epitoma Liuij 104. item lapis antiquus in pago Hannoniæ dicto Auſaupres, prope Bauacum. cuius inſcriptionem habeo à Clariſſimo viro D. Iacobo Carondiletio cancellario Leodienſi. Galliæ Belgicæ populi ſunt; qui hodie* Vermandois *vocantur. Sunt qui Rhomandios Ptolemæi* Normandie *interpretantur.*

VEROMETVM, *Angliæ vrbs: Antonino. Alio in loco* VERNEMETVM *legit.* Burrow hil *eſt Camdeno.*

VERONA ὀυήρωνα, *Ptolemæo Cenomanorum vrbs: Liuio Libuorum. Euganeorum vocat Plinius: hodie ſub Venetis eſt; & nomen retinet, incolis. Germani verò* Dietrichs Bern *appellant. In antiqua Inſcriptione, quam Goltzius in ſuo Theſauro habet, vocatur* COLONIA AVGVSTA VERONA NOVA GALLIENIANA.

VERONA, *Rhætorum vrbs eſt Plinio; quam hodie* Bern *dici autumo. Idem eodem loco etiam* BERNENSES *populos habet. Vide* BONNA.

VERONES, *in inſcriptis lapidibus pro* VERONENSES. *vide* BERONES.

VERONVM, *vide* VERBINVM.

VEROVICVM, *appellat Lelandus illud Angliæ opidum quod incolæ* Warwike *nominant.*

VERREGINIS *Villa, in Burdegalenſi territorio, Fortunato teſte, lib. 1. Inter opimæ ferax qua voluitur vnda Garumnæ, Verreginis in ripis vernat amœnus ager.* Borechs *hodie Vineto videtur: &* VOREGINVM *legit.*

VERREGINVM ὀυερρηγῖνον, *Italiæ opidum. cuius meminit Diodorus 14.* VERRVGINEM *Volſcorum vrbem vocat Liuius 4. & Val. Max. 3. cap. 2. vbi quidam* FERRVGO *per* F. *legunt. Hoc autem hic prætereundum non duco; nempe hoc loco apud Diodorum malè legi* Aetoli, *pro Æquicoli. Lacum quoque* FERRVGINEM *Val. Maximum habere, annotauit Hermolaus ad Plinium.*

VERRONENSIS *Epiſcopus, in Africa. teſtis Collatio Carthagini habita, ſub Honorio Imp.*

VERRVGO, *vide* VERREGINVM.

VERSAONENSIVM *Ciuitatem Hiſpaniæ, habet A. Hirtius. Vide* VRSO.

VERSETO, *Aruernorum regionis locus: in Gallia. Surius in D. Præiecto Epiſcopo & martyre.*

VERSICINIA, *vrbs circa Thraciam videtur; ex lib. 23. & 24. Hiſtoriæ Miſcellæ.* VERSINICIA *quoq́ legitur.*

VERTACOMACORI, *Vocontiorum pagus, non Ligurum, (vt Cato exiſtimat.) Sic Plinius.* VERAMACORI *legit alius codex.*

VERTÆ, *nomen Aſiaticæ gentis (niſi locus corruptus) videtur apud Ammianum 19.*

VERTERIS, *Antonino, & lib. Notitiar. Angliæ vrbs.* Burg vpon ſtenemore *Camdeno.*





VERTINÆ ὀυερτῖναι, *Lucaniæ mediterranea vrbs. Strabo: corruptam vocem, &* VRSENTINORVM *opidum Plinij putat Caſaubonus.*

VERTOBRIGE, *Bæticæ vrbs, Plinio. Ego cum Morali puto* Nertobriga *reſtituendum.*

VERVCAM, *Cuius Caſsiodorus meminit; Sabellicus, Blondus, Candidus, Niger, & Leander, in Foro Iulio ponunt, & hodie* Monte Falcone *appellari tradunt. Sed cùm hanc Verucam eleganter depingat Caſsiodorus lib. 3. Variarum, eamq́ ad Atheſim fluuium ſtatuat, videre nequeo, quomodo in huius locum Mons Falconis, qui in Tergeſtino ſinu eſt, (quorum, tanquam Myſorum & Phrygum termini, vt dicitur, diſcreti ſunt) veniat. Aut toto, vt aiunt, cælo hi auctores mihi errare videntur: aut Natiſo, (qui parum à Monte Falcone diſtat) pro Atheſi legiſſe ſuſpicor. Meus codex ſic habet: Hunc Atheſis inter fluuios honorus amœni gurgitis puritate præterfluit, cauſam præſtans muniminis & decoris: caſtrum pene in mundo ſingulare, tenens clauſtra prouinciæ, &c. Quod fortaſſe D. Niger animaduertens, & pœnitentia ductus, quòd primò hanc in Foro Iulio collocaſſet: poſtea* Cluſæ, *quæ in Alpium faucibus infra Tridentum eſt, (atque in ripa Atheſis aliquando conſpeximus) attribuit: quod vero ſimilius eſt. an verũ ignoro.*

VERVCINI *Galliæ Narbonenſis populi, Plinio.*

VERVES ὀυερουεῖς, *Mauritaniæ Tingitanæ populi, Ptolemæo.* VERBICÆ ὀυέρβικαι, *ibidem. Vide* BERBICCÆ.

VERVLÆ *Coloniæ, meminit Frontinus, vt teſtatur Onuphrius. Et ego quoque, ſed ex codice Frontini Nanſij, non excuſo. Idem cum* VERVLANVM *puto.*

VERVLAMIVM, *vide* VEROLANIVM.

VERVLANVM, *Liuio Latij opidum, in Hernicis: haud procul Roma.* VERVLANI *Plinio.* Verulo *nunc, Leandro teſte.*

VERVRIVM ὀυερούριον, *Luſitaniæ opidum, Ptolemæo.*

VERVSI, *vide* NERVSII.

VERRVVIVM, *vide* BERVBIVM.

VESANA, *vide* VASAMA.

VESAPPE ὀυεσάππη, *Mediæ vrbs, Ptol.* VESASPE, *interpreti.*

VESATIS, *Vide* VISVRIGIS.

VESBIVS, *vide* VESEVVS.

VESBOLA ὀυεσβόλα, *Aborigenum vrbs triginta ſtadijs à Trebula, propinqua Ceraunijs montibus. In Italia. Halicarnaſſ. lib. 1.* SVESSVLA *fortè, vt ſuſpicatur Sylburgius.*

VESCELIA, *Hiſpaniæ caſtellum. Liuius 37.*

VESCELLANI, *Italiæ populi, circa Hirpinos. Plinius.*

VESCETHER ὀυεσκεθήρ, *Ptolemæo opidum in Mauritania Cæſarienſi.* VESCERITENSIS *in Africa, meminit Coll. Carthaginienſis.*

VESCIA *vrbs, eis receptaculum fuit. Liuius 9. & 10. Latinorum videtur. In confinibus Campanorum & Hirpinorum, inter Abellam & Veſuuium, putat fuiſſe Amb. Leo, lib. 2. cap. 3. de Nola vrbe. Verba Scipionis Mazzellæ ad Elyſij de Thermis libellulum, ſunt hæc, Vltra Falernum agrum* VESCINVS *Ager erat, à Veſcia Campanorum opido dictus: quod nomen in Annibalicis Liuij deprauatum eſt frequentiſſimè. Veſtini enim Sabinis ad Ortum proximi erant: at Veſcini Capuanis & Sidicinis.*

VESCIANVM, *de quo Cicero ad Atticum 15. hæc, A Cumis in Veſciano diuertiſſem. Villæ nomen puto, in Veſciæ vrbis agro.* VESTIANVM *habebat alius codex. Circa Nolam fuiſſe, putat Amb. Leo, lib. 2. cap. 5.*

VESCIS ὄεσκις, *Turdelorum ciuitas mediterranea, in Bætica; teſte Ptolemæo.* VESCI, & FAVENTIA *à Plinio vocatur.* Velis, *Dom. Niger nominat.*

VESCITANIA. *Oſcenſis regionis Veſcitaniæ. ſic Plinius. In Hiſpania Tarraconenſi eſt.*

VESCIVESCA, *vide* VESEI.

VESDIANTII, *vide* VEDIANTII.

VESEI, VECA, *portus Catabrorum. Plinius 4. cap. 20. Pro quo* VESCIVESCA *coniunctim legit Pintianus, ex antiquis codicibus.*

VESENTINI *populi, in Tuſcia ſunt, apud Plinium. Per* A. *in prima, legit alius codex.*



VESENVM, *legit quidam codex Plinij, loco* COSENI *lib. 5. cap. 1. Mauritaniæ fluuius.*

VESERIS, *Italiæ fluuius, circa Veſuuium montem. Liuio & Nepoti. vbi Decius Mus ſe bello Latino deuouit.*

VESEVVS, *Virgilio 2. Georgicor. Campaniæ mons, (Liguriæ falſo tribuitur à Seruio in eundem locum.) Hic* MÆVLVS *dicitur Vib. Sequeſtri; (vbi Simlerus* MÆVIVS *legit)* Monte di Somma *hodie nominatur.* VESBIVS *à Silio Italico dicitur. item* BESBIVS βέσβιος, *à Plutarcho, Galeno, & Georgio Cedreno.* VESVIVS *quoq́ legit Carrio apud Val. Flaccum; & ita quoque legendum apud Statium, & Martialem ſuadet. Sed* VESVVIVS *à Vitruuio, Caſsiodoro, & ab optimis quibuſq́ auctoribus appellatur.* VESVSIVS ὀυεσούσιος, *legitur apud Diodorum lib. 4. qui eum quoque* PHLEGRÆVM *appellat, ab ignium exæſtuatione.* LESBIVS *pro* BESBIVS *legit ex Galeno Amb. Leo, malè errore typographorum, ni fallor.* BEBIVS *vocatur à Diacono 6. Longobard. Lege ſcitu digna de hoc mõte apud Caſsiod. 4. Variar. numero 50.*

VESIOCONATES, *Vmbriæ populi, Plinio.*

VESOLITANI *Epiſcopi, Numidiæ, memoria eſt apud Victorem Vticenſem.*

VESONNA, *vide* VESVNA.

VESONTIO, *vrbs Sequanorum maxima, Iulio teſte.* VISONTIVM ὀυισόντιον, *vocat Ptolemæus.* BICENTIONA βικεντίωνα, *Iulianus Apoſtata, in Epiſtolis.* BISONTIOS *Marcellinus.* CHRYSOPOLIM *quoque appellatam, ſcribit Paradinus. In vita S. Petri Archiepiſcopi Tarentaſij ſic vocari puto.* CHRISPOLINORVM *ego lego in Libello qui ſub Prouinciarum titulo circumfertur.* Beſanſon *hodie eius nomen eſt.*

VESPASIÆ, *locus in monte ſummo, ad ſextum milliarium à Nurſia, Spoletum euntibus. Suetonius in Veſpaſiano.*

VESPERIES, *Vardulorum opidum: in Hiſpania. Plinius*

VESPERVM, *Mare, vide* OCEANVS.

VESSA ὄυεσσα, *Polyæno circa principium lib. 5. maxima & florentiſſima Siciliæ ciuitas eſt. cuius princeps Teutus erat. Hanc dolo in ſuam poteſtatem redegit Phalaris. An mendosè, pro Ineſſa?*

VESSALIENSES, *Mauritaniæ populos habet Ammianus Accurſij. vbi alius codex* IESSALENSES *legit.*

VESSANVM *Forum, vbi Obſequens ſcribit androgynum natum, & in mare deportatum.* SVESSANVM *legendum puto: ex Liuij 27.*

VESSONES, *vide* SVESSIONES.

VESTIANVM, *vide* VESCIANVM.

VESTINI ὀυεστῖνοι, *Ptolemæo, Plinio, & Straboni, Italiæ populi ad mare Superum, circa Matrinum fluuium. Alij ſunt in Campania, ad Inferum mare, vni Liuio. at* VESCINI *hic malim legere: habet enim idem horũ opidum Veſcia, vnde Veſcini gentile veriſimile. quamuis Cicero hoc tractu Veſciani meminerit. vide* BESTINI, & VESCIA.

VESTINVS *Mons, eſt circa Minturnas; Hygeno de Limitibus conſtituendis.* VESTINVS *Saltus eſt Liuio 10. Campaniæ eſt fluuius; qui aquis ſuis Sarnũ impellit. Vibius. Opidum facit ex eo Gloſſarius vetus ad Iuuenalem. ipſe viderit. Vide* VESCIA.

VESTIPOLIM *Coloniam in Corſica inſula, citat ex Ptolemæo: neſcio quo vſus exemplari, Onuphrius.*

VESVBIVM, *vide* VSSVBIVM.

VESVLVS *Mons, inter Alpes, Plinio, & Solino: è cuius gremio Padum profluere tradit. Hunc eundum* VESEVVM *à Virgilio nominari, ſcribit Seruius, eo verſu: Talem diues arat Capua, & Vicina Veſeuo, Ora iugo.* Veſo *nunc dici, ait Leander. Errat Ptolemæus, vt annotauit Varrerius, qui huius fluminis caput ad Larium lacum deſcribit.*

VESVLVS *etiam Apuliæ mons, apud Vibium. Piniferum cognominat Virg. 10. Aeneid.*

VESVNA ὀυέσουνα, *Ptolemæo, & Antonino, Petrocoriorum vrbs, in Aquitania.* Perigort *Villanouano eſt.* Periguex *Belleforeſtio.* VESONNA *fortè Tabulæ Peutingerianæ.*

VESVNI, *Mauritaniæ populi, Plinio.*

VESVS, *Barbaræ gentis nomen, apud Sidonium, in Panegyrico Maiorani. Pro Veſigotho, vt docet Rhenanus, quaſi Viſigothus, id eſt, Gothus Occidentalis.*

VESVVIANÆ *Aquæ, apud Tacitum, vt Ferd. Loſredus putat, eſt fluuiolus Neapolim irrigans: qui* Magdalenæ *vulgo nomen habet. Vide* SVESSANÆ.

VESVVIVS, *vide* VESEVVS.

VETANA, *vide* OROPITVM.

VETAONIA, BETAONIA, & PETAONIA. *monaſterij nomē, in concilio Lucenſi anno 569. habito.* Vandoma *hodie vocatur. In Portugallia.*

VETERA οὔετερα, *Galliæ Belgicæ vrbs, apud Ptolemæum.* VETERA *etiam, &* VETERA *Caſtra ſunt Tacito, ſexageſimo ab Ara Vbiorum lapide. Legionem* XXI. *cognominat Antoninus.* Santen, *Pighio, & Pyramio;* Berck *Simlero: circa Rhenum opida. Aliis Aquiſgranum eſt. de quo vide* NVAGERRA.

VETERACASTRA, *vocat Auentinus locum ad Danubium, à Ratiſbona Orientem verſus quinto decimo lapide diſtantem, quem nunc* Pfeter *appellant. An ex veteri lapide? vide* VETERA.

VETERENSEM *(à loco, vt puto) vocat Columella Græcinum quendam; qui de vineis ſcripſit. Huius meminit Plinius quoque, lib. 14. 15. & 16.*

VETERES, *vide* BETTERES, & ARETINI.

VETERES *Campi, ſic dicti in Lucanis: Liuio 25. In quibus Gracchus perijt.*

VETERNENSIS, *vide* MASSA.

VETERRA, *vide* NVAGERRA.

VETESTVM, *vide* VEGISTVM.

VETPHANIA, & ARABIA *ciuitates; nominantur in vita S. Bonifacij Archiepiſcopi. Neſcio quibus in terris.*

VETRARIA *Portus, ad fluuios Taunacum & Ittam. In Aquitania. S. Remacli vita.*

VETRIOLVM, *vide* TVROCELO.

VETTII. *Macedoniæ Tertiæ, populi, ſunt apud Liuium 45. Circa Pellam, Berrhoeam, & Edeſſam.*

VETTIONENSES, *Vmbriæ populi, Plinio.* VETTONENSES *ex antiqua inſcriptione legit Goltzius, in ſuo Theſauro. quæ exſtat Peruſiæ.*

VETTONES οὐεττῶνες, *Ptolemæo Luſitaniæ populi. hodie autem in Caſtella vetere ſunt. Latina exemplaria ferè omnia* VERGONES *legunt, malè. Vettones enim ſcribendum Appianus, Strabo, Plinius, ceteriq; docent.* VETTONIÆ *meminit Prudentius. ſextamque prouinciam Hiſpaniæ facit Reſendius, in epiſtola ad Vaſeum.*

VETVLONIVM οὐετουλώνιον, *Tuſcorum opidum, Ptolemæo:* VETVLONIA *Silio:* VETVLONIENSES & VETVLONIOS *habet Plinius.* Vetulia, & Selua Vetletta *à Leandro nominatur. Sunt qui* Vruitello *hodie dici autumant, vt ait Hermolaus.* Orbitello *alij ſcribunt, pro eodem.*

VETVRI, *vide* VOTVRI.

VETVRICA, *vide* BITVRIX.

VETVS CARIA, *vide* SABVRA.

VETVSSALINA, *Valeriæ Ripenſis vrbs, in lib.* Notitiarum. *vide* SALINVM.

VEVIANVS, *vide* LIGVRES.

VEVRNIA, *Syriæ vrbs, inter Cyrrhum & Ediſſam. Simlerus ex Antonino manuſcripto.* VETVRNIA *legebat codex Reuerendiſſ. Torrentij.*

VEXALA οὐέξαλα, *Ptolemæo Albionis inſulæ æſtus.* Juelmouth *vocat Camdenus.* οὐζέλλα *legebat M. S. exemplar.*

VEXII οὐέξιοι, *Italiæ populi. Diodorus 14. Veientes interpretatus eſt Amiotus.*

VEZELA, *vide* VERALA.

VFENS, *in Latio fluuius, iuxta Tarracinam & Priuernum: Silio, Virgilio, Vibio, & Feſto. apud Strabonem* Αυφιδος *eſt, non ſine errore, quod annotauit ante me Xylander.* Baldino *vocatur in Tabula Ligorij:* Baudino *aliquibus eſt, vt inquit Leander. ipſe autem dicit eum* Aufente *nominari hodie. Alius eſt* VFENS, *Senonum terminus, Liuio. ſed* VTENS *hic legit Sigonius. ſic quoq; Cæſar Orlandus. Ille*



*eum eundem cum Rubicone putat, aut haud procul inde: hic autem eum* Chiente *interpretatur. Vſentis etiam meminit Claudianus in Panegyri in Probum.* OVFENTINA *Tribus eſt in veteri marmore.*

VFFVGVM, *Brutiorum ciuitas, apud Liuium:* Montalto *videtur Gab. Barrio, & Scip. Mazzellæ.*

VGERNVM, *Arelatenſe caſtrum, Greg. Turonenſi 8.*

VGGADEM *videtur Antoninus appellare* Vggel, *Galliæ comitatum. vt refert Meyerus in Flandriæ Annal. Vide* YGGADE.

VGIA οὔγια, *Turdetanorum in Hiſpania vrbs. Ptolemæo, & Antonino.*

VGNICIS *Equis [ſic à loco dictis] tribuit Iſidorus ætatem longæuam. Quibus in terris?*

VGRI, *vide* VNNI.

VIÆ *Italiæ, ad Vrbem ducentes:* XXXI. *apud P. Victorem. Auctorem de Viris illuſtribus, & lib. Notitiar. nominantur,* AIMILIA, APPIA, ARDEATINA, ASINARIA, AVRELIA, CAMPANA, CASSIA, CIMINIA, CLAVDIA *vel Clodia,* COLLATINA, CORNELIA, FLAMINIA, GALLIA, GALLICANA, IANICVLENSIS, LABICANA, LATINA, LAVRENTINA, NOMENTANA *quæ Figulenſis vel Ficulnenſis,* NVMICIA, OSTIENSIS, PATINARIA, PORTVENSIS, PRÆNESTINA, QVINTIA, SALARIA, SETINA, TIBERINA, TIBVRTINA, TRAIANA, TRIVMPHALIS, VALERIA. *Vide Onuphrij Romam.* VIÆ VITVLARIÆ *meminit Cicero. &* VITELLIÆ *Suetonius, quæ à Ianiculo ad mare ducebat.* LAVICANÆ *Spartianus, in Iuliano Imp.* AMERINÆ, & ANNIÆ *mentio, in veteri inſcriptione, quæ apud Faliſcos exſtat, ciuitate Caſtellana. Ibidem* VIÆ AVGVSTÆ. *Liuius 25. & 35. habet* GABINIAM. *Vide* DOMITIA, IVRIA, LVESA, NYMPHÆ, & HIGNATIA.

VIÆ *Veteris, in Thracia loci, meminit Euſebij Chronicon. in qua locus Cænophrurium.* STRATÆ *veteris pro eadem mentio in Hiſtoria Miſcella.*

VIA οὐία, *Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Hoc loco* GALLVM GALLINACEVM *Antonini incidere, putat Simlerus.* οὐία *etiam Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, in Callaicis, Ptolemæo, & Pomponio.*

VIA BELOIVM, *Antonini, Lazius R. P. R. 12. Sectione 6.* Cluſas *vocat, quas Itali* Canal de Fella *nominant. In Foro Iulio. vide* BELVNVM.

VIACIENSES, *Hiſpaniæ populi, apud Plinium: quos Pinetus* Baeſſa *interpretatur. Vide* VIBIENSES.

VIADVS, *fluuius, mihi* Oder *eſt. Vide* GVTTALVS.

VIALOSCENSIS, *vide* VIOLASCENSIS.

VIAMATA, *montis nomē videtur Thraciæ regionis. lib. Notit.*

VIANA οὐίανα, *Ptolemæo Rhætiæ vrbs eſt: Plinio Norici. Hanc Simlerus* VEMANIAM *ſiue* VENIANIAM *(variant enim exemplaria) Antonini putat, &* Wangen *interpretatur.* VINIANIA *legit Notitiar. lib.* VIANAM *Lazius coniectura quodam* Weiſſenhorn *interpretatur, &* Voidſperg. *Vide* ALA FLAVIANA.

VIBALI, *Plinio Hiſpaniæ populi.* Tomila *à Pineto interpretatur, in Gallico Plinio. Vide* BIBALI.

VIBANTANARIVM οὐιβαντανάριον, *vrbs Sarmatiæ Europææ. Strabo.*

VIBARNATES, *vide* VIBINATES.

VIBARNVM, *vide* VIBRANVM.

VIBELLI, *ſunt Liguriæ populi. apud Plinium.*

VIBERI *Plinij, eoſdem apud eundem* IVBEROS *vocari, putat Simlerus; in ſuo Valleſiæ libello. etſi Gelenius, vt idem inquit, pro Iuberis, Viberos, (vbi de Auguſti tropæo mentio fit,) ſubſtituerit. Tria mea Plinij exemplaria legunt Iuberi. Vide* LEPONTII.

VIBIANENSIS, *vide* VINIANENSIS.

VIBIENSES. *Hiſpaniæ Citerioris populi, Plinio. Idem ibidem habet* VIACIENSES, & VIRGILIENSES, *quorum duorum loco* VARCILIENSES *legendum affirmat ex antiqua inſcriptione Amb. Moralis. additque locum*



*locum hodie* Varcile *dici, ad Tagum: ſeſquimilliario ſupra Toletum.* Valtierra *alio in loco interpretatur. Ex Varcilienſibus facit Coquus* Arganda.

VIBII PACIACI *Agri, circa mare erant, vbi Craſſum Iuniorem delituiſſe, ſcribit Plutarchus. In Hiſpania.*

VIBINATES, *Plinio Apuliæ populi.* VIBARNATES *legunt quædam exemplaria. quod video placere Hermolao, ab opido Vibarna.*

VIBIONES, *vide* IBIONES.

VIBISCI οὐίβισκοι, *Ptolemæo Aquitaniæ populi. Hos Plinius,* VBISCOS, & *Strabo* IOSCOS ἰοσκοὶ, *vocat. hoc Xylander ante me annotauit.* VIVISCA *gens eſt Auſonio, in Idyllio Moſellæ. Per* V *in ſecunda rectè ſcribi, ex antiquo lapide, docet Scaliger, in ſuis Auſonianis lectionibus. Vide* BITVRIGES, & SANTONES.

VIBO VALENTIA, Biuona *vocari hodie; ſcribit ad me Roma Celſus Cittadinus. Vide* HIPPO, & METAPONTVS.

VIBONENSIS *Sinus, vide* HIPPONIATES.

VIBONIENSES, *vide* FORVM *Vibij.*

VIBRANVM οὐίβρανον, *Apulorum Dauniorum vrbs. Ptolemæus.* VIBARNVM *interpretes legunt.*

VICANI, *vide* MONTVNIATES.

VICANI AQVENSES, *vide* AQVENSIVM, & SALMANTICA.

VICARIA. *Palladius meminit cuiuſdam Macarij ex Vicaria.*

VICELLENSES, *Italiæ populi. Plinius.*

VICENSIMVM, *in Antonini Itinerario eſt vrbs inter Heracleam & Thurium.* Trebiſati *hodie eſt, in Calabria, Barrio teſte: qui* VICENVMVM *legit.*

VICENSIS *Plebis Africanæ, mentio, in Coll. Carthag.*

VICENTA οὐίκεντα, *Ptolemæo Venetorum vrbs mediterranea, quæ adhuc hodie* Vicenza *nominatur.* BITETIA, *alias* BISETIA *Æliano,* Βιτητία, Βισητία, *variat etenim lectio.* VICETIA *apud Plinium eſt.* VEICETIA *quoque in lapidibus haberi, oſtendit in ſua Orthographia Manutius. Huius deſcriptionem lege apud Zachariam Lilium.*

VICILINVS, *vide* IOVIS *Vicilini.*

VICINOVIA, *fluuij nomen in Gallia. Greg. Turonenſis. Hiſtoriar. 5.*

VICISSIBRATENVM *Epiſcopum habet Victor Vticenſis 1. In Africa fortè, Per* E *in ſecunda, in alio codice.*

VICOMVRCVS, *Syriæ locus. Vide* HVMISA.

VICONIA, *vel* VINOVIA, *vtrumque enim inconſtanter apud Antoninum legitur, pro Britanniæ inſulæ vrbe. Ptolemæo* VINNOVIVM οὐιννόβιον, *eſſe putat Talbotus, vrbem Brigantum. Vide* BIMONIVM.

VICTESIS, *vide* VECTIS.

VICTOPHALI, *gentes ſunt circa Daciam aut Moeſiam, trans Danubium: ab Imp. Traiano deuicti, Eutropio.* VICTOBALI *Ammiano 17. &* VICTOVALI *Capitolino, in vita M. Aurelij Imp.*

VICTORIA οὐικτωρία, *Damniorum vrbs: Albionis inſulæ, Ptolemæo.* Guidi *vrbs eſt apud Bedam, teſte Camdeno, qui addit hodie* Caer Guich *vocari. Item Cæſarienſis Mauritaniæ, eidem.* Agobel *hæc hodie vocatur, vt Marmolius tradit.* VICTORIÆ *Mons, in Hiſpania Citeriore, vt Liuius auctor eſt, lib. 24.* Monçia *fortè hodie, vt Florianus putat, non procul ab Iberi fluminis oſtio.*

VICTORIÆ IVLIOBRIGENSIVM *Portus, meminit in Cantabris, Plinius.*

VICTORIACVM, *Galliæ villa. Greg. Turonenſi, Hiſtoriar. 3. & Aimoino 2.*

VICTORIANA *Villa, Africæ: ab Hippone Regio minus triginta millibus abeſt, D. Auguſtinus 22. cap. 8. Ciuitatis Dei. Byzacenæ regionis, vocatur: in ſynodo Conſtantinopolitana* VI. VICTORIANENSIS *Epiſcopi mentio apud Vict. Vticenſ. & in Coll. Carthag.*

VICTORIS *nomen, habet locus quidam circa Thraciam ad*



*mare. Hunc deſcribit Georgius Alexandrinus in vita D. Chryſoſtomi.*

VICTRICENSIS *Colonia, vide* CAMVLODVNVM, & DEVNANA.

VICTRIX, *vide* OSCA, ILLICE, & TARRACO.

VICVNVIÆ *Emporium, Romanorum, circa Placentiam. Liuius 21.*

VICVS οὐίκος, *Rhætiæ vrbs, Ptolemæo. Etiam Tuſciæ, ſi creditur Edicto Deſiderij regis. Vide* SPACORVM. VICVS AQVARIVS, *circa Ocelodurum, Antonino. Vide* VISONTIVM. VICVS AVGVSTI, *Zeugitanæ Africæ regionis locus, Antonino. Vide* AVGVSTVM. VICVS CÆSARIS, *ibidem D. Auguſtino.* VICVS CALFVRNIANVS, *vide* VICI *Veſteriani.* VICVS CVMINARIVS, *inter Emeritam & Cæſaream Auguſtam, eſt in Antonini Itinerario,* S. Cruz de la çarça *locus hodie dicitur, vt putat Aurelius Frias, apud Moralem.* Vico Zarza *illi hodie nomen eſſe, dicit Io. Mariana.* VICVS ITALICVS, Zagrabia, *Sclauoniæ caput olim dictus eſt; Bonfinio auctore.* VICVS IVDÆORVM, *in Ægypto, apud Antoninum. Idem eſſe cum* CASTRA *Iudæorum, putat Simlerus.* VICVS IVLIVS, *circa Moguntiam Germaniæ, Antonino. Eſt & Galliæ locus in Concil. Lugdunenſ. II.* VICVS NOVVS, *Antonino. inter Eretum & Reate, Vmbriæ opida.* VICVS PACENSIS *Numidiæ epiſcopalis. ſic Victor Vticenſ.* VICVS SCELERATVS, *Romæ; antea fuit* CYPRIVS *dictus; Liuio & Halicarnaſſeo teſtibus.* VICVSTVSCVS, *vide* LIBYSCVS. VICVS VALERIVS. *alij* VARRONIS *appellant, vt ait Sabellicus.* Vicouaro *in Æquicolis, Latij opidum.* Villæ *Varronis meminit Cicero, in Philippicis, ni fallor.* VICI VESTERIANI, & CALFVRNIANI *regio, eſt in Goltzij Theſauro, ex veteri inſcriptione.*

VIDENSIS *Limitis, in Mauritania Cæſarienſi, meminit lib. Notitiar.*

VIDICINORVM *opidum, deletum à Romanis, in Piceno, ſcribit Valerianus, apud Plinium.* VRTICINI *legunt duo mea exemplaria excuſa:* VITICINORVM *Pintianus.* Ortezzano *nominat Franc. Pamphilus.*

VIDINI, *Sarmatiæ Europææ populi, apud Ammianū 31. Vide* VDINI, & BVDINI.

VIDIOARII, *ad oſtia Viſtulæ fluminis gens. Agathias.*

VIDOGARA, *vide* VIDOTARA.

VIDOTARA οὐιδοταρα, *ſinus Albionis inſulæ, apud Ptolemæum.* VIDOGARA *in Latinis codicibus.* οὐινδογαρα, *habebat M. S. liber.* Rianus *lacus hodie, teſte Buchanano.*

VIDRVS οὔιδρος, *Ptolemæo Germaniæ fluuius eſt; circa Rheni oſtia.* Swarte water *H. Iunio, & Rithaymero dicitur. Aliis* Flegge *putatur. Becano ille fluuius eſt, qui Groeningam interſecat, &* Groeninger diep *vocatur, cui libenter aſſentitur H. Verrutius. Mihi* Vecht *videtur.*

VIDVA οὐίδουα, *Hiberniæ amnis, apud Ptolemæum.* VADIA *habet M. Niger, & dicit hodie* Mut *vocari. Sed* Crodagh *eſt Camdeno.* οὐδιοα, *habebat M. S. codex.*

VIDVGASSES, *Galliæ Lugdunenſis populos, habet Plinius,* Beauciam *hodie vocari horum tractum lego in Herbario qui Dalechampij nomine circumfertur.*

VIDVLA, *apud Floardum fluuij nomen.* Veſle *vertit eius interpres. In Gallia, ni fallor eſt.*

VIEDRVS, *vide* VIERVEDRVM.

VIEMENSIVM, *vide* ARECAIRORVM.

VIENNA οὐίεννα, *Ptolemæo, Tacito, & Cæſari 6. Gallici, Allobrogum vrbs, ad Rhodanum, ſub Medulus. Colonia eſt in antiqua inſcriptione, Lugduni.* Vienne *Ioanni Poldo.* SENATORIAM *aliquando appellatam, ſcribit Paradinus.* SENATORIAM *nominat Maſſonus.* BIENNVS Βίεννος, *Stephano dicitur. Ad decimum ſextum lapidem à Lugduno abeſſe, teſtis eſt Seneca, in Ludo mortis Claudij Imp. Vide* ALA FLAVIANA.

VIENNA LEG. VII. CLAVDIANA, *eſt in Goltzij Theſauro, ex Neronis nummo.*

VIENNENSEM Galliam, vocat Ammianus 15. in qua Maſſilia. à Vienna eius vrbe veriſimile.

VIERVEDRVM ὀυιερυεδρον, promontorium Albionis inſulæ, Ptolemæo. ὀυιεδρ@, in M.S. codice. Nunc Hoya dicitur, vt Buchanano placet. Sed Dunsbye magis placet Camdeno.

VIGELITENSIS Plebs, in Africa, Coll. Carthag.

VIGENNA, vide VINGENNA.

VIGENSE opidum, Africæ Propriæ, habet Plinius. aliud à Vagenſe.

VIGESILA, vide VEGESELA.

VIGISONVS, vide TOGISONVS.

VIGITA, vide GIGITA.

VIGLEBANVM, vide VERGEMINVM.

VIGLENSIS, vide VEIENTANVM.

VIGORNIA, vide BRANGONIA.

VILICA, locus in vita S. Adelheidis. An Zellich / prope Duiſſeldorpium, in comitatu Montenſi?

VILLA ὀυίλλα, pagus in Mauritania Cæſarienſi, Ptolemæo. Beni Arax hodie, vt tradit Marmolius. VILLA CÆSARVM, Vide AD GALLINAS. VILLA DEGENSIS Epiſcopi, in Numidia meminit Vict. Vticenſ. VILLA GERENSIS eſt in Collatione Carthag. VILLA FAVSTINI, Antonino Angliæ locus eſt. quid hodie ſit, ſe neſcire fatetur Talbotus in ſuis in Antonini Britanniæ Itinerarium Commentariis, niſi ſit fortaſſe S. Edmuns Burye. VILLA MAGNA, VILLA PRIVATA, Tripolitanæ in Africa Propria locus, Antonino. VILLÆ MAGNENSIS meminit Coll. Carthag. VILLA NOBENSIS, Vide NOVA. VILLA PVBLICA, extra vrbem. Liuius 33. & 34. Hiſtoria Miſcella, & Sigonius qui eam locat ſexto ab vrbe Lapide. Eſt & PVBLICA Villa, in Campo Martio. Val. Max. 9. cap. 2.

VILLITANVS Epiſcopus Numidiæ, eſt apud Victorem Vticenſ. VILTENSIS eſt in Coll. Carthag.

VILOBIA, vide OVILABIS.

VILVMBRI ὀυιλυμβροι, populi Italiæ, Vmbris magis Orientales, apud Ptolemæum. Spoleto hodie dici, ex recentioribus ſcriptoribus mihi perſuadeo.

VIMA, locus inter Byblum & Berytum. Guil. Tyrius.

VIMANIA, Rhætiæ vrbs. lib. Notit. Huius rudera in monaſterio Wijngarten eſſe, & locum à maioribus Altorff vocatum, ſcribit Lazius in R. P. Romana.

VIMARENSE opidum, diœceſis Bracarenſis, in Luſitania, habet Onuphrij Chronicon pontificum, ex quo Damaſum oriundum ſcribit. Vide AQVÆ Calidæ.

VIMINACIVM ὀυιμινάκιον, Vaccæorum in Hiſpania vrbs, Ptolemæo, & Inſcriptione antiqua, item Antonino teſtib. Circa Palantiam. Vide VIMINATIVM.

VIMINALIS, Porta, & Collis, appellabatur, quod ibi viminum ſilua fuiſſe videretur, vbi eſt ara Ioui viminio conſecrata. Feſtus, & Varro. vide FIGVLNENSIS.

VIMINATIVM ὀυιμινάκιον, LEGIO, Ptolemæo Myſiæ Superioris opidum. Ad Danubium colonia eſt, in nummo. VIMINACIVM per C. eſt Antonino, & lib. Notitiar. Βιμινάκιον Procopio 4. Aedif. Meminit huius etiam Spartianus in Seuero. ex quo Vimy vrbeculam haud procul à Lugduno ad Rhodanum facit Paradinus in ſua Lugdunenſi hiſtoria: an ex fide, ipſe viderit. Vidino à Nigro, ſed Wucziderna à Lazio nominatur. Viminatiũ P. Diacono & Calliſto. Iſtri inſula eſt: quod vrbs fortè in inſula ſita.

VIMITELLARII, Italiæ populi ſunt apud Plinium.

VINA, vide VIVA.

VINAZA, Antonino vrbs eſt in Africa Propria.

VINCEIA Mœſiæ Superioris opidum eſt Antonino.

VINCENTIA, Valeriæ Ripenſis vrbs: libro Notitiarum. Wenicza eſt Lazio.

VINCESIMVM, vel AD VICISSIMVM, Ponti vrbs: XX. M. paſſ. à Trapezunte, Antonino. Galliæ Narbonenſis, XX. M. paſſ. à Narbona: Pyrenæos verſus, eidem.

VINCIVM, locum Epiſcopalem in Gallia, habet G. Turonenſ. 9.

VINCVM, Germaniæ Inferioris vrbs, Antonino. Inter Confluentes & Treuiros.

VINDA, vide VINDIA.

VINDALIVM, vide VNDALVS.

VINDANA ὀυίνδανα, portus Galliæ Lugdunenſis. Ptolemæus. Brest hodie hoc tractu, in Britannia, vt putat Ionius. Vindana non eſſe portum, at fluuium qui hodie Vilaine, ſcribit Bertrandus Argentreus in Hiſtoria ſua Britanniæ.

VINDELIA, vide VENDELIA.

VINDELICIA ὀυινδελικία, Ptolemæo regio, quæ Lyco, Danubio, Aeno, & Alpibus circumſcribitur: idq; veriſſimè. Poſtremis Romanor. temporibus Rhetia Secunda dicta. ſic enim in Lib. Notitiar. Præpoſitus theſaurorum Auguſtæ Vindelicenſis Rhetiæ Secundæ. Auentinus, & Philip. Apianus Baiern interpretantur. Lintzgow Scudus. Verum ad Strabonis mentem, quæ Ptolemæo multis argumentis præferenda, magnam tum Boiorum tum Sueuorum, qui nunc ſunt, partem complectitur. Hæc ad me ſuis litteris Clariſſ. doctiſſimuſq; M. Velſerus Auguſtanus Vindelicus, fide dignus.

VINDELICVS, vide ORGE.

VINDELIS, Antonino inſula, intra Britanniam, & Gallias. Portland fortè, vt conijcit Camdenus.

VINDELVM, vide VNDALVS.

VINDENATII, Italiæ populi, in antiqua inſcriptione, quæ exſtat in Aldi Ortographia. VINDENATES legit Goltzius in ſuo Theſauro. VINDINATES ſunt apud Plinium Vmbriæ populi.

VINDENSEM locum, in Africa, habet Coll. Carthag.

VINDENVTA, Galliæ inſula, circa Nanneticam vrbem. Greg. Turonenſis in S. Friardi Recluſi vita.

VINDERIVS ὀυινδέριος, apud Ptolemæum Hiberniæ fluuius eſt. Bay of knocfergus Camdeno eſt. ἰουνδέριος habebat M.S. codex.

VINDESCA, vide CARPENTORACTE.

VINDIA ὀυïνδια, Galatiæ vrbs, Ptolemæo, & Antonino. qui & VINDA, ſine I. in penultima legit.

VINDILI, Germaniæ gentes ſunt apud Plinium, lib. 4. cap. 14. quorum pars Burgundiones. Windiſche fortè hodie. Sed vbi hoc loco Gelenius apud Pliniũ Vindilos legit, VINDELICOS habent tria mea excuſa exemplaria, Venetum, Colonienſe, & Pariſienſe.

VINDIMITTA, vide VINDENVTA.

VINDINATES. vide VINDENATII.

VINDINVM ὀύινδινον, Aulirciorum Cenomanorum, in Gallia Lugdunenſi vrbs, Ptolemæo. Vendoſme à Villanouano dici, lego. VINDOCINVM Fortunato eſt.

VINDIVS ὀύινδιος, Mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Ptolemæum, & Florum: cuius exemplaria alia VINNIVM legunt. Pars Pyrenæi montis eſt. hos enim huc uſq; & vlterius pertingere diximus in PYRENÆVS. Circa Peraltam eum deſcribit Beuterus. Villanouanus eum Montes d'Oca, & de Aſturia vocat. Hirmium eum nominat Ioan. Mariana. Irnio & Ernio eſt Garibaio. H. Coquus Sierras de Ouieda vocat. VINDIVS eidem Ptolemæo, mons quoque Indiæ intra Gangem.

VINDO, Germaniæ fluuius, circa Auguſtam Vindelicor. hoc Fortunati 4. Vitæ D. Martini, verſu: Pergis ad Auguſtam quam Vindo, Lycuſq; fluentant. VIRDO puto legendum. ſic enim liber meus Pergamenus vetuſtæ notæ, ſic quoque Paul. Diaconus 2. Longobardicor. cap. 13. codice etiam pergameno meo. vbi de Fortunato hæc verba, Auguſtam ciuitatem Virdo & Lech fluentant. Placet itaq; magis Virdo quam Vindo. Hodie enim hæc nomina retinent Wertach & Leck. Multo quoque veriſimilius Latinos ex Wertach Virdo (cum littera canina) feciſſe, quàm Vindo.

VINDOBALA, vide VINDOGLADA.

VINDOCINVM, vide VINDINVM, & ALISIVM.





VINDOBONA, vide ALA FLAVIANA.

VINDOGARA, vide VIDOTARA.

VINDOGLADIA, Angliæ opidum, Antonino. Aliquibus putatur Bulphord, Cambriæ vrbs. Sed Camdeno Winſburne eſt. Lib. Notit. habet VINDOBALA, & VINDOLANA, ibidem opida. Hanc vltimam Camdenus Winchester in the wal interpretatur.

VINDOMAGVS ὀυινδόμαγος, Ptolemæo Galliæ Narbonenſis vrbs. S. Tibere nomen habet apud Poldum Albenatem.

VINDOMANA, vide VINVNDRIA, & ALA FLAVIANA.

VINDOMORA, Angliæ vrbs, Antonino. Wallesend Camdeno.

VINDOMVM, vel VINDONVS, Angliæ vrbs, apud Antoninum. quæ Silceaster apud Guil. Camdenum.

VINDONIS Campus, in Panegyrico Conſtantino Max. dicto. Sed VINDONISSE legit Rhenanus lib. 1. Germanicor. VINDONES LEVGAS habet Antoninus circa Rhætiam. Simlerus ſcribit eum Vindoniſſam indicare. quod Lib. Prouinciar. VENDONENSE caſtrum vocat. & hodie Windiſch appellatur. VINDONISSÆ meminit etiam Tacitus lib. 4. Hiſtoriarum. Lazius in ſua Vienna ſcribit huius Vindoniſſæ ruinas in Cœnobio Kunigsfelden reperiri. Haud procul à Sempach, in Heluetia.

VINEMAGVM, Neuſtriæ pagus, in vita S. Lupi Senonenſis.

VINGENNA, Galliæ fluuius, qui ſe in Ligerim exonerat: notus Fortunato, & Greg. Turonenſi. VIGENNA eſt apud Hugonem Floriacenſem. Hodie Vienne dici ex tabulis perſuadeor.

VINGIVM, locus inter Treuiros & Argentoratum, Antonino. Sed BINGIVM legerim, cum Diuæo.

VINIACVM, villa quæ ab Hiniaco in Africum plus minuſue vno milliario diſtat. S. Lupus in Epiſtola 49. in Gallia videtur.

VINIANA, vide VIANA.

VINIANENSEM locum, nominat Victor Vticenſis 2. ad quem in exilium miſſos ſcribit aliquos Epiſcopos. In Africa, vt puto. Sed VIBIANENSEM legit aliud exemplar.

VINIOLÆ, Sardiniæ locus, apud Antoninum. Item Hiſpaniæ, eidem. In Carpetanis videtur.

VINIVS, fluuius Italiæ: apud Varronẽ 3. Rei ruſticæ. cap. 4. circa Caſſinum opidum. vbi ſuum ſcribit fuiſſe Muſeum. hunc hodie Fiume de S. Garmano vocari ait Sanfelicius. At prauam ſcripturam putant Scaliger & Vrſinus. leguntq; pro à Vinio, ab imo.

VINNIVS, vide VINDIVS.

VINNONES, vide VENNONES.

VINNOVIVM, vide BIMONIVM.

VINOLASCA, Liguriæ riuus, circa Genuam. Aenea tabula antiqua ibidem.

VINOVIA, vide VICONIA.

VINOVILOTH, vide BERGIO.

VINSACVM, & VINSATVM, vide VEGESATVM.

VINTIMILLIVM, vide ALBINIMINIVM.

VINTIVM ὀύιντιον, opidum Neruſiorum. in Alpibus, Ptolemæo. quod VENTIAM Dionis puto. Hodie Venza Ioſiæ Simleri.

VINVLI, Horum populi ſunt multi, vt habet M. Adamus in ſua Eccleſiaſtica Hiſtoria, inter quos hi quatuor ſunt præcipui: Chizini, Circipani, Thoſoſantes, & Rheteri. Idem addit hos in vniuerſum ab iſtis Vilzos, à nobis Leuticios dici. Helmoldus, ne & hoc prætereeam, hos Tholoſantes, Tholenſos vocat, atque eoſdem Riaduros nominare videtur. Vide WINVLI, SLAVI, & LONGOBARDI.

VINVNDRIA ὀυινυνδρία, Ptolemæo Pannoniæ Superioris opidum, quod Lazio Windiſch gratz eſt. putatq; VINDOMANA vocari, in Lib. Notitiar.

VINZELA ὀυινζέλα, Galatiæ in Toliſtobogis vrbs, Ptolemæo. Eidem Piſidiæ in Pamphilia.

VIOLASCENSIS Pagus, qui MARTIALIS, ætate citeriore vocatus eſt. Sidonius lib. Epiſtolarum 2. ad Maurusium. VIALASCENSIS legit codex pergamenus meus: & MARCIALIS, per C. In Gallia, vbi hiberna Legionum Iulianarum.

VIOMENSES, vide VALENSES.

VIOR, vide DIVR.

VIORVM VALENTIA, vide HIPPON.

VIPITENVM, opidum Germaniæ, Antonino. Simlerus dicit hodie Am Lug / aut Stertzingen / ad Brennum montem vocari.

VIPOTIANÆ, vide PTISCIANA.

VIR, vide FLORIVS.

VIRA, vide VIVA.

VIRBI CLIVI, meminit Perſius Satyra 6. de quo ſic Cornutus in commentariis in eundem: Quatuor millibus ab Vrbe eſt Virbij cliuus, qua iter eſt ad Ariciam, & ad Nemus Dianæ, &c.

VIRBINVS, vide VIRBIVS.

VIRBIVS, Laconicæ fluuius, vbi Hippolytum Aeſculapius vitæ reddidit. Vibius Seq. Idem fortè cum VIRBINO, Fonte, eiuſdem. Apud Ouidium Virbius alterum Hippolyti nomen eſſe, non fluuij. Itaque errare hic puto Vibium: vt quoque in verbo VARVS, quem dicit Galliam ab Italia diuidere, & antea RVBICON vocatum. Vterq; ſanè Gallias ab Italia diuidit. ſunt autem duo diuerſaque flumina. non vnius ſynonyma.

VIRCAON, Hiſpaniæ vrbs, Antonino. XXXIIII. M. paſſ. ab Iliturgi. Non videtur VIRGAO Plinij.

VIRCHI, Meſopotamiæ Epiſcopatus, ſub ſede Ediſſena. Guil. Tyrius.

VIRDO, vide VINDO.

VIRENA, locus Italiæ: vbi acidæ fontes. Vitruuius 8. cap. 3. De eo Bapt. Porta in Magia Naturali libro 8. cap. 6. ait, locum hodie vocari Francoliſe, atque à Theano milliare diſtare, qua Romam itur. Iuxta Gallicanum montem videtur. ex Blondi Italia illuſtrata.

VIRENSIS loci epiſcopalis, in Numidia, meminit Concil. Arelatenſe II.

VIRGANTIA, vide BRIGANTIVM.

VIRGAO, cuius Plinius in Hiſpania meminit, hodie Rhodá appellari, ſcribit Io. Mariana, & inter Bætim & Oceanum collocat. Vide ALBA.

VIRGI, in Sinu Virgitano eſt Melæ. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, quam Cluſius dicit fortè hodie Vera, vel Bera dici. eiuſdem enim pronuntiationis eſt apud Hiſpanos. V & B. De hoc Virgi autem ſic Pintianus in ſuis Annotationibus: Ptolemæus VRCE οὔρκη, vocat. Plinij vetus codex MVRCI, ſeruante adhuc opido priſcum nomen, etſi longius aliquanto ſubmoto à mari. Ego VRCI in excuſis exemplaribus Plinij lego. VRGI apud Antoninum.

VIRGILIENSES, vide VIBIENSES.

VIRGO, vide MASSA.

VIRGIVM, & VORAGIVM, Latinis dici Liguriæ opidum, quod vulgo Voragine vocant; auctores ſunt Blondus & Leander.

VIRIBALLVM ὀυιρίβαλλον, Corſicæ opidum, Ptolemæo. Punta di Adiazza dicitur Leandro.

VIRICITANVS Epiſcopus, nomine Manſuetus: eſt apud Vict. Vticenſem. alia editio habet IVRICITANVS. In Africa, vt puto.

VIRITIVM ὀυίριτιον, vrbem Germaniæ, in tractu Septentrionali, habet Ptolemæus. Grieſnagen facit ex ea Villanouanus. Gripswald Althamerus.

VIROCONIVM, vide VRICOVIVM.

VIRODVNVM, vide VERODVNVM.

VIROMANDVI, vide VEROMANDVI.

VIROSIDVM, Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notitiar. Werewic vpon Eden Camdeno.

VIROSSAM, Epiſcopatus, ſub Rubba Moabitarum. Guil. Tyrius.

VIROVENNA, vide VIROVESCA.

VIROVESCA, Hiſpaniæ vrbs Plinio, BVRVESCA Βουρουέσκα, habet Ptolemæus: & Biruieſca nouo nomine Villanouanus. Pineto Vara eſt, in ſuo Plinio Gallico.

VIROVESCAM nouit etiam Antoninus, quam alio in loco VIROVENNAM vocat, vitio librariorum. Hieron. Surita ſcribit hoc Virueſca hodie in Riogiæ regione nomen ſuum retinere.

VIROVIACVM Antonini, eſt pagus Flandriæ, Warwijck dictum; vt placet Meyero, & Mercatori.

VIRTA, vide IVRTA.

VIRTINGVI populi, ab Aureliano Imp. deuicti, ſunt apud Pollionem, in huius vita. Wirtenbergenſibus fortè nomen ab his, inquit Rhenanus. Vide SCYTHÆ, VITVNGI, & IVTVNGI.

VIRTVS IVLIA, vide ITVCI.

VIRVCINATES, Plinio Vindelicorum populi ſunt; ad Ambrum & Iſaram fluuios, vt Simlerus tradit, qui eos hodie Frieſinger vocat. RVCINATES legebat exemplar M.S. Vide THVNICATES.

VIRVNI οὐιροῦνοι, & VIRVNVM, Ptolemæo Germaniæ populi, & vrbs. ad Sueuum fluuium.

VIRVNVM, Plinio & Antonino, in Noricis opidum, quod Frieſach / Lazio. Judenburg / Pyramio: Bruneck / Simlero eſt: Carinthiæ opida ſunt. BERVNIVM Βηρούνιον, habet Suidas, adduq́ꝫ huius nominis originem, valde, vt mihi videtur, fabuloſam. Vide BERVNVS.

VIRVXENTINI Populi, ſunt apud Hygenum de Limitib. In Italia.

VISABAR, locus vnde ſtannum adfertur, Serapioni.

VISALENSIS locus, in Mauritania Cæſarienſi. Victor Vticenſis.

VISBVRGII οὐισϐούργιοι, Germaniæ populi, apud Ptol.

VISCLA, fluuij nomen, Iornandi. Circa Mœſiam Inferiorem videtur.

VISELLIA. Gloſſarius in Iuuenalem, hæc, Criſpus municeps Viſellienſis, nullo audiente, cùm à Nerone interrogaretur, haberet ne ſicut ipſe, cum ſorore germana conſuetudinem, Nondum inquit, decenter, & cautè: ne aut negãdo eum argueret, aut adſentiendo ſibimet mendacio dehoneſtaret. Sed VERCELLIS legendum putat Pithoëus, qui hunc edidit.

VISENSIS Epiſcopi, in Africa, meminit Coll. Carthag. Vide VISONTIVM.

VISENTVM, Etruriæ opidum: Fuluio in Minatia familia: ex lapide inſcripto. quem ibidem profert. Biſento illud ibidem vocat. an nouo nomine?

VISERIA, vide MANTVA Carpetanorum.

VISIGOTHI, vide VESVS, & GRVTVNGI.

VISINON, vide CLIMA.

VISIO, Antonino vrbs eſt, quam Paradinus in Sabaudia deſcribit, & Vignonnet nominat. Portus marinus eſt apud Antoninum.

VISITENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

VISONTIVM οὐισόντιον, Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, in Pelendonibus. Hodie Viſeo, & Latinis VISEVM dici, ſcribit Villanouanus. Viſeo opidum eſſe Luſitaniæ, multiſq́ꝫ paraſangis à Viſontio Ptolemai diſtare; docet Gaſpar Varrerius in ſua Corographia. Andræas Bacchius in ſuo de Balneis opere ait Viſeo opidum, VICVM AQVARIVM ab Antonino vocari: ſed errat. Hoc Viſeo VISENSEM Ciuitatem appellari, in Conciliorum opere video. VISONTIVM, eidem Ptolemæo, eſt Pannoniæ Superioris opidum, quod Lazius in Vihicio collocat. Vide VESONTIO.

VISORONTIA, locus territorij Viennenſis in Gallia. Greg. Turonenſis.

VISPEN vrbem Soracorum, habet Tacitus 12. Annal. Sed VSPEN mauult legere Lipſius.

VISPII, vide VSIPETES.

VISTILLVS, vide VISTVLA.

VISTVLA οὐιστοῦλα, Ptolemæo. ſiue VISTILLVS Plinio; Germaniæ limitaneus ad Ortum ſolis, fluuius. De Wixel incolis dicitur. Wandalia Crantzij Wiſlaum nominat. Niger ſcribit eum ab accolis hodiernis Drauaniza vocari. VISVLA, à Pomponio, & BISVLA à Marcellino, ſi vitio caruerit exemplar, nominatur. VANDALVM eum vocat, à regina in ipſo ſubmerſa, Matth. Michouienſis. fides ſit penes illum. Sunt qui ISTVLA apud Ptolemæum, (ſed corruptum, vt puto,) legunt: B. Rhenanus credit hunc fluuium, Plinio Viſtillum tantum, & non Viſtulam dici. adduq́ꝫ hunc eius locum eſſe mendoſum, lib. 4. cap. 14. Amnes clari in Oceanum defluunt, Guttalus, Viſtillus ſiue Viſtula, Albis, Viſurgis, Amiſus, Rhenus. Hic legendum hoc modo docet, Viſtillus, Sueuus, Albis, &c. Sed hoc non tantum contra omnes Plinij codices, ſed & contra mentem Plinij eſſe, ex eo liquet, quòd Sueuus minimè in Oceanum effluat, ſed in Hauellam fluuium ſe exonerat. Sed hoc latuit diligentiſſimum Rhenanum, deceptum nimirum Ptolemæi, cæterorumq́ꝫ Geographorum tabulis. nam primus contra omnes antiquos & recentiores Geographos, huius fluuij oſtium, non in Oceanum, ſed in Hauellam, (qui prope Hauelburgum in Albim erumpit) deferri, docuit Iodocus Willichius. (Scio quoſdam Swine fretum inter Wandalicas inſulas, pro Sueui oſtio haberi. ſed quia fretum hoc ex nullo memorabili fluuio originem habere video, mihi minimè perſuadent.) Hunc Viſtulam ab antiquiſſimis pro Eridano (apud quem Electrum) habitum, ex Herodoti Thalia apparet.

VISVLA, vide VISTVLA.

VISVRGIS οὐίσουργις, Ptolemæo, & Paterculo; BISVRGIS Βίσουργις, Straboni: οὐίσουργις Dioni: Germaniæ fluuius, in Oceanum aquas ſuas euoluens. VISVRIS in Adami Hiſtoria Eccleſiaſtica: vnde Weſer hodie nuncupatur. VESATIS Sidonio & ITARGIS, ſiue ITVRGIS, Ouidio dici, obſeruarunt Had. Iunius, & Turnebus. Vide ERYGRVS.

VISVRIS, vide VISVRGIS.

VITACA οὐιτάκα, Mauritaniæ Cæſarienſis opidum, Ptolemæus.

VITÆ, Germaniæ populi, apud Bedam: de quorum origine ſunt, vt ipſe ait, Cantuarij & Vectuarij, hoc eſt, qui Vectim inſulam, & tractum è regione in continente habitant. IBITTI à nonnullis vocantur, vt ſcribit Alexander Neuyllius. A Vitis Wittenbergam Saxoniæ vrbem habitantibus nomen deducere opinor. Vide SABALINGII.

VITALIA, vide ITALIA.

VITELLIA, vide BITELLA.

VITELLIANVM, Galliæ Ciſpadanæ opidum, quod nunc Viadana vocatur. Gaud. Merula, & Alciatus.

VITENSIS locus, in Africa, epiſcopalis ſedes. Vict. Vticenſ.

VITERBVM, Tuſciæ ciuitas Latinis dicitur, quæ vulgò Viterbo nominatur. Non eſſe admodum vetuſtam, putat Blondus; qui ſcribit eius nomen paruo in caſtello, ad annum ſuo tempore ſexcenteſimum VITVRVIVM fuiſſe. Volaterranus autem ſuſpicatur LONGVLAM à Liuio vocatam (non ſine errore, cùm Longula in Latio ſit.) Hermolaus ſcribit Ptolemæo ELBII VICVM dici: ſed hoc in Græco Ptolemæi codice non habetur. Platina in Clementis vita, tradit quondam VETVLONIAM dictam. Aniles fabulas, quas Ann. Viterbienſis de huius vrbis antiquitatibus mihi ſomniare videtur, conſulto omitto. Adi de eadem Edictum Deſiderij regis. ibi ETRVRIA antea dictum, legitur, & poſtea FLAVIVM cognominat, vt docet ex eodem edicto Angelus Breuentanus.

VITHVNGI, vide IVTVNGI.

VITHYÆ, vide BITHYÆ.

VITIA οὐιτία, locus Mediæ regionis, videtur apud Strabonem. Et VITII populi. Vide QVINTI, & BITHIA.

VITICINORVM, vide VIDICINORVM.

VITIS, Plinio Flaminiæ fluuius, iuxta Rauennam. Montone, Leandro vocatur: Roncone, vel Aquedotto Blondo: vt Rubæus refert. ſed huic eſt Bidente. Aquaduſſa habet Maſſonus, corruptè. Video apud Blondum Bidentem fluuium hoc loco, quem Portello antea appellatum ſcribit lib. 3. Decadis 1. Idem lib. 1. Decadis 3. dicit Bidentem Roncho nominari. Bidentis huius eſt memoria in vitis S. Hilarij, & Olybrij.

VITODVRVM Antonini eſſe Heluetiæ opidum, quod

noſtra



noſtra ætate Winterthur dici, vult Scudus. Coſtentz verò ad lacum Acronium, ex eo facit Cænalis, & Hermannus Scheydel; item Rob. Gaguinus, & Cognatus, qui addit illud à Conſtantino Conſtantini patre Conſtantiæ nomen habere. VITVOVRVM ex antiqua inſcriptione lego, in Auctario Lipſij. niſi pro D. librarij negligentia O. ſcriptum. VITVDVRVM enim legit dictus cognatus. Vide GANODVRVM.

VITRICIVM, Italiæ vrbs, Antonino. Inter Eporediam & Prætoriam Auguſtam.

VITTARI, Vide VTTARI.

VITVDVRVM, Vide VITODVRVM.

VITVLARIÆ Viæ, meminit ad Q. Fratrem, Cicero lib. 3. ſic: Ex Manliano recta via Vitularia, in Fuſidiani fundum.

VITVLI Inſula, Seoleſeu incolis. de qua ſic Beda: Locus vndiq́ꝫ mari circundatus, præter ab Occidente: vbi habet ingreſſum amplitudinis iactus fundæ. Ad inſulam Britannicam eſt. Selſey vocatur Saxonicè, teſte Camdeno.

VITVNGI, Vide IVTVNGI.

VITVOVRVM, Vide VITODVRVM.

VITVRNA, Vide IVTVRNA.

VITVRVIVM, vide VITERBVM.

VIVA, Africæ Propriæ vrbs, Antonino. VINA alij codices legunt. VIVENSIS Epiſcopi, meminit Conciliorum opus, & Coll. Carthaginienſis. VIRENSIS autem pro eodem quoque ibidem legitur.

VIVANTIVS, Vide IVVANTIVS.

VIVARIENSE Monaſterium, ad Pellenæ fluminis ripas: non procul à mari, deſcribitur à Caſſiodoro, cap. 29. Diuinarum lectionum. In agro Rauennati hoc eſſe, lego apud Rubeum, lib. 3. VIVARIENSIS Epiſcopi mentio eſt in Decret. 2. Cauſa 7. Aliud eſt VIVARIENSE Monaſterium: de quo Marianus Schotus. In loco qui dicitur ANDEOLVS, vbi paſſum Andochum ſubdiaconum ſcribit, ſub Aureliano Imp. In Gallia Narbonenſi eſt, ni fallor. vbi hodie Viuiers. & hinc verſus occaſum opidum Bourg S. Andeoli. Vide ALBENSIVM.

VIVENTANI, Vmbriæ gens, Plinio.

VIVIDARIA gens, quæ inſulam Viſclæ fluminis incolit. Iornandes.

VIVISCA, & VIVISCI, Vide VIBISCI.

VIZACENI, Vide BYZACIVM.

VIZARITANVM, Vide BAZARITANVM.

VIZO, nomen barbaræ ciuitatis. teſtis Prob. Grammaticus, ex Salluſtio.

VLÆ οὔλαι, Sarmatiæ Aſiaticæ populi, apud Ptolemæum.

VLAI, Vide EVLÆVS.

VLATHA οὐλαθὰ, inter Galilæam & Trachonem vrbs. Ioſephus Antiq. 15. cap. 13.

VLBANECTES liberi, Galliæ Belgicæ populi, apud Plinium. VBANECTI in Ptolemæis Latinis videntur.

VLAMMAVS, Vide BETHEL.

VLBIA, Vide OLBIA.

VLCA, fluuius eſt, tutela Gepidarum. ſic Ennodius, in ſuo Panegyrico. An idem cum Aluta?

VLCI οὔλκοι, Lucanorum vrbs, Ptolemæo. Laorina quidam vocat. VLCIANA hinc fortè colonia Romana, apud Frontinum.

VLCIACVM Caſtellum, diœceſis Sueſſionenſis: in S. Arnulphi vita, apud Surium.

VLCINIVM, Vide OLCHINIVM.

VLCISIA Caſtra, in Pannonia, Antonino.

VLDA, Galliæ fluuius, apud Guil. Turonenſ. 10.

VLIA οὐλία, Ptolemæo Turdulorum in Hiſpania Bætica vrbs. Hanc Velia Villanouanus nominat. Morali Monte Maior eſt, quinque leucis à Corduba. IVLIA in Latinis Ptolemæis legitur. VLLA videtur Hirtij. Sed VLIENSIVM meminit vetus lapis.

VLIARVS Aquitanici Sinus inſula, apud Plinium: quæ Oleron fortè hodie. OLARINENSES lepuſculos hinc nominat Sidonius 8. ad Nammatium.

VLIBILIANI οὐλοιβιλιανοί, Mauritaniæ Tingitanæ gens. Ptolemæus. VOLIBILIANI ſunt apud interpretes.



VLIPADA οὐλίπαδα, Ptolemæo Inſulæ Taprobanæ vrbs mediterranea. Theuetus, qui eam luſtraſſe omnibus perſuaſum vult, dicit ab Indis Adacth appellari.

VLIZIBIRRHA οὐλιζιϐίρρα, Africæ Propriæ vrbs, apud Ptolemæū. VLVSVBVRITANVM opidum vocatur Plinio.

VLLA, Hiſpaniæ vrbs: apud A. Hirtium, at malè pro VLIA, vt docet Surita: qui Monte Maior interpretatur. Vbeda eſt Henrico Coquo, in ſua veteris Hiſpaniæ tabula. Ad Bætim fluuium. Vide VLIA, & OBVLCO.

VLMA, Vide VAMA.

VLMERVGI, gens Pomeranica, ad Oceanum, Iornandi.

VLMETVM, Angliæ locus, Bedæ. G. Camdenus putat Elmeſly hodie vocari.

VLMIGERI, vide BVSACTORI.

VLMOS Antonini; vocatur Iltz, à Simlero. Pannoniæ Inferioris vrbs. Ileſſi, & Irekh habet Lazius.

VLPIA, Vide ADRVMETVM.

VLPIA Caſtra, Vide CASTRA.

VLPIA LEGIO XXX. Galliæ Belgicæ vrbs, apud Ptolemæum. Hieronymus Surita in ſuis ad Antonini Itinerarium laborioſis admodum & doctiſſimis Commentariis, codices adducit MM. SS. in quibus mentio ALÆ VLPIÆ, item CASTRORVM VLPIÆ, hæc eadem continentia. Mercator Alpen interpretatur. Vlpen autem ego.

VLPIA SERDICA ΟΥΛΠΙΑ ΣΕΡΔΙΚΗ, eſt in nummo meo Caracallæ. Vide SARDICA.

VLPIA TRAIANA, Daciæ vrbs: in cuius veſtigiis hodie Gradiſca, vt Slauonicè eam vocant. Varhel enim à Germanis nominatur. Sic Lazius in R. P. Romana. COL. AVG. VLPIA TRAIANA eſt in Traiani nummo. Vide ZARMIZOGETHVSA.

VLPIANVM οὐλπιανὸν, Dardaniæ vrbem, in Mœſia Superiore habet Ptolemæus. Hanc Procopius 4. de Ædif. Iuſtiniani Imp. ſcribit ab hoc Imperatore inſtauratam, & ſuo nomine IVSTINIANAM SECVNDAM Latinè appellatam. VLPIANAM vrbem eam vocat idem Procopius 3. de Bello Gothorum: Vlpianam villam, Iornandes, atque eam in Illyrio ponunt. Villam Procopianam hodie vocari, ſcribit Lazius 12. R. P. Romanæ. Sed cum Dacia vicina ſit Illyrio, immò à nonnullis ſub ipſo Illyrio comprehendatur; harum limites ab auctoribus confundi, mediocriter in iis verſatus minus mirabitur. VLPIANVM aliud habet Ptolemæus in Dacia, quod Alba Iulia interpretatur à Iac. Caſtaldo: Czanadre à Mario Nigro: Pyrethy autem à Lazio.

VLPON οὔλπων, Italiæ ciuitas, Stephano. in Αἰσων.

VLTIZVRI, Hunnica gens: Agathiæ 5.

VLVBRA, Italiæ vicus, iuxta Velitras, vbi Auguſtus educatus fuit. Huius meminit Horatius ad Bullatium. Item Frontinus inter Romanas colonias, teſte Onuphrio. Cicero quoque non ſemel, lib. 7. ad Trebatium. Iuuenalis 4. Satyra 10. Frangere pannoſus vacuis Ædilis Vlubris. VLVBRENSES ſunt apud Plinium.

VLVCITRA, in Rhodopa regione Thraciæ. lib. Notitiar.

VLVERNATES, Italiæ populi: apud Plinium.

VLVLA, Africæ vrbs; apud D. Cyprianum, in concilio Carthaginenſi.

VLVLEVS fluuius Dyrrachij eſt, ex quo Dyrrachio miniſtrantur aquæ. ſic Vibius. Argenzo fortè hodie, ex Caſtaldi tabula. VLVLENS legunt plurima exemplaria.

VLVRTINI, Italiæ populi: Plinio.

VLVZVBVRITANVM, Vide VLIZIBIRRHA.

VLYSSEA ὀδύσσεια, Hiſpaniæ Bæticæ locus, in quo Mineruæ fanum. Supra Abderam, in montanis eſt. Strabo.

VLYSSIS Portus, Plinio dicitur Siciliæ quædam vrbs: Ab Aretio & Fazello Longina vocatur, ſed eam inter Catinam vrbem, & Acin fluuium deſcribunt. Fazellus putat olim quoque ENGYON dictam. Huius, ἔγγυον, meminit Ptolemæus, & Plutarchus in Marcello, qui legit ἐγγύϊον. vti & Stephanus. Sed idem ODYSSEA ὀδύσσεια, promontorium habet, quod potius Vlyſſis portum putarim. Videtur hic Vlyſſis portus, ex Iſacio, CACRAM κάκρα, prius nominatam. Leander qui deſcripſit inſulas Italicas,



Vlyſſis

*Vlyſsis portum* Cabo Raſcaranchi, *& Odyſſeæ* Porto de Pali *vocat*. ENGVINOS *populos habet Plinius & Cicero. Vide* ENGYVM.

VLYSSOPOLIS, *Thraciæ vrbs: Calliſto 16.cap.38.* ODYSSVS *Ptolemæi.*

VLZINGVRES, *vide* BITTVGORES.

VMBER *lacus, Propertius. Et lacus æſtiuis intepet Vmber aquis. In Vmbria eſt.* OMBRVS *Stephano eſt. Idem cum* VADIMONE, *vt Scaliger docuit.* VMBER *etiam Angliæ fluuius, apud Bedam qui hactenus* Humber *vocatur.*

VMBILICVS, *vide* OMPHALOS.

VMBILICVM *Maris, nominat* Paulus Diaconus *quandam Oceani voraginem, eumque deſcribit circa littus Scandiæ Occidentale. Huius meminit etiam Silueſter Cambrenſis: & noſtro tempore Olaus Magnus, ſub nomine Charybdis. Lucas Aurigarius eum appellat* Maelſtroome, Welle/ *&* Slorpe: *ſed proprio nomine* Mouſkeſtroome. *Eumq; à peritis naucleris etiam* Nauel der Zee *(idem cum vmbilico maris ſonans) vocari addit. Haud procul eſt ab Noruegiæ cõtinente. reſpicitq; à parte Septentrionali inſululã, aut ſcopulum potius* Weerop *dictũ, latitudinis ſexaginta octo partium ab Aequinoctiali Arctum verſus. (Aut fallor, aut Orpheus in Argonauticis hunc ſcopulum appellat* ανκίδεα σοφελον *i. ſcopulum turbulentum.) Ab effectu nomen ſortitur. eſt enim Germanici maris locus, vbi ſingulis ſenis horis creſcente Oceano aqua deorſum in barathra demergitur atque deuoluitur, rotatione adeo violenta, vndarumque ſtrepitu tam incredili, vt plenè quis admirari vix poſſit, nedum deſcribere. Et contra, eadem totidem horis Oceano decreſcente rurſum ex imo reſurgit, ſurſumq; emergit atque attollitur tanto impetu, vt nulla ſit tam ingentis ponderis moles, neque vllum quantumuis vaſtiſſimum piſcium genus, quod ad fundum ſubſidere queat. Omniaq; tunc antea rapta abſorptaq; (inter quæ interdum naues, hominibus, eheu, & mercibus onuſtas) eructat & euomit. Patet hæc vorago in ambitu ad tredecim milliaria noſtratia; ſiue* XL. *M. P. cuius punctus eſt ſcopulus dictus* Mouske. *Hinc quamplurimi, fortè non falsò, omnem Oceani fluxũ & refluxum originem habere exiſtimant. Stupendũ Naturæ imperſcrutabilis miraculũ!* ANHELITVS *Mũdi apud Melam vocatur.* NARES *Mundi apud Solinum.* ACHERON *fortè apud Suidam: & Orpheũ in Argonauticis. item* ANOSTVS ἄνοςος, *apud Aelianũ 3. Variar. cap. 18. item* TARTARVM *Ariſtoteli 2. Meteorol. cap. 3. & Platoni in Phædone.* AMPOTES ἀμπωτις, *ab Honorio Auguſtodunenſi nominatur. De hoc Vmbilico Statiũ 5. Siluar. 1. hæc dixiſſe putauerim, è refluo circumſona gurgite Thule. Scandiam enim ab antiquis Thulem nominatam docuimus ad Iſlandiam in noſtro Theatro. Oceani Euripum, & voraginem Abyſſi, nominat Crantzius: & fluctuationem vocari addit, ſed vt eius imperitus, eam fabuloſè quoque deſcribit. Neque dubito quin ea etiam quæ ex Iacobi Cnoyen, & cuiuſdã præſtigiatoris monachi relatione, in Ger. Mercatoris Vniuerſali tabula, de ſubpolari regione falsò commemorantur, ad hunc locum verè ſint referenda. Putauerim hunc dictum Vmbilicum deſcribere Baronem Herberſteinium, non vero ſitu autem. ex ore nempe Gregorij Iſtome. qui ibidem nugatur ex Bergis Noruegiæ ciuitate equitatione in Daniam perueniſſe. Lege ſi lubet Bedam in Iob. cap. 7.*

VMBRACIA, *locus vbi caradri piſcantur. Apulæius in apologia 1. pro ſeipſo: Mus Mitylene eſt pecten, caradrum quæ apud Vmbraciæ fines. Fortè corruptè pro* AMBRACIA.

VMBRACIVM *Montẽ Indiæ, habet Capella 2. cuius accolas vates vocat. quos felicium herbarum lana ſcribit induſiari.*

VMBRÆ, *Indiæ populi: apud Plinium.*

VMBRANATES, VIII. *regionis Italiæ ſunt populi. Plin.*

VMBRANICI, *Plinio Galliæ Narbonenſis populi ſunt.*

VMBRI, *vide* SABINI, *&* IMBRI.

VMBRIA, *Italiæ regio, Latinis ſcriptoribus. Ad Hadriaticum ſinum ſunt Vmbri Athenæo.* ὄλομβροι *Ptolemæo.* OMBRIA *Græcis dici, Plinius teſtatur. Sed idem 3. cap. 5.*



*ſcribit Vmbriam ab Vmbro fluuio vocari.* OMBROS, *&* OMBRICOS ὀμβρικοὶ *vocat Stephanus eius incolas: quos ponit inter Padum & Picentinũ. Sed Picenum legendum.* VMBROS *Liguribus finitimos facit Halicarnaſ. 1.* VMBRIAM *quam* TRIBVM SAPPINIAM *vocant, inquit Liuius, lib. 31. Vide* TVSCIA, *&* OMBROS.

VMBRICI, *vide* OMBRICI, *&* IMBRI.

VMBRO, *Tuſciæ fluuius, Plinio, & Rutilio:* Vmbrone *à Leandro dicitur.* ὄμβρος *fortè Stephani eſt. Anieni immiſceri, ſcribit falsò Pomponius Sabinus.* VMBRO MONS, *Tuſciæ locus eſt, apud Antoninum.* S. Quirico *putat Annius, in Senenſi territorio opidulum.* AMBRO *quidam corruptè legit. Vide* OMBROS.

VNA ὄνα, *Mauritaniæ Tingitanæ fluuius, apud Ptolemæum. Lud. Marmolio videtur in eum incidere, quem hodie* Sus *accolæ nominant.*

VNARNORVM *regi, ſcribit Theodoricus rex. Caſſiodorus 5. Variar. Sed Wandalorum legit Fornerius.*

VNCHÆ, *Aſſyriæ aut Meſopotamiæ vrbs videtur, apud Curtium 4.* ONCHÆ *legebat alius codex.* SOCHOS *Arriano 2 eſt.*

VNCHANE, *vide* SCLAVI.

VNDALVS ὔνδαλος, *vrbs Galliæ Narbonenſis, ad confluentia Sulgæ in Rhodanum, ſita. Strabo libro 4. Hanc Paradinus ſcribit hodie* Pons Sulgæ *vocari. Intercidiſſe vrbem, inquit Scaliger, ad Auſonium: hodieq; eum locum dici* Portus Tralliæ. *Idem addit* VINDELVM *à Floro, &* VINDALIVM *in Epitoma Liuiana nuncupari. Sic quoque Oroſius vocat lib. 5. cap. 13. De Vndalo ſcribit in Nemanſienſium hiſtoria Ioan. Poldus ſe putare eſſe in Prouincia, circa locum quem vulgo S. Remy vocant. vbi exſtare hactenus mauſoleum, arcum triumphalem, & ſtatuas ſubiugatorum Gallorum.*

VNDECVMANI, *vide* BOVIANVM.

VNDESITENSIS *Eccleſia, in Africa. Coll. Carthag.*

VNELLI, *vide* VENELI.

VNGORII *Vallis, circa Danaſtri ripam, in Scythia Europæa: Ammiano 31.*

VNGROS *ad Iſtrum fluuium. Zonaras* TVRCOS *vocat.*

VNIXÆ, *vide* BERGIO.

VNIZIBIRENSIS, *vide* VNZIBILINENSIS.

VNNI ὖνοι, *populi, qui* THVNNI θῦννοι, *ab Euſtathio; item à Plinio vocantur, vt teſtatur Hermolaus. Poſt Scythas ſtatuuntur ab Euſtathio. Hos Simocatus, vt idem tradit, à Perſis* TVRCOS τοῦρκοι, *nominari tradit.* HVNNI *appellantur etiam* SABERI, *Nic. Calliſto teſte:* σάβαροι *Suidæ. Veteres eos* NEBROS *appellaſſe, ait idem Calliſtus.* ONOGORI *Agathiæ vocantur.* VNNI, HVNI, *&* AVARES *iidem ſunt Witichindo, & Eginharto, cum* Hungaris *hodie. Hungaros* VGROS, *&* MAGORES *quoque appellat idem.* AVIRI *ſunt Iornandi. Hunnos* CHVNOS χοῦνοι, *apud Ptolemæum vocari, vult Peucerus. Vide* MASSAGETÆ.

VNNIGARDÆ ὐννιγάρδαι, *gentis nomen videtur, apud Syneſium, qui ſcribit eos ſub Ayniſio militaſſe. Circa Cyrenaicam fortè.*

VNNOGORITANVS *Epiſcopus, eſt in Concilior. opere. Italiæ videtur.*

VNORECOPOLITANI *Epiſcopi, in Africa: meminit Victor Vticenſis.*

VNVCA, *Antonino Africæ Propriæ vrbs.*

VNZELENSIS *in Piſidia epiſcopi, meminit concil. Nicenũ.*

VNZIBILINENSIS *epiſcopus Cyprianus, in Africa. eſt apud Victorem Vticenſem 2.* VNIZIBIRENSIS, *alia eſt lectio.*

VOBERCA, *Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, apud Martialem, lib. 1. in agro Bilbitano eſſe, ſcribit Hieronymus Paullus, in libello de Montibus & fluminibus Hiſpaniæ.* Bobierca *Varrerio, & Montano eſt.*

VOBERNVM, *locus agri Brixienſis. cuius memoria in inſcripto lapide, ibidem. Hodie* Boarno. *Elias Capriolus.*

VOBRENSIS *Saltus, ſuper Matronam fluuium Galliæ. Aimoinus 4. cap. 41.*





VOBRIX ὀύοβριξ, *Mauritaniæ Tingitanæ opidum: Ptolemæo.* Lamta *hodie, vt ſcribit Marmolius.*

VOCA ὄυοκα, *Callaicorum Lucenſium vrbs: Ptolemæo. In Hiſpania Tarraconenſi.*

VOCANVS *ager, non procul eſt ab Acholla & Thapſo, in Africa Propria. Liuius 33.*

VOCATES, *Aquitaniæ populi, apud Cæſarem: Marliano* Baſaz *eſt, Gaſconiæ vrbs: Vigenereus* Bigorre *vertit, ſubdubitanter tamen. Fuluius vult* VOCONTIOS *aliorum eſſe: non volo ego: ſunt enim hi in Gallia Narbonenſi. vide* BASABOCATES.

VOCAVDÆ, *vide* BAVCAVDÆ.

VOCETVS, *ſiue* VOCETIVS, *vtramque ſcripturam enim reperio, apud Tacitum, cui Rhetiæ mons eſt. Scudus & Lazius* Botzberg, *apud Heluetios, interpretãtur. Partem Iuraſſi eſſe, iuxta Aquas Helueticas, putat Chriſt. Vrſtiſius. Vide* VOGESVS. *nam ſic legendum minimè dubito.*

VOCONDI, *vide* VOCONTII.

VOCONIA, *vide* BONNA.

VOCONIS, *vide* AQVÆ.

VOCONTII ὀυοκόντιοι, *Straboni, Melæ, Cæſari, & Tacito ſunt Galliæ Narbonenſis populi. Ptolemæus eos* VOCONDIOS ὀυοκόνδιοι, *per* D. *corruptè nominat: Plinius Fœderatam gentem facit.* Val de Viſo, *à Pineto interpretantur.* Bellifortis comitatus *eſt Pingonio. Simlerus dubitat num Vocontij &* SICONII σικόνιοι, *iidem ſint cum* VCENNIS *Plinij. Ego video Strabonem ex Vocontijs & Siconiis duos facere. Sed vide* FORVM *Voconij.*

VODIÆ ὀυοδίαι, *Hiberniæ populi: apud Ptolemæum.* VDIÆ ὀυδίαι, *habebat M.S. liber.*

VODGORIACVM, *Antonino Germaniæ Inferioris vrbs. Circa* Binch *Hannoniæ vrbeculam videtur.*

VODONA, *vide* SVODONA.

VOECA ὀυοίκα, *Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs: in Lucenſiis:* VECA *Plinij crediderim. Vide* VECA.

VOGESVS, *Galliæ mons, Plinio, Cæſari, & Lucano, ex quo Moſa profluit.* VOCETVS *à Tacito appellari video. Alpium nomine à Strabone 4. deſcribitur.* Mont de fauciles *dicitur Pineto. Separat Burgundos à Lotharingis, atque Elſatiam ab ipſis Lotharingis, vt habet Lupanus, in ſuis Commentariis in Tacitum.* VOGESI *Montis ea pars, vnde Moſella fluuius oritur,* Kratzer *vocatur; quod habeo ex libello manuſcripto Magni Gruberi; in quo Rhenum deſcribit. In Lotharingiæ corographica tabula, iuſſu & impenſa Ducis à Ioanne Scyllio accuratè deſcripta, video hunc tractum* Eſtaye *Gallicè, &* Auff der Stap *Germanicè appellari; ibidemq; nihil præter Aſarum herbam prouenire, mihi idem Scyllius teſtatus eſt. Proximè ſunt montes* Ballons *dicti.*

VOGIA ὀυωγία. *Turdulorum in Bætica opidum. Ptolemæus. Quod fortè* TVGIA *Antonini, vt ſcribit Hieron. Surita.*

VOGLADENSIS, *vide* MOGLINTENSIS.

VOL ὀυώλ, *Ptolemæo vrbs in Africa Propria.*

VOLÆ *vrbs, &* VOLANI *populi, Aequorum. Liuius 4. Vide* BOLA.

VOLANA, *Samnitum vrbs: à Caruilio capta: Liuio 10.*

VOLANDVM, *caſtellum validiſſimum Armeniæ. Tacitus. Annal. 13.* VALLANDVM *legebat Venetus codex.*

VOLANE, *vide* OLANE.

VOLANI, *vide* VOLÆ, *&* BOLA.

VOLAS, *vide* VOLSAS.

VOLATERRÆ ὀυολατέρραι, *Ptolemæo, Ciceroni, Liuio & aliis, Etruriæ vrbs. Colonia Romana Frontino. Plinius Volaterranos* ETRVSCOS *cognominat. Raphael Volaterranus, hinc oriundus, tradit eam aliquando à Pannonibus euerſam, ſed paucis pòſt annis ab Othone 1. Imp. reſtitutam, & ſuo nomine* OTHONIANAM, *ſed à poſteris corruptè* ANTONIANAM *appellatam.* Volterra *hodie adhuc nominatur.* VOLATERRANA VADA. *etiam à Cicerone, Plinio & Rutilio deſcribuntur; ad oſtia Cecinnæ fluminis, quæ* VADA, *ſine cognomine, ab Antonino vocantur.*



VOLCÆ ὀυόλκαι, *Galliæ populi, Straboni, Ptolemæo, Melæ, Plinio, & Cæſari, apud quem etiam* VOLGAS *legi video.* VLVSCOS ὀυλούσκοι, *apud Dionyſium dici, annotauit Helias Vinetus, in Eutropium. colunt vtramque ripam Rhodani, Liuio 21.* Auignon *hodie in eorum loco eſſe, ſcribit Marlianus. Volcas Arecomios, & Volcas Tectoſages habet Ptolemæus, diuerſos Galliæ populos. De his conſule Vinetum, in Auſonium. Vide* ARECOMICI, *&* TECTOSAGES.

VOLCÆÆ *Paludes,* ὀυολκαῖοι, *in Myſia aut Pannonia ſunt, Dioni ſub finem libri 55.* Balaton *&* Platſee *hodie videtur.*

VOLCARVM *Stagna, vide* LATARA.

VOLCE, *vide* VOLCIENTES.

VOLCEIVM, *apud Lucanos opidũ, Plinio. Huius opidi pagi erãt inter alios* FORENSIS, *&* NARANVS, *vt docet ex vetuſta inſcriptione, Fuluius ad Cæſarẽ. Hæc hodie* Bocino, *vt mihi auctor Celſus Cittadinus Angelerius. Vltra fluuium Silarum eſt ad octauum lapidem, in monte, ſupra lacum quendam circuitu duum M. P. vel circa. Inter Silarum Tanagrumq; flumina & Alburnum montem.*

VOLCENTANI, *Lucanorum populi ſunt apud Plinium. De his ſcribit hæc ad me Roma Angelerius,* Non *ſine ratione adducor Plinij textum hoc in loco, ſicut & in aliis pluribus corruptum eſſe: & pro Volcentani,* Volceiani *ſcribendum eſſe, vt in antiquis inſcriptionibus, niſi fortè æuo Plinij à Volceia Volcentani faciebant: temporibus autem inferioribus Volceani. hæc ille. Idem inſcriptionem ad me mittit, vbi* VVLCEIANÆ *Ciuitatis memoria, quæ hodie* Bocino.

VOLCENTES, *vel* VOLSCENTES, *Italiæ populi, quos Liuius 27. cum Hirpinis & Lucanis numerat. Iidem cum Volcentanis, vt puto. Eoſdem cum* VOLCEIANIS *putat Angelerius. nã forſan, inquit, vt à Vei Veientes: ſic à Volceis, Volcentes: ſed tẽporibus recentiorib. lingua iam immutata.*

VOLCI ὀυόλκοι, *Ptolemæo, Straboni, Floro, & Plinio Italiæ in Latio littorali populi. in Campaniæ limitibus, & quæque vltra Lirim.* BVOLVSCI βουλούσκοι, *ſcribit Suidas. Halicarnaſſeus,* ὀυολοῦσκοι *habet, ſine* B. *Sic quoque Cato in fragmentis* VOLOSCI *quos vocamus* VOLSCOS. *Horum metropolis Anxur ſiue Tarracina.* VOLSCI *ſcribendum cenſet quoque Angelerius. Eutropio gens ad Campaniam euntibus, non longè ab Vrbe eſt.* Gaiette *à Pineto malè vertitur.* VOLCI POMETII *ſunt apud Strabonem 6.*

VOLCIANI, *Liuio 21. Hiſpaniæ populi. Sunt qui ſuſpicantur, inquit Florianus, hodie horum vrbem* Villa dolce *vocari: hanc enim olim* Volce *appellatam, ex eorum archiuis, manifeſtum eſt. Arragoniæ regionis eſt, circa Guerbæ fluminis fontes.*

VOLCIENTES, *Plinio Tuſciæ populi.* VOLCEN *vrbem habet Cato in Originibus: &* VOLCINIVM *Plinius, in Illuſtribus.* Craſſeto *ibi nunc, Valaterrano. Sed an hoc aliud à Volſinio per* S, *videndum.*

VOLENES, *vide* FAGITANA.

VOLERIVS ὀυολέριος, *Corſicæ fluuius Ptolemæo. qui* Rigi, *vt Pinetus;* Fiuminale, *vt Leander ſcribit; hodie nomen habet.*

VOLGÆ, *vide* VOLCÆ.

VOLGESIA ὀυολγεσία, *Babyloniæ regionis, ad flumen Baarſarim vrbs, Ptolemæo.* VOLOGESOCERTA *à Plinio vocatur, libro 6. cap. 26.* VOLOGESSIA *apud Ammianum libro 23. legitur.* BOLOGESIAS βολογεσιάς, *Stephano eſt. Idem habet* BOLOGESIPHORAM βολογεσίφορα, *vrbem, ſed eam Perſidi adſcribit.*

VOLIBA ὀυολίβα, *Ptolemæo Dumniorum vrbs, in Albione inſula.* Bodman, *Villanouanus appellat. Sed* Wolmuth *&* Falemouth *Camdenus.*

VOLIBILIANI, *vide* VLIBILIANI.

VOLITENSIS *Plebs, in Africa. Coll. Carthag.*

VOLOBILIS, *vide* TAMVSIGA.

VOLOBRIA *municipium, habet ex Tiberij nummo Goltzius, in ſuo Theſauro.*

VOLOGESSIA, & VOLOGESOCERTA, vide VOLGESIA.

VOLONICVM, locus ſic dictus in Aruernornm regione Galliæ. vt habet Surius in vita D. Proiecti.

VOLOSCI, vide VOLCI.

VOLSAS ὀόλσας, ſinus Albionis inſulæ: apud Ptolemæum. ὀόλας, legebat ſine s. M.S. codex.

VOLSANITÆ, vide GVRASIVM.

VOLSCENTES, vide VOLCENTES.

VOLSCI, vide VOLCI.

VOLSINIENSIS Lacus, vide BVLSINVS.

VOLSINIENSIVM Lucum, ſcribit Leander olim appellatum, quem hodie Boſco di monte fiaſcone nominant: in Tuſcia ſitum. Idem tradit à Plinio ETRVRIÆ Lucum vocatum, ſed ex loco mendoſo, aut malè diſtincto, ni fallor, libri 3. cap. 5. nempe, vbi ſic legitur, Faliſca quæ cognominatur Etruſcorum, Lucus Feroniæ, &c. quo loco Lucus ad Feroniam non ad Etruſcorū referri debere patet.

VOLSINIVM ὀολσίνιον, Tuſciæ vrbs Straboni, Ptolemæo & Plinio. VVLSINIVM Liuio. Bolſena Leandro Alberto dicitur, Meminit eius etiam Cato in Originibus, vt libri titulus eſt. VOLSINIOS habet Strabo, & Auctor de Viris Illuſtribus. VOLSINIEMSEM vrbem caput Etruriæ, vocat Val. Max. Vide VOLCIENTES.

VOLSONES. De Volſonibus triumphaſſe M. Atilium tradunt faſti Capitolini. In Apulia circa Nuceriam ſunt, teſte Sigonio.

VOLTVMNÆ Fanum, Liuio lib. 4. & 5. locus eſt Etruriæ. Sunt qui putant Viterbum hodie hunc locum occupare; alij Maſſa ibi nunc exſtare dicunt, in Seneſi territorio. VOLTVRNÆ Fanum legit Antoninus in Itinere Tiberino. vbi & alium locum ſimpliciter VOLTVRNA vocat.

VOLTVRNVS, vide VVLTVRNVS.

VOLVBILE, vide TAMVSIGA.

VOLVCE, Hiſpaniæ vrbs: Antonino. Inter Cæſarauguſtam & Aſturicam. VOCVLA legit Hermolaus. Vide VELVCA.

VOLVMNII ὀλέμνιοι, Italiæ populi: Diodoro 12. contra quos bellum gerebant Romani, T. Quinctio & Agrippa Frurio Conſſ.

VOLVNTII ὀολύντιοι, apud Ptolemæum ſunt Hiberniæ populi. ὀσλόντιοι erat in M.S. codice.

VOLVSCI, vide VOLCÆ.

VOLVSTANA, vide CAMBVNII.

VOMANVS, Plinio & Silio Piceni fluuius eſt. Vomano L. Alberto nominatur. Homano Ligorius vocat. TRVNOVM τρυνόων, habet hoc tractu, Strabo, libro 5. quem idem L. Albertus eundem cum Vomano eſſe ſcribit. Sed hoc Trunoi vocabulum Xylander in ſuo Latino Strabone data opera omiſit, otioſam vocem eſſe iudicans. Video eam tamen Bonacciolū minimè neglexiſſe in ſuo Strabone, quem ex Græco Italicum fecit. Sed Vide TRVNOVS.

VONCARIENSIS Epiſcopus, in Mauritania Cæſarienſi. Vict. Vticenſis. Ibidem VONCARIANENSIS, idem.

VONGO, vide YVNGO.

VOREDA, Angliæ vrbs: apud Antoninum, quæ Old Carlile Camdeno. Talbotus ſubdubitat num ſit ORREA Ptolemæi.

VOREGINVM, vide VERREGINIS.

VORGANIVM ὀοργάνιον, Galliæ Lugdunenſis vrbs, in Oſiſmiis. Ptolemæus. VORGIVM eſt in tabula Peutingeriana. vt cenſet M. Velſerus.

VORIDIS, in Bithynia, meminit Codex Theodoſianus 12. Tit. de Decurionibus.

VOROCHTA, vide ARMVZIA.

VOROCINGVS, locus Galliæ videtur, apud Sidonium, in Propentico ad ſuum libellum.

VOSAGVS, pagus agri Biturici, G. Turonenſis 9. VOSACAM Siluam, idem habet, libro 10.

VOSAVIA, vide FICELIA.

VOSETENSIS loci, in Africa. meminit Coll. Carthag.

VOTVRI Galli, qui Galatiam in Aſia quondam tenuerunt. Plinius, & Solinus. VETVRI legebat ora Solini cum M. S. collati, à Reuerendiſſimo Torrentio.



VPHAS, locus vnde aurum adſertur, Hieremiæ 10. MOPHAS legunt 70. interpretes. OPHIR autem D. Hieronymus & Chaldæus.

VPPARA οὔππαρα, Indiæ emporium. Arrian. in Periplo maris Rubri. Sed SVPPARA vt Ptolemæus, hunc quoque ſcripſiſſe mihi conſtare videor. Sic enim apud hunc, Ακαβάρου, ουππαρα. Cauſſam corruptionis vide in COMBOS, alibique in hoc opere.

VR, Chaldæorum vrbs, in qua natus eſt Abraham patriarcha, vt habet liber Geneſeos, cap. 11. VRE οὔρη, habet Ioſephus. Regionem Chaldæorum vertunt 70. interpretes. ORCHOE ὀρχόη, Ptolemæi eſſe, ait Poſtellus, & Villanouanus. ORCHE Strabonis F. Iunius. VR, Perſicum caſtellum, habet Ammianus, libro 25. Euſebius lib. de Preparatione Euangelica 9. cap 4. ſic habet: In CAMIRINE καμαρίνη, Babyloniæ vrbe, quam alij VRIEN οὐρίην, vocāt: quod nomen Latinè CHALDÆOPOLIM ſignificat, inquit Eupolemon. Vide PYREVM.

VRA, locus ad Euphratem, in quo is reuerſus ad Orientem, relinquit Palmyrenæ regionem. Plinius. SVRA Ptolemæi fortaſſè. Adi huius Aſiæ Tabulam IIII. Sed & SVRA legendum monuit me Franc. Iunius.

VRACITANVS Epiſcopus, in Africa Proconſulari: eſt apud Vict. Vticenſ.

VRALENSEM Ciuitatem, in Africa, habet D. Auguſtinus Epiſt. 256. pro VZALENSI fortè.

VRANIA οὐρανία, Cypri vrbs, Diodoro 20. οὐρανία, erat in ora libri.

VRANOPOLIS οὐρανόπολις, Pamphiliæ vrbs: Ptolemæo. In Atho monte: Plinio. In Galatia Prima: Synodo Conſtantinopolitana VI. Chryſopolim ſitam è regione Conſtantinopolis poſſe quis rectè Vranopolim vocare, ſcribit Manaſſes. Athenæus 1. hoc epitheto Vrbem Romam inſigniuit. Et idem meminit VRANOPOLIS ab Alexarcho Caſſandri Macedoniæ regis fratre condita. In Atho monte. hæc Plinio.

VRATHINÆ οὐραθῖναι, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptolem.

VRBA, vide SALVIA, & VERBIGENVS.

VRBANENSIS concilij meminit Gratianus, Decret. 2. Cauſa 28. In margine VRBIENSIS legebatur.

VRBARA οὔρβαρα, Ptolemæo opidum in Mauritania Cæſarienſi.

VRBATA, Pannoniæ vrbs: apud Antoninum.

VRBES, vide VRBEM.

VRBEVETANVM, vide OROPITVM.

VRBI, gens Indica videtur, apud Plinium. Circa Gedroſiam & Arachoſiam fortè.

VRBIACA, vrbs Hiſpaniæ: inter Liminium & Cæſarauguſtam, Antoninus.

VRBICARIAS, & SVBVRBICARIAS Regiones, nominat Lib. Notitiar. Circa vrbem Romam exiſtimo. Vide TVSCIA.

VRBICVA, Hiſpaniæ vrbs, apud Liuium: Arbeca Ant. Beutero, & Cluſio dicitur. Num idem cum Vrbiaca? VRBVICA legit Occo, in nummo Auguſti.

VRBICVS, fluuius Hiſpaniæ: circa Aſtorgam. ſic dictus tempore Wandalorum. nunc Orbego. teſtis Moralis. Vrbici huius meminit Iſidorus, in Gothorum chronico. VRBIVS videtur, apud Iornandem. Optatus Afer meminit Zephirini Vrbici, à loco quodam. VRBICVS Vicus etiam in vrbe Roma, Liuio & Solino. qui VRBIVS habet. ORBIVS legit Feſtus.

VRBIENSIS, vide VRBANENSIS.

VRBINATES, VI. Regionis Italiæ populi, quos Plinius METAVRENSES, & alios HORTENSES cognominat. Vide VRVINI.

VRBINVM, Tacito & Procopio, Italiæ vrbs: quæ hodie Vrbino. vide SVASA.

VRBISALIA, ſiue VRBS SALVIA, vide SALVIA.

VRBIVENTVM, vide OROPITVM.

VRBIVS, vide VRBICVS.

VRBONE οὐρβώνη, Turdetanorum in Bætica vrbs. Ptolemæus.





VRBS VETVS, Latinis noſtri ſæculi hominibus dicitur ea Holſatiæ vrbs quam Saxones Aldenburg, Dani Brannesia; & Wandali Stargard vocant. Ex Crantzio. Arnoldus Abbas in chronico Slauorum ſcribit Aldenburgum alio nomine PLISNE nuncupari. Vide OROPITVM.

VRBEM, Liguriæ fluuium habet Claudianus de Bello Getico: eo verſu, Peruenit ad fluuium miri cognominis vrbem, vt habent excuſi codices. ego ſic lego. Peruenit ad fluuium (miri cognominis) Vrbem. parentheſis notas addo, & Vrbem maiuſcula ſcribo. Vrba vel Orba hodie etiam vocari exſtimo. à Tanaro amne in Padum defertur. VRBEM ſyluam, habet hoc tractu Diaconus, Longobardicor. 6. cap. 18. ſub finem.

VRBIVS, vide VRBICVS.

VRBVBVMA, Aethiopiæ ſub Aegypto opidum: Plinio.

VRBVICA, vide VRBICVA.

VRCE, & VRCI, vide VIRGI.

VRCESA οὔρκεσα, Celtiberorum vrbs, Ptolemæo, in Hiſpania Tarraconenſi: Car. Cluſius Velez nominat.

VRCHOA, vide VR, & ORCHOE.

VRCILIANI, Africæ populi apud Vegetium. quos ſcribit apud veteres camelos in aciem produxiſſe. lib. 3. cap. 22. in Militaribus. VRSILIANI per s alius codex legit. An fortè VSILLANI, ab Vſilla?

VRCINIVM οὐρκίνιον, Corſicæ inſulæ opidum, apud Ptolemæum: Aiaz, Pineto: Ginerca, Nigro nuncupatur.

VRE, vide VR.

VREMA οὔρημα Syriæ vrbs ad Euphratem: Ptolemæo. per I in ſecunda interpretibus.

VRETI. Sidonius in Panegyrico Maiorano Cæſari dicto, Conſcenderat Alpes, Vretorumq; iugo per longa ſilentia ductus. Niſi Rhætorum, vel Venetorum legendum.

VRGAVONENSE. Municipij ALBENSIS VRGAVONENSIS meminit vetus lapis qui Argionæ eſt in Bætica. Vide ALBA.

VRGELLA, Vide ORGELITANVS.

VRGENVM οὔργενον, Straboni Galliæ Narbonenſis vrbs. ERNAGINVM Antonini eſt, teſte Simlero. ἐρναγινον habet Ptolemæus in Salicibus. ERNAGINENSIVM memoria exſtat in antiquo lapide. An VGERNVM Greg. Turonenſis, Arelatenſe caſtrum? in Strabonis enim codicibus M. S. ουγερνον legi, annotauit Caſaubonus.

VRGI οὔργοι, Sarmatiæ gens, Inter Iſtrum & Boryſthenem. Strabo.

VRGIA, cognominatum CASTRVM IVLIVM, opidum Gaditani conuentus, Plinio lib. 3. cap. 1. Hanc autem eſſe putant, quam Strabo ORIAM vocat: (inquit Hermolaus.) Villanouanus putat VCIA οὐκία, Ptolemæi eſſe. Idem Plinius habet ibidem VRGIA cognomine CÆSARIS SALVTARIENSIS. Vide VRIVM.

VRGO, Maris Tyrrheni inſula, apud Plinium, & Melam, GORGON vocatur à Rutilio Numatiano. Gorgona interpretatur à Ioſepho Caſtalione. Sed hanc ipſam à Ptolemæo GORGONA dici, auctor eſt Hermolaus: atq; eius loco ORGONESVS, id eſt, Orgos inſula legendum docet. in Græco tamen Ptolemæo non habetur. in Latinis quibuſdam codicibus ORGONIS inſula habetur. ὄργων eſt Stephano. Gorgona MARGARITA poſtea vocata fuit: vt habet Adonis Martyrologium ad XI. Kal. Iunij.

VRI οὖροι, circa Pontum Euxinum gens. Orpheus in Argonauticis. Circa Indum fluuium, ſunt quoque Plinio.

VRIA οὐρία, Acarnaniæ lacus: apud Strabonem. Vide HYRIVM.

VRIAS, vide HYRIVM.

VRICOVIVM, Angliæ opidum. quod Humfredo auctore Britannis Ymwitthig, & Anglis Wrekecheſtre, & contractè Wrocceſtre dicitur: olim verò Pengwern. Apud Antoninum puto eum antiquum nomen legiſſe: ibi enim VRIOCONIO habetur. VIROCONIVM οὐιροκόνιον, Ptolemæi in Cornauijs putat Simlerus.

VRIDIOS, vide DIANÆ Fanum.

VRIEN, vide VR.

VRII, vide HYRIVM.



VRIMA, vide VREMA.

VRIMORVM ὀυειμων, Epiſcopum Abramium, nominat Socrates Scholiaſticus 2. cap. 3. Ab Vrema, Ptolemæi puto.

VRION, regia Perſiæ, in vita S. Epiphanij. Simeō Metaphr.

VRIPANZITENSIS, vide VZIPPARENSIS.

VRITANVS οὐειτανὸς, ager, planus, frumentiq; ferax, à Metello in poteſtatem redactus, apud Appianum 1. Ciuilium. Circa Rauennam videtur. Vritani agri in Galliis mentio ſit apud Frontinum Nanſij. Vide VARNVS.

VRITES, apud Liuium 42. ſunt Italiæ Exterioris populi. Ab Vria fortè gentile, ſi vera ſcriptura.

VRIVM οὔριον, Ptolemæo Turdetanorum in Bætica vrbs. Straboni ORIA ὠρία, eſt: vt Villanouano videtur. mihi non item. VRIVM Plinio fluuius Bæticæ eſt, inter Anam & Bætim.

VROLANIVM, vide VEROLANIVM.

VROVICVM, vide EBORACVM.

VRPANVS, Pannoniæ fluuius: Plinio.

VRPHE, vide OPHIR.

VRSAO, vide VRSO.

VRSARIA, nomen vici cuiuſdam; auctore Lupo, in vita S. Maximini. Meminit eius Lib. Notitiar. in tractu Armoricano. vide MANTVA.

VRSENTINI, Lucanorum populi: apud Plinium. Conturſium putat hodie vocari. Bruſonius in Facetiis, lib. 4. Circa Silarum fluuium deſcribit. Vide VERTINÆ.

VRSEOLA, vel VRSOLIS, Galliæ Narbonenſis vrbs. Antoninus.

VRSI Montes, & RIPHÆI, ſunt in Scythia, vnde Boreas flat. Theophraſt. de Aëre & Aquis.

VRSIDVNGVM, Hannoniæ vrbis nomen eſt in vita S. Giſleni monachi. Saint Giſlain hodie eſt. VRSIGVNDVS Leſſabæo eſt. In S. verò Ausberti vita VRSDVNGVM, ſuper fluuium Hagna conſtituitur. nouoq; nomine, Cella vocatur. Cellenſe monaſterium aliis. Pro Hagna autem Hania legendum.

VRSINIVM, ciuitas Italiæ eſt, apud Optatum Afrum, qui eius epiſcopum Euandrum ab Vrſinio nominat.

VRSO Colonia, (οὔρσων Straboni) quæ & GENVA Vrbanorum, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs; apud Plinium. Oſſuna hodie putatur. Ant. Auguſtinus & Amb. Moralis GEMINA pro Genua legunt, & hic eandem putat cum ORSONA ὀρσῶνα Appiani, in Ibericis. VRSON in antiquis huius loci lapidibus ſcribi tradit Nauagierus. VRSAO eſt A. Hirtij, in Hiſpanicis. Idem ibidem habet SAONEM, & VERSAONENSES corruptè, pro Vrſaonem, & Vrſaonenſes. Ora libri And. Schotti putat quoque ibidem BVRSAVOLENSES malè legi, pro VRSAONENSES.

VRSON, vide ARSIA.

VRSVS Lucus οὔρσος ἄλσος, & ÆSVIVM Pratum αἰσυείον λειμῶνα, vbi prælium fuit inter Aruntem Tarquinium & Romanos. Plutarchus in Poplicola. ARSIAM ſiluam vocat Liuius. Siluam HORATI ὁράτιυ, Deo ſacram: & VINIVM οὔινιον Pratum, Halicarnaſſeus. IVNIA Prata vertit Gelenius, item Portus.

VRSVS PILEATVS, locus in vrbe Roma. S. Bibiana hodie, ad Portam Eſquilinam. ſic Baronius ad Martylog. VICI VRSI PILEATI meminit Sex Ruffus. VRSVS GALEATVS eſt in Fragmento M. S. Libror. Linteorum Pontificior. quod ſeruo in quo hæc verba, IIII. Kal. Aprilis, rixa ad Ianum Inſimum, in caupona, & caupo ad Vrſum Galeatum grauiter ſauciatus.

VRTICINORVM, vide VIDICINORVM.

VRTRON, vide OSVRTRV.

VRVGITENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

VRVGVNDI οὐρουγοῦνδοι, Scythica gens videtur, apud Zoſimum 1. Propter Iſtrum ſedes habet. Pro Burgundis videtur habere Vignierius.

VRVINI populi, item VRVINATES METAVRENSES, habet ex vetuſtis inſcriptionibus, Goltzius; in ſuo Theſauro. Vrbinates puto.

VRVNCA, videtur territorij Baſilienſis vrbs: apud Antoninum.

ninum. Hoc volunt Enſiſheym eſſe, inquit Simlerus, in ſua Heluetia. Vide VTIRENTA. eadem enim eſt.

VRZAN ὐρζάν, Suſianæ opidum: Ptolemæo.

VS, vide ARMENIA Minor.

VSA ὔσα, Arabiæ locus Zonaræ, vbi Neſtorium relegatum ſcribit.

VSADIVM promontorium, Mauritaniæ Tingitanæ, ad Oceanum Occidentalem, Ptolemæo. Cabo de Alguer Marmolio eſt. Vide HERCVLIS prom.

VSALITANVM opidum Latinum; in Africa: Plinio. VSALLITANORVM meminit vetus lapis. An ab VSVLIS D. Auguſtini? Vide VSILLA.

VSAR, vide SISAR.

VSARGALA, vide SVSARGALA.

VSATI, vnde vnus fortium Dauidis 2. Samuel. 23. ὠσοὶ 70. interpret.

VSBIVM ὔσβιον, Germaniæ vrbs eſt Ptolemæo, iuxta Danubium. Lazius in Auſtria ponit, & Perſenburg vocat. In libro R.P. Romanæ dicit idem hodie Ipſium nominari. quod tertio milliari eſt infra Laureacum.

VSCANA, opidum haud procul à Lychnido, Daſſaritiorum. Liuius 43. dicitq́ eam Peneſtianæ maximam eſſe vrbem. SVLCANVM Oroſij videtur.

VSCENVM ὄυσκενον, Iazygum Metanaſtarum vrbs: Ptol.

VSCETA, vide VZECIA.

VSCOSIVM, Italiæ locus, inter Hiſtionium & Sipontum. Antoninus.

VSCVDAMA, vide HADRIANOPOLIS.

VSCVNDII, vide VOCONTII.

VSDICESICA ὀυσδικησικὴ, Thraciæ præfectura: apud Ptolemæum.

VSELLIS ὄυσελλις, Ptolemæo Sardiniæ colonia & opidum. quod Boſſa Nigro eſt.

VSIBALCI, Aethiopiæ ſub Aegypto populi: Plinio.

VSIDANENSIS Epiſcopatus, in Mauritania Cæſarienſi, Vict. Vticenſ.

VSIDICANI, apud Plinium Vmbriæ populi ſunt.

VSIDITANA, Mœſiæ vrbs: apud Iornandem. In vicinia Thamyris. VSIDITAVA malim, per V. in poſtrema, quæ terminatio huic tractui valde vulgaris, apud Ptolem.

VSILLA ὀυσίλλα, Africæ Propriæ vrbs: Ptolemæo. VSVLA apud Antoninum eſt, & D. Auguſtinum. qui VSVLENSIS epiſcopi meminit.

VSIPETES ὀυσιπέται, Cæſari & Dioni, Germaniæ populi ſunt, quos Plutarchus in vita Iulij HVSIPAS ὄυσιπας, vocat. Rhellicano ſunt intra Rhenum, & montes in Haßia, in eo loco qui Hochzug appellatur. Hos Vſipetes, putat Willichius eoſdem eſſe cum VSIPIIS Taciti, & VISPIS ὐίσποι, Ptolemæi: item SVSIPETIBVS Appiani. Vſipij tamen & Vſipetes ſunt apud Tacitum diuerſi populi. NVSIPI νουσίποι, ſunt Straboni, vt cenſet H. Iunius in ſua Batauia, vbi eos Zutphenos hodie vocari, (quicquid alij dicant) affirmat. VISPOS Ptolemæi alios eſſe ab his docent eius tabulæ.

VSLONTII, vide VOLVNTII.

VSOCANA, vide VXACONA.

VSPEN, vide VISPEN.

VSSARA ὄυσσαρα, Ptolemæo vrbs in Mauritania Cæſarienſi.

VSSVBIVM, Galliæ Aquitanicæ vrbs: apud Antoninum. VESVBIVM in tabula Peutingeriana, vt cenſet M. Velſerus.

VSTICA, vide EVONYMVS.

VSVERICA, Galliæ opidum, in tabulæ Peutingerianæ ſcheda III. non edita.

VSVI, vel ISIV, Aegypti vrbs: Antonino. ISVVM fortè in lib. Notitiarum.

VSVLA, vide VSILLA.

VSVVM, vide VSVI.

VTELLABRI, vide VELABORI.

VTENS, vide VFENS.

VTERNI ὀυτερνοι, Hiberniæ gens: Ptolemæo. IVBERNI ἰουβερνοι, legebat MS codex. Aethicus, & Oroſius, videntur huius loco LVCENI legere.



VTHINA ὀυθινα, Africæ Propriæ colonia: apud Plinium, & Ptolemæum. VTININENSIS Plebis, meminit Coll. Carthag. Vide VTIMIENSIS, & ITINA.

VTHISIA, vrbs Numidiæ, inter quam & Icoſium effluunt Ancus & Nabar flumina: Pomponio.

VTHACVM, vide VTICENSE.

VTICA, Cæſari, Liuio, & aliis, Africæ Propriæ vrbs maritima. ITYCA ἰτύκη, habent Ptolemæus, & Polybius. Olim poſt Carthaginem ſummam in Africa dignitatem obtinebat. Coloniam Romanam fuiſſe, docet ex Gellij 16. cap. 13. Onuphrius. Porto Farina Fazello dicitur, & Marmolio, qui ſubiungit ab Africanis Gar el Melha vocari. Huberto Foglietæ hodie Biſerta eſt. Mazachares locus nunc vocatur, inquit Niger. opidum enim deletum eſſe addit. VTICENSIS Galliæ epiſcopi, meminit Aurelianum concilium V. Vzes eſt Cognato & Cœnali, & Vzeſienſe caſtrum. VCEGIENSE, & VCIACENSE legit liber Prouinciar. In Gallia Narbonenſi.

VTICNA ὄυτικνα, Africæ Propriæ opidum: Ptolemæo.

VTIDAVA ὀυτιδαυα, apud Ptolemæum Daciæ vrbs. Wtuar-hel, id eſt, Vtidauæ rudera ipſorum lingua, vt perhibet Lazius in ſua R.P. Romana.

VTIGORI ὀυτίγοροι, Hunnica gens: Agathiæ 5.

VTIDORSI populi, circa fauces Caſpij maris; ſunt apud Plinium.

VTII ὄυτιοι, Perſiæ populi fortaſſe, in Herodoti Thalia, & Polymnia. Vide QVINTI.

VTIMARI Plebs, in Africa. Coll. Carthag.

VTIMIENSIS Epiſcopus Africæ Proconſularis: Victori Vticenſi. Ab Vthina fortè, corruptè.

VTINA, & VTINVM, Fori Iulij vrbem Latinis dici video, quæ vulgò incolis Vdine vocatur. Lazius ſcribit eam quoque VDINVM, & Germanis Weyden nominari. Niger credit hoc Ptolemæi FORVM IVLIVM, quod in Carnis deſcribit, eſſe. Eſt qui pro Vtina, apud Plinium corruptè Atina legi aſſerit. Vtinum montem, dicit ſe vidiſſe Otto Friſing. libro 4. ab Attilæ militibus in modum aggeris comportatum in obſidione Aquileiæ. quem alij à Iulio Cæſare factum tradunt.

VTIRENTA, vrbs circa Argentoratum: Antonino. VIRINCA & VRVNCA, aliæ lectiones apud Hier. Suritam.

VTRICESIVM, legunt apud Ammianum in principio libri 18. B. Rhenanus, & L. Hortenſius. & putant hodie Vtrecht eſſe, vrbem Batauorum, epiſcopali ſede notam, quam & WILTEBVRGVM fuiſſe vocatam, iidem ſcribunt: ex Sigeberti fortè Chronico. vbi dicit Wilebrordum à Sergio Papa epiſcopum conſecratum, in loco Wultaburch dicto, qui nunc Vltraiectum dicitur; à nomine gentis Vultarum, & traiecto compoſitum: quaſi Vultarum opidum. ANTONIAM ab initio appellatam, apud omnes conſtare, aſſerit (non mihi perſuadet) idem Hortenſius. Sed vide TRAIECTVM, & WILTEBVRGVM.

VTRICVLVM, vide OCRICVLVM.

VTTARI, Hiſpaniæ vrbs; Antonino. inter Aſturicam & Bracaram. VCCARI, & VITTARI legit pro eadem etiam Simlerus.

VTTESENSES, vide IVLIA AVGVSTA.

VTVGARI ὀυτυγάροι, Hunnorum gens: apud Procopium.

VTVNNENSIS Epiſcopus, in Africa. Coll. Carthag.

VTVS, amnis Daciæ Ripenſis: Marcellino Comite, vbi Arugiſtum ab Attila occiſum ſcribit. Plinius dicit Mœſiæ fluuium, ex Hæmo monte emanantem. Lib. Notitiar. & Antoninus vrbem cognominem habet hoc tractu, XII. M. P. ab Oeſco Triballorum; Thraciam verſus.

WAGGIENSIS, vide WAZENSIS.

WAGRI Germaniæ populi, Holſater, in Daniæ regno: Alb. Crantio. Idem horum regionem HOLSATIAM TRANSALBIANAM, (quòd trans Albim fluuium ſita ſit) & NORDALBINGAM (quod trans Albim verſus Septentrionem quem Germani Nord vocant, expoſita ſit) vocat. ALBIAM Siluam, nominat Alb. Stadenſis: Holſtein vulgo. Vagrorum primariam ciuitatem



tem Helmoldus, & M. Adamus Aldenburgum facit.

WALONES, ſic vocant iuniores Latini Galliæ populos qui ſe ipſos Walons vocant. Nos Belgæ autem qui auita Germanica lingua vtimur, eos Walen nominamus, aut numero ſingulari Wal. quod Gallorum omnium antiquum nomen putauerim. ex quo veteres Latini hoc digamma deſtituti, pro Wal, GAL, & multitudinis numero GALLI dixere. (vt pro Wermanni Germani.) Hodie autem omnes Galli ſe Francones ſiue Françoiſes nominant à Francis Germaniæ Galliam poſtea occupantibus populis. Lege quæ diximus de hac W in G frequēti permutatione, ad tabulam veteris Germaniæ, in Parergo noſtri Theatri, ne cramben bis coctam apponere videar.

WANDALI, vide VANDALI, & WINVLI.

WAZENSIS Plebs, in Africa. Coll. Carthag. WAGGIENSIS, eadem, ibidem.

WCRINA, fluuius Boßinæ regionis, in Sauum effluens. Laonicus.

WELATABI, & WILSI, vide SCLAVI, & WINIDÆ.

WIDICVLÆ, vide ETHESPAMARÆ.

WILTEBVRGVM, Gemblacenſi Hollandiæ opidum. quod, vt ait H. Iunius in ſua Batauia, ſitum olim fuit ad Rheni ripam, ſupra Traiectum ad duo aut amplius paſſuum millia. ibi etiamnum multa antiquitatis rudera effodiuntur. Vide VTRICESIVM.

WINIDÆ, populi Daciæ: verſus Aquilonem: Iornandi. VELATABI alias nominantur, teſte Rhenano 1. Rer. Germanicarum.

WINVLI, patria lingua; poſtea LONGOBARDI, à longis barbis vocati ſunt, vt refert Diaconus, & Sigebertus: Idem Viterbienſis, qui eos VINVLOS ſimplici V, ſcribit, additq́ Vinulorum lingua lang longa, & bart barba interpretari. Eorum ergo lingua fuit Germanica. LANGOBARDI per A, habet Tacitus, & benè. Winulos antiquitus WANDILOS vocatos ſcribit Helmoldus. Adi de his Reyneccij Appendicem ad eundem. Vide LACCOBARDI, & LANGOBARDI.

WIRVS, fluuius Angliæ inſulæ, Bedæ, Eccl. hiſtoriæ 5. cap. 22.

WITINI, vide SODERANI.

WITLAM, opidum ad Moſæ oſtium: Gemblacenſi. alia lectio WITHAM, & WITLANT. In Francorum Hiſtoria, huius quoque mentio, vbi WITTHAM legitur. Combuſtum à Normannis tradunt. Anno 835.

VVLCA, vide HIVLCA.

VVLCANI ἡφαίστου, inſula, Ptolemæo & Liuio; prope Siciliam. VVLCANI Templum vocari, ſcribit Strabo, lib. 6. Vna ex Æolijs: teſte Caßiodoro 3. Variar. Epiſtola 47. ſic dicta, quòd grauius ceteris ſuccenditur. Volcano hodie, Leandro. VVLCANI Olla, locus haud procul à Lipara inſula. ſi creditur Aimoino lib. 2. Diacono, & Hiſtoriæ Miſcellæ libro 15.

VVLCANIVS Collis, in Sicilia: agri Agrigentini. Solinus. Antrum in eo deſcribi puto à Gratio poëta, de Venatione.

" VVLCENTANVM. Arnobius contra gentes 6. Regna-
" toris in Capitolio quis eſt hominum, qui ignoret Tolı eſſe
" ſepulcrum Vulcentani? Pro Volceiani fortè. Vide VOLCENTANI.

VVLCHALON, locus circa Toloſam. Cicero pro M. Fōteio.

VVLGIENTES, Plinio Galliæ Narbonenſis populi. Per C in ſecunda Vulcientes, ſunt in triumphis Verrij Flacci.

VVLOINI, vide SCLAVI.

VVLPIACVM caſtellum, circa Iuliacum videtur, in vita D. Gudelæ. An Vbich? vel Vlpen?

VVLSINIENSIS, vide BVLSINVS.

VVLSINIVM, vide VOLSINIVM.

VVLTÆ, vide VTRICESIVM.

VVLTERANÆ Eccleſiæ, mentio eſt in Decret. 2. Cauſa 12. An pro Volaterranæ?

VVLTONNA Galliæ fluuius, in Hiſtoria reuelationis capitis S. Ioannis, quæ cum operibus D. Cypriani excuſa eſt. Boutonne mihi videtur apud Santones. VVLTRONIA Villa, circa ditionem Angoliſmenſium, ibidem.



VVLTRONIA, vide VVLTONNA.

VVLTVR, Lucano 9. & arua, Vulturis, & calidæ lucent "
bucceta Matini. Meminit huius etiam Horatius: Me fabu- "
loſæ Vulture in Appulo. Acron, in eundem, dicit fluuium "
Apuliæ eſſe. Commentator vetus, quem Cruquius edidit, montem facit.

VVLTVRINA Caſtrum, quod Longobardis ſe tradidiſſe, ſcribit Diaconus. In Gallia Ciſalpina.

VVLTVRNIA, inter Sardiniā & Africā inſula: Antonino.

VVLTVRNVM ὀυόλτουρνον, Straboni, Plinio, Liuio, Melæ, Frontino, Varroni, & Ptolemæo. Romana colonia in Campania. Caſtello al mar di Botorno vocatur à Leandro, & Blondo. VOLTVRNVM per O, ſcribit Ptolemæus; & Varro, qui eam ad Vulturni fluminis oſtia locat. Vide CAPVA.

VVLTVRNVS, Plinio, & Virgilio, Campaniæ fluuius; quem iuxta Cumas in mare labi, ſcribit Seruius. ſed iuxta Vulturnum opidum Varro 4. qui eum in Samnio oriri ſcribit. Liuius 22. dicit eum Falernum ab agro Campano diuidere. Eminus eſt Vulturnus Capua trium millium paſſuum, inquit Padianus ad quartam contra Verrem. Varro per O, in prima habet, VOLTVRNVS. Natarone recentiore vocabulo dici, ſcribit Leander. Volturno eum ab ipſis accolis vocari audiui. Niger dicit eum à Plutarcho LOTHRONIVM, Georg. Fabricius NATARONVM dictum, ALOCRONVS, Cuſpinianus in Caßiodorum: omnes vitioſè. HOLOTHRONVS ὁλοθρόνος, eſt in vita Fabij Maximi. Sed pro Vulturno ibidem, idem Plutarchus VATVRANVS ὀυατουρανός, legit. Vulturnum Mare habet etiam Plinius, ad huius fluminis oſtium, CASVLINVM κασουλῖνος, hoc flumen vocatur ab Agathia libro ſecundo, ab opido fortè in eius ripa ſito. cui accinere videtur Vibius. item Strabo 5. Caſulinum hunc Ligorius Sanguino nouo nomine vocat.

WVRMIVS fluuiolus, duobus paß. millibus ab Aquiſgrano. Eginhartus in hiſtoria tranſlationis SS. martyrum Marcellini & Petri. Nomen Worm hactenus retinet. Idem eodem tractu habet ARAM fluuium, ad pagum Ludelſdorpfium. & hic quoque Ar hodie vocatur.

VXACONA, Angliæ vrbs: apud Antoninum. VSOCANA alius codex legit. ſed VSOCONA Camdenus, qui Oken pate eam vocat.

VXAMA ARCELLÆ ὄυξαμα ἀργέλλαι, Ptolemæo Areuacorum vrbs, in Tarraconenſi Hiſpania. Oſma hodie vocatur, vt Cluſius & Moralis tradit. VXAMA, ſine cognomine, habet Plinius, & addit hoc nomen crebro aliis in locis vſurpari. VXSAMA, per S in antiquo lapide eſt. Vide AVXIMA.

VXAMABARCA ὀυξαμαβάρκα, Autrigonum vrbs, in Hiſpania: Ptolemæo. Diuiſim fortè legendū, Vxama Barca.

VXANTISSENA, Britanni maris inſula, Antonino. Corrupta ſcriptura, vt putat Camdenus, pro AXANTOS Plinij, & SENA Pomponij Vide SIAMBIS.

VXELA ὄυξελα, Ptolemæo Albionis inſulæ vrbs; in Dumnoniis. Lreckhornwel nomen habet apud Villanouanum. Leſtuthiel autem apud Camdenum.

VXELVM ὄυξελον, Selgouarum vrbs, in inſula Albione; Ptolemæo. VZELLVM ὄυζελλον, erat in M.S codice.

VXELLODVNVM, Celtarum opidum Cæſari & Oroſio, in Cadurcis. Cadenac en Quercy putatur hodie: vt prodit Vigenereus in ſuis Annotationibus Cæſarianis, lingua Gallica editis. Franciſco Iunio Yſoldun eſt. Vide EXOLIDVNENSE.

VXENA, in antiquis Inſcriptionibus legitur, in Hiſpania Bætica; eo loco vbi hodie Vçelis opidum eſt: vt Carolus Cluſius mihi auctor eſt.

VXENTVM ὄυξεντον, Salentinorum vrbs, Ptolemæo. Vſento, nouo nomine vocat Leãder. Vgenti alius. Ogento Galatæus. differente tantum ſcriptura.

VXENTVS ὄυξεντος, Ptolemæo Indiæ intra Gangem mons.

VXIA ὄυξία, Perſiæ vrbs: apud Ptolemæum. VZIA eſt apud eius interpretes. Vide VXII.

VXIANI, vide OXIANI.

VXII ὔξιοι, populi & montes, vnde Tigris originem ſumit. Diodor. 17. & 19. in Armenia maiori ergo. VXIAM regionem vocat Strabo, Mediæ tractum, cuius incolas prædа viuere tradit. Ptolemæo VXII mōtes, & VXIANI populi ſunt, in Sogdiana. OXII, & OXIANI legunt eius interpretes. Alios VXIOS vide in COSSEA.

VXISAMA οὐξισάμα, apud Strabonem, numeratur vltima earum inſularum, quas Pytheas tridui nauigatione ab Occidentaliori Hiſpaniæ parte verſus Occaſum abeſſe ſcribit. Eſt fortaſſe earum Occidentalior, quæ ab Hiſpanis Açores appellantur.

VXSAMA, vide VXAMA.

VZABIRENSIS loci epiſcopalis, in Africa meminit Coll. Carthag.

VZAL, vide OXIANI.

VZALIS, colonia eſt Vticæ vicina, in Africa Propria. D. Auguſtinus de ciuitate Dei. VSALITANVM Plinij, alia exemplaria enim per Z, VZALITANVM legunt. VZIALENSEM vocat Vict. Vticenſ. M.S. Vide TINNEIA.

VZAN οὔζαν, Africæ Propriæ vrbs: apud Ptolemæum.

VZARÆ οὐζάραι, Ptolemæo, gens in Africa Propria. VZARÆ Fontes, vide SVSARÆ, & BAZARITANI.

VZECIA οὐζεκία, Africæ Propriæ vrbs Ptolemæo, mediterranea. videtur VSCETA apud A. Hirtium.

VZELLA, vide VEXALA.

VZI, Hunnica gens circa Daciam. Zonaras & Cedrenus. Ora libri habebat VTZI, alia etiam lectio VTZI. An ad Vtum fluuium?

VZIALIS, vide VZALIS.

VZIA, vide VXIA.

VZICA, vide SCYTHÆ.

VZICATH, vide THABRACA.

VZIPPARENSIS οὐζιππαρενσιώτη, Mauriani epiſcopi, in Africa, mentio eſt in canonibus concilij Carthaginenſis. VRIPANZITENSIS erat in codice Morelij. VZIPPARITANVS eſt Vict. Vticenſ. M.S.

VZITA οὔζιτα, Africæ Propriæ vrbs, apud Ptolem. Dionem, & A. Hirtiū. VXITAS οὔξιται, habet Strabo, & dicit deletum eſſe à Cæſare in bello quod cum Scipione geſſit. VCITANA Plinio vocatur, ſed duas hic habet, Maiorem, & Minorem.

XABORECTORA, vide ABORRAS.

XALO ξαλω, Vicus in Magno campo ſitus videtur inter vtramque Galilæam. Ioſephus 3. belli Iud. cap. 2. Geminato LL. idem ſcribit in vita ſua. ZALOTH eſt apud Hegeſippum 3. cap. 6.

XANTHE, vide TROIA.

XANTHIA, locus Thraciæ apud Nicetam. Epiſcopalis locus eſt apud Curopalatem.

XANTHII ξάνθιοι, Thraciæ populi: apud Stephanum, & Strabonem. Sunt & Aſiæ populi inter Daas: eidem Straboni. Vide DAAE.

XANTHOPOLIS, loci nomen. Inde enim Nicephorus Calliſtus Xanthopolitanus. & Theodori epiſcopi Xanthopolitani mentio in Synodo VIII. Ferrarienſi.

XANTHVS ξάνθος, Troadis fluuius: Straboni. Ex Ida monte in Helleſpontum ſe exonerare, tradit Q. Calaber 2. cui in Lycia eſt lib. II. Hunc quoque SCAMANDRVM σκάμανδρος, dici, tradunt Vibius, Plutarchus de fluminib. & Ælianus 8. Animal. Sed Scamandrum ab hominibus, Xanthum verò à Diis vocari, ſcribit Dion Pruſæus: in Oratione de ſeruis fugitiuis, & Troiana. item Maximus Tyrius, Oratione 12. Xanthus & Scamander Plinio 5. cap. 30. duo ſunt. XANTHVS, etiam fluuius in Lycia, Ptolemæo, Palæphato, & Straboni, qui dicit eum antea SIRBEN σιρβὶς, appellatum. Puto hunc eundem GLAVCVM nominari à Plinio. & Q. Calabro 4. Eſt & fluuius in Epiro: quem Virg. 5. Æneid. arentem riuum dicit. XANTHVS quoque Lyciæ vrbs: Ptolemæo, Straboni, Herodoto, Dioni & Plinio. Hanc ARNA ἄρνα, quoque vocatam ſcribit Stephanus. Huic item XANTHVS,



in Lesbo inſula, vrbs eſt.

XANTONES, vide SANTONES.

XANXARIDIS Thermæ, ſunt apud Nazianzenum, in Epiſtolis. Neſcio vbi locorum.

XAREX ξάρηξ, Pauſaniæ Laconicæ opidum. ZAREX eidem & Ptolemæo.

XARXIARE ξαρξίαρη, Drangianæ vrbs: apud Ptolemæum.

XATHRI ξάθροι, libera Indorum gens, circa Indum fluuium, vt videtur ex 6. Arrhiani de Alexandro. Vide ADISATHRI.

XAVRVS ξαῦρος, locus in Macedonia: apud Stephanū.

XENA ξενη, loci nomen in Creta videtur, ex Plutarchi Licurgo: vbi hunc ſepultum tradit.

XENEPHYRIS ξενέφυρις, Libyæ pagus, iuxta Alexandriam. Stephanus. Inde Xenephyritites nomus.

XENI, vide SENONES.

XENIÆ Balneæ ſunt apud Ciceronem: pro M. Milone. Sic dictæ quaſi hoſpitales. in vrbe Roma, vt credit Baccius.

XENIPPA, Scythiæ confinis eſt regio. ſic Q. Curtius, lib. 8.

XERA ξηρὰ, Hiſpaniæ opidum, ad Herculis columnas, Stephano: ex Theopompo. Xeres de la Frontera fortè.

XERABATES, vide SANGARIVS.

XERIAS, vide SPERCHIVS.

XEROCERCI, vide MAMANTIS.

XEROGERE, vide ZEROGERE.

XEROGYPSVS, Thraciæ fluuius. Niceph. Gregoras

XEROLIBYA, Libyæ pars quædam, inter Tripolim & Pentapolim, quam Aridam vertit Catullus: Deſertam ſiti regionem, Virg. Sic Fabricius ad Volumen Poëtar. Chriſtianorum.

XEROLOPHVS ξερόλοφος, locus Conſtantinopoli, in quo Apollinis tripus. Priſcianus 6.

XERONIACA Vallis, circa Galatiam alicubi videtur, apud Metaphraſten, in vita S. Theodori archimandritæ.

XERXENA ξερξήνη, regio vicina Armeniæ Minori. Strabo & Stephanus. Huius regem Xerxem vocat Eutropius. Vide CAMBYSEN.

XILIA, Africæ opidum maritimum, extra fretum Herculis, Mercatori qui hoc recentiore vocabulo Arzita vocari ait. per z, auſpicatur apud Ptolemæum, ζιλία: ZILIS Plinio & Antonino eſt. & ZELIS ζῆλις, Straboni: XILIA ξιλία, Stephano. Vide ZELES.

XILINE, vide XYLINA.

XIMENA ξιμηνη, Aſiæ Minoris locus, eſt apud Euſtathium, vnde Halys oritur. Vide BABONOMVS.

XINI ξεινοι, Theſſaliæ populi Heſychio. Fortè XYNI ſcribendum, à XYNIA. quod vide ſuo loco. vide THESSALIA.

XIPHENE ξιφήνη, Palæſtinæ regio. Stephanus, ex Ioſepho 6. Iudaicarum. vide ZIPHENE.

XIPHONIÆ ξιφωνίας ἀκρωτήριον, Promontorium Straboni, in Sicilia. Cabo de Molina interpretatur Fazellus. XIPHONIA Stephano ibidem vrbs eſt. ex Theopompo.

XOANA ξόανα, Indiæ intra Gangem opidum: Ptolemæo. vide ZOICA.

XODRACE ξοδράκη, apud Ptolemæum vrbs Indiæ intra Gangem.

XOES ξόης, Inſula & vrbs Aegypti, apud Stephanum. In Mari mediterraneo, ad Sebenniticum & Phatniticum oſtium. XOIS ξόις, Straboni & Ptolemæo eſt. Inde XOITES Nomus. XVIS ξυις, eſt in Sibyllinis oraculis.

XOIS, vide XOES.

XOLLA ξόλλη, habet Græcus codex, Africæ vrbs. Appianus de Punicis. Acholla legendum haud dubiè.

XVCHES ξύχης, Stephano Libyæ vrbs. ex Artemidoro. ZVCHIS ab eodem Stephano alio in loco ſcribitur.

XVIS, vide XOES.

XVTHIA ξυθία, Siciliæ tractus, apud Diodorum 5. Ciuitas eſt Stephano. Huius meminit & Lycophron.

XYLENOPOLIS, opidum ab Alexandro Magno conditum, habet Plinius In littore Carmaniæ aut Gedroſiæ.

XYLICCES ξυλικκεῖς, Libyæ Interioris populi: Ptolemæo.





XYLINA ξυλίνη, Cappadociæ opidum: Ptolemæo. Xyline come, fortè Liuij.

XYLOCASTRVM caſtellum: Cedreno. Armeniæ videtur. Gabius apud Curopalatem PSILOCASTRVM legit.

XYLOPHAGVS, Euboeæ promontorium, Metaphraſti in vita Theoctiſti. Vide CAPHEREVS.

XYLOPOLIS ξυλόπολις, Macedoniæ opidum eſt Ptolemæo. Mygdoniæ regionis. XYLOPOLITÆ Plinio.

XYLVS ξύλος, Cariæ vrbs. Stephanus.

XYMETHVS ξύμηθος, Marmaricæ vrbs: Ptolemæus. ZEMYTHVS habent Latini codices. An SEMEROS Antonini ſit, dubitat Simlerus.

XYMPETE, vide XYPETE.

XYNIA ξυνία, Theſſaliæ vrbs, & XYNIAS palus, Stephano, & Apollonio, XYNIÆ Liuio. BOEBAIS etiam vocatur, vt idem habet Stephanus. Idem cum BOEBEIS Strabonis. Ætolicum opidum XYNIAS habet Liuius 32. & 39. Vide XINI.

XYPETE ξυπέτη, pagus tribus Cecropidis: Straboni, Suidæ & Stephano. ξυπετεα Heſychio. ξυμπετη, apud Laërtium in Zenone. vide TROIA.

XYSTIS ξύστις, Cariæ vrbs, apud Stephanum. Xyſtiani ſunt apud Plinium.

YDRVS, Hiſpaniæ mons, D. Hieronymus, prolog. comment. in epiſt. ad Galatas.

YELA, vide VELIA.

YEVMARVS, vide BEVMARIS.

YGGADE, Antonino Galliæ Lugdunenſis opidum. IX. M. P. à Rotomago. VGGADE legit Pariſienſis codex.

YPINVM, Italiæ locus; inter Venuſiam & Heracleam. Antoninus. OPINVM habet Sigonius.

YSIPORTVM, Ponti vrbs. Lib. Notit.

YVNGO, vicus Galliæ Belgicæ, Antonino: inter Durocortorum & Treuiros. Diueus legit VONGO. ſic quoque Pariſienſis Antonini editio.

YSCOI loci, meminit Codex Theodoſianus 6. Titulo de priuilegiis in palatio militantium.

ZAARAM ζααράμ, regio Arabiæ Felicis eſt apud Ptolemæum: ZABRAM habent Latini codices. Geſam ipſam, inquit Villanouanus, eſſe conijcimus, ex libro 2. Nauigationis Vartomanni.

ZABA ζάβα, Indiæ extra Gangem vrbs: Ptolemæo. Inſula circa Taprobanam: eidem. Vide ZABATVS, & ZABI.

ZABADÆI ζαβαδαῖοι, 1. Machab. 12. quos Ioſephus in Antiq. NABATHÆOS vocat.

ZABAN, vide ZABATVS.

ZABANDVS, vide TZAMANDRVS.

ZABARIA ζαβαρεια, locus vnde Ioannes Lachana grāmaticus. Tzetza in Variis, Chiliade 4. numero 141. in Epiſtol.

ZABATVS ζάβατος, fluuius non longè à Tigri amne: apud Xenophontem 2. Cyriacorum. ZABA fortè Cedreno & Calliſto. Sed Cedrenus, & Hiſtoria Miſcella Zaban Maiorem, & Minorem, hoc tractu deſcribit, circa Niniuen nempe. An Sambathiah, de quo in voce SABBATICVS? doctiores iudicent. Vide SABI.

ZABDÆA, regionis alicuius nomen in Perſia, cuius epiſcopum Dauſam nominat Calliſtus 8. cap. 37. In Aſia alicubi, apud Zozomenum ζαυδαῖος eſt.

ZABDENI, vide VALERIA.

ZABDICENA, Transtigritana regio: Ammiano. RHADICENA legebat Accurſius. BABDICENA eſt apud Zoſimum 3. & RHABDICENA legit Baronius 4. Annal. An Sabagena Ptolemæi?

ZABE, vide ZABI.

ZABECES ζάυηκες, Africæ populi, inter Maxyes & Zygantes. Herodotus in Melpomene, ſub finem. & ex eo Stephanus.

ZABENSIS Epiſcopus, in Numidia, Vict. Vticenſ. M.S. ZABENSIS Limitis meminit quoque Lib. Notitiar.



ZABI, Mauritaniæ Cæſarienſis locus: apud Antoninum. ZABA in Africa eſt, teſte Notitiar. libro. ZABE in Hiſtoria Miſcella. Vide ZABENSIS.

ZABIDA ζαβίδα, Arabiæ Felicis vicus: in mediterraneis. Stephanus.

ZABII ζάβιοι, Stephano Indica gens. quæ cum Deriade contra Dionyſium pugnauit.

ZABIRNA ζαβίρνα, Libyæ vrbs, vbi Bacchus campen ingentem feram, & mortalibus pernicioſam peremit. Diodorus 3. ZAMBIRRA legit Geſnerus in Campe.

ZABRENA, vide TABERNÆ.

ZABVLON ἀνδρων, id eſt, virorum, Galilææ vrbs: quæ Ptolemaidem à Iudæorum finibus diſcernit. Ioſephus 2. belli Iud. cap. 21. & 3. cap. 2. Item Egeſippus 3. cap. 6.

ZABVNIORENSIS loci, in Africa; meminit Coll. Cart.

ZABVR, regio Babylonica: in qua Seleucia. Concil. Nicenum.

ZACANTHA ζάκανθα, Iberiæ opidum, ab Annibale captum. Stephanus & Polybius lib. 15. corruptè. Vide SAGVNTVM.

ZACATÆ σακᾶται, Sarmatiæ Aſiaticæ gens: Ptolemæo. circa Tanais fontes. Eadem forte cum Tzachatais.

ZACHAR, præſidium in iugo montis Colchidis. FERREVM illi cognomen eſt inditum. Agathias.

ZACHLVBI ζαχλύβοι, Slauorum gens forſan, apud Cedrenum & Curopalatem.

ZACYNTHVS ζάκυνθος, quæ & HYRIA, Plinio. CASSIOPA videtur ab Oroſio vocari, in deſcriptione Achaiæ. A Silio poëta lib. 1. DVLICHIVM appellari, ſcribit Gerbelius. Maris Ionij inſula eſt: & hodie Zante nominatur, & aliquando Hieruſalem, teſte Erythræo in ſuo Indice Virgiliano. Ex Hyria & Zacyntho facit Mela duas inſulas. ZACYNTHVS eiuſdem inſulæ vrbs quoq;, teſtibus Ptolemæo & Liuio. ZACYNTHVS, apud Stephanum eſt Libyæ opidum. Vide PAROS, & SAGVNTVM.

ZADADRVS ζαδάδρος, Ptolemæo, Indiæ fluuius, qui multis amnibus in ſe receptis tandem in Indum amnem ſuas aquas euomit. ZARADRVS malè interpretibus.

ZADRACARTA ζαδρακαρτα, Hyrcaniæ vrbs: apud Arrh. 3. Alexandri. Infra ζευδρακαρτα idem legit. regiam & maximam vrbem vocat. An eadem cum Ptolemæi Hyrcania?

ZADRAMA ζαδράμη, Cinædecolpitarum regia: Stephano. ex Marciano. In Arabia Felici.

ZADRIS σαδρίς, Colchidis vrbs: Ptolemæo.

ZÆA ζαία, Boetiæ vrbs primaria: quæ & ZEA. Stephanus ex Herodiano.

ZAGACVPODA ζαγακύποδα, Africæ Propriæ vrbs: apud Ptolemæum. GAZACVPADA legunt interpretes.

ZAGARI, vide HIPPOPODES.

ZAGARIS, vide SANGARIVS.

ZAGATIS ζάγατις, Colchidis regionis fluuius. Arrhianus in Periplo.

ZAGERÆ Troglodytarum populi, in Æthiopia. Plinius.

ZAGILLOVITIS ζαγιλλουίτις, Aſiæ Minoris regionis nomen, apud Strabonem. GAZELOTVS eiuſdem fortè. Sed GAZALVITIS mauult legere Caſaubonus.

ZAGIRA ζάγειρα, vrbs Paphlagoniorum, in Galatia: Ptolemæo. Fortè Zagora Arriani.

ZAGMAIS ζαγμαΐς, Ptolemæo vrbs in Arabia Deſerta.

ZAGORA ζάγωρα, Galatiæ locus maritimus. Arrhiani Periplus. In Mœſia locus videtur, apud Nicetam. Vide ZAGIRA, & SEPIAS.

ZAGORIA ζαγορεια, regio circa Debeltum, in Thracia: Cedreno, Zonaræ, & Laonico. Vide DEVELTVS.

ZAGRI Pylæ, ζάγρου πύλαι, vel Portæ. Zagri montis anguſtiæ ſunt, Ptolemæo, in Media regione. ZARCÆVS ζαρκαῖος, vocatur Diodoro libro 2. additq; per eum à Semiramide abſciſſis anfractibus peruium iter factum, quod SEMIRAMIDIS nominatur. MEDIÆ Pylæ ſunt Straboni. Hodie etiamnum Semirami appellari, ſcribit Niger. Ptolemæus Semiramidis montem habet, ſed

inter Carmaniam & Gedroſiam: item Arrianus, ſed in Carmania, ad Fretum Sinus Perſici. Hunc Mercator in ſuis Ptolemaicis tabulis eundem facit cum Strongylo, contra Græcorum codicum fidem.

ZAGRIVS, vide ZAGRVS.

ZAGRVS Ptolemæo, Plinio, & Straboni, cui quoque ZAGRIVS nominatur. Aſiæ mons, qui Mediam à Babylonia diſtinguit. vide TAVRVS.

ZAGVRI Paludem, in Aſia alicubi, habet Curopalates.

ZAGYLIS ζαγυλὶς, Vicus, Ptolemæo in Marmarica, Africæ regione. Cazales, Ger. Mercatori vocatur. SATILIS Antonini.

ZAGYSTIS ζάγυσις, Libyæ regio; apud Stephanum. ex Alexandri 3. Libycorum.

ZAIA ζαιὰ, Bœotiæ vrbs vetuſtiſſima. Stephanus. qui addit ab Herodiano quoque ZEA ſcribi.

ZAITA, vide GORDIANI Sepulcrum.

ZALA, opidum, Amaſeæ propinquum. Metaphraſtes, in vita B. Eutychij.

ZALACA σαλάκη, Mediæ vrbs: Ptolemæo.

ZALACVS ζαλακον, Mauritaniæ Cæſarienſis mons. Ptolemæus.

ZALAPA ζαλάπα, Ptolemæo vrbs in Africa Propria.

ZALENI, populi, circa Perſiam: Zoſimo 3.

ZALI, vide SALI.

ZALICHVS ζάλιχος, Cappadociæ vrbs: apud Conſt. Porphyrogennetam.

ZALISCVS ζαλίσκος, Galatiæ fluuius apud Ptolemæum. AMNIAS quoque & BILÆVS vocari ſcribit Niger; neſcio quo auctore. Illius Strabo hoc tractu meminit; huius autem, Stephanus: item Plinius, lib 6 cap. 1. ex Hermolai lectione: BILIS enim aliàs legitur. Scio etiam BILÆVM βιλλαῖον, ab Arriano & Apollonio hoc tractu deſcribi. qui addit eum iuxta Titanum vrbem fluere. Apud Porphyrogennetam quoque βιλλαῖος, hoc tractu fluuius eſt. Sed nemo horum addit ſynonyma eſſe cum Zaliſco.

ZALISSA ζάλισσα, Iberiæ vrbs apud Ptolemæum. Nunc Scander dicitur; ſi verus eſt Theuetus.

ZALLATENSIS Epiſcopus in Mauritania Sitiphenſi. Victor Vticenſis.

ZALOTH, vicus in Campo Maximo, vbi latitudo Galilææ Inferioris incipit, vt habet Egeſippus 3. vide XALO.

ZAMA ζάμα, Africæ vrbs Liuio, quinque dierum itinere à Carthagine diſtans, verſus Occidentem, vt addit Polybius. Trecentis M.P. ab Adrumeto, teſte Aemilio Probo. Regiam Iubæ dicunt Strabo & Hirtius, arcem regni Salluſtius. ZAMENSE opidum, Plinio eſt. COLONIA ÆLIA HADRIANA AVGVSTA ZAMA REGIA eſt in antiqua inſcriptione Theſauri Goltzij. αζάμα corruptè apud Ptolemæum, apud quem interpretes Latini rectius Zama. Zamora nouo nomine vocat Marmolius. Eſt & Meſopotamiæ vrbs, Ptolemæo. Item Cappadociæ, in Chamanæ præfectura, eidem.

ZAMÆ Fons, in Africa canoras voces facit, Iſidorus ex Vitruuio, lib. 8. cap. 4. Idem Plinio 32. cap. 2.

ZAMAMIZON ζαμαμιζων, Africæ Propriæ vrbs, Ptolem.

ZAMANDVS, vide TZAMANDVS.

ZAMARENI, Arabiæ Felicis populi, Plinio.

ZAMAZI ζαμάζοι, apud Ptolemæum eſt gens in Libya Interiori.

ZAMBIRRA, vide ZABIRNA.

ZAMBRI, regionis nomen videtur, apud Hieremiam, cap. 25.

ZAMETOS ζάμητος, mons in Arabia Felice, teſte Ptolemæo: In tabulis recentioribus Zimat appellatur.

ZAMIRÆ ζαμίραι, Indiæ extra Gangem gens, Ptolemæo. TAMERÆ apud interpretes.

ZAMMALE locus, in vita S. Dympnæ virginis, Samael, vel Molle pagus Brabantiæ eſt.

ZAMNES, Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs, apud Plinium.

ZAMOGARIENSIS Epiſcopi in Africa, meminit Vict. Vticenſ. M.S.

ZAMVCHANA, vide ZOMVCHANA.



ZANAATHA ζαναάθα, Arabiæ Petrææ vrbs. Ptolemæus.

ZANCLE, Meſſeniæ in Peloponneſo vicus, Plinio 4. cap 3. at locum adulteratum à Gelenio, oſtendit Simlerus in Valleſiæ deſcriptione. Vide MESSANA.

ZANDAPA, circa Mœſiam vrbs videtur, in Hiſtoria Miſcella 17. Sub Mauricio Imp. ab Auaribus euerſa. ZARDAPA etiam legitur.

ZANES ζάνες, opidulum vetuſtum, circa Danubium fluuium, non longè ab alio caſtello, Pontes dicto. Procop. 4. Ædificior.

ZANI, Procopio lib. 1. belli Perſici, Colchorum Chriſtiani populi; qui antiquitus SVNI vocati fuere. Pontum Euxinum accolunt, circa Trapezuntem, Agathiæ 5. fortè ijdem cum SANNIS, de quo vide in dictione MACRONES.

ZANIA ζανία, Ptolemæo Mediæ vrbs.

ZANOE, loci nomen, apud Nehemiam 3. In Paleſtina, Ioſue 15.

ZAOPORTVS, Galliæ Narbonenſis locus, Plinio. vt legit Pintianus, pro CITHARISTA Portus. Dalechampius legit ZAOCITHARISTA Portus. Quid ſi diuiſim legas NAOCITHARISTA Portus? Nao, ſiue Anao portum habet hoc tractu Antonini Itinerarium. Et ſi N. primum elementum inverteris, Z. habebis.

ZAPAVORTENE regio, à Caſpiis Orientem verſus. Plinius. Huius ſitum deſcribit Trogus 41. Vide THABORTENVM.

ZAPETRA ζαπέτρα, Armeniæ vrbs videtur, apud Cedrenum, & Curopalatem. Circa Samoſatam eſt.

ZAPHAT, vide HEPHAD.

ZARA, vrbs circa Armeniam Minorem; Antonino. Circa Syriam, Ioſepho, Antiquit. 13. ζαρᾶ, apud eundem 13. Antiq. 23. & 1. belli Iud. cap. 2. Moabitarum vrbs. Vide ZARA, AZARA, & ZOARA.

ZARABI, Gothorum populi, Iornande auctore: qui eos TEREOS dictos ſcribit. TARABOSTES alia lectio.

ZARACA, vide ZAREX, & STYMPHALVS.

ZARADRVS, vide ZADADRVS.

ZARADTANSIS Epiſcopum Africæ, habet Victor Vticenſ. M.S.

ZARAGARDIA, vrbs Meſopotamiæ, ad Euphratem ſita, in qua ſublime tribunal, quod incolæ Traiani vocant. Zoſimus 3. Vide OZOGARDA.

ZARAI, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Antoninus. Per S. SARAI, in codice M.S. ZARAITENSIS meminit Coll. Carthag.

ZARAMA ζαράμα, Ptolemæo Mediæ vrbs.

ZARANDA, vide EVPHRATES.

ZARANGÆI ζαραγγαιοι, Aſiæ populi; vltra Arios. Arr. 3. Alex. Idem 6. Zarangi, ſine diphthongo legit. Vide ZARASPÆ, & SARANGI.

ZARANIS ζαρανίς, apud Ptolemæũ Mediæ vrbs habetur.

ZARASPÆ, populi Aſiatici videntur apud Plinium. habet enim Prophthaſia Zaraſparum. ZARANGAS habet idem, circa eundem tractum. hoc eſt ad Indi fluminis originem, verſus Occaſum.

ZARAT Attici, & ZARATHENSIS agelli, meminit Apuleius in Apologia 1. pro ſe ipſo. ZARATTHA ζάραθθα, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, apud Ptolemæum.

ZARAX, Peloponneſi vrbs, Polybio. 4. Vide ZAREX, CAPHEREVS, & OPHELTA.

ZARCÆVS ζαρκαῖος, Mediæ regionis mons, cuius aditus præcipitoſus erat. à Semiramide autem abſciſſis anfractibus iter planum & breuius multo (quod ab ea Semiramidis vocatur) fecit. Diodorus 2. Vide ZAGRI Pylæ.

ZARDAPA, vide ZANDAPA.

ZARED ζαρέδ, torrens vel vallis in deſerto. Leuitici 31. ZERED legit Pagninus.

ZARETA ζαρήτα, fons ſupra Chalcedonium mare, qui paruos crocodilos alit. Stephanus. Vide AZARITIA.

ZARETHÆ, vide SCYTHÆ.

ZARETHRA ζαρηθρα, caſtellum in Eubœa inſula, circa Eretriam. Plutarcho in Phocione.

ZAREX ζάρηξ, Pauſaniæ: ZARAX per A in vltima, Ptolemæo.



lemæo, Laconicæ opidum, ad Sinum Argolicum. HIERAX LIMEN ἱεράξ λιμὴν, vocat Cedrenus, & Gemiſtus. Niger Cara nominat. ZAREX eſt etiam apud eundem, in eadem regione mons: quem idem Gemiſtus ZARACA ζάρακα, vocat, Arriano 4. Alex. diuerſæ ſunt. Vide XAREX.

ZARGIDAVA ζαργίδαυα, Myſiæ Inferioris opidum, Ptol.

ZARIASPA, ζαριάσπα, opidum, quod poſtea BACTRA βάκτρα, vt Ptolemæus habet: vel BACTRVM dictum fuit, teſtibus Strabone & Plinio. Bactrianæ regionis caput & regia eſt. huius meminere Polybius, & Arrianus. ZARIASPIS, Bactrianæ fluuius, quoque Ptolemæo. & ZARIASPÆ gens, eidem.

ZARINENSIS Portus, meminit Claudianus, in Epigrammatibus.

ZARIS ζάρις, vrbs in Media, aut finitima regione. Cteſias.

ZARISPA, vide CHARISPA.

ZARMEORVM ζαρμεων, meminit ex Titi nummo, Hubertus Goltzius.

ZARMISOGETHVSA ζαρμιζεγέθουσα, vel ZARMIGETHVSA σαρμιγέθουσα, vtrumque enim apud Ptolemæum legitur lib. 3. & 8. Vlpianus quoque Titulo 15. de Cenſibus, ZARMIGETHVZÆ meminit. Daciæ vrbs eſt, quam Sambucus Veczel, & Venecia vocat. Varhel Germanicè: & Sclauonicè: Gradiſca, Lazius. qui eam in valle Hackzakh conſtituit. Hic tradit eam quoque VLPIA TRAIANA dictam ex antiquis Inſcriptionibus, vt ego putarim. Idem enim Lazius in ſua R. P. Romana nõ vnam inſcriptionem veterem producit, in qua hæc lectio: COLONIA VLPIA TRAIANA AVG. DACIC. ZARMIS. quod quoque facit Stephanus Taurinus in Stauromachia. ſed qui in eo hallucinatur, quod Sarmis, integrum vrbis vocabulum eſſe putat. In eadem credo etiam hærere arena Auentinum; qui SEGETHVZA tantum habet, (ex marmorum fragmentis fortè) eamque Corona, ſiue Cronſtadt Daciæ interpretatur.

ZARVANA ζαρυάνα, Ptolemæo vrbs in Armenia Minori.

ZARYTHVS, vide HIPPON.

ZATARENSIS Epiſcopi, in Numidia: meminit ſynodus Conſtantinopolitana V. Geminato TT. legit Coll. Carthag. ZATTERIENSIS eſt Victori.

ZATHES, (ζώθης per ω habebat Græcus codex.) Armeniæ fluuius videtur apud Xenophontem 3. Cyriacor.

ZATHVA ζάθουα, Armeniæ Maioris opidum, Ptolemæo. Z à capite abſtulere interpretes.

ZATILIS, vide ZAGYLIS.

ZATTERIENSIS, vide ZATARIENSIS.

ZAVDÆVS, vide ZABDÆA.

ZAVECES, vide ZABECES.

ZAVOLOCENSES, populi proximi Vgris, cum Scythis mercimonia permutantes. ſic habet Pomponius Sabinus. ex ijs qui ad originem Tanais habitant. Vide eius Com. in 1. Georg. Recens vocamen eſt.

ZAVTHA, vide GORDIANI Sepulchrum.

ZEA, vide ZÆA.

ZEBECA ζεβεκή, Galilææ vrbs, Stephano ex Ioſepho 5. Antiq. Vide BEZEC.

ZEBENNVM, vel ZEBINVM vrbs, vnde Geminum Antiochianæ Eccleſiæ presbyterum oriundum, ſcribit D. Hieronymus, de ſcriptorib. Eccleſiaſticis. ζιβύνου monaſterij in Meſopotamia meminit Procop. 5. Aedif.

ZEBES, vide AVRASIVS.

ZEBOIM, vide SEBOIM.

ZEBYRES ζήβυρες, nomen gentis. Ita Suidas.

ZEBYTTIS ζήβυττις, Libyæ vrbs. Stephanus, ex Hecatæo.

ZECA, vide AZECHA.

ZECHIS, Scythica gens videtur apud Procopium 2. Perſicorum. ζηκχία, Archiepiſcopatus ſub ſede Conſtantinopolitana. Curopalates in Officialib. Conſtantinopolit.

ZEDACES populos Scythicos, habet Seneca in Oedipo:



Senſere terræ Zedacum feroces. Delrio legit Zacarum. SACARVM malim. Videtur enim Sagas vel Sacas gentem Scythicam deſcribere. Sed adi Syntagma vltimum huius Delrij in eundem Senecam.

ZEDECK, vrbem Hieroſolymam primum vocatam, conijcit And. Mazius, ad 10. cap. Ioſue.

ZEERITÆ ζεηρῖται, Arabiæ Felicis gens, apud Ptolemæum. IRITÆ legunt Latini codices.

ZEGRENSII ζεγρήνσιοι, Mauritaniæ Tingitanæ gens: Ptolemæus.

ZEIRA, vide GIRA.

ZEIRIA, vide STYMPHALVS.

ZEIRINIA ζειρινία, Thraciæ opidum, Stephano: ex Theopompo.

ZELA, quæ poſtea FLAVIOPOLIS, Thraciæ vrbs. Plin.

ZELASIVM, Iſthmiæ id ſuper Demetriadem promontorium eſt, peropportunè obiectum. Liuius 31. In Eubœa, aut circa, in continente Macedoniæ, vel Atticæ videtur.

ZELES ζέλες, Straboni vrbs Hiſpaniæ, ad Fretum: ſed à Romanis in Mauritaniam oppoſitam tranſlata, & poſtea IVLIA IOZA vocata. Eandem quoque per H. in prima, & I. in altera ζήλις ſcribit. Vide XILIA.

ZELEIA ζέλεια, Dioni, ZELA ζῆλα, Cæſaris & Plutarcho, ζῆλα, & ζηλῆτις, regio Straboni, ZIELA Plinio. Cappadociæ opidum eſt, vel Ponti, vt Dion & Cæſar legunt, vbi hic Pharnacem regem deuicit. In eadem Cappadocia alia eſt ZELA ζῆλα, Plinio & Ptolemæo. Eſt & Stephano ζῆλα, quam Armeniæ, & aliam ζῆλα, quam Cappadociæ adſcribit. Duo tantum opida ſunt in eadem Cappadocia; Armenia Minor enim cum Cappadociæ partè à nonnullis confunditur. ZELIA ζέλεια Troadis vrbs, ſub pede Idæ montis, ad Aeſepum fluuium, Homero Ιλιαδ. B. in Lycia nempe regione, Straboni. Lyciorum opidum quoque facit Plutarchus de Virtutibus mulierum. Stephanus & Euſtathius faciunt Cyzici caſtellum. Vide PRVSA.

ZELIA, vide ZELEIA, & PRVZA.

ZELIENSES, vide ZYDRITÆ.

ZELIS, vide XILIA, & ZELOS.

ZELLA ζέλλα, Africæ vrbs: in bello quod Cæſar cum Scipione geſſit, deleta. Strabo. ZELLENSIS meminit Coll. Carthag. Eadem TZELLENSIS. Vide ZETTA.

ZELLIA Regio, In Pannonia aut Illyrico videtur, apud Paul. Diaconum 4. Longobard. M.S. excuſus codex. AGLIA, & in ora AZELLIA legit. Ab hac Azellia vſque ad Medaria (alia lectio Meclaria) regionem, habitant Slaui, vt idem inquit. Pro Cilienſi agro Norico habet Wolfg. Lazius.

ZELOS ζῆλος, apud Heſperides Aethiopes opidum. Stephanus. ex Strabone 16. ζῆλις eſt apud Strabonẽ. ſed lib. 17.

ZEMYTHVS, vide XYMETHVS.

ZENCHIA, Balſamoni ſedes Epiſcopalis: ſub patriarchatu Conſtantinopolitano.

ZENGIZA ζηγγίζα, promontorium Africæ, ad ſinum Barbaricum, Ptolemæo. ZINGIN ζίγγις, idem vocat lib. 1. cap. 17.

ZENITENSIS Plebis, in Africa, meminit Coll Carthag.

ZENOBIA ζηνοβία, à Zenobia Odenathi vxore ædificata & nominata vrbs: in ripa Euphratis, verſus Occidentem. Procop. 2. Aedificor. & 2. Perſicor. In Palmyrenis eſſe veriſimile eſt. ZENOBIA poſſeſſio, eſt etiam in Tiburti, Zenobiæ reginæ conceſſa, non procul ab Hadriani palatio, atque ab eo loco cui nomen Conche. vt refert Treb. Pollio in eius vita.

ZENOBII ζηνοβίοι, Ptolemæo ſunt ſeptem inſulæ, in Sinu Sachalite, prope Arabiam Felicem. PELAGII πελαγίοι, vocantur, à Stephano. in verbo Σαχαλῖται. Vide SARAPIDIS.

ZENODOTIVM ζηνοδότιον, vrbs Oſrhoenæ regionis: iuxta Nicephorium, Stephano. Zenodotia eſt apud Appianum, & Dionem. item apud Plutarchum in Craſſo.

ZENO-

ZENONIS ζίνωνΘ, Cherſoneſus, in Taurica Cherſoneſo. Ptolemæus.

ZENOPHRVRIVM locus, medio itinere inter Conſtantinopolim & Heracliam, vbi interfectum Aurelianum Imp. ſcribit Eutropius, & Beda. CENOFRVRIVM habet Antoninus. ſed CÆNOPHRVRIVM eſt apud Fl. Vopiſcum. & caſtigatius, vt puto. ſic enim Cedrenus vocat, χαινοφρουριον, i. nouum caſtrum. NOVVM Caſtellum nominatur in Chronologia Nicephori, edita cum Hiſt. Miſcella.

ZENOPOLIS, Pamphyliæ opidum, in Synodo Conſtantinopolitana V. Huius meminit quoque Porphyrogenneta.

ZENORVM ζίνωνων, Epiſcopi Paſinici, meminit Socrates in Hiſt. Eccleſiaſtica. Tripartita Hiſtoria habet Paſinicum Zilenum. Niceph. Calliſtus, Paucinicum Zelenum.

ZEOPHIR, & CAICAPHA, opida circa Neapolim Phœniciæ. G. Tyrius.

ZEPHOR, vide SEPPHORIS.

ZEPHRON ζεφρων, terminus terræ Chanaan, Num. 34. HEBRON legit D. Hieronymus.

ZEPHYRA, vide ALICARNASSVS.

ZEPHYRE, inſula iuxta Cretam, Pomponio. ante Sammonium promontorium, Plinio.

ZEPHYRIA, vide ZEPHYRIVM, & MELOS.

ZEPHYRII, vide LOCRI.

ZEPHYRIS Arx, in Zephyro iugo, Hiſpaniæ. Sex. Auieno.

ZEPHYRIVM ζεφύριον, Ptolemæo Ciliciæ promontorium, quod Niger ab incolis Tarſu vocari ait. Eſt quoque Zephyrium vrbs in eadem regione apud eundem, & Strabonem. ZEPHYRIVM, Cypri inſulæ promontorium, Ptolemæo. ZEPHYRIA apud Strabonem. Melonta, & Caput Chelidoni eſt Stephano Luſignano. Malota alibi lego. ZEPHYRIVM, Ptolemæo, Straboni & Plinio, Locrorum promontorium in Magna Græcia. Cabo Sparti vento, à Nigro: ſed Cabo di Burſano, à Leandro, & Bonacciolo nominatur: Bruzzano Scipioni Mazzella. ZEPHYRIVM, promontorium Pentapoleos regionis in Africa, cum opido in eo DARDANIS Δάρδανις dicto, auctor Ptolemæus. Hoc DARNIS mihi videtur, apud Antoninum, & Ammianum. Δάρνις quoque apud eundem Ptolemæum, in deſcriptione Libyæ Interioris. Hoc promontorium Bonandrea vocari, ait Niger. Strabo præter hoc aliud ZEPHYRIVM habet in eadem ora. ZEPHYRIVM, Portus Cappadociæ, Arriani Periplo. ZEPHYRIVM promontorium circa Myndum, Cariæ regionis, Straboni. ZEPHYRIVM Aegypti promontorium, Ptolemæo, & Stephano. Aliud huic quoque circa Alexandriam. Eidem Stephano, Scythiæ regio. ZEPHYRIVM, vrbs in Taurica Cherſoneſo, apud Plinium. ZEPHYRIVM, Ptolemæo vrbs eſt in Ponto Galatico. & altera Paphlagoniæ, in Galatia: eidem.

ZEPHYRIVS ζεφύριΘ, promontorium Cretæ inſulæ, apud Ptolemæum. Cabo de Mirabello à Pineto dicitur.

ZEPHYRO, Sacratum iugū, habet in Hiſpania, Auienus.

ZERANII ζηράνιοι, Thraciæ populi, apud Stephanum. Item ZERANIA regio. ex Theopompo.

ZERBIS, fluuius, qui per Alonos populos, circa Meſopotamiam in Tigrim cadit, Plinius.

ZERED, vide ZARED.

ZERETHRA, vide BERETHRA.

ZERGENITZA, locus Epiſcopalis. in Iure Orientali.

ZERINTHIVM, vide APOLLINIS Templum.

ZERMENSIVM, vide ZERNENSIVM.

ZERMIZIRGA ζερμιζιγεγ, Daciæ vrbs, apud Ptolem.

ZERNA fluuius, in Macedonia alicubi, Curopalati. Thraciæ vrbs eſt Antonino. ſed & ZERVE legitur. eſt fortè THERNE Stephani, TZERNA apud Cedrenum legitur. Inter Thraciam & Theſſalonicam. ZERNÆ in Lib. Notitiar. etiam Daciæ Ripenſis locus.

ZERNENSIVM colonia, à D. Traiano deducta, iuris Italici eſt. Sic lib. Digeſtor. 50. Titulo de Cenſibus. ZERMENSIVM, per M habebat margo. An eadem cum ZERNÆ Daciæ Ripenſis? ſed CYRENENSIVM legit codex pergamenus D. Nicolai Roccoxij. Fefellit fortè librarium prælector, pronuntiatione: qui Z, & C. eodem ſono protulit. Error valde frequens. Vide INDICIA.

ZEROGERE ζηρογέρη, Ptolemæo, XEROGERE interpreti, Indiæ intra Gangem vrbs.

ZERTENSIS epiſcopatus, in Africa. Coll. Carthag.

ZERVE, vide ZERNA.

ZERYNTHIVM, vide APOLLINIS Templum.

ZERYNTHVS ζήρυνθος, Thraciæ vrbem, & antrum vocat Stephanus, ex Lycophrone. Sed apud Lycophronem per I ſcribitur ζήρινθος. Iſacius hoc idem ANTRVM RHEÆ, ſeu Hecatæ appellat. Circa Samothraciam inſulam videtur hoc antrum. ex Ouidij Triſtium 1. Elegia 9. In Samothracia ipſa, eſt apud Suidam. Non placet Hermolai ſententia, qui Perinthia hoc loco, pro Zerynthia legit. Vide APOLLINIS Templum.

ZETHA, vide ZITHA, & ZETTA.

ZETIS, Carmaniæ opidum, Plinio. CETHIS ex vetuſtis codicibus legit Hermolaus. & ni fallor, ſincerius. eiuſdem enim nominis fluuium habet ibidem Mela. neque infrequens eſt, opida cum fluminibus adluentibus eiuſdem eſſe nominis.

ZETTAM, Africæ vrbem, cuius Cæſar meminit, putat Glandorpius ZELLAM ζελλα Strabonis eſſe. Puto ZETHA ζεῖθα Ptolemæi eſſe, promontorium inter Syrtim Minorem, & Maiorem: quod Zerbi à Mercatore interpretatur. Idem fortè cum PONTEZITA municipio, cuius Antoninus meminit. Pro municipium, legit Onuphrius colonia. ipſe viderit. ZETTENSIS meminit in Africa, Collatio Carthaginienſis.

ZETVNIM, Thermopylarum vrbs, apud Laonicum. An ZETVNIVM Cedreni? quo loco Gabius in ſuo Curopalate ZITVNIVM legit.

ZEVDRACARTA, vide ZADRACARTA.

ZEVGIS, eſt vbi Carthago ciuitas eſt, inquit Æthicus.
» Montis nomen videtur apud Solinum, vbi ſcribit: Omnis
» Africa à Zeugitano pede incipit. Idem habet Zeugitanum
» limitem. Vide ZEVGITANA.

ZEVGITANA, vocatur, Plinio auctore, ea AFRICA quæ dicitur PROPRIA. Æthicus ZEVGIN nominat. Ex hac Africæ parte emigraſſe putat Marius Niger vagabundum illud hominum genus, Nomadum more, noſtram Europam regionatim oberrans, quod Itali Zingani, & Zingari; Germani Superiores Ziegeiner; Inferiores Egyptenaren/& Heplieden, (quaſi Gentiles & Aegyptios dicas) appellant. Aegyptios eos vocamus, quòd ex Minori Aegypto, (quæ vbi terrarum ſit, me neſcire fateor. Aegyptus nemini non nota eſt; ſed eam in Maiorem & Minorem diſtinctam, à nemine fide digno auctore hactenus intellexi.) extorres ſe eſſe dicunt. Galli hos Baumiens vocant, Bellonio teſte. Pius II. ſcribit eos ex Zogoria regione, ad Caucaſum ſita, prodiiſſe. Auentinus ex confinibus Turciæ & Hungariæ eos ad nos ducit. Philippus Bergomas ex Chaldæa. Rhodiginus eos Mauruſios putat, & à Saracenis expulſos. Bellonius ex Bulgaria, Walachiaq; originem habere ait: [vbi olim SIGYNNI; vox haud aliena à Ziegeiner] Et idem genus ſe in itinere quo Cairo Macaream itur, item alicubi ad Nili fluminis ripas reperiſſe; ſed & ibi pro aduenticiis haberi, ſubiungit. Theuetus dicit eos ibidem ab Arabibus & Mauris Raſolheramy, id eſt, latrones, nuncupari. Idem Bellonius tradit, hoc mulierum genus habere prope Conſtantinopolim, in vrbe Pera, ædem, plurimis cubiculis interſeptam: quæ ſe tam Chriſtianis, quàm Mahumetanis proſtituunt, idque eis Turcici Imp. priuilegio licere, ait. Hos Zinganos, Ioannes



Ioannes Leo quoque in Africa quibuſdam in locis, vt in Agades, & Nubiæ regni confiniis degere meminit. Hanc gentem circa annum 1417. noſtris primùm Europæis innotuiſſe, ex hiſtoricis conſtat. Genus hominum eſt, in ſumma egeſtate ſub dio vitam ducens, ſordidum, & ſole adustum. Exotica forma vbique veſtitur. Chriſtianos ſe eſſe profitentur. Sed furto & diuinationibus, (chiromantici enim omnes videri volunt) quæ mulierculis, & pueris imponunt, victum quærunt. Præfectum, ex eorum ſentina creatum, cui obediunt, habent. Propria & peculiari lingua, quam nemo alter intelligit, inter ſe vtuntur, quam Auentinus tamen Venedicam eſſe, experimentis ſe cognouiſſe aſſerit.

ZEVGMA ζεῦγμα, Daciæ vrbs, apud Ptolemæum: Clauſenburg Rithaimerus & Althamerus interpretantur. Lazius vocat Zazſebes Hungaricè, & Mulenbach Germanicè. ad Mariſium fluuium. ZEVGMA, Syriæ ad Euphratem opidum, vbi maximè peruius amnis, Tacito, Ptolemæo, Straboni, Plinio, & Ammiano. Hic antiqui pontis reliquias adhuc exſtare, & cathenam in hanc ætatem ſeruari, de qua Plinius, lib. 34. cap. 15. ex epiſtola Pet. Gyllij M.S. habeo.

ZEVGMINIVM, quod nunc SIRMIVM. Vide SCORDISCI.

ZIANNORVM legionem, habet Ammianus lib. 25. cui Veteranio præerat.

ZIATA caſtellum, circa Perſidem fortè, Ammiano 19.

ZIBALA, vide BIZALA.

ZICCHI, vide ZINCHI.

ZICCHIA ζικχία, Thraciæ fluuius videtur, apud Cedrenum. LYCIA eſt apud Diaconum, vt putat Xylander.

ZICCHIA, GOTHIA, NICOPSIS, ad Pontum Euxinum loca. Ioanni Damaſceno, & Surio in vita S. Stephani Iunioris. Zicchiæ huius meminit quoque Gyllius, in Boſporo.

ZICENSES populi, in Africa videntur, ex Collatione Carthaginienſi.

ZICHNARVM ζιχνων, meminit Curopalates. Epiſcopalis locus, ſub ſede Conſtantinopolitana. Macedoniæ facit Leunclauius. & Zichne appellari hactenus addit, in ſuo Onomaſtico Muſulmannico.

ZIDAR, nomen opidi Barbari, vt habet Probus Grammaticus.

ZIDON, Palæſtinæ montem habet Ioſippus. Vide SIDON.

ZIELA, vide ZELIA.

ZIGÆ, Plinio Sarmatiæ Aſiaticæ populi, circa Mæotidem paludem: Circaſſi hodie vocantur à Tartaris & Turcis; à ſeipſis autem Adiga, vt refert Georg. Interianus. Stephanus ZYGOS ζυγοὶ, per Y legit. & Euſtathius ζυγιοι. Eoſdem eſſe cum ZICCHIS, ZINGIS, & ZINDIS, fere dixerim. Vide SINDI, & SARMATIA.

ZIGANA, Armeniæ, vel Ponti Cappadocici vrbs, Antonino. N geminato, lib. Notiar.

ZIGERE, Thraciæ vrbs, circa Mœſiam Inferiorem, Plinio.

ZIGEIRA ζίγειρα, Ptolemæo opidum in Africa Propria. Per I in media, Aſſyriæ vrbs, eidem.

ZIGGA, vrbis epiſcopalis nomen. Vict. Vticenſ. M.S.

ZIGVENSIS loci in Africa, mentio, in Coll. Carthag.

ZILEIA, vide SYLOES.

ZILIA, Tingitanæ mediterranea vrbs, Ptolemæo auctore. ZILIS fortè Plinij. Alger, Caſtaldo eſt. Melius Arzila, vt Coneſtagius, & Marmolius, qui eam ab Africanis Azeilla vocari addit. Vide XILIA; eadem eſt. ZVBVL legit codex Plinij, Coloniæ Agrippinæ excuſus, loco ZILIS.

ZILIS, vide ZILIA, & CONSTANTIA.

ZILMISSVS collis, in Thracia, in quo Sebadeo Deo ædem dicatam, ſcribit Macrobius, Saturnal. 1. cap. 18. Per C, Cilmiſſus legit Gyraldus, Syntagmate 8. Deor.

ZIMARA, vrbs ſub radicibus montis Capotes, in Armenia Maiori, vnde Euphrates oritur, Solino. Armeniæ Minoris eſt Ptolemæo: iuxta Euphratem. idem Antoninus.

ZIMARVS, maritimus locus inter Cretam & Lotophagos, vbi Vlyſſes errauit. Dict. Cretenſis 6.

ZIMIRI, Aethiopiæ regio arenoſa. vbi laudatiſſ. magnes lapis reperitur, vt tradit Plinius.

ZIMYRA ζιμυρα, Ariæ vrbs, Ptolemæo.

ZIN, locus cuius incolæ MIHERÆ vocantur, vbi Ambra naſcitur in mari. Serapio.

ZINCHA ζίγχα, Africæ vrbs, deleta in bello quod Cæſar cum Scipione geſſit. Strabo.

ZINCHI, (ζιγχοι, in Græco codice) populi ad Pontum Euxinum. In Sarmatia Aſiatica. Arriani Periplus. Vide SINDI.

ZINDI, & IAMNE, numerantur inter regiones calidas: vbi color niger, & capilli criſpi. lib. Propriet. Elementor. qui Ariſtoteli adſcriptus, ſed verè Arabis cuiuſdam recentioris.

ZING, vide DABGET.

ZINGI, vide SINDI.

ZINGIDVNVM, vide SINGIDVNVM.

ZINGIS, vide ZENGIZA.

ZINIS, vide IVSTINOPOLIS.

ZIOBERIS, fluuius qui poſtquam per CCC. ſtadia ſubter terram conditus defluxerit, denuo erumpit. inque alium fluuium nomine Rhyndacus (vetuſtior impreſſio Rhidagus legebat) cadit. Q. Curtius 6. In Parthyena videtur. Zioberis hic apud Diodorum 17. STIBOETES appellatur. ibidemq; deſcribitur.

ZIONCELLVS fluuius, in Thracia; circa Druzíparam. In vita D. Alexandri martyris.

ZIPH, nomen duarum ciuitatum, in tribu Iuda, Ioſue 15. ζιφα legit Ioſephus. & idem NOVA quoque. Deſertum Ziph quoque eſt 1. Samuel. 23. Idem cum XIPHENE.

ZIPHAR ζίφαρ, mons Aethiopiæ Interioris. Ptolemæo.

ZIPHENE ζιφήνη, loci nomen; καινη, id eſt NOVA appellatus. In Palæſtina. Ioſephus 6. Antiq. cap. 13. Stephanus XIPHENE Ξιφήνη, legit eius loco. Non ſemel hoc obſeruatam à me, apud Græcos ſcriptores Ξ, & Z, indifferenter ſcribi. exempla lege in AXILIS, AZIOTÆ, CORAZI, CYZICVS, IPSICVRI, LAXII, LIPEZVS, OXVS, SANGARIVS, TORAZOS, XAREX, XILIA, XIPHENE, XVCHIS, & ZEROGERE. Vide ZIPH.

ZIPOETIVM ζιποίτιον, Stephano Bithyniæ opidum. ex Memnone, ni fallor. qui eam ad Lyperum montem ſitum, tradit, ſic dictum, à Zipoete huius loci rege. cuius mentio apud Plutarchum in Quæſt. Græcis.

ZIPPARITANORVM, in Africa, meminit Coll. Carthag.

ZIQVENSIS Epiſcopatus, in Africa: meminit D. Auguſtinus. & Ziquenſis montis, Vict. Vticenſis.

ZIRA, & GIRA.

ZIRIDAVA ζιρίδαυα, Daciæ vrbs, apud Ptolemæum. Scareſten: Lazio, 12. R.P. Romanæ.

ZIRINIA, vide ZEIRINIA.

ZIRMA, fluuius circa Carduchios montes videtur, apud Agathiam, 4.

ZITÆ, populi circa Bulgariam videntur: In Hiſt. Miſc. 22.

ZITHA ζείθα, Ptolemæo Meſopotamiæ vrbs. SITHA eſt apud Zoſimum. Vide ZETTA.

ZITHIVM, vide ZOITHIVM.

ZITHVNIVM, vide ZETVNIVM.

ZITVRON, locus Perſidis: circa Cteſiphontem, lib. 18. Hiſtoriæ Miſcellæ. SIASVR vocatur à Cedreno.

ZIZA ζίζα, Arabiæ Petrææ vrbs, Ptolemæo. Huius meminit quoque lib. Notitiar.

ZIZARA, vide LARISSA.

ZIZERVM amnem, portum Indiæ habet Plinius lib. 6. cap. 23. Pintianus ait, dictionem, amnem, delendam, ex vetere lectione. Idem eundem portum ab eodem Plinio

ll eodem

eodem in capite MVZIRIM appellari putat. itemq́ʒ Ptolemæi MVZIRIS eſſe. μυζιεις eſt apud Ptolemæum lib. 8. eundem idem lib. 7. μοδιεις nominat. Latini MVZIRIS legunt hoc ipſo in loco. Caul nouo nomine interpretatur Moletius. Anor autem Ramuſius. Fides ſit penes auctores.

ZIZEVM, vrbs in confinibus Colchidis videtur, apud Agathiam 5. RHIZÆVM autem legendum, ex Bon. Vulcanij codice.

ZMIRNA, Mœſiæ Primæ vrbs, Lib. Notit.

ZMYRNÆI, vide SMYRNA.

ZOA, vide ZOES.

ZOAN, vide TANIS.

ZOANA, Armeniæ Minoris opidum, Antonino.

ZOAR, loci nomen. ſic Suidas. Vide ZOARA.

ZOARA ζόαρα, Perſica vrbs, Stephano. ZOARA eidem, Palæſtinæ pagus. Lib. Notitiarum vrbs, ad Aſphaltidem paludem. Huius meminit quoque Ioſephus 5. belli Iudaici cap. 5. & Egeſippus 4. cap. 18. atque eam Arabiæ adſcribunt. Hic autem ZOARAS legit. ille ζώαρα. ZOAR & SEGOR, item SOGOR eſt Geneſeos 13. Ptolemæus ζώαρα in Arabia Petræa habet. ZOCHORA eadem D. Hieronymo. quæ fortè ZARA Ioſephi. Vide BALA.

ZOBIDÆ ζωβίδαι, gens iuxta Carmaniam. Stephanus, ex Quadrato. Sobidæ fortè regionis, quam Ptolemæus in Parthica regione collaterali deſcribit.

ZOBITES, vide BVZITES.

ZOCHAZA, vide MENZOCHAZA.

ZODOCATHA, Palæſtinæ vrbs, in Lib. Notitiar.

ZOES ζοης, locus in Cyrenis, à Batto conditus. Herodoti Melpomene. ζώης, per o mega erat alia lectio. ζόαως meminit concil. Epheſinum III. cuius epiſcopum Macedonium nominat. ſed in Ægypto hæc, ni fallor.

ZOELÆ, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, in Aſturia, Plinio. Idem meminit Zoelici lini, plagis vtiliſſimi, dicitq́ʒ Calleciæ ciuitatem eſſe. Oceano propinquam.

ZOGOCARA ζογοκάρα, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo. Hanc ſcribit Thomas Minadoius in ſua Perſica Hiſtoria, hodie Teſtis nominari. Idem Ptolemæus habet in eadem regione aliam vrbem ſynonymam. ſed per s. in prima SOGOCARA.

ZOGOR, vide BALA.

ZOITIVM ζοίτιον, Stephano & Pauſaniæ Arcadiæ vrbs. Sed & ζοίτειον, legit idem Stephanus.

ZOLCA ζόλκα, Paphlagoniorum in Galatia opidum, Ptolemæo. XOANA legunt interpretes.

ZOMBIS ζομβὶς, Mediæ regionis vrbs, apud Ammianum & Stephanum.

ZOMPVS Pons, in Sangario flumine. Curopalates.

ZOMVCHANA ζομυχάνα, Ariæ opidum, Ptolemæo. Per A in prima ſcribunt eius interpretes.

ZONA ζώνη, Africæ vrbs, à Seſtio fame ſubacta, Dioni 48. Thraciæ opidum; in Ciconibus, eſt apud Stephanum. circa Hebri fluminis oſtia, Herodoto. Mons eſt ibidem, Plinio & Nicandro. Nemus quoque, Pomponio & Apollonio. ZONA vxoris regiæ; & CALYPTRA: nomina Perſicarum regionum fertiliſſimarum. ſic dictæ ab ornamentis reginæ, quibus hæ addictæ erant. Plato in Alcibiade.

ZONIDES, vide HALÆ.

ZONVS, fluminis oſtium diſtat ab oſtio Iaxartis, ſtadia M.CCCC. Plinius: ſed corruptè, vt putat Caſaubonus, pro OXVS. vide BVRGVS.

ZOPARISTVS ζοπάριστος, Melitenæ, in Armenia Minori vrbs, apud Ptolemæum.

ZOPHANTICA, vide GOPHNITICA.

ZOPHOIM, regio principum in Edom: quæ nunc vocatur GABALENA. Sic D. Hieron. in locis Hebraicis. ex Ioſue 13. ni fallor.

ZORA, locus celeber, à Damaſco. Guil. Tyrius.



ZORAMBVS ζωράμβος, Ptolemæo, ZORAMBA interpreti, Carmaniæ fluuius.

ZORIGA ζόριγα, Armeniæ Maioris opidum. Ptolemæus.

ZOROANDA, locus circa Taurum montem, in & ex quo Tigris fluuius mergit, emergitq́ʒ. Plinius 6. cap. 27.

ZOROLVS, Thraciæ fluuius: XIII. M. paſſ. à Druzipara, vt docet vita S. Alexandri martyris. An ſic dictus à Tzurulo huius tractus vrbe?

ZOROMBA, vide ZORAMBVS.

ZOROPASSVS ζοροπασσος, apud Ptolemæum Murianæ regionis vrbs. in Armenia Minori. ZOROPASSENI Epiſcopi, in Iſauria: meminit concilium Nicænum.

ZOROYMA, Syriæ Epiſcopatus, ſub ſede Boſtrenſi. Tyrius.

ZORTA, vide ZVRTA.

ZOSITERPVM ζωσίτερπον, Thraciæ opidum. Procopius 4. Aedificiorum Iuſtiniani Imp.

ZOSTER ζωστὴρ, Atticæ Iſthmi municipium, & promontorium, Straboni 9. Herodoto 8. & Ciceroni 5. ad Atticum. Huius eſt quoque mentio apud Pauſaniam, Xenophontem, & Stephanum. ZOSTER Lycophroni, eſt Italiæ promontorium: vbi Sibyllæ Cumanæ domicilium. In Campania puto.

ZOSTIVM ζώστειον, loci nomen. Sic Suidas.

ZOTALE, fluuius eſt, in quo Margus, Margianæ amnis corriuatur, vt ſcribit Plinius.

ZOTAPA, Iſauriæ vrbs, Concil. Chalcedonenſe.

ZOTHES, vide ZATHES.

ZOTON, Aethiopiæ ſub Aegypto vrbs, apud Plinium.

ZOTOPOLIS, loci nomen: Marcellino Comiti, SOROPOLIS legit Cuſpinianus. Circa Thraciam videtur. Sozopolis legendum puto.

ZTEVZITANVS Epiſcopatus in Africa: apud Vict. Vticenſem. M.S. Pro ZEVGITANA habeo.

ZVBEDI, vide FVSSALE.

ZVBVL, vide ZILIA.

ZVCCVBAR, vide SVCCVBAR.

ZVCHABARVS ζουχάβαρος, Africæ Propriæ mons, apud Ptolemæum. CHVSAMBARVS eſt eius interpretibus. CHARITVM mons, Herodoto.

ZVCHIS ζοῦχις. Libyæ vrbs: ad Syrtim Minorem. Strabo & Stephanus. Cognominis quoque alius locus, ibidem. Vide XVCHIS.

ZVGABBARIT, vide SVGABARITANVM.

ZVGANA ζουγάνα, vrbs in Arabia Felici, Ptolemæo. LVGANA in Latinis codicibus.

ZVGAR ζούγαρ, vrbs in Africa Propria, apud Ptolemæum.

ZVMENSIS, vide SVMENSIS.

ZVMI ζουμοι, Germaniæ gens, à Maroboduo rege ſubacta. Strabo.

ZVNGRA ζούγγρα, caſtellum, Nicetæ. In Cilicia.

ZVPHONES, vide NOMADES.

ZVRACHI, Arabiæ populi, apud Plinium 6. cap. 28.

ZVRINANÆ ciuitatis Epiſcopalis, in Africa; meminit Victor Vticenſis lib. 2. ZVRITANÆ alia lectio. ZVRENSIS legit Coll. Carthag.

ZVRMENTVM ζούρμεντον, Africæ Propriæ vrbs. Ptolemæus.

ZVROBORA ζουρόβορα, Daciæ opidum, Ptolemæo. Temeſuar Nigro.

ZVRTA, fluuius circa Thraciam, ad quem Ariſtum deuictum à Bulgaris, ſcribit Marcell. Comes. ZORTA eſt apud Iornandem.

ZVRVLVM, in Thracia locus: Choniatæ, & in Hiſtoria Miſcella 17. & 24. Vide TZVRVLVM.

ZVRZVRA ζουρζούρα, Armeniæ Maioris vrbs, apud Ptolemæum. ZVRZVA interpretibus.

ZVZIDAVA ζουζίδαυα, in Dacia vrbs, apud Ptolemæum. Galubacium Lazio. SACIDAVA Scythiæ, in Lib. Notitiar. fortè.

ZVTÆ, vide OZVTI.

ZVTHI ζοῦθοι, Carmaniæ Deſertæ populi. Ptolemæo auctore





CHVTI autem, & CVTHI legunt eius interpretes.

ZVZA mons eſt apud Æthicum Sophiſtam, (liber nondum „ editus) qui ſic de eo: Syria inter magnum Euphratem, & „ montem Zuzam.

ZVZIM, Geneſ. 14. loci nomen. Gentes fortes verterunt 70. interpretes.

ZYBRITZA, vide PHISON.

ZYDRITÆ ζυδρεῖται, Arriano in ſuo Maris Euxini Periplo, ſunt populi circa idem Mare. Hos Procopius SISILISSOS vocat, vt ſcribit Theod. Adamæus. Eoſdem eſſe cum ZELIENSIBVS, quos Strabo lib. 10. deſcribit, idem auctor eſt. Stukius autem Zydreitas eoſdem eſſe contendit cum CERCITIS Strabonis.

ZYGACTES ζυγάκτης, Thraciæ fluuius circa Philippos, in cuius traiectu dicunt Plutonem fregiſſe currus iugum, cum Proſerpinam rapuiſſet: indeq́ʒ ſortitum nomen, vt refert Appianus 4. Ciuil.

ZYGÆNA ζύγαινα, Arabici ſinus inſula, apud Ptolemæũ. ζύγενα apud Stephanum.

ZYGANTES Herodoti, ſunt GYZANTES Apollonij. vide BYZACIVM.

ZYGANTIS ζυγαντὶς, Stephano vrbs in Libya: ex Hecatæo. Sed vide BYZACIVM.

ZYGENA, vide ZYGÆNA.

ZYGES ζυγεῖς, Marmarice nomi gens, Ptolemæo.

ZYGI ζυγοὶ, iuxta Aſiæ Boſporum populi, Straboni, & Stephano auctore. fortè ZYGITÆ Pachymeri, circa Niceam Bithyniæ. vide ZIGÆ.

ZYGIANA συγιανὴ, Bithyniæ regio. auctor Ptolemæus.

ZYGIS, vide GYZIS.

ZYGITÆ, vide ZYGI.

ZYGOPOLIS, in Colchide regione opidum, circa Trapezuntem. Strabo & Stephanus.

ZYGRENA, vide ZYGRIS.

ZYGRIS ζυγρὶς, Ptolemæo eſt vicus, in Marmarica regione. ZYGRENA in Chalced. Concil. GERAS Antonini eſt, iudicio Simleri. Solonet à Caſtaldo vocatur. Zygritas populos, habet ibidem Ptolemus. ZYGRORVM proximè ad Libyam epiſcopũ Adolphum, habet D. Athanaſius.

ZYMBRA, vide THYMBRE, & HVCVMBRA.

ZYMNA, Syriæ vrbs; inter Cyrrhum & Edeſſam. Simlerus ex Antonini Itinerario manuſcripto. SYVMA legebat codex Pariſienſis. & ZEVMA Reuerendiſſ. Torrentij codex M.S. An pro ZEVGMA?

ZYRAS, amnis Thraciæ. alluit Dionyſopolim. Plinius.

ZZEVENE, vide SYENE.

*Plinius libri 7. proemio.* — MVNDVS, ET IN EO TERRÆ, GENTES, MARIA, INSVLÆ, INSIGNES VRBES, AD HVNC MODVM SE HABENT.

ſed

*Seneca de Conſol. ad Albin.* — QVOTIDIE ALIQVID IN HOC MAGNO ORBE MVTATVR, NOVA VRBIVM FVNDAMENTA IACIVNTVR, NOVA GENTIVM NOMINA, EXSTINCTIS NOMINIBVS PRIORIBVS, ORIVNTVR.

immo

*Idem Epiſt. 71.* — OMNES QVÆ VSQVAM RERVM POTIVNTVR VRBES, VBI FVERINT, ALIQVANDO QVÆRETVR, ET VARIO EXITII GENERE TOLLENTVR.

& adeo

*Lucanus lib. 7.* — VT PVLVERE VIX TECTÆ POTERVNT MONSTRARE RVINÆ.

etenim

*Virg. Aeneid. 3.* — TANTVM ÆVI LONGINQVA VALET MVTARE VETVSTAS.

quare

*Rutilius lib. 1.* — NON INDIGNEMVR MORTALIA CORPORA SOLVI, CERNIMVS EXEMPLIS OPPIDA POSSE MORI.

ferendum, nam

*Aelianus 8. Variar. cap. 10.* — QVI SE TOTIVS VNIVERSI NATVRAM TENERE PROFITENTVR, AIVNT MVNDVM IPSVM ETIAM PERITVRVM.

ENVMERATIS HVCVSQVE LOCORVM NOMINIBVS SECVNDVM LITTERARVM INITIALIVM ordinem, nunc quædam eorundem ſecundum ſyllabarum terminantium ſimilitudinem, ſubnectere viſum.

*In* BRICA *ſiue* BRIGA.

Abobrica
Allobrica
Amallobrica
Arabriga
Arcobrica
Arcobriga
Auguſtobriga
Axábrica
Bodobriga
Cæſarobriga
Catobrica
Centobrica
Cetobriga
Cœliobriga
Conimbrica
Cottæobriga
Deobriga
Deſſobriga
Eburobriga
Flauiobriga
Gerabrica
Ierabriga
Iuliobriga
Lacobriga
Litanobriga
Medobriga
Mirobriga
Monobriga
Nemetobriga
Nertobriga
Nitiobriga
Ortobriga
Segobriga
Vertobriga.

*In* MAGVM *ſiue* MAGVS.

Agrantomagum
Argantomagum
Argentomagum
Auguſtomagum
Bardomagum
Borbetomagum
Breucomagus
Bromagum
Cæſaromagus
Camillomagum
Cincomagum
Druſomagus
Durnomagus
Ebromagum
Gabrumagum
Latomagum
Luccomagum
Marcomagum
Neomagus
Niuomagus
Ratomagus
Rhatomagus
Ricomagum
Rigomagum
Sermacomagum
Sitomagum
Tornomagum
Vieomagus
Vindomagum.

*In* DVRVM.

Batauodurum
Boiodurum
Bragodurum
Breuiodurum
Diudurum
Diuodurum
Ebudurum
Epamanduodurum
Gamanodurum
Ganodurum
Ibliodurum
Iſiodurum
Lactodurum
Marcodurum
Octodurum
Theudurum
Tornodurum
Velatodurum
Venaxamodurum
Vitodurum.

*In* DVNVM

Andomatunum
Arialdunum
Auguſtodunum
Axellodunum
Cæſarodunum
Caladunum
Camalodunum
Cambodunum
Camudolanum
Carrodunum
Crodunnum
Diuodurum
Dunum
Ebrodunum
Eprebodunum
Geſodunum
Idunum
Iuliodunum
Laudunum
Ligodunum
Lugdunum
Lugidunum
Lugudunum
Magdunum
Maradunum
Margidunum
Meliodunum
Melodunum
Minnodunum
Muridunum
Neodunum
Nouidunum
Nouiodunum
Parrodunum
Rhobodunum
Rigodunum
Sebendunum
Sedunum
Segedunum
Segodunum
Seruiodunum
Tarodunum
Velatodunum
Vellaunodunum
Venantodunum
Verodunum
Vxellodunum.

*In* AVA.

Argidaua
Capidaua
Carſidaua
Comidaua
Dauſdaua
Dociraua
Marcodaua
Nentidaua
Patridaua
Petrodaua
Piroboridau
Rhamidaua
Sandaua
Scaidaua
Setidaua
Singidaua
Sucidaua
Tamaſidaua
Vtidaua
Zargidaua
Ziridaua.

*Et cum omnia hæc loca in ipſa* Celtica, *(ſub qua Germaniam æquè ac Galliam tota antiquitas ſemper comprehendere ſolet) aut vbi olim hi Celtæ, ſiue Germani ſedem poſuerint, deſcribi videam, ipſæ voces Germanicæ originis eſſe, mihi quoque videntur. atque id poſſe ex ipſis horum etymis oſtendi, luce clarius eſt.* BRIGA *enim quid aliud, tranſpoſita canina littera, ſignificat, quam Burg? id eſt,* Vrbs. *qua voce hactenus in ipſa Germania nomina opidorū quamplurima terminari audimus: ea ratione qua apud Parthos olim Certa, (vt Dadocerta, Tigranocerta, Carcathiocerta, Vologeſocerta, &c.) Et apud Græcos* Polis; *quarum exempla in hoc* Theſauro *ſupra centum quinquaginta. Bria (qua terminatione etiam aliquot vrbis nomina) Thracum lingua vrbem ſignificare, auctores ſunt Strabo & Stephanus, an corruptè pro* Briga *videndum.* MAGVS *ſiue* MAGVM *priſcis Germanis domum ſignificare, apud Rhenanum in Germanicis lego: neque diſsimile quoque apud Goropium in* Gallicis. DVRVM *nihil aliud velle deſignare quàm Thurn, (*D *in* TH *mutatum) id eſt* Turris, *vox terminalis vſque hodie multorum in Germania locorum indicium facit. quo loco apud Græcos quadam vrbes in* Pyrgos *deſinentes legimus.* DVNVM *monticulum aut terræ tumulum ſignificare nemo neſcit, niſi qui & Germanicam linguam.* AVA *id eſt* AV, *ſiue* AW: *qua ſyllaba finali eloquuntur loca, quæ in Mœſia & Dacia; quarum linguam olim Germanicam (neque hactenus tota ex his profligata) fuiſſe, ex Plinio & Iornande veteriq́ historia diſcimus. Et in* AW *deſinentia, (quod verbum ſi interpreteris, locum paſcuum ſiue conuallem intelliges) etiamnum non pauca loca in Germania ſupereſſe, omnibus manifeſtum. At hæc hic obiter. neque plura de his, huius loci.*

ELEN-

# ELENCHVS VOCABVLORVM RECENTIVM ET BARBARORVM, IN HOC Theſauro contentorum.

## LECTORI.

P OTVISSEM *hæc Barbara & recentia locorum nomina etiam inter Latina & antiqua ſecundum litterarum ordinem diſtribuiſſe; quòd tamen hoc minus fecerim, monuit nos ſtudioſorum commoditas, quibus in primis conſultum cupimus. ſi enim hæc, illis commixta fuiſſent, plus negotij fuiſſet Veteres dictiones quærentibus, inter tot Barbara inuolutas, & contra Barbara inueſtigantibus inter tot millia Latinorum implicata, inuenire. Itaque hæc à me ſeorſum in Elenchum redacta ſunt, & vtrobique lectorum commoditati proſpectum eſt. Latina ſiue antiqua vocabula, ſub quibus de his conſulendum erit, ſingulis ſubiunximus.*

A.

A, VELICER, & EVNENO.
Abach, ABVDIACVM.
Abachu, HYRCANVM *Mare.*
Abanhi, NILVS, & ASTAPVS.
Abannas, MANTIANA.
Abano, APONVS.
Abaſcia, INDIA.
Abaui, ASTAPVS.
Abbhuis, NILVS.
Abelinas, ANTILIBANVS.
Abenſperg, ABVSINA.
Aberdene, DEVANA.
Aberford, CALCARIA.
Abergeuenny, GOBANNIVM.
Abertiui, RHATOSTATYBIVS.
Abet, SVRIGA.
Abexim, ÆTHIOPIA *ſub Aegypto.*
Abiama, OXVS.
Abis, IATRIS.
Abrukbania. AVRARIARVM.
Abruzzo, SAMNITES, & PRAETVTIANA.
Abutich, ABYDVS.
Abiiſo, ELORVM.
Abyſſini, ÆTHIOPIA *ſub Ægypto.*
Aca, PTOLEMAIS.
Açada, SANGARIVS.
Açafran, CHINAPHAL.
Accathou, ACHÆORVM *Littus.*
Accumba, HYPANIA.
Acdenizi, MARE MEDITERR. & ÆGÆVM.
Acerenza, ACHERONTIA.
Acerano, ACERA.
Acerra, ACERRÆ.
Açeuta, EXILISSA, & SEPTEM FRATRES.
Ach, NVAGERRA.
Achamba, TAPROBANA.
Achatana Esbahan, ECBATANA.
Achello, ANCHIALVS.
Achlar, ARAXES.
Achotou, APHRODISIVM.
Achterwaldt, ARDVENNA.
Aciila, OCELIS.
Acilino, ACITHIVS.
Acoionlu, ARMENIA *Minor.*
Acon, & Acre, PTOLEMAIS.
Acor, ICOSIVM.
Açores, VXIAMA.
Acqua che Fauella, THVRIA.
Acqua dolce, ATHYRAS, & CALACTA.
Acque caldes. AQVÆ QVINTIÆ.
Acqui, AQVÆ STATELLORVM.
Acra Spandona, METOPON.
Acre, TAVRESIVM.
Acri, ACIRIS.
Acropoli, PÆSTVM.
Acſerai, ANAZARBVS.
Acz, AQVÆ *Auguſtæ.*
Aczu, ASCANIA.
Adacth, VLIPADA.
Adata, GERMANICIA.
Adazar, CAVCASVS,
Adda, ABDVA.
Adegele, CHRYSORRHOAS.
Adelsperg, AVENDONIS, & POSTONIA.
Aden, ARABIA, OCELIS, MADOCE, & ADEDI.
Adena, SARVS ET ADANA.
Aderno, ADRANVM.
Adiga, ZYGÆ.
Adilbegian, DARETIS.
Admind, MONTANA.
Admirati, ELEVTHERVS.
Adom, SALINVM, & CAMPANIA.
Ador, & Adou, ATVRRVS.
Adra, ABDARA.
Adri, ATRIA.
Adramelech, ARNON.
Adrinza, ASSYRIA.
Ægoſpotamos, HEGONIS.
Æliopoli, HADRIANÆ.
Aera, QVIZA.
Aeth, ESSVI.

Aſdime,

Afdime, ARSINOE.
Africa, APHRODISIVM, LEPTIS, & RVSPINA.
Agada, ÆMINIVM.
Agamij, PERSIA.
Agatha, ARTEMISIVM.
Agde, AGATHA.
Ageina, ACRATH.
Agello, TYLLESIVM.
Agen, GARITES.
Aggia, HIMELLA.
Aggiul-felanos, PHILOMELIVM.
Agian paraſceuen, CVBVS CANOPI.
Agiomamma, TORONE.
Agion oros, ATHOS.
Agios Adrianos, MYCENÆ.
Agios Phocas, ARCHION.
Aglar, AQVILEIA.
Agnone, AQVILONIA.
Agnuni, MORGANTIVM.
Agobel, VICTORIA.
Agonara, AGANAGARA.
Agreda, GRACVRIS.
Agriomela, SPERCHIVS.
Agua naual, SICORIS.
Aguilar, IVLIOBRIGA.
Ahinadal, MASSAGETÆ.
Aia Iuni, HAGIA.
Aiaz, VRCINIVM.
Aiazzo, ISSVS.
Aiehſtadt, AVREATVM.
Aidinelli, LYCIA.
Aidos, SESTVS.
Aierbe, EBELLANVM.
Aigle, ANGLARIA.
Aigue mortes, FOSSÆ *Mariana.*
Aila, ELANA.
Aiman, ARABIA FELIX.
Aiameia, EVROPÆI.
Ainay, ARA *Lugdunenſis.*
Aindre, ANTRVM.
Aire, ATVRENSIVM.
Aiſnay, ATHANACVM.
Aiſtadt, ALA NARISCA.
Aiton, CALYDON.
Aix, SALLYES, NVAGERRA, & AQVÆ SEXTIÆ.
Akadin, PTOLEMAIS.
Akemane ceſtre, BATHONIA.
Aken, NVAGERRA.
Al, GVTALVS.
Alagon, ALAVONA.
Alambra, LAMINITANI.
Alandriana, MÆANDRIA.
Alandt, OONÆ.
Alano, AVIA.
Alanquera, IERABRICA.
Alarabes, MAVRITANIA, & ARABIA.
Alarch, APHLE, & CHALDAICI *Lacus.*
Alarcos, LACVRIS.
Alaro, SAGRA.
Alaſchebar, HYPSELE.
Alatro, ALETRIVM.
Alb, ALBA.
Alba, ALBA POMPEIA.
Albain, SCOTIA, & ALBANIA.
Alba Iulia, VLPIANVM, & APVLVM.
Albagra, CERNE.
Albana, CHRYSORRHOAS.
Albania, EPIRVS.
Albano, ALBA.
Albarrazin, LOBETVM.
Alben, ALPES, FORMIO, & ALBIVM.
Albenga, ALBIGAVNVM.
Albi, ALBA AVGVSTA, HELVII, & ALBIGA.



Albic, BIGENSIVM, & ALBIENSES.
Albila, Alhabib, Albhon, Alhaim, Alfaccuza, Alquebx, Athabib, MEROE.
Albona, ALBONENSES.
Albora, IOL.
Alboran, ERRORIS *Inſula.*
Albs, SAPIS.
Albſor, CAVCASVS.
Albufera, AMOENVM *Stagnum.*
Album, CARPIS.
Albuſama, ERRORIS *Inſula.*
Alcairo, BABYLONIA, & MEMPHIS.
Alcala de Henares, COMPLVTVM.
Alcala horra, ARCILACIS.
Alcala del Rio, ITALICA.
Alcañis ERGAVICA.
Alcantara, ACESINE, & NORBACÆSAREA, TVROBRICA.
Alcaraz, ORGIA.
Alcaſar de ſal, SALACIA.
Alcaſor, ARCOBRIGA.
Alchabot, HABOR.
Alchabyr, BABYLONIA.
Alchaſer, BERENICE.
Alchoſan, SARAPIDIS.
Alcoçer, AENNVM.
Alcol, CVLLV.
Alcolea, FLAVIVM ARVENSE.
Alcoruſen, SACILIS.
Alchria, DOLICHE, LYCHNIDVS, & ACHRIS.
Alcudia, CELTICI, ALYBE, & AVTOMALA.
Aldadrina, DRYOPES.
Aldburg, ISVRIVM.
Aldea el rio, ILLITVRGIS.
Aldea el muro.
Aldenburg, VRBS VETVS.
Aldernay, EBODIA.
Aldinelli, LYCIA.
Alegon, ATTACVM.
Alemagna, GERMANIA.
Aleppo, ANTIOCHIA, NEREA, CHALYBON, BERRHOEA, & HIERAPOLIS.
Aleſio, LISSVS.
Aleſſo, ALEX.
Alexandreta, ALEXANDRIA.
Alexandria della paglia, AQVÆ STATELLORVN.
Alexandrona, ALEXANDRIA.
Alf, ALISONTIA.
Alfaques, RVSPÆ.
Alfrangues, EVROPÆI.
Algarbie, TVRDETANI.
Alge, *vel* Argel, IOL, ZILIA, CIRTA, & SALDÆ.
Algezira, CARTEIA.
Algoëw, CALVCONES, & SVANETES.
Alhabas, ÆTHIOPIA *ſub Ægypto.*
Alhama, ARTIGIS.
Alhard-Colgudan, *vide* Thor.
Alhiſer, SIN *Deſertum.*
Alia, SALVIA VRBS.
Alicante, ALONE, & ILLICI.
Alicata, GELA.
Alicudie, PHOENICVSA.
Alicur, ERICVSA.
Aliduli, ANTHEMVSIA.
Aliimete, ELYMA.
Alize, ALEXIA.
Alkebulan, AFRICA.
Alleway, ALAVNA.
Allier, ELAVER.
Almada, CETOBRICA.
Almaria, ILLIBERIS.
Almaſia, CAPPADOCIA.
Almaz, ANAMASCIA, ALISCA.





Almenara, CARTHAGO.
Almeria, ABDARA, & PORTVS MAGNVS.
Almiña, ALYBE.
Almiſſa, PEGVNTIVM.
Almonbari, CAMVLODVNVM.
Almudeuarem, BVRTINA.
Almunhia, NERTOBRIGA.
Alne, ALAVNVS.
Aload-exton, NILVS.
Alora, ILLVRO.
Alpen, VLPIA LEGIO XXX.
Alphen, ALBIMANA.
Alpheo, ANAPVS.
Alphi, ALLIPHA.
Alpi del Pelegrino, LETVS.
Alſen, ELISII.
Altitz, ALISONTIA.
Altai, IMAVS.
Alteiola, ANTILIA.
Altemura, MINOA.
Altenburg, FLEXVM, & ATILIA.
Altenhofen, VACORIVM, ARRIANVM, & CARATÆ.
Alter, ELTERIVM.
Alth, ALVTHA.
Altimonte, BALBIA.
Altino, ALTINVM.
Altmul, ALEMANNVS.
Altoboſco, COLOPHON.
Alt Offen, SICAMBRIA.
Altorff, VLMANIA.
Altrip, ALTA RIPA.
Altzheym, ALISO.
Aluata, ALVTA.
Alulien, CAPPADOCIA.
Alzette, AZOTVS.
Aman, EPIPHANIA, & GABALA.
Amance, ALMENTIA.
Amandaune, NAMADOS.
Amanthea, NAPITIA.
Amara, PYLÆ.
Amatas, METAVRVS.
Amaya, AREGIA.
Amanza, GRANI ACVM.
Ambalois, AMBILIATES.
Amberg, CANTIOEBIS.
Ambie, AMBIBARII.
Ambleue, AMBLAVIA.
Amboiſe, AMBACIENSIS.
Ambon, SINDÆ.
Ambourg, SEGNI.
Ambrachia, AMBRACIA.
Ambrun, EBRODVNTII, AMBVARETI, AMBRONES, & EBVRODVNVM.
Amegara, PALMYRA.
Amelandt, FOSETE.
Amelfeldt, MERVLÆ *Campus.*
Amelia, AMERIA.
Ameren, GLESSARIA.
Amergo, TOCOLOSIDA.
Amerlander, AMBRONES.
Amet, AMMÆA.
America, ATLANTIS *Inſula.*
Amid, AMISVS.
Amiens, AMBIANI, SAMOBRINA, & SAMARABRIVA.
Amigdalaria, HERACLEA.
Amigdalia, PERIPOLIVM.
Amir Carpi, CAVCASIÆ *Porta.*
Amiſta, ARIVSIVS.
Am Lug, VIPITENVM.
Amo, POLYTIMETVS.
Ampurias, EMPORIÆ.



Amſerfeld, COSOBVS.
Amurgo, AMORGVS.
Anaduole, ARMENIA *Minor.*
Anagna, ANAGNIA.
Anagrum, TRITIVM METALVM.
Anakelt, INDVS.
Anapadoro, CATARRACTVS.
Anatolaidag, OLYMPVS.
Anatolia, ASIA.
Anatoria, TANAGRA.
Anazzo, EGNATIA.
Ancara, ANCYRA.
Ancaſter, CROCOCALANA.
Ancenis, AMNITARVM.
Anchialo, ANCHIALVS.
Anchora, ASINE.
Ancona, ANCONA.
Andaluzia, BÆTICA, & BASTVLI.
Andely, ANDELAVS.
andernach, ANTENNACVM.
An der Thur, AD FINES.
Andes, SEPHER.
Andoria, MANDVRIVM.
Andre, NETIVM.
Anderſwald, DANICA *Silua.*
Andro, ANDROS.
Andujar, ILLITVRGIS, & CLASTON.
Angelen, SVEVI.
Angely, ENGERIACVM.
Angeren, ANGRIVARII.
Angermund, ANCRIVARII.
Angiers, IVLIOMAGVS.
Angitula, ANGITVLA.
Angiuolo, METAVROS.
Angleem, SVEVI.
Angleſey, MONA.
Anglia, BRITANNICÆ *Inſulæ.*
Anglona, AQVILONIA.
Angoleſme, ENGOLISMA, & ICVLISMA.
Angotina, ACANTHINA.
Angouri, ANCYRA.
Anguſia, HORESTII.
Anjou, ONDICÆOVÆ.
Ankenlur, ANCALITES.
Anyauara, ALISCA.
Anna, DECASTIDIVM, & ENNA.
Anonio, ANONIVM.
Anor, ZIZERVM.
Anſeſtadt, ANSIBARII.
Antali, ATTALIA.
Anthios, ANTINOE.
Antibe, ANTIPOLIS.
Antignano, *vel* Antoniano, PAVSILYPVM.
Antilodum, CORYNE.
Antiochia, ANTIOCHIA.
Antiochetta, ANTIOCHIA.
Antiop, HESRON, & ASSOR.
Antiquera, SINGYLIA, & ANTICARIA.
Antiuari, DOCLEA.
Antorff, Antwerp, Antwerpen, Anuers & Anuerſa, ANTVERPIA, & AMBIVARITI.
Antrauida, CYLLENE.
Apamea, APAMIA.
Apaniz, APAMIA.
Apea, ASPAVIA.
Apherat, EVPHRATES.
Aphoziati, EPHESIORVM *Portus.*
Apoley, CONSTANTINOPOLIS.
Appleby, ABALLABA.
Apri, APRI.
Apte, APTA IVLIA.
Aquapendente, ACVLA, AQVILA.
Aquedotto, VITIS.

Aque di monte Dragone, SINVESSANÆ.
Aquila, AMITERNVM, & FVRCONIVM.
Aquilegia, AQVILEIA.
Aquino, AQVINVM.
Aqs, TARBELLA, & AQVÆ *Auguſtæ.*
Ar, ARII, & WVRMIVS.
Arabia, TROGLODYTARVM *Regio.*
Aracgelaran, MELITENE.
Arach, PARTHIA, & PETRA.
Arad, CAVCASVS.
Arais, ARAXES.
Arays, LIXA.
Arauacca, AREVACÆ.
Arauiana, BARBARIANA.
Araz Auſen, PHYCVS.
Arbanos, EPIRVS.
Arbecua, VRBICVA.
Arbenga, ALBIGAVNVM.
Arbia, ALMA.
Arbois, ARBOROSA.
Arbon, ARBOR FELIX, & ASOPVS.
Arcadia, CYPARISSI.
Arce, ARCANVM.
Arſeolo, CARSEOLANI.
Archadia, ARCADIA.
Archadie, ALIARTVS.
Archiech, OROSA.
Archipelago, ÆGÆVM *Mare.*
Archipelago di Maldiuar, HIPPADIS.
Archiſana, ARCILACIS.
Arciſate, ISARCI.
Arcobia, CERCOPIA.
Arcoz, ARCOBRIGA, ARSA, & ARCENSIVM.
Arcula, DAMALIS.
Ardacher, AREDATE.
Ardbrij, BRYORVM.
Ardelium, DACIA.
Arden, PALMYRENA.
Ardenne, ARDVENNA.
Ardenburg, LEVACI.
Ardermouthead, NOVANTVM.
Are, SARDOPATRIS.
Areſgol, SIGA.
Areſtinga, LIBA.
Areualo, AREVACÆ.
Areuna, AMANVS.
Arexil, ARACILLVM.
Arezzo, ARETINI.
Arga, ARAGVS.
Argadia, CANOVACI.
Arganda, VIBIENSES.
Argel, *vide* Alger.
Argentan, ARGENTOMAGVM.
Argentar, GORDITANVM.
Argentina, ARGENTORATVM.
Argentine, & Argenton, ARGENTEVS AMNIS.
Argenton, ARGANTOMAGVM.
Argetina, ARGIDAVA.
Argin, CERNE.
Argiona, VRGAVONENSE.
Argirocaſtro, ANTIGONIA.
Argis, MANTIANA *Palus.*
Argiſch, ARGIDAVA.
Argitti, EBVDÆ.
Argo, ARGOS.
Arguenon, ARGENVS.
Aricanda, MOSON.
Arignano, ARINIANVM.
Ariona, AVRIGIA.
Arkel, HERCVLIS *Caſtra.*
Arkij, SEGESTICA.
Arles, ARELATVM.
Arlun, OROLAVNVM.



Armeña, MEDOBREGA.
Armenidag, HYPIA.
Armignac, AREMORICA.
Armilon, THEODOSIA.
Arminacha, CYBISTRA.
Arnaldi caſtellum, NOBE.
Arnano, ARGENOMESCVM.
Arnautleri, EPIRVS.
Arnberg, AREBVRIVM.
Arnhem, ARENACVM.
Arno, ARNVS.
Arocella, AMPHISIA.
Aroche, ARVCI.
Arone, LARO.
Aronis inſula, ALETHA.
Aronis Landa, ABRINCATVI.
Arpino, ARPINVM.
Arpatarro, ALMVS.
Arr, AROLA.
Arracola, ARACILLVM.
Arrades, QVINA.
Arran, GLOTA.
Arras, RIGIACVM.
Arriana, ABDITANA.
Ars, FLORIVS.
Arſa, ARSIA, & ARSATIANVM.
Arſeron, HVS.
Arſij, ARTIACA.
Arſo, OEASO.
Arſingam, DASCVTA.
Arſufo, IOPPE.
Arſur, ANTIPATRIS.
Arte, AMBRACIA.
Artegnia, BILIGA.
Artinia, ÆTOLIA.
Artiſino, HEREVS.
Artois & Atrecht, ATREBATES.
Aruas, NARBASES.
Aruinata, SALO.
Artzburg, ARTOBRIGA.
Arzen, ARSENARIA.
Argentara, PRÆPESINTHVS.
Arzerum, ARSENARIA, ASSYRIA, ARTZE, & SINERA.
Arzes, ARSINOE.
Arzicham, AZIRIS.
Arzila, ZILIA.
Arzita, XILIA.
Arzua, ARADVCA.
Arzuffo, PARIA.
Aſanaga, ASAMA.
Asburg, ASCIBVRGIVM.
Aſcalo, ASCVLVM.
Ashewel, MAGIOVINTVM.
Aſciſi, ÆSISIVM.
Aſcu, ASCANIVS.
Aſenta, MERVLA.
Aſinaria, DIABATE, & HERCVLIS *Inſulæ.*
Aſinello, TRINIVM.
Aſna, SYENE.
Aſola, ACEDVM.
Aſomaton, SOSTHENIVM.
Aſoph, TANAIS.
Aſoro, ASSORVS.
Aſperoſa, ABDERA.
Aſpermont, RHVCANTII.
Aſpida, ASPITHRA.
Aſpra thalaſſa, MARE MEDITERR.
Aſpri, ACHELOVS.
Aſpropiti, CIRRHA.
Aſſach, LAVIACVM.
Aſſadib, CYRENAICA.
Aſſaſim, ASSACENI.





Aſſidonia, COSSA.
Aſſin, ITYS.
Aſſinhire, CERONES.
Aſſoro, CHRYSAS, & ASSORVS.
Aſſur, ANTIPATRIS.
Aſta, ASTA.
Aſtamar, MANTIANA.
Aſti, ASTA.
Aſtarlid, SETELSIS.
Aſtora, RVSICADA.
Aſtorga, ASTVRICA AVGVSTA.
Aſtriadi, ASTABENI.
Aſtrizza, ABDERA.
Aſtura, AVSTRA.
Aſtutias, ASTVRES.
Aſuan, METACOMPSO.
Atalaya di Sertorio, DIANIVM, & TVRRES.
Atalib, SINGARAS.
Ateca, ATTACVM.
Atellari, ELORVM.
Atemuz, DIANIVM.
Aterno, ÆTNA.
Ator Albacara, SCYTHÆ.
Atrecht, RIGIACVM.
Atripaldo, FREGELLÆ.
Atterith, TRIMONTIVM.
Attur, SELEVCIA.
Aua, PALIBOTHRA, & ARISABIVM.
Auallon, ABALLONE.
Aubenas, ALBA AVGVSTA.
Aucenſis ſaltus, IDVBEDA.
Auchz, AVSCII, & AVGVSTA *Auſciorum.*
Aude, ATAX, & RHAVRARIS.
Auellino, ABELLINVM.
Auelſperg, AVENDONIS.
Auenche, AVENTICVM.
Aueo, SESTVS.
Auerazin, LOBETVM.
Auerſa, ATELLA.
Auero, LAVARE.
Auezzano, ALPHABVCELIS.
Aufente palude, PONTINA, & VFENS.
Auff burg, ROBVR.
Auff de Alben, ALBANVS.
Auff den Hartz, HERCYNIA.
Auff der Stay, VOGESVS.
Augiolello, HYRCANIA.
Augsburch, AVGVSTA *Vindelicorum*, & DRVSOMAGVS.
Augonius, AVGINVS.
Augſt, AVGVSTA *Prætoria*, & AVGVSTA *Rauricorum.*
Augſtal, SALASSII.
Auguſta, CHERSONESVS, & MEGARA.
Auia, AVVS.
Auiano, APIANVM.
Auignon, VOLCÆ, & AVENIO.
Auila, ABVLA.
Auington, ABONIS.
Aulerton, SEGELOCVM.
Aulnay, ALNIENSIS.
Auola, HYBLA.
Auon, HALÆNVS, ALAVNVS.
Auoniani, SIMENI.
Aupep, HERACLEA.
Aurach, ARTAVNVM.
Auranches, AMBILIATES, & ABRINCATVI.
Auraz, AVRASIVS.
Auro, SESTVS.
Auſperg, ARVPENVM.
Auſa, ALSA.
Auſteliue, TRAIECTVS.
Auſtria, PANNONIA.



Auter, ACHATARA.
Autun, AVGVSTODVNVM.
Auuergne, ARVERNI.
Aux, AVSCII, AVGVSTA *Auſciorum.*
Auxerre, VELLAVNODVNVM.
Auxois, ALEXIA.
Ax, DATII.
Axar, ANAZARBVS.
Axel, LEVACI.
Aymargues, AVGVSTA *Tricaſtinorum.*
Ayne, AXONA.
Ayre, ÆRIA.
Ayſocho, ISARCI.
Ayt vacal, ATLAS *Maior.*
Aytoſzou, HALYS.
Aywiers, AQVIRIA.
Azac, TANAIS.
Azagar, OASIS.
Azalburg, AVGVSTA ACILIA, & ATILIA.
Azamia, MESOPOTAMIA, & CHALDÆA.
Azamij, & Atzamij, PERSIA.
Azamor, THYMIATERIVM.
Azar, COMAGENA.
Azaro, ASSORVS.
Azebani, TAPROBANA.
Azeche, IBERVS.
Azemia, PERSIA.
Azimia, ASSYRIA.
Azioth, BVBASTVS.
Azuaga, ARSA.

## B.

BAar, VARGIONES, & ABNOBI.
Babelmandel, DIODORII.
Baboleza, PONS *Sociorum*, & VALLIS.
Babuca, BOVILLÆ.
Babul, PATALA.
Baça, BASTITANI.
Bacala, BARACVRA.
Bacam, BARYGAZA.
Bacar, TRACHONITIS.
Baccano, BACCANAS.
Bachad, SELEVCIA.
Bacharin, VOLCERA.
Bachdad, THELDA.
Bachilione, MEDOACVS.
Bachu, GANGARA, & HYRCANVM *Mare.*
Bacras, TAVRVS.
Bacueen, BADVHENNA.
Badaios, PAX IVLIA.
Badallona, ILLVRO.
Badelona, BETVLLO.
Baden, CATTI, & CASTELLVM *Aquarum.*
Badia, LEBADIA.
Baergen, CAMBODVNVM.
Baeça, BETVLO, & BATIA.
Baezza, VACIENSES.
Bagda, & Bagadach, BABYLONIA.
Bagnara, NOVEM *Pagi.*
Bagnacauallo, TIBERIACVM.
Bagnias, BALANÆÆ.
Bagni d'Abano, FONTES APONI.
Bagni d'Agnano, LVCVLLI *Villa.*
Bagni de Bollicano, AQVÆ CAIÆ.
Bagni del Lago, ANIANÆ THERMÆ.
Bagni di S. Caſſiano, CLVSINI.
Bagni de S. Philippes, RVSELLÆ.
Bagni Sabatini, THERMÆ *Stygianæ.*
Bagni di Stigliano, THERMÆ STYGIANÆ.
Bagni de Tiuoli, ALBVLÆ *Aquæ.*
Bagni de Tritoli, ACADEMIA.
Bagni de Saluiati, CÆS. DICT. *Villa.*
Bagola, BAVLOS.
Bagrada, GALESVS.

Bahalbeth, HELIOPOLIS.
Bahreen, ICARIVM.
Baharennil, NILVS.
Bahar Rumi, MARE MEDITERRANEVM.
Bahar-zocoroph, ARABICVS *Sinus*.
Baia, BAIÆ.
Baja de Cadiz, GADITANVS *Sinus*.
Baieus, BAIOCASSES.
Baiona, TARBELLI, OEASO, BOIATVM, AQVÆ AVGVSTÆ, TITVACIA, & TITVLCIA.
Baicadul, BATANCÆSARA.
Baiern, VINDELICI.
Bainbrig, GLANNIBANTA.
Bain-el naharim, PERSICVS *Sinus*.
Baybart, BABYTACÆ.
Bayerena, SIRBONIS.
Balaſſan, CHOROANÆ.
Balaton, HIVLCA, & VOLCEÆ *Paludes*.
Balbaſtro, BVRTINA.
Balbec, CÆSAREA PANIAS, & HELIOPOLIS.
Baldach, BABYLONIA.
Baldino, VFENS.
Baliuus, DAN.
Ballons, VOGESVS.
Balkan, HÆMVS.
Balnec, CÆSAREA *Palæſtina*.
Balneole, AQVÆ VOCONIS.
Balneoregium, NOVEM *Pagi*.
Balpame, BALMENSE.
Balſera, BALARA, & TEREDON.
Balubadra, PATRÆ.
Bamberg, GRANIONARIVM.
Bambola, BILBILIS.
Bamborow, BREMENIVM.
Bangor, BONIVM.
Bangela, BARACVRA.
Banna, BVVINDA.
Banneſdowne, BADONICVS *Mons*.
Banny, RHAVIVM, & ARGITA.
Baños de Alhama, AQVÆ BILBITANORVM.
Banſey, BANATIA.
Bapho, PAPHOS NOVA.
Bar, DANVBIVS & VARGIONES.
Baranuwer, ANTIANÆ.
Barbara, EGESTA.
Barbaria, MAVRITANIA, & BARBARIA.
Barraab, ARABIA PETRÆA.
Barcena, COLOE.
Barcha. MARMARICA.
Barcokſire, & Birckſire menne, ATREBATII.
Barda, PYRGVS.
Bardeſei, LIMNOS, & HEDRVS.
Bargama, PERGAMVS.
Barnet, SVLLONIACA.
Bardare, & Bardarium, AXIVS.
Barillana, PEVCE.
Barletta, BARVLVM.
Barlinguas, LONDOBRIS, & ERYTHIA.
Barnedis, BRVNDISIVM.
Baromela, BALARI.
Barony, CONCANGIVM.
Baroniwar, VARRONIANVM.
Barra, MACHMAS, CHARYBDIS.
Barraaru, ARSINOE.
Barri, BARIVM.
Barriano, BARRA.
Barowi, BIRGVS.
Bartholomæi vallis, FOCVNATES.
Barua, COLOA.
Barwick, ORDOVICES, BREMENIVM, BORCOVICVM, & TVESIS.
Baruti, BERYTVS.



Barzelona, BARCINO.
Balſera, TEREDON.
Baſaraſi, CORONVS.
Baſaz, VOCATES, VASATICA.
Baſel, BASILIA.
Baſepole, BARSA.
Baſler, RAVRACI.
Baſilica, SICYON.
Baſilicata, LVCANI.
Baſilipotamo, EVROTAS.
Baſra, BOSTRA.
Baſſe, BAZACATA.
Baſſée, HASSI.
Baſſento, ACHERON.
Baſſignana, AVGVSTA *Vagiennorum*.
Baſſigni, MANDVBII.
Baſtenach, BELSONANCVM.
Baſtilica, TARRABENI.
Batallo, CAREPVLA.
Batenborch, BATAVODVRVM, & BASANOBVRGVM.
Batha, CORNACVM, LVGIO, DVNOBORA.
Bathe, AQVÆ SOLIS, & BADIZA.
Batica, BOÆ.
Battalio, CAREPVLA.
Batter, BACTRIANA.
Bauano, CIRCIDIVS.
Bauay, BAGANVM, BELGIVM.
Baubala, BILBILIS.
Baudino, VFENS.
Baudras, SELEVCIA.
Baugiacum, SEBVSIANI.
Bauli, BAVLOS.
Baulx, GABALLICI *Pagi*.
Baumiens, ZEVGITANA.
Baxagus, PAX *Iulia*.
Baxos de Barbaria, SYRTES.
Bay of Cnocfergus, VINDERIVS.
Bay at Caerdrouok, MORICAMBE.
Bay of Galway, AVSOBA.
Bay of Slegah, LIBOEVS.
Bazà, BASTI.
Bazaim, BARACE.
Bazas, COSSIVM, VASATES.
Bazano, OFFIDIVM.
Bealebeca, HELIOPOLIS.
Bear, PRECIANI.
Beauais, CÆSAROMAGVS.
Beaucia, VIDVGASSES.
Beaulieu, BERCORCATES.
Beaulne, BIBRACTE.
Beaulſe, BELSIA.
Beaumont, BRATVSPANTIVM.
Beauuois, BILVMNVM.
Beauuoiſin, BELLOVACI.
Bebelingen, Bebenhauſen, BIBONMM.
Bebenhauſen, FEBIANA.
Bechria, ÆGYPTVS *Inferior*.
Becſangial, BITHYNIA.
Bed, LVNÆ *Mons*.
Bed Amare, MEROE.
Bedalac, LIMÆA.
Bedford, LACTODVRVM.
Bedia, TAMVADA.
Beets, BETASII, & ALA FLAVIANA.
Beetzſtan, AVSTRIA.
Begerra de Melena, MELLARIA.
Behemerlandt, BOIEMVM.
Behemerwaldt, HERCYNIA.
Beja, & Bexa, PAX *Iulia*.
Bejar, BIGERRA.
Bejar de la Miel, *vel* Melena, MELLARIA.
Bein-elnaharaim, ORONTES.
Beyrn, NARISCI.





Belas, SIDRONA.
Belbais, PELVSIVM.
Belbes, ELIS.
Beledel Vgneb, HIPPON.
Belenas, DAN.
Belforte, SVBSICINVM, & DIOMEDIS *Templum*.
Belgian, IMAVS.
Belgida, BELGIDA.
Belgrado, TAVRVNVM, HYDRALIS, & HERMONASSA.
Belicaſtro, CHONIA, & PETELIA.
Belich, HYPSA.
Belina, CÆSAREA PANIAS.
Beline, CÆSAREA *Palæſtinæ*.
Bellay, SEBVSIANI.
Bellena, LACHIS.
Belioco, BELSINVM.
Belinzona, BERINZONA.
Belitre, VELITRÆ.
Bellicenſes, SEBVSIANI.
Bellich, VILICA.
Bellifortis, VOCONTII.
Bellis de Gomera, ACRATH.
Belluno, BELVNVM.
Belor deſertum, SACÆ.
Beltz, BALTICVM.
Beluedere, BLANDA, & COLOPHON.
Beluſium, CVRTA.
Benanarim, MAVRITANIA.
Bene-jaacan, LYCIA.
Beneuenti, BENEVENTVM.
Benfordbridg, VENNONÆ.
Bengala, GANGE.
Bengaucal, ARABIA PETRÆA.
Benges, SABARIA.
Beni Arax, VILLA.
Benibuhalil, CENTA.
Benich, BERENICE.
Beniſuaif, PHYLACÆ *Hermopolitanæ*.
Beni Mager, SOLIS *Mons*.
Beni Maraz, SEPTEM FRATRES.
Beni Teudi, IVLIA *Campeſtris*.
Benthem, TVBANTES.
Benthemer-berg, TANFANÆ *Templum*.
Bentiliem, PARTHENOPE.
Bera, VIRGI.
Berbero, ARBIS.
Berbich, BERENICE.
Berbowyna, BERBIS.
Bercheim, TIBERIACVM.
Berck, *vel* Berick, VETERA, & CALONIS.
Bereſina, BORYSTHENES.
Bereſith, EMODVS.
Berga, BIRGINIVM.
Bergamo, BERGOMVM.
Bergança, COELIOBRIGA.
Bergane, ASISIA.
Bergas, BERGVLA.
Bergen Norwegiæ, BERGOS.
Bergen, *quæ* & Winoxbergen, BLOETINI.
Bergen op Soom, AMBIVARITI.
Bergſtras, CAPELLATIVM.
Bergus, BERGISTANI.
Beriara, ARABIA DESERTA.
Beribir, ASISIA.
Berlin, SODERANI.
Berlinguas, ERYTHIA.
Bermeo, FLAVIOBRIGA.
Bermer, BARBARI.
Bern, VERONA.
Bernhardo de Stampis, ADRATVM.
Beroaldi Caſtrum, IAMNA.
Berou, CARRHÆ, & BILÆNA.



Berri, BITVRIGES.
Berrhoea, *vide* CASSANDREA.
Berſac, CARTHAGO, & CASTRA *Germanorum*.
Berthalom, PIRVM.
Berton, PARÆTONIVM.
Bertrand, CONVENÆ.
Beſagno, FERITOR.
Beſanſon, VESONTIO.
Beſecath, AFRICA.
Beſeneghe, ARSINARIVM.
Beſermanni, SCYTHÆ.
Beſiers, BLITERÆ, & BESARA.
Beſidiano, BESIDIÆ.
Beſon, Beſes, Beſons, BETVLLO, & SVBI.
Beſos, SVBI.
Beſſan, BISSONNVM.
Beſſarabia, ARPII.
Beſſin, ESSVI.
Beſtercze, BISTRITIA.
Beſtie, APENESTÆ.
Betanços, FLAVIVM BRIGANTIVM.
Betelis, LVCVS.
Betente, PARTHENOPE.
Beth-alſarath, LVNÆ *Mons*.
Bethgebrim, BERSABE.
Bethonopolis, NOBE, & NOB.
Bethſan, SCYTHOPOLIS.
Bethſemes, HELIOPOLIS.
Bettemuble, NOBE.
Betuwe, BATAVIA.
Beuagna, MEVANIA.
Beuerley, PETVARIA.
Beunen, GESSORIACVM.
Beureſt. BIBRACTE.
Bewteren, BOIODVRVM.
Beroaldo, AZOTVS.
Beyern, NORICVM.
Beyeſela, GETH.
Bialigrod, HERMONASSA.
Biana, ALBA, *quæ* & VIRGAO.
Biarhead, NOTIVM.
Bibar, METVBARRIS.
Bibona, HIPPO.
Bibrach, BIBACVM, & BRAGODVRVM.
Bibrogger, BIBROCI.
Bichari, HERBESSVS.
Bichieri, CANOPVS.
Bidente, VITIS.
Bydlim, INDVS.
Bidumi, IDVMÆA.
Bieda, BLERA.
Bierne, BERANENSIVM.
Biernenſes, CVQVENI, & BENEHARNVM.
Bieruieſca, VIROVESCA.
Bieſcied, CARPATES.
Bigorre, BIGERRIONES, VOCATES, & TVRSAMBICA.
Bilbao, FLAVIONAVIA.
Bilbin, PELVSIVM.
Biledulgerid, NVMIDIA.
Biled la Abid, & Beled Geneua, LIBYA *Interior*.
Bilenos, POLICHNA.
Bilici, HYPSA.
Billigrace, BIBIVM.
Bina, BEBRIACVM.
Binceſtre, BIMONIVM.
Binch, VODGORIACVM.
Bing, BINGIVM.
Bintmir, BAGRADA.
Biquelmic, BAGRADA.
Bir, BITHIAS.
Bira, MACHMAS.
Birckhauſen, BIDAIVM.

Birgi, ACITHIVS.
Biſano, TRIFERNVS.
Biſargo, CASSITERIDES.
Biſcaia, CANTABRI,
Biſeneghe, HESPERION *Cornu.*
Biſerta, VTICA.
Biſignano, BESIDIÆ.
Biſitas, IASONIVM.
Biſmeo, VABAR.
Biſnagar, MODVRA, & ARCATI.
Biſtricia, MENTIDAVA.
Bitburg, BEDA.
Bitente, PARTHENOPE.
Bitonto, BVDRVNTVS.
Biuona, VIBO VALENTIA.
Biuoras, SALSVM.
Biutere, & Biudere, BATHYCOLPVS.
Bizini, BIDENI,
Bizze, CVNICVLARIÆ.
Blachi, MOESIA.
Blaye, SANTONVM *Prom.* & BLAVIA.
Blackwater, IDVMANIA.
Blamberg, IVRA.
Blanckneſt, ICIVM.
Blanes, BLANDA.
Blaſium, TVRRIS.
Blata, BARATHIA.
Blaubeuren, ARÆ FLAVIÆ.
Blauer, BLABIA.
Blays, BLESENSIS.
Blechisfeld, PALODA.
Blenda, BELBINA,
Blida, OESCVS.
Blindenburg. FELICIS *Lacus.*
Bloys, BLESENSE.
Boarno, VOBERNVM.
Bobierca, VOBERTA.
Bobio, LIBARNA.
Boca, & Bocalbalbec, COELESYRIA
Bocca del Inferno, ANSACTI *Valles.*
Bocca di Lupo, THERMOPYLÆ,
Bocca S. Ioanni, BOSPORVS CIMMERIVS.
Bochara, BACTRVS.
Bocherno, ERIDANVS.
Bochir, CANOPVS.
Bochonopolis, NOBE.
Bocino, VOLCEIVM.
Bodenal, NERTOBRIGA.
Bodenſee, ACRONIVS.
Bodman, VOLIBA.
Boduary, VARIS.
Boëhem, BOIEMVM,
Bog, HYPANIS.
Bogazin, BOSPORVS THRACIVS.
Bogazoſſar, & Bogaſaſſar, SESTVS, & LÆMOPIA.
Bogdiana, DACIA.
Bohar corſun, HYRCANVM *Mare,* & ARABICVS *Sinus.*
Boiana, DRINIVS.
Boiano, BOVIANVM.
Boli, ABONI TEICHOS.
Boliana, DRINIVS.
Bolina, APOLLONIA.
Bologna, FELSINA, & BONONIA.
Bologne, GESSORIACVM.
Bolſano, BATAVÆ.
Bomartio, POLIMATRIVM.
Bolſena, VOLSINIVM.
Bon, BONNA.
Bon porto, ACHÆORVM PORTVS.
Bona, HIPPON.
Bonandrea, APOLLONIA, ZEPHYRIVM, & CYRENE.



Bondeno, BODINCOMAGVM.
Bonhomme, STOECHADES.
Bommonſter, BONONIA.
Bontuda, BRÆGETIVM.
Boor, BERRHOEA.
Boparten, BODOBRIGA.
Bordeaulx, BITVRIGES, & BVRDIGALA.
Boreyja, DEORVM *Portus.*
Borgetto, BVRGIVM, & MASSA.
Borgia, BELSINVM.
Borgo, LEONINA.
Borgo S. Dionyſio, FIDENTIA.
Borgo S. Sepulchro, BITVRGIA.
Borgo de Tamaſſo, TAMASSVS.
Borcum, BYRCHANIS.
Bormio, BORMIÆ.
Bornholm, HELLEVIONES, & BYRII.
Borno, ATLANTES.
Borowa, EBVRVM.
Boron, BISTONIS.
Borwick, BORCOVICVS.
Borug, BVRGVS.
Boſco di Baccano, MOESIA *Silua.*
Boſco di monte Fiaſcone, VOLSINIENSIVM *Lucus.*
Boſchi di Solano, CLIBANVS.
Boſire, CHERSONESVS PARVA.
Boſnachi, SCORDISCI, & BESSI.
Boſoch, MELITINE.
Boſock, ALTINVM.
Boſſa, VSELLIS.
Boſſega, BASSIANA.
Boſſen, DARDANIA, & BESSI.
Boſtizan, ÆGIVM.
Botan, ADIABENA.
Bothnia, LEVONÆ,
Botzberg, IVRA.
Boughedor, BABYLON.
Bouines, BOVINIACVM.
Boullion, BVLLONIVM.
Boullon, TVNGRORVM *Fons.*
Bourbonnois, BOI.
Bource, PRVSA.
Bourg S. Andoli, VIVARIENSE.
Bourg en Breſſe, FORVM *Seguſianorum.*
Bourg Dalim, IDALIVM.
Bourg de la Duile, AREBRIGIVM.
Bourg de Hierochipe, HIEROCEPIA.
Bourges, AVARICVM, & BITVRIX.
Bourgoignons, SEQVANI, ÆDVI, & NANTVATES.
Bouſſu, BVXVDIS.
Boutonne, VVLTONNA.
Bozwtha, BACVNTIVS.
Brabate, BELO.
Braces, ITHACESIÆ.
Bracciano, ARCENNVM.
Brachium S. Reineri, ARGENNVM.
Brachium S. Georgij, HELLESPONTVS.
Braga, AVGVSTA *Bracarum.*
Braganrz, BRAMAGVM.
Bray, Brayne, BIBRAX.
Bramaſans, BRAMAGVM.
Brandeburg, SODERANI.
Brailano, PIROBORIDAVA.
Bramini, BRACHMANES.
Brampton, BREMENIVM.
Branceſter, BRANODVNVM.
Brannesia, VRBS VETVS.
Brannicero, VARIANA.
Braſſo, STEPHANOPOLIS.
Braſſoua, PATROVISSA.
Brata, BARATHIA.





Brattia, BRETTANIS.
Brau, HEBROMANI.
Braunecken, BRIONVM *Regio.*
Braunſwijck, TVLLISVRGIVM.
Bray, SAMAROBRINA.
Brazza, BRETTANIS.
Bregançon, PERGANTIVM.
Bregent, BRIGANTIVM.
Bregna, ARVCIA.
Bregnitz, BREGÆTIVM.
Brema, BRAMMA.
Bremen, PHABIRANVM.
Bremenſes, CHAVSI.
Brene, BIBRAX.
Brenner, PYRENÆVS.
Brenta, ANASSVS, & MEDOACVS.
Brentinore, FORVM *Truentinorum,* & PETRA.
Brentoni, BRENTONICVM.
Breſca, RVSTONIVM.
Breſcello, BRIXELLVM.
Breſcia, BRIXIA.
Breſlaw, BVDORGIS, & BVDORIGVM.
Breſne, BIBRAX.
Breſſantz, SEBVSIANI.
Breſſe, SEGVSIANI.
Breſt, VINDANA, & BRIVAS.
Bretagne, ARMORICÆ, & PENINSVLA.
Bretta, SOLICINIVM.
Brettenham, COMBRETOVIVM.
Breunia vallis, BREVNI.
Brexar, CASTRA *Germanorum.*
Brianſon, BRIGANTIO, BRIGANTIVM, & BRANNOVICES.
Briare, BRIDOBORVM.
Briatico, BRYSTACIA.
Bricquia, LYCIA, & PHRYGIA.
Brieuc, BIDVCESII.
Briga, SEMPRONIVS.
Brijn, ARSICVA.
Brindiſi, BRVNDISIVM.
Brioni, PVLLARIÆ.
Brynhida, CIMBRIANVM:
Briſach, BRISACVS *Mons.*
Briſgower, BRISIGAVI.
Briſna, BORYSTHENES.
Briſtow. VENTA *Belgarum.*
Briue, BRIVAS.
Briuieſca, RRIGÆCIVM.
Brixen, & Brixina, SABONA, & SVBLAVIO.
Brockersberg, MELIBOCVS.
Brockmerland, BRVCTERI.
Brodegui, BITYLA.
Broia, PRAVSI.
Broughton, BRIGE.
Brondolo, BRVNDVLVM.
Broſs, BONTAS.
Broſſa, FRATERIA.
Brougham, BROVONACIS.
Bruca, PANTHACVS.
Brucomat, BROCOMAGVS.
Brucramel, TRETVM.
Brug, AMBRA.
Brugghe, GESSORIACVM, & GRVDII.
Bruck, MOTENVM.
Bruie, BRIVAS.
Bruneck, VIRVNVM.
Brunec, & Brunauwer, BRENI.
Brutiano, SILA.
Bruzzano, ZEPHYRIVM.
Bubal, BILBILIS.
Buccabel, BACCADES.
Buchaira, MOERIDIS.
Buchaw, FAGOPHAGI.



Buchingamienſes, CATYEVCHLANI.
Buchs, BOI.
Bucino, BLANDA.
Buco veleноſo, SPIRACVLA.
Buda, HERCVLIA, CVRTA, AQVINCVM, & LEGIO *Auxiliatrix.*
Budua, & Budouo, BVTVA.
Budmir, BAGRADA.
Budweis, BVEIEMVM.
Buelth, BVLLÆVM.
Buenen, GESSORIACVM.
Bufalaria, THVRIVM.
Bufera, BALSA.
Bugey, SEBVSIANI.
Bugia, THABRACA.
Buheira, ARAPOTES.
Buies, BOI.
Buyl Mancy, RAPTVM.
Bulgaria, MOESIA, & TRIBALLI.
Bullingen, BELGICA.
Bullon, CONSEDIE.
Bulneſſe, ABLATVM, & BVLGIVM.
Bulzzir Zzalbizz, GOSSEN.
Bunina, OETA.
Buonpruo, BEPYRVS.
Buoſa, BOSA.
Buquehamneſſe, TAIZALOS.
Buragrag, SALA.
Burdugua, THYRÆA.
Burge vpon ſands, CASTRA EXPLORATORVM.
Burge vpon ſtenemore, VERTERIS.
Burgian, ARIA.
Burgo Lauizario, LEBVI.
Burgo preſſo, SEBVSIANI.
Bargos, AVGVSTOBRIGA, & BRAVVM.
Burgſted, CÆSAROMAGVS.
Burick, BVRVNGVM.
Burnea, TVRRENA *Auguſtalis.*
Burneo, BONÆ FORTVNÆ.
Burren, PETINESCA.
Burrowhil, VEROMETVM.
Burſe, CYZICVS.
Burſia, BITHYNIA. & MYSIA.
Buruz, CIBYRA.
Buſa, & Buſaten, NAPVCA.
Buſento, CASVENTVM.
Buſſereth, BOSTRA.
Burſterſtaller, PIRVSTÆ.
Butera, GELA.
Butrinto, BVTHROTVM.
Butrio, BVTRIVM.
Butzen. EBODVRVM.
Buzanich, PAVSINVS.

## C.

CAbe, CHALYBS.
Cabeça el Griega, SEGOBRICA.
Cap Abio, ABII.
Cabo d'Agathas, CHARIDEMI *Prom.*
Cabo d'Alber, CATABATHMVS.
Cabo d'Alfaques, TENEBRIVM.
Cabo de S. Aleſſo, ARGENNVM.
Cabo d'Alguer, *vel* de Aguer, ATLANTIS *Maioris promontorium,* VSAGIVM *Prom.*
Cabo dell'Alice, LACINIVM *Prom.*
Cabo d'Antio, ANTIVM.
Cabo de l'Arme, LEVCOPETRA.
Cabo de tres Arcas, METAGONIVM.
Capo bacro, CITHARISTES.
Cabo di Batticani, MEDAMA.
Capo Boei, LILYBÆVM.
Cap de Butz, CVRIANVM.

Caput Boiatum, CVRIANVM.
Cabo Bianco, ARGENNVM, ERYTHRÆ, & CARMELVS.
Cabo blanco, PHRVRIVM, LEVCIMNA, & HESPERION *Cornu*.
Cabo Bojador, SOLIS *Mons*.
Cabo bon, HERMÆA.
Cabo de Bona ſperança, FRONS *Africæ*.
Cabo di Burſano, ZEPHYRIVM.
Cabo Calari, CALARITANVM.
Cabo Caliſſim, DERE.
Cabo de Cantin, SYLOES, HERCVLIS *Prom.* & SOLIS *Mons*.
Cabo de Carena, PHYCVS.
Cabo Carmelo, SYCAMINOS.
Cabo de Celi, OCELIS.
Cabo Chelidoni, SACRVM *Promont.* & ZEPHYRIVM.
Cabo Cheuelar, TILOX.
Cabo Coco, LILYBÆVM.
Cabo Ciſta, HYLLIS.
Cabo de Cler, NOTIVM.
Cabo delle Colonne, LACINIVM, & SVNIVM.
Cabo de Colle, COLAICVM.
Cabo Conello, CYPARISSIVM.
Cabo Corſo, SACRVM *Prom.*
Cabo Crio, CNIDVS.
Cabo de Croce, EIONE, & ACHILLIVM.
Cabo de S. Croce, TAVRVS.
Cabo de Cruz, APHRODISIVM.
Cabo Cumano, ONÆVM.
Cabo Durazzo, EPIDAMNVS.
Cabo ferrato, CVNIONCHARION, TRETVM, & CANDIDVM *Prom.*
Cabo Fagona, POSIDIVM.
Cabo del Figo, SCYTHICVM *Prom.*
Cabo Figalo, CÆSAREA, & ACTIVM.
Cabo de Finis terræ, ARTABRVM.
Cabo de tres forcas, METAGONIVM.
Cabo de la Fraſchea, DION.
Cabo di Gallo, ACRITAS.
Cabo delle Gatte, CVRIVM.
Cabo Giallo, IVNONIS *Prom.*
Cabo Ganzir, RHOSSICVS.
Cabo de Garcel, CITHARISTES.
Cabo de Gates, CHARIDEMI *Prom.*
Cabo de Griego, PEDALIVM.
Cabo de Guardafu, AROMATA.
Cabo Iaſquette, ARMOZVM.
Cabo Ienizzari, ÆANTIVM.
Cabo d'Iſtria, IVSTINOPOLIS.
Cabo Leone, CRIVMETOPON.
Cabo di Leuci, IAPYGIVM.
Cabo Leucoſo, LEVCA.
Cabo Litar, CENÆVM.
Cabo Lugudori, GORDITANVM.
Cabo Malio, MALEA.
Cabo mantello, LEON.
Cabo del mar, NOTIVM.
Cabo marzo, ODYSSEA.
Cabo de S. Maria, IAPYGIVM *Prom.* IARGANVM, & MARIANA.
Cabo Maſſa Vliuieri, PLEMMYRIVM.
Cabo Maſticho, PHANÆA.
Cabo Matapan, TÆNARIA.
Cabo Meſurata, CEPHALAS.
Cabo de Mirabello, ZEPHYRIVS.
Cabo Monaſtier, SEPIAS.
Cabo de Mongia, ARÆ SOLIS, & NERIVM.
Cabo de molina, XIPHONIÆ *Prom.*
Cabo di Monte, PAVSILYPVM.
Cabo di muro, ROETIVS.



Cabo de Non, CHAVNARIA.
Cabo di Nubia, HERMÆA.
Cabo d'oro, CHERSONESVS.
Cabo de Pagu, GYTHIVM.
Cabo Palemudo, PALINVRVS.
Cabo di Palos, SCOMBRARIA.
Cabo paſſaro, PACHYNVS.
Cabo di S. Paulo, CHERSONESVS.
Cabo de Pile, THRONI.
Cabo Piſello, CARAMBIS.
Cabo di porto, CASALVS.
Cabo de Raſcaranchi, VLYSSIS *Portus*.
Cabo Rizalgate, SYAGROS.
Cabo roſſo, ERYTHRE, & ERYTHRÆVM.
Cabo Salomo, SAMONIVM.
Cabo de Sete, SIGIVM.
Cabo Scandreri, RHIVM.
Cabo Scylli, SCYLLÆVM.
Cabo de S. Sigo, CITHARISTES.
Cabo di Sygillo, SCYLLÆVM.
Cabo de Sorta, HIPPI.
Cabo Spada, CYAMON.
Cabo Spartiuento, ZEPHYRIVM, LEVCOPETRA, & CARCINVM.
Cabo Spartelle, COTTES.
Cabo de Spichel, BARBARIVM *Prom.*
Cabo Stellato, ARGENNVM.
Cabo de Stillo, CARCINVM.
Cabo Stillari, MIMANTIS.
Cabo de Tejones, BOREVM.
Cabo de Tenes, APOLLINIS *Prom.*
Cabo de S. Theodoro, AGATHYRSVS.
Cabo Torice, CHELONITES *Prom.*
Cabo de la torre del Faro, PELORVS.
Cabo de Vallis, LVNARIVM *Prom.*
Cabo Verde, HESPERION *Cornu*, FRONS AFRICÆ, ARSINARIVM, & RYSSADIVM.
Cabo Verlichi, MAGNESIA.
Cabo de Viana, AVARVM.
Cabo S. Vincente, SACRVM *Prom.*
Cabo S. Vito, AGATHYRSVS.
Cabo Zunchi, CORYPHASIVM.
Cabra, BÆBRO, & AGABRA.
Cabrera, CAPRARIA.
Cabul, ARACHOSIA.
Cabuſco, CHOATRAS.
Cacagioni, CHARAX.
Caçar Haſcen, BARATHIA.
Cacari, HERACLEVM.
Cacearia, ACHILLEA.
Cacelina, CHALCEDON.
Caçeres, CASTRA CÆCILIA, & SEGEDA.
Cachar, INDVS.
Caci mons, CAVNVS.
Caçia, TALABRIGA.
Cacoberio, CHIMO.
Caçorla, MENTISA.
Cadenac, VXELLODVNVM.
Cadima, CARRIÑENSIS.
Cadiz, & Calis malis, GADES.
Cadra, HYDIA.
Caemps, CAMBETIS.
Caen, CADOMVM.
Caer-Corij, CORINIVM.
Caerdorn, DVROCOBRIVÆ.
Carefrock, EBVRACVM.
Caergrant, DVROVERNVM.
Caer gwich, VICTORIA.
Caer odor yn Nant badon, VENTA *Belgarum*.
Caerleon, ISCELEGVA AVGVSTA.
Caerleon ar dourdow, DEVA.
Caerlil, CATARACTONVM.





Caerludcoyd, LINDON.
Caerlul, LVGOPIBIA.
Caerlud, LONDINVM.
Caerperis, GAERPERIS.
Caermardin, MARIDVNVM.
Caerſegent, SEGVNTIVM.
Caerſuysk, ISCA.
Caerwent, VENTA.
Caerwiint, VENTA.
Caervortigern, OXONIVM.
Caervrangon, BRANGONIA.
Cairbadon, AQVÆ SOLIS.
Cairgrant, GRANTA.
Cairmalei, CAMALETVM.
Caffa, THEODOSIA.
Cæſarea, AQVÆ STATELLORVM, & NERITVM.
Cagiali, ÆGIALVS.
Caglio, CALLE *Vicus*.
Cahiroan, CYRENE.
Cahors, CADVRCI, DOVEANA.
Calaſſa, ASTRATA.
Caiſerat, INDIA.
Caianello, CALLICVLA.
Caibo, CROCODILVS.
Caicol, ABVS.
Cailon, BARVSZÆ.
Cainam, SABADIBÆ.
Caypha, PTOLEMAIS.
Cairo, BABYLONIA, & MEMPHIS.
Caishew, CASSI.
Cayſarea, CÆSAREA.
Cayſeuen, CAVSENNIS.
Calabria, MAGNA GRÆCIA, & CALABRIA.
Calabria Inferior, BRVTTII.
Calacari, COLICARIA.
Calahorra, CLVNIA, & CALAGVRIS.
Calalonga, CINIVM.
Calama, THYAMIS.
Calamata, THVRE, ABEA, & CALAMA.
Calamea en la Serena, ILIPA.
Calameta, SCHERA.
Calamita, FACTORVM, & ISTRIANVS.
Calao, ALTAO.
Calapate, CHABERIS.
Calari, & Caglire, CALARIS.
Calatagirone, MENÆ, & CALATÆ.
Calataiud, BILBILIS.
Calatraua, ORETANI.
Calaiate, METACVM.
Calne, CALÆGIA.
Calchiſtan, PAROPAMISVS.
Calcum, ARABICVS *Sinus*.
Caldano, SCALIDVS, & CIRIS.
Caldar, & Calendar, CALEDONIA.
Caldes aguas, AQVÆ CALIDÆ, & AQVÆ VOCONIS.
Calecut, CANTHAPIS, COTTIARA, & BARYGASA.
Calendo, LALASSIS.
Cales, ICCIVS, & GESSORIACVM.
Caleu, PIRÆEVS.
Caliar, CALLIDROMVS.
Calibia, CYROBIS.
Calico, ECHEDORVS.
Callil, HEBRON.
Callipoli, ANXA.
Callipolis parua, NICOPOLIS.
Calixene, TANITICVM.
Calkar, CALCIACI, & BVRGINACIVM.
Caloiero, ATALANTA.
Calomio, BESBICVS.
Calonica, ARATVTILA.
Calopinaco, TAVROCINIVM.
Calora, CALACTA.



Calore, CALOR.
Caloro, VARAMVS.
Caltabellota, SOSSIVS.
Caloi, LITTVS CÆSIA, & CALES.
Caluiri, NORA.
Camala, EMISSA.
Camarana, MOTYCHANVS.
Camargue, FOSSÆ *Marianæ*.
Camarana, CAMARINA.
Camarina, HIPPARIS.
Camares, CÆNE.
Camb, CAMBVS.
Cambalech, SERA.
Cambalu, SERICA.
Cambayth, CAMANE.
Cambee, AMBOGLANNA.
Camberi, CIVARO, & FORVM AGVSIORVM.
Cambray, & Camerijck, CAMARACVM, CAMBRIVII, & CAMBRICÆ.
Cambraſia, & Cambruſſa, CORYCVS.
Cambridge, CAMBORICVM.
Cambruſie, MYLÆ.
Camebridge, GRANTA.
Camehone, ACEMA, & CEMELION.
Camenopoias, HYPERBOREI.
Camera, CAMARA, & HERCVLIS *Pyrgos*.
Camerata, INYCVS.
Camergues, CAMARIA, & STOECHADES.
Camenopoias, HYPERBOREI.
Camerino, CAMARINVM.
Cameſa, EMISSA.
Cametum Eſturnellorum, SIRBONIS.
Cametz, ACVMINCVM.
Camin, CHAMAVI, & RVGIVM.
Caminate, ALLIA.
Cammart, VALACHIA.
Camora, SABABRIS.
Camotra, AVREA CHERSONESVS.
Campagna di Roma, LATIVM, HERNICI, & COMPSA.
Campana, CAMBRE.
Campanella, CAPREÆ, & ATHENÆVM.
Campanir, ASTACAPRA.
Campen, MANARMANIS, CAMAVI, CHAMAVI, & CAMPANIA.
Campi di S. Pellino, CORFINIVM.
Campidoglio, CAPITOLINVS *Mons*.
Campillo, SVSANA.
Campo Charmeli, SCITHIACA *Regio*.
Campo marino, CLATERNA.
Campo di Monuel, LAMINITANVS.
Campo pendente, REATINVS *Ager*.
Campos de Cerdania, SVRDAONES.
Campos de Tarif, TARTESSIDEM.
Camul, CHAVRANA.
Camunen, CAMVNI.
Cana, COPTOS.
Canacain, CANA.
Canaga, & Caogigu, CANAGORA, & DARATIS.
Canaia, CENÆVM.
Canala, PANTACHVS.
Canale, BRITANNICVS *Oceanus*.
Canale S. Alberto, PADVSA.
Canal Calcagno, SIMÆTHVS.
Canal de Fela, VIA DELOJVM.
Canamancina, COLAICVM.
Cananor, CALLIGERIS.
Canapina, CAPENA.
Cançaron de Mahoma, AMMONIACA, & SOLIS *Fons*.
Canche, QVANTIA.
Candahar, ORTOSPANA, & PAROPANISVS.
Candalor, SIDA.

Candanedo, CANDAMIVS.
Candari, & Canduraie, CANDARA.
Candia, MATIVM, CANDANI, CRETA, & CYTÆVM.
Candiano, CONDINIANI.
Candria, DIDAVCANA.
Canea, CYDONIA.
Canelle, MÆNOMENA.
Cangria, GANGRE.
Canibel, TAVRVS.
Canigriſa, OLENVS.
Canington, CANGANORVM.
Canis, ADONIS.
Caniſcha, CANISIÆ.
Caniſtro, PALLENE.
Canatello, CHARYBDIS.
Cannette, SABORA.
Cannina, CHAONIA, & ELYMA.
Canonden, CANONIVM.
Canoſa, CANVSIVM.
Cantam, CATTIGARA.
Cantan, GANGES.
Cantara, ACESINE, ACHATES, & ALABVS.
Cantaricbridge, CATARACTONVM.
Cantauilla, CARTHAGO *Vetus.*
Cantewarberi, DVROVERNVM.
Canther, NOVANTVM.
Canton, CATTIGARA.
Cantuarij, VITÆ.
Canuey, TOLIAPIS.
Capana, CALASARNA.
Capaniano, ACHERON.
Cape of Cornwal, ANTIVESTÆVM.
Capes, TACAPE, & TRITON.
Capeſtein, & Capfenberg, CAPEDVNVM.
Capitij, CAPYTIVM.
Capitolina, HIEROSOLYMA.
Capilamba, BALANTIPYRGON.
Capo, *vide* Cabo, *hoc enim Hiſpanicum : illud Italicum.*
Capoa CAPVA.
Capparra, CAPARA.
Caprara, DIOMEDEÆ.
Capraria, CAPRARIA.
Cappanach, OXVS.
Capreſe, CAPRAS.
Capri, CAPREÆ.
Caproſe, CHELIDONIÆ.
Caps, TACAPE.
Capuſco, CHABORAS.
Cara, NOTIVM, & ZAREX.
Carabeix, PHARAMIA.
Carabes, PELVSIVM.
Carabi, ATYS.
Carabogdana, DACIA.
Caroburum, BALBVRA.
Caracaran, LARIAGARA.
Caracuel, CARCVVIVM.
Caradenis, PONTVS EVXINVS.
Caradrina, DRINIVS.
Caragoça, CÆSARAVGVSTA.
Caralupo, CANALICVM.
Caraman, TAVRVS.
Caramania, PAMPHYLIA.
Caramida, AMIDA.
Caraoiluc, MESOPOTAMIA.
Carapula, CAREPVLA.
Caraſia, TROIA.
Caraſſan, BAGTRIANA.
Caraſu, CYDNVS.
Carauaggio, CARRACO.
Carbon, ALPHEVS.
Carcora, DIACHERSIS, & CAROTHVS.
Carcaſſone, CARCASSVM.



Cardandan, CHAVRANA.
Cardiano, CLASSIS.
Cardone ducatus, CASTELLANI.
Carelli, CATILLI.
Carge, ICARIVM.
Caribider, CORINDIVR.
Carileſo, ANINSVLA.
Cariñena, ILLITVRGIS.
Carini, HYCCARA, & CÆTARIA.
Carinula, CALENVM.
Carmene, CARMELVS.
Carniola, PANNONIA.
Carinthia, PANNONIA.
Cariſto, CARYSTVS.
Carixa, AVRELIA.
Carizath, HYRCANIA.
Carmon, CHARAX.
Carmona, CARMON.
Carnero, FLANATICVS *Sinus.*
Carnia, ACARNANIA.
Carnobio, CARNVNTVM.
Caroleo, IXIAS.
Caronia, ALÆSA.
Caroza, AVRELIA.
Carpaluc, MÆOTIS.
Carpen, CARPIS.
Carpentras, CARPENTORACTE.
Carpio, CALPVRNIANA.
Carrara, CARREA.
Carragarin, SIARVM.
Carrano, ACHARENSES.
Carrathaſſan, CALPAS.
Carri, INCARVS.
Cars, CARSE.
Carſula, CARSVLI.
Cartagena, CARTEIA, & CARTHAGO NOVA.
Cartama, CARTIMITANVM.
Carto, CHETTÆA.
Caſæ nouæ, TRES TABERNÆ, & FORVM APPII.
Caſal, LABERVS.
Caſal nouo, MANDVRIA.
Caſalmach, IRIS.
Casbin, ARSACIA.
Caſcada, CATARRACTES.
Caſcano, GALLICANVS.
Caſcante, CASCANTVM.
Caſentino, PASVMENA *Terra,* & CLVSIVM.
Caſilirmar, HALYS.
Caſlona la veja, CASTVLO.
Caſopo, CASSIOPE.
Caſſandria, CASSANDREA.
Caſſaro, CACYRON.
Caſſel, CASTELLVM *Morinorum,* STEREONTIVM, & VELLOCASSES.
Caſſibili, CACYPARIS.
Caſſia, CVRSVLA.
Caſſon, HYRCANIA.
Caſſo, CASOS.
Caſſowopolye, MERVLÆ *Campus.*
Caſſuben, REVDIGNI.
Caſtagna, PANGÆVS.
Caſtamena. CLAVDIOPOLIS.
Caſtel, TRAIANI *Munimentum.*
Caſtilia, BARDVLI.
Caſtel Franco, FORVM *Gallorum,* & PANDOSIA.
Caſtel Gandolfo, ALBA.
Caſtel iubileio, FIDENÆ.
Caſtel rampo, TORONE.
Caſtel de Ouo, MEGARIS.
Caſtel Seras, CASTRVM ALTVM.
Caſtel di S. Silueſtro, FERONIA.
Caſtel Torneſo, CHELONITES.
Caſtello Vetrano, ENTELLA.





Caſtelle, CASTRA ANNIBALIS, & COTYORA.
Caſtelletto, LOCHIAS.
Caſtello S. Angelo, HADRIANI *Sepulchrum.*
Caſtello d'Ampurias, CASTELON.
Caſtello da brolo, ALVNTIVM.
Caſtello al mar di Bototno, VVLTVRNVM.
Caſtello nouo, NESACTIVM, CASTRVM NOVVM, & VOLCERA.
Caſtello di ponte tremulo, APVA.
Caſtello S. Pietro, HALICARNASSVS.
Caſtello ruzo, CHELIDONIÆ.
Caſtello al mar di Stabie, STABIÆ.
Caſtellona, FORMIÆ.
Caſtellas, CALLISTRATIA.
Caſtellazio, EVBOEA.
Caſtelmur, MVRVM *Vicus.*
Caſtelluzzo, CASILINVM.
Caſter, VENTA, & DVROBRIVAS.
Caſtillo, HERCVLIS *Fanum.*
Caſtillo Villouio, BILBIVM.
Caſtleford, LAGECIVM.
Caſtralla, CASTRVM ALTVM.
Caſtri, ERMIONE, CVMÆ, DELPHI, & CAICVS.
Caſtro, CLVNIA.
Caſtro caro, SALSVBIVM.
Caſtro del Fiume, CASTRA POSTVMIANA.
Caſtro Ioanni, ENNA.
Caſtro al mar, MINTVRNÆ, & POMPEIVM.
Caſtro el rio, ASPAVIA, & CASTRA POSTVMIANA.
Caſtro al mar di Golfo, EGESTA.
Caſtro franco, PANDOSIA.
Caſtres, CESSERO.
Caſtro veto, CAVLONIA.
Caſtrouillaro, APRVSTANI, SYPHEVM, & SVMMVRANVM.
Catadhi, CATARACTES.
Cataio, SERICA.
Catalanos, CASTELLANI.
Cataluña, LALETANI, & AVTHETANI.
Catania, CATANA.
Cathay, SCYTHIA.
Catharo, RHIZINIVM, & ASCRVVIVM.
Catheneſia, CORNABVI.
Catigan, TILOGRAMMON.
Catochi, ACHELOVS.
Catolica, CRVSTVMIVM.
Catonia, ALÆSA.
Catterick, CATARACTONVM.
Catwijck, CATTI.
Cauado, ALESTES, & CELANDVS.
Cavailon, CABELLIORVM *Colonia.*
Caua di Georgia, GYAS.
Caualla, BVCEPHALOS.
Caudia, RAVDI.
Cauerna della Sibylla, CIMMERII.
Caul, ZIZERVM.
Caulon, AVLON.
Caura, & Caurea, TEGANVSA.
Cauri, EVROPÆI.
Cauro, CYTHNVS.
Cauſalion, CASIMOMAGVM.
Cawata, CADES.
Cazales, ZAGYLIS.
Cazlona, CASTVLO.
Cazorla, AVRELIA, & CASTAON.
Cebu, SVBVR.
Cecerigo, ÆGIALIA.
Cechemeth, PARTISCVM.
Cecina, CECINNA.
Cecrium, ASTIÆ.
Cedic, SACAZAMA.
Cedogna, ERDONIA.



Ceſſaia, SAVVS.
Ceice, CELIVM.
Ceirat Quibir, SYRTES.
Ceitz, MAMILLA.
Cele, SALA.
Celebes, SINDÆ.
Celef, CHINAPHAL.
Celino, BERETRA.
Celio, CÆLIVM.
Cellerſe, VENETVS *Lacus.*
Cenedec, GIR.
Cento camerelle, LVCVLLI *Horti.*
Cenum, CENOMANI.
Centorui, CENTVRÆPÆ, & ÆTNA.
Centuri, CENTVRINVM.
Cephala, OPHYR.
Cephalonia, SAMOS.
Cepol, AQVINCVM.
Cepta, EXILISSA.
Cerceli, CISSE.
Cercha, TITIVS.
Cerdania, CERRETANIA.
Cere, ALSIVM.
Cerey, CÆRESI.
Ceres, APOLLONIA *Mygdonia.*
Cereſi, TVRISSA.
Cerete, SENTINVM.
Cereto, CERATÆ.
Cerigo, CYTHERA.
Ceres, CRANON.
Cerez, SAREPTA.
Cerines, CERAVNIA.
Cernico, CORNABVI.
Cernuo, CORNAVII.
Cerognone, GINGVNVS.
Ceroſicka, CVCCI.
Cerueira, CERRETANI, & SECERRA.
Ceruia, PHYCOCLE.
Cerugnola, ERDONIA.
Ceruetere, CÆRE VETVS.
Ceſano, SENNA.
Ceſena, CÆSÆNA.
Ceſnadigo, CÆSÆNA.
Ceſtre, ORDOVICES.
Ceſter, DEVA, DEVANA, & DVROCOBRIVÆ.
Ceuta, ALYBE, & SEPTEM FRATRES.
Cerrario, LAMPETIA.
Ceue, CEBANVM.
Chablaſij, VERAGRI.
Chaiapa, LEPRIVM.
Chaici, CAYSTRVS.
Chalanchi, SALENTIACVM.
Chalcis, DEMONNESOS.
Chalepum, BERRHOEA.
Chalcidona, CHALCEDON.
Chalons, CABALLINVM, & CATHELAVNI.
Chaliacra, DIONYSOPOLIS.
Cham, CAMANI.
Chamberi, FORVM *Voconij,* & CIVARO.
Chamen, CHAMAVI.
Champagne, CATHELAVNI.
Chaminiza, OLENVS.
Chana, OMBRI, & COPTOS.
Chania, CYDONIA.
Chaour, EVROPÆI.
Chapſilar, CYPSELLA.
Charaſou, NESSVS.
Charazaſar, SELEVCIA.
Charchana, CERCINA.
Charci, CHALCIA.
Charente, CANENTELVM.
Charges, CATVRIGES.
Charia, MYCENÆ.

Charinge, DVROLEVVM.
Charlburg, CHERTOBALVS.
Charrolois, AMBARRI.
Chars, CHORSA.
Chartaricon, BARBYSES.
Chartraine, & Chartres, AVTRICVM, & CARNVTES.
Chaſteaubriant, CADETES.
Chaſteau Iandon, VELLAVNODVNVM.
Charai, CHÆTÆ.
Chataide, MASSAGETÆ.
Chatalnau, TACODVNITANI.
Chaues, AQVÆ FLAVIÆ.
Chaumont, PONTESIVM.
Chaurim, CASVRGIS.
Chaxumo, AVXVME.
Chelo, DIERNA.
Cheiſerie, PTOLEMAIS.
Chelit, LYCVS.
Chelqueta, PASAGARDA.
Chelua, INCIBILI.
Chemps, EMISSA.
Chenford, CÆSAROMAGVS.
Chepeſtaw, STRIGVLIA.
Cher, CARIS.
Cheramidi, PHERÆ.
Cheraſoda, CERASVS.
Cheraſia, PRVSA.
Cherfulenburg, CHERTOBALVS,
Cheria, NINIVE.
Cherima, CARINE.
Cheris, PRVSA.
Cherman, CARMANIA.
Cheroga, PINTIA.
Cheroniſi, EPIDAVRVS.
Cheropolis, CHARIOPOLIS.
Cherſo, CREPSA.
Cherza, GELAS.
Cheſel, IAXARTES.
Cheſimur. ARACHOSIA.
Cheſcia, HERACLEA.
Cheſter, CONDERCVM.
Cheuelar, TILOX.
Cheuiota, ORDOVICES.
Chezza, GELA.
Chiana, CLANIS.
Chiangare, CALATIA.
Chiaramonte, ACIS.
Chiarenza, ARAXVS, & CYLLENE.
Chias, CAYSTRVS.
Chiauenna, CLAVENA.
Chiaurlic, ARZVS.
Chiazza, ERBITA.
Chiazze, ASIVS.
Chibth, ÆGYPTVS.
Chielano, OCELVM.
Chiente, VFENS.
Chiera, MESSANA.
Chieſe, CLVSIVS.
Chieſtegio, CLASTIDIVM.
Chieto, TEATEA, & THEEMARRACINVM.
Chifale, MINERVÆ *Ara*.
Chifont, IVDÆI.
Chilon, SISAPONE.
Chimarioti, ACROCERAVNII.
Chimi, CAPHEREVS.
China, SINÆ, & SYENE.
Chingale, NANIGERIS.
Chio, DIOSPOLIS, CHIOS, & CNIDVS
Chioggia, EDRON, & CLODIA *Foſſa*.
Chipiche, ALBANIA.
Chipiona, CAPIONIS *Turris*.
Chypſala, CYPSELLA.
Chiromandel, CATICARDAMNA.



Chiriſonda, SIDA.
Chyſeleth, CYROPOLIS.
Chiſime, SIMOIS.
Chiſamopoli, CISAMVS.
Chiſino, CYAMON.
Chiteliur, MASDORANVS.
Chitro, PYDNA.
Chiur, CYRRHVS.
Chiuſi, CLVSIVM.
Chizico, CYZICVS.
Choin, ARTAXATA.
Choniad, GENADIVM.
Chora, TRALLIS.
Choraſan, PARTHIA, & PERSIA.
Choraſmuni, OXIANÆ.
Choſair, BERENICE.
Chremnitz, CARPATES.
Chriſopoli, & Chriſtopolis, AMPHIPOLIS.
Chriſtiana, LAGVSA, & LETOA.
Chriſtiani, EVROPÆI.
Chualenska morie, HYRCANVM *Mare*.
Chumerſe, LARIVS *Lacus*.
Chur, CVRIA.
Chura, & Churco, CORYCVS.
Churnforde, CÆSAROMAGVS.
Churwalen, RHÆTI.
Chus, & Chub, PERSIA.
Chutz, HIEROSOLYMA.
Chzepregh, SACARBANTIA.
Ciampagu, CHRYSE.
Cianganor, COCCORANAGARA.
Ciceron, FORMIÆ.
Ciceroniano, CICERONIS *Villa*.
Cyceſtre, CORINIVM.
Ciclana, BESIPPO.
Cycli, MOTYCHANVS.
Ciczo, CIAGESI.
Cideriſo, OÆNEVM.
Cidonia, ERESSVS.
Cilceſter, SEGVNTIVM.
Ciliano, CÆLIANVM.
Cilio, CELIA.
Cingulo, CINGVLVM.
Cinoſa, GNOSSOS.
Ciorlo, TZVRVLVM.
Cipariſſi, BRASIÆ.
Ciperani, FREGELLÆ.
Ciprico, NYMPHÆVM.
Cipro, CYPRVS.
Circambate, CYROPOLIS.
Circan, GEDROSIA.
Circaſſi, ZIGÆ.
Circelli, CARTENNAE, & CITHARISTES.
Circeſter, DVROCORNOVIVM.
Cirech, CYRRHVS.
Ciria, CARIETES.
Cirignola, GERVNIVM, & ERDONIA.
Cyrini piſma, CYANE.
Cirniſtaſo, LAGARIA.
Cyriſano, CYTERIVM.
Ciro, CRIMISA.
Circe, LAMPSACVS.
Ciſa, PATHISSVS.
Ciſano, FORMIO.
Ciſterna, TRES TABERNAE.
Ciſteron, SEGESTERORVM.
Citeaux, CITHARISTES.
Citta S. Angelo, ANGOLVS.
Citta di Caſtello, TIFERNVM.
Citta caſtellana, FESCENNIA.
Citta di S. Maria, NVCERIA.
Citta noua, AEMONIA EQVILIVM, HERACLEA, & NOVANA.





Citta vecchia, CIRCÆVM.
Cittadella, MACARA.
Cytie, CYTÆVM.
Cythno, CYTHNVS.
Cituatu, CITYORVM *Inſula*.
Ciuidad de Caſtro, CLVNIA.
Ciudad Rodrigo, MIROBRIGA, & MIROBRIGENSES.
Ciuidal d'Auſtria, FORVM *Iulij*.
Ciuita, TEATE.
Ciuita Caſtellana, LARTHENIANVM, & FALISCI.
Ciuita della, IAMNA.
Ciuita in diuina, *vel* Lauina, LAVINIVM.
Ciuita vecchia, CENTVM CELLÆ.
Ciutra, CYPHANTA.
Clagenfurt, CLAVDIA, & CLAVDIVIVM.
Clain, CLITIS.
Clarenſa, DYME, & CYLLENE.
Claro, CASINVM.
Claudiana, DOBVNI.
Clauſenburg, ZEVGMA, CLAVDIOPOLIS, & CLAVSTRINORVM.
Clauſtrezo, CLASTIDIVM.
Cleppern, ASANCA.
Clermont, BRATVSPANTIVM, ARVERNA, & GERGOBIA.
Cleruaulx, CLARAVALLIS.
Clery, CLARIACVM.
Cleue, CASTRA VLPIA, CLIVIA, & CALONIS.
Cleuen, CLAVENA.
Clid, & Cluda, GLOTA.
Cliſſa, & Clitia, SALO.
Cliuenſes, MENAPII.
Cloyd, ALCLVTH.
Clugni, LVNA.
Cluſa, VERVCA, AVGVSTANÆ *Claſa*, & VIABELOIVM.
Coad Andres, DANICA *Silua*.
Cober, EVPHRATES.
Cobolentz, CONFLVENTES, RIGODVLVM, & TRAIANA *Legio*.
Coburg, MELOCAVVS.
Coca, CAVCA.
Cocas, & Cochias, CAVCASVS.
Coccley, COCCIVM.
Cocco, LAVS.
Cochin, COTTIARA.
Cochino, HEPHÆSTIAS.
Cochile, SYBARIS.
Cockermouth, NOVANTVM.
Codane, LIBA.
Coda di volpe, CÆNIS.
Coderea, CAPVT PADI.
Codsbarich, HIEROSOLYMA.
Coeln, AGRIPPINA.
Coeſnum, TETVS.
Cofe, THEODOSIA.
Cogni, ICONIVM.
Cogniza, CASSIOPE.
Coguſa, CONGVSTVS.
Cohan, ALBANVS FLVVIVS.
Coiogna, ANTIGONIA.
Coimbra, ÆMINIVM, & CONIMBRICA.
Colachs, ARAXES.
Colceſtre, CAMVLODVNVM, & COLONIA.
Coldingham, COLANIA.
Coleceſter, PROCOLITIA.
Colibre, ELIBERRI.
Colire, ERYTHRÆ.
Coliſana, ALÆSA.
Coliſeo, AMPHITHEATRVM.
Collerton, & Collerford, CILVRNVM.
Collo, AMPSAGA, & CVLLV.
Colmar, ARGENTVARIA, & COLVMBARIA.



Colne, COLONIA.
Colocza, AD STATVAS COLOSSAS.
Colomne di Ioue, GRAIÆ *Alpes*.
Colona, COLONIA.
Colonamich, AXIOPOLIS.
Colonna, COLVMEN, & GABII.
Colonnella, CVPRÆ.
Coloran, CORVLA.
Coloſwar, CLAVDIOPOLIS.
Coluri, SALAMIS.
Com, CHOANA.
Comachio, COMACVLA.
Comino, COMINIVM.
Comora, LEGIO X. GERMANICA.
Comarus, HERACLEA.
Comen, SPERCHEA, & SPERCHIVS.
Comenolitari, THESSALIA.
Comidia, NICOMEDIA.
Cominges, CONVENÆ.
Comiſo, COSMENÆ.
Como, COMVM.
Comorin, COLAICVM.
Compiegne, CAROLOPOLIS.
Compludo, COMPLVTICA.
Compoſtella, FLAVIVM BRIGANTIVM.
Conamcina, COLCHI.
Conca, CRVSTVMERIVM.
Conçentayna, CONTESTANIA.
Condate, CONDATEM.
Condet, CONDATE.
Condexa à Velha, CONIMBRICA.
Condoiano, HYRIVM.
Conegiano, COGIENSES.
Conejera, TIQVADRA.
Congedo, COGEDVS.
Congleton, CONDATE.
Conil, CARTEIA.
Conochia, PAVSILYPVM.
Conſcauoda, PANTICAPES.
Conſerans, CONSVARANI.
Conſtance, AVGVSTA *Romanduorum*, & CONSTANTIA *Caſtra*.
Conſtantia, TOMIS, & IPORCENSIS.
Conſtantina, CIRTA, CVLCVA, & NVMIDIA *Noua*.
Conſuegra, CONSABVRA.
Conta, MERVLA.
Contabora, CONSABVRENSES.
Contado di Zara, LIBVRNIA.
Contarini, PHALASARNA.
Conterrana, EGESTA.
Contigliano, CVTILIVM.
Conturſium, VRSENTINI.
Conucha, CYTHERA.
Conwij, NOVIVS.
Copa, ACHARDEVS, & RHOMBITES.
Copo, MAPETA.
Coppenhagen, HAFNIA.
Coraſan, ARIA.
Coraſnia, SOGDIANA.
Corbauia, COLAPIANI.
Corbeil, IOSEDVM.
Corbiere, CERVARIA.
Corbridge, CORSTOPITVM.
Corcan, HYRCANIA.
Corcos, CORYCVS.
Corcuera, HERCVLIS TVRRIS.
Cordan, CVRIANVM.
Cordini, MEDIA.
Cordoua, CORDVBA.
Cordouan, ANTROS.
Corebridge, CVRIA.
Corene, CYRENE.

Coreſiti, HORTINAS.
Coreto, CVPRÆ.
Corfu, CORCYRA.
Cori, CYRRHVS.
Coria, CAVRITA.
Corica, TYLLESIVM.
Corintho, CORINTHVS.
Cornachietto, CROMMYON.
Cornetto, CASTRVM INVI, CORNVS, & TARQVINIENSES.
Cornio, CICONIVM.
Cornoaille, CVRIOSOLITÆ.
Cornwal, CORNAVII.
Coromaran, SERVS.
Coron, CORONE.
Corona, & Cronſtadt, ZARMISOGETHVSA.
Corſegue, & Corſica, CYRNVS.
Coruña del conde, CLVNIA.
Coruſum, HYRCANVM *Mare*.
Corteſio, ALLIA.
Corrheſtan, TAVRVS.
Cortona, CROTON.
Cortrijck, CENTRONES, PLEVMOSII, & CORTERIACENSES.
Coruch, CORYCIVM *Antrum*.
Corui inſula, DEMONESVS.
Coruña, FLAVIVM BRIGANTIVM, CLVNIA, & CARONIVM.
Coruſceue, TRICORNIVM.
Coſa, COSAS.
Coſaber, PHYSCE.
Coſacho, NAVLOCHVS.
Coſano, COSSA, & CARISSANVM.
Coſenza, CONSENTIA.
Coſerans, CONSVARANI.
Coſona, ALBOCENSII.
Coſſouo, OSSA.
Coſpetir, CASPIRA.
Coſta d'Amalfi, PICENTINOR.
Coſta de Garaf, SCALÆ *Annibalis*.
Coſtentz, GANODVRVM, NANTVATES, VITODVRVM, & HARVDES.
Coſtuma, POSTVMIA *Via*.
Cottomanidia, ASIA *Minor*.
Cotzaruc, GETIA.
Couentre, PRÆTORIVM.
Couna, EQVABONA.
Cowbridge, BOMIVM.
Coz, HIEROSOLYMA.
Cozzulari, ECHINADES.
Crabaten, VMBRICI, HORBATII, VALERIA, & LIBVRNIA.
Crakow, CARRODVNVM.
Craner, IAPODES.
Crapack, CARPATES.
Crapin, CARPIS.
Craſſeto, VOLCEIENTES.
Craſſo, ORDESVS.
Crau, CAMPI LAPIDEI, & FAVCES *Laterra*.
Craux, TRICORIVM.
Crecede, INDVS.
Creckas Dunesbij, DVNVM.
Crema, FORVM *Diuguntorum*.
Cremani, CANDYS.
Crepacore, GRVMVS, & SAMOS.
Creſſy, CARISIACVM.
Criehes Aueron, AVGVSTA *Vindelicorum*.
Crimiti, LEPAS.
Crionero, CELENDERIS, & MELAS.
Cripreria, MINERVÆ *Caſtrum*.
Critea, ELÆVS.
Croatia, DALMATIA.
Crodagh, VIDVA.



Croia, ANTIGONIA.
Croſic, BRIVAS.
Croyden, NEOMAGVS.
Cromnion, COLONE.
Cromorn, CRVMERVM ASAVM.
Cronburg, TRAIANI *Munimentum*.
Cronſtadt, STEPHANOPOLIS, & PATROVISSA.
Crotone, CROTON.
Cruña, CLVNIA.
Cruppa, CARPIS.
Crupswolde, CRVPTORICIS *Villa*.
Cruſocco, ACAMAS.
Cruſſie, CORASIÆ.
Cuba, ATLANTIS *Inſula*, & FORTVNATÆ.
Cucagna, SOLIS *Menſa*.
Cuçintina, CVLCVA, & NVMIDIA *Noua*.
Cudelaſſ, CVSI.
Cuença, CAVSENSES.
Cullera, SVCRO.
Culpa, COLAPIS.
Culuccia, ACHERVSIA *Palus*.
Cumanorum campus, IAZYGES.
Cumouiza, HÆMVS.
Cunigard, ROXOLANI.
Cuningeburg, CAER.
Cunſar, HYRCANVM *Mare*.
Curcuraci, TROTILVM.
Cuoue, SARAPIDIS.
Cur, CYRRHVS,
Curcu, ELEVSA, & CORYCVS.
Curdem, CARNASA.
Curdi, GORDENE, & CHALDÆA.
Curdiſtan, CHALDÆA.
Curia muria, DIOSCORIDV.
Curiorowicze, RHODOPE.
Curreſio, ALLIA.
Curzoli, CORCYRA *Melana*.
Guruska, CVCCI.
Cus, & Cuſiſtan, SVSIANA.
Cuſinas, SIPYLVM.
Cuſſij, ÆTHIOPIA *ſub Aegypto*.
Cute, COTYÆVM.
Cutheos, SAMARIA.
Cuzumobarech, HIEROSOLYMA.
Czanadre, VLPIANVM.
Czarigrad, & Czaroudom, CONSTANTINOPOLIS.
Czechi, BOIEMVM.
Czernaniwerti, RHODOPE.
Czurgati, BOEON.

## D.

DAbul, DVNGA.
Dacha, PAROPANISVS.
Dachia, ALMO.
Dagerort, RVBEÆ *Prom*.
Dalanguer, IMAVS.
Dalemincia, SORABI, & MYSIA.
Dallendorff, & Dollendorff, TALLIATES.
Dakia, CHALANNE.
Dalekarli, HELLEVIONES.
Damala, TROEZENA.
Damiate, MENDESIVM.
Damna, DELMINIVM.
Danambre, BORYSTHENES.
Dancaſter, DANVM.
Dar el Hamara, P TISCIANA.
Darbon, ALPHEIVS.
Daron, ANTHEDON, & EDOM.
Darzira, CABVBATHRA.
Daulphine, NARBONENSIS, & ALLOBROGES.
Dauia, PHIALIA.
Dauids head, OCTOPITARVM.
Dax, AQVENSIVM.
Dealmarach, HELIOPOLIS.





Debbaſſethca, PHASIS.
Decan, ARIACÆ.
Decimo, DERIMVM.
Deciſe, DECETIA.
Dee, DIVA.
Deemouth, SETEIA.
Dees, COMIDAVA.
Deiſtan, OXVS.
Deizer, DORDOMANA.
Delez, TVLLVM.
Delin, PARTHYENE.
Demogollon, SOLIS *Menſa*.
Denia, DIANIVM.
Denna, DELMINIVM.
Denemarcker, DANI.
Denſche, DAMNONII.
Dente cane, CALOR.
Derbent, CAVCASIÆ *Portæ*.
Derbienſes, DORVENTANI.
Dercon, DELTA.
Deroas, DERRIS.
Derote, LATONE.
Deruaſe, DERBE.
Derwent, DERVENTIO.
Deſna, HYPACYRIS.
Deſpotato, ACARNANIA.
Deſtretto, SAMNITES.
Dethgle, TIGRIS.
Deua, DEVA.
Deubsberg, CETIVS.
Deuelto, DEVELTVS.
Deuenter, ANSIBARII.
Deuonia, DVMNONII.
Deuonshyrmenne, DAMNONII.
Deutſch, DIVITENSE.
Deyrath Bediz, ACRATH.
Deyrath Milila, RYSSADIRVM.
Deyrath Vneyn, MAGNVM *Prom*.
Diableres, DIABLINTRES.
Diacopton, PELLENE.
Diarbech, MESOPOTAMIA.
Diargument, HYRCANIA.
Diaribe, & Diacibyſſa, LIBYSSA.
Diaſquillo, & Diaſchillo, DASCYLEVM.
Dibrij, DEBORVS.
Didaſcalio, ASTERIA.
Dienten, SABATINCA.
Dieſſn, DAMASIA.
Diettenhoffen, DIVODVRVM.
Dietmerſche, FOSI.
Dietmainung, BIDAIVM.
Dietrichs Bern, VERONA.
Diez, DECENSIVM.
Dyfed, DEMETÆ.
Dyfy, DEVA.
Dyfinniant, DAMNONII.
Diganwy, CANGANORVM, & DICTVM.
Digne, DINIA.
Dijon, DIVIONVM.
Dimitriada, DEMETRIAS.
Dimizana, ERYMANTHVS.
Dimmotuc, DIDYMOTICHO
Dinas Beli, LONDINIVM.
Diod, TIASVM.
Diplociana, IASONIVM.
Dipnanos, DIPOTAMVM.
Diſano, FORMIO.
Diſne, AXONA.
Diſt, SCYTHÆ.
Diſtrictum, PETRA *Inciſa*.
Dittaino, CHRYSAS.
Dittana, DICTAMNVM.
Diu, PATALA, & DELTA.



Diuice, DIVONA.
Diul, INDVS.
Dixmuide, PLEVMOSII.
Dneſter, BORYSTHENES.
Dnieper, NAPARIS, & BORYSTHENES.
Dnyeſter, TYRAS.
Do caſtelli, LYCASTVM.
Dobronicha, EPIDAVRVS.
Doermagen, DVRNOMAGVM.
Dofrini, & Doffrafiel, SEVO, & HYPERBOREI.
Doyre, DVRIO.
Dol, DOLENSIS.
Dolap, PARTHENIVS.
Dole, DIDATTIVM.
Dollendorff, TALLIATES.
Domo d'Oſcella, OSCELLA.
Don, TANAIS, & DANVBIVS.
Donaw, DANVBIVS.
Donato, NINÆA.
Doncaſtre, DEVNANA.
Done, DAONA.
Donoy, DINIA.
Dora, DVROSTVLON.
Dorcheſtre, DVNIVM, & DORCHESTRIA.
Dordonne, TARNE, & DVRANIVS.
Dorgwyn, DERVENTIO.
Doria, Balcia, & Dorietta, DVRIA.
Doerne, TVRNINVM.
Dornford, DVROCOBRIVÆ.
Dornſtet, TARODVNVM.
Doornick, TORNACVM, & NERVII.
Doroſton, BISANTHE.
Dorſetshyrmen, DVROTRIGES.
Dortaire, DORA.
Dortmund, THROTMANNIA.
Doul, DOLENSIS.
Doumbriron, ALCLVTH.
Down, DVNVM.
Douay, CATVACI.
Douer, DVBRIS.
Dour, ATVRRIS.
Douſe, DVODECIACVM.
Dovue, DOVEONA.
Doux, ALDVABIS.
Dra, DRAVVS.
Drachenfels, CARACATES.
Draco, AGRAGAS.
Dragameſto, OENIADÆ.
Dragemel, ADRANTIS.
Dragina, TRAIANOPOLIS.
Dragonera, COLVBRARIA.
Draguinien, DECIATIVM.
Drauaniza, VISTVLA.
Drauenna, CHALVSVS.
Draun, DRACHONVS, & DVRAS.
Draunſe, FELICIS *Lacus*.
Drazio, EPIDAMNVM.
Draquo, PIRÆEVS.
Draſad, TEVTOBVRGVM.
Dreckfurde, TVLIPHVRDVM.
Drent, TENCTERI.
Drechshauſen, TRAIANA *Legio*.
Drilo, PHTHINTHIA.
Drimago, DINOGETIA, & TRIMMANIVM.
Drina, & Drino, DRILO, & DRINIVS.
Drinax, DRILO.
Driſtra, & Driſtron, DVROSTOLON.
Driuaſte, DEREMISTÆ.
Driueſto, ENDERVM.
Drobaſaf, CRONIVM.
Dronia, DRVNA.
Duaſſum, DYSIS.
Dublin, EBLANA.

Ducatus Athenienſium, ATTICA.
Duegna, VENNENSES.
Dueñas, ELDANA.
Duero, DVRIVS.
Duerſteden, BATAVODVRVM.
Duina, TVRVNTVS, & RVBO.
Duisburg, ASCIBVRGIVM.
Dulcigno, OLCHINIVM.
Dulcinde, NELCYNDA, & CARMANIA.
Dume, BERVBIVM.
Duna, RVBO.
Dunde, ALLECTVM.
Dungisbehead, TARVIDVM.
Dunis Bei, BERVBIVM.
Dunkalden, CALEDONII.
Dunkeran, IVERNIS.
Dunoy, EQVESTRIS.
Dunſtphage, EVONIVM.
Duoſe, DECEM PAGI.
Durance, DRVENTIVS.
Durazzo, EPIDAMNVS.
Duren, MARCODVRVM.
Durham, DVNELMVM.
Duringen, CHASVARI, TEVRIOCHÆMÆ, TYRITÆ, & THVRINGOS.
Duringer waldt, BACENIS, SEMANA, & TIRITÆ.
Durlach, DVRLACVM, & BYDORIS.
Durugueir, DVROTRIGES.
Duuelscutz, HERCVLIS *Columna*.
Dzintis, EVROPÆI.

E.

EAſton neſſe, EMINENTIOR.
Ebada, LACEDEMON.
Ebano, FONTES Aponi.
Ebernſdorff, ALA NOVA.
Eberwijck, EBVRACVM.
Eboli, EBOLVM.
Ebora, IVLIA LIBERALITAS, & EBORA.
Eboracenſes, BRIGANTES.
Ebura, EBVRONES.
Echtal, HECTODVRVM.
Eçeia, ASTYGIS.
Echternach, ANDETHANNALIS.
Eda, BÆTIVS.
Edania, IGÆDITA.
Edel, RHA.
Eden, ITVNA.
Edenborow frith, BODOTRIA.
Edernay, HADRIANOPOLIS.
Edremit, ADRAMYTTEOS.
Edrenos, ADRANE.
Edinburg, ALATA CASTRA.
Eems, AMASVS.
Eerenbourg, AREBRIGIVM.
Eggevvorth, SVLLONIACA.
Eggiafordt, OONÆ.
Egiptenaren, ZEVGITANA.
Egle, AD AQVILAS.
Egra, MENOSGADA.
Egriponte, & Egribos, EVBOEA.
Einagiol, NACOLEIA.
Einashizar, EVMENIA.
Einebachti, NAVPACTVS.
Eychelſteyn, DRVSI *Monumentum*.
Eyder, CHALVSVS, & EGIDORA.
Eydgnoſſer, HELVETII.
Eyerlandt, OONÆ.
Eynde der Werelt, FANVM *Saturni*.
Eyſnthor, PYLÆ *Gethica*.
El, HELLVM.
Elatach, RHA.
Elba, ILVA.
Elbe, ALBIS.



Elber, LIBYÆ *Deſerta*.
Elbora, LIBORA.
Elcatif, PERSICVS *Sinus*.
Elche, ILLICI.
Elchebitz, ÆGYPTVS.
Elcur, CYRRHVS.
Elen borrow, OLENACVM.
Eleſa, ELEVSA.
Eleshe, SVLLONIACA.
El Faro, CVNEVS.
Elfium, ABYDVS.
Elkij, DRVSIPARA.
Ellanu Frugadory, PATRICII *Purgatorium*.
Elmahdua, APHRODISIVM.
Elmeſly, VLMETVM.
Elna, HELENA.
Elpidio, BEREGRANI, & EMPVLVM.
Elſa, FLVSTATES.
Elſaſſer, TRIBOCES, & SEQVANI.
Elſaba, MEROE.
Eluino, HELVINA.
Eluire, ILLIBERIS.
Embour, EBVRONVS.
Embrau, HEBROMANI.
Embrun, *vide* Ambrun.
Emet, AMMÆA.
Emerich, ASCIBVRGIVM.
Emet, AMIDA.
Empoli, *vide* AMPHIPOLIS.
Enberes, ANTVERPIA.
Endrem, HADRIANOPOLIS.
Encheuſen, ANCHEVSANVS.
Engadin, VENNONES.
Engelandt, ANGLIA.
Engern, ANGRIVARII.
Engetyn, SINGIDAVA.
Engoleſme, ICVLISMA, & ENGOLISMA.
Enguri, ANCYRA.
Enhly, HEDRVS.
Enſſ, LAVRIACVM, & ANISVS.
Enſisheym, VRVNCA.
Entre caſteaux, TRICASTINI.
Enyed, SINGIDAVA.
Entzbauren, ANSIBARII.
Epheſo, EPHESVS.
Epifanio, ACAMAS.
Epila, SEGONCIA.
Epiſcopi, TELVS.
Epiſcopia, CVRIVM.
Ercoco, ADVLE.
Erdenwud, TEVTOBVRGIVM, & HERTA.
Eres, OLBIA.
Ereſma, AREVA.
Effurdt, BICVRGIVM.
Ergoew, VERBIGENVS.
Erhaud, RHAVRARIS.
Eri, CÆRETANVS
Eriches, CYPHANTA.
Erin, HIBERNIA.
Eriſſo, ACANTHOS, APOLLONIA, & RHIZÆVM.
Erkelens, HERCVLIS *Caſtra*.
Erla, ARLAPE.
Erlaph, ARA LAPIDEA.
Erlenbrunnen, LISBOVM.
Erma, GERMA.
Ernio, VINDIVS.
Errif, ÆGYPTVS *Inferior*, & ATLAS *Minor*.
Erzerum, SINERA, *vide* Arzerum.
Eſaro, ÆSAROS.
Esbus, ESEBON.
Eſcault, SCALDIS.
Eſchenloch, ESTIONES.





Eſchenthal, LEPONTII.
Eſconbrera, SCOMBRARIA.
Eſculapio, EPIDAVRVS.
Eſdron, THEODOSIOPOLIS.
Eſero, BOEBEIS.
Esfacus, RVSPÆ.
Eskedale, HORESTI.
Eſpagna, HISPANIA.
Eſpejo, ATTVBI.
Eſſek, MVRSA.
Eſſelingen, HAVBERTINGA.
Eſſex, ICENI.
Eſſici, OPSICIANA *Regio*.
Eſſiles, OCELVM.
Eſtampes, STAMPÆ.
Eſtang, & Eſtau, LATARA.
Eſtaye, VOGESVS.
Eſte, ATESTE, & ÆSTVNI.
Eſteppa, ASTAPA.
Eſtezo, RVSIBIS.
Eſtnerberger, & Eſtnig, ESTIONES.
Eſtombar, OSSONABA.
Eſtomi, HISTONIVM.
Eſtora, RVSICADA.
Eſtrecho de Gibraltar, *vel* de Marroccho, FRETVM *Herculeum*. *vide* Stretto. *hoc enim Italicum, illud Hiſpanicum*.
Eſtrema dura, BÆTVRIA, & VECTONES.
Eſtſaxones, TRINOVANTES.
Eteſcian, ENCHELEÆ.
Etſch, ATHESIS.
Etzel, ADVLA.
Eu, ESSVI.
Eufrata, PYRGVS EVPHRANTA.
Eugubio, IGVINI.
Eulna, ELIBERRI.
Eulhi, LIMNOS.
Eunya, EVBOEA.
Euoli, ELEES.
Euora de alcobaca, EBVROBRITIVM.
Euphemia, LAMETIA.
Eureux, AVLERCI, & EBROICI.
Euſa, FLVSTATES.
Euſt, EBVDÆ.
Ex, ISACA.
Exceſtre, ISCA.
Exiſnis, SESVNII.
Exſechia, LYCHNITIS, & MOTENE.
Exuba, OSSONABA.
Eychelſtein, DRVSI *Monumentum*.
Eyſtadt, AVREATVM.
Ezech, MVRSA.
Ezla, ESTOLA.

F.

FAba, ESDRELON, & APHECA.
S.Fabiani, CASTRVM.
Fabregas, FORODOMITI.
Fachs, TAPHRA.
Faenza, FAVENTIA.
Falconara, POLYÆGOS, & ASSINARVS.
Falare, PHALARIS, & FALISCI.
Falciniaco, FOCVNATES.
Falemouth, VOLIBA.
Faleroni, FALERIENSES.
Falſter, HEMODES.
Famar, ARIETIS FRONS.
Famagoſta, SALAMIS, TAMASSVS, & ARSINOE.
Fanfara, BANASSA.
Fangoſa palude, PRILLE.
Fano, FANVM *Fortunæ*.
Fanu, OTHRONVS.
Faraglioni, CYCLOPVM *Scopuli*.



Fare, ELECTRIDES, & DYMNA.
Farfaro, FABARIS, & ORONTES.
Farion, PHAROS,
Farnaſia, ARIA, ERITHINI, & THYNNIAS.
Farnazzano, ACTIANVS.
Faro, OSSONABA.
Faro de Meſſina, MAMERTINVM *Fretum*.
Farſi, PERSIA.
Fartacam, SYAGROS.
Fauagnana, COSSYRA, HIERA, ÆGATHES, & ÆTHVSA.
Fauagoria, THEMISCYRA.
Fauiana, ÆTHVSA.
Felicitatis caſtrum, TIFERNVM.
Fella, CARNICVM *Iulium*.
Fello, PHILA.
Felles, ELEPHAS.
Feliro, FERTINI.
Felum, HIPPORVM.
Femeren, HEMODES.
Feneſia, PSILLIS.
Fer, ORONTES.
Ferachio, CAMIRVS.
Fere, PHERÆ.
Ferentino, & Ferento, FERENTINVM, & FRENTANI.
Fering, RHISPIA.
Fermo, FIRMIVM.
Fermoſel, OCELVM.
Ferne, CHRYSORRHOAS.
Ferrari, FERRATÆ AQVÆ.
Ferraria, FORVM *Alieni*.
Ferrea porta, CAVCASIÆ.
Ferro, CALYCADNVS.
Ferteu, PEISO.
Feruentia, CARRINENSIS.
Feſſa, *ſiue* Fez, MAVRITANIA, TAMVSIGA, PHTHVTH, VOLOBILIS, & CÆSAREA.
Fianona, FLAVONA.
Fidoniſi, ACHILLEA.
Fiechtelberg, SVDETI.
Fiena, EPHESVS.
Fieſoli, FESVLÆ.
Figarola, VARIANVS.
Figati, FISERA.
Figera, CAPHEREVS.
Fileſia, TRIPHVLVM, & MARCODAVA.
Finale, POLLVPICE.
Finica, APERRÆ.
Fijnlandt, ENINGIA, SITONES, FENNI, BASILIA.
Fijnmarck, CHADENI.
Finiana, ACCITVM.
Finichia, CILICIA.
Fiorenza, FLVENTIA.
Fiorenſola, FIDENTIA, & FIDENTIOLA.
Firth, LOXA.
Fiſcello, APENNINVS.
Fiume, TARSATICA.
Fiume de Beneuento, SABBATVS.
Fiume de S.Germano, VINIVM.
Fiume grande, HIMERA.
Fiume della Iſtria, ARTATVS, & FLOVIVS.
Fiume della Maddalena, SEBETVS, & VESVVIANÆ *Aqua*.
Fiume de la Muraglia, ORETHVS.
Fiume de la poſta, FIBRENVS.
Fiumicino, ÆSIS.
Fiuminale, VOLERIVS
Flagania, PAPHLAGONIA.
Flandria, MENAPISCVS, & RVTHENIA.
Flauiano, CASTRVM.
Flauigni, FLAVIA *Æduorum*.

Fledorp, FLEVVM.
Flie, FLEVO.
Flicz, PHLYGADIA.
Flix, OCTOGESA, & IBERA.
Flodorp, FLEVVM.
Flumica, CRIMISA.
Fluuian, CLODIANVS.
Focaria, NECATE.
Foggia, EQVOTVTICVM, & ÆQVANA.
Foglia, ISAVRVS.
Foglia vechia, PHOCÆA.
Foia noua, CVMÆ.
Foica, PHLIVS.
Foix, FLVSTATES.
Foligni, *vide* Fuligno,
Folono, ARIANTHE.
Fondi, FVNDI.
Fontana bianca, NAVSTATHMVS.
Fontana murata, HYDIA, & THERMÆ.
Fontarabie, FLAVIOBRIGA, & OEASO.
Fonte Ferrato, SIMÆTHVS.
Fonte de Salſas, SALSVLÆ.
Forcelle, CENTVM CELLÆ, & FORVM CELLAE.
Forcheym, LOCORITVM.
Foreſt pays, SECVSIANI.
Foreſta, BVXENTVM.
Forfaire, ORRHEA.
Forli, FORVM *Liuij*.
Forlimpopoli, FORVM *Popilij*.
Formiano, FIRMIVM.
Formiculæ, HERCVLIS *Portus*.
Formigo, LABINIVS.
Formipt, GEDROSIA.
Fornaci, CARBONARIA.
Fornelli, MELANTHII.
Fornello, SEBETVS.
Forſeli, AXYLIS.
Fortoro, PHITERNVS, & FRENTO.
Forthea, BODOTRIA.
Forſtleiſz, BOGADIVM.
Forteuentura, CAPRARIA.
Fos, FOSSÆ MARIANÆ.
Foſſa, CREMERA.
Foſſa noua, FORVM *Appij*.
Foſſato, FOSSATVM.
Foſſel nouo, FOSSÆ *Papirianæ*.
Foſſewerdt, FOSI, & FOSETE.
Foſſona, PHILISTINÆ *Foſſæ*.
Foſſumbruno, FORVM *Sempronij*.
Foſtadt, MEMPHIS.
Fouays, ROIATVM.
Fours, FORVM *Seguſianorum*.
Fraga, GALLICA FLAVIA.
Franca villa, FERENTA.
Franche Conte, SEQVANI.
Franci, PARISII.
Franciæ regnum, COMATA GALLIA.
Francicum regnum, GALLIA.
Francken, SICAMBRI, & TENCTERI.
Francki, EVROPAEI.
Franckfurt, HELENOPOLIS.
Franco caſtro, STRATONICA.
Francochorium, SCORDISCI.
François, FRANCI.
Francolin, TVLCIS.
Francoliſe, VIRENA.
Franiker, FRANCI.
Fraſcata, TVSCVLANVM.
Fraſcolari, OANVS.
Fraſellono, FRVSINVM.
Fraſcato, LVCVLLI *Villa*.
Frat, EVPHRATES.
Fratta, FVNDVS.



Freddano, EGELIDVS.
Freddo, ACIS, FRIGIDVS, & CRINISVS.
Freiſteterwaldt, GABRITA.
Frexenal, NERTOBRIGA.
Frejus, FORVM *Voconij*, & FORVM *Iulij*.
Friaul, & Friouli, FORVM *Iulium*.
Friburg, CARDABIANCA.
Frideck, PARIENNA.
Fridtwaldt, COLANCORVM.
Frieſach, VIRVNVM.
Frieſinger, VIRVCINATES.
Friſchhaff, CLYLIPENVS, & MENTONOMON.
Friſchnarung, LATRIS.
Frieſlindt, PRASIANA.
Frith, BODOTRIA.
Frittola, MYRTETA.
Frumentera, COLVBRARIA, & OPHIVSA.
Fuczel, AQVA VIVA.
Fuente ençalada, IRIA FLAVIA, INTERAMNIVM FLAVIVM.
Fuente Ouejuna, MELLARIA.
Fuente de Teiuela, ATEGVA.
Fuentes, NERTOBRIGA.
Fueſſen, ABVDIACVM.
Fuynen, HEMODES.
Fuligno, FVLLINIVM, & FORVM *Flaminij*.
Funfkirchen, TEVTOBVRGIVM, AMANTINE, & QVINQVE ECCLESIÆ.
Fuoa, NICII.
Furcelli, ERYTHRON.
Furni, MELANTHII.
Furs, FORVM SEGVSIANORVM.
Furſtenfeld, AQVÆ.
Fuſaro de lo lino, FOSSA NERONIS.
Fuſſeneir, BODIVNTII.

G.

GAdemez, OASIS.
Gadura, PHYSCVS.
Gafers, IVSTINOPOLIS.
Gagliano, GALERIA.
Gaia, CALEM.
Gaiazzo, CALATIA.
Gaietta, CAIETA.
Gaietta *vel* Galetta, ÆGIMVRVS, & VOLCI.
Gayſſaw, GÆSATI.
Gaiola, EVPLÆA.
Galacz, ANIOPOLIS.
Galaſo, GALESVS.
Galata, CORNV *Byzantiorum*, & RHIVM.
Galati, GALATANI.
Galatia, EVROPA.
Galba, SESTIARIA.
Galea, CORNVS.
Galeata, GALLIANI SALTVS.
Galera, GALLERA.
Galerato, MONTVNATES.
Galfanacar, GICHTHIS.
Galgala, MEROE.
Galicia, CALLAICI.
Galiſteo, RVSTICIANA.
Gallicano, LATOMIAS, & GABII.
Gallego, GALLICVM.
Gallo, SIRENVSÆ.
Gallouidiani, NOVANTÆ.
Gallipoli, CALLIPOLIS.
Gallutzo, GALLVCIVM.
Gallyn, BERSABE.
Calofaro, CHARYBDIS.
Galoſdia. GALTIS.
Galubacium, ZVCIDAVA.
Galwei, BRIGANTES.
Gamartingem, GAMANODVRVM.
Gambalorum, DVÆ COLVMNÆ.





Gambea, TRACHIRIS, & STACHIR.
Gambra, NIGIR.
Gamelara, CERCINA.
Gandauari, CODDVRA.
Ganga, GANGES.
Gange, ENGYVM.
Ganna, HYRCANVM.
Gannock, GANGANORVM.
Gaoga, CHELONIDES.
Gap, VAPINCVM, & GLANVM.
Gar, CINSTERNÆ.
Garaan-Dauid, GABAON.
Garbe, ISBVRVS.
Garbolangi, HYCCARA.
Garcis, GALAFA.
Gardon, NARDO.
Gardſe, BENACVS.
Garelgare, TRIPOLITANA *Regio*.
Garel Melha, VTICA.
Garigliano, CLANIVS.
Garippo, GALLVS.
Garofalo, PHAROS.
Garofaro, CHARYBDIS.
Garofilo, SCYLÆVM.
Garonne, GARVMNA.
Garray, NVMANTIA.
Garza, MELA.
Garzena, ALBANIA.
Gaſcoigne, GALLIA *Nouempopulana*, & VASCONES.
Gaſſerer, CASSI.
Gaſtanium, AVGVSTANA *Caſtra*.
Gaſtentall, GESODVNVM.
Gaſtelz, VELLICA.
Gates head, GABROSENTVM.
Gatizzo, DIOMEDEÆ.
Gatonizi, TROGYLIVM.
Gatopoli, ANDRIACA.
Gauachs, GABALES.
Gauda, FORVM VVLCANI.
Gauot, VERAGRI, & CAVARÆ.
Gazara, GAZA.
Gazaria, TAVRICA, *Cherſoneſus*.
Gebbethon, & Gebeltharif, FRETVM *Herculeum*.
Gebeltarif, CALPE.
Gebelelhadich, HERCVLIS *Prom*.
Gebel-Caph, LVNÆ MONS.
Gebel Thor, MELANI.
Gebha, OLEASTRVM.
Gebiſe, LIBYSSA.
Gegel, IGILGILI.
Gehiagan, DASEM.
Geichon, OXVS.
Geila, GILFIL.
Geiue, GAI COME.
Gelas, GALATIA.
Gelb, GELDVBA.
Gelderlandt, SICAMBRI, MENAPII, & GAMBRIVII.
Geldre, CALONIS, & GELDVBA.
Gelfeten, BVCEPHALA.
Geliboli, CALLIPOLIS.
Geluchalat, MANTIANA *Palus*.
Gelues, LOTOPHAGITES.
Gemaa, GONTIANA.
Gemar, GAMARINGA.
Gembolace, DVÆ COLVMNÆ.
Gemmarum mons, CAPRIANVS.
Gemona, BILIGA.
Gemund, HAVBERTINGA.
Gemunderſe, FELICIS *Lacus*.
Genamani, GYTHITES.
Gendinar, CINYRIA.
Genech, CAPPADOCIA.



Gendt, GORDVNI.
Geneue, GENEVA.
Gengen, RHIVSIANA.
Genichiſar, HERMÆVM. *Promontor*.
Genoa, GENVA.
Genſui, MELAS.
Genubath, *vide* Guinea.
Geolioſa, MISTRÆ.
Georgiani, IBERIA, & COLCHIS.
Georgeto, MORGANTIVM.
Geraci, LOCRI.
Gerbi, LOTOPHAGITES, & GARBENSIS.
Gerentio, PVMENTVM.
Gergenti, AGRIGENTVM.
Gergoie, GERGOBIA.
Gerinum, IESRAEL.
Germanisheim, AVGVSTA *Tiberij*.
Germaſti, GERMA.
Gerne, GARRIENVS.
Gernia, ÆGIRVS.
Gernico, CORNABVI.
Gernſey, SARNIA.
Geromlea, ACHELOVS.
Geronda, INARIME.
Gerro, GALLICANVS.
Gers, EGIRCIVS.
Geertruyden-berge, AMBIVARITI.
Geru, OGYRVS.
Gerum, ARMVSIA.
Gerzey, CÆSAREA.
Geſa, ZAARAM.
Geſara, TAVRICA *Cherſoneſus*.
Geſchis dage, MAESIVS.
Geſſoire, GESSORIACVM.
Geſt, GEDROSIA.
Geſtie, SVPHTHA.
Geth, ANTHEDON.
Geuauldan, GABALES.
Geyl, MOENVS.
Gezerta, EDEN.
Gezira, CERNE.
Gezira Eddeheb, NATHO.
Ghizkaal le Chein al Zzemezz, RAMESSES.
Gian, GENABVM.
Gianea, BLASCON.
Gianiſaches, DIONYSIADES.
Gianuti, ÆGILIVM.
Giaour, EVROPÆI.
Giarretta, TERIAS.
Giazza, ISSVS.
Gibel, PALTOS, & GABALA.
Gibel Noë, GORDIÆVS.
Gibel elhadich, PROCRA.
Gibel Ephra, EPHRAIM.
Gibelin, BERSABE.
Giblec, BYBLOS.
Gibraleon, OSSONABA.
Gibraltar, CALPE.
Gierapetra, HIERAPETRA.
Gieſe, ÆSIS.
Gigel, & Gigeri, IGILGILI.
Giglio, IGINIVM, & ÆGILIVM.
Gigonea, SAGVNTIA.
Gihon, NILVS.
Gilan, GELÆ.
Gilolo, SINDÆ.
Ginerca, VRCINIVM.
Gineto, THYELLA.
Giocho, ARSYSSA.
Giorgian, HYRCANVM *Mare*.
Gira flumar, CAREPVLA.
Giracunda, CHARAX.
Girgeny, RHETIGONIVM.

Girgia, HYRCANIA.
Girmaſti, CAICVS.
Girona, GERVNDA.
Gironda, CARETHA,
Giſgonça, SAGVNTIA,
Giſoirs, CÆSORTIVM.
Giua, CHYDA.
Giulap, ABORRAS.
Giulich, TAVRVS.
Giuſtandel, TAVRESIVM.
Glan, CLANES.
Glandeſue, GLANATICA, & GLANVM.
Glanio, CLANIVS.
Glarea Abduana, FVLCHERIA.
Glaſtenbury, GLASCONIA.
Glenkar, CARBANTORIGVM.
Gliuba, CORINIVM.
Gloceſtreshyre, DOBVNI.
Glogaw, LVGIDVNVM.
Glomatij, SORABI.
Glon, & Gloneck, LEVNI.
Glouceſter, CLEVVM.
Glyky nero, ATHYRAS.
Gnioſa, MYLÆ.
Goa, BARYGAZA.
Goch, HERENATIVM.
Godmundham, DELGOVITIA.
Godz, HIEROSOLYMA.
Godtlandt, GVTÆ.
Goertz, & Goritia, NOREIA.
Goeyinge, TOLIAPIS.
Goeylanders, CHAVCI.
Gogarth, CANGANORVM.
Golfo Agropolitano, PÆSTANVS *Sinus.*
Golfo de Aiazzo, ISSVS.
Golfo d'Aiomaná, TORONAICVS *Sinus.*
Golfo de gli Arabi, GYZIS.
Golfo d'Armiro, PELASGICVS *Sinus.*
Golfo del Arta, AMBRACIVS *Sinus.*
Golfo di Bengala, GANGETICVS *Sinus*, & ARGARICVS *Sinus.*
Golfo di Butronto, BVTHROTORVM *Sinus.*
Golfo di Cambaia, CANTHI.
Golfo de Caps, SYRTES.
Golfo de Caridia, MELAS.
Golfo Caſtacio, CATANGIVS *Sinus.*
Golfo de Colochina, LACONICVS *Sinus.*
Golfo de Conteſa, STRYMONICVS *Sinus.*
Golfo de Coron, MESSENIACVS *Sinus.*
Golfo di Damiata, SIRBONIS.
Golfo d'Engia, SARONICVS *Sinus.*
Golfo d'Eſtora, LATVRVS.
Golfo di S. Eufemia, HIPPONIATES.
Golfo di S. Florentio, CASALVS.
Golfo di Gugirath, PARAGONTICVS *Sinus.*
Golfo de las yeguas, OCEANVS *Atlanticus* & GADITANVS *Oceanus.*
Golfo de Melinde, ASPERVM *Mare.*
Golfo de Montanee, NICOPOLITANVS *Sinus.*
Golfo dl Monte Santo, STRYMONICVS, & SINGITICVS *Sinus.*
Golfo de Napoli, ARGOLICVS *Sinus*, & BAIANVS *Sinus.*
Golfo de Negroponte, EVBOICVM *Mare.*
Golfo de Nicomedie, ASTACENVS *Sinus.*
Golfo di Nigropoli, CARCINITES.
Golfo de Patras, CORINTHIACVS *Sinus.*
Golfo de S. Pierro, IASSVS.
Golfo di Rampa, TORONAICVS *Sinus.*
Golfo di Rode, HYRIVM.
Golfo de Salonichi, THERMÆVS *Sinus.*
Golfo de Saudra, MADISANITES.
Golfo, Sauolas, SARABACVS *Sinus.*



Golfo di Soltánia, CYCLAMINVS.
Golfo de la Suda, AMPHIMALES.
Golfo di Taranto, LAMETICVS *Sinus.*
Golfo di Trieſte, TERGESTINVS *Sinus.*
Golfo di Veneria, HADRIATICVS *Sinus.*
Golfo del Ziton, MALIACVS *Sinus.*
Golo, TVOLA.
Golumbatz, TRICORNIVM.
Gomera, NIVARIA.
Gordan, CVRIANVM.
Gorgona, VRGO.
Goritia, CARNICVM IVLIVM.
Goriza, MANTINIA.
Gornay, GORNACVM.
Gorke, GORSIO, *ſiue* HERCVL.
Gormonceſtre, DVROLIPONS.
Gorum, SAGIS.
Gos porto, SVRIGA.
Gotha, ÆGATHES.
Gothardt-berg, SVMMÆ *Alpes.*
Gothia, TAVRICA *Cherſoneſus*, & BASILIA.
Gotlant, GOTHISCANDIA, & GOTHIA.
Gottingen, MVNITIVM, & DVLGIBINI.
Gotz, EMMAVS.
Gotzini, HEPHÆSTIAS.
Gouerno, ACROVENTVM.
Gourohs, IBERIA.
Gowy, VAGA.
Gozi, THERA.
Gozo, IVNONIS *Sacrum*, GAVLOS, & CLAVDVS.
Gracioſa, CERNE
Gradiſca, VLPIA TRAIANA, & ZARMISOGETHVSA.
Gradiſcia, GRATIANA.
Graial, GRACCVRIS.
Graitz, GRAICVM, SAVARIA, & FLORIANA.
Gran, STRIGONIVM, VALENA, & GRANVA.
Granada, ILLIBERIS, & ILLIPVLA.
Granaria Ioſephi, PYRAMIDES.
Granceſtre, ELGE, & CAMBORICVM.
Granea, ECHEDORVS.
Granuiller, & Grattepance, BRATVSPANTIVM.
Grantebridge, GRANTA.
Granzebain, GRAMPIVS.
Gras, MASSALIOTICVM.
Graro, MASTA.
Graſſe, GRINNICENSIVM.
Gratti, CRATHIS.
Graupundtner, CANINI, & RHÆTI.
Grebegin, ITHOME.
Grebigni, MYCENÆ.
Gree, PEDALIVM.
Græciaria, ACHILLEA.
Grenoble. ACVSIORVM *Colonia*, & AERIA.
Greuenos, CRONIVM.
Griechſweiſſenburg, TAVRVNVM.
Grieſnagen, VIRITIVM.
Grin, GRINNES.
Grinczenberg, GVNTIA.
Grine. CLAZOMENÆ.
Gripoli, PÆSTVM.
Gripſwald, VIRITIVM.
Griſano, CTEMENÆ.
Griſo, COLONE.
Griſoni, CANINI. & RHÆTI.
Gritto, CVPRÆ.
Grobming, GABRVMAGVM.
Grochoua, BVRNVM.
Groeningen, PHILÆVM, CHAVCI, & GRINNES
Groeninger diep, VIDRVS.
Groppoli GRVMENTVM.
Groſſea, ISTROPOLIS.





Groſſeto, RVSELLANA.
Groſſo, TICARIVS.
Groſſ S. Bernhartſ-berg, POENINÆ.
Groſwerder, LATRIS.
Grotta di Napoli, CRIPTA NEAPOLITANA.
Grotta di gli cani, SPIRACVLA.
Grotta di S. Nicolo, LATOMIÆ.
Grotta della Sibylla, CIMERII.
Grotta roſſa, RVBRA SAXA.
Grotte à mare, CVPRÆ.
Grutta, HERBESSVS.
Guadajos, SALSVM.
Guadalete, LIMÆA.
Guadalquiuir, BÆTIS.
Guadalquiuirejo, SALDVBA.
Guadalajara, CARACCA, & DVRIAS.
Guadalete, LIMÆA.
Guadaxenil, SINGYLIA.
Guadiana, ANAS.
Guadilbarbar, TVSCA.
Guadix, ACCI.
Guegida, LANIGARA.
Gualgaz, GANGES.
Guardamar, LONGVNTICA.
Guardia, SIGA.
Guardiano, LOTOA.
Guaſcoigne, NOVEMPOPVLANA.
Guaſto, FORVM *Caßij.*
Guaſto di Aimone, HISTONIVM, & HISCONENSES.
Guattaro, BATTARVS.
Gueguere, MEROE, & SYENE.
Guerba flumen, VOLCIANI.
Guerlhan, VEROLANIVM.
Gueſer, SELEVCIA.
Gueſna, LIMIOSALEVM.
Guetalabiar, DVRIAS.
Guhara, QVIZA.
Gwijd, VECTIS.
Gwydhyl, SCOTI, & HIBERNIA.
Guienne, AQVITANIA.
Guilao, HYRCANVM.
Guimaraez, ARADVCA.
Guinea, GANGINES.
Guines, OROMANSACI.
Guipuſcoa, CANTABRI, & VARDVLI.
Guyr, DYOS.
Gulad yr haf, MVROTRIGES.
Gulafeirtuar. ALBA IVLIA.
Guldifordia, NEOMAGVS.
Gulfe, LISSIA.
Gulich, IVLIACVM, VATVCA, & GVGERNI.
Gunſſ, SABARIA.
Guntzburg, & Guntzberg, GVNTIA.
Gurck, CORCORAS.
Gurcktal, AGVNTVM.
Gurfeldt, QVADRATA.
Gurgo, HERBESVS.
Gurmendt, SACARBANTIA.
Gurrea, GALLORVM *Forum.*
Gurtina, CORTYNA.
Guſarate, GEDROSIA.
Guzzing, RINGVS.
Gyngitſch, GENADIVM.

H.

HAbas, ÆTHIOPIA *ſub Ægypto.*
Habes, ELEVTHERVS.
Habinolerg, AVGVSTA *Vindelicorum.*
Habynacth, INDVS.
Hacdar, ARSINARIVM.
Haczag, & Hatſaag, SARMISIA, & ZARMISOGETHVSA.
Hadrianopoli, HADRIANOPOLIS.



Hafren, SABRIANA.
Haia del holan, PARADISVS.
Halap, CHALYBON.
Halapia, MESOPOTAMIA.
Halberſtadt, PHEVGARVM.
Halegfex, OLICANA.
Haleppo, HIERAPOLIS. *vide* Aleppo.
Hali, MVZA.
Halig Eilande, LINDISFARNA.
Halprun, ALISO.
Ham, ÆGYPTVS.
Hama & Hamſa, TARSVS, & APAMIA.
Haman, & Hamſa, EMISSA.
Hamburch, TREVA, & GAMBRIVII.
Hami, SACER.
Hamous, APAMIA.
Hamshire, SIMENI, & BELGÆ.
Hanchiſa, ATLAS *Maior.*
Hani, ECBATANA.
Hanofer, LEVPHANA.
Hapharcan, EPHRAIM.
Haberie, SALAMBORIA.
Harda, ARTISCVS.
Hardberg, HEORTA.
Hardeuenne, ARDVENNA.
Hardtſwaldt, MELIBOCVS.
Hariſa, ARCI.
Harlingen, MANARMANIS.
Harnſtein, ALISO.
Harpaia, HIRPINVM.
Hartlandt point, HERCVLIS *Prom.*
Hardtſwaldt, SILVA.
Haſenburg, DIDATTIVM.
Haſpengow, HASBANIVM.
Haſſio porto, HERACLEA.
Haſtengs, OTHONA.
Hauage, MEROE.
Haueſſem & Hamſem, CIMMERII.
Hauſruck, NORICVM, & AVRIANA.
Hauwenſtein, IVRA.
Hayne, HAGNAVS.
Hayphe, PORPHYREVM.
Hayrich, HORTARII *Regna.*
Hefenfild, LINDISFARNA.
Heydelberg, DVRLACVM, INTVERCI, BVDORIS, & CAPELLATIVM.
Heil, HELLEVIONES.
Heylich landt, SAXONVM *Inſulæ*, & ACTANIA.
Heylieden, ZEVGITANA.
Helch, LONGVNTICA.
Helecaſtre, CALATVM.
Helmecthmenich, GEDROSIA.
Hemid, AMISVS.
Henault & Henegou, HAGINOIA.
Hengſtberch, CETIVS.
Henly, ANCALITES.
Heppen, APIANVM.
Herac, PETRA.
Heracaian, CARMANIA.
Heraclia, PERINTHVS, & CLVPEA.
Herck, ARCHA.
Herdel, DACIA.
Heren, CARRHÆ.
Herford, CATYEVCHLANI, & DVROCOBRIVÆ.
Hermionia, ARMORICÆ.
Hernich, PHILENI *Vicus.*
Herkelens, HERCVLIS *Caſtra.*
Herſtel, HARISTALLIVM.
Hertsberg, CETIVS.
Hertzogenrode, VATVCA.
Heſdin, HELENA.
Heſzgang, CATARRACTAS.

Heſſi, TENCTERI, & CATTI.
Heſerwaldt, CÆSIA.
Het Ras van Aldernay, EBODIA.
Hetia, ARIA.
Hetlandt, ELECTRIDES.
Hexameli, & Hexamilion, ISTHMVS.
Hexamili, LYSIMACHIA.
Heyzant, SENA.
Hyali, ÆGIALA.
Hichan, CHIOS.
Hidecel, TIGRIS.
Hieracium, LOCRI.
Hieruſalem, ZACYNTHVS.
Higuera, NERTOBRIGA.
Hildesheym, ASCALINGIVM, & BENNOPOLIS.
Hymburg, COMAGENVM.
Hynd, INDVS.
Hirmio, VINDIVS.
Hiſtereych, ISTRIA.
Hita, CESATA.
Hitona, OCTOGESA.
Hochbury, GAMBRIVII.
Hohenſtraſſ. RIPA ALTA.
Hochenwart, RIPA PRIMA.
Hochrug, VSIPETES.
Hodu, PERSICVS *Sinus*.
Hoia, VIERVEDRVM.
Hoofden, FRETVM *Gallicum*.
Hoy, DVMNA.
Hoye, IVHONVM *Ciuitas*.
Holderneſſe, PARISII.
Hole, OLINO.
Holeshot, SEGONTIACI.
Holethal, COLDVLI.
Hollandt, BATAVIA.
Holmburg, RVGIVM.
Holnpurg, COMAGENVM.
Holſtein, & Holſaten, CIMBRICA *Cherſoneſus*, WAGRI, & REVDIGNI.
Homano, VOMANVS.
Hondaribia, OEASO.
Honfleu, IVLIOBONA.
Honneau, HON.
Honſcote, PLEVMOSII.
Horburg, ARGENTVARIA.
Horicula, ORCELIS.
Hormis, SAOCORAS.
Horn, QVARTENSIS.
Hornachs, PHORNACIS.
Horndiep, ISLA.
Horomeli, GRÆCIA.
Hortenſis, BENEHARNVM.
Horti, HORTANVM.
Hoſtia, HOSTILIA, & OSTIA.
Huber, MNIARA.
Hued Icer, SERBETOS.
Hued Nijar, GIR.
Hued el Qnibir, NASABATH.
Huermedam, BILBILIS.
Hueſca, OSCA, & CALAGVRIS.
Hueſcar, ESCVA.
Huis te Bretten, ARMAMENTARIVM.
Huis van Wonderen, AMPHITHEATRVM.
Hulphord, VINDOGLADIA.
Humago, CISSA.
Humain, SIGA.
Humana, NVMANA.
Humber, ABVS, & VMBER.
Humble, HOMELEA.
Hundertbuhel, CENTVM COLLES.
Hundred of Henly, ANCALITES.
Hundſruck, SAVROMATÆ.



Hungaria, PANNONIA, & VNNI.
Huntendune, VENANTODVNVM.
Huntingthon, DVROLIPONS.
Hyemes, OXIMVM.

## I.

IAcamcuri, SOSICVRÆ.
Iacca, IACCETANI, & IACCA.
Iada, LADA.
Iadaſon, PALIBOTHRA.
Iadog, RVBRICATVS.
Iaen, MENTISA, ORINGIS, & GYRISOENI.
Iaffo, IOPPE.
Iagour, EVROPÆI.
Iaicis, ACIVS.
Iaick, RHYMNVS.
Ialea, ELIS.
Ialina, ACHERVSIA.
Ialines, MACARIA.
Iamboli, CHALCIDICA.
Ianizzari, SIGEVM, & ÆANTIVM.
Ianuti, ÆGILIVM, DIANIVM, & SINONIA.
Iapan, AVREA CHERSONESVS.
Iappenaw, IAPODES.
Iarcazes, CYANEÆ.
Iaretta, TERIAS.
Iaſuingi, IAZYGES.
Iato, IETAS
Iaua, IABADII *Inſula*.
Iaurinum, ARRABO.
Iaz, IAZYGES.
Ibiſſa, EBVSVS.
Icaria, ICARIA.
Icborrow, ICIANOS.
Ichtimam, STENIMACHVM.
Idanhas, IGÆDITA.
Ideleton, SEGELOCVM.
Idia, IDIENSIS.
Idiſa, IMAVS.
Iduacal, ATLAS *Maior*.
Iefferkin, TARICHEA.
Ienff, GENEVA.
Ienfferſe, LEMANVS *Lacus*.
Ienifar, & Ieruſat, PHERÆ.
Ieniza, PELLA.
Ierby, ARBEIA.
Iercon, EVRYMEDON.
Iero, GYARVS.
Ieron, IOVIS VRII.
Ieron Romelias, POLICHNION.
Ieſelbas, MARGIANA, & TARTARI.
Ieſulo, EQVILIVM.
Iethira, ATHAR.
Iethra, EMODVS.
Iex, HECATONPYLVM, & PARTHIA.
Igg, ÆMONIA.
Igle, AD AQVILAS.
Igliaco, PENEIVS.
Iguoalada, ERGAVIA.
Ilceſtre, ISCHALIS.
Ilena, ILIENSES.
Iler, HILARA.
Ileſci, VLMOS.
Illa, ELIBERIS.
Illora, ILVRGIS.
Iltz, VLMOS.
Immaticen, MANICELVM.
Imola, FORVM *Cornelij*.
Im bart, BARDVM.
Im Thunca, THVNICATES.
Im Zagor, CLAVDIVS.
Inachos, APHAS.
Inciſa, LIBARNA.





Inn, OENVS.
Inder, INDVS.
India, ATLANTIS *Inſula*.
Indiuina, LANVVIVM.
Indoſtan, INDIA.
Indu, INDVS.
Inieſta, SEGOBRIGA.
Ingadin, SARVNETES.
Ingluni, TAVRVS.
Inis Aualon, AVALONIA.
Inis Writtin, AVALONIA.
Inneken, AGVNTVM.
Inſpruck, OENI PONS.
Inſula del ferro, PLVITALIA.
Inſula principis, ANTIGONIA.
Interdocha, INTEROCREA.
Ioannina, CASSIOPE.
Ioannipoli, PARASTLABA.
Ioden, IVDÆI.
Iogues, GYMNOSOPHISTÆ.
Iouenazo, EGNATIA.
Iour, IVRA.
Iperen, PLEVMOSII.
Iphrichia, AFRICA.
Ips, VSBIVM.
Ipſala, CYPSELLA.
Ipſch, EPOISSIVS.
Irekh, VLMOS.
Iris, EVROTAS.
Irlandt, IRIS, & HIBERNIA.
Irnio, VINDIVS.
Iſarſo, ISARCI.
Iſchar, STRYMON, & IATRVS.
Iſcheboli, SCOPELVS.
Iſchel, TVTATIO.
Iſchia, OENOTRIDES, ENARIME, CIVS, & PITHECVSÆ.
Iſcodaua, SCODRA.
Iſem, ISINISCA.
Iſilles, OCELVM.
Iſlandt, THVLE, & BRETTANIA.
Iſlas de Canaria, FORTVNATÆ.
Iſlas de Baiona, DEORVM *Inſulæ*.
Iſlas de Cabo verde, GORGONES.
Iſlas de Praçel', MANIOLÆ.
Iſle de Bas, BARSA.
Iſle de Figo, PHINTONIS.
Iſlenos, SELINVS.
Iſm, ISINISCA.
Iſmid, NICOMEDIA.
Iſmyr, SMYRNA.
Iſnich, ASCANIA, & NICÆA.
Iſnigimid, NICOMEDIA.
Iſola, CREMERA, INTERAMNIA, & LIBANVS *Almæ Veneris*.
Iſola di Arbenga, GALLINARIA.
Iſola Biſentina, TYRVS.
Iſola di Columbi, ENISIPIA.
Iſola di ferro, OMBRIO.
Iſola di S. Maria, & S Michaelis, ATLANTIS.
Iſola di Patriarcha, LÆA.
Iſola Roſſa, PHINTONIS.
Iſola di Toro, MOLYBODES.
Iſole del Archipelago, CYCLADES.
Iſole Corrente, CHELIDONIÆ.
Iſole di Mezzo, ELAPHITES.
Iſona, AESONENSES.
Iſole di S. Pierro, MOLYBODES.
Iſpirite, SPARTE.
Iſſel, ISLA.
Iſta, ALISTA.
Iſtar, SICHEM.
Iſtria, HISTRIA.



Iſtrig, SARGETIA.
Iſtuyth, STVCIA.
Italia, ITALIA.
Italica, HERACLEA.
Itro, ITRVM, & MAMVRRARVM *Vrbs*.
Iudenburg, VIRVNVM.
Iudicello, AMENANNVS.
Iueleceſtre, ISCHALIS.
Iuelmouth, VEXALA.
Iugum D. Mariæ, CAVDINÆ *Fauces*.
Iuifs, IVDÆI.
Iuine, IVN.
Iulia noua, CASTRVM.
Iuliacenſes, MENAPII.
Iulien, ALPES IVLIÆ.
Iunqueras, IVNGARIA.
Iuoys, *vide* Yuoys.
Iupile, IOPILIA.
Iurat, & Iurten, IVRA.
Iurea, EPOREDIA.
Iurgano, FRATERIA.
Iuſtinopoli, PVLLARIÆ.
Iuytlandt, CIMBRICA *Cherſoneſus*, CIMBRI, & SABALINGI.
Izli, GITLVI.

## K.

KAlcaceſtir, CALCARIA.
Kalenberg, CETIVS.
Kalegeron oros, MÆSIVS.
Kam, ÆGYPTVS.
Karopnitze, ORBELVS.
Karkeſſa, CHARCHAMIS.
Karnberg, CARRODVNVM.
Karoſca, CORNACVM.
Kaſſel op den berch, CASTELLVM *Morinorum*.
Kato, MANATHAT.
Katzenelenbogen, CATTI *Meliboci*, & CATTI.
Kaunbarg, COMAGENVM.
Keyſerſtul, FORVM *Tiberij*.
Keyſerſwerd, COLONIA TRAIANA.
Kelaggebar, PETRA *Deſerti*.
Keldan, CHALDÆA.
Kellenſey, OCELVM.
Kellenton, GALAVA.
Kelmuntz, CÆLIOMONS.
Kemach, CAMACHAS.
Kempenaers, TOXANDRIA.
Kempten, DRVSOMAGVS, & CAMBODVNVM.
Kenceſter, ARICONIVM.
Kenclis, ANCHIALVS.
Kennemerlander, CANINEFATES.
Kennet, CVNETIO.
Kent, CANTIVM.
Keregi, OBOTRITÆ.
Kereſwanya, AVRARIARVM.
Kerim, INDVS.
Kerſtenrijck, EVROPA.
Keſchiſdag, OLYMPVS.
Keſſel, CASTELLVM.
Keureuz, CHRYSIVS.
Kew, ONOCHRINVM.
Kharnburg, CARRODVNVM.
Kheres, CVSVS.
Kil, GELBIS.
Kilia, CALLATIA.
Killair, LABERVS.
Killian, CELNIVS.
Kyntzen, QVINTANÆ.
Kiouia, TOMI.
Kircheim, TRIBOCES.
Kiſdarnocz, CLAVDIVS.
Kleckgoew, EREMVS *Heluetiorum*.

Klein Brabant, BRACHBANTIVM.
Kloſterneuburg, CLAVDIVIVM.
Knytingen ſteig, PYRI *Mons.*
Kochers berg, CONCORDIA.
Kogel, LAVIACVM.
Kopizath, IMAVS.
Koppel, CAMPONA.
Kornthaurn, TAVRVS.
Kotting, COTVANTII.
Kotwig, CETIVM.
Krabaten, PANNONIA, CHROBATÆ, & DALMATIA.
Krac, PETRA *Deſerti.*
Krainburg, CARRODVNVM, & NOVIDVNVM.
Krainer, CARNI, & LIBVRNIA.
Kraneburg, BVRCINACIVM.
Kraſſ, CHRYSIVS.
Kratzer, VOGESVS.
Kreckornwel, VXELA.
Kreutznach, CRVCINIACVM.
Kriuiczne, HÆMVS.
Krumleckthaurn, TAVRVS.
Kunigsberg, REGIS *Mons.*
Kunigwiſer, TERACATRIÆ.
Kuningweyſerwaldt, LVNÆ *Silu*
Kunman, CENIMAGNI.
Kuryma, CARSIDAVA.
Kurzitadon, HIEROSOLYMA.
Kuſty, AVGVSTIA.
Kuttenberg, GOTHINI.
Kyrckwal, POMONA.

L.

Labarti, ECDIPPA.
Labatlan, COMMERCIVM.
Labe, ALBIS.
Labinia, BEBRIACVM.
Labirintho, DICTE.
Labroja, PRAVSI.
Labus, ATHRES.
Lac de Geneue, LEMANVS *Lacus.*
Lac de noſtre Dame de Danube, HALMYRIS.
Lac de Lozanne, LEMANVS *Lacus.*
Lacedogna, AQVILONIA.
Lacerea, LEBEDVS.
Lacha, OLYMPVS.
Lachi, PETRA.
Lacoſichia, PIERIA.
Ladi, CYRRHVS.
L'adice, ATHESIS.
Ladog, RVBRICATVS.
Lafidari, LYCORMAS.
Lagno, CLANIVS.
Lago di Anguillara, SABATVS *Lacus.*
Lago de Antacon, ARAPOTES.
Lago di Baſſanello, VADIMONIS *Lacus.*
Lago de Bendemal, MARIANE.
Lago di Bolſena, BVLSINVS.
Lago di Braxiano, SABATVS *Lacus.*
Lago di Caſtel Gangolfo, ALBANVS LACVS.
Lago di Caſtiglione, PRILLE.
Lago di Celano, FVCINVS *Lacus.*
Lago Colluccia, SERVILII VACIÆ *Villa.*
Lago di Comacchio, ORIGARIVM.
Lago di Como, LARIVS *Lacus.*
Lago di Contiglione, CVTILIÆ *Lacus.*
Lago di Fundi, FVNDANVS *Lacus.*
Lago di Garda, BENACVS.
Lago di Gorridan, PERGVS.
Lago de Idro, BRIGANTINVS.
Lago de Ienſano, TRIVIÆ *Lacus.*
Lago de Iſeo, SEBINVS.
Lago di Leſina, PANTANVS.
Lago Licola, LVCRINVS.



Lago de Lochrida, DASSARITES, & LYCHNIDVS.
Lago de Loſanno, LAVSONIVM.
Lago di pie di Luco, CVTILIÆ *Lacus,* & VELINVS.
Lago Maiore, VERBANVS.
Lago di Marſo, FVCINVS *Lacus.*
Lago de monte Orphano, EVPILIS.
Lago di Nemo, TRIVIÆ *Lacus.*
Lago di Nicea, ASCANIA.
Lago d'Orbitello, MARINVS *Lacus,* & PRILLE.
Lago della patria, LINTERNA.
Lago di Perugia, TRASVMENVS.
Lago di Puſſiano, EVPILIS.
Lago di S. Praſſode, REGILLVS.
Lago de Roſſillon, CIMINIVS *Lacus,* & FVCINVS.
Lago de Scutari. LABEATIS *Palus.*
Lago di S. Seuera, REGILLVS.
Lago Stiuo, COPAIS.
Lago ſudatorio, ANIVS.
Lago de Terni, VELINVS *Lacus.*
Lago di Tripergola, AVERNVS.
Lago Verſentino, MANDVRIVM.
Lago de Vico, CIMINIVS *Lacus.*
Lago di Viterbo, VADIMONIS *Lacus.*
Lagoa, & Lagos, LACOBRIGA.
Lagonero, NERVLVM.
Lagos, & Lagoa, LACOBRIGA.
La guarda, MAGNVM *Promontorium.*
Laguſta, CELADVS.
Lagume de Venetia, GALLICA PALVS.
Laybach, & Labato, NAVPORTVS.
Laiere, ARENOSVM *Littus.*
Laimon, BOSPORVS *Thracius.*
Laino, LAVS.
Laiſcure, ELVSA.
Lakium, PRÆTORIVM.
Lali, HALYS.
Laliſa, LAODICEA.
Lamarante, ARADVCTA.
Lambach, OVILABIS.
Lambino. AMPHISSA.
Lambra, LAMBRANI.
Lamello, LAVMELLVM.
Lamentana, NOMENTVM.
Lamego, LAMECA.
Lameto, LAMETIA.
Lamia, AMYCLI *Portus.*
Lamina, THESSALIA.
Lamira, SMYRNA.
Lamone, ANEMO.
Lampido, LOPADVSA.
Lampſico, LAMPSACVS.
Lampta, VOBRIX.
Lampuraa, SELAMPVRA.
Lancaſtre, ALION, MEDIOLANIVM, & ORDOVICES.
Lanciano, AVXANVM.
Landas, VASARII.
Landrimiti, ADRAMYTTEOS.
Landriguet, OSISINI.
Landtendt, ANTIVESTÆVM.
Landtshut, CONSVANETES.
Landſpurg. SEGESTICA.
Landt ouer Yſſel, BVSACTERI.
Landt uber Waldt, TRANS LVCVM.
Landt van Rijen, AMBIVARITI.
Landtvoghty, SVANETES.
Landu, ATVRRVS.
Langanico, OLYMPIA.
Langeſt, ALINGONIS.
Langlandt, HEMODES, & LIGII.
Lango, COS.





Langres, LINGONES.
Langroiua, LACOBRIGA.
Langſe, VERBANVS *Lacus.*
Languedoc, NARBONENSIS, SEPTVMANI, & BELCAS.
Languillade, BLASCON.
Langueuilla, ALBA POMPEIA.
Laniza, PANYSVS.
Lanſiſſa, AXIMA.
Lanziano, ANXANVM.
Lanzerotta, PLVITALIA.
Laon, LAVDVNVM.
Laorina, VLCI.
Laotzalos, LIZISIS.
Lapriſſa, HYPSA.
Lard, ASPIS.
Large, TARRAS.
Larina, STOECHADES.
Laripa, CYPRÆ.
Lariſſa, ANTHEDON, LIXA, CASIVS, & MELAS.
Larizzo, LARISSA.
Larmire, LARISSA.
Laro, SABATINVS.
Laroco, LADICVS.
Larta, AMBRACIA, & EPIRVS.
Lartacho, RHYNDACVS
Larzij, VELLANIS.
Laſenitz, LACIBVRGIVM.
Laſo, ASIVS.
Laſpi, PRIAPVS.
Laſthi, DICTE.
Lataraco, HETRICVLVM.
Latiti, ANTICEITAS.
Lauagna, ENTELLA.
Laual, VENELI.
Laubenburg, COENOENVM.
Laudichia, LAODICEA.
Laudonia, MÆATÆ.
Lauedan, SONTIATES.
Lauenzo, PHORBANTIA.
Lauffen, LAVIACVM.
Lauffenberg, GANODVRVM.
Lauizario, & Lauezzo, LEBVI.
Lauino, LABINIVS.
Laula, TIGVLLIA.
Lauona, HERMONASSA.
Laurigi, LAVRO.
Lauſnitz, SORABI, SERBI, ELYSII, & LVTITII.
Lauwers, LAVBACVS.
l'Auxois, ALEXIA.
Laxia, COLCHIS.
Lazaretto, SIMÆTHVS.
Lazzara, GRANICVS.
Lebazuza, LIBISOSONA.
Lebeditzi-chiſar, LEBEDVS.
Lebida, LEPTIS.
Leberberg, IVRA.
Le Botte, CYPHANTA.
Lebrixa, NEBRISSA.
Lebuza, LIBYSSA.
Le Caue, BORMANICO.
Lech, LYCIAS.
Lechrainer, LICATII.
Leck, HELIVM, & FOSSA *Corbulonis.*
Lectore, LACTORACIVM, & GARITES.
Lecouſt, HIEROSOLYMA.
Ledeſma, BLETISA.
Lee, LEVE FANO.
Leeder, EBVDÆ.
Lefcare, ARSINOE.
Lefke, LAODICEA.



Le Four, GOBÆVM.
Leganceſtre, DEVA.
Legina, ÆGINA.
Leiton, DVROLITVM.
Leybach, ÆMONIA, & NAVPORTVS.
Leybnicz, POLYBIANVM.
Leyden, LVGDVNVM, & LVGODINVM.
Leliſe, ESIGVS.
Lembro, IMBRVS.
Lemburch, LEVCOPOLICHNA.
Lemene, PEPARETHVS.
Lemerich, NAGNATA.
Lemiſe, NEAPOLIS.
Lemno, MYRINA.
Lemnoſia, CANOVACI.
Lendroſia, EBVDÆ.
Leneham, DVROLEVVM.
Lennos, LELGOVIA.
Lennox, ELGOVÆ.
Lens, NIMETACVM.
Lenza, NICIA.
Leocata, SORDICENÆ.
Leon, LEGIO *Septima Germanica,* BRIGÆCIVM, & LEMOVICI.
Leondoul, DIABLINTRES, & NOEDVNVM.
Leontari, MEGALEPOLIS.
Lepanto, NAVPACTVS.
Lepe, ELEPLA.
Lepede, LEPTIS.
Lepide, EOA.
Leprus, PARIADES.
Lepuſcoa, VASCONIA.
Lera, IGMANVS.
Lereſſe, BORYSTHENES.
Leria, VALERIA, & IGMANVS.
Lerice, ERICIS *Portus.*
Lerida, ILERDA.
Lero, LERIA.
Les, TELIS LEDVM, & LIRIA.
Leſer, LESVRA.
Leſina, & Lexina, PHAROS.
Leskerd, SEBASTA *Altera Legio.*
Leſo, LESVRA
Leſſe, GLESSARIA.
Leſtuthiel, VXELA.
Leuante, ASIA.
Leucat, LEOCATA.
Leuica, PACONIA.
Leuidonia, LEVTARNIA.
Leuinus, BODOTRIA.
Leuis, EBVDÆ.
Leukirchen, CALVCONES.
Leye, LEGIA.
Leypſick, LYPFVRDVM, & LVPPIA.
Leuontinertal, LEPONTII.
Lez, LEDVM.
Leze, ALETIVM.
Lezuza, LIBISOSONA.
Lhanuellin, MEDIOLANVM.
Lheyn, CANGANORVM.
Lhundain, LONDINIVM.
Liacura, PARNASSVS.
Libanova, STAGIRA.
Liberata, ALBVLA.
Liborne, CONDATEM.
Lica, MAZÆI.
Liche, & Liga, LAODICEA.
Licola, FOSSA NERONIS.
Licoſia, LEDRENSIS.
Licoſo, LEVCOTHEA, & LEVCASIA.
Lycoſtomum, HARPIS.
Licudia, PHILÆNI *Vicus.*
Lijſlanders, LEMOVII, EFFLVI, & EVPHRASTE.

Liege, EBVRONES.
Liere, NIVESDVN.
Lieror, ILLITVRGIS.
Liſſe, MODONVS.
Lignano, FORVM *Licini.*
Lignitz, HEGETHMATIA, & ILINGÆ.
Ligon, LIGA.
Ligorno, AD HERCVLEM.
Ligra, VENICNIVM.
Lima, FORVM *Limicorum.*
Limaigne, LIMANE.
Lymbach, OLIMACVM.
Lymborch, RHIGIA *Altera.*
Lime, ELATAS.
Limino, ROMATINVM, & ALSA.
Limiſſo, AMATHVS.
Limnat, LIMENIA.
Limoges, RATIASTVM, & LEMOVICES.
Limoſins, LEMOVICES.
Limoza, ÆTHVSA.
Limpne, LEMANIS.
Linca, IVLIA LIBYCA.
Lincolne, CORITAVI.
Lincolne, & Lindecolin, *item* Lincol, CAER, & LINDON.
Lindo, LINDVS.
Lingua del Faro, ARGENNVM.
Linter, DIABLINTRES.
Lintini, LEONTIVM.
Lintz, AVRELIANVM, AREDATE, & LONCIVM.
Lintzgoew, VINDELICI, & LENTIENSES.
Linxano, LYCOMEDIS.
Lion, LVGVDVNVM.
Lionnois, SEGVSIANI.
Lipara, LIPARA.
Lippa, POTVLATENSII.
Lippe, LVPIAS.
Lipuda, ARETA.
Liria, LAVRO, & LERIA.
Lirio, THEMISCYRA, & IRIS.
Lis, LEGIA.
Lisbona, & Lisboa, OLYSIPPO.
Liſna, PHAROS, & LYSENEN.
Liſieulx, LEXOBII.
Liſſa, ISSA.
Liſſa, & Lieſina, LISSA.
Liſontio, NATISO.
Liſto, MYLÆ.
Lithquo, LINDON.
Litthauwer, ALANI, & FENNI.
Liuadia, ACHAIA, & CREVSA.
Liuenza, LIQVENTIA.
Liuorno, LIGVRNVS *Portus*, & TRITVRRITA.
Lizon, CASIVS.
Lizonzio, ALSA.
Lizza, LAODICEA.
Llanes, LIBVNCA.
Lobbe, *vide* Lobienſe.
Lobeck, HERISPICH.
Lobienſe monaſterium, LABIENI *Caſtra.*
Lobon, LYCON.
Lobregat, RVBRICATVM.
Lochar, LEVCARVM.
Lochrida, TAVRESIVM.
Locomano, ÆCVLANOS.
Loda, OLDA.
Lodeſue, LVTEVANI, & CABALES.
Lodi, LAVS POMPEIA.
Lodon, IVLIODVNVM.
Lodrino, DRILO, & DRINIVS.
Lodro, ALVTRAENSES.
Louen, & Louuain, LEVACI, & GRVDII.



Lofanto, AVFIDVS.
Logitſch, LONGATICVM.
Lognina, LONGVM *Prom.*
Logroño, IVLIOBRICA, & VARIA,
Loguhabria, CARENI.
Loilandt, HEMODES.
Loire, LIGERIS.
Lombardo, IOTAPE.
Lombardia, GALLIA CISALPINA.
Lombardia cis Padum, ÆMILIA.
Lombura, INDVS.
Lon, LVPIAS.
Loncheſter, LONGOVICVM.
Londario, MEGÀLEPOLIS.
Londen, & Londra, LONDINIVM, & TRINOVANTES.
Longamico, STYMPHALVS.
Longina, VLYSSIS *Portus.*
Longo, TORONE.
Longobalda, BRVCCA.
Longobardo, INYCOS.
Longobuco, TEMESA.
Longoſardo, IVLIOLA.
Lor, LAODICEA.
Lora, AXALITA.
Loraine, LOTHARINGIA.
Lorch, LAVRIACVM.
Lorca, ELIOCROTÆ, & ILORCI.
Lorda, LAPVRDVM.
Loreo, OREVM.
Lorna, CANOVACI.
Loſanne, LATOBRIGI, & LAVSONIVM.
Los codos de Ladoco, LADICVS.
Los piercos, CHOERADES.
Loſſe, LOXA.
Lothringer, & Lorainois, TVLINGI, & LOTHARINGIA.
Lough, LONGVS.
Louo, EPLA.
Lowghborow, LACTODVRVM.
Lough foile, LOGIA.
Lubeana, NAVPORTVS.
Lubeck, TREVA, & MARIONIS.
Lucchiola, SIMÆTHVS.
Lucena, LVCENTVM.
Luceria de i Saraceni, NVCERIA.
Luco, ANTIPYRGVS.
Lucubi, VCVBIS.
Lucugliano, LVCVLLI *Villa.*
Luczuho, LEINVM.
Lugo, ARÆ SEXTIANÆ, & LVCENTES.
Lugnano, ANASSVS.
Luyck, CARBONARIVS SALTVS.
Luylecker-landt, SOLIS *Menſa.*
Lumatia, MYSIA.
Lune, & Luneburg, MARIONIS, CHAVCI, CHERVSCI, & HILLINONICVM.
Lunera, LEVCOGÆI.
Lungiſarie, APTVCHI.
Lunkha, LINGONES.
Lupff, LVPONDVM.
Lupidi, RHYNDACVS.
Lurfeld, LARICES.
Luſiano, EVPILIS.
Luſon, SECOR.
Luſſo, LIX.
Luſſoia, ALEXIA.
Lutach, LITTAMVM.
Lutenberg, LENTVDVM.
Lutterworth, LACTODVRVM.
Luttich, & Luyck, EBVRONES.
Lutticherwaldt, ARDVENNA.
Lutzelburg, AVGVSTA *Romanduorum.*





Luxente, LVCENTVM.
Luxeul, LVXOVIVM.
Lym, MOSCHIVS.
Lymen, LIMNOS.

M.

MAabar, INDIA.
Mabar, CHABERVS.
Mabeuge, MALBODIVM.
Mabuga, MAMVGA.
Macandan, ARSINARIVM.
Macarmeda, ERPIS.
Machari, MACARA.
Machlena, CYDARVS.
Maclenith, MAGLOVA.
Machri, RHODIORVM *Colonia.*
Macyn, *vel* Magyn, INDIA.
Maciquepatan, MINAGARA.
Machometta, ADRVMETVM.
Macheck, AVREVS *Mons.*
Machelen, MACHLINIA.
Macri, PANORMVS.
Macroniſo, HELENE.
Maczua, ORINE.
Madagaſcar, CERNE.
Madara, LEVCA *Ore.*
Madaura, QVIZA.
Madiuni, SELINVS.
Madera, IVNONIA, & CERNE.
Madran, MAGISTRICA.
Madunia, & Madonia, NEBRODES.
Madrid, MANTVA.
Maelſtroom, VMBILICVS *Oceani.*
Maerſen, & Maerſdiep, MASACI.
Maeſtricht, TRAIECTVM, & OBTRICENSE.
Manſpurg, MENNEIANÆ.
Maſeyck, MASACI.
Magale, RAPTVM.
Magaraſſo, MARVVIVM.
Magareb, OCEANVS ATLANTICVS.
Magariſium, MELAS *Sinus.*
Magduni, MEDIOLANIVM.
Magiordech, BAGRADAS.
Magliano, MASSA.
Magna vacha, CAPRASIA.
Magog, PERSIA.
Magonicha, ARDOTIVM.
Magra, MACRA.
Magrah, & Magar Alexandria, PHAROS.
Magri, CAVNVS.
Magrib, OCEANVS ATLANTICVS.
Magro, CINIPHVS.
Maguni, HIRMINIVM.
Mahadian, APHRODISIVM.
Mahara, NILVS.
Mahehech, DELTA.
Mahomena, BILIN.
Mahometta, APHRODISIVM, NEAPOLIS, & MACODAMA.
Mahori, MAGO.
Maid, EMONIA.
Maida, MALANIVS, & HIPPO.
Maidſtone, DVROCOBRIVÆ, MADVS, & VAGNIACVM.
Maiella, NICATES.
Mayhaſoli, ISBVRVS.
Maina, LEVCTRVM, & TÆNARIA.
Maine, CENOMANI, & MEDVANA.
Mainlandt, POMONA.
Malabar, INDIA.
Maitos, MADYTOS.
Malaca, AVREA CHERSONESVS, MVSICANA, MALÆI, COLON, PANGÆVS, & TACOLA.

Malaga, MALACA.
Malagina, MELANGA.
Malamocho, METHAMAVCVM.
Malatia, MELITA.
Malatina, MELITENE.
Malborow, CVNETIO.
Malconſiglio, SCARDONA.
Malck, MACOLICVM.
Malcouta, PARADISVS.
Malden, CAMVLODVNVM.
Malepur, MELANGE.
Malgara, AGOREORVM *Mœnia.*
Malido, SESTVS.
Mallen, MANLIANA.
Malmedi, MALMVNDARIVM.
Malmiſtra, PYRAMVS, & TARSVS.
Mallorca, BALEARES.
Malora, LAMELLVM.
Mal pertuſo, MONALVS.
Malota, ZEPHYRIVM.
Malta, MELITA.
Maluaſia, EPIDAVRVS.
Maluaſon, SANTONVM *Prom.*
Maluito, TEMESA.
Malzan, MALETVM.
Mamiſta, HEMOPSONESTIA
Mamotta, ARABIA FELIX.
Manaſtir, ATHOS.
Manna, LACINIVM.
Mancha d'Aragon, LAMINITANVS *Ager.*
Manche, BRITANNICVS *Oceanus.*
Mancheltre, MANCVNIVM, & MANDVESSEDVM.
Mandangan, HESPERION *Cornu.*
Mande, MIMATENSIS.
Mandi, & Mandigna, MANTINIA.
Mandria, MINYIA.
Mandula, MANDVRIA.
Manduria, MEDVLLIVS.
Manfredonia, APENESTÆ, & SIPONTVM.
Manghiſi, TAPSVS, & CACYPARIS.
Mangalor, MONOGLOSSVM.
Manharczperg, MANIMI.
Maniſſa, MAGNESIA.
Manreſa, ATHANAGIA.
Manrich, MANARICIVM.
Mansfeyld, MANDVESSEDVM.
Mansfeldiſche, CHERVSCI.
Manſpurg, MONETTIVM.
Mantea, TERINA.
Mantegna, MANTINEA.
Mantoa, MANTVA.
Manxa, SPARTARIOS.
Mar Cin, CHRYSE.
Mar el Azach, MÆOTIS *Palus.*
Mar grande, TARENTINVS *Sinus.*
Mar di India, MARE RVBRVM.
Mar di Leuante, MARE MEDITERRANEVM.
Mar di Lione, LIGVSTICVM *Mare.*
Mar Maiore, PONTVS EVXINVS.
Mar di Mandria, MYRTOVM *Mare.*
Mar de Marmora, PROPONTIS.
Mar di Mecha, ARABICVS *Sinus.*
Mare mortuum, ASPHALTES.
Mar morto, LVCRINVS *Lacus.*
Mare Nigrum, PONTVS EVXINVS.
Mar Piccolo, GALESVS.
Mar di Sperlunga, AMYCLANVS *Sinus.*
Mar della Tana, MÆOTIS.
Mar Toſco, TYRRHENVM *Mare.*
Mar delle Zabacche, MÆOTIS.
Mar del Zur, CHRYSE, & EOVS *Oceanus.*
Marana, GABIVSA.

Maranella, CRABRA.
Maraſona, & Marathona, MARATHON.
Marazzo, MARVVIVM.
Marath, MARONIAS.
Marbech, HELIOPOLIS.
Marbella, BARBESOLA.
Marça, CARTHAGO.
Marca d'Ancona, PICENVM.
Marca Firmiana, PICENVM.
Marca Treuiſana, EVGANEI.
Marcellino, MYLA, & PANTACHVS.
Marche en Famine, FANOMANTIS.
Marcoſzeeck, MARCODAVA.
Marchena, MARCIA.
Marchiennes, MARTIANÆ.
Marco, ARGENTANVM.
Marechia, ARIMINVM.
Maremma, APVANI, & LATIVM.
Mareſma, ASTACENVM.
Marken, MASACI.
Marckfelder, TERACATRIÆ, ADRABÆ, *Campi*, & QVADI.
Maretamo, PHORBANTIA.
Margarita, VRGO.
Margath, MARATHOS, & GABALA.
Margburg, MARINIANÆ, & MARTENA.
Margedouerton, MARGIDVNVM.
Margedofeſt, MARCODAVA.
Marhani, MYRINA.
Marice, TRANSMARISCA.
Marino, MARIANA *Villa*, & LAMVM.
Marida, ARIMINVM.
Marigliano, MARINVM.
Mariſa, HEBRVS.
Marmara, STRYMON.
Marmora, PROCONNESVS.
Marne, MATRONA.
Marno, Maraſſo, & Mararaſſo, MARVVIVM.
Marocco, & Maruecos, BOCANVM HEMERVM, & MAVRITANIA.
Marogna, MARONEA.
Maros, & Maeriſch, MARISVS.
Marothia, MARTIS *Caſtra*.
Marqueſia, AREVACÆ.
Marri, DECIATIVM.
Marſalla, & Marzara, LILYBÆVM.
Marſeille, MASSILIA.
Marſiglia, ARCHIPPE.
Marta, OSSA.
Martegue, MARITIMA, & ASTROMELA.
Martenach, OCTODVRVS.
Martheniano, LARTHENIANVM.
Martimos, MARITHA.
Martirano, MVRGANTIA.
Martpurg, MATTIACVM.
Martos, TVCCI.
Martz, MOTENVM.
Marubeni, MARONEA.
Maruti, FORVM *Appij*.
Marzachibir, PORTVS MAGNS.
Marzi, MACRAS.
Maſandram, MANDAGARSIS.
Maſano, MASSALIA.
Maſcon, MATISCONA.
Maſe, MOSA.
Maſeli, GERRVM.
Maſieres, MAGETROBIA.
Maſoxer thal, ISARCI.
Maſſa, VOLTVMNÆ *Fanum*.
Matala, MATALIA.
Matalone, TIFATA.
Matelica, MATILICATES.
Matera, ACHERONTIA.



Matheſio, NICATES.
Matin, MATHIS.
Matnicz, MACE.
Matran, MATREIO.
Mathraual, MEDIOLANIVM.
Matriga, HERMONASSA, & PHANAGORIA.
Mattagia, MESSENE.
Matta gorda, CHARYBDIS.
Mauge, MAGDVNVM.
Mauli, HIRMINIVM.
Maure, TENEDOS.
Maurenhaer, SOGDIANA.
Maurienne, ALBENSIVM.
Maurkirchen, AD MAVROS.
Maurum, TAVRVS, & HYRCANVM.
Maurum, & Maurothalaſſa, PONTVS EVXINVS.
Maxi, LORYMA.
Mayne, MEDVANA.
Mayni, NEMETACVM.
Mazachares, VTICA.
Mazar, BABYLONIA.
Mazara, SELINVS.
Mazarino, MACTORIVM, & MEGARA.
Mazariſci, HIPPICI.
Mazira, SARAPIDIS *Inſula*.
Mazo, BILIGO.
Mazzagran, CARTENNÆ, & DEORVM *Portus*.
Mazzone, STELLATIS.
Mazzoni roſſi, LABORIÆ *Campi*.
Meaulx, IATINVM, & MELDÆ.
Mecellata, CALVMACVMA.
Mecha, MOCHVRA, & PETRA.
Mechelen, MECHELA, & MACHLINIA.
Meckelburger, OBOTRITÆ, PHAROBENI, & LEMOVII.
Meckſeck, AVREVS *Mons*.
Medan, PHIALA.
Medelin, CASTRA VICELLIANA.
Medina cæli, PELENDONES, ECELESTA, AVGVSTOBRIGA, & AROCELVM.
Medina de rio ſecco, FORVM *Egurrorum*. AVGVSTA EMERITA, & EGVRRI.
Medina Sidonia, ASINDVM.
Medina Talnabi, IESRAB.
Medina Zamorathi, SENTICA.
Medina Zelim, & Mitina Zilim, SECONTIA.
Mediolanenſes, INSVBRES.
Medlingen, MEDVLLVM, & MECLARIA.
Medon, DOLLIA.
Meduc, MEDVLI.
Medules, ARGENTEOLA.
Megies, PIRVM.
Megrada, BAGRADAS.
Mehedia, APHRODISIVM.
Meheyde, SEMELIA.
Mehum, MEGLEDVNVM.
Meydenburch, MESVIVM.
Meylandt, MEDIOLANIVM.
Meyn, MOENVS.
Meira. MERVLA.
Meis, ASPIS.
Meyſſen, LVPFVRDVM.
Meiſner, HERMANDVRI.
Melatige, MELITENA.
Melaxo, MILETVS.
Melch, MEDELICVM.
Melci, MELPVM.
Melck, CLAVDIVIVM.
Melechia, DREPANVM.
Milensko, MELIODVNVM.
Melfa, MELPIS, & CASINVM.
Melfi, AMALFITANA.
Melida, & Melite, MELITA.





Melilla, RYSSADIRVM.
Meliſſa, MELESE.
Meli vito, TEMESA.
Melitias, MELANTIAS.
Melmin, ADREGIN.
Melo, AGISYMBA.
Melonta, ZEPHYRIVM.
Melora, MÆNARIÆ.
Melotania, MELITENE.
Meluia, MALVA.
Melun, MELODVNVM.
Memel, CHRONVS.
Memmingen, DRVSOMAGVS, & ROSTRVM. NEMAVIÆ.
Menan, SOBANNVS, & MANDA.
Menau, MONAOEDA.
Menchis, MEMPHIS.
Mencio, MINCIVS.
Mendicino, PANDOSIA.
Mendolia, PERIPOLIVM.
Meneg, MEMMA.
Meneo, MENÆ.
Mengrelia. COLCHIS, & MANRALI.
Menorca, BALEARES.
Menoſque, MENINI.
Menteſe, MYNDVS.
Mentexa, MENTISA.
Mentz, MAGONTIACVM.
Menuti, DELTA,
Mequinença, OCTOGESA.
Merale, MEROE.
Mer de Merſeille, TYRRHENVM *Mare*.
Mer de Martigues, STOMALIMNA.
Mercogliano, MERCVRIALE.
Merdin, MIRDVVM, & MARDE.
Mergen, & Merueille, MENARICVM.
Mergo, AMORGVS.
Merhern, MARCOMANNI.
Merida, AVGVSTA EMERITA.
Meridiano, LAMBRVS.
Meridin, MESOPOTAMIA.
Meritza, HEBRVS.
Merleias, ÆOLIÆ.
Merlere, OTHRONVS.
Mernia, HORESTII.
Meroa, MERROMENI.
Meronida, TIFATA.
Mersberg, MARTINOPOLIS.
Mertola, IVLIA, MYRTILIS.
Meſa de Aſta, ASTA.
Meſanacta, DIPOTAMVM.
Meſandria, HYRCANIA.
Meſe, MESVA.
Meſendin, PERSICVS *Sinus*.
Meſenna, TÆNIOLONGA.
Meſgana, IOL.
Meſi, HALICARNASSVS.
Meſimbria, MESEMBRIA.
Meſſina, MESSANA.
Meſrata, CYRENE.
Meſtaure, MASTAVRA.
Meſtri, MESTRIANA.
Meſtro, NESSVS.
Meſurata, MISYNOS.
Meſſurga, REATIVM.
Meta, MELAS.
Metaſus, RVSTONIVM.
Metaria, GORTYNA.
Metaro, METAVRVS.
Metelen, MEDIOLANVM.
Metelin, LESBVS.
Meteloch, MEDELACVS.
Meti, BARBARI.



Metro, & Metremo, METAVROS, & TIFERNVM.
Metteler, & Mechelen, MEDIOLANVM.
Metz, MEDIOMATRICES, & DIVODVRVM.
Meun, MAGDVNVM.
Meza paludoſa, INSVLA *Sacra*.
Mezaal, MEROE.
Mezemme, ACRATH.
Mezuna, OPPIDONEVM.
Mezzouo, PINDVS.
Michiaſa, DÆDALI *Templum*.
Micila, MYRÆVM.
Micole, MYCONES.
Middelburg, MATTIACI.
Middelflun, MEDIOLANVM.
Middelſex, TRINOVANTES.
Miepherkin, MARTYROPOLIS.
Mierle, MEDERIACVM.
Migana, LARES.
Migni, MENDESIVM.
Migno, MINIO.
Milano, MEDIOLANIVM.
Milazon, & Milazzo, MYLÆ, & CHERSONESVS.
Milden, MINNODVNVM.
Milel, LETHON.
Mileto, MILETVM.
Miliana, MANAEANAN.
Mililli, HYBLA.
Millas, & Millars, IDVBEDA.
Milly, AGENDICVM.
Milo, MELOS.
Milopotamo, PANTOMATRIVM.
Mimpelgart, MAGETROBIA, & EPAMANDVORVM.
Mina, CARTENVS, & CHYLEMATH.
Mindanao, BARVSSÆ.
Mingenſtal, MENOCALENI.
Mingiu, CARMANIA.
Mingrelli, COLCHIS.
Minio, MINIVS, & NEÆ.
Minibar, INDIA.
Miolans, MEDVLI.
Miquoles deuar, BARIVM.
Mirabello, HERACLEA, & PANORMVS.
Mirali, CAVCASIÆ *Portæ*.
Miranda, ENTELLA, & ERINEVS.
Mirepois, TASCODVNITARI.
Miron, SERBETOS.
Miſano, MESSAPIA.
Miſeno, MISENVS.
Miſini, DRVSIPARA.
Miſithra, LACEDÆMON.
Myſſen, SVARDONES, & EVDOSES.
Miſtretia, MVSISTRATVM.
Mitylin, MITYLENE.
Mitreden, PARADISVS.
Mittelſaxones, TRINOVANTES.
Mittenwaldt, INVTRIVM.
Mizir, & Mitzir, BABYLONIA, & MEMPHIS.
Mochandan, ASABORVM.
Modiana, MVTILVM.
Modica, ELORVS, & MOTVCA.
Modena, MVTINA.
Modon, METHONE.
Modruſſa, SYSCIA.
Moeſel, OBRINCVS.
Moghali, EMODVS.
Mogores, SARMATIA.
Mognan, MARGARA.
Moguntia, MAGONTIACVM.
Mohaczium, ANAMASCIA.
Mola, FORMIÆ, & MOLÆ *Formianæ*.
Molara, ERMÆA.

Moleſme, MOLISMVM.
Molle, ZAMMALE.
Molcoluri, CHYRETIÆ.
Moldauia, DACIA, MOESIA, ODRYSA, & PATZINACÆ.
Molina, MONALVS, & OLINO.
Molins, GERGOBINA.
Mollium, LARVNESIA.
Molo, PVTEOLANA *Moles.*
Molo di S. Ioan. Calamolo, HERÆVS.
Mompelliers, AGATHA, & MONS PESSVLVS.
Mon, MONA.
Monachorum lacus, ARRHATA.
Monaco, PORTVS MONOECI.
Monarach, OXVS.
Monaſteriachi, MVRGANTIA.
Monaſterienſes, MONA.
Moncayo, CAVNVS, & EDVLIVS.
Moncaſtro, HERMONASSA, ÆNIA, & TYRAS.
Monçia, VICTORIÆ *Mons.*
Moncolobrer, COLVBRARIA.
Monda, ARVNDA.
Mondañedo, GLANDOMERVM, & BRITINA.
Mondégo, MONDA.
Mondragon, TRITIVM TVBORICVM.
Mone, MANINI.
Monfeltre, MONTEFERETRVM.
Mongal, SCYTHIA.
Mongalor, MANDAGARA.
Mongibello, ÆTNA.
Mongibelliſio, HEXAPYLVM.
Mongutio, EVPILIS.
Monjui, IOVIS *Mons,* & SCALÆ *Annibalis.*
Monobriga, MONOBRICA.
Monoczle, CLAVDIVS.
Monopoli, EGNATIA.
Monpeliart, EPAMANDVODVRVM.
Monreal, ASSORVS.
Monſelice, ACELVM.
Mons S. Adriani, PYRENÆVS.
Mons Domini, SACRVM *Prom.*
Monſelice, MONS SILICIS.
Monſpurg, MONETTIVM.
Mons Regalis, PETRA.
Monſtreul, MORINI, & MONASTERIOLVM.
Montalto, VEFVGVM, GRAVISCÆ, & CVPRÆ.
Mont-beliard, MAGETROBIA, & EPAMANDVODVRVM.
Mont de fauciles, VOGESVS.
Mont Cenis, GAROCELI, COTTIÆ *Alpes,* & *Cibennica.*
Montagna di Carrara, LIGVRVM *Montes.*
Montagna di Lunigiana, LIGVRVM *Montes.*
Montagna di Sicignaua & di Petina, ALBVRNVS, & TANAGER.
Montaignes d'Auuergne, CEMMENVS.
Montaignes de Ceuennes, CEMMENVS.
Montanies, CALIABRIA.
Montes d'Aſturia, VINDIVS.
Montes claros, ATLAS *Maior.*
Montes d'Oca, VINDIVS.
Monte Agnano, ANEIANVM.
Monte di S. Angelo, GARGANVS, & ARPI.
Monte Argentaro, HÆMVS, & ARGENTARIVS *Mons.*
Monte d'Ancona, CVMERVM.
Monte Armiño, HERMINIVS.
Monte Aureo, VATICANVS *Mons.*
Monte Barbaro, GAVROS.
Monte S. Bernardo, PENNINVS.

Monte Braulio, RHÆTICA IVGA.
Monte Caballo, QVIRINALIS.
Monte de Coſtegnas, HÆMVS.
Monte di Capua, TIFATA.
Monte di Chimara, ACROCERAVNII.
Monte Camelione, CEMENELEVM.
Monte Circello, CIRCÆVM.
Monte di Chriſto, DIANIVM.
Monte Coruo, CORITVS.
Monte Dracone, MASSICI *Montis promontorium.*
Monte Falcone, VERVCA.
Monte di Ferro, PHOCRA, & ZACHAR.
Monte Fiaſcone, FALISCI, & PHISCON.
Monte Genebre, COTTIÆ *Alpes.*
Monte S. Giouanni, TETRICVS.
Mont S. Glaude, IVRA.
Monte Gradachio, AVREVS *Mons.*
Monte Granario, BEREGRANI.
Monte Iudaico, IOVIS *Mons.*
Monte S. Iuliano, ERYX.
Monteleone, HIPPO, CLIBANVS, & TREBVLA.
Monte Limar, ÆMARORVM *Mons.*
Monte maior, MANLIANA, & VLIA.
Monte maiore di S. Bernardo, POENINÆ.
Monte Marſo, MASSICI.
Monte di Maſſo, ATHENÆVM.
Monte minore di S. Bernardo, GRAIÆ *Alpes,*
Monte di Mezzo, ROETIVS.
Monte Negro, AMANVS.
Monte di S. Nicolo, EPOMEVS.
Monte di Peſaro, FOCARIA.
Monte ritondo, ERETVM.
Monte roſe, ROSVLVM.
Monte Santo, ATHOS, & CVMERVM.
Monte Secco, AGRIGENTVM.
Monte de S. Silueſtro, SORACTES.
Monte di Somma, VESEVVS.
Monte de la Strella, IDVBEDA.
Monte de la Sibylla, FISCELLVS *Mons.*
Monte teſtaccio, DOLIOLVM.
Monte de la Torre, TABIÆ.
Monte Vergine, MERCVRIALE.
Monte Viterbo, CIMINVS.
Montes de Iacque, PYRENÆVS.
Monti Santi, AGYOS.
Monteio, MENTISA.
Monthabur, THABOR.
Montia, LAMBRVS.
Montiſori, MONTES AERII.
Montone, VITIS, & BEDESIS.
Montuniata, TINNI.
Montluçon, GERGOBINA.
Montorio, BERETRA.
Montoro, EPORA.
Montpellier, NITIOBRIGES.
Montzing, MOCENIA.
Monza, MODOETIA.
Morauia, CAVTI.
Morato, TIGRIS.
Moraua, CIABRVS, ATARNES, & MOSCHIVS.
Morauia, VARAR.
Morea, PELOPONNESVS.
Moret en Gaſtinois, LITOPHAVM.
Moreyja, CARTENNÆ.
Moriane, BRANNOVICES.
Morienne, MEDVLLI, GAROCELI, & MAVRIANENSIS.
Moorenlandt, AFRICA.
Moron, AVRIGIA, & ARVCI.
Morpit, CORSTOPITVM.
Morby, MORBIVM.





Mornas, MENINI.
Mortaigne, MORITANIA, & MAVRI.
Mortana nigra, PIERIA.
Morte, LETA.
Moruedre, SAGVNTVM, & TVRVLIS.
Mor werid, VERGINIVM *Mare.*
Moſal, SELEVCIA, & NINIVE.
Moſel, DVRBETA.
Moſelle, OBRINCVS.
Moſchovitæ, MOSCHI.
Moſeniga, MESSENE.
Moſſe, NINIVE.
Moſeram, PETRA *Deſerti.*
Moſtagan, CARTENNÆ.
Moſth, ALETA.
Moſul, ASSYRIA.
Motay, CLAVDIVS.
Motte des Saraſins, GALBÆ *Caſtra.*
Mouskeſtroom, VMBILICVS *Oceani.*
Mouſtier, TARENTASIA.
Mozambique, PRASSVM.
Muchli, TEGEA.
Mucuba, SIMÆTHVS.
Muderno, SVDERNVM.
Mudurni, MODRENA.
Muer, SAVARIA.
Mueſe, MOSA.
Muen, HEMODES.
Muers, MVROCINCTA.
Mugello, MVCIALLA.
Mugia, NINGVM.
Mugnone, MINIO.
Muhel, MVGILLONES.
Muyamulcha, NIGIR.
Mula, MALBOS, & NOVANTVM.
Mulbach, MILIARE, & ZEVGMA.
Mulheym, LIRIMIRIS.
Mulnhauſen, ARIALBINNVM.
Mululacha, MOLOCHATH.
Mululo, MALVA.
Mun, MEDIOLANIVM.
Munch, CARPATES.
Munchen, CAMBODVNVM.
Mundecaran, ARVNDA.
Mundello, MOTYA.
Mundi, MANTINIA.
Munſia, APOLLINIS *Ciuitas.*
Mungelino, MAGELLA.
Munſter, MEDIOLANIVM, MINIMIGARDVM, & TARENTASIA.
Munſterſche, BVSACTERI.
Munzemar, MOLOCHATH.
Munzzarum, TAVRVS.
Mur, MVRVM *Vicus.*
Murana, CRABRA.
Murano *vel* Morano, SVMMVRANVM.
Murçia, MAVRITANIA.
Murçia, & Muxacra, MVRGIS.
Mure, MENINI.
Mureck, MVROELA.
Murga, MVRGIS.
Murgo, MORGANTIVM.
Muro, AVGVSTOBRIGA.
Murotraſſino, TESSVINVM.
Muroviza, MVRSA.
Murray firth, VARAR.
Muſa, EXILISSA.
Muſachia, TAVLANTII.
Muſnburg, LIMVSA.
Muſſula, NINIVE.
Muſtaganin, CAREPVLA.
Muſulmanni, TVRCÆ.
Mut, VIDVA.



Mutilina, MVTILVM.
Mutune, METHONE.
Muxacra, MVRGIS.

N.

NAbel, & Nabis, NEAPOLIS.
Nadin, DVDINI.
Nagera, TRITIVM METALVM.
Naha, NAVA.
Najara, TRITIVM METALLVM.
Nain, PHILÆNI *Vicus.*
Naires, BRACHMANES.
Naiſtan, PARTHYENE.
Namurs & Namen, NEMETOCERNA, & CÆRESI.
Nancy, NASIVM.
Nandor Alba, TAVRVNVM.
Nanſa, NERVA.
Nanſer, NAVNES.
Nantes, NANNETES, CONDIVICNVM, & CORBILVM.
Nantua, NANTVATES.
Nao, LACINIVM.
Napoli, NEAPOLIS.
Napoli de Barbaria, NEAPOLIS.
Napoli de Romania, NAVPLIA.
Napolitza, SAMARIA.
Naptha, PALICI.
Naracellebe, ADONIS.
Narbone, NARBO.
Nardo, NERITVM.
Narenta, NARONA.
Naro, AGRIGENTVM.
Narſinga, CARMANIA.
Narua, CHESSINVS.
Nas, NASIVM.
Naſa cepha, CELEVCIA *Nicanoris.*
Naſſenfues, AVREATVM, & ANASSVM.
Naſſa, NASADA.
Naſcaro, SIRIS.
Naſiuancaſi, NICEPHORIVM.
Natalico, HALYSEA.
Natarone, VVLTVRNVS.
Natiſone, NATISO.
Natolia, ANATOLICVM, ASIA, & ORIENS.
Nauarra, VASCONES, & AVSTRIGONES.
Nauarrino, PYLVS.
Naue, TAVRIANVM.
Naual der zee, VMBILICVS OCEANI.
Naugracot, PAROPAMISVS, & IMAVS.
Nauia, NOEGA VCESIA.
Naulelabe, MEROE.
Naunio, NAVNES.
Nautaci, GEDROSIA.
Nazo, EGNATIA.
Neath, NIDVM.
Nebbio, CERSVNVM.
Nebbienſes, CILIMBESII.
Nebel, NEAPOLIS.
Nebilas, SICHEM.
Nebrixa, NEBRISSA.
Necaus, BAGA.
Neckar, NICER, & LVPIAS.
Ned Roma, CELAMA.
Neiſſa, OSI.
Negra, NAR.
Negroponte, EVBOEA, & CHALCIS.
Neiua, CELANDVS.
Nekrokin, ARMVSIA.
Nellenburg, TVLINGI.
Nemo, NEMOS, & TRIVIÆ *Lacus.*
Neocaſtro, HERMÆVM.
Nepanto, NAVPACTVS.
Nepe, NEPET.
Nephrun, NICEPHORIVM.

Neptunio, ANTIVM.
Nerdlingen, ALÆ FLAVIÆ.
Nerdo, NERITVM.
Nerg, DIONYSOPOLIS.
Nerni, NARNIA.
Nero, TANARVS, & TETRICVS.
Nery, CERGOBINA.
Neſter, BORYSTHENES, & TYRAS.
Neſter Alba, HERMONASSA.
Neſita, NESIS.
Neſlo, NESSVS.
Netherbij, ÆSICA.
Neto, NEÆTHYS.
Neube, MEROE.
Neuburg, NOVIDVNVM.
Neuburi, SPINÆ.
Nene, NEBIS.
Neuers, AVGVSTONEMETVM, & NOVIODVNVM.
Neuis, EQVESTRIS.
Neuwenburg, NOVIOMAGVM.
Newenden, ANDERIDA.
Newhauen, NOVVS *Portus*.
Neuport, MEDENA.
Neumarckt, ENDIDEIVM, DEVONA, & NOVIDVNVM.
Neunkirchen, QVADRATA.
Neuphrus, THEVPROSOPON.
Neuſidlerſe, PEISO.
Neuvy, NOVIODVNVM.
Neuwenmarckt, VARINI.
Neuwenſtadt, PENNE.
Nicaphtach, OXVS.
Nicaria, ICARIA.
Nicaſtro, ALIARTVS, & NVMISTRO.
Nichea, & Nichor, NICÆA.
Nicodro, NICOTERA.
Nicopoli, NICOPOLIS, RÆTIARIA, & EMMAVS.
Nicopolize, DRVPHEGIS.
Nicor, NICOMEDIA.
Nicoſia, HEMIGHARA, ERBITA, & LEDRENSIS.
Nicotea, MEDAMA.
Nicotera, MEDAMA.
Nicovat, CORY.
Nicſia, NAXOS.
Nideren Vaulſe, FELICIS *Lacus*
Niebla, CVNEI, & ELEPLA.
Niemecka, GERMANIA.
Niemen, CHRONVS.
Nieper, BORYSTHENES.
Nigde, & Nigidia, NAGIDOS.
Nigir, GIR.
Niiſſa, & Niſſaua, NESTVS,
Nil, NILVS.
Nimbarus, GORDIÆVS.
Nimmegen, NOVIOMAGVM.
Nio, NEA, & IOS.
Niphas, GAD.
Niſar, NEOCÆSAREA.
Niſaro, NISYRVS.
Niſi, ENISVS, & CORONE.
Niſim, MESSENE.
Niſmes, ARECOMICI.
Niſſaua, *vide* Niiſſa.
Niſta, THYAMIS.
Nitzrulatik, MEMPHIS.
Niuelles, NIVIGELLA.
Niuernois, AMBARRI.
Niuers, NIVERNIVM, & NOVIODVNVM.
Nixaria, NEOCÆSAREA.
Nizari, SIRENVSÆ.
Nizza, NICÆA.



Nocera, NVCERIA.
Nochdariazari, PARSVETVS.
Nodales, AROCELVM.
Noeſn, BISTRITIA.
Nogheres, HERACLEA.
Noya, NOELA.
Noyon, NOVIODVNVM.
Nomanoſter, NICONIVM.
Nona, ÆNONA.
Nordſche zee, GERMANICVM *Mare*.
Nordwich, VENTA.
Norlingen, ALÆ FLAVIÆ.
Nort caep, RVBEÆ.
Nortfolckmenne, ICENI.
Northforlande, CANTIVM.
Northeauondune, BENNAVENTA.
Nortgow, NARISCI.
Northampton, ANTONA, & BENNAVENTA.
Northumberlandt, TAIZALI, & MÆATÆ.
Northwales, GENVNII.
Norwegen, NORTMANNI, BASILIA, NERIGON, & CHADENI.
Norza, NVRSIA.
Noſenſtadt, NENTIDAVA.
Noſi, ASSINARVS, NEÆ, & ERINEVS.
Noua Guinea, IABADII *Inſula*.
Noualeſia, OCELVM, & FORVM *Claudij*.
Nouara, NOVARIA.
Nouito, BVTHROTVS.
Nouliers, NOVERVS.
Nouomont, NOVÆ.
Nubia, NVBÆ, & NISVA.
Nuceria, TERINA.
Nuceria de i Pagani, NVCERIA.
Nuiſſ, NOVÆSIVM.
Nueſtra Señora de Tiermas, TERMANTIA.
Nuithlandt, NVITHONES.
Numagen, NIVOMAGVM.
Nura, NICIA.
Nurnberg, SEGODVNVM.
Nyd, NOVIVS.
Nympha, TRES TABERNÆ.
Nymſſ, NEMESA.
Nyon, NEOMAGVS.

O.

OBdach, BADACVM.
Obedeck, GIR.
Obernbaden, AQVIS.
Obern Weſel, FICELIA.
Oberrhijn, & Oberingaw, GBRINCVS.
Oberrois, OXYBII.
Obij, RAPTVM.
Obrac, BORMANICO.
Oby, OVIM, & RHIPHÆI.
Oca, BRAVVM.
Ocaña, OLCADES.
Ochrida, LYCHNIDVS.
Oclin merodach, MEROE.
Oculus Zilice, ALPHEVS.
Oczakou, AXIACE.
Odenwaldt, HERCYNIA.
Oder, GVTTALVS, & SVEVVS.
Oderſo, OPITERGIVM.
Odingen, OENI PONS.
Oedenburg, SACARBANTIA.
Odolengo, BODINCOMAGVM.
Odria, TEDANIVM.
Oedenburg, SEMPRONIVM.
Oeno, ÆNVM.
Oeſel, OSI.
Oeſterich, AVSTRASIA, & AVSTRIA.
Oeſtereicher, QVADI.
Oetmarſen, MARSI.





Oetingen, OENI PONS.
Offen, AQVINCVM, & CVRTA.
Ogento, VXENTVM.
Ogersheim, BORBETOMAGVS.
Oglio, OLLIVS.
Oiarco, OEASO.
Okenyate, VXACONA.
Oldemardum, MANARMANIS.
Old Carlile, VOREDA.
Old Salisbury, SORVIODVNVM.
Old towne, BLESTIVM.
Oldeſeel, SICAMBRI.
Old Radnor, MAGNIS.
Oleron, VLIARVS.
Olira, OSSA.
Oliete, LERIA.
Olit, OLIBA, & OLARSO.
Oliua, IVLIOBRICA.
Oliuerio, HELICON.
Oliuierio caſtello, TYNDARIVM.
Olmucz, EBVRVM.
Olono, MINTHE.
Olorino, ELORONENSIVM.
Oloron, LVGDVNVM.
Olt, ALVTA.
Olulo, OLVLIS.
Om, LAR.
Omidie, CERASVS.
Omirabi, CVSA, & ASAMA.
Omont, ALTOMONS.
Omps, HVS.
One, GISIRA, IOL, & MAGNVM *Prom.*
Onelia, OXVBII.
Onoblacha, DOLOPES.
Onor, HIPPOCVRA.
Ooſtburg, LEVACI.
Ooſtfrieſen, FRISII.
Oottſe, BALTICVM.
Opin, OPANE.
Oppel, OSI.
Oppenheim, RVFIANA, & BANCONA.
Opula, PEPARETHVS.
Orange, ARAVSIO.
Orano, ICOSIVM, & QVIZA *Xenitana*.
Orb, OROBIS.
Orba, VERBIGENVS.
Orbandale, CABALLINVM.
Orbego, VRBICVS.
Orbetello, COSSA, & VETVLONIVM.
Orbo, HIERVS.
Orcane, & Orknay, ORCADES.
Orco, & Orcho, MORGVS.
Orcho, ORICVM.
Orel, OREB.
Orenſe, AVRIA, & AQVÆ CALIDÆ.
Oreto, ORETANI.
Organz, IAXARTES.
Organzi, ORGASI.
Oria, MENLASCVS. & HYRIVM.
Oriola, ORCELIS.
Oriſa, ARGIRI.
Oriſſa, ORTHVRA.
Oriſtagni, ARBOREA.
Orizella, MVRGANTIA.
Orleans, GENABVM, & AVLERCI.
Ormus, ARMVZIA, & MACÆ.
Orna, OLINA.
Ornay, EBODIA.
Oronz, ORONTES.
Orpha, BAMBYCA, & EDESSA.
Orphea, ALPHEVS.
Orrhai, EDESSA.
Orta, HORTANVM.



Ortezzano, VIDICINORVM.
Ortona, ORTON.
Oruieto, OROPITVM.
Oſari, AVSER.
Oſca, CALICVLA.
Oſenburg, OSI.
Oſero, ABSORVS.
Oſiſmor, OSISINI.
Oſma, VXAMA *Argellæ*, & BEGIDA.
Oſman-ili, BITHYNIA.
Oſmo, AVXVMVM.
Oſona, AVSA.
Oſopo, BILIGA.
Oſſea, ASSO.
Oſſera, OSIGERDA.
Oſſuna, VRSO.
Oſta, AVGVSTA *Prætoria*.
Oſterlinger, TEVTONES.
Oſteruant, AVSTREBATENSIS.
Oſtrogard, ROXOLANI.
Oſtrouiza, ARAVZONA.
Oteley, OLICANA.
Othoni, OTHRONVS.
Otmagiuchi, HALYS.
Otranto, HYDRVS.
Otricoli OCRICVLVM.
Ottenwald, ABNOBI.
Oudeman, FARVM.
Oudenarde, NERVII.
Ouerburrow CALATVM.
Ouiedo, BRIGÆCIVM, & ASTVRVM *Lucus*.
Oulx, & Ours, OCELVM.
Ouo, MEGARIS.
Ourt, LETIA.
Ouſche, OSCARVS.
Owſe, GARRIENVS.
Oxenford, OXONIVM, & CALEVA.
Oyſe, ESIA, & ISARA.

P.

PAcca, PAX *Iulia*.
Pachicolamo, ACHELOVS.
Pacti, TIMETHVS.
Padelborn, TEVDERIVM.
Padoa, PATAVIVM.
Padron, IRIA FLAVIA.
Paeſe d'Anguillara, SABATIA.
Paeſe d'Braxena, SABATIA.
Pago, GISSA, & PAGANORVM.
Pagdacia, BABYLONIA.
Paglia, PELIA.
Pais de Aelen, ANTVATES.
Pais de Caulx, CALETES.
Pais de Chabeul, EQVESTRIS.
Pais de Vault, ANTVATES, & NANTVATES.
Palaſigel, LVNARIVM *Prom.*
Palanza, POLENTIA.
Palathia, PRIENE.
Palazzia, MÆANDER.
Palazzo, AD PALATIVM.
Palazzo Maiore, ROMVLEVS *Mons*.
Palazzolo, PATIORVS, MOTVCA, & ACRÆ.
Pale, OZENE, & FREGENÆ.
Paleconia, PALICA.
Palençia, PALANTIA.
Palene, CAVDINE *Fauces*.
Palenſer thal, BREVNI.
Paleocaſtro, ITANVS, MINOA, & APTERIA.
Paleopoli, GVTHIVM.
Palepoli, CORCYROPOLIS.
Palermo, PANORMVS.
Paleſcamandria, SCAMANDRVS.
Paletyron, TYRVS.
Palichi, PALEIS.

Palietto, SARNVS.
Palion, PAVLON.
Paliuro, PALINVRVS.
Palijmere, ELYMA.
Palma, IOS, CALIPODIS, & CIBALIS.
Palmarola, PALMARIA, & PANDATARIA.
Palmer, PALA.
Palmis, AZOTVS.
Palmoſa, LEBINTHVS, PATMOS, & PARTHENOPE.
Palo, FRATVOLVM.
Palomera d'Auila, IDVBEDA, & OROSPEDA.
Palopoli, PTYCHIA, & CELENDERIS.
Palumbara, CRVSTVMERIVM.
Pameas, DAN.
Pamer, PAROPAMISVS.
Pamiers, EPAVNENSE.
Pampelona, POMPELON, & ATHANACIA.
Panale, PHANÆA.
Panare, DIDYME.
Panaria, ICESIA.
Panaro, SCVLTENNA.
Panconia, PALIANA.
Pandalla, CALLATIA.
Pandaſgu, PANASSA.
Pandoſia, MOLOSSI.
Panegon, SOLIS *Menſa*.
Pangelungi, HESPERII *Aethiopes*.
Panido, PACTYA.
Panormo, PANORMVS.
Pantalarea, PACONIA, COSSYRA, & DATALARIA.
Pantalica, HERBESSVS.
Pantanella, LYSIMELIA.
Pantano, OSTIA.
Pantiro, PERINTHVS.
Papcaſtle, EPIACVM.
Pantzenheim, ARIALBINNVM.
Papocz, BASSIANA.
Paradiſo, DIANÆ *Fons*, & PARIVM.
Parenzo, PARENTIVM.
Parga, TORONE.
Pari, PALANDA.
Parimioth, PATALA.
Parias, IOBAB.
Pario, PARIVM, & PAROS.
Paris, LVCOTECIA.
Parlier, CASIVS.
Parmaiola, ARTEMITA.
Parmoſa, PHARMACVSA.
Parnaſo, PARNASSVS.
Paroczlo, PARTISCVM.
Parthen, ALISVS.
Partenkirch, PARTHANVM.
Parther gebirge, APENNINVS.
Paſcoa, ISILIS.
Pas de Calais, FRETVM GALLICVM.
Paſaua, GERENIA.
Paſſaw, PATAVIA, BATAVÆ, BOIODVRVM, CARNVS, & CONSVANETES.
Paſſus canis, CLIMAX.
Paſſus Syracuſarum, PANTACHVS.
Paſtrana, PATERNIANA.
Patane, PERIMVLA.
Patera, PATARA.
Path, BASSIANA.
Pati, AGATHYRION.
Patras, PATRÆ.
Patriarcha, PHTHIA.
Patrington, PRÆTORIVM.
Patzin, PALESIMVNDVS.
Paw. PADVS.
Pauia, TICINVM.



Paula, PATYCOS.
Paulac, PAVLIACVS.
Paulsberg, GEBENNA.
Paulutze, PAVTALIOTORVM.
Paunton, PONS.
Pauonare, CYANEÆ.
Pauonia, PAVCA.
Pautzkerwick, CLYLIPENVS.
Pax, LVSSONIVM.
Paxo, ERICVSA.
Paxoli, POECILE *Petra*.
Paxu, PAXÆ.
Peccais, HALCYDON.
Pechlarn, ARA LAPIDEA, & ARLAPE.
Pectinacorion, BARBYSES.
Peelandt, PÆMANI, & BETASII.
Peſkiam, RHOETEVM.
Pegfelt, POEDICVM.
Pegian, ARMENIA *Minor*.
Pegu, TRIGLYPTON.
Peim, PIADA.
Pekaricium, PECENTINVM.
Pelagoſa, ADRIÆ.
Pelandre, PALÆA.
Pelagonga, PERINCARI.
Pelecas, ALIACMON.
Pelia, PELVS.
Pelin, PANIVM.
Pelina, PETELIA.
Pellicori, HERACLEA.
Pemont, PÆMANI.
Peñafiel, PINTIA.
Pendarachia, HERACLEA.
Pendoli, TYRVS.
Peñflor, ILLIPVLA.
Penguern, VRICOVIVM.
Peniſcola, CHERRONESOS.
Penna, PINNA.
Peña eſcritta, ERGAVICA.
Peñafiel, PINTIA.
Peñas de Guzan, TRILEVCI.
Peñas de Huſen, SCYTHICVM *Prom.*
Peñas Negras, LAPIDES *Atri*.
Pentalo, POECILASIVM.
Pentinia, CORFINIVM.
Pentole, RIPA ALTA.
Pera, CORNV *Byzantiorum*, & PERINTHVS.
Perazuch, BITHIAS.
Percherons, VENELI.
Peregrinorum caſtellum, ECDIPPA.
Perennium, PRENDANESII.
Peretaſlaw, PARASTLABA.
Pergamo, PERGAMVS.
Pergel, CHRONVS.
Periguex, PETROCORII, & VESVNA.
Peringen, TIBERINA *Caſtra*.
Perlacher heyd, BREVNI.
Pernau, TEVRNIA.
Perocopska, TAVRICA *Cherſoneſus*.
Perperi, PAGRASA.
Perpignan, RVSCINO.
Perſenburg, VSBIVM.
Pertus, BERGVSIA, & PERCVSA.
Peruexa, NICOPOLIS.
Peru, OPHIR.
Perugia, PERVSIA.
Perweys, PERNICIACVM.
Peſaro, PISAVRVM, & ISAVRVS.
Peſcara, ATERNVS, BVBA, TRAIANVS *Portus*, & AMITERNVM.
Peſcia, ARNINE.
Peſenas, PISCENA.
Peracal, PATALA.

Pettaw,



Pettaw, PETOVIO.
Peterboru, PETVARIA.
Peteril, PETRIANA.
Petralia, PETRA.
Petramala, CLETA.
Petra de Maricis, MARICI.
Petra Molina, PITINVM.
Petra patria, PETRA.
Petras, PELION.
Petreſſe, ICCIVS.
Petrina, LERNA.
Petro Varadin, ACVMINCVM.
Petrochi, BÆTVRIA.
Petrola, RVDIÆ.
Petrona, RHEGINVM *Saltum*.
Petronella, CARNVS.
Petrun, BRANCHIDARVM.
Petſcheu, QVINQVE ECCLESIÆ.
Petula, ANDES.
Petterſdorff, PATRIDAVA.
Petz, ALA FLAVIANA.
Peurhynguaed, ANTIVESTÆVM.
Pezin, PENEVS.
Pfal, VALLATVM.
Pfaltz, & Pfaltzgraefſchaft, CAPELLATIVM.
Pfeter, VETERA *Caſtra*.
Pfin, AD FINES.
Pflaum. FLOVIVS.
Pfullendorff, IVLIOMAGVS.
Phadiſa, CHADISIA.
Phanar, CHERSONESVS METHENE.
Phanarion, PANIVM.
Phaneromeni, ASINE.
Phanu, THORONVS.
Pharamica, RHINOCORVRA.
Pharaoni, PYRAMIDES.
Pharib, ENIPEVS.
Pharſic, PERSIA.
Pharſala, PHTHIA.
Phaſga, MELANI.
Phazzeth, PHASIS.
Pheachi, ATHACA.
Phelicure, PHOENICVSA.
Phello, PHELLVS.
Pheppurch-Alcapher, GORDIÆVS.
Phermene, RHENE.
Phieſco, PHYSCVS.
Phichtiaid, PICTI.
Phidari, LYCORMAS.
Philadelphia, SELGA.
Philatra, CYPARISSIVM.
Philibe, & Philippopoli, PHILIPPOPOLIS.
Phinica, APERRÆ.
Phioniſſo, LISSVS.
Phinopoli, PHINOPOLIS.
Phiſtona, PINON.
Phonea, LERNA.
Phraſcia, CYTÆVM.
Phtelia, SPERCHEA.
Piacenza, PLACENTIA.
Piadena, PLATINA.
Piamonte, TAVRINI. & COTTIÆ *Alpes*.
Pianello, CIRCIDIVS.
Piano di Perito, VALERIA *Via*.
Piane, ANASSVS.
Piazza, FORVM ALLIENI.
Picello, PSYLLIVM.*
Pico Sagra, SACER.
Picorna, AMNISVS.
Pie de Puerto, SVMMVS PYRENÆVS.
Pienſa, CORSINIANVM.
Piergo, LOVS, & APOLLONIA.
Pierra della naue, TAVRIANVM.



Pietra Santa, FERONIÆ *Lucus*.
Pieue d'Incino, FORVM *Licini*.
Piſar, PHITERNVS.
Pigiada, EPIDAVRVS.
Pilaca, AIAX.
Pilaſtrina, PRÆNESTE.
Pile, THRONI.
Pinburg, EPONA.
Pinder, MODVTI.
Pineda, PINETVM.
Pineda de Patria, GALLINARIA *Silua*.
Pinguento, PICVENTVM.
Piobigo, PELESTINI.
Piomba, HELVINVM.
Piperno, PRIVERNVM.
Piphith, GEDROSIA.
Pir, ORONTES.
Piraina, AGATHYRSVS.
Pireneos, PYRENÆVS.
Pirgi, PERGE.
Pyrothij, VLPIANVM.
Pirreport, IVRA.
Piſa, PISÆ.
Piſatello, RVBICON.
Piſcina de Cyrino, CYANE.
Piſmolta, CYANE.
Piſſia, COSAS.
Piſciotta, BVXENTVM.
Piſſiacum, PISTAS.
Piſſon, NILVS.
Piſtoia, PISTORIA.
Piſtrina, PHILISTINÆ.
Piſuerga, PISORACA.
Pitareuil, EPIDARVM.
Pitigliano, PETELIA.
Pitioridia, EMATHIA, & EBA.
Pittineo, ALESVS.
Pitys, PITYODES.
Pizina, PEVCE.
Pizzo, NAPITIAM.
Pizzofalcone, LVCVLLIANVM.
Placani, ELYMIOTÆ.
Plaitz, CETIVS.
Planizza, INACHVS.
Planoſa, PLANASIA.
Platamona, ALIACMON.
Platan, PYDNA.
Plati, MINYIA.
Platina, LYCVS, & HYPSA.
Plaetſe, HIVLCA.
Plauo, SILIS.
Plaza, PLVTIA.
Pleda, TROEZENA.
Pleſteia, PELESTINI.
Ploudin, PLOTINOPOLIS.
Pluſa, APRVSA.
Po, PADVS.
Podephetan, PODOCE.
Podolia, BODENI, & PATZINACÆ.
Pogdatim, BABYLONIA.
Poggibondi, BONITIVM.
Poggio longo, & Poggio muciacco, ECNOMVS.
Poggio Mirteto, MANDELA.
Poggio reale, PALÆPOLIS.
Pogliſi, STYMPHALVS.
Poholich, ARAGHOSIA.
Poictiers, AVGVSTORITVM.
Poictou, PICTONES.
Poiſſy, PISTAS.
Pola, IVLIA PIETAS.
Polan, BOLLIA.
Policandro, POLYÆGOS.
Policaſtro, PETELIA, VELIA, & LYZIMACHIA.



Polino,

Polino, CIMOLIS.
Polis, POLITORIVM.
Politcha, TITIVS.
Poliſtouia, PHASIS.
Polyttolo, ABDERA.
Pollina, APOLLONIA.
Polouci, GOTHI.
Polluci, PINTIA.
Polme, PATAVIVM.
Pomereulx, POMERIOLÆ.
Pomeren, REVDIGNI.
Pomilianum, POMPEIANVM.
Ponferrada, INTERAMNIVM FLAVIVM.
Ponfria, OROSPEDA.
Pons Sulgæ, VNDALVS.
Pont, PONTVS.
Pont à Moſon, MOSOMVM.
Pont S. Eſprit, PLANASIA.
Ponte d'Alcantara, TRAIANI *Pons.*
Ponte S. Angelo, ÆLIVS *Pons.*
Ponte coruo, FREGELLÆ
Ponte Lamentano, NVMENTANVS.
Ponteland, PONS ÆLII.
Ponte Mammolo, MAMMOLVS.
Ponte Molle, PONS MILVIVS.
Ponte de Lima, LVNÆ *Mons.*
Ponte rotto, ELEVTHERVS, & AVRELII.
Ponte di quatro capi, FABRICIVS.
Ponte Ricciolo, LVCEOLVM.
Ponte Sabia, DREPANVM.
Ponte Vedra, HELLENES.
Ponte Xiſto, IANICVLENSIS.
Pontiana, LARTHENIANVM.
Pontico, CICYNETHVS.
Pontieu, PONTES, & PONTVS.
Pontirolo, AVREOLVS *Pons.*
Ponto nudo, EMPORIVM.
Pontoyſe, PETROMANTALVM.
Ponza, OENOTRIDES.
Porcari, PANTACHVS.
Porcelli, OSTRODES, & PACONIA.
Porcuna, OBVLCO.
Pordapas, SINOPE.
Portcheſtre, CAER.
Pormon, THERMODON.
Por Lion, PIRÆEVS.
Port de Haſſio, DIOSPOLIS.
Porta di Ferro, CINÆDOCOLPITARVM.
Porta Maiore, NÆVIA *Silua.*
Porta S. Pauli, TRIGEMINA,
Porta del Popolo, FLVMENTANA.
Porta roſans, RAME.
Porte croix, STOECHADES.
Portelle, AMANICÆ.
Portes mouth, MAGNVS PORTVS.
Porto, PORTVS, & LAVARE.
Porto Alberto, SELINVS.
Porto Baratto, POPVLONIA.
Porto delle botte, CYPHANTA.
Porto Carbonero, CHARIDEMI *Prom.*
Porto Farina, VTICA.
Porto Fauone, PHILONIVS.
Porto Ferraro, ARGOVS.
Porto Ferrato, POPVLONIA.
Porto Fino, DELPHINI *Portus.*
Porto Gruaro, PORTVS *Romatinus.*
Porto Guiſcardo, SAMOS.
Porto Hercole, PORTVS HERCVLIS.
Porto Iſcauro, SCAVRI *Fundus.*
Porto di S. Lepidio, POTENTIA.
Porto Longobardo. PACHYNVS.
Porta Malfetan, CRESA.
Porto Moriſo, PORTVS MAVRITIVS.



Porto de Pali, VLYSSIS *Portus*, & ODYSSIA.
Porto de Qualeis, TÆNARIVM.
Porto raſſa, PARÆTONIVM.
Porto Sablone, EDRON.
Porto Santo, OMBRIO, & CERNE.
Porto di Sabia, PHILÆNI *Vicus.*
Porto di turre, LIBISONIS.
Porto vechio, PHILONIVS.
Porto Venere, LVNÆ *Portus.*
Portella, AMANICÆ.
Portland, VINDELIS.
Portello, VITIS.
Portes, TAVGETON.
Portſmouth, PORTVS MAGNVS.
Portmuck, ISAMNIVM.
Portogallo, LVSITANIA.
Portus Simeonis, ORONTES.
Portus Tralliæ, VNDALVS.
Poru, BISTONIS.
Porzeuera, PORCIFERA.
Poſen, SETIDAVA.
Poſidonia, PÆSTVM.
Poſnauia, STRAGONA.
Poſſene, PESSINVS.
Potenza, POTENTIA.
Pouueſlandt, LOVENTINVM.
Pozzelli, OSTEODES.
Pozzo reale, DELIOLI.
Praca, ITHACESIÆ.
Præſa, PARTHENIA.
Praga, BVBIEMVM.
Praſobus, HÆMVS.
Prato Magno, ETRVCI *Campi.*
Precins, PRECIANI.
Precop, ISTMVS *Tauricæ Cherſoneſi.*
Prenner, CARVANCAS.
Prentz, BRIVENES.
Presburg, FLEXVM.
Preſerem, PHILIPPOPOLIS.
Prettigow, RHVCANTII.
Prettigouwer-berg, RHETICO.
Preueza, NICOPOLIS.
Preugnac, PRÆMIACVM.
Pridanich, PRÆTORIVM.
Prignico, BIANDINA.
Prilleppo, PRILLAPVM.
Prim, PRIVM.
Primera, DIODORII.
Primero, SPINETICVM.
Principato, PICENTINORVM.
Prioriza, PSYCHIVM.
Priuyſe, NICOPOLIS.
Proclian, SCARDONA.
Procopiana, VLPIANVM.
Proſecho, PVCINVM.
Proſida, PROCHYTA.
Prote, DEMONESVS.
Proteriato, LOCANVS.
Proti, PROTA.
Prouence, NARBONENSIS, ANATILORVM *Regio*, & GALLOLIGVRES.
Pruodo, PROTE.
Prouins AGENDICVM.
Prucupli, TAVRICA *Cherſoneſus.*
Pruim, PRVMENSIS, & NEMESA.
Prut, PORATA.
Prutheni, FENNI.
Przecop, TAPHRÆ.
Przepetz, PANTICAPES.
Pſara, PSYRA.
Pſilotri, IDA
Ptomion, ANCYREVM.
Ptolemeta, PTOLEMAIS.





Puerto, CALE.
Puerto de Guadarama, IDVBEDA.
Puerto de S. Maria, MENESTHEI.
Puerto Muladar, SALTVS CASTVLONENSIS.
Puerto del Pico, IDVBEDA, & OROSPEDA.
Puerto de la Tablada, IDVBEDA, & OROSPEDA.
Puerto de Tornauacas, IDVBEDA.
Puglia, IAPYGIA.
Puglia piana, APVLIA DAVNIA.
Pugna, CALOR.
Puigçerda, CERRETANI, & PYRENÆVS.
Puys, ANICIVM.
Pulici, SOSSIVS.
Pulimalon, ARIA.
Pullerio, SIGIVM.
Punta di Adiazza, VIRIBALLVM.
Punta de Corinto, CHERSONESVS.
Punta de Lopes Gonçales, DEORVM CVRRVS.
Punta de Matriga, EIONE.
Punta di S. Sebaſtiano, FANVM *Saturni.*
Punta de Setia, CHERSONESVS.
Purgatorium S. Patricij, RHIGIA.
Purſter, BYRRHVS.
Puſguſa, NICOMEDIENSIVM *Lac.*
Puſio, TOPIRIS.
Puzzole, PVTEOLI.
Pyntzgow, PENNINVS, & POENINA *Caſtra.*
Pyrothij, VLPIANVM.

Q.

QVaderna, CLATERNA.
Quaetraedt, QVADRIBVRGVM.
Qualpenea, PEPERINA.
Quarnero, FLANATICVS *Sinus.*
Quarquario, ARPONIVM.
Queiloa, TRICADIBA.
Quença, VALERIA.
Querquenes, CERCINA.
Ques, POSIDIVM.
Quiam, BAVTISVS.
Quidaller, ALETHA.
Quieto, NAVPORTVS, & ISTER.
Quilmanci, RAPTVM.
Quiloa, BARBARIA.
Quiniminio, OLIARVS.
Quinoti, CIMOLIS.
Quipia, CLVPEA.
Quiſcon, IONIA.

R.

RAb, ARRABO.
Rabia, SITTACENE.
Rabida, ARABRIGA.
Rabogh, RHOBOGDIVM.
Racanello, CYLISTARNVS.
Racang, RARASSA.
Rachſtadt, TEVRNIA.
Rachzkewi, INTERCISA.
Rackelſpurg, ROLENTIVM.
Rachine, RICINA.
Radacofani, TINNI.
Radini, STRYMON.
Radmanſdorff, QVADRATA.
Ragni, ANTIPOLIS.
Raigni, DECIATIVM.
Raguſe, HIRMINIVM.
Raguſi, EPIDAVRVS.
Raguſienſes, PARTHENI.
Raiz, RATIASTVM.
Ray, PARADISVS.
Raias, TVRMODIGI.
Rakianabes, SABATHRA.
Rakiley, HERACLEA.
Rakuska, AVSTRIA.



Rama, LYDDA.
Ramas, HARMA.
Rameshead, VENICNIVM.
Rampano, ASOPVS.
Ramſey, LIMNOS.
Ramzaret, ROMVLIANVM.
Rana, DOCIRAVA.
Ranalſda, OCETIS.
Randazo, TISSA, & TRINACIA.
Raphei, PANORMVS.
Raſamuzat, APOLLINIS *Prom.*
Raſanario, ANEMO.
Raſacaramis, CAVCANIS.
Raſcia, DARDANIA, & SCORDISCI.
Raſchit, & Raſir, METELIS, & SCEDIA.
Raſe, BAMBYCA.
Raſo culmo, FALACRIVM.
Raſol-heramy, ZEVGITANA.
Ratby, RATAS.
Rathal-Alhaga, ARABIA PETRÆA.
Ratibor, BVDORGIS.
Ratiford, RATAS.
Ratſchach, ROMVLA.
Ratza, RHITTIVM.
Rauagoſo, ORESTIS.
Rauch Alb, ALBA.
Rauenixen, VENDENIS.
Rauenna, RAVENNA.
Raxaltin, CHERSONESVS *Magna.*
Raxaſen, PHYCVS.
Rayhalbitz, HALICYÆ.
Reading, PONTES.
Reama, RIPHEARMA.
Rebel, BELISAMA.
Recalbuto, HALICYÆ.
Reculuer, REGVLBIVM.
Recanati, RICINENSES.
Regen, RVCONIVM.
Regensburg, ARTOBRIGA, & AVGVSTA TIBERII.
Regge, VIDRVS.
Reggio, RHEGIVM *Lepidi.*
Regina, ERIMVM.
Reglis, RHIGIA.
Regnwood, REGNI.
Reichnaw, RHVCANTII.
Reims, DVROCOTTORVM, & RHEMI.
Rekasburg, RHISPIA.
Reno, RHENVS.
Reinero Caſtello, TORONE.
Reiuan, ARTAXATA.
Reytlingen, REVDIGNI.
Remiremont, ROMARICI.
Remle, RAMA.
Remolinos, TARRACONENSIA *Iuga.*
Renty, RENTICA.
Repcheſtre, RVTVPIÆ.
Repicza, RHAMIDAVA.
Rerone, ERETÆNVM.
Reſina, RETINA.
Reſſana, RÆTIARIA.
Retek, RHATACENSII.
Retelois, ESSVI.
Reyme, CAPHARNAVM.
Reyna, REGINA, & REGIANA.
Rezer, DORDOMANA.
Rezzo, RHEGIVM *Iulium.*
Rhabath, OPPINVM.
Rhadſtatterthaurn, TAVRVS.
Rheban, RHEBA.
Rhediue, STRYMON.
Rhedon, RHEDONES.
Rheinthaler, RVGVSCI.

Rhemen, RHAZVNDA.
Rhenes, CONDATE, & RHEDONES.
Rheſiphe, TRINESIA.
Rhetima, RHITYMNA.
Rheyn, DAVTONA.
Rhieſs, RHÆTI.
Rhijn, RHENVS, & MEDIVM OSTIVM *Rheni.*
Rhijdychin, OXONIVM.
Rhindenen, REMI.
Rhingaw, OBRINCVS, & RINVCI.
Rhingouwer, RVGVSCI, & RHENI.
Rhinwalder, LEPONTII.
Rhoa, & Rhoaſſe. EDESSA.
Rhodoſto, BISANTHE.
Rhoer, ADRANA.
Rhore, RHODA,
Rhoſne, RHODANVS.
Rhotcheſtre, DVROBRIVIS.
Rianus lacus, VIDOTARA, & AVRAVANVS.
Ribadeo, DACTONIVM.
Ribas, RHEBAS.
Ribaude, STOECHADES.
Ribceſter, BREMETONACVM.
Ribemont, RIBVARIVS.
Richeborow, RVTVPIÆ.
Richenſee, VERBIGENVS.
Ricla, NERTOBRIGA.
Ried, AVRIANA *Ala.*
Ries, ATHENOPOLIS.
Riere, REATE.
Rieux, RVESIVM, & RIGOMAGVM.
Riez, RHEGIVM.
Rigi, VOLERIVS.
Rigol, RIGODVLVM.
Rimine, ARIMINVM.
Rio de las Algamitas, SILICENSE.
Rio de Cena, CHYLEMATH.
Rio de Codos, COGEDVS.
Rio Franco, FRANCORVM *Riuulus.*
Rio de Henares, CARACCA, & TAGONIVS.
Rio de Millas, IDVBEDA.
Rio de Moruedre, TVRVLIS.
Rio de Moſſo, ALLIA.
Rio Salado, SALSVM.
Rio Tinto, IBERVS.
Rio Verde, BARBESOLA.
Rio de Zinganor, NASABATH.
Rions, SIRION.
Riooja, RVCONES.
Ripa d'oſtria, CORINTHIACVS *Sinus.*
Ripa Maranzi, MARANTIVM.
Ripenſes, CÆRESI.
Rippon, RHIGODVNVM.
Riſano, FORMIO, & RHIZINIVM.
Riſenberg, SVDETI.
Riſo Carpaſſo, ELÆA.
Riturbio, LITVBIVM.
Riuiera di Genoa, LIGVRIA.
Riuo, NVMICIVS.
Riuo di Luſera, NVCERA.
Riuo del Sole, DIGENTIA.
Rizza, ARICIA.
Rober, ERVBRVS.
Robiſch, RAGVNDONA.
Roboreto, AQVÆ *Statellorum.*
Rocana, ETETA.
Rocca, LVPIÆ.
Kocca de Maſtinaces, CARTHAGO.
Rocha Frida, TVRMVLOS.
Rochan de Sintra, LVNÆ *Mons.*
Rocha del papa, ALGIDVM.
Roche de la Truye, CHOERADES.
Roccha di val di Marino, MARINVM.



Rochelle, SANTONVM *Portus.*
Rocha di Monte Dragone, SINVESSA, PETRINVM, & FALERNVS.
Rochitzerberg, CLAVDIVS.
Rockenburg, BRAGODVRVM.
Roda, RHODA, & VIRGAO.
Rode, HYRIVM.
Rodes, SEGODVNVM.
Rodes, & Rodo, RHODVS, & RHVTANI.
Rodacinion, PERIBOLVS.
Rodoſto, PERINTHVS.
Rogela, ROPICVM.
Rogiano, VERGÆ.
Rohoboth, ARMVZIA.
Roye, RODRINA.
Roking, REGIVM, & CASTRA.
Rom, ASIA *Minor.*
Roma, RVCONIVM.
Romania, ARGIA, ACHAIA, & THRACIA.
Romagna, & Romandioli, FLAMINIA.
Romakeſſel, CASSILIACVM.
Romanioli, GÆSATI.
Romen, ROMÆ.
Romechi, GRÆCIA.
Romei, EVROPÆI.
Romont, BRAMAGVM.
Romorantin, RATOMAGVM.
Roncone, VITIS.
Ronda, ARVNDA.
Ronda de la veja, MVNDA.
Roni, PAPHLAGONIA.
Roſa, SIPHÆ, & CAVNVS.
Roſcou, STALIOCANVS.
Roſe caſtel, CONGAVATA.
Roſes, RHODA.
Roſaphar, PARTHENIVM.
Rhoshoptem, ROSTRVM NEMAVIÆ.
Roſſa, RHOSPHODVSA.
Roſſano, RVSCIA, & ROSCIANVM.
Roſſia, CALEDONII, ATHENÆVM, & CAVTI.
Roſella, RVSELLÆ.
Roſene, THIAGOLA.
Roſetto, CANOPVS, & METELIS.
Roſi, RHEGIANVM.
Roſmatini, CHYDA.
Roſtock, LACIBVRGIVM.
Rota, NERTOBRIGA.
Rotas, OREOPHANTA.
Rotcheſtre, DVROCOBRIVÆ.
Rotler, LEMANIS.
Rotta, & Rodoria, RVTVBA.
Rottenthurn, BONTAS.
Rotthauſſ, ROBVR.
Rotwijl, TAXGÆTIVM.
Rouban Thoura, ANTITAVRVS.
Rouen, RHATOMAGVS, & AVLERCI.
Rouergne, RHVTANI.
Rouſſilon, RVSCINO.
Routon, RVTVNIVM.
Roydera, ANAS.
Rubea iſola, CEPHALONNESVS.
Rueda, SECONTIA.
Ruffach, RVFACVM.
Ruffano, CALIPODIS.
Rugen-landt, RVGII.
Rugia, RVGIVM.
Ruie, RVDIÆ.
Ruglate, REGETA.
Rum, ARTZE.
Rumarheym, RVMANEA.
Rumelen, ARIMINVM.
Rumelia, GRÆCIA.
Runckerlandt, SVNICI.





Runcone, RVBICON.
Rupela, PHLIVS, & RVPERA.
Rus, RVRADENSE.
Ruſcæ, RVDIÆ.
Ruſium, TOPIRIS.
Ruſſia, SARMATIA.
Ruſſio, LVNGIPRESSVM.
Ruſſen, DANI, & ROXOLANI.
Rutland, RATAS.
Rymeleberg, ROMARICI *Mons.*

S.

SAal, SALAS.
Saan, SAVARIA.
Saba, Sabaim, & Sabacthani, MEROE.
Sabæ campus, ESDRELON.
Sabaro, SIBARIS.
Sabatio, OCINARVS.
Sabardi, HYGRIS.
Sabinia, SABINI.
Sabionello, OÆNEVM.
Sableſtan, PAROPANISVS.
Sabrono, HIPPONIVM.
Sacca, PINTIA, & THERMÆ.
Saccio, AVZACIA.
Saccania, ARGIA, & LACONICA.
Sacilo, & Saciletto, SACCILANVM.
Sadodela, EDVS.
Saendebar, SABANA.
Særa, PHARÆ.
Safa, TIGRANOCERTA.
Saffaia, SAVVS.
Sagitta, SIDON.
Sagnino, & Sangro, SARVS.
Sagora, THYNNIAS.
Sagrabia, SOROGA.
Sagriano, SAGRA.
Sahid, ÆGYPTVS *Superior.*
Saia, SALIA.
Said, SIDON.
Sainctes, SANTONES, & MEDIOLANIVM.
Saites, BYBLOS.
Sakon, AQVAVIA.
Sala, HYRCANVM *Mare.*
Salaboni, MADIANITÆ.
Salado, SALSVM.
Salamanca, SALMANTICA.
Salamone, SAMONIVM.
Salampria, PENEVS.
Salanga, SACRVM *Prom.*
Salawar, SALIS.
Salcatha, SALECHA.
Salefica, SELEVCIA.
Salefo, CALYCADNVS.
Salem, SALEM.
Salemo, SELINVS.
Saleſo, CALYCADNVS.
Salgora, OTTOROCORRA.
Salinde, GALINDÆ.
Saline, ELEVSINE, ICESIA, OSÆA, DIDYME, CTENOS, RHOSPHODVS, & MARITIMÆ *Stationes.*
Salinea, LIANVM.
Salinello, SVINVM.
Salino, PHITERNVS.
Sallant, SALII.
Salm, SALMONA.
Salmaigne, BOVINIACVM.
Salmo, SVINVM.
Salndy, SALENÆ.
Salobral, SALSVM.
Salobreña, SELAMBINA, & EXITANI.
Salona, SALO, DELPHI, & IADER.
Salonchemen, RHITTIVM.



Salonef, SELINVS.
Salonichi, THESSALONICA.
Salopia, ORDOVICES.
Salorne, SALVRNVM.
Salou, SALAVRI.
Salpi, SALAPIA.
Salſes, SALSVLÆ.
Salſi, GELAS, & HIMERA.
Saltz, IVVAVIVS.
Saltzburg, GESODVNVM, IVVAVIA, & IOVIACVM.
Saluce, SALINÆ.
Saluia, NISSÆA.
Saluiati, TRITOLINVS *Mons.*
Samachi, SAMVNIS.
Sambia, GLESSARIA.
Sammachi, CYROPOLIS.
Samandrachi, SAMOS.
Samarchanda, & Samrachatan, MARACANDA, & SARMAGANA.
Samaſtro, AMASTRIS.
Sambek, SABLONES.
Sambre, PHRVDIS, & SABIS.
Samo, SAMOS.
Samora, SENTICA.
Samotra, AVREA *Cherſoneſus.*
Sanaga, GIR.
Sanahuja, ATHANAGIA.
Sanbucha, SAMBROCA.
Sandes, OCETIS.
Sandioia, SVBRITA.
Sandtzee, BARATHRA.
Sanekius, SANTICVM.
Sangari, SANGARIVS.
Sanguenares, CVNICVLARIÆ.
Sangueſa, SVESSITANI, & ITVRISSA.
Sanguinara, ALESVS.
Sanguino, VVLTVRNVS.
Santaren, IVLIVM PRÆSIDIVM.
Santauer, ERGAVICA.
Santen, VETERA, TROIA, TRAIANA, & SABLONES.
Santerno, ANEMO, VATRENVS.
Santillana, CANTABRI.
S.Agatha, ARTEMISIVM.
S.Agneta, FIGVLNENSIS *Porta.*
S.Alboin, VEROLANIVM.
S.Amand, ELVONENSE.
S.Ander, ANTEQVIA, & FLAVIONAVIA.
S.Andreæ, LEGIO *Germanica Decimaquarta*, CLIDES, BARAM, & SPENDEROBIS.
S.Andres, FLAVIVM, & SANDRIZETES.
S.Angelo, ALVNTIVM.
S.Angelo in Vado, TIFERNVM.
S.Apollinari, CLASSIS.
S.Arpino, ATELLA.
S.Bartholomæo, CRINISVS, & CESTIVS *Pons.*
S.Bartholomæi vallis, FOCVNATES.
S.Benedetto, CVPRÆ.
S.Bernardi, BERGINTRVM, & PENNINVS.
S.Blaſio, AD TVRRES, & FANOMANTIS.
S.Bonifacio, VELIA, & PALLA.
S.Caſſano, AD CASAS CÆSARIANAS.
S.Caſtaldo, BALESIVM.
S.Celloni, SECERRÆ.
S.Cruz de la cerça, VICVS CVMINARIVS.
S.Dimitri, ANTANDROS.
S.Dominici, FIBRENVS.
S.Edmundsburye, VILLA FAVSTINI.
S.Elia, CYPARISSIVM.
S.Elpidio, EMPVLVM.
S.Flora, TINNI.
S.Flour, ROVESIVM, & VELLAVNII.

Senaſecio, SENIA.
Senderew, *vel* Senderinum, SPENDEROBIS, & SIGINDVNVM.
Senez, CEMENELEVM, & SOLLINIENSIVM.
Senga, CINGA.
Sengerer, SEGONTIACI.
Sengi, RAPTVM.
Senigaglia, SENA *Gallica*.
Senio, SENNA.
Senlys, SILVANECTVM.
Sens, SENONES.
Senſa, & Seſia, SESSITES.
Sento, SENTINVM.
Seoleſeu, VITVLI *Inſula*.
Sepino, SÆPINVM.
Seprij caſtrum, INSVBRES.
Septa, EXILISSA, & SEPTEM FRATRES.
Sepulueda, SEGORTIALACTA, & SEGOBRIGA.
Sequino, ARYMAGVS.
Ser, CYRRHVS.
Sera de S. Ioan. CVNEI.
Seracena, SESTIVM.
Serchio, AVSERIS.
Serem porto, MAGNVS *Portus*.
Seretus, TIARANTVS, & HIERASSVS.
Sergna, ÆSERNIA.
Seria, IVLIA FAMA.
Sermione, SIRMIO.
Sermito, SERNICVS.
Sermoua, & Sermoneta, SVLMO.
Sernere, ARIA.
Serpentaria, FICARIA.
Serphone, & Serphena, SERIPHVS.
Seruan, MEDIA, & ATROPATIA.
Serueſtein, SORABI.
Seruia, DARDANIA, MOESIA, & SORABI.
Seſanz, SCINCOMAGVS.
Sesfis, ASSARA.
Seſſa, SVESSA, & AVSONIA.
Seſſula, SVESSVLA.
Seſteron, SEGESTERORVM.
Seſterrio, TREBIA.
Seſtri de Leuante, SEGESTA *Tiguliorum*, & TIGVLLIA.
Set, TIGRIS, & SAOCORE.
Setia, HERACLEA.
Setilia, PAMPHYLIA.
Sethie, DICTE.
Seton, SEGEDVNVM.
Settiſonio, SEPTIZONIVM.
Setubal, SALACIA, DVBAL, & CETOBRICA.
Sevarne, SABRIANA.
Seuenbergen, AMBIVARITI.
Seuens hale, HVNNVM.
Seven wolden, BADVHENNÆ *Lucus*.
Severino, ACMONIA.
Seuero, TETRICVS.
Seueſta, AVGVSTA.
Sevilla, HISPALIS.
Sevilla la veja, OSSET, & ITALICA.
Sewreuſſel, CATARRACTES.
Sewrny, SORNVM.
Sexoli, THESSALONICA.
Sezza, SETIA.
Sfacalhat, SYAGROS.
Shennyn, SENVS.
Shepye, TOLIAPIS.
Shreusburi, SALOPIA.
Siada, SIDON.
Sian, SOBANNVS.
Siaphas, PERSEPOLIS.
Sibaca, OESPORIS.



Siban, SEQVANA.
Siben, SABONA.
Sibecca, CHARAX.
Sibenburgen, DACIA.
Sibin, ANTIOCHIA.
Sibnit, SAIS.
Sibula, SYMBOLON.
Sicambria, LEGIO *Auxiliatrix*.
Sicandro, CIMOLIS.
Sichino, PSYCHIVM.
Sicilia, SICILIA.
Sicino, SICINVS.
Sicla, GABELLVS.
Sicura, OBVLCO.
Sidariſo, GERENIA.
Sideburen, SIATVTANDA.
Siderocapſa, CHRYSITES.
Sidoniſi, ACHILLEA.
Sidra, CALAVRIA.
Sidro, PHERÆ.
Siena, SÆNA.
Sierra d'Alcaraz, ARGENTEVS *Mons*.
Sierra d'Almarſa, ALYBE.
Sierra datiença, IDVBEDA.
Sierra Liona, DEORVM *Currus*.
Sierra Morena, MARIANVS *Mons*.
Sierra Morena, & Sierra molina, OROSPEDA, & SALTVS CASTVLONENSIS.
Sierra de Ronda, SVCCVBO.
Sierra Sigura, ARGENTEVS *Mons*.
Sierra Ximieria, ABYLA.
Siferingen, SEVERINI *Cœnobium*.
Siffalo, ALÆSA.
Sigefridiſmor, MOTA *Palus*.
Sigem, Sigemberg, & Sigemburg, SICAMBRI.
Sigeth, SALINÆ.
Siglio, SCYLLA.
Sigomol, CVMILLVM.
Siguença, SEGONCIA.
Sihor, NILVS.
Syinigius, SIRMIVM.
Silceaſter, VINDOMVM, & SEGONTIACI.
Sile, SILIS.
Silley, SILVRVM *Inſulæ*, SYLINA, & CASSITERIDES.
Sili, SILARVS.
Simanca, SEPTIMANCÆ.
Simau, SYNAVS.
Simboa, AGISYMBA.
Simedro, SIGINDVNVM.
Simiſcaſac, SABA.
Simiſo, AMISVS, & THEMISCYRA.
Simoeres, SCAMANDRVS.
Simolacach, TIGRANAANA.
Simpeler, SEMPRONIVS.
Sinabe, SINOPE.
Sinay, MELANI.
Sindinfu, SERA.
Siney, SEGNI.
Sino, SIRIS, ÆSIS, & SVINVM.
Sinſich, SINCIACVS.
Sintacora, SIMYLLA.
Sintra, TAGRVS *Mons*.
Sinueſſa, SINVESSA.
Sion, & Sitten, SEDVNI.
Siphano, SIPHNOS.
Siponto, SIPONTVM.
Siras, PERSEPOLIS.
Siracuſa, SYRACVSÆ.
Sirbia, SORABI, & MYSIA.
Syrfia, TROGLODYTARVM *Regio*.
Sirin, IOTAPATA.
Sirmiſch, SIRMIVM.





Sirmio, ZEPHYRA.
Syra, SYROS.
Syroen, SIRACI.
Sirt, BRIZANA.
Siruan, ATROPATIA.
Siruela, SALARIA.
Siſon, STISSVM.
Siſſa, ADRVMETVM.
Siſeria, CÆSAREA *Palæſtinæ*.
Siſſeg, & Siſoia, SYSCIA.
Siſſopoli, APOLLONIA.
Siſteron, SEGESTERORVM.
Sit, TIGRIS.
Sithieu, ICCIVS.
Sithnizum, NOAS.
Sitinia, CINNIANA.
Sittingborne, DVROLEVVM.
Siuri-chiſar, OXYLITHVM.
Syvita, SYBOTA.
Siziz, NEPHTALIM.
Sladizza, OSMVS.
Slayne, BVVINDA.
Slauonia, PANNONIA, DALMATIA, & ILLYRICVM.
Sleiſue, OCEANVS *Britannicus*.
Slorpe, VMBILICVS *Oceani*.
Slotna, AVRARIARVM.
Sluys, GESSORIACVM, & LEVACI.
Smirne, SMYRNA.
Soaci, GESSORIACVM.
Soana, SOANA.
Sobal, SYRIA.
Sofala, OPHIR.
Soſſagia, NASABATH.
Soguta, ITEA.
Soigny, GEMINIACVM.
Soiſſon, SVESSIONES, & AVGVSTA *Veſſonum*.
Sollac, CVRIANVM, & NOVIOMAGVS.
Sollago, SVBLACVM.
Solame, CIVARO.
Solanto, SOLVS.
Solbaſar, HALONÆ.
Soldaia, LAGYRA.
Soldi, & Soldino, SELEVCIA.
Soldino, ORONTES.
Soleto, SOLETVM.
Solfataria, FORVM *Vulcani*.
Soli, & Sori, SAVLIVM.
Solies, SALLYES, & SEGOVELLAVNI.
Solina, AXIACES.
Sollanço, LEGIO SEPT. GERM.
Solms, SOLLICINIVM.
Solnich, PEPY LYCHNVS.
Solocho, GÆA.
Solonet, ZYGRIS.
Solothurn, SALODVRVM.
Solueldt, SOLVENSE *Opidum*.
Solwey, ITVNA.
Some, PHRVDIS.
Somerſetshire, MVROTRIGES, & BELGÆ.
Sophia, TIBISCA, & BONONIA.
Sopoto, OLPÆ, & CESTRIA.
Soppan, SOPIANÆ.
Soranto, OLVLIS.
Sorbec, SORABI.
Soreto, ALTANVM.
Sorgue, ORGE.
Soria, NVMANTIA, & SYRIA.
Soriano, CORBIO.
Soridan, TOMADEORVM.
Sorlinges, SILVRVM *Inſulæ*, SYLINA, & CASSITERIDES.
Sorocon, SANDARACA.



Soſo, SOLCI.
Soſſed, SYSCIA.
Soſthenion, LEOSTHENIVM.
Southampton, TRISANTONIS, MAGNVS *Portus*, & CLAVSENTVM.
Souraſeri, SAVATRA.
Souretto, SVDERTINI.
Spachia, LEVCA *Ore*.
Spagmagmuriſi, ARACHTVS.
Spagnola, ATLANTIS *Inſulæ*, & FORTVNATÆ.
Spahan, ASPACHAN.
Spata, SPACVM.
Spalato, SALO.
Spene, SPINÆ.
Speir, NOVIOMAGVM, NEMETES, PYRI *Mons*, NEMETOCERNA, & VANGIONES.
Specia, SEGESTA *Tiguliorum*, & SPEDIA.
Spello, HISPELLVM.
Speluga, TARVESEDE.
Speragia, CVNICVLARIÆ.
Sperlunga, SPELVNCÆ.
Speshart, HERCYNIA, ABNOBI, & INGÆVONES.
Spezze, EPETIVM.
Spigaro, CYZICVS.
Spilimbergo, BIBIVM.
Spirnaſſe, PANYASVS.
Spoleto, SPOLETIVM, & VILVMBRIA.
Spre, SVEVVS.
Spreverio, NEPTVNIVS.
Spurnheade, OCELLI *Prom*.
Squilacci, SCYLLETIVM.
Sta in pace, ELORVS.
Stadia, DIVM, & LORYMA.
Stadio, CICERONIS *Villa*.
Stagnara, DEVELTVS.
Stagni di Venetia, SEPTEM MARIA.
Stagno, HOSTIÆ *Lucus*.
Stagnone, SIRBONIS, & LATARA.
Stain, SABARIA.
Stalato, SALENTINVM.
Stalemura, ANEMVRIVM.
Stalimene, LEMNOS.
Stambol, CONSTANTINOPOLIS.
Stampalia, ASTYPALÆA.
Stancou, COS.
Standia, DIA.
Stanemore, LAVATRIS.
Stanford, DVROCOBRIVÆ.
Starachino, STOBI.
Stargard, VRBS VETVS.
Staueren, STVRII.
Stauri, OLYMPIA.
Stecolna, HOLMIA.
Steygerwaldt, HERCYNIA, & ABNOBI.
Stella, TILAVENTVM, & ANASSVS.
Steenbergen, AMBIVARITI.
Steyrmarck, VALERIA, & CARNI.
Stechio, CASSANDREA.
Stenega, STONOS.
Steppa, ASTAPPA.
Stertingen, VIPITENVM, & FORTIA *Caſtra*.
Stetiner landt, SIDENI.
Sterlingen, VACOMAGI.
Sthenion, LEOSTHENIVM.
Stibes, THEBÆ.
Stylarion, COLVMNA *Regia*.
Stylo, CONSILINVM, & CYPHANTA.
Stimboli, CONSTANTINOPOLIS.
Stinctino, TROGILORVM *Portus*.
Stokeraw, CASTVRIS.
Stockholm, HOLMIA.
Stolp, HYPERBOREI.

Stone, IDVMANIA.
Stoneham, AD LAPIDEM.
Stoneheng, AMBROSII *Mons.*
Stonis ſtadrford, ISANNAVARIA.
Stopodia, GYAROS.
Stora, RVSICADA, & ASTVRA.
Stradella, IELLEIA.
Straesburg, ARGENTORATVM, & VACORIVM.
Straesburger, TRIBOCES.
Straete, FRETVM *Herculeum.*
Stragioni, OSTRACINE.
Strama, CASPII.
Stramuzupa, BOEOTIA.
Strandtfrieſen, FRISII.
Strapenor, OLBIA.
Strathnauernia, LOGI, & CERONES.
Straua, HYRCANIA.
Straubingen, AVGVSTA ACILIA.
Strauico, ISTROPOLIS.
Strel, SARGETIA.
Stretto de Arpaia, CAVDINÆ *Fauces.*
Stretto di Caffa, BOSPORVS *Cimmerius.*
Stretto de Caramania, FRETVM *Ciliciæ.*
Stretto delli caſtelli de Lepanto, RHIVM.
Stretto di Conſtantinopoli, BOSPORVS *Thracius*
Stretto di Gallipoli, HELLESPONTVS.
Stretto di Negroponte, EVRIPVS CHALCIDICVS.
Strigna, STRIDON.
Strigonium, LEGIO *Germanica Decima.*
Striuali, PLOTÆ.
Stromboli, STRONGYLE, & EVONYMVS.
Stromio, PAMISVS.
Stromitza, TIBERIOPOLIS.
Stromona, STRYMON.
Strongili, MACELLA.
Strouiſi, TYMPANIA.
Struden, CATARRACTAS.
Strumita, MYRA.
Stulingen, TVLINGI.
Stulweiſſenburg, ALBA REGALIS.
Sturioni, SEBENNYTICVM.
Swarte water, VIDRVS.
Suachem, PTOLEMAIS, & ASPIS.
Suar, MELITINE.
Suas, SEBASTA.
Subaro, SCYLÆVM.
Subimbre, MAGEDO.
Subſtancion, MONS PESSVLVS.
Subur, BARVSSÆ.
Sucharanto, SAGRA.
Sucoua, CIABRVS.
Sudau, GLESSARIA.
Sudburye, COLONIA.
Sudorhey, REGNI.
Sueden, NORTMANNI, & BASILIA.
Sudeyca, TRIERVM.
Suerby, GABRANTONICORVM.
Suerin, SVARDONES.
Sues, *vide* Zues.
Sueſa, SVESSITANI.
Sugana, vallis, AVSVGVM.
Sula, SEVO.
Swetz, ASCAVLIS.
Sufgemar, AMPSAGA.
Suidia, SELEVCIA.
Suyer-ſee, FLEVI *Lacus.*
Sulmona, SVLMO.
Suls, FOCVNATES.
Sulthania, TIGRANOCERTA.
Sumatra, TAPROBANA.
Sumerein, AD MVROS.



Sumir, SALA.
Sumo ſierra, IDVBEDA.
Sumurano, SYPHEVM.
Sund, BVNITIVM.
Sundis, MARIONIS.
Sunſs, SVNICI.
Suntgow, SEQVANI.
Suola, ANTICYRÆ.
Swol, NAVALIA.
Suonigra, ARAVZONA.
Surey, REGNI.
Suri, TYRVS.
Surrento, SVRRENTVM.
Sus, MASSA.
Sus, & Subu, SVBVR.
Suſa, SIAGVL, & SEGVSIO.
Suſaco, TAZVS.
Suſai, SVSIANA.
Suſamino, OROPVS.
Suſana, SCINCOMAGVS.
Suſied, NEDINVM.
Suſor, TEOS.
Suſtra, SVSA.
Sutherland, CORNABVI.
Suthesk, TAVS.
Sutphen, VSIPETES.
Sutri, SVTRIVM.
Suuete, CAPITOLIA.
Swilli, ARGITA.
Swinar, SERBIVM.
Swine, SVIONES, & VISTVLA.
Suzis, NEPHTHALIM.
Symich, BVBALIA.
Szombath hely, SABARIA.

## T.

TAbárie, TIBERIADIS *Lacus*, & MERON.
Taberna, TRISCENE.
Taburo, TABVRNVS.
Taccaſij, NILVS, & ASTABORAS.
Tachi volicati, GYRTONE.
Tachsfelden, DIDATTIVM.
Tacui, ASTABORAS, & NILVS.
Tadcaſtre, CALATVM, & CALCARIA.
Tadelis, SALDÆ.
Tadino, ARETHVSA.
Tafalla, TRITIVM METALLVM.
Tagaza, THALVDA.
Tagazza, FRONS AFRICÆ.
Tagliate, LATOMIÆ.
Tagliacozzo, FVCINVS *Lacus.*
Tagliamento, TILAVENTVM.
Taigin, THROANA.
Tajo, TAGVS.
Talabo, LOCRA, & PITANVS.
Talandi, ATALANTA, & ANTHEDON.
Talara, ERMÆA.
Talart, ALAPVNTIS.
Talauera, ÆBVRA.
Talauera della Reina, TALABRIGA, LIBORA, & ÆBVRA.
Tallandt, TAVLANTII.
Talmond, PICTONVM *Prom.*
Tamaga, TAMAGANI.
Tamar, TAMARIS.
Tamarit, THOLOBI.
Tamaſa, CHARISTVS.
Tamberg, TAMIALA.
Tame, SINÆ.
Tamer, TAMARVS.
Tamerton, TAMARE.
Tamoriza, TAVLANTII.
Tana, TANAIS.





Tanaro, TANARVS.
Tanea, TAMIA.
Tanedo, TANETVS.
Tanerſtock, TAMARE.
Tanes, TANITICVM.
Tanger, & Tangia, TINGIS.
Tangis, SINÆ.
Taraboſan, TRAPESVS.
Taraçona, TVRIASO.
Taraga, TARRAGENSES.
Tarano, TARINATES.
Tarara, CEMMENVS.
Tarantaiſe, CENTRONES, FORVM *Claudij*, & MEDVLI.
Taraſcon, TARVSCON.
Tarbarth, LITTVS *Altum.*
Tarbe, TARBELLA, & AQVENSIVM *Ciuitas.*
Tarczal, CARPATES, & ALMVS.
Tarcho, PALLENE.
Tardera, THOLOBI.
Tarfaro, ORONTES.
Targa, IARGATH.
Targia, TROGILORVM.
Tariffa, CARTEIA, BELO, & MELLARIA.
Tarn, ATVRVS, & TARNE.
Taro, TARVS.
Tarquene, TARQVINIENSES.
Tarragona, TARRACON.
Tarrega, ATHANAGIA.
Tarſia, CAPRASÆ.
Tarſu, ZEPHYRIVM.
Tarthao, CORTACHA.
Tartar, OECHARDAS.
Tartari, SCYTHÆ, & MÆOTÆ.
Tartaria, SARMATIA, & SCYTHIA.
Tartaro, ATRIANVS.
Taſenberg, DIDATTIVM.
Tatri, CARPATES.
Tauay, TACOLA.
Taue, RHATOSTATHYBIVS.
Tauerna, TRISCHENE.
Taues, TIPASA.
Tauerſcher, ÆTVATII.
Tauignani, RHOTANVM.
Tauila, BALSA.
Tauis, HEREVS.
Taures, DARIA.
Tauris, ECBATANA, PHASIS, TABRESIVM, & TIGRANAANA.
Tauro, BELERIDES.
Tauſanle, TANTALVS.
Taxara, COLONIA.
Teba la veja, ATEGVA.
Tebris, TABRESIVM.
Tebriſium, GERVA.
Tec, ILYBIRRIS.
Teck, TECTOSAGES.
Teckelenborg, TECELIA.
Techala, DOLICHE.
Teculet, DIVR.
Teddelez, IARSATH, & ADDYMA.
Tefeltner, TAMVSIGA.
Tefenſara, BANASSA.
Tefezara, ASTACILICIS.
Teffana, HERCVLIS *Portus.*
Teflis, ZOGOCARA.
Tegil, TIGRIS.
Tehart, TRISIDIS.
Tein, REDINTVINVM.
Teiſſa, PATHISSVS.
Telamone, TELAMON.
Telenſin, TIMICE.
Telez, TVLLVM.



Tellinghead, BOREVM.
Telon, TELO MARTIVS.
Temen de Fuſt, RVSTONIVM.
Temeſwar, ZVROBORA, & TOMÆA.
Tenarizim, NANIGERIS.
Tenda, LIGVSTICI.
Tenedo, TENEDOS.
Teneriffa, NIVARIA.
Tenes, LAGNVTVM.
Teneſſe, PELVSIVM.
Tenet, THANATOS, & TIPASA.
Tenir capi, CAVCASIÆ *Porta.*
Tenna, TIGNIA.
Tenne, SIGA.
Tenſilt, PHTHVTH.
Tenzert, TRISIDIS.
Teplicza, AQVAVIA.
Ter, THICIS.
Teramo, INTERAMNA.
Terani, INTERAMNIA.
Teraſſa, TARSVS.
Terbeſtan, HYRCANVM *Mare.*
Terchin, SOANA.
Tereſſe, ESSVI.
Terga, IAGATH.
Tergia, TROGILORVM.
Teriana, TERINA.
Termele, BVCA.
Termini, THERMÆ HIMERÆ, & INTERAMNA.
Termole, BVBA.
Teroel, TVRDETANORVM.
Terouenne, Terrenborch, & Terwanen, TARVANNA, MORINI, & OROMANSACI.
Terra di Barri, PEVCETII, & APVLIA PEVCETIA.
Terre di Labor, TARBELLI.
Terra di Lauoro, LABORINI CAMPI, & CAMPANIA FELIX.
Terra noua, HERACLEA, THVRIVM, LIBISONIS, EVBOEA, HIPPARIS, TERNOBVM, & TERINA.
Terra d'Otranto, SALENTINI.
Terra di Piccinnacoli, IABADII.
Terra di pulici, SELINVS, & PINTIA.
Terra Sancta, PALÆSTINA.
Terracina, ANXVR.
Terremoto, THERMOPYLÆ.
Terriana, TANATIS.
Territorio de Carinole, STELLATIS *Campus.*
Territorio di Gaudo, LABORIÆ.
Terſacz, TARSATICA.
Terwanen, *vide* Terouenne.
Terwiſch, TIRISTA.
Teſſanderloo, TOXANDRIA.
Teſino, TICINVS.
Tet, RVSCINO.
Teuere, ALBVLA.
Teuerone, ANIO.
Teutderum, THEVDVRVM.
Teute, & Teuteberg, TEVTOBVRGENSIS *Saltus.*
Teutſche, TEVTONES.
Teutſchlandt, GERMANIA.
Tezela, ARINA.
Thalebnach, INDVS.
Thalemincia, MYSIA, & SORABI.
Thamay, RHA.
Thames, THAMESIS.
Thamir capi, CAVCASIÆ *Porta.*
Tharpaſtan, PARTHYENE.
Thata, CÆSAREA.
Thaurn, TAVRVS.
Theachi, ITHACA.
Thebaſſe, CABASSVS.

Thebeſaze, METAPONTVM, & VICENSIMVM.
Theleſe, TELESSIA.
The mul of Canteri, EPIDIVM.
Theodoro, TAZVS.
Therapia, PHARMACIÆ *Sinus*.
Thermini, HIMERA.
Thermole, INTERAMNA.
The landes end, OCRINVM.
Theth, SALINVM.
Theten, MATRICA, & CAMPANIA.
Thetford, ICIANOS, SITOMAGVM.
Thiano, TIANVM.
Thienen, LEGIONEM *Athenienſ.*
Thieto, THYELLA.
Thimar, TAOCA.
Thina, OXVS.
Thocato, NEOCÆSAREA.
Tholey, TABVLEIVM.
Tholna, RIPA ALTA.
Thono, OTHRONVS.
Thoura, Aremnoë, ARMENIA *Maior.*
Thum, OSCELLA.
Thumeneſtia, THESSALIA.
Thuringerwaldt, HERCYNIA.
Thurn, TVRRIS.
Thuſculo, TVSCVLVM.
Thyana, THEBÆ.
Tielt, TIELA.
Tieraſche, ESSVI.
Tiermes, TERMANTIA, & TERMISVM.
Tifelfeldt, TAMVSIGA.
Tifer, DAVTONA.
Tigvident, IOL CÆSAREA.
Tilemarck, THVLE.
Timauo, TIMAVVS.
Timin, THAMMATA.
Tina, TENOS, & OXVS.
Tine, TINA.
Tinea, TIGNIA.
Tinnemouth, TVNNOCELVM.
Tinno, TINIA.
Tintſchen, TINNETIO.
Tionville, DIVODVRVM.
Tirck, CYRRHVS.
Tire, THYATIRA.
Tirholm, OTTONIA.
Tiriolo, TYRVS
Tirititiri, MOSÆVS, & EVLÆVS.
Tirol, IVTVNGI, & TERIOLVM.
Tiros, BRASIÆ.
Tiſaria, MAZACA.
Titul, TIBISCVM.
Tiua, THEBÆ.
Tiuy, TVEROBIVS.
Tiuoli, TIBVR.
Toacara, ARSINOE.
Toaut, MAGETROBIA.
Tobulba, APHRODISIVM.
Toccatu, CAPPADOCIA.
Todi, TVDER.
Toya, MENTISA.
Toledo, TOLETVM.
Tolentino, TOLENTINATES.
Toletanum regnum, CARPITANI.
Tolſa noua, FORVM *Claudij.*
Tolgus, ECHINVS.
Tolna, ALTINVM.
Tolon, TAVRENTIVM, & TELO *Martius.*
Tolouſe, TECTOSAGES, & TOLOSA.
Tomalitze, TMOLVS.
Tomila, VIBALI.
Tomiſuar, TOMIS.
Tongeren, TVNGRI, & VATVCA.



Tongerloo, ADVATICVM *Tungrorum.*
Tonnerre, TRONODERVM.
Topino, TINIA.
Tor, SVR, & ELANA.
Torano, DAMPETIA.
Torbia, TROPÆA *Auguſti.*
Torceſter, TRIPONTIVM.
Tordeſillas, TVRRIS SYLLANA.
Tordino, IVVANTIVS, & BATINVS.
Torgaw, ARGELIA.
Toro, SARABRIS, & SIRENVSÆ.
Torondolos Gabraleris, SVNAM.
Toronum, TYBERIM.
Torra, & Torrenborg, DIERNA.
Torre de gli Arabi, CHIMO, & PLINTHINE.
Torre de l'Annunciata, HERCVLANEVM.
Torre de i bagni, SVESSIANÆ *Aquæ.*
Torre di Græco, HERCVLANEVM.
Torre de i gioparelli, PALÆPOLIS.
Torre di Mar, METAPONTVM.
Torre Diueto, & Torre del Oliueto, DYMÆTHVS.
Torre della patria, LINTERNVM, & DOMITIANÆ.
Torre de Orlando, MVNATII.
Torre di Ottauo, HERCVLANEVM.
Torre quemada, AVGVSTA NOVA.
Torre Vedra, ARANDIS.
Torta, HIMERA.
Tortona. DERTONA, & DERTOSSA.
Tortoſa, ANTARADOS.
Tortoſia, ORTHOSIS.
Toſa, MONALVS, & ATISO.
Toſcana, TVSCIA.
Toſcanella, TVSCANIENSES.
Totia, GANGRE.
Tornes, TOTONESIVM *Littus.*
Towij, TOBIVS.
Toul, LEVCI.
Toulb, ADRVMETVM.
Toupie, TOLBIACVM.
Tour de Cordan, ANTROS.
Tour d'Ordre, FARVM.
Tournay, TORNACVM, & NERVII.
Tournon, TINVRTIVM, & TAVREDVNVM.
Tours, & Touraine, TVRONES, & CÆSARODVNVM.
Trabelos, TRIPOLIS.
Trabuco, BATHRACVS.
Trachina, TRISMIS.
Trafalgar, IVNONIS *Sacrum*, & BELO.
Traietto, MINTVRNÆ.
Traina, TIMETHVS.
Trait, OBTRICENSE.
Tranburg, TRAIANI *Munimentum.*
Trani, TRANVM.
Tranſſiluania, DACIA.
Trapani, DREPANVM, ERYX, & RHIVM.
Trapano, LOTOA.
Traſſimo, TVSSVINVM.
Trau, TRAGVRIVM.
Trauburg, DRACVINA.
Traue, TREVA.
Trauemunde, DRAGAMVTINA.
Traxt, APAMIA.
Trebizonda, TRAPEZVS.
Trebiſatio, VICENSIMVM, & METAPONTVM.
Trecento, TRICESIMVM.
Trefontane, COSYRVS.
Treglio, IVTVRNA.
Treguer, TRECORENSIVM.
Tremigan, MARGIANA.
Tremiſſen, MAVRITANIA, TENISSA, & TIMICA.
Tremituge, TREMITHVS.





Trenio, TRINIVM.
Trento, TRIDENTE.
Treui, MVTVSCÆ.
Treuizana, & Treuizo, EVGANÆI.
Trezina, TROESENA.
Trieſte, TERGESTE.
Triadizza, SARDICA.
Triana, OSSET.
Tribanta, PESSINVS.
Tribunienſes, TRIBVLIVM.
Tricala, TRICCA.
Tricht, OBTRICENSE.
Trieues, AVGVSTA *Tricaſtinorum.*
Triejo, TRITIVM.
Triendt, TRIDENTE.
Trieriſche, TREVIRI.
Trieu, TETVS.
Trigay, TRECORENSIVM.
Trimin, TELCHIR.
Trionto, HYLIAS.
Tripition, AMILTON.
Tripleuer, TRIVMPILINI.
Tripoli, TEVTHRANIA.
Tripoli de Barbaria, TRIPOLIS, & NEAPOLIS.
Triſpete, THESPROTVS.
Triſſino, TESSVINVM.
Triſtena, NEMEA.
Triuetto, TVTICVM.
Trochara, ARSINOE.
Troia, ÆQVANA, METVLVM, ASCVLVM, ILIVM, TROIA, CASTRA ANNIBALIS, & CETOBRICA.
Troies, TRICASSINI.
Trois chaſteaux, AVGVSTA *Tricaſtinorum.*
Troyna, TRAIANOPOLIS.
Troenewijth, LONDINIVM.
Tronto, TRVENTVM.
Troode, OLYMPVS.
Tropea, POSTROPÆA.
Troſſulo, TROSSVLVM.
Trozo, SIRENVSÆ.
Trucula, TRVCONES.
Trugillo, IVLIVM PRÆSIDIVM, & CASTRA IVLIA.
Truglio, PISONIS *Villa.*
Trupia, TRIVMPILINI.
Tubinger, TVBANTI.
Tudder, THEVDVRVM.
Tudela, DVBAL.
Tui, TYDE.
Tuile, AREBRIGIVM.
Tuin, AD FINES.
Tuina, TARIONA.
Tulie, FLEVO.
Tulna, CATVLINA *Caſtra.*
Tulza, SITIOENTA.
Tunes, & Tunizi, TVNES.
Tunetanum regnum, BYZACIVM, & AFRICA *Propria.*
Tunſa, TÆNARVS.
Tur, & Turla, MELANI.
Turbayſel, BERSABE.
Turbella, EDVS.
Turbia *vide* Torbia,
Turcheſtan, & Turcia vetus, IAXARTÆ.
Turre, CVRES.
Turcomania, CILICIA, ARMENIA *Maior*, & BASILISENE.
Turcia maior, ASIA *Minor.*
Turcia Nigra, MESOPOTAMIA.
Turcken, TVRCÆ.
Turcia noua, ASIA *Minor.*
Turcicum imperium, ORIENS.



Turczfeſt, SVCCI.
Turgaw, TVREGVM.
Turingerwaldt, BACENIS.
Turino, AVGVSTA *Taurinorum.*
Turo, TIRISCVM.
Turrecula, *fortè* Torricello, ITHACESIÆ.
Turqueſtan, CARMANIA, & ARIA.
Turris Arabum, PLINTHINE.
Turſa, TARVSATES.
Tuſculano, BENACVS.
Tuſenlandt, STVRII.
Tuſſenberg, TAXGÆTIVM.
Twede, VEDRA.
Twendt, TVBANTES.
Tzacones, LACONICA.
Tzadurile, DORYLÆVM.
Tzum dreyen buchen, TRIBOCES.
Tzupri, CVPERIVM.

## V.

VAcca, BELERIDES.
Vacenkirchen, STANACVM.
Vadi, & Vai, SABATA.
Vadimonio, VADIMONIS.
Vaielitia, THESPROTIS.
Vaiſon, VAISSONENSIS.
Val Beneuentana, SAMNITES, & SAMNIVM.
Valle di Compare, ITHACA.
Val Fontenay, BODIONTII.
Val de Fuentes, AD SORORES.
Valle de Frecento, ANSANCTI *Valles.*
Valle di Gardano, CAVDINÆ *Fauces.*
Val de Luna, HAIALON.
Val Montone, VEMPSVM, & LABICVM.
Valento, GALESVS.
Valle di Montirone, CAMPI MACRI.
Val de Nebro, NEMETOBRIGA.
Val de Niolo, LICNENI.
Val d'Oſta, SALASSII.
Val Pellina, POENINÆ *Alpes.*
Val de Viſo, VOCONTII.
Val de Serra, ASSERIATES.
Valania, BALANÆÆ.
Valbach, VALENA.
Valca, CREMERA.
Vale, CENION.
Valladolit, PINTIA.
Vallania, ELEVTHERVS, & VELLAVNII.
Valleſia, SEDVNI.
Vallis Cilleræ, MEDVLLI.
Vallis Sugana, EVGANEI.
Vallivadia, DORIS.
Valckenburg, CORIOVALLVM, NVAGERRA, & FALCONIS *Mons.*
Valençia, VALENTIA.
Valenza, FORVM *Fuluij.*
Valençe, VALENCIA.
Valenchiennes, SCALDIS *Pons*, & VALENTIANÆ.
Valentinois, SEGOVELLAVNI.
Valera de Suſo, La Veja, & La Quemada, VALERIA.
Valeria, VALERIA, & NERTOBRIGA.
Valeſtano, VARENTANVM.
Valeſtra, BALISTA.
Valiſa, HEBRVS, & RHODOPE.
Valpo, VALDANVS.
Valtierra, VIBIENSES.
Valua, FELIGNI.
Vamba, GERTIGOS.
Van, & Vanic, MANTIANA.
Vance, VENSIENSIVM.
Vandoma, VETAONIA.
Vanença, VALLATA, & PETAVONIVM.

Vannes, DARIORIGVM, & VENETI.
Vara, VIROVESCA, & BOACTVS.
Varaſdinum, VARIANA.
Varca, CREMERA.
Varcile, VIBIENSES.
Vardari, AXIVS.
Varea, VARIA, & VERALA.
Varhel, VLPIA, & ZARMISOGETHVSA.
Variecha, TITIVS.
Vardogna, TYMPANIA.
Vareſcio, BARETIVM.
Varna, DIONYSOPOLIS, ODYSSVS, & TIBERIOPOLIS.
Varo, VARVS.
Varſac ili, PISIDÆ.
Vaſcapu, PYLÆ *Gethica.*
Vaſento, CASVENTVM.
Vaſigluze, RHODOPE.
Vaſilopotamo, THALAME, & MARIVM.
Vaſto, HISTONIVM.
Vathi, LA.
Vatica, BOÆ.
Vatiza, POLEMONIVM.
Vatter, CARPATES.
Vauiſſa, LOVS.
Vayngen, VANGIONES.
Vayona, TITVLCIA.
Vbeda, IDVBEDA, BETVLLO, & VLLA.
Vbich, VBII, & VLPIACVM.
Vçelis, VXENA.
Vchtlandt, NANTVATES.
Vdine, VTINA, & IDVNVM.
Vdenheim, NEOMAGVS.
Vecht, FLEVVM, & VIDRVS.
Vectuarij, VITÆ.
Veczel, ZARMIZOGETHVSA.
Vegia, PORTVNATA; & CVRICTA.
Vela, & Velach, CARNICVM *Iulium.*
Veilenbach, VALLATVM.
Vejer, MENESTHEI *Portus.*
Veium, ANTONA.
Velay. VELLAVNII.
Velana, ELEVTHERVS.
Veleya, VELIA.
Velez, VRCESA. & VESCIS.
Velis de Gomera, ACRATH.
Velez Malaga, SEX.
Velona, ORICVM, EPIDAMNVM, & APOLLONIA.
Velia, VLIA.
Velichi, ACHERON.
Vella, ANTIPHILI *Portus.*
Velona, EPIDAMNVM.
Veltenburg, ARTOBRIGA.
Veltſick, BELGIS & CICERONIS *Caſtra.*
Veltlin, & Veltolini, VENNONETES.
Veltz, VALCVM.
Veluwe, CANINEFATES.
Venafri, VENAFRVM.
Vendoſme, VINDINVM, & ALISIVM.
Vendres, RVBRENSIS *Lacus.*
Venecia, ZARMISOGETHVSA.
Venoſa, VENVSIA.
Venſone, PICIS *Mons.*
Ventotiene, PARTHENOPE.
Ventuſia, AVSONA.
Venza, VINTIVM.
Vera, BAREA, VIRGI, & ABDARA.
Verataſer, ECHEDORVS.
Vercelli, VERCELLI.
Verde, VERESIS.
Verdiſo, PERONTICVM.
Verdun, VERODVNVM.
Verre, LINVM.



Vergaſſins, VELOCASSES.
Veria, CHRYSAS, PYDNA, PIERIA, HELICON & BERRHOEA.
Verhel, ZARMISOGETHVSA.
Veringen, VARINI.
Verlia, OLBIA.
Vernator, BELO.
Verines, VERNEMETES.
Vernicatio, APRVSTANI.
Vermand abbaye, AVGVSTA *Veromanduorum.*
Vermandois, VEROMANDVI.
Vernauda, TARGINES.
Verulam, VEROLANIVM.
Verona, VERONA.
Veruin, VERBINVM.
Veſciano, BESCIA.
Veſle, VIDVLA.
Veſo, VESVLVS.
Vetralla, FORVM *Caßij.*
Vetrana, VERETVM.
Vetulia, VETVLONIVM.
Veulqeſſins. VELOCASSES.
Veyçama, SEGIMONENSES.
Vggel, VGGADEM.
Viadana, VITELLIANVM.
Viarons, AVARICVM.
Vicarello, BIRACELVM.
Vich, AVSA.
Vicentia, PICENTIA.
Vicenza, VICENTA.
Vicheria, IRIA.
Vicari, HYCCARA.
Vico, ELBI *Vicus*, RVFI VILLA, & ÆQVANA.
Vicorchiano, HORCHIANVS.
Vicouaro, VICVS VALERIVS.
Vicouenza, ÆGONES.
Victoria, VELLICA.
Vidino, VIMINATIVM.
Vienne, VINGENNA.
Vienne, VIENNA.
Vierço, BERGIDVM.
Viglia, PORTVNATA.
Vignonnet, VISIO
Vihicio, VISONTIVM.
Vilaco, IVOLLVM.
Vilaine, VINDANA.
Villaco, Villach, FORVM *Vibij*, CARNICVM *Iulium.* & VACORIVM.
Villa di Adriano, TIBVRTINA *Villa.*
Villa de capilla, MIROBRIGA.
Villa dolce, VOLCIANI.
Villa franca, CARTHAGO *Vetus*, TROPÆA *Augusti*, & PORTVS HERCVLIS.
Villa Ioyoſa, HONOSCA.
Villa nueua d'Alcaraz, CASTAON.
Villa di Ruuignas, PAVLINI *Prædia.*
Villalon, AVIA.
Vilaine, HERIVS.
Vililla, CELSA.
Villamanta, MANTVA.
Villar de pedroſo, AVGVSTOBRIGA.
Villebon, IVLIOBONA.
Ville neufue, PENNE.
Villena, BIGERRA.
Viltz, QVINTANÆ.
Vimy, VIMINATIVM.
Vintancheſtir, VENTA.
Vindicari, NAVSTATHMVS.
Vinding, AVGVSTA *Vindelicorum.*
Vinſtgow, VENNONES.
Vintimiglia, ALBINIMINIVM.
Vipao, FRIGIDVS.
Viperata, ALBVLA.





Vique, CORBIO, & AVSA.
Viſardo, CLIBANVS.
Viſchmundt, ÆQVINOCTIVM.
Viſegrad, FELICIS *Lacus.*
Viſeo, VISONTIVM.
Viſet, TOXANDRIA, & VEGESATVM.
Vishegradum, CVRTA.
Viſigiolo, TOGISONVS.
Viſſaopatan, SIPPHARA.
Viſtiza, ÆGIVM.
Viſtritza, ERIGONVM.
Viſtricia, PISTRENSEM.
Viterbo, VITERBVM.
Vitilo, BITYLA.
Viuarez, HELVII, VELLAVNI, & VIVARIENSE.
Viuerais, HELEVTERI.
Viuiers, VIVARIENSE.
Viuis, BIBISCVM, & BAVTÆ.
Vize, BIZA.
Vlaenderen, PLEVMOSII, & MENAPII.
Vlaerdingen, PHLADIRTINGA.
Vlaſtra, VELIA.
Vlie, FLEVVM.
Vlm, ALCIMOENNIS.
Vloska, ITALIA.
Vlpen, VLPIA LEGIO XXX.
Vlubat, LOPADIVM.
Vmarabea, RVSIBIS, & CVSA.
Vmbrone, VMBRO.
Vncra, ANCYRA.
Vnderſe, VENETVS *Lacus.*
Vodena, ÆDESSA.
Vogel, CLAVDIVS, ADVLA, & REGIS *Mons.*
Vogelsberg, MELIBOCVS.
Vogera, IRIA.
Vogiron, VAGORITVM.
Voidonat, ATRACES.
Voithland, NARISCI, & MERANIA.
Voidſperg, VIANA.
Volana, OLANE.
Volcano, VVLCANI *Inſula.*
Volce, VOLCIANI.
Volcowar, VALCVM.
Volemuth, VOLIBA.
Volga, RHA.
Volhania, ALAVNI.
Voli, SCYLÆVM.
Voliſmeni, PANORMVS.
Vollenhoue, FLEVVM.
Volo, MALIACVS.
Voltaggio, VEITVRII.
Volterra, VOLATERRÆ.
Voltolina, VENNONETES.
Volturno, VVLTVRNVS.
Volynia, ALAVNI.
Vomano, VOMANVS.
Vonizza, ANACTORIVM.
Voragine, VIRGIVM.
Vordonia, AMYCLÆ.
Vornoc, PICTONVM *Prom.*
Voſpero, PANTICAPÆA, & BOSPORVS *Cimmerius.*
Voſpico, BOSPORVS *Cimmerius.*
Vorhara, PALIBOTHRA.
Vouga, VACCA, & VACVA.
Vpſus, HYPSVS.
Vramea, MENLASCVS.
Vrba, VRBEM.
Vrbino, ORVINIVM, VRBINVM, & SVASA.
Vrbiſalio, SALVIA VRBS.
Vrdax, HVRDASPALENSIS.
Vren, TAVRISCI.



Vreo, APSVS.
Vrgel, ORGELITANVS.
Vrickia, RAVRICI.
Vrou Venus berch, FISCELLVS *Mons.*
Vrſimorſo, ABYSTRVM.
Vruitello, VETVLONIVM.
Vſano, VERETVM.
Vſcupia, SCOPI.
Vſeford, OXONIVM.
Vſento, VXENTVM.
Vshant, AXANTOS.
Vske, BVRRIVM.
Vſtica, EVONYMVS.
Vtrecht, TRAIECTVM, LVGODVNVM, VTRICESIVM, & TRICESIMÆ.
Vttockceſter, ETOCETVM.
Vtuarhel, VTIDAVA.
Vuerne, PLEVMOSII, & BLOETINI.
Vui, VAGA.
Vulcania, HIERA.
Vulcanos, ASINE.
Vulſi, STYMPHALVS.
Vzes, VTICA.
Waat, NANTVATES.
Waccamach, TRAPEZVS.
Wacklinford, CALEVA.
Wael, VAHALIS, & HELVIVM.
Waga, VAGVS.
Wagening, VADA.
Wailheim, BENLAVNI.
Wal of the pictes, HADRIANI *Murus.*
Walachia, DACEA, & MOESIA.
Walacher, GETÆ, & ANARTES.
Wallingford, CALEVA.
Walliſend, VINDOMORA.
Walliſſerland, VALINSA, SEDVNI, LATOBRIGI, VERAGRI, & VALLENSES.
Waltowne, AD MVRVM.
Wan, IBAN.
Wangen, VIANA.
Waradinum, BVRIDEENSII.
Waram, VARIANA.
Wardhuys, RVBEÆ *Promont.*
Warmienſis, VARINI.
Warmſe, AQVÆ CALIDÆ.
Warwijcke, VEROVICVM, VIROVIACVM, BORCOVICVM, & PRÆSIDIVM.
Waſgew, NEVSTRIA.
Washe, METARIS.
Waſſerburg, CONSVANETES.
Waſſerfal, IVRA.
Waterford, DVNVM, & MANAPIA.
Waterlandt, FRISIABONES.
Ways, DVMNA.
Wegierska, PANNONIA.
Weyden, VTINA, & IDVNVM.
Weisbaden, BVCINOBANTES.
Weiſſenburg, ALBA IVLIA.
Weiſſenhorn, VIANA.
Welle, VMBILICVS *Oceani.*
Wels, LOCVS FELIX.
Wencelande, SILVRES.
Wenden, VANDALI.
Wenicza, VINCENTIA.
Werceſtre, BRANGONIA.
Were, VEDRA.
Wereminſter, VERLVCIO.
Werencze, CLAVDIVS.
Werewike, VIROSIDVM.
Werſl, CATARRACTAS.
Weriphout, GORDIÆVS.
Werlam, VEROLANIVM.
Wernow, CHALVSVS.

Wert, QVARTENSIS.
Wertach, VINDO.
Weſel, ALISO.
Weſer, VISVRGIS.
Weſet, VEGESATVM, & TOXANDRIA.
Weſtcheſter, PRÆTORIVM, CAMVLODVNVM, & DEVNANA.
Weſterwalt, HERCYNIA, & BVRONIA.
Weſtfalen, ISTHÆVONES.
Weſtfrieſen, FRISIABONES, & Weſtfrieſlandt, FRISII.
Weſtmerlandt, DAMNII.
Weſtwales, DEMETÆ.
Wethelingceſtre, VEROLANIVM.
Whittern, LVCOPIBIA.
Wicht, VECTIS.
Wijck te Duerſteden, BATAVODVRVM.
Wijdnie, ALA FLAVIANA.
Wiefelsburg, AVENTICVM.
Wieſle, ILA.
Wielinge, HELVIVM.
Wien, FLEXVM, & ALA FLAVIANA.
Wienerwaldt, BOIORVM *Deſerta.*
Wijlhyre, BELGÆ, & SEVERIANI.
Wildloch, AMRIMVM.
Wilſnach, SVSVDAVA.
Wilten, VELDIDENA.
Wiltenburg, VTRICESIVM.
Wimpfen, CORNELIA.
Winburne, VINDOGLADIA.
Winandermer, SETANTIORVM.
Winceſter in the wal, VINDOGLADIA, & VENTA.
Winden, VANDALI.
Windenlandt, LLLYRICVM, & SAVIA *Pannonia.*
Windiſch, VINDONIS, & VINDONISSA.
Windiſch-gratz, VENDVM, & VINVNDRIA.
Winlandt, VENEDI.
Winterthur, VITODVRVM.
Wipach, FRIGIDVS.
Wirtenberg, DECVMATES, CARITNI, & VIRTVNGVI.
Wirtzburg, ARTAVNVM.
Wiſlaus, VISTVLA.
Wiſſenburg, SEBVSIANI.
Witlam, BVLLÆVM.
Wittenberg, CALÆGIA.
Witte zee, GRANDVICVS.
Wixel, VISTVLA.
Wolfartzhauſen, AVGVSTA *Vindelicor.*
Woodcote, NEOMAGVS, & NOVIOMAGVS.
Worceſtre, BRANOVIVM.
Wormbs, BORBETOMAGVS, VANGIONES, & BORMIÆ *Aquæ.*
Worſtfrieſen, FRISII.
Worceſtre, BRANNOGENIVM.
Wrekeceſtre, & Wrokeceſtre, VRICOVIVM.
Wuciderna, VIMINATIVM.
Wurmſerloch, RHÆTICA *Iuga.*
Wurtzgarten, CARPATES.
Wuziterno, ARRIBANTIVM.
Wxilica, IALYSVM.
Wyngarten, VIMANIA.
Wynz, PINON.

X.

XAcca, AD AQVAS.
Xaiſmael, PERSIA.
Xalon, SALO.
Xantoigne, & Xantes, SANTONES.
Xatiua, AVGVSTA VALERIA, SÆTABIS, & SEDETANIA.
Xelſa, CELSA.
Xenil, SINGYLIA.
Xenoxua, HERACLEA.



Xerea, ASTA.
Xeres, ESVRIS.
Xeres de la Frontrera, XERA, ASTA, SISAPONE, & ASSIDONA.
Xerolibado, CITARIVS.
Xeraſe, TITVACIA.
Xilef, CARTENVS.
Xili, ONVGNATHOS.
Xiloca, BILBILIS.
Xylocaſtro, ÆGIRA, & ÆGINA.
Xiria, PHOLOE.
Xoa, AZANIA.
Xucar, SVCRO.

Y.

YAre, GARIENVS.
Yarmouth, GARIANNONVM.
Ybelim, GETH.
Yeriſco, PANORMVS.
Yerri, ARACILLVM.
Ygnos, ÆNVM.
Yhadeda, MYLA.
Yhaſibli, CACYPARIS.
Yhomiſo, DIANÆ *Fons.*
Yla, EPIDIVM.
Ymwithig, VRICOVIVM.
Yoicſta, EGELASTE.
Ynis Ruochijm, THANATOS.
Yonne, ICAVNA.
Yorck, EBVRACVM.
Yres, ATHENOPOLIS, & OLBIA.
Yri, PHLIVS.
Yſel, FLEVVM.
Yſelburg, ALISO.
Yſere, ISAR.
Yſoldun, EXOLIDVNENSE, & VXELLODVNVM.
Yſſel, FOSSÆ *Druſianæ.*
Yſtwythi, RHATOSTYBIVS.
Yuerdun, EBRODVNTII.
Ywerdhon, HIBERNIA.
Yuica, EBVSVS.
Yumach cama, PERSICVS *Sinus.*
Yuois, IVODIVM, & IPOISSIVS.

Z.

ZAbbay, PARADISVS.
Zabern, TABERNÆ.
Zacari, SANGARIVS.
Zaconia, LACEDÆMON.
Zacuth, EVRYMEDON.
Zadra, AVSIGDA.
Zafaran, CLVPEA.
Zaffo, IOPPE.
Zagarolo, MARIANA *Villa,* & GABII.
Zagari, SANGARIVS, & CALPAS.
Zagathay, BACTRIANA, & SOGDIANA.
Zagoria, DEVELTVS, & MOESIA INFERIOR.
Zagrabia, VICVS ITALICVS.
Zaguria, DEVELTVS.
Zahara, LIBYÆ *Deſerta,* & ARABICVS *Sinus.*
Zaladna, SLOTNA.
Zalonkemen, ACVMINCVM.
Zambra, CISIMBRENSIS.
Zambre, CAMBRE.
Zambri, ARMVZIA.
Zamko, ANTIANÆ.
Zamora, ORCELIS, SISAPONE, & ZAMORA.
Zanaga, DARATIS.
Zanagra, AVTOMALA.
Zanara, DIARRHOEA
Zanguebar, AGISYMBA, & FRONS *Africæ.*
Zania, IAMNA.
Zante, ZACYNTHVS.
Zanto, OSONES.





Zoarat, PISIDON.
Zapprinum, SACARBANTIA.
Zaqueiſmael, SVSIANA.
Zara, IADERA.
Zaracin, IESRAEL.
Zarra, LIBYÆ *Deſerta.*
Zarza vico, VICVS.
Zarzuara, FRATERIA.
Zachalon, CENTVM COLLES.
Zata, CORNACVM.
Zazella, TONICA.
Zarſebes, ZEVGMA.
Zea, CIA.
Zeb, AVRASIVS.
Zedico, SACAZAMA.
Zeeblack, SOPIANÆ.
Zeelandt, ARBORICHÆ, & MATTIACI.
Zeilan, NANIGERIS, & TAPROBANA.
Zey, CIANA.
Zeython, APHETERION.
Zelie, ALPES IVLIÆ, & CYZICVS.
Zeiſſelmaur, CECIA.
Zelbicdibes, ARMENIA MAIOR.
Zema, IDVBEDA.
Zenderin, SIGINDVNVM, & SPENDEROBIS.
Zenegas, STACHIR.
Zentmar, BORGVM, & CENTENARIVM.
Zanzibar, AGISYMBA.
Zepd, CILICENÆ.
Zerbi, LOTOPHAGITES, & ZETTHA.
Zerecin, IESRAEL.
Zerro de los Infantes, ILVRGIS.
Zerunaz, ADRA.
Zetriuar, CITHRVM.
Zeuga, SENIA.
Zezil, GITLVI.
Zia, CEOS.
Zibelletto, BYBLOS.
Zidem, OCELIS.
Ziegainer, ZEVGITANA, & SIGYNNI.
Zigea, SEGESTICA *Inſula.*



Zygeth, METVBARRIS.
Ziglio, IGINIVM.
Zijgna, ACHARDEVS.
Z ka, MOGENTIANA.
Zilia, ANATIS.
Zimat, ZAMETOS.
Zina, PAMPHYLIA.
Zingani, & Zingari, ZEVGITANA.
Zinira, SERABIS.
Zipangri, CHRYSE.
Zircknitzerſe, LVGEVM *Lacus.*
Zirfi, MOESIA.
Ziton, THEBÆ.
Zitracha, ALBANIA.
Zizeris, AVGVSTA *Vindelicorum.*
Zocoroph, ARABICVS *Sinus.*
Zocotora, DIOSCORIDV.
Zoegua, BESBICVS.
Zoga, CITTVM.
Zonichia, PYLVS.
Zorli, TZVRVLVM.
Zothezauia, TYRAS.
Zotophac, LOTOPHAGITES.
Zuachem, PTOLEMAIS.
Zucamini, OROPVS.
Zuchala, ISTHMVS *Taurica Cherſoneſi.*
Zuchria, PELLA.
Zuera, GALLICVM.
Zuerin, SEVERINI *Cœnobium.*
Zues, POSIDIVM, & ARSINOE.
Zuger, TOVGENI.
Zuglio, CARNICVM IVLIVM.
Zuiria, ALBANIA.
Zulpich, & Zulg, TOLBIACVM.
Zunchio, EPITALIVM.
Zukak, FRETVM *Herculeum.*
Zurich, TIGVRINVS *Pagus,* & TVREGVM.
Zurzach, GANODVRVM.
Zurzach, & Zurich, FORVM *Tiberij.*
Zutphen, SICAMBRI, & VSIPETES.

FINIS.

# ADDENDA ET
## EMENDANDA.

In ABELA, poſt *Ioſepho*, adde hæc: *Tres huius nominis vrbes facit D. Hieronymus in locis Hebraicis, Vnam in terra Ammonitarum, in ſeptimo lapide Philadelphiæ, quæ nomen retinet. Hic Iepte dimicauit. Alia in duodecimo à Gaderis milliario, contra Orientalem plagam. Tertia in Phœnice, inter Damaſcum & Paneadem.*

In ABELLINVM, verſu vltimo, poſt *libro* 8. adde hæc: *Bapt. Porta, lib. 5. Villæ ſuæ ſcribit duo eſſe in Italia opida, quæ vulgo* [Auello & Auellino] *vocantur: An hoc Abellinum, illud Abella?*

Inter ABELMAIM, & ABELMEVLA, inſere hæc: ABELMEA *Villula nunc nuncupatur inter Neapolim & Scythopolim. Sic D. Hier. in locis Hebraicis.*

Inter ABESTE & ABIA, ſcribe hæc: ABETHARIM, *vt habet ex Geneſi 21. D. Hieronymus, quo loco alij Viam Exploratorum interpretatos ſcribit.* ATHAREM ἀϑάρειμ, *legunt 70. interpretes.*

In ABOR, poſt *fluuium*, hæc: *Villæ quoque nomen eſſe in Media ſcribit D. Hieronymus.*

Inter ABRINCATVI, & ABRITVM, hæc: ABRITÆ, *Vide* AMBRITÆ.

In ABORVS, poſt *& Orpheus*, dele cetera, & ſcribe hæc: *at hic eas in mari infructuoſo deſcribit.* (*Euxino nempe Pōto*) *Apud Apollodorum ſunt circa Rhodani oſtia.* ABSYRTVS *in Illyrico quoque fluuij nomen eſt, apud Lucanum 3. Vide* APSORRHVS, & STOECHADES.

In ACCHO, adde hoc: *qui* PTOLEMAIS, *vt cenſet Franciſcus Iunius.*

In ACERRÆ, poſt *retinere*, hoc adde: [Acerra] *nunc vocari, Celſus Cittadinus mihi teſtis.*

In ACESINVS, adde: *Apud hunc* IACESINVS *legit Carrio, quæ vox mihi incognita, & nihili puto.*

In ACHAD, poſt *Geneſis 50.* adde: *Alia eſt in Meſopotamia, quam ſuo tempore* NISIBIS *vocari ſcribit D. Hieron. ad Geneſin 10. & idem in locis Hebraicis.*

In ACHÆI, poſt *Dionyſio*: ACHÆOS *etiam in Ponto, habet Strabo 9. Orchomeniorum colonos.*

In ACHAIA, verſu vigeſimo, dele hæc verba, *niſi fallat Geſnerus de Ceruo*; & ſcribe, *teſte Scholiaſte ad 4. lib. Apollonij Argonauticor.*

In ACHELOVS, ad finem adde hæc: *Eſt &* ACHELOVS *Straboni fluuius in Theſſalia, prope Lamiam vrbem, cuius accolæ Paracheloitæ.*

In ACHOR, ad finem adde: EMEC ACHOR, *D. Hieron. in locis Hebraicis. eſtq; ad Septemtrionem Hiericho, haud procul à Galgalis.*

Inter ACITHIVS, & ACIVS, inſere ACITODVNVM, *Galliæ opidum, in III. Scheda tabulæ Peutingerianæ nondum edita; mihi autem amicè communicata à C. V. Marco Velſero.* Hæc quoque inſerenda ſuis locis: AD CAPSV IVLIANI, *locus Africæ. Scheda III. Peutingeriana.* item AD DVODECIMVM, *locus inter Moſam & Rhenum. Tabula Peutingeriana III. An Duodeciacum Froardi? non videtur.*

In AD FINES. verſu penultimo poſt *Liburniæ*, adde hoc: AD FINES *quoque in Gallia Lugdunenſi. Tabula III. Peutingeriana.* Hæc item ſuis locis: AD SILANVM, *Galliæ locus, circa Garumnæ fontes. Scheda III. Peutingeriana.* Item hoc, AD STABVLVM, *in Mauritania Cæſarienſi. Scheda III. Peutingeriana.* Item AD STATVAM, *ad Fretum Mamertinum locus, in antiqua inſcriptione, quam lege in verbo* MVRANVM. Item, AD PORTVM, *locus Mauritaniæ Cæſarienſis. Scheda III. Peutingeriana.*

In AD OCVLVM MARIVM, ſub finem adde: MARINVM *legebat III. huius Scheda.*

In AD PVTEA, ſub finem adde: AD PVTEAL *mauult ſcribere Hieronymus Surita.*

In AD GRADVS, pro GALLICVS *Sinus*, ſcribe MASSALIOTICVM.

In ADVLLIAM, adde: AD LVLLIA *autem legebat eiuſdem Scheda tertia, quam vſui ad me miſit nondum editam, M. Velſerus.*

Inter ÆGEIS & ÆGELI, hæc inſere: ÆGELION, *Macedoniæ vrbs, circa Aegæum pelagus videtur, ex Liuio 31. quam ab Attalo oppreſſam ſcribit.*

ÆGYPTIORVM MVRVS, ad finem adde: ÆGYPTIORVM *Monaſterium, ſic dictum, habetur in Prato Spirituali. diſtans* XII. M. P. *ab Anazarbo Secūdæ Ciliciæ.*

ÆNON, ad finem hoc adde: *Octauo lapide à Scythopoleos ad Meridiem: D. Hieronymo in Locis Hebraicis.*

Inter ÆSOLANI, & ÆSSVI, hæc inſerenda: ÆSONENSIVM *meminit vetus lapis inſcriptus, qui exſtat in* [Iſona] *Cataloniæ regionis in Hiſpania. And. Schottus, mihi teſtis fide dignus.*

ÆTHIOPIA, ad finem, adde hæc: *Pindarum Colchos nigros vultu nominare ſcio. An Mauri hi ab Orpheo in Argonauticis? Aegyptios olim hunc tractum occupaſſe, auctor Strabo, Dionyſius Afer, & Agathias.*

Hæc etiam ſuo loco immittenda: AGAI *Locus à quo Bethel non multum diſtat. Hebraicè* AI *ſcribitur. cuius paruas tantum ruinas exſtare ſcripſit ſuo tempore D. Hieronymus. Huius mentio fit Geneſeos 18.*

Hoc quoque ſuo loco AHIE, *quæ &* ACHALGAI, *pro hoc interpretatur Symmachus, in Collibus. Eſt autem è regione quondam Moab, nunc Areopoleos, ad Orientalem plagam. Sic D. Hieronymus in locis Hebraicis.*

AILA, poſt *Notit.* adde: *Mari Rubro imminet, D. Hieronymo in vita Hilarionis. Idem in locis Hebraicis ſcribit, quæ ſuo tempore* [Aila] *vocabatur,* AILAT *olim dictam: & Mari Rubro iunctam: & Legionem Romanam cognomento Decimam ibi morari, hincq; ex Aegypto in Indiam nauigari addit.*

Poſt ALAMA, adde hæc: *Galliæ Lugdunenſis locus, in Peutingerianæ tabulæ Scheda I.* ALANNA *hæc eſt in II. &* ALAVNA *in III. nondum edita. at vſui mihi conceſſa à M. Velſero.*

In ALATA CASTRA poſt *Camdeno*, adde, *Edmodunum à priſcis Schottis vocari, ſcribit Buchananus.*

In ALAVONA, adde hæc ad finem: *Nulli dubium eſt, inquit Surita, quin illud opidum ſit quod* [Alagona] *dicimus.*

In ALBA, verſu 17. poſt *vita dignus*, adde: *Hæc hodie* [Albano] *tamen vocari, ſcribit ad me Roma Celſus Cittadinus.* verſu 25. poſt *corruptè*, adde [Alba di Marſi] *adhuc vocari, Celſus Cittanus mihi auctor.*

In ALBA AVGVSTA, poſt *legit*, adde: AVGVSTA *ſimpliciter ab Antonino vocari putat Hieronymus Surita.* poſt *Sidonio*, adde: ALBA ELBIA, *ſiue vt alius codex,* HELVIA, *eſt apud eundem Plinium 14. cap. 3. quam Dalechampius* [Aubenaz de Viuarez] *interpretatur.*

In ALBANVS, quædam tranſponenda, hoc modo: poſt *Obſequenti: Item Appiano, ad duodecimum ab Vrbe lapidem. Eſt quoque, &c.*

In ALBVRNVS, poſt *Seruio*, adde. [Montagna di Sicignano, *vel* della Petina] *hodie dici, habeo à Celſo Cittadino.*

In ALETHA, poſt, *dicitur*; adde: *aut vt ſcribit in ſua Britanniæ hiſtoria Bertrandus.* [Quidallet,] *opidulum, in inſula haud procul à dicto opido S. Malo.*

In ALEXIA, poſt *Italica lingua*, adde: *Nunc reſtant veteris tantū veſtigia caſtri, inquit Hericus 4. vitæ Germani.*

In ALOVS, ad finem adde: *Ex Artemidoro in verbo* φλαυον. ALVONA *Ptolemæi eſt. &* [Albona] *hodie.*

In ALPES, verſu 5. poſt *vocantur*, adde: *vt circa Saltzburgum* [Villacher Alben, Swanberger Alben] *&c.*

In AL-

In ALTARIPA, ad finem adde: [Altrip] *putat hodie Franciſcus Iunius. inter Spiram & Wormatiam. ſic quoque Munſterus.*

ALTOMONS, ad finem adde: Omont *hodie.*

ALVI, ad finem adde: *Hieron. Surita in ſuo ad hunc Commentario ſcribit* ONII *eſſe Ptolemæi Latinis. In Heliopolite Nomo.*

AMALFITANÆ, ad finem adde hæc: *Sed audi hæc ex ſchedis Celſi Cittadini ad me Roma miſſis: Amalfitana vrbs archiepiſcopalis, quæ* [Amalphis & Amalphia] *à recentioribus, & vulgò* [Amalfi & Malphi] *appellatur. vide* MELFIA.

AMAZONES, verſu 15. poſt *Q. Curtio 6.* adde: *M. Adamus: qui vixit circa annum 1070. deſcribit eas ſuo tempore ad Balticum mare.*

AMBLAVA, ad finem adde: [Ambleue] *hic vulgo, in ditione Lutzenburgica, ad Stabulo monaſterium.*

AMIDA, verſu 3. poſt *Marcellinus*, dele hæc verba: *Meſopotamiæ regioni adſcribit.*

AMNITARVM, ad finem adde hæc: *Horum tractum hodie vrbem* [Ancenis] *occupare, ſcribit Bertrandus Argentræus.*

Inter AMMON, & AMOENVM, hæc inſerenda: AMOCENSIS. *Andreas Schottus ad Antonini Itinerarium producit antiquam inſcriptionem, in qua hæc formula,* AMOCENSI. CLVNIENS. EX. GENTE. CANTABRO.

ANAVRVS, verſu 2. dele hæc verba: *Orpheus in Argonauticis.* verſu 6. poſt *Furente* adde hæc: ENAVLVS *corruptè apud Orpheum in Argonauticis.*

In ANDERIDA. poſt *Notit.* adde, ANDERITVM *eſt in Scheda III. Peutingeriana, mihi à M. Velſero vſui conceſſa.* ARATREDVM *autem in II. edita.*

ANGITVLA, verſu 3. poſt *vrbs*, hæc adde: *ſiue (vt mihi auctor eſt Celſus Cittadinus,)* [Rocha d'Angitola,] *in ipſius fluminis ripa.*

ANGVRVS, ad finem adde: *Videtur* AMBENVS *Val. Flacci.*

ANTICARIA, adde: *Antonino inter Hiſpalim & Cordubam.* [Antiquera] *putatur ab And. Schotto, ibidemq; exſtare hodie ſcribit veteris æui lapidem inſcriptum, in quo* ANTIK.

ANTRVM, poſt *Anſeberti* adde: *Hæc hodie* [Aindre,] *teſte Bertrando Argentræo.*

ANTVERPIA, verſu 19. poſt *ſententias* adde: *qui eam Ambiuaritorum facit. Attuaticum enim aliam eſſe ab hac, ſuo loco dicemus.*

Inter ANTYLLA, & ANVATH, hæc inſere: ANVA. *Duo loco ſic dicta habet D. Hieronymus in locis Hebraicis. Vnum in tribu Zabulon, alterū euntibus Neapoli Aeliam, in decimo milliario.*

Inter AQVÆ *Neapolitanæ*, & AQVÆ *Nobenſes*, hęc ſcribenda: AQVÆ NERI, *Galliæ locus, circa Rutenos, in ſcheda III. tabulæ Peutingerianæ MS. mihi Aug. Vindelicorū miſſa, à C. V. Marco Velſero.* Hæc etiam ſuo loco: AQVÆ SEGESTÆ, *in Gallia, ſupra Genabū Orientem verſus. ex Scheda III. tabulæ Peutingerianæ.*

In AQVIRIA ad finem hæc adiunge: *de quo Molanus in Natalibus Sanctorū: Belgij hoc monaſteriū, quod* [Aywiers,] *ordinis Ciſtercienſis. duobus milliaribus à Viridis vallis monaſterio.*

ARABOTH, dele *vide* ARBOTH, & ſcribe: *locus, Numeri 31. Campeſtria vertit D. Hieronymus, & iuxta mōtem Phegor eſſe ait, euntibus à Libiade in Eſbum Arabiæ, contra Hiericho.*

ARACILLVM, verſu 6. poſt *lib. 14. cap. 13.* ſcribe: [Araciol] *eſt Suritæ, inter Pharum & Coreliam.*

ARAD, ad finem adde hæc: *Ciuitas Amorræorum eſt, D. Hieron. in Locis Hebraicis. Vicina deſerto Chades, & vſque nunc oſtenditur villa ab opiao Malatis in 4. lapide à Chebron. Fontis quoque nomen ad quem Gedeon caſtrametatus eſt.* ARED *70. Interp. & D. Hier. in locis Hebraicis.*

Inter AREMBVS, & AREMORICA hæc inſerenda: AREMICI, (*nonnulli* ARTOMICI *legunt*) *Galliæ populi ad fines Volgarū ſunt Cæſari 7. Belli Gallici. Iidem cum* AREMORICIS. *& ſic quoque hoc loco, & infra ſcribendum.* [Armignac] *Marliano eſt.*

ARGENVS, ad finem hæc iunge: *Sic quoq; Bertrandus Argentræus, & nouon omine* [Arguenon] *interpretatur.*

Inter ARIEI, & ARIELDELA, hæc ponenda: ARIEL, *Eſaiæ 29. D. Hieronymus in Locis Hebraicis dicit à quibuſdam haberi, pro Areopoli: ipſe autem pro ipſa Hieruſalem habet.*

ARPINVM, ad finem ſcribe hæc: *ad quē locum annotauit Pet. Marſus hunc hodie* [S. Dominici] *vocari. An idē cum Arpinas inſula?*

ARSARETH, ad finem hoc: *Quidam* ARARATH (*id eſt Armenia*) *legendum putat. Eſt qui Sarmatia.*

Inter ARYCVS, & ARYMAGDVS, hæc ſcribenda: ARYIM *Iugum, apud Auienum. Eſt ad mare Mediterraneum alicubi promontorium.*

ASIVS *Campus*, poſt Ιλιαδ. Β. hæc adde: *Ab igne dictus putat Fr. Iunius, quia aduſtus eſt, & catecaumene.*

ASPARLVCA, hæc ad finem adde: *De hoc loco ſic Hieron. Surita, Exſtant veſtigia nominis huius manſionis trans Pyrenæum, in Aquitaniæ opido quod incolæ & noſtri* [Aſpam] *vocant: à quo ipſa Pyrenæorum iuga* [Aſpæ] *ſaltus ac montes nuncupantur.*

ASPHALTES, verſu 16. poſt *monuit*, hæc adde: *Non cōfundere autem, ſed verè eum ſic vocari vult Franciſcus Iunius in Notis ad Tertullianum de Pallio, à verbo* [Sarban,] *quod lingua Phœnica rebellem denotat. An hoc autem Straboni innotuerit, & an huc reſpexerit, iudicium ſit aliorum.*

ATILIANA, cui ad finem hæc adſcribe: *Iuxta* [Sadauam] *credit fuiſſe Hier. Surita, quod in huius agro viſuntur Atiliæ gentis præclara ac magnifica ſepulcrorum monumenta.*

ATLANTIS, verſu vltimo poſt *video*, hæc adſcribe: *malim ego* S. Michaelis *&* [D. Mariæ] *ex Aſoris inſulis interpretari, diſtantia enim harum magis conuenit.*

AVFVSTIANAS, ad finem adde: *An diuiſim ad* FAVSTIANAS *vel ad* FAVSTINIANAS *legendum, iubet videre Hieron. Surita.*

AVREATVM, poſt *Bruſchio* adde *aut* [Eyſtadt,] *potius, vt hinc ad me ſcribit* V. C. *Iob Georgius à Werdenſteyn.*

Inter AVREVS *Mons*, & AVRI *cornu*, hæc inſerenda: AVRGITANORVM *meminit lapis antiquus, qui in Hiſpania, Bætica, in loco qui hodie* [Taenni.]

AVSCII, poſt *Ptolemæo* adde: AVSCI *vno I. ſunt Cæſari.* AVSCENSES *hos nominat Sidonius ad Baſilium, in meo pergameno. excuſi codices malè* AVSENSES *legunt.*

AVTRICVM, poſt *Cœnalis*, adde: *Pro Autrico putat M. Velſerus corruptè ſcribi* MVRICVM *in tabula Peutingeriana. ſed &* AVTRICVM *videtur quoque legere Tertia huius ſcheda nondum edita, ſed quam mihi vtendam Auguſta tranſmiſit.*

AXONA, adde ad finem hæc verba: *hoc verſu, longiſq; leues Axones in armis. niſi Saxones legendū ſit. quod mihi veriſimile; propter S. vltimum vocis præcedentis elementum, quod geminatum oportuit. Leues Saxones ſcripſiſſe itaque poëtam putauerim.*

BAARSARES, verſu tertio, dele *Appianum*, & ſcribe *Ammianū*. & adde: NAARSARES *.i. fluuius ductus, putat legendum Fr. Iunius.*

BACTRI, poſt *Neſcio* adde: (*quamuis ſciam quid de ijs dicant Annius & huius Pſeudoberoſus.*

BADY, adde ad finem: *Eliacè pro* ἀδύ *ſiue* ἡδύ, *vt annotauit Sylburgius.*

BAGANVM, verſu vltimo, poſt *legūt* adde BAIACVM NERVIOR. *in Tertia ſcheda tabulæ Peutingerianæ videor legere. Hanc nondum editam miſit pro ſua erga noſtra ſtudia beneuolentia Cl. V. Marcus Velſerus.*

BAHVRIM, adde ad finem: ALMON, & ALEMETH



vocari

*vocari in Paralepomenis annotauit And. Maſius ad cap. 21. Ioſue.*

Inter BARATHIA, & BARATHRVM, hoc inſere: BARATHRA *Campi, ſic dicti inter Syriam & Aegyptũ* [Sand:zee,] *id eſt, mare arenoſum. ſiue arenaceum, hodie à noſtratibus, (qui hunc tractum adierunt & deſcripſerunt) appellantur. quæ vox huius loci naturam formamq́; , vt eum deſcribit Diodorus 1. ſatis aptè explicare videtur.*

BARCÆI, poſt *legere*, adde: *In Africa quoque populi, Virgilio alijſq́ue, quos nunc, vt ſcribit D. Hieronymus, Afri corrupto nomine* [Barcianos] *vocant.*

BARDI, verſu 4. poſt *Diaconus*, adde: BARDOS *pro gente Gallica habet Commentator vetus ad hoc Iuuenalis,*
,, *Bardaicus iudex datur hæc punire volenti.*

BARNA, adde: *vt aiunt quidam. eadem eſt cum* TIBERIOPOLI*; ſic Curopalates in Officialibus Conſtantinopolitanis.*

BATHEA, poſt *altitudinis*, dele quæ ſequuntur, vſque ad *De his*, non enim huc pertinent.

BERGISTANI, adde ad finem: [Bergua] *opidum hinc nomen retinere quibuſdam viſum.*

BERSINVM, poſt *Galliæ*, adde *Aquitanicæ*, & ad finem adde: *Cuquenorum nimirum. Marcus Velſerus credit* BESINVM *tabulæ Peutingerianæ.*

BETHAPHNA, lege BETHAPHVA; & adde ad finẽ: *Vicus trans Raphaim millib. quatuordecim euntibus Aegyptum; teſte D. Hieronymo.*

BIBONA, adde: *locus Galliæ Aquitanicæ, in tabula Peutingeriana, de quo quia non habeo quod adferam, videant lectores M. Velſerum ad eandem.*

BILBILIS, verſu 4. poſt *& alij*, adde: *In vico* [Huermedan] *Bilbilitanas reliquias hodie exſtare, ſcribit Hieron. Surita.*

BIRTONA, adde: *Italiæ opidum, Halicarnaſſeo. de quo conſule Sylburgij Notas, qui docet* ORTONA *legendum; vt quoque Portus.*

BITHYÆ, poſt *Mithridaticis*, adde: *Fœminarum genus Scythicum eſt Plinio, binis papillis. ſed* VITHYÆ *per* V. *legit codex Venetus meus.*

BITVRIX, ad finem adde: VETVRICA *eſt apud Iornandem (ad oram legebatur* BETORICÆ*) in lib. Prouinciar. Galliæ, de eadem hæc verba, Met. ciu.* BITARICVM *vel* BETORIGVM. *Prauam autem ſcripturam exiſtimo, pro* BITVRICVM.

BLANDÆNONA, hæc adde ad finem: *Poſtquam hæc ſcripſiſſem, incidi in Commentaria doctiſſima doctiſſimi Hieron. Suritæ ad Antonini Itinerarium, in quibus hanc Blandenona Antonini habet. Iudicent iudices peritiores: pro oraculis enim mea haberi nolo.*

BOEA poſt *habitum* adde: OEEA *legendum arbitratur Surita, ad Anton. Itinerarium.*

BRICICVM, ad finem adde: BRIGECVM *legendum adfirmat Surita. vide* BRIGÆCIVM.

BRIGES; adde: Βρίγες *Thracica gens, Stephano.* BRIGANTES *ab Herodiano vocari addit idem.*

BRIVAS, ad finem adde: *at* [Port de Croiſic] *à Bertrando Argentræo.*

BRYX, ad finem adde: BRIGES *vocatos quamdiu Europæi fuerunt: tranſgreſſos autem in Aſiam,* PHRYGES *nominatos, ſcribit Herodotus 7.*

BVBA, poſt *ab alio* adde: *Pro* BYBE *Stephani in Peucetiis ego habuerim. ſunt enim hi cũ Frentanis contermini.*

BVDIANOS, ad finem lege: *lib. 3. cap. 32. at de Abydenis. hinc ſubdubitat Geſnerus an hic quoque Budiani legendum ſit, an ibi Abydeni.*

BVLGARI, poſt *Paragrapho 44.* adde BVLGAROS *quaſi* VOLGAROS *à Volga, vnde emigrauerint, flumine, dictos, ſunt qui exiſtimant, vt ſcribit in ſuo Itinere Busbequius.*

BVLIA, ad finem adde: BVLIDII *ſunt Pauſaniæ.*

BVLLAMINSA, ad finem adde: *An Bulla Minſa legendum? vt Bulla Regia? diuiſim?*

Inter BYRRIBEROEA & BYRSA, hæc ponenda: BYRRVS, *fluuij nomen Diacono 2. Longobard. cap. 13. quem Lazius hodie* [Putſter] *vocari ſcribit.* PYRRVS *per P. autem legit. In Noricis deſcribitur à Fortunato 4. D. Martini, ſed per I. Latinum.*

CABALLINVM, adde ad finem: *Conſule tabulam noſtram veteris Galliæ, in Parergo Theatri.*

CÆSARAVGVSTA, verſu penultimo, poſt SALDVBA, adde: CÆSARAVGVSTA, *non* CÆSAREA AVGVSTA *ſcribendum, multis nummis antiquis docet Hier. Surita in ſuis ad Itiner. Antonini Commentarijs.*

CAINVM, ad finem: CÆNÆ *Xenophontis, putat Franciſc. Iunius.*

CALAGVRIS, adde ad finem: *De Calagurris multa Hieron. Surita in Commentariis ad Antonini Itinerarium.*

CALAONTEM, ad finem adde: ἀλῶντος, *legit Hartungus.* χαῶν1Θ-, *mallet Sylburgius, vt annotauit.*

CALE. pro *Buerto* ſcribe *Puerto*. & poſt *dictas* adde: *Antonini Calem velle nõ dubito quæ hodie* [Puertocale]

CALLATEBVM, adde ad finem: *Lyciæ fortè voluit, quæ Cariæ finitima.*

CALLATIA, adde ad finem: *Callatiam hanc putat Fr. Iunius* ALCATHOI *vrbem vocari ab Ouidio 1. Triſt. Elegia 9.*

CALPIVS, adde hæc ad finem: *ad Mortuum mare, ſiue Septentrionale. Vide* HYPERBOREVS.

CAMARICA, ad finem hæc ſunto: CAMALA *fortè Antonini, vt inquit Surita in ſuis ad hunc Commentariis.*

CAMON, poſt *hodie*, adde: *In campo latiſſimo, ſex millibus à Legione, ad Septemtrionalem plagam, pergentibus Ptolemaidem.*

CANARIA, ad finem adde: *Multitudinis numero* CANARIAS *habet Arnobius 6. an Fortunatas velit? ſic enim hodie eaſdem vulgò nominamus.*

CAPORTES, adde ad finem: *Surita ad hunc locum ſubdubitat an pro* RACOTES*? vbi poſtea Alexandria Ægypti.*

CASINVM, pro *Latij*, lege *Campaniæ*.

CASTVRIS, ad finem adde: *&* ASTVRIS *in Lib. Notitiar.* [Stokeraw] *Cuſpiniano eſt, in ſua Auſtria: cui* ASTVRIS *eſt.*

CASTA CECAVMENE, adde ad finem: *Colles Myſiæ ſic vocantur à Vitruuio 2. cap 6. vbi pumices inueniuntur.*

CAVLICI, dele, *in Italia*, & ſcribe, *vbi Iſter ſe diffindit.*

CEDRIO, adde ad finem: CEDRORVM *locum in Cilicia habet Dioſcorides, vnde Agaricus.*

CEIOS, adde: Κεῖος, *opidum, de quo Moſchus in Idyllio Bionis. Nec propter vatem ſuũ amiſſum adeò fleuit Ceios opidum.* CEIA *vrbs à Bon. Vulcanio interpretatur.*

CELANDVS, adde: *Pomponio Hiſpaniæ fluuius, qui hodie* [Cauado.] *teſtis mihi fide dignus in ſuis ad me litteris Emanuel Barboſa Luſitanus.*

CELEDENSIS, adde ad finem: CENETENSIS *mauult Baronius 5. Annal.*

CELTI, poſt *narrat*, adde CELTI *Antonino Hiſpaniæ vrbs inter Hiſpalim & Emeritam. de qua lege quæ ad hunc locũ diſputat Surrita.* CELTICAM *Plinij ego putauerim.*

CENI MAGNI, ad finem hæc adſcribe: *Diſtinguendum fortè, & legendum* ICENI MAGNI. *Antoninus enim & Lib. Notit. Magnorum ſiue Magnarum meminere in Britannia.*

CHOMA, adde ad finem: *Pauſaniæ locus eſt in Peloponneſo, circa Tegeam.*

CILICIA, verſu 10. poſt *Strabonem 2.* ſcribe: *item 14. vbi Ciliciam in Aſperam & Campeſtrem diſtinguit.* item poſt *infectorio*, adde: CILICIA *etiam Cappadociæ præfectura, Ptolemæo: quæ Straboni* EVSEBIA AD ARGÆVM *nominatur. Eadem, ni fallor, cùm ea quam Io. Chryſoſtomus Epiſt. 125. ad Cyriacum* TAVROCILICIAM *nominat.*

CIMMERII, verſu 21. poſt *contemplauimus*, adde: *Hanc eandem tamen video à Virgilio 6. Æneid.* SPELVNCAM



LVNCAM *Altam nominari ad Auernum lacum, ex quo fortè quis dubitauerit vtrumq; antrum idem eſſe, atque foſſa ſubterranea olim coniunctum.*

CISSA, verſu penultimo, poſt *Ptolemæum*, adde: CISSA *Fontis etiam nomen, circa Mantineam, in Peloponneſo. Pauſanias.*

CNACIO inter & CNECEVS, hoc inſere: CNAVSON κναύσων, *Arcadiæ opidum, Pauſaniæ.*

COLCHATARII, adde ad finem: *Non ſunt tamen Tochari Ptolemæi, aut Dioniſij; nec Thocari Auieni, nimium hinc diſtantes. An Colchi & alij legendum?*

CONSTANTIA *Caſtra*, verſu penultimo, poſt *Camdenus*, adde, *Scio Moritaniam in Normandia, quod vulgò* [Mortaigne,] *ſed aliud hoc ab illis Caſtris.*

CONSTANTINOPOLIS, verſu 3. pro *Occidentis*, ſcribe *Orientis*.

CORACONESVS, adde ad finem hoc: *Locus quoque* κοϱακων νασος, *in Arcadia, vbi Ladon in Alpheum influit. Pauſanias.*

CORISOPORVM, hæc ad finem adde. CORISOPITVM *legit in ſua Britanniæ hiſtoria Bertrandus: & in Oſiſmiis ponit.*

Inter CORMALOS, & CORMASA hæc ſcribenda: CORMANVM κορμανον, *Iazygũ Metanaſtarum vrbs, Ptolemæo. Eandem idem, lib. 8. per* B. BORMANVM *ſcribit.*

COSAS, ad finem ſcribe: *Nomen antiquum retinere, ſcribit ad me Celſus Cittadinus.*

Inter CRIPHIVM & CRISE, ſcribe: CRISÆ κεισαι, *Troica vrbs, Stephano.*

CRISSA, poſt *Apollinis*, adde: *vno s. ſcribit Stephanus ex Hecatæo. Eidem Stephano alia eſt* CRISA *in Aeolide.*

Inter CYRNABA & CYRNOS, hæc ſcribe: CYRNI, *Indorum genus, quod Plinius ſcribit annis centenis & quadragenis viuere.*

DAMYRIAS, ad finem adde: *An rectius* λαμυρίας *legendum ſe neſcire ſcribit ad me Frid. Sylburgius.*

DARNA, ad finem adde: DORNA & DERNA *legit Baronius 6. Annal. Danielem Darnenſium epiſcopum nominat concil. Epheſinum.*

DEI GENETRICIS, adde ad finem: DEI GENE-
,, TRICIS *Templum, quod* PHARVS *nuncupatur. ſic Curopalates, in quo Michaelem Imp. cum vxore Procopia fugiſſe ſcribit. Eſt & eidem Dei Genetricis templum in Blachernis.*

DENABA, adde ad finem: DAMNABA, *legit D. Hieronymus. & duas huius nominis facit, vnam in octauo milliario Areopoleo pergentibus Arnonem. Alterum ſuper montem Phogor, in ſeptimo lapide Esbus.*

DENDROS, adde ad finem. *An Dendritæ huius gentile, apud Plutarchum 5. Conuiualium?*

DIABLINTRES, verſu 7. poſt *inſulæ*, adde: *Bertrandus Argentreus dicit hoc tractu quædam loca* [Diablerес] *nominari.*

DICEÆ, huic adde ad finem hæc: *Tyrrhenicum autem ſi quis retinere mauelit, per me quidem poteſt. Tyrrhenos enim populos, & Tyrrhenorum inſulas hoc tractu deſcribi à veteribus, legi in* TYRRHENI.

DIDYMI *populi*, poſt *Peloponneſi*, adde: *ſunt & montes in Theſſalia ſic dicti: Straboni 14.*

DIRCE, poſt *apparet*, adde: *Vrbis nomen Senecæ in Her-*
,, *cule Oeteo: Aut Dircæa colent mœnia, qua fluit Iſmenus*
,, *tenui flumine languidus.*

DOCIMIA, dele quæ ſequuntur, & ſcribe: Δοκιμία, *pagus Phrygiæ: Straboni & Stephano.* DOCIMÆVM *Ptolemæi.*

DOMITIANÆ *Via*, verſu 11. poſt *Hæc ille*, adde: *Viam lapidibus ſtratam inter Sinueſſam & Puteolos, tempore Domitiani, ſcribit Xiphilinus.*

DRVENTIVS, ad finem adde hæc: *Vide* TVRONVS, *eundem enim eſſe veriſimile.*

DVBIOS, ad finem adde: *Surita credit Antoninum hoc nomine velle deſcribere vicanas quaſdam habitationes quas Strabo hoc tractu dicit potius viæ gratia, quàm vllo ciuili cœtu congregatas.*

DVNVM, ad finem adde: *quod hodie* [Chaſteaudun] *putauerim.*

EDESSA, verſu penultimo, poſt *vrbs*, adde: *Hæc* EPIPHANIA *à Macedonibus,* ANTIOCHIA *à nonnullis appellari, putat D. Hieronymus: &* EMATH *ad ſua vſq; tempora nominari dicit. Hanc Edeſſam*

ELASVS, adde: ἔλασΘ-, *fluuius Aſiæ, in Euxinum Pontum effluens circa Parthenium. Q. Calaber 6.*

ELYSIVS, verſu vltimo, poſt *fluuium*, adde ELIDIVS *malim ego, eadẽ ſignificatione, at minore ab Elyſij vocis pronunciatione: &* ἐλύδιος, *ab Elos agnoſcit Steph.*

EPIPA, adde ad finem, *Baronius 6. Annal. hanc dicit eandẽ eſſe cum* HYPÆPA *Ptol. &* EVHIPPA *Plinij.*

Inter ERESIVM, & ERESSORVM, hæc ſcribe: ERESSA *Pomponio 1. cap. 18. Aeolidis vrbs, vbi quædam exemplaria* ETESSA, *per* T. *legunt. alij* TERESSA, *alij* CRESSA *habent. pro quibus* CHRYSA *ſubſtituit Pintianus.* ERESSA *retinuit Hermolaus. Iudicent peritiores. Vide* ERESII.

ERIDANVS, verſu 21. poſt *conatur*, adde hæc: *Pro Rhodanus, Eridanus legendum apud Ariſtotelem ſub finem cap. 13. Meteorol. 1. vbi hæc verba* ὁδ' ὁ ῥοδανὸς ποταμὸς καταπίνεται *ἐστιν*. *ſcribit enim de flumine qui à terra abſorbetur, rurſuſq; emergit. quod idem de Eridano ſiue Pado, Plinius 3. cap. 16. Error librariorum, (non Ariſtotelis) qui e finale antecedentis vocis elementum, verbo ſequenti annexere: atque* O. *pro* I. *pinxere. Cauſſam lege in* COMBOS, *alibiq; in hoc Theſauro.* Ibidem verſu 25. pro *Ab hic Iliſſo*, lege *Ab Iliſſo hic.*

ETPANTARIENSIS, ad finem adde: *Corruptè, ni fallor, ab Euphranta.*

EVBOEA, verſu vltimo, poſt *inſulis*, adde: EVBOEAM *habet Euſtathius in Dionyſium, ad Criſſeum ſinum: circa Locros Ozolos. hanc non noui ego.*

EVENVS, adde: εὔηνΘ-, *Straboni & Thucydidi fluuius eſt Pitanen vrbem preterfluens.*

EVESPERIDES, adde ad finem: *Idem cum* HESPERIDIBVS.

EVPATORIA, ad finem adde: ΜΕΓΑΛΟΥΣΟΣ *eſt in nummo antiquo, vt putat H. Goltzius, in Græcorum numiſmatum lib. 4. nondũ edito. ſed vide* METALASSVS.

EXOLIDVNENSE, ad finem adde: *ſic quoque Fr. Iunio. cui &* VXELLODVNVM *Cæſaris eſt.*

FERENTINVM, verſu 11. poſt *vrbe.* adde: *Audi quoque hæc ex ſchedis Roma ad me miſſis Celſi Cittadini:*
FERENTINVM *opidum eſt Latij inter Ananiam &* ,,
*Fruſinonem:* FERENTIVM *autem, vt Plinius: vel* FE- ,,
RENTIA *vt Ptolemæus: Othonis Imp. patria, apud* ,,
*Suetonium & alios, opidum erat Etruriæ Tranſciminiæ.* ,,
*quod ab hinc trecentis annis à Viterbienſibus ob hæreſeos* ,,
*crimen, dirutum fuit. Situm erat inter Viterbum, Vulſi-* ,,
*nios, & Flaſconenſes, ſic ille.* ,,

FESTA, adde ad finem. *Pro Feſta legit Surita* ICESIA.

Inter FLAVIA & FLAVIANA, ſcribe hæc: FLAVIADA, *Antonino circa Cappadociam vrbs. Fortè* FLAVIOPOLIS *Ptolemæi.*

FLAVIOBRIGA, poſt *teſtis eſt*, ſcribe: *4. cap. 20. vbi* OBRICA FLAVI *legebat Reuerendiſſ. Torrentij codex M.S.*

FLORENTIA poſt Notit. adde: *Hieron. Surita ſuſpicatur eandem eſſe cum* FLORIANA *Antonini.*

FRAXINETVM, ad finem adde: *opidum haud procul à mari videtur, Blondo & Leandro circa Padum fluuium & Fului Forum. In Cottiis Alpibus, Sigonio & Rubeo.*

FRAXINVM, verſu 2. poſt *Antoninum*. dele quæ ſequuntur, nam ad FRAXINETVM pertinent.

FVNDANVS *Lacus*, pro *Campania*, ſcribe *Latio*.

GALESVS, verſu 6. poſt *relinquo*, adde: [Valento] *à iunioribus nominari, ſcribit Dom. Niger.* verſu 9. poſt *codice*, adde: *Ioannes Scoppa ſcribit in Collectaneis circa hunc fluuium hodie pagum exſtare* GALASO *nomine:*

*& templum appellatum* [S. Maria de Galaſo] *Idem Erythræus in Indice Virgiliano.*

GALLICVM, adde: *Antonino inter Cæſarauguſtam & Oſcam. Hieron. Surita ad hunc locum, putat manſionem fuiſſe ad Gallicum flumen, quod hodie* [Gallego] *eo loco quo nunc* [Zuera] *opidum. Additq; hunc Gallicum fluuium ſic à vetuſtate iure merito ſic appellatum, quod ſummo tranſcenſo Pyrenæo, ſupra opidum cui* [Salientos] *nomen inditum eſt, in terra ipſa Gallica oriatur.*

Inter GEBRENI & GEDERA, hæc inſere: GEBTHON (Γαβαθών, *70. interp.*) *Palæſtinæ locus, Ioſue 15. & 21. item 3. Reg. 13.* GEBBETHON. *D. Hieronymus in locis Hebraicis* GABATHON *legit.*

GELLA, poſt *Ptolemæus*, adde: TELA *Antonini putat Surita.*

GENABVM, verſu vltimo, poſt *Ligeri*, adde: *Hieron. Surita quoque* CENABVM *pro* GENABVM *apud Cæſarem & Hirtium legi debere, adſerit.*

GERESTICVS *Portus*, adde ad finem: CHERRAIDÆ *Strabonis, vult Hub. Goltzius in ſuo de Græcorum Numiſmatibus, lib. 4. nondum edito.*

GERYONIS, adde ad finem: *D. Petri hodie, vt ſcribit Bern. Scardeonius. vide* GERONTIS.

GINGVNVM, ad finem adde: CINGIVS *Vibij putat Celſus Cittadinus. Ego apud Vibium* CINYRVS *lego.*

GORMANVM, adde ad finem: *Codex Vaticanus ſic quoque dicto libro 3.*

HELVETII, verſu vltimo, poſt *cantur*, adde: *Hi ſunt quos Cæſar contineri ſcribit inter Iuram mõtem, Rhenum & Rhodanum flumina, Lemanumq; lacum. Tacitus de Morib. Germanor.* HELVETIOS *inter Hercyniam ſiluam, Rhenum & Mænum flumina. Hi in Germania, (in Eremo Heluetiorum Ptolemæi veriſimile) illi in Gallia. Vna gens tamen.*

HENIOCHI, verſu 5. poſt *Heraclides, adde: Hos* TYNDARIDES *ab Ariſtotele vocari, ſcribit Gaud. Merula in Memorabilibus.*

HERCVLIS *Columnæ*, dele quæ ſequuntur & ſcribe: *ad huius Fretum, quas tres numero facit aut fingit Palæphatus. Sunt & in Atlantide inſula, Platoni in Critia.*

HERCYNIA, verſu 27. poſt *dentur* adde: *Hanc Hercyniam puto ab Orpheo in Argonauticis & Dionyſio Afro in Periegeſi deſcribi ſub nomine* ἄσπετος ὕλη, *i. immenſa ſilua: inter Mæotidem paludem Croniumq; mare. quem tractum occupatum ab hac Hercynia ſilua, docuimus ad Europæ veteris, in noſtro Theatro, tabulam.* RIPHÆAS *Siluas hic habet Iſidorus, ex quibus Tanaim profluere ſcribit.* verſu 29. ad finem adde: *Arduennam hos ita nominare putauerim.*

HERODIVM, verſu 4. poſt *lateris*, ſcribe HERODIONEM *vocat Euſebius in Chronico.* Hæc eadem verba ſub finem, dele. tranſpoſita enim ſunt.

HIPPARIS, ad finem adde: *Putauerim corruptè* HYPATIS *à Silio vocari.*

Inter HOLANA, & HOLMIAM, hæc ſcribe: HOLMI ὅλμοὶ, *in Aſia Minori vrbs, circa Galatiam. Strabo 14.*

Inter HYPÆTRENSIS, & HYPANA, hæc interſerenda: HYPALII. *Iul. Capitolinus in Vita M. Aurel. Imp. inter gentes quæ in Romanum imperium conſpirauerant, numerat Hypolios, vt legit editio Pariſiana:* HYALII *codex Aldinus: Baſilienſis Frobenij autem hoc loco,* [*& alij*] *legit, hac verborum formula:* [*Buri hi alijq; cum Victoualis*] *&c. an proprium gentis nec ne, retinendum, animi pendeo. Scio tamen pro* [*alij*] *reſtituere Victophali Beat. Rhenanum. 1. Germanicor. Vide* HALI.

HYPASIORVM, adde ad finem hæc: *Sed* HIPASII *per Iota, idem alibi: cuius loco* PASII *legere calamo ſcriptos libros, annotauit Caſaubonus.*

Inter IABRVDA, & IACCETANI, hæc ſcribenda: IACCA Ἰακκα, *Vaſconum vrbs, Ptolemæo. Nomen retinet.*

IBIVM, adde ad finem: *Circa Naucratim fortè, vt ſubdubitare ſe dicit Hier. Surita, ex Platonis Phedro. nomenq; habere ab ibide aue.*

IDIENSIS, adde: [Idia] *nunc, vt ſcribit And. Schottus ad Anton. Itinerarium.*

IDVNVM, verſu 3. poſt *Germani.* adde: [Idenaw] *autem interpretatur ab Auentino. haud procul à Dietmanig, duabus leucis ſupra Burckhauſen.*

IERIA, verſu 2. poſt *fluuium.* adde: *ex Ioſepho vt ait. Corruptam vocem puto,* SYRIA *enim huius loco legitur apud dictum Ioſephum, 1. Antiq. cap. 7.*

INFERNVS, verſu, 5. dele hæc verba, *aut vidit.*

INVECTVS, ad finem adde hæc: *De eo ſic ad me Fr. Iunius, Inuectus non eſt nomen fluuij: ſed intelligitur inuectus in Vrbem fluuius, qui Aqua Marcia appellatur. Strabo 5. & Plinius 31. cap. 3.*

IONÆ *Portus*, & PROTEI *Columnæ*, quæ ſequuntur, dele, & hæc adſcribe hac formula: *loca ſunt D. Hieronymo Epiſt. 37. ad Euſtochium virginem, & idem Apologia aduerſus Ruffinum: vbi ſcribit hunc eſſe ſecuri hominis curſum: illum fugientium & turbatorum hominum, Ionæ portum pro* IOPPE *Palæſtinæ habeo, à Iona Propheta. Protei Colũnas, pro Alexandria Aegypti: à Proteo huius olim rege. Vide* PROTEI.

IOS, ad finem adde: IETAE *gentile, apud Pauſaniam in Phocicis. Eſt & Libyæ vrbs, Stephano.*

ISTRIÆA, lege ISTIÆA.

ITONA, verſu 4. poſt *Theſſalia*, adde: OTHYN *videtur Catulli in Argonauticis.*

ITORVM, ad finem adde: *Quid ſi* IGVVIVM *ſcribas? quærit à me Roma Celſus Cittadinus.*

ITRVM, adde ad finem: *& ante hunc Volaterranus qui huius auctorem Dionyſium facit. ipſi viderint. Vide* MAMMVRARVM *vrbs.*

IVLIÆ *Alpes*, adde: *Alpium pars, in quibus* IVLIA CLAVSTRA *ſunt Latino Pacato, quæ* [Cluſæ] *vulgo hodie.*

LABINIVS, ad finem adde: *Nomen* [Lauino] *retinere putauerim.*

LACOBRIGA, verſu 12. poſt *M. S.* adde: LAMBRIACA *hæc fortè Pomponij, ait Hieron. Surita.*

LACVRIS, ad finem adde: LARCVRIS *legendum ſuadet Surita. ſic quoque legit apud Antoninum, in Itinere Emerita Cæſarauguſtam. vbi excuſi codices* CARCVVIVM *ſcribunt. putatque hodie* [Alarcos] *nominari.*

LADONCEA, *verſum ſecundum ſic lege:* LADOCEA *alia lectio.*

LAODICEA, verſu 9. poſt *Minadoius*, adde: *Syriæ quoque in Caſſiotide regione vrbs: Ptolemæo, & Appiano 4. Ciuil.*

LAVERNA, ad finem adde: *Lauernæ lucus erat via Salaria. vt ad Horatij epiſtolam 16. annotauit Acron, & is Commentator vetus quem Cruquius edidit.*

LAVERNIVM poſt *videtur*, dele quæ ſequuntur, & adde: *Lauernæ ædes, vt Dianium & Mineruium. ſic ad me Franciſc. Iunius.*

LEBEDONTIA, ad finem hæc adde: *Alius codex pro* [Stabatiſtum] *legebat* [adſtabat iſtum] *& pro* [Agerua, ager vacuus.]

LEGIO X. GERMANICA, verſu 4. poſt [Tatani,] adde: GEMINA *pro Germania audet ſubſtituere Surita, ex Antonini Itinerario.*

LEOCORIVM; ad finem adde: LEONATICVM, *aut alia lectione* LEONATARVM *vocat Cicero 3. de Natura Deorum.*

LEOCREANTVM, adde ad finem: *An Tarentum legendum? vt ora libri habebat.*

LIBVRNIA, adde ad finem: LIBVRNOS *gentem Aſiaticam facit Solinus, cap. 8.*

LITITIANI, adde ad finem: *vel* LITIANI *Iornandis? mihi hoc veriſimile.*

LOCRI, verſu 28. poſt *auctorem*, dele quæ ſequuntur.

MÆCENAS, ad finem adde: *circa Prætutiam regionem in mediterraneis videtur ex Plinij 14. cap. 6. vbi huius vina laudat.*

MÆNALIA, ad finem ſcribe: *Regionis quoque nomen eſt, Etymologico, in qua Typhreſtus vrbs.*

MAMVRRARVM, adde ad finem: [Itro] *putat hodie vocari, & in ipſa via Appia eſſe, Celſus Cittadinus.*

MARATHONIA, ad finem adde: MARATHONIAM *Paludem nouit Etymologus.*

MEMBLIAROS, adde: *inſula iuxta Theram & Anaphen. eadem* BLIAROS, *Stephano.*

MESÆ, adde ad finem: *An à Meſſe? quam D Hieron. ex Geneſeos 10. Indiæ regionem facit.*

MESSENE, verſu 8. poſt *præterea eſt*, adde: MAMERTIA *hæc vocatur à D. Hieronymo aduerſus Iouinianũ 1.*

MOENVS, adde ad finem: *Gerard. Mercator in tabula Saltzburgenſi habet fluuium hodie* [Geyl] *dictum, quem veteri nomine* IVLIAM *vocant: vt inquit: nullo autem adducto auctore.*

MONDEL, ad finem adde hæc: [Melinde] *regnum Aethiopiæ interpretatur Ioſ. Scaliger ad 4. Manilij.*

MONOPOLIS, adde ad finem: *Nomen retinet* [Monopoli.]

MOPSIVS *Mons*, verſu penultimo, dele hæc verba: *Idem cum Mopſio tumulo puto.*

NARGARA, poſt *colloquebantur*, adde: *Sed* NARANGARA *in vetuſtis codicibus legi, annotarunt Surita, & Sigonius.* Ibidem ad finem adde: *æquè vitioſe. Vide* NARANGARA.

NAVSTATHMVS, ad finem adde: *Portus quoq; circa Troadem eſt, Straboni 13.*

NEIVM, adde ad finem: *Videtur aliorum Neritus.*

NETIVM, adde ad finem: *At* NERITVM *ſcribendum, annotauit Surita ad Anton. Itinerarium.*

NICOMEDIA, adde ad finem: *At eius hodie nihil extare preter parietinas & rudera, ſcribit teſtis oculatus Busbequius.*

NOVIS, adde ad finem: NOVIS TABERNIS *putat legendum (ex Cicerone, apud quem Veteres tabernæ ſunt) Franciſcus Iunius.*

NVMERIA, adde ad finem: NVMERIÆ *opidi meminit quoque Nicephori Chronologia: vbi Carinum Imp. cæſum ſcribit. vitioſè autem, pro* MVRTIA.

Inter OCELLI & OCELVM hęc ſcribenda: OCELODVRVM, *in Hiſpania vrbs, Antonino. in Itinere Salmantica Cæſarauguſtam. pro* OCELVM DVRII.

OCELVM, ad finem hæc adde: *Hieronymo Suritæ tamen in Commentariis ad hunc Antoninum Ocelum Durij retinere viſum: collocatq; ad Durij ripas, in* [Fermoſel.]

ODIABVM, adde ad finem: OVILABIS *apud Antoninum eſſe, annotauit ad eundem Hieron. Surita.*

OLEATRVM ad finem hæc addito: *Cum Celſo Cittadino putauerim* OLEASTRVM *ſubſtituendum. &* MM. SS. *codices ſic legere, adnotauit Caſaubonus.*

OLIBA, verſu 3, poſt *Liuium*, adde: *Suritæ dubium non eſt, quin ſit* OLBIA *Antonini.*

OLOTOEDARISA, poſt *nominat.* adde: *Hieron. Surita ſubdubitat an diuiſim ſcribendum ſit,* ALADALIARISA, *cuius meminit in Ponto liber Notit.*

OPHIR, verſu 40. poſt *omnes*, adde: *Iornandes qui ſcripſit circa annum quingenteſimum trigeſimum, dicit intranſmeabilem Oceanum, quem neminem transfretare liceat: neq; vlli cognitum, niſi ei qui eum conſtituit. Deo nempe.*

OPHIVSA, verſu 4. *Auienus*; adde: [Frumentaria] *hodie appellari, ſcribit Hieron. Surita.*

ORETANI, verſu 4. pro GERMANICVM, lege GERMANORVM.

ORIPPO, adde ad finem: *Huius meminit quoque numiſma vetus, quod deſcribit And. Schottus in Spicilegio ad hunc Auctorem.*

OSISINI, verſu 4. poſt *Britannicum.* adde: [Oſiſmor] *hactenus ab incolis vocari, ſcribit Bertrandus Argentræus.*

OSTRA, adde ad finem: OSTRA *D. Hieronymo in Locis Hebraicis locus eſt ab Adra vrbe Arabiæ 25. millibus diſtans.*

PAMPANIS, poſt *Aegypti*, adde: παππάνις, PAPPANIS *legit Surita in doctis ſuis & laborioſis Commentariis ad Antonini Itinerarium.*

PAPYRIVM, dele *vide* VBARA, & ſcribe: *Iſaurium caſtellum, Marcellino Comiti: Idem cum* PAPIRA *Antonini: vt annotauit ad hunc Hieron. Surita.*

PARADISVS, verſu 13. poſt *qualitatem*, adde (*Poſtquam hæc ſcripſiſſem, vidi mecum ſentire Ludouicum Nagarolum in ſuo Timotheo ſiue Nilo.* Ibidem ad finem adde hæc: *In Suſis quoq; Paradiſum habet Dion Pruſæus Oratione 77. An idem neſcio. nam penſilem dicit.*

PAROECOPOLIS, ad finem adde: DICÆOPOLIM *autem ſubſtituendum annotauit Surita ad Antonini Itinerarium. vide* DIOCLETIANOPOLIS.

PARTHIA, verſu penultimo, poſt *lib. 2.* adde: ARSACIDES *eos nominat Apuleius 1. Floridor. ab Arſace nempe horum rege.*

PAVTALIOTORVM, poſt *Ptolemæo.* adde: *Nummum Seueri Imp. profert quoque Sebaſtianus Eritzus cum hac inſcriptione,* ΠΑΥΤΑΛΙΑ.

PELAGIÆ, verſu 3. pro PHOENICVM, lege PHOENICORVM, & adde: *quaſi dicas* PVNICORVM. *Horum meminit quoque Thucydides 1.*

PERCVSA, adde: *Antonino Hiſpaniæ vrbs, haud procul ab Oſca:* PERTVSA *legit ex M. S. codice Surita. additq; nomen hoc retinere, ſitumq; ad Canadri fluminis ripas, itinere quo Montione Oſcam perducitur.*

PERGANTIVM, adde ad finem: Bregançon *hodie, ex aduerſo Stoechadibus inſulis. Hucuſque enim Liguria olim.*

PETHOR: adde ad finem: FATVRA *ciuitas trans Meſopotamiam, Balaami patria eſt, D. Hieronymo in locis Hebraicis.*

PHABIRANVM adde ad finem: [Wigmodia] *antea nuncupatam hanc Bremam ſcribit M. Adamus.*

PHAGVS, poſt *libri*, adde: *ſed* BVPHAGVS *legendum putat Fed. Sylburgius.*

PHESTVM, adde ad finem: ΦΑΣΤΙΩΝ *Græca ſcriptura, pro gentili ab hac vrbe, vt puto, habet Goltzius in Volumine quarto Numiſmatum Græciæ, nondum edito.*

PHILE, poſt *Nicetas.* adde: *Ad Pontum Euxinum eſſe, lego apud Godefridum Villarduinum.*

PHISON, verſu 5. poſt *cap. 20.* adde: *Phiſon exiſtimat Fr. Iunius* NAARMALCA, & BASILIVM *ſiue regium flumen Euphratis eſſe.*

PHRYGIA; ſub finem poſt *Appellata Phryges.* adde: CATAPHRYGIA *Prouincia eſt apud Iſidorum. vnde Cataphrygios hæreticos ducit.*

PHYLACENSII, ad finem adde: *Tegeatarum quoq; municipium: apud Pauſaniam.*

POLENTINA, poſt *Rubeus 6.* adde: *Piceni hanc puto.* ad finem adde: *Vide* POLLENTINI.

POMPEIANI, adde: Πωμπηϊανοι, *Italiæ populi, ſunt Appiano 1. Ciuil. quos inter Romani nominis infenſos numerat.*

PORTVS, verſu 5. poſt *Variar.* adde; PORTVS *Romanus, Iornandi eſt. cuius epiſcopum Glicerium nominat.* Ibidem verſu 8. poſt *venalem.* adde: *qui eum* TYRRHENVM PHARON *appellat.*

PRIENE, poſt *Thucydidi*, adde: Πριανη, *per A. habent nummi veteres.*

RAVDI verſu 6. poſt *Venetos eſt*, adde: *An* Caualio *potius, in dextro Baldi montis, apud Veronenſes? vt Lud. Nagarolus ſuſpicatur in ſuo Timotheo ſiue* Nilo?

RHÆDESTOPANIVM, ad finem adde: *Diuiſim puto legendum, Rhædeſto Panium.*

RHIPÆI, verſu 4, poſt *noſtri.* adde: Nugas *puto apud Seruium ad 9. Aeneid. vbi diſtinguit inter Ripæos & Riphæos.* RIPHÆAS *Siluas habet Iſidorus.* Ibidem ad finem adde, & HERCYNIA.

RIVVS, dele quæ ſequuntur, & ſcribe: *Francorum. vide* FRANCORVM *Riuus.*

ROMÆ, verſu 15. poſt *nominatur*, adde, [Vrum] *hodie à Turcis vocari, annotauit Reineccius in Appendice ad Slauorum Annales.*

RVBRA *Saxa*, verſu 5. poſt *Cæſarib.* adde: *Cauponam ſiue diuerſorium eſſe, atque* [Grotta roſſa] *hodie nominari, ſcribit ad me Roma Celſus Cittadinus.*

SAALIM, adde ad finem: *In finibus Eleutheropoleos eſt, contra Occidentem, ſeptem ab ea milliaribus diſtans. D. Hieron. in Locis Hebraicis.*

Inter SÆDENA & SÆLINI, ſcribe hæc: SÆFES, *Hiſpaniæ loca cum Cempſis habet Auienus in Ora maritima ſua. Arduos colles Hiſpaniæ incolunt. Exemplar MS. And. Schotti* SEPHES *legebat.*

SAVE, poſt *Ioſepho*, adde AVLONEM *hodie vocant Palæſtini, inquit D. Hieronymus ad Euagrium.*

Inter SCOMBRVS & SCOPADÆ, hæc interſere: SCOMIVS σκομιόν, *Thraciæ mons, Rhodopæ vicinus verſus Septentrionẽ.* SCOMBRVS *apud Ariſtotelem eſt.*

SCRITOFINNI, adde: *ſiue* Σκειπφικοι, *vt Procopius Gothicor. 2. eos nominat.*

SENNAAR, ad finem adde: *Idem in locis Hebraicis ſcribit ex Heſtiæo Ioſephi* 1. *Antiq. cap. 5. ſacerdotes Iouis Gemelij in hunc campum perueniſſe. Pro Gemelij autem (vt hoc obiter annotem) Enyelij* ἐνυελίυ *apud Ioſephum eſt. Iouis Gamelij, & Genethlij meminit ex Chryſippo D. Hier. aduerſus Iouinianum. Veram lectionem quis ex his eliciat.*

SENONES, verſu 8. poſt *Ptolemæo*, dele quæ ſequuntur vſque ad, *Sunt & Germaniæ.*

Inter SILARVS, & SILBIANI, hæc ſcribe: SILAS σίλας, *Indiæ fluuius, Arriano ex Megaſthene. qui per Sileorum regionem profluit. vide* SIDEN.

SIM, ad finem adde, *& Doronicum.* SYRIA *interpretatur à Pandectario.* SIM *aliam habet D. Hieronymus haud procul ab Arca & Libano. ſubuerſam bello, at nomen retinere, addit.*

SORACTES, verſu 5. poſt *Erythræus*, adde: SAREPTA *mendosè nominatur in Adonis Chronico.*

SORON, adde ad finem: *Arcadiæ ſilua eſt* σόρων, *Pauſaniæ.*

STRATONICIA, adde ad finem: STRATONICIA *ad Lethæum fluuium in Magneſia, habet Pauſanias. quam olim* CHRYSAORIM *appellatum tradit.*

SYRIA, verſu penultimo, poſt *Afer*, adde: SYRIAM *circa Cophenen Indiæ fluuium habet Ioſephus 1. Antiq. cap. 7.*

TEMESA, verſu 13. poſt *hiſtoria.* adde: *Prope Cirellum ſtatuit Proſper Pariſius. licet alij (vt addit) prope Lucitum putent.*

THALIA, verſu 2. dele hæc verba, *& Ariſtot. de Mirab.* & adde ad finem: *Vocabulum Acephalon eſſe puto, &* ÆTHALIA *ſcribendum. quæ eadem cum* ILVA.

In TYRRHÆORVM, *pro* ἐρωθεgιων, lege ἐρυθεgιων.

TYRIVS, ad finem adde: *in Ora Maritima.* THYRIVS *cum adflatu, erat in alio codice.*

VACCA verſu 8. poſt, *vt addit.* ſcribe, *quos eoſdẽ etiam* VASCONES *quaſi* VACCONES *nominat.*

Inter VRA & VRACITANVS, ſcribe, VRA BOOS οὐρὰ βόος *Cypri locus, Ptolemæo. hactenus vulgò ita appellari, teſtis mihi quidam natione Cyprius. vide* BOOS VRA.

VVLCANI, ad finem hæc adde: *Locum quoque ſic dictum habet M. Adamus, ad mare Balticum, iuxta Iulinum vrbem. quem incolas* IGNEM GRÆCVM *nominare ait.*

# APPROBATIO.

Theſaurus Geographicus magna cura, labore, ac diligentia ab Abrahamo Ortelio comparatus, atque omnibus antiquitatis Geographiæ ac Hiſtoriæ ſtudioſis non ſolum vtilis, ſed etiam neceſſarius, imprimi poteſt ac euulgari; cùm nihil complectatur religionis Catholicæ offenſiuum: quod atteſtor hac XXV. Aprilis. Anno M. D. LXXXVII.

*VValterus vander Steegen, S.T. Licentiatus, Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Antvverp.*

*Idem atteſtor de hac noua editione recognita multiſq; in locis aucta. Datum Antvverpiæ Anno* M. D. XCVI. III. *Id. Ian.*

Henricus Sebertus Dunghæus, Cathedralis Eccleſiæ B. Mariæ Virg. Antvverp. Canon. S.T. Doctor, librorum Cenſor.

# SVMMA PRIVILEGII
## REGIS CATHOLICI.

PHILIPPVS II. Dei gratia Hiſpaniarum, &c. Rex Catholicus, Diplomate ſuo ſanxit: nequis citra voluntatem Ioannis Moreti Typographi Antuerpienſis, probata veterum aut nouorum auctorum opera, prout olim Chriſtophorus Plantinus fel. mem. dicti Moreti ſocer excudit, emendata vel aucta, ſiue deinceps emendanda vel augenda typis ſuis imitetur ac diuulget, aut alibi impreſſa in R. Ma[tis] ditiones importet venaliáue habeat. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum & graui pœna mulctabitur, vti latius patet in litteris datis Bruxellæ xvj. Maij. M. D. XCI.

Signat.

*S. de Grimaldi.*

Et in conſilio Brab.

*I. de Buſchere.*

## PRIVILEGII CÆSARIS SVMMA.

MAXIMILIANI II. *Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, publico edicto cautum & ſancitum eſt, ne quis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, aut conditionis fuerit, quacunque ſacri Romani Imperij, & ditionis eius fines patent, quæcunque probatorum auctorum opera, quotquot vel hactenus nondum impreſſa, vel ab aliis quidem impreſſa, nouis autem deinceps ſcholiis, annotationibus aut commentariis aucta & illuſtrata, Chriſtophorus Plantinus ciuis & typographus Antuerpienſis primus typis procuderit, intra proximum ſexennium à prima cuiuſque operis aut voluminis editione, vllo pacto eiuſdem vel diuerſi characteris forma excudat, aut excuſa ab aliis, intra eiuſdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, ſeu quouis modo diſtrabat manifeſtè vel occultè, ſub pœna decem Marcharum auri puri, quarum dimidia fiſco Imperiali fraudis vindici, reſidua verò pars prænominato Plantino cedat, præter librorum ad imitationem impreſſorum amiſſionem, quos idem Plantinus vbicunque locorum nactus fuerit, per ſe, vel ſuos, adiumento Magiſtratus loci, vel citra, propria auctoritate ſibi vindicare, inque ſuam poteſtatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipſi Edicto manu ſubſcripſit, & ſigillum apponi iuſſit Cæſarea Maieſtas. Datum in ciuitate Viennæ Auſtriæ, die vigeſima prima menſis Februarij, Anno Domini* M. D. LXV.

Subſig.

*Maximilianus.*

Ad Mandatum ſacræ Cæſ. M. proprium

*Haller.*

## PRIVILEGIVM REGIS GALLIARVM.

HENRICI III. Chriſtianiſſimi Galliarum Regis auctoritate cautum ac ſancitum eſt, nequis intra vniuerſarum ipſius ditionum limites eos libros ſiue aliquam eorum partem quos vel nunquam antea excuſos, vel inſignibus correctionibus aut quocunque modo illuſtratos Chriſtophorus Plantinus magnis impenſis compararit, primuſque in lucem emiſerit, excudat, aut ab aliis excuſos diſtrahat, intra ſexennium proximum à prima cuiuſque operis aut voluminis editione, ne ſuorum idem Plantinus laborum ſumptuumque fructu quem ab aliis ſibi præripi indies comperitur, diutius fruſtretur, tandemque ea occaſione à ſuo munere obeundo in quo ſedulam hactenus nauauit operam, deterreatur. Alioqui confiſcationis librorum mulcta, aut alia pœna iuxta Regiorum ſtatutorum rationem irroganda puniendus quicunque aliter faxit: modò tamen ne ijdem libri quicquam contineant quod vel Religioni Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ, vel huius regni ſtatui aduerſetur: cuius quidem edicti exemplar cùm fronti aut calci cuiuſque operis apponetur, nullus typographorum ſiue bibliopolarum vllam ignorantiæ huius rei cauſam prætendere poterit. Datum Fontebellaquæ, quinta Auguſti, M. D. LXXXII.

Signat.

*De Neufuille.*

ANTVERPIAE,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
APVD VIDVAM, ET IOANNEM MORETVM.
ANNO M. D. XCVI.




BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA